AVGVSTINI NIPHI
Medicis Philoſophi Sueſſani
Expoſitiones,
IN ARISTOTELIS LIBROS
METAPHYSICES.

[illegible]

[illegible]



[illegible]

AVGVSTINI NIPHI

Medicis Philoſophi Sueſſani Expoſitiones,

IN ARISTOTELIS LIBROS

METAPHYSICES.

Quæ omnia ingenio ac doctrina peritiſsimi utriuſque linguæ uiro denuo ſunt diligentiſsime recognita, ac erroribus poſt primam editionem repurgata.

INDEXQVE DENVO ADIECTVS EST.



C V M *priuilegijs Summi Pontificis noſtri Pauli Tertij, Illuſtriſsimi Senatus Veneti, ac Excellentiſsimi Regni Neapolis Proregis.*

VENETIIS,

Apud Hieronymum Scotum.

M. D. LIX.

Minerva GmbH, Frankfurt/Main

Unveränderter-Nachdruck 1967

LIBRARY
FEB 22 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

PA
3893
M6N5
1559a

Herstellung: Anton Hain KG, Meisenheim/Glan

INDEX EORVM QVAE *IN HOC VOLVMINE COM*MENTARIORVM AVG. NIPHI: *SVPER META. ARIST.*

CONTINENTVR.

PORCIO SECVNDA.

CAPI. I. Cauſarum in modos diuiſio multiplex. Et antiquorũ ſententię de materiali rerũ principio. fo. 24.
Cap.2. Antiquorum opiniones de principio & cauſa eſſe ctiua. f.34
Cap. 3. Pithagoricorum opinio de principijs rerum. f.44
Cap.4. Sententię aſſerentium vniuerſum vnum eſt aliqua item ex recitatis opinionibus repetuntur. f.50
Cap.5. De platonis Sapientia & omnium f.58. opinionum de rerum principijs epilogus.

PORCIO TERTIA.

Cap.1. Contra illos Qui vnum principium omniũ, & corporeum ponunt, & contra eos qui plura principia & corporea poſuerunt f. 71
Cap.2. De opinione Anaxagoræ f.78
Cap. 3. Opiniones proſequitur illorum, qui præter ſenſibilia alia entia ponebant: Pithagorici item arguuntur rerum principijs innaturaliter vtentes. f.81
Cap.4. Aduerſus Idearum aſſertores, & quomodo naturales rerum cauſa viſi ſunt inquirere f.85

LIBER SECVNDVS.

CAp.2. In multæ genere cauſarum eſſe proceſſum in infinitum oſtendit f.121
Cap.3. Varij veritatis auditores deſcribũtur & qui nam eſſe debeant veritatis auditores veri oſtendit f.131

LIBER TERTIVS.

CAp.1. Cauſa dubitationis exponitur. fo.135
Cap.2. Variæ dubitationis ad hanc ſcientiã attinentes proponuntur f.136
Cap. 3. Quæſtiones de cauſarum, principiarum & ſubſtantiarũ cognitione examinantur f.141
Cap.4. De vniuerſalibus quęſtiones, & prima num vniuerſale quicquam ſit præter ſingularia f.163
Cap.5. Num principia ſint eadem numero vel ſpecie: & an corruptibilium, & incorruptibilium ſint eadem principia necne f.167
Cap.6. An ens vt vnum ſubſtãtię rerum ſint. f.174
Cap. 7. Num numerus, & magnitudo ſubſtantiæ ſint, vel ne. f.179
Cap.8. De ideis Quæſtiones. fo.183
Cap.9. Num principia potentia ſint vel alio modo & num ſingularia vel vniuerſalia. f.185

LIBER QVARTVS.

CAp.1. Primum philoſophum conſiderare ens inquantũ ens, & primas cauſas. fo.187
Cap.1. Tractatus de principijs quod ad philoſophum ſpectat principiorum ſpeculatio f.205
Cap.11. Contra eos diſputatur, qui contingere dicunt idem eſſe & non eſſe f. 211
Cap.3. Contra protagoram opinantem omne qđ nobis apparet verum eſſe. f.34
Cap. 4. Aduerſus eos, qui in eam ſententiam. qualis ex cauſa inciderunt. qui item cõtraria ſimul eidem ineſſe non poſsint oſtendi f.247
Cap. 5. In contradictione non eſſe medium. f.253
Cap. 6. Aduerſus eos, qui omnia falſa, vel omnia vera eſſe dicebant: & contra illos, qui omnia quieſcere aut moueri dicebant f.257

LIBER QVINTVS.

CAp.1. De principio f.260
Cap.2. De cauſa materiali, Materiæ. Cauſalitas in ſola formæ receptione conſiſtit quam recipit ipſam limitando f.264
Cap.3. DE ELEMENTO. f.271
Cap.5. DE NATVRA. f.274
Cap.6. DE VNO. f.281
Cap.7. DE ENTE. f.290
Cap.8. DE SVBSTANTIA. f.293
Cap. 9. De eodem diuerſo, differenti, ſimili, & diſſimili. f.295
DE DIVERSA. f.297.
Differentia. f.297
Similia. f.298
Diſſimilia. f.298
Cap. 10. De oppoſito contrarijs, diuerſis & eiſdem ſpecie f.298
De diuerſa ſpecie. f.300
Cap. 11. De priori & poſteriori f.301
Cap. 12. De potentia, & impotentia f.305
Cap. 13. De quantô f. 311
Cap.14. De quali f. 313
Cap. 15. De ad aliquid f.316
Cap. 16. De Tribus modis perfecti. f.322
Cap. 17. De terminis. f.324
Cap. 18. De ſecundum quod f.326
Cap. 19. De diſpoſitione f.327
Cap. 22. De priuatione f.329

Cap.24. De ex aliquo f.332
Cap. 25. De parte f.333
Cap.26. De toto f.334
Cap. 28. De genere f.337
Cap.29. De falſo f.339
Cap.30. De Accidente f.341

LIBER SEXTVS.

CAp. 1. Entium cauſæ quæruntur f.343
Cap. 2. De ente vero & falſo f.359

LIBER SEPTIMVS.

CAp.1. ſubſtantia quot dicatur modis,& quę proprie ſubſtantia ſit f.373
Cap. 3. De quodquid eſt ſubſtantiarum f.383
Cap.4.Dubitata quædam circa copulatorum diffinitiones,& eorũq; ex aditione dicuntur:ſubſtã tiarũq;.primo & ſimpliciter aliorum vero ſecundum quid diffinitionem eſſe f.393
Cap.5. Quomodo & in quibus quod quid eſt idem ſit cum eo cuius eſt & contra ſophiſta f.399
Cap. 6. Entium alia natura,alia arte,alia caſu: omnia vero ab aliquo,ex aliquo & aliqd fieri f.408
Cap.7.formam non fieri ſed compoſitum f.419
Cap. 8. non dari aliquam formam à ſingularibus ſeparatam f.421
Cap. 9. Cur non nulla ab arte & à caſu fiant quædam vero minime f.424
Cap. 10. Quod oĩa ab vniuoco generantur f.426
Cap. 11.Formam non generari non tantum in ſubſtantia rerũ eſſe,ſed in cęteris pdicamentis f.432
Cap. 12. num partium rationes in totus ratione ponantur,& an partes toto ſunt priores f.433
Cap. 13.Quænã partes ponantur in defitione f.442
Cap. 14.Qomodo ex partibus diffinitionibus vnũ fiat f.447
Cap. 15. Quod vniuerſalia ſubſtãtiæ non ſint f.451
Cap. 16. Quæ inconuenientia ſequantur aduerſus dicentes Ideas eſſe ſubſtantias & ſeparatas & ex genere & differentia f.454
Cap. 17.ſingularium definitiones non eſſe,& Ideo nec idearum f.456
Cap. 18. potentias & partes eſſe quæ ſubſtantiæ videtur f.458
Cap. 19. Ens & vnum non eſſe rerum ſubſtantias fol. 459
Cap. 20. Quod vere ſubſtantia ſit eamque non elementum non compoſitum ſed principium eſſe fol. 460.

LIBER OCTAVVS.

CA.5.Quo pacto ſubſtãtię numeri ſunt f.473
Cap. 6. De materiali principio,eodem ac di uerſo ageteq; etiam,& quo pacto ad quærentem cauſam per omnia cauſarum genera reſpondendum eſt f.474
Cap. 7. Declaratur non omnia contraria vicisſim fieri.nec omnium eſſe materiam, & quomodo cuiuſq; materia ad contraria ſe habeant f.477

LIBER NONVS.

CAp. 1. In quo proponuntur dicenda f.483
Cap.3. potentiarum diuiſio per rationes & irrationales f.487
Cap. 4. Arguit contra negantes potentiarum niſi cum res ſit in actu. f.489
Cap. 5.Arguit aſſerentes omnia posſibilia f.493
Cap. 6.Quæ nam potentiæ præcedant,vel actum ſubſequantur & quomodo ad actũ reducantur fol. 494
Cap. 1. Pars ſecunda de actu f.497
Cap. 2. Quando nam aliquid in potentia ad actũ eſt dicendum ſit,& quomodo non f.499
Cap.4.oſtendit quod actus eſt prior potentia ſubſtantia f.508
Cap.6.Quo pacto deſignationes geometricæ actu inueniatur 508
Cap. 7. ex ventale,actum potentia præſtantiorem eſſe oſtendit f.509

LIBER DVODECIMVS.

CAp. 1. De ſubſtantia ſpeculationem eſſe oportere oſtendit f.513
Cap.1. Diuiditur ſubſtantia in ſenſibilẽ & illa ſempiternam,& corruptibilẽ & de ſenſibilis ſubſtantiæ principijs f.517
Cap.3. Qđ nec materia nec forma generatur.Quo modo item non male ſenſerint Plat. de formis, ad quod nequaquam cogimur f.526
Cap.4.Quomodo ſenſibilium principia, eadem dici poſſunt, vel non eadem f.542

PARS SECVNDA.

Cap. primum. Subſtantiam aliquam immobilem ſempiternam ſemperque actu exiſtentem dari oportere item actum potẽtia priorẽ eſſe oſtenditur f.550

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

METAPHYSICORVM

LIBER PRIMVS.

CVM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS PHILOSOPHI SVESSANI EXPOSITIONE.

Appetunt. ὀρέγονται deſiderant.

OMNES HOMINES *natura ſcire appetunt.*

EXPOSITORES omnes, & qui inter Græcos, & qui inter Latinos clariores fuerunt, Ariſtotelem tradiderunt in præſenti libro, qui eſt de ſcientia rerũ, quæ ſunt μετὰ τὰ φυσικὰ, ideſt trans corpora, entiaq; naturalia, primo præmittere procœmium, in quo multis rationibus enititur auditores huius ſermonis trahere ad expetendum harum rerum, quæ in hoc ſermone continentur, ſtudium. De neceſsitate vero huius procœmij vnde emerſerit, multas rationes aſsignare conſueuimus. Primo, quia homines putauerũt hanc ſcientiam ciuilibus hominibus non conuenire, quoniam apud omnes gentes viſa eſt vtilis, ac propria ſacerdotibus, vt poſtea Ariſtoteles ipſe dicet. Deinde quia, vt Plato inquit in Gorgia nimium ſtudium in hac ipſa ſcientia videtur impedire homines ab actionibus, ita ut videatur potius hominibus impedimento ad agendum, quàm iuuamento. Tertio, quia (vt Ariſtoteles dicit in Politicis) monſtrum non eſt nutriendum in rebus publicis, quoniam ſurripit à re publica aliquod bonũ, quod poteſt eſſe vtile ciuibus, & actionibus ciuilibus non confert: Metaphyſicus, qui ſolum viuit in cõtemplando, aut eſt monſtrum, aut ſimile monſtro, cum ſit ab omnibus actionibus ciuilibus vacans: igitur non eſt in re publica ſeruandus. Propter hæc & alia plurima Metaphyſica ab omnibus eſt abiecta. Ariſtoteles ergo præmittit procœmium, in quo nititur trahere homines ad ſtudium Metaphyſicæ: quoniam videbatur abiecta, & primo quidem ex huius ſcientiæ dignitatæ oſtendẽs hanc ſcientiam digniſsimam eſſe, & hoc multipliciter oſtendit, primo quidem ex huius ſcientiæ maxima appetibilitate, quæ ratio poteſt reſolui ad artem prioriſticam hoc pacto, Scientia quam maxime homines appetunt, digniſsima videtur, hanc ſcientiam homines omnes maxime appetunt: ergo hæc ſcientia digniſsima eſt. Minorem argumentatur per enthymema ſic, Omnes homines natura ſcire appetunt, ergo maximã ſcientiam maxime ſcire appetunt. Locus topicus eſt ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis ad magis, & maximum ad maximum. Tunc vltra, Hæc ſcientia eſt maxima ſcientia, ergo hanc omnes maxime appetunt ſcire. Huiuſmodi proceſſum Ariſtoteles intendit. de quo primo ponit antecedẽs enthymematis, per quod concludit maximam ſcientiam maxime appeti, cum dicit (omnes homines natura ſcire appetũt) deinde probat minorem videlicet quòd metaphyſica ſit maxima ſcientia, ibi (quoniam autem ſcientiam hanc) & ſic habebitur prima ratio ad probandam digniſsimam eſſe ſcientiam hanc ex huius ſcientiæ appetibilitate. hoc pacto textus iſte reſolui poteſt ad artem prioriſticam. Ex hac reſolutione patet cauſa, quare Ariſtoteles propoſuit illam propoſitionem, omnes homines natura ſcire appetunt. Thomas autem expoſitor doctiſsimus non multum differenter ab ijs, quæ diximus, aſſerit Ariſtotelem propoſuiſſe illam propoſitionem, Omnes homines natura ſcire appetunt, vt oſtendat appetitum ad hanc ſcientiam non eſſe vanum, vt plurimi exiſtimauerunt propter rationes prætactas, cum naturale deſiderium (quod eſt ad eam habendam) vanum eſſe non poſsit. Alexander autem Aphrodiſius in ſua huius libri enarratione, vt mihi videtur, Ariſtotelem propoſuiſſe hanc propoſitionem autumat, vt oſtendat ſcientiam atque contemplationem præferendam eſſe actionibus. nam omnes homines ob naturã, & nõ ob alium ſuperiorem finem ſcire appetunt, agunt autem omnes propter alium finem. cuius rei argumentum eſt, quoniam & ipſæ virtutum actiones, quæ omnium maxime ſua ſponte videntur expetendæ, ad aliud quiddam referri videntur, quoniam expetuntur, vt affectus, quibus ſumus obnoxij, corrigantur, atque caſtigentur. cuius rei ſignum affert ex eo, quia alij, qui vacant affectibus, virtutum actionibus nequaquam indigent. præferenda igitur ſcientia, atque contemplatio eſt actionibus, quoniam ſcire appetimus natura, & non ob alium finem, agere autem ſecũdum virtutes propter alium finem, ideſt ut homines in affectibus tẽperentur, quibus ſunt obnoxij. Præterea non contentus hac ratione ſola Alexander, alia ratione probat contemplationẽ eſſe nobiliorem actione. nam ſi duo (vt inquit) in eadem re uerſentur, quorum alter rem tantum intelligat, quo nam modo agenda ſit, alter efficiat, agatque, qui intelligit tantum quomodo agenda ſit honoratior, agente atq; efficiente honoratior eſt. Rem etiam hanc Alexander probat ex alio, quia architecti artificibus pferuntur, & principes miniſtris, nec ob aliud, niſi quia architecti intelligunt quomodo agenda res eſt, artifices exequuntur vt architecti præcipiunt. Ergo intelligentes præferendi ſunt agentibus: & ita cognitio actioni. Alexander ergo ex his autumat propoſitionem illã poſitam eſſe, vt oſtendat ſcientiam eſſe præferendam actioni, vt ipſum intelligere, & ſcire ipſi agere efficereq;. Cur vero fuit neceſſarium oſtendere ſcientiam eſſe præferendam actioni, Alexander aſſerit vt oſtendat hanc ſcientiam, quæ ſapientia dicitur, eſſe omnium nobiliſsimam, cum ſit principiorum cognitio. ſunt igitur tres expoſitiones. Prima quidem eſt Ariſtotelem poſuiſſe hanc propoſitionem ad concludendum hanc ſcientiam eſſe maxime appetibilem.

De neceſsitate procœmi.

Syllogiſmus textus.

Põ D. Tho.

Alex. expõ.

Secunda rõ.

Collige expoſitiones.

Secunda vero ad oſtendendum hanc ſcientiam non in vanum quæri, cum natura omnes impellantur ad ipſum ſcire. Tertia expoſitio Alexandri eſt, vt oſtẽdat ſcientiam hanc eſſe nobiliſsimam, quia ſcientia & cognitio præfertur actioni, quoniam ſcire appetimꝰ natura, & nõ propter aliud, agere vero propter alium finem. Quæ vero harũ expoſitionum ſit melior poſtea iudicabimus, Si quis aũt obijciet huic propoſitioni, quia videmus multos ſcientiæ ſtudiũ non impendere, cã eſt, qm̃ licet natura oẽs ſcire deſiderent, tñ per accidens impediũtur, vt vel propter voluptates, vel propter neceſsitatẽ vitæ pſentis, vel propter laborem ad diſcẽdum, quem ob ſegnitiam euitant. Quo vero ad verba attinet, quæſiuimus in dilucidario propter quid Ariſtoteles hanc propoſitionẽ protulit in numero plurali, vbi expoſitionẽ Gandauenſis, & Alberti, & noſtrã aſsignauimus. Nunc vero dicere poterimus eſſe regulã topicam, vt quoties propoſitio vniuerſalis fuerit vera in vtroque numero, efficacius ſonat in numero plurali, vt quoniam hęc eſt vera, omnis homo putat deum eſſe, qui in cœlis habitat, & illa, omnes homines putãt deum eſſe, qui in cœlis habitat, conſueuit Ariſtoteles eam proferre in numero plurali in primo de cœlo ad maiorem efficaciam. Poteſt etiam eſſe alia cã, quia apud græcos propoſitiones vniuerſales in numero plurali prolatæ elegantiores habentur. Præterea verbum appetunt, græce eſt ὀρέγονται. & in antiqua tranſlatione legitur deſiderãt, quod licet apud Philoſophos non multum referat hoc, vel illo modo dicere, tamen melius, appetunt, dicitur, quoniam deſiderare dicitur proprie rerum, quæ ſunt amiſſæ. vt Cicero in Lælio vtitur. appetere rerum eſt, quas euenter cupimus, & tam in bonum quàm in malũ. Verum ad rerum ſcientiam non refert ſic, vel aliter interpretari. Nunc redeamus ad expoſitiones, & dicamus omnes tendere ad idem ſcilicet ad oſtendẽdum ſcientiam rerum diuinarum (quæ & ſapientia dicitur, & ſcientia quę eſt μετὰ τὰ φυσικὰ, nunc corrupte tranſiuit in vſum, vt diceretur metaphyſica) non eſſe abiectam, ſed eligendam propter ſui præſtãtiam, verum circa ea, quæ Alexander dicit, non videor ſatisfactus, primo quia licet verum ſit ſapientiam, rerumque diuinarum contemplationem eſſe præferendam actioni, tamen Ariſtoteles in nulla parte huius procemij videtur comparatiue loqui: ita vt faciat comparationem inter contemplationem & actionem. deinde ratio Alexandri, videtur dubia, primo quia actiones virtutum non videntur expetendę propter aliud, vt primo Ethicorum probauit, ex eo, quia expetibile propter aliud eſt bonum propter aliud, ſed actiones virtutum nõ ſunt bonę propter aliud, ſed propter ſe, ideo enim eligimus agere ſecundum virtutes, quia eſt ſimpliciter bonum. vt probauit eodem libro. præterea falſum videtur nos eligere actiones virtutum, vt temperemur in affectibus, primo quoniam multæ actiones virtutũ ſunt, quas non eligimus, vt temperemur in affectibus, quales ſunt quæ ſunt in verbis veritas, & affabilitas, in iocis vero vrbanitas. deinde magis videmur temperari in affectibus, vt agamus ſecundum virtutes, quam agere ſecundum virtutes, vt temperemur in affectibus: vt oĩbus patet. Propterea dicendũ, eſſe verum contemplationem rerum diuinarum eſſe præferendam cunctis actionibus etiam quæ fiunt ſecundũ virtutes. non tñ Ariſtotelem nunc verum eſt feciſſe hãc comparationem, ſed ſolum demonſtraſſe huius ſcientiæ ſummam dignitatem. Sed quæres dato ꝙ Ariſtoteles non loquutus fuerit hic comparatiue, utrum verum ſit, contemplationem rerum diuinarum eſſe meliorem actione ſecundum virtutem? De hac quæſtione nulla dubitatio eſſe debet ſecundũ Peripateticos, nam Ariſtoteles. 10. Ethicorum, & 7. Politicorum dubio procul præpoſuit contemplationem rerum diuinarum actioni etiam ſecũdum virtutem. Sed dubium omnium difficillimum eſt, qm̃ ſi contemplatio actione fuerit melior, cum ſemper deterius, & minus bonum ſit gratia melioris, & magis boni, vt dicitur primo Politicæ, tunc actiones ſecundum virtutem erunt gratia cõtemplationis, & ſic eligibiles propter aliud, quare non per ſe bonæ, vt fuit proceſſum contra Alexandrum. Dicendum aliquid eſſe propter aliud bifariam, aut ſecundum diſpoſitionem, & hoc pacto media in finem ſunt propter finem, quoniam ſunt diſpoſitiones ad finem, & ſic actiones quæ ſunt ſecundum virtutem, licet ſint minus bonæ contemplatione, non tamẽ ſunt propter contemplationem hoc pacto, non. n. oportet vt ipſis poſitis ponatur contemplatio, & ipſis remotis remoueatur: Alio modo aliquid dicitur propter aliud pręordinatiue, & ſic actiones ſunt propter cõtemplationem, quoniam non poteſt eſſe contemplatio rerum diuinarum, ſi non fuerint in ciuitate actiones ſcd̃m virtutem, in tumultibus. n. & bellis, & vitijs, & turbationibus ciuilibus nemo poteſt intendere ſtudiis rerum diuinarum, immo nec contemplatione perfectę alicuius rei. & ea, quæ ſic præſupponuntur, & ſunt ꝓpter aliud, poſſunt eſſe per ſe bona, & eligibilia. qm̃ non ſunt propter aliud diſpoſitiue, cum non oporteat, vt ſint in eodem ſubiecto, animalia. n. & plantæ ſunt minus bona homine, & nõ poteſt eſſe homo, niſi præſint animalia, & plantæ, quia tñ poſſunt eſſe animalia in ijs terræ regionibus, in quibus nõ ſunt homines, videtur animalia eſſe bona propter ſe, & eligibilia propter ſe. De his in libello de vera viuendi libertate, & in libello de ijs, qui apte poſſunt in ſolitudine viuere, ſatis diximus. eſſet autem magna quæſtio vtrum in eo, qui viuit in vita contemplatiua, ſint neceſſariæ omnes uirtutes. Verum alias diſputabitur.

Signum autem eſt ſenſuum dilectio, & enim præter utilitatem propter ſe ipſos diliguntur, & maxime aliorum, qui eſt per oculos. non enim ſolum, ut agamus, ſed etiam nihil agere debentes ipſum uidere præ omnibus aliis (ut dixerim) eligimus.

Scholia ſunt, quæ hic Alexander ſcripſit. nam circa expoſitionem huius loci nihil dixit, tamen omnes expoſitores Ariſtotelem propoſitionem, quàm prius aſſumpſerat, probare aſſerũt per ſignum, quod etiam verba textus demonſtrant, quæ ſunt (ſignum autem eſt) nobis eius propoſitionis, quam diximus, (ſenſuum dilectio.) Si enim nos natura ſenſus diligimus & non ob aliud, niſi, quia nos faciunt ſcire ſenſibilia, erit nobis argumento, quòd natura omnes ſcire appetamus. Primo ergo affert ſignum & dicit, (ſignũ autem eſt ſenſuum dilectio.) deinde ſignum huiuſmodi exponit, & dicit (etenim præter utilitatem) a nobis (propter ſe ipſos diliguntur, & per illud verbum

[Margin notes, left: *Remouet obiectionem.* — *Verborum expoſitio.* — *Qua expoſitio Alex.*; right: *Quæſtio.* — *Solutio.* — *Dilectio ἀγάπησις amor.* — *Eligimus αἱρούμεθα expetimus.*]

bum (præter vtilitatem) dat intelligere nos diligere ſenſus dupliciter propter vtilitatem, quam per ipſos comparamus,& per ſe, inquantum ſenſus cognoſcitiui ſunt. dictum eſt.n.ſecũdo de Anima libro,& Tertio,inſuper & in libro de Sẽſu,& ſenſibili,ſenſus nobis eſſe tributos primo ad vitæ neceſsitatem,vt per ipſos fugiam' damnoſa, & hoſtilia,& proſequamur vtilia,atq; conueniẽtia. Et ſecũdo ad delectationem,vt per ſenſus etiam generetur in nobis ſciẽtia.quippe cũ demõſtrent nobis ſenſibilia, è quibus proficiſcitur oĩs noſtra ſciẽtia, circa quã eſt ſumma hominum voluptas. Deinde probat idem per ſignum argumento ſumpto à maiore ſimili, & dicit (& maxime) ſubaudi diligimus eum ſenſum (aliorum) ſcilicet inter alios, (qui eſt per oculos) deinde declarat hoc ſecũdum ſignum ſumptũ à maiore ſimili,& dicit, (nõ.n.ſolum,vt agamus)dãnoſa fugiẽdo,& vtilia ſequẽdo,(ſed etiã nihil agere debẽtes).i.ſed etiã dato, ꝙ nihil ageremus ꝑ ſenſum ipſum viſus,nec acturi per ipſum eſſem'(ipſum videre eligimus ꝓ alijs vt eſt dicere,) noĩauit ergo viſum primo ꝑ eũ, qui eſt ꝑ oculos ex ĩduſtria,vt innueret inſtrumẽta, quibus vtunť ad vidẽdum, deinde nominauit viſum ꝑ ipſum videre,quod eſt operatio viſus,vt innueret nõ modo viſus ipſius inſtrã, ſed operationẽ,quę proficiſcitur à viſu,& hęc vt innuat nos diligere & viſum, & inſtrã, & operationes ipſius magis ꝗ cæteros,ꝓpterea quia eſt cæteris magis cognoſcitiuus. Fortaſſe (vt expoſitor Thomas opinatur)Ariſtoteles in ea parte,quæ eſt, (& maxime aliorũ,)nõ probat idẽ,quod ſuperius ꝓbauerat per ſignũ argumẽto ſumpto a maiore ſimili,ſed ꝓbat nos diligeř ſenſus, quatenus cognoſcitiui ſunt, ſigno ſumpto a viſu, qui propterea quia magis cognoſcitiuus eſt,magis ꝗ cæteri diligitur, qm̃ nõ ſolũ eũ magis diligim',quia per eũ magis agimus,ſed etiã ſi ꝑ eũ nihil acturi eſſemus, eũ magis diligeremus,vt ſit hoc ſecundũ ſignũ primi ſigni, & quouis mõ exponať,recte exponiť. Sed quæres primo quõ ſenſuũ dilectiõ eſt ſignũ, ꝑ quod deduciř nos debere natura appetere ipſum ſcire.quicquid ſit dictũ in dilucidario, nũc ĩtelligit ꝑ ſignũ argumentũ, quod accipiť à ſimili.Sed ſtatim diceres igitur ĩ ſciẽtia demõſtratiua Ariſtoteles vſus eſſet ratione topica, vel rhetorica. Dicendum id nequaquã eſſe abſurdum potiſsimum in ijs, quæ parua indigent probatione,ſolet enim Ariſtoteles pro declaratione taliũ vti ĩterdũ locis topicis, nonnunꝗ ſyllogiſmis hypotheticis,vt dicit Auer. 2.phyſicæ auſcultationis,interdum etiam exemplari ratione, ut idem Auerroes meminit.6.eiuſdem.qm̃ non ad demonſtrandum ſimpliciter ignotũ, ſed ad declarandum id, quod parua indiget declaratione,id facit, ſecundo induci poſſunt ad confirmandum id, quod eſt ſimpliciter ignotum,poſtquã fuerit demõſtratum. Poſſumus etiam.3.vti topicis locis ad probandũ ſimpliciter ignotum,qñ loca, quibus utimur, non habent inſtantiam. Sed de his in topicis.Quo uero ad uerba attinet,(dilectio) græce eſt ἀγάπησιν,quod verbum a quibuſdam amor interpretatur. & fortaſſe non ab ratione, quia amor maioris efficaciæ eſt, ꝗ dilectio.eſt ẽt magis ſequens naturam,cum amor ſit omnibus ferè animantibus idẽ,vt Virgilius inquit. At verbũ(eligimus)græce eſt αἱρούμεθα, quod nonnull expetimus tranſtulerunt: & non mihi placet. nam expetimus quod nõ inter multa volumus.nõ autẽ eligimus, niſi pluribus poſitis alterũ,dixit.n. Ariſtoteles ſtatim (ipſum videre ꝓ aliis,vt ita dixerim) quare rectius eligim' dicẽdum eſt.

Tex.com.16. & inde ꝑ multos tex. & prope finem tertii de anima.

Alia expõ.

Dubitatio.

Solutio.

Commen.3.

Cõmen.41.

Cauſa autem eſt,quoniam hic ſenſus maxime nos cognoſcere facit, & plures differentias demonſtrat.

Maxime μάλιστα magis.

Continuatio.

Cum accepiſſet nos amare magis viſum, qm̃ magis cognoſcitiuus eſt,nunc illius cãm affert ex eo quia facit nos magis cognoſcere, cũ per eũ cognoſcamus magis ea,quæ per ipſum cognoſcimus. (& plures)rerum ſenſibilium differẽtias demõſtrat,& hoc dicit (cã autẽ eſt) ſcilicet ꝙ viſus ſit magis cognoſcitiuus, (qm̃ hic ſenſus).ſ.inter ſenſus hominibus tributos,(maxime) id eſt perfectius (nos cognoſcere facit) ea, quæ per ipſum cognoſcimus, (& plures) ſcilicet quo ad numerum rerum ſenſibilium (differentias demonſtrat) nobis. nam per viſum cognoſcimus ſupralunaria, & ſublunaria, per cæteros autem non niſi ſublunaria. Sed dices tactus, etiam faceret nos cognoſcere ſupralunaria,ſi eſſemus cœleſtibus corporibus proximi, nã ſtellæ ſecundum Platonem igneę ſunt,& tactiles,ꝙ autem eas per tactum non ſentiamus, eſt per accidens, quia propter diſtantiam a ſtellis, quæ nobis accidit. Sed peripatetice ſentiendo dicamus tactum neque per ſe, neque per accidens eſſe cœleſtium cognoſcitiuum,eſſet enim tunc cœlum tactile,& ſic aut elemẽtum, aut miſtum. Quare etiam ſi ſtellis eſſemus proximi,manuſq; ſuper eas imponeremus, nullo pacto illas per tactum cognoſceremus, qm̃ qualitatibus tactilibus non ſubſunt. Adhuc nonne per tactũ ſentimus calorem cœleſtem,ergo ſentimus per tactum ſtellam, quæ calefacit. Quare per tactum ſentimus ſublunaria,& ſupralunaria. Dicendum per tactum nos ſentire calorem cœleſtem,non quidem quo Sol eſt formaliter calidus, ſed quo Sol eſt caloris effectiuus & aer eſt calidus, ideo non ſequitur nos ſentire Solem per tactum, ſed ſolum aerem calefactum a ſole. quoniam illo calore non Sol, ſed aer eſt formaliter calidus. Quo vero ad verba attinet maxime græce eſt μάλιστα & intellexit per ſuperlatiuum comparatiuum, quod expoſuerunt quidam, ideſt intenſius, & verbum plures expoſuerunt fuſius, atque extenſius, vt ſit ſenſus ꝙ viſus ſit magis cognoſcitiuus, quoniam intenſius per ipſum ſenſibilia cognoſcimus, & extenſius,quoniam per ipſum noſtra cognitio longe magis ſe extendit, quàm per cæteros ſenſus. Quæ expoſitio nõ eſt bona, quoniam proportionabiliter æque intenſe per omnes ſenſus ſenſibilia cognoſcimus,modo cætera ſint paria. propterea expoſitor Thomas rectius exponit, nam per maxime intelligit perfectius atque certius. Hoc autem eſt,ex parte potentiæ viſiuæ,quæ cæteris ſenſitiuis virtutibus immaterialior eſt,omnis autem potentia eo magis, ac magis,& certius cognoſcit,quo magis ac magis immaterialior eſt. Per plures differentias intelligit, plura genera obiectorum, qm̃ ea omnia ſenſibilia, quæ lucet aut colore participant, & ſic tam cœleſtia, quàm ſublunaria per ipſum cognoſcim'. Quòd vero viſus cæteris ſenſibus ſic immaterialior,demõſtrauit expoſitor ex mõ,quo viſus a ſuis obiectis mouetur,& ex modo, quo cęteri a ſuis immutantur.nam ſenſibilia cæterorũ ſenſuum mouent propria ſenſoria,& media mutatione aliqua ex ꝑte reali. Viſilia vero ſolũ ĩmutatione intẽtionali.

Dubitatio.

Alia dubitatio

Solutio.

Verborũ expõ.

Dubitatio.

Sed dices hæc demonſtratio per quam Expoſitor demonſtrat viſum immaterialiorem eſſe, eſt a poſteriore, & non dicit cauſam. propterea ego quæro cauſam quare viſus ſortitur in ſuo organo maiorem *Solutio.* immaterialitatem. Verum hæc quæſtio non eſt ad propoſitum, ſatis enim eſt nobis ſcire viſum eſſe immaterialiorem, & non refert ad noſtrum propoſitum ſiue hoc pateat per cauſam, ſiue per ſignum. nã ſecundo libro de anima, cauſa aſsignata eſt ex eo, quia in organo viſus eſt plus de aere lucido, quàm in cæteris, dico lucido, propter organum auditus, verum de re hac nunc ſatis.

Animalia igitur ſenſum habentia natura fiunt.

Cum feciſſet mentionem de ipſo ſcire, quod eſt quoddã cognoſcere propterea diſtinguit in ipſis animalibus cognoſcitiuis diuerſos cognoſcẽdi gradus, & declarãdo huiuſmodi cognoſcẽdi gradus, primo accipit in qua cognitione omnia aĩalia cõueniunt, & dicit (animalia igitur natura fiunt ſenſum habentia). i. igitur omnia animalia conueniunt in habẽdo ſenſu à natura: ergo omnia animalia conueniunt in *Quæ Alex.* habenda ſenſitiua cognitione. Alexander vero Aphrodiſius etiã aſſerit Ariſtotelẽ exponere ordinem potentiarũ aĩæ, quæ in ſenſibus efficiuntur. Primo, vt perfectiora aĩalia à minus pfectis diſcernãtur, deinde, vt oſtendat hominẽ (quia præter cætera aĩalia cõpos rõnis eſt,) cæteris eſſe perfectiorem, & hæc vt doceat quid eſt ſapiens. Sed qm̃ verba ſunt illatiua, dicit.n. (aĩalia igitur) ideo quæſitum eſt vnde inferatur hoc, quod infert. & patet, quia infertur, ex eo, quia dixit, ſenſus datos eſſe nobis nõ ſolũ vt agamus, ex hoc.n. ſequitur oĩbus eſſe datos, vt agant, quoniã cuncta viuunt, capiuntq; victũ per ſenſum. Aut fortaſſe illatiua verba ſunt ex ijs, quæ poſt dicturus eſt, quoniã licet poſterius dicentur, ante pconcepta habentur. ſunt aũt hæc, ꝙ perfectiora aĩalia ab imperfectioribus differãt, & ꝙ homo ſit animal pfectiſsimum, & reliqua. Cur vero animalia cuncta conueniant in habendo ſenſu, Ariſtoteles declarauit. 3. lib. *Tex.cõ. 160. & inde.* de Anima. ex eo, quia vltima differentia aĩalis, p quã animal diffinit̃, eſt ipſum ſenſitiuum. eſt.n. aĩal corpus animatũ ſenſitiuum. ſenſitiuum aũt nihil aliud eſt q̃ habere ſenſum: ergo oĩa animalia conueniũt, vt natura fiant cum ſenſu. Hoc etiã patet ex eo, quia videmus quædam animalia habere ſenſus oẽs, ut pfecta, quædam plures, nonnulla perpaucos, prout ſunt perfectiora, minuſue perfecta, omnia tamẽ neceſſario vnum habent videlicet tactum, non enim ſine tactu aliquod animal eſſe poteſt. quippe cũ per tactũ tactibiles qualitates cognoſcat, in quibus cõſiſtit cibus, & potus, & ſalus, & mors.

Verum quibuſdam quidem eorum ex hoc ſenſu non fit memoria, quibuſdam autem fit.

Primus in brutis cognitionis gradus. Cum aſsignaſſet conuenientiam omnium animalium, quæ eſt in habenda ſenſitiua cognitione, nunc aſsignat differentiam, quam per gradus cognitionis, qui reperiuntur in brutis animalibus, exponit, & dicit. (verum quibuſdam quidem eorum.) ſcilicet animalium (ex hoc ſenſu,) quem communiter omnia habent, (non fit memoria,) quaſi dicat, verum animalium, quæ ſenſum habent, quædam ſunt, quæ licet habeant ſenſum, non tñ habent memoriã, quæ ex ſenſu fit. Cauſa autem, quia ſenſum tactus habent, at phantaſiam, ideſt imaginationem non habent, & ſic in eis memoria eſſe non poterit, quæ earum imaginum ſeruatrix eſt, quę ex ſenſibus in imaginariam deferuntur, de quibus in. 3. de anima dilucide. & hæc *Tex.cõ. 160. & inde.* animalia ſunt, quæ primum cognitionis gradum obtinent. Huius generis ſunt oſtrea, cõchylia, & id genus: quæ lapidibus affixa immobilia ſunt motu progreſsiuo. Huius mẽbri cauſa eſt, quoniam cum hæc cibum, & id, quod vitæ eſt neceſſariũ prope habeãt, motu progreſsiuo vacant: memoria autem neceſſaria non eſt niſi propter loca & vias, ad quæ pro cibi neceſsitate ferantur. Carent igitur memoria, quia carent imaginatione locorum, & viarum, per quæ quærant ea, quæ ſunt vitæ neceſſaria. Sed dices huiuſmodi animalia ſaltem motu dilatationis, atq; cõſtrictionis mouentur, vt patet cum pungũtur. nullus autem motus continuus eſſe poteſt ſine imaginatione, & memoria initij, finis, & medij. Ariſtoteles nõ *3. de anima* abhorret propter hoc in eis eſſe imaginationem, & *tex.com. 56.* memoriam confuſas, ut habeant motum indeterminatum propter obiectum delectabile vel triſtabile, dum videlicet illud occurrerit, perfectas autem habere non poſſunt, niſi eſſent fruſtra. Deinde aſsignat ſecundum membrum, & dicit, (quibuſdam autem fit,) ſcilicet memoria ex ſenſibus propter motum imaginationis factum a ſenſibus, hæc ſi auditum nõ habuerint, animalia ſunt, quę ſecũdum gradum cognitionis obtinẽt. Cauſa autem, quoniam hæc neceſſaria vitæ præſentia non habent, ſed procul oportet illa quærere per motum proceſsiuum: quare oportet imaginationem & memoriam habere locorum, & viarum, & partium motus & obiectorum etiam, vt moueri, & continuare procul motum poſsint. Huius generis ſunt apes, formicæ, & aranei, cæteraque eius generis. Hæc, vt alexander aphrodiſius inquit, animalibus perfectiora ſunt, quæ ſenſu tantum prædita ſunt, quoniam non modo ſentiunt, ſed poſſunt etiã quæ ſenſerint, meminiſſe.

Et propter hoc alia prudentia ſunt, Alia uero diſciplinabiliora non potentibus memorare.

Et Alexander, & cæteri expoſitores volũt Ariſto- *Cõis omnium* telem ex proxima diuiſione nũc inferre quoddã. *expoſitio.* Verum quid eſt illud, quod infert, nõ eodem modo *Prima expõ, et* exponunt. Expoſitores noſtri illud autumant eſſe ſe- *prima diuiſio.* cundam & tertiam diuiſionem animalium, ꝙ videlicet animalium alia ſint, quæ prudentiam habent, quæcunque videlicet memoriam habent, alia vero, quæ non habent prudentiam, ea videlicet omnia, quæ memoria carent. & ſic ſupplenda eſt litera, hoc pacto (& propter hoc) ſcilicet quia quædam habẽt memoriam, quædam non habent, ſequitur, vt (alia) animalia (ſint prudentia) alia vero non ſint prudentia. Hoc enim ſupplendum eſt pro complemento diuiſionis. huius rei cauſam affert Expoſitor, quo- *Cauſa apud* niam (vt. 6. Ethic. patet) Memoria eſt pars pruden- *expoſitorem.* tiæ, nam intelligentia præſentium, memoria præteritorum, & prouidentia futurorum partes ſunt prudẽtiæ. Quare animalia, quæ carent memoria, prudentia quoq; carebunt, potiſsimum quoniam memoria vel eſt prudẽtia tota, vel prudẽtię potiſsima pars. Tertia *3. Diuiſio.* vero diuiſio eſt, quã infert, & dicit, (alia vero diſcipli- *Solutio tacita.q.* nabiliora non potentibus memorare,) per hanc.n. compa-

comparationem dat intelligere eſſe animaliũ quædam diſciplinabilia,vt quæ auditũ habent,quædã indiſciplinabilia,vt quæ carent auditu. nam licet comparatiue locutus ſit, ad ſenſum poſitiuum eſt legendus. *Alex. qua.* Alexander autem legit verba copulatiue hoc pacto, (& propter hoc) ſcilicet ꝙ quædam auditum habent, quædam non habent, quædam animalia ſunt prudentia, diſciplinabilioraque ijs,quæ meminiſſe nequeunt. & hoc dicit, (& propter hoc) ſubaudi, quia alia auditum habent,alia non habent,(alia) ideſt quædam animalia (prudentia ſunt,) alia uero,hoc eſt & diſciplinabiliora non potentibus memorare. legendum.n.eſt δὲ pro &,Atque τὰ pro articulo, quaſi dicat & dociliora non potẽtibus memorare. *2. expoſitio* Melius autem propter verba, quæ ſequuntur, eſt dicendum, Ariſtotelem feciſſe diuiſionem, & ſubdiuiſionem hoc pacto, (& propter hoc,) quia alia habent, alia non habent memoriam, (alia quidem prudentia ſunt,) alia ſubaudi non prudentia, & prudentium alia diſciplinabilia,alia non diſciplinabilia. prudentia quidem, quæ memoriam habent, non prudentia, quæ carent memoria: & prudentium, quæ memoriam habent,alia diſciplinabilia,ut quæ habent auditum.alia indiſciplinabilia,quæ carent auditu.

Prudentia quidem ſine habilitate diſcendi, quæcunque ſonos audire non poſſunt: ut apes, & ſi quid aliud huiuſmodi eſt animalium genus. Addiſcunt autem quæcunque cum memoria hunc quoque ſenſum habent.

Continuatio. Cum dixiſſet prudentium animalium alia eſſe diſciplinabilia,alia indiſciplinabilia, nunc exponit hanc diuiſionem, & dicit (prudentia quidem ſine habilitate diſcendi) *Membrum primum.* id eſt prudentia quidem animalia indiſciplinabilia ea ſunt (quæcunq; ſonos) voceſq; (audire non poſſunt,) ideſt quæcunque carent auditu (vt apes & ſi quid aliud huiuſmodi eſt animalium genus) videlicet formicæ, & cætera inſecta, *2. membrum.* deinde aſsignat aliud membrum, & dicit (addiſcunt autem,)ideſt diſciplinabilia autem ſunt, (quæcunq; cum memoria habent quoq; ſenſum hunc).ſ.auditum,ideſt quæcunq; habẽt memoriam,& auditum. *Cauſa. Solutio qõ. tacita.* Cauſa aũt, quia auditus eſt ſenſus diſciplinæ, vt dicitur in lib. de Senſu, ſaltem illius, quæ acquiritur per inſtructionem factam ab alio. dico factam ab alio,quoniam diſciplina facta per inſtructionem à ſe hæc animalia, quæ carent auditu, eſſe poſſent diſciplinabilia. *Qua expoſitor de gradibus.* Ex iis expoſitor colligit plures animaliũ gradus, quorum Primus eorum animalium eſt, quæ memoriam, prudentiam,ac diſciplinã habent, vt quæcunque auditum habent. eſt ſecundus gradus eorum animalium,quæ memoriam, & prudentiam habent, diſciplinam vero non,ut quæ auditu carent. tertius uero eorum, quæ nec memoriam, nec prudentiam,nec diſciplinam,ut quæ ſolum tactũ habent, vt oſtrea,& conchylia. Nullum uero animal reperitur,quod diſciplinã habeat,& neq; memoriam,neq; prudentiam Si.n.habet diſciplinam, oportet habere auditum, quo ab alio inſtruatur,& memoriam,qua inſtructa ſeruet.& ſi habet auditum,memoriam,& diſciplinam,oportet habere prudentiam. Quare nullum reperitur animal, quod diſciplinam habeat, & non memoriam neque prudentiam. *Solutio qõ. de apibus.* Illud uero, quod in apibus cernitur,quæ ex ſono congregantur non ex eo eſt, ꝙ ſonos audiant, ſed ex locali aeris motu, qui proficiſcitur ex colliſione aeris facta a ſonis. huiuſmodi enim aeris motus apes impellẽs, cogit eas in vnum. *Prima Alexandri conſideratio de prudentia.* Alexander quaſi admiratus Ariſtotelis verbum, cum dicit alia ab homine animalia eſſe prudentia, aſſerit uerbum prudentia non proprie accepiſſe, nam prudentia proprie in conſultando verſatur & ijs in rebus, de quibus conſilium capitur, diciturq; habitus conſultandi, & quidem alius à facultate rationabili. Aliter quoque dicit,prudentiam accepiſſe pro ſolertia,diſcretioneq; naturali, quæ uerſatur circa imagines,reſq; ipſas agẽdas,quæ in ijs generatur, quæ meminiſſe ualent. Vtrum vero prudentia ſit in brutis & reſpectu quorum actuum in dilucidario expoſitum eſt. Nunc uero apud Alexãdrum collectum ſit in brutis,uel non eſſe prudentiam, niſi per æquiuocationem accipiendo prudentiam pro naturali ſolertia,vel diſcretione, quæ verſatur circa imagines, reſq; ipſas agẽdas, quæ in ijs animalibus generatur, quæ meminiſſe poſſunt. Vel ſi prudentia ſit, oporteat ut fuſe, communiterq; ſumatur. *Admiratio ſecunda de verbo diſciplinabiliora.* admiratur etiam Alexander uerbum diſciplinabiliora,quod græce eſt μαθηματικώτερα, quoniam diſciplina videtur attinere ad ſcientiam,quæ nullo pacto eſſe poteſt in brutis.aſſerit tamen bruta eſſe diſciplinabilia non ſimpliciter,ſed quatenus nonnulla ipſorum meminiſſe poſſunt, quaſdamq; uoces addiſcere atq; imitari,ut auium complures.quin etiam agere aliqua,ut canes,& elephanti,& alia quædam.Ergo diſciplinam accepit quaſi æquiuoce (vt dictum eſt) de prudentia. *Alia expõ.* Aliter quoque dicit, accepiſſe diſciplinabiliora pro eo,quod eſt aptiora ad cognoſcendum. Animalia enim memoria prædita cognoſcunt,ſuumq; ab alieno diſcernere ualent. *Amplificatio eorum quæ dixit Ariſt.* Addit etiam Alexander, Ariſtotelẽ per hæc ſimul oſtendiſſe ſingulas ſenſuales facultates animalibus eſſe tribuendas, quæ à ſenſu ipſo principiũ ſumunt,ut in leporibus uerſutiam, in ipſa uulpe fraudẽ in lupo malitiam, in pigmeis conſilium, in elephantis obedientiam & in cæteris cæteras. Oẽs.n. hæ diſciplinæ quedã ſunt à ſenſuum cõprehenſione ꝓficiſcentes.

Alia igitur animalia imaginationibus & memorijs uiuunt,experimenti autem parum participant. hominum autem genus, & arte, & rationibus. *De progreſsiuis tantum ſermo eſt.*

Prima expõ. Expõ D. Tho. Expoſitores Ariſtotelem determinare gradus cognitionis hominum autumant. circa quam rem duo Ariſtotelem facere dicunt: nam primo oſtendere in quo cognitio humana excedit cæterorum animalium cognitionem,deinde quomodo humana cognitio per diuerſos gradus diſtribuatur. hæc autem expoſitio nõ valde diſſonat,uerum propter illud verbum(igitur)cũ Alexandro Aphrodiſio dico Ariſtotelem ex ijs, *Alia expõ.* quæ dixit,nunc concludere cætera animalia præter hominem parum experientia participare. nam, cum dixiſſet cætera animalia habere ſenſum, *Cã expõnis.* ne tu credas propter hoc ea habere experientiam, cum experientia ortum habeat a ſenſibus, quaſi hoc refellens, dicit (alia igitur animalia).ſ. quæ ſunt alia ab homine, & ab imperfectis animalibus (imaginationibus & memorijs viuunt,experimenti autem parum participant,hominum autem genus, & artibus & rationibus) .ſ. viuit: quare & experimento omnino participat. *Verborum conſideratio. Alia aĩalia.* Quo igitur ad verba attinet, Ariſtoteles per (alia animalia)nõ intelligit omnia alia animalia ab homine, vt expoſitores, & Alexander expoſuerunt,quoniam tunc animalia imperfecta, quæ ſolum tactum habent,& immobilia dicuntur, viuerent imaginationibus, & memorijs, ſed intelligit omnia alia animalia progreſsiua,quę ſunt alia ab homine. nam hæc viuunt imaginationibus, &

Parum.

memorijs,cum uero dixit,(experimenti autem parũ participant)voluit ſignificare(vt Alexander exponit) ea vel omnino experientia vacare,vel quaſi in quibuſdam ipſorum pauxillum experimenti haberi. & cum dixiſſet animalia alia ab homine parum experimenti participare, non proprie experimentum accepit, qđ

Experimẽtum.

fit ex memorijs vel ex collocatione plurium ſingularium in memoria receptorum, ſed proportionale experimento intellexit,vt Alexander expoſuit. quemadmodum de prudentia dictum eſt. Cum vero dixiſſet

Rationibus.

rationibus, quod græce eſt λογισμοῖσ latine quoque conſiderationibus.rationes,vt Alexander dixit,appellauit rationes rerum agendarum, in quibus prudentia

Viuit.

proprie verſatur.& cum dixiſſet(viuit)viuere non accepit prout eſt eſſe viuentis, quemadmodum libro de

De anima.2. tex.cõ.37.

Anima Secundo accipitur:non enim huiuſmodi viuere ex memoria, atq; imaginatione proficiſcitur. Sed viuere accepit pro actionibus, quibus vtimur in vita quomodo conuerſationem hominum vitam dicere ſolemus. Sed quam ob cauſam animalia non participãt

Cur animalia non participãt experimento niſi parum,hominum genus omnino.

experimento niſi parum,hominum autem genus omnino,exponit Expoſitor. nam experimentum eſt habitus particularis cuiuſdam rei proficiſcens ex collatione plurium ſingularium in memoria receptorum:ergo niſi fuerit collocatio plurium ſingularium in memoria receptorum,non poterit eſſe proprie experimentum: & quoniam collocatio eſt homini propria(pertinet.n. ad vim cogitatiuam, quoniam eſt ratio quædam particularis collatiua intentionum indiuidualium, ſicuti ratio vniuerſalis intentionum vniuerſalium:) ideo ſolum genus hominum proprie experimento participat, cætera vero animalia ex multis ſenſibus, atque memorijs ad aliquid proſequendum vel fugiendum aſſueſcũt inde eſt,ut experimento (licet parum) participare videantur.Quod enim ex collocatione plurium ſingularium in homine eſt experimentum,in cæteris animalibus id,quod fit ex pluribus ſenſibus, atque memorijs, eſt aſſuetudo, & ſic participando aſſuetudine uidẽtur parum participare experimento, quatenus aſſuetudo proportionale quippiam eſt ipſi experimento, vt Ale-

Cur genus hominum arte et rationibus.

xander dixit. Cur uero dixit genus hominum viuere arte & rationibus, Thomas expoſuit, quia perfectum hominis regimen eſt per rationem arte perfectam. Vt ſit ſenſus arte & rationibus, ideſt rationibus arte perfectis. nam per rationes uniuerſales homo viuit perfecta arte (quæ colligitur ex pluribus experimẽtis.) Qui .n.ratione ſine arte ex experimentis collecta uiueret, perfecto regimine non ſe regeret.Quare quemadmodum perfectum vitæ regimẽ in animalibus eſt per memoriam adiuncta aſſuetudine, ita perfectum hominis regimen eſt per rationem arte collecta ex pluribus experientijs perfectam.Hæc expoſitio bona eſt, & vera,

Alia expõ.

tamen ſi voluerimus ſequi Alexãdrum, Ariſtoteles per rationes intelligit rationes rerum agendarum, in quibus prudentia proprie uerſatur, & ſic intelligit prudẽtiam, quæ conſiſtit in rationibus rerum agendarum. ergo per artem intelligendum eſt rectam rationem factibilium. Ars enim in faciendis rebus eſt ſicut prudẽtia in agendis,homines ergo viuũt arte, quantũ ad res faciendas, viuunt prudentia,quantum ad res agendas.

Experimentum ἐμπειρία experientia peritia.

Fit autem experimentum in hominibus ex memoria:plures enim eiuſdem rei memoriæ unius experimenti potentiam faciunt, & uidetur ſcientiæ, & arti fere ſimile experimentum eſſe.

Continuatio.

Cum dixiſſet hominũ genus arte, & rationibus viuere,nunc vt Alexandro videtur oſtendit experimentum peculiariter homini tributum eſſe,ex quo ars proficiſcitur: & hoc declarat exponendo quomodo generatur experimentum, & dicit, (fit autem experimentũ in hominibus ex memoria) deinde exponit modum, quo generatur, & dicit (plures enim eiuſdem rei memoriæ vnius experimenti potentiam faciunt,) ideſt generant experimentum vnum, quod eſt habitus,& vna potentia, per quam quis facile atque recte potens eſt

Quæ Alex.

ad operandum. vnde Alexander declarans quomodo experimentum fit ex memoria, dicit, experimentum enim cognitio quędam iam eſt rationabilis, quæ hoc

Diuina experimenti et artis.

ab arte ſuperatur, ꝙ experimentum ſit cognitio quædã vniuerſalis alicuius ſingularis ſæpe memoria repetiti, ars uero non eſt huius tantum cognitio, ſed omnis

Illatum ex dictis.

huic ſimilis,quaſi vnius.Deinde ex hoc,quod nunc dixit, infert ſimilitudinem inter experimentum ex vna, & artem, & ſcientiam ex altera. & legatur (&)pro ergo,ſic(&)id eſt ergo. (videtur ſcientiæ, & arti ferè ſi-

Expoſitorque.

mile experimentum eſſe) Expoſitor deducit hoc ex eo quia,vt dictum eſt, experimentum potentiam præbet facile,ac recte operandi, & quantum ad hoc videtur ſimile arti,& ſcientiæ,quoniam etiam ars, & ſciẽtia præbent potentiam, Ars quidem recte & facile operandi,

2. Expoſitio.

ſcientia vero recte & facile ſpeculandi.Poteſt etiam deduci ex eo, quia ſicuti experimentum eſt vna cognitio alicuius rei ex multis accepta,ſic ars,& ſcientia: eſt tamen differentia,quia ars & ſcientia accipitur ex multis

3. Expoſitio.

experimentis,experimentum ex multis memorijs. Vel tertio ſimilitudo eſſe poteſt (vt Alexander dicit) quia, vt experimentum in quibus ineſt, ſe habet ad memoriam,quę eſt alicuius vnius numero rei vel rõnis,ſic ars & ſcientia ſe habent ad experimentum,quoniam experimentum eſt multorum, ac ſingularium,ideſt ſenſibilium,quorum eſt memoria in vnum complexum. Ars autem eſt ſumma multorum experimentorum. Patet igitur recte dictum eſſe, ꝙ experimentum ſimile fere ſit arti,& ſcientiæ,& dixit fere,quia non eſt omnino ſimilitudo,vt dictum eſt.

Experientia ἐμπειρία experimentum. Fortunam τύχην caſum.

Euenit autem ſcientia & ars hominibus per experientiam.Nam experientia quidem artem fecit, ut Polus inquit recte dicens,inexperientia uero fortunam.Fit autem ars,cũ ex multis experientiæ conceptionibus una de ſimilibus fit uniuerſalis exiſtimatio.

Exiſtimatio ὑπόληψις acceptio ſuſpicio. opinio. De generatione artis.

Cum aſsignaſſet generationem experimenti, nunc aſsignat generationem artis & ſcientiæ. & primo aſsignat generationem, & dicit, (euenit autẽ)id eſt generatur autem (ſcientia, & ars hominibus, per experientiam,) nec fecit differentiam inter experimentum, & experientiam hic, licet aliqua differentia eſſe poſsit,de

Rõ aſſumpti. Prima expõ.

qua in dilucidario.deinde affert rationem, & dicit (nã experientia quidem artem facit(vt Polus inquit, recte dicens) quatenus ex experientia fit recta rõ operandi, quę nihil aliud eſt niſi ars quædam.(in experientia vero fortunam).i. regulam operandi a fortuna. accidit enim a fortuna, vt inexpertus recte operetur: ergo ex experientia fit ars,quæ eſt recta rõ operandi,ex inexperientia fit fortuna, quæ eſt regula operandi fortuita. Alexãder vero dicit, illud autem perſpicuum eſt quod Polus dicebat: qui abſque experientia quicquam efficiunt,iis fortuitu finem contingere, ſi forte cõtingat quare expoſitio erit (nam experientia quidem artem

facit,

facit,)id eſt finē artis per ſe,fortuna per accidens attingit. *De mō generationis.* deinde aſsignat modum, quo generantur ars, & ſcientia ex experimento, & dicit, (fit autem ars cum ex multis experientiæ conceptionibus).i.cum ex multis experimentarijs conceptionibus (vna de ſimilibus fit vniuerſalis exiſtimatio.)ergo modus, quo ars fit ex experimento,eſt idem cum modo,quo ex memoria fit experimentum. *Similitudo experimenti et artis, quo ad modum operandi.* nam ſicut ex multis memorijs fit unū experimentum, quæ eſt quædam experimentaria cognitio, ita ex multis experimentis apprehenſis fit vniuerſalis exiſtimatio de omnibus ſimilibus: qua ratione fit, vt ars pluſquàm experimentum hoc habeat, *Quid ars ſupra experimentum.* ꝙ experimentum tantum circa ſingularia uerſetur, ars autē circa vniuerſalia: & cum dicit,artem fieri ex experimētis,accipit artem pro quodam habitu totali. Quo vero ad verba attinet, (ſcientia, & ars) non pro diuerſis *Verborum conſideratio Scientia et ars.* accipiuntur, ut nonnulli putant,qui ſcientiam pro cōtemplaria,artem pro operaria accipiendam eſſe volūt de quibus in dilucidario, vbi hanc opinionē ſequimur. nam ſcientia contemplaria non fit ex experimentis in operationibus collocatis,ſed ex pluribus inuentis conſiderationibus, vt.1. Poſteriorum dictum eſt. Quare ſcientia & ars pro eodem accipiuntur, ut ſit dictum (ars & ſcientia).i. ſcientia practica. hæc enim eſt,quæ fit ex pluribus experimentis in operationibus collocatis. *Fortunam.* (fortunam)græce eſt τύχην,quod nonnulli caſum interpretati ſunt,quod licet ſtare poſsit, tamen melius fortunam dixerim,quæ proprie in humanis operationibus habetur. *Exiſtimatio.* (exiſtimatio) græce ὑπόληψις, quod antiquus interpres acceptionem dixit,& non diſplicet tamen exiſtimationem magis ad uerbum dicerem. licet etiam ſuſpicio, & opinio interpretari poſsit. *Dubitatio.* Sed dices, tunc nullus artifex eſſet inexpertus patet, quia per hæc in hominibus non fit ars, niſi ab experimētis. dicendum illum artificem eſſe inexpertum, qui artem didicit per doctrinam, non autem eum,qui artem acquiſiuit per inuentionem. *Solutio.* vnde Alexander dicit, neq; vero negat fieri poſſe,vt ars citra experientiam diſcatur, ſed initio artem per experientiam eſſe inuentam ait.nam (vt dicet) fieri poteſt, vt ſit quiſpiam artifex, qui non ſit idem expertus,Sed de hoc in dilucidario.

Nam exiſtimationem quidem habere, quoniam Calliæ laboranti hac ægritudine, hoc contulit, & Socrati, & pluribus ſingularibus ſic, experimenti eſt. hoc autem, quoniam omnibus huiuſmodi ſecundum unam ſpeciem determinatis hac ægritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut cholericis, aut æſtu febricitantibus, artis eſt.

Probatio eius quod dixit per exemplum. Cum dixiſſet artem fieri, cum ex multis experimentarijs conceptionibus vna de ſimilibus vniuerſalis fit exiſtimatio,nunc hoc probat per exemplum.Vel aliter & melius, cum dixiſſet artem eſſe quandam vniuerſalem exiſtimationem vnam de omnibus ſimilibus, & experimentum cognitionem experimentariam vnam de pluribus ſimilibus,nunc hæc duo exempla exponit, & primo exponit in exemplo quomodo fit experimētum.Deinde in exemplo exponit,quomodo fit ars, & loquitur hic de arte partiali, quæ eſt vnum experimentum amplificatum ad omnia ſimilia,in textu vero proximo de arte totali. de primo dicit, (nam exiſtimationem quidem habere, quoniam Calliæ laboranti hac ægritudine) ſcilicet febre cholerica (hoc contulit) ſcilicet diagridium, (& Socrati, & pluribus ſingularibus ſic) ſcilicet contulit diagridium, cum non additur, & ſic de ſimilibus in complexione cæteriſque talibus,ac eodem morbo laborantibus diagridium contulit (experimenti eſt.) eſt enim experimentum cognitio quædam de multis ſingularibus, cum non additur ſic & vniuerſaliter de omnibus ſimilibus *Quid experimentum.* Deinde exponit in exemplo,quomodo fit ars, & dicit (hoc autem, quoniam omnibus huiuſmodi ſecundum vnam ſpeciem determinatis hac ęgritudine laborantibus) id eſt hoc pertinet ad artem, accipit & ſic de ſimilibus in complexione eodem morbo laborātibus, diagridium conferre videtur, (vt phlegmaticis,aut cholericis, aut æſtu) ſcilicet cauſonide, vel ſanguine (febricitantibus artis eſt) ideſt fit illa cognitio,quæ dicitur ars. *Expoſitio Alexandri.* ergo dū non additur,& ſic de omnibus ſimilibus natura, atque morbo,generatur cognitio experimentaria, quæ cum non ſit in omnibus,poteſt eſſe fallax, cū vero additur, & ſic de omnibus ſimilibus natura atque morbo,generatur ea cognitio,quæ dicitur ars.& hæc expoſitio Alexandri eſt,cum dicit,nam experientia eſt ſcire laborantibus hoc morbo ſcilicet febre cholerica hoc medicamentum opitulari,Artis vero ſcire tali ægrotantibus ſcilicet omnibus,talia ſcilicet omnia medicamenta conferre,quamobrem ars vniuerſaliter, ſubaudi ſimilia,conſpicit ijs,quæ ab experientia ſunt ſumpta.ars enim eſt rei ſimilis,id eſt vniuerſalis diſcurſus. Nec ab ratione Alexāder appellat vniuerſale ſimile, quoniam *Quare uniuerſale dicitur ſimile.* vniuerſale eſt quoddā ſimile (vt dicit Themiſtius Primo de Anima) collectum ex pluribus ſingularibus ſimilibus. *Primum excerptum.* Ex his ſequitur artem & experimētum eſſe de eiſdem, nam experimentum eſt de ſingularibus,& ars etiam de ſingularibus. verum experimentum eſt cognitio plurium non addendo & ſic vniuerſaliter de ſimilibus,ars vero addendo & ſic de ſimilibus vniuerſaliter. *Secundum excerptum.* Inſuper ſequitur experimētum eſſe cognitionem quandam vniuerſalem alicuius ſingularis ſæpe memoria repetiti,vt Alexander dicit, acquirit.n.experimentum vniuerſalitatem quādam,ſaltem ſub ratione indefinita propter pluralitatem repetitionis, & ſic dici poteſt vniuerſalis cognitio,non vniuerſaliter. Artem vero eſſe vniuerſalem cognitionem vniuerſaliter,quoniā non tantum huius,ſed omnis huic ſimilis, quaſi vnius, vt voluit Alexander,loquor de arte non quidem totali vt dicemus,quæ fit ex pluribus experimentis,ſed de arte particulari, quæ fit ex vno experimento amplificato ad omnia ſimilia. *Tertium excerptum.* patet inſuper differentia inter experimentum & artem ex vna,& cognitionem aſſuetudinariam in brutis ex altera. nam ars & experimentum generantur in nobis ex pluribus ſenſibus, atq; memorijs plurium vel omnium ſimilium ſingularium. collatione quadam interpoſita. cognitio aſſuetudinaria,licet ex pluribus ſenſibus pluribuſq; memorijs plurium ſingularium, non tamen per medium diſcurſum, vel collationem. *Quæſtio.* Sed quæratur quo modo exempla Ariſtotelis reducantur ad propoſitiones? dico exemplum experimenti ſic reduci, vt dicamus, Callias, Socrates, & plures eiuſdem naturæ ſic laborantes febre cholerica ſunt entia,quibus contulit diagridium, ergo febricitantes febre cholerica ſunt entia, quibus diagridium confert. ars erit, Callias, Socrates,& oēs ſimiles eiuſdē naturæ & laborantes ſimili febre cholerica ſunt entia, quibus cōtulit diagridium, igitur omnes febricitantes febre cholerica eiuſdem naturæ ſunt entia, quibus cōfert diagridium, ſic.n.reſoluuntur exempla ad prioriſticas regulas,atque ſyllogiſticas,vt docuit Ariſtoteles *Verborum conſideratio.*

primo priorum, cum docuit ſyllogizare ex obliquis. Quo autem ad verba attinet cum Ariſtoteles dixiſſet (hac ægritudine,) vt Alexander exponit intellexit pro tali,atq; cõſimili morbo,non.n.duo homines poſſunt eadem numero ægritudine laborare. & cum docuiſſet artem & experimentum in iuuamentis,non iuuamentis tantum,ſed etiam in morbis ars per ſimile diſcurrit.

Hac ægritudine.

Amplificatio propõnis Ariſtotelis.

Dubitationes quarum prima eſt.

Sed circa hæc ſunt dubitationes,prima quia tũc in generatione artis ex experimento committeretur fallacia conſequentis.deducitur argumentum, quia experimentum eſt ex multis ſingularibus commemoratis, ars vero in omnibus ſimilibus.ſed à pluribus ad omnia locus deceptionis eſt à conſequente.

Secunda.

Secunda dubitatio eſt,in quo genere cauſæ ars generatur ab experimẽto,non enim experimentum eſſe poteſt artis efficiens vniuocum, cum experimentum ſit cognitio alterius ſpeciei ab arte: neq; æquiuocum,quia experimentum præſtantius eſſet ipſa arte: Præterea ſecundũ Alexandrum ars & experimentum ſunt idem, igitur ars non fit ab experimentis.

Tertia.

Tertia, videtur in textu non eſſe bene dictũ artẽ fieri ab experimento,quoniam quemadmodum experimentum non fit, niſi ex pluribus memorijs, ſic ars non fit niſi ex pluribus experimentis.

Quarta.

Quarta ab experimentis generantur principia artis, vt patet in fine.2.Poſt.igitur non ars,non.n.artis principia ſunt ipſa ars.

Quinta.

Quinta ab incerto nõ generatur certum, Ars eſt certa vt patet.6.Ethicorum, experimentum vero fallax,ut Hippocrates inquit.

Sexta dubitatio.

Vltimo dubitatur, quia non videtur ſcientiam fieri ex experimentis, vt Ariſtoteles dicit in textu,primo quia ſcientia de ſubſtantijs ſeparatis,eſt ſcientia,& tamen non poteſt generari ex experimentis,cum non cadãt ſub ſenſu. deinde quia doctrina,quæ habetur a doctore,eſt ſcientia, quę tamen non acquiritur per experimentum.

Solutiones.

Qua Alex.

Pro ſolutione multa diximus in dilucidario, nunc breuibus dicimus cum Alexandro,non recedendo ab ijs, quæ ibi diximus,tam artem ꝗ̃ ſcientiam generari poſſe in nobis, vel per inuentionem noſtram, aut per inuẽta aliorum, aut per diſciplinam,quam auditu habemus ab ore doctorum. Alexander igitur aſſerit Ariſtotelem locutũ eſſe de arte,& ſcientia, quæ noſtra inuentione addiſcũtur.nam quæ per inuenta aliorum, uel per diſciplinam diſcuntur,poſſumus diſcere notis nobis terminis, ordine,& traditione,& lumine naturali intellectus agentis, vt primo Poſteriorum declarauimus. Secundo dicendum ſecundum Alexandrum, nec ſcientiam contemplatiuam,quæ habetur inuẽtione, nec quæ habetur diſciplina a doctore tradita, ex experimentis generari in nobis.patet quia experimentum eſt principium artis, quæ eſt cognitio in operabilibus,at ſcientia cõtemplaria non eſt cognitio in operabilibus. Quare ex experimentis fieri nõ poterit.Tertio dici poteſt omnẽ ſcientiam,quæ fit in nobis,generari in nobis, aut diſciplina tradita a doctore,aut ex inuentis aliorum,aut ex inuentionibus noſtris.nunquam tamen ex experimentis. & ſi inueniretur aut Auerroes,aut Ariſtoteles,aut Alexãder dicere, ſcientiam fieri ex experimentis, experimẽtum acceperunt pro inuento. nam quod in operationibus experimentum dicitur, in contemplationibus vocatur inuentio, vel inuentum. Solutiones dubitationum patent in dilucidario, prima quidem,quia non valet conſequentia, nam licet a pluribus ad omnia ſimilia aliquando committatur fallacia conſequentis,tamẽ cum nondum ſit reperta inſtantia,conſequentia eſt neceſſaria, vt dicitur in topicis. deinde deletur ſecunda, quoniam experimentum eſt cauſa effectrix artis vna cum ipſius intellectus lumine, & quidem vniuoca:qm̃ tam experimentum,ꝗ̃ cognitio principiorum artis eſt cognitio quia, hoc eſt quia ſunt vera: & ſic non oportet experimentariam cognitionem præſtantiorem eſſe arte,vel cognitione principiorũ artis, illud etiam deletur,quod addebatur,nam ars totalis fit ex experimentis, partialis uero idem cum experimento, ſolum differens propter amplum & magis amplum. Tertia quoq; diluitur,quoniam licet ars totalis non proficiſcatur ex vno experimento, ars tamen particularis, quæ eſt accommodata vni generi operationũ, poteſt fieri in nobis ex uno experimento, uel eſſe idem vni experimento.modo illud amplificetur ad omnia ſimilia: vt diximus in textu. Quarta etiam deletur,quia ex experimentis fieri videtur vniuerſa ars,nam ex experimentis generatur cognitio primorum principiorum, ex cognitione primorum principiorum generantur cognitiones concluſionum per manus deductas vſq; ad vltimas.& ſic generabitur vniuerſa ars,quæ nihil aliud eſt,quã cognitio omnium principiorum, & concluſionũ.Quinta quoq; aboletur,quoniam licet experimentum ſit fallax, inquantum eſt in pluribus, tamen inquantum eſt in pluribus, nulla dum occurrẽte inſtantia, eſt certum, Hippocrates igitur loquitur prima ratione. Sexta vero diluta eſt, quoniam nec ſcientia ſubſtantiarum diuinarum generatur ex experimentis, nec alia quæuis contemplaria,vt diximus, ſed per inuenta propria, aut progenitorum.

Obiectio.

Sed adhuc dices,nullus inuenit, niſi per ſenſum,vt primo poſteriorum patuit,ſubſtantiæ ſeparatæ non cadunt ſub ſenſu, igitur adhuc ſtat argumentum.dicendum ſubſtantias ſeparatas cadere ſub ſenſu, quia licet non cadant ſub ſenſibus in propria forma,cadunt tamen ſub ſenſibus in proprijs effectibus. nam cadere ſub ſenſibus eſſe poteſt per ſe, vt color, aut per partes,vt mons aureus.aut in ſuo remiſſo, vt optime ſanum in ijs,quæ ſunt remiſſe ſana, & intenſe calidum in ijs, quæ ſunt remiſſe calida.aut in ſuo ſimili, vt Niphus pontifex in Nicolao pontifice, vel in ſuo contrario, vt vacuum vel in ſuis ſuppoſitis, vt vniuerſale vel in ſuis propriis effectibus, vt ſubſtantiæ ſeparatæ & alijs modis, ſubſtantiæ igitur ſeparatæ cadunt ſub ſenſibus in ſuis proprijs effectibus, & ſic diluitur argumentum, in dilucidario vero multo plura diſputauimus,quæ ſub ſilentio nunc prætermittimus.

Multiplex cadere ſub ſenſu.

Ad operandum igitur experientia ab arte nihil differre uidetur niſi quia expertos quidem magis proficere uidemus ſine experientia rationem habentibus.

Operandum πράττειν agendum faciendum.

Niſi quia ἀλλὰ καὶ. Sed etiam.

De præeminentia experti ad artificem.

Thomas Ariſtotelem hic comparare artẽ ad experimentum autumat per modum præeminentiæ, & propterea aſſerit Ariſtotelem duo facere, quia primo comparationem ſecundum prę̨eminentiam affert,quantum ad operationem, deinde quo ad cognitionem.quam expoſitionem Latini omnes ſectãtur. Sed cur huiuſmodi comparationem facere cogatur Ariſtoteles, nullus expoſitorum declarauit. Prima.n.facie Ariſtoteles hæc facere coactus videtur,quia cum aſſignaſſet differentiam, quæ erat, ꝙ ars cognitio ſit de ſingularibus ſimilibus vniuerſalis vniuerſaliter, experimentum autem vniuerſalis, non vniuerſaliter, cogitur declarare cõparationem vt habeatur & conuenientia,& differẽtia.Cauſa autem,

tem, quia nihil perfecte cognoſcitur, niſi cũ cognoſcitur ſecundum omnem rõnem, qua cognoſci poteſt: cum itaque ars & experimentum cognoſci poſſint, quo differunt, & quo comparantur, cum Ariſtoteles ea expoſuerit quo differunt, relinquetur ea eſſe declaranda, quo comparantur. Melius autẽ dicerem Ariſtotelem comparaſſe artem, quæ per inuẽtionem habetur, ad experimentum, nunc comparare artem, quæ habetur per doctrinã ad experimentum, & Alexander Aphrodiſius vir doctiſsimus ex ijs, quæ dicit, cauſam huius comparationis aſsignare videtur. aſſerit.n. per hæc verba Ariſtotelem iã oſtendere cognitionem, contemplationemq; actioni eſſe præferendam, & ſapientiam, quæ proprie intelligitur in cognitione conſiſtere, etiã actionibus præſtare. Ad hæc igitur oſtendenda primo tangit comparationem ſecundum præeminentiam quantũ ad operationem, & dicit (ad operandum igitur experientia ab arte nihil differre uidetur) hoc eſt, cũ ars venit in operationem, tollitur ea differẽtia, quæ erat inter experientiam, & artem per vniuerſaliter, et nõ vniuerſaliter cognoſcere. quoniam tunc ſicuti experientia circa ſingularia verſatur, Sic quoq; ars. deinde addit comparationem quantum ad efficaciam operandi, & dicit (niſi quia expertos quidem magis proficere videmus) Singularibus, circa quæ operantur (ſine experientia rationem). i. rationalem artem (habentibus) & ſic quãuis ars & experientia non differant, quantum ad modum operandi, tamẽ differunt quantum ad efficaciam operandi.

Conſideratio uerborum operandum.

Quo vero ad uerba attinet, verbum (operandum) græce eſt πράττειν, & nonnulli dicunt latine agendum, nonnulli faciendum, & quia verbum operari commune eſt vtrique, ideo, vt ſermo extenderetur ad utrũque, nos diximus operandum. expertus.n.tam in agendo, q̃ in faciendo certius operatur quàm artifex ſine experientia, & loquitur de habentibus rationem, ideſt artem rationalem, non de ijs, qui artem per experimenta nacti ſunt, ſed de iis, qui artem a doctore didicerunt. Verbum autem (niſi quia) græce eſt ἀλλ' ἢ καί, quod licet poſsit exponi (ſed etiam) tamen (vt tranſtulimus) ſic ſonat.

Habens rõnem quis.
Niſi quia.

Cauſa autem, quoniam experientia quidem ſingulariũ eſt cognitio. Ars uero uniuerſalium, operationes autem, & generationes omnes circa ſingularia ſunt. non.n. qui medetur, hominem ſanat, niſi ſecundum accidens, ſed Calliam uel Socratem, uel cæterorum aliquem ſic dictorum, cui accidit hominem eſſe.

Eſſe quod homini accidit ἀνθρώπῳ εἶναι, hominem eſſe.

Cum dixiſſet expertos certius, ac efficacius operari artificibus inexpertis, nunc cauſam aſsignat, & dicit: (cauſa autem, quoniam experientia ſingulariũ eſt cognitio, ars vere vniuerſalium) ideſt cauſa eſt, quoniam experientia eſt vniuerſalis cognitio ſingularium, non vniuerſaliter, ars autem eſt cognitio ſingularium vniuerſalis vniuerſaliter, vt ſuperius diximus. Quòd autem experientia ſit cognitio circa ſingularia, probat & textus reſoluitur ad artem prioriſticam ſic, Experientia eſt circa operationes, & generationes, operationes autem & generationes ſunt circa ſingularia: Igitur experientia eſt circa ſingularia. de hac ratione accipit maiorem, & dicit (operationes autem, & generationes omnes circa ſingularia ſunt) Vbi patet illam particulam (autem) cũ ſit aduerſatiua, indicare eſſe præintelligendam minorem, quæ ſemper more græco præintelligitur. deinde probat exemplo, & dicit (non.n. qui medetur, hominem ſanat, niſi ſecundum accidens, ſed Calliã, vel Socratem, vel cæterorum aliquem ſic dictorũ) .i. ſed aliquem ex ijs, qui aliquo nomine proprio ſic dicuntur (cui accidit hominem eſſe)

Reſolutio ad artem prioriſticã.

Dubitatio.

Sed dubitares, quia nulli hominum ſic dictorum accidit hominem eſſe, cum homo inſit per ſe vnicuique cęterorum hominum, qui ſic appellantur.

Solutio.

Reſpondent, ꝙ quanuis eſſe hominem per ſe inſit Socrati, tamen curato per accidens conuenit, q̃m accidit Socrati inquantũ curatur eſſe hominem.

Confutatio.
Alia ſolutio et regula.
Prima reg.

Hæc expoſitio ſuſtineri poteſt, tamen poſſunt hæc, quæ hic dicit, per regulam ſoluendi ſyllogiſmos peccantes per fallaciam accidentis: quæ talis & prima eſt, ſi aliquod prædicatur per ſe de aliquo ſubiecto, non oportet, vt prædicetur per ſe de prædicato illius ſubiecti, & propterea hic ſyllogiſmus peccat per locum ab accidente, Socrates eſt per ſe homo, Socrates eſt per ſe animal, igitur animal eſt per ſe homo. eſt.n. hic fallacia accidẽtis, eodem modo non ſequitur Socrates per ſe ſanatur uel curatur, Socrates per ſe eſt homo, igitur homo per ſe curatur uel ſanatur. eſt.n. fallacia ut diximus accidentis, & hoc dicit Ariſtoteles (ſed Calliam uel Socratẽ, uel cæterorum aliquem ſic dictorũ, cui accidit hoĩem eſſe), i. de quo hõ eſt per ſe prędicatũ. q̃m non oportet ſi aliquod p̃dicatur per ſe de aliquo ſubiecto, ut per ſe p̃dicetur de p̃dicato illius ſubiecti, & ſic licet ſanari prædicet̃ per ſe de Callia, non oportet, vt prædicetur ꝑ ſe de hoĩe, qui per ſe prædicat̃ de Callia. dixit.n. hoĩem accidere Calliæ prout accidẽs facit locum Sophiſticum, nam quod eſt ſubſtantia nulli accidit.

Secũda regula.

Secunda regula quæ ponitur ſecundo elenchorum, non oportet quod de accidente dicitur, de re cuius eſt accidens, vt verum eſſe dicatur, & propterea cum quæritur, vtrum noſti, quod volo te interrogare, reſponſio cauillatur ſic, nam ſi dicis, non, Argumentabor, ſed volo te interrogare te eſſe hominẽ, igitur non noſti te eſſe hominem, ſi dixeris ita, argumentabor, ſed volo interrogare, quod non noſti, igitur noſti quod non noſti. Soluitur quia non oportet quod de accidente dicitur, vt de ſubiecto illius dicatur, vel de re, cuius illud eſt accidens dicatur. & ideo licet noſcere dicatur de hoc accidente, quod velle te interrogare, nõ propterea ſequitur, vt dicatur de re, quæ eſt id, qđ nõ noſti. ſimiliter de parte negatiua, quoniam non oportet quod accidenti non ineſt, rei non ineſſe. Tertia regula etiam eſt, Non oportet qđ dicitur de ſubiecto, dici de accidẽte. propterea non ſequitur, tu cognoſcis Coriſcum, Coriſcus eſt tibi abſconſus in aula, ergo cognoſcis tibi abſconſum in aula, quia licet cognoſci dicatur de Coriſco, non oportet, vt dicatur de abſcõſo tibi in aula: quod eſt Coriſco accidens, verum de his in Elenchis, nũc uero ſatis ſit ſoluere cauillum per primam regulã, per quam patet intellectus textus.

Si igitur ſine experimento quis rationem habeat, & uniuerſale quidem cognoſcat, ſingulare autem, quod in hoc eſt, ignoret, perſæpe in curatione peccabit. nam ſingulare magis in curationem cadit.

In curationem cadit [illegible] το, curabile.

Excerptum ex dictis.

Ex ijs infert cauſam, quare artifex inexpertus in curandis ægrotis perſæpe errat, eſt.n. cauſa, quia, cũ

ars ſit vniuerſalium,experientia ſingularium,ſi aliquis rationalem artem habeat ſine experientia,erit quidem perfectus quantum ad hoc, quod eſt uniuerſale ipſum cognoſcere,ſed quia ignorat ſingulare,cum ab experimento vacet,perſæpe in ægrotorũ curationibus peccabit: quippe cum curatio magis ad ſingulare quam ad uniuerſale attineat, nam ad ſingulare per ſe,ad vniuerſale autem per accidẽs cu ratio attinere videatur,dicit(Si igitur ſine experimẽto quis rationem).i. rationalem artem habeat, utputa a doctoribus (& vniuerſale quidẽ cognoſcat) .ſ.etiam à doctoribus ipſis, & non per ſuas inuẽtiones experimentarias(Singulare autem).ſ.vel medicamentum, vel complexionem, vel morbum, vel tale id genus (quod in hoc eſt) .i.huic conueniens ignoret (perſæpe in curatione peccabit) ꝙ enim ignorauerit reubarbarum vnicuique de gente hac eſſe venenum, vel damnoſum propter gentis illius naturam, licet ſciat reubarbarum omnibus cholericis (qui cholerica febræ ægrotant)cõuenire,quia ignorat naturalem complexionem, quæ eſt in hoc genere hominum (in curatione peccabit perſæpe, nam ſingulare magis)quam vniuerſale(in curationem cadit)cum ſingulare per ſe,vniuerſale per accidens in curationem cadat,ut dictum eſt. *Exemplum.*

ἐπαΐειν Intelligere. *Sed tamen & ſcire & intelligere magis arte quam experimento eſſe arbitramur, et artifices ſapientiores eſſe opinamur,tanq̃ ſapiẽtia omnes ſequente ſecundũ ſcire magis.*

De præeminentia artificis ad expertum. Cum aſsignaſſet præeminentiam experimẽti ad artem, nunc contra exponit præeminentiam artis ad experimentum,&(vt dixi)loquitur de arte totali,quæ habetur per doctrinam. Hæc.n.ars totalis accipit principia vniuerſalia toti arti, & omnibus regulis artis ex experimentis doctorum, qui prius artem habuerunt per propria,aut aliorum experimẽta, & dicit (& tamen & ſcire, & intelligere magis arte quam experimento eſſe arbitramur,& artifices ſapientiores eſſe opinamur) ſubaudi expertis, deinde reddit rationem & dicit, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σοφίαν, ideſt (tanquam ſapientia omnes ſequente ſecundum ſcire magis) .i. vt Argyropylus inquit, ex eo quia ſapientia in cognoſcendo magis cunctis.ſ.hominibus accommodatur hoc eſt quia ſapientes ſunt,qui in vnoquoque genere cognoſcendi magis cognoſcũt,verbi cauſa in medendo qui magis cognoſcunt, ſapientiores ſunt:in militia qui magis cognoſcunt, ſapientiores ſunt:in agricultura,qui magis cognoſcũt, ſapiẽtiores ſunt. Sicq; in cæteris cognoſcendi generibus, & quia artifices in aliquo genere magis cognoſcunt,quam experti in eodem genere, igitur artifices ſapientiores ſunt, & cum dixit (ſecundum ſcire magis) vſus eſt ſcire pro cognoſcere. Ergo dicit (tanquam ſapiẽtia omnes ſequente) ideſt omnibus hominibus competente(ſecundum ſcire magis) .i. quibus magis ſcire competit. Vnde & Alexander dicit, præfatus artifices,& ſapientes expertis, propter cognitionem præferri, ex communi opinione confirmauit, Quoniã cognoſcentes ſapientes appellare omnibus eſt conſuetum,& ita magis cognoſcentes magis ſapientes ſunt.& ſic ſcire pro cognoſcere accepit.Hæc quo ad uerborum conſtitutionem. Quo uero ad ſenſum tria,ut notauit,Expoſitor accepit, in quibus ars præminet experimento & quantum ad ſcire, quod magis per artem quam per experimentum conſtat, & quantum ad obuiandum.i.opponendum, quod in diſputationibus accidit. Nam artifex poteſt obuiare.i.opponere ijs omnibus, qui contra artem dicũt. non autem expertus, verum hoc verbum obuiare, græce ἐπαΐειν dicitur, & interpretantur alij intelligere,& tunc ſecunda præeminentia erit quantũ ad intelligere,& eſt verum, nam artifex excedit expertum,quantum ad intelligendum principia,eſt enim intellectus principiorum, qui magis ſpectat ad artẽ in tranſlationibus tamen Expoſitores interpretantur obuiare,quod non conuenit ſicuti intelligere. Tertia præeminentia eſt quo ad ſapientiam, nam artifices ſunt expertis ſapientiores in vnoquoq; genere.Sed quorſum hæc? Alexander putat,ut oſtendat cognitionem actioni præſtare, & ſapientiã,quæ non in actione, ſed in cognitione intelligitur conſiſtere, etiam cognitione præſtabiliorem eſſe. Quæ res vera eſt, ſed vnde in præſenti textu colligi poſſit,poſtea dicetur. *Qua Alex.*

Hoc autem eſt, quia illi quidem cauſam ſciunt, hi uero non. Nã experti quidem ipſum ſciunt quia,ſed propter quid neſciunt,illi autem propter quid,& cauſam cognoſcunt.

Cum dixiſſet artifices eſſe expertis ſapientiores probat hoc primo, & dicit(hoc autem),ſ.artifices eſſe ſapientiores expertis(eſt, quia illi quidem),ſ.artifices,(cauſam ſciunt,hi uero),ſ.experti(non)ſciũt cauſam.uerbi cauſa,Expertus præbet frigida, & humida febricitantibus, quia ſic in pluribus reperit, Artifex vero, Quia omnis cura eſt per contrarium. & aſsignat cauſam,& dicit (nam experti quidem ipſum ſciunt quia, ſed propter quid neſciunt,illi aũt) .ſ.artifices(propter quid & cauſam cognoſcunt) Et locutus eſt,vt diximus,de artifice perfecto ſecundũ artem totalem, qui videlicet à doctoribus artem didicit, vt Alexander dixit, perfectam quo ad regulas,& ad rationes regularum. Sed dices ars totalis generatur ex experimentis, igitur non poteſt habere de aliquo maiorem ſcientiam, quàm expertus: Antecedens patet,quia omnis ars ſua principia accipit per experimenta,aut à ſe,aut à doctoribus inuenta. Propter hoc argumentum quidam intelligunt, quando artifex nouit propter quid de ijs,de quibus expertus nouit quia,nam tunc eſt ſapientior,& magis ſcientificus.Sed non recte dicunt,nam Ariſtoteles loquitur vniuerſaliter, vult enim artificẽ omni experto in quocunqne ſapientiorem eſſe,quoniam artifex per cauſam,expertus per ſenſus, & memoriã plurium. Propterea dicendum Ariſtotelem locutũ eſſe de arte totali, quę diſcitur ab aliis,in qua ſupponitur omnia principia eſſe uera per traditionem ab alijs expoſitam.Inſuper & in qua regulas operandi, & regularum rationẽ veras eſſe ſupponitur per doctrinam ab alio. Dico igitur artificem non eſſe ſapientiorem experto, quantum ad cognitionẽ principiorum, ſed quãtum ad cognitionem operabiliũ ex illis principiis: nam expertus illa operatur ex cognitione quia, artifex autem ex cognitione propter quid.Dat.n.expertus frigidam aquam ijs,qui febricitant febre cholerica, & artifex ſimiliter, ille, quia ſic reperit ex ſenſibus plurium ſingularium, hic vero,quia omnis cura fit per contrarium hoc aũt principium, *Exemplum.* *Dubitatio contra textum.* *Solutio ad ſummam.*

cipium,& alia omnia,ex quibus fit ars, accepit a doctore,vel ex ſuperiore artifice qui ſe habet vt doctor.

Faciendorum ποιουμένων factorum. Cognoſcentia εἰδότα Scientia. Verum οὖν igitur. Forma rõnis.

Vnde & Architectos circa ſingula honorabiliores, & magis ſcire artificibus putamus, & ſapientiores,quoniam cauſas faciendorum ſciunt.Illi uero ſicut & quædam inanimatorum.faciunt quidem, non cognoſcentia autem faciunt, ignis exurit.Verum inanimata quidem natura quadam horum ſingula faciunt,ſed artifices,propter conſuetudinem.

Cum accepiſſet, & probaſſet artifices eſſe ſapientiores ipſis expertis, nunc idem declarat argumento ſumpto a ſimili,hoc pacto, Sicut artifex princeps ad ſubminiſtros,ita artifex ſimpliciter ad expertos: ſed architectus, qui artifex princeps eſt, ſapientior eſt omnibus artificibus,qui ei ſubminiſtrant igitur artifex ſimpliciter ſapientior eſt experto. Maior patet. Minor autem probatur, quia architectus, & artifex ſimpliciter cauſam,atque propter quid ſciũt,experti autem & ſubminiſtri non. Dicit (Vnde & Architectos) qui artifices principes ſunt,(circa ſingula)quę ipſi proſpectant (honorabiliores,& magis ſcire, artificibus)qui ſubminiſtri ſunt, (putamus, & ſapientiores) hæc eſt minor.deinde probat hãc minorẽ, & dicit(qm̃ cauſas faciendorum),i.earum rerum, quæ faciendæ ſunt (ſciunt, illi vero),ſ. qui ſubminiſtrãt (faciunt quidem, ſicut & quædam inanimatorum) quæ faciunt prout dñi præcipiunt (non cognoſcẽtia autem faciunt)ea, quæ dñi præcipiunt (Vt ignis exurit)domum hoſtis, vt ordinat incenſor,qui tamẽ nec finem,nec id quod facit cognoſcit, ſed dirigitur à cognoſcente,ſic miniſtri faciunt,quæ principes artifices præcipiunt,non tamen cognoſcunt cauſas.Et nequis credat inter inanimata,& ſubminiſtros eſſe omnino ſimilitudinem,aſsignat differentiam,& dicit(Verum inanimata quidem natura quadam)inſtinctuq; naturali(horum ſingula faciunt,ſed artifices) qui dicũtur ſubminiſtri(propter conſuetudinem)hoc eſt propter aliquem habitum acquiſitum ex conſuetudine,quæ, licet naturæ vim habeat, quatenus ad vnum determinate inclinat,tñ differt à natura; prout ad vtrumlibet ſcd'm humanam cognitionem inclinare poteſt, non autem natura ipſa. Quod autem principes artifices ſciant cauſam, ſubminiſtri non,Expoſitor ſuis exemplis expoſuit.nos exemplo Ariſtotelis primo Ethicorum.nam ars frenorum faciendorum facit frenũ ſub hac vel illa forma, & ignorat cauſam, equeſtris uero atq; militaris,cui illa ſubminiſtrat ſcit cauſam,vtputa quia equus eſt ore durus,vel ore mollis. Præterea aromatarius electuaria ſic vel aliter efficit,et ignorat cauſam,medicus vero, cui aromatarius ſubminiſtrat,cauſam ſcit.Inſuper chirurgus ſic,vel illo modo ſuit,aut incidit, aut vrit & ignorat cauſam, Medicus vero,cui miniſtrat,ſcit cauſam. Et tunc ex his patet minor. Sic igitur patet quid intelligendum ſit perarchitectos,quos græci ἀρχιτέκτονας appellant, ſunt.n. qui finem rerum efficiendarum præcognoſcentes,dirigunt ſubminiſtros ad agendum ea,per quæ finẽ conſequi poſsint.Inſuper patet quid intelligẽdum ſit per ſubminiſtros,quos χειροτέχνας vocant, ſunt.n.illi, qui finem eorum, quæ agunt, non præcognoſcentes,diriguntur ad agendum ab iis,qui finem præſciunt.

Differẽtia naturæ & conſuetudinis.

Exempla.

Verborum conſideratio. Architectões. Chirotechnæ.

Quare non ut pratici ſapientiores ſunt,ſed quatenus ipſi rationem habent,& cauſas cognoſcunt.

Prima expõ. Ex ijs concludit propter quid artifices ſunt ſapientiores,& dicit (quare)artifices(non ſunt ſapientiores vt practici).i.in agendo periti, utputa.i.quia ſunt operatiui, hoc eſt actiui uel factiui (ſed quatenuus ipſi rationem habent,& cauſas cognoſcunt)& fortaſſe hoc *Secunda.* concludit de architectis, aſſerens eos ſapientiores eſſe non quia operatiui, ſed quia rationem habent, & cauſam cognoſcunt. hæc igitur ſunt verba, ex quibus Alexander colligit cognitionem atq; ſapiẽtiam actioni præſtare.Nam, cum ex conſuetudine *Quæ Alex.* hominum monſtratum ſit eos eſſe ſapientes appellandos,qui cauſas cognoſcunt,relinquetur ſapientiã, quæ primas cauſas demonſtrat, eſſe maxime ſapientiam. Et, cum oſtenſum ſit eam cognitionem, quæ cauſas nouit præferendam eſſe ei, quæ non cauſas nouit, iure relinquetur, Metaphyſicam, quæ ſapientia eſt,quæ docet pimas cauſas,eſſe præferendam actionibus,quæ cauſas nõ norunt rerum efficiendarum: & contemplantes agentibus, atq; operãtibus in quibuſcunq; actionibus verſentur. Et hæc deductio ſic for- *Forma deductionis.* mari poteſt,Artifices honorabiliores ſunt ijs,qui agũt quia cognoſcunt cauſas: igitur qui maximas cauſas cognoſcũt, ijs præferendi maxime ſunt,qui nullatenus cauſas norunt. Argumentũ valet, quia propter quod vnumquodque tale, illud magis,ſed ſapientia cognoſcit maximas cauſas, vt patebit: igitur actionibus maxime præferenda eſt. Hoc pacto ex iis,quæ Alexãder inquit,colligitur huiuſmodi intentum.

Et omnino ſignum ſciẽtis etiam eſt poſſe docere, & hoc magis artem experimento ſcientiam eſſe exiſtimamus. poſſunt.n.illi,hi autem non poſſunt docere.

Cum probaſſet per primam rõnem artifices eſſe ſapientiores, atque ſcientiores, nũc idem probat per ſecundam rationem, & ſic componitur. Quicunque *Forma rõnis.* poſſunt alios docere,ſunt ſcientiores,atque ſapiẽtiores iis,qui nõ poſſunt. patet, quia de ſignis q͂ aliquis ſit ſciẽs,& magis ſciẽs,& magis ſapiens eſt poſſe alterum docere. Artifices poſſunt alios docere, experti nõ,Igitur artifices ſunt magis ſcientes, atq; ſapientiores.de ratione aſsignat probationem maioris,& dicit (Et omnino ſignum ſcientis etiam eſt poſſe docere) .ſ.alios,deinde affert concluſionem, & dicit (& ob hoc magis artem experimento ſcientiam eſſe exiſtimamus)deinde ponit minorem, & dicit (poſſunt,n. illi docere),ſ.artifices (hi autem non poſſunt docere) .ſ.experti.Hæc de ſyllogiſmo. Sed dubitatur circa ſi- *Dubitatio.* gnum,quia multi multa ſciunt, & tamen non poſſunt alios docere. Similiter barbarus multa ſcit, qui nõ poteſt docere Romanum. Vno modo dici poteſt ſignũ *Solutio.* eſſe bifariam,aut quod cõuertitur cum eo, cuius eſt ſignum,& hoc pacto poſſe alterum docere nõ eſt ſignũ ſcientis, qm̃ ſtat aliquem ſcire.qui non poteſt aliũ docere, & ſic tolluntur argumẽta. Aut quod eſtin minus q̃ id,cuius eſt ſignum. & ſic hoc ſignũ probat id,cuius eſt ſignum eſſe,& non è cõuerſo, & hac ratione poſſe alterum docere eſt ſignum ſcientis, quia ſequitur, hic poteſt alterum docere, igitur eſt ſciens, & hoc ſufficit *Secunda q.* Ariſtoteli. nam ſicuti ſignum calidi eſt poſſe calefacere,ſic ſignum ſcientis eſt poſſe docere. Secundo quæritur propter quid ſciens dicitur quis, cum poteſt alterum docere. Reſpondent ex maxima libri meteororum quarti,quia perfectum eſt,quod poteſt alterũ generare tale, quale ipſum eſt,& cum ſciẽs poſsit facere

talem, qualis ipſe eſt: Igitur ſignum eſt ꝙ poſsit generare talem, qualis ipſe eſt, quare ſignum ſciẽtis erit poſſe alium docere. Sed contra propoſitionem, in qua ſignum collocatur, eſt dubitatio, quia Deus eſt perfectus, & alium Deum facere non poteſt Primo de Cœlo. Inſuper intelligentia eſt perfecta, & tamẽ non poteſt generare intelligentiã ſibi ſimilem ĩ ſpecie. Tertio lapis, qui in duritie eſt perfectus, non poteſt lapidẽ ſibi ſimilem generare. Quarto animal ortum ex putri materia perfectum eſt, & tamen non poteſt gñare ſibi ſimile, vt dicitur de generatione animalium. Iuniores confundunt propriam vocem, ideo dicere poſſumus, primo ſignum non eſſe conuertibile, quia licet omne, quod poteſt ſibi ſimile generare, ſit perfectum, tamen non oportet contra, vt perfectum omne poſsit ſibi ſimile generare. Secundo dici poteſt, propoſitionẽ eſſe intelligendam in iis, quæ accipiunt eſſe per generationem vniuocam. & ita non niſi in animalibus perfectis, & non orbatis, nec ſpontina generatione genitis. Illud vero, quod ex lib. 4 meteororum adducitur, non eſt ad propoſitum, nam verba Ariſtotelis hæc ſunt (omnia.n. quæ poſſunt facere ſuum opus, vere ſunt, vt oculus ſi videt, qui autem nõ poteſt, æquiuoce, ut mortuus, aut lapideus) & de reliqua, vbi patet Ariſtotelem locutum eſſe de operatione, quæ propria, ac peculiaris eſt alicui, non autem de generatione. Aſſerit.n. nihil eſſe perfectum & vere in rerum natura, niſi poſsit exire in propriam operationem, ob quam eſt in rerum natura, quare non de generatione, ſed operatione locutus eſt: & ſic non eſt ad propoſitum.

Dubitationes contra propoſitionem.

Vt patet. 2. lib. de anima tex. cõm. 34. Textu cõmenti ultimi.

Amplius autem ſenſuum nullum ſapientiam eſſe ponimus nam licet ipſi ſint propriijſsimæ cognitiones ſingularium, tamen de nullo propter quid dicunt, ut propter quid ignis eſt calidus, ſed ſolum quia calidus eſt.

Idem, quod ſupra probat tertia ratione etiã à ſigno ſumpta. eſt enim ars magis q̃ experientia accedens ad ſcientiam, atque ſapientiam. quoniã nullus ſenſus eſt ſapientia, propterea, quia de nullo dicit propter quid: & cum experientia non dicat propter quid, ars autem ſic, igitur ars magis accedit ad ſapientiam, & poteſt ſignum ſic componi. Si ſenſus nõ dicit propter quid, non eſt ſapientia: igitur per locum à conſequentia in ipſo, cognitio, quæ dicit propter quid, eſt ſapiẽtia: ſed ars dicit propter quid, nõ autem experiẽtia. igitur ars eſt ſapientia, & non experientia eſt ſapientia. De ratione primo affert ea, in quibus continetur conſequentia in ipſo, & dicit (Amplius autem ſenſuum nullum ponimus eſſe ſapientiam. nã licet ipſi), ſcilicet ſenſus ſint (propriijſsimæ cognitiones ſingularium, tamẽ de nullo propter quid dicunt. ut) ſubaudi non dicunt (propter quid ignis eſt calidus) quod per tactus ipſos ſentimus (ſed ſolum) dicunt, (quia calidus eſt) In quibus habetur conſequẽtia in ipſo, ſi ſenſus nõ dicit propter quid nõ eſt ſapiẽtia, tunc ſupplendum eſt reliquũ, igitur cognitio, quæ dicit propter quid, eſt ſapientia, ſed ars dicit propter quid, non autem experientia, igitur ars eſt ſapientia, & non experiẽtia eſt ſapientia, & ſic debet vniuerſa, ratio perfici. Sed diceres locus a conſequẽtia in ipſo non eſt neceſſarius, vt patet. 2. Topicorum, quia nõ ſequitur, ſi homo eſt, animal eſt, igitur ſi homo nõ eſt, animal nõ eſt. non ergo recte adducitur in neceſſariis, ac demonſtratiuis. Dicendum, ꝙ licet locus nõ ſit neceſſarius, tamen eſt probabilis, & ſic poteſt adduci in demonſtratiuis via ſigni ad confirmandum demonſtrata: non autem ad demonſtrandum ſimpliciter ignota.

Forma rõnis.

Dubitatio.

Solutio.

Eum igitur uериſimile quidem eſt, qui primus præter cõmunes ſenſus artem quanuis inuenerit, hominibus fuiſſe admirationi, non ſolum propter utilitatem inuentorum, ſed ſicuti ſapientem, & alijs præcellentem.

Veriſimile εἰκὸς *Conueniẽs probabile.* *Præter* παρὰ *ultra.* *Ab aliis differentem* διαφέροντα τῶν ἄλλων *Antecellentem cæteris.*

Cum comparaſſet artem ad experientiam, nũc, vt Expoſitor dicit, comparat artem ſpeculatiuam actiuæ. vbi primo Ariſtotelem demõſtrare autumat ſpeculatiuam magis ſapientiam eſſe quã actiuam. reſoluit autem Expoſitor hoc qđ Ariſtoteles dicit ad artẽ prioriſticam ſic, Omnis ſciẽtia vel cognitio, quã quis habens meretur nomen ſapientis, atq; inter homines maiore veneratione, honoreq; habetur, eſt magis ſapientia: ſed ſcientia contemplaria eſt cognitio, quã quis habens meretur nomẽ ſapientis, atq; inter homines maiore veneratione, honoreque habetur: igitur ſcientia cõtemplaria eſt magis ſapientia q̃ ſciẽtiæ actiuæ. Minorem Ariſtotelem probare dicũt, quia quilibet inuentor artis habetur in admiratione, quia habet cognitionem cauſæ vltra cõmunes hominum ſenſus. Et licet hæc expoſitio poſsit ſtare, tñ cum difficultate verbis Ariſtotelis videtur conuenire. Melius ergo cum Alexandro videtur eſſe dicendum, hæc verba eo pertinere, vt appareat cognitionem rem eſſe admiratione, & honore dignam. nam, cum prædemonſtratum ſit contemplationem præſtare actionibus, cõſequens erat declarare contemplationem eſſe honore dignam, remq; eſſe hominibus admirationi, modo quo ſapientes cæteris præſtant. Demonſtrat autẽ Ariſtoteles hoc, vt Alexander autumat, qm̃ inuentores alicuius rei prẹter vtile ſemper hominibus fuerũt admirationi, vt ſapientes, cæteriſque excellentiores. nec ob aliud, niſi ob excellentiã in ſapientia, quæ reſidet in inueniẽdis rebus longe magis, quã in quibuſuis alijs. Propter hoc hoĩes Saturnũ, qui triticum ĩnuenit, & Martem, qui bella, alioſque huius generis hominis tanquam Deos coluerũt. & hoc Ariſtoteles dicit (Primum igitur uериſimile quidem eſt, eum, qui præter cõẽs ſenſus), i. ſupra communia hominum ingenia (artem quãuis inuenerit, hominibus fuiſſe admirationi, nõ ſolum propter eſſe vtile aliquod inuẽtorum). i. nõ ſolum propter vtilitatẽ, quæ ex inuẽtis proficiſcitur (ſed) ſubaudi eſt veriſimile eum hominibus fuiſſe admirationi (ſicuti ſapiẽtem) qm̃ in nullo magis cernitur ſapiẽtia, quam circa rerum inuẽtiones, qm̃ ex illis acquirũtur cauſæ rerum, quæ tractantur in arte, nec ſolum ſicuti ſapiẽtem, ſed ſicuti (ab alijs etiam differentem) ideſt, ſed ſicuti antecellentẽ cæteris. Quare, ſi rerum inuentoribus honor offertur propter ſapiẽtiam, quæ in inuentionibus reſidet, ipſa ſapientia erit omnibus honore, atque admiratione præferenda.

Reſolutio ad artem.

2. Expoſitio. quòd contẽplatio res ſit digna honore atque admiratione.

Ratio expoſitionis.

Vis rationis Ariſtot.

Inſuper pluribus repertis artibus, & alijs quidem ad neceſſaria, alijs uero ad uitæ oblectamentum exiſtentibus, ſemper tales ſapientiores illis arbitramur propter id, quòd horum ſcientiæ ad uſum non ſunt. nam omnibus talibus rebus iam partis, quæ neque ad uoluptatem, neque ad neceſsitatẽ ſcientiarum ſunt, repertæ ſunt, & in ijs locis, ubi primo otio indulſerunt, ueluti circa ægyptum mathematicæ artes primum ſubſtiterunt. Illic enim gens ſacerdotum in ſcholis degere permiſſa eſt.

Inſuper δὲ αὖ [illegible]. *Horũ* αὐτῶν *corũ illorum.* *Nã* οθεν *unde.* *Otio indulſerũt* ἐσχόλασαν, *uocabãt. ſcholæ emerſerunt ſcholiZarunt.*

Cum

Veluti διὸ quæ propter.
In ſcholis degere.
ſχολάζειν, ſcholiZare uacare in otio uacare.

Cum demonſtraſſet contemplatiuos eſſe ſemper honorabiles,atq; hominibus admirationi, nũc ex vſu hominum loquentium probat eos eſſe ſapientiores: quare & dicit (Inſup pluribus repertis artibus, & aliis quidem ad neceſſaria) ideſt,quarum aliæ repertæ ſunt pro neceſsitate vitæ,vt ſunt mechanicæ,vel vt ſunt paſtoralis,agricultura, venatoria, mercatura, & aliæ, vt patet Primo Politicorum (alijs vero ad vitæ oblectamentum exiſtentibus) vt Gymnaſtica,Muſica,& id genus ſunt tranſlationes vero,quæ dicunt ad introductionem fallũt:nã διαγωγὴ græce eſt vitæ oblectamentũ, ideo quæ Expoſitor inquit,non ſunt ad ꝓpoſitũ (ſemper)·tamen (tales) ideſt contemplarios (ſapientiores arbitramur illis),ſ. qui artes prius repertas habent,vel illis,ſ.actiuis.ergo ex vſu loquentium patet cõtemplatiuos eſſe ſapientiores alijs quibuſuis artibus dictarũ affectis, vel aliis in quibuſcunq; actionibus traditis: & aſsignat cãm quare, & dicit (propter id, ꝙ horum),ſ. contemplatiuorum (ſcientiæ ad vſum non ſunt) vitæ, nec ad voluptatem, ſed propter ipſum ſcire duntaxat. Ex vſu igitur & ratione patet contemplatiuos eſſe actiuis ſapientiores.In his verbis,vt Alexander innuit,Ariſtoteles demonſtrans contẽplatiuos eſſe ſapientiores actiuis,ſimul viam monſtrauit ad ſapientiam,quæ eſt perfectiſsima contemplatio,& expoſuit quomodo ſapientia, nobiliſsimarumq; rerum inquiſitio atq; contemplatio hominibus contigerit, quoniam nõ niſi inuẽtis prius artibus, quarum aliæ ſunt pro neceſsitate, aliæ pro voluptate.Quòd aũt contemplatrices non ad vſum,ſed ad ſciendum fuerint in hominibus inuentæ, probat à ſigno,& ſimul oſtendit ea,ſine quibus ſapientia hominibus ineſſe non poteſt,vt Alexan. annotauit, & dicit (nam omnibus talibus rebus iam partis)ſubaudi quæ ſunt ad vitam neceſſariæ (hæ ſcientiarum repertæ ſunt,quæ neq; ſunt ad voluptatem neq; ad neceſsitatem) ſed ſolum propter ſcire. Deinde ad amplificationem huius rei, exponit locum generatim vbi primo obortæ ſunt, & quæ ſcientiarum primæ,& dicit (& in iis locis) ſcilicet primo (vbi primo otio indulſerunt) ideſt vbi primo ſcholæ emerſerunt, deinde ſpeciatim exponit locum & quæ ſcientiæ primo, & dicit (veluti circa ægyptum mathematicæ artes primum ſubſtiterunt) Et cauſam dicit (illic enim gens ſacerdotum in ſcholis degere) ſubaudi primum permiſſa eſt. intelligens forte per gentem ſacerdotum hebræos qui apud ægyptum primo erga ſacra ſcholizarunt.Quo vero ad verba attinet, attentione dignum aliquas dictiones in latinum me commutaſſe contra communẽ vſum trãſlatorum, tamen non contra ſenſum Ariſtotelis. vt eam dictionem,quæ eſt ὅθεν, quam nos,nam,tranſtulimus. & eam,quæ eſt διὸ, quam diximus veluti,verbum aũt ἐσχόλασαν nos diximus, otio indulſerunt, vel indulgebant,antiquus interpres, dixit vacabant, ſed ad verbũ ſcholizabant, ſiue ſcholizauerunt dici poteſt. Circa præſentem textum Alexander primo annotauit ea, ſine quibus contemplatio nequaquam fieri poteſt, & ſunt artes introductoriæ & artes ad vtilitatẽ inuentæ, inſuper & neceſſaria, & commoda ad vitam. Inſuper vt Alexander dicit, artes voluptatum miniſtratrices in ordine redigit earum, quæ vtilitatis gratia quæſitæ ſunt. Mortales enim voluptate,alternaque requie indigentes res harum effectrices quæſiuerunt. Sed quæ ſint hæ artes, Alexander non expoſuit, Iuniores dicunt huiuſmodi artes eſſe, quæ docent ludere, quod abſit,nam ludos deteſtatur Ariſtoteles in.3.Ethicorũ. Rectius puto huiuſmodi artes eſſe gymnaſticam, muſicam,pingendi artem, literas in quibus ſermones faceti habentur,vt comœdici,tragici, & vrbani:de quibus.8.Politicorum. Sed dices, non videtur voluptas finis alicuius artis, non igitur finis harum artium voluptas eſt ſtatuendus. Ad hoc recte Alexander reſpõdet, harum artium finem per ſe actionem, Voluptatem vero,vt actioni aſſeclam atq; comitem. Demum Alexander vltra ea, quæ Ariſtoteles dicit, narrat mathematicas diſciplinas initium habuiſſe ab experiẽtia. Vt docent ægyptii ſacerdotes, qui cum eſſent otioſi, per cœleſtes obſeruationes primum experientiam nacti, artem deinde confecere, ſcilicet Aſtronomiam. Sic & Geometria initio inuenta eſt à terræ partitione, & propterea concludit. vt hæ artes ab otioſis inuentæ ſunt,ſic ipſarum vſum otium requirere. Et cum dixerit Alexander has artes initium habuiſſe ab experientia, intellexit per experientiam inuentionem ſenſualem in memoria ſeruatam. Quo modo Ptolemæus inuenit motum ſtellarum fixarum per inuenta Hipparchi.

Id quod Ariſt. demonſtrauit.
Quod contemplatiui non ad uſum, ſed ad ſciendum.
Amplificatio, & locus ubi inuenta, & quæ primo.
Conſideratio uerborum.
Ea ſine quibus contẽplatio fieri non poteſt.
Artes ad uoluptatem.
Prima expõ.
Secunda Dubitatio.
De inuentioni artium apud ægyptum.
De aſtronomia
De geometria.
Quod otium requiratur ad artes.
Expõ eius q̃ Alex. dixit.

Verum in ethicis quæ ſit artis & ſcientiæ differentia, & aliorum genere ſimilium, dictum eſt.

Verum μὲν οὖν quidẽ igitur.

Quoniam (vt Alexander inquit) pro ſcientia vſus eſt artis nomine, vt ſubaudi pro ſapientia aliquando arte,& ſcientia, relegat nos ad libros de moribus, & dicit (verum in ethicis) ſcilicet in.6.moralium Nicomachiorũ (quæ ſit artis & ſciẽtiæ differentia (& quæ) aliorum) habituum (genere ſimilium) vt ſunt intellectus,& prudentia (dictum eſt) ibi enim vt Alexander inquit,quinque numero eſſe dicit habitus,quibus anima verax eſſe dicitur ea veritate, quæ in oratione, atq; compoſitione verſatur,dico veritate,quæ in oratione,atque compoſitione verſatur. nam & ſentiẽdo anima verax eſſe dicitur, ſed de ſenſu non eſt nunc ſermo. Sunt autem habitus hi, ars, prudentia, ſcientia, ſapientia, & intellectus. quorum duo ad intellectum practicum, ideſt operarium attinent, ars videlicet & prudentia, tres autem ad intellectum contemplariũ: videlicet ſcientia,ſapientia,& intellectus. Definit autem Alexander omnes hos habitus ex ijs, quæ ibi Ariſtoteles ait, & primo artem, quam habitum eſſe dicit cum ratione effectiuum, vel factiuum: & propterea verſatur circa factibilia,dirigitq; in operationem,quæ eſt actio tranſiens, quæq; & factio,& effectio dici ſolet. Deinde definit ſcientiam, quam habitum eſſe dicit demonſtratiuum,demonſtratiuum autem habitũ, qui ex prioribus & medio vacantibus, & concluſione notioribus colligitur, vel ſcientiam eſſe exiſtimationẽ de vniuerſalibus,atq; neceſſarijs, aut cognitionẽ, qua cognoſcitur cauſa, ob quam res eſt, illius eſſe cauſa, nec rẽ aliter ſe habere poſſe. deinde definit prudentiã, quam habitum agendi cum vera ratione in ijs,quæ homini bona, vel mala ſunt, & in conſultatione cadunt. aut prudentiam eſſe virtutẽ partis opinatricis animæ, Intellectum vero virtutem animæ, qua cognoſcimus demonſtrabilium indemonſtrabilia principia.Sapientiam deniq; eſſe intellectum, & ſcientiã eorum.quæ natura ſunt nobiliſsima: vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ.

De habitibus.
Quid ars.
Quid ſciẽtia.
Quid prudẽtia
Quid intellectus.
Quid ſapiẽtia.

Sed cuius gratia ſermonem nunc facimus hoc eſt, quia denominatam ſapientiam circa primas cauſas, & principia

exiſtimant omnes: quare, ut prius eſt dictum, Expertus quidem quemcunque ſenſum habentibus ſapientior eſſe uidetur: artifex autem expertis, architectus manu artifice, & contemplatiuæ actiuis magis. Quod igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas, & principia ſcientia ſit manifeſtum eſt.

Prima expoſitio. *Secunda.* *Qua Alex.*

Sed quid velit nunc facere non eſt exploratum. Expoſitor aſſerit Ariſtotelem velle nunc oſtendere, ſapiētiam eſſe circa cauſas. Alij vero Ariſtotelem Metaphyſicam, quæ nominata eſt ſapientia, verſari circa cauſas atque principia: cui expoſitioni Alexander videtur aſſentire cum dicit, Ariſtotelem velle oſtendere eā, quæ proprijſsime ac maxime ſcientia eſſe intelligitur, quā & ſimpliciter ſapientiam appellamus, videri hominibus verſari in primis cauſis, primiſq; principijs. & nō intelligit niſi de Metaphyſica. Poſtea in exponendo textu Alexander aliter dicere videtur, Ariſtotelem videlicet velle duo declarare, & ſpeculatrices artes ꝙ actiuas eſſe nobiliores, & ſapientiam eſſe primorum principiorum cognitricem: vbi non aſtringit ſe Metaphyſicæ, cum de ſapientia communiter loquatur: & ſic videtur redire ad expoſitionem primam, Dicit ergo Ariſtoteles (ſed cuius gratia ſermonem nunc facimus).i. cuius gratia demōſtratum eſt artem experientiæ præſtare cognitione cauſæ, & eas eſſe nobiliores, quæ verſantur in cognitione cauſæ, reſpondet & dicit (hoc eſt, quia denominatam ſapientiam) ideſt quia eam ſcientiam, quam omnes ſapientiam vocant (omnes exiſtimant) verſari (circa primas cauſas, &) prima (principia) vbi nō ſpecificat, quæ ſcientia ſit hæc, quia poſtea ſpecificabit Ariſtoteles: quod, vt Alexander ſupplet, demonſtratum eſt, cum oſtenderetur ſemper nomen ſapientiæ in ijs magis vſurpari, qui magis valent cognitione. Deinde ex ijs deducit ordinem in ijs, quæ ſibi nomen ſapientiæ vendicarunt. vt Alexander exponit, & dicit {quoniam (vt prius dictum eſt) expertus quidē quēcunq; ſenſum habentibus ſapientior eſſe videtur} nō quia eſt cognitio ꝑ cauſam, ſed quia iam cognitio quædam eſt rationabilis, comprehenſio enim vniuerſalis licet non vniuerſaliter, rationabilis tamen eſt. Fit enim mediante diſcurſu a pluribus ad vnum vniuerſale, licet non vniuerſaliter. At ſenſus cognitio eſt ſine ratione (Artifex autem experti, ſubaudi ſapientior eſt) quoniā artifex cauſam cognoſcit, experti autem non & (architectus) ſcilicet inter artifices eſt ſapientior (manu artifice) qui opus conficit, quoniam (vt dictum eſt) cauſam cognoſcit, manu vero artifex nō cognoſcit (&) ſubaudi inter artes atq; ſcientias (contemplatiuæ actiuis magis nomen ſapientiæ vſurpauerunt) quia non ad vſum, ſed ſciendi gratia capeſſuntur. Hæc de ordine earum cognitionum, quæ ſibi nomen ſapientiæ compararūt.

Gradus earū cognitionū, ꝗ ſibi nomen ſapientiæ compararunt.

Dubitatio.

Nunc epilogat, & dicit, (quòd igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas, & principia) quædam (ſcientia ſit, manifeſtum eſt) ex dictis. Sed vnde hoc manifeſtum ſit, non eſt exploratum. Alexander innuit, hoc eſſe, quia ſapientior eſt, qui conſiderat magis cauſas atque principia. & quia hoc eſt demonſtratum, ideo patet ſapientiam eſſe cōſiderationem circa principia, atque cauſas. Tenet autem hæc conſequentia a concretis denominatiuiſq; in comparatiuo, ad abſtracta in poſitiuo: ſicuti ſequitur, albius eſt quod in niue eſt magis quale, igitur albedo eſt quæ in niue eſt qualitas: ſic quoque ſequetur, ſapientior eſt, qui magis cauſas, atque principia conſiderat, igitur ſapientia eſt conſideratio principiorum, & cauſarum.

Cap. 2.

Quoniam autem ſcientiam hanc quærimus, circa quales cauſas, & qualia principia ſapientia ſcientia ſit, hoc utiq; conſiderandum eſt. Si itaque accipiat aliquis exiſtimationes, quas de ſapiente habemus, ex hoc manifeſtum fiet magis. Primum itaque ſapientem ſcire omnia maxime ſicut decet, accipimus, non per ſingula ſcientiam eorum habentem.

Modus quo uult pcedere.

Per ſingula καθ' ἕκαστον ſingularem.

Cum deduxiſſet ex confeſsione omnium ſapiētiam eſſe cognitionem principiorum & cauſarum, & cauſæ atque principia multifariam intelligantur, merito, vt Alexander exponit, primum nunc quærit, quarū cauſarum, atq; principiorum ſit ſapientia, de qua nobis futurus eſt ſermo. & ſic, vt Alexander innuit, de Metaphyſica, de qua nobis futurus eſt ſermo, eſt hæc quæſtio. vnde dicit (quoniam autem ſcientiam hanc quærimus) hanc ſcilicet appellatam ſapientiam, de qua dictum eſt confeſsione omnium ipſam verſari circa cauſas, atque principia, propterea dicit (hoc conſiderandum eſt) nobis (vtiq; circa quales cauſas, & qualia principia) appellata (ſapientia ſcientia ſit) & demonſtrabit eam verſari in primis cauſis, primiſq; principiis. Nec eo loco, vbi demonſtrabit appellatam ſapientiam verſari circa primas cauſas, atque prima principia, hoc, vt indubitatum, ſed vt demonſtrandum oſtendet. Occaſione huius, vt Alexander ſubſcribit, cauſarum partitionem exequitur docens ea dici quadrupliciter, commemoratque priorum placita de cauſis, vt ſiquid ab illis recte fuerit inuentum, id ſequamur, ſin minus, aliquid præterea inueſtigemus. propterea concludit Alexander oportere ex hac ſcientia primorum principiorum, atque cauſarum cognitionem petere. Hæc autem ſunt primæ, & quæ propriiſsime ſubſtantiæ eſſe intelligantur, hæ nanque ſubſtantiarū principia ſunt, ſubſtantiæ vero cæterarum rerum, vbi patet apud Alexandrum, Ariſtotelem pro eiſdem primas cauſas, & prima principia accepiſſe, quoniam aſſerit hæc eſſe primas & propriiſsime ſubſtantias, quoniam ſunt cauſæ omnium: Alij autem prima principia retulerunt ad communiſsima principia, quæ ſunt Ens, & cætera omnia, quæ ipſum Ens ſequuntur, primas autem cauſas retulit ad primas rerum ſubſtantias. Deinde exponit modum, quo vult accedere atque procedere ad hanc inquiſitionem, & dicit (ſi igitur accipiat aliquis exiſtimationes, quas) ex communi hominum conſenſu (habemus de ſapiente, ex hoc) ideſt ex hac acceptione exiſtimationū (manifeſtum fiet magis) ſubaudi id quod quærimus, ſcilicet circa qualia principia, qualeſq; cauſas appellata ſapientia verſetur. Huius ordinis cauſam aſsignat Alexander, quoniam conſueuit in cunctis ſemper Ariſtoteles aliqua demōſtraturus pro principijs vti communibus, & naturalibus mortalium opinionibus, aſſeuerans cognitionem atque ſcientiæ appetitum hominibus eſſe naturalem, & quòd ſcientiæ principia nobis ſint a natura tributa, hæc enim ſunt communes hominum conceptiones. Idem quoque ſetuauit in naturali auditu in quæſtione de loco, inſuper & cum de tempore diſputaret, &, vt breuibus ſit dicere, in cunctis ferè quæſtionibus hac via proceſsit. Ad hunc igitur modum hoc in loco inueſtigans in quibus nam principijs verſetur ſapientia, quid ſit munus ſapientis, & omnino quid ſapiens, præmittit communes ſententias, & naturales, quas habemus de ſapientibus, vt inquirentes, ſumamus atque ponamus apte atque conuenienter ijs, conſentanea. Deinde ex-

Propter quid diuiſit cās, & alia fecit.

Quid per principia & cās. Alex.

Cā ordinis.

de exponit ea, quæ cõmuni ſententia de ſapiẽte, ſapientiaq; ipſa referuntur, quorum primum affert, & dicit (primum itaq;) earum exiſtimationum, quæ præponendæ ſunt, accipimus (Sapientem ſcire omnia maxime vt decet) & Alexander exponit omnia ſcire communiter, & vniuerſaliter. qm̃ ſic comprehenſim põt de cunctis diſputare, nõ vt qui per ſingulas ſcientias, aut artes ſapiens ſit, nam qui tali doctrina valent, ij nõ iam ſapientes, ſed artifices, & eius de quo diſputant, ſcientes eſſe putãtur. & hoc dicit (nõ per ſingula ſciẽtiam eorum) .ſ.oĩum (habentem) Expoſuit aũt Alexander (vt decet) ideſt, quoad fieri poteſt, qm̃ fieri nõ poteſt, vt oĩa ſapiẽs aliter q̃, vt dictum eſt, ſciat. Ex ijs igitur, quæ Alexander dicit, patet ſapientem oĩa cõſiderare in vniuerſali, hoc eſt per p̃dicata, quæ tranſcendunt determinata genera ſcibilium ſcientiarum, atq; p̃dicamentorũ, vt ſi cõſiderauerimus ipſum hominẽ, vt ens, vt vnum, vt actu, vt ſubſtantia, & vt cætera huius generis, non aũt in particulari, atq; in ſpeciali, hoc eſt per prædicata propria, quæ ſunt cõtracta ad genus determinatum alicuius prædicamenti, atque alicuius ſciẽtiæ. differẽtiamq; determinatam contrahentẽ genus p̃dicamenti, atq; genus ſciẽtiæ. Vt ſi cõſideretur homo, vt animal rationale mortale, & quo ad paſſiones, quæ ex his fluunt. nam ſic ſapiens, vt Alexander inquit eſſet oĩs artifex, omnis quoq; ſciens, Sapiẽtia etiam eſſet Phyſica, Mathematica, cæteræque artes. patet, quia conſideraret omnes res omnium ſcientiarum quo ad ea prædicata, quæ contrahuntur ad genera ſcibilium ſcientiarum omnium. De re hac in Dilucidario. & ſic patet Ariſtotelem per ſingula ſcientiã omnium in ſpeciali intellexiſſe, quo in modo artes, atque ſcientiæ res ſuas conſiderant.

Primum. — *Opinio Alexã.* — *Rõ Alexã.*

Poſtea ea difficilia cognoſcere potentem, quæ neque leuia homini cognoſcere ſunt, hunc ſapientem, dicimus. Sentire enim omnium commune eſt, quare facile, & non ſapiens.

Nunc aſsignat ſecundam exiſtimationem, quã homines hñt de ſapiente, & dicit (poſtea hunc ſapientẽ) ſubaudi dicimus (ea difficilia potentem cognoſcere, quæ neq; leuia) ideſt vulgata, vt exponit Alexander (homini cognoſcere ſunt.) Sic igitur ſapiens ſcire putatur excellentia & difficilia, & quæ non facile cognoſcuntur. nam qui vulgata & facilia ſciunt, ij non putantur eſſe ſapientes. Deinde teſtimonio ſenſus hoc probat, & ſubaudiendum eſt (quo fit, vt ſenſus nõ appelletur ſapientia, nec ſentientes, quia ſentiunt, ſapiẽtes) hoc ſubintellecto, cãm affert, & dicit (Sentire.n. omnium) .ſ.hominum, tam ſapientum q̃ vulgarium (commune eſt, quare facile, & non ſapiens) ideſt ad ſapiẽtiam p̃tinens erit. Hæc de ſecũda exiſtimatione.

Dicimus ad uerbum additum eſt. — *Sapiens. σοφὸν.* — *Sapientiale ad ſapiẽtiam pertinens.* — *Quid ſubaudiẽdũ i textu.*

Adhuc certiorem.

Aſsignat tertiam exiſtimationem hominum de ſapiente & dicit (adhuc) ſubaudi ex communi hoĩum exiſtimatione dicimus ſapientẽ (certiorem) .i. vt Alexander exponit, qui exacte curioſeq; de ſingulis intelligibilibus agit, nec fallitur. & intelligit Alexander, p̃ ſingula intelligibilia, ea, quæ ſuæ profeſsioni conueniunt. nam ſapiens de his habet maiorem certitudinẽ, quam alii communiter habent de ſuis. Aut intelligit ſapiẽtiam eſſe certiſsimam quoad eius prima principia, quæ ſunt ſibi, & cæteris ſcientijs communes dignitates, vt poſterius dicemus.

Certiorem ἀκριβέστερον. Exactiorem. Exquiſitiorẽ. — *Expõ Alexan.*

Et magis docentem cauſas ſapientiorem eſſe circa ſcientiam omnem.

Etiam & ſ aũt.

Nunc aſsignat quartam hominum exiſtimationem de ſapiente, & dicit (& magis docẽtem cãs) hunc ſubaudi (ſapientiorem eſſe circa omnem ſcientiam) putamus, i. qui in reddendis cauſis doctrinam præbet, is magis appellatur ſapiens, q̃ qui aliter docent. Hęc Alexã.

Cõtingentium eorum, quæ ex trinſecus accidunt.

Et ſcientiarum etiam eam, quæ ſui cauſa eſt, & ſciendi gratia eligibilis eſt, magis ſapientiam eſſet, quam quæ eſt contingentium gratia.

Aſsignat quintã exiſtimationẽ, & dicit (& ſciẽtiarũ etiã eam, q̃ ſui cã eſt, & ſciẽdi gr̃a eligibilis eſt) dicim⁹ ſubaudi (magis ſapiẽtiam eſſe q̃) ſcientiã (quæ eſt gr̃a contingentiũ), i. eorũ (vt Alexã. inquit) (q̃ extrinſecus accidũt) cuiuſmodi ſunt ea, q̃ ſunt vitæ neceſſaria, & p̃ delectatione ĩuenta, & cætera huius generis. huiuſmodi. n. ſcientiæ vltra ipſum ſcire amplificantur ad aliud, vt ſunt omnes practicæ ſcientiæ. Sola autem ſapientia eſt propter ſcire, & ob aliud nihil.

Et principaliorem ſubminiſtrante magis ſapientiam eſſe Non enim præcepta ſuſcipere oportet ſapientem ſed præcipere: neque hunc alteri oportet obedire, ſed huic minus ſapientem. Tales igitur exiſtimationes, & tot habemus de ſapientia, & ſapientibus.

Aſsignat ſextam exiſtimationem, quæ eſt, vt ſapiẽs ſit principalis, & tanq̃ princeps habendus, & dicit (&) ſubaudi inter ſcientias (principaliorem) nos dicimus (eſſe magis ſapientiam ſubminiſtrãte) vno modo poteſt exponi, vt Alex. per principaliorẽ ſcientiam, quæ cognoſcit res principatuum, & per ſubminiſtrantem eam, quæ nouit res ſubiectas. Alio modo poteſt exponi per principaliorem inter ſcientias, eã quæ architectonica eſt, & per ſubminiſtrantem eam, quæ manu operatur p̃ ratiõe architecti: vt Tho. exponit. & vtroque modo bene exponitur. nã ex vtraq; expõne habet̃, ꝙ ſapiẽs ſit principalior, atq; vt princeps hñdus. Quòd aũt ſapiẽs ſit principalior, & vt princeps hñdus, probat primo, & dicit (nõ.n. præcepta ſuſcipere oportet ſapiẽtem, ſed p̃cipere), i. ſed dare præcepta. deinde probat ſecundo, & dicit (neq;) oportet (hũc) .ſ. ſapientẽ (alteri obedire) Sed oportet huic (minus ſapientẽ obedire) .ſ. obedire. Ex his poteſt accipi ſexta exiſtimatio videlicet, quod ſapiens ſit principalis & tanq̃ princeps inter ſcientes hñdus, primo, quia p̃cepta dat, ſecũdo quia p̃cepta dat. Hæc, vt mihi videtur, eſt breuis Alexandri expõ. tunc epilogat, & dicit (tales igitur exiſtimatiões, & tot habemus de ſapientia, & ſapiẽtibus) vtputa ꝙ ſapiens ſit, qui omnia cognoſcit vt decet, & difficilia, quæ ſunt non vulgata, certioreque modo & per cauſas, ſui gratia etiã & nõ propter aliud, interq; eos, qui ſciũt, vt prĩceps ſuper habit⁹. Hęc quaſi deſcriptio ſapiẽtis hẽat.

Ex ijs autem id quidem, quod eſt omnia ſcire, huic maxime neceſſarium eſt ineſſe, qui uniuerſalem ſcientiam habet. Iſte enim nouit quodammodo omnia ſubiecta.

Cũ Ariſt. eas ſex exiſtimatiões aſtruxiſſet de ſapiã, ſapienteq; ipſo, velut communibus ſentẽtijs cõceſſas, nunc tentat eas ſingulas huic ſcientiæ attribuere, ſciẽtiq; huic, qui vniuerſalẽ ſciẽtiã hẽt .ſ. ipſi metaphyſico, qui vniuerſalem ſcientiam hẽt, & primas, ac vniuerſales cãs cognoſcit. demonſtrans per hæc, vt Alex. inquit, de cõi hominum conſenſu appellatam ſapientiam (quæ metaphyſica eſt) in primis cauſis, primiſq; principiis verſari. Maxime.n. & communiter ac vniuerſaliter is omnium rerũ ſcientiã hẽt, qui nouit prima principia.

Nam quemadmodũ qui nouit principia quarũdã rerũ, is quãdã illarũ cognitionẽ vniuerſalẽ hẽt,ſic qui nouit oĩum rerum principia,is oĩum rerũ vniuerſalẽ quandã obtinet cognitionẽ:Quare ex ijs,q̃ dixit, & ex his,q̃ dicet,fit ſyllogiſmus hoc pacto.Qui nouit oĩa, & difficilia,& certi⁹ & p cãm,& ſui grã, & vt princeps, ẽ ſapiẽs: metaphyſicus eſt hmõi:igiť eſt ſapiẽs.in pñti igiť textu pbat minorẽ diſcurrẽdo p oĩa & dicit (ex ijs aũt),ſ.ſex exiſtimationib⁹ (id quidem,quod eſt oĩa ſcire)qđ fuit prima exiſtimatio (huic maxime neceſſariũ eſt ineſſe, qui vniuerſalẽ ſciẽtiã hẽt),i.qui ſcit primas cãs,& pria principia,& hic eſt metaphyſicus,de quo nobis futur⁹ eſt ſermo.Deinde pbat hoc,& ſyllogiſm⁹ eſt,Qui ſcit primas cãs,& prima principia,ſcit quodãmõ oĩa : metaphyſic⁹,qui vniuerſalẽ ſcientiã hẽt,ſcit primas cãs, atq; prima prĩcipia:igiť ſcit quodãmõ oĩa. De ſyllõ accipit maiorẽ,& dicit (iſte.n.),ſ.quicũq; ſcit prĩas cãs,& pria principia (nouit oĩa ſubiecta),i.oẽs res, q̃ cõtinenť ſub oĩbus ſubiectis oĩum ſcientiarũ . Probat aũt hãc Alex. qm̃ quẽadmodũ qui nouit principia aliquarũ rerũ,nouit aliquas res,igiť qui nouit prima principia,& vniuerſalia oĩum rerũ quodãmõ nouit oẽs res . minorẽ vero ſuppoſuit.Hæc eſt vna Alexã.expõ in anteriore textu. Aliter ãt exponẽdum,vt ipſe exponit in proprio textu, vt velit hæc omnia attribuere ei,qui vlẽm ſciẽtiã hẽt,ſ. metaphyſico. eſt.n.metaphyſica maxime omniũ vlis ſciẽtia,qm̃ de entibus hẽtur,qua entia ſunt. Ens.n.cũctis rebus exiſtẽtib⁹ eſt cõe.igiť metaphyſicus erit, qui maxime omniũ vlẽm ſcientiã hẽt.vñ dicit (ex ijs aũt) ſ.ſex exiſtimatiõib⁹ (id quidẽ).i.illa quidẽ exiſtimatio (q̃ eſt oĩa ſcire,huic),ſ.metaphyſicæ (maxime neceſſariũ eſt ineſſe,qui vlẽm ſciẽtiã hẽt),ſ.q̃ eſt de entibus, q̃ entia ſunt,& de ijs,q̃ entia conſequunť, qua entia ſunt. pbat,& ſylls erit,Quicũq; vlẽm ſcientiam hẽt (nouit quodãmõ oĩa ſubiecta) metaphyſicus vlẽm ſcientiam hẽt : igitur metaphyſic⁹ nouit quodãmõ oĩa ſubiecta. De rõne tãgit minorẽ,& dicit (iſte.n.),ſ.quicunq; vniuerſalẽ ſciẽtiam hẽt (nouit quodãmodo omnia ſubiecta) hæc eſt maior.Prima ergo expõ Alexãdri p vlẽm ſcientiam intellexit, q̃ eſt de primis oĩum rerum principijs, & cauſis.Secunda vero , q̃ eſt de cõmuniſsimis oĩum rerum pdicatis . vtraq; expõ placet . Alexander tñ proſequitur primã expoſitionem in ſequentibus.

Fere aũt & ea ſunt hominibus difficillima ad cognoſcẽdũ, quæ ſunt maxime uniuerſalia.nã à ſenſibus ſunt remotiſsima.

Nunc attribuit ſecundam exiſtimationem appellatæ ſapiẽtiæ,& põt hoc quod dicit, exponi duobus modis.primo iuxta primam expõnẽ Alex.ſuperioris textus,per quã Alex.voluit Ariſt.intellexiſſe per vniuerſalẽ ſciẽtiã,q̃ eſt de primis cauſis, primiſq; principijs. nã hæc vniuerſaliſsima ſunt vniuerſaliter cauſandi,cũ oĩum,q̃ fiunt,cauſæ,atq; principia ſunt, & ſic legatur (ferè aũt & ea ſunt hoĩbus difficillima ad cognoſcendũ,q̃ ſunt maxime vniuerſalia) q̃ cognoſcere appellatam ſapientiã ex conſenſu oĩum acceperat.quo fit , vt vere dicatur appellatam ſapientiã (q̃ metaphyſica eſt) verſari circa difficillima, qm̃ verſať circa maxime vniuerſalia,q̃ ſunt hominibus difficillima . & poteſt hoc, quod dixit,ſic ad artem prioriſticam reſolui, Maxime vniuerſalia ſunt difficillima cognitu: appellata ſapientia,q̃ metaphyſica eſt,verſatur circa maxime vniuerſalia : igitur appellata ſapientia , q̃ metaphyſica eſt,verſatur circa difficillima cognitu. De ratione aſsignauit maiorem,& dicit (ferè aũt & ea,ſunt maxime vniuerſalia,quæ ſunt hoĩbus difficillima ad cognoſcẽdum) & iuxta hãc expõnem ĩtelligit p maxime vniuerſalia, primas cãs,primaq; principia , q̃ ſunt maxime vniuerſalia in cauſando : Addatur minor , ſed appellata ſapiẽtia,q̃ metaphyſica eſt,verſať circa maxime vniuerſalia,vt dictũ eſt,in cauſando:cõcluſio addať,ergo appellata ſapiẽtia, q̃ metaphyſica eſt verſatur circa difficillima . Maiorem probat,& dicit (nã) ſubaudi maxime vniuerſalia,vt dictũ eſt,in cãndo (ſunt a ſenſibus remotiſsima) vt ſyllogiſmus ſit, quæcũq; ſunt à ſenſibus remotiſsima , ſunt difficillima ad cognoſcendũ: maxime vniuerſalia,ſ.ĩ cãndo ſunt à ſenſib⁹ remotiſsima:ergo ſunt difficillima . Ecce qũo de pſyllogiſmo ſolũ accepit minorẽ.& iuxta hãc expõnẽ nulla qõ eſt in verbis Ariſt.Et hæc expõ videť Alex.nã pbãs maxime vniuerſalia eſſe à ſenſibus lõgiſsime, dicit,ſiquidẽ entiũ ſimpliciſsima quæq; & prima lõgiſsime abſunt à ſenſibus:& ſic innuit primas cãs,primaq; principia, q̃ ſunt entiũ ſimpliciſsima,& prima. Iuxta quã expõnẽ cõſiderãs verbũ (hoĩbus)dicit, addidit aũt(hoĩb⁹) ad differẽtiã naturæ.Nã primę cãę,primaq; principia, q̃ vliſsima ſunt in cãndo,ſunt hoĩbus difficillima , ſed naturæ notiora.expſsit hãc expõnẽ Alex.ẽt cõmento. 11.vt legẽti qõnẽ,quã ibi mouet,patet.Alr põt ĩtelligi iuxta ſecundã expõnẽ ſuperioris tex. vt intelligamus vliſsima ea,q̃ trãſcendũt oĩa ſciarũ gña, q̃ prædicatiõe vliſsima ſunt.& ſic intelligunt expoſitores oẽs latini. Cũ dices hęc vliſsima eſſe hoĩb⁹ difficillima ad cognoſcẽdũ,q̃cũq; ipſi dixerĩt,Ariſt.loquiť cõſiderãdo vliſsima,quo ſunt ptes eſſẽtiales min⁹ vlium,vt ſic.n.ſunt nobis difficillima , & maxime a ſenſib⁹ remota , quo vero ſunt tota,in quibus cõtinenť minus vlia,ſunt nobis cognitu facilia,atq; ſenſib⁹ pxima . Min⁹ aũt vlia, quo ſunt tota q̃dã indiſtincta,ſunt nobis facilia, ſenſibusq; nřis pxima.quo vero ſunt partes in vlibus cõtẽtę,ſunt nobis difficilia cognitu,ſenſibusq; remotiora. *Verbum hominibus.*

Scientiarum uero certiſsimæ ſunt.quæ maxime primorum ſunt , nam quæ ſunt ex paucioribus, nonne certiores ſunt ijs, quæ ex additione dicuntur ? ut arithmetica , geometria .

Tertia exiſtimatio fuit,vt ſapientia de cõſenſu omnium eſſet certior de ijs, quæ ſui ſuæ profeſsionis , q̃ quæuis ſcientia particularis ſit de ſuis , nunc oſtendit hoc competere,metaphyſicæ , quæ appellata ſapiẽtia eſt , & ſyllogizat ſic,Scientiæ , quæ maxime primorũ ſunt,certiſsimæ ſunt,& longe certiores de ijs,quæ ſuę profeſsioni conueniunt , q̃ reliquæ quæ non ſunt primorum,ſint de ſuis : Metaphyſica , quæ appellata ſapientia eſt,primorum maxime eſt,Igitur longe magis certior eſt de ijs , quæ ſuæ profeſsioni conueniunt , q̃ cæteræ ſcientiæ, quæ non ſunt primorum,de ſuis , De ratione aſsignat maiorem,& dicit (ſcientiarum vero) ſubaudi hæ (certiſsimæ ſunt, quæ maxime primorum ſunt) Hæc eſt maior,cuius probationem ſubſcribit,& dicit (nam quæ ſunt ex paucioribus , nonne certiores ſunt iis,quæ ex additione dicuntur?) certum eſt quod ſic (vt arithmetica, quæ ex paucioribus eſt,certior eſt (geometria) q̃ ad arithmeticã per additionẽ ſe habet. Addatur minor, ſed q̃ primorũ ſcĩa eſt , ex paucioribus eſt:igiť ſcĩa,q̃ primorũ eſt,certior eſt cęteris,q̃ dñr per additionẽ ad ipſam appellatã ſapientiã . Quo vero ad verba attinet in trãſlationib⁹ veteribus textus hic legiť affirmatiue,hoc pacto (nã q̃ ſunt ex paucioribus certiores ſunt ijs , quæ ex additione dñr) In græcis vero codicibus *Conſideratio verborum.*

codicibus legitur negatiue per particulam *οὐκ*, ſed nos interrogatiue tranſtuliſmus. Quo vero modo geometria ſe habet per additionem ad arithmeticã, Expoſitor declarauit, & Alex. quia geometria conſiderat punctũ & lineã & cętera q̃ hñt ſitũ. Vnitas aũt & numerus, de quibus agit arithmeticus, nullũ hñt ſitũ. Vel aliter exponit Alex. & ĩtelligit appellatam ſapiẽtiam eſſe certiſsimam, quia eſt primorum principiorum. i. de primis, quæ ſunt communia & prima axiomata, probat autem hoc, quia ſciẽtia quæ eſt effectus primorum axiomatum, dignitatumq; certiſsima eſt Nam ſi doctrinæ quæ ex primis habentur, cæteris ſunt exactiores, ſciẽtia, quæ eſt de hmõi primis, exactior erit alijs, quæ ſunt de poſterioribus. ꝙ aũt quę ex primis exactiores ſunt, ijs quę ex paucioribus patet. Ex paucioribus autem exponit, vt quæ ſunt principijs propiores, vt dictũ eſt in libris poſter. Idcirco. n. ꝓpriiſsimas & potiſsimum demr̃ones eas eſſe dixit, quæ à propoſitionibus medio vacantibus, & primis proficiſcũtur, proxime ab iis, quæ per has demonſtranť. Quare, ſi ſcĩæ, quæ ſunt ex primis principiis, ſunt certiſsimæ, & ſcientiæ, quæ ſunt ex principiis, quę ſunt primis proxima, ſunt certiores, nõ tñ ita certiſsimæ, vt primæ, fit, vt ſapiẽtia appellata, quæ eſt de primis principiis cõibus oĩbus, ſit certiſsima, lõgeq; certior ijs ſciẽtiis, quæ ſunt de poſterioribus principijs. Nam hæ ad illã ex additione dñr. Eſt ergo vis rõnis Alex. Si ſcĩa, quæ eſt ex primis, cęteris omnibus certior eſt, quæ ſunt non ex primis, etiam ſcĩa de primis erit certior oĩbus ſcientijs, quæ nõ ſunt de illis primis: ſed Metaphyſica appellata ſapĩa eſt de primis axiomatibus dignitatibusq;, ergo certiſsima. differt aũt aliquam ſcientiã eſſe de primis, & ex primis, qm̃ de primis eſſe põt tanq̃ de conſideratis, at ex primis non, niſi tanq̃ per quæ fit. Mouet Alexan. hic qõnem qũo cognitio primorum principiorum, & cãrum difficillima eſt, vt ſuperius eſt dictum, Si in his & per hæc cognitio ꝑ demõſtrationem expeditior nobis eſt? vt in præſenti tex. habeť, Reſpondet & innuit de principiis hãc diſtinctionem, ꝙ ſint bifariam principia, alia cognoſcendi, & hæc principia ſunt quaſi ſnĩæ, atq; ꝓnunciationes, per quas cætera demonſtrantur, & de his eſt verum, ꝙ cognitio principiorum in expedito nobis eſt, & hoc pacto loquitur Ariſt. de cognitione principiorum in pñti tex. Alia vero ſunt principia eſſendi, quæ ſunt principia Entis, quatenus Ens, & horum cognitio eſt nobis difficillima, & nõ nobis expedita, & de his locutus eſt Ariſt. ſuperius, cũ dixit, hanc appellatam ſapientiam eſſe difficillimorũ. Sed adhuc quæ res, ſi ita eſt, qũo hæc principia ſciantur, quæ principia eſſendi dñr, Reſpondet. hæc eſſendi principia etiã pe demr̃onem ſciri, & quoad an eſt, & quo ad qualia ſunt eorum propria attributa. Nã demr̃onis horum ſnĩæ quoq; ſunt principia, Sed contra adhuc, qm̃ cum omnis demr̃o ex primis habeatur, fiet vt aliqua his habeantur priora. Reſpondet his, quo demõſtrabilia ſunt, non eſſe abſurdum aliq̃ eſſe priora, quæ ſimpliciter ſecũdum eſſe non erunt priora. Sed contra adhuc, Nam ſi demr̃o eſt cognitio per cãm, tunc aliqua eſſent horum cauſa, quæ proinde prior his haberetur. Reſpondet, nõ omnem demonſtrationem per cauſam effici, quia ſubaudi nõ demonſtratio quia, per q̃ cognoſcũtur hæc an ſint, nec demõſtratio poſteriorum paſsionũ, quæ habetur per paſsiones priores, nec demonſtratio propter quid, quę fit per medium, quod eſt deſcriptio paſsionis, vel illius definitio. Verum de his in lib. poſter. 2. ſatis diſputauimus. Ad propoſitum prima principia primasq; cauſas ſcimus eſſe per demonſtrationem quia, quæ non eſt per cauſam. Scimus etiam de eis poſteriora attributa, q̃ ſunt veluti paſsiones, per priora. nam inter attributa eorum eſt aliquis ordo. Scimus. n. deũ & oẽm ſubſtãtiam ſeparatam eſſe volitiuũ per hoc, quia omnes ſunt intellectiuæ. & alia eodem modo. Inſuper ſcimus primas attributiones, quæ ſunt quaſi earum paſsiones, per deſcriptionem earum, vt eſſe intellectuales, quia ſunt ſeparatæ à materia. Nam intellectuale eſt ens ſeparatum à materia, deſcriptio autem paſsionis eſt propter quid eius, quia per eam de ſubiecto demonſtratur propter quid. Hactenus de his.

Eſt inſuper doctrinalis, quæ cauſarum eſt ſpeculatrix magis. Hi nãque docent, qui cauſas circa ſingula dicunt.

Declarat quartam exiſtimationem ineſſe metaphyſicæ. erat. n. quarta, ꝙ qui eſſet doctrinalis per cauſas cõſiderans, eſſet ſapiens, nũc demõſtrat hanc exiſtimationem ineſſe metaphyſicæ, & dicit (eſt inſuper). ſ. metaphyſica (doctrinalis) & ſubaudi illa (quæ cauſarum eſt ſpeculatrix magis) & hoc exponit Alexander trifariam. *Expoſitiones Alexãdri tres.* Primo, ꝙ Metaphyſica appellata ſapiẽtia ſit cauſarum ſpeculatrix magis, i. magis reddens cãs eorum, quæ docet, Secũdo ꝙ ſit cauſarum ſpeculatrix magis, non in reddendis cauſis eorum, quæ conſiderat, ſed in contemplandis cauſis, per quas ſciunt, qui ſciunt. Tertio ꝙ ſit ſpeculatrix cauſarum magis, & in contemplandis cauſis, per quas ſciẽtiæ generãtur, & in aptitudine ad reddẽdum cauſas eorum, quæ cõſiderat. Nam ſcientia, quæ cauſas conſiderat magis, magis eſt apta docere, atque per cauſas procedere. Nec valet argumentum conſiderat cauſas. ergo per cauſas docet. nam logica cõſiderat cauſas, quæ tamen ea, quæ conſiderat, non per cauſas docet. *Solutio dubitationis.* Inſuper nec valet, docet quæ conſiderat per cauſas, ergo cõſiderat cauſas. nam mathematicus docet per cauſas, & tamẽ nõ cõſiderat cauſas. At metaphyſicus cõtemplatur cauſas magis, q̃ cæteri artifices, & eſt aptus magis ea, quæ cõſiderat, per cauſas docere. propterea dicit (eſt inſuper) metaphyſica ſubaudi magis doctrinalis q̃ cæteræ (quæ cauſarũ eſt ſpeculatrix magis) q̃ cæteræ. nã cõſiderat oĩa genera cauſarum, & in vnoquoq; genere primas cauſas. Probat hoc, & ſyllogiſmus ſic reſoluitur ad artem, Quicũq; ſingula genera cauſarum cõſiderãt & in eis primas cauſas, primaq; principia, hi docent. i. ſunt apti magis docere ea, quæ conſiderant per illas cauſas. hanc maiorem affert, & dicit (hi nãq; qui cauſas circa ſingula dicũt, i. qui contemplãtur circa ſingula cauſas, i. omnia genera cauſarũ rerum, & in vnoquoq; primas cauſas cõſiderant (hi docẽt). i. ſunt apti docere magis ꝑ illas cauſas ea, quæ cõſiderãt. Subaudiẽda eſt minor, Sed metaphyſica conſiderat omnia genera cauſarum, & in vnoquoq; genere primas cauſas: igitur methaphyſica eſt apta magis docere. Hæc eſt tertia Alexandri expoſitio. quæ ſatis bene poteſt verbis accommodari.

Et cognoſcere & ſcire ſui gratia maxime ineſt ſcientiæ, quæ eſt de maxime ſcibili. Nam qui ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxime ſcientiam maxime deſiderat: talis autem eſt, quæ eſt de maxime ſcibili. Maxime autem ſcibilia prima ſunt, & cauſæ. nam propter hæc, & ex his alia cognoſcuntur, ſed non hæc per ſubiecta.

Quintam exiſtimationem nunc attribuit ipſi metaphyſicæ, & ſyllogizat ſic, ſciẽtiæ, quæ eſt de maxime

Vis rationis Alexandri.

Quõ Alex.

Solutio.

ſcibili, maxime ineſt cognoſcere & ſcire ſui grã. Meta phyſica eſt ſciẽtia, quæ eſt de maxime ſcibili: igitur metaphyſicæ ineſt maxime ipſum cognoſcere & ſcire ſui gratia. De hoc ſyllogiſmo aſsignat maiorem, & dicit (& ſcientiæ, quæ eſt de maxime ſcibili, maxime ineſt) ipſum (cognoſcere, & ſcire ſui gratia) Sed videtur, ꝙ cæteræ propoſitiones, quæ ponuntur in textu, fruſtra ponantur, quia nec ad ſyllogiſmum, nec ad proſyllogizandũ, vt patet ſciẽti artem analyticam. Dicendum, ꝙ quædam eorum ponunt pro ſolutione tacitæ quæſtionis, quædam autem pro expõne terminorum. Pro ſolutione quidem tacitæ quæſtionis, quia concluſum eſt per ſyllogiſmum proximũ metaphyſicæ ineſſe ipſum ſcire propter ſe, poſſet obiter circa illius ſyllogiſmi maiorem quæri, vtrum qui deſiderat ſcire propter ſe, deſiderat ſcientiam, quæ eſt de maxime ſcibili, vt, ſ. valeat hæc conſequentia, deſiderat ſcire propter ſe, ergo ſcientiam, quæ eſt de maxime ſcibili. nam, cum ſit dictum in maiore propoſitione ſyllogiſmi, ſciẽtiæ, quæ eſt de maxime ſcibili, ineſſe ipſum ſcire ſui gratia, quæri poſſet, vtrũ qui deſiderat ipſum ſcire ſui gratia, deſideret ſcientiam, quæ eſt de maxime ſcibili. Iſtud .n. licet videatur extra propoſitum, tamen eſt vtile ſaltem obiter. Reſpõdet ꝙ ſic, & ſyllogizat ſic, Maxime ſcientia eſt de maxime ſcibili, qui ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxime ſciẽtiam, maxime deſiderat igitur qui ſcire propter ſe deſiderat, ſciẽtiam deſiderat: quæ eſt de maxime ſcibili. De ratione primo aſsignat minorẽ, & dicit, Nam qui ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxime ſcientiam maxime deſiderat. Hæc eſt minor. deinde aſsignat maiorem, & dicit (Talis aũt) ideſt, ſed maxime ſcientia (eſt, quæ eſt de maxime ſcibili.) ſubaudi concluſionem. igitur qui propter ſe ſcire deſiderat, ſcientiã deſiderat, quæ eſt de maxime ſcibili. Et ſic circa maiorem per hæc ſoluere videẽ qõnẽ, quæ obiter occurrit. Pro expoſitione vero terminorũ, exponit quid ſit maxime ſcibile, & dicit (maxime autem ſcibilia prima ſunt, & cauſæ) & põt intelligi ꝑ prima & cauſas, vniuerſales ſentẽtias, & omnibus ſciẽtiis communes, de quibus agitur in metaphyſica, & põt intelligi prima prĩcipia & cauſas primas & vniuerſales in cauſando, & hæc expoſitio eſt Alexãdri. Deinde Ariſtoteles aſsignat cauſam, & dicit, nam (propter hæc) .ſ. prima prĩcipia, & vniuerſales cauſas (& ex his, alia cognoſcũtur) ſaltem cognitione propter quid in vniuerſali (ſed nõ hæc per ſubiecta) .i. ſed non illa prima per poſteriora. Sed dices, non videtur verum alia omnia cognoſci ꝑ illa prima in cauſando, qm̃ illa ſunt poſtremo nobis cognita, ſimiliter ꝙ triãgulus habeat tres, nõ cognoſcitur per illa, nec aliqua alia cõcluſio, vel in mathematicis vel naturalibus. Dicẽdum per illa prima cognoſci oĩa, quæ rebus attribuuntur cognitione propter quid, ſed ĩ vniuerſali: qm̃ ſicuti ſunt oĩum cauſæ in vniuerſali, ſic faciũt oĩa attributa rebus cognoſci cognitione propter quid in vniuerſali. ipſa tamẽ per alia cognoſci nõ pñt. ſ. cognitione ꝑꝑ quid, ſed ſi cognoſcũtur ſolũ cognoſcũtur cognitiõe quia. Ex his ſequitur aliqua cognoſci per aliqua, ꝑ quæ nõ pñt demõſtrari. Nam oĩa accidẽtia mũdi cognoſcũtur ineſſe ſuis ſubiectis ꝓpter primas cauſas. Primaq; principia, per quæ non poſſunt demonſtrari. Et ratio eſt, quia per illa cognoſcũtur vniuerſali.

Dubitatio. *Solutio.* *Dubitatio optima.* *Solutio.*

Maior. *Principaliſsima etiam ſcientiarum, et quæ magis princeps eſt ꝗ̃ ſubſeruiens, ea eſt, quæ cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula. Hoc autem eſt bonum uniuſcuiuſquè, omnino uero id, quod eſt optimum in uniuerſa natura.*

Maior. Vniuerſa πάση. Omni totâ.

Demum oſtendit metaphyſicæ ineſſe ſextam exiſtimationem, ſ. ꝙ ſit princeps cæterarum: & ſyllogiſmus eſt, Scientia, quæ cognoſcit cauſam, cuius gratia aguntur ſingula, eſt cæterarum princeps: metaphyſica eſt ſcientia, quæ cognoſcit cauſam, cuius gratia ſingula aguntur: ergo eſt vt princeps cæterarum. De ſyllogiſmo aſsignat maiorem, & dicit (etiam ea) ſcilicet ſcientiarum (quæ cognoſcit) cauſam (cuius cauſa ſunt agenda ſingula, eſt principaliſsima ſcientiarum) (& ea, quę magis princeps eſt, ꝗ̃ ſubſeruiẽs) Hæc eſt maior, minor vero ſubaudienda. minor proſyllogizatur ſic, Bonum cuiuſque, quod eſt optimũ in vniuerſa natura, eſt cuius cauſa ſingula aguntur: metaphyſica cõſiderat bonum cuiuſq;, quod eſt in vniuerſa natura optimum: igitur metaphyſica conſiderat cuius cauſa. De proſyllogiſmo tangit maiorem, & dicit (hoc autem) ſcilicet cuius cauſa (eſt bonũ vniuſcuiuſq;, omnino vero id eſt, quod omnino eſt optimum in vniuerſa natura) eſt ergo maior, Bonum cuiuſq;, quod omnino eſt id, quod eſt optimum in vniuerſa natura (eſt hoc) ſcilicet cuius cauſa omnia aguntur, hæc fuit maior proſyllogiſmi, eſt autẽ hoc Deus, qui ſingulorum, & totius naturæ finis eſt. Nam cuncta, quæ aguntur, tandem ſunt dei gratia, vt eo participent aliqua magis, & aliqua minus, vt Alexander monſtrat.

Ex omnibus igitur, quæ dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiam quæſitum nomen. oportet enim hanc primorum principiorum, & cauſarum eſſe contemplatricem. etenim & ipſum bonum & cuius gratia una cauſarum eſt.

Nunc ex ijs, quæ dixit, colligit concluſionem ſyllogiſmi. Erat enim ſyllogiſmus, Quæ omnia nouit, & difficilia, & certius, & propter cauſam, & ſciendi gratia, & eſt inter omnes ſcientias, vt princeps, ſapientia eſt: metaphyſica omnia nouit, & difficilia, & certius, & propter cauſam, & ſciendi gratia, & eſt inter ſcientias vt princeps. Ex his concludit concluſionem huius ſyllogiſmi, & dicit (ex omnibus igitur) iis, ſcilicet ſex exiſtimationibus (quæ dicta ſunt) & ꝓbata ſunt ineſſe metaphyſicæ, patet ſubaudi quoniam (nomẽ quæſitum) de metaphyſica, de qua quæſitum eſt, vtrum eſſet ſapientia (in eandem cadit ſcientiam) in quam cadit nomen ſapientiæ. quaſi dicat, patet metaphyſicam eſſe ſapientiam. & hæc concluſio ſyllogiſmi eſt, cuius primo accepit maiorem, cum probauit ſcientiam, cui competũt ſex exiſtimationes, eſſe ſapientiã. deinde accepit minorem, cum probauit metaphyſicæ competere illas ſex exiſtimationes. nunc vero attulit cõcluſionem, & repetit ſyllogiſmi minorẽ, non quidem repetendo omnes exiſtimationes competere metaphyſicæ, ſed ſolum vnam, per quã principaliter ſciẽtia appellatur ſapientia, & dicit (oportet enim hanc) ſcilicet metaphyſicam (primorum principiorum &) primarum (cauſarum eſſe contemplatricem) cuius rationem affert, vt Alexãder exponit, & dicit (etenim & bonum & cuius gratia vna) atq; eadem (cauſarum eſt) modo bonum eſt primum principiũ, atq; prima cauſa, & conſideraẽ à metaphyſica, quia ab ea conſideratur cuius gratia. igitur metaphyſica eſt ſapientia. Vel aliter poſſunt exponi verba hæc (etenim & bonum) & reliqua vt velit per hæc obiicere vetereribus, quia

finem

finẽ ſuſtulerunt e numero cauſarum . propterea quia finis eſt vltimũ, contra hos dicit (etenim & bonũ & cuius gratia eſt vna) de numero (cauſarũ)Vel tertio poſſunt exponi contra Platonem,qui dicebat bonum ipſum non eſſe cuius gratia, ſed ideam,ſiue formam.cõtra quem dicit (etenim & bonum , & cuius gratia eſt vna cauſarum) ideſt coincidunt.in idem genus cauſæ.

Verborum conſideratio.

Quo vero ad verba attinet, in codice Alexandri legebatur,ſummum bonum, & cuius gratia : & ita clarius legitur. Nam bonum poteſt eſſe ſummum,& nõ ſummum , & cum fuerit ſummum, erit prima cauſa ,vel legebatur ipſum bonum , & idem eſt cum noſtro textu .

Effectrix ποιητικη actiua. Facilia πρόχειρα pauciora. Stellas ἄστρα Aſtra. Fabularum amator φιλόμυθος. Philomythus poeta.

Quòd autem non effectrix, palam ex Primis philoſophantibus. Nam propter admirari homines & nunc, et primo cœperunt philoſophari, a principio quidem ex dubitabilibus facilia admirantes, deinde paulatim ſic procedentes, & de maioribus dubitauerunt, ut & de lunæ paſſionibus, & de ijs, quæ circa Solem, & ſtellas, & de uniuerſali generatione: qui uero dubitat & admiratur, ignorare uidetur? Quapropter & fabularum amator Philoſophus quodammodo eſt. fabula nãque ex mirabilibus conſtat. Quare, ſi ad ignorantiam fugiẽdam philoſophati ſunt, palam, quoniam propter ſcire, ſtudiũ ſecuti ſunt, & non cauſa alicuius uſus.

Cum declaraſſet Metaphyſicam eſſe ſapientiã, nũc vult demonſtrare Metaphyſicam non eſſe actiuam, nec effectiuam . & hoc proponit , & dicit, (ꝙ autem nõ effectrix),i.ꝙ autem nec actina,nec effectiua ſit Metaphyſica,(palam ex Primis Piloſophantibus .) in quibus verbis tangit concluſionem , & vim argumenti , per quod patebit concluſio.

Dubitatio.

Sed dices hoc demonſtrare videtur ſuperfluum, qm̃,ſi probatum eſt Metaphyſicam eſſe ſapientiam,erit apertum Metaphyſicam non eſſe effectiuam,neq; actiuam,quoniam ſapiẽtia nec actiua eſt , nec effectiua .

Solutio.

Fortaſſe Ariſtoteles probat huiuſmodi concluſiouem non ad doctrinæ neceſsitatem,ſed ad doctrinæ amplificationem . aut fortaſſe hoc fecit,quia prudẽtes etiam apud plures dicuntur ſapientes, qui & actiui ſunt . Ad remouendum omnem ſcrupulum probat nũc Metaphyſicam non eſſe actiuam, nec factiuam.& primo probat huiuſmodi concluſionem per rationem, quã Expoſitor ſic reſoluit ad artem prioriſticam, Nulla ſcientia, in qua eſt ipſum ſcire propter ſe,eſt actiua aut factiua,in Metaphyſica , quæ Philoſophia dicitur, eſt ipſum ſcire propter ſe : igitur Metaphyſica , quæ philoſophia dicitur, nec actiua eſt,nec factiua. Minor proſyllogizatur, in quacunque facultate artifex fugit ignorantiã ſicuti finem,eſt ipſum ſcire propter ſe in Metaphyſica,quæ philoſophia dicitur,artifex fugit ignorantiam ſicuti finẽ igitur in Metaphyſica , quæ philoſophia dicitur, eſt ipſum ſcire propter ſe . minorem adhuc probat ex modo, quo philoſophi , & metaphyſici pro tempore præterito,& nunc philoſophati ſunt.Circa hanc rationẽ primo probat minorem pro ſyllogiſmi ex ipſo philoſophandi modo,poſtea exponit qualis ſit admirans, ibi (qui vero dubitat) deinde ibi (quapropter &) infert vnum quaſi corollarium,deinde ibi (quare ſi ad ignorantiam) reſumit vim totius rationis , de prima parte narrat modum, quo prius & nunc homines cœperunt philoſophari , & cauſam , propter quam philoſophati ſunt. & primo narrat cauſam & dicit (nam propter admirari homines & nunc,& primo cœperunt philoſophari) ideſt cœperunt inquirere cauſas effectuum, quos admirabantur.

Quid ſit philoſophari.

Philoſophari enim nihil aliud eſt quàm cauſam inquirere rei, quæ eſt in noſtra admiratione . & per (admirari) vt Alexander inquit,intelligit non intelligere , & cupere intelligere . & dixit (& nunc, & primo)quia tam ad præſens tempus,quàm ad initiũ ſemper emergit aliquis effectus, cuius cauſa ignoratur.deinde addit differentiam inter ipſum admirari,quod fuit ab initio,& ipſum admirari,ꝙ eſt procedente tẽpore, & demonſtrat modum,quo philoſophati ſunt,& dicit(a principio quidem admirãtes) ea (ex dubitabilibus, quæ facilia ſunt) & obuia,propterea quia videbantur vt Alexander inquit,prę ter rationẽ fieri. verbi cauſa,cur electrũ paleas ad ſe trahat,Cur magnes ferrum,aut quid ſit arcus cœleſtis,aut omnino quibus ex rebus nubes concreſcat , vnde tonitrua edantur, & quõ fiãt fulgurationes & alia huius generis facilia ab initio addu bitata ſunt.deinde exponit ipſum admirari, quod procedente tempore emerſit,& dicit (deinde) ex cognitione eorum,quæ facilia ſunt,atque manifeſta(ſic paulatim procedentes) ad inquiſitionem occultorũ(& de maioribus)ac difficilioribus (dubitarunt)& aſsignat exempla in mathematicis, volens per hæc exempla idẽ & eundem modũ eſſe philoſophandi in rebus metaphyſicis.& dicit(vt & de Lunę paſsionibus,& de ijs.ſ.paſsionibus(quę ſunt circa ſolẽ,& ſtellas)& intelligit per lunæ paſsiones,vt Alexander inquit,ipſius defectus , & accretiones,atque decrementa & per paſsiones quæ ſunt circa Solem,intelligit Solis defectus,& ortus,& occaſus & motus,& magnitudinem : & per paſsiones quæ ſunt circa ſtellas intelligit,numerum,magnitudinẽ, motus,atq; ordinem .

Lunæ, ſolis, & ſtellarum effectus.

Dubitauerunt (& de vniuerſi generatione) nam alij mundum non eſſe genitum dicebant, Alij vero genitum,verum Democritus à caſu factum eſſe aſſerit, Anaxagoras vero a mente , Empedocles ab odio , vel amore . Per hunc etiam modum metaphyſici ſunt philoſophati. nam videntes ſolem & ſtellas moueri ab ortu in occaſum redeundo in occaſum , & ſemper in ortum, ceperunt inquirere cauſam , & ſic inuenerunt deũ,atq; ſubſtantias diuinas. Deinde exponit qualis ſit admirãs, & dicit (qui vero dubitat),ſ. de cauſa, (& admiratur) effectum (ignorare videtur)ſed ſubaudi cupiens ſcire.Poſtea ex dictis excerpſit corollarium , & dicit (quapropter & fabularum amator,philoſophus quodammodo eſt :) id eſt quodammodo poeta.cuius rationẽ aſsignet (nam & fabula)de qua agit poeta(eſt ex mirabilibus)& indagatio de qua eſt philoſophus , eſt ex mirabilibus: ergo philoſophus, & poeta cõueniunt quantum ad eſſe ex admirabilibus , & ita videntur coincidere aliquo modo in idem,licet ſit magna differentia.vt patet . Nã philoſophus verſatur circa mirabilia ad inquirendam veritatem , poeta vero circa fabuloſa,quæ continẽt veritatem , ad delectandum . dixit autem hæc , quoniam qui primo philoſophati ſunt per modũ fabuloſum philoſophati ſunt , veritatemq; tradiderunt in fabulis . vt Linus , & Muſæus,qui volentes indicare terram eſſe rerum principium, dixerunt Dæmogorgonem eſſe omnium principium, volentes vero indicare ignem vel aerem eſſe omnium rerum principium , dixerunt Iouem omnium patrem, ſic quoque & alij aliter . Demum recolligit concluſionem, & vim rationis,& dicit(quare,ſi ad ignorantiam fugiendam)homines nũc, & ab initio (philoſophati ſunt, palam, quoniam propter ſcire,ſtudium ſecuti ſunt,& non cauſa alicuius vſus) & vtilitatis gratia . ergo Metaphyſica nec eſt actiua, nec effectiua, ſed omnino contemplatiua.

ſapientẽ, dicit philoſophũ . i . ſapiẽtiæ amatorẽ, quia ſapientiã ſequitur nõ alicuius gratia: uide Tho.

Philoſophiæ nomen à Pithagora initiũ ſumpſit: qui nõ ſapiens, ſed philoſophus nominare uoluit.

ῥαστώνην facilitatem pigritiam otium requiem.

Teſtatur autem & hoc id, quod accidit. nam fere cunctis exiſtentibus, quæ ſunt neceſſariorum, & ad facilitatem & ad uoluptatem huiuſmodi prudentia quæri cepit. Perſpicuum igitur, quoniam propter nullam aliam neceſsitatem ipſam quærimus.

Expoſitores Latini Ariſtotelem nunc illud idẽ probare a ſigno aſſerunt. Alexander, cui aſſentio, illud idẽ probare ex hiſtoria, quæ accidit circa inuentores, autumat. Vnde Ariſtoteles dicit (teſtatur autem & hoc) ſcilicet Metaphyſicam non eſſe actiuam, nec factiuam (id quod accidit), ſ. circa inuentores, vt per hiſtoriam habetur (nam) (vt inquit) (ferè cunctis exiſtentibus, quæ ſunt) de numero (neceſſariorum) ad vitam, (&) etiam (ad facilitatem) ſcilicet vitæ, & (etiam ad voluptatem) vt muſica & gymnaſtica, quæ nõ quæruntur ꝓpter ſe (huiuſmodi prudentia) quæ (vt Alexander inquit) metaphyſica contemplatio eſt (quæri cœpit.) propterea concludit (perſpicuum igitur, quoniã propter nullam aliam neceſsitatem ipſam quærimus) ſed ſolum propter ſe ipſam. Sed occurres huic, quoniã tunc Naturalis philoſophia non eſſet contemplatiua, qm̃ quæritur, vt Auerroes dicit propter aliud, vtputa propter Metaphyſicam cõtemplationem, quę aliud quippiam eſt a Naturali philoſophia. Dicendum aliquid quæri propter aliud bifariam eſſe, aut propter aliud, qđ eſt alterius generis ab actibus intellectiuis: & ſic illa facultas, quæ quæritur propter aliud hoc pacto, nõ erit contemplatiua. aut propter aliud, quod eſt etiam pertinens ad actũ intellectus, & ſic quæritur philoſophia Naturalis propter metaphyſicam. non enim Metaphyſica eſt actus alterius potentiæ ab intellectu. Immo & naturalis philoſophia, & prima philoſophia vtraque eſt actus pertinẽs ad intellectum. Recte igitur ex his, quæ Ariſtoteles dixit, deduci poteſt omnem facultatẽ, quæ non eſt pro neceſſarijs ad vitam, nec propter voluptatem comparandam, eſſe contemplatiuam. nam (, vt Alexander inquit) omnes effectrices artes aliquid huiuſmodi quærunt. Querunt enim efficiuntque aliqua vel neceſſarijs, vt mechanicæ, vel ex vtilibus, vt ſermocinales, vel ex ijs, quæ faciunt ad vitæ facilitatem atque delectationem: vt comicæ, & tragicæ, & hiſtrionicæ artes. Sed adhuc occurres, quoniam ex his ſermocinales eſſent contemplariæ, quoniam non ordinãtur ad actum alterius potentiæ ab intellectu: & tñ per verba Alexãdri, ſermocinales non ſunt cõtemplariæ, quoniam ſunt propter introductionem. Dicendum ſermocinales eſſe contemplarias, quia, vt dictum eſt, nõ ordinantur ad alium actum, q̃ ad ipſam cõtemplationem. & ipſæ etiam ſunt actus intellectus: Quòd ſi Alexãder & alij ponant ſermocinales inter effectrices, loquuntur ſecundum cõem opinionem, vt etiam nos ſuperius locuti ſumus, re tamẽ vera contemplariæ ſunt. ſed de his in dilucidario. Aut dici poteſt ſermocinales eſſe practicas, quoniam parant etiam ad actus voluntatis tam elicitos, quàm imperatos, & fortaſſe ſic de eis Alexander & Ariſtoteles locuti ſunt.

Quæſtio. (beside: Sed occurres huic)

Solutio. (beside: Dicendum aliquid quæri)

Praxis opus ẽ alterius potentiæ ab intellectu.

Optimo dubitatio.

Solutio.

Sed, ut dicimus homo liber eſt, qui ſui ipſius gratia eſt, & non alterius, ſic hæc ſola ſcientiarum libera eſt: ſola nanque hæc ſuimet cauſa eſt.

Nunc tertio Ariſtoteles vult probare Metaphyſicam eſſe liberam, & ſequitur hoc ex ꝓxime dictis. eſt enim dictum atque probatum metaphyſicam eſſe ſui gratia. Ex hoc ſyllogizabimus. Omnis ſcientia, quæ ſui gratia eſt, & non alterius, eſt libera: Metaphyſica ſui gratia eſt, & non alterius: igitur eſt libera. Maiorem probat per ſimile, & dicit (Sed, vt dicimus, homo liber eſt, qui ſuiipſius gratia eſt, & non alterius, ſic hæc ſola ſcientiarum libera eſt:) cuius rationem aſsignat, & dicit (ſola nanque hæc ſuimet cauſa eſt) ergo ſola eſt libera. Quo vero ad verba attinet, eſt homo liber, & eſt homo ſeruus: homo liber eſt, qui non alterius cauſa eſt, ſed ſuiipſius, vt puta ſibi acquirens, & ſibi operans. homo vero ſeruus, vt Primo Politicorũ habetur, eſt, qui cum homo ſit, alterius eſt: qualis qui ob ingenii ruditatem non ad rerum cognitionem, ſed ad ſeruiendum eſt aptus. hic propter dominum operatur, & quicquid acquirit domino acquirit.

Liber ac ſeruus quis dicitur.

Sed occurres, quia non videtur verum, hanc ſolam ſcientiam liberam eſſe: nam cæteræ ſpeculatiuæ omnes liberæ ſunt, omneſque ſuiipſarum gratia. Dicendũ quicquid velint alij, duplex dici liberum, aut à ſubiectione, & ſic omnes ſpeculatiuæ ſunt liberæ, omnes quoque ſui gratia: aut ab ordine in ſuperiorem finem, & ſic hęc ſola eſt libera, quoniam hæc ſola eſt ſui gratia, cæteræ vero, licet ſint liberæ à ſubiectione, nõ tñ ſunt liberæ ab ordine, qui eſt ad ſuperiorem finem. & hoc pacto intelligit Ariſtoteles illas duas excluſiuas, quarum prima eſt, hæc ſola ſcientiarum eſt libera. & ſecunda, ſola hæc ſuimet cauſa eſt. qm̃ hæc ſola eſt ſibi finis, & ad nullum ſuperiorem finem ordinatur.

Quapropter & iuſte ipſius poſſeſsio non humana putatur, multipliciter enim hominum natura ſerua eſt.

Philoſofari potius eſt quam ditari, quod eligibilius eſt, hac rõne.

Nunc quarto Ariſtoteles vult probare Metaphyſicam non eſſe humanam poſſeſsionem, & proponit cõcluſionem, & dicit (quapropter) ſcilicet quia eſt libera ſola, & ſola ſui gratia (& iuſte ipſius poſſeſsio non humana putatur) vt dixit Socrates, qui dixit hominẽ non oportere ſapere immortalia, cum ſit ipſe mortalis. Ariſtoteles igitur non ſolum ex dictis hoc approbat, ſed nouam rationem affert, quæ ſic ad artẽ reſoluitur. Nulla ſcientia ſimpliciter libera eſt poſſeſsio eius, qui eſt multifariam ſeruus; Metaphyſica eſt ſcientia ſimpliciter libera. igitur Metaphyſica non eſt poſſeſsio eius, qui eſt multipliciter ſeruus. Tunc ſubaccipio. Omnis homo eſt multipliciter ſeruus: Metaphyſica non eſt poſſeſsio eius, qui eſt multifariam ſeruus. igitur in ſecũda figura, metaphyſica non eſt hominis poſſeſsio. Vel ſic, nulla ſcientia ſimpliciter libera eſt poſſeſsio hominis multifariam ſerui: Metaphyſica eſt ſcientia ſimpliciter libera: igitur non eſt poſſeſsio hominis multifariam ſerui. De ratione hac tangit minorem ſub accepti ſyllogiſmi, & dicit (multipliciter enim hominum natura ſerua eſt) Sed Ariſtoteles non videtur ſibi conſtãs, quoniam. 10. Ethicorum reprehendit Socratem, qui dicebat hominem non debere plus ſapere q̃ mortalia, cũ ſit ipſe mortalis: nunc vero dicit Metaphyſicam non eſſe humanam poſſeſsionem, & ſic videtur velle eam non attinere ad hominem. Dicendum Ariſtotelem 1. Rhetoricorum dixiſſe, illud haberi, vt poſſeſsionem, quo homo poteſt libere vti: modo Metaphyſica non omnis homo poteſt libere vti, quoniã oportet, vt prius acquiratur: ad eius autem acquiſitionem homo nõ facile tranſit, cum plerunque impediatur propter carentiam bonorum, quæ ſunt neceſſaria ad vitam. Cum his tamen ſtat Metaphyſicam attinere ad hominem. qm̃,

Quæſtio.

Solutio.

vt

vt Ariſtoteles inquit, non oportet vt quidã præcipiũt, qui homo ſit, hũc humana ſapere, & mortalia, qui mortalis, ſed aliquid ſupra quærere. Quare laudat Socratẽ inquantum dicebat Primam Philoſophiam non eſſe humanam poſſeſsionem, eum vero vituperat, inquantum voluit nullo pacto primam philoſophiam attinere ad hominem: nam homo debet ſemper aliquid ſupra quærere. Quare hæc ſtant, Prima philoſophia nõ eſt humana poſſeſsio, & Prima Philoſophia attinet ad hominem. prima patet, quia homo vti non poteſt ea, quandocunq; voluerit, Secunda etiam, quia eſt illius finis, & perfectio.

Quare ſecundum Simonidem Deus utiq; ſolus hunc habet honorem. hominem uero non dignum non quærere ſcientiam, quæ eſt ſecundum ipſum.

Remouet hic Ariſtoteles errorem Simonidis: & primo concludit illum per carmen eius, & dicit (quare ſecundum Simonidem Deus vtiq; ſolus hunc habet honorem) ideſt ſolus habet hanc ſcientiam honorabilem quæ Metaphyſica dicitur, & non homo (hominem vero non dignum non quærere) ſubaudi dicẽs (ſcientiam, quæ eſt ſecundum ipſum) ideſt ſcientiam, quæ eſt ſecũdum ipſum hominẽ, vt ſcientiam humanam, quæ docet agere, & inuenire neceſſaria vitæ. & ſic vult, vt diuina ſcientia propter ſuam excellentiam conueniat Deo & non homini. Humana vero, quæ docet agere, vel inuenire ea, quæ ſunt vitæ neceſſaria, conueniat hominibus. Quo vero ad verba attinet, græcus codex habet particulam, non, dicit enim (non dignum nõ quærere) & ſic lectio clara eſt: verba autem illa (hominem vero non dignum) & reliqua poſſunt referri ad Ariſtotelem.

Conſideratio uerborum.

Sed, ſi aliquid poetæ dicunt, & diuinum aptum eſt in uidere & in hoc maxime probabile eſt contingere, & infortunatos omnium eſſe eos, qui ſuperflui.

Probabile. εἰκὸς uериſimile. Infortunatos. δυστυχεῖς. Indignos inuidia. Eos qui ſuperflui τοὺς περιττοὺς imperfectos. Eos qui excellunt.

Cum narraſſet errorem Simonidis, nũc adiũgit ea, quæ ſequũtur ad id, quod poetæ dixerũt. & dicit (Sed ſi aliquid) ſubaudi ueri (poetæ dicũt, & diuinũ aptum eſt inuidere) ideſt, in Deo cadat inuidẽtia, ſequũtur ex his duo: quorum primum affert, & dicit (& in hoc) ideſt & in re hac ſcilicet in ſapientia (maxime probabile eſt cõtingere) ideſt maxime probabile erit, vt inuideat Deus, nam inuidia eſt de bonis, & excelſis: & cum ſapientes cunctis excellãt, maxime probabile erit Deũ inuidere ſapientibus. deinde affert ſecundum, & dicit (&) ſubaudi maxime probabile erit (infortunatos omnium eſſe eos, ſcilicet ſapientes, qui ſuperflui) ideſt, qui excellunt (vt Alexander expoſuit) in ipſa ſapientia, quoniam propter ſapientiam venirent in inuidiam Dei, & ſic eſſent infelices.

Sed nec diuinum inuidum eſſe conuenit, ſed ſecundum prouerbium, Multa mentiuntur poetæ.

Iis expoſitis, nunc reprobat opinionem Simonidis, oſtendens illud eſſe id, in quo conſtituebatur eius error, & ita licet vera dixerint, tamen declarat nõ eſſe per veram rationem probata, & dicit (ſed nec diuinũ inuidum eſſe conuenit) Nam inuidentia, vt teſtatur diuinus Plato, procul eſt à choro diuino. Propterea addit Ariſtoteles (ſed ſecundum prouerbium, Multa mẽtiuntur poetæ) ex quarum rerum numero (vt Alexander inquit) hæc eſt vna. Expoſitor Thomas hic ꝓbat in Deo non cadere inuidentiam ex definitione inuidiæ, quæ datur ab Ariſt 2. Rhetoricorum. Eſt enim inuidia dolor de proſperitate alterius, propter exiſtimationem, qua inuidus putat vt ex illa proprij boni diminutio accidat. Tunc argumentatur, In Deo non cadit dolor, nec triſtitia, cum nulli malo ſubijci poſsit: igitur nec inuidia. Inſuper propter bonum cuiuſcunque alterius diuinum bonum minui non poteſt, quia ex ipſius bonitate tanquam ex indeficienti fonte omnia bona ſcaturiunt. Quare in Deo inuidentia cadere non poteſt. Sed occurres, in Deo cadit ira, ergo omnes affectus. non. n. videtur magis ratio de uno, quam de cæteris, quare & inuidia. Dicendum primo, Nullum affectum ineſſe Deo per eaſdem cauſas, per quas inſunt hominibus. hominibus enim inſunt affectus propter motũ ſanguinis & ſpirituum, & propter motũ appetitus ſenſitiui: propter has cauſas Deo nullus affectus ineſſe poteſt. Dicendũ ſecundo affectus quoſdam eſſe, qui ſecũdum omnem rationem ſunt mali, vt inuidia, odium, deſperatio, & alij huius generis, & hi nullo pacto poſſunt Deo in eſſe, nec attribui. Alios uero eſſe, qui comparati rectæ rationi, poſſunt habere rationem boni, Vt amor, ira, gaudium, miſericordia, & id genus. & hi poſſunt attribui Deo. Ira enim vt ꝓficiſcitur à ratione, eſt bona, & amor etiam, & ſub hoc modo poſſunt attribui Deo, non autem vt affectus, qui ſunt motus appetitus ſenſitiui. Tunc diluta eſt quæſtio. Non enim eſt ſimile de vno. & de cæteris. quoniã aliqui ſunt, qui omni ex parte ſunt mali, aliqui autem vno modo mali, alio modo laudabiles.

Quæ Tho.

Nec ẽt proprie hi affectus in deo ſunt, ſed potius ſcdm ſimilitudinis effectuum aliquã rationem.

Neque tali aliam honorabiliorem exiſtimare oportet. Nã quæ diuiniſsima eſt, honorabiliſsima eſt. hæc autem ſola dupliciter talis eſt. ea namque maxime ſcientiarum diuina eſt, quam utique Deus habet, & quæ diuinorum eſt, ſi qua eſt: ſola autẽ iſta hæc utraque ſortita eſt. Nam et Deus omnibus, principiũ ue quoddam eſſe uidetur, & huiuſmodi aut ſolus, aut maxime Deus habet. hac igitur omnes neceſſariæ ſunt magis, dignior uero nulla.

Diuina ſcia Dei.

Nunc quinto probat Metaphyſicam eſſe cunctarum honorabiliſsimam, & primo proponit concluſionem, & dicit (neque tali), ſ. Metaphyſica (aliam honorabiliorem exiſtimare oportet) eſt igitur concluſio: Metaphyſica eſt omnium honorabiliſsima: deinde probat hanc concluſionem, & reſoluitur textus ad artem prioriſticam hoc pacto, Omnis ſcientia, quæ diuiniſsima eſt, honorabiliſsima eſt: Metaphyſica eſt ſcientia diuiniſsima: igitur Metaphyſica eſt honorabiliſsima, de ratione primo ponit maiorem, & dicit (nam) ſubaudi ſciẽtia (quæ diuiniſsima eſt, honorabiliſsima eſt) deinde aſsignat minorem miſcendo illius probationẽ & dicit (hæc autem), ſ. Metaphyſica (ſola dupliciter eſt talis), ſ. diuiniſsima. Vbi voluit habere hanc minorem .ſ. ꝙ metaphyſica ſit diuiniſsima, & miſcuit probationem, quæ ſic componitur. Scientia dupliciter diuina eſt diuiniſsima: Metaphyſica eſt dupliciter diuina: igitur diuiniſsima. Quod ſit dupliciter diuina, probat, & componitur ſyllogiſmus ſic (ea namque maxime ſciẽtiarum diuina eſt, quam utique Deus habet, & quæ diuinorum eſt, ſi qua) ſcientia (eſt) quæ ſubaudi diuinorum eſt. i. Ea namque ſcientia dupliciter diuina eſt, quam Deus vtique habet, & quæ eſt de rebus diuinis, hæc eſt maior. Deinde ponit minorem, & dicit (ſola autem iſta), ſ. Metaphyſica (hæc vtraque ſortita eſt, i.

Probatio. Alius ſyllogiſmus.

ſed metaphyſica eſt ſcientia, quam ſolam Deus habet, & quæ ſola eſt de rebus diuinis: & hanc exponit, & dicit (nā & Deus omnibus cauſa, & principiū quoddam eſſe videtur) de quo eſt Metaphyſica, & ſic habetur ſecunda pars, ſ. q̃ metaphyſica ſola ſit de rebus diuinis (& huiuſmodi) Metaphyſicam (aut ſolus, aut maxime Deus habet) tunc infert principalem cōcluſionem, & dicit (hac igitur omnes neceſſariæ ſunt magis, dignior vero nulla.) Quo vero ad verba attinet, dixit (aut ſolus) quia ſolus Deus ſecundum perfectam comprehenſionem metaphyſicam habet. dixit vero (aut maxime) quoniā, vt Expoſitor inquit, Deus metaphyſicam habet, vt poſſeſſionem, homines autē non vt poſſeſsionem, ſed vt quippiam ab ipſo Deo mutuo conceſſum. Vel aliter, Deus Metaphyſicam habet maxime, quia habet metaphyſicam intuitiuā, quoniam per ſui eſſentiam ſe ipſum intelligit, & ſic intelligit Deum cognitione, quę eſt ipſe Deus, ſaltem obiectiue, homines uero metaphyſicam habent abſtractiuam, quia Deum cognoſcunt in rebus naturalibus, quæ ſunt Dei effectus, & ſic intelligunt Deū cognitione, quæ eſt ipſi Dei effectus, de quibus in Dilucidario. 2. metaphy. eſt autem tāto maior cognitio Dei, quam habet de ſe, cognitione hominum, quam habent de Deo, quanto cognitio intuitiua eſt honorabilior cognitione eiuſdem abſtractiua. Sed occurres, quia non videtur Deum metaphyſicam ſolā habere. nam tunc ſolum ſeipſum intelligeret, & nihil aliud præter Deum, & ſic non cognoſceret res naturales, nec res mathematicas. De re hac diximus in Theologicis, nunc vero dicamus, Deum ſolum ſeipſum intelligere, vt obiectum, cætera vero nō vt obiecta, nec primaria, nec ſecūdaria, nec terminatiua, nec motiua, ſed vt coadunata obiecto, vna enim eſt ratio intelligendi, qua Deus & ſe, & omnia alia intelligit. ſ. diuina eſſentia, ſiquidem, vt proprium obiectū, alia autem nō vt obiecta, ſed, vt coadunata proprio obiecto. Vna quoque eſt terminatio, qua Deus terminatiue ſe, & alia intelligit, ſiquidem vt obiectum, cætera vt coadunata obiecto. Si enim Deus intelligeret cætera præter ſe, vt obiecta ſiue motiua, ſiue terminatiua, ſiue primaria, ſiue ſecundaria, Deus pro intellectione indigeret aliquo, vel aliquibus præter ſe. Probatur, quoniam ſemper intelligens aliquid vt obiectum, indiget illo obiecto vel vt termino, vel vt mouente: quoniam licet poſsit illud intelligere eadem intellectione, non tamen eadem terminatione. Igitur ſaltem ſecundariæ, vt terminante eo indigebit, ꝓpria videlicet terminatione, quæ eſt ad illud, quod abſit dicere de Deo. Intelligit autem Deus ſeipſum tm̄ vt obiectum, cætera autem vt coadunata proprio obiecto ex plenitudine ſuæ intellectionis, quæ nec ſunt obiecta primaria, nec ſecundaria, nec mouentia, nec terminantia. Nam eſt vna intellectio, & una terminatio, qua Deus intelligit ſe vt obiectum, & alia vt coadunata obiecto. Ex hoc ſequitur, non ualere, hoc intelligitur, igitur eſt obiectū potentiæ intelligentis, vel hoc indiget vt obiecto, ſed bene ſequitur vt ſit obiectū, vel obiecto ꝓprio coadunatū, qm̄ vna intellectione, & una terminatione intelligitur, & hoc ſatis eſt.

Dubitatio pulchra de diuina intellectione.

Solutio.

Alia conſideratio.

Sed dices tunc, Deus non intelligeret creaturas intuitiue, quoniam non intelligeret intellectione, & terminatione quæ ſunt ad illas in ſe. Dicendum per interemptionem conſequentię. Quoniam licet Deus non intelligat creaturas intellectione & terminatione, quæ ſunt ad illas ſeorſum ab eſſentia, tamen ſunt ad illas vt coadunatas cum proprio obiecto diuini intellectus, & ſic Deus eas intelligit intuitiue, ſed ut coadunatas proprio obiecto, veluti dixit etiam in concluſione (omnes alias ſcientias eſſe maxime neceſſarias nullam tamen hac digniorem) cauſa autem, quia omnes aliæ ſunt propter aliquā vtilitatem, cum omnes vel ordinentur ad acquiſitionem neceſſariorum, vt acquiſitiuæ, vel ad bene agendum, vt morales, aut ordinantur ad altiorem finem, vt naturales, & mathematicæ, vel ad introductionem, vt ſermocinales: hæc ſola ad nullum altiorem finem ordinatur. Ideo nulla eſt hac honorabilior. Ex his colligit Alexander hanc ſcientiam merito eſſe appellādam Theologiam, quoniam ſola eſt ſcientia de Deo.

Quæ Alex.

Oportet tamen in ipſa nobis ordinem conſtituere aliquo modo in contrarum earum quæſtionum, quæ à principio ſunt. nam incipiunt quidem, ut dictum eſt, omnes ab ipſo admirari, ſi ita ſe habent, quemadmodum admirabilium tautomata nō dum ſpeculantibus cauſam, aut circa Solis conuerſiones, aut diametri incommenſurabilitatem. Mirū enim eſſe uidetur omnibus, ſiquid non minimorum non menſuretur: oportet autē in contrarium, & ad dignius ſecundum prouerbium proficere, quemadmodum & in his cum didicerint, nihil enim magis ita mirabitur uir geometricus, quam ſi fiat diameter commenſurabilis. Quæ igitur natura ſit quæſitæ ſcientiæ dictum eſt, & quæ ſit intentio, qua oportet quæſtionem, totamque doctrinam aſſequi.

ταυτοματα per ſe ipſa caſualia.

Intentio σκοπος ſignū propoſitum.

Expoſitor aſſerit Ariſtotelem in præſenti textu aſſignare terminum, in quem ducit hæc ſcientia. Sed cur hoc faciat, recentiores aſſerunt Ariſtotelem hoc facere ad inducendum auditores ad amorem huius ſcientiæ via vtilitatis. Nam cum induxiſſet auditores ad amorem huius ſcientiæ via dignitatis, nunc pro complemento procemij inducit auditores ad amorem huius via vtilitatis. hoc autem adimplet Ariſtoteles declarando finem, ad quem hæc ſcientia ducit, aſſerens hanc ſcientiam ducere philoſophantes ad cōtrarium eius, quod fuit ab initio. Nam in principio fuit admiratio effectuum, & ignoratio cauſæ, in fine huius ſciētiæ erit certitudo effectuum, & ſciētia cauſarum, quæ ſunt contraria. Sed hæc expoſitio nō bene dicit: qm̄ Ariſtoteles, vt conſtruendo verba videbitur, non demonſtrat hanc ſcientiam ducere ad contrarium eius, quod ab initio, quo ad admirationem & ignorantiā, & quo ad ſcientiam, & certitudinem, ſed tantum quo ad admirationem. Quoniam, vt Alexander inquit, ante cognitionem homines admirabantur, ſi res poſſent ſic ſe habere, nacti vero cauſarum cognitionem admirabantur, ſi poſſent non ſic ſe habere. Propterea dicamus cum Alexandro. Ariſtotelem velle oſtēdere terminum huius ſcientiæ, vt ipſi volunt, verum terminus, quem demonſtrat, eſt admiratio, non quidē eorum, quæ philoſophantes ab initio admirabantur, ſed oppoſitorum. Nam, vt dictum eſt, ante cognitionem homines admirabantur, ſi res poſſent ſic ſe habere, nacti uero cognitionem admirabantur, ſi poſſent nō ſic ſe habere. Hæc igitur ſcientia ducit ad admirationem non quidem eorum, quæ erāt ab initio admirabilia, ſed oppoſitorum. Cur vero hoc faciat, Alexander nō exponit. Tamen dici poteſt hoc Ariſtotelem feciſſe in fine procemij, vt oſtēderet hanc ſcientiam hoc habere

Quæſtionem ζητησιν inquiſitionem.

bere commune cum alijs ſcientijs. Nã omnis alia ſciẽtia ducit ad admirationem, non quidem eorum, quæ ab initio admirabilia erant, ſed oppoſitorum. Verum admiratio, ad quam ducit hæc ſcientia, tanto maior admiratione eſt, ad quam ducunt cæteræ ſcientiæ, quãto res diuinæ admirabiliores ſunt rebus cæteris, dicit (Oportet tamen in ipſa ordinem) viam atque rationẽ (conſtituere aliquo modo in contrarium earum quæſtionum, quæ à principio ſunt) & hoc exponit, & dicit (nam incipiunt quidem, vt dictum eſt, omnes ab ipſo admirari) quod admirari eſt (ſi ita ſe habent) & in finẽ admirantur, ſi non ita ſe habent. Et ſic initium eſt ab admiratione, & finis, eſt in admiratione, non quidem eorundem, ſed oppoſitorum. Et affert exempla, & dicit (quemadmodum tautomata) ſunt de numero (admirabilium nondum ſpeculantibus cauſam) cauſa vero cognita ſunt admirabilia, ſi non ita ſe habent. Per tautomata vero non intelligit caſualia, vt Expoſitor putat, ſed pægmata, vt Alexander exponit. Sunt autẽ pægmata, vt Ariſtoteles ſcribit in mechanicis quædã corpora, arte cõfecta, quæ per ſe, ac ſponte moueri videntur, vt ille Archimedis machinæ, quas pro bello cõſtruebat. Illæ enim per ſe ac ſponte moueri videbantur. Multa uero huius generis fiunt ab artificibus pro delectandis populis: quæ vulgus ignorata cauſa putat eſſe miracula. Deinde affert ſecundum exemplum, & dicit (aut) vt (circa ſolis conuerſiones) in quibus ſol videtur ſtare, propter quod & ſolſtitia dicũtur, hæc ignota cauſa mirabilia videntur, ſi ita ſe habent, cognita vero cauſa, videntur mirabilia, ſi non ita ſe habent. Deinde affert tertium exemplum, & dicit (aut) circa (diametri incõmenſurabilitatem) Eſt enim admirabile, ſi diameter quadrati non debet commenſurari lateri. Cuius cauſam affert, & dicit (mirum enim eſſe videtur omnibus) dum ignorant cauſam (ſiquid non minimorum). i. ſiquid eorum, quæ non ſunt indiuiſibilia (non menſuretur) ſuo diuiſibili. Quare cum diameter & latus ſint diuiſibilia, mirum videbitur iis omnibus, qui cauſam ignorant, ſi non debeant commenſurari. Quo vero ad verba attinet, Alexander legebat hæc verba hoc pacto (mirum enim eſſe videtur omnibus, ſiquid minimo non menſuretur) vbi exponens dicit Ariſtotelem hoc dixiſſe propter diametrum. Nam cum ſit in lineis aliquid minimum, vt in numeris eſt vnitas, mirabile videtur non omnes lineas minimo menſurari, eſſeque inter ſe non omnes commenſurabiles: ſiquidẽ habent aliquam cõmunem menſuram. Sed, vt Alexander inquit, id non eſt verum. omnes enim numeri mẽſurantur vno, lineæ vero non omnes vno menſurantur, quia nulla eſt minima linea, ac proinde non omnes lineæ ſunt commenſurabiles, eæ nanque magnitudines commenſurabiles ſunt, quæ eadem menſura mẽſurantur. Deinde oſtẽdit quomodo terminetur hæc ſcientia in admirationem, non quidem eorundẽ, quorum erat admiratio ab initio, ſed oppoſitorum, & dicit (oportet autem) in metaphyſica (in contrarium). i. in admirationem de contrarijs (& ad dignius). i. & ad digniorem admirationem (ſecundum prouerbiũ proficere) ita dico in metaphyſicis quæſtionibus (quemadmodum & in his). ſ. tautomatibus ſolſtitijs, & diametro (cum) philoſophantes (didicerint) cauſam; Nã admiratio ab initio erat, ſi res poſſunt ſic ſe habere, agnita cauſa, admiratio erat ſi res poſſunt nõ ſic ſe habere. Cuius cauſam affert, & dicit (nihil enim ita admirabitur magis vir geometricus) ſubaudi ab initio, cum admirabatur, ſi diameter non poſsit lateri commenſurari (quàm) agnita cauſa, admirabitur (ſi fiat) vel fieri poſsit (diameter commenſurabilis) lateri. Igitur metaphyſica terminatur in admirationem. Demum epilogat, & dicit (quæ igitur natura ſit quæſitæ ſcientiæ), i. metaphyſicæ, quam nunc quærimus, quoniã eſt libera, contemplatiua, honorabiliſsima, & id genus (dictum eſt, &) etiam dictum eſt (quę ſit) ſcopus, id eſt intentio finis, ac principale propoſitum (qua) videlicet intentione (oportet quæſtionem) .i. metaphyſicã inquiſitionem (totãq; doctrinam aſſequi) vt perueniamus ad illum finem. Dictum eſt.n. finem eſſe cognitionem primi principij, quæ eſt prima omnium rerum cauſa. Sed videtur ꝙ metaphyſica non ſit ſibi finis, vt hic, & ſuperius eſt habitum, quoniam finis eſt fruitio Dei, at fruitio eſt actus voluntatis. Igitur metaphyſica non erit quæſita propter ſe, ſed propter actum alterius potentiæ ab intellectu, quoniam propter fruitionem, quæ eſt actus voluntatis. Pro ſolutione annotatione dignum Ariſtotelem voluiſſe voluptatem eſſe perfectionem operationis adeo operationi copulatã, vt dubium ſit vtrum ſit operatio propter voluptatem an contra voluptas propter operationem. Qua ratione fit, vt voluptas non ſit actus alicuius virtutis, ſed perfectio actus cuiuſcunque virtutis cognitiuæ eo modo, vt inquit quo pulchritudo eſt actus floris iuuẽtæ. Tunc diceret Ariſtoteles Metaphyſicam non ordinari ad alium actum, quã ſit contemplatio Dei, quia licet cum illo ſit connexa voluptas, vt perfectio, nõ tamen, vt actus diuerſus à contemplatione. cum vero dicebatur Metaphyſicam ordinari ad fruitionem illius actus, licet hoc verum ſit catholice ſentiendo, fortaſſe quatenus metaphyſicus eſt amans, Ariſtoteles tamẽ loquitur de metaphyſico, quatenus eſt contemplans, finem enim metaphyſicæ Ariſtoteles poſuit in ſola cõtemplatione, cui annexa eſt ſumma voluptas, vt perfectio, & ſic nihil deeſt pro perfectione. Non enim voluptas attinet ad voluntatem, ſed eſt de genere operationis, cuius eſt perfectio. Non igitur ordinatur Metaphyſica ad fruitionem, vt in finem, non tamen eſt negandum quin fruitio, quæ eſt actus naturalis voluptatis circa finem, conſequatur neceſſario finem metaphyſici. Eſt enim fruitio nihil aliud, quã velle perſiſtere in huiuſmodi contemplatione voluptate ſumma perfecta: hoc autem nõ finis metaphyſici eſt, nec aliquid finis, cum finis totus ſine hoc actu ſit perfectus, ſed eſt conſequens ad acquiſitionem finis adeo ei connexus, vt alter ſine altero haberi non poſſit. verbi cauſa, qui intuetur pulchrum, finem habet, quia habet intuitum voluptate perfectum. Velle autem permanere in intuitu pulchri ſumma voluptate perfecto non eſt finis videntis, ſed conſequens finem. bene tamen dici poteſt finem volentis eſſe ſummi boni fruitionem. Quoniam homo quæcunque vult velle debet, vt ſummo bono fruatur, quemadmodum finis amantis eſt frui pulchro. Tamen multum refert dicere finem videntis, & finem amantis, ſic quoque refert dicere, finem eorum, qui Deum amant, & finem eorum, qui Deum contemplantur. Nam finis amantiũ non eſt aliud ꝗ fruitio, finis vero intelligentium eſt cõtemplatio ſummi entis voluptate ſumma perfecta, verum frui ſummo bono nõ eſt finis intellectionis ſummi entis, nec contra, ſed frui eſt cõſequens neceſsitate

cunda pars.

Q̃o de beatitudine, & de ſciẽtia Dei.

Solutio.

Fruitio quid.

naturæ ad contemplationem. Sed dices, vtrum homo contẽplatur vt fruatᷣ, vel fruitur, vt cõtempletur. Ariſtoteles relinquit quęſtionem de voluptate indefinitam. 10. Ethic. Tamẽ dici poteſt, hæc adeo eſſe connexa, vt vnũ habere ſine altero ſit impoſsibile, ſit enim ex intellectione voluptifica ſummi entis, & ex fruitione illius vnus actus vnitate cõnexionis, qui eſt tota hominis beatitudo, quia tam vt eſt amãs, q̃ vt eſt cognoſcens. Sed dices, cum iſte actus beatificus ſit voluntatis, & intellectus cuius eſt principaliter, Dicendum eum eſſe vtriuſque ex æquo. eſt enim ille actus operatio vtriuſque æquè principaliter. Sed dices, ille actus nõ poteſt eſſe voluntatis, niſi moueatur ab intellectu igitur intellectus concurrit vt cauſa mouens. igitur principalius. Dicendum quòd concurrit, vt cauſa ſine qua non, tamen voluntas, vt natura quædam eſt principalis cauſa illius actus. ſed adhuc dices, vnius effectus non poſſunt eſſe duæ cauſæ ſecundum eundem ordinem. Dicendum hoc eſſe verũ de effectu vno vnitate ſimplicitatis. non autem de effectu vno vnitate connexionis, qualis eſt hominis beatitudo.

PORTIO SECVNDA, DE PRINCIPIIS, ac rerum cauſis ex antiquorum ſententiis.

Caput Primum Cauſarum in modos diuiſio multiplex, & antiquorum ſententia de materiali rerum principio.

QVONIAM *autem manifeſtum eſt, q̃ earum cauſarum, quæ a principio ſunt, oporteat ſumere ſciẽtiam (Tũc enim ſcire dicimus unumquodque cum primam cauſam cognoſcere putamus) cauſæ uero quadrupliciter dicũtur, quarum unam quidem cauſam dicimus eſſe ſubſtantiam, & quod quid erat eſſe. Reducitur enim ipſum quare primum ad rationem ultimam. Cauſa autem & principium ipſum quare primum.* *.i. qui primarũ cauſarũ, &c.*

Completo prooemio, nũc accedit ad narrationem, vbi primo proponit numerum cauſarum pro veritate, & verba ſuſpenſiue legantur vſque ibi (quarum unam quidem) & proponendo numerum cauſarum, partim ex dictis concludendo, partim etiam ex alia ratione adiuncta ſupplendo, dicit (quoniam autem manifeſtum eſt) ex ijs, quæ diximus (ꝙ earum cauſarum, quæ a principio ſunt, oporteat ſumere ſcientiam) & intelligit per cauſas, quæ a principio ſunt (vt Alexander exponit) primas cauſas, hoc fuit dictum, ſupplendo vero ex ijs, quæ dixit lib. poſter. Et ex ijs, quæ dixit lib. phyſicorum, dicit (tunc enim ſcire dicimus vnumquodque, cum primã cauſam cognoſcere putamus) & exponit Alexãder, primam cauſam cognoſcere earum videlicet rerum, quæ habent cauſas priores, & poſteriores, non enim omniũ rerum ſcientiam habemus per cauſas, quoniã non ſcientiam primæ cauſæ & dico primam, quoniam qui, vt Alexander inquit, aliqua cognoſcit non a primis cauſis, ſed ab ijs quæ cohærentes ſunt, ſiue proximæ aliquibus, quarum ſunt aliæ priores cauſæ, is non cognoſcit ipſas cauſas, quæ proxime ſunt rei, de qua quæritur. Deinde cõaccipit aliud ex naturalibus pertritum, & dicit (cauſæ uero quadrupliciter dicuntur, hic terminatur ſuſpenſio: & debet legi (quarum) quod græce eſt ὧν, pro harum, hoc pacto harum quatuor enumeratarum (vnam quidẽ dicimus eſſe ſubſtantiam) & appellat ſubſtantiam, formam, vt exponit Alexander, nec immerito, cũ res quæque per formam ſit id, quod eſt (& quod quid erat eſſe) & per quod quid erat eſſe definitionem, atque rationem ſignificat; quæ formam explicat, & dixit (ſubſtantiam) reſpiciendo ad metaphyſicum, qui conſiderat formam vt ſubſtantiam, dixit vero (quod quid erat eſſe) reſpiciẽdo ad logicum, qui conſiderat formam, vt ſignificatur per definitionem. Et quoniam eiuſdem rei definitæ plures ſunt quandoque definitiones, plures quoque cauſæ formales, ideo docet omnes cauſas formales reducere ad vltimã. Et dicit (reducitur enim ipſum quare primũ) ideſt ipſa prima definitio (ad ultimam rationem) ideſt ad vltimam definitionem (cauſa autem & principiũ eſt ipſum quare primum) ideſt, ſed cauſa & principium eſt ipſa prima definitio, igitur cauſa, & principium reducitur ad vltimam definitionem. Et intelligit per cauſam, & principium cauſam formalem, & dixit (vltimo) quoniam reddita definitione, quæ ſignificat cauſam formalem vltimam, non vltra quærimus quare .ſ. quaſi nacti iam ſimus cognitionem eius cauſæ, vt Alexander exponit, de qua nobis erat quæſtio. Percunctati enim quare ignis calefaciat, poſtquam edocti ſumus, ꝙ eſſe ipſius ignis ſit eſſe calidum. & calefactiuum: non amplius quęrimus, quare calefaciat. Iam enim habemus, quod quærebamus. Rurſus ſi quis, quærat quare nix eſt viſus diſcretiua, etiam ſi reſponſum acceperit, quoniam eſt alba, non tamen deſiſtet ab inquiſitione quare. Requiret enim quare album diſcernit viſum. At qui accepto aliquo reſponſio, quærit etiam num quare, profecto is nõdum cauſam accepit: Poſtquam vero didicit, quoniã hoc eſt ipſius albi definitio atque eſſe, eſt enim ratio & definitio albi diſcretiuum viſus, non vltra quærit cauſam, quare album diſgregat viſum. Siquidem poſt huiuſmodi definitionem nihil eſt neceſſe quærere quare res ſic ſe habet. Vel fortaſſe dixit (ad rationẽ vltimam) quoniam ad quæſtionem quare, nonnullæ etiam reſpõſiones reddi poſſunt, quæ nondum rationem, & definitionem contineant. Quia vero cauſam formalem docere nequeunt, ille, qui quærit quare, a quærendo nõ deſiſtet: donec cauſam formalem, quam continet definitio, aſsignauerit. Erit igitur ſyllogiſmus, Quare primum reducitur ad rationem vltimam: Cauſa autẽ, & principium ſcilicet formale eſt ipſum quare primum: Igitur reducitur ad rationem vltimam. Aliter poteſt legi, & fortaſſe facilius, dixit. n. cauſam accipi uno modo pro ſubſtantia, & ipſo quod quid erat eſſe, ideſt pro forma, quæ ſignificatur per definitionem, ſtatim probat, & dicit (reducitur enim ipſum quare primum ad rationem vltimam) quæ ſignificat ſubſtantiam, & qđ quid erat eſſe. non reduceretur autem ipſum primum quare ad ſubſtantiam & ipſum quod quid erat eſſe, ideſt ad diffinitionem, quæ ſignificat ſubſtantiam, niſi ſubſtantia eſſet cauſa, & principium. Quare bene dictũ eſt vno modo accipi cauſam pro ſubſtantia, & qđ quid erat eſſe ideſt pro forma. Et quia dixerat ipſum quare primum vltimo ad definitionem redigi, ideo quomodo vltimum eſt primum & cauſa, explicat, & dicit (cauſa autem & principium eſt ipſum primum) & ſic eſt primum in natura, vltimum vero in reſponſione. Nã qđ in quæſtione quare vltimo reſpondetur, id proprie cauſa eſt. quod autem ſic eſt prima cauſa, id cauſa eſt eorum, quæ ſunt cauſæ ſic, quod igitur vltimo reſpondetur in quæſtione. Quare, prima cauſa eſt in natura huiuſmodi cauſarum. Multiplicantur hic ab Alexandro aliæ expoſitiones, ſed hæ ſatis. Nunc vero ſatis ſit habere formam eſſe cauſam, quia datur in reſponſione ad eos, qui interrogant de aliquo per quare, Et quia quis poſſet dicere formam propter hoc eſſe vltimum, cum

vltimo

vltimo per ipſam reſpondetur, ideo ſoluens dixit eſſe vltimam in reſponſione, & primam in natura. propterea dicit { ipſum autem quare } ideſt ipſa cauſa formalis eſt primum, & eſt cauſa & principium, ideſt vltimum: quatenus reſpondetur in vltimo.

Alteram uero materiam & ſubiectum.

Nunc explicat cauſam materialem ſecundo loco, & dicit { alteram vero materiam, & ſubiectum } & dixit { ſubiectum } vt Alexander inquit, quoniam latius patet quam materia, cum diuinorum ſubiectum non ſit materia. Diuina enim corpora conſtant ex ſubiecto & forma, non autem ex materia.

Tertiam autem unde principium motus.

Nunc explicat cauſam efficientem, & dicit { Tertiam autem } cauſam dicimus eſſe vnde eſt principium motus, & poteſt intelligi vnde pro quæ, vt dicamus tertiam eſſe, quæ eſt principium motus, & poteſt intelligi vnde pro a qua, vt dicamus { tertiam autem } cauſam dicimus { vnde } ideſt a qua eſt { principium } ideſt prima pars motus. Et hoc dixit, quoniam in motibus, qui non habent aliquo modo primam partem, non proprie eſt dare cauſam efficientem.

Et licet οὖν igitur.

Quartam uero cauſam huic oppoſitam, & quod eſt cuius cauſa, & ipſum bonum. Finis enim generationis omnis atque motus hoc eſt, & licet ſufficienter de his conſideratum ſit in ijs, quæ de natura: tamen accipiemus & nobis priores ad entium perſcrutationem uenientes, & de ueritate philoſophantes. Palam enim quia illi dicunt principia quædam & cauſas.

Facta narratione cauſæ efficientis, nunc docet cauſam finalem, & Expoſitor aſſerit Ariſtotelem finalem cauſam hic declarare per tres deſcriptiones, quarum prima eſt, quatenus conſideratur vt eſt terminus motus, & finis. Et hanc aſſerit, & dicit { Quartam autem cauſam } ſubaudi dicimus eſſe { huic } ſcilicet efficienti { oppoſitam } non ſimpliciter quidem, ſed ea oppoſitione, quæ eſt inter principium, & finem. Secunda vero eſt, quatenus conſideratur, vt primum in intentione, & hanc aſſerit, & dicit { & quod eſt cuius cauſa } Tertia autem eſt, quatenus conſideratur vt appetibile per ſe quippiam. Eſt enim, vt dicitur primo Ethicorum finis bonum, quod omnia appetunt, & hanc aſſerit, & dicit { & quod bonum } Alexander autem quaſi his aſſentiens, dicit Ariſtotelem aſsignaſſe atque expoſuiſſe, primum ſcilicet quòd cauſa finalis ſit oppoſita efficienti, & dicit { finis enim generationis omnis, atque motus hoc eſt } Quare ſi illa eſt principium, hęc autem finis, merito dicuntur opponi. Et dixit { generationis & motus } nam generationis finis eſt forma ipſa, quæ rei pars eſt: motus autem finis eſt rei generatæ, qui eſt aliquid quæſitum extra rem, quæ generatur. Deinde proſequendo primo quaſi ſe excuſans, dicit { & licet ſufficienter de his conſideratum ſit in iis, quæ de natura } propter quod non eſſet nobis de illis agendum { tamen } vt Alexander inquit, inquiſiturus in qua potiſsimum cauſa verſetur ſapientia, cum cauſæ pluriſariam dicantur, optima ratione primum in ſententias priorum inquirit, & quam, aut quas cauſas quiſque attulerit, exponit: & dicit { accipiemus & } eos, qui ſunt { nobis priores, ad entium perſcrutationem venientes & de veritate philoſophantes } cuius rationem affert, & dicit { palam enim quia illi dicũt principia quædam, & cauſas } non ergo erit ab ratione opiniones illorum percurrere, vt poſtea patebit.

Superuenientibus. ἐπελθοῦσι Accedentibus. Adferentibus.

Adferentibus igitur erit aliquid utilitatis doctrinæ præſenti. Nam aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus, aut ijs, quæ nunc dictæ ſunt magis credemus.

Quia propoſuit percurrere opiniones antiquorum de cauſis, nunc eorum opinionem proſequendo, cauſam ſimul affert, cur illorum opinio non ab re percurrenda ſit, Et dicit { accedentibus igitur } nobis ſubaudi ad antiquorum opiniones { aliquid vtile erit } ſubaudi & nobis { & doctrinæ præſenti quæ nunc eſt } in noſtris manibus. Nam ex narratione opinionum eorum { aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus } ſicuti ex opinione Platonis genus cauſæ exemplaris { aut } ſi nullum aliud genus cauſæ inuenerimus { iis } quatuor cauſis { quæ nunc dictæ ſunt, magis credemus } Quo vero ad verba attinet in græcis codicibus, quos nos interpretamur, vnam tantum ſcripturam inuenimus, quæ ſic eſt. ἐπελθοῦσιγοῦν, ἔσται τι προὔργου τῇ μεθόδῳ τῇ νῦν, & ad verbum { adferentibus igitur, erit aliquid vtilitatis doctrinæ, quę nunc eſt } & tunc eſt ſenſus { igitur adferentibus } ſcilicet nobis eorum opiniones, quæ ſunt de cauſis { erit aliquid vtilitatis doctrinæ, quæ nunc eſt } ideſt ſcientiæ, quam præ manibus habemus, inquantum explicata partitionem earum, inquiremus in qua potiſsimum cauſa verſetur ſapientia, quam nunc præ manibus habemus. Alexander vero videtur exponere ſic { adferentibus igitur } ſcilicet illis veteribus opiniones, quas habent de cauſis { erit aliquid vtilitatis doctrinæ, quæ nunc } ideſt ad confirmationem memoratarum cauſarum, igitur per methodum ſiue doctrinam intelligit doctrinã, quam commemorauit de cauſis, huic enim vtile erit primum venire in ſententias antiquorum. Prima vero expoſitio per methodum, quæ nunc, metaphyſicam intelligit. Quæ expoſitio mihi placet, quia ſubdit { nã aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus } ſi forte quæ a veteribus dicta ſunt, ſub hac diuiſione cadere nõ videbuntur { aut ijs } ſcilicet cauſis { quæ nunc dicuntur } ideſt nunc numeratæ ſunt { magis credemus } ſcilicet ſi quæ tradiderunt, non excedunt numerum cauſarum a nobis traditum. Antiquus interpres, cuius interpretationes legit Expoſitor, ſic habet { ſuperuenientibus igitur erit aliquid prius methodo, quæ nunc } & Expoſitor exponens dicit, nobis igitur, qui eis ſuperuenimus, conſiderare ſubdit eorum opiniones { erit aliquid prius } ideſt aliquod præambulum { methodo, quæ nunc } ſcilicet a nobis quæritur. Vt puta ipſi metaphyſicæ, quam nunc quærimus. Boetius vero habet { accedentibus igitur ad opus ſcientiæ, præ opere viæ, quæ nunc eſt, aliquid erit } & tu intelligas { accedentibus } ſcilicet opinionibus veterum de cauſis ad opus ſcientiæ, ideſt ad ſciendum ſcibilia in metaphyſica { præ opere } ideſt vtile { viæ, quæ nunc eſt } ideſt vtile doctrinæ, quæ ad præſens eſt de cauſis { aliquid erit } vel { accedentibus igitur } ſcilicet nobis { ad opus ſcientiæ } ideſt ad ſciendum ſcibilia metaphyſica, narrare ſubaudi veterum opiniones de cauſis erit aliquid præ opere ideſt vtile

{ vitæ quæ nunc } ideſt doctrinæ de cauſis. Eſt alia lectio ſic { ſuperuenientibus igitur, quæ nunc eſt, erit aliquid vitæ opus via } & legenda eſt ſic ſecundum Expoſitorē, nobis { igitur ſuperuenientibus } ei { quæ nunc eſt via } ideſt in præſenti methodo, & arte, conſideranda erit horum opinio { quaſi aliquid vitę opus } ideſt neceſſarium, ſicut opera, quæ ſunt ad vitæ conſeruationem, vt intelligatur quaſi quædam metaphora vti in loquendo per vitæ opus, quodlibet neceſſarium accipiens. Hæ ſunt omnes lectiones, quas reperimus. Quæ meo iudicio vanæ ſunt, nam græca lectio noſtri codicis plana eſt, quam Alexander ſequitur: vt quaſi dicat, cum accepiſſet non eſſe inutile referre veterum opiniones de cauſis, hic proſequendo vtitur nota proſecutionis { igitur } vel ergo dicens { igitur adferentibus } ſcilicet illis vel nobis opiniones de cauſis { erit aliquid vtilitatis } ideſt commodi { doctrinæ quæ nunc } ideſt præſenti tractatui, in quo agimus de cauſis: vel ipſi metaphyſicæ, quæ nunc pertractatur à nobis. Et ſic multiplicare tot lectiones eſt ex imperitia græcorum expoſitorum & ex deprauationibus tranſlatorum. Non enim mihi dubium eſt Expoſitorem tanti fuiſſe ingenij, vt omnes textus etiā corruptos potuiſſe interpretari.

Opiniones varia de materiali cauſa.

Primum itaque Philoſophantium plurimi ſola ea, quæ in materiæ ſpecie ſunt, putauerunt principia eſſe omnium. Nam ex quo ſunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur ultimum, ſubſtantia quidem permanente, in paßionibus uero mutata, id elementum, idque principium eſſe entium dicunt.

Expoſitor ſic autumat, vt Ariſtoteles id proſequatur, quod propoſuerat, propoſuerat enim narrare opiniones, quas veteres habuerunt de cauſis, nunc eas narrat, & proſequitur, & talem, vt Expoſitor inquit, ordinem ſeruat, quia prius explicat quid illi ſenſerint de materiali ipſa cauſa, deinde quid ſenſerint de rerum generatione, quæ res ex hoc primo ſequitur. Melius autem cum Alexandro dicendum eſt, quòd hic velit Ariſtoteles aſsignare cauſam, cur ſententiæ veterum de cauſis hoc in loco ſint enumerandæ, videtur enim non eſſe conueniens, quoniam veterum opiniones ſunt de principijs, & cauſis rerum naturalium, ſcilicet generabilium, & corruptibilium & nos quærimus principia & cauſas entium inquantum ſunt entia, ſic enim attinet ad metaphyſicum conſiderare de principijs, & cauſis, ergo non videntur ſententiæ eorum ad propoſitum. Ariſtoteles vult reddere cauſam, cur ſententiæ veterum de cauſis hoc in loco commemorandæ ſint, & aſſerit hoc eſſe ad propoſitum, quia putabant hæc principia & cauſas, quæ ſunt rerum naturalium, eſſe eadem cum principiis, & cauſis entium in eo quod entia, quoniam veteres non cognouerunt alia entia præter res naturales: & ſic nec alia principia præterquàm rerum naturalium. Quare ſolam cauſam materialem veteres aſſeruiſſe declarat, quæ ſit rerum naturalium principium & cauſa, & entium ſimpliciter quo entia ſunt. Et hoc proponit pro cōcluſione veterum, & dicit { primum itaque philoſophantium } ideſt eorum itaque, primo philoſophati ſunt { plurimi ſola ea } ſcilicet principia { quæ in materiæ ſpecie ſunt, putauerunt principia eſſe omnium } ſcilicet eadem videlicet rerum naturalium, & entium ſimpliciter. Et ita eorum ſententiæ hic narrandæ ſunt, non quidem quo ſunt rerum naturalium, ſed quo ſunt ſimpliciter entium principia. Deinde narrat ſyllogiſmos, quibus hanc opinionem probarunt & licet Alexander reducat omnes ſyllogiſmos in vnum, nos tamen ſeorſum componentes, primum ſic conficimus, Omne id, ex quo primo entia ſunt, eſt materia: omne principium & cauſa eſt ex quo entia ſunt: igitur omne principium & cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem vniuerſalis propoſitionis in excluſiuam ſolum materia eſt principium, & cauſa entium ſimpliciter. De ſyllogiſmo tangit maiorem, & dicit { nam ex quo ſunt omnia entia, id } ſcilicet { elementum, idque principium eſſe entium dicunt } hæc eſt maior. illud autem { quæ in materiæ ſpecie ſunt } vt Alexander inquit, dictum eſt pro eo, quæ ſunt in hac ſpecie principiorum materialium, & cum dixiſſet { ex quo ſunt omnia entia } intelligit tanquam ex parte eſſentiali ſicuti ex ferro eſt cultellus. Deinde affert ſecundum ſyllogiſmum & ſic componitur, Omne id, ex quo cuncta entia fiunt, tanquam ex primo principio omnibus, quæ fiunt, præexiſtenti, eſt materia: Omne principium, & cauſa eſt id, ex quo tanquam ex primo principio omnibus quæ fiunt præexiſtenti, fiunt: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem ſola materia eſt principium & cauſa entium ſimpliciter. De hoc ſyllogiſmo iterum tangit maiorem, & dicit { & ex quo fiunt primo, id elementum, idque principium eſſe entium } ſimpliciter { dicunt } Hæc eſt maior, differt autem hæc ratio à priore, ſicut differt eſſe ex aliquo tanquam ex parte, & fieri ex aliquo tanquam ex principio præexiſtenti. Stat enim aliquid eſſe ex aliquo, tanquam ex principio præexiſtenti, ex quo nihil eſt tanquam ex parte. Omnis enim cauſa eſt, ex quo aliquid fit, tanquam ex principio præexiſtenti, non tamen omnis cauſa eſt ex qua aliquid fit tanquam ex parte. Quare hæc ratio ſecunda differt à prima. Deinde affert tertium ſyllogiſmum, qui ſic componitur, Omne illud, in quod tanquam in vltimum entia corrumpuntur, eſt materia: Omne principium, & omnis cauſa eſt id, in quod entia tanquam in vltimum corrumpuntur: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem ſola materia eſt principium & cauſa. De ratione affert maiorem, & dicit { & in quod corrumpuntur vltimum, id elementum, idque principium eſſe entium dicunt } Quartum ſyllogiſmum affert, qui ſic componitur, Omne illud quod tam in generatione quàm in corruptione permanet, eſt materia, Omne principium, & omnis cauſa tam in generatione quàm in corruptione permanet, quoniam oportet principia ſemper manere, ſcilicet tam in generatione quàm in corruptione: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia, quare ſolum materia eſt principium, & cauſa. De ſyllogiſmo tangit maiorem, & dicit { ſubſtantia quidem permanente, in paſsionibus vero } ideſt in formis { mutata } ideſt omne illud cuius ſubſtantia permanet tam in generatione quàm in corruptione eſt { elementum idque eſſe omnium entium dicunt } hæc eſt maior. Verba igitur Ariſtotelis per artem prioriſticam reſolui poſſunt in quatuor ſyllogiſmos, ex quibus relinquitur ſolam materiam eſſe elementum, & principium entium ſimpliciter. Quare cum apud veteres eadem ſint rerum naturalium principia & entium ſimpliciter, quoniam

niam eadem eſt materia rerum naturalium, & ſimpliciter entium, vtile erit in metaphyſica referre opiniones, quas veteres habuerunt de rerum principiis, & cauſis. Nam erunt ad propoſitum metaphyſicæ, quæ pertractat de cauſis, & principiis entium ſimpliciter.

Quo vero ad verba attinet, πάθημα græce, eſt tum paſsio, tum affectus, tum apud Ciceronem perturbatio, ſed hic pro forma accipit, quoniam materia ſecundum ſui ſubſtantia ſemper permanet ſub vtroque termino generationis, & corruptionis, ſecundum vero affectus, ſiue paſsiones, hoc eſt formas mutabilis eſt. Nuncupauit autem formas Ariſtoteles paſsiones more veterum, qui ſolam materiam aſſerunt eſſe ſubſtantiam, formas vero accidentia, & affectus.

Et ob id neque fieri quicquam putant, neque corrumpi, quoniam talis natura ſemper ſeruatur. Sicut nec dicimus Socratem ſimpliciter generari, quando bonus fit, aut muſicus, nec corrumpi, quando hos habitus deponit. Quia ſubiectum permanet Socrates ipſe. Sic nec aliorum ullum: Oportet enim eſſe aliquam materiam aut unam aut plures una, ex quibus fiunt alia, ſeruata illa.

Cum dixiſſet illud, quod de principiis ſentiunt veteres, ſcilicet quòd materia ſit ſolum principium, nunc agit de rerum generatione, narrans quid veteres ſentiant de rerum generatione, quæ res ſequitur ex illo, quod dixerunt de materia. Quam conſequentiam ſic emolitur Alexander: Si materia eſt corpus actu, & non, vt ait Ariſtoteles, facultate, nihil ſimpliciter generabitur, nihilque ſimpliciter corrumpetur: Sed materia eſt corpus actu, & non poteſtate: igitur nihil ſimpliciter generabitur, nihilque ſimpliciter corrumpetur. Minor patet apud eos, Quia aſſerunt materiam ſemper actu exiſtere, ſemperque eadem manere. Quippe qui poſuerint materiam eſſe immortale principium, & immutabile ſecundum ſubſtantiam, ſolum autem affectionibus mutari. Quibus perſpicuum eſt eos, qui ſolam materialem cauſam ponunt, generationem ſimpliciter tueri non poſſe, ſed ſolum generationem, atque corruptionem ſecundum quid, quæ per affectiones alteratio eſt. Vnde de ſyllogiſmo hypothetico primo aſsignat concluſionem, & dicit { & ob id } ſcilicet quia aſſerunt materiam ſemper actu manere, & nunquam in ſubſtantia corrumpi { neque fieri quicquam } ſcilicet ſimpliciter { putant, neque } ſimpliciter { corrumpi } hæc eſt concluſio, Deinde affert minorem ſyllogiſmi hypothetici, & dicit { quoniam talis natura } quam dicunt materiam { ſemper ſeruatur } ſemper eſt in actu, atque immortale ſemper exiſtens. Deinde cum non expoſuiſſet maiorem, aſsignat eius probationem per ſimile, & dicit { ſicut nec dicimus Socratem ſimpliciter generari, quando bonus fit, aut muſicus, nec corrumpi ſcilicet ſimpliciter quando hos habitus } videlicet bonitatis, & muſicæ { deponit } & abiicit { quia ſubiectum } ideſt nec ob aliud, niſi { quia ſubiectum } videlicet { Socrates ipſe permanet } ſic a pari { aliorum vllum } entium ſimpliciter generabitur aut corrumpetur, & reddit cauſam, & dicit { oportet enim } ſcilicet in omni generatione { eſſe aliquam materiam aut vnam aut } materias { plures vna: ex quibus } ſubaudi vel ex qua { fiunt alia } ſcilicet entia { ſeruata illa } ſcilicet vna materia, vel ſeruatis pluribus. Quare ſicut in generatione, qua Socrates fit bonus aut muſicus, nihil generatur ſimpliciter, quia idem Socrates manet, ſic in generatione cuiuſque rei nihil generabitur ſimpliciter, quia ſemper eadem numero materia permanet. Quo fit vt omnis generatio ſit ſecundum quid, & non ſecundum totum ſimpliciter. Quidam iuniores aſſerunt generationem in ſubſtantia eſſe ſimpliciter generationem, generationem vero in accidentibus eſſe generationem ſecundum quid. Quoniam in hac ſubſtantia permanet, & accidens generatur. Sed licet iſti quantum ad quia eſt, bene dicant, quoniam verum eſt generationem ſimpliciter eſſe, qua ſubſtantia accipit eſſe, generationem vero ſecundum quid eſſe, qua accidens accipit eſſe, tamen propter quid hæc ſit generatio ſecundum quid, illa ſimpliciter, non explicauit. Quidam & nos quandoque, dixerunt illam eſſe generationem ſimpliciter, quoniam per eam accipit eſſe ſubſtantia, quæ eſt ens ſimpliciter: Hæc vero eſt generatio ſecundum quid, quoniam per eam accipit eſſe accidens, quod eſt ens ſecundum quid. Sed hæc cauſa friuola eſt, Quoniam in ſubſtantia, vt expoſuimus in libris de generatione, & corruptione non ſemel, eſt & generatio ſimpliciter, & generatio ſecundum quid, at ſi generatio ſimpliciter illa ſit, per quam ſubſtantia accipit eſſe, quæ eſt ens ſimpliciter, nulla in ſubſtantiis eſſet generatio ſecundum quid. Et ſic cum aliquod mixtum fieret igneum, aut aqueum, ſimpliciter generaretur. Quoniam per talem generationem accipit eſſe ſubſtantia videlicet igneitas, quæ eſt ens ſimpliciter. Attentione ergo dignum, generationem ſimpliciter vno modo exponi poſſe, vt ſit illa, qua aliquid ſecundum ſe, & quodlibet ſui accipit eſſe, & talis non datur, quoniam ſemper ſecundum materiam nihil generatur, quæ eſt aliquid compoſiti, quod generatur. Alio modo dicitur generatio ſimpliciter, per quam aliquid nunc primo eſt per denominationem verbi, eſt, de ſecundo adiacente: & ſic generatio hominis, qua aliquid primo denominatur eſſe ſimpliciter per verbum, eſt, de ſecundo adiacente, dicitur ſimpliciter generatio. Hac ratione ſequitur, homo nunc primo genitus eſt, igitur homo nunc primo eſt, Similiter, Socrates nunc primo factus eſt, igitur Socrates nunc primo eſt ſimpliciter. At id, quod generatur generatione ſecundum quid, non denominatur ſimpliciter nunc primo eſſe per verbum, eſt, de ſecundo adiacente, quoniam non ſequitur, Socrates nunc primo factus eſt muſicus, igitur Socrates nunc primo eſt. Quoniam nunc, & prius Socrates erat muſicus. Quo fit, vt in ſubſtantiis etiam ſit duplex generatio, Altera ſecundum quid, vt generatio, qua Socrates fit igneus, vel aqueus, quoniam non valet, Socrates eſt factus nunc primo igneus, Igitur Socrates nunc primo eſt ſimpliciter. Generatio vero qua Socrates nunc primo fit, Socrates vel homo, generatio eſt ſimpliciter. quia valet, Socrates nunc primo factus eſt Socrates. Igitur Socrates nunc primo eſt ſimpliciter. Quare generatio ſimpliciter erit, per quam cum aliquid dicitur nunc primo factum eſſe, etiam dicitur nunc primo eſſe. Generatio vero ſecundum quid eſt, per quam cum aliquid nunc primo dicitur factum eſſe, non dicitur nunc primum eſſe: vt licet So-

De generatione ſimpliciter & ſecundum quid.

trates nunc primo ſit factus muſicus, non tamen ſequitur, vt nunc primo ſit.

Thaletis ſententia aquam ponentis.

Multitudinem tamen ſpeciemque principij talis, non eandem dicunt omnes, ſed Thales quidem talis philoſophiæ author aquam eſſe dicit. quapropter & terram ſuper aquam dicebat eſſe.

Cum dixiſſet oportere principiorum materialium eſſe aut multitudinem, aut vnitatem, nũc demonſtrat quòd ſiue ponatur multitudo, ſiue vnitas, non eodem modo tradatur, quoniam nec multitudinẽ principiorum materialium, nec illud vnum ponunt idem ſpecie: ſic exponit Alexander. Nam qui ponunt multitudinem, alij ponunt quatuor elementa, alij magnum & paruum, alij infinitas partes ſimilares. Ergo non ponitur ab omnibus eadẽ ſpecies multitudinis. Item nec eadem ſpecies principii ſi ponitur vnum, quoniam alij ignem, alij aquam, alij aliud, quæ ſpecie differunt: ergo nec vnitas principij ponitur eadem ſpecie. Vnde dicit { multitudinẽ tamen } ſcilicet principiorum materialium { ſpeciemque principij talis } ideſt vnitatem materialis principij { non } eandem ſcilicet ſecundum ſpeciem { dicunt omnes } Quare ſiue multitudo materialium principiorum, ſiue vnitas afferatur, non ponetur eadẽ ſpecie apud omnes. Continuetur igitur hic textus cum proximo ſic { oportet enim eſſe aliquam materiã, aut vnam aut plures vna, ex quibus } aut ex qua { fiunt alia, ſeruata illa } ſcilicet vna materia. Igitur prima differẽtia quantum ad multitudinem, vel vnitatem eſt, quoniam quidam plures, quidam vnam materiam ponebant. Hic ſtatim ſubdit aliam differentiam aſſerens, quòd ſiue ponatur multitudo principiorũ materialium, ſiue vnitas, nec multitudo ponitur eadem ſpecie, nec vnitas. Hęc eſt vera Ariſtotelis expoſitio, quam Alexander breuibus indicauit, cum dixit, multitudinem tamen ſpeciemque principii talis, ideſt materialis non eandem inquiunt omnes. Quaſi dicat quòd ſiue ponatur multitudo, ſiue vnitas, nec multitudo, nec vnitas ponitur eadem ſpecie. Deinde proſequendo differentias opinionum, primo proſequitur opiniones eorum, qui aſſeruerunt vnitatem principii materialis, vt innuat principium materiale, quod poſuerunt, non eſſe apud omnes idem ſpecie: & primo affert opinionem Thaletis, qui dicebat aquam eſſe rerum principium, & dicit { ſed Thales quidẽ talis philoſophiæ author } vt Expoſitor inquit { talis philoſophiæ } ideſt ſpeculatiuæ { author } Nam Thales ſolus ex ſeptem ſapientibus ſe tranſtulit ad ſpeculationes, cæteri vero ſolum in moralibus verſati ſunt, hanc ob cauſam Thales dicebatur ἀρχηγὸσ ideſt archegus & author, princeps vel rector philoſophiæ talis, ideſt ſpeculatiuæ. Vnde & Alexander exponens dicit, ſed Thales quidem author primus talis philoſophiæ ideſt naturalis, & contemplatricis, & etiam methematicæ, Nam philoſophia ſpeculatiua triplex eſt naturalis, metaphyſica, & mathematica. Dictus ergo Thales eſt primus author philoſophiæ ſpeculatiuæ inter ſeptem ſapientes, quia ex ſeptem ſapientibus, qui poſt Theologos poetæ fuerunt, ipſe ſolus ad ſtudia cõtemplationum ſe tranſtulit omnium generum, cum cæteri ſolum ſtudiis philoſophiæ moralis operam dabant. Thales ergo primus author ſcientiæ contemplatricis principium materiale vnum { aquam eſſe dicit } ex hac poſitione proceſsit ad aſsignandum ordinem, & ſitum terræ cum aqua, & dicit { quapropter & terram ſuper aquam dicebat eſſe } ſcilicet fundatam, ſicut principiatum ſupra ſuum principium, & ſic non ſolum terrã ſupra aquam ponebat, ſed omnia entia: Quoniam omnia entia ſunt principiata ab aqua, & cum principiata ſint fundata ſuper principio, ſit, vt omnes res mundi ſint ſuper aquam, & terra, & aer, & ignis, & cœlum, & animalia, & plantæ. Attentione dignum, Thaletem dictum eſſe ex ſapientibus ſpeculatiuæ philoſophiæ archegum, ideſt primum authorem, quoniam ex moralibus tranſtulit ſe ad ſtudia ſpeculatiuarum, Nam vt dicitur in libris Politicorum primus fuit, qui inuenerit defectus Solis, & Lunæ, & Stellas contemplatus fuerit, quod attinet ad mathematicam. Primus etiã fuit, qui Deum ex gentilibus cepit balbutire. Cuius contemplatio metaphyſica eſt. Primus etiam qui cepit declarare quomodo ex aqua fiant rerum generationes, & corruptiones, quod pertinet ad naturalem philoſophiam. Ergo recte dictus eſt primus author ex ſeptem ſapientibus qui ſe tranſtulit ad ſtudia ſpeculationum omnis generis. Qui vero, & quot fuerint ſapientes, prætermitto enarrare, tum quia nolumus eſſe hiſtorici, tum etiam, quia ſatis Expoſitor narrauit.

Sumens forſitan opinionem ex eo, quia nutrimentum omnium humidum eſſe uidebat.

Cum narraſſet opinionem Thaletis, nunc affert rationes, quibus ita putauerit, & quoniam duabus vijs ad hoc dicendum motus eſt, rationibus, & illuſtrium virorum authoritate, primo Ariſtoteles narrat rationes, quibus potuit moueri ad ſic dicendum, quarum prima ſic reducitur ad artem prioriſticam, Nutrimentum omnium eſt principium materiale omnium: Sed humidum, quod ſcilicet eſt aqua, eſt omnium nutrimẽtum: Igitur humidum, quod eſt aqua, eſt principium materiale omnium: de ſyllogiſmo tangit minorem, & dicit { ſumens forſitan opinionem ex eo, quia nutrimentum omnium humidum } ſcilicet quod eſt aqua { eſſe videbat } circa hanc rationem dubitatio eſt de maiore, ideo Alexander eam ſic probat, principium eſſendi eſt materiale principium: nutrimentum eſt principium eſſendi: Igitur nutrimentum eſt materiale principium. Maior non indiget probatione, quoniam ſecundum omnem opinionem, principium eſſendi materiale principium eſt. In hoc enim materia differt ab efficiendi cauſa, quod materia ſit eſſendi, efficiens generationis cauſa, atque principium. Minor vero probatur, quia ex quo nutrimur, ex eo ſumus, at nutrimur ex nutrimento: Igitur ſumus ex nutrimento, & ſic patet totus proſyllogiſmus. Quantum vero ad veritatem rationis attinet: ſyllogiſmus non valet primo, quia licet humidum vnctuoſum aereum ſit materiale principium animalis, non tamen aqua, cum elementum purum alimentum eſſe non poſsit. Deinde dato quod humidum ſit materiale principium omnium viuentium, non tamen eſt materia, ex qua conſtitutionis, ſed ex qua alterationis: Inſuper non eſt materiale principium omnium, ſed viuentium tantum: & ſic non eſt materia, cum non ſit vniuerſale principium omnium.

Et ex

Et ex hoc calidum ipſum factum eſſe.

Nunc affert ſecũdam rationem pro opinione Thaletis, quæ ſic componitur, Ex quo calidum ipſum factum eſt, id omne eſt materia, principiumque materiale omnium: Sed humidum eſt, ex quo ipſum calidum fit: igitur humidum eſt materiale principium omnium. De ratione tangit minorem, & dicit { & } ſcilicet videbat { ex hoc } ſcilicet humido, quod eſt aqua { calidum ipſum factum eſſe } minorem probauit Expoſitor, ex eo quod humidum ſit caloris materia. Alexander aliter probat minorem ex eo, quia Thales calidum ignem putabat ex euaporatione exhalata ab humido generari. maiorem tanquam per ſe notam reliquit, quam poſtea explicabit. Sed quo ad rationis efficaciam, maior eſt exponenda vt diximus, primo, vt ſit materiale principium illud, ex quo fit calidum conſtitutione, non alteratione, modo calidum non fit ex humido conſtitutione, ſed alteratione, vt Alexander expoſuit, Quia calidum fit ex humido via euaporationis exhalatæ. Deinde ambiguũ eſt, & forſitan falſum, quod ſit materiale principium cõſtitutionis omnium rerum naturalium, id quod eſt principium materiale alterationis ipſius calidi tãtum.

Et animal ipſo uiuere. Id autem, ex quo aliquid fit, hoc eſt principium omnium. Igitur & ob id talem accepit exiſtimationem.

Nunc affert tertiam rationem, quæ ſic componitur, Omne illud, quo eſt ipſum viuere animalibus eſt materiale omnium principium: Humidum quod eſt aqua, eſt, quo eſt ipſum viuere animalibus: igitur humidum, quod eſt aqua, eſt materiale principium omnium. De ratione primo ponit minorem, & dicit { & } videbat { animal viuere ipſo } ſcilicet humido. Hæc erat minor. Deinde accipit quandam propoſitionem, quæ poteſt eſſe maior communis ſecundo, & tertio ſyllogiſmo, & dicit { id autem ex quo aliquid fit, hoc eſt principium } ſcilicet materiale { omnium } non enim erit materiale principiũ magis vnius quàm omnium. Humidũ eſt ex quo fit calidum, quæ fuit minor ſecundi ſyllogiſmi. Et ex quo viuit animal, quæ fuit minor tertij ſyllogiſmi { igitur & ob id } ideſt propter has duas rationes ſcilicet ſecundam { & } tertiam { talem accepit exiſtimationem } ſcilicet, quòd aqua ſit materiale rerum principium. Ex his patet Ariſtotelem de ſecundo, & tertio ſyllogiſmo accepiſſe maiorem communem quaſi vtrique, & minores ſeorſum. De efficacia tertiæ rationis etiam dicendum, vt in alijs, Primo enim maior eſt falſa, quoniam id quod eſt principium viuendi, non oportet eſſe materiale principium omnium, ſed tantum viuentium. Deinde, quod eſt principium viuendi via alterationis, non oportet eſſe materiale eſſendi principium via conſtitutionis: At humidum non conſtitutione, ſed alteratione eſt principium viuendi: quare non ſequitur, vt humidum ſit omnium materia.

Et inſuper quia ſemina omnium humidam habent naturam. At aqua natura humidis principium eſt.

Hic affert quartam rationem, quæ ſic componitur. Omne id, quod eſt principium natura humidis, eſt materiale omnium rerum principium: Aqua eſt principium natura humidis: igitur aqua eſt materiale principium omnium rerum. Minorem probo { quia ſemina omnium humidam habent naturam } aqua eſt principium ſeminum: igitur aqua eſt principium natura humidis. De ſyllogiſmo principali ponitur minor ibi { at aqua } De proſyllogiſmo vero ponitur maior ibi { quia ſemina } dicit { & inſuper } aqua eſt naturale principium omnium { quia ſemina omnium } ſcilicet rerum { humidam habent naturam } Hæc fuit maior proſyllogiſmi, cui adde, ſed aqua eſt principium ſeminum omnium: igitur aqua eſt principium natura humidis. Tunc vltra { aqua eſt principium natura humidis } ſed quod eſt principium natura humidis, eſt materiale omnium principium: igitur aqua eſt materiale omnium principium. Hoc pacto textus reſolui debet ad artem prioriſticam, Sed de efficacia huius rationis dicendum eſt, vt dictum eſt de efficacijs cæterorum. Diluitur enim ſyllogiſmus principalis primo, quia quod eſt principium natura humidis via alterationis, non eſt materiale principium omnium rerum. Deinde dato quòd aqua eſſet principium omnium humidorum, cum non omnia ſint humida: aqua non erit materia omnium. Quòd autem non omnia ſint humida, patet, Quoniam quædam ſunt ſqualida, quæ omnino humore carent. Dato etiam quòd omnia ſint ex humido, non ſunt omnia ex humido tantum, quin ſit ex ſicco, & frigido, & calido.

Sunt autem quidam, qui & ualde antiquos, & multo ante eam, quæ nunc eſt, generationem, & primos Theologos, ſic arbitrentur de natura putaſſe. Etenim Oceanum & Tethyn generationis parentes fecerunt, & ſacramentum deorum aquam, quæ quidem a poetis Styx appellatur. Nam honorabiliſsimum quidem eſt antiquiſsimum. Sacramentum autem honorabiliſsimum.

Sacramẽtum. ὅρκος. Iuſiurandum. Antiquis honor maximus deferendis, & ſiquãdo errẽt: nam quo longo experti potiora nobis conſilia probent.

Nunc accedit ad ſecundã viam, qua probatur Thaletis opinio, & eſt per authoritatem illuſtrium virorum. Nam quidem aſſeruerunt nonnullos valde antiquos, qui fuerunt Theologi multo ante ætatem Ariſtotelis, ſenſiſſe hanc Thaletis opinionem: primo quia Oceanum ideſt mare, quod circuit terram, & Tethyn ideſt Deam aquarum eſſe parentes generationis rerum: hoc autem non dixiſſent, niſi putaſſent aquam eſſe rerum principium. Fuit tamen Oceanus proprium nomen viri Tethyos coniugis ſecundum fabulas poetarum, ſecundum veritatem eſt mare, quod vniuerſam circuit terram. Dicit { ſunt autem quidam qui & ſic arbitrentur putaſſe de natura } vt Thales opinatur, quoſdam { valde antiquos, & multo ante eam generationem, quæ nunc eſt } ideſt & multo ante ætatem Ariſtotelis { & primos Theologos } ideſt ſunt quidam qui voluerunt quoſdam antiquos Theologos qui fuerunt ante Ariſtotelis tempora, aſſeruiſſe aquam eſſe rerum omnium principium, vt Thales ipſe aſſerit. Iſti qui dicunt, hanc Thaletis opinionem fuiſſe veterum Theologorũ, qui fuerunt multo ante ætatem Ariſtotelis, voluerunt Homerum atque Heſiodum deſignare quaſi hi fuerint primi Theologi. Eſt igitur ſecunda probatio, quòd aqua ſit rerum principium, quoniam Homerus, & Heſiodus, vt Alexander exponit, ſic aſſeruerunt: qui fuerunt multo ante ętatem Ariſtotelis. Expoſitor vero ait illam Thaletis opinionẽ de aqua fuiſſe vetuſtiſsimo-

rum Theologorũ,qui fuerunt primi poetæ Orpheus,
Muſæus,& Linus: & quia iſti fuerunt tempore,quo iu
dices erant in populo Iudæorum, patet eos fuiſſe ante
Thaletem,& multo amplius ante Ariſtotelẽ, qui fuit
tempore Alexandri.Quòd autem antiqui hi Theolo-
gi voluerint aquam eſſe rerum principium.Primo ꝓ-
bat via generationis,& dicit {etenim Oceanum} quod
mare eſt circuens vniuerſam terram {& Tethyn} quæ
eſt Dea aquarum, & ſecundum fictionem poetarum
vxor Oceani {generationis parentes fecerunt} quod
non feciſſent,niſi ſub quadam fabulari ſimilitudine da
rent intelligere aquam eſſe principium generationis.
Secundo idem probat per quandam aliam fabulam,
quę idem portendit.Portendit enim aquam eſſe anti-
quiorem dijs,& priorem:igitur eſt principium non ſo
lum rerum naturalium,ſed deorum, & dicit{&}ſcili-
cet fecerunt {aquam ſacramentum deorum} ſcilicet
eſſe {quæ quidem a poetis Styx appellatur} quæ eſt
palus infernalis. Ex hoc autem quòd Deos dixerint iu
rare per aquam, dederunt intelligere aquam eſſe dijs
nobiliorem, priorem, & antiquiorem: Quia iuramẽ-
tum ſemper fit per nobilius, prius,& antiquius Quare
aqua,per quam dij iurant,eſt dijs prior,nobilior,& an-
tiquior: ſed hoc eſſe non poteſt,niſi ipſorum deorum,
& rerum principium: Ergo aqua eſt omnium princi-
pium,dicit{Nam honorabiliſsimum eſt antiquiſsimũ:
Sacramentum autem eſt honorabiliſsimum} igitur ſa
cramentum eſt antiquiſsimum. Huic adde, ſed aqua
eſt ſacramentum deorum,quoniam iurant per Stygẽ,
quæ palus infernalis eſt: igitur aqua eſt antiquiſsimũ
quippiam deorum, hoc autem non eſſet,niſi aqua eſ-
ſet deorum,& omnium principium. Alexander colli-
git quid intendat Ariſtoteles, & dicit, quod colligere
molitur huiuſmodi eſt. Qui aquam iuſiurandum eſſe
deorum commenti ſunt, eos quemadmodũ Thaletẽ,
aquam entium eſſe principiũ poſuiſſe. Sic igitur aſſe-
rentes aquã eſſe ſacramentum deorum, quo videlicet
iurãt dij,vel iuſiurandum deorum, quo ſacramentã-
tur dij,coguntur dicere aquam eſſe deorum, & om-
nium rerum principium. Deinde Alexander compo-
nit ſyllogiſmum Ariſtotelis hoc modo,Quod eſt hono
rabiliſsimum,id profecto vetuſtiſsimum eſt, & princi
pium,idem enim eſt dicere vetuſtiſsimum, & princi-
pium: Iuſiurandum eſt honorabiliſsimum,nam quod
iuramus,id quaſi honoratiſsimum iuramus:Iuſiuran-
dum ergo vetuſtiſsimum eſt,& principium.Hoc por-
ro aqua dicebatur eſſe. Nam ſtyx per ipſos ſic dicen-
tes aqua erat,quoniam palus infernalis:per ſtygem au
tem iurabant: igitur iurabant per aquam. Tota ergo
dictio reſoluitur ſecundum Alexandrum in quatuor
ſyllogiſmos, quorum primus ſic componitur, Quod
eſt honorabiliſsimum, id vetuſtiſsimũ, & principium
eſt: Iuſiurandum eſt honorabiliſsimum: Igitur iuſiu-
randum eſt vetuſtiſsimum, & principium. Secundus
ſyllogiſmus quo probatur minor,ſic componitur:Qđ
iuramus id quaſi honoratiſsimum iuramus: Iuſiuran-
dum iuramus: igitur iuſiurandum eſt honorabiliſsi-
mũ,& ſic patet minor.Tertius ſyllogiſmus, quo ſub-
accipimus aquam ſic componitur,Iuſiurandum eſt ve
tuſtiſsimum & principium:aqua eſt iuſiurandum deo-
rum: igitur aqua eſt vetuſtiſsimum,& principiũ.Quar
tus ſyllogiſmus,quo probatur minor ſubaccepti ſyl-
logiſmi,ſic componitur, Styx eſt iuſiurandum deorũ,
vt per ipſos patet: Styx eſt aqua: aqua eſt iuſiurandũ
deorum. Hic ſyllogiſmus quartus eſt in tertia figura,
medio exiſtente hoc aliquid, Styx enim hoc aliquid
eſt videlicet palus infernalis. Sed dubitat Alexãder cir
ca primum ſyllogiſmum principalem, qui,vt eſt a no
bis formatus,recte componitur,Sed dubitat,vt ipſum *Dubitatio Alexandri.*
format Ariſtoteles: nam Ariſtoteles ſic format:hono-
rabiliſsimum,quod vetuſtiſsimum, nam græca verba
ſunt,τιμιώτατον μὲν γαρ, τὸ πρεσβύτατον. Vbi τὸ pro ip-
ſo quod accepit,quare eſt maior ſic accipienda, Ho-
norabiliſsimum,quod vetuſtiſsimum.Non enim dicit
quod honorabiliſsimum vetuſtiſsimum,ſed honora-
biliſsimum quod vetuſtiſsimum,quod ęquipollet illi,
quod vetuſtiſsimum honorabiliſsimum.Quæ propo-
ſitio ſi in hunc modum ſeſe habet,efficitur ſecunda fi-
gura,in cuius vtraque propoſitione terminus medius
honorabiliſsimum prędicatur affirmatiue hoc pacto,
Quod vetuſtiſsimum & principium eſt honorabiliſ-
ſimum: iuſiurandum eſt honorabiliſsimum:igitur iu-
ſiurandum eſt vetuſtiſsimum,& principium.Quo ſyl
logiſmo nihil concluditur, cum ſit in ſecunda figura
ex duabns affirmatiuis.Solutio Alexãdri breuiter eſt,
vt non ſit abſurdum in ſecunda figura fieri ſyllogiſmũ
ex duabus affirmatiuis,quando propoſitiones cõuer-
tuntur in terminis omnes vel altera.Et ſic eſt in propo
ſito, nam vetuſtiſsimum, & principium conuertitur
cum honoratiſsimo,nam omne vetuſtiſsimũ,& prin-
cipium eſt honoratiſsimum, & omne honoratiſsimũ
eſt vetuſtiſsimum,& principium.Quare maiore cõn-
uerſa in terminis,ſyllogiſmus relinquetur in figura pri
ma. Quo vero ad poeticam fictionem attinet, Ocea *De fictione Oceani & Tethyos.*
num fingunt poetæ eſſe nomen proprium viri,Cœli et
Veſtæ filij,& ſic Oceanum aſſerunt patrem deorum,
rerumque omnium principium,nec genitum vnquã,
nec corrumpendum.Quod Homerus affirmat potiſsi
mum in Iliade,vbi introducit Iunonem dicentẽ Ocea
num deorum nationem. Virgilius quoque ait,

Oceanumq; patrem rerum,

Qui itaque finxerunt Oceanum rerum omnium,deo
rumque eſſe patrem,ab eo genealogiam deorum de-
ducunt,currum quoque,vt dicit Theodoritius,ſtatue
re,quem a balęnis trahi per ingentia maria finxere,cui
Tritones tibicines tribuere.maximos etiam eidẽ pho-
carum greges fecere ſub cuſtode Proteo,eique maxi-
mas nympharum cohortes ſocias obſequioſaſque de
dere.Oceanum etiam pluribus nominibus nuncupa-
runt,& ei prolem filiorum deſignauere ampliſsimam.
Tethyn vero magnam Chryſippus tradit filiam fuiſſe
Cœli, atque Veſtæ, & Oceani coniugem,atque nym-
pharum matrem: Quam Virgilius Dorim vocat
dum dicit,

Sic vbi cum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Quibus patet Tethyn eſſe ſororem, & coniugẽ Ocea
ni, quoniam ambo ſunt Cœli, & Veſtæ filii. Inſuper
etiam patet, Oceanum & Tethyn eſſe parentes oĩum
rerum. Hæc de fictione Oceani,& Tethys. De Styge
vero,dicamus poetas finxiſſe Stygem eſſe paludem in-
fernalem,& deorum quoque eſſe iuſiurandum, Vnde
Virgilius, Stygiamq; paludem Dij cuius iurare timẽt,
& fallere numen. De interpretatione vero dicendum
Tethyn proculdubio aquam eſſe, quam dicit Chry-
ſippus in feruore cœleſti è viſceribus terrę gigni.Quare
recte ex cœlo, Veſtaq; natam dicunt,ꝙ feruore cœle
ſti ex terra deducatur, quæ veſta dicitur. Doris vero
amaritudo

amaritudo interpretatur, quæ quidem Solis agente feruore aquæ marinæ, vt philoſophi naturales aſſerũt addita eſt. quod experiẽtia notum videtur. Oceanus etiam aquam ſignificat, qui quoniam terram circuit, curru trahi Oceanum dixere, quoniã circa terram rotunditatem deſcribit, qui ideo a balænis fingitur trahi, quia a balænis vndique diſcurratur. Tritones autẽ eius tibicines finguntur, quòd terram terens ſuo motu, quem agit in littora, ſemper ſonet non : enim terere littora poteſt abſque ſono. Et ideo Tritones finguntur eius tibicines, Eum habere phocarum gregẽ, ideo finxerunt, quia phocæ ex anteriore parte ſpeciẽ referunt vitulorum, qui turmatim paſcuntur in eius litoribus. Paſtorem autem Proteum dixere, ꝙ harum phocarum abundantiſsimũ ſit mare Carpathium, qđ olim fuit ſub ditione Protei. Nympharum multitudinem cohortem eius fingunt, quòd in eo innumeræ aquæ fluuiatiles currant, quæ eum nunquam relinquunt. Styx fingitur a poetis eſſe infernalis palus, quoniam eſt fons in Arcadia exitioſus animalibus, cuius aqua ilico necat ex nimio frigore: vtpote, cum per fluens ipſa ſtatim lapideſcat, qua etiam vt Rabanus affirmat, æs, ferrum erodi, & omnia vaſa in ea miſſa frangi, præter cornua ferunt. Sed huic forſitan occurres, quoniam ſi Oceanus aqua eſt, & Tethys aqua, idem videbitur vir, & vxor: & ſic non recte finxerunt, Oceanum eſſe virum, & Tethyn vxorem.

Dubitatio.

Solutio.

Diluitur ambiguitas vno modo, ꝙ per Oceanum intelligat aquam ſimplicem, quæ eſt elementum, per Tethyn aquam elementatam, Et cum elementum ſit agens, elementatum patiens: ideo Oceanum virum, Tethyn vxorem finxerunt. Vel aliter dicamus, poetas dijs vtrunque ſexum tribuiſſe, vt Valerii Serrani carmine patet dicentis.

Iuppiter omnipotens Regum Rex, atque repertor,
Progenitor, genitrixq; deum deus vnus, & idem.

Volunt itaque aquam cum aliquid agit, Oceanũ viri nomine vocari, cum vero patitur, Tethyn vxoris appellatione dici. Item nec abſurdum eſt Tethyn eſſe ſororem & coniugem Oceani. Nam Virgilius de Iunone dixit, Et ſoror, & cõiux. Quoniam in prima hominum generatione vbi bonus vir, & vna mulier tantũ fuerunt, eadem vxor erat, & ſoror. De iure vero iurando dicendum, Omne id per quod iuratur, eſſe honorabiliſsimum, antiquiſsimum, & primum principium quod eſt Deus. Cauſa eſt, quos nam id, per quod iuramus, inducimus in teſtem eorum, quę dicimus: cui nõ poteſt accidere mẽdacium, nec error. Alioqui fruſtra ꝑ ipſum iuraremus. Nam ſi id, per quod iuramus, poſſet mentiri, iuſiurandum per illud poſſet eſſe mẽdax: & ſic adduceretur teſtis, in quo poſſet eſſe error, & mendacium, quare iuſiurandum fruſtra induceretur. Si igitur id, per quod iuramus eſt, veridicum, & nullo pacto mendax, non poterit eſſe, niſi honorabiliſsimum, & principium, & ſic erit Deus. Antiqui itaque qui inter principia non cognouerunt differentiam ſecundum genus, pro eodem vtebantur primo principio agente, & materiali cauſa, prima. Recte igitur Ariſtoteles per iuramentum, quòd ſit per aquam, expoſuit aquam eſſe principium omnium rerum. Quod ſi iuremus per filios, & per vxores, & per fratres, non inducimus eos in teſtes, Sed in conditionem aliquã, quę nobis diſpliceret, quando eueniret. Si quis enim dixerit per vitam Cæſaris hoc eſt ita, Volumus dicere, ſi hoc, quod dicimus, non ſit verum, Cæſar perdat vitã. Ex his patet iuſiurandum fieri poſſe per aliquid biſariam: aut inducendo illud per quod ſit, in teſtem, & hoc pacto iuramus per Deum, atque per angelos, & ſanctos: aut inducendo illud, per quod iuramus ſub aliqua conditione, quæ nobis diſpliceret ſi contingeret, & ſic poſſumus iurare per Deum, & per homines. Nam poſſumus dicere hoc, quod nunc tibi narro, ita eſt per vitam Dei, & ſignificat, quòd ſi non fuerit ita, Deus pereat, & poſſumus dicere hoc ita eſt per Deum ſcilicet quem induco in teſtem huius, quod dico. Eodem modo iurare poſſumus per angelos, & ſanctos, quos gentilitas omnes appellabant deos infallibiles. Ergo per ea, quæ amamus, iuramus inducendo illud, per quod iuramus ſub aliqua conditione, quæ nobis diſpliceret ſi eueniret, & ſic per homines, & per deos more gentilium iurare poſſumus: & per res mortales quæ poſſunt cadere ſub periculo. Hoc pacto iurant amantes per vitam puellæ amatæ, & honorifici equites per vitam honoris, quem putant ſe poſsidere, & diuites per diuitias. Sic iurare poſſumus per vitã deorum more gentilium, vt dixi, qm̃ licet deorum vita nõ poſsit cadere in periculo, tamen ita iuramus, ac ſi cadere poſsit, quod eſt valde nefandum, immo lõge turpius quàm iurare per vitam filiorum, quoniam filii cadere poſſunt in periculo, diis autem attribuimus poſsibilitatem caſus, quod eſt turpiſsimũ. Sicut obſcæniſſimum eſt tribuere dijs poſſe mentiri, cum inducimus eos in teſtes. Quare cum antiqui iurabant inducendo aquam in teſtem, iurabant ſuppone̾do aquam eſſe primum principium omnium, in quo non poteſt cadere mendacium, vel error: & ex ijs Thales hanc ſuam exiſtimationem accepit,

De iureiurando.

Sed ſit ne aliqua antiqua, atq; uetus de natura opinio hæc? Forſitan incertum eſt. Thales tamẽ fertur hoc pacto de prima cauſa dixiſſe. Hipponem enim nemo cum his ponere dignum putabit, ob mentis eius † ſimplicitatem. † Vilitatẽ.

Hic Ariſtoteles mouet quandam dubitationem quam ſub ambiguo relinquit, & Expoſitor, qui ſcripturam habebat comparatiuam legit ſic, quia hi antiquiſsimi aquam dixerunt eſſe rerum principiũ, ideo emergit.q. Sit ne aliqua opinio prior ac antiquior iſtã de naturalibus, vel non? non eſt nobis manifeſtum. nam iſta opinio adeo antiqua eſt, ꝙ nulla videatur ea prior. Alexander non habebat ſcripturam comparatiuam, ideo aliter exponit quæſtionem. Nam quærere Ariſtotelem autumat vtrum hæc opinio vetus quædam ſit, quaſi reſpondens dicit {Forſitan incertũ eſt} quaſi non ſatis conſtet, an primi Theologi fuerint in hac ſententia, nec ne, non enim hoc manifeſte dicebãt. Cum enim dixiſſent primi Theologi aliquod eſt primum principium, ex quo omnia generantur: non eſt exploratum ſit ne hæc primorum Theologorum opinio illa Thaletis, aut non: cui conſona eſt ſcriptura noſtri codicis, quæ ſic ad verbum habetur {Sed ſit ne aliqua antiqua, atque vetus de natura} ideſt de materia {opinio hæc} quæ ſcilicet attribuitur Thaleti, aut nõ? {Incertum forſitã eſt} quaſi dicat, ſit ne opinio Theologorum, quæ eſt de primo principio rerum, hæc quæ Thaleti attribuitur, aut non {incertum forſitan eſt} nam nonnulli dixerunt opinionem Theologorum, quam habuerunt de rerum principio, eſſe hãc, quæ attribuitur: Thaleti: Nonnulli vero dixerunt illam

Mentis ἀνοίας.
Simplicitatẽ.
εὐτέλειαν.
Paruitatem.
Parcitatem.
Frugalitatem.
Imbecillitatẽ.

Theologorum opinionem, quam habuerunt de rerum principio, eſſe alteram ab hac, quam Thaleti tribuunt: Propterea Ariſtoteles ſubdit {Forſitan incertum eſt} Et cum dixiſſet ſolutionem huius quæſiti eſſe in certam, ſubdit id, quod eſt certum, & dicit {Thales tamen fertur hoc pacto de prima cauſa dixiſſe} Hoc enim pro explorato omnes habent.

Quidam, vt Alexander inquit, conantur ſyllogiſmo demonſtrare, ſubaudi fuiſſe quandam opinionẽ antiquam hanc, quæ aſcribitur Thaleti per ſyllogiſmum ex duabus affirmatiuis, quemadmodum ſeſe habere videtur ratio, quam diximus: & quã reduximus ad primam figuram conuerſione maioris: Quam Alexander non repetit, nec nos curamus repetere. dixit autem {Fertur hoc pacto dixiſſe} Quoniam nullum extat Thaletis ſcriptum, ex quo affirmare quiſpiam poſsit, hæc ab ipſo ad hunc modum eſſe tradita. Deinde quia vult prætermittere opinionem Hipponis, excuſando ſe dicit {Hipponem enim nemo cum his} ſcilicet philoſophis, quos hic ponimus {ponere dignum putabit, ob mentis eius} ἐυτέλειαν ideſt {Simplicitatem} aut paruitatem, aut parcitatem, aut frugalitatẽ, aut imbecillitatem, aut, vt Byzantius inquit, vilitatẽ, Expoſitor exponit: vt Ariſtoteles voluerit oſtendere Hipponem ſenſiſſe hanc Thaletis opinionem ad vnguem, vt quaſi dixerit, eiuſdem opinionis ad vnguem eſt Hippon, nihil addens propter ſui ingenij paruitatem, & ſic vult, vt Ariſtoteles hic narret opinionẽ Hipponis, aſſerens Hipponis opinionem eſſe præciſe illã Thaletis. Vnde ad verbum legendo dicit {Hipponẽ enim nemo vtique aliquid dignificabit poſuiſſe cum his}. i. addidiſſe ſupra his, quæ attribuuntur Thaleti {propter ſui intellectus paruitatem} Ergo hæc eſt opinio Hipponis. Aliter exponit, vt velit Ariſtoteles reddere cauſam, quare Hipponem prætermiſerit, aſſerẽs eum prætermiſiſſe, quia imperfecte dixit, quaſi nõ ſit dignus, vt eius opinio enarretur hic cum alijs. Alexander volẽs quòd Ariſtoteles reddat cauſam, quare prætermiſerit Hipponis opinionem, dicit, Hippon narratur poſuiſſe pro principio ſimpliciter humidum indeterminate, non explicans aqua ne ſit, vt Thales, an aer vt Anaximenes, & Diogenes: Quo circa eius opinionem prætermittit quaſi fluitantem, & nihil certi ſtatuentem. Aliter exponit Alexander, aſſerens Ariſtotelem non propterea omiſiſſe eius ſententiam, quòd ſit indiſcreta, & nihil habens ſtatuti: Tunc enim non dixiſſet propter vilitatem opinionis eius, ſed quaſi non debeat inter philoſophos cõputari propter eius ſententiæ vilitatem, quamobrem dixit {cum his} ideſt cum philoſophis: quod fortaſſe dixit, quoniã impius fuit, ac longe abhorrẽs a Dei cognitione. In eius enim tumulo huiuſmodi legitur Epigramma, Hic eſt Hipponis Tumulus, qui fato deficientes Dijs immortalibus æquabat.

Anaximenis, & Diogenis opinio.

Anaximenes uero, atque Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium aliquod ponunt ſimplicium corporũ.

Hactenus de opinione eorum, qui poſuerunt aquã rerum omnium principium, nunc accedit ad eos, qui poſuerunt aerem, & dicit {Anaximenes vero} ſcilicet Mileſius {atque Diogenes} Apolloniata ſcilicet {aerem priorem aqua} ſubaudi ponunt, & ponunt ipſum maxime principium ſimplicium corporum, quæ ſunt elementa, & ſic cæterorum omnium. Sic enim exponit Expoſitor, quoniam in trãſlationibus eius nõ erat verbum τὶ ideſt {aliquod} Sed quoniam in codice noſtro reperitur τὶ ideſt aliquod, ideo lege ſic, {Anaximenes vero, & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium ponunt aliquod ſimplicium corporum} ideſt quod eſt vnum de numero ſimplicium corporum. Verbum {&} confirmatiue ponitur, quaſi dicat {aerem priorem aqua profecto {vel certe} maxime principium ponunt aliquod} ideſt quod eſt vnum {Simplicium corporum} & cum dixiſſet {maxime} dedit intelligere, quòd etiam poſuerit quædã alia principia videlicet rarum & denſum, ſed aerem maximẽ principium ponunt, quod eſt aliquod ſimplicium corporum, vel fortaſſe dixit {maxime} innuens eſſe principium principiorum, & primum omnium. Fuit autẽ Anaximenes Mileſius tertius a Thalete, nam fuit diſcipulus Anaximandri, qui fuit diſcipulus Thaletis. Diogenes vero Apolloniata Anaximenis Mileſij diſcipulus quartus fuit a Thalete. Expoſitor autem annotauit differentiam inter opinionem Anaximenis, & opinionem Diogenis. Nam Anaximenes dixit aerem eſſe rerum principium, ſimpliciter nihil addendo, ſed abſolute vt elementum eſt, At Diogenes aſſerit aerem eſſe rerum principium, prout participat diuina ratione: & non abſolute vt elementum eſt, ſed, vt affectum diuina ratione. Mouentur ad dicendum aerem eſſe rerum principium, primo quia per aerem fit ſpiratio, qua vita animantium ſeruatur. Deinde quia ex aeris mutatione videntur variari rerum generationes, & corruptiones. Sed de his ad librum phyſicæ auſcultationis. Nũc hoc intelligas has rationes non probare aerem eſſe primum omniũ materiale principium, ſed tantum mixtorum corporũ, nam per primum argumentum habetur, quòd ſit effectiuum principium, refrigerationis in animantibus, & non materiale. Per ſecundum vero quòd ſit effectiuum principium mixtorum via alterationis, & non materiale.

Hippaſi, & Heracliti.

Hippaſus autem Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

Hic aſsignat nunc opinionem Hippaſi, & Heracliti de materiali omniũ rerum principio, & dicit {Hippaſus autem Metapontinus, & Heraclitus Epheſius} materiale omnium rerum, principium poſuerunt {ignem} Argumentum fuit tenuitas maxima ignis: Nam oportet principium eſſe paruum, ac tenuiſsimum corpore virtute vero maximum. hoc pacto ſe habet ignis. Deinde cum priſci philoſophantes non diſtinxerint genera principiorum, omne principium quauis ratione arbitrabantur eſſe materiale principiũ & cum ignem inter elementa viderint eſſe maxime actiuum, opinati ſunt eum eſſe primũ omnium materiale principiũ. Sed decipiuntur, nã quod eſt entitate paruum, & non niſi ens poteſtate, hoc eſt primũ omnium materiale principiũ. At ignis eſt tenuiſsimum non entitate, ſed raritate, ideo prima ratio diluitur. Deinde diluitur ſecunda, quoniam ex illo habetur, vt ſit primum principiũ alterationis, quæ ratio attinet ad genus cauſæ effectiuæ, & non ad genus cauſæ materialis.

Empedoclis.

Empedocles uero quatuor, adiungens ad ea, quæ dicta ſunt, terram quartum. Hæc enim permanere ſemper, & non fieri dicit. ſed uel multitudine, atque paucitate congregari, atque ſegregari, & in unum, & ex uno.

cõgregari διακρινόμενα.

Tranſit

Congregata. Segregari. συγκρινόμενα. Diſgregata.

Tranſit nunc ad opiniones eorum,qui dixerunt plura eſſe rerum materialia principia,Et primo narrat opinionem Empedoclis Agrigentini, quam obſcure tradit, & dicit,cũ priores philoſophi ipſo Empedocle alii ignem,alii aquam, alij aerem principium eſſe ponebãt {Empedocles vero quatuor} ſcilicet elementa ponit {adiungens ad ea} ſcilicet tria{quæ dicta ſunt, terram quartum} Ergo materialia prima omnium principia poſuit quatuor. Deinde affert rationem, quam Empedocles aſsignabat, & exponit modum,quo res fiunt ex illis quatuor, & corrumpuntur in illa quatuor. Quantũ ad primam partem, Syllogiſmus ſic componitur, Quę ſemper manent, & non fiunt ex inuicem,nec ex prioribus,ſunt prima rerum materialia principia: huic addit minorem,& dicit {Hæc enim.ſ.quatuor elemẽta} permanere ſemper, & non fieri}.ſ.ex inuicem, nec ex alijs prioribus {dicit} ſubaudi igitur ſunt prima omnium materialia principia. Deinde exponit modum, quo res fiunt ex illis quatuor, & corrumpuntur in illa quatuor, & dicit {ſed vel} ideſt etiam {multitudine,atque paucitate congregari,atque ſegregari & in vnum,& ex vno} Referendo ſingula ſingulis veluti {& in vnum} ad ipm {congregari,& ex vno} ad ipſum {ſegregari} & tunc voluit demonſtrare quonã modo in mixtis fiat generatio,& corruptio ab ipſa multitudine, & paucitate. Nã generatio, quæ apud Empedoclem nihil aliud eſt quàm mixtio elementorum, & in vnum coitus, qui ab amicitia efficitur,tranſitum habet ex multitudine in paucitatem ideſt in vnitatem. Corruptio vero, quæ diſcretio eſt,quæ fit à diſcordia,diſiunctio eſt horum ex vno,ideſt ex paucitate in multa, & ſic oportet ſupponere in talibus generationibus,atque corruptionibus mixtorũ elementa ſeruare ſuas naturas. Ergo verba ſic copulanda ſunt, ſed multitudine ſegregari ex vno ſcilicet cum mixta corrumpuntur, atque paucitate congregari in vnum,cum mixta generantur, Nã in generatione mixti itur ex multitudine in paucitatem,& in vnum. In corruptione vero itur ex vno paucitateque ipſa,in multitudinem,quæ intelligenda ſunt de generatione,& corruptione particulari cuiuſque mixti, non autem in generatione,& corruptione vniuerſali totius mundi, vt poſtea dicemus. Nam in corruptione vniuerſali mũdi itur de multitudine in paucitatem, & vnum. In generatione vero de paucitate, & de vno in multitudinem. Hæc

Alia expõ.

eſt vna expoſitio. Vel fortaſſe non de generatione, & corruptione mixtorum loquitur, quarũ authores ſunt diſcordia & amicitia,ſed de generatione,& corruptione elementorum,& dicit {hæc enim} ſcilicet elementa quatuor {permanere ſemper,& non fieri dicit} ſcilicet generatione,& corruptione ſiplr dictis {ſed vel multitudine},ſ. partium {atq; paucitate},ſ. partiũ {congregari, atq; ſegregari & in vnum atq; ex vno} nam cum in aliqua mixtura, plures in vnum copulatæ ſunt ignis partes,tunc congregatur & generatur ignis. Cum vero pauciores ex vno aliquo fiunt ignis partes, videlicet aut ex terra aut ex aqua,aut ex aere, corruptio,& ſegregatio eſt ignis in mixto. Sed ſecunda expoſitio eſt paululum obſcura,atque violenta,

Tertia expõ.

Tertio exponi poteſt quod mixta nec generentur, nec corrumpantur,ſed ex multitudine dicuntur congregari in vnum, & ex paucitate diſgregari ex vno: Quæ expoſitio valde conſonat verbis,nam illud participium συγκρινόμενα & διακρινόμενα pro infinito legenda ſunt videlicet pro cõgregari, & ſegregari. Quaſi innuat mixta non eſſe dicenda generari vel corrumpi, ſed congregari vel ſegregari. Hæ tres expoſitiones ſunt Alexandri,quarum prima et vltima melius mihi placent.

Propria expõ.

Sed ego aliter exponerem, quòd cum Ariſtoteles aſsignaſſet rationem, qua Empedocles tradiderit quatuor elementa eſſe rerum naturalium principia materialia, aſsignat modum,quo mixta generantur ex illis elementis, innuens duo alia principia ex parte agentis,ſcilicet litem,& amicitiam,& dicit {ſed vel multitudine congregari & in vnum}.i.ſed dicit mixta fieri congregatione ex multitudine in vnum, hoc eſt amicitia,quæ nihil aliud eſt quàm congregatio multorum in vnũ {atque paucitate ſegregatio ex vno} Nam lis eſt ſegregatio per paucitatem ex vno. Ergo innuit mixta fieri amicitia, corrumpi vero lite, Quare vltra quatuor elementa dedit intelligere alia dua principia ex parte agentis,ſimulque expoſuit modum quo ex elementis fit generatio, & corruptio, Quo vero ad ſyllogiſmũ Empedoclis attinet, Maior eſt inſufficiẽs, quoniam principia ſunt, quæ ſemper manent,& non fiunt ex alterutris, & omnia,quæ fiunt,fiunt ex ipſis,quia igitur Empedocles prætermiſit tertiam conditionem in maiore,ideo eſt inſufficiens. Deinde dato ꝙ ipſe ſubintellexerit, Minor erit falſa, Tum quia elementa fiunt ex alterutris, Tum etiam quia non omnia, quæ fiunt, ex elementis fiunt∴ cum elementum fiat ex elemento, non tamen tanquam ex materia, quæ ſubijcitur generationi.

Anaxagora.

Anaxagoras autem Clazomenius, qui ætate quidẽ prior eſt hoc, operibus uero poſterior, infinita principia dixit eſſe. Penè enim ſimilaria omnia, ut aquam uel ignem, ſic generari, corrumpiue congregatione duntaxat, ſegregationeue dicit. Aliter uero neque generari, neque corrumpi, ſed permanere perpetua.

Nunc aſsignat opinionem Anaxagoræ, qui patria fuit Clazomenius, diſciplina vero diſcipulus Anaximenis,& dicit {Anaxagoras autem Clazomenius, qui ætate quidem prior eſt hoc} ſcilicet Empedocle {operibus vero poſterior, infinita principia dixit eſſe} verbum {operibus} græce ἔργοις dicitur, Quod Alexander exponens.i.ſententijs expoſuit, quas habuit de rebus naturalibus. Non quidem ꝙ prorſus opinionem Empedoclis Anaxagoræ ſententiæ præferat, vt prudentiorem,pleniorémque,nam alicubi Ariſtoteles præpoſuit ſententiam Anaxagoræ opinioni Empedoclis,ſed quia putat Anaxagoræ opinionem poſteriorem eſſe,& magis ſuccinctam: quoniam melius eſt finita quàm infinita ponere, ſi quidem per finita tueri eadem Empedocles poteſt, ſicut Anaxagoras per infinita. Ergo aſſerit Anaxagoram eſſe operibus poſteriorem propter elementorum infinitatem cũ ſit dignius finita principia, & pauciora accipere,quod fecit Empedocles. Hæc.n. præfatus ſubiungit {infinita principia dixit eſſe} ſed in progreſſu opinionem Anaxagoræ præponit ſentẽtiæ Empedoclis,nam docebit opinionem Anaxagoræ cõuenire cum ſententia Platonis,qui dicit vnum & infinitum principium. Conuenit fortaſſe quoad infinitatem non autem quoad vnitatẽ,& ſic recte in progreſſu ſententia Anaxagoræ præponitur opinioni Empedoclis.

Tho. expõ.

Expoſitor vero ait Anaxagoram eſſe operibus poſteriorem, quia poſterius philoſophari inceperit, Sed hæc Expoſitio non conuenit ei,quòd ſubiungit {infinita dixit eſſe principia} propterea cum prima Alexãdri expoſitione currendum eſt. Deinde vult Expoſi-

tor, vt Ariſtoteles colligat duo, quorum vnum eſt illud, in quo differunt Anaxagoras, & Empedocles, & eſt, ꝙ Empedocles voluerit ſolum quatuor ſimilaria elementa eſſe rerum principia. At Anaxagoras non ſolum quatuor elemẽta, quorum vnumquodque eſt ſimilare, ſed etiam omnia ſimilaria, vt carnem, os, medullam, & cætera id genus, & hoc exponens applicat verbis Ariſtotelis, cum dicit {penè enim ſimilaria omnia } ſubaudi Anaxagoras ponit principia {vt aquam & ignem} ſubaudi ponit Empedocles. Ergo non tantum quatuor elementa, ſed omnia ſimilaria Anaxagoras ponit rerum naturaliũ principia. Hoc eſt primum, & eſt differentia, Secundum vero eſt conueniẽtia, nam Anaxagoras vult rerum naturaliũ generationem, & corruptionem fieri congregatione ſimilariũ, & ſegregatione ſimilarium, & hoc ſubdit Ariſtoteles {ſic generari, corrumpive congregatione duntaxat, ſegregationeve dicit} Anaxagoras partium ſimilariũ vt Empedocles congregatione, atque ſegregatione quatuor elementorũ ſimilarium {Aliter vero neq; generari, neque corrumpi} ſcilicet mixta dicit {ſed} dicit ſimilaria principia {eſſe perpetua} Sed hæc expoſitio eſt violenta, quoniã proximam partem refert ad mixta, vltimã vero ad ipſa principia, & ſic non recte fieret aduerſatio. Melius ergo exponamus cum Alexandro, & dicamus quod poſtquam Ariſtoteles cõparauit opinionem Anaxagoræ ad illam Empedoclis, vult exponere modum quo generantur corpora ſimilaria videlicet elementa quatuor, & cætera id genus, & dicit {penè enim ſimilaria corpora} ſcilicet {omnia vt aquam, & ignem} & cætera penè omnia id genus {ſic generari, corrumpive congregatione duntaxat ſegregationeve dicit} vt Empedocles dixit fieri mixta & corrumpi congregatione, ſegregationeve. Nam ignis fit ex ſuis ſimilaribus, aqua ex ſuis, & ſic vnumquodque ſimilare ex propriis partibus minimis ſimilaribus. Deinde ſubiungens aduerſatiuam de eiſdem ſimilaribus dicit {Aliter vero} ſimilaria ipſa corpora {neque generari} dicit {neq; corrumpi, ſed permanere perpetua} Ad hunc ergo modum Anaxagoram dixiſſe ait hæc ſimilaria, quæ infinita ſunt, generari, & interire: generari quidem complurium ſimilium concretione, interire diſcretione. Quo vero modo generentur diſsimilaria & corrumpantur, non expoſuit hic, qm̃ in libro de generatione & corruptione expoſuit, dixit enim diſsimilare corpus generari ſimilariũ, quæ ſunt diuerſarum ratione, congregatione, Interire vero eorundem ſegregatione. Animal enim fit aggregatione carnis, oſsis, nerui, & cæterorum talium, quæ differunt ſpecie, ſed vnumquodque ſimilare eſt. Corrumpitur vero eorundem ſegregatione. & dixit {penè omnia ſimilaria} quia non oĩa poſuit eſſe principia. Non enim quatuor elementa, quæ ſimilaria eſſe patet ſenſus argumento, principia eſſe dixit, ſed ſimilaria, quæ ſunt quædam mixturæ.

Refutatio. (margin)

Ex iis igitur ſolam quiſpiam cauſam intelliget, quæ in materiæ ſpecie dicitur.

Cum narraſſet has opiniones de principijs, concludit quod genus principii voluerunt intelligere in ſuis opinionibus philoſophi & aſſerit eos voluiſſe intelligere per principium, genus principii materialis, & dicit {ex ijs igitur} opinionibus .ſ. quæ narratæ ſunt de principijs {Solam quiſpiam intelliget. cauſam, quæ in materiæ ſpecie dicitur} Sed videtur ꝙ Ariſtoteles non recte concludat hoc, quoniam meminit Empedoclis, & Anaxagoræ, qui cauſas quoque efficiẽtes poſuerunt. Dicendum ꝙ idcirco meminerit, vt declararet, quibus cauſis materialibus iſti vſi fuerint præter priores. nam licet iſti vſi fuerint efficientibus, non tamen eis vſi ſunt, niſi verbotenus, non intelligentes proprie rationem cauſæ efficientis. Sic Alexander videtur interpretari.

CAPITVLVM SECVNDVM ANTIquorũ opiniones de principio & cauſa effectiua.

***PROCEDENTIBVS** autem ſic, res ipſa uiam fecit, ipſoſque quærere coegit. Si enim quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo, ut ex uno, uel etiã pluribus eſt, propter quid hoc accidat, etiam qua cauſa. Non enim ſubiectum ipſum facit mutare ſe. Dico autem ueluti neq; lignum, neque æs cauſa eſt, ut utrunque ipſorum mutetur. neque lignum quidem lecticam, æs uero ſtatuam facit. Sed aliud quippiam mutationis eſt proprium. Hoc autem quærere eſt alterum principium quærere, tanquam nos dicamus unde principium motus.*

a.l. addit, Vberis. (margin)

Cum narraſſet opiniones de cauſa materiali, nunc docet vnde poſt cauſam materialem proceſſerint ad inueſtigationem efficientis: & eſt ꝙ ſubiectum aliqua indigeat cauſa, vt mutetur in ea, in quæ tranſit. propterea dicit {procedentibus autem ſic} ſcilicet in inuentionem cauſæ materialis, vt proceſſerunt {res ipſa viam fecit, ipſoſque} ſcilicet ſic procedentes {quærere coegit} ſcilicet vlterius ad inueſtigationem cauſę efficiẽtis: quaſi dicat, ꝙ antiqui ipſi à ſeipſis proceſſerũt ad inuentionem cauſæ materialis, nihil habentes, quo mouerentur ad inuentionem illius. At pro inuẽtione cauſæ efficientis habent, vnde moueantur, nam habent rem ipſam, quæ mouet eos ad inuentionem cauſæ efficientis. Sed quid intelligat per rem ipſam, quæ coegit eos vlterius quærere, non eſt perſpicuum, Expoſitor, per rem ipſam, intelligit ipſam rei euidentem naturam, ſed hoc eſt declarare ignotum per ignotius, nam adhuc ignorare contingit quid eſt rei euidens natura? Alij intellexerunt per rem ipſam, veritatem rei, quam quęrebant. Et iterum eſt hoc exponere ignotum per ignotiſsimum, quoniam ignotiſsimum eſt, quid veritas ſit rei, quam quærimus. Alexander vero videtur intelligere per rem ipſam, proloquium diuulgatum videlicet, ꝙ ſubiectum aliqua indigeat cauſa, vt mutetur in ea, in quæ tranſit. Hoc enim proloquium facit, vt veniamus ad cauſam efficientem, & propterea ait {procedentibus autem ſic} vt proceſſerunt in cognitionem cauſæ materialis, ad quam proceſſerunt a ſe, & non compulſi ab aliquo proloquio {res ipſa} ideſt proloquium, ipſum per ſe verum {viam fecit} inueſtigationis {ipſoſque quærere coegit} ex hoc enim ꝙ ſubiectum aliqua indigeat cauſa, vt mutetur in ea, in quæ tranſit. Coegit quærere, quæ cauſa ſit, ex qua mutatur, & cum non poſsit eſſe ipſummet ſubiectum, erit igitur cauſa externa, quæ efficiens vocatur. Hæc videtur Alexandri expoſitio. Ego vero aliter exponerẽ, & intelligerem vno modo per rem ipſam, materiam ipſam, alio modo ipſummet efficiens, vbi intelligimus per rem ipſam, materiam: Senſus erit {procedentibus autem ſic} ſcilicet vſque in materiam, & peruenientibus ad ipſam materiam {res ipſa} ideſt materia ipſa, ad quam

Propriũ [illegible] cauſa. (margin)

Propria expoſitio. (margin)

quam peruenerunt, quæ eſt, vt non mutetur a ſe,ſed aliunde {viam fecit} ideſt præparauit in cauſam efficientem {ipſoſque quærere coegit} ſcilicet cauſam agentem. Materia enim ipſa præparauit viam inquãtum ſcimus materiam non a ſe mutari,ſed aliunde,ꝑuenientes igitur in materiam, quæ non ſe ipſam mutat, ſed aliunde mutatur,hæc materia quæ talis eſt, vt aliunde mutetur, parauit viam in cognitionem eius,è quo mutatur,quod eſt effectrix cauſa.Si vero per rem ipſam intelligimus cauſam efficientem, erit ſenſus{ꝓcedentibus autem ſic} ſcilicet vſque ad inuentionem materiæ {res ipſa} ideſt effectrix ipſa cauſa, quę eſt vt mutet materiam {viam fecit} ideſt parauit{ipſoſque coegit quærere} & inueſtigare,vt perueniamus in cauſæ efficientis cognitionem.Natura enim efficiẽtis,quę eſt,vt mutet materiam,ducit nos in cognitionem generis efficientis cauſæ.Eſt autem magis conſonum mihi vt per rem ipſam intelligamus naturam materiæ,qm̃, vt in auſcultatorijs dicitur, tranſmutatio materiæ ducit in notitiam agentis: Cuius expoſitionis certitudinem demonſtrant verba,quæ ſubdit{Si enim quia maxime omnis corruptio,& generatio ex aliquo}ſcilicet ſubiecto {vt ex vno vel etiam} vt ex{pluribus, eſt} cogit ſubaudi nos quærere {propter quid hoc accidat} ideſt propter quid tanquam propter materiam accidat, cogit enim ſcire materiam quæ eſt id,propter qđ accidit,Etiam coget quęrere{qua cauſa}ſcilicet externa accidat. Si enim generatio cogit nos ſcire materiã, etiam generatio, & materia cogit nos ſcire,qua cauſa generationem ſuſcipiat, tanquã efficiẽte ordine quodam,Nam generatio cogit nos inueſtigare materiam, ipſa vero naturæ materiæ cogit inueſtigare efficientẽ cauſam{Non enim ſubiectum ipſum facit mutare ſe} igitur cum hæc ſit eius natura,cogit nos quærere agẽtem,Quòd autem natura materiæ ſit, vt non a ſe mutetur,exponit exemplis,& dicit{dico autem veluti neque lignum} quod eſt materia, & ſubiectum lecticæ {neque}æs,quod eſt materia & ſubiectũ ſtatuæ {cauſa eſt vt vtrunque ipſorum mutetur} Cuius rationem affert,& dicit{neque lignum quidem lecticam,æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quippiam mutationis eſt proprium} ideſt propria cauſa ſcilicet aut ſtatuæ, aut lecticæ.Tunc ſyllogizemus ſic, Proprium principium mutationis quærere eſt alterum principium quærere. Natura materiæ facit nos quærere proprium principium mutationis,igitur natura materiæ facit nos quęrere alterum mutationis principium. De ſyllogiſmo primo deducit minorem ſcilicet quòd natura materiæ faciat nos quærere alterum mutationis principiũ. Deinde ſubdit maiorem, & dicit {hoc autem} ideſt principium proprium {quærere, eſt alterum principium quærere}Hæc fuit maior,quam exponit,& dicit {tanquam nos dicamus} alterum principium, ideſt {vnde principium motus} Eſt igitur ſyllogiſmus:Proprium principium mutationis quærere,eſt alterũ principium quærere,ſed per declarata natura materiæ facit nos quærere proprium mutationis principium,igitur natura materiæ facit nos quærere alterum mutationis principium, quod dicere poſſumus principium, vnde motus.igitur res ipſa.i.natura materiæ cogit nos quærere alterum principium mutationis,ꝗ materiã.

Qui igitur huiuſmodi doctrinam prorſus à principio tetigere, unumque ſubiectum eſſe dixere, nullam ſibimet difficultatem reliquerunt.

Cum dixiſſet quomodo ex ipſa materia philoſophi compulſi ſunt venire ad cauſam efficientem,nũc vult narrare,qui venerunt ex natura ipſius materiæ ad cauſam efficientem,& qui non,& primo redit ad eos,qui ſola cauſa, & principio materiali vſi ſunt, & exponit quomodo eos neglexerunt omnino effectricem cauſam, & dicit {Qui igitur huiuſmodi doctrinam}quæ ſcilicet eſt de materia {tetigere a principio prorſus, vnumque ſubiectum eſſe dixere} vt Thales, & Anaximenes {nullam ſibimet difficultatem fecerunt}ſcilicet,qua ducantur in effectricẽ cauſam,& dixit {prorſus à principio} vt Thaletem, & Anaximenem deſignaret,Nam hi ſoli materiali principio vſi ſunt,nullã difficultatem habentes inter ſe, qua cogerentur fateri agentem cauſam. Nã Empedocles, & Anaxagoras, de quibus mentionem fecit, aliquid de principio efficiente attigiſſe videntur, vt ipſe in proceſſu docebit, & dixit {nullam difficultatẽ ſibimet fecerunt} quia.ſ. compellerentur fateri agentem cauſam, qm̃ ſuorum dictorum abſurditatem ignorauerunt, neque præter cauſam materialem aliud principium inueſtigabant, velut ipſa non ſatis eſſet. Putabant enim oĩa euenire neceſsitate materiæ, & non propter cauſam agentem, quæ mutaret ſubiectum,& materiam.Iſti.n.volunt ꝙ proprium principium mutationis quærere non ſit alterum à materia principium quærere,qm̃ ſola materia ſuiipſius naturæ neceſsitate ſit principium mutationis.Patet igitur quõ ſyllogiſmus aſsignatus Thaleti, & Anaximeni nullam difficultatem fecit, qua cogerentur fateri agentẽ cauſam.

Sed quidam eorum, qui unum † dicũt quaſi a quæſtione hac ſuperati, unum ipſum immobile eſſe dicunt, totamque naturã, non ſolum generatione, corruptioneue (hoc enim uetuſtum quoque eſt,cui omnes conſentiunt) ſed alia quoque mutatione omni: atque hoc ipſorum proprium eſt. † *Conſtituerunt.* *Corruptio.* Φορά. *Motus localis.*

Nunc oſtendit alios philoſophos, quibus non contingit intelligere cauſam efficientẽ, aſſerens hos eſſe, qui dicunt omnia eſſe vnũ & immobile: nam cũ motum ſubtrahant fruſtra quærunt cauſam motus. Hi ſunt qui ſuperantur ab inducto ſyllogiſmo, ſed fugiũt eum dicentes nullum eſſe omnino motũ. Nam ſi eſſet,omnino cogerentur fateri cauſam agentem:& dicit {Sed quidam eorũ,qui vnum dicunt quaſi a quæſtione hac} ſcilicet a ſyllogiſmo præexpoſito {ſuperati,vnũ ipſum immobile eſſe dicunt} & ſic ſubtrahũt motũ, itaque victi ſyllogiſmo præinducto fugiunt in ſubtractionẽ motus, & cũ dixit {quidam eorum,deſignauit Xenophanẽ, Parmenidẽ,& Meliſſum. Iſti.n. vniuerſum vnũ ſtatuebant quos ideo ait victos fuiſſe hac quæſtione,quia ignorantes illius ſyllogiſmi ſolutionẽ tollebant a rebus motum. qm̃ conceſſo motu, non poterant ipſi aſſerere ens vnum eſſe, & cũ dixiſſet {vnum ipſum immobile eſſe dicunt addit {totamque naturam} quia ipſis tota natura vnum eſſe videbatur, & immobilis. Cum enim quiſpiam dicere poſſit abſurdum eſſe,vt tota natura ſit immobilis, ideo adiicit totam naturam eſſe immobilem,& non ſolum ipſum Ens. ne videlicet ad eam confugiat quiſpiam aſſerens eſſe mobilem. & quia rurſus poſſes dicere,totam naturam eſſe immobilẽ vacantia generationis & corruptionis, non tamen vacantia motus, atque cuiuſlibet mutationis, ideo ſubdit,dico totam naturam eſſe immobilem {non ſolum generatione corruptioneve}

ideſt nõ ſolum vacantia generationis, corruptioniſve {hoc enim vetuſtum quoque eſt, cui omnes conſentiunt} Omnes enim aſſerunt totam naturam eſſe ingenitam & incorruptibilem {Sed} vniuerſam naturam dicunt immobilem eſſe {alia quoq; mutationi omni} Quare dicunt ens eſſe vnum & immobile & naturam etiam vacantia omnis mutationis. Generatio.n.& corruptio, & aliæ mutationes & ſi non ſunt motus, fiunt tñ dum aliqua mouentur: Et ne putes hanc opinionẽ eſſe communem veterum Philoſophorũ, ſubdit {atq; hoc ipſorum propriũ eſt} ideſt & hæc opinio eſt propria ipſis, ſcilicet Xenophani, Parmenidi, & Meliſſo, & non aliorum opinio. Aut fortaſſe hec vltima verba ſunt epilogus, quaſi dicat, hæc igitur eſt ipſorum propria opinio. & dixit, propria opinio, qm̃ in hac opinione ab alijs differebant primis naturalibus, qui ſaltem motũ rarefactionis & condenſationis in entibus concedebant, & ita ex vno principio materiali plura generabant, licet gñationem, & corruptionem nõ ponerẽt eſſe ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt dictum eſt.

Forſitan. ει ἄρα.

Nulli igitur eorum, qui unum uniuerſum ipſum ponunt, huiuſmodi cauſam intelligere conuenit, niſi forſitan Parmenidi, & huic intantum, inquantum non ſolum unam, ſed etiã duas quodammodo cauſas eſſe ponit.

Cum declaraſſet nulli eorum, qui ponunt ipſum vniuerſum eſſe vnum tantum, poſſe intelligere cauſam effectricem motus, nunc excludit Parmenidem, & dicit {nulli igitur eorum, qui vnũ vniuerſum ipſum ponunt, huiuſmodi cauſam}.ſ.agentem, quæ eſt principium vnde motus {intelligere conuenit, niſi forſitan Parmenidi} & exponit quõ, & dicit {& huic} ſcilicet Parmenidi conuenit ponere cauſam, quę eſt principiũ agens {intantum, inquantum non ſolum vnam, ſed etiam duas quodammodo cauſas ponit} De Parmenide & eius opinione meminit Theophraſtus in primo libro de rebus naturalibus ad hunc modum. Parmenides autẽ Eleata, qui huic ſcilicet Xenophani ſucceſsit, vtraque via ingreſſus eſt, Statuit enim vniuerſum eſſe ſempiternum & generationem rerum tueri conatur, non ꝙ ſimilẽ de vtroque ſententiam habeat, ſed re vera vnum eſſe ratus, idemque ingenitum, & globoſum ad tuendam generationem, ex opinione vulgi rerum apparentium duo principia facit ignem, & terram, alterum vt materiã, alterũ vt cauſam & efficiens, Quãobrem Ariſt. dixit {niſi Parmenidi idq; quatenus duas cauſas ſtatuebat} non qua ens vnum dicebat eſſe, ſed qua plura ſaltem ſm apparentiam. Parmenides enim etſi ponit vnum ſecundum rationem, ponit tamen plura ſm ſenſum, quare inquantum plura ponebat, decebat eum ponere plures cauſas, quarum vna eſſet mouens, altera materia & mota: quia ſicut multitudinem ſm ſenſum ponebat, ita oportebat ponere motum ſecundum ſenſum, nam ex vno ſubiecto non põt intelligi multitudo conſtituta, niſi per aliquem modũ motus.

Hi autẽ magis dicere poſſunt, qui plura faciunt. ut calidum & frigidum, aut ignem et terram. nã igne ut motiuam habẽte naturam, aqua uero, & terra, & talibus ẽ contrario, utũtur.

Hic tertio oſtendit eos, qui conceſſerunt ſyllogiſmũ dictum, concludentem ꝙ natura materiæ faciat quærere alterum mutationis principium, quod dici poteſt principium vnde motus, & eos eſſe affirmat, qui plura faciunt.ſ.entia & plura principia, nam facientes plura entia & plura principia pñt alterũ exiſtimare vt agens, alterũ vt ſubiectũ, & mãm, & dicit {hi aũt magis dicere poſſunt, qui plura faciunt} ideſt qui præter cauſam materialẽ, efficientem quoq; aſſerunt: vt Anaxagoras, & Empedocles, qui manifeſto præter cauſam materialẽ ponunt efficientem: Empedocles quidem amicitiam & diſcordiã, Anaxagoras vero mentẽ impermiſtam. Sic igitur vna expõ eſt, vt intelligat eos, qui manifeſte poſuerunt plura principia, nã ſi manifeſto poſuerunt plura principia, dicere poterunt alterũ eſſe vt materiã, alterum, vt agens, Cum.n. Empedocles poſuerit principia rerum quatuor elementa, & amicitiam & diſcordiam, potuit dicere quatuor elementa eſſe in gñe materiæ, amicitiam & diſcordiam in genere agẽtis cauſæ. Similiter cũ Anaxagoras poſuerit infinitas partes ſimilares principium, & mentem etiam principium, potuit dicere ſimilares partes eſſe materiam, mentem vero cãm mouentẽ. Vel aliter intelligi põt, vt non loquatur de ijs, quibus manifeſto plura principia eſſe placet, ſed de ijs, quibus nõ manifeſte plura principia eſſe placet, ſed per quandam deductionem ex ijs quæ dicunt. nam licet iſti non manifeſto plura principia ponant, ſed obſcure, tamen plura ponunt, & ſic poſſunt alterũ vt agens, alterũ vt materiã ponere, & dicit {hi autẽ magis dicere poſſunt} alterũ vt materiam, alterũ vt agens {qui plura ponunt}.ſ.principia, licet latenter plura principia fateantur {veluti} qui {calidum & frigidũ, aut ignem & terram} principia ponunt {nam} licet nõ explicet quid eorum, quæ ponunt, ſi materia, quidue agens, tñ {igne vt motiuam habente naturam, aqua vero & terra, & talibus vtuntur ẽ contrario} videlicet habentibus naturam materiæ & moti. Et ſic licet non manifeſto alterum, vt agens, alterũ vt materiã ponant, tñ poſſunt altero vt agente, altero vt materia vti quatenus plura principia ponunt aliquo modo. Dixit autẽ {& talibus} aerem ſignificans, aut mixta ex humore.

Poſt hos autem, taliaque principia, ut non ſufficientia ad generandum entium naturam, rurſus ab ipſa ueritate compulſi, ut diximus, ſequens principium quæſiuere. Nam ut entia alia bene, recteque ſeſe habeant, alia fiant, nec ignem fortaſſe, nec terram, nec aliud quicquam talium ueriſimile eſt eſſe cauſam: aut illos ueriſimile eſt id ipſum arbitrari, nec caſui ipſi, fortunæue tantam rem † cõmittere bene ſe habet. † attribuere

Tho. expõ.

Quid velit Ariſt. facere in preſenti textu, nõ eſt mihi exploratũ, nam Expoſitor, cui multum eſſe tribuendũ arbitror, velle videtur, ꝙ Ariſtoteles poſuerit opiõnes, quæ fuerunt de cauſa effectiua, quo effectrix cauſa eſt principiũ motus, nunc vero uelit ponere opiniones de cauſa, quæ eſt principium boni, vel mali in rebus ipſis. Poſt in proſequenda ſua expõne, exponens quid ipſe velit per cauſam boni, vel mali videtur velle, ꝙ nunc Ariſt. velit ponere opiniones de cauſa boni, vel mali, quæ eſt cauſa finalis. Et ſic iuxta hæc quæ dicit in proſecutione expõnis, ponit nunc Ariſt. opiniones de cauſa finali, nã cauſa finalis eſt, q̃ boni, vel mali cauſa eſt. Priꝰ autẽ poſuit opiniones de cauſa effectiua, q̃ eſt effectrix cauſa, quo eſt motus principiũ. At cauſa finalis eſt cauſa boni, vel mali in rebus, quo eſt cauſa ordinis partiũ, & diſpoſitionum partiũ, & figurarũ. Alexã. vero vult ꝙ cum Ariſt. aſsignaſſet opiniones, q̃ ſunt de cauſis effectiuis materialibus, atq; corporeis, nũc velit aſsignare opiõnes de cauſa effectiua, q̃ eſt cã boni, & ordinis. Nã effectrix cauſa, q̃ eſt materialis, & corporea nõ ſatis

Alexand.

eſt ad

eſt ad rerum naturam generandam. Quare oportet inquirere cauſam effectricem, quæ ſit cauſa ordinis partium, & figurarũ, & diſpoſitionum, quibus res veniãt in ſuos fines, gratia quorum ordo, & diſpoſitio, & numerus, & figura partium eſt eiuſmodi, per quæ videtur innuere eſſe duplicem cauſam effectiuam particularem, quæ materialis, atq; corporea eſt, & primã vniuerſalemq;, in qua eſt prouidentia, q̃ diſponit res in ſuos fines, ergo cũ dixiſſet opiniones de efficiente primo modo, nunc vult, vt ponat opiniones, quæ ſunt de efficiente ſecundo modo. Ego vero puto Ariſtotelẽ velle nunc narrare opiniones de cauſa finali, quæ eſt cauſa boni, vel mali, vt Expoſitor inquit, nõ tñ opiniones, quas explicat, applicat ad certũ genus cauſæ, ſed indiſtincte vult eas eſſe de cauſa, quæ eſt cauſa boni, vel mali non diſtinguens de cauſa finali, vel effectrice ſpeciatim. Ideo dicit { Poſt hos aũt }.i. poſt vetuſtiſſimos { taliaq; principia }.i. & poſt talia principia materialia { vt non ſufficientia ad generandum entiũ naturam }.ſ. quo ad oĩa .ſ. quo ad partium ſubſtantias, diſpoſitiones, numerũ, poſituram, ordinem, & figurã { rurſus ab ipſa veritate compulſi, vt diximus, ſequẽs principium quæſiuere }.i. finalem cauſam, quæ eſt ſecundũ executionem vltima, in intẽtione vero prima. Licet non ſub rõne qua eſt finalis cauſa, vel effectrix cauſa: ſed ſub rõne qua eſt cauſa boni vel mali: quod conſiſtit in ordine, & diſpoſitione, & numero, & figura partiũ. Res.n.naturales ordinem ſeruant, & conſecutione quadã gignuntur. Illorum vero nullũ eſſe poteſt ordinis cauſa, quare oportet narrare opiniones, q̃ ſunt de principio, quod eſt cauſa ordinis. Dixit autem { ſequens principium } nam finalis cauſa ſequitur agẽtem cauſam, licet prima in intentione ſit, dixit { ab ipſa veritate compulſi } intelligens per ipſam veritatem totum illud, quod eſt in vnaquaque re naturali.ſ.de ordine, de figura, de diſpoſitione, de numero, de magnitudine, de ſitu partium. Nã ipſa veritate, quæ eſt in re quo ad omnia hęc compulſi, qm̃ non poſſunt hęc eſſe ab aliqua cauſa materiali corporea, ſed ſolum ab ea, in qua prouidentia eſt. compulſi itaque hac veritate { quæſiuere ſequens principiũ }.i.cauſam finalem, quæſierunt hanc cauſam profecto, quia præmiſſa principia non ſufficiebant ad generandũ naturam rerũ, in qua inuenitur diſpoſitio, & ordo, quibus bene ſe habet. Et reddit rationẽ, & dicit { Nam vt entium alia bene recteque ſe habeant }.ſ. quo ad factum eſſe { alia bene }.ſ.recteq; fiant } quo ad fieri { nec ignem fortaſſe, nec terrã nec aliud quicquã talium }.ſ.aquam vel aerem { veriſimile eſt eſſe cauſam, aut veriſimile eſt illos }.ſ.philoſophos, qui talia materialia principia poſuerunt { id ipſum }.ſ.ꝙ ſint cauſa { exiſtimaſſe } Nã hæc corpora, cum agant ẜm naturã propriarum formarum, q̃ ſolum ad vnũ eſt determinata, non poſſunt cauſa eſſe tantæ varietatis videlicet in ordine, & diſpoſitione, & figura, & ſitu, & numero, & magnitudine partiũ. Ignis.n.calefacit, & tendit ſurſum. Aqua vero refrigerat, & tendit deorſum. Prædictæ autẽ vtilitates, & bonę diſpoſitiones rerũ in ordine, & reliquis poſcũt cauſam non determinatam ad vnum: quæ eſt alterius rationis ab his corporeis cauſis. Fortaſſe dicet quiſpiam hæc principia materialia, & corporea eſſe cauſas rerum quo ad eſſe & fieri ſimpliciter, quo tamen ad alia, quæ faciunt, vt res ſint bonæ, vel malæ, cauſa eſt caſus, vel fortuna. Contra obijcit, & dicit { nec caſui ipſi, fortunæve tantam rem } quæ eſt affecta diſpoſitione boni, vel mali { committere bene ſe habet } Nam quæ caſui fortunæve committuntur, raro eueniunt. at hæc boni vel mali diſpoſitio ſemper vel plerunque euenit. Igitur non eſt a caſu, vel fortuna. Quare oportet inueſtigare aliud principium prǽter ea, quę dicta ſunt.

Propria expõ.

Itaque quidam cum mentem mũdi cauſam, ac uniuerſi ordinis eſſe, perindeque naturæ, ac animalibus ineſſe dixerit, inter priores illos uana dicentes, quaſi ſobrius habitus eſt.

Deſcendit nunc ſpeciatim ad opiniones, quæ ſunt de principio exiſtente ſupra materialia, & corporea principia, & primo affert opinionem, deinde ſpecificat authores, dicit ergo primo { Itaque quidam cum dixerit mentẽ eſſe cauſam mundi } ac etiam eſſe { cauſam vniuerſi ordinis, perindeque ineſſe } cauſam { naturæ ac aĩalibus } Dixit.n. intellectum eſſe in tota natura ſicut eſt in aĩalibus. Nã ſicut in aĩalibus eſt cauſa aĩalis, & totius ordinis quę in partibus animalis eſt, ſic eſt cauſa vniuerſi ordinis, atq; naturæ: quæ oĩum rerũ naturaliũ eſt. Sic igitur iſte cum dixerit mentẽ eſſe cauſam mundi, ac vniuerſi ordinis, qui eſt in rebus mũdi, mentẽ illam ita aſſerit ineſſe naturæ totius vniuerſi, ſicuti ineſt aĩalibus ipſis ſuus proprius intellectus. Quare opinio hæc ponit mentem eſſe animam mundi, atque vniuerſæ naturæ, ſicut intellectus eſt aĩa aĩalium.ſ. quæ ſunt aĩalia intellectiua. Et ita ſicut intellectus in aĩalibus cauſa eſt ipſius animalis, & ordinis, ac diſpoſitionis partium, ſic mens ipſa erit cauſa mundi, & vniuerſi ordinis, ac totius naturæ. Hic qui mentẽ ſic cauſam ponit mũdi, ac vniuerſi ordinis, totiuſque naturæ { inter priores illos }.ſ. philoſophos { vana dicentes } & non vera principia attingentes { ſobrius habitus eſt } quaſi ſolus rationem fuerit ſecutus. Cæteri.n.placita ſua temere tradiderunt, cum huiuſmodi cauſam præterirent. Sed addidit { ac animalibus } quoniam in animalibus mente præditis mens eſt principium & cauſa eorum, quæ ab ipſis recte fiunt.

Anaxagorã itaq; manifeſte rationes ſermones hos tetigiſſe ſcimus, ſed Hermotimus Clazomenius prius dicitur prius cauſam dixiſſe dicẽdi cauſam habuit.

Nunc ſpecificat authores, & dicit { Anaxagoram itaq; manifeſte ſermones hos } qui ſunt de mente, ꝙ ſit mundi anima, & prima rerũ cauſa { tetigiſſe ſcimus } Quare Anaxagoras primus in hanc cauſam manifeſto veniſſe videtur. Deinde ſpecificat alium philoſophũ, qui prius in hanc cauſam venit, licet nõ ſit palam ſicut Anaxagoras, & dicit { ſed Hermotimus Clazomenius prius } ſcilicet quam Anaxagoras { dicendi cauſam habuit } habuit.n. Hermotimus cauſam cur ſic de huiuſmodi cauſa ſit dicendũ, prius q̃ illã habuerit Anaxa. Qđ ſi Hermotimus prius q̃ Anaxagoras habuerit cauſam dicendi, etiam eiuſmodi cauſæ prius mentionem feciſſe videtur: quod Alexan. teſtatur. Non tamen ita palam ſicut Anaxagoras.

Hi igitur, qui ſic opinantur, cauſam bene ſe habendi entia, ſimul principium eſſe poſuerunt, atque talem cauſam, quæ principium eſſe motus.

Ex iis, quæ dixit cõcludit, vt Alexãder autumat, idẽ eſſe cauſam apud hoſce bene ſe habendi, & principiũ, vnde motus. Qm̃ cauſam recte mouendi, & efficiendi, non aũt cauſam efficiendi tm̃, & mouendi principium

eſſe ponebant. Sed voluerunt idem eſſe principium, quod mouet, ac efficit, & quod bene, recteque mouet, & efficit. Talem dixerunt eſſe mentem: quæ eadem mouendi, efficiendique principium eſt, & bene, recteq; mouendi, dicit {Igitur hi, qui ſic opinantur, cauſam bene ſe habendi entia, ſimul principium eſſe poſuerunt, atq; talem cauſam, q̃ principium eſt, vnde motus.} Igitur ſecundum opinionem iſtorum eadem eſt cã eſſendi, & bene recteq; eſſendi, eadẽ cauſa mouendi, & bene recteq; mouendi, eadem eſt cauſa efficiendi & bene recteq; efficiendi: & hæc eſt mẽs. Per quæ colligi poteſt, præter cauſam, quam materialẽm ponunt, non eſſe danda agentia particularia, & mouẽtia ſpecifica, qm̃ omne, quod fit, ſecundum horum opinionẽ a ſola mente proficiſcitur. Et ſic negant agentia particularia. Qm̃ volunt eandem cauſam eſſe mouendi, & bñ mouendi: efficiendi, & bene recteq; efficiẽdi.

Amor ἔρως ἔρος. Cupido. ἐπιθυμία. Cupiditas. Deſideriũ. In rebus. οὐσιν.

Primum autem Heſiodum id ipſum quæſiuiſſe quiſpiam ſuſpicabitur, & ſiquis alius eſt, qui amorem, aut Cupidinem in rebus uti principium poſuit. quemadmodum quoque Parmenides eſt. Et.n. hic generationem extruens uniuerſi primũ quidem ait amorem Deorum prouidiſſe cunctis.

Cum expoſuiſſet eos, qui mentem poſuerunt eſſe principium bene ſe habendi, nunc exponit eos, qui principium bene ſe habendi poſuerunt eſſe amorem, aut deſideriũ pulchri, quod idem eſt: Nam amor eſt deſiderium fruendi pulchro, vel generandi pulchrũ ex pulchro, vel producẽdi pulchrũ ex quocunq; põt. Quam expoſitionẽ ſequit̃ Expoſitor, cum ait Ariſto. hic afferre opinionẽ eorum, qui poſuerunt amorẽ eſſe primum principium. ſ. bene ſe habendi. Melius autem ẜm Alexan. exponerem, ꝙ cum Ariſtoteles demonſtraſſet Anaxagoram tetigiſſe principium bene ſe habendi, & ante eum Hermotimũ Clazomenium, nũc oſtendit ante hos, alios fuiſſe, qui principium bene ſe habendi tetigerunt, & ſunt qui poſuerunt amorem eſſe principium bene ſe habendi. Hi.n. ſũt qui ante Anaxagoram, & Hermotimum tetigerũt principium bene ſe habendi, & dicit {Primum aũt}. ſ. ante Anaxagorã, & Hermotimũ {Heſiodũ id ipſum}. ſ. principiũ bene ſe habẽdi {q̃ſiuiſſe ſuſpicabit̃} nec ſolũ Heſiodus ante hos principiũ bene ſe habẽdi q̃ſiuit, ſed etiã {ſiquis alius eſt, qui amorẽ, aut cupidinẽ in rebus vti principium poſuit} omnis talis tetigit principium bene ſe habẽdi ante Anaxa. & Hermotimum. Dixit aũt {ſuſpicabitur} qm̃ qui dicunt amorẽ eſſe principium in rebus, vel rerum, non in aperto dicunt amorẽ eſſe principium rerum bene ſe habendi. Nam amor eſt principiũ pulchri. ſ. generandi ex pulchro, aut ex quocunq; põt, non tñ eſt per ſe notum omnibus pulchrũ eſſe id, quod bene ſe habet. Et ꝑpterea nõ eſt in aperto, vt amor ſit principium bene ſe habendi. Quo vero ad verba attinet apud græcos reperit̃ ἔρωσ per o mega, & ἔροσ per o micron, per o mega ſignificat amorẽ cupidineum, qui cupido eſt, & hũc voluerũt eſſe principium bene ſe habendi, qm̃ hic amor eſt deſiderium generãdi pulchrũ ex pulchro, vel pulchrũ ex quocũq; põt: & ꝙ de eiuſmodi amore loquatur, apparet, quia ſubdit, vel ἐπιθυμίαν .i. cupidinẽ, vel cupiditatem, vel deſideriũ. Per o micron vero ſignificat amorem, q̃ eſt in bonã partẽ: qui eſt deſiderium fruendæ pulchritudinis. ſ. ꝑ viſum tm̃: vel per intellectionem, q̃li amore deſideramus videre omne pulchrũ vt cœlũ, & cætera id genus. De hoc nõ intelligit Ariſto. qm̃ hic amor nõ eſt deſideriũ generãdi pulchrũ ex pulchro, vel ex quocũq; põt, ſed fruẽdi. Et cum dixiſſet {& ſiquis alius eſt} Exponit quis fuerit hic alius, q̃ voluit amorẽ eſſe principium bene ſe habendi, & ponit carmẽ, & dicit {quẽadmodũ quoq; Parmenides eſt. Et.n. hic generationẽ extruens vniuerſi} mundi. ſ. totius {primũ quidem ait amorem Deorũ ꝓuidiſſe cunctis} ꝑ quę dedit intelligere amorẽ eſſe principium oĩum rerũ, vt bñ recteq; ſe habeant. Non ergo ab rõne ſupicabitur quis Parmenidem ante Anaxagorã, & Hermotinũ tetigiſſe principium bene ſe habendi. Sed occurres, quoniã Parmenides poſuit oĩa eſſe vnũ ens, & immobile, cui videtur repugnans dicere amorẽ eſſe principium rerũ quo res bene ſe habent, ac pulchræ ſunt. Qm̃ res non poterñt eſſe vnum ens, & immobile, cum res ſint plures multis, ac variis pulchritudinibus affectæ. Expoſitor recte tollit inconſtãtiam Parmenidis. Nam Parmenides aſſerit oĩa eſſe vnum eſſentia, & ſubſtãtia, & ẜm rem immobile. Apparenti vero ſenſu, plura, & mobilia. Et cũ dixerit Parmenides amorẽ Deorũ eſſe principiũ bene ſe habendi in rebus, & vnus tantum ſit Deus, ipſe per Deos corpora cœleſtia, vel ſubſtantias ſeparatas, q̃ cœleſtia corpora mouent intellexit. Sed vtrum ꝑ amorẽ intellexerit ſubſtãtias ipſas cœleſtes, q̃ amãt principaliter ſe, & ſecũdario hæc, q̃ ſub luna fiũt, & bñ recteq; ac pulchre fiũt. An intelligat ꝑ amorẽ ideã, q̃ eſt vnus Deorũ aliꝰ ab illis ſeparatis ſubſtãtiis, poſtea differẽdũ.

Heſiodus uero omnium primum quidem chaos genitum fuiſſe, ſed deinceps terram latam, & amorem qui omnia immortalia condecorat. Propterea ꝙ oportet in rebus cauſam eam eſſe, quæ res ipſas moueat, & congreget, ſed hos quo nã modo oporteat diſtribuere circa id, quod eſt quis primus ſit, liceat poſterius iudicare.

Nunc narrat opinionẽ Heſiodi, vt innuat eos, qui poſuerunt amorẽ eſſe rerũ principium, poſuiſſe etiam amorem eſſe principium bene ſe habẽdi, & hoc, vt indicet fuiſſe quoſdam, qui ante Anaxagoram, & Harmodium poſuerunt eſſe principium bene ſe habendi, & dicit {Heſiodus vero}. ſ. poſuit rerũ omnium, quæ generant̃ & corrũpuntur, tria principia {primũ quidẽ chaos}. ſ. materiale principiũ {genitũ fuiſſe, ſed deinceps} ẜm principium {terram latã} ex illo. ſ. chao factam, latam vero, vt eſſet receptaculũ capax oĩum eorum q̃ generant̃. Eſt aũt terra quatenus locus, principium, vt in auſcultatorio lib. quarto tradit̃. Quare terram latam accepit pro ſecundo principio {& amorẽ, qui omnia immortalia condecorat}. ſ. poſuit tertium principium. Amor vero dicitur condecorare immortalia, inquantum immortalia propter amorem, quem habent erga mortalia, beneficia mortalibus cõferũt. Nam beneficiũ conferre alicui eſt effectus amoris. Cũ igit̃ immortalia nõ conferrent beneficium mortalibus niſi ꝑꝑ amorẽ, quẽ immortalia erga mortalia habent, fit vt amor condecoret immortalia ponendo ea ineſſe pulchro, & nobili, ſi ergo mortalia in ſui ſubſtãtia bonam diſpoſitionem obtinent ab ipſis Diis immortalibus, oportet doctrinam hanc benefaciendi amori attribuere. Deinde reddit cauſam, quare amor condecoret ipſa immortalia, & dicit {Propterea ꝙ oportet in rebus}. ſ. mundi {cãm eam eſſe, q̃ res ipſas moueat, & congreget} ex illo chaos. ſ. generando, modo mouere, & cõgregare efficit amor. Ergo amor cõdecorat immorta-

immortalia. Sed quid ſit amor apud iſtos, vtrum ſubſtantiæ ipſæ cœleſtes, quæ amant ijs mortalibus bene facere, an ſit id ea alia ab his ſubſtantijs ſeparatis, quæ condecoret has ſubſtantias faciendo, vt bene agant mortalibus, vt Heſiodus videtur velle, non eſt exploratum. Nec Ariſtoteles explicauit. Fortaſſe per amorem Deum intellexerunt, Nam Deus eſt, qui decorat ſubſtantias ſeparatas, q̃ ſunt cœlorum formæ, faciendo illas beneficia cōferre mortalibus: & dixerūt amorē cōdecorare immortalia, inquantū immortalia mouent beneficia cōferendo mortalib⁹, vt amantes Deū, cui cōplacere enituntur. Ergo amor, quo ſubſtātiæ ſeparatæ amant Deum, facit, vt ſubſtātiæ ſeparatæ beneficia conferant, & hoc facere appellant decorare. Hęc interpretatio noſtra licet nō fuerit ad mentē eorum, tñ eſt vera & Peripatetica. Nam Alexander aſſerit hos voluiſſe bonorum cauſam, qui eſt amor, eſſe in principijs. Anaxagoras autem bonum cauſam facit efficientem, ſiquidem omne agens appetitum ſequens, facit omne, quod facit. Q̃m interpretari quid illi voluerint, eſt vaticinari. Sed vnum pro explorato accipiendū eſt, fuiſſe aliquos ante Anaxagorā, & Hermotimum, qui voluerunt eſſe aliquod principium benefaciendi rebus, vtputa illi, qui amorem rerum principium factitant, vt Parmenides, & Heſiodus. Deinde mouet quandam dubitationem, quam poſtea diſſoluere pollicetur, & dicit {ſed hos}. ſ. authores {quo nam modo oporteat diſtribuere circa id}. ſ. quæſitū {quod eſt quis primus ſit}. i. potior in ſententia vtrū ille, qui amorem eſſe primum principium, an ille, qui dixit mentem {liceat poſterius iudicare} Melius autem cum Alexandro dicamus, Nam cum omnes prænarrati conceſſerint cauſam efficientem, quæ eſt cauſa bene ſe habēdi res, tam qui mentē, quam qui amorem dicunt, quærit quis primus author fuerit huius cauſæ, Anaxagoras ne, vt videtur, an Hermotimus, & ante hunc Heſiodus, & Parmenides, poſt modum licebit iudicare, & dicit {ſed hos} qui tetigerunt cauſam efficientem bene ſe habendi {quo nam modo oporteat diſtribuere circa id}. ſ. quæſitum de cauſa benefaciendi, vt puta quis primus author fuerit huius cauſæ {liceat poſterius iudicare.}

Quoniam autem & contraria bonis in natura uidebantur ineſſe, & non ſolum ordo, pulchrumue, ſed uel inordinatio, atque turpe, pluraque mala quàm bona, & turpia quàm honeſta, ſic alius quidam amorem atque diſcordiam introduxit, ut utrunque horum utrorumque cauſa ſit. *Amor φιλία, amicitia.*

Secundū expōnem Expoſitoris, hic Ariſtoteles ponit opinionē eorū, qui poſuerunt principia effectiua plura, & contraria. Ego vero cū Alex. dicerem ꝙ cum Ariſtoteles hucuſq; locutus ſit de ijs, qui principiis annumerarunt principium efficiendi recte, & pulchre, dixiſſetq; mentē eſſe tale principiū, cū in aĩalibus, q̃bus adeſt, hunc ordinem ſortita ſit, docet rurſus, quo ductus Empe. inter principia efficiētia poſuerit efficiēs principium malorū: Ergo hic Ariſt. ponit argumentū Empedoclis, quo adductus Empedocles inter principia efficientia poſuit principium efficiens malorū, & Ariſt pro hac Empedocles ſententia facit enthymema, in quo accipit duas ꝓpoſitiones pro antecedēte, & dicit {Q̃m autē & contraria bonis} videlicet mala {in natura videbantur eſſe} quā propoſitionem exemplo explanat, & dicit {& non ſolū ordo, pulchrumue} quæ ſunt bona {ſed vel}. i. etiā {inordinatio, atq; turpe} q̃. ſ. ſunt mala. Eſt igiť prima propoſitio: In natura ſunt mala, q̃ ſunt contraria bonis. Deinde accipit ſecundam propoſitionem, & dicit {pluraq; mala q̃ bona, & turpia q̃ honeſta} Nam ſunt vitia plura q̃ virtutes, cum recedere a medio pluribus ſit modis quā accedere ad mediū. Deinde terminādo ſuſpenſionē dat cōſequens, & dicit {ſic alius quidā}. i. hac ratione Empedocles {amorē, atq; diſcordiā ĩtroduxit, vt vtrunq; horum vtrorumq; cauſa ſit} amor. ſ. bonorum, diſcordia vero malorū. Reducitur aūt ad artem prioriſticā ſyllogiſmus hic, hac forma. Contrariorum contrariæ ſunt cāæ: Mala ſunt contraria bonis: Igitur malorū cā contraria eſt amori, q̃ eſt cā bonorū. Sed diſcordia eſt contraria amori, qui eſt cauſa bonorū. Igitur diſcordia eſt cā malorū, quæ ſunt contraria bonis. Syllogiſmus eſt conſtitutus per illum locum topicū, Contrariorum contrariæ ſunt, præterea & in illo, Si alterū contrariorum eſt in natura, & alterum, Sed in natura ſunt bona, quæ ſunt contraria malis. Igitur in natura ſunt mala. Sed dices ad quid ſeruit ſecunda propoſitio, ꝙ plura ſint mala quā bona, & turpia quā honeſta. Videtur. n. propoſitio illa ſuperuacanea ſyllogiſmo. Dicendum eam propoſitionem eſſe additam ad tollendam obiectionem. Nam poſſet dici bonū eſſe a natura, q̃m eſt per ſe intentum, & honeſtum ſimiliter, ac malum & turpe, cum non ſint per ſe intenta, ſunt a caſu, vel a fortuna. Obiicit ergo Ariſtoteles ea, q̃ ſunt a caſu, vel fortuna eſſe pauca, & vt in paucioribus, quæ vero ſunt mala, vel turpia, ſunt plura, & vt in pluribus, ergo non ſunt a caſu, vel a fortuna. Per hæc quæ hic dicuntur, videtur mala eſſe, q̃m per locum dialecticum, Si alterū contrariorum eſt in natura, & alterū: Bonum & malum ſunt contraria: Igitur ſi bonum eſt in natura, malum etiam erit in natura. Pręterea per illud etiā, quod dicetur. 6. huius, videlicet bonū & malū ſunt in rebus, verū & falſum ſunt in intellectu, videtur malū eſſe in rebus. Inſuper ꝑ illud, quod cōmuniter dicitť, videtur malum eſſe in natura, nam malū intenditur & remittiť, q̃ppe cum maius malum ſit homicidiū quam adulteriū, & quod eſt q̃nq; maius. vel interdū min⁹, eſt in rebus, in rerumq; natura ipſa. Ex his poſſet quis opinari mala eſſe in natura, & ita ſicut dať bonorum cā, ita danda eſt malorum cauſa, ſed cū contrariorum cōtrariæ ſint cauſæ, & amor ſit cauſa bonorum, diſcordia erit cauſa malorum. Sed de his quæſtionibus duo eſſent diffinienda videlicet vtrū malū ſit in rebus, & ſecundo, vtrū malorum, q̃ ſunt in rebus, ſit cā contraria ei, q̃ eſt bonorum, vel bonū ipſum ſit cā mali. Quæ cū nos diſputauerimus in Theologicis, hic breuibus puto eſſe dicendum: Malum bifariam intelligi poſſe, vno modo pro priuatione ſimpliciter cuiuslibet boni, tam apparentius, quam exiſtentis, tam boni ſimpliciter quā boni ſm q̃d, & ſic malū eſt ſimpliciter fugibile, qualis eſt totius entis priuatio. Alio modo malū accipiť pro priuatione determinati boni: & ſic malū vni eſt, vel eſſe pōt bonū alicui, vt aquæ mala eſt priuatio ſuæ formæ, q̃ eſt bona igni. Pœna eſt malum patiēti, bonum autem rei publicæ. Similiter culpa eſt malū viuenti, vel debenti viuere ſecundum legem. Bonū vero deſiderāti delectationē. Et hac rōne malū reperitur ĩ entib⁹, atq; in rerū natura ipſa. Per hæc ad primā dubitationē patet, nā malū pro priuatione cuiuſq; boni ē priuatio cuiuſq; entis. Quod ē priuatio cuiuſcūq;

Dubitatio. *Solutio.* *De malo & de cā malorum.*

entis, eſt ſimpliciter nihil. At ſi malum accipiatur pro priuatione determinati boni, ſic malum eſt in rebus, & in natura. Habet.n.determinatũ ſubiectum cui ineſt: vt cœcitas, q̃ habet animal aptum videre: licet non videat. Diluitur vero ſecũda qõ: cum quærebat vtrũ malum habeat cauſam aliam a cã boni. Nam ſi malũ accipitur prima ratione, cũ ipſum nihil ſit, nullam prorſus obtinet cãm. At ſi malum accipitur ſecunda rõne, bonũ eſt cã malorũ aliquando inquãtum eſt deficiẽs, aliqñ quo eſt per accidens agens. Verbi gratia in naturalibus corruptio aquæ eſt malũ aquæ, & illius cauſa p accidens eſt virtus ignis agens, quæ principaliter intendit formam ſuam inducere in materia, p accidens aũt corruptionem aquæ. Item in naturalibus monſtroſitas eſt malum partui, & eius cauſa eſt virtus ſeminis vt deficiens. Similiter in voluntarijs culpa eſt malum, & eius cauſa eſt voluntas, quæ deficit a regula rationis. Similiter pœna eſt malum, ſed eius cã eſt princeps, vel volũtas legumlatoris, intendens bonũ reipublicæ. Quod eẽ non põt, nec ſeruari ſine pœna delinquentium. Quare malorum oĩum, quæ ſunt in natura. cã eſt bonũ, aut vt deficiens, aut vt agens per accidẽs, & ſic nõ oportet ponere alteram malorum, & alteram bonorum cauſam.

Nam ſiquis ſequatur accipiatque ad intellectum, & non ad ea, quæ Empedocles balbutiendo dixit, amorem quidem bonorum, diſcordiam autem malorum cauſam eſſe inueniet. Quare ſi quiſpiam dixerit Empedoclem modo quodam & dicere, & primum dicere bonum, et malum principia rerum eſſe, recte fortaſſe dixerit: Si quidem bonorum cauſa omnium ipſum eſt bonum, & malorum malum.

Quoniam verba Empedoclis nõ clara ſunt, aliquis poſſet dicere non eſſe opinionem Empedoclis, ꝙ alterum bonorum videlicet amor, alterum malorũ videlicet diſcordia cauſç ſint, ſed cuiuſdam alterius, quẽ non expreſsit, propterea ſubdit { Nam ſiquis ſequatur }.ſ. Empedoclem { accipiatq; } ſubaudi ea, quæ dicit { ad eius intellectum, & non ad ea, quæ balbutiendo dixit, amorem quidem bonorum, diſcordiam autem malorũ cauſam eſſe inueniet } quaſi dicat, ſiquis ſenſum dictorum illius excerpat, nec ſimpliciter carmina ſequatur, reperiet iccirco Empedoclem amorem & diſcordiam inter principia poſuiſſe, vt altera bonorũ, altera malorũ cã eſſet effectrix. Vocat autẽ balbutire obſcure loqui. Qm̃ ſic balbutientes loquuntur. Balbutit ergo, qm̃ Empedocles locutus de bono, omiſit mentionem de malo, etiam quia non dixit bonorum bonum, & malorum malum eſſe cãs, ſed bonorum amorem, malorũ diſcordiam. Et qm̃ aliqui voluerunt primos, qui dixerũt duo eſſe principia, alterũ bonorum, alterum malorũ, fuiſſe de ſchola Pythagoricorũ, vt Plato ſentit, quaſi refellendo hoc, quod hi dicunt, ſubdit { Quare ſi quiſpiam dixerit Empedoclem modo quodã, & dicere, & primũ }.ſ. ante alios { dicere bonum, & malum principia rerũ eſſe, recte fortaſſe dixerit: Si quidem } apud Empedoclẽ { oĩum bonorum cã eſt ipſum bonũ } videlicet amor { & malorum malum }.ſ. diſcordia. Non ergo Pythagorici fuerunt primi. Sic igitur licet Empedocles quo ad verba dixit amorem & diſcordiam eſſe principia malorum, & bonorum, tamen voluit dicere bonorum bonum, & malorum malum eſſe principium. Sed cõtra hoc, quod Empedocles dicit, quiſpiam occurret, qm̃ non omnium bonorum cauſa eſt ipſum bonũ, nec omnium malorum ipſum malum. Nam corruptionis *Dubitatio.* mundi cauſa eſt amor, Cum.n.elementa ab amore coniunguntur, mundus interit. Generationis vero cauſa eſt diſcordia. Nam cum elementa a diſcordia ſeparantur, mundus generatur. Sed de hac quæſtione aduerſus Empedoclem poſterius diſſerendum.

Hi igitur, ut diximus, & uſque ad hoc duas cauſas tetigerunt & materiam, & unde motus, ut diximus in ijs, quæ de natura, obſcure tamen, & non manifeſte, ſed ut in pugna inexercitati faciunt: Etenim illi circũeuntes perſæpe accommodatos ictus inferunt. Verum neque illi a ſcientia, neque hi uidentur ſcientes dicere, quæ dicunt. Fere.n.ijs nequaquam uti uidentur, niſi parum.

Cum narraſſet opiniones, nunc vult demonſtrare inſufficientiam earum, & primo narrat vſque quo venerunt ad cauſas, & ad quot, & dicit { Hi igitur }.i. Empedocles, Anaxagoras, Hermotimus, item & ex poetis Heſiodus, & Parmenides, vt Alexander exponit, & { vt diximus, & vſque ad hoc duas cauſas tetigerunt, & materiam, & vnde motus }.i. & principium efficiẽs { vt diximus in ijs, quæ de natura } Ibi.n.dictũ eſt hos philoſophos fuiſſe, qui de quatuor cauſarũ generibus peruenerunt ad duo tantum genera.ſ.materiam & efficientem. Deinde aſsignat modum, quo hi philoſophi peruenerunt ad hæc cauſarum genera, & dicit { Obſcure tamen, & non manifeſte }.ſ.ad hæc duo genera peruenerunt. Quoniam, vt Expoſitor inquit, non exprimebant ad quæ genera cauſarum reducuntur ea, quæ peincipia ipſi dicunt. Empedocles.n.tantum rerum principia eſſe dicebat quatuor elementa, & amorem, atque diſcordiam, vtrum vero elementa ſint materia: & amor, & diſcordia cauſa effectrix, non expreſsit. Similiter Anaxagoras dicebat ſimilaria, atque mentem eſſe rerum principia, ſed ſit ne mens effectrix cauſa, ſimilaria vero materia, aut e contrario, non explicauit, vel fortaſſe parte hac { Obſcure tamen } Incipit narrare opinantium inſufficiẽtiam, & eſt ꝙ id paululum, ad quod de principijs peruenerunt, ſit obſcure, ac amphibologice traditum. Nam cum plura principia poſuerint, non eſt apertum ſint ne omnia in eodẽ genere principii, aut in diuerſis, & ſi ſint in diuerſis, non expoſuerunt quæ ſunt in vno genere, quæve in alio. Deinde declarans hanc in ſufficientiam aſſignat exemplum ſimile, & dicit { Sed vt in pugna }.ſ.bellica { inexercitati faciunt } ſic ſubaudi Philoſophi huiuſmodi de principiis rerum tradidere { Et.n.illi }.ſ.inexercitati in re militari { circũagitati }.ſ.ab hoſtibus { per ſæpe accõmodatos ictus inferunt }.ſ.in hoſtes, non quidem ab arte militari acquiſita ab exercitatione, ſed a caſu neceſsitate ſe defendendi compulſi, Tunc applicando exemplum ad rem ſubdit { Verum neque illi }.ſ.inexercitati in bellis { a ſcientia }.ſ.militari, ictus cõmodos inferunt { neque hi } philoſophi { videntur ſcientes }.i.periti in logica { dicere, quæ dicunt }.ſ.de principiis. Logica enim docet inuenire cauſas, & genera ꝓpria cãrum, vt liber Poſteriorũ, ars vero militaris docet pugnare. Quare ſicuti imperiti in arte militari pugnant a caſu neceſsitate defendendi ſe cõpulſi, ſic philoſophi iſti in logica inerudití ea, quæ dixerũt de principiis a caſu dixerunt ipſa veritate cõpulſi eſt. Quòd aut iſti philoſophi in logica imperiti ea, quæ de principijs tradiderunt, dixerint, probat, & dicit { Fere.n. ijs, } ſcilicet cauſis, ad quas peruenerunt { nequaquam vti videntur }.ſ. cum philoſophantur { niſi parum } *Alexã. refert hoc ad cauſam efficientem.*

hoc

hoc eſt raro & a caſu. Non.n.cũ reddunt cãs eorum, q̃ tradunt atq; fiunt, vtũtur pro medio aliqua cauſa ex ijs, quas inuenerunt. Per quæ patet eos non cognouiſſe vt cauſas ea, quæ poſuerunt cauſas, alioqui illis vſi eſſent in demonſtrando, & in reddendis cauſis omnium eorum, quæ fiunt.

a. l. tanquam machina.

Nam & Anaxagoras artificialiter utitur mente ad mundi facturam. Et cum dubitat quam ob cauſam ex neceßitate eſt, tunc trahit ipſam. In cæteris uero quæuis magis ut cauſas eorum, quæ fiunt q̃ mentem, aßignat.

Cum dixiſſet philoſophos perueniſſe ad duo genera cauſarum, compulſos a veritate, non ex peritia logicæ, & aſsignaſſet cauſam, quoniam eis perparum vtantur in ijs quæ fiunt, vel in ijs, quorum cauſas reddunt, nunc hoc ita eſſe oſtendit, & primo de Anaxagora, nam Anaxagoras, qui ponit mentem cauſam agentem, non vtitur mẽte in omnibus, quæ fiunt, ſed ſolum in factura mundi, in facturis autem cæterarum rerum magis vtitur alijs cauſis q̃ mente, & dicit. {Nã & Anaxagoras artificialiter vtitur mente ad mundi facturam, & cum dubitat} & quærit {quam ob cauſam} mundus {ex neceſsitate eſt}. ſ. productus, & cõditus {tunc trahit ipſam}. ſ. mentem pro cauſa, aſſerens ex mente ipſa factũ eſſe {In cæteris vero}. ſ. rebus {quæ vis magis, vt cauſas eorum, quæ fiunt aſsignant quàm mentem} & ſic venerunt ad mentem, q̃ ſit agens cã, & tamen non vtuntur mente in omnibus quæ fiunt, ſed ſolum in factura mundi. Quare perparum vtuntur cauſis, ad quas peruenerunt. Et ſignanter dixit Anaxagoram in factura mundi artificialiter eſſe vſum mente, quoniam ex arte logicæ ſcimus mundi factorem non poſſe eſſe niſi mentem. Nam per diuiſionẽ, quam didicit in logica, deuenit ad dicendum cauſam mundi eſſe mentem, & diuiſio eſt talis, Omne quod fit, aut fit ab agente incorporeo abſoluto a materia, aut ab agente corporeo permixto materiæ: Mundus fieri non põt ab agente corporeo materiæ cõcreto, q̃a nec ab elemẽto nec ab elemẽtatõ: Igit̃ fit agẽte incorporeo abſoluto a materia. Quare fit ab ipſa mẽte. Anaxagoras erga motus ac logica ratione mũdi facturam tradit eſſe a mente. Et ſic recte Ariſtoteles ait Anaxagoram vſum eſſe artificialiter mente ad mundi facturam. Anaxagoras ergo ꝑuenit in artificialiter ad duo genera cauſarum, ſed ad dicendum mentem eſſe cauſam mundi ex arte dixit. Vel fortaſſe clarius dicere poſſumus Anaxagoram vſum eſſe mente ad mundi facturam artificialem, dans intelligere, quòd Anaxagoras voluerit ſolam mundi facturam eſſe artificialem, quoniam ex mente, cæterarum autem rerum generationes nõ eſſe artificiales, ſed ex cauſis naturaliter cauſantibus. Vlterius animaduerte in ſcriptura Alexandri ſic legi {Nam & Anaxagoras machina vtitur mente ad mundi facturam, perinde atque diis in ſcena poetæ} porro Anaxagoram mente quaſi machina vti dicit, vt ſolent in tragœdiis dii ex machina in auxilium laborantium produci, ſic exponit Alexander. Per q̃ innuit Alexander Anaxagoram vſum eſſe mente pro cauſa, non quidem pro ſola cauſa, ſed pro auxiliari cauſa, vel pro ſuppletoria cauſa, dando intelligere, quòd ſecundum Anaxagoram ſit alia mundi cauſa, ſed mens ſit in auxilium illius. Sicut Dij in ſcenis introducuntur, vt cauſæ auxiliares laborantium. In ſcriptura vero noſtri codicis hæc verba non reperi.

Et Empedocles plus quidem iſto cauſis utitur: ſed tñ nec ſufficienter (nec in his reperit quod ſequitur, nec in his inuenitur, quod cõceſſum eſt.) In multis.n. apud eum amor quidẽ diſgregat, diſcordia uero congregat. Nam cum uniuerſum quidẽ per diſcordiã in elementa diſtinguitur, tunc ignis, atque cæterorum elementorum unumquodque congregatur. Sed cũ per amorem in ipſum unum iterum congregantur, tunc ipſæ partes ex unoquoque rurſus diſgregentur neceſſe eſt.

In multis πολλαχοῦ in copluribus.

Cum declaraſſet Anaxagoram perparum vſum eſſe cauſis, ad quas peruenit, nunc exponit Empedoclem vſum eſſe cauſis, in quas peruenit, in pluribus, non tamen in omnibus ijs, quæ fiunt, & dicit {Et Empedocles magis quidem}. i. in pluribus {quàm ille}. ſ. Anaxagoras {cauſis} quas ponit {vtitur} dixit in pluribus, quoniam non in omnibus factibilibus. Nam elementa ſunt generabilia, & corruptibilia, & amor, & diſcordia ſimiliter, quæ tamen non fiunt ex hiſmet cauſis videlicet ex elementis, & ab amore, & diſcordia. Et ſic non in omnibus cauſis, quas inuenit, vtitur, ſed ſolum in mixtis ex pluribus: vt in generatione mũdi, & in generatione cuiuſcunque particularis mixti. Sed contra obijcit primo, quia non ſufficienter, & Expoſitor exponit q̃ non ſufficienter huiuſmodi cauſas tradat, quoniam vtitur eis quaſi proloquiis per ſe notis, quæ non ſunt per ſe nota. Vt in auſcultatoriis eſt explicatum, dum. ſ. ſupponebat quaſi per ſe notũ, diſcordiam diffinito vno tempore dominari elementis, altero vero diffinito determinatioue amorem. Hæc.n. quaſi proloquia ſupponens mentitur, quoniã non ſunt proloquia. Ego vero dico q̃ Ariſtoteles contra obiiciat, primo quia non ſufficienter. Nam, vt Alexander exponit, non abunde Empedocles eas cauſas vſurpauit. Quoniam non in omnibus generabilibus, & corruptibilibus: Sed ſolum in mixtis, non autem in ſimplicibus, quæ ſunt amor, & diſcordia, & quatuor elementa, & hoc dicit {ſed tamen nec ſufficienter}. ſ. in omnibus, quæ fiunt, cauſis, quas inuenit, vtitur, cum ſolum in mixtis, & non in ſimplicibus. Secundo obiicit, quoniam {nec in iis}. ſ. generabilibus & corruptibilibus, quorum cauſas aſsignat {inuenitur} id. ſ. {quod} ab eis {conceſſum eſt}. i. id, quod concedunt in ſua poſitione. In ſua.n. poſitione volunt amorem eſſe cauſam congregationis, quam appellant generationem: diſcordiã vero eſſe cauſam ſegregationis, quam vocant corruptionem. Modo hoc non eſt verum, quoniam in aliquibus diſcordia per ipſum non magis ſegregationis, q̃ congregationis eſt cauſa. Similiter amor in quibuſdam non magis cõgregationis cauſa eſt, q̃ ſegregationis. Quòd autem ita ſit, docte Alexander exponit, quoniam cum vniuerſum in generatione mũdi, a diſcordia ex vno diſsidet, in elementa diuiditurq̃ue ac ſeiungitur, tunc priſtinæ cuiuſque elementi partes, quæ in corruptione mundi confuſæ erant (Sic.n. omnia erant vnum) quæ ſimilares ſunt, in idem congregantur, & concreſcunt. Vtputa partes ignis in ignem, & pari ratione aeris in aerem, & ſic de ſingulis, qua quidem ratione diſcordia per ipſum non magis ſegregationis q̃ cõgregationis eſt cauſa, quippe quæ diſgreget elementa, & congreget partes cuiuſque elemẽti in vnoquoque elemento. Rurſus amor in corruptione mundi, cum eadem corpora, & elementa concernit, & in vnum cogit, primum ipſa diuidit, & in particulas ſecat, diſcernitque.

Neque.n.integra & ſingula ſeparatim exiſtentia fiunt id, cuius author eſt amor. Nam mutuo cõtactu etiam in diſcordia eſſent in vno, ſed confunduntur inter ſe. Quare amor non magis congregationis, q̃ ſegregationis cauſa eſſe videtur. quippe cum in corruptione mũdi congreget elementa ipſa, & diuidat partes, vt poſſint recte permiſceri in vnum. Recte ergo dicit Ariſtoteles {nec in his} .ſ.generabilibus, & corruptibilibus {inuenitur, quod conceſſum eſt} ab eis.ſ.ideſt nec Empedocles eſt ſibi conſtans: cum dicat amorem eſſe cauſam congregationis, qui tamen in corruptione mũdi non magis congregationis, quam ſegregationis cauſa ſit: & diſcordiam cauſam ſegregationis, quæ in generatione mundi non magis ſegregationis, quam congregationis cauſa eſt, dicit {In multis enim} puta in omnibus elemẽtis {apud eum} .i.apud Empedoclem {amor quidem diſgregat} .ſ.partes cuiuſque elementi, vt confuſio commodius fiat in corruptione mundi: & ſic non magis congregationis, quam ſegregationis cauſa eſt amor {diſcordia vero congregat} .ſ. partes cuiuſque elementi, vt diſtinctio rectius fiat in generatione mundi: & ſic diſcordia non magis diſgregationis quam congregationis cauſa eſt, & hæc duo, quæ dixit, exponit, & dicit {nam cum vniuerſum quidem} in generatione ſui {per diſcordiam in elementa diſtinguitur, tunc ignis, atque cæterorum elementorũ vnũquodq; } in ſuis partibus .ſ. ſimilaribus {congregatur} vt elementum.ſ.euadat in ſuam integritatem {Sed} in corruptione mundi {cum per amorem in ipſum vnũ} .ſ.in chaos {congregantur iterum, tunc ipſæ partes} .ſ.ſimilares cuiuſque elementi {ex vnoquoque}.ſ.elemento {rurſus diſgregentur, neceſſe eſt} vt videlicet miſcella fieri poſsit ſecundum ſingulas partes, quæ recte ſit cum quodlibet vnius tanget quodlibet alterius.

Empedocles igitur primus præter ueteres diuiſam hanc cauſam attulit, non unum principium motus faciens, ſed tum diuerſa, tum contraria. Præterea primus etiam ea, quæ quatuor elementa dicuntur, in ſpecie materiæ fecit. Non tamen ut quatuor, ſed ut duobus utitur ſolis, igne quidem per ſe, oppoſitis autem, ut una natura & aere, & terra, & aqua. Id autem ipſum ex eius carminibus contemplando quiſpiam ſumet. Hic igitur uti diximus, ſic & tot principia dixit eſſe.

Recolligit nunc opinionem Empedoclis, vt innuat quæ propria ipſe dixerit præter veteres, etiam vt demonſtret Empedoclem ſufficientius cæteris dixiſſe, & reſumit duo, quæ dixit, breuibus, quorum primũ eſt, vt principium vnde motus ſecetur in duo diuerſa, & contraria, & dicit {Empedocles igitur primus præter veteres} .i.ſupra captum veterum philoſophorũ {hãc cauſam} .ſ. {efficientem diuiſam attulit, non vnum} & idem {principium motus} ſcilicet quod eſt efficiẽs {faciens, ſed tum diuerſa, tum contraria} videlicet amorem, & diſcordiam. Quæ non tantum ſunt diuerſæ, ſed vel contrariæ, Hoc eſt primum. Secundum vero ꝙ in genere cauſæ materialis ſint quatuor elementa, & dicit {præterea primus etiam ea, quæ quatuor elementa dicuntur, in ſpecie materiæ fecit} Vel ſecũdum eſt, ꝙ primus ipſe dixit ea eſſe quatuor, quæ dicuntur elementa, vt in ſpecie materiæ.i.quoniam referunt ſpeciem materiæ in rebus componendis, non tamen illis vt quatuor, ſed vt duobus vſus eſt, & ſic ea, quæ vt materia ſunt, primo dixit quatuor eſſe, deinde pro duobus vſus eſt, quoniam vt Alexander exponit, Empedocles quatuor elementis, quibus vſus eſt in materiæ ſpecie nõ parem honorem tribuiſſe fertur, ſed igni tanquam pollentiori & eminentiori cętera oppoſuiſſe, Vt tria elementa ſit vna natura quædã & quaſi vnum elementum, ignis vero alterum. Vt patere dicit ex ipſius carminibus. Nam Empedocles philoſophiam carminibus ſcripſit dicit {non tamen vt quatuor} .ſ.elementis, ac materiis illis {vtitur, ſed vt duobus ſolis. Igne quidẽ per ſe} .ſ.vt vno elemento, vnaq; materia {oppoſitis autem} videlicet {& terra, & aqua, & aere, vt vna natura} .i.vt materia vnius naturæ, hoc eſt pro altero elemento. Ergo etiam ex parte materię poſuit quaſi duo principia {Id autem ipſum ex eius carminibus contemplando ſumet quiſpiam} Inueniet.n. in eius carminibus omnia hæc, quæ Ariſtoteles ei attribuit, vel fortaſſe per id intelligit hoc vltimum, ſed vtcunque ſint, omnia reperiuntur in eius carminibus. Expoſitor laborat circa verba propter differentiã tranſlationum, ſed in textu noſtri codicis nulla eſt difficultas, demum epilogat, & dicit {hic igitur} .ſ.Empedocles {vti diximus ſic, & tot principia dixit eſſe.}

Leucippus autem & ſocius ipſius Democritus elementa quidem plenum, & uacuum eſſe aiunt, ut ens quidem illud, ut non ens uero hoc aſſerentes. Sed horum plenum quidem ac ſolidum ens, uacuum uero ac rarum, non ens. quapropter & id quod eſt, inquiunt, non magis quam id, quod non eſt, eſſe. quoniam neque uacuum minus quam corpus eſt. hæc autem cauſas eorum, quæ ſunt, ut materiam eſſe aiunt.

και μανον.

οτι οὐδὲ το κενον τοῦ σωματος.

Hic Leucippi & Democriti ſentẽtiam de principiis materialibus commemorat, & duo facit, quia primo eam exponit aperte, deinde in textibus ſequentibus quo diſcrepent ab aliis, aut cum ipſis conſentiant, declarat: pro intellectu vero opinionis ſupponẽdum eſt, vt Alexander ait, Leucippum & Democritum aſſeruiſſe corpora naturalia omnia componi ex atomis, quæ ſunt indiuiſibilia quædam corpora: quæ præ ſua nimia paruitate, in paruiora nequaquam diuidi poſſunt. Quia vero indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius, & vnumquodque corpus naturale eſt maius, vel minus reſpectu alterius, ad ſeruandam in corporibus naturalibus maioritatem, ac minoritatem inter atomos, quas plenum appellabant, uacuum interponebãt in aliquo corpore naturali maius, in aliquo minus. Igitur omne naturale corpus voluerunt conſtitui ex pleno.i.atomis, & ex vacuo inter atomos interpoſito. Quod autem ex atomis vnumquodque naturale corpus conſtet, ex eo patet, quoniam vnumquodque totum ex ſuis primis partibus reſultat. Et cum primæ corporũ naturalium partes ſint atomi, cum in priores minores diuidi non poſsint. & corpus naturale vnumquodque ſit totum, fit, vt vnumquodque corpus naturale conſtet ex atomis, tanquam ex primis partibus, & tanquam ex pleno, & ex vacuo, quod inter atomos collocatur, vt corpus naturale reſultet ex atomis aliquando maius, non nunquam minus. & etiam, vt per uacuum interpoſitum ligetur atomus cum atomo. Id autem quod decepit tales philoſophos, eſt, quoniam licet omne corpus naturale, quo eſt totum ſimilare, conſtet atomis, quæ Ariſtoteles appellat minima naturalia, tamen quo eſt totum eſſentiale, atque diſsimilare, vtputa animal, vel ſtirps, aut mixtum, id genus oportet conſtare ex materia prima, & forma prima, tanquam ex primis, ac remotiſsimis partibus, & ex quatuor elementis tanquam

Expõ opinionis Democriti, & Leucippi.

ex pro-

ex propinquioribus partibus, & ex partibus ſimilia
ribus membrorum officialium, tanquam ex partibus
adhuc propioribus, & ex membris officialibus tan-
quam ex proximis partibus: Iuxta eum ordinem ac
rationem, quos explicauit Ariſtoteles in libris de ſtir
pibus, & de animalibus. Ergo decepti ſunt, quoniam
licet omne naturale corpus conſtet ex atomis, tanq̃
ex primis partibus ſimilaribus, hoc eſt verũ quo cor-
pus naturale eſt totum ſimilare: non autem alijs ra-
tionibus. Sed redeamus ad opinionem, Democritus
igitur & Leucippus cuiuſq; corporis naturalis magni-
tudinem conſtare dixerunt ex atomis, quas plenum
vocabant, quòd replerent indiuiſibilia ſpatia, & ex
quibuſdam ſpatijs vacuis inter atomos interiacenti-
bus, qui pori.i.meatus dicuntur tum, vt corporum
naturalium aliquod ſit maius, aliquod ſit minus, tum
vt ligetur atomus cum atomo ad vnitatem conſtitu-
tionis, dicit igitur Ariſtoteles { Leucippus autem, &
ſocius ipſius Democritus elementa quidem ideſt ma
terialia principia { plenum } ideſt atomos {& vacuũ}
.i.ſpatiola, quæ pori.i.meatus dicuntur, inter atomos
iacentes {eſſe aiunt} tum vt naturalium corporum
aliquod ſit maius, aliquod minus, tum vt atomi li-
gentur ad vnitatem compoſitionis { vt ens quidem il
lud } .ſ.plenum, quod eſt atomus { vt non ens vero
hoc } .ſ.vacuum, meatus videlicet interiacens. Et ex-
plicãs quid per illud, quidue per hoc intellexerint, ſub-
dit { ſed horum plenum, ac ſolidum } .i.atomi ipſi
{ ens, vacuum vero } .i.ſpatiola, meatus videlicet in-
teriacentes { non ens } ex his deducit duo, quorum
primum eſt, vt nullum naturale corpus ſit magis ple-
num quam uacuum, qnoniam in vnoquoque tali tot
ſunt atomi, quas vocat plenum, quot meatus, quos
vocat vacuum, vt Alexander exponit, vnde Ariſtote
les dicit { quapropter & id quod eſt } .i.omne corpus
naturale { non magis inquiunt eſſe } .i.non magis di-
cunt habere de pleno {quam id, quod non eſt } .i.quã
de vacuo { quoniam neque } in aliquo.ſ.corpore na-
turali { vacuum minus eſt quam corpus } .i.quam ple
num, corpus.n. vocat plenũ. Quia igitur in omni cor
pore naturali tot ſunt atomi, quot meatus, dixerunt
nullum corpus naturale eſſe magis plenum quam va-
cuum. Deinde infert ſecundum, ꝙ hæc.ſ.vacuum &
plenum ſolam cauſam materialem exiſtimabant, qua-
tenus ex his omne corpus naturale conſtare autumãt.
Eſt.n.dictum ab eis omne corpus naturale cõſtare ex
atomis, quas plenum vocant, & ex meatibus inter ato
mos iacentibus, quos vocant inane, ſiue vacuum &
dicit { hæc aũt } .ſ.vacuũ, & plenum { cauſas eorum,
quæ ſunt, vt materiam eſſe aiunt } hoc eſt ſecundum.

*Atque ut illi, qui unum ſubiectam ſubſtantiam faciunt, cæ
tera ipſius affectibus generant, rarum ac denſum principia
affectuum ipſorum ponentes, ſic quoque hi differentias ipſas
cæterorum cauſas eſſe dicunt.*

Hic oſtendit in quibus, & quot Democritus & Leu
cippus conſentiunt cum aliis, quoue modo ab eis di-
ſcrepent, hoc.n.erat ſecundum, vt Alexander annota
uit, & exponit Democritum ac Leucippus, cum alijs
conſentire, vt Alex. innuit, ꝙ neq; hi, neq; illi vtebant
efficiente cauſa pro rerum naturalium generatione,
nam illi veteres duabus affectionibus materialis cauſæ
ad generationẽ rerũ iuuabantur, vt qui cætera rarita-
te, & denſitate materiæ generabant. hi autẽ tribus vi-
delicet figura, ordine, & ſitu, dicit {Atq; vt illi} .ſ. vete-
res philoſophi { qui vnũ } .ſ.principiũ materiale videli
cet {ſubiectam ſubſtantiã faciunt} nõ vtentes efficien
te cauſa { cætera } .ſ. corpora naturalia { generant } .i.
generari dicunt { ipſius } vnius materiæ { affectibus }
.ſ.primis, loco efficientis cauſæ {rarum ac denſum prin
cipia affectuum ipſorum } .i.formarum & compoſito
rum poſteriorum { ponentes } non quidem, vt ſint cau
ſæ efficientes, ſed vice cauſarum efficientium. Nam &
ipſa etiam affectiones materiæ ſunt {ſic quoque hi dif-
ferentias ipſas } .ſ. tres videlicet figuram, ordinem, &
ſitum { cæterorum } quæ generantur.ſ. { cauſas eſſe di
cunt } non efficientes, ſed loco efficientium. Nam hę
tres differentiæ ſunt affectiones materierum, quas po-
nunt, ſicut rarum & denſum affectiones eius materiæ,
quam veteres poſuerunt. Quare conuenientia eſt, ꝙ
nec veteres, nec hi vtuntur efficiente cauſa pro gene-
rationibus rerum, ſed affectionibus materierum, quas
ponunt: ſimul cum hac conuenientia patet eorum dif-
ferentia, Nã veteres vtuntur duabus materiæ affectio-
nibus, raro videlicet ac denſo, hi autem tribus differen
tiis ordine, figura, ac ſitu. Quo vero ad rem ipſam atti-
net veteres, qui poſuerunt unum corpus materiam vi-
delicet aut aerem, aut ignem, aut medium horum, aut
aliquod tale, vtebantur raritate, & denſitate, vt primis
illius materiæ paſsionibus, & ut principiis cæterorum
affectuum poſteriorum, qui generantur. Nam aer, quẽ
ponunt materiam, cum rareſit, tranſit in ignem, cum
condenſatur, euadit aqua. Propterea dicit { rarum &
denſum principia affectuum ipſorum } .ſ.poſteriorum
{ ponentes } quia cæteræ formæ naturales variatione
earum primarum fiũt in materia. Similiter hi tres dif-
ferentias aſsignatas in atomis, & meatibus, cauſas rerũ
eſſe volunt, quatenus variationibus illarum trium om
nia generantur. Alexander narrat inueniri in codici-
bus græcis aliam ſcripturam, quæ talis eſt { & vt ma-
thematicorum, eodem modo & iſti } vbi dicit, ſi hæc
ſcriptura recte ſe habet, Platonem innuere, quoniam
vt ille generationem corporum ex mathematicis ſecũ
dum diſcrimina, & multitudinem triangulorum diffe
rentias corporum gignebat, ſic & iſti ſecundum diſcri
mina figurarum primorum cætera ex eis generabant.

*Has tamen tres eſſe inquiunt figuram, & ordinem, & ſi-
tum poſitionẽ. differre.n.aiunt id, quod eſt, rhyſhmo, & diathi
ge, & trope ſolum. horum uero rhyſhmus figura eſt, diathige
uero ordo, at troppe ſitus poſitio. Nã A quidem ab N figura,
AN autem ab ipſo NA ordine, Z uero ab N ſitu poſitione.*

Explicat nunc illa tres differentias, quibus utuntur
Democritus & Leucippus ad generationes rerum di-
uerſas loco agentium, & dicit {Has tamen } .ſ.differen
tias, quibus vtuntur ad generationes rerum diuerſas,
loco agentium { tres eſſe inquiunt } videlicet.{ & figu
ram } ſecundum quam aliquod eorum, quæ generan-
tur, eſt angulare, aliquod circulare, aliquod rectum
{ & ordinem } .ſ. ſecundum prius & poſterius { & po-
ſitionem } ſm ante, & retro, dextrum & ſiniſtrum, ſur
ſum & deorſum. Cuius rationem affert, & dicit { differ
re.n.aiunt id, qđ eſt } .i.alterũ ens ab altero {rhythmo}
.i.fluxu {diathece } .i.contactu { & trope ſolum } .i.cõ
uerſione. vt ſit maior hęc, rhythmo, diathece, trope dif
fert ens ab altero ente, ſed figura eſt rhythmus: ordo
eſt diathece, ſitus eſt trope. Igitur ens differt ab ente fi-
gura, ordine, & ſitu. Primo ergo ponit maiorem, cum

dicit { differre.n.id, quod eſt } aiunt rhythmo, diathece, & trope, deinde affert minorem, & dicit { horum vero figura eſt rhythmus } .i.de fluxus quidam puncti vel lineæ, vel ſuperficiei { ordo uero contactus } quo vnum contiguum eſt alteri, atque dencepicium { at poſitio } eſt { trope } .i.conuerſio, qua partes conuertũtur ſecundum alium, atque aliũ modum.cum.n.caput eſt ſurſum, & pedes deorſum eſt unus ſitus, vt in homine, cum vero contra, eſt alius ſitus, vt in planta, vbi caput eſt deorſum .ſ. radices, pedes.ſ. rami ſurſum. ergo ſitus eſt conuerſio. Quare ens differt ab ente figura, ordine, & poſitione. Quare ſicut illi antiqui dupli affectu raro & denſo vtebantur ad generationem omnium poſteriorum affectuum, ſic iſti utuntur tribus differentijs figura, ordine, & poſitione. Deinde per exempla in literis oſtendit aliqua differre figura, aliqua ordine, aliqua poſitione, vt exponat ipſam maiorem, & dicit { Nã a quidem ab n differt figura } prout vt alia figura eſt ipſius a, alia ipſius n. { AN autem ab ipſo NA ordine } nã in AN aliter ordinantur a, & n, & aliter in na { N ab Z } .i. ab n græco differt { poſitione } nam in z ponuntur tres lineæ, vel tres partes continuæ, & in N ipſo tres aliæ, non autem eodem modo ponuntur, ideo differũt ſitu. Quare Democritus & Leucippus pro diuerſa rerum generatione non utuntur agente cauſa, ſed his tribus materierum, quas ponunt differentiis: Sic alij denſo & raro, quæ ſunt primæ differentiæ eius materiæ, quam ponunt.

De motu uero unde, aut quonam pacto inſit rebus, & hi ueluti cæteri inertia omiſerunt. De duabus igitur cauſis, ut diximus, eouſque a prioribus quæſitum fuiſſe uidetur.

Cum narraſſet quomodo Leucippus, & Democritus conſentiant, cum alijs, & in quo, nunc exponit defectum Democriti & Leucippi, & aliorum, qui ponũt rarum & denſum. Vbi accipiendum rebus naturalibus non tantum ineſſe generationem, & corruptionem, ſed motum videlicet ſecundum locum, alterationem, & auctionem, loquens igitur de Leucippo, & Democrito, qui alternis impulſibus atomos moueri cenſebant, manci videntur, quia non explicarunt vnde motus naturalis proficiſceretur. Nam motus, qui fit alternis impulſibus, violentus eſt, qui motu naturali poſterior eſt. Ergo oportuit eos afferre cauſam motus naturalis, & violenti, quam non aſsignarunt. Vnde dicit { De motu vero } .ſ.naturali, & violento, quibus atomi mouentur, & corpora, quæ ex atomis conſtant { vnde, aut quonam pacto inſit rebus } .i.atomis, ac corporibus, quæ conſtant ex atomis { & hi } .ſ.Democritus, & Leucippus { veluti cæteri } .ſ. qui vtuntur raro, & denſo pro cauſis generationum { inertia omiſerunt } quoniã ne illorum quidem quiſpiam cauſam reddit motus in corporibus naturalibus. Ergo Democritus, & Leucippus ſicuti alij ſunt diminuti. Sed dices atomis ineſſe motum vi grauitatis, aut leuitatis, quoniam aliæ ſunt leues, aliæ graues. Contra obijcit Alexander, nam partes indiuiduæ, ex quibus conſtat quæque atomus, expertes ſunt grauitatis, atque leuitatis. Vt tertio libro de cœlo demonſtrauit. ergo tota atomus. non.n.ex non grauibus, vel ex non leuibus graue, aut leue eſſe poteſt. Tunc epilogat, & dicit { de duabus igitur cauſis } materiali ſcilicet & efficiente { vt diximus, eouſq; a prioribus quæſitũ fuiſſe videtur. } De materiali quidem dictum eſt ab omnibus fere, ſed de cauſa mouente dictũ eſt a quibuſdam.

CAPVT TERTIVM PITHAGORICORUM OPINIO DE PRINCIPIIS RERUM.

INTER *autem hos, & ante hos hi, qui Pythagorici uocantur, primi tangentes mathematica, ea auxere, enutritique in ipſis eorum principia, entium omnium principia eſſe poſuerunt.*

Narrauit hucuſque opiniones philoſophorum naturalium, qui rerũ naturalium principia corporea eſſe poſuerunt: nunc tranſit ad opinionem mathematicorum, qui rerum naturaliũ principia aſſerunt eſſe incorporea, qui prima etiam principia rerum mathematicarum, prima principia rerum naturalium eſſe tradunt, & dicit { inter autem hos } .ſ. Democritum & Leucippum, hoc eſt inter tempora Democriti, & Leucippi { & ante hos } .ſ. & ante tempora Democriti, & Leucippi { hi, qui Pythagorici vocantur } quaſi dicat qui Pythagorici vocantur, quorum aliqui fuerunt contemporanei Democrito ac Leucippo, aliqui priores. Aut aliter cum dicit, Inter autem hos, & ante hos non ſolũ de Democrito, & Leucippo loquitur, ſed etiam de cũctis connumeratis phyſicis, qui partim ante Democritum & Leucippum, partim cum ipſis floruerunt. Vel potius quoniam ipſe Pythagoras Democrito & Leucippo ætate paulo ſuperior fuit, cuius multi auditores cum his floruerunt, ideo dicit { inter autem hos } .ſ. Leucippum & Democritum.i.inter tempora horum, & refert hoc ad diſcipulos pythagoræ, qui fuerunt cũ Democrito, & Leucippo cõtẽporanei { & ante hos } .ſ.Leucippum, & Democritum, & refert hoc ad ipſum Pythagoram, qui fuit ætate paulo ſuperior { hi qui Pythagorici vocantur, primi tangentes mathematica } ſiue mathemata { ea auxere } Non enim ſolum mathemata primi tetigere, ſed etiam auxere, ac locupletarunt. Expoſitor autem legit verbum προήγαγον produxerunt.i.primi introduxerunt mathemata, melius autem legendum eſt auxerunt, nam Pythagorici inuenerunt mathemata, & auxerunt. Deinde explicat opinionem, & cauſam opinionis, & dicit { enutritiq; in ipſis } .ſ. mathematicis, quæ primi inuenere, & auxere { eorum } .ſ. mathematicorum { principia } videlicet numeros, qui principia ſunt rerum mathematicarum { entium omniũ principia eſſe poſuerunt } Quo vero ad Pythagoricos attinet, duę fuerunt philoſophãtium ſectæ, alia eorum, qui in Ionia Græciæ regione philoſophati ſunt, & illi a Thalete Mileſio principium ſumpſerunt, vt dictum eſt: alia eorum, qui philoſophati ſunt in Italia. ea videlicet in regione, quæ olim magna Græcia dicebatur, nunc Apulia, & Calabria, quorum princeps fuit Pythagoras Samius ex Samo græciæ Inſula, qui apud Crotoniatas philoſophatus eſt: & hi dicuntur aliquando Pythagorici, aliquando Italici. Et quia horum aliqui fuerunt inter tempora Democriti, & Leucippi, aliqui vero ante, ideo { inter autem hos } dixit { & ante hos } & cum dixit { enutritique in ipſis } tetigit cauſam, quare ea, quæ poſuerunt prima rerum mathematicarum principia, eadem ipſa poſuerunt entium omnium principia, cauſa eſt, quia erant nutriti in ſtudiis rerum mathematicarum, quoniam conſueuerunt homines ad ea, quæ nouerũt, omnia, quæ inquirunt, aut pertractant, reducere: & per ea indicare. Hac ratione homines quidam noſtræ ætatis tam inſcribendo, quam in diſputando, quam in confabulando omnia reducunt ad metaphyſicam, quoniam

niam in ea tantum ſunt nutriti. Hinc nonnullorum ſcribentium in naturali philoſophia, quæſita omnia, ad metaphyſicam attinent, alij in logica ſcribentes ſimiliter faciunt. Nam, vt Ariſtoteles inquit in Ethicis authoritate Heſiodi, quas quiſpiam nouerit artes, in eis verſatur, & magnam ſui temporis partem cõſumit. Mathematum vero principia vt poſtea dicemus, ſunt ipſi numeri, & natura primi per ipſos, quoniam alia ex appoſitione ſunt, magnitudines.n.poſitionem præſumpſerunt. Quia igitur numeri mathematum ſunt prima principia, hos eoſdem entium omnium principia eſſe autumant.

Quoniam autem numeri his priores ſunt natura, & in numeris magis uidebatur eis contemplari ſimilitudines multas eorum, quæ ſunt, & fiunt, quam in igne, & terra, & aqua ſiquidem numerorum affectus quidem talis eſt iuſtitia, alius uero talis anima, atque mens, alius autem talis tempus, & cæterorum fere quiſque ſimiliter. Inſuper & affectus concentuum in numeris intueri, ac rationes: quia itaque cætera quidem numeris uidebantur ſimilia eſſe in omnibus, quæ ſunt ſecundum naturam, & numeri primi, atque ante omnem naturã ſunt, numerorum elementa, entium omnium elemẽta eſſe putarũt: totumque cœlum concentum ac numerum eſſe, quando & quæcunq; in numeris, & concentibus oſtendere poterant, ad cœli affectus, ac partes, & ad uniuerſum totum hæc aggregantes, accommodabant.

Intueri ὁρῶντες intuentes.

Hic textus ſuſpenſiuus eſt vſque ibi { Numerorum elementa } continuatio vero eſt, ꝙ cum Ariſtoteles narraſſet opinionem Pythagoricorum, & cauſam cur ita opinati ſint, nunc aſsignat rationem eorum. Nam cauſa, quam aſsignauit, eſt præter rem, at nunc aſsignat rationes, quæ ſunt ad rem. Quarum prima eſt, Prima ſunt principia, in poſterioribus.n.dictum eſt, idem eſſe primũ & principium. Sed numerus eſt natura prior ceteris omnibus quæ in mathematica, & quæ in natura ſunt. Igitur numeri ſunt omnium rerum principia, de ratione tãgit minorem cum dictione ſuſpenſiua { quoniam } & dicit { quoniam autem numeri } his.ſ.rebus mathematicis, & naturalibus { natura ſunt priores } concluſio ponetur, vbi terminabitur ſuſpenſio. Alexander quoad ipſa verba attinet, ait, Dictionem commodius ſeſe habere ſi pro { autem } ſubſtitueretur { enim } ad hunc modum { quoniam enim rebus numeri natura priores ſunt } & reliqua, Quæ correptio non multum refert, numeros vero omni natura, cunctiſque rebus naturalibus priores eſſe rati ſunt Pythagorici, quoniam vt Alexander ſuppleuit, nulla res poteſt eſſe ſine numero, ſed neque cognoſci quidem omnino. At numeri ſine alijs cognoſci poſſunt. Hac ratione numeros omni natura, cunctiſque rebus naturalibus priores eſſe rati ſunt, & ſic patet minor. Secunda vero ratio ſic componitur, Ea, in quibus apparent magis ſimilitudines rerum, quæ fiunt, videntur magis principia eorum, quæ fiunt. patet, qm̃ ſemper in principijs eſt ſimilitudo eius, quod fit. gerit .n.omne, quod fit, ſimilitudinem ſui principij: Numeri ſunt ea, in quibus videntur eſſe magis ſimilitudines eorum, quæ fiunt, quam in elementis corporeis: Igitur numeri ſunt magis omnium principia, quam elementa corporea. Huius ſyllogiſmi tangit minorem, & dicit { & in numeris magis videbatur eis cõtemplari ſimilitudines multas eorum, quæ ſunt, & fiunt } .i. tam entium, quæ ſunt in eſſe, quam entium, quæ ſunt in fieri. Res.n. ſiue ſint in eſſe, ſiue ſint in fieri ſemper gerunt ſimilitudines ſuorum principiorum, ſemperque principia intra ſe habent ſimilitudines eorum, quæ efficiunt { quam in igne & terra, & aqua } quæ ſunt elementa corporea. Deinde probat minorem in tribus generibus rerum, vt puta in voluntarijs, & in formis naturalibus, ſubſtãtialibus, & in accidentibus, & dicit { ſiquidem numerorum affectus talis eſt iuſtitia } .i. vnus affectus eorũ, qui ſunt in numeris, eſt ſimilis iuſtitiæ, & per iuſtitiam innuit omnia voluntaria { alius autem } affectus.ſ.eorũ, qui ſunt in numeris { talis } eſt { anima, atque mens } .i. ſimilis animæ atque menti, & per animam atque mentem intelligit idem & innuit formas naturales { alius autem } .ſ. affectus numerorum { talis } eſt { tempus } .i. ſimilis tempori, & vtitur tempore pro exemplo omnium accidentium. Et amplificãs ſermonem ad omnia voluntaria, & ad omnes ſubſtantias naturales, & ad omnia accidentia, ſubdit { & cæterorum } .ſ. entium, quæ ſunt { ſimiliter } .ſ. eſt effectus ſimilis numeris: & ſic perſpicua eſt minor. Pro expoſitione huius minoris primo exponit Alexander, quomodo in iuſtitia ſit aliquis affectus, qui eſt in numeris, aſſerens in ipſa iuſtitia eſſe compenſationem, & æquabilitatem, & quia in numeris eſt compenſatio, & æquabilitas: Ideo aſſerit eos dixiſſe numerum pariter parem eſſe iuſtitiam. Numerus vero pariter par, vt inquit, eſt quatuor, quia cum primus ſit quadratus, in paria diuiditur, & eſt par. Eſt.n. bis duo. Ergo quatuor eſt numerus pariter par. Quinto autem Ethicorum expoſitum eſt ab Ariſtotele iuſtitiam conſiſtere in quatuor: de quibus petendum eſt in eo loco. Præterea, vt ait, mentem & animam appellabant vnum, nam animam pro mente dixit. Sed quia mens ſtabilis eſt, & vndique ſimilis, & principatum obtinet, idcirco mentem vnum appellabant vel vnitatẽ. Quin etiam ſubſtantiam vnum dicebant, quoniã ſubſtantia primum eſt. Opinionem vero vocabant duo, quia in vtranque partem flecti poteſt, & cum dixit { cęterorum ſimiliter } intellexit in cæteris rebus naturalibus. Quoniam tempeſtiuitas eſt in ſeptenarijs conſiſtens, Fœtus enim humanus ſeptimo menſe vitalis editur, & ſeptimo ætatis anno dentit, & circa annorum alteram ſeptimanam pubeſcit, circa tertiam deniq;, barbam emittit. Item ſol, vt dixerunt, qui auctor frugum eſt, in eo loco ſitus eſt, vbi ſeptimus numerus habetur, qui, vt diximus, tempeſtiuitas appellatur: vtputa ſupra Mercurium, & infra Venerem, qui locus a terra eſt ſeptimus. Quicquid Ptolemæus in magna conſtructione vltimo inuenerit. Ipſe.n. Solem poſuit ſupra Venerem, & ſub Marte. Antiqui vero, qui Pythagoricos ſectantur, ſub Venere. Preterea quia numerus ſeptem eorum, qui in decem continentur, nullum generat, nec ab vllo generatur, iccirco ipſum appellabant Mineruã. Numerus.n. binarius efficit quatuor, ternarius nouem & ſex: quaternarius octo, quinarius decem generat, generantur autem quatuor, & ſex, & octo, & nouem, & decem: Septem numerus neque generat quẽpiam, neque generatur ab aliquo qualis eſt Minerua, quæ a nulla matre nata eſt, & Virgo perſiſtit. Quinque vero appellabant nuptias, quia nuptiæ ſunt maris & fœminæ coniunctio, cum autem impar numerus apud iſtos ſit mas, par viciſsim fœmina, hic primus ex primo numero pari.i. binario, & primo impari.i. ternario gignitur. Ergo quinarius eſt coniunctio maris & fœminæ, quare recte dixit { & cæterorum ſimiliter } quoniam omne, quod eſt in natura ſecundum eos cõ-

ſtat certo numero: & ſic patet ſecunda ratio pro Pythagoricis. Tertia vero ratio componitur hypothetice ſic. Si concentuum rationes ſunt affectiones in numeris, numeri ſunt rerum principia: Sed concentuũ rationes ſunt affectiones in numeris: Igitur numeri ſunt rerum principia. Syllogiſmus eſt hypotheticus a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis cuius minorem affert, & dicit { Inſuper etiam affectus concentuum, ac rationes } videbatur ſubaudi eis { in numeris intueri } Hæc fuit poſitio antecedentis, quæ fuit minor ſyllogiſmi. Maiorem poſuit, quæ fuit hypothetica tota, & non probauit, poteſt tamen probari. Quia non videntur rationes concentuum magis contineri in numeris, quam cæterarum rerum. Ergo ſi numeri ſunt principia concentuum, quia rationes concentuum continentur in numeris, a pari numeri erunt principia omnium rerum, quia non magis in eis continentur rationes concentuum q̃ cæterarum rerum. Valeat hæc probatio pro eis, quantũ valere poteſt. Quòd autem concentuum rationes in numeris contineantur, probat Alexander, quia Diapaſon in dupla proportione conſiſtit. Diapente in ſeſquialtera, diateſſaron in ſexquitertia: & ſic de ſingulis concentuum rationibus. Tunc recolligens quaſi omnia, quæ dixit in rationibus, dicit { quia itaque cætera quidem } quæ fiunt { numeris videntur ſimilia eſſe } dico { in omnibus, quæ ſunt ſecundum naturam } Nam omnia, quæ ſunt ſecundum naturam ſimilia ſunt numeris. Hæc quantum ad ſecundam rationem quam præmiſit { & numeri primi, atque ante omnem naturam ſunt } quantum ad primam rationem. Deinde prætermittens tertiam rationem, infert concluſionem, & terminat ſuſpenſionem, & dicit { numerorum elementa entium omnium elementa eſſe putarunt } Et intelligit per elementa numerorum omnes numeros, qui ſunt vſque in decem, vt tria, & quatuor, & ſic de alijs, vel vt Alexander exponit per elementa numerorum, intelligit par, & impar & vnitatem. & quia tu poſſes intelligere principia numerorũ eſſe ſolum principia rerum ſublunarium, ideo ſubdit {totumque cœlum concentum, ac numerum eſſe } cuius rationem affert, & dicit { quando & quæcunque in numeris, & concentibus oſtendere poterant, ad cœli affectus } vt ſunt motus, & configurationes, & Eclipſes, & id genus { ac partes } .ſ. orbes { & ad uniuerſum totum } vt eſt ſonus, qui vniuerſo cœlo ab eis harmonicus concenticuſque tribuitur & ornatus { hæc } quæ dicuntur de numeris { accommodabant } Hoc Alexãder egregie declarauit, Nam cum corpora, quæ circa medium vertuntur, habeant in proportione ſua interualla, & alterum velocius circũacta ſonum efficiant, grauem tardiora, celeriora acutum, qui ſoni interuallorum proportione fiant, ex his harmonicum ſonitũ effici tradebant: cuius concentus, cum numerum eſſe principium dictitarent, merito cœli, & vniuerſi numerum principium eſſe ſtatuebãt, ideo dixit { & ad vniuerſum totum hæc aggregantes accommodabant } dans intelligere proportionem numerorum, ex qua reſultat ſonus harmonicus cœlorum, & proportionem numerorum, ex qua reſultat ornatus. Nã Solis exempli cauſa interuallum a terra in dupla, proportione eſſe putabant q̃ Lunæ. Interuallum autem Veneris in tripla, Mercurii in quadrupla, & in cæteris ſingulis ineſſe aliquam numerorum proportionem, & motum cœli in numeros fieri, arbitrati ſunt. Item & moueri velociſsime, vt quæ maximum habeant interuallum: tardiſsime, vt quæ minimum: Media vero, magnitudinis circunſerentiæ. Ex ijs ergo ſimilitudinibus rerum, & numerorum res, & entia ex numeris cõſtare, & numeros quoſdam eſſe affirmabant. Sic igitur quæcunque numeris compoſitionibuſque harmonicis, cum cœli affectionibus, partibuſque conueniunt, hæc illi quaſi manifeſta ſumentes cœlum ex numeris, & in concentum conſtare demoſtrabant.

Et ſiquid alicubi deficiebat, illud ſupplebant, quo tota ſua pertractatio connexa eſſet. Veluti, dico, quia denarius numerus perfectus eſſe uidetur, atque omnem numerorum naturã comprehendere, ea quoque quæ feruntur in cœlo decem quidẽ inquiunt eſſe. At cum nouem tantum manifeſta ſint, ideo decimam oppoſitam terram faciunt, antichthona decimã faciunt. Verum de his, alijs in locis exactius eſt a nobis diffinitum.

Supplebant προσελιχον το **percupiebant implebant.**

Antichthona ἀντίχθονα **aduerſa terr.**

Hic remouet vnum dubium in doctrina Pythagoricorum, nam cum in rebus manifeſtis aliquid defecerit, cuius defectu illis rebus non poteſt numerus adaptari, quid eſt agendũ? Verbi cauſa vniuerſum eſt perfectum, & numerus denarius eſt perfectus, quonã modo numerus denarius poteſt accommodari vniuerſo, cum vniuerſum non cõſtet niſi nouenario? Conſtat enim vniuerſum nouem globis nobis exploratis, ſeptẽ videlicet errantium ſtellarum, octauo inerrantium, nono ipſa terra. Nam & hanc circulariter moueri arbitrãtur circa ignem, qui in centro terræ eſt, quem Veſtam vocant. Eſt igitur quæſitum, quo nam modo denarius vniuerſo adaptari poteſt? Reſpondent, ꝙ id quod deerat, ſupplebant, ac implere conabantur, vt ſibi tota doctrina conſtaret, & dicit { Et ſiquid alicubi deficiebat } .ſ. in rebus manifeſtis, quod videbatur neceſſarium, aut requiſitum ad perfectionem eius, cui deficit { illud ſupplebant, quo tota ſua pertractatio } ac doctrina { connexa eſſet } ac perfecta. Illud verbum { ſupplebant } Græce eſt προσελίχοντο, quod antiquus Interpres vertit { ad vocabant } Argyropylus vero vir optime peritus { percupiebant } tamen verti poteſt quoad ſenſum ſupplebant, vel implebant. Verbum vero συνηρμοσμένη antiquus Interpres vertit continuata, Argyropylus connexa ac perfecta, & tranſlatio eſt clara. Deinde hoc, quod dixit, exponit in exemplo, & dicit { Veluti quia denarius numerus perfectus eſſe videtur } Eſt.n. primus limes cõprehendens omnium numerorum naturam, quippe cum alij numeri omnes nõ ſint, niſi quædam repetitio denarij, vnde & Plato vſq; ad denarium fecit numerum, vt quarto auſcultationis Phyſicæ ſcribit Ariſtoteles, propterea ſubdit { atq; omnem numerorum naturam comprehendere } .ſ. videtur. Quia igitur denarius eſt numerus perfectus, & vniuerſum eſt perfectum, ideo { ea quoque, quæ ferũtur in cœlo } .i. in toto mundo .ſ. globos, ex quibus vniuerſum conſtat { decem quidem inquiunt eſſe } quoniam ad nouem globos manifeſtos addunt decimum immanifeſtum, & dicit { at cum nouem tantum manifeſta ſint } videlicet ſeptem errantium ſtellarũ, octauus ſtellarum inerrantium, nonus terra. Eſt.n. terra, vt dictum eſt, globus nonus, quæ circulariter mouetur circa Veſtam conſiſtentem, quæ per ipſos eſt ignis, qui eſt in centro terræ, vbi animæ maleficorum ſecundũ eos cruciãtur { Ideo antichthonem } .ſ. terram { decimã faciunt } quandam enim terram antichthonem ſiue oppoſitam terram addebant, quam ipſi in oppoſitum

terræ

terræ noſtræ exploratæ moueri dicebant, & per additionem illius terræ antichthonis, complebant numerum denarium, quo mundum conſtare dicebant. Quia vero res hæc hic obſcure eſt pertractata, ideo ſubdit { verum de his, alijs in locis exactius eſt a nobis diffinitum }.ſ. in lib. de cœlo. Hæc ſunt quæ Ariſt. narraſſe ait Expoſitor de opinione Pythagoricorum, quantũ ad id, quod dixerunt de rerum ſubſtantia. Nam voluerunt, vt inquit, omnium rerum ſubſtantias conſtare ex numeris, nihilque aliud eſſe cuiuſque rei ſubſtantiã ꝙ numerum. Et quoniam rerum ſubſtantiæ conſtãt numeris, iccirco omnium rerum principia conſequẽter declarabit eſſe numeros, textu qui ſequetur. Pace tãti Expoſitoris dixerim, Ariſtoteles probauit in hoc textu tribus rationibus rerum principia eſſe numeros, & primo propoſuit mathematicorum principia eſſe rerũ omnium principia, innuens numeros eſſe rerum mathematicarum principia, & rerum etiam naturalium, vt Alexander expoſuit.

Enarramus ἐπεξερχόμεθα adinuenimus cōtinuamus.

Sed cuius gratia hæc enarramus, eſt id, ut & ab his ea, quæ principia iam eſſe ponunt, accipiamus, & quo nam modo dictas in cauſas cadant. Atque uidentur & hi numerũ principium eorũ eſſe, quæ ſunt, & ut materiã, & ut affectus, habituſue putare. Numeri uero elementa eſſe par atque impar: quorum quidem alterum finitum, alterum infinitum eſt. Sed unum ipſum ex utriſq; his eſt. Nam & par eſt, & impar, itaque numerum ex uno conſtare dicebant, cœlum uero totũ, ut dictum eſt, eſſe numeros.

Expoſitor vult Ariſtotelem in textibus proximis declaraſſe Pythagoricos voluiſſe numeros eſſe rerũ ſubſtantias, nunc vero narrare eorum opinionem de principiis. Quæ expoſitio refutata eſt pace tanti viri in fine proximi textus. Quoniam Ariſtoteles primo accepit opinionem Pythagoricorum, ꝙ numeri ſint rerũ omnium principia. Deinde adduxit pro hac poſitione tres rationes. Ergo narrauit & probauit opinionem Pythagoricorum de principijs, non ergo hic narrat opinionem Pythagoricorum de principijs, & ſuperius de ſubſtantia rerum. Alexander vero exponit, ꝙ Ariſtoteles hic nos admoneat, quorſum hoc in loco tam multa dixerit de iſtorum opinione, & ait Ariſtoteles ſe tam multa dixiſſe, vt intelligatur, ad quod genus cauſarum Pythagorici principia referant. Ego vero pace tantorum virorum dixerim, ꝙ cum Ariſtoteles narraſſet opinionem Pythagoricorum de rerum principijs tam diffuſe, & non declaraſſet de quibus generibus principiorum Pythagorici fuerint locuti, vtrũ de principijs, quæ ſunt in genere materiæ, an de principijs, quæ ſunt in alio genere, nũc declarat ſe ob duo de opinione Pythagoricorum tam diffuſe eſſe locutũ. Primo, vt accipiamus, quæ ſunt illa, quæ principia ponunt. Deinde, vt ſciamus principia, quæ poſuerunt, in quibus generibus principiorum ſint reponenda, vtrũ in genere materiæ, an in genere efficientis cauſæ, & dicit { ſed cuius gratia hæc enarramus, eſt id } propter duo { vt & ab his ea, quæ principia eſſe ponunt, accipiamus } hoc eſt primum { & } vt accipiamus { quo nam modo dictas in cauſas cadant }.i. in quibus generibus cauſarum ſint earum videlicet, quæ ſunt explicatæ. 2. phyſicæ auſcultationis, vel fortaſſe hæc duo ſunt vnum, vt Alexander autumat videlicet, vt accipiamus quo nam modo dictas in cauſas cadant. Et tũc oportet, vt ſecundum ſit interpretatio primi, Nam cũ ait { vt & ab his accipiamus ea, quæ principia eſſe ponunt } ſubdit expoſitionem, & dicit { & } pro .i. vt accipiamus { quo nam modo dictas in cauſas cadant } & ſic puto legiſſe Alexãdrum, quod mihi placeret, niſi Ariſtoteles vſus fuiſſe duplici copulandi nota, qua nũquam vti conſueuit, niſi vbi diuerſa copulat. Deinde explicat in quæ genera principiorum cadant ea quæ principia poſuerunt, & dicit { atque videntur & hi numerum principiorum eorum eſſe putare, quæ ſunt, & vt materiam, & vt affectus habituſue }.ſ. putare. Circa quæ verba Expoſitor dicit, primo hos voluiſſe numerum eſſe rerum principium, vt materiam. Deinde hos voluiſſe affectus, atque habitus numerorum, eſſe affectus, atque habitus entium naturalium. Intelligẽs per affectus accidentia facile mobilia, quæque celeriter tranſeunt, vt rubor, qui ex pudore oritur, & leuis dolor, qui ex leui ictu gignitur, per habitus vero accidentia permanentia, quæ difficulter abeunt, vt calidum corporum mixtorum, & nigrum Aethiopum. Verbi gratia affectus numeri, qui dicitur par, eſt habitus iuſtitiæ, vel iuſtitia ipſa, propter æqualitatem diuiſionis, quia huiuſmodi numerus æqualiter per dimidia vſque ad vnitatem ſecatur. Vt in exemplo octonarij patet, qui in duos quaternarios ſcinditur. Quaternarius vero in duos binarios, at binarius in duas vnitates. Quia igitur iuſtitia conſiſtit in quatuor, vt quinto Ethicorum traditur, ideo par quod eſt habitus numeri iuſtitia eſt, vel iuſtitiæ habitus. Simili ratione alios numeri habitus, vel affectus aſſerebant eſſe habitus, aut affectus rerum naturalium. Hoc eſt formas rerum naturalium. Hæc expoſitio eſt difficilis, quoniam Ariſtoteles loquitur copulatiue, quaſi innuat eos opinatos eſſe numeros eſſe rerum naturalium, tum vt materiam, tum etiam, vt affectus, habituſque. Propterea Alexander aſſerit Ariſtotelem his verbis declarare placuiſſe Pythagoricis numeros eſſe rerum principiũ, vt materiam, & habituum atque affectionum rerum naturalium, vt cauſam efficientem. Nam pro numero differentijs affectiones & habitus rerum generari aiebant rebus, quæ ipſis componuntur. Et ſic oportet legere { atque videntur & hi numerum principiorum eorum eſſe quæ ſunt }.i. rerum naturalium { & vt materiam }.i. in genere principii materialis, putare { & } putare { vt affectus, habituſue }.ſ. & in genere cauſæ efficientis: quæ.ſ. affectus, & habitus efficit in rebus ipſis, & ſic uelle videntur numeros eſſe cauſam rerũ duplici in genere cauſæ, & vt materiam, & vt efficientem. Nec expoſitio iſta eſt extranea, nam affectus, & habitus ſunt cauſæ effectrices, quoniam, vt dicitur.3. phyſicæ auſcultationis ſemper exiſtimatur ſpecies mouens. Quare non ab ratione expoſuit pro affectibus, & habitibus effectricem cauſam. Verum non eadem ratione. Numerus enim quo numerus eſt, uidetur cauſa vt materia, numerus vero quo eſt duplus, ſexquitertius, vel ſexquialter, eſt cauſa, vt efficiens affectuum, atque habituum rerum. Aſpaſius vero non recedens ab hac Alexandri expoſitione, ait Ariſtotelem cum dicit numerum eſſe parem, intellexiſſe numerum ſimpliciter, cum vero dixit affectus, & habitus eſſe cauſam effectricem, per affectus, paria, per habitus vero, imparia ait intellexiſſe. Vel etiam ait Aſphaſius numerorum par Ariſtotelem intellexiſſe eſſe materiam, & affectiones: Impar vero habitus. Sed quæcunque dicantur, bene tolerabilia ſunt. Cum dixiſſet numeros

Propria expō.

Aſpaſi expō.

eſſe rerum principia in duplici genere cauſæ, exponit principia numerorum, vt ordinem exponat in principiis Pythagoricorum, & dicit {numeri vero elementa} ideſt principia videntur eis {eſſe par, atque impar} quæ ſunt primæ numerorum differentiæ {quorum quidem alterum finitum. ſ. impar, alterum vero infinitũ} videlicet par {eſt} Quo vero modo par numerus ſit infinitus, Impar autem finitus, Expoſitor declarat ex iis, quæ tertio auſcultationis phyſicæ dicta ſunt. Alexander vero prætermiſit tanquam clarum, ac protritum omnibus. Poteſt tamen ſyllogiſmus probans numerũ parem habere rationem infiniti hoc pacto componi. Omne quod ſemper diuiditur in duo, habet rationem infiniti. Diuiſio enim continui tendit in infinitum, quoniam continuum ſemper diuiſibile eſt in duo dimidia. Numerus par nulla alia ratione diuidi poteſt, niſi in duo, ergo habet rationem infiniti. Quia vero impar numerus non eſt diuiſibilis in duo, fit vt numerus impar rationem finiti ſubeat, infiniti vero rationem fugiat. Præterea adducit aliam rationem ꝙ numeri impares ordinate aucti non variant ſpeciem numeri. At pares, ſi ordinate creſcant, ſpeciem euarient, & denominationem. Primam partem probat Expoſitor ſupponendo ꝙ ordinati impares ſint vnum, tria, quinque, ſeptem, & nouem, & ſic ad infinitum. Ordinati pares ſunt duo, quatuor, ſex, octo, decem, & ſic infinitum. Tunc probatur ꝙ numeri impares ordinate aucti non varient ſpeciem. Nam vnum & tria faciũt quatuor, qui eſt primus numerus quadratus. Vlterius quatuor & quinque nouẽ conſtituunt, qui ſeruat eandem rationem, quoniam eſt etiam numerus quadratus inſuper nouem & ſeptem faciunt. xvi. qui etiã eſt numerus quadratus, & ſic de aliis in infinitum, qui ſemper ſeruant eandem rationẽ quadrati. At auctio, quæ fit in numeris paribus non ſeruat eandem ſpeciẽ. Quoniam vnum & duo reddunt tria. Tria vero & quatuor faciunt ſeptem. At ſeptenarius numerus alterius ſpeciei eſt a ternario. Quoniam ternarius eſt numerus incompoſitus ex numeris. Septenarius vero compoſitus ex numeris. Sed hæc ſunt ſuperflua ad expoſitionem, vt putauit Alexander, qui dixit cætera eſſe clara. Cum aſsignaſſet principia numerorũ, quæ ſunt par, & impar, aſsignat principium parium, & impariũ, aſſerens principium parium, & imparium eſſe vnitatẽ, & dicit {ſed vnum ipſum} ideſt ſed vnitas ipſa {ex vtriſque his eſt} ideſt attinet tam ad parem numerum, quam ad imparem, cuius rationem ſubdit {Nam & par eſt & impar} & tu intelligas vnitatem eſſe parem numerum, & imparem cauſaliter, quoniam vnitas eſt principium tam paris quam imparis. Tunc concludit {itaque numerum ex vno conſtare dicebant cœlum vero totum, vt dictum eſt, eſſe numeros} ideſt ex numeris eſſe. Igitur in principiis hic ordo eſt, vt vnitas ſit principium paris, atq; imparis, Par vero & impar numeri, at numerus principium eſt cœli, Cœlum vero omnium eorum, quæ ſunt ſub cœlo. Igitur apud Pythagoricos omnium principium primum eſt vnitas, quod Plato concedit aſſerens vnũ eſſe ante ens in Parmenide. Hactenus de prima Pythagoricũ poſitione.

Ordo principiorum.

Alij uero ex eiſdem his principia decem inquiunt eſſe ea, quæ per ſeriem dicuntur, uidelicet finitum & infinitum, par & impar, unum & multitudinem, dextrum & ſiniſtrum, marem & fœminam, quieſcens & motum, & rectum & curuum, lumen & tenebras, bonum et malum, quadratum & altera parte longius.


καμπύλον Obliquum.


Cum narraſſet opinionem eorum Pythagoricorũ, qui poſuerunt vnitatem primum omnium principiũ, vt diximus, nunc vt Alexander autumat, narrat Pythagoricorum opinionem eorum, qui decem oppoſitiones pro principiis poſuerunt, quoniam apud ipſos denarius numerus eſt primus perfectus: & ideo eum nũmerum accommodauerũt primis omnium rerũ principiis, & dicit {Alii vero ex eiſdem his}. ſ. Pythagoricis {principia decẽ inquiunt eſſe ea, quæ per ſeriem dicuntur} ideſt dicunt eſſe decem oppoſitiones. Per ea enim quæ per ſeriem dicuntur, oppoſitiones intelligit, eorum, quæ correſpondenter inuicem opponuntur: & ſic volunt prima omnium rerum principia eſſe decem oppoſitiones, & viginti oppoſita: quæ per ordinem explicat.

Perfecta	*Imperfecta*
Finitum	infinitum
Impar	par
Vnum	multitudo
Dextrum	ſiniſtrum
Mas	fœmina
Quies	motus
Curuum	rectum
Lumen	tenebræ
Bonum	malum
Quadratum	altera parte longius.

Et dicit {videlicet finitum & infinitum} quæ conſtituunt primam oppoſitionem {par & impar} quæ cõſtituunt ſecundam {vnum & multitudinem} quæ tertiam {dextrum & ſiniſtrum} quæ quartam {marem & fœminam} quæ quintam {quieſcens & motum} quæ ſextam {rectum & curuum} quæ ſeptimam {lumen & tenebras} quæ octauam {bonum & malum} quæ nonam {quadratum & altera parte longius} quæ decimam oppoſitionem reddunt. Igitur rerum prima principia ſunt decem oppoſitiones. Expoſitor nititur aſsignare cauſam, quare hæ oppoſitiones ſint ſic ordinatæ, vt prima ſit finiti & infiniti, ſecunda vero paris atque imparis, & ſic ſuo ordine in reliquis. Et ait hos poſuiſſe finiti & infiniti primam oppoſitionem, non per rationem, ſed authoritate aliorum Pythagoricorum, qui prima contraria poſuerunt finitum, & infinitum. Similiter paris atque imparis poſuerunt ſecũdam oppoſitionem & authoritate priorum, & quia finitum & infinitum attribuuntur pari & impari, tertiam poſuerunt vnius & multitudinis, quia par & impar ſunt numerorum principia, qui numeri ſunt vnum & plura, & quia ex numero conſtituitur magnitudo, quatenus numerus poſitionem habet: Ideo quartam oppoſitionem fecerunt dextri & ſiniſtri, quæ poſitionem habent: & quia naturalia ſupra magnitudines mathematicas addunt virtutes actiuam, & paſsiuam, ideo quinta oppoſitio eſt maris, & fœminæ, quorum mas agens, fœmina patiens eſt: & quia ex virtute actiua & paſsiua ſequuntur motus, & quies, ideo ſexta oppoſitio erit motus, & quietis: & quia primæ differentiæ motus ſunt rectum, & circulare, ideo ſeptimam oppoſitio erit recti, & curui: & quia non ſolum ponebãt rerum

rerum principia quantũ ad actiones naturales & motus,ſed etiam quantum ad actiones animales,quarum prima eſt cognitio, ideo octauam oppoſitionem poſuerunt luminis & tenebræ. Quia vero ſecunda animalis actio eſt appetitio, ideo nonam oppoſitionem poſuerunt boni, & mali: & quia mathematica ſuperadduntur ſubſtãtiis naturalibus, ideo vltimam oppoſitionem poſuerunt quadrati, & eius figuræ, quæ dicitur altera parte longior. Dicitur autem quadratum figura quatuor lateribus æquabilibus, cuius anguli omnes ſunt recti.





Altera parte longior figura eſt, cuius licet latera oppoſita ſint æqualia, non tamen omnia latera omnibus ſunt æqualia. Vt licet latus A, ſit æquale lateri C, & latus B, lateri D: tamen non omnia latera ſunt æqualia alicui horum: & addit Expoſitor harum decem oppoſitionum decem oppoſita ſe tenere cum perfecto, vt ſunt finitum, impar, vnum, dextrum, mas, quies, circulare ſiue curuum, lumen, bonum, quadratum, decem alia his correſpondentia cum imperfecto, ſed hæc, quæ Expoſitor ait quantum ad ordinem oppoſitionum recte dicit, quantum vero ad cauſam ordinis non videtur mihi recte dixiſſe. Quoniam vel priores oppoſitiones voluit eſſe priores, quia ſunt cauſalitate priores, & ordine naturæ, aut priores ordine ad nos,vt quia ſemper oppoſitiones priores ſint effectus nobis notiores,oppoſitiones vero poſteriores cãæ nobis ignotiores.Vel ordo oppoſitionũ eſt partim, quo ad nos,& partim quo ad naturã.Non eſt dicendum ꝙ harum oppoſitionũ ordo ſit mixtus, qm̃ tunc eſſet cõfuſio,& voluntarius. Non.n.videtur cã neceſſaria,cur q̃dam harũ oppõnum ſint ordinatæ ordine naturæ, & q̃dam ordine,quo ad nos: niſi velit dicere ordinẽ eſſe ad placitum: & ſic non erit ordo neceſſarius.at ſi ordo fuerit cauſalitatis, prima oppõ, q̃ finiti & infiniti eſt, erit cã ſecundę,q̃ eſt paris & imparis, quod falſum eſt: nã,vt dictũ eſt par & impar ſunt cãæ finiti & infiniti,vt in expõne eſt dictũ. Item nec ſecũdo oppoſitio,q̃ paris,& imparis eſt cã tertiæ,& ſic de alijs. Nec ordo põt eſſe quo ad nos, qm̃ ſemper oppoſitio poſterior erit effectus prioris,cuius oppoſitum potes videre diſcurrendo per oẽs. Et quia non poteſt reddi cã ordinis in talibus oppõnibus.Propterea Alexan. & Aſpaſius enumerauerunt oppoſitiones,nullã afferẽtes ordinis cãm. Noluerũt.n.laborare,vbi labor ſit fruſtra.Inſuper oppoſitiones iſtæ decẽ, quo nam mõ ſint principia rerũ, vtrũ vt materia, an vt efficientes cãæ, authores huius opinionis non explicarũt,nec expoſuerũt,ſint ne hę decẽ oppõnes ſimul cõcurrentes ad vnumqueq; effectũ, an alia oppõ ſit vnius effectus principiũ,alia vero alterius.Et ſi oẽs ſimul, nõ explicarũt ſint ne principia oĩa æque primo,cui ordine quodã & ſi altera ſit cã alteri*, & non oẽs vnius,non eſt exploratum, q̃ oppõ ſit principium cuius,& quonam modo vtrum vt effectrix cã, an vt materia. Propter has difficultates Alexander & Aſpaſius valde raptim horum opinionem tetigerunt.

Quo quidem pacto & Alcmæon Crotoniates putaſſe uidetur: & aut hic ab illis, aut illi ab hoc ſententiam hanc ſuſceperunt. Etenim fuit Alcmæon, cum Pythagora ætate eſſet ſenex: hic autem ſimilem ſententiam attulit illis. Dicit.n.pleraſque humanarum rerum duas eſſe,ipſas inquiens contrarietates.Non ut illi definitas, ſed quaſuis: ut album & nigrum, dulce & amarum, bonum & malum,magnum & paruum. Hic itaq; de reliquis indefinite dixit.Pythagorici uero & quot & quæ nam ſint ipſæ contrarietates enuntiarunt.

Cum aſsignaſſet ſecundã Pythagoricorum poſitionem nunc narrat opinionẽ Alcmæonis Crotoniatæ, q conuenit cum poſitione ſecunda quãtum ad duo, primo ꝙ vt illi aſſeruerunt oppõnes rerũ eſſe principia rerũ naturalium, ſic Alcmæon oppõnes rerum autumat rerum naturaliũ eſſe principia.Secundo ꝙ vt illi oppõnes dixerũt plures,q̃ eſſent rerũ principia,ſic Alcmęon aſſeruit plures oppõnes eſſe rerum principia. Sed differt qm̃ illi de ſecunda poſitione poſuerunt decem tantum oppoſitiones eſſe oĩum rerum principia, & expoſuerunt q̃: At Alcmęon indefinitas,qm̃ tot ſpecie,quot generationes ſpecie ſunt,tot vero numero, quot generationes numero ſunt. Nã oĩs generatio habet ſua cõtraria ꝓpria inter q̃ ſit,vt generatio albi habet ꝓ principio oppõnem,q̃ eſt inter album, & nigrũ. Qm̃ ſit de nigro in album:& hæc generatio huius albi pro principio habet oppoſitionem huius nigri & huius albi: qm̃ ſit ex hoc nigro. At ſecunda Pythagoricorum poſitio voluit omnium generationum oppoſitiones decem ſufficere pro principiis.Quod quo nam mõ ſufficiant, non expreſſerunt: vt dictum eſt. Dicit {Quo quidem pacto & Alcmæon Crotoniates putaſſe videtur} videlicet quantum ad duo: quæ explicabit: vt & ꝙ oppoſitiones rerum ſint rerum omnium principia, & ꝙ plures oppoſitiones ſint rerum principia: non vna tantũ. Et explicans rationem accepit καὶ .i. {&} pro.n.vel pro quoniam, quaſi dicens, quoniam {aut hic ab illis, aut illi ab hoc} .ſ.Alcmæone {ſẽtẽtiam hanc ſuſceperunt} Et ꝙ vtrũq; eſſe potuerit,ꝓbat,& dicit{Etenim fuit Alcmæon,cum Pythagora ætate eſſet ſenex} & ſic eſſe potuit,vt Alcmęon ſuam opinionẽ acceperit a Pythagoricis,vel vt Pythagorici, qui fuerunt de ſecunda opinione, acceperint ab Alcmæone. Cum.n.fuiſſent contemporanei, vtrunq; eſſe potuit {hic aũt} ideſt, ſed qualitercunque fuerit {hic} .ſ.Alcmæon {ſimilem ſententiam attulit illis} .ſ. Pythagoricis de ſecunda poſitione, quantum ad duo,quæ vno contextu explicat, & ait {Dicit.n.} Alcmæon.ſ.{pleraſque humanarum rerum duas eſſe} plures .ſ. dualitates {ipſas inquiens contrarietates} Igitur his verbis innuit Alcmæonem duo dixiſſe, & ꝙ oppoſitiones ſint rerum principia, & ꝙ illæ ſint plures,& per humanas res, ſenſibiles intelligit, quatenus homo verſari poteſt circa cognitionẽ illarum. Diuinæ vero res, cum ſint ſupra captum hominis,ſupra humanas appellarunt. Cæteras vero omnes, quæ ſub humano captu habentur, quales omnes ſublunares,humanas vocarunt. Harum ſingulas dualitates contrariorum dixerunt contrarietates, atque oppoſitiones,quibus pro principiis vtebantur rerum na-

turalium. Deinde affert differentiam,& dicit, Sed hic Alcmæon licet ponat plures oppoſitiones pro rerum principijs, tñ { Non vt illi definitas} .ſ.numero certo, videlicet decem {ſed quaſuis} ideſt, ſed numero incerto,ſicut incertus eſt numerus ſpecierum, quæ generantur: & ſicut infinitus eſt numerus indiuiduorum ſub ſpeciebus, quæ generantur. Verbi gratia {vt album & nigrum} quæ oppoſitio eſt in generatione nigri,vel albi {dulce & amarum} quæ oppoſitio eſt in generatione dulcis, vel amari {bonum & malum} quæ oppoſitio eſt in generatione boni aut mali. {magnum & paruum} quæ oppoſitio eſt in generatione magni, vel parui.Et ſic conſequenter pro numero ſpecierum,quę generantur. Propterea concludit { Hic itaq; de reliquis} .ſ.oppoſitionibus, quæ principia ſunt generationum reliquarum ſpecierũ {indefinite} ideſt nullo certo numero {dixit} ſicut reliquæ ſpecies aliæ ab his,quas enumerauit,numero incerto, ac indefinito ſunt { Pythagorici vero} qui ſunt de ſecunda poſitione {& quot & quæ nam ſint ipſæ contrarietates} quibus vtebantur ꝑ principijs {enuntiarunt} quia dixerunt eſſe numero decem: & expoſuerunt quæ. Ex his patet non recte expoſuiſſe, qui τυχούσας, vertit quaſcunq; fortuna contingentes, ꝗ Alcmæon poſuerit quaſi inordinate quaſcunque oppoſitiones, ſiue contrarietates, quæ fortuna vel caſu ſibi in mentem veniebant, eſſe rerum principia. Non enim illa fuit bona tranſlatio,nec hæc

Expõ Alex. eſt recta expoſitio. Alexander vero aſſerit differentiam inter Pythagoricos, qui ſunt de ſecunda opinione,& Alcmæonem eſſe, ꝗ Pythagorici decem oppoſitiones rerum principia eſſe affirmauerunt,quas determinarunt, atque explicarunt, Alcmæon vero quancunque oppoſitionem indeterminate principium eſſe dicebat. Itaque omnis contrarietas apud hunc princi-

Refutatio. pium eſſe poterat. Quę expoſitio non placet quia quaſi coincidit cum expoſitione proxima. Melius ergo dicerem ꝗ differentia ſit, quoniam Pythagorici voluerunt oppoſitiones ſub certo, definitoq; numero eſſe rerum principia, & explicarunt quot, & quæ. At Alcmæon dixit oppoſitiones, quæ ſunt rerum principia eſſe quaſuis, ideſt nullo certo numero definitas, ſicut nec ſpecierum,quę generantur certus eſt numerus,& ideo nec dixit quot, nec q̃,cum nec dicere poſsit quot ſint ſpecies, nec quæ. Hæc eſt vera expoſitio.

Ab his igitur utriſque tantum ſumere licet, ꝗ contraria rerum principia ſint, ſed ab alteris, quot,& quæ ſint. Quo tamen modo reduci poſsint, dilucide quidem ab illis non eſt pertractatum. Sed uidentur, ut in materiæ ſpecie elementa collocare Ex iis enim ut ex his, quæ inſunt, conſtare ſubſtantiam, fictamque eſſe inquiunt. Antiquorum igitur pleraque naturæ elementa eſſe dicentium, ex his ſatis quiſpiam mentem percipere poteſt.

Cum narraſſet opiniones Pythagoricorum,& Alcmæonis, nunc ex illis, quæ dixit quid liceat colligere, exponit, & dicit {ab his igitur vtriſque} .ſ. Alcmæone, & his, qui ſunt de ſecunda opinione {tantum ſumere licet,ꝗ contraria } ſiue oppoſitiones, ſiue contrarietates dixeris {rerum principia ſint} & in hoc conueniunt ambo. Deinde colligit differentiam, & dicit {Sed ab alteris } videlicet a Pythagoricis, qui ſunt de ſecunda opinione, licet colligere oppoſitiones {quot, & quæ ſint} quia decem,& expoſuerunt quæ. Deinde tangit primos Pythagoricos, qui poſuerunt numeros eſſe rerum principia,vt Alexãder recte exponit: & dicit {quo tamen modo} numeri.ſ.quos ponunt rerum principia { reduci poſsint } ſubaudi in genera cauſarũ,quæ enumerata ſunt ſecundo libro phyſicæ auſcultationis {Dilucide quidem ab illis} .ſ.primis Pythagoricis, qui numeros poſuerunt { non eſt pertractatum } non enim explicarunt dilucide ſint ne numeri principia, vt materia,an vt efficientes cauſæ. Explicat tamen ipſe Ariſtoteles quid fortaſſe illi ſenſerint, & dicit { ſed videntur, vt in materiæ ſpecie elementa } quæ numeros ponunt {collocare} Videntur enim ordinare numeros ſecundum ſpeciem cauſæ materialis. Cuius rationem affert,& dicit { ex his enim} numeris.ſ. {vt ex his,quæ inſunt, conſtare ſubſtantiam, fictamq; eſſe inquiunt} dixit, { vt ex his, quæ inſunt } quoniam hæc eſt ratio cauſæ materialis, materia enim vt quinto huius dicetur, eſt ex qua aliquid fit, cum inſit: quod quidem additur ad differentiam priuationis, ex qua dicitur etiam aliquid fieri, non tamen ineſt. Ex immuſico enim fit muſicum, non tamen immuſicum ineſt muſico. merito etiam dixit {fictam eſſe ſubſtantiam} quoniam talis generatio quam poſuerunt, vt Alexander inquit, figmento ſimilis eſt, nec vllam habet cum vero ſimilitudinem. Ex his patet, non recte eſſe expoſitum ab aliquibus, qui verba Ariſtotelis videlicet {dilucide quidem ab illis } exponentes per illos intellexerunt eoſdem.ſ. Alcmæonem, & Pythagoricos de ſecunda opinione. nam verbum, ab illis, refert procul dictos, nõ autem proxime nominatos, & propterea Alexander recte intellexit per illos Pythagoricos primos, qui numeros rerum principia poſuerunt. nam de numeris Ariſtoteles dicit hęc quæ refert. Demum epilogat, & dicit {ex his igitur ſatis quiſpiam percipere poteſt mentem antiquorum, pluraque elementa naturæ eſſe dicentium } mentem enim quæ eſt græce διάνοια, pro ſententia accepit. Elementa vero pro materialibus principiis, vel pro cauſis efficientibus intellexit,nam, vt Alexander inquit, præter materiam nonnulli cauſam efficientem aſſerebant,vt retulit.

CAPVT QVARTVM SENTENTIAE aſſerentium vniuerſum vnum eſſe: aliqua item, ex recitatis opinionibus, repetuntur.

SVNT autem quidam, qui de uniuerſo perinde atq; ſi unius eſſet naturæ dixerunt. non tñ modo eodẽ omnes, aut ratione recti, aut rõne eius, quod eſt ſecundum naturam.

Expoſitor aſſerit Ariſtotelem velle ponere opiniones philoſophorum hic de vniuerſo toto, ſicut de vno ente. Ego vero cum viro doctiſsimo Alexandro dico, ꝗ cum Ariſtoteles commemoraſſet opiniones eorũ, qui plura vel materialia,vel plura elemẽta.i.plures cauſas poſuerunt, redit nunc ad illos, qui ens vnum eſſe ſtatuebant: & quia loqui poſſumus de vno vniuerſo, aut quo intelligatur eſſe vnum principium,vt quidam naturales authores dixere, aut quo vniuerſi natura ſit vna,vt Xenophanes, & Parmenides,& Meliſſus arbitrati ſunt, nũc loqtur de vniuerſo, quo eius natura eſt vna,& dicit {ſunt aũt quidã,q de vniuerſo perinde atq; ſi vnius eſſet naturæ dixerũt.igitur loquitur de opinione eorũ,qui dicunt vniuerſum eſſe vnius naturæ.& nõ quaten⁹ vniuerſum eſt vnũ principiũ: & ſic loquiſ de opinione Xenophanis,Parmenidis,atq; Meliſsi.& docet Parmenidis ſentẽtiã de vniuerſo,quo ẽ vni⁹ naturę, diſcrepa-

diſcrepare ab opinione Meliſsi, & dicit { non tamen modo eodem omnes } .ſ. opinantur de ipſo vniuerſo quo eſt vnius naturæ, nam quamuis vterque diceret vniuerſum eſſe vnius naturæ, eos tamen diſcrepare ait { aut ratione recti, aut ratione eius, quod eſt ſecundum naturam } Et Expoſitor exponens ait ꝙ in modo, quo differunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter locuti ſunt. non naturaliter quidem locuti ſunt, quia rebus naturalibus motum ſuſtulerunt. Nullus enim naturaliter loquitur, qui tollit a natura motum. Non bene vero, quoniam per rationes ſophiſticas poſitionem impoſsibilem tulerunt. Sed quia hæc expoſitio non facile verbis accommodatur, ideo cũ Alex. dicamus, ꝙ licet Parmenides & Meliſſus dicat vniuerſum eſſe vnum, vniuſque naturæ {tamen non eodem modo omnes } opinantur, dico non eodem modo { aut ratione recti } .i. quia diſcrepant in ipſo recto {aut ratione eius, quod eſt ſecundum naturã}.i. quia diſcrepant ratione eius, quod eſt ſecundum naturam. Quod diſcrepent ratione recti, patet, quia alter melius, alter peius dicebat, & alter altero probabilius ergo diſcrepant ratione recti. Quòd vero ratione eius, quod eſt ſecundum naturam, patet etiam, quoniam Parmenides, cum dixit vniuerſum eſſe vnum, reſpexit ad formã, & ideo ipſum finitum aſſeruit. Nam forma eſt cauſa terminationis. Meliſſus vero aſſerens vniuerſum eſſe vnum, reſpexit ad materiam, & ideo ipſum poſuit infinitum, quoniam infinitio materiam attingit: cum eius capacitas ſic infinita.

Sed ſermo de his nullo modo ad præſentem cauſarum conſiderationem accommodatur. Non.n.ut Naturalium quidam unum ſupponentes ens, ex ipſo uno tanquam ex materia generant, ſed alio modo hi dicunt. illi.n.uniuerſum generantes, motum addunt. hi uero immobile inquiunt eſſe.

Cum narraſſet opinionem eorum, qui poſuerunt vniuerſum eſſe vnum naturę, & poteſt illorum opinio attinere vna ratione ad cõſiderationem de cauſis, alia ratione non: Ideo primo oſtendit, qua nam ratione nõ pertinet ad præſentem conſiderationem, q̃ eſt de cauſis aſſerens, ideo huius opinionis commemorationem eſſe inutilem ad præſentem conſiderationem, quæ eſt de cauſis, quoniam vniuerſum quod ponunt vnum, neque principium, neque cauſam ſic eſſe poſuerunt, vt qui aquam, aut ignem, aut aerem principium eſſe dixerunt, quoniam ex hoc vno mouendo generabant. ſed qui dixerunt vniuerſum eſſe vnum, aſſeruerunt ipſum eſſe immobile. dicit { ſed ſermo de his }.ſ. philoſophis qui aſſeruerunt vniuerſum eſſe vnum, & immobile {nullo modo ad præſentem cauſarum cõſiderationem accommodatur } quoniam illud vnum, quod ponunt non dicunt eſſe cauſam, quoniam nihil eſt extra illud, cuius ipſum poſsit eſſe cauſa, etiam ſuimet cauſa eſſe non poteſt, igitur non habet rationem cauſæ neq; cauſati, quare non poteſt attinere ad conſiderationem de cauſis. Sed huic occurres, quoniam quidam naturales poſuerunt vnum ens, & tamen ſeruarunt rationẽ cauſæ in illo vno, qm̃ ex illo tanq̃ ex vna materia generabant. Qui.n. poſuerunt vnum aerem eſſe principium rerum, ex aere oĩa generabant, ſic qui poſuerunt vnũ aquam. ergo pari rõne qui ponunt vniuerſum eſſe vnũ, poſſunt illud vnum intelligere, vt cauſam. Reſpondet, ꝙ non ſunt ſimilia, primo qm̃ qui ponunt vnum aerẽ, vel vnam aquam eſſe omnia, volunt omnia eſſe vnum aerem ſubſtantia, non tamen accidentibus, nam licet ignis & aqua & terra, & alia omnia ſint aer ſecundum ſubſtantiam, tamen diſcrepant accidentibus: ſecũdo qm̃ naturales illi vni tribuunt motum rareſactionis, & condenſationis, & ſic poterunt ex illo vno fieri diuerſa ſecundum accidentia, per rareſactionem, & condenſationem. At qui ponunt vniuerſum eſſe vnius naturæ, aſſerit omnia eſſe vnum & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum accidentia, quoniam nulla differentia rerum eſt niſi ſecundum apparentiam, & ſic tollitur omnino motus, quare non poteſt illud vniuerſum habere rationem cauſæ. Neque enim ſui ipſius cauſa eſſe poteſt, neq aliorum, quoniam præter ipſum nihil aliud eſt. Soluit igitur, & dicit { non enim vt naturalium quidam vnum ſupponentes ens } vt vel aerem, vel aquam, vel tale aliud, quod omnia ſunt ſecundũ ſubſtantiam, ſic ſubaudi dicunt iſti, nam qui ponunt vnum ſcilicet aut aerem, aut aquam, aut aliud tale {ex ipſo vno } quod ponunt { tanquam ex materia generant } ſubaudi cæteras res naturales mundi, & ſic poſſunt ſeruare rationem cauſæ & cauſati { ſed alio modo hi dicunt } nam cum velint illud vnum quod ponunt, nihil generare, non poſſunt in eo ſeruare rationem cauſæ, nec cauſati. Deinde affert rationem, quare illi poſſunt ſeruare rationem cauſæ, & cauſati, hi vero non, & dicit {illi enim vniuerſum generantes } ideſt naturales enim dicentes omnes res generari { motum addũt} ei corpori, quo vtuntur pro principio, dicebant enim illud eſſe mobile rareſactione, atque condenſatione, & ſic poterant ex illo vno via rareſactionis, vel condenſationis omnia generari, per quem modum dixerunt etiam vniuerſum generari ratione differentiæ, quæ in partibus inuenitur. Quare potuerunt ſeruare rationem cauſæ & cauſati {hi vero} ſcilicet qui vniuerſum dicũt eſſe vnum ſimpliciter ſecundum ſubſtantiam, & accidentia, illud { immobile dicunt eſſe } quoniam nec locus eſt extra ipſum ad quem moueri poſsit, nec rareſieri, nec condenſari, cum non poſsit amplificari in locum, qui eſt extra ipſum. Et ſic nec in toto nec in parte generari, cum omnis generationem comitetur motus. Quare non poterant ſeruare rõnem cauſæ aut cauſati. Ergo ſermo horum hac ratione nullo modo attinet ad præſentem conſiderationem, quæ eſt de cauſis. Sunt philoſophorum ſectę duæ, altera eorum, qui dicũtur Sophiſtę, vt Xenophanes, Parmenides, & Meliſſus. *De ſectis Philoſophorum.* Altera naturalium, illi dicuntur Sophiſtæ, quoniam per ſyllogiſmos Sophiſticos concluſerunt omnia eſſe vnũ ens, & immobile: Hi vero naturales, quod conceſſerint plura mobilia eſſe, & motum ſaltem ſecundum accidentia per ea, quæ patent ad ſenſum. Hi vero cõueniunt, & differunt: conueniunt quidem quia vtraque ſecta aſſerit omnia eſſe vnum corpus, ſiue vnũ ens. vtraq; etiam ſecta tollit rerũ mobiliũ veram multitudinem: differũt vero primo quia Sophiſtæ aſſerunt oĩa eſſe vnum ſubſtantia, & accidẽtibus, nec plura eſſe poſſe, niſi apparentia, naturales vero cõceſſerint plura mobilia, quia non omnia ſunt vnum ſaltem accidentibus. Secundo differunt, quia Sophiſtæ ſuſtulerunt motum, qm̃ ſuſtulerunt multitudinem rerum mobilium. Naturales vero ſeruarunt motum, quia conceſſerunt rerum mobiliũ multitudinem. Tertio differũt, ꝙ Sophiſtæ ſuſtulerint a rebus rõnem cãę, & cauſati: quia ſuſtulerũt motũ. Naturales vero ſeruarũt rões cauſæ, & cauſati, qa ſeruarunt motum, ex his perſpicuũ eſt ſermonẽ ſo-

phiſtarum quatenus tollit rationes cauſæ & cauſati, non pertinere ad conſiderationem, quæ habetur de cauſis. Sermonem vero naturalium, quatenus ſeruat rationes cauſæ atque cauſati, pertinere ad conſiderationem præſentem de cauſis. Quam rem Alexander paucis admodum verbis tetigiſſe videtur.

Veruntamen aliquatenus proprium erit præſenti conſiderationi. Nam Parmenides quidem uidetur unum ſecundum rationem tangere: Meliſſus uero ſecundum materiam. Quapropter & alter finitum ipſum inquit eſſe, alter autem infinitum.

Expoſitor vult quòd cum Ariſtoteles oſtẽdiſſet poſitionem eorum, qui dixerunt vniuerſum eſſe vnum ſecundum naturam, non attinere ad præſentem conſiderationem, quæ eſt de cauſis, quoniam vniuerſum ipſum, quod ponunt eſſe vnum, nec eſt cauſa, nec cauſatum, nunc velit narrare quòd agere de hac poſitione attineat ad præſentem conſiderationem aliquatenus. ſ. quantum ad rationem qua mouetur, & quãtum ad modum ponendi. Quantum quidem ad rationem ponendi quoniam in ratione, qua Parmenides voluit vniuerſum eſſe vnum finitum, tetigit formam quæ eſt eſſendi ratio, quæque attinet ad conſiderationem de cauſis. Sic enim argumentabatur, quicquid eſt præter ens, eſt non ens: Vnum eſt ens: igitur quicquid eſt præter vnum, eſt non ens. Quod ſi quicquid eſt præter vnum, ſit nihil, omnia erunt vnum. vbi patet Parmenidem inſpexiſſe ad ipſam formalem rationem eſſendi, quæ cum ſit vna, viſus eſt tetigiſſe formã. In ratione vero qua Meliſſus aſſeruit omnia eſſe vnum infinitum, tetigit materiam: qua vniuerſum eſt infinitum. Sic enim argumentabatur, Quod non habet principium, neque finem, eſt infinitum: Ens non habet principium, neque finem: igitur ens eſt infinitum. Minorem ſic probabat. Omne quod principium habet & finem, generatur, ens non generatur, ergo ens neque principium habet, neque finem. Minorem iterum probabat, quoniam ſi ens generatur: vel ex ente, vel ex non ente, non quidem ex ente, quoniam tũc res eſſet antequam generatur: nec ex non ente, quoniam ex nihilo nihil fit: igitur ens non generatur, & ſic tetigit ens ex parte materiæ. Nam probat infinitatem entis ex eo quia nõ generatur ex aliquo priore, quod proprie pertinet ad materiam, quæ eſt ingenita, & incorruptibilis. Meliſſus igitur ipſum ens ratione materiæ poſuit eſſe vnum infinitum. Parmenides vero, qui conſiderauit ens ex parte formæ, aſſeruit ens eſſe vnũ finitum. Quare quantum ad rationes, quibus vtũtur, poſitiones hæ attinet ad conſiderationem pręſentem, quæ eſt de cauſis. Sed qua nam ratione quo ad modũ ponendi poſitiones iſtæ attinent ad præſentem conſiderationem, quæ eſt de cauſis, Expoſitor non declarauit, nec aliquis pro eo. Sed pace tanti expoſitoris dixerim, Ego non video, quonam modo quo ad rationes ipſas, quibus mouentur, poſitiones hæ attineãt ad præſentem de cauſis conſiderationem. Primo quoniam quo ad paralogiſmos, quibus vtuntur, poſitiones hæ pertinent ad ſecundum librum Elenchorum, vbi docet loca, quibus paralogizauerunt. Deinde nec primus paralogiſmus tangit formam, nec ſecundus materiam. Quòd primus non tangat formam, patet, quoniam forma nec accipitur vt medium, nec vt extremum paralogiſmi principalis, nec vt medium, vel extremum in proparalogiſmis. Simili modo nec ſecũdus paralogiſmus tangit materiam, quoniam nec pro medio, nec pro extremo paralogiſmi vel proparalogiſmi, immo videtur ꝙ in eo excludatur materia, quoniam ait eſſe infinitum, quoniam non generatur, & non generari, quoniam non fit ex aliquo præſuppoſito. Igitur potius procedit ex carẽtia prioris principii: quàm ex conſtantia materiæ. Cum Alexandro ergo dicamus has poſitiones attinere ad præſentem conſiderationem, quæ de cauſis eſt, nec quo ad argumenta, quibus mouentur, nec quo ad modum ponendi, ſed quo ad res ipſas, quas ponunt. Nam Parmenides ait omnia eſſe vnam formam. Meliſſus vero omnia eſſe vnam materiam. dicebat enim Parmenides omnia eſſe vnum forma, & eſſentia formali. Meliſſus vero omnia eſſe vnum materia, ac ſubiecto: Igitur quo ad res, quas ponunt, poſitiones ſunt de cauſis & ſic licet nullam cauſam explicent, ea tamen quæ dicunt, de numero cauſarum ſunt. Qua ratione dicerent Sorticolæ, qui captiunculis nimium tribuunt, materiam inſpexiſſe Meliſſum, qui aſſerit omnia eſſe vnum infinitum nõ autem inſpexiſſe materiam. Similiter formã inſpexiſſe Parmenidem, qui affirmat omnia eſſe vnum finitum. Non autem inſpexiſſe materiam. Ergo quo ad conſiderata ipſa quæ ſunt cauſæ, poſitiones hæ ſpectant ad conſiderationem præſentem de cauſis, quo vero nullam cauſam explicant, nec materialem, nec formalem, non attinent poſitiones hæ ad præſentem conſiderationem de cauſis, & hoc dicit {verumtamen aliquatenus} ſine aliqua ratione {proprium erit præſenti conſiderationi}. ſ. conſiderare ea, quæ iſti aſſerunt, ſaltem quo ad ipſa conſiderata, quæ cauſæ ſunt, cuius rationẽ affert, & dicit {nam Parmenides quidem videtur vnũ ſecundum rationem tangere} quatenus omnia dicit eſſe vnum forma, atque eſſentia, & ſic conſideratum eſt forma {Meliſſus vero ſecundum materiam}. ſ. omnia dicit eſſe vnum. Et ſic conſideratum eſt materia. Ergo quo ad conſiderata, poſitiones hæ ſunt præſentis ſpeculationis. Quòd autem Parmenides inſpexerit formam, & Meliſſus materiam, probat a ſigno, & dicit {quapropter & alter. ſ. Parmenides finitũ ipſum} . ſ. vniuerſum {inquit eſſe} . ſ. ſpectando ad formã {alter infinitum} . ſ. Meliſſus ſpectando ad materiam. Ergo quod Parmenides dixerit vniuerſum eſſe vnum finitum, erit nobis ſignum, ꝙ ipſe voluerit omnia eſſe vnũ forma, ac eſſentia. Quòd vero Meliſſus dixerit vniuerſum eſſe infinitum, erit nobis ſigno quòd ipſe voluerit omnia eſſe vnum materia. Quare licet iſti nullam cauſam dicant eſſe ipſum vniuerſum, tamen quia ea, quæ aſſerunt, de numero cauſarum ſunt, ad præſentem conſiderationem, quæ de cauſis eſt, attinere videntur, hæc ſunt, quæ ab Alexandri expoſitione ſatis breui collegimus.

Xenophanes autem ante hos unum ipſum attulit primus (Parmenides enim huius fuiſſe diſcipulus fertur) nihil tamen dilucide dixit, & neutram naturam tetigiſſe uidetur, ſed in totum cœlum reſpiciens, ipſum unum dicit eſſe Deum.

Cum expoſuiſſet quomodo aliquatenus ea, quæ conſiderantur ab his, ſpectant ad præſentem conſiderationem, quæ eſt de cauſis, in præſenti textu incuſare vult Xenophanem, & laudare Parmenidem: & dicit {Xenophanes autem ante hos,} ſcilicet Parmenidem & Meliſſum, vnum ipſum attullit primus} quòd

quòd autem fuerat primus. probat, & dicit { Parmenides enim huius fuiſſe diſcipulus fertur } quare Xenophanes eſt primus, qui dixit vnum ipſum.ſ.eſſe omnia { nihil tamen } ſcilicet ipſe Xenophanes { dilucide dixit } & accipiens { & } pro quoniam, ſubdit quoniam dicendo vnum ipſum eſſe omnia { neutram naturam tetigiſſe videtur } quoniam neque materiam, neque formam { Sed in totum cœlum reſpiciens } cuius ambitus eſt omnia continere { ipſum vnum dicit eſſe deum } nam dicendo ipſum vnum eſſe cœlum, cœlum autem præ cõtinentia ſui ambitus eſt Deus, igitur ipſum vnum dicit eſſe Deum. Vnde ſyllogiſmus eſſe poteſt hoc modo, Cœlum, ideſt mundus eſt Deus: cœlum, ideſt mundus eſt omnia: igitur omnia ſunt Deus. Vlterius, Deus eſt vnum quippiam: Omnia ſunt Deus: igitur omnia ſunt vnum quippiam. Quare Xenophanes primus, qui dixit omnia eſſe vnum, qua vero vnitate, vtrũ vnũ forma, an vnũ materia, non explicauit.

Hi igitur, uti diximus, in præſenti perſcrutatione ſunt prætermittendi, duo quidem omnino, Xenophanes & etiam Meliſſus, cum ſint paululum rudiores. Parmenides autem magis inſpiciens, uidetur aliquo modo dicere. nam præter ens non ens nihil eſſe cenſens, ens neceſſario unum, & nihil aliud eſſe putat, de quo dilucidius in ijs, q̃ de natura diximus.

Cum dixiſſet quonam modo poſitio eorum, qui dixerunt vniuerſum eſſe vnius naturæ, ſit extra propoſitum: nunc concludit eos eſſe prætermittendos, licet inæqualiter, nam Xenophanes, & Meliſſus ſunt prætermittendi omnino, Parmenides vero aliqua ratione audiendus eſt, & ſic videtur in præſenti loco comparare opinantes, qui dixerunt vniuerſum eſſe vnum, & dicit {Hi igitur vti diximus } qui ſuſtulerunt rerum differentias, & cauſalitates a rebus, aſſerentes omnia eſſe vnum, vt Parmenides, & Meliſſus, & Xenophanes in præſenti perſcrutatione } de cauſis {ſunt prætermittendi} non tamen eodem modo. Prætermittendi quidem, quoniam ſuſtulerunt rationes cauſæ, & cauſati a rebus. Non eodem modo vero, quoniam vt inquit { duo quidem omnino, videlicet Xenophanes & Meliſſus } .ſ.prætermittendi ſunt { cum ſint paululum rudiores } .ſ.Parmenide: quoniam omnino ſine ratione loquuntur { Parmenides vero } non eſt omnino prætermittendus, quoniam { magis inſpiciens} .i.diligentius conſiderans {videtur alicubi} .i.in aliquo ſuorum librorum { dicere } & argumentari pro ſua poſitione, & ſic non eſt omnino prætermittendus. Quòd autem diligentius conſiderauerit Parmenides, declarat adducendo ſuam rationem, & dicit {nam præter ens non ens nihil eſſe cenſens} quoniam non ens, quod eſt præter ens, nihil eſt, quia igitur præter ens non ens nihil eſſe cenſet {ens neceſſario vnum, & nihil {aliud} .ſ.præter {vnum eſſe putat } Sic igitur, vt Alexander inquit, ſumebat, quod non eſt ens, id eſſe non ens, vt non album, quod non eſt album non ens autem nihil eſſe, quibus poſitis conſequens eſſe putat ens vnum eſſe.

Paralogiſmus Parme. Si quis autem vellet poſſet paralogiſmũ melius ſic componere, Non ens eſt nihil quicquid eſt præter ens, eſt non ens: Igitur quicquid eſt pręter ens eſt nihil. Vltra, quicquid eſt præter ens, eſt nihil: Vnum eſt ens: igitur quicquid eſt præter vnum, eſt nihil. Quare omnino ſunt vnum. Sed quia tetigit ſyllogiſmum Parmenides raptim, & illius ſolutionem omnino prætermiſit, ideo ſe excuſando, dixit {de quo dilucidius in iis} quæ ſunt {de natura, diximus } & fortaſſe magis ad formã libro Elenchorum ſecundo dilucidius.

Sed cum ea ſequi, quæ apparent, compelleretur, ipſum quidem unum quoque ratione, plura uero ſenſu accipiebat ponebatque duas cauſas duoque principia rurſus calidum & frigidum quaſi ignem, ac terram dicens: quorum alterũ quidem ut ens conſtituit calidum, alterum ut non ens.

Sed contra opinionem Parmenidis eſt ſenſus, nam ſenſu tactus iudicabat plura tactilia eſſe, viſu plura viſilia, guſtu plura guſtatilia, olfactu plura olfactilia, auditu etiam plura audibilia: ergo ſenſibus compellitur fateri plura entia eſſe. Ratione vero, ac ſyllogiſmo facto compellitur dicere vnum tantum eſſe ens omnia: igitur perplectitur inter duo oppoſita. Ideo vtrique oppoſitorum ſatisfaciendo commemorat alterum eſſe dicendum ſecundum ſenſualem apparentiam, alterum ſecundum rationem & rei veritatem, & dicit { ſed cum ea ſequi, quæ appareren t, } ſcilicet per quinque ſenſus {compelleretur} potiſsimum tormẽtis, ac verberibus, quæ attinent ad tactum, & ſimiliter alijs ſenſibilibus, quæ attinent ad alios {ipſum quidem vnum quoq; ratione } .i.ſyllogiſmo & rei veritate { accipiebat, plura vero ſenſu } & apparentia, & non rei veritate, quoniam apparentia, quæ non ſunt rationi conformia, aſſerebat eſſe falſa. Cuius oppoſitum volunt Peripatetici, qui tradunt experimentum ſermonum verorum eſſe, vt ſint conformes apparentibus per ſenſus: Secundum quam opinionem vt Alexander inquit, mundum genitum eſſe aiebat {ponebatque duas cauſas duoque principia rurſus} .ſ.mundi, & rerum, quæ ad hunc modum ſunt {calidum & frigidum, quaſi ignẽ, ac terram dicens, quorum alterum quidem } videlicet ignem, & { calidum, vt ens conſtituit} alterum, ſcilicet terram & frigidum {vt non ens } & ſic non tantum Democritus & Leucippus ens & non ens poſuerunt in principijs, ſed etiam Parmenides. ac fortaſſe, vt Alexander inquit, Parmenides frigidum appellabat non ens, quoniam hæc magis eſt materialis cauſa. Videtur enim materia eſſe quoddam non ens. Calidum vero & ignem ens, quia poſuit effectricem cauſam. Vel fortaſſe, vt Expoſitor inquit, ne ſua poſitio ſuæ rationi videretur eſſe oppoſita, qua conuincebatur fateri quicquid eſt præter vnum, eſſe nihil: dicebat alterum eorum videlicet calidum eſſe ens. Alterum vero, quod eſt præter illud vnum ens, videlicet frigidum, eſſe non ens ratione & veritate, ſed eſſe ens ſola ſenſus apparitione, & quantum ad hoc propinquus videtur veritati, ſi frigidum pro materia accipiebat, quippe cum principium materiale non ſit ens actu, cui attribuebat terram. Similiter etiam cum alterum contrariorum ſit, vt priuatio, quæ pertinet ad rationem non entis, & frigidum ſit priuatio calidi, videtur eſſe non ens. Dicendo ergo frigidum eſſe non ens, dupliciter veritati appropinquauit, primo ſi vtebatur frigido & terra pro materia, calido & igne pro agente, vt Alexander expoſuit. Deinde ſi frigido & terra vtebatur pro priuatione, calido vero & igne pro forma.

Ex dictis igitur, & a ſapientibus, qui huic iam ſermoni incubuere, tot accepimus. A primis quidem corporeum eſſe principium ipſum (nam aqua et ignis, & cætera id genus cor TEX. I.

pora ſunt) quorum & alij quidem unum, alij autem plura principia corporea conſtituerunt: utrique tamen hæc ut in materiæ ſpecie, à quibuſdam autem & hanc ipſam cauſam, & eam inſuper unde eſt principium motus. & hanc quidem ab alijs unam, ab alijs duas.

Hic, vt Expoſitor inquit, recolligit ea, quæ dicta ſunt de rerum principiis ab antiquis, & primo ea, quæ dicta ſunt a naturalibus, vel fortaſſe hic epilogat ea, quæ dicta ſunt ab antiquis de rerum principiis, & primo epilogat opiniones naturalium, & dicit { ex dictis } ideſt ex iis, quæ diximus igitur { & a ſapientibus, qui huic iam ſermoni incubuere } ideſt qui indagarũt, & inquiſiere de iis principiis, quæ loquimur, vel incubuere ſermoni horum ſapientum, de quibus ſermonẽ fecimus. Hoc enim de quibus mentionem fecit, dicere videtur incubuiſſe huic ſermoni, & in eo fuiſſe verſatos: { tot } nos { accepimus } Et explicans eos authores, & ea, quæ acceperat, dicit { a primis quidem } veteribus, ſcilicet nominatis, ꝙ vetuſtiores, & primi fuerint, accepimus principium ipſum primum { eſſe corpus } & locuti ſunt de materiali principio. Appellauit autem hos Ariſtoteles ſapientes primos, ꝙ iam primi inceperint per rationes ſapere ipſas cauſas inquirendo, & interponens rationem dicit { nam aqua } a Thalete, { & ignis } ab Hippaſo, & Heraclito { & cætera id genus } quæ materiale principium poſuerunt { corpora ſunt. } Aer enim quem principium eſſe ponebant Anaximenes, & Diogenes, corpus eſt, Medium corpus, quod rerum principium poſuit Anaximander (cuius opinionis meminit in libris de generatione) etiam eſt corpus, ex hoc item numero ſunt Leucippus & Democritus, nam & hi materialia principia corpora ponebant. Deinde ſubdiuidens eos, qui poſuerunt corpus materiale principium, dicit { quorum & alii quidẽ vnum } vt Thales, Anaximenes & Heraclitus { alij autem plura principia corporea conſtituerunt } Vt Leucippus, & Democritus, & Anaxagoras, & Empedocles. Nam ſecundum hos omnes plura erant principia materialia, etiam ſecundum Parmenidem { Vtrique tamen } .i. vtrorumque ſectæ hæc .ſ. ponunt { vt in materiæ ſpecie } Deinde epilogat eos, qui tetigerunt cum cauſa materiali efficientem cauſam, & dicit { a quibuſdam autem hanc ipſam cauſam } .i. materialem { & eam inſuper, vnde eſt principium motus } .i. & vltra materialem cauſam tetigerunt etiam efficientem { & hanc quidem } .ſ. efficientem { ab aliis vnam } .ſ. poſitam eſſe inuenimus, & deſignat { Anaxagoram } qui mentem, vt principium efficiens inter principia poſuit. Parmenides vero amorem { ab aliis duas } poſitas eſſe diximus, & deſignat Empedoclem, qui quatuor elementis, quæ ipſi erant pro materia, amorem & diſcordiam addebant, quibus vtebatur pro principiis efficientibus.

Quæ Auerroes com. 1. Expoſitiones Auerroes vſq; ad præſentem textum non inuenimus, Fortaſſe defectu translatoris, quia eas non reperit in Arabicis ſcripturis. Sumit igitur ipſe primo pro inductione textus, primos naturales cõueniſſe quantum ad hoc, ꝙ omnium generabiliũ ſit vnum quatuor elementorum: ſecundo ſumit nullum eſſe elementum, quin fuerit poſitum ab antiquis pro materiali principio, præter terram, quam nullus poſuit eſſe materiale principium, præter eos, qui poſuerũt leges. Quæ vtraque ſunt ambigua, primum quidem, quoniam vt Ariſtoteles in libris de generatione meminit, & Alexander refert hic Anaximãder fuit naturalis philoſophus qui tamen poſuit principium materiale nullũ elementorum, ſed corpus medium inter elementa: vt illud, quod eſt igne denſius, aere rarius: vel tale quippiam videlicet vaporem. Secundum vero, quoniam ipſe per ponentes leges, non potuit intelligere niſi Moſen, qui dixit hominem factum eſſe ex terra. Nam vbique per ponentes leges intelligit tres, Moſen, Mahumetem, & dominum noſtrum: iuxta illud peculiare ſuum, loquentes trium legum: At vbi ſic intellexerit, mentitur, quoniam alij, qui non dederunt leges, dixerunt terram eſſe rerum principium materiale, vt Heſiodus, de quo Ariſtoteles in ſubſequentibus, Heſiodus quoque inquit terram ortam eſſe primam corporum. Tex. com. 14. Inſuper Parmenides etiam terram materiale principium poſuit. Empedocles quoque terram cum tribus aliis elementis materialia principia affirmat. Et licet Empedocles non poſuerit terram ſolam eſſe materiale principium: Parmenides tamen, qui non poſuit leges, terram ſolam materiale principium eſſe affirmauit. quare hoc eſt omnino impie, & inepte dictum. Non enim intellexit quonam modo legum latores intellexerunt terram eſſe materiale rerum principium: & ideo tranſeat hoc quod ipſe ſecundo loco dixit. Secundo circa illa Ariſtot. verba { vtrique tamen hoc, vt in materiæ ſpecie } & ſecundum ſuam tranſlationẽ { quaſi ſpecies materiæ } facit vnam conſiderationem, cur dixit corpus, quod poſuerunt eſſe quaſi in ſpecie materiæ, & non eſſe ſpeciem materiæ, & reſpondens aſsignat tres cauſas, quarum prima eſt quoniam materia eſt in potentia: quodlibet autem corpus eorum, quæ ponunt, eſt in actu. quare nullum eorum poteſt dici materia, ſed vt materia. Deinde quia materia in rei veritate nec generatur, nec corrumpitur, & tu intelligas, vt obiectum, & vt terminus, quoniam, vt ſubiectum, generatur & corrumpitur, vt ipſe affirmat primo phyſicarum auſcultationum. Comm. 60. attamen elementa, quæ iſti ponunt materiam, generabilia, & corruptibilia ſunt, & vt obiecta, & vt termini. Tertio quia iſti non perceperunt de cauſis, niſi materialem. quare non potuerunt ponere elementa eſſe cauſam, niſi vt materiam.

TEXT. 2.

Vſque igitur ad Italos, & præter illos mediocrius cæteri de ipſis dixerunt. Verum, uti diximus, cauſis duabus uſi ſunt, & harum alteram (quidam unam faciunt, quidam duas) eã uidelicet quæ eſt, unde motus principium.

a.l. ſtultius mollius. Mediocrius. μετριώτερον. Modeſtius. Opportunius. Moderatius.

Vult nunc exponere apud quos viguit opinio naturalis de rerum principiis, & apud quos non: & dicit { vſque igitur ad Italos, & præter illos } .i. vſque ad Italos excluſiue { mediocrius cæteri } .ſ. naturales { de ipſis } .ſ. rerum naturalium principiis { dixerunt } .q.d. cæteri alii omnes Italis excluſis, moderatius de principiis locuti ſunt. Ergo antedicta poſitio viguit apud naturales, & non apud Italos, & intelligit per Italos Pythagoricos: Quia Pythagoras, vt Alexander inquit, Tarenti docuit philoſophiam, vel vt alii dixerunt, apud Crotoniatas. & cum dixiſſet vſque Italos, ne ipſos Italos connumeratis opinionibus annumeremus, addit { & ꝑter illos } nam cum dicimus vſq; ad aliquẽ, ipſum quoq; cũ prioribus poſſumꝰ intelligere, ſi intelligit incluſiue, q̃re vult verbũ vſq; teneri excluſiue, q̃ſi dicat cæteri omnes Ionici, Italis excluſis, quorum opiniones ſunt

ſunt narratæ vſque ad opiniones Italorum excluſiue, neque verbum { vſque } tempus deſignat hoc in loco: nam Empedocles, vt Alexander inquit, cuius opinionis mentionem fecit, quaſi fuerit in his, qui vſque ad Italos, non fuit Ante Pythagoram, ſed vſque ſpectans dixit ad connumerationem opinionum, quæ memoratæ ſunt. Prius enim illorum quàm Pythagoræ opinionem refert, aitque multos, qui nominati ſunt ante Pythagoram, mollius de cauſa diſſeruiſſe & Alexáder exponit mollius, quoniam de vna cauſa tantum hoc eſt materiali. Vnde apud Græcos codices eſt diſcrimen nõ paruum, nam aliquo in codice legitur mollius, in aliquo vero ſtultius, quod quidam obſcurius, quidã mollius interpretãtur. Et Alexander probat ꝙ non poſsit exponi mollius pro obſcurius, qm̃ quod de cauſis tradunt Pythagorici, eſt obſcuriſsimum. ex alio videtur ꝙ ſic, quoniam in progreſſu de omnibus, qui ante Pythagoram fuerunt, dicit { ſed omnes ſubobſcure locuti ſunt } & Expoſitor aſsignat cauſam, quoniam non aſſignabant ad quod genus cauſæ huiuſmodi principia reducerentur. Et cum pro vtraque lectione ſit dubitatio, ego legerem mollius, quoniam molles ſunt, qui non laborant vſque ad vltimum, & quia opiniones omnes, quæ fuerũt ante opiniones Italorum enarratæ, nõ peruenerunt vſque ad totalem principiorum notitiam propterea dixit mollius, quaſi dicat { cæteri de ipſis } .ſ. principijs { dixerunt mollius } qui fuerunt prænarrati vſque ad Italos excluſiue { mollius } quia non perfecerunt notitiam de principijs { verum, vti diximus cauſis duabus vſi ſunt } .i. duobus generibus cauſarum ſcilicet materiali, & efficiente { & harum alteram } ſcilicet efficientem quidam vnam faciunt, quidam duas } dico harum alteram { eam videlicet quæ eſt vnde motus principium } .i. effectrix cauſa. Hanc enim alij vnã, vt Anaxagoras mentem, & Parmenides amorem, alij duas ut Empedocles amorem, & diſcordiam.

Quæ Auer. cõmen. 2. Auerroes in præſenti commento ferè dicit tot errata, quot verba, quoniam ipſe intelligit { vſque } prout deſignat tempus, quod Alexander refutauit, quoniam Empedocles, cuius opinionis mentionem facit, quaſi fuerit in his, qui ſunt vſque ad Italos, & tamen nõ fuit ante Pythagoram. Quare { vſque } dixit ſpectans ad connumerationem opinionum, quæ memoratæ ſunt, quaſi dicat cæteri prænarrati omnes vſque ad Italos excluſiue, de ipſis principiis dixerunt, inſuper verbum μετριώτερον legit modicum, & vult vt referatur ad cauſam formalem, ꝙ ſcilicet de cauſa formali fuerint locuti parum: vt oſtendit per verba Empedoclis alibi enarrata: & errauit primo quia exponit textum, qui nullibi eſt Ariſtotelis, vt patet legenti verba græca, Secundo quia nulla facta eſt hucuſque mentio de formali cauſa. Ergo non poteſt modicum referri ad formalem cauſam. Cætera, quæ dicit, quoniam ſunt ad verba quæ non ſunt Ariſtotelis, prætermittenda ſunt.

TEX. 3. *Pythagorici uero duo quidem principia modo eodem eſſe dixerunt. tantum autem addiderunt, quod & proprium eſt ipſorum, quod finitum, & infinitum, ac unum non alias quaſdam naturas eſſe putarunt, ut ignem, aut terram. aut aliquid aliud tale, ſed ipſum infinitum: at ipſum unum eorum eſſe ſubſtantiam, de quibus dicuntur. quapropter & omniũ ſubſtantiam numerum eſſe affirmant.*

Cum epilogaſſet opiniones naturaliũ, hic epilogat opiniones Pythagoricorum: & primo epilogat id, qđ dixerunt de principijs, Secundo narrat quæ dixerunt de definitionibus. De prima parte dicit { Pythagorici vero duo quidem principia eſſe dixerunt modo eodẽ } .i. perinde atque alij. Sed occurres, quoniam paulo ante dixit ipſos Pythagoricos vna cauſa .ſ. materiali fuiſſe vſos, quonam modo duabus dicit? Reſpondet Alexander eos duas cauſas dixiſſe, non tamen duo genera cauſarum, ſed quod duo principia materialia efficerent, vt alij, nam qui terram, & ignem ponunt, ij duo principia materialia efficere videntur. Ergo cum dicit { eodem modo } intelligit vt illi, qui poſuerunt duo principia materialia videlicet ignem & terram, vt Parmenides. Vel aliter exponit Alexander, ꝙ .ſ. Pythagorici duo principia dixerint .ſ. finitum, & infinitũ, quorum alterum vt forma eſt finitum ipſum, alterum vt materia infinitum ipſum { modo eodem } quo alij poſuerunt duo tantum videlicet materiam & formam & per numerum infinitum parem intelligit, per numerum vero finitum imparem. At par, vt materia, impar vt forma eſt. Et licet Pythagorici conſentiant in numero principiorum, tamen differunt in ipſis principijs numeratis, nam illa ponunt terram & ignem duo materialia principia, Pythagorici finitum & infinitũ duo materialia principia. Vel illi ponunt materiã & formam, Pythagorici par & impar, alterum pro materia, alterum pro forma, & ſic conueniunt in numero principiorum, non autem in numeratis ipſis principijs, & propterea ſubdit differentiam quo ad numerata, & dicit { tantum autem addiderũt } illud de principiis, { quod proprium eſt ipſorum } & explicans, quid eſt proprium Pythagoricis, dicit { quoniam finitum & infinitum, ac vnum non alias quaſdam naturas putauerunt eſſe } .ſ. ab ipſis principiatis, ergo differunt in ipſis numeratis principijs, quatenus Pythagorici ponunt principia duo, quæ ponunt eſſe eaſdem naturas cum principiatis, quod dicit eſſe proprium Pythagoricis, & non alias quaſdam naturas à principiatis { vt } .ſ. ponunt naturales { ignem aut terram, aut aliquid aliud tale } eſſe alias naturas a principiatis { Sed } Pythagorici ponunt { ipſum infinitum, aut ipſum vnum eorum } ſcilicet principiatorum { eſſe ſubſtantiam de quibus dicuntur } eſſe principia: ergo Pythagorici cõueniunt cum naturalibus quantum ad numerum principiorum, quantum vero ad numerata ipſa principia differunt in eo, quod eſt proprium Pythagoricis videlicet, ꝙ principia nõ ſint aliæ naturæ a principiatis. Nã Parmenidis ſectatores volunt principia eſſe alia a principiatis, & intelligit per infinitum numerum parem, per finitum numerum imparem. Sed occurres, quonam modo ſunt duo principia ſecundum Pythagoricos, ſi, vt ipſe refert principia his erant finitum, & infinitum, & vnum? Ad hunc enim modum tria efficiũtur. *Dubitatio.* Reſpondet Alexander ipſum vnum non ponere in numero principiorum, quoniam vnitatem, vt dictum eſt, par impar dicebant, ꝙ ſit virtute par & impar, & ſic cum non ponat vnitas in numero, videntur duo eſſe principia, videlicet infinitum hoc eſt par, & finitum hoc eſt impar. *Solutio Alexã.* Vel tertio exponi poteſt apud Alexandrum, ꝙ Pythagorici duo principia dixerunt .ſ. finitum & infinitum { modo eodem } quo .ſ. Parmenidiſtæ poſuere duo terram, & ignem { tantum autem addiderunt } pro differentia illud { quod propriũ eſt ipſorum } .ſ. Pythagoricorum, & explicat illud proprium, & dicit { quoniam finitum & infinitũ, ac vnũ }

quod vnum idem eſt vtrique { non alias quaſdam naturas eſſe putauerunt } ſubaudi ab iis, de quibus prædicantur { vt ignem } apud eos, qui ponunt ignẽ eſſe corpus infinitum, vbi infinitum prædicatur de igne, & non eſſe ſubſtantia ignis { aut terrã } apud eos, qui ponunt terram, vbi infinitum prædicatur de terra, & non eſt ſubſtantia terræ { aut aliquid aliud tale }.ſ.mediam quandam naturam, vt ait Anaximander, vbi patet infinitum prædicari de media illa natura, & non eſſe eius ſubſtantiam { Sed } apud Pythagoricos { ipſum infinitum & ipſum vnum } putauerunt { eorum eſſe ſubſtantiam, de quibus dicuntur } vt quoniam infinitum dicitur de pari, infinitum eſt ſubſtantia paris: quia vero finitum dicitur de impari, finitum eſt ſubſtãtia imparis. At apud illos licet finitum vel infinitum dicatur de igne, vel terra, vel medio corpore, non tamẽ eſt ſubſtantia eius, de quo prædicatur: eſt ergo conuenientia ꝙ illi poſuerint duo principia, Pythagorici finitum & infinitum, differentia vero ꝙ finitum & infinitum, quæ ponunt principia, ſunt ſubſtantia eorum, de quibus prędicantur. At apud illos finitum & infinitum non ſunt ſubſtantiæ eorum, de quibus prædicantur. Vel quarto fortaſſe dilucidius dici poteſt Pythagoricos conuenire cum naturalibus, quoniam naturales ponunt finitum & infinitum principia rerum, Nam infinitum volunt intelligi pro terra & materia, finitum pro igne, & forma. Pythagorici etiam finitum & infinitũ ponunt principia rerum, nam infinitum volunt intelligi pro pari numero finitum pro impari. Differentia tamen eſt, quod Pythagorici volunt finitum & infinitũ eſſe ſubſtantias eorum, pro quibus ipſa intelligunt videlicet paris, & imparis, naturales vero non: & ſic intelligendo lege { Pythagorici vero duo quidẽ principia } videlicet finitum, & infinitum { eſſe dixerunt eodem modo }.ſ.ſicut illi, qui dicunt terram & ignem, terrã quidem infinitum, ignem vero finitum: Igitur conueniunt ꝙ vtrique duo ponunt finitum, & infinitum. Deinde addit differentiam, & dicit { tantum autem addiderunt }.ſ.pro differentia id { quod proprium eſt ipſorum }.ſ.Pythagoricorum, & explicans illud ſubdit { quoniam finitum & infinitnm, ac vnum } quod non aliud eſt quàm illa quæ ponunt principia rerũ { nõ alias quaſdam naturas eſſe putarunt } ab illis, de quibus prædicantur, & pro quibus intelliguntur, vt ſunt aliæ quædam naturæ ab ipſo finito, quod intelligit Parmenides eſſe { ignem } aut ab infinito, quod intelligunt eſſe { terram, vel aliquid aliud tale, ſed } dicunt { ipſum infinitum, ac ipſum vnum } & ſubaudi etiam ipſum finitum { eorum eſſe ſubſtantiam, de quibus dicitur } vt ſubſtãtiam paris, & imparis, de quibus prædicantur. Non ſic Parmenides dicit finitum eſſe ignem, infinitum terram ſed differre ſaltem ſecundum apparentiam. Tunc quaſi via repetitionis concludit id, quod dixit, & ait { quapropter & omniũ ſubſtantiam numerũ eſſe affirmant } quoniam ex numeris ſubſtantiam cõſtituunt. Tum epilogat, & dicit { de his igitur }.ſ. principijs Pythagorici { hoc modo tradiderunt } Expoſitor autem vult Pythagoricos conuenire cum aliquibus eorum philoſophorum, quorum opiniones ſunt narratæ, quia tam Pythagorici quàm illi ponunt duo principia verbi gratia, Empedocles amorem & diſcordiam, quorum alterum bonorum, alterum malorum principium eſt. Ita Pythagorici, vt patet ex coordinationibus quorum principia ſunt malum & bonum. Licet, vt Expoſitor inquit, Empedocles illa duo ſua principia ponat ex parte efficientis, Pythagorici ex parte materiæ. verum Pythagorici addiderunt.ſ.extra propoſitum, vnum videlicet finitum & infinitum eſſe ſubſtantias rerum, & non accidentia eorum de quibus dicuntur, vt igni vel terræ. Illi Empedocliſtæ de his nihil dixerunt. Nec quòd ſint ſubſtantiæ rerum, nec quòd ſint accidentia. Et ideo cum dicit { vt ignem, aut terram, aut aliquid aliud tale }.i. vt ab igne, aut a terra, aut ab aliquo alio tali { ſed ipſum infinitum } & finitum { ac ipſum vnum } dicunt { ſubſtantiam eorum eſſe, de quibus dicuntur } videlicet ignis, vel terræ, vel alterius. Lector igitur non mireris me narraſſe tot expoſitiones, quoniam textus eſt obſcurus, cuius obſcuritatem Alexander teſtatur, qui etiam expoſitiones huius multiplicauit. Auerroes autẽ *Quę Auerroes com. 3.* ſupra prima parte textus colligit Ariſtotelem annotare conuenientiam inter Pythagoricos & naturales quantum ad hoc ꝙ duo ſunt rerum principia, non tamen per illum eundem modum, ꝙ apparuit naturalibus, naturalibus enim apparuit duo eſſe principia ignem & terram, Pythagoricis finitum & infinitum & ſic Auerroes vocat Parmenidiſtas & Xenophanem naturales de licentia, quoniam ab Ariſtotele libro phyſicarum auſcultationum appellantur non naturales. Deinde ſupra ſecunda parte textus { tantum autem addiderunt } colligit illud, quod eſt proprium Pythagoricis de principiis. Aſſerens eſſe proprium Pythagoricis ponere pro principijs finem.i.finitum & vnum, & non intelligentes ſunt per unum niſi illud, quod ſignificat eandem intentionẽ cum ipſo finito. Et ſic hęc ambo pro vno principio enumerant. Et alterum principium ponere infinitum & in fine per infinitum intelligit multa, & ſic intelligit principia rerum eſſe vnum & multa. Et quia dixit ſecundum eundem modum, ne tu intelligas ſecundum eundem modum ſimpliciter annotauit aliquam differentiam, quantum ad hoc quod Pythagorici finitum & infinitum intelligunt materiam & formã quippe cum finito pro forma, infinito pro materia vtãtur. At naturales qui ponunt ignem & terram, igne vtuntur pro agente, terra vero pro materia. Deinde ſuper illa parte { quoniam finitum & infinitum & vnum } interpretando aſſerit differentiam inter Pythagoricos & naturales: Quoniã Pythagorici licet ponant duo principia finitum & infinitum communia omnibus naturalibus, tamen non naturalia ponunt principia naturalium vt finitum & infinitum, quæ ſunt res mathematicæ. At naturales, qui ponunt ignem & terram, principia naturalium, ponunt naturalia principia naturalium. Et quantum ad hoc Pythagorici ſunt diminuti, cum non poſuerint rerum naturalium principia naturalia. Quod autem non naturalia poſuerint principia naturalium, patet, quoniam, vt inquit, non poſuerunt hæc duo videlicet finitum & infinitum principia, niſi quatenus illa opinabantur eſſe rerum principia. Et quatenus opinabantur numeros eſſe rerum naturalium ſubſtantias, & ipſos eſſe ſubſtantias, quoniam putabãt principia ſubſtantiæ eſſe ſubſtantias: per hæc omnia vult habere finitum, & infinitum eſſe non naturalia, ſed mathematica, & tamen eſſe rerum ipſarum naturalium principia, & ſubſtantias. Sicut eſt ipſe numerus. Deinde ſuper illa parte { quapropter & omnium ſubſtantiam } Colligit vnum & multa eſſe omnium rerũ principia, quoniam omnium numerorum principium ſunt vnum & multa, & numeri ſunt omnium rerum

ſubſtantiæ: ergo vnum & multa ſunt omnium rerum principia. Hæc ſunt, quæ Auerroes ait pro expoſitione textus, vbi licet expoſitio primæ & ſecundæ partis poſsint accõmodari verbis Ariſtotelis, cætera nullo pacto ſunt ad verba ſed ſunt inſomnia, quæ ipſe credit eſſe interpretationes verborum. Magno miratu dignum eſt, quonam pacto vir iſte tantam fidem lucratus ſit apud latinos in exponendis verbis Ariſtotelis, cum vix vnum verbum recte expoſuerit, potiſsimum cum ipſe tertio libro de cœlo & mundo conqueratur de tranſlationibus, aſſerens tranſlationes, quas ipſe exponit eſſe Alcindi, & falſas, veriores autem eſſe tranſlationes ipſius Iſachi: quas non habebat. Albertus vero non ſemper contemnendus exponit verba Ariſtotelis ſic { Pythagorici vero duo quidem principia modo eodem eſſe dixerunt }.i.ſecundum eundem modum cauſarum materialis, & formalis: ergo intelligit { modo eodem } quo naturales enumerarunt cauſam formalem & materialem. Deinde explicat quid addiderunt, & dicit { tãtum autem addiderunt }.i.ſed addiderunt vnum in poſitione ſua {quod & proprium eſt ipſorum } & explicans illud, dicit { quoniam putauerunt finitum, & infinitum ac vnum } quæ poſuerunt principia tam eorum, quæ ſunt quàm eorũ, quæ fiunt { non alias quaſdam naturas eſſe } ſed eſſe naturas corporum, quibus inſunt { vt } ſi diceremus { ignẽ aut terram, aut aliquid aliud tale } eſſe finitum, vel infinitum vel vnum, non alias naturas diceremus finitũ, & infinitum, & vnum { ſed ipſum infinitum, ac ipſum vnum eorum eſſe ſubſtantiam } videlicet ignis, aut terræ, aut alterius { de quibus dicuntur } ſic principia de principiatis. Hæc eſt expoſitio Alberti, quæ non diſplicet. Tamen non eſt oĩno vera, quo ad primã partem, nã dicendo Pythagoricos duo principia ponere modo quo naturales dixerunt materiam videlicet & formam, errat, q̃m in opinionibus philoſophorũ naturaliũ, quas inducit, nulla facta eſt mentio de forma.

TEX. 4. *De his igitur hoc modo tradiderunt. Et de ipſo quid eſt dicere, definire incæperunt quidem, ſed ualde ſimpliciter tractauerunt ſuperficialiter nanque definiebant, atque cui primo competeret definitio dicta, eius rei ſubſtantiam eſſe putabant. Vt ſiquis putaret idem eſſe duplum & dualitatem, quoniam primum duplum duobus ineſt. At non idem fortaſſe eſt dualitatis eſſe, ac dupli. Alioquin unum plura erit. Quod & illis accidebat, a prioribus igitur cæteriſque tot ſumi poſſunt.*

Hic Expoſitor arbitratur Ariſtotelem explicare ſecundum proprium, quod Pythagorici addebant ſupra naturales philoſophos, vel fortaſſe melius eſt dicendum, ꝙ narret hic Ariſtoteles Pythagoricos primos aggreſſos eſſe rationem reddere, ac definire quid ſit vnumquodque entium. Nec ab ratione quidẽ, quoniam conſiderationi de cauſis annectitur conſideratio de definitionibus, cum contingat definiri per qđlibet genus cauſæ. Ergo cum narraſſet ea, quæ Pythagorici tradiderunt de cauſis, conuenienter narrat eos eſſe primos, qui dixerunt de definitionibus & quid eſt illud, quod dixerunt: & dicit { & de ipſo quid eſt dicere, & definire } primi ſubaudi { inceperunt quidẽ } Deinde declarat quomodo de definitionibus tractauerint, & quid eſt illud, quod tractauerint, & dicit { ſed valde ſimpliciter tractauerunt, in ſuperficie nãque }.i. ruditer ac negligenter, vt exponit Alexãder vel ſine arte. Nam qui ex arte agũt de aliqua re, penetrant per intima rei. Deinde explicat, quæ de definitionibus tractauerint, & ſunt duo, quorum primũ eſt, quod omne, quod ineſt primo alicui, ſit illius definitio ſecundum, quod omne, q od ineſt alicui primo, ſit illius ſubſtantia: dicit { atque cui primo competeret definitio dicta }.i.prædicatum primum, quod ab eis dicta eſt definitio. Eſt enim, vt diximus, omne prædicatum primum apud ipſos definitio { eius rei ſubſtantiam eſſe putabant } Eſt igitur id quod dixerunt, prædicatum primum, quod ab eis dicitur definitio, eſſe ſubſtantiam eius rei, cuius eſt primum prædicatum, & cui primum ineſt. Deinde aſsignat exemplum de duplo. Duplum enim primum prædicatum eſt de duobus. Et ideo putabant duplum eſſe totam ſubſtantiam duorũ. Quod autem duplum ſit primum prædicatum de duobus, patet, quoniam duplum non dicitur de duobus propter aliquod prædicatum medium, quo competat duobus: ſed dicitur immediate de duobus. Dicit igitur { vt ſiquis putaret idem eſſe duplum & dualitatẽ }.i.vt tota ſubſtantia dualitatis ſit ipſum duplum { q̃m primum duplum duobus ineſt } & non per aliquod aliud medium. Quam opinionem corrigens Ariſtoteles adijcit { At non idem fortaſſe eſt dualitatis eſſe, ac dupli, alioquin } ideſt nam ſi idem eſſet dualitatis eſſe ac dupli { vnum plura erit } Probatur conſequẽtia vno modo ab Alexandro ſic, quia dualitas quæ eſt vnus numerus binarius, multa efficitur, omnia.ſ.quibus primum congruit ratio dupli: & ſic dualitas eſſet idem, quod quatuor, & quod ſex, & quod octo, & ſic de cæteris, quoniam omnibus illis ratio dupli primum competit { quod } abſurdum { & illis } Pythagoricis {accidebat } qui aſſerebant omne, quod primo ineſt alicui, eſſe eius ſubſtantiam. Sequitur enim vt duplum ſit ſubſtantia duorum, & quatuor, & ſex, & octo, & cæterorum id genus, quoniam cuique eorum ineſt primo. Et ſic dualitas erit omnia ea quibus primum ineſt duplũ. Quibuſcunque enim duplum eſt vnum & idem ſubſtantia, dualitas erit idem. Quare ſequitur ſecundum hos vt vnum videlicet dualitas, quæ vnus numerus eſt .ſ.binarius, ſit plura: quoniam ea omnia, quibus duplum eſt ſubſtantia idem. Vel fortaſſe alia ratione ſequitur, Pythagoricos dicere vnum eſſe plura, vt Alexander deducit: nam numerus pariter par primum congruit Amicitiæ. Eſt enim amicitia ſecundum definitionem numerus pariter par. Quippe amicitiam pariter par eſſe definiunt, quæ cum ſit definitio ipſius, quibuſcunque hæc definitio congruit, erunt amicitia, hoc autem modo vnum multa erit. Vt multa ſunt pariter paria vt quatuor, & octo, & ſedecim, quare amicitia erit illa omnia, & ſic amicitia, quæ vnum eſt, efficitur plura. Nam pariter par (quia eſt eadem ratio) quam illi ponebant eſſe amicitiam, de pluribus vere dicitur. Demum epilogat, & dicit { a prioribus igitur }.ſ.philoſophis, qui poſuerunt vnum tãtum principium materiale { cæteriſque } ſcilicet qui poſuerunt plura principia materialia { tot ſumi poſſunt } vel aliter ſecũdum Alexandrum { a prioribus igitur, cæteriſque }.i.& ab alijs, qui illos ſecuti ſunt { tot ſumi poſſunt. } Auerroes vero ſuper prima parte textus { & de ipſo quid eſt dicere } exponens verba { ſed valde ſimpliciter tractauerunt } aſſerit Pythagoricos, cum voluiſſent conſiderare de entibus.ſ.definitiue, poſuiſſe conſiderationem in eo, quod eſt valde ſimplex, vtputa in ipſo ente, qđ eſt valde ſimplex, & in illo, quod eſt magis manifeſtũ,

Admiratio in Auer. cõm. 35.

Quæ Auer. cõ.

& dignius ineſſe,& in cognitione videlicet in ſubſtantia,per definitionem,quam dixerunt ſubſtantiam eſſe infinitum, & vnum & numerũ. Quæ expoſitio non placet,nam Ariſtoteles non dixit eos valde ſimpliciter tractaſſe de ipſo quod eſt reſpiciendo ad ea,quæ definiunt videlicet ens, & ſubſtantiam, ſed quo ad modum,quo de ipſo ideſt tractauerunt. vt Alexander exponit, videlicet quia tractauerunt valde ruditer, ſuperficialiter, & ſine arte.Deinde ſuper illis verbis{atque cui primo competeret definitio dicta} exponit Auerroes ꝙ Ariſtoteles declaret opinionem eorũ de numero, & de entibus, ꝙ videlicet natura entium ſit natura numeri, argumento, ꝙ numeri prædicẽtur de entibus,quæ opinio eſt ſicut illorum exiſtimatio, qui putant duplum & dualitatem eſſe ideſt,idem eiuſdem naturæ: Argumento ꝙ duplum ſit vniuerſalius, eſt & prius dualitate naturaliter. Quod prius naturaliter ſit deſcribitur, lib.5.huius, quod cum aufertur, aliud, & non econuerſo, & cum aliud eſt,erit illud. Secũdum igitur hanc expoſitionem Ariſtotelis adducit opinionem Pythagoricorum de rerum ſubſtantiis,ꝙ ſint numeri,& illorum motiuum videlicet,quia numerus prædicatur de illis vt quoddam prius, Nam apud eos omne,quod prædicatur de aliquo, vt quoddam prius eſt, ſubſtantia illius, & omnino idem illi, vt duplum, qđ prædicatur de dualitate, vt quoddam prius, eſt idem dualitati & ſubſtantia eius. Quæ expoſitio eſt veluti inſomnium, nam Ariſtoteles nullam mentionem facit de ſubſtantia rerum, ꝙ ſit numerus, ſed vt Alexander inquit,in præſenti parte exponit quid eſt illud, quod dixerunt de definitione,vbi nos expoſuimus Pythagoricos dixiſſe duo de definitionibus & ꝙ omne quod ineſt alicui primum ſit ab eis dicta definitio,& ꝙ omne, quod ineſt alicui primo,ſit illius ſubſtantia.Quæ Auerroes ait,nunquam Ariſtoteles ſomniauit. Deinde ſupra tertia parte {at non idem fortaſſe eſt} Auerroes vult ꝙ Ariſtoteles aduerſetur Pythagoricis ꝙ videlicet licet dualitas ſit duplum,non tamen oportet, vt illud quod eſt duplum, ſit ſecundum modum, quo eſt duplum,ipſa dualitas. Quoniã cum de aliquo aliqua plura vno prædicantur,non eſt neceſſe vt eodẽ modo prædicentur de eo, de quo illud vnum prædicatur.neque eſt neceſſe, vt prædicatum demonſtret ſubſtantiam eius,de quo prædicatur. Hæc expoſitio eſt vera quantum ad id, quod velle videtur ſcilicet,ꝙ Ariſtoteles aduerſetur Pythagoricis,quantum vero ad rationẽ, quam ipſe fingit eſſe contra eos,non eſt vera.Cum ratio, quam fingit, nec ſit Ariſtotelis,nec ſit intelligibilis: vt patet conſideranti ea, quæ Alexander, & nos ſcripſimus. Deinde ſuper quarta parte{alioquin vnũ plura erit} exponit ꝙ Ariſtoteles velit ſic argumentari, Si natura poſterioris non fuerit alia a natura prioris: tunc natura vnius, & natura pluris erunt eadem.i. tunc vnius & plurium erit una natura.Et exponit quid velit dicere Ariſtoteles.ſ.ꝙ ſi entia eſſent numeri, quia numerus eſt prior entibus, tunc plura eſſent vnum,& vnum plura. Quantum autem diſſonet hæc expoſitio verbis Ariſtotelis & ab eius ſententia, omnibus,qui græca verba legunt, perſpicuum eſt.Ariſtoteles enim, vt diximus, probat non omne, quod competit alicui primo,eſſe omnino idem illi, quoniam tunc duplum eſſet dualitas, & ſic dualitas, quæ vnus eſt numerus, eſſet omnia illa, quibus duplum ineſt primum: vt fuit deductum.Deinde ſuper quinta parte {quod & illis accidebat} vult Ariſtotelem intelligere ꝙ impoſsibile accidens dicentibus entia eſſe numerum ſit ſicuti impoſsibile accidens opinantibus vnum eſſe plura, & ꝙ contraria ſint vnum, quia ſunt in vno. Quæ expoſitio non eſt ad propoſitum: nec ad verba Ariſtotelis nam illud relatiuum {quod} cum ait{quod & illis accidebat} referat abſurdum præmiſſum ſcilicet ꝙ vnum multa erit, quod quonam modo ſequatur, ſuperius fuit expoſitum ab Alexãdro: & nos retulimus, Deinde ſuper ſexta parte {prioribus igitur} Auerroes delirat deliramento ſuæ tranſlationis. Nam Ariſtoteles epilogat, & Auerroes vult ꝙ Ariſtoteles velit oſtẽdere multa alia eſſe priora ſenſibilibus prioritate,qua numerus eſt prior. Quod nulla ratione eſt audiendũ. Nemo mirari debet nos primo narrare veras Ariſtotelis expoſitiones, deinde falſas Auerroes, & aliorum: Nam rectum eſt iudex ſui, & obliqui, vt igitur cæterarum expoſitionum obliquitas diluceſcat, iudicauimus prius veras expoſitiones eſſe pertractandas atque dilucidandas.

CAPVT QVINTVM DE PLATONIS ſapientia,& omnium opinionum de rerum principijs epilogus.

TEXT. 5.

P O S T *dictas autem philoſophias, Platonis acceſsit tractatio, qui in pleriſque quidem Pythagoricos hos ſecutus, tamen propria quoque nonnulla præter Italicorum philoſophiam habuit. Nam ab adoleſcentia primum & cum Cratylo,& cum Heraclitanis opinionibus uerſatus (qui quidem uniuerſa ſenſibilia ſemper fluere,& de ipſis ſcientiam nõ eſſe cenſebat) hæc quidem poſtea ita eſſe putauit.*

Verſatus. συγγινόμενος. Factus amicus Conuenitus.

Accedit nunc ad philoſophiam Platonis,qui ſecutus Pythagoricos in multis, nonnulla ipſe priuatim præcepit, vt de ideis. Dicit{poſt dictas autem philoſophias}.ſ. Ionicorum & Pythagoricorum, vel fortaſſe melius, dicit{poſt dictas autem philoſophias} .ſ.Pythagoricorum{Platonis acceſsit tractatio: qui} .ſ.Plato {in pleriſque quidem Pythagoricos hos ſecutus}.ſ. quantum ad mathematica ꝙ ſint rerum ſubſtãtiæ {tamen propria quoque nonnulla præter Italicorum}.i. Pythagoricorum {philoſophiam habuit}Nã vltra numeros, & mathematica, quæ poſuerunt Pythagorici eſſe rerum ſubſtantias, arbitratur eſſe ideas, & docet qua ratione Plato ductus ideas aſſeruerit. Expoſitor autem, quia in ſuis tranſlationibus legitur{in multis quidem hos ſequens} per hos intellexit naturales, vt Empedoclem,Anaxagoram, & cæteros tales, & fallitur defectu tranſlationum vt puto.Nam in græcis codicibus legitur {Pythagoricos hos} quos Platonem dicit ſecutum eſſe in multis.Iterum exponens dicit Platonem habuiſſe nonnulla præter philoſophiam Pythagoricorum,& præter philoſophos naturales prędictos: & iterum hoc eſt difficile accommodare verbis Ariſtotelis,quæ ſequuntur.Cum enim dixiſſet Platonem habere nonnulla præter Italicorum philoſophiam,explicaturus, ꝙ illa ſint ideæ, docet qua ratione ductus ſit ad illas,& accipit ab opinione naturalium quòd ſenſibilium non ſit ſcientia & dicit{nam ab adoleſcentia primum & cum Cratylo, cum Heraclitanis opinionibus verſatus, qui}.ſ. Cratylus{vniuerſalia ſenſibilia ſemper fluere, & de ipſis ſcientiam non eſſe cenſebat,hæc quidem poſtea ita eſſe putauit} namtenet Plato Cratyli familiaritatem nactus,qui ſtudioſus

Heracliti

Heracliti erat, ſenſibilia omnia in fluxu eſſe, & nihil vnquam conſiſtere, nec eorum ſcientiam eſſe. Quo vero modo ex hac opinione venerit in ideas, declarabitur in progreſſu. Nunc vero tantum accipiamus Platonem ſecutum in multis Pythagoricos, habuiſſe quædam propria, ad quæ ductus eſt, ex iis, quæ aſſeruerunt Cratylus, & Heraclitus. Auerroes vero ſuper prima parte textus tria dicit, quorum primum eſt ꝙ Anaxagoras, Empedocles, & Democritus voluerint mathematica eſſe principia entium naturalium. Secundum ꝙ primi naturales in Italia fuerũt Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus. Tertium eſt ꝙ Plato ſequebatur in maiore parte ſuæ philoſophiæ eos, qui ponebant mathematica eſſe cauſas rerum ſenſibilium. Qm̃, vt inquit, Plato dicebat primo formas .i. ideas eſſe & deinde opinabatur numerorum, & idearum eandem eſſe naturam: vt ſeptimo huius erit manifeſtum. Tertio aſſerebat elemēta compoſita eſſe ex ſuperficiebus æquilateris, quæ ſunt quinque dicta corpora vltimo libro Euclidis. Quarto dicebat cum naturalibus primam materiam eſſe, eſſeque quatuor corpora: Hæc ſunt tria quæ Auerroes aſſerit in prima textus parte, quorum primum, & ſecundum ſunt aperte falſa: Quæ nec Ariſtotelis, nec Alexander vnquam ſomniauit: immo eorum contraria planius dixit ſuperius. Tertium vero non eſt ad propoſitum textus, vt patet per expoſitionem Alexandri, quam diximus. Deinde ſuper ſecunda parte textus { nam ab adoleſcentia primum & cum Cratylo } expoſuit primum, vt dicit ordinem ſucceſsionis ab ipſo Democrito aſſerens primum quod contingit poſt Democritum, fuiſſe opinionem Herculeorum, qui faciebant dubitare omnes, qui ſe dabant ſtudijs philoſophiæ illo tempore, propterea quia dicebant nullam eſſe ſcientiam, nihilque ſciri poſſe: Quæ expoſitio eſt figmentum, cum exponat illud quod nõ eſt in verbis Ariſtotelis, nec in inſomnijs eius. Super eadem parte adducit rationem eorum, qui negant ſciētiam: quæ ſic poteſt reduci ad artem prioriſticā: Scientia variabilis non eſt ſcientia: Omnis ſcientia eſt ſcientia variabilis, igitur nulla ſcientia eſt ſcientia. Maior patet, quoniam ſcientia eſt neceſſaria, & ſemper. Minor probatur, quoniam cum ſcitum eſt in tranſmutatione, ſcientia eſt in tranſmutatione: ſed ſcibilia ſunt in tranſmutatione: Igitur ſcientia. Quòd ſcibilia ſint in tranſmntatione, patet, quia ſenſibilia ſunt in tranſmutatione, & omnia ſcibilia ſunt ſenſibilia: Igitur omnia ſcibilia ſunt in tranſmutatione. Deinde ſuper illa parte { hæc quidem poſtea ita eſſe putauit } Auerroes ait has opiniones perueniſſe ad Ariſtotelem, vſque nunc. Et errat errore tranſlatoris, qui retulit hæc ad Ariſtotelem, & non ad Platonem. Plato enim fuit, qui retinuit ea quæ dixerunt Heraclitus, & Cratylus: & non Ariſtoteles.

Qua Auer. commen. f.

TEX. 6. *Cum uero Socrates circa moralia uerſaretur circa autem totam naturam nihil: atque in his ipſis uniuerſale quæreret, primusq; circa definitiones mentem firmaret, illum recipiens, propterea quia de uniuerſalibus huiuſmodi quæſiuerat, quaſi de alijs definitiones has factas, & non de ſenſibilium aliquo exiſtimauit. Non enim poteſt ipſa communis definitio alicuius ſenſibilium eſſe, cum ſemper mutentur. Sic itaque talia quidem entium ideas uocauit, ſenſibilia uero circa hæc, præter hæc, atque ſecundum hæc dici omnia. Per participationē enim plura uniuocorum eſſe eiuſdem nominis ideis eſſe ait, participationem uero ſecundum nomen mutauit. Nam Pythagorici quidem dicunt entia eſſe numerorum imitatione, Plato uero participatione nomen mutans. Quæ nam tamen ſit participatio ſpecierum, uel imitatio, in communi quærere omiſerũt.*

μέθεξις. participatio.

μίμησις. Imitatio.

Cum expoſuiſſet ea vſque quæ ductus eſſet Plato .ſ. ꝙ prticularium ſenſibilium ſcientia ſit relinquēda, nunc adducit Socratem hanc ob cauſam, quia ſenſibilium ſcientia haberi non poſsit, ſe tribuiſſe ſtudiis moralis philoſophiæ, derelinquendo totam ſcientiam de natura tanquam impoſsibilem: dicit { cum vero Socrates }.ſ. Platonis præceptor, Archelai diſcipulus, qui Archelaus auditor fuit Anaxagoræ Clazomenij { circa moralia verſaretur, circa autem totam naturam }.i. circa vero ſtudia rerum naturalium { nihil } ſubaudi verſans, propter hanc opinionem, quæ ſuo tempore emerſerat videlicet ꝙ non ſit de ſenſibilibus ſcientia, voluit aliquid de rerum natura perſcrutari, ſed ſolum eſt occupatus in ea philoſophiæ parte, quæ pertinet ad mores. Deinde exponit quid Socrates fecit in moralibus, & dicit { atque in his ipſis } moralibus .ſ. quibus erat occupatus { vniuerſale quæreret, primuſque circa definitiones mentem firmaret } Plato .ſ. { illum recipiens }.i. ſequens { propterea quia de uniuerſalibus huiuſmodi }.i. moralibus Socrates primus { quæſiuerat } atque de definitionibus { exiſtimauit definitiones has } ſcilicet quæ ſunt rerum ſenſibilium eſſe { factas quaſi de alijs } ſcilicet a rebus ſenſibilibus { & non de ſenſibilium aliquo } ſed de ideis. Dixit { atq; in his ipſis vniuerſale quæreret } quoniam diſputans de honeſto, in uniuerſali quærebat, quid eſſet honeſtũ nec ſumebat hoc honeſtum. Dixit etiam { primuſque circa definitiones mentem firmaret } nam id de quo quæſtio erat, antequam quæſtio enodaretur, definire conabatur. Sed quomodo Socratem primum de definitionibus diſſeruiſſe tradit, ſi Pythagorici, vt dictum eſt, qui hunc ætate præceſſerunt, id ipſum facere tentarunt. Reſpondet Alexander, & optime, quia illi, vt teſtatus eſt molliter, & citra artificium de ipſis diſputauerũt. At Socrates primus cepit ex arte definire, & cum diligentia. Dixit inſuper { definitiones has }.ſ. quæ ſunt rerum ſenſibilium { eſſe factas quaſi de alijs } nam Plato ſuſcepta doctrina Socratis circa definitiones, & vniuerſale, quæ in moralibus expoſuit, transferens ſe ad naturalia putauit definitiones quarundam aliarum naturarum & fieri & eſſe, non autem alicuius ſenſibilium. Cuius rationem affert, & dicit { non enim poteſt ipſa communis definitio alicuius } particularis { ſenſibilium eſſe } nec, vt Alexander ſuppleuit, poteſt definitio eſſe ipſius vniuerſalis quidem, quod in his habetur { cum } hæc & omnia, quæ his inſunt etiam vniuerſalia { ſemper mutentnr } immo ſemper fluere, mutari, nec vnquam in eadem natura perſiſtere dicebat, ac proinde definitionem communem, & vniuerſalem cuiuſmodi eæ ſunt, de quibus agimus, ſenſibiliũ alicuius eſſe non poſſe. Nam cum ſenſibilia ſint inepta ad eſſe, definitionibus quoque erunt inepta. Expoſitor autem reddit rationem cur nullius particularis ſenſibilis, communis definitio aſsignari poſſit ex eo, quia omnis definitio omni, & ſemper conuenit, & tu adde, & ſoli, ut in Topicis exploratum eſt. Et ſic aliquam immutabilitatem requirit, cum competat ſemper: cum uero nullum ſenſibile ſit ſemper, ei nulla definitio nec communis, nec propria competere poteſt, nec etiam definitio

Dubitatio.

Solutio Alexā.

ei poteſt ſoli competere: cũ uniuerſalis definitio, quæ primo competit ſpeciei, nulli eius indiuiduo ſoli competat. Cum dixiſſet definitiones non eſſe ſenſibilium alicuius, ſed factas eſſe quaſi de alijs, exponit concludendo de quibus alijs definitiones ſint factæ, & dicit {ſic itaque talia quidem} quorum.ſ.definitiones factæ ſunt {ideas entium}.ſ. ſenſibilium {vocauit ſenſibilia vero ipſa} putauit ſubaudi {dici oĩa circa hæc} .ſ. circa has ideas {præter hæc}.i. præter has ideas {atque ſecundum hæc}.i.& ſecundum has ideas. Alexander dicit ſic, illas naturas a ſenſibilibus diuerſas, quarum ſunt definitiones, ideas appellabat, a quibus ſenſibilia & eſſe, & dici affirmabat. Ergo ſecundum Alexandrum ſenſibilia ſunt præter hæc .i. præter has ideas, inquantum ideæ ſunt naturæ a ſenſibilibus diuerſæ. ſunt circa hæc, & ſecundum hæc, quatenus ſenſibilia ſunt ab ideis, & dicuntur nomine idearum atq; illarum participatione. Nam omnes homines dicuntur participatione & nomine, quo idea hominum dicitur homo. Quare ſenſibilia ſunt præter hæc, quatenus ideæ ſunt naturæ a ſenſibilibus diuerſæ, ſunt circa hæc, quatenus ſenſibilia ſunt ab ideis. Sunt ſecundum hæc, quatenus ſenſibilia nuncupãtur nominibus idearum & ſunt participatione earum. Expoſitor autem fecit conſiderationes circa verba, cur videlicet naturas illas, ideas, & ſpecies Plato appellarit, aſſerens Platonem illa vniuerſalia, quæ poſuit à ſenſibilibus ſeparata, appellaſſe ideas via ſimilitudinis, quatenus ideæ ſunt exemplaria, ad quorum ſimilitudinem ſenſibilia cõſiſtunt. Species vero, quatenus participatione earũ ſenſibilia ſunt: nam, vt Porphyrius inquit, participatione ſpeciei omnes homines ſunt homo. Vel aliter dicit, Platonem illa vniuerſalia appellaſſe ideas, quo ſenſibilium ſunt eſſendi principiũ. Species vero quo ſunt eorum principium cognoſcendi. Et propterea aliter exponens verba {circa hæc, & ſecundum} hæc, dicit, ſenſibilia eſſe propter ideas, vel circa ideas, inquantum ideæ ſunt ſenſibilium cauſæ eſſendi, ſecũdum autem eas, quo ideæ ſunt ſenſibilium exemplaria. Quæ expoſitio optima eſt, & conueniens verbis ſuæ tranſlationis, quam puto ſic repertam eſſe in græco codice ſui tranſlatoris. Verum in noſtris codicibus græcis verbum ſpecies, non legimus, licet legatur alibi, verbum autem, præter hæc, in codicibus tranſlatoris eorum teſtium, quos exponit Expoſitor non reperitur in noſtris vero legimus. Deinde ſequitur pars illa {per participationem enim vbi aſsignat cauſam, quare ſenſibilia dicantur ſecundum hæc.i.ſecundum ideas, præfatus enim ſenſibilia præter hæc, & ſecundum hæc dici, & eſt explicatum quonam modo præter hæc, quoniã ab ideis diuerſa ſunt. Nunc vt Alexander inquit, exponit quomodo ſenſibilia ſunt ſecundum hæc.i. ſecundum ideas. & dicit {per participationẽ enim} plura vniuocorum eiuſdẽ nominis ideis eſſe} ſabaudi {ait.} Alexander laborat circa expoſitionem huius loci, vno modo ait Ariſtotelem exponere, quæ ſenſibilia ſunt, quæ participatione idearum ſunt, & quæ ſecundum ideas ſunt, & addit ea ſenſibilia eſſe ſecundum ideas quæ {vniuocorum ideis} ſunt, uniuoca enim ideis vniuoca ſunt, hoc autem eſt, quoniam non omnium ſenſibilium ideas eſſe dicebant, nam eorum, quæ ad aliquid dicuntur, nullas eſſe ſtatuebant, nec eorũ, quæ ſunt præter naturam, neque omnino malorum Ergo vult ea ſenſibilia eſſe ſecundum ideas ideſt participatione idearũ, quæ ſunt vniuoca ideis .i. propter ideas vt ſit idem dicere vniuoca ideis, & vniuoca ſimpliciter. Nam quæ non ſunt ſimpliciter vniuoca, non ſunt participatione idearum, vt ea, quæ ſunt præter naturam, & ipſa mala. Alio modo exponit plura pro ſenſibilibus, vt ſit ſenſus, multa & ſenſibilia ſunt participatione earum idearum quibus ſunt vniuoca, homines enim ſunt participatione hominis. Equi autem participatiõe equi, vt ſit ſenſus, ſenſibilia & vniuoca ideis habent eſſe participatione idearum. Aut ſenſus eſſe poteſt etiam ſecundum Alexandrum, multa eſſe participatione idearum, hæc autem multa ſunt, quæ inter ſe ſunt vniuoca: vt homines ipſi inter ſe, & equi ipſi inter ſe, & canes ipſi inter ſe. Homines enim ipſi, qui ſunt vniuoci inter ſe, participatione ideæ ſunt eiuſdẽ, non autem homines & equi, quoniam nõ ſunt vniuoci inter ſe, multa enim & quæ ſunt vniuoca inter ſe, habent eſſe participatione vnius ideæ. Non enim ſenſibilia vniuoca eſſe diceret ipſis ideis referẽs Platonis opinionem, cum ille dicat ideas æquiuocas ijs eſſe, quæ ad ſui exemplar fiunt. Sed quæres vtrum ideæ ſint æquiuoce ijs, quæ ad ſui exemplar efficiuntur. Suſtinet Alexander ꝙ ideæ non ſint æquiuoce iis, quæ ad ſui exẽplar efficiuntur, ſed vniuoce primo quia in quibus vniuocum Plato vſurpat, in iis ipſo communi pro vniuoco vtitur. Deinde quæ ad exemplar ideæ efficiũtur, ea niſi ratione & forma ſint ideæ ſimilia, qua nam re alia ſimilia eſſe poſſunt? cum ideis nihil adſit aliud, nec ipſis quicquam accidat. At quæ forma ſunt ſimilia, hæc vniuoca certe ſunt. Quare ideæ vniuocæ ſunt ijs, quæ ad exemplar earum fiant. laborauit igitur Alexander in expoſitione huius loci, quoniam textum græcum habuit mancum. At noſter textus ſic iacet κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων ὁ μώνυ-μα τοῖσ εἴδεσι. ideſt {per participationem enim plura vniuocorum, quæ eiuſdẽ nominis ſunt, ideas eſſe ait} eſt igitur ſenſus clarus ꝙ ideo ſenſibilia ſint ſecũdum ideas, quoniam per participationem plura vniuocorum, quæ ſunt eiuſdem nominis cum idea, hæc ſunt, quæ ideis, eſſe ait. Non enim omnia ſenſibilia ſunt ideis, ſed quæ ſunt eiuſdem nominis cum idea, ut homines ſunt participatione ideæ quoniam ſunt eiuſdem nominis cum idea hominis, quæ dicitur homo ipſe per eſſentiam, ſi enim Alexander habuiſſet hunc textum non receſſiſſet à ſecunda ſua expoſitione. Quid vero ſit aliquod per eſſentiam, quidne participare, dicamus aliquid per eſſentiam dicitur, quoties eſt totaliter aliquid, & nihil aliud præter illud: vt ſi calor eſſet calor per ſe exiſtens, in quo nihil aliud eſt quam calor: hic diceretur calor per eſſentiam. Quod vero non totaliter eſt aliquid, ſed habet aliquid aliud adiunctum præter illud, participare dicit. Sicut ignis, qui eſt aliquid aliud quàm calor, participare dicitur calore. Sic cũ idea hominis ſeparata nihil aliud habeat quàm ipſam hominis naturam, per eſſentiam eſt homo: & propter id Plato ideam hominis appellat per ſe hominem. Socrates vero & Plato, quia præter naturam ſpeciei humanæ habent Principium indiuiduationis, dicuntur participare ſpecie ſecundum Platonem. Deinde declarat vnde Plato acceperit nomen participationis & dicit {participationem vero ſecundum nomen mutauit. Nam Pythagorici dicunt entia eſſe numerorum imitatione Plato vero participatione}. ſ. idearum {nomen mutans} ergo Plato accepit nomen participationis a Pythagoricis:

Quid ſit aliquid per eſſentiam, & quid ſit participare.

αὐτὸ ἄνθρωπος.

thagoricis: nam imitationem a Pythagoricis appellatam Plato mutato vocabulo, participationem dixit. Pythagorici enim, vt Expoſitor ait, dicebant hæc ſenſibilia eſſe quaſi quaſdam numerorum imitationes, quatenus numeri qui per ſe poſitionem non habent, accipiendo poſitionem corpora efficiebant. quia vero Plato ideas ipſas poſuit immutabiles, ad hoc, vt de eis ſcientiæ, ac definitiones haberi poſsint, non conueniebat ei in ideis vti nomine imitationis, loco eius vſus eſt nomine participationis. Ego vero dico Platonem potuiſſe vti nomine imitationis & participationis indifferenter, nam ſenſibilia poſſunt dici fieri, & eſſe imitatione, & participatione idearum, imitatione, nam opifex, qui ſenſibilia efficit, imitatione propriæ ideæ illa condit. Etiam participatione illius ſua vniuoca efficit ergo poteſt vti vtroque nomine, ſed gaudens nominum, & rerum nouitate, imitationem à Pythagoricis appellatam, mutato vocabulo participationem appellauit: vt huius nominis inuentor diceretur. Deinde narrat in quibus Plato & Pythagorici fuerunt diminuti, & dicit {Quæ nam tamen ſit participatio ſpecierum} .i. idearum, qua. ſ. ſenſibilia participant ideis apud Platonem {vel} quæ nam ſit {imitatio} . ſ. numerorum, qui ſenſibilia fiunt numerorũ imitatione { omiſerunt quærere in communi } ſed bene quæſiuerunt in indiuiduo. nam quonam modo hic ignis ſit calidus participatione vel imitatione caloris huius vel illius, quæſiere, ſed non quo modo ſenſibilia participent communi ſpecie, vel imitẽtur communem ſpeciem, expoſuerunt. Alexander vero verbum in communi expoſuit, quia communiter nec Pythagoricorum quiſquam, nec Plato ipſe quid participatio, aut imitatio ſit, aut quomodo fiat, declarauerit, ſed qua ratione, aut modo fiat, quærere in medio cõmuniter relinquerunt. Sed occurres, quia a Platone in Parmenide explicatum eſſe videtur. Præterea Pythagorici dicebant cæteros numeros tales eſſe imitatione primorum, quos proprie eas res eſſe dicebant, quæ de ipſis dicerentur, Vt quia planetæ ſunt quinq;, planetæ ſunt quinarius. Verum licet pro parte meminerint participationis, & imitationis, nullus eorum perfecte expoſuit quid nam ſit participatio, vel imitatio, & quantum ad hoc Ariſtoteles eos eſſe diminutos expoſuit. Auerroes in calce commenti quinti circa partem primam præſentis textus, dicit, Socrates vero fuit primus eorum, qui locuti fuerunt de philoſophia morali, Secundo dicit, & nihil addit eis, quæ dicta fuerunt ab antiquis in philoſophia ſpeculatrice. Primum quod dicit, eſt falſum, nam ante Socratem ſtudiũ philoſophiæ non erat niſi in moralibus, vt ſuperius dictũ eſt, vbi Ariſtoteles Thaletem Mileſium ait fuiſſe primum eorum, qui moralibus vacabant, ſe ſtudiis naturalis philoſophiæ tribuiſſe. Ergo ante Thaletem philoſophiæ ſtudia non erant, niſi in moralibus. Quare & ante Socratem, qui fuit longe poſterior Thalete. Secundum vero quod dicit, non eſt ad propoſitum. verba textus ſunt {circa autem totam naturam nihil} modo per nihil non intelligit ꝙ nihil addiderit eis, q̃ fuerunt inuenta ab antiquis, ſed ꝙ circa ſcientiam de natura nullo modo ſe tribuerit, propterea quia opinabatur ſenſibilium ſcientiam haberi non poſſe ꝓpter mutabilitatem eorum. Deinde Auerroes parte illa {atq; in his ipſis vniuerſale} vſque ibi {non. n. poteſt ipſa cõmunis definitio } non habet textum correſpondentẽ,

Quæ Auerr. comm. 5.

Quæ Auerro. comm. 6.

noſtro, ideo quæ inducit pro expõne ſunt vana. Exponit. n. quæ non ſunt Ariſtotelis, tangit tñ cauſas, quibus Plato motus eſt ad ponendum ideas, quarum prima eſt, quia inuenit indiuidua in vnoquoque genere ſe habere ſimili modo, & quia omnia ſunt ſimili modo in ſuo genere: igitur eſt impoſsibile, vt ſint accidentaliter, & cum non ſint per accidens, generabuntur a cauſis ſimilibus: tales ſunt ideæ: igitur pro generatione tuenda poſuerunt ideas. Secunda cauſa, quia Plato opinatus eſt nihil in ſenſibilibus eſſe fixum, atque immutabile, igitur ſi de eis erit ſcientia, non poteſt ſcientia pendere ab ipſis, nec ſcientia, quæ dicitur definitio, cum ſemper ſint id tranſmutatione. nec ſcientia, quæ habetur per demonſtrationem, cũ demonſtratio non ſit niſi neceſſariorum, & per neceſſaria. His rationibus Plato opinatus eſt ꝙ intentiones .i. vniuerſalia, quæ inueniuntur in indiuiduis vniuſcuiuſque ſpeciei, eadem ſint .i. ſemper maneant, & ꝙ definitiones ſint rerum, q̃ ſunt neceſſariæ extra animam, quas res extra animam vocauit formas, & exemplaria. Formas quidem .i. ideas rerum ſenſibilium, Exemplaria vero, quæ aſpicit rerum conditor, ſicut artifex aſpicit formas rerum artificialium pro ſtructura rerum artificialium. Quòd autem conditor debeat pro generatione rerum reſpicere ad ideam eorum, quæ generat, velut ad exemplar, probat Auerroes ea ratione, qua vſus eſt Plato, quoniam aliter quodlibet eſſet a quolibet, & non eſſet ex ſemine hominis homo ſemper, neque ſemper ex ſemine equi equus, quòd qua ratione valeant hæ conſequentiæ, ſeptimo libro huius dilucidabitur, nunc vero accipiantur, vt valeant quantum valere poſſunt. Deinde ſupra parte illa {ſenſibilia vero circa hæc} Auerroes exponit {circa hæc} .i. ꝙ ſenſibilia omnia definiantur per hanc naturam i. per ideas. Nam verbum παρὰ ταῦτα, ideſt propter hæc tranſtulit barbarus interpres, & Auerroes quòd ſenſibilia omnia definiantur per ideas intelligit. Exponit vero {ſecũdum hæc} .i. quòd ſenſibilia inueniantur & ſint ineſſe per illam naturam ſcilicet idearum ſicut res, quæ fiunt, fiunt ab opifice per ſuum exemplar. Deficit autem illud, præter hæc, Ideo hæc expoſitio eſt manca, & non, vt nos diximus. Deinde ſupra illa parte {per participationem enim plura vniuocorum } vſque ibi { inſuper præter ſenſibilia } textus, quem exponit, nullo pacto conuenit nec cum tranſlationibus latinis, nec cum græcis verbis, propterea expoſitio Auerrois eſt omittẽda, cũ non ſit intelligibilis, nec ad verba Ariſtotelis. Nemo igitur mirari debet Expoſitorem egregium Thomam Auerroem omnino prætermiſiſſe, nouit enim eum nihil fructus affere expoſitionibus Ariſtotelis, cum ferè ſemper blaterizet ſuper uerbis barbaris, quæ nũquam ſomniauit Ariſtotelis.

Comm. 51.

Quæ de Auer.

Inſuper præter ſenſibilia & ſpecies, res mathematicas medias eſſe dixit à ſenſibilibus quidem hoc differentes, quod perpetuæ, ac immobiles ſint, a ſpeciebus autem hoc, quod ipſæ quædam complures ſimiles ſint. ſpecies autem ipſa quæque eſt una ſolum.

Cum narraſſet opinionem Platonis quam habebat de ideis, nunc narrat opinionem eiuſdem, quam ſuſtinuit de rebus mathematicis, vt de figuris, & numeris, & magnitudinibus, & aſſerit Platoni placuiſſe res mathematicas eſſe medias inter ideas, & ſenſibilia & dicit { inſuper præter ſenſibilia, & } præter ſpes. ſ. ideas

{res mathematicas medias eſſe dixit} vtrum vero medias abſtractione, qua intellectus abſtrahit prius à poſterioribus, vt magnitudines, & numeros ab elementis & mixtis, quæ materiæ ſunt ſenſibiles, an medias natura, vtputa quia ſunt natura magis ſeparatæ, quàm phyſica corpora, & minus quàm ideæ: an medias per abnegationem eorum, quæ extremis competunt, Ariſto. non expoſuit. ſed quia Plato voluit res mathematicas medias eſſe, Ariſtoteles tantum exponit eas eſſe medias per abnegationem eorum, quæ competũt extremis, & dicit {à ſenſibilibus quidem hoc differẽtes} quòd res mathematicæ {perpetuæ, ac immobiles ſint} ſubaudi ſenſibilia corruptibilia ac mobilia {a ſpeciebus} ideſt ideis differentes {hoc, quod ipſæ quædam} ſcilicet res mathematicæ {complures} ſcilicet numerò, ac ſingulares {ſimiles ſint} ſubaudi in ſpecie: vt plures numero lineæ ſub eadem ſpecie lineæ, plures ſuperficies ſub eadem ſpecie ſuperficiei, plures numerò magnitudines ſub eadem ſpecie magnitudinis, plures numero trianguli ſua eadem ſpecie trianguli {ſpecies autem} ideſt idea {quæque eſt vna ſolum} ideſt vna numero ſola in ſua ſpecie. idea enim hominis nõ eſt eiuſdem ſpeciei cum idea equi, ſed vna ſola numero ſub ſpecie hominis. Illa vero equi, vna ſola numero in ſpecie equi. non enim poſſunt plures numero ideæ ſub eadem ſpecie eſſe. per quæ patet res mathematicas eſſe medias per abnegationem eorum quę cõpetunt ſenſibilibus, & ideis. Nam res ſenſibiles ſunt tum mobiles, tum corruptibiles. At res mathematicæ neque mobiles, neque corruptibiles, ſed perpetuæ. Præterea ideæ non ſunt plures numero ſub eadem ſpecie: at res mathematicæ ſunt plures numero ſub eadem ſpecie: ſunt igitur mediæ per abnegationem eorum, quæ competunt ſenſibilibus, & ideis, quæ ſunt in extremis. Nec plura habemus ab Ariſtotele. Alexander videtur (pace tanti viri dixerim) peruertere verba Ariſtotelis. ait enim ſecundum Platonem mathematica eſſe media inter ideas, & ſenſibilia, quæ quidem à ſenſibilibus diſcrepare putat, quòd eſſent ſempiterna, & prorſus immobilia. Ab ideis autem ꝙ ideæ vnum aliquid numero eſſent. Mathematica vero in multis hoc eſt in ſenſibilibus, & ſingularibus, quibus inſunt, ſimilitudinem declarent. Neque enim ipſa per ſe ſubſiſtunt, ſed conſideratione. Nam ex materialibus rebus ſeparata per conſiderationem materia & motu, per quas & cum quibus datum eſt ipſis ſubſiſtere, ſuperſunt mathematica, quæ in rebus materialibus, & multis, ac per accidentia materialia diſcrepantibus ſimilitudinem declarant. Ergo Alexander vult quòd mathematicæ res differant ab ideis, quoniam mathematicæ res ſunt in rebus ſecundum eſſe multæ in multis, ſolum per conſiderationem ſeparatæ. At ideæ ſint vnaquæque ſola in ſe ſeparata ſecundum eſſe & non multæ in multis ſenſibilibus. & iuxta hanc expoſitionem lege verba {ab ſpeciebus autem} ideſt ideis ſubaudi res mathematicæ differentes ſunt {hoc, quòd ipſæ quædam complures ſimiles ſint} ſcilicet ſecundum eſſe in rebus ſenſibilibus {ſpecies autem} ideſt idea {ipſa quæque eſt vna ſolum} ſecundum eſſe in ſe ſeparata. Ergo ſecundum hanc expoſitionem mathematicæ res differunt a ſenſibilibus, quòd ſenſibilia ſint mobilia & corruptibilia: Mathematica perpetua, & immobilia. Non enim ſecundum ſe corrumpuntur, ſed per accidens corruptione eorum, in quibus ſunt ſecundum eſſe. At ſenſibilia ſunt per ſe corruptibilia corruptione, quæ eſt ad ipſa, & per ipſa. Ab ideis vero, quòd ideæ ſint in ſe ſeparatæ ſecundum eſſe. At mathematica in ſenſibilibus ſunt poſita ſecundum eſſe. Hæc eſt expoſitio Alexandri. Quæ meo iudicio, nec eſt verbis conſona, nec eſt ad mentem Platonis: opinionẽ enim quæ eſt Ariſtotelis Alexander Platoni tribuit, propterea ſe quaſi corrigens Alexander ſubdit, aut certe res ita ſe habent quaſi dicat quòd hæc ſit opinio Ariſtotelis, & veritas ipſa. Plato tamen non ita diſſeruit, qui naturas ipſas, & ſubſtantias per ſe, ac ſempiternas eſſe faciebat. Sed fortaſſe multa ſimilia eſſe dixit in mathematicis, quaſi ipſorum quodque non ſit vnum numero. Mathematica enim multa numero ſunt triangulus, & quadratum, & aliorum quodque, vt ſenſibilia ſeruantia ſimilitudinem inter ſe ſecundum definitionem. At idea quæque vna numero eſt. & ſic ſe corrigens venit in noſtram expoſitionem, quòd ſecundum Platonem res mathematicæ ſint mediæ inter ideas & ſenſibilia per abnegationem eorum, quæ competũt extremis videlicet ideis, & ſenſibilibus. Vtrum vero ſint mediæ ſecundum magis, ac minus abſtractum, vel mediæ ſecundum ſubſtantiam & naturã, hic Ariſtoteles non curauit explicare, quoniam in his libris ſæpe explicabit. Expoſitor vero circa expoſitionem opinionis Platonis aſſerit Platonem dixiſſe mathematica eſſe perpetua, & immobilia ex ratione ſcientiæ mathematicæ. quoniam ſcientia mathematica ea ratione, qua mathematica ſcientia eſt, abſtrahit a motu, & ita a generatione, & corruptione. Quare res mathematicæ vt mathematicę, ſunt immobiles atque perpetuæ. Res vero ſenſibiles ex ratione ſcientiæ naturalis, qua ſcientia naturalis, complectuntur motum, quoniam naturalis ſcientia cõcernit motum. Sed hoc, quod Expoſitor dicit, eſt verum, ſi intellexerit, quòd vno cauſarum, quibus res mathematicæ abſtrahunt a motu, eſt natura ſcientiæ mathematicæ, quæ eſt in ſuis conſiderationibus, nec motum nec ſenſibilem materiam conſiderare. Natura vero ſcientiæ, naturalis contra. At ſi intellexerit naturam ſcientiæ mathematicæ eſſe ſolam cauſam, qua res mathematicæ abſtrahant a motu, non puto eſſe verum, qm̃ vt ipſemet ſubdit, ſola cauſa huius abſtractionis eſt, qm̃ Plato putat in omne eſſe in re, qđ eſt in intellectu: Et quia in intellectu res mathematicæ eſſe poſſunt non conſiderato motu, nec ſenſibili ipſa materia: ideo ita mathematicas res putauit eſſe in re ſine motu ac materia ſenſibili. Inſuper circa expõnem eiuſdem opinionis Expoſitor ait Platonem poſuiſſe plura quæ numero differunt ſub eadem ſpecie ad ſeruandum naturam demonſtrationũ mathematicarum, quæ eſt, vt prædicatũ concluſionis inſit pluribus ſubiectis eiuſdem rationis. Nam ſi Geometra demonſtrat triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, fruſtra demonſtraret, niſi illud pdicatum habere tres angulos æquales duobus rectis, pluribus triangulis competeret: & ſicut dico de triangulo, ita dicendum in omnibus aliis figuris. Mathematica ergo dicit Plato eſſe vnum in pluribus, vt ſeruetur natura demonſtrationis. Hoc aũt non accidit in ideis. nã idea ſeparata non põt ſeruari niſi in vno indiuiduo tm̃. Non. n. dicitur idea hominis, niſi de idea hominis, q̃ eſt vna numero tantum in ſua ſpecie. Sed hoc, quod Expoſitor ait, eſt mihi obſcurum, qm̃ non magis demonſtratio mathematica requirit, vt prædicatum cõcluſionis

Quæ Expoſitor.

cluſionis inſit pluribus ſubiectis eiuſdē rationis, quā demonſtratio naturalis, vel metaphyſica, quæ fieret de aliqua idea, quoniam omnis demonſtratio, quo demonſtratio eſt, ex vniuerſalibus & ex his, q̄ ſunt per ſe, & de vniuerſalibus, & ex his, quæ ſunt per ſe, cōſtat. igitur etiam in demonſtrationibus, in quibus demonſtraretur aliquid de ideis, oportebit ſeruare rationem vniuerſalitatis ante dictæ. Tertio Expoſitor nititur aſsignare locum, è quo Plato accepit cauſam ſui erroris. Eſt autem locus à modo intelligendi, cuius propoſitio eſt, ſicut res intelligitur, ita res eſt. tunc ex hac propoſitione argumentabatur, ſicuti res intelligit̃, ita res eſt: ſed res mathematicæ intelliguntur ſine rebus ſenſibilibus: Igitur res mathematicæ ſunt ſine rebus ſenſibilibus. igitur res mathematicæ ſunt ſeparatæ à ſenſibilibus ſimiliter eidem propoſitioni addo, ſed vniuerſalia intelligūtur ſine ſingularibus: Igitur ſunt vniuerſalia ſine ſingularibus. quare ideæ, & res mathematicę ſeparatæ ſunt ab ijs, quibus coniunguntur. Expoſitor paucis verbis refutat Platonis locum, aſſerit.n. alium eſſe intelligendi modum, alium vero modum eſſendi. Nam licet quod intelligitur, in re ſit oporteat, non ſicuti intelligitur, ita oportet vt ſit. verbi gratia guſtu ꝑcipimus dulcedinē pomi ſine colore pomi, non tamen dulcedo pomi eſt ſine colore pomi, quoniam alius eſt modus guſtandi, & alius eſt modus eſſendi. Sic etiam quanuis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo ſenſibilia & vniuerſalia non cointelligendo ſingularia, non tamen oportet aut mathematica, eſſe preter ſenſibilia, aut vniuerſalia eſſe ſine ſingularibus. Sed de abſtractionis multiplici differētia egimus libro ſecundo phyſicæ auſcultationis, vbi multiplicem eſſe abſtractionem expoſuimus. quantum vero ad ſyllogiſmum attinet, non oportet ita rem eſſe, ſicuti intelligitur, veluti non oportet ita rem eſſe, ſicuti ſentitur. Quare argumentum Platonis videtur omnino friuolum.

Qua Auer. Comm.6. Auerroes vero habebat textum ſuum vſque ibi { quoniam autem ideæ ſunt cæteris cauſæ} omnino alienum a verbis Ariſtotelis tam græcis q̄ latinis, ideo eius expoſitiones ſunt omnino nullifaciendæ, cum nullo modo faciant ad intellectionem verborum Ariſtotelis, nec aliquid contineatur, quod ſit in ſe vtile. Maior enim pars eorum, quæ ſcribit in hoc libro, eſt aliena ab intentione Ariſtotelis, cum eius textus nullatenus conueniant verbis Ariſtotelis, nec græcis, nec latinis tranſlationibus.

Quoniam autem ideæ cæteris cauſæ ſunt, elementa illarum omnium entium elementa eſſe putauit. Igitur ut materiam quidem magnum & paruum, ut ſubſtātiam uero unum principia eſſe dixit. Ex illis enim participatione unius ideas ipſas numeros eſſe aſſerit.

Cum narraſſet opinionem Platonis de ideis & mathematicis, nunc narrat eius opinionem de rerū principiis, & intendit demonſtrare magnum & paruum, & vnum eſſe rerum principia ſecundum Platonem, procedit autem in poſtaſſumendo ſiue in ſubaccipiendo, vtens primo hoc enthymemate, ideæ ſunt rerum cauſæ: igitur cauſæ & principia idearum, ſunt cauſæ & principia omnium entium: & dicit { quoniam autem ideæ cæteris } ſcilicet rebus omnibus {cauſæ } & principia { ſunt elementa illarum } ſcilicet idearum, ideſt principia & cauſæ idearum {omnium entium elementa} ideſt principia & cauſas {eſſe putauit} elementum enim pro principio, & cauſa accepit. tenet autem enthymema vim ſuam ab illo loco. Quicquid eſt cauſa & principium cauſæ, eſt cauſa & principium cauſati. Deinde ſubaccipit magnum & paruum, vt materia, vnum vt forma ſunt idearum principia, & cauſæ, propterea concludit { igitur vt materiam quidem magnū & paruum, vt ſubſtantiam vero } ideſt vt formam vero {vnum principia eſſe dixit } Minorem non expreſſit, ſed ſubaccipiendam eſſe ſupponit pro explorata in doctrina Platonis. eius tamen probationem affert ſed obſcuram, quæ poteſt ſic ad artem reſolui, ex quibuſcunque participatione vnius ideæ fiunt numeri, ſunt idearum principia vt materia, & vnum, vt forma: Magnum & paruū ſunt ea, ex quibus participatione vnius ideæ fiunt numeri: Igitur magnum & paruum vt materia, vnum vero vt forma, principia idearū ſunt. huius aſsignat minorem, ſed obſcuram, & dicit {ex illis enim } ideſt ex magno enim & paruo vti ex materia {participatione vnius } vt formæ { ideas ipſas } fieri, & { eſſe numeros aſſerit } ergo magnum & paruum, vt materia, vnum vero vt forma idearum principia ſunt. Et cum dixiſſet Plato magnum & paruum, vt materiā eſſe idearum principia, quoniam, vt Alexander inquit, magnum & paruum Plato ait eſſe dualitatem indefinitam. Cum vero dixiſſet { ex illis enim } ideſt, vt Alexander exponit, ex magno & paruo coeuntibus, & in ſpecie conſtitutis ab vno, & cum dixiſſet {participatione vnius} Alexander exponit ideſt, quia ſumunt ab ipſo vno vt ſint ſpecies, ſiue formæ, quæ & ipſæ numeri ſunt. ideas enim numeros ſpecificos eſſe ait, ſed cum formas dixiſſet, addidit numeros, nam formæ, vt numeri, ideæ ſunt formæ enim aliæ quoq; ſunt, quemadmodum etiam numeri. Et ſic vult magnum & paruum participatione vnius eſſe idearum principia, non quidem quo ſpecies vel formæ ſunt, ſed quo ideæ numeri ſpecifici ſunt. Nam formæ, vel ſpecies vt numeri ideæ ſunt. Sed ex his, quæ Alexander inquit adhuc non intelligimus, quomodo ex magno & paruo fiant ideæ, q̄ numeri ſunt participatione vnius. Expoſitor vero ait Platonem ſuppoſuiſſe ideas eſſe numeros, numeros vero fieri participatione vnitatis ex magno & paruo ideſt ex additione & ſubtractione, quas vocat magnum & paruum, quia: igitur numerus fit ſubtractione, vel additione vnitatis, dixit Plato numeros fieri ex magno & paruo participatione vnius ideſt ex additione, & ſubtractione unitatis. Quia uero ideas putauit eſſe numeros, ideo ideas fieri ex magno & paruo participatione unius arbitratus eſt. Hæc expoſitio licet ſit colorata, tamen mihi eſt obſcura, quoniam magnum & paruum Plato pro materia accepit, unitatem uero pro forma, modo additio & ſubtractio non ſunt numerorum materiæ, nec unitas eſt forma numeri, ſed potius materia, cum numerus ſit multitudo ex unitatibus aggregata, ideo nec Alexandri expoſitio, nec expoſitio hæc uidetur conſona opinioni Platonis. Propterea ſiquis uoluerit intelligere hanc Platonis opinionem, petat declarationem à Simplicio primo phyſicæ auſcultationis ſuper illo textu { nos quidem enim materiam} & ab Hermodoro Platonis ſocio in ea dictione, quam ſcribit de opinionibus Platonis, & à Dercyllide in undecimo libro Platonicæ philoſophiæ, & à Porphyrio ſuper eodem textu Ariſtotelis primo phyſicorum. Quam declarationem hic prætermittimus, tum quia

in recognitionibus phyſicis dilucidauimus, tum etiam quia nullum fructum affert quantum ad veritatem ipſam quam hic quærimus. Auerroes autem ſuper illa parte {quoniam autẽ ideæ ſunt cæteris cauſæ} ait ſic, ſpecies ſunt cauſæ aliarum rerum ideſt cauſa ſcientiæ indiuiduorum, non cauſa indiuiduorum, ergo Auerroes antecedens enthymematis intelligit quòd ideæ ſint cauſæ ſciendi, non autem eſſendi indiuidua. Quæ expoſitio ideo eſt remota, quoniam Ariſtoteles de mente Platonis non cõcluderet, niſi quòd principia idearum eſſent principia ſciendi res, & non principia eſſendi, cuius oppoſitũ tenet Plato. Sunt.n. ideæ principia rerũ tam eſſendi q̃ ſciẽdi ergo & principia idearũ erũt ſimr principia ſciendi & eſſendi rerum.

Quæ Auer. cõm.6.

Ipſum tamen unum perinde atque Pythagorici, ut ſubſtantiam eſſe, nec aliud quicquam eſſe, quod unum dicitur. Et item numeros cæteris, ut illi cauſas ſubſtantiæ eſſe dicebat.

Hic Expoſitor Ariſtotelem opinionem Platonis comparare opinioni Pythagoricorũ tradit, oſtendens primo ea, in quibus Plato cum Pythagoricis conuenit, quæ duo eſſe autumat, quorum primum eſſe inquit ꝙ vnum ſit ſubſtantia rerum, quoniam non poteſt aliud quicquam eſſe.ſ. accidens, quod vnum dicatur. Cum igitur ipſum vnum non poſsit probari de aliquo ente, vt accidens de ſubiecto, fit, vt vnum ſit ſubſtantia rerum, & non accidens. Secundum vero, quod ex primo ſequitur, eſt quod numeri ſint cauſæ ſubſtantiæ rebus cunctis. Nam cũ numerus nihil aliud ſit q̃ vnitates collectæ, fit vt numerus ſit rerum ſubſtãtia, veluti vnitas ipſa. Hæc expoſitio videtur Alexandri. tamen aliter dici poteſt iuxta ſenſum eorum, quæ proximo textu explicata ſunt: vt ſint duo, in quibus conueniunt, primum ꝙ vnum ipſum ſit vt ſubſtantia .i. vt forma rerum. Dictum eſt.n. magnum & paruum eſſe vt materiam, vnum vero, vt ſubſtantiam.i. vt formam, dicit {Ipſum tñ vnum perinde, atque Pythagorici, vt ſubſtantiam eſſe}.i. vt formam rerũ {nec aliud quicquam eſſe} q̃ formam.ſ. {quod vnum dicitur} Ipſum.n. vnum nihil aliud dici poteſt q̃ forma: cum magnum & paruum, nihil aliud dici poſsint q̃ materia. Hoc eſt primum. Deinde tangit ſecundum, quod ſequitur ex hoc primo, & dicit {Et item numeros cauſas ſubſtantiæ cæteris}.ſ. rebus Plato {dicebat, vt illi}.ſ. Pythagorici. Nam cauſa ſubſtantiæ numerorum eſt vnitas: igit̃ vnitas eſt cauſa ſubſtantiæ cæteris rebus. Hæc ergo duo ſunt, in quibus conueniunt Pythagorici cum Platone. Et licet Plato numeros principia & cauſas rerum eſſe aſſerat, vt Pythagorici, non tamen eodem modo penitus. nam, vt Alexander inquit, Pythagorici numeros cauſas eſſe dicebant quaſi inexiſtẽtes rebus, hoc eſt vt materiam, quaſi vtque ex ipſis omnia entia conſiſterent. Plato autem ipſos extra res exiſtere, quarum cauſæ ſunt: cum eos velut exemplaria eſſe traderet. Quod vero dicit {vt illi} non ſic eſt accipiendum, quaſi Plato eadem, atq; Pythagorici ratione numeros cauſas eſſe ſubſtantiæ confirmauerit. Sed quia ipſe quoq; vt illi numeros rerum cauſas eſſe dixit. Et ſic comparatio non eſt quo ad ſpeciem cauſæ, ſed tantum in ratione cauſæ. Auerroes autem præſentem textum vſque ibi {pro infinito vero} omnino alienum habet a verbis Græcis Ariſtotelis, & a tranſlationibus Latinorum, ideo quantum ad expoſitionem verborum nullam nobis vtilitatem affert. Quantum vero ad rem ipſam, dicit duo conſideratione digna, quorum primum eſt, quomodo intelligitur ꝙ vnum ſit ſubſtantia, & nihil aliud eſt ens, quod dicatur eſſe vnum. Et reſpondet Platonem intellexiſſe vnũ quod eſt principium numeri, eſſe ſubſtãtiam, & nihil aliud eſt ens, de quo dicitur eſſe vnum alio modo ab vno in numero. Et ſic vult vnum quod eſt ſubſtãtia de mente Platonis, eſſe vnum, quod eſt principium numeri, & nullum aliud vnum. Non.n. diſtinguebat Plato inter vnum, quod eſt principium numeri, quod etiam eſt de genere quantitatis, ab vno, quod conuertitur cum ente. Secundum eſt quo nam modo hoc, quod Plato dicit, eſt propinquum opinioni Pythagoricorum. Et reſpondet aſsignans cauſam, quoniam Pythagorici ſimiliter & Plato aſſerunt corpora conſtare ex punctis, lineis, & ſuperficiebus, quæ ſunt partes indiuiſibiles, & ex numeris, qui etiam conſtant ex indiuiſibilibus. Propterea enumerans abſurda, quę vtriſq; contingũt, dicit Platoni cõtingere omnia illa abſurda, q̃ contigũt dicentibus oẽs rerum ſubſtantias eſſe vnum infinitum & immobile, quoniam nullus horum poteſt affirmare, quomodo ſit cõmunicatio.i. generatio, qua communicatur eſſe. dicentes quidẽ oẽs ſubſtantias eſſe vnũ ens immobile non poſſunt ſeruare generationem, nec aliquem alium motum, nec dicentes cõpoſitum cõſtare ex indiuiſibilibus: cũ omne tale ſit indiuiſibile: qđ ſubiectum eſſe non poteſt; nec generationis, nec alterationis, nec actionis, nec paſsionis. Quod autem nullum indiuiſibile poſsit recipere aliquod horum, ꝓbat Auerroes, qm̃ omne, quod recipit tranſmutationẽ, eſt cõpoſitũ ex materia & forma. Quare ſi indiuiſibile recipit tranſmutationem, erit compoſitum ex materia & forma: oẽ autem compoſitum ex materia, & forma eſt diuiſibile, igitur indiuiſibile erit diuiſibile. quod eſt impoſsibile, quare & illud, ex quo ſequitur, at ſequitur ex illo, ꝙ indiuiſibile recipiat tranſmutationem: igitur impoſsibile eſt indiuiſibile recipere trãſmutationem. Sed vtrum indiuiſibile poſsit moueri localiter, ſexto phyſicæ auſcultationis eſt exploratũ. Inſuper vtrum indiuiſibile poſsit alterari, in libris de generatione & corruptione diſputauimus. Vbi etiã diſſeruimus poſſit ne indiuiſibile per ſe generari, an per accidens. Ideo ne phyſica transferamus in metaphyſicam, hæc prætermittenda eſſe cenſemus.

Pro infinito uero ut uno, dualitatem & infinitũ ex magno ac paruo feciſſe, hoc proprium eſt. Inſuper etiam hic quidem numero præter ſenſibilia. Illi uero numeros eſſe dicunt res ipſas. Et mathematica media inter iſta non ponunt. TEXT. 8.

Cum explicaſſet ea, in quibus Plato cum Pythagoricis conueniat, nunc adiicit ea, in quibus diſcrepat. Quorum primum eſt, qm̃ Pythagorici vnum infinitũ eſſe ponebant, & vnam quandam naturam, quæ ipſis erat pro ſubiecto & materia, eſt autẽ id numerus par, cum ſpecie vnum ſit par, quod in paria diuiditur. Plato vero dualitatem faciebat, quam ſubiectum eſſe dicebat, & infinitum, quia non conſtituitur in ſpecie per ſe, magnum.ſ. & paruum, ac exceſſum, & defectum. In his nanque infiniti naturam eſſe putabat, quæ quidem illi erat cauſa materialis quanquam magnum non eſt idem ſpecie atq; paruum, neque exceſſus ac defectus. ſunt.n. oppoſita, ac proinde non ſunt vnum, dicit {Pro infinito vero vt vno} quod Pythagorici ponebant ꝓ vna quadam natura, q̃ erat eis pro ſubiecto & materia {dualitatẽ}.ſ. Plato faciebat, & exponens quo modo dualitatem,

Quæ Auer. Comm. 7.

dualitatē,dicit {&} pro.i.quia{infinitum feciſſe ex magno & paruo hoc proprium eſt} .ſ.Platonis. Nam Plato dualitatem faciebat, quam tum ſubiectum, tum infinitum eſſe dicebat. Infinitum quidem, quoniam nō conſtituitur in ſpecie per ſe. tale vero infinitum Plato ait conſiſtere in magno, & paruo loco materiæ, & ſubiecti. Quod quo nam modo intelligendum ſit, quæratur a Simplicio primo phyſicæ auſcultationis,& a re cognitionibus noſtris, quas vltimo confecimus. Hæc eſt prima differentia. Deinde aſſignat ſecundam differentiam, aſſerens Platonem numeros præter ſenſibilia reliquiſſe, nec ipſos rebus ſubieciſſe vt materiam: nec ipſarum eos ſic cauſas ſtatuiſſe. At Pythagoricis placebat numeros eſſe res ipſas, entiaq; ex numeris conſtare, cui conſentaneum erat, vt res omnes numeros eſſe faterentur, dicit {Inſuper etiam hic quidem} .ſ. Plato {numeros præter ſenſibilia} ſubaudi eſſe, dicit {Illi vero}.ſ.Pythagorici {numeros eſſe dicunt res ipſas} & res ipſas conſtare ex numeris. Hæc eſt ſecunda differentia. Deinde aſsignat tertiam differentiam, & dicit {&} .ſ.Pythagorici {mathematica media inter iſta} ideſt inter ideas,& ſenſibilia {non ponunt} quoniam aſſerunt numeros,& mathematica eſſe rerum ſenſibilium ſubſtantias. At Plato mathematica inter ſenſibilia, & ideas collocabat. Hæc eſt tertia differentia.

Quæ Auer. Commē.8.

Auerroes vero ſuper prima parte textus, intelligit differētiam ꝙ Pythagorici intellexerint duo principia vnum.ſ.& infinitum,& ſic poſuerunt dualitatē in principijs, ſicut Plato verum differentia eſt, quod Pythagorici in dualitate, quam ponunt, nullam aſsignant contrarietatem. At Platonici in dualitate volunt contrarietatem, quia poſuerunt magnum & paruum,quæ ſunt contraria, & ꝓpterea dicit Pythagoricos poſuiſſe duo ſicut vnitatem, quoniam in dualitate, quam ponunt, nulla eſt contrarietas. At in Platonica dualitate eſt contrarietas, ideo ponunt Platonici dualitatem,vt dualitatem. Et cum dixiſſet,hoc eſſe proprium, intelligit Auerroes eſſe proprium principiis, quæ Antiqui poſuerunt eſſe tria. Nam contrariis ſemper ponunt ſnbiectum. Pythagorici vero, qui poſuerunt vnum & infinitum rerum principia, & ex dualitate omnia generari, non poſuerunt vni & infinito ſubiectum. Quæ expoſitio valeat quantum valere poteſt. Non enim conſona eſt verbis Ariſtotelis, vt patet conſideranti græca,& tranſlata Ariſtotelis verba. Deinde ſuper illa parte {Inſuper etiam hic quidem numeros} errauit Auerroes, quoniam Plato non numeros formas ſenſibilium aſſerit,licet dicat formas.i.ideas,& numeros.i. mathematica media.Error autem eſt,quoniam verba textus ſunt, καὶ ἔτι ὁ μὲν τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ .i.Inſuper étiam hic quidem numeros præter ſenſibilia: Non enim dicit numeros ex ſenſibilibus, vt Auerroes blaterizat. Dicit tamen in defenſionem ſui erroris eſſe duas ſectas, quoniam quidam formas & numeros aſſerunt eſſe eiuſdem naturæ, alij vero numerorū ipſam naturam eſſe aliam a natura idearum,mathematicaq; eſſe media inter ſenſibilia & ideas, tradiderunt: quæ narratio, quantum ſit ad propoſitū tu conſidera.

Priores Dialecticam ipſam non participabant.

Vnū igitur & numeros præter res ipſas feciſſe,& non ut Pythagorici,& idearum etiam introductio, ob conſiderationem fuit, quæ in rationibus fit. Priores enim dialecticæ participes non erant.

Explicatis diſſenſionibus Platonis cum Pythagoricis, nunc cauſam reddit cur Plato numeros ipſos exemerit a ſenſibilibus, & ideas poſuerit alias quaſdā ſubſtantias ac naturas a ſenſibilibus: & ſic, vt Expoſitor inquit,aſsignat cauſam ſecundæ differētiæ: & cauſam fuiſſe ait Alexander dialecticam: quam priores.ſ.Pythagorici nondum attigerant, & dicit {Vnum igitur & numeros prēter res ipſas feciſſe, & non vt Pythagorici} qui.ſ.vnum & numeros in rebus ipſis, vt illarum ſubſtantias poſuerūt {& idearum etiam introductio} quam Plato fecit {ob conſiderationem fuit, quæ in rationibus fit} verbum {in rationibus fit} eſt, ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο. Et Byzantius conuertit, in diſſerendo nimirum fuit. Alexander vero in ſua lingua exponit in rationum exquiſitione, & dialectica. Nam Plato qui conſuetus erat ex dialectica vti diuiſionibus, & definitionibus (dialectici.n.eſt vtrunque) venit, vt ſeparet aliqua a ſenſibilibus, quæ ſunt numeri & mathematica, & poneret eſſe quaſdam alias naturas, vtputa ideas prēter ſenſibilia. Per diuiſionem quidem venit in mathematica, quæ ſunt præter ſenſibilia, quoniam diuiſio eſt generum & ſpecierum, & non ſenſibilium. Quippe cum diuiſio ſenſibilium ſit ipſorum reſolutio in elementa, & principia quæ non ſunt ſenſibilia:quæ putabant numeros eſſe& mathematica Platonici: & ſic per diuiſionem venerunt in mathematica. Per definitionem vero venit Plato in vniuerſalia, & ideas. Quoniam definitiones non ſenſibilium ſunt, cum nō ſint ſingularium, ſed vniuerſalium. Itaque his præceptis dialecticis factum eſt, vt in contemplatione intelligibilium verſaretur videlicet idearum, & rerum mathematicarum: ad quę non peruenerunt Pythagorici, cuius rationem affert, & dicit {Priores.n.dialecticæ participes non erant} Et per priores Pythagoricos intelligit: qui dialecticæ erant ignari. Ex his patet cā ſecundæ differentiæ.

Quæ Auerr. Comm.8.

Auerroes vero ſuper hac parte {Vnum igitur & numeros} verum textum habens exponit falſo. Nam vult Platonem aſſeruiſſe vnum & numeros eſſe partes rerum ſenſibilium, & non vt dixerūt Pythagorici, quia Plato voluit vnum & numerum eſſe partes formales rerum ſenſibilium, dicit ſecūdo Platonem veniſſe tam ad ideas, ꝗ̄ ad mathematica ex peritia, quam habebat in arte definiendi. Quoniam res extra animam ſingulares, & ſenſibiles ſunt tranſmutabiles,quarum eſſe non poſſunt definitiones. Cum definitiones ſint rerum ſempiternarum. Et quia formæ apud nos.i.rerum ſenſibilium,quæ ſunt apud nos,ſunt coniunctæ cum materijs, iudicauerunt ꝙ natura earū .i.idearum non ſit alia a natura numeri. Horum, quæ Auerroes ait, Primum eſt falſum, nam Plato non ponit ideas, nec vnum nec numeros partes rerum ſenſibilium, nec hoc dicit textus eius, nec noſter. Secundū vero quod ait, ſtare poteſt, Nam cum Ariſtoteles ait {ob conſiderationem fuit, quæ in rationibus fit} poteſt intelligi ob peritiam fuit, quæ eſt in definitionibus .i.in ea parte logicæ, quæ docet definire, quam partē Plato habebat, Pythagorici vero non. Tertium vero quod concludit, videlicet ꝙ natura idearum ſit natura vnius & numerorum, diſputabitur alias de mente Platonis.

Sigillum ἐκμαγεῖον effigies.

Dualitatem autem alteram naturam feciſſe, ex eo fuit, quia numeri præter primos apte ex ipſa perinde ac ut ex ſigillo quodam fiunt ac generantur.

Cum aſsignaſſet cauſam ſecundæ differentiæ, nunc

aſsignat cauſam primæ, vt Expoſitor inquit, pro cuius rei euidentia accipienda ſunt quædam ex ijs, quæ Alexander hic ait. nam omnia, quæ dicit referre, eſſet nimis, & fortaſſe non ſatis vtile: cum non faciant ad veritatem, quam quærimus. Primo ergo Alexander accipit numeros eſſe priores entibus, quod ex iis quæ Plato ait, deducit, nam corporibus ſuperficies, quæ plana vocat, ſunt priores, ſimpliciores.n. corporibus ſunt. Superficiebus eadem ratione lineæ, lineis puncta, quæ a mathematicis ſigna, ab ipſo Platone vnitates appellantur: quæ ſimplices omnes ſunt, nec habent quicquam ante ſe. At vnitates numeri ſunt. Igitur numeri ſunt priores entibus. Secundo accipiamus ex ijs, quæ Alexander inquit, ideas eſſe numeros, nam priora rebus ſunt numeri, vt deduximus, priora reb' ſunt ideæ. Quoniam res quæ fiunt ad exemplar idearum efficiuntur, & ab ipſis habent eſſe. Igitur per ſyllogiſmum in tertia figura ideæ ſunt numeri. Ex his deducimus tertium, quod Alexander deducit, vt numerorum principia idearum principia ſint apud Platonem. Quare vnitatem atque dualitatem idearum, & numerorum principia eſſe quarto deducendum eſt. Quibus ita exiſtentibus, Plato vnum & dualitatem idearum, numerorũ, ac rerum omnium principia eſſe ſtatuebat. Tunc venio ad verba Ariſtotelis { Dualitatem autem alteram naturã feciſſe } Expoſitor ſubaudit ab ideis. Nam Plato fecit dualitatem eſſe numerum, quæ eſt altera natura a natura idearum, melius fortaſſe ſubaudiendum eſt ab ipſa vnitate. Eſt enim dualitas altera natura a natura vnitatis, & ꝙ ſic intelligat in cauſa, quam aſsignat demonſtrat, & dicit, alteram naturam feciſſe dualitatem ab ipſa vnitate {ex eo fuit, quia numeri præter primos apte ex ipſa }.ſ. dualitate { perinde ac vt ex ſigillo quodam fiunt, ac generantur } qui non generantur ex ipſa vnitate: Igitur dualitas eſt altera natura ab ipſa vnitate. Et cum dicit { præter primos } intelligit præter impares, vt Alexãder exponit. Primi enim numeri ſimpliciter dicuntur, qui ſola vnitate menſurantur, vt ternii, quinti, ſeptimi, & cæteri id genus: Cum enim ſola vnitate menſurentur, quæ non eſt numerus, impares primi numeri dicuutur, compoſiti vero numeri, quos numerat dualitas, quæ eſt numerus, vt omnes pares. Sic igitur, vt Alexander inquit, primos numeros ſimpliciter appellauit omnes numeros impares. Hi enim priores quã pares eſſe conſueuerunt, primi vero, quos nullus numerus numerat, cum ſola vnitate menſurentur, & nullus eorum dualitate generetur. Siquidem addita vnitate cuique numero pari, impares numeri generantur. Additur autem vnitas, vt principium: Hoc enim conſtituit ſpeciem, nec ſubijcitur, vt materia. Cæterum, vt magnũ & paruum vno definita dualitas eſſe dicebantur, ſic vtrunq; illorum uno terminatum vnitas ipſius vocaẽ. Cum ergo dixit {pręter primos} intellexit præter ſimpliciter primos, vt ſunt impares, qui ſola vnitate menſurantur. omnes autem alij a primis, vt pars generantur numero ſuper numero addito. Ita quoniam ipſorum generatio eſt ex duobus numeris, ex dualitate effici videntur. At viciſsim numeri ſimpliciter primi, quia non ad hunc modum generantur, ex dualitate generari negantur. Sed dices, tũc

Dubitatio. nouem non erunt primus numerus ſimpliciter, quoniam conſtant ter tribus, & quindecim ter quinq;. Igitur nullus iſtorum erit primus numerus. *Solutio.* Dicendum ꝙ tria non eſt primus numerus, ſed duo, cum igitur nouem conſtent octo & vnitate, quæ non eſt numerus: Ideo dicitur primus numerus. quindecim etiam conſtat quatuordecim & vnitate: Propterea dicitur primus numerus, Licet igitur conſtet ter tribus, non tamen primo, vt Alexander inquit, cum etiam dixit { quia numeri præter primos apte ex ipſa perinde ac vt ex ſigillo } quod Græce dicitur ἐκμαγεῖον {fiunt ac generantur } Ideo dixit ex dualitate veluti ex ſigillo pares omnes fieri, quoniam vt ſigilla, & formæ quibuſcunque imprimuntur ea reddunt ſibi ſimilia, ſit dualitas quaſi ſit quoddam ſigillum, numeros, quæ poſt ipſam ſunt, generat duo duplumq; efficiens, cuicunque appoſita fuerit. Addita.n. vni efficit duo, quia bis vnum eſt duo, duobus vero quatuor, Bis.n. duo ſunt quatuor. Tribus ſex, Bis.n. tria ſunt ſex. Similis eſt cæterorum ratio. Ergo dualitas eſt veluti ſigillum, quoniam omnes numeri, quos generat, ſibi ſimiles efficit. Auerroes ſuper hac parte, exponit primo cur Plato vocet dualitatem eſſe alteram naturam & aſſerit, quia eſt ex natura materiæ, non ex natura formæ. Et ſic hæc eſt tertia expoſitio. Nam Expoſitor aſſerit Platonem. Voluiſſe dualitatem eſſe alteram naturã a natura idearum, nos vero diximus eſſe aliam naturam ab vnitate, vt ratio, quam ſubdit, explicat. Auerroes ait dualitatem eſſe aliam naturam a natura formæ, quia eſt de natura materiæ. Secundo Auerroes aſsignans cauſam quare dualitas ſubeat naturam materiæ, dicit, quia ex ea generantur numeri pares, ſicut res generantur a ſuo exemplari non generatione naturali. Quod cur dicat non generatione naturali, non eſt mihi exploratum. Immo Plato aſſerit ex dualitate fieri omnes numeros pares vera ac naturali generatione, vt ex ſigillo. Tertio dicit, ꝙ dualitates ſit cauſa infiniti, fortaſſe quia parem numerum efficit, quem Pythagorici infinitum vocant. Hæc autem duo dualitati ineſſe ait videlicet, ꝙ ſit altera natura videlicet materia, & ꝙ ſit cauſa infiniti, non ſicut accidens. & aſsignat cauſam, dicit, quoniã ſi hoc eſſet accidens dualitati, & intellige ſi illa duo eſſent accidentia per accidens dualitati, non ſemper inuenirẽtur in dualitate, cuius rationem aſsignat, quia quod inuenitur in aliqua re accidentaliter, ideſt vt accidens per accidens eſt e contrario, quoniam raro inuenitur, hoc eſt poteſt plerunque non ineſſe: vt ſecundo phyſicæ auſcultationis declarauimus. Hoc quod ait errore ſuæ tranſlationis dicit, Nam licet ſit in ſe verum, nullo pacto conuenit verbis Ariſtotelis, vt patet conſiderãti verba Græca. Etiam quod in ſua tranſlatione dicit, loco horum currere in Græco album.i. locum vacuum non ſcriptum, dat nobis intelligere non eſſe credendum ſuis tranſlationibus, nec ſuis expoſitionibus, quoniam tranſlator Arabicus non habebat Græcum codicem emendatum: & ita cum translationes eſſent corruptæ ac mutilatę, expoſitiones non poterant eſſe bonæ. Hæc igitur eſt cauſa errorum Auerrois in his omnibus, quæ expoſuit in his Libris.

Quæ Auer. Comm. 8. — *Comm. 44.* — *Cauſa errorũ Auer. in oĩbus quæ expoſuit in his lib.*

Fit tamen id ipſum e contrario. Non enim rationi conſentaneum eſt ita. Nam ex materia quidem nunc multa faciunt. Species autem ſemel generat duntaxat.

Cum narraſſet cauſas, quibus Plato motus eſt dicere vnitatem, & dualitatem eſſe rerum principia, nunc oſtendit irrationabilitatem opinionis Platonis. Nam Plato, vt Expoſitor inquit, dixit duo, quæ non ſunt rationi conſentanea, Primum eſt, ꝙ ex parte materiæ poſuerit

poſuerit dualitatem. Vbi conſentaneum fuiſſet rationi ponere vnitatem, quoniam omnes vnam materiam eſſe dicunt quæ ſucceſsione recipit omnes formas. Secundum eſt, ꝙ ex parte formæ poſuerit vnitatem, vbi conſentaneum rationi eſt, vt ſit dualitas, quoniã ex parte formæ eſt contrarietas, quæ in dualitate cõſiſtit. Iuxta hanc expoſitionẽ, dicit { Fit tamen idipſum }.ſ.quod Plato arbitratur { e contrario } & primo quantum ad illud, quod dicit de dualitate materiæ { Non.n.rationi conſentaneum eſt ita } ſcilicet vt in materia ſit dualitas { Nam ex materia quidem } quæ vna numero eſt { nũc } philoſophantes naturales { multa faciunt } .ſ.ſucceſsione { Species autem } .i.forma { ſemel generat duntaxat }.i. vna tantum vnum ſemel cõpoſitum efficit, plures autem & diuerſæ plura. Et ſic rationabile videtur ex parte materiæ eſſe ponendam vnitatem, ex parte vero formæ dualitatem atque contrarietatem. Alexander autem aliter exponit, aſſerit.n. Platonem poſuiſſe dualitatem ex parte materiæ, & vnitatem ex parte formæ: quorum contraria ſunt rationabiliora, & vult ꝙ primo reſumat abſurditatem, ſecundo repetat ea abſurda, quæ dixit, Tertio explicet abſurditatem. Quantũ ad primam partem dicit { ſit tamen id ipſum } .ſ.quod Plato dicit { e contrario. Non enim rationi conſentaneum eſt ita } dicere.ſ.ea, quæ Plato dicit, Deinde repetit illa abſurda, quæ Plato diſſerit quorum primum explicat, & dicit { Nam ex materia quidem nunc }.i.Platonici, qui nunc ſunt { multa faciunt } ex dualitate.n. qua pro materia vtuntur, omnes pares numeros generant: Ergo ex materia multa faciunt, non quidem ſimul, ſed ſucceſsione. Deinde explicat ſecundum, & dicit { Species autem } quæ vnitas & forma eſt { ſemel generat duntaxat }.i. at forma licet vna numero ſit. Complures tamen formas efficit, nam vnitas addita diuerſis paribus diuerſos ac plures facit impares. Sed ſemel vni pari addita, non niſi vnum imparem efficit, pluribus autem ſi addatur, plures impares generat. Et ſic patet Platonem poſuiſſe ex parte formæ vnitatem. Hæc de repetitione eorum, quæ Plato opinatus eſt. Ex his patet Ariſtotelem reſumpſiſſe abſurditatem, non autẽ illam explicaſſe.

TEX. 9. *Sed uidetur ex una materia una menſa eſſe. Qui uero formam affert, unus cum ſit, multas facit: qui quidem ſimiliter ſeſe habet, atque mas ad fœminam. Nam hæc uno coitu impletur. At mas plures implet. Et tamen hæ imitationes principiorum illorum ſunt. Plato igitur de iis, quæ quæruntur, hoc pacto determinauit.*

Vt ſectemur expoſitionem Alexãdri, nunc explicat abſurditatem illorum duorum, & primo quantum ad dualitatem, quam poſuit ex parte materiæ, dicit { Sed videtur ex vna materia eſſe vna menſa } Igitur ſicut poteſt eſſe vna menſa multorum, ſic vna materia poteſt recipere multas formas, non ſimul, ſed, vt dictum eſt ſucceſsione. Verbum menſa Græce eſt τράπεζα, quæ ſi conuertitur menſura, vt antiquus tranſlator, & Byzantius tranſtulerunt: obſcurus redditur verborum ſenſus. Ergo ex parte materiæ rationabilius eſt ponere vnitatem, ſicuti ex parte menſæ. Deinde oſtendit irrationabilitatem ſecundi, & aſſerit ex parte agentis poſſe poni vnitatem, non autem ex parte formæ, cum vnũ agens ſit quod poteſt plures formas generare, & dicit { Qui vero formam affert }.i.agens { vnus cum ſit, multas facit }.ſ.formas, igitur rationabilius eſt ponere ex parte formarum pluralitatem. Quod autem vnus agẽs plures efficiat formas, ſubdit per exemplum, & dicit { qui quidem } agens.ſ.{ ſimiliter ſeſe habet, atque mas ad fœminam. Nam hæc vno coitu impletur } pro vno fœtu, & pluribus pro pluribus, ſed non ſimul { At mas } vno die { plures implet } ergo ex parte formæ rationabilius eſt ponere pluralitatem. Ex parte autem materiæ vnitatem. Sed quia tu poſſes credere hoc exemplũ quod accepit de mare & fœmina, eſſe omnino idem cum eo, ad cuius propoſitum ipſum induxit, ſubdit { & tamen hæ }.ſ.comparationes maris & fœminæ, & fœturarum { imitationes illorum principiorum ſunt }.ſ. fœminæ cum materia, & fœturarum cum formis, non tamen ſunt identitates, vt ita dixerim. Quare vt ſimilia & non, vt eadem accipias. Tunc epilogat, & dicit { Plato igitur de iis, quæ quæruntur, hoc pacto determinauit } Quæruntur autem principia atque cauſæ rerum. De principiis igitur hæc a Platone tradita ſunt. Sed circa finem huius textus quæritur, vnde accidat diſcrimẽ inter naturales philoſophos, & Platonicos: ita vt illi vnam materiam, & plures formas, Platonici plures materias, & vnam formam poſuerint. Expoſitor aſfert cauſam ꝙ naturales philoſophi conſiderauerint principia ex tranſmutatione, quam inuenerunt in rebus ſenſibilibus: in qua vnum ſubiectum ſucceſsiue viderunt accipere contraria, & propterea ex parte materiæ vnitatem, ex parte vero formæ pluralitatem poſuerunt. At Platonici conſiderauerũt principia ex parte vniuerſalium, ex quibus deuenerunt ad ponenda rerum principia. Nam cum vidiſſent diſcrimen multorum ſingularium ſub vno vniuerſali proficiſci ex parte diuerſitatis in materia, poſuit diuerſitatem ex parte materiæ: & vnitatem ex parte formæ. Hæc expoſitio certe eſt ingenio plena & pulchra, tamen mihi eſt aliquo pacto dubia. Quoniam per hanc Expoſitoris cauſam bene poteſt colligi cur Plato poſuerit diuerſitatem ex parte materiæ, ſed non cur non poſuerit dualitatem: immo fortaſſe per hanc expoſitionem cogetur Plato ponere infinitas materias, ſicuti infinita ſunt ſingularia, quæ diuerſis materijs conſtant. Propterea cum Alexãdro vbi ſupra dicendum, Platonem ex parte materiæ poſuiſſe dualitatem, ex parte formæ vnitatem: quoniã putauit eadem eſſe numerorum principia, & rerũ ſenſibilium, & quia principium numerorum, vt materia eſt dualitas, vt forma vero eſt vnitas, vt expoſuit Alexander ſuperius, ideo rerum ex parte materiæ poſuit dualitatem, ex parte formæ vnitatem. At naturales nõ concedunt eadem eſſe numerorum principia, & rerũ ſenſibilium, ſed ſenſibilia quo tranſmutantur, conſtare ex ſubiecto tranſmutationis, quod eſt vnum, & ex formis, quæ ſunt diuerſæ in diuerſis. Et ſic ex parte materiæ vnitatem, ex parte formæ pluralitatẽ conceſſerunt. Quo vero ad verba attinet, verbum imitationes Græce eſt μιμήματα, in ſcriptura Byzantij reperi mutationes, ſicut etiam in tranſlationibus, quas Expoſitor exponit. Vbi Expoſitor laborat, & exponit per mutationes participationes, vt ſit ſenſus { & tamen hæ } ſiue hæc ſcilicet quæ mas generat in vno die diuerſa in diuerſis fœminis mutationes ſunt, ideſt participationes illorum principiorum, ideſt idearum. Vel influentiæ illorum principiorum in ipſa cauſata. Hęc expoſitio eſſet conueniens, ſi Ariſtoteles loqueretur in opinione Platonis: at nunc loquitur contra Platonem explicando abſurditatem, quam propoſuit. Propterea

aliter per mutationes, opinionis mutationes interpretatur,quam naturales habebāt de principiis, vt ſit ſenſus {& tamen mutationes principiorum illorum ſunt} quæ poſuerunt naturales. Mutauit enim illa eorũ principia in ſua principia. Quæ expoſitio quantum conueniat, tu conſidera. Quare exponendus hic locus eſt, vt diximus, vt velit dicere ꝙ hæc, quæ diximus de fœturis & fœmina, ſint non eadem omnino materiæ,& formis, ſed illorum principiorum imitationes: atque cōparationes: quaſi velit ſe excuſare,ſi ſimilitudines non currant quatuor pedibus. Auerroes autem ſuper prima parte videlicet {ſed videtur ex vna materia} conqueritur de mutilatione textus Græci aſſerens textum repertum eſſe aſciſum de libro Græco, dicit tamen ꝙ natura rerum, quam Plato dixit in dualitate conſiſtere, aſsimilatur naturæ maris, qui facit multitudinem. Secundo dicit ꝙ hæc imitatione ſunt, ideſt exempla & comparationes, quaſi innuat exemplum de mari non currere quatuor pedibus,ſed eſſe poſitum, vt ſentiant, qui diſcunt. Circa primum igitur quod dicit,puto mutilationem non eſſe ortam ex mutilatione,quæ reperitur in Græcis codicibus,ſed potius ex incuria tranſlatoris,vt ipſemet dicit alibi. Secundo puto non bene dixiſſe,Exemplum enim quod inductum eſt de mari,potius eſt inductum ad oſtendendum ex parte formę eſſe multitudinem, & non ad oſtendendum vnam eſſe naturam, vt patet in expoſitionibus,quas dedimus. Quātum vero ad ſecundum eius dictum recte dicit, Nam Ariſtoteles quaſi ſe excuſando de exemplo,dicit exemplum eſſe poſitum, non vt ita ſit,ſed vt intelligatur illud,pro quo poſitum eſt. Reliqua quæ dicit in præſenti commento, nec ſunt ad verba ſui textus, nec ad uerba noſtri. Iccirco ad expoſitionem nullum fructum afferunt. Dicit tñ in illis,quæ blaterizat, tria, quorum primum eſt ꝙ Plato definiendo ideas voluerit, ideas eſſe rerum principia in duplici genere cauſæ. videlicet ad modum efficientis,& ad modum formæ. Et etiā addas ad modum exemplaris, vt poſtea dicemus. Et cum dicit ad modum formæ, intelligit non quidem informantis materiam, Nulla enim idearum eſt forma materiā informans, ſed formantis,quatenus efficit formā,quæ informat materiam. Secundum quod dicit, eſt,ſpeciē hominis non eſſe formam eius tantum, vt intendebat Plato, ſed compoſitum ex materia & forma,& tu intelligas cum ſpecies accipitur concretiue concretione ad ſuppoſita ſibi indiuidua. Nam cum accipitur quiditatiue ſpecies nihil aliud eſt quam forma hominis,vt ſeptimo huius dicetur. Tertium quod ponit,eſt conditio re quiſita quæſtioni, quæ ſit de principiis, & eſt,vt quærenda ſint principia,quæ conueniant omnibus apparētibus, quæ inſunt in re,quoniam tūc videntur eſſe uera. Cum enim poſteriora,quæ ſunt effectus,ſignificāt priora, quæ ſunt principia,tunc verum erit priora eſſe principia poſteriorum: Verum de his libro octauo phyſicę auſcultationis dictum eſt, & ſecundo libro huius iterū dicemus. Hæc licet ſint præter textum nolui ea tacere.

Que Auerroes com. 9.

Commen. 21.

Patet autem ex dictis ipſum duabus ſolum cauſis eſſe uſum, & ipſo quid eſt, atque materia. Ipſius enim quid eſt cæteris ſpecies ſunt cauſæ. Speciebus uero unum.

Ex his, quæ dixit, concludit,quot cauſis ſit vſus Plato,& dicit {Patet autem ex dictis} ex quatuor cauſis, quas explicauit Ariſtoteles {ipſum}.ſ.Platonem{duabus ſolum eſſe vſum} quas explicās,dicit {& ipſo quid eſt} ideſt cauſa formali {atque materia} ideſt & ipſa cauſa materiali. Deinde explicat rationem,& primo in cauſa formali, & dicit {Ipſius enim quid eſt} ideſt ipſius formæ,quæ eſt quid eſt {cæteris} ſcilicet ſenſibilibus {ſpecies} ideſt ideæ {ſunt cauſæ} Ideæ enim ſunt cauſæ formales ſenſibilium, inquantum in eis formam efficiunt {Speciebus vero} ideſt ideis, cauſa formalis eſt ipſum {vnum} vt materia vero cauſa idearum eſt dualitas:quæ etiam ſenſibilibus cauſa eſt materialis,de qua ſtatim. Eſt igitur ordo,ꝙ vnum & dualitas ſint cauſæ idearum, vnitas quidem vt forma, dualitas autem vt materia. Hæc eadem cauſæ ſunt ſenſibilibus ideis medijs vnitas videlicet vt forma, dualitas vt materia. De materiali cauſa in ſequentibus,in præſenti textu de cauſa formali ſit dictum in tantum. Quanquam, vt Alexander inquit, in quibuſdam exemplaribus ita ſcriptum reperitur {Ipſius.n.quid eſt,cæteris quidem formæ ſunt cauſæ.Scientibus autem vnum,& formæ materia} & per cæteros eos eſſe intelligit, qui ignorāt Platonem ſenſiſſe vnum,& ſubiectam materiam principia eſſe, & ipſum vnum cauſam eſſe ideæ ipſius quid eſt. Sed prior ſcriptura,vt Alexander inquit,caſtigatior habetur, quæ declarat formas cæteris rebus cauſam eſſe ipſius quid eſt, formis autem ipſum vnum. Et quidem illam lectionem vetuſtiorem eſſe, author eſt Aſpaſius, ſed poſtea mutatam fuiſſe ad Eudoro,& Harmoſto.

Et quæ nam eſt ipſa ſubiecta materia, de qua ſpecies. hæc quidem in ſenſibilibus,unum uero in ſpeciebus dicitur. Quoniam dualitas magnum & paruum ſunt.

Cum dixiſſet Platonem duabus cauſis fuiſſe vſum, poſtquam meminit cauſæ formalis, & quomodo hæc ſit cauſa docuit, adducit ſecundam, & hanc ait eſſe materialem, & dicit {Et quæ nam eſt ipſa ſubiecta materia} quaſi reſpondens dicit, eſt illa {de qua ſpecies}.ſ. dicuntur, ideſt quæ in ſpecie conſtituitur per ideas,& formas: vt Alexander exponit. Deinde declarat cauſam formalem, & materialem non ſolum reperiri in ideis,ſed per ideas in rebus ſenſibilibus, & dicit {hæc quidem}.ſ.ambæ cauſæ,quæ dictæ ſunt materia videlicet & formalis cauſa, dicuntur {in ſenſibilibus} .ſ.eſſe. Nam cauſę idearum ſunt cauſæ ſenſibilium {vnū vero}.i. vnitas vero {in ſpeciebus dicitur}.i. in ideis dicitur cauſa formalis {Quoniam dualitas} quæ eſt vt materia {magnum & paruum ſunt} Ergo in ideis ſunt tres cauſæ, vt forma quidem vnitas, vt materia dualitas,quæ ſunt magnum & paruum. Hæc eadem ſunt principia ſenſibilium: Nam idearum & numerorum, & ſenſibilium eadem ſunt principia: vt dictum eſt. Nolo te latere Alexandrum habuiſſe ſcripturam alio modo,ſed quoniam illa venit in idem,hæc ſufficiant. Sed quæret aliquis cum Plato cauſam efficientem dixerit in eo loco, vbi ait, operæprecium eſt igitur effectorē, ac patrem vniuerſi inuenire, ac demonſtrare. Nec cuius cauſa,& finem prætermiſerat, vbi rurſus dixit, penes omnium regem cuncta ſunt,& omnia illius cauſa, cur Ariſtoteles nullius harum cauſarum mentionem in Platonica opinione fecit. Dicēdū hoc eſſe,quia Plato cum de cauſis loqueretur, hanc vtranque reticuit. Sic igitur agente, & finali vſus eſt Plato, ſed non eo loco, vbi egit de cauſis, vel quia eorum, quæ naſcuntur, & intereunt, has cauſas non ponit,neque de ipſis accuratius dixit.

Queſtio.

Solutio.

Præterea

Præterea eius, quod eſt bene, & eius, quod eſt male cauſam, elementis cuique ſuam reddidit: quod quidem & priorũ quoſdam philoſophos magis quæſiuiſſe dicimus, Empedoclem *uidelicet &* Anaxagoram.

Hoc quoque de Platone refert ꝙ cauſa bonorum, & malorum elementis tribuerit cuique ſuam, & dicit Præterea eius, quod eſt bene }.i. bonorum { & eius, qđ eſt male }.i. malorum { cauſam elementis cuique ſuã reddidit } bonorum quidem cauſam tribuit vni. Hoc enim eſt quod ipſum definit, & in ſpecie aut forma conſtituit. Malorum vero indefinitæ dualitati, quippe quæ per ipſum multitudinis & inæqualitatis, ac omnino infinitatis eſt cauſa. Et cum hæc dixiſſet de Platone, admonet nos quoſdam etiam ante Platonem cauſam huiuſmodi inueſtigaſſe, deque ea diſſeruiſſe, & dicit { quod quidem & priorum quoſdam philoſophos magis quæſiuiſſe dicimus, Empedoclem videlicet, & Anaxagoram } quorum Empedocles non ſolum boni, ſed mali etiam cauſas vſus eſt per efficientis cauſæ participationem, vt de Platone docuit, Nam amorem bonorum, diſcordiam malorum cauſas aſſerit. Anaxagoras vero tum boni, tum etiam mali efficientem cauſam mentem eſſe ſtatuebat.

Breuibus igitur ſummatimque narrauimus & qui nam, & quo pacto de principijs, ac de ueritate ipſa dixerunt. Veruntamen tantum ex his habemus neminem eorum, qui de principio cauſaque dixerũt, præter ea, quæ in ijs, quæ de Natura *a nobis determinata ſunt dixiſſe.*

Recolligendo breuibus ea omnia, quæ veteres de principiis dixerunt, dicit { Breuibus igitur }.i. ſtrictim {ſummatimque }.ſ. per capita { narrauimus, & qui nam }.ſ. authores ante ipſum {& quo pacto de principiis, ac de veritate ipſa dixerunt } contemplatricẽ philoſophiam more ſuo, vt Alexander inquit, Ariſtoteles veritatem appellat. Deinde quid boni ex ijs, quæ veteres dixerunt de cauſis, colligere liceat, exponit: Aſſerens ſe iccirco quæſtionem principiorum repetiſſe, vt doceret, nullum eſſe cauſæ modum, qui non cadat in quempiam ex quatuor in auditu phyſico demonſtratis, quod hinc licet intelligere, quia omnes, qui de cauſis locuti ſunt, aliquam ex his cauſis commemorarũt qui licet nec dilucide neque diſtincte, ſed obſcure potius & implicite diſſeruerint, illas tamen aliqua ex parte attigiſſe videntur. Nam in ſecundo libro de phyſico auditu accuratius de quatuor cauſis diſputatum eſſe in promptu eſt intelligere. Quocirca dixit { In ijs de natura ſunt a nobis determinata } vt oſtendat nullã cauſam præter memoratas in auſcultatione phyſica a prioribus fuiſſe tactam, dicit { Veruntamen tãtum ex his habemus neminem eorum, qui de principio, cauſaq; dixerunt, præter ea, quæ in ijs, quæ a nobis de natura determinata ſunt, dixiſſe } Nullus enim eorum potuit addere aliquas cauſas præter illas, quæ diſtinctæ ſunt. 2. phyſicæ auſcultationis.

Sed obſcure quidem omnes, aliqua tamen ex parte illa tetigiſſe uidentur.

Cum dixiſſet veteres tetigiſſe cauſas non quidẽ omnes, ſed quaſdam, nunc ſubdit modum, quanam ratione tetigerint eas, quas tractauerint, & dicit { Sed obſcure quidem omnes }.ſ. veteres authores { reliqua tamẽ ex parte illa tetigiſſe videntur } dixit {aliqua ex parte} quia non tetigerunt omnes cauſas, ſed aliquas, dixit vero { obſcure } quia nec dilucide neque diſtincte, ſed implicite tetigerunt. Quoniam licet tetigerint aliqua quæ reduci poſsint ad aliqua cauſarum genera, tamen non diſtincte illa ſub proprijs cauſarum nominibus complexi ſunt: ſicuti ſiquis videret Carinum, quem ignoraret eſſe Carinum: ſic veteres aliqua, quæ reducuntur ad nonnulla cauſarum genera, tetigerunt, quæ tamen ignorauerũt eſſe in generibus cauſarum. Ea.n. quæ ſunt cauſæ tetigerunt, tamen non tetigerũt ea ſub ratione, quæ ſunt cauſæ. Vel fortaſſe dixit { Aliqua tamen ex parte illa tetigiſſe videntur } quia omnia cauſarum genera tetigerunt, quia tamen non ſub propriis cauſarum rationibus, Ideo dixit aliqua ex parte: & hec expoſitio eſt conſona iis, quæ dicturus eſt. Nam oſtendet omnes cauſas tetigiſſe, licet non diſtincte ſub propriis rationibus cauſarum.

Quidam enim ut materiam principium dicunt, ſiue unum, ſiue plura ſupponant. Etiam ſiue corpus, ſiue incorporeum ſtatuant. Veluti Plato quidem magnum dicens, ac paruũ. Italici autem infinitum. Empedocles uero ignem & terram, & aquam, & aerem. Anaxagoras autem ſimilarium partium infinitudinem. Itaque hi omnes talem cauſam tetigerunt. Præterea etiam qui aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidẽ denſius, aere autem tenuius. Etenim ſunt qui primum elementum tale eſſe dixerunt. Hi igitur ſolum hanc cauſam tetigere.

Cum aſsignaſſet modum, quo proceſſerunt veteres authores ad ipſas cauſas, nunc ſpeciatim demonſtrat, quo modo vnum quodque genus cauſæ tetigerint, & primo quomodo tetigerint materiam ipſam, aſſerens eorum, qui cauſam materialem ponebant, alios vnã, alios plures poſuiſſe. Item quoſdam corpus, alios incorporeum, quo in loco Platonem primum refert ex his, qui materiam incorpoream ponebant, & dicit { Quidam enim vt materiam principium dicunt, ſiue vnum, ſiue plura }.ſ. principia { ſupponant, etiam ſiue corpus ſiue incorporeum }.ſ. principium { ſtatuant. Veluti Plato quidem } eorum.ſ. qui plura & incorporea principia materialia ponunt { magnum dicẽs, ac paruum } deinde narrat Pythagoricos, & dicit { Italici autem } .ſ. qui ſunt Pythagorici { infinitum } hoc autem erat par, quippe qui numerus ipſis erat pro materia. Nam impar numerus finitus his habebatur, & formæ obtinens locum. Deinde tangit eos, qui materiale principium poſuerunt corpus, & non vnum, ſed plura, & dicit { Empedocles vero ignem & terram, & aquam, & aerem. Anaxagoras autem ſimilarium infinitudinem } .i. infinita ſimilaria. Hic enim ex eorum numero fuit, qui principium materiale, corpus eſſe ſtatuebat, quoniam vnumquodque ſimilare corpus eſt, nec vnum materiale principium, ſed plura, quia infinita tetigit. Deinde quaſi epilogando, dicit { Itaque hi omnes talẽ cauſam tetigerunt }.ſ. materialem. Leucippi & Democriti ſententiam reticuit, quibus placebat corpus & incorporeum materiam eſſe, inane videlicet pro incorporeo, plenum vero pro corpore, quoniam de his ſupra ſermo habitus eſt. Deinde narrat eorum opiniones qui dixerunt materiale principium eſſe vnum corpus, & dicit { Præterea etiam qui aerem, aut ignem, aut aquam, aut } medium { igne quidem denſius, aere aũt tenuius } videlicet vaporem poſuerũt unum materiale principium & corpus conſtituunt { Et enim ſunt, qui primum elementum }.i. principium materiale, qđ eſt

primum elementum { tale }.ſ.medium inter ignem,& aerem { dixerunt } vt Anaximander. Demum quaſi epilogando dicit { Hi igitur ſolum hanc cauſam tetigerunt } & per hos intelligit eos,de quibus dicit,Præterea etiam qui aerem, aut ignem,aut aquam,aut igne quidem denſius, aere vero tenuius poſuere.Nam hi ſolam cauſam materialem tetigere.Cæteri vero his priores non ſolam cauſam materialem poſuerunt,nõ Anaxagoras,non Pythagorici,non deniq; Plato.

Quidam uero alij eam, unde eſt principium motus,qui amicitiam, & diſcordiam, aut mentem, aut Cupidinem principium faciunt.

Nunc enumerat eos, qui meminerunt eius cauſæ, quæ eſt vnde principium motus, quæ quidem eſt efficiens, & dicit { Quidam vero alij } tetigerunt ſubaudi { eam,vnde eſt principium motus } vt.ſ.{qui amicitiã, & diſcordiam } ſubaudi afferebant { vt Empedocles: aut mentem,vt Anaxagoras, aut } ἔρως .i. amorem, qui dicitur { Cupido } vt Parmenides, & Heſiodus. Nam ἔρος per omicron, ſignificat amorem beneuolẽtiæ. Expoſitor habebat textum ſuperfluum, videlicet { aut extra hæc } quem in græcis codicibus non inuenimus, nec illius Alexander meminit. Sed videtur ꝙ amor ſit cauſa finalis, quoniam mouet amantem, vt quid appetendum. Non ergo recte poſuerunt amorẽ efficientem cauſam. An amor accipi poteſt ex parte deſiderantis, & ſic ſe tenet ex parte cauſæ efficientis, & hoc pacto de amore locuti ſunt, nam vt ſic eſt effectrix cauſa. Aut põt accipi, vt ſe tenet ex parte rei amatæ,& ſic mouet,vt finis, & ſub hac ratione non ſunt locuti veteres.Nam ſub hac ratione amorem mouere nõ cognouerunt. hanc reſponſionem puto intellexiſſe Alexandrum. Quod ſi aliter intellexerit, tu habebis duas ſolutiones.

Quod quid erat eſſe uero & ſubſtantiam dilucide quidem nemo reddidit. Maxime uero hi dicunt,qui ſpecies & quæ in ſpeciebus ſunt, ponunt. Neque enim ut materia ipſis ſenſibilibus,ideæ ſunt,& quæ in ſpeciebus,neque ut unde motus principium factum eſſe exiſtimant.Immobilitatis enim cauſam magis,& ut res ſint in quiete,autumant. Sed quod quid erat eſſe cuique aliorum ſpecies præſtant. Speciebus autem ipſum unũ.

Cum dixiſſet eos, qui tetigerant cauſam materialẽ nunc affert eos authores, qui tetigerunt cauſam formalem: & dicit { Quod quid erat eſſe vero & ſubſtantiam dilucide quidem nemo reddidit } & per qđ quid erat eſſe, & ſubſtantiam formalem cauſam intelligit. Dicitur enim formalis cauſa τὸ τί ἦν εἶναι καὶ οὐσία, id eſt quod quid erat eſſe & ſubſtãtia,quod quid erat eſſe quidem,quoniam eſt cauſa, perquam ſcitur quid eſt eſſe rei.Et potius per præteritum erat,quã per præſens eſt, vt notetur coæternitas formalis cauſæ cum eo, cuius eſt formalis cauſa.Nam formalis cauſa erat cum re ſemper. Dicitur vero ſubſtantia, quoniam formalis cauſa eſt totius compoſiti ſubſtantia, & eſſentia. Materia.n.potius facit ad non eſſe, & dixit { dilucide quidem } nam Empedocles, qui poſuit os, & carnem habere aliquam rationem,per quam ſunt talia,tetigit formalem cauſam. Non tamen id ponebat, vt attinet ad formalem cauſam: & ſic non dilucide, ſed obſcure tetigit formalem cauſam. Deinde explicat eos,qui aperte tetigerunt formalem cauſam,& intelligit Platonem & dicit { Maxime vero }.i.plus, cæteris dilucidius { hi dicunt }. ſ. formalem cauſam { qui ſpecies }.i. ideas { ponunt, & } ponunt etiam { quæ in ſpeciebus ſunt} & intelligit per ea,quæ in ſpeciebus ſunt, ea, quæ ſunt idearum principia. Hæc enim quæ in ideis ſunt principia, elementa etiam dicuntur, quippe cum elementa non de ſola materia dicantur. Diſcordia enim & amicitia per Empedoclem elementa ſunt, & in elementis habentur: quæ tamen non vt materia ſunt.Sunt autem hæc numerus, & vnitas. nam numerus & vnitas apud Platonem ſunt idearum principia,& elementa.Deinde explicat quod dixerat,& dicit { Neque enim vt materia ipſis ſenſibilibus ideæ ſunt, & quæ in ſpeciebus }.i. ideis.Cum materia ſit,quæ ineſt.at neque ideæ, neque principia idearum, vt Alexander inquit, in ſenſibilibus habentur. Igitur nec ideæ, nec idearum principia ſenſibilium materiæ eſſe poſſunt.Deinde demonſtrat, ꝙ ideæ nec ſint cauſa effectrix ſenſibiliũ, & dicit{neq; vnde motus principium factũ eſſe exiſtimant}.ſ.ideas ipſas,vel quæ ſunt in ideis. Nam efficientis munus eſt mouere.Ideæ vero per Platonem quietis potius, & immobilitatis cæteris ſunt cauſæ. Ideo dicit { Immobilitatis enim cauſam magis, & vt res ſint in quiete}.ideas.ſ. & quæ ſunt in ideis, exiſtimant: atque { autumant} Niſi enim ideæ ſenſibilibus immobilitatem præberent ſenſibilia definiri non poſſent per ideas. Definibile.n. oportet,vt immobile ſit, ac inuariabile. Igitur ideæ ſi ſenſibilibus præbent definitiones, etiam immobilitatẽ ac inuariabilitatem ſenſibilibus præbebunt. Sed contra,nam ideæ præbent formas ſenſibilibus ipſis, igitur ſenſibilium ideæ ſunt effectrices cauſæ: quaſi reſpondens aſſerit ideas effectrices cauſas eſſe formæ, quatenus formæ efficiuntur exemplo idearum, non tamen ſunt cauſæ motus, & dicit { ſed quod quid erat eſſe}.i. formam { cuique aliorum }.ſ.ſenſibiliũ { ſpecies præſtant }.i.ideæ dant: quatenus ad ipſarum exemplar efficiuntur. Et ſic cauſæ efficiẽtes eſſe poſſunt,non tamẽ principium vnde motus { Speciebus autem } cauſa videlicet formalis eſt { ipſum vnum } Expoſitor autem exponit ideas præbere ſingulis ſenſibilibus quiditatem per modum cauſæ formalis,& non per modum cauſæ efficientis. Veluti ipſa vnitas præbet ideis qđ quid erat eſſe. Alexander tamen expoſuit primo modo. Et videtur rationabilius, quoniam ideæ non poſſunt eſſe cauſæ formales ſenſibilibus inexiſtentes, ſed quatenus ſenſibilium formas formant.formare autem efficere eſt.

Id uero gratia cuius actiones, & mutationes, & motus ſunt, aliquo quidem modo cauſam eſſe dicunt, ſic autem non dicunt. Nec eo modo,quo ſua natura flagitat.Qui nanque mẽtem dicunt, aut amorem,ut bonum quidem aliquod has cauſas ponunt: Non tamen, ut horum gratia aliquod entium ſit,aut fiat,ſed ut ab his horum motus eſſe dicant. Similiter autem ut & qui unum,aut ens dicunt eſſe huiuſmodi naturam, cauſam quidem ſubſtantiæ eſſe aſſerunt, non tamen huius gratia aut eſſe,aut fieri.Quare accidit eis aliqua ex parte dicere, & non dicere bonum eſſe cauſam. Non enim ſimpliciter,ſed per accidens dicunt.

Nunc de cauſa finali, quæ eſt ipſum bonum, & cauſa rerum quaſi finis, agens, docet neminem priorum de hac cauſa proprie diſſeruiſſe. Nam & ſi bonum cauſam eſſe quodammodo dicunt, non tamen, ut finẽ, & quaſi huius gratia cætera fiunt, quemadmodum bonum cauſam eſſe eſt idoneum,ſed ipſo,vt cauſa efficiẽte vtuntur: & dicit { Id vero gratia cuius actiones, & mutationes,

mutationes, & motus ſunt cauſam eſſe dicunt } Probatur, de bono loquuntur: bonum eſt finis, & cuius gratia: Igitur de fine,& cuius gratia loquũtur. Vel ſic, Bonum cauſam eſſe dicunt: Bonum eſt finis, & cuius gratia: Igitur finem,& cuius gratia eſſe dicunt. Quod autem bonum cauſam eſſe dicant,patet,quia amorem Empedocles, mentem Anaxagoras cauſas eſſe dicũt: Amor autem & mens bona ſunt: Igitur bonum cauſam eſſe dicunt.Inſuper Plato vnũ aut ens cauſam eſſe dicit: At vnum & ens bonum eſt: Igitur bonũ cauſam eſſe dicit.Quod vero bonum ſit finis,& cuius gratia,patet, quoniam bonum eſt, quod omnia appetunt primo Ethicorum. Pro ſolutione Ariſtoteles præmittit nos poſſe loqui de bono per ſe.i.quatenus bonum eſt, & ſic eſt finis, & cuius gratia: aut per accidens, quatenus eſt amor, vel mens,vel vnum, & ſic eſt cauſa aut agens, ſi accipitur pro amore,aut pro mente, aut formalis,ſi accipitur pro vno, vel pro ente. Antiqui ergo locuti ſunt de bono non per ſe, vt eſt bonum, quoniã vt ſic locuti eſſent de cauſa finali. Sed de bono, vt eſt aut amor,aut mens, aut vnum. & ſic non ſunt locuti de cauſa finali per ſe,ſed accidens, quatenus ſunt locuti de bono,non quo eſt bonum, ſed quo eſt amor vel mens. Vt enim loquuntur de bono, ſic loquuntur de fine, loquuntur autem de bono non per ſe, quatenus bonum,ſed per accidens,quatenus eſt amor, vel mẽs. Igitur loquuntur de fine per accidens.Dicit { ſic autem non dicunt,nec eo modo }.ſ.de cauſa finali dicũt { quo ſua natura efflagitat }.i.per ſe, vt cauſa finalis eſt: ſed per accidens, ſicuti per accidens loquuntur de bono. Quo enim modo de bono ipſo loquuntur, eo modo loquuntur de finali cauſa.Loquuntur de bono per accidens: Quod probat, & dicit { Qui nanque mentem dicunt } vt Anaxagoras { aut amorem } vt Empedocles { vt bonum quidem aliquod has cauſas ponunt } cum & amor,& mens bonum ſit { Non tamen } ponũt amorem & mentem bonum { vt horum gratia }.i. mentis & amoris { aliquod entium ſit,aut fiat } quod eſt dicere,vt cauſam finalem { ſed vt ab his }.ſ. amore,& mẽte { horum motus eſſe dicant }.i.ſed vt cauſam efficiẽtem,quę eſt principium vnde motus.Deinde idem exponit in opinione Platonis, & dicit { Similiter autem vt & qui vnum aut ens dicunt eſſe huiuſmodi naturã } .i.bonum.Plato.n.dicit vnum & ens,eſſe bonum,cum diceret vnum & ideam. Platonici igitur qui ſic dicunt { cauſam quidem ſubſtantiæ }.i.formæ { eſſe aſſerũt } & ſic volunt bonum eſſe cauſam formalem { non tamen } ponunt bonum eſſe cauſam { huius gratia aut eſſe,aut fieri }.i.non tamen bonum ponunt cauſam finalem, ſed formalem. Idea enim & vnũ ſunt formales cauſæ ſenſibilium. Tunc ad formam reſpondens,dicit { Quare accidit eis aliqua ex parte dicere,& } aliqua ex parte { non dicere bonum eſſe cauſam } & exponens quo modo, dicit { Non enim } bonum { ſimpliciter } .i.per ſe quatenus eſt bonum dicunt eſſe cauſam, quoniam ſic loquerentur de bono, vt cauſa finali { ſed per accidens dicunt } quoniam non de bono, quo bonũ eſt,ſed quo eſt amor, vel mens, vel vnum.Nam vt dictũ eſt, quomodo loquuntur de bono,ſic loquuntur de fine,loquuntur autem de bono, non quatenus eſt bonũ ſed quo eſt amor, vel mens, vel vnum: & ſic loquuntur de bono per accidens. Igitur locuti ſunt de cauſa finali per accidens. Sed quæret aliquis, ſi Plato in Epiſtolis dicit,penes omnium regem cuncta,& huius gratia omnia ſunt. Quomodo his verbis nõ dicit bonum eſſe cauſam,vt finem? aut ſi dicit,quomodo Ariſtoteles dicere negat? Ariſtoteles met reſpondet in calce huius libri, cum dicit vniuerſos videri cauſas quærere, quamuis obſcure: & ſic Plato poſuit finalem cauſam,ſed obſcure.

Quod igitur recte determinatum ſit de cauſis & quot, & quales,teſtari nobis uidentur & hi omnes, qui cauſam aliam tangere non poſſunt. Ad hæc autem q̃ quærenda ſint principia, aut ſic omnia, aut horum aliquem modum, patet. Quo modo uero quiſque horum dixerit, & quonam modo emergentes dubitationes de principijs habeat, poſt hoc pertranſeamus de ipſis.

Cum commemoraſſet ea, quæ Antiqui dixerunt de cauſis,nunc colligit fructus, qui inde habentur. Et explicando primum dicit { Quod igitur recte ſit } nobis { determinatum de cauſis quot }.ſ.genera { & quales } quantum ad definitiones, & accidentia { teſtari nobis videntur & hi omnes, qui cauſam aliam tangere non poſſunt } .ſ.quæ non contineatur in aliquo genere eorum, quæ nos determinauimus ſecundo phyſicæ auſcultationis: hic eſt primus fructus.Deinde aſſignat ſecundum, & dicit { Ad hæc autem q̃ }. ſ. in hac ſcientia { quærenda ſint principia,aut ſic omnia }.i.aut ſic principia omnia quęrere oportet, vt ſecundo phyſicæ auſcultationis eſt explicatum { aut horum }.ſ.quatuor principiorum { aliquem modum } .i.aliquod genus: vt formalem cauſam, & finalem: quas maxime conſiderat hæc ſcientia, licet etiam aliqua ex parte efficientem. Deinde ordinando ſe ad ſequentia præmittit ea,quæ vult pertractare,& dicit { quomodo vero quiſque horum }. ſ.antiquorum { dixerit } .ſ. an bene, an male { & quo nam modo emergentes dubitationes de principiis }.ſ.quiſque antiquorum { habeat, poſt hoc pertranſeamus de ipſis } Auerroes in cõmen. ſuper illa *Que Auerroes com. 10* parte { Ad hæc autem quærenda } deducit ſecundum fructum,ex primo nam ſi Antiqui non potuerunt addere aliud principium ſupra ea, quæ nos ſecundo phyſicæ auſcultationis diximus,ſequitur vt præſens perſcrutatio aut cadet ſuper omnia illa principia,quę diximus aut ſuper aliqua eorum. Alexãder vero reddit rationẽ. Nam licet præſens doctrina non omnium cauſarum rationem poſcat,modus tamẽ qui quæritur cauſæ,in quatuor ipſe quoque continetur. Nec abhorret ad huiuſmodi cauſis, cum præter hæc cauſarum genera, nullũ aliud eſſe intelligatur.

PORTIO TERTIA CONFVTATIO opinionum antiquorum de rerum principijs ac cauſis.

CAPVT PRIMVM CONTRA ILLOS, QVI *unum principium omnium, & corporeum ponunt, & cõtra eos qui plura principia & corporea poſuerũt.*

PATET *igitur eos omnes, qui & unum uniuerſum ipſum, & unam naturam quandam, ut materiam eſſe ponunt, & hanc corpoream, magnitudinemque habentẽ, multifariam peccare. Quippe cum corporum tantummodo elementa affirment, incorporeorum uero nequaquam, cum & incorporea entia ſint.*

Connumeratis veterum de principiis & cauſis ſententijs,diſſerens quid pro ſanis dixerint, quidue ſecus, ab ijs ſermonis initium capit, qui principium vnum

idemque corpus eſſe ſtatuebant.i.ab opinione eorum qui dixerunt materiam eſſe corpus, & dicit { Patet igitur eos omnes, qui & vnum vniuerſum ipſum ponũt } vt Parmenides, qui ponit omnia eſſe vnum ſubiecto & materia { & } qui { vnam naturam quandam, vt materiam eſſe ponunt, & hanc corpoream, magnitudinemque habentem, multifariam peccare } Ergo generatim improbat omnium illorum opiniones, qui dixerunt materiam eſſe corpus, cur vero addiderit { magnitudinemque habentem } cum dixerit { & hanc corpoream } cauſa eſt, quia aliquid poteſt eſſe corporeum, vt prima materia ſecundum Auerroem, quæ dimẽſionem habet interminatam, quæ tamen nullam habet magnitudinem, cum nec ſit bicubita, nec tricubita. At elementum eſt corporeum, & magnitudinem habet, quod ipſi poſuerunt materiam. Deinde generatim contra hos ponit primam rationem, quoniã volentes omnium rerum principia exponere, corporum tantũ principia reddunt, cum tamen rerum nonnullę habeantur incorporeę. Quippe fieri nõ poteſt, vt incorporei corpus principium ſit, dicit { quippe cum corporum tantummodo elementa affirment, incorporeorum vero nequaquã, cum & incorporea } nonnulla { entia ſint } quorum corpus non poteſt eſſe materiale principium.

Que Auer. com.11. Auerroes ſuper illa parte { & hanc corpoream, magnitudinemque habentem } exponit, & fecerunt eam corporalem videlicet aut ignem, aut aerem, aut aquã. Et recte dicit, quoniam vnumquodque elementũ eſt corporeum, & magnitudinem habet terminatã. Deinde ſuper illa parte { Cum corporum tantummodo } Auerroes vult ꝙ errauerint veteres, quoniã poſuerũt primum elementum corpus, & non poſuerunt ipſum ſubſtantiam incorpoream: debuerunt ponere, ꝙ autẽ ſic dicendo errauerint probat, quoniam ſi primum elementum ſit corpus, tunc videtur eſſe compoſitum ex materia & forma, & ſic erit genitum & corruptibile. Omne enim compoſitum eſt generabile, & corruptile. At primum elementum nõ debet generari, neq; corrumpi: contingeret enim elementum habere elementum, & ſic in infinitũ: Sed hæc quæ Auerroes ait, ſunt vera, ſed non ſunt ad verba textus. Nam abſurdum Ariſtotelis eſt, ꝙ dicentes materiam eſſe corpus, aſſignabunt corporum elementum tantum, & nõ rerum incorporearum, quæ ſunt in numero entiũ: & ſic ſunt diminuti. At Auerroes vult abſurdũ eſſe ꝙ ponãt elementum corpus, quod debuerant ponere ſubſtantiã incorpoream: & ſic nullo modo hæc expoſitio conuenit verbis Ariſtotelis. Tu vero non ignores hãc Ariſtotelis rationem, ſupponere ſubſtantias incorporeas eſſe, quarum principia debent quæri ſed quoniam tales ſubſtantias negauerunt antiqui, videtur ratio Ariſto. procedere ex conceſſis, & non ex ſimplr talibus.

Et de generatione, & corruptione aggredientes cauſas dicunt, & de omnibus naturaliter pertractantes motus cauſam tollunt.

Hic ſecundo obiicit ab inſufficientia cauſæ mouẽtis. Nam generationem inducentes, generandarum tũ & mouendarum rerum cauſam, authoremq; prætermittunt. Neque enim materia ſe ipſam mouet. Ergo oportuit eos explicare agentem cauſam, quæ eſt principium, vnde motus. Verbum dicunt quod in græcis codicibus legitur λέγουσι, in alijs λέγειν .i. dicere, inuenitur, vt trãſlationes habent, & ſic clarius erit. Vnde dicit { Et de generatione, & corruptione cauſas dicere aggredientes }.i. & generationis & corruptionis cauſas dicere aggredientes { & de omnibus } ſubaudi quę generantur, & corrumpuntur, atque mouentur { naturaliter }.i. more philoſophorum naturalium { pertractantes, motus cauſam tollunt } quod eſt abſurdum cum materia ſeipſam non moueat, ꝙ vero cauſam motus tollant, quæ eſt unde motus principium, pro explorato ſupponit in eorum opinionibus. Nam tangentes materiam, non tetigerunt mouentem cauſam. Immo vt Alexan. inquit, cauſam afferentem motũ omiſerũt.

Expoſitor autem ſic reſoluit textum ad artem prioriſticam. Quicunque debet determinare de motu, debet ponere cauſam vnde motus: Sed dicentes materiam eſſe corpus, debent determinare de motu: igitur debent ponere cauſam inde motus. Minorem probat, tum quia qui dicunt materiam eſſe corpus, aggrediũtur dicere cauſas generationis, & corruptionis, quæ ſine motu non ſunt, tum etiã quia de rebus omnibus, quæ generantur & corrumpuntur & mouentur, naturaliter pertractarunt. At naturalis pertractatio requirit motum, quippe cum natura ſit motus principium. Igitur debuerunt ponere cauſam, vnde motus. Et ſic cũ eam ſubſtulerint nihil de ea dicendo, defecerunt. Verbum { naturaliter pertractantes } Græce eſt φυσιολογοῦντες qđ ideo dixit, quoniã de omnibus, quæ mouentur & generantur & corrumpuntur, poſſumus loqui metapyhſice.ſ. prout ſunt entia, actu vel potentia, & phyſice prout ſunt entia naturalia. Ideo addidit { naturaliter pertractantes } quoniam ſi metaphyſice, ſecus eſſet dicendum. Circa rationẽ vero Expoſitoris eſt dubitatio. Quoniam maior videtur falſa. Nam Ariſtoteles tertio phyſicæ auſcultationis definiens motum dicit, motus eſt actus entis in potentia, vt in potentia. *Tx.cõ.6.* *Que Auer. Comm. 11.* Vbi patet eum agere de motu, & non per cauſam vnde motus, ſed per cauſam in qua motus eſt, cuius motus eſt actus. Fortaſſe Expoſitor intelligit maiorem, quoties determinatio de motu non fuerit ſecundum quid, ſed ſimpliciter. cuius ſignum eſt, quoniam & Ariſtoteles eodem libro etiam aſſerit motum eſſe actum motiui, & mobilis: Vbi cauſam vnde motus tetigit. Auerroes autem ſuper hac parte videlicet { & de generatione } dicit tria primum, ꝙ dicentes materiam eſſe corpus, voluerunt loqui de cauſis generationis, & corruptionis, & non potuerunt, quia vera generatio & corruptio non inueniuntur niſi in corruptibilibus. Dicentes autem materiam eſſe corpus, non potuerunt dicere aliquid eſſe vere corruptibile, aut vere generabile: vt ſuperius eſt deductum. Igitur non potuerunt loqui de cauſis generationis, & corruptionis. Secundum, ꝙ licet non potuerint loqui de cauſis generationis & corruptionis, tamen potuerunt loqui de alijs .ſ. de cauſis alterationis, & motus localis, & auctionis: de quibus non potuerunt loqui Pythagorici, qui poſuerunt mathematica eſſe rerum principia. Tertiũ eſt, ꝙ licet poſuerint cauſam materialem & motum, dimiſerunt cauſam mouentem materiam, quod videtur abſurdum, cum materia non moueatur a ſe ipſa. Hæc ſunt, quæ Auerroes ait, quorum prima duo non ſunt ad verba Ariſtoteles, vt patet conſideranti Græcam ſcripturã. Tertium vero eſt bene dictum, & conuenit cum expoſitione Alexandri.

Præterea ſubſtantiam, & ipſum quid eſt nullus rei cauſam ponunt.

Hic

Hic tertio obiicit ab inſufficientia cauſæ formalis, quoniam formam nullius cauſam eſſe ſtatuerũt, cum res omnes ab ipſa forma eſſe mutuentur. Quandoquidem inter ſe ſecundum materiam nullo diſcrimine diſtent. Cum materia eadem ſit in rebus omnibus, dicit {Præterea ſubſtantiam,& ipſum quid eſt nullius rei cauſam ponunt} & ſic ſunt diminuti, quia non ſola materia ſufficit, cum res ſecundum materiam nullo diſcrimine diſtent. Appellauit formam merito ſubſtãtiam, quoniam, vt Alexander inquit, a forma vnicuique ſuppetit eſſe. Aut, vt Expoſitor ait, per ſubſtantiã intelligit formam partis, q̃ quatenus ſubſiſtendi principiũ eſt, ſubſtantia dicitur, per quod quid eſt intelligit formam totius, quæ dicitur quod quid eſt, inquantum cognoſcendi principium, quia ꝑ eam ſcitur qd eſt res.

t. 12. luis. ῦν. libet te- .

Ab hæc etiam facile quoduis ſimplicium corporum præter terram principium eſſe dicunt: non opinantes generationem ex elementis, aut mutationem. Neque conſiderantes mutuã generationem quo nam pacto fiunt, ignis uidelicet & aqua, & terra, & aer.

Nunc ſpeciatim deſcendit ad eos, qui poſuerunt aliquod trium elementorum eſſe materiale omnium rerum principium, hoc eſt excepta terra, ignem, vel aerem, vel aquam. Obiicit contra hos ſecũdum Alexandrum, ꝙ oportebat non ex modo mutuæ ipſorum generationis accipere ex ipſis primum principium. Qm̃ alterum ex altero generari commune omnibus elemẽtis eſt, neq; hac ratione alterum altero prius, aut poſterius habetur, quod iſti non præſtiterunt. Quare terra non debebat excipi. Expoſitor autẽ coniungit plures textus vſq; ibi {Quod ſi id, quod ortu poſterius eſt} Vbi rationem ſic orditur, per quam probat nullum poſuiſſe terram elementum rerum. De ratione principii eſt tenuitas atque ſimplicitas. Terra eſt craſsior inter elementa. Igitur nullus poſuit terram. Ad tenuitatem igitur atq; ad ſimplicitatem aſpicientes aliqui aquam omnium principium ſtatuerunt, quia ipſa eſt tenuior q̃ terra, alij aerem, quia ipſe eſt tenuior q̃ aqua. Alij ignem, quia ipſe eſt tenuior aere. Tunc vlterius, ſi tenuitas eſt cauſa ponendi aliquod principium eſſe quãto aliquod corpus erit tenuius, tanto magis principiũ eſt ſtatuendum: Sed ignis eſt omnium elementorum tenuiſsimum: Igitur ignis potiſsimũ debet poni principium. Perperam igitur fecerũt, qui aerem, vel aquã, principium rerum poſuerunt prętermittentes ignem. Hæc totius contextus ſententia eſt ſm Expoſitorem. Ego vero cum Alexandro dico Ariſtotelem obiicere contra eos, qui poſuerunt aliquod trium elementorũ eſſe principium rerum terra excepta, primo quia non opinati ſunt generationem, aut mutationẽ fieri indiſferenter ex omnibus elemẽtis. Qm̃ ſi opinati eſſent ex terra ita fieri omne, quod fit, ſicuti ex cæteris tribus, non magis aliquod illorum trium poſuiſſent principiũ q̃ terram. Secundo quia ſi cõſideraſſent elementa oĩa mutuo fieri, nullum eorum poſuiſſent elementum rerum. Qm̃ oportet principia ſemper manere, & non fieri ex alterutris: Vnde dicit {Ad hæc etiam facile quoduis ſimplicium corporum præter terram principium} .ſ. rerum naturalium {eſſe dicunt} conſiderata ſubaudi tenuitate atq; ſimplicitate, in quibus conſiſtit ratio principii. Dixit aũt {quoduis} Græce vero ὁτιοῦν, quia temere quodlibet poni poteſt cõſiderata tenuitate. Cũ præter terram quodlibet elementũ ſit tenue, atq; ſimplex ſaltem reſpectu alterius, Tunc ſubdit incõſiderationes, & primo primam, & dicit {non opinantes generationem, aut mutationẽ} fieri {ex elementis} omnibus indifferenter. Nam ſi conſideraſſent ex elementis omnibus indifferenter fieri generationem, atq; mutationem .ſ. ita ex terra ſicut ex aliis tribus, non magis aliquod illorum trium q̃ terram poſuiſſent elementũ rerum. Deinde ſubdit ſecundam inconſiderationem, & dicit {Neq; conſiderantes mutuam generationẽ, quo nam pacto} .ſ. per eam {fiunt ignis, videlicet, & aqua, & terra, & aer} Nam ſi hunc elementorum mutuũ ortum conſideraſſent, nullum eorum poſuiſſent principium rerum: vel ſi aliquod eorum principium ſtatuiſſent, non magis aliquod trium q̃ terrã affirmaſſent eſſe elementum. Auerroes vero nec textum bonũ habens, nec Expoſitorum aliquem Græcorum ſectatus, ſuper textu præſenti dicit eos erraſſe in excipienda terra, qm̃ procedunt ꝑ viam communem ad ponẽdum aliquod trium elementorum eſſe rerum principium, quæ communis via eſt, ꝙ ex illis fit omne qđ fit. mõ hæc ratio non magis trib⁹ illis elẽtis ineſt quàm terræ. Igiť nullũ eorũ magis q̃ terra ponendũ eſt rerum principium. Quæ Auer. Comm. 12.

Alia nanque congregatione, alia diſgregatione ex ſeſe mutuo fiunt. Hoc autem ad ipſius prioris, atque poſterioris rationem plurimum refert.

Cum accepiſſet in ſecunda ratione contra veteres elementa mutua generatione generari, nunc exponit hanc mutuam generationem nõ eadem ratione fieri, & etiam qm̃ nonnulli pretermiſerunt ignem etiam, volens oſtendere non recte ignem prætermiſiſſe, ſicuti oſtenſum eſt non recte terram eſſe prætermiſſam, primo declarat diſcrimen mutuæ generationis elementorum, vt demonſtret variam differentiam prioris & poſterioris in elementis: vt inde procedat ad intentũ, & dicit {Alia nanque} .ſ. elementa {congregatione} .i. condenſatione {alia diſgregatione} ideſt rarefactione {ex ſe mutuo fiunt} ſubaudi & alia vtroq; modo. Verbi cauſa, ignis ex aere fit rarefactione, aer ex igne condenſatione. Ex aqua vero rarefactione. Item aqua ex aere generatur cõdenſatione, ex terra rarefactione. At terra fit ſemper condenſatione, ſicut ignis ſemper rarefactione. Bene ergo dictum eſt elementa mutuo inuicem generari, quia alia generantur ex elementis tm̃ condenſatione, vt terra, alia tãtum rarefactione, vt ignis. Alia vtroq; modo vt aqua, & aer. Et ſic patet elementa fieri mutuo, non tñ eadem ratione. Deinde oſtendit hanc variam generationem elementorum ex inuicem multum facere ad differentiam prioris & poſterioris, quoniam ſi elementũ fit rarefactione, vt ignis ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, elemẽtum denſius craſsiuſue prius eſt, elementum vero rarius poſterius. At ſi elementum fit condenſatione elementum rarius eſt prius, dẽſius vero poſterius. Ideo dicit {Hoc autem ad ipſius prioris, atq; poſterioris rationem plurimum refert} Nam pro alia atque alia ratione generandi, aliud atque aliud elementum eſt prius, poſteriuſue. Auerroes ſuper hac parte in idem incidens aſſerit elementa inuicem fieri aut ſecundum congregationem, aut ſecundum ſegregationem, ideſt, aut ſecundum condenſationem, aut rarefactionem. Ergo licet generentur inuicem, tamen non eadem ratione. Nam qui omnium rerum principium eſſe ignem aſſeruit, voluit ex illo fieri cętera elemẽta cõdenſatione. Qui ve- Quæ Auer. Commen. 12.

ro poſuerit aerem, aſſeruit aliqua elementa ex eo fieri rarefactione, vt ignem. Aliqua condenſatione, vt cætera. Simili ratione de aqua dicendum eſt.

TEX. 13. Vtique. ἄν. Profecto. γὰρ. Tenuiſsimũ. μικρομερέ= στατον. Minimarum partium.

Itaque plurimum profecto id maxime omnium elementum eſſe uidebitur, ex quo primo congregatione terra fit. Hoc autem tenuiſsimum, atque ſubtiliſsimum omnium corporũ erit. Quapropter qui ignem principium ponunt, & conſentanee maxime huic rationi dicent. Et tale cæterorum quiſque corporum elementum eſſe fatebitur.

Cum declaraſſet differentiam generationis elementorum mutuæ: nunc procedit ad intentum demonſtrando ignem eſſe maxime elementum. Quoniam ex igne primo fit terra, quam omnes in rerum generatione primo ortã eſſe tradunt, & theologantes, & poetæ: videlicet via condenſationis ex ipſo igne, & dicit {Itaque plurimum id maxime omnium elementũ eſſe videbitur: ex quo primo congregatione}.i.via condẽſationis {terra fit} vnde ſyllogiſmus componit ſic, tenuiſsimum ac ſubtiliſsimũ eſſe debet rationabiliter via condenſationis principium terræ: Ignis eſt corpus tenuiſsimum, atq; ſubtiliſsimum: Igitur ignis rationabiliter eſſe debet via condenſationis principium terrę. Cum accepiſſet ergo maiorem, ſubdit minorẽ {Hoc autem}.ſ.ignis {tenuiſsimum, atq; ſubtiliſsimum omnium corporum erit} hæc eſt minor, ſubdit concluſionem, & dicit {Quapropter qui ignem principium ponunt, & conſentanee maxime huic rationi}.i.huic ſyllogiſmo {dicent: & tale}.ſ.ignem {cæterorum quiſq; corporum elementum eſſe fatebitur} & ſic loquetur conſentanee ſyllogiſmo, & fatebitur ignem eſſe elementum elementorum, & omnium: quæ eſt concluſio ſyllogiſmi. In præſenti textu poſſet fieri difficultas quantum ad verba. Nam Græcus textus ſic incipit, πλεῖστον μὲν γὰρ ἄν, & reliqua, ideſt {plurimum quidem enim vtique} & ſic per illud verbum {enim} videtur textus præſens redditiuus cauſæ, & non illatiuus. Sed in contrarium videtur per illud verbum ἄν, ideſt vtique, ſiue itaque. Quare vtroque modo intelligi poteſt, ſed clarius, vt nos tranſtulimus, pro γὰρ profecto, pro ἄν itaque dicendo. Quoniam clara eſt ſeries. Inſuper verba illa {& tale cæterorum quiſque corporum} ſic legunt, in codicibꝰ noſtris τοιοῦτον δὲ καὶ τῶν ἄλλων, & reliqua. Vbi propter illud verbum δὲ, ideſt autẽ videntur verba aduerſatiue eſſe legenda. Sed in contrarium per illud verbum καὶ videntur eſſe legenda copulatiue. Et quoniam clara eſt ſententia, ſi legantur copulatiue, ideo ſic puto eſſe legenda. Si.n.legantur, vt Expoſitor legit, obſcura erit lectio, cum nullus ordo poſsit cadere in verbis Ariſtotelis. Dixit autem notanter {terra fit} & non elementa, vt trãſtulit Byzantius, quoniam omnes, qui mundum generant, ponunt aut terram eſſe primum ortam, aut inter prima orta.

TEX. 24. Videlicet. δηλονότι.

Nemo igitur poſteriorum, & qui unum dicunt, terram eſſe elementum cenſuit: uidelicet ob magnitudinem partium. At trium elementorum unumquodque iudicẽ aliquem habuit. Quippe cum alij ignem, alij aquã, alij aerem id eſſe inquiunt.

Expoſitor vult Ariſtotelem hoc de terra adduxiſſe ad confirmationem eius, quod dixit, ignem eſſe primum elementum, quia eſt omnium corporũ tenuiſſimum. Nam nullus poſuit terram ſolam eſſe rerum principium, præ partium ipſius craſsitudine. Alexander autem attendens ad verba, quæ ſunt illatiua, vult Ariſtotelem concludere, vt nemo ipſorum ſolam terram elementum eſſe cẽſuerit: vt quæ cætera partium craſsitiæ vincat. Quæ expoſitio verbis valde conſona eſt, dicit {Nemo igitur poſteriorum, & qui vnum} .ſ.ſolum elementum {dicunt, terram eſſe elementum cenſuit} & dixit {qui vnum elementum dicunt} quoniam Empedocles poſuit terram elementum, ſed cum aliis tribus, Parmenides terram etiam, ſed cum igne. Et exponens cauſam ſubdit {videlicet ob magnitudinem}.i.ob craſsitiem {partium. At trium elementorum vnumquodq; iudicem aliquem habuit}.i.habuit aliquem authorem, qui iudicauit ipſum eſſe principiũ, quoniam præter terram quodlibet aliud elementum tenuitatis nonnihil obtinet. Quod vero vnumquodq; elementum iudicem habuerit, probat per expoſitionem opinionum, quæ ſuperius ſunt expoſitæ: & dicit {Quippe cum alii ignem, alii aquam, alii aerem id eſſe inquiunt} Nam vnumquodque hoc nonnihil tenuitatis obtinet, quæ eſt de ratione principii.

Sed cur nam & terram non dicunt, ut plerique hominum, cuncta nanque terram inquiunt eſſe. Heſiodus quoque terram ortam eſſe primam corporum ait, adeo uetuſta, atque uulgaris hæc exiſtimatio fuit. Hac igitur ratione neque ſiquis horum aliquid dicat præter ignem, neque ſiquis aere quidẽ denſius, aqua uero tenuius id ponat, recte dicere poteſt.

Cum non dixiſſent terram eſſe rerum principium, & aliquis dicere poſſet ideo terrã non eſſe rerum principium, quia eſt contra communẽ hominum opinionem, & non quoniam eſt craſſarum partium, remouens hoc, vt Expoſitor inquit, oſtendit ſecundum cõmunem opinionem eſſe dicendum, ꝙ terra ſit rerum principium. ergo ſi non dixerunt philoſophi terrã eſſe rerum principium, eſt propter partium craſſitudinẽ, & nõ quia eſt communis opinio terram nõ eſſe rerum principium. Alexander, ſi recte intellexi, vult, vt Ariſtoteles moueat quæſtionem, quam non ſoluit, ſed ſolutionem eſſe ſubintelligendam ex dictis, & dicit {Sed cur nam & terram} philoſophi ſubaudi {non dicunt} aliorum.ſ.elementũ eſſe {vt pleriq; hominũ} ſubaudi opinantur {Cuncta nanq;} entia.ſ.corporea, quæ ſunt in rerum natura, vulgo mortales {terrã inquiunt eſſe} quoniam ex terra orta, & in terram reuerſura. {Heſiodus quoq; terram eſſe ortam primam corporum ait} .ſ.poſt chaos, ſententiam ſuam, vt Alexã.inquit, vulgi teſtimonio confirmans {adeo vetuſta, atque vulgaris hæc exiſtimatio fuit} recte ergo quærit cur nam philoſophi terram nõ dixerint eſſe rerum principium, cum ſit vetuſta atque vulgaris exiſtimatio. Hanc quæſtionem non ſoluit, ſed vult eſſe ſolutam ſecundum Alexandrum, per id, quod dixit eſſe videlicet de ratione principii, vt ſit tenuiſsimarum partium, qualis ipſa terra non eſt. Et ideo ſolutionem hanc ſupponens, docet ſecundum hanc ſententiam, qui præter ignem aliquod aliud corpus elementum eſſe ſtatuebant, ſiue de horum quatuor numero, ſiue medium corpus inter ignem & aerem horum neminem recte dicere, & ait {Hac igitur ratione}.ſ.qua philoſophi negarunt terrã eſſe rerum principium, quia eſt craſſarum partium {neque ſiquis horum aliquid dicat præter ignem, neque ſiquis aere quidem denſius, aqua vero tenuius id ponat}.ſ.rerum principium {recte dicere poteſt} Nam omne tale eſt craſſarum partium: cum ſolus ignis partium ſit tenuiſsimus.

Quod

geſtum. μπεπτμα νον. ncoctum. fectum. ngeſtum. γκεχει= ἐνον. mmiſtum. ncretum. mpoſitum.

Quod ſi id, quod ortu poſterius eſt, natura eſt prius, id autem, quod eſt digeſtum, atque congeſtum, poſterius eſt generatione, contrarium his euenit utique ut aqua quidem aere, terra uero aqua fit prior. De iis igitur, qui unam cauſam ponunt, qualem nos diximus, dicta hæc ſint.

Cum poſuiſſet opinionem philoſophorum dicentium terram non eſſe elementum, propter craſsitudinem corporis: nunc vt Expoſitor ait, probat terram eſſe maxime elementum, vel vt Alexander inquit, ſubiungit qua rurſus ratione poſsit terra putari elementum, & textus poteſt reſolui ad artem ſic. Quod eſt prius cæteris elementis, videtur magis principiũ q̃ cætera elementa: Terra eſt prior cæteris elementis: Igitur videtur magis principium q̃ cætera elementa. Minor pſyllogizatur ſic. Quod eſt perfectius, eſt natura pri⁹ imperfectioribus: terra eſt cæteris elementis pfectior: Igitur erit cæteris elementis natura prior. Iterum minor pro ſyllogizatur. Quod eſt concoctius atque cõcretius, eſt perfectius: Terra cæteris elementis eſt cõcoctior, atq; concretior: Igitur terra cæteris elementis eſt perfectior. Dicit {ꝙ ſi id, quod ortu eſt poſteri⁹, natura} ideſt perfectione {eſt prius} hoc eſt, quod eſt perfectius prius eſt natura imperfectiore, quanquam poſterius generatione efficiatur. Imperfectius enim quod tempore præexiſtit, vt fundamentum imperfectius eſt domo, puer viro {id autem quod eſt digeſtũ} ideſt perfectum {atque congeſtum} ideſt concretum {poſterius eſt generatione} Igitur perfectum atq; concretũ prius eſt natura. hic eſt primus proſyllogiſmus. Deinde ponens minorem principalis ſyllogiſmi ſubdit {contrarium iis euenit vtique} videlicet {vt aqua quidem aere, terra vero aqua ſit prior} Adde maiorẽ, quod eſt prius cæteris elementis, videtur magis principium quam cætera elementa. Et habebis terram eſſe magis principium quam cætera elementa. Demum epilogat, & patet. Quæres fortaſſe vtrum perfectum ſit ſimpliciter prius imperfecto. Communiter cum Expoſitore fere omnes dixerunt perfectum & imperfectum accipi poſſe, aut vt reperiuntur in diuerſis, aut vt reperiuntur in eodem, & cum non ſimul, ſaltem ſucceſsiue in eodem. Cum quidem accipiuntur prout ſunt in diuerſis, ſimpliciter & abſolute perfectum eſt prius imperfecto, vt actus eſt prior potentia, & vt ens, quod actu eſt, ſimpliciter ſemper eſt prius ente in potentia. Cuius ratio eſt, quoniam nihil reducitur de imperfecto ad perfectum, aut de potentia in actum, niſi per aliquod perfectum, quod eſt in actu prius exiſtens atque ſimpliciter præſuppoſitum. qua ratione fit, vt principium vniuerſi ſit perfectiſsimum, q̃m reducit omne, quod eſt in potentia, ad actum, & omne, quod aptum eſt perfici, ad ſuam perfectionem & prius exiſtens, quaſi præſuppoſitum omnibus. At ſi conſiderentur vt ſucceſsiue recipiuntur in eodem, quod ꝑcedit de imperfecto ad perfectum, & de potentia in actum, ſemper imperfectum eſt prius tempore perfecto, & potentia prior actu tempore. Et ſic diluitur quæſtio. Sed non recedendo ab hac ſolutione, quæ vt videbitur, eſt Ariſtotelis facilius & dilucidius dici poteſt ꝙ perfectum & imperfectum poſſunt comparari inter ſe ſm̃ prius & poſterius, vel ad tertium, cui inſunt ſecundum prius & poſterius. Si comparantur inter ſe, ſemper perfectum eſt ſimpliciter prius imperfecto non ſolum natura ſed tempore, quoniam imperfectum reducitur ad perfectionem ab aliquo perfecto quod tempore & natura præſupponitur. Sin autẽ comparentur ad tertium, cui ſucceſsiue inſunt, imperfectum eſt prius perfecto, vt dictum eſt: & ſic patet ſolutio. Secundo quæres ſit ne magis de ratione principii ſimplicitas, an compoſitio? Nonnulli dixerunt ꝙ de ratione principii ſit magis ſimplicitas, quoniam compoſita dependent ex ſimplicibus, & non e contrario, vt mixtum ex elementis, & non elementa ex miſtis. Sed occurres, quoniam loquendo de principio quod eſt in genere cauſæ materialis fortaſſe verum eſt ſimplicitatem eſſe magis de ratione principii, q̃ ſit compoſitio: At in aliis generibus cauſarum non eſt ita. Quoniam generans vniuocum eſt æque ſimplex, vel æque compoſitum ſicut genitum: Vt animal generans ſicut animal genitum. Pro dilucidatione igitur primo accipiendum Ariſtotelem locutum eſſe in genere principii materialis, quoniam eorum opiniones narrauit, q locuti ſunt de materiali principio, & de eiuſmodi opinionibus diſputauit. Deinde accipiendum per ſimplicitatem Ariſtotelem intellexiſſe in præſenti loco raritudinem, & per cõpoſitionem denſitudinẽ. Poteſt.n. ſimplex accipi pro eo, quod opponitur compoſito, & pro eo, quod opponitur denſo. Similiter compoſitum accipi pro eo, quod opponitur ſimplici, & pro denſo. Tunc dicendum apud Ariſto. ꝙ ſimplicitas nec eſt magis nec minus quam compoſitio de ratione principii materialis, intelligẽdo per ſimplicitatem raritatem, & per cõpoſitionem denſitudinẽ. Patet ex lib. 2. de generatione q̃m ita ex raris elementis fiunt denſa, ſicut e cõuerſo ex denſis rara, cum quodlibet elementum generetur ex quolibet. Confirmat hoc Ariſtoteles in præſenti loco, quoniam primo oſtendit terram non eſſe principium præ craſsitudine ſuæ ſubſtantiæ. deinde, vt Alexander inquit, ſubiungit rurſus ratione qua poſsit terra putari elementum: quod non feciſſet niſi opinatus eſſet, non magis raritudinem quam denſitudinem eſſe de ratione principii materialis. Sed attendendum tam in genere cauſæ materialis quam in genere cauſæ efficientis primum in vtroque genere oportere eſſe ſimpliciſsimum, accipiendo ſimplicitatem, vt opponitur compoſitioni: non tamen eadem ratione. Nã in genere cauſæ materialis, primum non poteſt eſſe cõpoſitum, alioquin non eſſet primum, haberet.n. vlterius materiam, quæ eſſet altera pars ſuæ compoſitionis, & illa vlterius aliam, & ſic oporteret conſiſtere ad ſimpliciſsimam, aut procedere in infinitum. Tamen primum in tali genere alteri eſt componibile. Quippe cum prima ſit oĩbus cõpoſitis altera pars. Sed in genere cauſæ efficientis primũ nec eſt compoſitũ, nec alteri cõponibile. Q̃m cum ſumma ſimplicitate, quam habet maximã perfectionẽ obtinet, q̃ neq; compoſitionẽ in ſe, neq; componibilitatem cum altero patitur. At hæc duo videlicet ſumma perfectio, & ſumma ſimplicitas materiali principio competere nõ poſſunt, quippe cum in genere materialis principii ſimplicius ſit imperfectius, Eſt.n. potentialius. Sed quæres cur Antiqui philoſophantes cogebantur diuerſa principia materialia ponere, vt aliqui terram, aliqui aliud quippiã aliorum triũ. Quaſi reſpondens Expoſitor ait eos coactos fuiſſe diuerſa principia ponere, inſpectis rationibus diuerſis. Nam aliqui conſiderantes rationem ſimplicitatis, quia non conſiderabant res, niſi ſm̃ modũ, quo aliquid exit de potẽtia ad actũ, in cuius ordine nõ opor-

bitatio. lutio.

Secunda.q.

Tex. com. 7. & inde.

Tertia.q.

tet id, quod eſt principium, eſſe perfectius, dixerunt aliquod trium elementorum eſſe materiale principiũ magis quam terram: quoniam quodlibet eorum non nihil ſimplicitatis obtinet. At conſiderantes perfectionem eſſe de ratione principij, quæ in rebus corporeis ineſt compoſitis magis q̃ ſimplicibus, opinati ſunt terram eſſe materiale principium, vt vulgo mortales putant, & Heſiodus exiſtimauit, qui hanc primam poſt chaos genitam eſſe tradit, ſententiam ſuam vulgi teſtimonio confirmans, vt Alexander inquit. Sed non recedendo ab ijs, quæ ſuperius diximus, non eſt verum Antiquos aliquos reſpexiſſe ad ſimplicitatẽ, quæ eſt oppoſita compoſitioni, aliquos vero ad compoſitionem, quæ eſt perfectior ſimplicitate. Nam loquendo de ſimplicitate & compoſitione his rationibus, nullum elementum eſt compoſitius, nullũ eſt ſimplicius altero, Quippe cum nullum ſit compoſitum ex pluribus, vel paucioribus formis & materijs quam ſit alterum. Sed quodlibet eſt compoſitum ex prima & vna ſimplici forma, & ex prima & vna ſimplici materia. Igitur nullum hac ratione eſt ſimplicius altero, nec cõpoſitius. Et ſic nec ignis eſt ſimplicior terra, nec terra eſt compoſitior igne. Antiqui itaque reſpexerunt ad ſimplicitatem & compoſitionem, intelligendo per ſimplicitatem raritudinem, per compoſitionem vero denſitudinem. Et hac ratione ignem dixerunt eſſe ſimplicisſimum, terram vero maxime compoſitam. At inter media mediocritate participantia. Et quia, vt diximus, quodlibet elemẽtum poteſt immediate ex quolibet elemento generari, vt ſecundo de generatione probauit Ariſtoteles, qui obſeruarunt ex rarioribus via cõdenſationis fieri denſiora, opinati ſunt aliquod trium, & potisſimum ignem eſſe rerum principium materiale. Qui vero contra ex denſioribus fieri rariora opinati ſunt cõtra videlicet terram potisſimum, vel aquam eſſe rerum principium: ex quibus via rarefactionis cuncta generari exiſtimarunt. Hæc eſt cauſa, vt diuerſa principia poſuerint vetuſti philoſophantes.

Quę Auer. Auerroes autem ab ea parte, quæ eſt {Nemo igitur poſteriorum, & qui vnum dicunt} vſque ad epilogũ ibi {de ijs igitur qui vnam} nullam partem fere ſui textus habet, quæ conueniat codici Græco, nec tranſlationibus Latinis, nec expoſitio quam affert in commentis, quæ his partibus reſpondent, conſentanea eſt translationi Arabicæ, quæ reperitur poſt tranſlationem Latinam noſtram, vt ſit mihi viſum tranſlationem, quam Auerroes exponebat, non eſſe eam, quam nos habemus poſt Latinam: Sed fortaſſe aliam habebat, quam ipſe expoſuerit. Nemo igitur debet admirari Auerroẽ eſſe neglectum in his Libris fere ab omnibus; eiuſque nec in bonum, nec in malũ meminiſſe Expoſitorẽ: qui curioſisſimus erat cuiuſlibet Interpretis, q ipſum p̄ceſſiſſet: q̃m nihil boni affert ad expoſitionem textus.

TEX. 15. *Idem autem, & ſi quiſpiam hæc plura ponat, ut Empedocles materiam quatuor corpora eſſe dixit. Etenim huic partim quidem eadem, partim uero propria euenire neceſſe eſt. Nam & hæc uiciſsim ex ſeſe generari uidemus, quaſi neque igne, neq; aere, neq; terra ſemper eodem corpore permanẽte. Dictum eſt autem de his in ijs, quæ dicta ſunt de natura.*

Explicatis, quæ dici poſſunt in eos, qui vnum idemque corporum principium eſſe ſtatuebant, in eodem errore verſari ait, ſiquis hæc plura eſſe putauerit, hoc eſt ſiquis plura principia corporea eſſe dixerit: Intelligẽdo per principia corporea indifferenter ci͂nta quatuor, vel alia quæcunque dixerint, hæc eſt vna Alexandri expoſitio. aut fortaſſe nõ eos generatim deſignat, qui principia & corporea & plura eſſe docebant. Sed eos, qui plura ex quatuor corporibus, & non vnum ex illis principium eſſe aſſerebant: dicit {Idem aũt} ſubaudi erratum euenit {& ſi quiſpiam hæc}.ſ. corporea principia materialia {plura} generatim {ponat} vel {hæc}.ſ. ex quatuor corporibus plura principia, & nõ vnum ex illis ponat. Expoſitor autem per idem intelligit eandem difficultatem, q̃m tam dicentes vnum ex quatuor corporibus, quàm dicentes plura ex illis eſſe principia patiuntur eandem difficultatem, nam ratione ſimplicitatis videntur elementa leuia ignis & terra eſſe principia, ratione vero compoſitionis videntur elementa grauia. Ergo patiuntur eandem difficultatem cum prioribus. Alexander per, idem, intelligit eadem errata, quæ vero ſint hæc eadem errata, ſtatim replicata opinione Empedoclis, exponet, vnde dicit {vt Empedocles materiam quatuor corpora eſſe dixit} deinde oſtendit quomodo eadem, & quomodo non eadem abſurda Empedoclem ſequentur: & quæ ſint illa eadem, & quæ ſint illa non eadẽ: & dicit {Etenim huic}.ſ. Empedocli {partim quidem eadem}.ſ. abſurda, quæ prioribus {partim vero propria}.ſ. abſurda {euenire neceſſe eſt} deinde exponit, quæ eadẽ, & primo primum, & dicit {Nam & hæc viciſsim generari ex ſeſe videmus} & ſic primum abſurdum, quod etiam prioribus accidit, eſt vt hæc alterum ex altero generetur: quod eſt contra vnam proprietatem principiorum, vt non fiant ex alterutris. Deinde adducit quaſi aliud commune abſurdum, & dicit {quaſi neq; igne, neque aere, neque terra ſemper eodem corpore permanente}.i. ita alterum fit ex altero, vt neq; ignis, neque, aer, neque terra ſemper idem corpus permaneat, quod eſt contra aliam proprietatem principiorum, quæ eſt, vt ſemper permaneant. Sed quia hæc breuiter dicta ſunt, dicit {Dictum eſt autem de his, in iis, quæ dicta ſunt de natura}.i. vt Alexander exponit. tertio libro de cœlo, & mundo, vel in libro phyſicæ auſcultationis. nam ibi expoſitæ ſunt proprietates primorum principiorum prolixius. Illud quoque iſtorum ſententiæ conſentaneum eſt ſubſtantiam, & formam non eſſe de numero cauſarum, qui vtrorũque communis eſt error: vt Alexander adducit.

De cauſa quoque eorum, quæ mouentur, utrum una ſit, an duæ ponendæ, neque recte neque bona cum ratione penitus putandum eſt eſſe dictum. Neque penitus abſque rõne.

Secundum Expoſitorem hic oſtendit ſecũdum inconueniens, quod pertinet ad cauſam mouẽtem, Alexander cui magis adhæreo, vult q̀ poſtq̃ enumerauerit communia errata, hic enumeret abſurda ꝓpria Empedocli, & dicit {De cauſa quoq; eorum, quæ mouentur, vtrum vna ſit, an duæ ponendæ, neq; recte, neque penitus abſque ratione bona cum ratione penitus putandum eſt eſſe dictum} Expoſitor ſic intelligit, vt velit Ariſto. non eſſe recte, neq; bona cum rõne dictũ ponere duas, vt poſuit Empedocles, nã ſi cauſæ mouentes accipiant proximæ, erunt contrariæ, ſed eas Empedocles non intellexit. at ſi accipiãtur remotæ, ſicut procul dubio intellexit Empedocles, tunc non erunt plures, neque contrariæ. nam pluralitas principiorũ mala. Fortaſſe melius eſt dicendum quòd licet Empedocles

cles poſuerit duo, prima principia mouentia videlicet amorem, & diſcordiam, non ſatis liquet amor & diſcordia ſint ne duo, an vnum mouens principium. Quandoquidem amor diſcordiæ muneribus fungi videtur: cum quæ per ſe tota ſunt, diſſociet diſcernatq;, vt concernat efficiatque corpus vnum. Non enim poteſt diſſecari corpus, quin aliud efficiatur in vnum, ſicut nihil corrumpi, quin aliud generetur. quin & diſcordia per Empedoclem non ſolum diſcernit, ſed quę ſimilaria inter ſe ſunt, concernit cogitq; eadem ex vnitate ſeiungens. Quare non ſatis licet {De cauſa quoque eorum, quæ mouentur} quæ dicitur effectrix, vt amor, & diſcordia {vtrum vna ſit, an duæ ponendæ, neque recte, neque bona cum ratione penitus putandum eſt eſſe dictum} Quoniam, vt deduximus neutrum liquet: cum amor, & diſcordia vna commune videantur vna cauſa, alia vero duæ cauſæ: in codicibus alijs, vt Alexāder inquit, loco illorum verborum {neque bona cum ratione penitus} habetur, neque penitus abſque ratione, ſicuti in codicibus noſtris legitur οὔτι ἀλόγως: vt ſit ſenſus neque recte prorſus, neque penitus abſque ratione. Auerroes vero ab illa parte textus expoſita {Idem autem, & ſi quiſpiam} vſque ad partem ſequentem {Omnino etiam} textū, quem exponit nec habet conſentaneū codicibus Græcis, neque tranſlationibus Latinis, neque tranſlationibus Arabicis, quæ iuxta ponuntur cum Latinis. Dicit tamen quædam, quæ egent conſideratione, primum ꝙ denſitas & raritas non faciant tranſmutationem in ſubſtantia, neque in qualitate, cum ſint de ſitu. ergo vult rarum & denſum eſſe in prædicamento ſitus. Sed quarto phyſicæ auſcultationis aſſerit rarū & denſum eſſe contraria in quantitate. Libro ſeptimo eiuſdem aſſerit raritatem & denſitatem eſſe qualitates, quæ calidum ſequuntur, ac frigidum. Iterum libro eiuſdem octauo autumat denſari, atque rarefieri eſſe motus locales. Auerroes ergo non videtur ſibi conſtans. ſed ſiue Auerroes ſit ſibi conſtans, ſiue non, parum refert. Illud tamen non ignorandum rarum, & denſum poſſe capi reſpectu centri corporis, cuius ſūnt, & ſic ſunt quantitates. nam rarum eſt cuius partes circunferentiales magis remouentur a centro: denſum, cuius partes circunferentiales propinquiores ſunt centro, aut reſpectu punctorum mundi, & ſic ſunt de prædicamento relationis, ſiue ſitus, aut reſpectu ſpatii, quod occupant, & ſic attinent ad motum localem: aut vt conſequuntur calidum, & frigidum, & ſic attinent ad prædicamentum qualitatis. Secundum etiam quod conſideratione dignum affert, eſt diſcrimen conſiderandi in hac ſcientia, & in Naturali Philoſophia de eiſdē, quoniam, vt inquit, in hac ſcientia inducit ea, quæ ſunt declarata in naturali philoſophia de cauſis, & principiis commemorando ea, & ipſa conſiderādo, vt ſunt entia, & vt ſunt principia ſubſtantiæ, non autē, vt ſunt principia corporis naturalis. At philoſophus naturalis conſiderat, ea vt cauſæ, vel principia corporis naturalis. Tertium eſt ꝙ quædam conſiderantur hic, & quid ſint, & qualia ſint, ſed ſupponuntur eſſe a ſciētia naturali. Hic enim declarantur quid primum principium ſit, quidue prima ſubſtantia. ſed ſint ne primum principium, atque prima ſubſtantia vel non, petendum eſt a naturali philoſopho. Hæc licet ad intellectum verborum Ariſtotelis non faciant, nō ſunt omnino inutilia intelligere.

Quæ Auer. Commen.15.

Commen.14. Commen.15. Commen.77.

Omnino etiam ex eorum ſententia, qui ita dicunt, alterationem e medio tolli neceſſe eſt. Non enim ex calido frigidum, neque ex frigido calidum erit. Quid.n.ipſa contraria utique patietur, & quæ nam erit utique una natura, quæ ſit ignis & aqua, quod ille non dicit.

Cum enarraſſet primum proprium abſurdum contra Empedoclem, nunc narrat ſecundum videlicet, ꝙ data opinione Empedoclis, tolletur e medio alteratio. Quoniam ex calido non poſſet fieri frigidum, nec e conuerſo, neque ex graui leue, nec e conuerſo: neque ex duro molle, nec e conuerſo: & generatim ſequetur nullum contrarium fieri poſſe ex ſuo contrario, & ſic tolletur alteratio, dicit {Omnino etiam ex eorū ſententia, qui ita dicunt, alterationem e medio tolli neceſſe eſt} probat, & dicit {Non enim ex calido frigidum, neque ex frigido calidum erit} & ſicut de frigido & calido, ita quoque de cæteris contrariis ſequetur. Sed dices ſtatim, ꝙ Ariſtoteles ſumit falſum, nam ex calido fit frigidum, & e conuerſo, ex frigido enim ferro fit calidum idem ferrum. Similiter ex albo fit nigrum, e conuerſo. Contra obiicit Ariſto. accuſans Empedoclem de inſufficientia, & dicit {Quid enim ipſa contraria vtique patietur} aut enim ipſum calidū recipit frigidum, & e conuerſo, aut aliud quippiam eſt, quod recipit ſucceſsiue contraria. Vnum contrarium recipere alterum impoſsibile eſt: Sic enim calidum erit frigidum, & graue leue, quæ ſunt contra ſenſus. Viſu enim patet album non eſſe nigrum: auditu, acutum non eſſe graue, guſtu: dulce non eſſe amarum, olfactu: auſterum non eſſe ſuaue, tactu deniq; nec calidum eſſe frigidum, nec graue leue. At ſi dicatur aliud quippiam, contra obiicit Ariſto. {quid.n.ipſa contraria vndique patietur, & quæ nam erit vtique vna natura} .ſ.communis ſubiecta {quæ ſit ignis} .i. calida {&} poſtea {aqua} .i. frigida, vel econuerſo {quod ille non dicit} nec poteſt dicere ſecundum opinionem ſuam, quæ eſt, vt quatuor ipſa corpora ſint prima omnium elementa, atque prima principia: quibus nullum eſt elementum prius, nec communius. Auerroes vero ait eos, qui poſuerunt vnumquodque elementum eſſe ſimplex .ſ.non compoſitum ex materia, & forma, vt ponit Empedocles, ſequi vt neque calidum fiat frigidum, neque e conuerſo. quoniam idē impoſsibile eſt, vt ſimplex elementum recipiat paſsionem .i.qualitatem paſsibilem, & vt mutetur de contrario in contrarium. Similiter etiam ſi elementum eſt ſimplex corpus, impoſsibile eſt vt mutetur de magno in paruo, & econuerſo. Hæc patent, quoniam cum elementum ſit ſimplex, non poteſt recipere, cum careat materia, vi cuius reddatur receptiuū: & cum nō poſsit recipere, non poterit tranſmutari de contrario in contrarium, cum omnis mutatio ſupponat ſubiectum, in quo recipiuntur contraria ſucceſsiue. Supra vero illa parte {quid.n.ipſa contraria vtique} Auerroes exponens inquit quapropter cum illic non fuerit alteratio in ſubſtantia .i.cum in elementis, vel elemento non fuerit generatio ſimpliciter, neceſſe eſt, vt natura cuiuſlibet mixti, quod fit ex elemētis, ſit natura eius elementi, quod eſt principium rerum. verbi gratia, ſi elementum atque principium rerum ſint ignis, natura cuiuſlibet rei, quæ fit ex igne, erit ignis. & ſi erit aqua, natura cuiuſlibet rei erit aqua: & ſic de alijs, quod nullus dixit. Nullus.n.ait mixta ex elementis conuenire

Quæ Auerro. com.15.

cum elemento nomine,& definitione.i.eſſe ipſa elemẽta,vel ipſum elementum ex quo fit nomine, & definitione. Hoc quod Auerroes ait, verum eſt. nam ſublata è medio generatione, nihil generabit niſi accidens, & res ſolo accidente diſcrepabunt, ꝙ ſi res ſolis accidẽtibus diſcrepabunt, omnia erunt vna ſubſtantia ſpetiæ, & eſſentia. quare ſubſtantia, & eſſentia omnium erit vna,eademque. Verum verbis Ariſtotelis non cõuenit, vt patet verba græca conſideranti, & latinas trauſlationes.

CAPITVLVM SECVNDVM
De opinione Anaxagore.

*Anaxagoram autem ſi quippiam elementa dicere duo putauerit, ea maxime ratione putauerit, quam ille quidem ipſe non dilucide pertractauit: * ſecutus quidem fuiſſet utique ex neceſsitate, ſi qui ipſam dicerent.* *ſed quam.

Cum narraſſet opinionem Empedoclis, & eam refutaſſet, poſthac Anaxagoræ refert opinionem, refutans, vt abſurda, quæ ab ipſo palam, & aperte dici videntur. ac per abſurditatem eorum, quæ ipſe palam dicit, alia ipſum per illa dicere voluiſſe docet, fauens .ſ.eius ſermoni, & eius, vt ipſe ait, explicans voluntatem. nam cum Empedoclis dicat omnia in omnibus eſſe commixta, ipſe materiam illum ſomniare colligit, quæ potentia quidem cuncta, actu vero nihil eſt eorũ, quæ eſſe poſſunt. Hæc.n.licet ille non dicat aperte, tamen eius ſententiæ conſentanea ſunt, ſi quis eam ad eius mentem explicauerit. Hæc.n.rationi innituntur. quæ vero ab ipſo dici videntur, prorſus aliena ſunt: dicit {Anaxagoram autem ſi quiſpiam elementa duo dicere iurauerit} videlicet mentem pro cauſa agente, & infinitas partes ſimilares, ſiue chaos pro materia {ea maxime ratione putauerit} nõ quam ipſe dicit in aperto, ſed {quàm ille quidem ipſe non dilucide pertractauit} ſed quam {ſecutus quidem fuiſſet vtique} Anaxagoras {ex neceſsitate, ſi qui ipſam} rationem dilucide {dicerent} ergo ſermo Anaxagoræ debet recipi non ſecundum verba, quæ ipſe palam dixit, ſed quæ voluit dicere, ac quæ dixiſſet, ſi qui rationem rei recte explicaſſent. Debet.n.eius ſermo recipi ad illum ſenſum, vt illud, quo pro materia vtitur, nihil ſit actu eorum, quæ poſſunt eſſe, ſed potentia, quem ſenſum ſi qui expreſsiſſent, Anaxagoras recepiſſet. In quibuſdã tranſlationibus exemplarium latinorum legimus {ſed quã ſecutus quidem} licet Byzantius licentioſe aliter tranſtulerit, & recte quidem ad ſenſum. vult igitur habere Ariſt.ex his, vt Alexander, & Expoſitor indicarunt Anaxagoræ opinionem veram eſſe, quantum ad id, quod non expreſsit, ſed conceſsiſſet, ſi quis prius explicaſſet. Falſa vero quantum ad id, quod expreſsit palã.

Quippe cum abſurdum quoque aliter ſit dictu, mixta eſſe cuncta a principio. Tum quia accidit antea impermixta eſſe oportere.

Continuetur ſic textus {ſed quam ſecutus quidem fuiſſet vtiq; ex neceſsitate, ſi qui ipſam dicerent} dico ſecutus quidem fuiſſet Anaxagoras ex neceſsitate, ſi qui ipſam dicerent {quippe cum abſurdum quoque aliter ſit dictu mixta eſſe cuncta} .ſ.in ipſo chaos {a principio} vt ipſe dicit palam. nec hoc eſt primum abſurdum, vt Expoſitor putat, ſed eſt repititio ſermonis Anaxagoræ, quem palam dixit, vt enumeret abſurda, quæ contra hunc occurrunt: quorum primum eſt, vt hæc ante permixtionem impermixta præfuiſſent. & dicit {Tum quia accidit antea} .i.ante mixtionem in ipſo chaos {impermixta eſſe oportere} probat Alexãder conſequentiam, nam quæ inter ſe miſcentur, ea prius ſeparata eſſe oportet: veluti ſimplicia compoſitis priora ſunt & non econuerſo. Quòd ſi prius ſeparata eſſe oporteat, chaos non erit primum omnium rerum principium, cum eorum, quæ ſunt ante chaos, ipſum chaos principium nequaquam eſt.

Tum quia non aptum eſt cuilibet quodlibet miſceri.

Secundo argumentatur, quoniam ſermone Anaxagoræ conceſſo ꝙ omnia ſint in ipſo chaos permixta, quodlibet cuilibet erit in ipſo chaos permixtum, hoc autem falſum eſſe ſic dicit {Tum quia non aptum eſt cuilibet quodlibet miſceri} .ſ.in ipſo chaos. Non.n. linea cùm albo, aut albũ cum muſica miſceri eſt apta. Solum enim ea apta ſunt inuicem miſceri, quæ inuicẽ alterari poſſunt. quippe cum mixtio ſit eorum, quæ inuicem alterantur, vnio.

Tum etiam, quia affectus, & accidentia a ſubſtantiis ſepararentur. quippe cum eorundem mixtio, & ſeparatio ſit.

Tertio argumentatur ꝙ hac doctrina conceſſa, affectiones, & accidentia a ſubſtantia ſeparari, ac per ſe ſubſiſtere rationi conſentaneum erit. Probatur, quoniam quorum eſt mixtio, horum quoque quandoq; habebitur ſeparatio, & quandoque prius habita eſt ſeparatio. Cum igitur apud Anaxagoram affectus & accidentia in ipſo chaos fuerint permixta, in quo etiam omnia fuerunt permixta: affectiones, & accidentia quandoque erunt ſeparata, & antea fuerunt ſeparata: quod abſurdum eſſe nemo dubitat: dicit {Tum etiã, quia affectus, & accidentia a ſubſtantiis ſepararentur. quippe cum eorundem mixtio, & ſeparatio ſit} ſed præfuit eorum mixtio in ipſo chaos. igitur quandoq; erit eorum ſeparatio: quinimmo etiam præfuit eorum ſeparatio. Auerroes autem quantum ad verborum expoſitionem nullam vtilitatem affert. dicit tamen veram mixtionem eſſe, vt miſcibilia alterantur adinuicẽ donec fiat ex eis forma media: quod quonam modo ſit, libro de generatione dictum eſt. Quæ Auerroes Commen. 16.

Si quis uero quæ dicere uult, exactius pertractando ſequetur, admirabilius fortaſſe dicere uidebitur. Nam cum nihil ſegregatum erat, patet tum nihil fuiſſe uerum dicere de ſubſtantia illa: ueluti neq; album, neq; fuſcum, neq; ullum aliũ colorem, ſed neceſſario erat incolorata, aliquem.n.colorum habuiſſet: ſimiliter & inſipida, eademq; ratione neque aliud ſimilium quicquam: neque.n.quale quid ipſa eſſe poterat, neque quanta, neque quid. aliqua.n.particularium formarum ipſi adfuiſſet. Hoc autem eſt impoſſibile, ſi erant omnia mixta. Segregata enim iam fuiſſent. TEX. 18. ὑπῆρχεν.

Nunc conſequenter oſtendit poſitionem Anaxagoræ eſſe mirabilem, ſi recte intelligatur, non quo ad ſuperficialem verborum intellectum. Si.n.ſuperficialiter intelligatur, ſequentur abſurda, quæ dicta ſunt. At ſi interpretetur medullitus, eius poſitio apparebit mirabilis, & veritati, quæ de prima materia eſt, conſona. nam prima materia neque eſt qualis, neque quanta, neque aliquid aliorum prædicamentorum, ſic ſubſtantia ipſius chaos erit neque quanta, neque qualis, neque aliquid aliorum prædicamentorum, ſi in ea omnia ſunt

permixta, & alterum ab altero actu ſeparatum nullũ. Quare miſcella illa, quam chaos Anaxagoras appellabat, ſi recte interpretetur, nihil aliud eſt, niſi prima materia, quæ potentia eſt omnia, actu vero nihil. Ariſt. ergo talem interpretationem aſsignans miſcellæ Anaxagoricæ demonſtrat poſitionem illius eſſe mirabilem ſicuti materia ipſa prima miratu omnibus digna eſt, vt ſit ſyllogiſmus, Quod eſt aliquid, & neq; ſubſtantia, neq; quantum, neq; quale, neq; aliquid aliorum prædicamentorum, eſt materia prima: Miſcella aliquid eſt, quod nec eſt ſubſtantia, nec quantum, nec quale, nec aliquid aliorum prædicamentorum: igitur miſcella materia eſt prima. probat igitur minorem, vel fortaſſe explicat minorem, & dicit { ſi quis vero } ſubaudi non quæ dicit { ſed quæ dicere vult, exactius } diſtinctiuſque { pertractando } poſitionem .ſ. Anaxagoræ { ſequetur } Anaxagoras ipſe { admirabilius fortaſſe dicere videbitur } quoniam eius poſitio de miſcella, nihil aliud erit q̃ poſitio, quæ habetur a Peripateticis de prima ipſa materia. Quòd aũt ita ſit, declarat probãdo minorem, vel explicando minorem. & dicit { nam cum } .ſ. in ea miſcella { nihil ſegregatum } .i. actu ſeparatum ab alio { erat } nec per ſe exiſtebat actu, ſed omnia in ea permixta, { patet tum } .ſ. cum omnia fuerint in miſcella { nihil fuiſſe verum dicere de ſubſtantia illa } .i. de miſcella, vt neque quale { veluti neque album, neq; nigrum, neque fuſcum } & generatim { neque vllum alium colorem, ſed neceſſario } tum { erat incolorata } q̃m de quocunq; genus prædicatᷣ, oportet vt aliqua illius ſpecies prædiceᷣ, ſiue prædicatio ſit vniuoca, ſiue denominatiua: vt in Topicis eſt dilucidatum, & cũ dixerat { ſed neceſſario erat incolorata } ſignificat iã eſſe actu incoloratam { aliquem .n. colorem .ſ. ſpecialem actu habuiſſet, ſubaudi ſi miſcella illa fuiſſet colorata actu. miſcella igitur illa non eſt qualis qualitate coloris, Deinde oſtendit ꝙ non ſit qualis qualitate ſaporis & dicit { ſimiliter & inſipida } nullo ſapore actu affecta: & amplificans eius ſermonem ad vniuerſale ſubdit { eademque ratione, neque aliud ſimilium quicq̃ } ſubaudi eſt actu, videlicet olfactilis, auditilis, aut tactilis { Neque .n. quale quid ipſa } .ſ. miſcella eſſe poterat } patet igitur miſcellam non fuiſſe qualem, Deinde percurrens ad alia prædicamenta dicit { neque quanta, neque quid } .i. actu aliqua ſubſtantia, cuius rationem repetit, & dicit { aliqua .n. particularium formarum } actu { ipſi } .ſ. miſcellæ { ineſſet } per quam diceretur aut homo, aut equus, aut linea, aut ſuperficies, aut aliquid cæterorum prædicamentorum, qđ eſſe impoſsibile oſtendit, & dicit { hoc autem eſt impoſsibile, ſi } in miſcella { erant omnia mixta } & nihil in ea actu, ſegregata .n. iam eſſent, ſi in ea miſcella eſſent aliqua actu. quia nihil aliud eſt in miſcella eſſe aliqua actu, & eſſe inuicem ſegregata. Ex his patet miſcellam eſſe veram rerũ omnium materiam vt .ſ. nullam formam habeat actu, ſed ſit ptãte omnes, eſt igitur ſyllogiſmus, quod eſt aliquid & neque ſubſtantia, neq; quale, neq; quantum, neque aliquid cæterorum prædicamentorum, eſt proprie, & vere materia, ſed miſcella eſt aliquid, & neq; quale, neq; quantum, neque aliud cæterorũ prædicamentorum, vt eſt expoſitum: igitur miſcella eſt vere, & proprie materia. Sed in minore eſt deceptio. quoniam licet miſcella non ſit actu qualis, neque quanta, neq; ſubſtantia, neq; aliquid cæterorum prædicamentorum, tñ non eadem ratione, veluti materia. nam materia eſt in potẽtia mere paſsiua reſpectu eorum, quorũ eſt materia nec actionem nec motum hñs virtute illius, quod ptãte obtinet. At miſcella non eſt in potentia mere paſsiua, quin miſcibilium nonnihil habeat, aut virtute, aut ineſſe remiſſo. Cuius ſigno nobis ſunt motus, & actiones, quæ virtute miſcibilium miſcellæ inſunt. Inſuper licet miſcella non actu aliquod miſcibilium ſit, eſt tamen aliqđ actu .ſ. ſuę ſpeciei, vt homo, vel equus, aut lapis, aut tale quicquam ſm formam ſuæ ſpeciei. At materia nec actu eſt aliqđ miſcibile, nec ipſa actu eſt in aliqua ſpecie. Quare nullo pacto miſcella illa vere materia eſſe poteſt, niſi ſimilitudinarie, vel interpretatiue, vt Ariſtoteles inquit quæ ſi ea ratione interpretetur, erit cognitu mirabilis.

Auerroes vero in hoc textu videlicet { nam cũ nihil ſegregatum erat } quæ Ariſtoteles de miſcella dicit, ipſe materię primæ tribuit, & errat, nam per ea quę Ariſtoteles ait habetur minor ſyllogiſmi, & eius declaratio, q̃ neque Auerroes conſiderauit, neque aliquis expoſitor expreſsit. deinde Auerroes aliqua ex parte digrediẽdo in ea cõmenti parte, quæ incipit { & non eſt poſsibile exiſtimare ipſum prædicari de aliquo ente } diſputat ſit ne materia ipſa genus, aut non, & primo probat materiam non poſſe de aliquo ente prædicari habẽte qualitatem, aut quantitatem, aut aliquod aliud genus entium quoniam ſi ita eſſet, tunc eſſet genus entiũ, de quibus prædicatur, & vlterius ſequeᷣ illa, de quibus prædicatur eſſe ſpecies, ipſamque illarũ genus. ſed contra, q̃m per Auerroes rationem deducerem album eſſe genus, q̃m album prædicatur de aliquo habente ſubſtantiam, vt de Socrate, & de aliquo habente qualitatẽ, vt de pomo habente dulcedinem, & de aliquo habente quantitatem, vt de ligno: & ſic de alijs prædicamentis. Igitur album eſſet genus, argumentum eſt Auerrois. Debes ergo intelligere in prædicatione per ſe, nam ſm Auerroem materia, vel nomen ſignificans materiam in concreto prædicatur de ente hñte ſubſtantiam, & de ente hñte qualitatem, & ſic de cæteris prædicamentis denominatiue, vt ipſe ſcribit. 7. huius pluribus locis, & lib. 9. cum inquit, materia non prædicatur de aliquo nomine principali .i. per ſe, ſed denominatiuo, vniuerſale autem prædicatur de re per ſe, vt dicitur ꝙ hõ ſit aĩal. Et ſic licet album prædicetur de ſingulis prædicamentorum, non per ſe prædicatur, ſed denominatiue, & ſic non ſequitur, vt ſi genus. Secundo principaliter accipit genus diſcrepare ab ipſa materia. nam genus eſt forma vniuerſalis. materia vero quatenus materia, nec forma, nec hñs formam, cum, vt ſic non debeat eſſe in actu aliquid omnino. Sed Auerroes non vr̃ ſibi conſtans, dicit .n. lib. metaphyſicæ. 8. & ſic materia non dicitur de definito, niſi ſm ꝙ eſt genus ei. Nomen .n. generis ſignificat materiam ſm ꝙ eſt in potẽtia illud, qđ habet materiam, & ſic prædicatur de habente materiã, ergo materia nõ differt a genere. Præterea. 10. metaph. Auerroes ita inquit, genus autem ſignificat materiam .ſ. genus qđ dicitur in rei veritate, hoc eſt genus prædicamentale, non genus, quod dicitur de omnibus attributis eidem parti .i. non genus, qđ accipitur pro genealogia, vel ſtirpe, veluti dicitur genus herculeorũ, vel heraclitarum. ergo genus non differt a materia. Tertio dubitatur q̃m ſi genus eſſet forma vniuerſalis, genus nõ prædicaretur de cõpoſitis ſingularibus per ſe. q̃m pars non prædicatur per ſe de compoſito, cuius eſt pars. Pro ſolutione aĩaduerte genus eſſe materiam poſſe bifariã intelligi, aut ſimilitudine modo, quo dicimus Cæſarem

Quæ Auer. Com. 17.

Com. 12. Com. 23. 24 43. 44. 45.

Comm. 5.

eſſe leonem inter milites. qm̃ ita ſe habet Cæſar inter
milites ſicuti leo inter belluas. aut proprietate, ita vt ꝓ-
prie ſit ipſum genus. Prima rõne ſæpe inuenies apud
authores genus referre materiam, differentiã vero for-
mã. Nam ita genus eſt potentia indifferentiæ ſuæ diffe-
rentiæ, ſicuti materia potentia receptionis oĩa ea, quæ
recipere poteſt. Et ſic intelligas omnes authoritates, q̃
dicunt genus eſſe materiam, vel referre materiam. Pro-
prietate vero nec genus eſt materia, nec materia eſt ge
nus. & ſic intelliguntur oẽs authoritates, quæ aſſerunt
genus & materiẽ diſcrepare. Diluitur vero tertia obie-
ctio, qm̃ forma, quæ eſt altera pars compoſiti, vt ſigni-
ficatur per nomẽ partis, nullo modo prædicatur de eo,
cuius eſt pars. Non.n. homo eſt intellectualis aĩa, vel in
tellectus, ſicuti nec corpus eſt albedo. vt vero ſignifica-
tur per nomen totius atque cõcreti, forma prædicatur
per ſe de eo, cuius eſt forma. nam Socrates eſt homo,
eſt vera & per ſe propoſitio. nam hõ ſignãt animam in-
tellectualem per modum totius. Similiter Socrates eſt
animal eſt vera & per ſe prædicatio, qm̃ animal ſignifi-
cat ſenſitiuam animam per modum totius veluti con-
cedimus corpus eſſe album, qm̃ album ſignãt albedinẽ
per modum concreti. De his diſputauimus in dilucida
Com. 69 rio pluribus locis. Tertio accipit Auerroes materia
nullam habere formam ex ijs, quas recipit, vtputa neq;
vniuerſalem, neque particularem, quod idem primo
phyſicæ auſcultationis confirmat, id tribus rationibus
Com. 63. probando: Contra tamen hoc, quod hic ait Auerroes
videtur illud, quod dicit primo auſcultationis phyſi-
cæ, cum inquit etiam manifeſtum eſt ꝙ iſta materia
non denudatur a corporeitate, quoniam tunc haberet
diſpoſitionem ſubſtantialem, & reliqua. Quicquid
ſit de veritate ipſa, Auerroes non dicit abſolute mate-
riam nullam habere formam, ſed ex eis, quas recipit.
Quarto Auerroes affert ordinem, quo recipiuntur for
mæ in materia, aſſerens materiam primo recipere for
mam vniuerſalem, & poſtea mediante forma vniuer-
ſali recipere formas alias vſque ad indiuiduales. Sed
occurres, qm̃ ſm Auerroem, forma corporeitatis, ęſt
coæterna materię: vt diximus, Ergo illam non recipit.
Fortaſſe Auerroes loquitur de his formis vniuerſali-
bus, & particularibus, quæ de nouo per generationẽ
recipiuntur in materia, vt vegetalis, ſenſitiua, & intelle
ctiua. quæ ordinatim recipiuntur in materia, vt libro
de generatione animalium diximus. & fortaſſe de his
non in facto, ſed in fieri loquitur, quoniã in facto non
ſunt plures tales formæ in materia, ſed bene in fieri, nã
ſemper poſteriore accedente, deſinit prior. Quinto
Auerroes explicans vnitatem materiæ ait materiã eſſe
vnam numero prout eſt ſubiectum formarum indiui-
dualium, & quia ſubiectum quo ſubiectum eſt, priua
tur ijs, quæ habet: erit materia vna numero priuatio-
nem formarum materialium, eſt vero numero multi
plex multitudine formarum indiuidualium, quibus di
Co.11.14. uiditur, ac numeratur: de quo Auerroes duodecimo
huius dilucidius, quia vero ſuperius dixit materia di-
ſcrepare à genere, nunc Auerroes demonſtrat materiã
& genus eſſe ſimilia, & diſsimilia. Similia quidem, quia
tam genus q̃ materia eſt quoddam ens in potẽtia. Diſ-
ſimilia vero, quoniam materia eſt vna numero in mul
tis, quatenus eius eſſe conſiſtit in potentia receptiua.
At genus eſt vnum in forma media inter actum, & po
tentiam in multis. & ſic eſt ens in potentia contrahi-
bilitatis, quoniam per plures differentias contrahi po-
teſt ad plures ſpecies. Propterea concludit genus præ-
dicari per ſe ſubaudi de ſpeciebus ſuis, & de indiuiduis
ſuarum ſpecierum, materia vero nequaquam, niſi de-
nominatiue, vt dictum eſt. Quæres fortaſſe quid eſt
genus ſumi a materia, differentiam vero a forma? Di-
cendum materiam recipere diuerſos perfectionis gra
dus, vt declarauimus in naturalibus. Ergo quatenus mà
teria perficitur inferiore perfectionis gradu, remanet
adhuc in potentia, atque materialis ad gradum altioris
perfectiorem, veluti cum corpus perficitur ab anima
humana in eſſe ſenſibili, adhuc remanet vt materiale
reſpectu alterioris perfectionis. & ſic animal quatenus
genus ſumitur a materia. Rationale uero quatenus
differentia ſumitur a forma.

Dicit autem permixta eſſe omnia præter mentem: hanc TEXT. 18
autem impermixtam ſolam, & ſinceram. Ex his igitur fit ut
ipſe principia dicat, & unum ipſum (hoc enim eſt ſimplex, et
impermixtum) & alterum ueluti ens, quale ponimus indefi-
nitum antequàm definiatur, aliquaque ſpecie participare.
Quare neque recte quidem, neque dilucide dicit: uult tamen
aliquid his ſimile dicere, quæ poſteriores dixerunt, & quæ nũc
magis apparent.

Expoſitor hunc textum diſiungens a proximo, vult
Ariſt. oſtendere Anaxagoram ſubtilius tetigiſſe naturã
effectiui principii, quem poſuit intellectum. Alexan-
der autem vult hunc textum eſſe continuum proximo
textui. nam cum deduxiſſet Anaxagoram ad hoc ꝙ ſe
gregata eſſent omnia, oſtendit ſtatim hoc eſſe contra
ipſum dicens {dicit autem permixta eſſe omnia præ-
ter mentem, hanc autem impermixtam ſolam, & ſin-
ceram}.i. puram nihil compoſitionis participantem.
quare falſum eſt ſegregata eſſe omnia. Deinde oſtẽdit
quomodo opinio Anaxagoræ eſt ſimilis, immo quaſi
reducibilis ad illam Platonis: & breuiter eam colligẽs
dicit {ex his igitur fit, vt ipſe}.ſ. Anaxagoras {princi
pia dicat}.ſ. ſimilia iis principiis, quæ Plato dicit {&
vnum ipſum, Hoc enim eſt ſimplex, & impermixtũ}
Mens.n. quæ per ipſum ſimplex eſt, mixtioniſque ex-
pers, proportionale vnius, quod ponit Plato ex parte
formæ, videri poteſt {Et alterum veluti ens} ponit.ſ.
ſimile dualitati {quale ponimus}.i. qualem dualitatẽ
ponimus {indefinitum antequam definiatur}.ſ. per
vnitatem, & antequam eam ponimus {aliqua ſpecie
participare}.ſ. aliqua vnitate: per quam ponatur in ſpe
cie trinarij, vel quinarii, vel alicuius alterius eiuſmodi.
Ex his patet opinionem Anaxagoræ reduci poſſe ad il-
lam Platonis, nam mens repñtat vnitatem: Miſcella
dualitatem: hoc pacto videtur Alexander exponere.
Licet Expoſitor potius exponat, ꝙ Ariſt. enitatur redu
cere hanc Anaxagoræ opinionem ad ſuam: quod eſt
contra id, quod ſubdit ſtatim. d. {quare neq; recte qui-
dem, neque dilucide dicit}. ſ. Anaxagoras quantũ ad
ſuperficialem intellectum ſui ſermonis {Vult tñ ali-
quid his ſimile dicere, quæ poſteriores dixerunt}.ſ. Pla
tonici qm̃ mens quam ponunt, refert vnitatem, mixtu-
ra vero refert dualitatem {&} ſimile ẽt ijs {quæ nunc
magis apparent}.ſ. opinioni noſtræ. nam mens refert
principium effectiuum. Mixtura vero primam ipſam
materiam. & ſic patet quam pulchra ſit hęc expoſitio.
Auerroes autem ſuper textu pñti nihil dicit ad uerba
Ariſtotelis, quoniam tranſlationes eius nec ↄuenĩũt Que Auer.
verbis græcis, nec tranſlationibus latinis, immo nec com. 18.
tranſlationibus

tranſlationibus Arabicis, quæ habentur cum tranſlationibus Latinis:propterea prætermittendus eſt.

CAPVT TERTIVM OPINIONES proſequitur illorum, qui præter ſenſibilia alia entia ponebant: Pythagorici item arguuntur rerum principiis innaturaliter vtentes.

AT ENIM *hi quidem ſolum ijs ſermonibus,qui circa generationem & corruptionem,& motum ſunt,proprij ſunt. fere enim circa talem ſubſtantiam ſolũ, & principia, & cauſas quærunt. Qui uero de omnibus quidem entibus contemplationem faciunt, quorum quidem alia ſenſibilia,alia inſenſibilia ponunt,de utriſque generibus eos conſiderationem facere patet: quo circa magis apud ipſos moram quiſpiam trahet inquirendo quid bene, aut non bene dixerint ad eorum,quæ nunc proponuntur conſiderationem.*

Expoſitor quantum ad primam partem textus vult vt ſe excuſet à perſcrutatione diligẽtiore opinione philoſophorum naturalium.Quoniam opiniones illę pertinent magis ad philoſophiam naturalem q̃ ad hanc ſcientiã. Sed illud,quod ſequitur ibi {qui vero de omnibus quidem entibus}demonſtrat ꝙ Ariſtoteles nũc naturales authores ſecernat ab ijs, qui ſubſtantias incorporeas ſuſtituebant,vt fuerunt Pythagorici,& Plato.hi enim de cunctis rebus differentes quaſdam ſubſtantias à natiuis & naturalibus, & omnino corporeis, ſenſibilibuſque diuerſas ponebant. quo fit,vt horum ſententię diſcuſsio ad ſuſceptum negotium vſui maiori ſit.Inquiſitio enim nobis non de ijs cauſis ſuſcepta eſt, quæ naturales ſunt, & in motu uerſantur,ſed de intelligibilibus, & incorporeis. Ergo exponamus cũ Alexandro ꝙ commemoratis veterum naturalium ſentẽtijs de principijs,diſtinctiſque, nunc naturales authores ſecernat à metaphyſicis, qui ſubſtantias incorporeas aſſerebant,vtputa a Pythagoricis & Platone, qui de cunctis rebus differentes quaſdam ſubſtantias a naturalibus, & omnino corporeis,ſenſibilibuſque diuerſas ſtatuebant.& primo ſecernit illis ab his,Deinde proſequitur horum metaphyſicorum ſermones,de prima parte dicit {At enim hi quidem} ſermones vt Expoſitor ſuppleuit,vel {hi quidem} authores naturales,vt ſuppleuit Byzantius {ſolum iis ſermonibus,qui circa generationem & corruptionem & motum ſunt}.i.ſolum iis ſermonibus,qui ſunt naturales{proprii ſunt}.i. propriè accommodantur.Cuius cauſam reddit,& dicit{ Ferè enim circa talem ſubſtantiam}.ſ.naturalem, ac mobilem authores illi { & principia,& cauſas quærunt } igitur verſantur circa philoſophiam naturalem tantum,& ſic damnati ſunt,ꝙ non de omni ſubſtantia differuiſſent,nec ea tradidiſſent,quæ huic doctrinæ cõferre poſſent. { Qui vero de omnibus quidem entibus contemplationem faciunt,quorum quidem}.ſ.entium {alia ſenſibilia } .i. materialia, corporea, ac in motu conſiſtentia { alia inſenſibilia ponunt } & a motu,materiaque ſenſibili ſeiuncta { de vtriſq; generibus}.ſ.tã ſenſibilium quàm inſenſibilium {eos conſideratione͂ facere patet } ecce quo modo diſtinxit authores naturales a metaphyſicis, quos nunc proſecuturus proponit: & dicit {quocirca magis apud ipſos moram quiſpiam trahet inquirendo quid bene,aut non bene dixerint ad eorum quæ nunc proponuntur conſiderationem}.i.pro vtilitate conſiderãdi res,quas nunc ſumus tractaturi. Naturalium ergo authorum doctrina eo nomine damnata eſt, ꝙ non de omni ſubſtantia diſſeruiſſent,nec ea tradidiſſent,quæ huic doctrinæ conferre poſſent. Pythagoricorum autem & Platonis ſententia commendatur,vt magis huic commentationi accõmodata. quo fit, vt diſcuſsio huius ſententiæ ad ſuſceptum negotium vſui maiori ſit. Expoſitor autem videtur ratiocinari doctrinam Pythagoricorum & Platonis magis attinere ad præſentem ſcientiam hoc argumento, Doctrina,quæ pertinet ad omnia genera entium, magis pertinet ad præſentem ſcientiam:Sententia Pythagoricorum,& Planis pertinet ad omnia genera entium: Igitur magis pertinet ad præſentem ſcientiam. Maior patet,quoniam præſens ſcientia eſt de omnibus generibus entium, & non de aliquo particulari genere entis. At cum philoſophi naturales ſolum de entibus naturalibus,quæ in motu conſiſtunt,agant,fit vt ſint poſtergandi in præſenti ſcientia. *Quæ Auer. Comm. 18.* Auerroes autem ſuper præſenti parte aſſerit conſiderationem elementorum.i.principiorum rerum mobilium,quæ eſt propria ſcientiæ naturali,eſſe diuerſam a conſideratione principiorum ſubſtantiæ,quatenus eſt ſubſtantia,q̃ eſt propria huic ſcientiæ. Licet nonnulli naturalẽ ſcientiam putent eſſe eandem cum metaphyſica,quoniam ſubtraxerunt genus ſubſtantiarum ſeparatarum,vt poſtea dicemus.nam qui è medio ſuſtulerunt genus ſubſtantiarũ ſeparatarum, naturalem philoſophiam fecerunt primã.Cætera,quæ Auerroes ait, nec ſunt ad verba Ariſtotelis,nec vtilitatem.

TEX. 19. *Vltra quam ἐκτοπωτέρως alio mõ quam peregrinius ſuſius.*

Igitur ij, qui Pythagorici uocantur, principijs quidem, & elementis alieniori modo utuntur quàm naturæ interpretes. Argumento ꝙ, non ex ſenſibilibus ipſa ſumpſerint. Res enim mathematicæ motu uacant aſtrologicis exceptis. Diſſerunt tamen, & tractant omnia de natura,nam & cœlum generant, & id quod accidit circa partes huius,& affectus,& opera cõſeruant. Et principia & cauſas in his conſumunt, ut conſentientes cæteris naturalibus, quoniam & ipſum ens, hoc eſt quodcunque,ſenſibile eſt, atque continet,quod cœlum appellant. TEX. 20. *Cauſas autem & principia (ut diximus) ſufficientia quaſi dicunt & ad aſcendendum in ea, quæ ſuperiora quoque ſunt, & magis illis quàm ſermonibus, qui de natura ſunt, accommodati.*

Expoſitor putat Ariſtotelem nunc velle diſputare primo contra Pythagoricos, & bene dicit, ſed ꝙ primo comparet opinionem horum ad opinionem philoſophorum naturalium ſecundum conuenientiã, & differentiam in præſenti textu,& in ſequenti argumentetur contra Pythagoricos,diſſentit ab Alex.qui vult, vt Ariſto.hic inſectetur Pythagoricos,ꝙ aliena magis & abiuncta a rebus naturalibus principia ponant, ac vlteriora.i.latius patentia excedentiaque,& quæ aliarum naturarum principia eſſe queãt, incorporea.ſ.ac immobilia,vtputa numeros.Hi enim neque rebus naturalibus proxima, neque communibus opinionibus & naturalium authorum ſententijs conſentanea principia ponebant.nam quæ ab alijs principia ſtatuuntur, magis corporibus naturalibus cohærent, & manifeſtiora ſunt.Argumentatur ergo Ariſt. contra Pythagoricos, ꝙ rerum naturalium proxima principia non naturalia, & ſenſibilium inſenſibilia principia ſtatuerint,ac excedentia,& quæ aliarum naturarum principia eſſe queant: quod eſſe abſurdum.3.lib.de cœlo, & mundo probauit Ariſt.aſſerens oportere ſenſibilium *Comm. 61.*

ſenſibilia, ſempiternorum ſempiterna, & corruptibilium corruptibilia proxima principia eſſe, & omnino effectibus ſimilaria. vnde quaſi repetens id, quod. 3. lib. de cœlo dixit aduerſus Pythagoricos. dicit { igitur ij, qui Pythagorici vocantur principijs quidem, & elementis alieniori modo }. i. fuſius patentibus { vtuntur quàm naturæ interpretes } cuius ſimul cauſam reddit, & dicit { argumento ꝙ nõ ex ſenſibilibus ipſa }. ſ. principia, & elementa ſumpſerint, ſed a mathematicis. nã cum eſſent in his verſati, ex his & horum conſentanea principia ponebant. Hæc porro ſunt mathematica, quorum per ipſos principia numeri ſunt. Quòd autem mathematica immobilia ſint, probat, & dicit { Res. n. mathematicæ motu vacant, aſtrologicis exceptis } Aſtrologia enim licet ſcientia mathematica ſit, de rebus tamen naturalibus, & quæ in motu ſunt, ediſſerit, cum aſtra, in quibus verſatur, naturalia ſint, & moueãtur. Quòd autem hæc principia fuſiora rebus naturalibus, non attribuant, niſi rebus naturalibus, ſubdit { differunt tamen, & tractant omnia de natura } & de nihilo alio quàm de rebus naturalibus diſputant, & hæc ex illis generari tradunt { nam & cœlum, & id, qđ accidit circa partes }. i. cœlique partes { generant }. i. generari aſſerunt, quæ principia, vt ſupra diximus, par & impar ſunt { & affectus, & opera conſeruant } ſiue obſeruant rationem reddentes eorum ex numeris nã rationem reddunt rerum cœleſtium { & principia, & cauſas in his conſumunt } quaſi nihil ſit, aut fiat ex ipſis præter ſenſibilia corpora: & quantum ad hoc { vt conſentientes cæteris }. ſ. authoribus { naturalibus } ponebant, qui præter corpora naturalia quæque in motu ſunt, nihil eſſe putabant { quoniam & ipſum ens hoc eſt quodcunque in } rerum natura eſt { ſenſibile eſt, atque continet quod cœlum appellant } Extra. n. cœlum nullum eſſe ens ponebant, vt Peripatetici putabant, qui extra cœlum res poſuerunt, quæ vitam optimam ducunt, ſed omne, quod eſt, & cœlum, & quæ intra cœlum continentur, eſſe putabant { Cauſas autem & principia, vt diximus ſufficientia quaſi dicunt, & ad aſcendendum in ea, quæ ſuperiora quoque ſunt } qm̃ incorporearũ, & pluſquã naturalium rerum dici poſſunt { & }. ſ. quæ principia { magis illis }. i. illarum rationibus quàm { naturalibus ſermonibus accommodati ſunt } Ergo errauerunt, inquantum principia poſuerunt quæ apta ſunt accommodari rebus ſuperioribus quàm ſint res naturales, & tamen ſolum rebus naturalibus attribuerunt. Quòd autẽ principia quæ poſuerunt poſſent accommodari rebus ſupranaturalibus, patet, quoniam Pythagorici poſuerunt numeros eſſe rerum naturalium principia, quos Plato ſubſtãtijs etiam intellectualibus pro principijs attribuit. nã & Deum, & animam numerum eſſe aſſerit ſeipſum mouentem. Dixit autem { ſufficientia quaſi } quia nõ apud omnes numeri poſſunt accommodari pro principiis ſubſtantiis intellectualibus, quæ ſunt ſupranaturales, ſed ſolum apud Platonicos. Dixit etiam principia illa videlicet numeros eſſe aptos accommodari magis rebus vltra naturalibus videlicet intellectualibus quã naturalibus: quoniam apud Pythagoricos numeri minus circũcernunt motum q̃ res naturales. At res intellectuales ſine motu ſunt: Igitur apud illos numeri ſunt magis rebus metaphyſicis accommodabiles q̃ rebus naturalibus. Auerroes vero ſupra præſenti textu in dicat conuenientiam & differentiam quãtum ad conſiderata in aſtrologiam, & naturalem philoſophiam. *Qua Auer. Com. 19.* Conuenientiam quidem, quoniam tam naturalis philoſophia, quàm aſtrologia conſiderat corpora cœleſtia, & eorum partes, & accidentia, & motus. Differẽtiam vero, qm̃ aſtrologia non conſiderat ea, quatenus ſimpliciter ſunt mota. Conſiderat enim figuras, & ſitũ eorum ſm̃ qualitatem motus hoc eſt prout ſtella eſt velox, & tarda, repedans, progrediens, & directa, ſtatiaria, propinqua, atque remota. Inſuper conſiderat de magnitudinibus ſtellarum, & paruitate, & de numero. At naturalis conſiderat de naturis earum, quo ſunt mobilia, vt ꝙ moueantur circulariter, quoniam neq; grauia, neque leuia. & declarat qualis ſpecies motus eis ſit poſsibilis, qualiſve non. quoniam circularis, eſt eis poſsibilis, rectus vero non. Libro vero ſecundo de *Commen. 5* cœlo Auerroes aſſerit aſtrologiam & naturalem differre in conſiderandis ſtellis, atque cœlis ipſis, & cœlorũ partibus, atque figuris, atque ſitibus, & motibus. Primo quia aſtrologus in quæſtionibus, quæ mouẽtur de talibus aſsignat ipſum, quia eſt, tm̃, naturalis vero ipſum propter quid. Secundo quia aſtrologus oĩa, quę de illis conſiderat, in ordine ad quantitates motuum, aut diſtantiarum, aut ſituum. Naturalis autem abſolute, vt mouentur tantum.

Sed quonam modo finito ac infinito ſolum ſuppoſitis, & pare impareque, motus erit. Aut quonam pacto fieri poteſt ut ſine motu, mutationeue generatio, ſit atq; corruptio, aut eorum opera, quæ feruntur in cœlo: nihil dicunt. TEX. 21.

Cũ accuſaſſet Pythagoricos de incompetẽtia principiorum, quæ ponebant, vt ꝙ eſſent excedentia res naturales, & illis non competentia: nunc ſecundo accuſat, vt Alexander inquit, eos, ꝙ cauſas effectrices motuum, & generationis, & corruptionis, & aliorum quæ cœlo attribuuntur, reddere non poſſint: & dicit { ſed quonam modo finito, ac infinito, & } pro. i. { pare } quo vtuntur pro infinito { impareque } quo vtuntur pro fine, finitoque ipſo { ſuppoſitis }. i. vt materialibus principiis ſubiacentibus, nõ ſuppoſito aliquo pro agente { motus erit. } q. d. ꝙ nullo modo eſſe poſſit. Cuius cauſam reddit Alexander, qm̃ numeri, quos ſupponunt materiales cauſas, immobiles ſunt, & nullius motus authores, effectriceſque cauſæ. Præterea cũ numeri ſint cauſa materialis apud eos, & materia nõ moueat, niſi mota: numeri mouere non poterunt, niſi fuerint moti. at cum Pythagorici nullam cauſam aſſerant, quæ numeros moueat, iure coguntur è medio tollere motum. Deinde oſtendit eos eſſe coactos è medio tollere generationem, & corruptionem, quoniã ſublato motu & alteratione, generationem, & corruptionem tolli neceſſe eſt: cum ſine motu nec generatio fieri poſſit, nec corruptio: & dicit { aut quonam pacto fieri poteſt, vt ſine motu, mutationeve generatio ſit, atque corruptio. } ergo cum cogantur tollere motum, cogentur generationem è medio tollere, ac corruptionem. Deinde tertio oſtendit eos eſſe coactos è medio tollere opera ſtellarum, quæ feruntur in cœlo. Sublato enim motu tolluntur opera ſtellarum, & dicit { aut eorum opera quæ feruntur in cœlo } quonã modo eſſe poſſunt. ſ. { nihil dicunt } Subtrahunt enim motum, & cauſam motus. ergo ſubtrahunt opera eorum ſiderum, quæ mouentur in cœlo. verbum { nihil dicunt } conſtrui debet cum ſingulis partibus, videlicet quonam modo motus erit, nihil dicunt, aut quonam

pacto

pacto ſit generatio,& corruptio ſine motu,nihil dicũt aut opera eorum aſtrorum quæ feruntur in cœlo quonam modo eſſe poſſunt, nihil dicunt.i.non explicant. & per opera aſtrorum Alexáder intelligit ortus & occaſus aſtrorum, & ſimilia, & fortaſſe intelligit ſonos, qui ſine motu in cœlis eſſe non poſſunt: qui ſtellis inſunt ſm Pythagoricos motibus harmonicis accedentibus, interuenientibuſque. Auerroes autem in præſenti parte velle videtur Ariſtotelem velle probare ꝙ finitum & infinitum non ſint rerum principia, quoniã cum ſint contraria, oportet ſubeſſe medium ſubiectũ. At cum Pythagorici nullum poſuiſſent ſubiectum medium, non poterunt ponere finitum & infinitum contraria principia. Quæ expoſitio nec conuenit græcis verbis, nec latinis trãſlationibus.nec eſt ad propoſitũ. *Quę Auerroes com.20.*

Præterea ſiue quippiam eis det magnitudinem ex his eſſe, ſiue id oſtendat, tamen quonam modo corporum alia leuia, alia grauia erunt? Ea enim quæ ſupponunt,ac aiunt,non magis de mathematicis corporibus, quàm de ſenſibilibus dicunt. Quocirca de igne,aut terra, aut cæteris corporibus talibus nihil omnino dixerunt:tanquam nihil de ſenſibilibus arbitrati ſint dicere proprium.

Tertio accuſat eos, quoniam non poſſunt reddere rationem quonam pacto ex numeris magnitudo, & corpus conſtare poſsit. nam cum numeri nullam habeant diſtantiam,magnitudines, & corpora (quæ diſtantiam habeant) quonam pacto conſtare poſſunt ex numeris? Non enim poſſunt aſsignare rationem.Inſuper conceſſo ꝙ magnitudines ex numeris conſtẽt,quanam ratione poſſunt dicere aliqua corpora eſſe leuia, aliqua grauia,cum numeri neque graues ſint,neque leues? Supponens ergo primam accuſationem,proſequitur ſecundam & dicit {præterea ſiue quiſpiã eius det} concedatque ſponte nulla ratione cogente {magnitudinem} omneque corpus {eſſe ex iis}.i. conſtare ex numeris,quod eſſe nequit, cum id quod diſtantiam habet,ex iis conſtare nequeant, quæ diſtantia vacant, tamen eis hoc conceſſo {ſiue oſtendatur}.ſ.ratione cogente, ꝙ magnitudo corpuſque omne conſtet ex numeris {tamen quo nam modo corporũ alia leuia, alia grauia erunt?} cum numeri neque graues ſint,neque leues: igitur ex eis non poſſunt corpora grauia fieri, aut leuia. Quòd autem numeri neque graues ſint, neque leues,probat,quia ex æquo tam naturalibus, quã mathematicis competunt. Et cum mathematica abſtrahant a materia grauia & leui, & ab omni materia ſenſibili, etiam numeri, qui eis competunt æqualiter ſicuti naturalibus corporibus, abſtrahẽt a meteria graui & leui,& ſic in ſe erunt neque graues neque leues,nõ ergo ex his poſſunt corpora grauia, aut leuia conſtare dicit {Ea enim}.i.numeros {quos ſupponũt ac aiũt,} vt materialia principia rerum omnium {non magis de mathematicis corporibus quã de ſenſibilibus dicunt} ſed æqualiter aſſerunt numeros eſſe rerum mathematicarum,atque naturalium materialia principia: Igitur in ſe numeri neque ſunt graues, neque leues. Abſtrahunt enim ab omni materia ſenſibili, ſicut res ipſæ mathematicæ. Tunc concludit accuſationem, & dicit {quo circa de igne,aut terra,aut cæteris corporibus talibus} videlicet aere, aut aqua {nihil omnino}.i.nullam propenſionem. ſ.neque grauitatem,neque leuitatem,neque caliditatem,neque frigiditatem {dixerunt} aut dicere potuerunt. quoniam numeri ex quibus cõſtant,neque graues ſunt,neque aliquid id genus,in hoc autem defecerunt {tanquam}.i. quoniam {nihil de ſenſibilibus}.ſ. corporibus {arbitrati ſint dicere proprium} quod non competat mathematicis quod ideo falſum eſt,quoniam corpora ſenſibilia addunt aliquid proprium ſupra mathematicis, vtputa propenſiones naturales,atque ſenſibilium ipſam materiam. Quòd ſi, ea,quę corporibus naturalibus,qua ſunt naturalia,priuatim conueniunt,grauitatem,leuitatem, humiditatẽ, ſiccitatemque ſilentio prætereunt,merito de corporibus naturalibus, vt Alexander inquit, non diſſeruiſſe videri poſſunt, quanquam id præſtare vellẽt, & ſe præſtituros profiterentur. Auerroes vero in præſenti textu poſt multa, quæ dicit extra propoſitum textus in calce commenti colligit cauſam, quare contingit Pythagoricis non dicere ſermonem conuenientem ſenſibilibus,quam cauſam dicit eſſe, quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex non mobilibus, quia ex numeris, qui non ſunt mobiles: quam ſententiam Auerroes confirmauit ſecundo libro de cœlo, & libro.3.eiuſdem. *Quę Auer. Comm.21.* *Commen.61.* *Commen.69.*

Præterea quonam pacto ſumere oportet numeri affectus, ac numerum ipſum cauſas eſſe eorum,quæ a principio, & nũc in cœlo ſunt atque fiunt. Numerum autem nullum alium eſſe præter hunc numerum, ex quo mundus eſt conſtitutus.

Quarto accuſat Pythagoricos ꝙ ex vna parte ponerent numerum eſſe cauſam omnium eorũ,quæ ſunt vel fiunt in mundo, Ex altera vero ꝙ nullum aliũ numerum ponerent præter hunc, qui eſt rerum ſubſtantia,& ſic ſequitur, vt idem ſit cauſa ſui.dicit {præterea quonam pacto ſumere oportet numeri affectus} oportet par & impar {ac numerum ipſum cauſas eſſe eorũ, quæ a principio}.ſ.ortus rerum {& nunc}.i.vſq; nũc {in cœlo}.i.in mundo {ſunt, atque fiunt. Numerum autem nullum alium eſſe præter hunc numerũ,ex quo mundus eſt conſtitutus?} Sequitur enim ſententiam ſic dicentium, vt idem numerus ſit cauſa & cauſatus, quod abſurdum eſſe nemo eſt qui dubitat: cum cauſa ab opere cauſæ ſemper diuerſa ſit, vt Alexander exponit. Auerroes autem in præſenti textu,qui credit Ariſtotelem ducere Pythagoricos ad hoc abſurdum, vt idem ſit numerus qui eſt cœli ſubſtantia, & ſubſtantia rerum generabilium, dicit hoc pro tanto eſt abſurdũ, pro quanto cœlũ habet naturam, quæ ſibi propria eſt, aliam ab ea quę eſt generabilium & corruptibilium,cũ cœlum ſemper ſit in præterito,præſenti,& futuro, Generabilia verò nequaquam. Quòd autem idem ſit numerus,patet quia apud eos eadem eſt natura numerorum ex quibus cõſtat mundus, & numerorum ex quibus conſtant generabilia.Quæ expoſitio eſt vera, non tamen eſt ad verba Ariſtotelis, vt intelligenti græcam lectionem perſpicuum eſt. *Quę Auerroes Com.22.*

Nam cum hac quidem in parte opinio ſit,ipſorum ſententia occaſio quoq; eſt: paulo autem ſupra,uel infra iniuria, & diſceptatio, uel mixtio. Demonſtrationem autem afferunt ex eo, quia unumquodq; iſtorum quidem numerus eſt. Accidit autem ſecundum hunc locum,ut earum magnitudinum, quæ conſiſtunt, multitudo ſit iam, quoniam hi affectus ſingulos locos ſequuntur. TEXT.23. *Occaſio* καιρος *Opportunitas.* *Tempus opportunum.* *Diſceptatio.* διακρισις. *Iuſtitia.* *Iudicium.* *Diſcrimen.*

Vt Alexandro placet Ariſtoteles his verbis oſtendit quomodo Pythagorici mundum confecerint, & numeros qui in ipſo habentur; Quod expoſitoribus nõ

diſplicet, qui aſſerunt Ariſtotelem adducere hic rationem, qua dicebant oĩa, quæ in mũdo ſunt eſſe numeros. Eſt autem ratio ſumpta ab exemplis eorum, quæ ipſi ex numeris conſtituunt, & dicit {nam cum hac quidem in parte} .ſ. mundi {opinio ſit} cuius ſubſtantia eſt numerus binarius {ipſorum ſententia occaſio quoque} quæ græce καιρὸσ .i. tempus opportunum {eſt} .ſ. in altera mundi parte. Tempus enim & opinio duæ res mundi ſunt, quæ licet in mundo ſint, tamen non eandem mundi partem tenent {paulo autem ſupra, vel infra} hæc duo .ſ. in alia mundi parte eſt {iniuria, & } διάκρισισ .i. {diſceptatio} ſiue iudicium, ſiue iuſtitia {vel mixtio} aut ex ijs, quæ in mundo habentur, quicquam aliud. Res enim quæ in mundo ſunt, proportionibus locorum & ſituum diſcrepant, quæ proportio in numerorum varietate conſiſtit. Quòd autem ita ſit, adducit rationem eorum, & dicit {demonſtrationẽ autem} .ſ. ꝙ horum conſtitutio huiuſmodi ordine cõficiatur {afferunt ex eo, quia vnumquodque iſtorum, numerus eſt quidem} nam horum vnumquodque alicuius numeri eſſe aiunt, cuique autem loco in mundo ſuum, propriumque numerum eſſe. medio .ſ. mundi vnum ponunt, ꝙ hic ſit primum, poſt medium vero duo, quæ quidem opinionẽ & audaciam appellabant. Et ſic quo magis a medio recederetur, eo fieri numerum eorum, quæ conſtituerentur, ampliorem: ꝙ numeri, ex quibus conſtituuntur, ac potius quibus hæc ſunt, tales ſint probat, quoniam numerorum affectiones, ipſoſque numeros conſentaneos eſſe locis, qui in mundo habentur, atque ipſis proprios eſſe putant: Deinde ꝙ magnitudines etiam & corpora, quæ in mundo ſunt, diſcrepent hac eadem ratione oſtendit, & dicit {accidit autem ſecundum hunc locum} mundi ſcilicet qui ſub luna eſt {vt earum magnitudinum} & corporum naturalium {quæ conſiſtunt} .ſ. ſub luna {multitudo ſit iam} & diuerſitas {quoniam hi affectus numerorũ} .ſ. quibus conſtant magnitudines {ſingulos locos ſequuntur} .i. differunt, vt loca differunt. & cum dixit {ſecundum hunc locum} loca noſtratia, quæ ſub luna in terra ſunt intelligit, quaſi velit vt in hoc loco ſublunari idcirco multitudo magnitudinum conſiſtat, qm̃ numerus iam in hoc complura ſit, quorum plura exiſtentia differentias efficiant ſecundum multitudinem magnitudinum. Quòd ſi loca differant pro differẽtia numerorum, & magnitudines pro differentia locorũ, ſit, vt magnitudines ſint multæ pro varietate numerorum, vt ſit ratio, corpora differunt locis & ſunt multa multitudine locorum: loca vero varia ſunt, & diuerſa pro differentia numerorum igitur magnitudinum multitudo eſt pro differentia numerorum. Expoſitor autem dicit hic inferius eſſe opinionem, quoniam hic inferius ſunt res contingentes, de quibus eſt opinio. Inſuper & tempus, quoniam contingentia ſunt hic, quæ ſubſiſtunt tempori, pro quanto aliquando ſunt, aliquando non ſunt. Item hic inferius eſt iuſtitia, aut diſcretio, aut mixtio. iuſtitia quidem, quoniam cum res ſunt in loco: qui eis competit, obtinẽt iuſtitiam diſcretio vero, cum res ſublunares ponerentur extra loca, vbi ſunt ſibi ſimilia: verbi cauſa, vna gleba ignis extra locum, in quo eſt ignis mixtio vero, cum corpus eſſet ſimul cum corpore alterius rationis, verbi cauſa vna gleba ignis ſimul cum terra quare ſubluna ſunt tẽpus, & opinio, & iuſtitia, & diſcretio, & mixtio. Sed hæc expoſitio quantum conueniat verbis, ex iis, quæ dicta ſunt, patet. Nam per verbum καιρὸσ non tẽpus, ꝙ eſt menſura motus intellexit, ſed occaſionem opportunitatemque, quæ in tempore accidit: & in rebus, q̃ ſub cœlo ſunt: quem ordinem dualitatem habere putabant, hãc opinionem in mundo obtinere confirmabant, quoniam iis dualitas erat opinio. rurſus quẽ ordinem numerus ſeptem obtineret, hunc in mundo aſsignabant tempeſtiuitati, quoniam hunc numerum tẽpeſtiuitatem eſſe cenſebant. Iniuriam vero vel iudiciũ paulo ſupra, vel infra tempeſtiuitatem, quoniam numerorum, qui hoc erant, ꝙ hæ res ordo idem haberetur. Sed in quibuſdam exemplaribus vt Alexander inquit, pro iniuria legitur inuictum, quod à Pythagoricis idcirco quinque appellari tradunt, quoniam in triangulis triquetris, quæ latera primum dicibilia continẽt laterum angulum rectum complectentium alterũ eſt trium, alterum eſt, quatuor, baſis vero quinque. ergo quoniam baſis æquiualet vtrique ſimul, ideo victrix ipſa, latera vero debellata eſſe dicuntur. ergo numerus quinque inuictum ab iſtis appellatur, quaſi non ſuperatus ſed inuictus ſuperiorque, ſit. nolo tamen te latere hęc Pythagorica eſſe obſcuriſsima, adeo vt Cicero dixerit, ea meruiſſe ſilentium. ſunt enim dicta metaphorice, & quidem adeo obſcure, vt uix verba intelligantur, quare iubente Cicerone, de his ſilendum eſt.

Sed utrum hic idem numerus ſit, qui eſt in cœlo, quem accipere oportet unumquodque horum eſſe, an alius præter hũc? Plato nanque alium eſſe dicit, & licet ille quoque numeros & hæc eſſe, & horum cauſas arbitretur, tamen alios intelligibiles, alios ſenſibiles eſſe cenſet. Sed de Pythagoricis quidem lo qui nunc omittamus, ſatis eſt enim eos tetigiſſe tantum. TEX. 24.

Cum accepiſſet ſecundum Pythagoricos, quomodo numerus ſit ſubſtantia rerum & cauſa rerum, nunc mouet. q. & poteſt quæſtio intelligi vno modo vt Alexander intelligit, ꝙ quærat Ariſtoteles, vtrum idem numerus ſit ſubſtantia rerum, quæ ſunt in mundo & cauſa illius ſubſtantiæ, ita vt idem ſit cauſa ſui: an alius numerus ſit qui ſit cauſa, & alius quia ſit ſubſtantia, & effectus. reſpondet Plato probabilius eſſe, vt ſit numerus cauſa, & alius numerus effectus. Aliter quæſtio intelligi poteſt, vt quærat, vtrũ ſint duo numeri, alius qui ſit ſubſtantia rerum cœleſtium, alius qui ſit ſubſtãtia rerum ſenſibilium, an idem numerus ſit qui ſit ſubſtantia cœleſtium, & ſubſtantia rerum ſenſibilium. Hic ſecundus quæſtionis ſenſus videtur ſatis conueniẽs ꝓpter opinionem Pythagoricorum, qui voluerunt omnes numeros eſſe eiuſdem rationis, & etiam uidetur cõſonus verbis, quibus vtitur pro ſolutione, vnde dicit {ſed vtrum hic idem numerus ſit, qui eſt in cęlo} .i. qui eſt ſubſtantia rerum cœleſtium {quem accipere oportet vnumquodque horum eſſe} .i. quem oportet accipere vt ſit ſubſtantia rerum ſenſibilium, quæ ſubluna res ſunt, ita vt idem numerus ſit ſubſtantia rerum cœleſtium, & rerum ſenſibilium {an alius} .ſ. ſit numerus cœleſtis {præter hunc} .i. præter hunc numerum ſenſibilem, ita ut ſint duo numeri, alter qui eſt ſubſtantia cœleſtium, alter qui eſt ſubſtantia ſenſibilium? hæc eſt quæſtio. Cui reſpondens dicit {Plato nanque aliũ eſſe dicit} quoniam aſſerit duo eſſe genera numerorum, quorum alterum eſt ſubſtantia rerum cœleſtium, alterum vero ſubſtantia rerum ſenſibilium. Sed dices vtrũ Plato aſſerens hos duos numeros genere diſcrepantes voluerit, vt numerus cauſa ſit numerus effectus verbi

cauſa,

cauſa, vt numerus cœleſtis, qui eſt ſubſtantia rerum cœleſtium, idem ſit cum eo, qui eſt cauſa illius: & numerus, qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, idem ſit cum eo, qui eſt cauſa illius. Reſpondet Ariſtoteles, & & dicit {& licet ille}.ſ. Plato {quoq; numeros & hæc eſſe, & horum cauſas arbitretur {ita, vt velit ꝙ numerus cauſa in vnoquoq; rerum genere ſit numerus ſubſtantia {tamen alios ſenſibiles} qui idem ſint cauſæ, & ſenſibiles ſubſtantiæ, {alios intelligibiles} qui idem ſint cauſæ. & res ipſæ intelligibiles {cauſas eſſe cenſet} ita, vt ſint duo genera numerorum qui ſunt cauſæ, & duo genera numerorum qui ſunt ſubſtantiæ. Sed ſi ſequemur expoſitionem Alexandri, lege quæſtionem hoc pacto {ſed vtrum hic idem numerus ſit, qui in cœlo eſt}.i. qui in mundo eſt {quem accipere oportet vnũ quodque horum eſſe.i. qui ſit ſubſtantia cuiuſque rei, quæ eſt in mundo {an alius præter hunc} qui non ſit ſubſtantia cuiuſque rei, quæ eſt in mundo, ſed cauſa ſubſtantiæ. Ergo ſenſus quæſtionis eſt, vtrum ſit in rebus mundi idem numerus cauſa, & numerus ſubſtantia rerum? reſpondet, & dicit {Plato nanque alium eſſe dicit} nam aſſerit numerum qui eſt cauſa, alium eſſe a numero qui eſt rerum ſubſtantia: alioquin idem eſſet cauſa ſui {& licet ille}.ſ. Plato {quoque numeros & hæc eſſe}.ſ. quæ res ſunt in mundo {& horum cauſas arbitretur} Sunt enim duæ ſubcontrariæ ſimul veræ, quoniam numeri ſunt hæc.i. ſubſtantiæ rerũ mundi, & numeri ſunt cauſæ horum.i. ſubſtantiarum rerũ mundi, & oſtendens has eſſe ſubcontrarias ſimul veras ſubdit {tamen alios}.ſ. numeros {intelligibiles eſſe cauſas cenſet}.ſ. rerum ſenſibilium {alios} eſſe numeros {ſenſibiles} qui ſunt ſubſtantiæ rerum mundi, & effectus. Aſſerit enim Plato, vt Alexander inquit, intelligibiles numeros eſſe formales numeros atq; ideales, quos cauſas rerum ſenſibilium ſtatuebat. Ergo voluit Plato, vt alij ſint numeri cauſæ videlicet qui ſunt numeri formales, & ideales, & alij numeri ſubſtantiæ, qui ſunt res ipſæ ſenſibiles. Hæc eſt expoſitio Alexandri. Expoſitor autem quaſi tertio modo exponit, quantum enim ad quæſtionem quærit vt Alexander, vtrum idem ſit numerus cauſa, & numerus ſubſtantia, & quantum ad ſolutionem vult, quòd Plato aſſerat eſſe alium propterea quia nihil poteſt eſſe ſui ipſius cauſa. Sed quantum ad illud, quod addit de duplici numero, aſſerit duplicem eſſe numerum intellectualem, & ſenſibilem, & vnumquemque diuidi in numerum cauſam, & in numerum ſubſtantiam vt ſit numerus intellectualis numerus cauſa, & numerus ſubſtantia, & numerus ſenſibilis ſimiliter. Vnde Ariſtoteles dicit {& licet ille}.ſ. Plato {quoque numeros} velit eſſe duorum generum videlicet {& eſſe hæc}.i. ſubſtantias rerum {& horum cauſas arbitretur, tamen alios intelligibiles, alios ſenſibiles cauſas eſſe cenſet} diuerſos tamen ab eis, quorum ſunt cauſæ. Nam numeros intellectuales exiſtimauit cauſas eſſe rerum inſenſibilium, numeros vero ſenſibiles cauſas eſſe ſenſibilium: Quæ expoſitio placet etiam, & quoniam intelligere opiniones Pythagoricorum erat difficile etiã Ariſtoteli ideo ſubdit {ſed de Pythagoricis quidem loqui nunc omittamus}.ſ. propter obſcuritatem eorum, quæ dicunt {ſatis eſt enim eos tetigiſſe tantũ} locumq; monſtraſſe. Auerroes autem ſuper illa parte præcedentis textus {accidit autem ſecundum hunc locum, vt earũ magnitudinum} licet in exponendo nihil ad propoſitum dicat, tamen reprobat eam opinionem, quam veteribus tribuit quòd differentiæ ſubſtantiales corporum ſint propter loca, quoniam ſi ita eſſet, cõtingeret, vt idem corpus eiuſdem naturę quando fuerit ſurſum, ſit cœlum & æternum propter locum, & quando fuerit deorſum, ſit aliquod quatuor elementorum aut generabile & corruptibile propter locum, Quod pro abſurdo derelinquit, vnde & primo libro de cœlo aſſerit naturam de cœlo & alijs corporibus dici æquiuoce, quod idem confirmat ſecundo phyſicæ auſcultationis. Super autem hac parte {Plato nanque alium eſſe dicit} Auerroes aſſerit cum Alexandro numeros, qui ſunt cauſæ ſenſibiliũ, eſſe alios à numeris, qui ſunt ipſæ res ſenſibiles, quoniam numeros, qui ſunt cauſæ, arbitratur eſſe intellectuales, numeros vero qui ſunt res ſenſibiles, eſſe ſenſibiles. Inſuper ſecundo ait Ariſtotelem dimiſiſſe vlteriorem conſiderationem de Pythagoricis tum quia ſufficienter contradixit, tum etiã quoniam poſt hæc eſt neceſſarium contradicere opinioni Platonis, qui aſſerit numeros intellectuales eſſe cauſas ſenſibilium. Verum verba textus non ſunt conſona huic expoſitioni, vt patet cõſideranti verba græca.

Quæ Auerro. comm. 23. *Comm. 5.* *Comm. 3.* *Quæ Auer. Com. 24.*

Capitulum quartum. Aduerſus Idearum aſſertores: & quomodo Naturales rerum cauſa viſi ſunt inquirere.

Qvi uero ideas ponunt cauſas, primo quidem quærentes harum rerum ſumere cauſas, alia his æqualia numero attulerunt: perinde ac ſi quiſpiam enumerare uolens, pauciora quidem cum ſint, non poſſe putet, plura autem a ſe facta enumeret.

Conueniunt omnes, ꝙ reprobata poſitione Pythagoricorum, nunc accuſet poſitionẽ Platonis de ideis, & Alexander præſentem textum tripliciter exponit: Primo quidem quòd Ariſtoteles Platonicis hoc primo vitio det, quòd inueſtigantes cauſas rerum naturalium, tranſeant ad quædam æqualia numero iis, quorum cauſas quærunt, æque ignota, vel ignotiora, & dicit {qui vero ideas ponunt}.ſ. Platonici eſſe {cauſas, primo quidem}.ſ. vitio errauerunt, quoniam {quærentes harum rerum}.ſ. naturalium {cauſas ſumere, alia}.ſ. ideas {ijs æqualia numero attulerunt} quæ ſunt aut ignotiora, aut æque nota, & ſic errant, quoniam certificatio ſemper fieri debet per notiora. Deinde eiuſmodi errorem oſtendit per ſimile in numeris, & dicit, & faciunt iſti {perinde ac ſi quiſpiam enumerare volens putet} ſe {non poſſe enumerare pauciora quidẽ} vel æqualia {cum ſint} & ſubaudi ignotiora {plura autem} aut æqualia {a ſe facta enumeret} æque ignota, vel ignotiora credens, ſcilicet additione eorum certificari de numeratione id igitur quod primo vitio dat Platonicis eſt, ꝙ pro certificatione rerum ignotarum quam quærunt, addunt tot vel plura æque ignota vel ignotiora. Vel quod vitio dat Platonicis, eſt ꝙ volentes entium cauſas cognoſcere, per hæc.ſ. ideas quærebant ipſorum cauſas, nam per illas putabant entium cauſas reddere, ſimile facientes ac ſi uelit quiſpiã multitudinem aliquam numerare, quàm numerare nequeat aliã æqualẽ multitudinem apponat, & ſic deinde connumeret primam cum ſecunda, & hi tanto magis errabunt quanto rebus inquirendis adderent multitudinẽ numero ęqualẽ ex ſimilibus, ſimiliterq; ignotis cõſtantẽ: ſicut faciunt Platonici, qui ideas ponũt nihil alio

Prima Alex. expoſitio. *Secunda expoſitio.*

quàm ſola æternitate à ſenſibilibus diſcrepantes: & quidem aut ignotiores, aut ęque ignotas ſicut res ſenſibiles, quarum cauſas quærunt, vnde dicit { Qui vero ideas ponunt cauſas primo quidem } ſubaudi errant, quoniam { quærentes harum rerũ }.ſ.naturalium { ſumere cauſas, alia }.ſ.ideas { ijs æqualia numero attulerunt } putantes per additionem æqualium vel plurium fieri certiores de præaccepta multitudine facientes.ſ. { perinde ac ſi quiſpiam enumerare volens } ſubaudi quædam { putet non poſſe } illa enumerare { pauciora } vel { æqualia cum ſint, plura autem a ſe facta enumeret } conſtat enim hunc ſtulte moueri, quia in paucioribus via certificationis facilior eſt, cum facilius certificemur in paucis q̃ in pluribus. Eſt enim numerus tanto certior, quanto minor eſt, cum ſit vnitati propinquor, quæ eſt menſura certiſsima. Id igitur quod vitio dandum eſt Platoni, eſt, quòd pro certificatione rerũ ſenſibilium, quæ numero certo conſiſtunt ſaltem ſecundum ſpeciem, addat alia tot numero, & errauit. quoniam ſi minor numerus non eſt certus, maior non erit certus, ſed numerus rerum ſenſibilium eſt incertus, qui cum numero idearum eſt maior, ergo redditur incertior. Sed hæc expoſitio non placet, niſi reducatur ad priorem, quoniam tunc difficultas verteretur circa enumerationem tantum, & non circa rerum naturas, quarum ſcientiam quærimus. Solum enim Ariſtoteles accuſaſſet Platonem, ꝙ idearum additione relinqueretur ignorantia numerationis rerum naturalium ſecundum ſpeciem, & non ignorantia naturarũ. Propterea dicendum, vt in prima expoſitione dictum eſt, ꝙ quemadmodum in numeratione redditur numerus incertior additione æqualis numeri, vt ſi primus erat incertus, additione maioris, vel æqualis redditur incertior quo ad numerationem: ita ſi res naturales ſint incertæ ſecũdum naturas ſpecificas, redduntur incertiores quo ad naturas additione idearũ, quæ ſunt tot numero, quot res naturales ſecundum ſpeciẽ ſumptæ, & æque ignotæ, vel ignotiores. Quam expoſitionem ſequens Expoſitor inquit, ſicut igitur numeratio. eſt quædam rerum certificatio quantum ad earum numerum, ita cauſarum inquiſitio eſt naturarum rerũ certificatio quantum ad naturas. Ergo ſicut numerare pauciores res facilius fit quantum ad earum numerum, ita de paucioribus certiores ſumus quãtum ad earum naturas. Quia igitur Plato pro notificatione naturarum rerum ſenſibilium, addidit rerum genera, q̃ vocauit ideas; addidit ſupra difficultatem maiorem difficultatem, accipiens quod eſt difficilius pro manifeſtatione rei minus difficilis. Tertio exponit Alexander quòd illud, quod Ariſtoteles reprehendit, ſit, ꝙ adiicientes totidem ferè numero ijs, de quibus inquirebant, ſi omnium.ſ.tam priorum quàm etiam adiectorum cauſas inquirere, & explicare volebant, difficilius rem agebant, huic enim ſenſui ſimile eſt etiã numeri exemplum: vt patet conſideranti, & iuxta hanc expoſitionem dicit { qui vero ideas ponunt cauſas, primo quidem } ſubaudi errant, quoniam { quærentes harum rerum }, ſcilicet naturaliũ { ſumere cauſas, alia iis æqualia numero attulerunt }.ſ.ideas, & ſic rem difficiliorem fecerunt ſubaudi ſi voluerint priorũ, & adiectorum reddere cauſas { perinde ac ſi quiſpiam enumerare volens } ſe { non poſſe enumerare putet pauciora cum ſint } prius aſſumpta { plura autem à ſe facta } additione.ſ.poſteriorum ad priora { enumeret } vnde ſicut enumerare priora cum prioribus difficilius eſt, q̃ numerare priora tantum, ſic ſcire res naturales cum ideis difficilius eſt quàm ſcire res naturales tantũ. Et ſic exemplum conuenit huic tertiæ expoſitioni & hanc expoſitionem puto faciliorem, verbiſq; magis accommodatam eſſe.

(Margin, left: *Tertia expō.*)

Penè autem æquales, aut non pauciores ſpecies his ſunt, quorum cauſas quærentes, ex his ad illas profecti ſunt, quoniam per ſingula quoddam eiuſdem nominis eſt, quod et præter cæterorum ſubſtantias unum eſt in multis & in his, & in perpetuis rebus.

(Margin, right: *Enim* γὰρ *autem* δὲ. TEX.26. *Eiuſdẽ nominis.* ὁμώνυμον *Præter.* παρὰ. *Circa.*)

Cum accepiſſet ꝙ quærentes rerum cauſas aſſumpſerint Platonici iis æqualia numero, quorum cauſas quęrebant, nunc declarat illa, quæ Platonici aſſumpſerunt, eſſe æqualia numero iis, quorũ cauſas quærebãt, & primo proponit illud, cuius rationem vult reddere, & dicit { pene autem æquales, aut non pauciores ſpecies }.i.ideæ { his ſunt }.ſ.ſenſibilibus { quorum cauſas quærẽtes ex his } ſenſibilibus ſcilicet { ad illas }.ſ.ideas { profecti ſunt } hoc eſt illud, quod proponit, cuius cauſam reddere vult in codicibus noſtris græcis loco verbi, autem, legitur, enim, ſed Alexander, & Byzantius, legunt, autem, & puto ſic eſſe legendum: quoniam hic proponit, non reddit cauſam. Et cum dicit { his } non ſingularibus & indiuiduis, ſed formis, ſiue ſpeciebus, quæ in ipſis ſunt, intelligit. Neque enim Socratis, aut Platonis, ſed hominis, equive cauſas indagabant. His enim numero penè æquales ideas eſſe tradebant { pene } autem fortaſſe idcirco adiecit, quoniam non omnium communium ideas eſſe ſtatuebant. nam neque artificioſorum, neque malorum ideas faciebant, quanquam ipſorum doctrinæ vt horum quoque ideas eſſe dicerent, erat cõſentaneum, vt paulo poſt declarabit. Cum propoſuiſſet non eſſe ideas pauciores ijs, quorũ cauſas quærerent, aſsignat rationem, & dicit { quoniã per ſingula, } ſcilicet indiuidua eiuſdem ſpeciei, vt per ſingulos homines, ꝑ ſingulos equos, per ſingulos leones { quoddam }.ſ.vniuerſale { eiuſdem nominis eſt }.i. vniuocum { quod & præter cæterorũ ſubſtantias }.i. quod & præter ſubſtantias ſingularium eiuſdem ſpeciei { vnum eſt in multis }.i.vna ſpecies eſt in multis, & huius talis ſpeciei Plato poſuit ideã, & tot ideas, quot ſunt tales ſpecies ſingularium, vt ideam hominis, ideã leonis, & ſic cæterorum & cum dixit { præter cæterorum ſubſtantias } intellexit ratione: non re, quoniam idea eſt præter ſubſtãtia cæterorum re. At ſpecies, quæ eſt vnum vniuerſale in multis, eſt præter illa multa non re, ſed ratione & quoniam ſpecies ratione eſt præter multa, ideo ei correſpondet idea. Plato enim poſuit cuilibet vniuerſali reſpondere ideam, quod ſecũdum rationem eſt præter ſingularia: addit { & in his, & in perpetuis rebus } nam cum dixit { in his } intelligit, vt Alexander inquit, quæ naſcuntur & intereunt, & cum dixit { & in perpetuis rebus } non intelligit diuerſa apud Alexandrum, ſed eadem, quæ naſcuntur & intereunt. nam hæc ſunt perpetua in mundo, quoniam hæc in mundo per ipſos ſempiternum habent eſſe ſaltem ſucceſsione, quaſi dicat & in his & in perpetuis rebus, ideſt & in ſingularibus corruptibilibus, quæ perpetua ſunt in mundo. Expoſitor vero dicit { & in his, } ſcilicet ſenſibilibus corruptibilibus { & in perpetuis rebus } ideſt & in mathematicis, quæ ſunt ſempiterna, quia etiã in eis multa ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Laborat aũt.

Expoſitor,

Expoſitor, cur dixit {aut æquales, aut non pauciores ſpecies his} & laborat fruſtra, vt mihi videtur, q̃m ſm Alexandrum pro eodem accepit, vt ſit alterum quaſi alterius expoſitio. Q̃m Alexander ſic habebat {quoniam per ſingula eſt quoddam æquiuocum} enititur aſsignare cauſam, quare vniuerſale, quod eſt vnum in multis, ſit æquiuocum, quia vero nos in græcis codicibus habemus ὁ μώνυμον .i. eiuſdem nominis, non aggredimur aliter expoſitionem. Nam Alexander exponit æquiuocum pro vniuoco: & ſic venit in idem.

Auerroes quantum ad expoſitionem textus nec parte illa, {qui vero ideas ponunt cauſas} nec parte præſenti aliquid boni affert. Tamen parte præſenti in calce commẽti dicit ſic, & vniuerſaliter natura ſpecifica, nullum habet eſſe niſi quatenus eſt in intellectu, per quæ indicat vniuerſalia non eſſe re alia, quoniam vt ipſe dicit libro de anima primo, intellectus, eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus, libro quoque ſecundo

Quæ Auerr. Co. 25. et 26.

Comm. 8.

» eiuſdem ait ſic, intellectus autẽ mouetur ad vltimam
» perfectionẽ à rebus vniuerſalibus, quæ ſunt in aïa. Libro etiam tertio eiuſdem dicit ſic, & oïa dicta ab Ariſt.

Comm. 10.

» in hoc ſunt ita, q̃ vniuerſalia nullum habeãt eſſe extra
» animam. Q̃m ſi vniuerſalia eſſent extra animam, vt po
» nit Plato fruſtra poneretur intellectus agens. Duodecimo vero libro huius ſic inquit, vniuerſalia.n. apud Ari

Comm. 18.

» ſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu,
» qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam
» intentionem. Plato autem ponebat vniuerſalia exiſte
» re per ſe extra animam. Ergo ſecundum Auerroem
» nihil eſt extra animam, niſi ſingulare. Sed de re hac in
» dilucidario dilucide diſputauimus.

Deinde nullo eorum modorum eſſe ſpecies uidentur, per quos ipſas eſſe oſtendimus, Ex quibuſdam enim nõ neceſſe eſt fieri ratiocinationem. Ex quibuſdam autem & eorum etiam ſpecies fiunt, quorum non eſſe ſpecies cenſemus.

Vide in primo de Anima co. 8. & ſecundo de Anima cõ. 60. & tertio de anima cõ. 18. & 12. met. com. 4.

Cum Ariſtoteles ſit argumentatus contra concluſionem Platonis aſsignando contra eum primum vitiũ, nunc obijcit contra rationes, & primo præmittit modos, quibus proficiſcendum eſt cõtra rationes Platonis. Et præmittit duos modos, quorum primus eſt, q̃ rõnes eius non concludant, ſecundus vero, q̃ ſi cõcludunt, poſſunt reduci contra eum, ſcilicet ad dicendum quædam, quæ ipſi negant: & dicit {deinde nullo eorum modorum eſſe ſpecies} .i. ideæ {videntur, per quas ipſas eſſe oſtendimus} quaſi dicat ſecundo Plato errauit, quia rõnes, quibus vſus eſt ad probãdum ideas, non valent. Quòd vero non valeant, oſtendit: & dicit {ex quibuſdã enim} .ſ. modorum, quibus vtuntur {nõ neceſſe eſt fieri ratiocinationem} ergo primus modus eſt, quòd rationes, quibus vtuntur, non concludant {ex quibuſdam autem} .ſ. modorum, quibus vtuntur {& eorum ſpecies} .i. ideæ {fiunt, quorum non eſſe ſpecies cenſemus} ergo ſecundus modus eſt quòd ſi rationes Platonis concludunt, poſſunt reduci contra eum, ſcilicet ad dicendum ideas eſſe quorundam quorum negant eſſe ideas, vſus eſt autem Ariſtoteles verbo {oſtendimus} & verbo {cenſemus} quaſi profeſſus, vt Alexander inquit, dum Platonis refert ſententiam, ſuam ipſius referre ſibi videri, eamque non vt aliena placita dogmataque inſectari, ſed vt ſuam differere ac examinare, vt intelligatur veritatis indagandæ gratia quæſtionem eſſe ſuſceptam. Vel, vt Expoſitor inquit, vt intelligatur primo Platonicus fuiſſe, Platoniſq; diſcipulus. Sed pro intelligentia verborum Ariſtotelis, quicquid Alexãder prolixe dixerit, animaduertas, rationes quibus Plato vſus eſt, aliæ ſunt omnino falſæ, a ſyllogiſticæ, ac omnino nihil demonſtrantes, aliæ vero ſunt quæ aliquid demonſtrare videntur, illud tamen incommodum non effugiunt, quin earum rerũ ſint ideæ, quarum his eſſe nõ placet. omnino falſæ quidem ſunt, ſi quicquam verum eſt, ideæ ſunt, aliquid eſt verum, & non ex his, quæ apud nos habentur, ideæ igitur ſunt. præterea ſi memoria eſt, ideæ ſunt, quia memoria rei manentis eſt: ſed memoria eſt, & non rerũ, quæ apud nos ſunt: Igitur ideæ ſunt. Inſuper ſi numerus eſt entis, ideæ ſunt, numerus eſt entis, & ea, quæ apud nos ſunt, nõ ſunt entia: Igitur ideæ ſunt. Ad hæc, ſi definitiones ſunt entium, ideæ ſunt, definitiones ſunt entium, & quæ apud nos ſunt non ſunt entia: Igitur ideæ ſunt. Sed quoniam, vt Alexander inquit, huiuſmodi rationes falſæ ſunt, & nihil conficiunt, idcirco harum nullam cõmemorat, quaſi ſupponens eſſe euidentis falſitatis. vult igitur Alexander, vt eas tantum refellat, quæ aliquid demonſtrare videntur: illud tamẽ incommodum non effugiunt, quin earum rerum ſint ideæ, quarum his eſſe non placet. Expoſitores ergo, qui volunt, vt Ariſtoteles proſequatur vtrunque modum expoſitum in textu contra Platonem, non conſonant iis, quæ Alexander inquit. Auerroes autem nihil dicens ad propoſitum textus, affirmat in præſenti parte ſermones, qui ſunt demõſtrationum partes, quique dicuntur ſcientiæ, non eſſe aliud quàm ſpecies .i. non eſſe alias propoſitiones, q̃ confectas ex terminis ſpecificis, quas eſſe bifariam ſubdiſtinguit. quoniã aliæ conſtant ex vniuerſali, quod eſt vnum prædicatum de pluribus, veluti omne animal rationale eſt animal, vel diſciplinabile. Aliæ vero ex affirmatiuis .i. ex indefinitis, quæ deſcribũtur vt in eis aliquid prędicetur de aliquo, vt quoddam currens eſt animal rationale. & tu intelligas q̃ ſylloſmi alii ſint ex vniuerſalibus vtriſq;, alii vero ex altera vniuerſali, ex altera particulari vel infinita. Quæ licet ſint vera, ignoro quonam modo ſint ad propoſitum verborum Ariſt. in præſenti loco.

Quæ Auerro. comm. 27.

Etenim per rationes ſcientiarum ideæ eorũ omnium erũt, quorum ſcientiæ ſunt.

Expoſitores putãt nunc Ariſtotelem proſequi illos duos modos ſpeciatim, per quos contra Platonem ꝓcedendum eſſe propoſuit: & primo quidem ſecũdum oſtendendo, ſequi per rationes Platonis ſpecies eſſe aliquorum, quorum ſpecies Plato negabat. Secundo primum oſtendendo, rationes Platonis non eſſe ſufficientes ad oſtendendum eſſe ſpecies. partem ſecundã deſignant ibi {maxime vero omnium id quiſpiam} Alexander autem putat Ariſt. proſequi ex modis, per quos propoſuit eſſe procedendũ contra Platonem ſm tantum, q̃m rationes, quæ non concludunt ideas, quibus vſus eſt ad ſyllogizandum ideas, ſunt adeo apertæ falſitatis, vt non indigeant pertractatione. Ergo vult, vt Ariſtoteles oſtendat rationes Platonis ſi concludũt ideas eſſe, concludere etiam earum rerum eſſe ideas, quarum Plato negat ideas: nec opus eſt, vt Alexander inquit, externis rationibus ad expugnanda Platonis dogmata: quoniam ſi rationes, quibus iſti ideas eſſe conantur huiuſmodi ſunt, vt vel propoſitum non conficiant, aut earum quoque rerum ideas

eſſe colligant,quarum iſti eſſe negāt,nihil opus eſt externis rationibus ad refellēdam eorūopinionem. Sed vtrum Ariſtoteles proſequatur tantum ſecundū modum procedendi contra Platonem, cum erimus in ea parte,quæ incipit {maxime vero omnium id quiſpiā} dilucidabimus. Nunc vero dicamus Ariſtotelem oſtēdere rationes Platonis, ſi concludunt ideas eſſe, earū rerum etiam concludunt ideas, eſſe, quarū ideas eſſe negat Plato: & primo hoc oſtendit per rationem eius,quæ accipitur ex ſcientia,quæ ſecundum expoſitores hæc eſt. Quorum eſt ſcientia, eorum ſunt ideæ: ſcientia eſt ſenſibilium: igitur ideæ ſunt ſenſibilium. Maior patet, quia quorum eſt ſcientia, eorū non poſſunt eſſe niſi quædam æterna & vniuerſalia,quæ vocātur ideæ,non enim ſcientia eſt corruptibilium. Ergo erit æternorum,quæ ſunt ideæ ſenſibilium. ſecundum igitur hanc rationem argumentor cōtra eum,quorum ſunt ſcientiæ,illorum ſunt ideæ (ſecundum.n.eum ꝓpter ſcientiam,quæ habetur de ſenſibilibus,eſt neceſſitas idearum) Sed negationum habetur ſcientia (ſunt enim aliquæ concluſiones demonſtrationum negatiuæ,aliquæ vero affirmatiuæ) Igitur ideæ ſunt negationum: cuius oppoſitum Plato ponebat & ſic ſecundū hanc expoſitionem cum præſenti textu debet copulari ſequens,quoniam ſecundum eos ex vtroque fit vna ratio cōtra Platonē. Sed hæc expoſitio cum hoc quod eſt contra Alexandrum, videtur contra verba Ariſto. nam ꝑ verba quæ ſequuntur,manifeſte Ariſtoteles demonſtrat eſſe alteram rationem contra Platonem hāc ab ea,quæ ponitur in verbis ſequentibus. Quare dicamus cum Alexandro Platonem multifariam ſcientijs vſum eſſe ad aſſerendas ideas & de rationibus, quibus vtitur, prima eſt talis,Omnis ſcientia ad aliquid vnū, & idem relata, officio ſuo fungitur, ſed non refertur ad aliquod ſingulare. Ergo præter ſenſibilia aliquid eſt in vnaquaque ſempiternum, & exemplar eorum, quæ in vnaquaque ſcientia efficiuntur,hoc autem eſt idea.ſecunda vero talis,quarum rerum ſcientiæ habentur, eæ res ſunt: ſcientiæ autem aliorum ꝗ ſingulariū habentur. Nam ſingularia ſunt infinita, & indeterminata.Scientiæ vero quiddam definitum ſunt, ergo aliqua præter ſingularia, & hæc ſunt ideæ. Deinde medicina non eſt ſcientia huius ſanitatis,ſed ſanitatis ſimpliciter. Eſt igitur aliqua ipſi ſanitas, & hæc eſt idea. Ad hæc,geometria non eſt huius æqualis,& huius commēſurabilis, ſed ſimpliciter æqualis, & ſimpliciter commenſurabilis. Eſt igitur quiddam ipſi æquale, & ipſi commenſurabile, & hoc eſt idea. Itaque huiuſmodi rationes propoſitum,hoc eſt ideas eſſe,non conficiūt, licet aliqua eſſe colligāt præter ſingularia,& ſenſibilia, quæ tamen non protinus ſunt ideæ. Nam communia, quorum ſcientias eſſe dicimus,præter ſingularia ſunt, quæ tamen non ſunt ideæ.præterea rerum artificioſarum ideas eſſe colligunt. Etenim ars omnis opera ſua ad aliquid vnum refert,& eæ res,quarum artes habentur, & artes rerum à ſingularibus diuerſarum habētur ſed poſterior ratio non ſolū non demōſtrat ideas eſſe, ſed earum rerum,quarum his non placet ideas eſſe,cōfirmare videtur. Nam ſi idcirco ipſis ſanitas eſt,qm̄ medicina non eſt huius ſanitatis, ſed ſanitatis ſimpliciter, idem quoque erit in ſingulis artibus. Ars enim nō eſt ſingularis, neq; huius,ſed illius ſimpliciter, in quo verſatur,vt ars lignaria eſt ſedilis ſimpliciter,non huius ſedilis,& lecti ſimpliciter,non huius lecti, eadem eſt pingendi,ac edificandi artium ratio, & aliarum cuiuſque ad ſuum ſubiectum, ſequitur ergo contra Platonis placita rerum quoque artificioſarum ideas eſſe. Quare hoc pacto ratio,quæ accipitur ex ſcientia, intelligenda eſt,vt ſi propterea quia ſcientiæ ſunt vniuerſalium, & non ſingularium,ideæ ſunt rerum ſenſibilium, ideæ eadem ratione erunt rerum artificioſarum, quoniam artes ſunt rerum vniuerſalium, & nō ſingularium,hoc autem eſt contra Platonis placitum. Et ſic ſi ratione colliguntur ideæ, eadem colligentur ideæ earum, rerum, quas Plato negat ideas.

Et per ipſum unum in multis, negationum quoque erunt.

Secunda ratio, qua vtebaẗ Plato ad aſſerendū ideas eſſe,eſt talis. Si aliquod eſt in ſingulis, quod eſt præter ſingula, idea eſt. quod enim vnum eſt in pluribus ab ipſis ſeiunctum, & ſempiternum,hoc idea eſt: ſed eſt vnum in multis,quod eſt præter illa, vt homo in multis hominibus, qui eſt præter illos homines,& animal in multis animalibus, quod eſt præter illa animalia. Igitur ſunt ideæ,contra hanc rationem obiicit, qm̄ per hanc ſequetur negationum eſſe ideam, atque non entium. negatio enim vna eademque de multis dicitur, & de non entibus,& a ſingulis,de quibus vere dicitur, diuerſa eſt.non homo enim de equo,& cane, cęteriſq; omnibus ab homine diuerſis dicitur, ac proinde vnū in multis eſt,neque idem eſt, quod eorum aliquod ſit de quibus dicitur. propterea ſemper manet, cum ſimiliter de ſimilibus vere dicatur,non muſicum enim de multis vere dicitur,de omnibus videlicet non muſicis, quemadmodum non homo de non hominibus, quo fit vt negationum quoque ideæ ſint: quod eſt contra Platonis placita, & abſurdiſsimum. non exiſtendi.n. idea eſſe qui poteſt? probat autem Alexander non exiſtendi non poſſe eſſe ideam pluribus rationibus, quæ cum ſint perſpicuæ,bona ratione derelinquantur. Ariſtoteles itaq; dicit {& per ipſum vnum in multis}.i.& per argumentum,quod accipitur ab eo, quod eſt vnū in multis, probans ideas eſſe { negationum quoque} ideæ {erunt} quoniam eadem ratio, quæ valet in illis, valet in negationibus, vt expoſuimus.

Per intellectionem autem alicuius deletis rebus, intereuntium erunt. nam horum quiddam phantaſma exiſtit.

Tertia ratio, qua vtebatur Plato, ſic componitur ſecundum expoſitores,quorumcunq; ſunt ſcientiæ,illorum ſunt ideæ: ſed corruptibilium ſunt ſcientiæ: igitur corruptibilium ſunt ideæ, & ſic aliquæ ideæ corruptibiles ſunt. Sed non placet hæc expoſitio, primo, quia non ſequitur, vt ſi ideæ ſint corruptibilium, ſint ipſe corruptibiles,immo potius ſequitur,vt ſint ſempiternæ. Deinde quia hæc expoſitio non poteſt verbis applicari, vt patet conſideranti verba Ariſtotelis. Aliter ergo ratio Platonis cōponitur, Si intellectio eſt alicuius deletis rebus,quibus ineſt,ideæ ſunt:Sed intellectio eſt hominis,vel aĩalis deletis ſingularibus hominibus, quibus homo ineſt,vel ſingularibus animalibus, quibus animal ineſt. Igitur hominum, & animalium ideæ ſunt. Contra obiicitur,quoniam tunc cuiuſq; ſingularis eſſet idea, quoniam aſſumpta maiore, addo, ſed cuiuſque ſingularis eſt intellectio deleto ſingulari: Deleto enim Socrate, vel Platone intelligentia eorum remanet. quoniam phantaſma cuiuſque eorum ſeruamus eis deletis. quoniam & ea intelligimus, quæ penitus

tus non ſunt, vt Hippocentaurum, & Chimæram, ergo eorum erunt ideæ, quod eſt contra eos. quare nec hac quidem ratione efficitur, vt ideæ ſint: dicit {per intel lectionem autem alicuius} videlicet aut hominis, aut animalis {deletis rebus}.ſ.ſingularibus, quibus inſunt {intereuntium erunt}.ſ.ideæ.i.cuiuſq; ſingularis corruptibilis erit propria idea.i.per argumentũ ſumptum ab intelligentia, quæ remanet deletis rebus ſingularib', quorum eſt intelligentia, ſequetur, vt idea ſit cuiuſq; ſingularis, vt Socratis, vel Platonis, nam corrupto Socrate vel Platone, remanet intelligentia, qua intelligitur Socrates vel Plato, cuius rationem ſubdit, & dicit {nam horum quidem phantaſma exiſtit} ergo & intelligentia etiam remanebit illis deletis: cum intelligentia per phantaſma habeatur. Auerroes autẽ ſuper hac parte, licet nihil boni afferat quantum ad intelligentiã textus, tamen dicit primo, vniuerſale non habere eſſe, niſi ſecundum quod vniuerſale eſt ſcientia.i.niſi quatenus eſt in anima: quod per alia Auerrois loca probatum eſſe derelinquamus. Secundo dicit vniuerſalia nõ eſſe generabilia & corruptibilia, niſi per accidẽs, quod an ita ſit, in dilucidario eſt diſputatum. Tertio aſſerit hæc ſenſibilia dupliciter comprehendi, aut comprehenſione, quæ non eſt ſcientia eorum, ſed imaginatio: aut comprehenſione, quæ eſt eorum ſcientia, & hæc comprehenſio eſt intellecta ipſa vniuerſalia. Tertio vero libro de anima dicit, humana comprehenſibilia diuidi in duo, ſcilicet in comprehenſibile, cuius principium eſt ſenſus. & incomprehenſibile, cuius principium eſt cogitatio. & tu intelligas hanc eſſe ſub diuiſionem eius comprehenſibilis, cuius comprehenſio non ſit ſcientia: vt ſit vniuerſa diuiſio hæc, ꝙ comprehenſibile aliud ſit cuius comprehenſio eſt ſcientia, aliud vero, cuius comprehenſio non eſt ſcientia, & hoc ſm ſub diuiditur, quòd ſit aliud, cuius principium eſt ſenſus, & aliud, cuius principium eſt cogitatio. Hactenus de comprehenſionibus.

Que Auer. Comm. 27.

Comm. 33.

Præterea rationem exactiores partim eorum, quæ ſunt ad aliquid ideas faciunt, quorum non dicimus per ſe genus eſſe partim tertium hominem aſſerunt.

Quarta ratio contra Platonem ſecundum expoſitores eſt, vt aſſumpta eadẽ maiore videlicet, quorum eſt ſcientia, eorum ſunt ideæ, additur hæc minor: ſed relatiuorum eſt ſcientia: igitur relatiuorum ſunt ideæ, quod Plato negat, cum eorum, quæ ſunt ad aliquid, nullam ideam concedat. Vel fortaſſe ratio, qua vtebatur Plato, hæc erat, In quibus aliquid idem prædicatur de pluribus non æquiuoce, ſed quaſi naturam vnam ſignificans, in iis hoc de ipſius vere dicitur, vel quia ꝓprio ſunt id quod per prædicatum ſignificatur, vt cum Socratem, aut Platonem hominem eſſe dicimus, aut quia hæc ſunt rerum verarum ſigna, vt cum hominẽ de hominibus pictis prædicamus. ergo ſequiť, vt exemplar hominum ſit homo, nam homo prædicatur vere de veris hominibus, & de exemplari verorum hominum, ſed exemplar verorum hominum eſt idea, igitur ideæ ſunt. vnde ratio erit hæc, Si exemplaria verorũ ſenſibilium ſunt, ideæ ſunt: exemplaria verorum ſenſibilium ſunt vt probatum eſt. Igitur ideæ ſunt. ex hac itaque ratione argumẽtor contra Platonem, exemplaria ſunt ideæ: exemplaria ſunt eorum, quæ ſunt ad aliquid: Igitur eorum ſunt ad aliquid, ſunt ideæ. Maior eſt Platonis, minor vero probatur ab Alexandro, immo minor omnibus eſt perſpicua, cum exemplar ſit æquale ei, cuius eſt exemplar, æquale autem omne eſt ad aliquid, quare exemplaria ſunt eorum, quæ ſunt ad aliquid vnde dicit {præterea rationum exactiores partim eorum, quæ ſunt ad aliquid ideas faciunt} vt illa, quæ accipitur ab exemplaribus, quæ Plato putauit ideas eſſe {quorum non dicimus per ſe genus eſſe} genus autem pro ſubſtantia, & natura dixit. Et ſic cum eorum quę ſunt ad aliquid nec ſubſtantia per ſe ſit, nec natura, ideã non dicimus nos Platonici & dixit {quorum non dicimus per ſe genus eſſe} loquens in prima perſona per verbum, dicimus, vt innueret ſe eſſe Platonicum, quaſi diſputet aduerſus propriam opinionẽ. Deinde argumentatur quinto contra Platonem, dicẽs {Partim} rationes.ſ.exactiores, quibus Plato probauit ideas eſſe {tertium hominem aſſerunt} ſed quę ſint iſtæ rationes, quæ tertium hominem aſſerunt, & quæ probant ideas ipſas eſſe apud Platonem, non eſt exploratum. Alexander primo explicat duas, quarum prima eſt talis. quæ de ſubſtantiis communiter dicuntur, & ſunt aliquid præter illa de quibus dicunť, ſunt ideæ: vniuerſalia ſunt eiuſmodi: igitur vniuerſalia ſunt ideæ. Secunda vero talis, quæ inter ſe ſimilia ſunt, habent ideam præter ipſa: ſingularia eiuſdem ſpeciei inter ſe ſimilia ſunt: igitur habent ideam præter ipſa. rationes iſtæ dant tertium hominem. Aſſumpta enim maiore primæ rationis, addo minorem, ſed homo eſt ſubſtantia communis ſenſibilibus hominibus: & ideæ ſenſibilium hominum, nam ſenſibiles homines ſunt homo, & idea ſenſibilium hominum eſt homo, & ſubſtantia illa communis vtriſq; eſt præter ſenſibilem hominem, & præter ideam hominum: igitur datur tertius homo, & pariter poterit dari quartus, & quintus: & ſic in infinitum, quod Plato non concedit, inſuper aſſumpta maiore ſecundæ rationis, addo minorem, ſed homo ſenſibilis, & idea ſunt inter ſe ſimiles: igitur habent ideã, quare hominis ſenſibilis. & hominis idealis eſt idea, quæ eſt tertius homo præter illos: quod Plato negat. Sophiſtæ, vt ſecundo Elenchorum docuimus, ſic paralogizabant tertium hominem, ſupponẽdo hominem nos cognoſcere deambulare, & nos nullum hominem particularem cognoſcere, vt puta neque Socratem, neq; Calliam, neq; talem aliquẽ. Tunc ſic, hominem cognoſcimus ambulare, & nõ cognoſcimus aliquem ex ſingularibus deambulare, vt ſuppoſuimus, neq; hominem, qui eſt idea, deambulare dicimus, immobilis enim eſt idea: ergo alius homo præter hos tertius deambulat. quare erit tertius homo, de quo deambulare prædicamus. Phanias in eo libro, quem ſcripſit in Diodorũ, teſtatur Polyxenum Sophiſtam ſyllogizare tertium hominem alio modo, quem bona ratione prætermittimus, ſatis autẽ eſt accipere duas eſſe rationes, quæ exactiores videbantur, alteram, ꝙ eorum quæ dicuntur ad aliquid, ideas eſſe cõfirmet, & alteram ꝙ tertium hominem aſſerat, & homines in infinitum multiplicet: qua ratione etiam vnumquodq; multiplicari poteſt ex iis, quorum ideas eſſe tradunt. verum, vt Alexander inquit, priore quidem tertii hominis expoſitione cum alii quidam, tum in primis Eudemus aperte in libro de dictione vtitur, poſteriore vero ipſe in quarto de ideis, & etiam paulopoſt vtetur Ariſtoteles. Expoſitor autem tertium hominem trifariam exponit, vno modo quidem intelligendo hominem idealẽ, qui eſt tertius præter duos vel plures ſenſibiles homines,

qui hominis idealis prædicationem ſuſcipiunt. Quam expoſitionem Expoſitor reprobat, quoniam hoc modo dari tertium hominem Plato concederet, nec pro abſurdo haberet, ſed pro neceſſario. Alio modo, vt dicatur tertius homo, qui eſt alius ab ideali homine, & à ſenſibili homine, vt Alexander expoſuit in prima ſua expoſitione, quam expoſitionem etiam reprobat, q̃m ad hoc abſurdum Ariſtoteles ducet poſtea, & ſic ducẽdo bis ac idem abſurdum, videtur ſuperfluus. hæc tamen reprobatio non multum cogit, quoniam licet repetat idem, tamen non ſuperfluit, quoniam quod dixit obſcure, & quaſi raptim, ibi explicat ac moroſe exponit, Tertio modo Platonem poſuiſſe in nõnullis generibus tria videlicet, aliqua ſenſibilia, aliqua mathematica, & aliqua ſpecies ſiue ideas, vt in numeris, & huiuſmodi, ſed non videtur maior ratio, quare in quibuſdam rebus ponatur magis medium q̃ in alijs. oportebit igitur in ſpecie hominis ponere hominẽ, qui tertius ſit inter hominem ſenſibilem, & hominem idealẽ: & hanc expoſitionem approbat, tu vero recte habes eam expoſitionem, quam debes probare. Auerroes autẽ ſuper prima huius textus parte, vbi ponitur quarta ratio, ducit Platonem ad hoc abſurdum ꝙ ſi ideæ darentur, ideæ eſſent ad aliquid, conſequentiam probat, quoniam ideæ ſunt ſpecies, ad ſpeciem eſſe ad aliquid ex eo probat, quia ſpecies eſt illud, quo reſpondetur ad quæſtionem factam per quid de quolibet ſingulari, & ſic ſpecies refertur ad ea, quorum eſt ſpecies. Quæ expoſitio nullo modo conuenit verbis Ariſtotelis, Ariſtoteles enim ducit Platonem ad concedendum eorum, quæ ſunt ad aliquid eſſe ideam ex ratione Platonis, qua vtebatur ad ponendum ideas, quod ipſe negabat. modo Plato hac Auerrois ratione non eſſet redargutus, ſed reprobatus. Super vero ſecunda textus parte, vbi quinta ratione contra Platonem probat tertium hominem eſſe, Auerroes ſic deducit, ſi homo ſenſibilis, vt Plato inquit, habet hominem intellectũ, qui eſt idea, eadem ratione homo intellectus debet habere hominem tertium alium videlicet ab homine intellecto, quæ expoſitio nulla eſt, quoniam non eſt eadem ratio apud Platonem de homine ſenſibili, & de homine intellecto, quoniam ab homine ſenſibili bene fieri poteſt abſtractio, non autem ab homine intellecto. Præterea nec tertius homo tantum ſequeretur, ſed quartus, & quintus per eius rationem.

Qua Auer. Commen. 28.

Et omnino rationes quæ ſunt de ſpeciebus, ea tollunt, quæ magis eſſe uolunt, qui formas eſſe aſſerunt, q̃ ipſas ideas. Fit enim ut non ſit dualitas prima, ſed numerus.

Hæc eſt ſexta ratio contra Platonem, quam Expoſitor, vt mihi videtur, adeo obſcure exponit, vt eius expoſitio nequaquã verbis Ariſtotelis applicari poſſit. Facilius ergo cum Alexandro dicamus, ꝙ vna rationum Platonis hæc fuit, ſi de quibuſcunq; aliquid commune dicitur, in his eſt idea: de ſenſibilibus eiuſdem ſpeciei aliquid commune dicitur: igitur in ſenſibilibus eiuſdem ſpeciei eſt idea. Hæc eſt vna ex rationibus Platonis, contra itaq; obiicimus ſumpta maiore eius, addo minorem, ſed de dualitate indefinita dualitas dicitur: igiẽ dualitatis indefinitæ erit idea. & ſic dualitate indefinita erit aliquid prius, quare dualitas indefinita non erit principium, cum principio nihil ſit prius, dicit {& omnino rationes} .ſ. Platonis {quæ ſunt de ſpeciebus} .i. quas Plato inducit ad probandas ideas {ea tollunt, quæ magis quàm ipſas ideas eſſe volunt} Platonici {qui formas eſſe aſſerunt} magis autem potiſſimumq; principia eſſe volunt Platonici. nam principia, quæ volunt, ipſarum quoque idearum ſunt principia. Sunt vero apud Platonicos principia, vnum, & indefinita dualitas, quæ etiam numerorum hæc eſſe principia iſtis placet. Quòd autem rationes Platonis dualitatem tollant, quæ eſt principium, quod magis volunt Platonici quàm ideas, ex hiſce perſpicuum eſt, quæ diximus. nam ex ratione præexpoſita ſequitur, vt dualitas indefinita habeat aliquid prius, & ſic tollitur vt ſit principium {ſit enim vt non ſit dualitas} ſcilicet indefinita {prima, ſed numerus} .i. communis dualitas, quæ dicitur de indefinita dualitate. Quare indefinitæ dualitatis erit numerus prior, & id ea prior, q̃ eſt dualitatis ſimpliciter. vel ſic, vt exponit Alexander, cũ dualitate indefinita dualitas ſimpliciter ſit prior, dualitas indefinita nõ erit principium, ſed dualitas ſimpliciter, quæ eſt idea, quæ dicitur de dualitate indefinita. Iterũ ſequitur, vt nec dualitas ſimpliciter ſit prima, ſed numerus, & hoc dicit {ſit enim vt non ſit dualitas} ſimpliciter .ſ. {prima, ſed numerus} qui prædicatur de dualitate ſimpliciter: quæ omnia Platonici negant. ſic igitur ex ratione Platonis ſequitur, vt non ſit indefinita dualitas prima, ſed dualitas ſimpliciter. Iterum ſequitur vt nec dualitas ſimpliciter ſit prima, ſed numerus. At Plato magis vult dualitatem indefinitã eſſe primã, & principium quàm ideas, & ſic patet vniuerſa Ariſtotelis ratio ſecundum Alexandrum. poteſt ratio adhuc dilucidius exponi, ꝙ accepta Platonis maiore, ꝙ de quibuſcunq; aliquid commune dicitur, in eis ſit idea, addo minorem, ſed de dualitate numerus dicitur, igitur dualitatis numerus erit idea, quare dualitas nõ erit principium, quod magis vult Plato q̃ quòd ideæ ſint. differt autem hæc expoſitio ab illa Alexandri, quod illa per dualitatem intelligit dualitatem indefinitam, ea enim vult, vt dualitas ſimpliciter ſit prior, & dualitate ſimpliciter adhuc numerus prior. At nos per dualitatem intelligimus fuſe non limitatam ad hãc, vel illam, ideo dicit {ſit enim vt non ſit dualitas prima, ſed numerus} nam numerus prædicatur de dualitate. Auerroes autem ſuper prima parte textus præſentis non redarguendo Platonem, ſed argumentando, contra ipſum ſic argumentatur. ſi dantur ideæ, tollitur definitio ſpeciei, quæ eſt, vt ſit vniuerſale, quod prædicetur de pluribus numero differentibus inquit, deducit, quoniã quælibet idea eſt vnum numero, & ſpecies: igitur ſpecies .i. idea eſt vnum numero: & cum vnum numero non prædicetur de pluribus, idea non prædicabitur de pluribus, & ſic ſpecies non prædicabitur de pluribus, cum idea ſpecies ſit. Super vero ea parte {ſit enim vt non ſit dualitas prima} Auerroes vult vt ſequatur contra Platonem dualitatem eſſe poſteriorem eo, quod ex ipſa fit. Nam eſt poſterior numero, qui fit ex dualitate, quòd autẽ ſit poſterior numero, patet quia numerus eſt genus dualitatis, & vniuerſale eſt prius minus vniuerſali tempore, & ſecundum cauſam & genus prius ſua ſpecie. Sed errat Auerroes, quoniam Ariſtoteles non refellit Platonem, ſed redarguit reducendo eum ex his, quæ argumentatur de ideis, concedere quæ negat. At hæc, quæ Auerroes ait non ſunt redargutiones, ſed oppoſitiones. ſed occurres, quoniã Auerroes ait hic intellectum vniuerſale eſſe prius ſecũdum cauſam & tempus eo, quod eſt ſub eo. Ariſtoteles ve-

Qua Auer. Comm. 28.

les ve-

les vero libro de anima primo dicit animal vniuerſale aut nihil eſſe,aut poſterius,& Auerroes in cōmento ait vniuerſale vnum aut nihil eſſe omnino,aut ſi aliquid eſt,poſterius eſſe rebus ſenſibilibus,ergo vniuerſale nō eſt prius minus vniuerſali tempore, & cauſalitate. Et tu pro prius tempore & cauſalitate intelligas prius à quo non conuertitur, conſequentia ſecundum eſſe. Nam ſequitur, homo eſt, ergo animal eſt,& non conuertitur,ideo animal eſt prius homine tempore,& cauſalitate, tempore quidem, quoniam omne tale poteſt prius tempore eſſe, poteſt enim animal prius tempore eſſe in quibuſdam,in quibus non eſt homo,cauſalitate vero ſcilicet quia omne ſuperius, eſt formalis cauſa definitiua minus vniuerſalis, & non è contrario.Cum vero Ariſtoteles & Auerroes primo libro de anima dixerunt vniuerſale eſſe poſterius, loquuntur de vniuerſali Platonico,quod eſt ens ſeparatum, & idea,& voluerunt intelligere vniuerſale eiuſmodi eſſe poſterius.ſ.cognitione, quoniam omne ens ſeparatum cognoſcitur à nobis à poſteriore cognitione quia, cognitione vero propter,quid fortaſſe eſt è conuerſo.

Et id,quod eſt ad aliquid,prius ſit eo,quod eſt per ſe.

Hæc eſt ſeptima ratio contra Platonem, quaſi dicat { & } ſequitur ſeptimo { vt id, qđ eſt ad aliquid,prius ſit eo,quod eſt per ſe }.i.prius ſit abſoluto. Sed quonā modo hæc ſeptima ratio ſit redargutio Platonis, expoſitores non declarauerunt, quare vno modo dicamus, ꝙ ratio Platonis erat, de quibuſcunque aliquid commune dicitur,in his eſt idea: de ſenſibilibus aliquid cōmune dicitur igitur in ſenſibilibus eſt idea per hanc ergo rationem redarguitur Plato hoc modo, accepta maiore,addo minorem,ſed de dualitate indefinita, & de dualitate ſimpliciter dicitur numerus: igitur numerus eſt idea dualitatū & illis prior vt idea ideatis, tūc vltra, dualitas indefinita eſt rerum, & ſubſtantiarum principium, ergo numerus eſt prior ſubſtantiis,eſt enim numerus prior dualitate indefinita,quæ prior eſt ſubſtantijs ſenſibilibus, ſicuti principium prius eſt ijs, quorum eſt principium. tunc vltra, numerus eſt prior ſubſtantiis ſenſibilibus: ſed numerus eſt ad aliquid: igitur id, quod eſt ad aliquid,eſt prius eis, quæ ſunt per ſe & abſoluta. Quòd autem numerus ſit ad aliquid,patet,quia oīs numerus alicuius eſt. hæc eſt prima expoſitio. vel ſic, numerus eſt idea dualitatum, & illis prior, vt idea ideatis,vt deduximus: ſed idea eſt exemplar omnium ſubſtantiarum ſenſibilium, quæ generantur:igitur exēplar eſt prius ſubſtantiis ſenſibilibus. At exēplar eſt ad aliquid,exemplar enim eſt alicuius exemplar,& imago igitur id, quod eſt ad aliquid, prius eſt ſubſtantiis ſenſibilibus,quæ ſunt entia abſoluta: & ſic relatiuum erit prius abſoluto: quod Plato negat. quare ſi eſſe ideas conſiſtit in exemplaria eſſe,eſtq; exemplar gratia eius, quod ad ipſius efficitur ſimilitudinem, fit vt quæ ſunt ad aliquid,priora ſint iis, quæ per ſe ſunt: quod Plato negat,& hic eſt modus redarguendi ſecundus.

Et uniuerſa illa quibus aliqui opiniones de ideis ſecuti,principijs aduerſati ſunt.

Hæc eſt octauo ratio contra Platonem, & quaſi amplificando ſermonem ad omnia dicit{Et vniuerſa illa}.ſ.argumēta { quibus aliqui opiniones de ideis ſecuti }.i.quibus vtentes ad probandum ideis { principiis aduerſati ſunt } poſſunt reduci contra eos,deducēdo ipſos ad concedendum, quod negant. nullum enim eſt argumentum eorum ex illis,quæ nos non narrauimus, quin reduci poſſit contra eos.quare generatim ex omnibus argumentis, quibus vtuntur ad ideas aſſerendū, redargui poſſunt,ſed quæ ſint hæc argumenta,quæ nō adduxit Ariſtoteles,expoſitores non declarauerūt:nec declarauerunt quonam modo ex illis redargui poſſint aſſerentes ideas.Alexander enim dicit, eſſe quaſdam rationes præter commemoratas, quæ per idearum poſitionē principiis ipſarum aduerſantur: & illas explicat, non tamen ex illis docet redarguere. igitur harū primam eſſe arbitror,quod communiter de aliquibus dicitur,id principium eſt,ideaque illorum:aliquid communiter de ſenſibilibus dicitur: igitur ſenſibilium eſt principium & idea.redargutio autē eſt, ut ſumatur maior, & addatur hæc minor, principium cōmuniter de principijs: elementum de elementis dicitur: ergo principiorum,elementorumque principium, & elementum aliquid erit, & idea,eiſque prius: quod ipſi negant,nā principia, quæ ipſi aſſerunt, neque principia, neque elementa erunt. Secunda vero eſt, vt aſſumpta eadē maiore,addatur hæc minor,ſed idea prædicatur communiter de omnibus ideis: igitur idearum erit idea. Quare erit aliquid prius ideis ipſis. & ſic ideæ non erūt principia: quæ ipſi poſuerunt principia,& omniū prima: ergo aduerſantur ijs, quæ ipſi poſuerunt principia. Tertia eſt, vt aſſumpta eadem maiore, addať hæc minor,ſed idea dicitur de vnitate,& de indefinita dualitate: igitur vnitatis, an indefinitæ dualitatis eſt idea: & ita eis erit aliquid prius. quare aduerſantur principiis,quoniam coguntur aſſerere vnitatem, & indefinitam dualitatem non eſſe principia. Sunt & aliæ redargutiones,quæ poſſunt colligi ex verbis Alexandri, quas breuitatis cauſa pretermittimus.Quæ vero Auerroes dicit in hac parte, non ſunt digna lectione,quoniam ſunt penitus aliena a verbis Ariſtotelis. *Quæ Auerroes Com. 28.*

Præterea exiſtimatione quidem,qua ideas dicimus eſſe,non ſolum ſubſtantiarum erunt ſpecies, ſed cæterorum multorum etiam. Etenim notio una non modo circa ſubſtantias,ſed etiā circa ea,quæ ſunt alia a ſubſtantijs,eſt. Et ſcientiæ non ſolum ſubſtantiæ ſunt, ſed etiam aliorum, & alia eueniunt huiuſmodi infinita. Neceſſitate autem opinionibuſue quæ de ipſis habentur, ſi ſpecies participabiles ſunt,ſubſtantiarum duntaxat ideas eſſe neceſſe eſt. Non enim per accidens participantur. TEX. 29. *Notio νόημα. quod intelligitur.* TEXT. 30.

Hic Ariſt.aſsignat nonam redargutionem,nā Platonici ſic ſubſtantiarum ideam ſyllogizabant, Quorum notio vna eſt, idea eſt vna: nam ꝑm eos vnum quod eſt in re ſicuti intelligitur: ſed ſubſtantiarum eſt vna notio. Intelliguntur enim ſubſtantiæ vna communi intellectione definitiua: igitur ſubſtantiarum eſt vna idea.Redargutio vero eſt, vt aſſumpta maiore,addatur minor,ſed vna notio eſt aliorum a ſubſtantiis: igitur aliorum a ſubſtantiis erit idea, cuius oppoſitū ſtatim probabit ibi { neceſsitate autem opinionibuſve } Ariſtoteles ergo primo ſumit redargutionem, & dicit { præterea exiſtimatione quidem }.i.argumentatione { qua ideas dicimus eſſe } ac eſſe probamus { non ſolum ſubſtantiarum erunt ſpecies }.i. ideæ { ſed cæterorum multorum etiam }.ſ. quæ ſunt alia a ſubſtātiis: quæ Platonici non concedunt.Hæc eſt redargutio. & dixit { dicimus } vt indicet ſe Platonicum eſſe,de quo ſuperius.Quid vero intelligat per cætera multa, deinceps dicemus. deinde explicat argumentationem Pla-

tonis,& cum ea copulat redargutionem, quam propoſuit, & dicit { etenim notio vna } .ſ. qua in ſubſtantiis ideam vnam probauimus { non modo circa ſubſtantias,ſed etiam circa ea, quæ ſunt alia a ſubſtantiis,eſt } vt deductum eſt. Tum quid per notionem vnam quæ græce eſt νόημα, intelligit,non eſt clarum, Byzantius, νόημα expoſuit quod intelligitur. Expoſitores expoſuerunt ſimplicem, ac indiuiſibilem intelligentiam, qua ſcitur de vnoquoque quid ſit. & ſic per noema cognitionem definitiuam expoſuerunt. Alexander vero per noema rationem intelligit,quæ ex doctrinis colligitur. vnde dicit, Illa enim ratio, quiddam cõe in pluribus intelligi, quod etiam ſublatis ſenſibilibus intelligatur, vt proximo textu eſt viſum,mortalium tantum rerum ideas eſſe demonſtrat. Rationes vero eæ, quæ ex doctrinis colligere ideas moliuntur, non modo ſubſtantiarum, ſed multorum aliorum ideas eſſe conficiunt ergo per noema rationem intelligit, quæ ex doctrinis colligitur. Verum hoc, quod Alexander ait, non aduerſatur ei, quod dixerunt expoſitores,nam cognitio definitiua etiam doctrina eſt.ſed quid intelligat per cætera, quæ alia ſunt a ſubſtantijs, Alexander expoſuit, quanta & qualia, & horum entium vnumquodq;. igitur intelligat.9. prædicamenta accidentium.& reddit rationem,quoniam non ſolum ſubſtantiæ intelligũtur de latis etiam iis,de quibus intelliguntur prædicari,ſed quanta etiam & qualia,& cætera.9.prędicamenta.nec doctrinæ.ſ.definitiuæ de ſubſtantiis tantum habentur ſed de virtutibus, quæ ſubſtantiæ non ſunt, ſed habitus, & qualitates. Ergo per cætera,quæ a ſubſtantiis alia ſunt,intelligit.9.prædicamenta accidentium.deinde aſsignat decimam redargutionem. nam Platonici ſyllogizabant ſubſtantiarum ideam hoc pacto,quorũ eſt ſcientia, eorum eſt idea,ſed ſubſtantiarum eſt ſcientia.ergo ſubſtantiarum eſt idea. Redargutio vero eſt, vt aſſumpta maiore, addatur minor, ſed ſcientiæ non tantum ſubſtantiæ ſunt, ſed accidentium: igitur accidentium erit idea, quod negant vt patebit per rõnem eorum,quæ ſtatim aſsignabitur: dicit { & ſcientiæ }.ſ. demonſtratiuæ { non ſolum ſubſtantiæ ſunt, ſed etiã aliorum }.i.ſed etiam accidentium. Addit vero Ariſt. { & alia eueniunt huiuſmodi infinita } .ſ. in doctrina Platonicorum, per quæ poſſumus eos redarguere. & ſic non ſolum per ſcientias,& definitiones, quas idearum ponunt, poſſumus ipſos redarguere, ſed per alia infinita,quæ ipſi ponunt: ſicut quia ponebant ideas principia eſſendi & efficiendi rerum, quæ accidẽtibus etiam conueniunt, & per alia talia multa. Alexander vero dicit { & alia eueniunt huiuſmodi infinita } dixit quia ſunt aliæ quædam rationes ad aſſertionem idearũ pertinentes, ex quibus efficitur, vt non ſubſtãtiarum ſolum ideas haberi ſit confitendum.quæ vero ſint iſtę rationes, Alexander enumerat non omnes,ſed quaſdã quarum prima eſt eorum,eſt idea,in quibus eſt vnum de pluribus diuerſum ab iis, quibus ineſt. modo hæc propoſitio non tantum de ſubſtantiis vera eſt, ſed de accidentibus. Secunda vero eorum eſt idea, in quibus efficiendis exemplar eſt efficientium cauſarum, modo hæc propoſitio non ſolum in ſubſtantiis ideas probat, ſed in accidentibus, quoniam efficientes cauſæ accidentia efficiunt ad exemplar, igitur accidentium eſt idea,& exemplar. Tertia ratio quicquid affirmantes vere dicimus,id exiſtit, ſed affirmantes concentus eſſe quinque,vel tres & harmonias tres vere dicimus, igitur tot ſunt, ſi tot ſunt non poſſunt eſſe numerus rerũ noſtratium. quoniam numerus rerum noſtratium, eſt infinitus.ſunt igitur aliqua ſempiterna, per quæ vere dicimus quas ideas appellamus. At hæc ratio non ſolum valet in ſubſtantiis,ſed in accidẽtibus.ſunt & aliæ rationes huiuſmodi ferè innumeræ, propterea dixit { & alia eueniunt eiuſmodi infinita } quoniam ſunt innumeræ rationes, quibus probãt ideas,quę poſſunt torqueri contra eos. & cum duxiſſet ad hoc,ꝙ non ſolum ſubſtantiarum ſint ideæ,ſed accidentium, oſtẽdit hoc eſſe contra eos, & dicit { neceſsitate autem } quæ habetur per demonſtrationes { opinionibuſve } .ſ.Platonicorum { quæ de ipſis }.ſ.ideis { habentur, ſi ſpẽs } .i.ideæ { participabiles ſunt } vt eorum opiniones dicunt & demonſtrationes probant { ſubſtantiarum tãtum ideas eſſe neceſſe eſt. Nõ enim } ea,quæ ſunt { per accidens participantur } & ſic illud,quod per redargutiones eſt deductum,eſt contra eos. Alexander autem meo iudicio perperam exponit, cum dicat ideas, eſſe participabiles per ſe. Sequi vero,vt ſint participabiles per accidens. quoniam vero non video, quonam modo hoc ſequatur,ideo dico ideas tantum eſſe ſubſtantiarum, non autem eorum, quæ ſunt accidentia. Non enim ea, quæ ſunt per accidens, id eſt non enim ea, quę ſunt accidentia,participantur.per accidens.n.accidẽtia vocat.& hoc pacto exponẽdo verba ſunt clara. ταύτῃ.

Sed oportet eatenus vnumquodque participare, quatenus non dicitur de ſubiecto. dico autem ut ſi quippiam duplo ipſo participet, eiuſdem quoque perpetuo participet,ſed per accidens. accidit enim duplo perpetuum eſſe. quare ſpecies ſubſtantiæ erunt. atque hæc ſubſtantiam & hic, & ibi ſignificãt.

Eatenus. ᾗ Quatenus. a.l.legit affirmatiue.

Cum accepiſſet ſubſtantias tantum eſſe participabiles, & aliquis poſſet quærere vtrum accidente aliquid poſſet participare,quaſi reſpõdens aſſerit aliquid poſſe participare accidente non per ſe,ſed per accidens. rõne alterius, & hoc per exemplum, quod affert de duplo: & dicit { ſed oportet eatenus vnumquodq; participare } & per vnumquodque intelligit vnũquodq; eorum,quæ ad idearum exemplum hñt eſſe,vt Alexander exponit, ſed addit { quatenus non dicitur de ſubiecto }.i.quo idea non eſt acidens. nam vt Alexãder inquit dici de ſubiecto pro accidente poſitum eſt: hoc eſt,quatenus non dicitur per accidens, neq; ex aliquo accidente,quod ei accidit: per ſe igitur,quæ ad exemplum idearum ſunt,& efficiuntur, ipſis participabũt, non aliquo eis accidente. Deinde affert exemplũ eius, quod per accidẽs eſſe dicitur :& ait { dico aũt } ſubaudi per accidens participare { vt ſi quippiam } videlicet dualitas ſenſibilis { duplo ipſo }.i. idea dualitatis { participet id quoque }.i.idea dualitas ſenſibilis { perpetuo participat } ideſt perpetuitate participabit, quæ accidit ideæ dupli { ſed per accidens } non enim dualitas ſenſibilis participare poteſt per ſe perpetuitate, ſed per accidens,quatenus perpetuitas accidit ideæ dupli, qua per ſe ſenſibilis dualitas participat { accidit enim duplo perpetuum eſſe } tunc concludit illud,quod ſuperius dixerat,& ait { quare ſpecies }.i. ideæ { ſubſtantiæ erunt } & non accidentia. Quòd vero dualitas ſenſibilis non poſsit per ſe participare perpetuitate, probatur ex iis,quæ Alexander ait, quoniam tunc dualitas ſenſibilis eſſet ſempiterna. oporteret enim ipſam ſempiterno eſſe ſimilem,& ſic eſſe ſempiterna. At ſi ſempiterno participauerit per accidens, non oportebit eſſe ſempiternam.

ſempiternam. quoniam quod participat aliquo per accidens, non oportet eſſe ſimile ei, quo per accidens participat, ſed ei, quo per ſe participat ideo concludit { quare ſpecies }.i.ideæ { ſubſtantiæ erunt } ſiquidem illæ ſubſtantiæ ſunt,& quæ ſubſtantiis participant, ea quoque ſubſtantiæ eſſe intelliguntur,ideo ſubdit { atque hæc eadem ſubſtantiam ſignificāt & hic } .i.apud nos { & ibi }.i. & in ſempiternis, vt homo & hic & illic ſubſtantiā ſignificat calidum vero vtrobiq; quale, non enim ſiquid apud nos eſt qualitas, id in ideis eſt ſubſtantia.habebat Alexander alium textum,& laborat in illo exponendo, ſed quoniam eius expoſitio ad noſtrum textum reducitur, ideo bona fronte eā prætermittimus. Auerroes autem quantum ad textus ex-

Que Auerroes com.30.

poſitionem nihil boni dicit, vnum tamen tangit cum dicit, accidentia enim determinant ſua ſubiecta accidentaliter, & vult dicere ꝙ accidentia ſpecificant ſua ſubiecta accidentaliter. quoniam ſubſtantiales formę ſpecificant ſua ſubiecta eſſentialiter.cauſa eſt,quoniā accidentia & formæ ſubſtantiales ſunt formæ,cuiuſlibet autem formæ proprium eſt ſpecificare ſubiectum cui ineſt,accidētaliter quidem ſi forma fuerit accidēs, ſubſtantialiter vero,ſi forma fuerit ſubſtantia. cætera vero,quæ dicit,nullum fructum afferunt nobis.

Aut vel. † Alioquin. Quoniā.

Aut quid erit dicere eſſe aliquid unū in multis præter hæc?

Expoſitores partem illam { atque, hæc ſubſtantiā, & hic & ibi } cum hac præſenti parte copulant, & volunt hic deſignari decimam rationem, quæ apud eos eſt ſexta ratio : vt patet legenti ea, quæ dicunt. Alexāder vero dupliciter exponit, vno modo copulādo hāc partem cum illa { ſed oportet hac vnumquodque participare,quo non dicitur de ſubiecto } & tunc ſoluit quæſtionem, & reddit cauſam eius, quod dixerat,dixerat enim hæc ſenſibilia participare idea,quo idea nō dicitur de ſubiecto.i.non ex accidenti,ſed per ſe.cōtra poſſet quiſpiam dicere hæc ſenſibilia participare ideis non per ſe, ſed per accidens. quoniam ſi per ſe, tunc hæc ſenſibilia eſſent æterna,quoniam participans æterno per ſe,eſt æternum.Ariſt.ergo ſoluit,& reddit cauſam,& dicit,ſi hæc ſenſibilia ſubaudi participant idea per accidens { quid erit dicere eſſe aliquid vnū in multis præter hæc ? }.i.quid erit dicere eſſe ideam vnam in multis.ſ.ſenſibilium { præter hæc }.ſ.ſenſibilia? Non.n. idea poteſt eſſe vna in multis & præter illa multa ſenſibilia, ſi hæc ſenſibilia per accidens participauerint ipſa idea. Primo quia idea non dicetur vna de multis, quoniam omne quod prædicatur de multis per ſe prædicatur. deinde quia non poterit eſſe vnum exemplar in multis rebus.nam participans non oportet eſſe ſimile ei,quo per accidens participat. vnde Alexāder legit ἤ pro redditiuo cauſæ,vtputa pro alioquin,vel pro quoniam. quoniam hic reddit cauſam eius,quod dixit.dixit enim oportere ipſa idea vnumquodq; ſenſibile participare, quo non dicitur de ſubiecto,reddens cauſam dicit { alioquin quid erit dicere } ideam ipſam { eſſe aliquid vnum in multis præter hæc ? } ſcilicet ſenſibilia.Aliter poteſt exponi, vt per hæc verba reddatur cā eius, quod vltimo dixit, dixit enim vltimo { atq; hæc ſubſtantiam & hic,& ibi ſignificant } & demonſtrauit per hæc hominem,equum,& cætera ſenſibilia eiuſdē ſpeciei. Quòd autem homo & equus, & cætera id genus{hic }.i.in ipſis ſenſibilibus { & ibi }.i.in ideis{ſubſtantiam ſignificent } probat & dicit { alioquin quid erit dicere } ideam ipſam { eſſe aliquid vnum in multis præter hæc } ſenſibilia,non enim poteſt homo in ideis eſſe accidens & hic ſubſtantia, quoniam accidens nō eſt vnum in multis ſubſtantiis præter ſubſtantias, cū accidentis eſſe ſit ineſſe ſubſtantijs. per quæ patet ſolutio ad tacitam quæſtionem quoniam licet hæc ſenſibilia participent ideis per ſe, non ſequitur,vt hæc ſenſibilia ſint æterna, ſed, vt ſint ſubſtantiæ,quoniā per ſe participant ideis,quatenus ſunt ſubſtantiæ, & nō quo ſunt æternæ. Sed quæres vtrum diſcrimen repertū in rebus ſenſibilibus ſit quale diſcrimini in ideis,vel ſi nō tale, ſaltem ſit ei proportionale. Reſpondet Alexander tale eſſe diſcrimen in ideis, quale eſt in rebus, quæ fiunt ad illarum exemplar,aut eis proportionale. In rebus enim ſenſibilibus,quæ fiunt, eſt verbi cauſa aliud animal rationis compos,aliud vero rationis expers : Simili modo in ideis eſt rationis compos, & rationis expers, aut horum proportionalia, per quæ alia idea rationabile, alia irrationabile præbere poſsit. nam quā rationem habent inter ſe quæ ad illarum ſimilitudinē effecta ſunt, & ab illis habent eſſe, hanc obtinent illa, quæ horum exemplaria ſunt.Alia multa addit Alexāder,quæ omitto breuitatis cauſa.

Etiā ſi ſpecies quidem eadem eſt idearum atque participū, aliquid erit commune. Non enim in dualitatibus hiſce, quæ pereunt, & in dualitatibus multis quidem,ſed æternis,dualitas magis unum, & idem eſſe dicetur,quā in hac,& in † aliqua, Si uero non eadem ſpecies eſt nomen utique erit commune,per inde atque ſi quiſpiam Calliam , & lignum hominem uocet, nulla ipſorum communi ratione inſpecta.

Non οὔ τι. nihil.

† Alicuius aliquis. καὶ τῆσ τι‑νόσ.

Hic Ariſtoteles aſsignat decimam rationem contra Platonem & vtitur, vt Alexander inquit,argumento a diuiſione per contradictionem hoc pacto,ſi ideæ ſunt aut idearum, & ipſorum participum eadem eſt ratio, aut non eadem.Si eadem,tunc vt in participibus, quæ eiuſdem ſunt ſpeciei,eſt quiddam commune, idea videlicet,ſic item in his.& in idea,a qua pendent hæc,erit aliquod commune,cum illa & hæc eiuſdem ſint ſpeciei,Quòd ſi ita eſt,cum illud commune eſſe nō poſsit ſm eos, niſi idea, ideæ habebitur idea,& ſic in infinitū procedetur : & ſic habetur aliquid,quod Platonici negant. Si non ſit eadem ratio idearum atque participū, tunc ideis & participibus ſolum nomen erit commune,ſicuti Galliæ & ligno, in quo ſculpta eſt hominis imago nomen homo ſolum cōmune eſt,& ratio ſubſtantiæ omnino diuerſa. & ſic idea dicetur æquiuoce homo,vel equus,vel id genus. cuius eſt idea quod non concedunt Platonici,vt dicemus.Ariſtoteles ergo ſupponens diuiſionem contra eos, qui tenent ideas, hoc pacto,videlicet aut idearum, & ipſorum participum eadem eſt ratio, aut non eadem,primo deſtruit primū membrum, & dicit { etiam ſi ſpecies } .i. ratio { quidē eadem eſt idearum,atque participum} .i. & ſenſibiliū, quæ ideis participant { aliquid erit commune } quare & ideæ erit idea. quia illud commune erit idea ideæ, & participum : & ſic habetur aliquid contra Platonicos.Tu poſſes dicere eſſe aliquod commune, ſed non ita vnum, & idem ſicuti in dualitatibus hiſce quæ pereūt,vel ſicut in dualitatibus æternis.obiicit cōtra,& dicit { non enim in dualitatibus hiſce,quæ pereunt, dualitas magis vnum & idem dicetur quàm in hac }.ſ.dualitate ſenſibili { & in aliqua } & in illa æterna : Hæc.n. & illa ita ſunt eiuſdē rationis, ſicut hæc corruptibilis,

& hæc corruptibilis { & } pro neque.i. neque { in dualitatibus multis quidem } ſed æternis { dualitas magis vnum & idem eſſe dicetur quàm in hac } ſcilicet corruptibili { & aliqua }.ſ.æterna. Ergo dualitatis corruptibilis, & dualitatis æternæ, quæ eſt idea, aliquod commune eſt, & idea, & ſic ideæ erit idea. deinde deſtruit ſecundum membrum, & dicit { ſi vero }.ſ.idearum, & participum { non eadem ſpecies }.i.ratio { eſt nomen }.ſ.tantum { erit vtique commune }.ſ.ideæ, & iis, quæ idea participant { perinde atque ſi quiſpiã Calliam } verum hominem { & lignum } hominem videlicet ſculptum { hominem vocet nulla ipſorum }.ſ.ligni & Calliæ { communi ratione inſpecta } quare idea dualitatum æquiuoce dicetur idea: & non niſi quantũ ad nomen, non aut quantum ad rem. Sed dices: concedo ideam omnino æquiuoce dici hominem vel equũ, vel id, cuius eſt idea. Alexander ſuppleuit, ſi ita eſt, cur aliqua erit æquiuocorum idea, quæ cauſa eſt exiſtendi potius quàm aliorum quorumpiam? cum neque ſubſtantia, neque ſpecie hæc ſint illi ſimilia, quæ ipſi æquiuoca eſſe dicunt. & ſic habetur contra Platonicos ꝙ idea non ſit formalis cauſa. præterea etiam ſequeretur vt per ideam non poſſit cognoſci particeps ideæ. per æquiuocum enim non cognoſcitur id, cuius eſt æquiuocum, quod etiam Plato non concederet. vſus eſt autem Ariſtoteles exemplo dualitatis pro cæteris ſenſibilibus cum ſuis ideis, vt ſermo eius eſſet clarior. Auerroes autem in præſenti textu nihil boni nobis attulit, quod eſſet vtile pro expoſitione verborum Ariſtotelis vt conſideranti verba græca perſpicuum eſt, tamẽ inter loquendum contra primum diuiſionis membrum aſſerit corruptibili & æterno nihil commune vniuocum eſſe: quod repetens decimo huius ait, hoc nomẽ corpus dictum de corruptibili & æterno æquiuocum eſt. occurres huic, quoniam intelligentiæ & homini ſecundum Platonem commune genus eſt ſubſtantia, vt Porphyrius inquit, ſoliti ſumus dicere, quantum ad rationem metaphyſicam æternæ ſubſtantiæ, & corruptibili eſſe aliquod commune. quo vero ad rationem naturalem nequaquam, ſed de re hac in diſputationibus, nunc vero colligamus Auerroem hoc dixiſſe ad deſtruendum primum membrum, non animaduertens primum membrum deſtrui, quia ex eo ſequitur aliud, quod Platonici negarent.ſ.ꝙ ideæ ſit idea: & ſic in infinitum, quod Platonici negarent. Eſt enim hæc decima ratio redargutio vtens diuiſione per contradictionem, nam ex vtroque membro dato, ſequitur aliquid, quod Platonici negarent. ex his, quæ hic Ariſtoteles ait, patet differentia inter quartam rationem, & hanc decimam, eſt enim quarta ratio veluti membrum huius rationis decimæ.

Quæ Auerroes Com. 30

Commen. 26.

TEXT. 31. *Maxime uero omnium id quiſpiam dubitauerit quid nã ſpecies ſempiternis ſenſibilibus, aut ijs, quæ oriuntur, & occidunt conferant.*

Expoſitores putant Ariſtotelem hic afferre aliũ modum impugnandi Platonis rationes videlicet primũ, qui eſt, vt rationes Platonis non ſyllogizent, quod concludere intendebant. Plato enim per ſuas rationes colligere intendebat ideas eſſe ad bonum rerum ſenſibilium, ad earumque vtilitatem: At Ariſtoteles Platonis rationibus obiiciens oſtendit ideas nullatenus, nullaque in re prodeſſe rebus ſenſibilibus: & ſic tollit intentum rationum Platonis. ergo cum proſecutus fuerit ſecundum modum impugnandi rationes Platonis, qui fuit ex conceſsis redarguere Platonem cogendo eum concedere, quæ negabat: vel negare, quæ concedebat nunc proſequitur modum primum, oſtendendo rationes non concludere, quod concludere intendebant. Alexander vero cum Ariſtoteles ſuperius dixiſſet { primo quidem quærentes harum rerũ cauſas ſumere, alia his æqualia numero attulerunt } vult vt Ariſtoteles declaret hic recte eſſe dictum illud, Platonicos videlicet in apponendis ideis nihil aliud facere quàm apponere æqualia numero ſuper æqualibus numero. nam ſi quæ à Platone ponuntur, nihil ſenſibilibus conferunt, Plato nihil aliud quàm æqualia numero quærendis apponebat, quaſi maiorem rerum ſcientiam habiturus ſit ſi plura ſubſtituantur, quare oſtendit ideas inutiles eſſe iis, quibus Plato putauit eſſe vtiles. Quæ expoſitio eſt pulchra & conſona iis, quæ ſuperius dixit, vnde dicit { Maxime vero omnium id quiſpiam dubitauerit, quid nã ſpecies }.i.ideæ { ſempiternis ſenſibilibus aut ijs quæ oriuntur & occidunt conferant } vel tertio exponi poteſt, vt ſit dubitatio quædam hæc, hoc pacto. dato ꝙ ideæ ſint vt Plato autumat, quid conferũt mortalibus atque immortalibus ſenſibilibus: vtrum aliqd, an nihil? & hæc expoſitio plane verbis conuenit. Quo vero ad verba attinet, dixit { perpetuis ſenſibilibus } quoniam diuinorum quoque corporum ideas poſuerunt, vt Solis, Lunæ, & cæterarum ſtellarum neque enim horum tantum, ſed omnis etiam cœli ideas, eſſe comminiſcebãtur. idcirco paulo ante dixit in aliis quoque vnum in multis eſt, tum in his, tum in ſempiternis. itaque cœleſtia ſempiterna appellat, & ſenſibilia. noſtratia vero naſcentia & intereuntia. quærit igitur qd rebus nãlibus vel diuinis, vel mortalibus ideæ cõferãt. hæc eſt qõ, quã mouet Ariſt. vt in fine Alex. expoſuit.

Neque enim motus, neq; mutationis ullius ipſis ſunt cauſæ.

Oſtendit ergo primo ꝙ ideæ non conferant ad motum rerum ſenſibilium, motus enim naturalibus corporibus communiſsimus eſt. corpora enim diuina ſemper, continenterque in orbem mouentur quę vero generantur, cunctis mutationibus variant ſm̃ ſuam naturam. ideas ergo nihil corporibus conferre neque ad generationem, neque omnino ad aliquem motũ oſtẽdit, & dicit { neque enim motus, neque mutationis vllius ipſis }.ſ.rebus ſenſibilibus vtriuſq; generis { ſunt cauſæ } nec aſsignat cauſam, Alexander tamen, & Expoſitor cauſam afferunt. nam cum ideæ ex iſtorum ſententia immobiles ſint, probabilius eſt ipſas ſtatus quã motus rebus eſſe cauſas, vt intelligatur minime has cauſam eſſe efficientem. Auerroes autẽ reddit cauſam ex eo, quia materiale non tranſmutatur niſi ab alio materiali: vt in ſeptimo huius ipſe dilucide declarabit, paucis vero interpoſitis, clarius rationem afferens aſſerit, quoniam indiuiduum non generatur, niſi ab alio indiuiduo eiuſdem ſpeciei, & quia tu poſſes dicere ideas cõcurrere ad generationem indiuiduorum, vt vniuerſales cauſæ concurrunt, veluti corpora cœleſtia: ideo ſubdit ideas neque iuuare in generatione indiuiduorum ſicut corpora cœleſtia iuuant, quoniã Plato vult, vt ſint cauſæ particulares & non vniuerſales, quales intelligentiæ ſunt, quæ mouent orbes. de quo libro ſeptimo dilucide.

Quæ Auer. Commen. 31

Commen. 51.

At uero neque ad aliorum ſcientiam conferunt. non enim illæ ſubſtantia horum ſunt: eſſent enim utiq; in iſtis.

Ad ſcientiam ideæ inutiles ſunt.

Secundo

Secundo oſtendit ideas non conferre ad rerum ſen ſibilium ſcientiam, ſiue cognitionem. & expoſitores ſic componunt ſyllogiſmum, rei cognitio atque ſcientia habetur ex ſubſtantia rei: ideæ non ſunt rerum ſen ſibilium ſubſtantiæ: igitur cognitio, & ſcientia rerum ſenſibilium non habetur ex ideis. Sed quoniam nõ expoſuerunt ſubſtantiam, quid.ſ. per ſubſtantiam intelle xerint, Alexander dilucidius ſic format, vnaquæq; res cognoſcitur & ſcitur per ſuam formam: ideæ non ſunt rerum ſenſibilium formæ: igitur res ſenſibiles non co gnoſcuntur per ideas. dicit { At vero neque ad aliorũ ſcientiam conferunt }.i. ad ſenſibilium cognitionem, quæ ſenſibilia ſunt alia ab ideis. hæc eſt concluſio. dein de tangens ſyllogiſmum, aſsignat ſolam minorem, & dicit { non enim illæ }. ſ. ideæ { ſubſtantia }.i. forma { horum ſunt } per ſubſtantiam enim Alexander formam exponit. Deinde probans ꝙ ideæ non ſint formæ ſenſibilium proſyllogizat Alexander ſic, Cuiuſque ſubſtantia & forma eſt in eo, cuius eſt ſubſtantia, & for ma: at ideæ non ſunt in rebus ſenſibilibus, quippe cũ ideæ ſint per ſe, & ſeparatę de proſyllogiſmo tãgit maiorem, & dicit { eſſent enim vtique in iſtis } ſed quoniam ideæ non ſunt in iſtis, nõ ergo ſunt horũ formæ.

Neque adeſſe, quippe cum non inſint his in rebus, quæ earum ſunt participes.

Expoſitor perperam exponens putat Ariſtotelem refellere tacitam reſponſionem, quæ eſt ꝙ ideæ inſint participantibus, contra obiicit, vt Expoſitor inquit, ꝙ non poſsint ineſſe his ſenſibilibus, vt participantibus eis: quæ expoſitio non eſt abſque admiratione, cum textus ſit clarus, nam cum dixiſſet { at vero neque ad aliorum ſcientiam confert } ſubdit { neque adeſſe }. ſ. confert, vbi Alexander inquit poſtquam oſtẽdit, ideas neque motus, neque omnino mutationis æmulis ſui cauſas eſſe poſſe, neque ſcientiæ, neque cognitionis, cũ abſint ab his rebus, hoc ſumpto demonſtrat ne ad hoc quidem, vt hæc ſint, quicquam conferre. proponit ergo concluſionem, & dicit { neque ad eſſe } ſcilicet conferunt, probatur, omne quod confert ad eſſe, eſt materia vel forma eius, cui confert. Ideæ non ſunt materia, neque forma participum. igitur non conferunt ad eſſe participibus. Minor probatur, quoniam materia & forma inſunt rei, cui ſunt materia & forma. At ideæ non inſunt participibus: igitur non ſunt materia & forma participum. De ratione ponit minorem proſyllogiſmi, & dicit { quippe cum nõ inſint ijs rebus, quæ eorum ſunt participes { & hæc eſt

Que Auer. Comm. 31. minor proſyllogiſmi. Auerroes autem ſuper minore pro ſyllogiſmi aſſerit ſubſtantias abſtractas nõ eſſe de ſubſtantia rerum ſenſibilium, cum illæ ſint æternæ, iſtæ vero generabiles, & corruptibiles. & propter hanc cauſam concludit illas ſubſtantias non poſſe cauſas horum eſſe neque ſecundum formam, neque ſcd'm agentem. Contra, quoniam intellectualis anima eſt æterna a parte poſt, & tamen eſt forma corporis humani corruptibilis, & cauſa eius in triplici genere cauſæ: vt.2. de anima habetur. Quare nihil prohibet ſubſtantiam æternam ex altera tantum parte eſſe formam alicuius ſubſtantiæ corruptibilis, modo non ſit æterna ex vtraque parte. nam hæc incipere poteſt cum illa corruptibili, cuius eſt forma. Sed adhuc replicabis, quoniã quandiu durat forma alicuius ſubſtantiæ, durat ſubſtã tia, cum quælibet ſubſtantia quæ eſſe habet per formam, incipiat atque deſinat incipiente atque deſinẽ te ſua forma. Igitur ſicuti ſi nunquam incipiente forma ſubſtantia non inciperet, quæ habet eſſe per illam formam, ſic quoque nunquam deſinente forma, ſubſtantia cuius eſt forma, nunquam deſinet. Diluitur vero hæc obiectio, quoniam forma deſinet actu eſſe forma. Intellectualis enim anima licet aperte poſt nõ deſinat, tamen deſinet eſſe forma hominis actu. & ſic in ceptio & deſitio differunt: nam intellectualis anima ſecundum rem nõ poteſt incipere, qui incipiat eſſe for ma hominis. poteſt tamen remanere, & non actu for ma hominis. Vnde vero ſit iſta differentia, libro de intellectu diſputauimus, & libro de immortalitate aĩ̄ę.

Sic enim fortaſſe uidebuntur cauſæ eſſe, ut ipſa albedo mixta albo. ſed hic ſermo facile admodum imminui poteſt, quem Anaxagoras quidem primus, Eudoxus autem poſterius, et alij quidam dicebant. Eſt enim perfacile multa abſurda ad huiuſmodi opinionem impoſsibiliaque conducere.

Hic remouet quandam tacitam reſponſionẽ, quæ poſſet afferri ad rationem proximam, ꝙ videlicet ideę cauſæ ſunt eſſendi rebus ſenſibilibus, perinde ac ſi albedo corpori albo cauſa eſſe dicatur, vt album ſit. quoniam cum ipſo miſcetur, eſtque natura quædam quæ per ſe exiſtere poteſt. Ad hunc enim modum albedo cauſa eſt corporibus, vt alba ſint. Quamobrem ſi ideæ rebus naturalibus eſſent mixtæ, poſſent fortaſſe ipſis qualeſcunque ſint cauſam exiſtendi præbere: ita demũ vt homo eſſet hõ mixtione ipſius hominis ideæ. hæc eſt reſponſio. Contra obiicit Ariſtoteles protinus, & docet fieri non poſſe, vt ideæ rebus ſenſibilibus mixtæ ſint, vt albedo corpori albo. Primo ergo affert reſponſionem, & dicit { Sic enim fortaſſe videbũtur cau ſæ eſſe }. ſ. ideæ rerum ſenſibilium { vt ipſa albedo mix ta } corpori { albo } videtur cauſa eſſe corporis albi: vt album ſit. Ergo reſponſio eſt ꝙ ideæ ſint cauſæ forma les, non per ſe, vt anima corporis animati, ſed per accidens vt albedo corporis albi. Cauſa vero quare ideam aſsimilauerunt potius formæ accidentali quam ſubſtã tiali, eſt quoniam idea miſcetur rebus ſenſibilibus, vt albedo corpori, & eſt quædam natura, quæ per ſe poteſt exiſtere, ſicuti albedo quædam natura eſt, quæ po teſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. At anima præter ſubiecti corruptionem abeſſe non põt. Ideo potius albedini q̃ animæ aſsimilauerunt ideam. Hæc eſt eorum reſponſio, contra quam protinus Ari ſtoteles refellit, & dicit { ſed hic ſermo }.i. ſed hæc re ſponſio { facile admodum imminui poteſt} cum ſit in firma, ac debilis. non autem expreſsit ea: quibus põt refelli facile, ſed expoſuit eos, qui aſſeruerunt rem ali quam eſſe admixtione alterius rei, quæ prædominatur in mixtura. & dicit { quem }. ſ. ſermonem. ſ. ꝙ aliqua res eſſe poſsit admixtione alterius rei prædominantis { Anaxagoras quidem primus, Eudoxus autem poſterius, & alii quidam }. ſ. qui hos ſectantur { dicebant } Anaxagoras enim ex cunctis ſimilaribus rem quamq; miſceri aſſeruit, ſed ex eo rei ſubſtantiam eſſe videri quod plurimum eſſet in mixtura. quoniam a prædominanti denominari mixtum aſſeruit. Eudoxus vero Platonis familiaris idearum mixtione ipſarum æmula conſtare putat, & alii quidam vt dicebat in hac opinione fuerunt. & quia non explicauit abſurda propter facilitatem, ideo dicit { eſt enim facile multa abſurda ad huiuſmodi opinionem, impoſsibiliaq; conducere }

ideo præ facilitate abſurdorum omittenda ſunt. Eſt et alia cauſa, quoniam opinionē Anaxagoræ primo phyſicæ auſcultationis refellit. nam mixtio eorū eſt, quæ prius ſeparata, poſtea coniuncta, demum per ſe ſubſiſtere valent: qualia non ſunt accidentia, nec affectiones. Opinionem vero Eudoxi refellit Alexander primo quoniam mixtio eſt corporum. At ideæ non ſunt corpora. Deinde ideæ contrariæ eſſent, quippe cū mixtio ſit contrariorum inuicem rarefactorum. Inſuper ſi miſcentur, vel tota idea in ſingulis eſſet, quibus miſcetur vel pars eius. Si tota inſint, efficitur, vt vnum numero in pluribus exiſtat: cum idea vnum numero ſit. Sin autem pars, vtique homo erit, quod participat ipſius hominis parte: non quod ipſo homine participat. & cætera incommoda ſequerentur, quæ Alexander narrat, quæque latius proſequitur Ariſtot. in. 2. lib. de ideis, dum hanc opinionem refellit, idcirco dixit {eſt enim perfacile multa abſurda ad huiuſmodi opinionem impoſsibiliaque conducere} Illic enim collecta ſunt. per quæ patet teſte Alexandro Ariſtotelem librū ſcripſiſſe ſeorſum de ideis.

Atqui nec ullo eorum modorum ex ipſis ideis ſunt cætera, qui dici conſueuerunt.

Modi qui dicuntur vt ex aliquo fiat aliquid, multi ſunt, vt ex efficiente, vt ex homine fit homo, vt equus ex equo: vt ex imperfecto perfectum, ut ex puero virum effici dicimus: vt ex partibus totum, vt ex contrariis contraria, vti calidum ex frigido: & econtrario, vt aliquid poſt aliud, ut ex olympiis ludis fiunt iſthmia. i. poſt olympios. Ergo cū dixiſſet ideas neq; motus neq; mutationis cauſas eſſe rebus ſenſibilibus, neq; ad illarū vel cognitionem vel ſcientiam quicq̃ conferre, neque ad ſubſtantiam, & eſſe, denique ſubiungit {at qui nec cætera }. ſ. ſenſibilia {nec vllo eorum modorum ex ipſis ideis ſunt, qui dici conſueuerunt} nam res ſenſibiles non ſunt ex ideis, tanquam ex partibus, non enim ideæ ſunt materia vel forma rerum ſenſibiliū, nec partes, neque ex ideis hæc, vt ex contrariis fiunt. nā quod ex contrario fit, id ſubiecto eodem manente, & varian te efficitur. & tunc idem eſſet ſubiectum idearum, & rerum, quæ fiunt, quod abſurdum eſſe, nemo eſt, qui dubitet. proinde res ſenſibiles, quæ fiunt, non eſſent ideis ſimiles. neque res ſenſibiles ex ideis fiunt vt ex imperfectum cum ex ideis non perficiantur res ſenſibiles ſicut vir ex puero perficitur, neque ex ideis res ſenſibiles ſunt vt ex patre filius. nam illæ immobiles ſunt, & homo ſingulares hominem ſingularem procreat, non autem idea hominis: neque demum ex ideis fiunt res ſenſibiles, vt iſthmij fiunt ex olympiis. vel fortaſſe cū dixit {qui modi dici conſueuerunt} intellexit modos qui dicūtur, ac afferri ſolent ab idearum authoribus. quaſi dicat neque ex ideis cætera fiunt aliquo modo ex iis, qui traditi ſunt ab authoribus. nam aliqui ex authoribus voluerunt ſenſibilia fieri ex ideis, ita vt idea ſit in ſingulis partibus, verbi gratia in ſingulis hominibus idea hominis habeatur, aut ita vt pars ideæ inſit in ſingulis, vel ſic vt idea ſuis participibus quaſi exemplar ſit, quorum duo priores participandi modi ſunt, vt pauloante oſtendimus, impoſsibiles. ſed quouis modo exponatur, recte exponitur. Auerroes autem expoſuit

Quæ Auerroes com. 31. {qui conſueuerunt dici} ab eis authoribus, verū per modos intelligit, q̃m alij dicunt ꝙ ſint horum exemplaria, alij quòd ſint cauſæ ſcientiæ horum, & ſic vult nullo iſtorum modorum ideas eſſe neceſſarias. Addit quoque vnum quòd mixtio intentionis vniuerſalis ſubſtantialis cum particularibus fortior ſit mixtione accidentium cum ſuis ſubiectis. & per intentionem vniuerſalem intelligit illud, quod iuniores vocant conceptum obiectiuum. Nam, vt in dilucidario diximus, ad modum loquendi iuniorum duplex eſt cōceptus, vnus dicitur formalis, quo verbi gratia homo intelligitur, & hic eſt aut ſpecies intelligibilis, quæ repræſentat hominem, aut ipſa intellectio, qua homo intelligitur: alius dicitur cōceptus obiectiuus, & hic eſt proprie res, quę repræſentatur per conceptum formalē, vt homo, qui repræſentatur per formalem ſpeciem hominis. Auerroes ergo intelligit per intentionem vniuerſalem cōceptum obiectiuum, qui intelligit vniuerſaliter, hoc eſt, qui intelligitur vt Socrates, neque vt Plato, neq; vt Callias, neq; vt aliquis talis, hæc enim intentio vniuerſalis vnitur ſingularibus vnione naturæ cū ſuppoſitis, quæ vnio eſt maior q̃ formæ cum materia, & q̃ accidentis cum ſubiecto, atque omnium, vnionum maxima. quoniam per eam ſuppoſitum denominatur formaliter, ac per ſe denominatione naturæ, vt Socrates homo, & Plato homo.

Dicere autem exemplaria eſſe ipſas, reſq; cæteras ipſarum eſſe participes, ineptire eſt, & poeticis translationibus uti. TEX. 32. *Ineptire. κενολογεῖν. uanaloqui ſuperuacaneū.*

Cum oſtendiſſet quo nam modo ideæ ſint cauſæ, oſtendiſſetque ideas ipſas neque motus, neque ſcientiæ, cognitioniſve, neq; omnino exiſtēdi his rebus eſſe cauſas: nec item res ex ideis fieri aliquo modo ex appellatis ab aliquo, nomen participationis, qđ iſti vſurpant, dum ideis tanquam exemplaribus cætera participare dicunt, velut inane reiicit. ad hunc igitur modum ait docere eſt inania dicere & trāſlationibus more poetarum vti. q̃m qui in ideis vtuntur verbo participare, nihil ſignificāt ex iis, quibus particeps participat. per quæ patet, idem eſſe ideas eſſe exemplaria rerum ſenſibilium, & res ſenſibiles participare ideis. nam participare, vt Alexander inquit, idem eſt quod exēplar eſſe. Proponit ergo eos, qui dicunt ideas eſſe rerum ſenſibilium exemplaria, inania dicere, & poeticis tranſlationibus vti. vtuntur quidem poeticis tranſlationibus q̃m tranſlationes poetis ſunt familiares. Exemplar autem a pictoribus, qui ad exemplar pingere dicuntur, tranſlatum eſt. & ſic aſſerentes ideas eſſe exemplaria, tranſlatione a pictoribus ſumpta vtūtur, videlicet more poetarum, quibus familiare eſt vti tranſlationibus quæ res abſona eſt philoſophis, qui ex propriis docere debent. Vnde dicit {dicere autem exēplaria eſſe ipſas} .ſ. ideas {reſque}. ſ. ſenſibiles {ipſarum}. ſ. idearū {eſſe participes} quaſi ſm̃ exponat primum, nam idem eſt ideas eſſe exemplaria rerum ſenſibilium: & res ſenſibiles ideis participare, hoc itaq; dicere {eſt} κενολογεῖν .i. {ineptire} & ſuperuacaneum eſſe {& poeticis trāſlationibus vti} hæc duo proponit.

Quid enim eſt, quod operatur ad ideas reſpiciens? nam & eſſe quoduis, & fieri ſimile poteſt, etiam ſi ad ſimilitudinem illius non producatur, ut & ſi ſit, & ſi non ſit Socrates, fiet utique qualis eſt Socrates ipſe. Simili autem modo palam, quoniā fieret, & ſi Socrates perpetuus eſſet. *Vt ὥστε Quare.*

Quòd ideas aſſerere eſſe exemplaria, ſit vti tranſlationibus, non expoſuit, quoniam ex ipſa traditione patet. nam eo ipſo, quo dicunt ideas eſſe exēplaria, dicūt trāſlationem.

tranſlationem. Cum exemplar, vt dictum eſt, tranſla-
tum ſit a pictoribus, qui ad exemplar pingere dicun-
tur. Docet ergo ideas exemplaria vocare plenum eſſe
ineptiarum, & eſſe inanem doctrinam. Et hoc oſten-
dens per interrogationem dicit {quid enim eſt} ſcilicet
illud {quod operatur ad ideas reſpiciens?} quaſi dicat
nihil. quoniam ſi exemplaria ſunt, aliquid eſſe opor-
tet, quod ad ipſas operatur, vt pictores ad exemplaria
pingere notantur. modo nihil apparet in rebus, quod
operetur ad ideas reſpiciens. Quo vero ad rem attinet,
animaduerte vtilitatem exemplaris eſſe, vt artifex po-
nat ſimilitudinem formæ in ſuo artificio videlicet in
ſcanno, aut lectulo reſpiciendo ad exemplar, quod mē
te concipit, nam tunc ſcannum recte conficit, cum for
mam inducit in lignis ſimilem exemplari, quod mēte
concipit. cum vero forma, quam inducit, non fuerit
ſimilis exemplari, quod mente tenet, errat in opere. Si
ergo ideæ ſunt exemplaria, oportebit agentia cū agūt,
aut reſpicere ad illas, aut mente illas tenere: quod cum
nullum horum ſit, ideo quærit {quid.n.eſt} ſcilicet il-
lud {quod operatur ad ideas reſpiciens} vtrū effectus
ſimilis ideæ externæ, an ſimilis ideæ, quam mente tenet
deductam ex intuitu ideæ externæ: quod cum nullum
horum eſſe poſsit, dicere ideas eſſe exemplaria inepti-
re eſt, & vana loqui. Deinde ſequitur illa particula
{nam & eſſe} & reliqua. Vbi Argyropylus videtur fa
cere principium alterius rationis, nam interpretatur
{& inſuper & eſſe} & reliqua, verbo enim {& inſuper}
vtimur, cum vltra priorem rationem adducimus aliā.
quam expoſitionem Alexāder videtur ſequi primum,
poſtea ſe corrigens aliter exponit. nam cum dixiſſet
quòd dicere ideas eſſe exemplaria non ſit vtile ad rerū
generationem, nunc illud probat, quoniam oporte-
ret agens, cum efficit, tenere mente exemplar deriua
tum ab exemplari externo, in cuius ſimilitudine for-
mam efficiat in materia: & ſic oporteret agens omne
reſpicere, vel reſpexiſſe ſemper, cum voluerit genera
re, ad exemplar externum, quod eſt idea, vt ab illo tra
hat mentale exemplar, in cuius ſimilitudine generet:
quod falſum eſſe patet, quoniam cernimus hominem
ab homine generari, ſingularem videlicet a ſingulari,
vt equum ab equo, ſimili cæterorum ratione, quorum
nullum in ideam intuens efficit, quod efficit. ſed cu-
iuſque generatio, & ordo naturalis habetur altero præ
bente principium, altero excipiente, & conſeruante, &
ipſum per ordinem quendam ducente. Præterea etiā
neque ſcientia præditi ea, quæ ad ſcientias pertinent,
ideam quampiam ſpectantes conficiunt: ergo nullum
agens reſpicit ad ideas, cùm generauerit ſibi ſimile: &
dicit {nam & eſſe quoduis, & fieri ſimile poteſt, etiam
ſi ad ſimilitudinem illius} ſcilicet ideæ {non produca
tur} ideſt etiam ſi non reſpiciatur in eius productione
ad ſimilitudinem alicuius ideæ. ignis enim ignem effi
cit, qui non reſpicit ad ideam ſimilem igni producto.
vel aliter {nam & eſſe quoduis} ſcilicet productum
{& fieri ſimile poteſt} ſcilicet alicui {etiam ſi ad ſimi
litudinem illius} cui natum eſt ſimile {non produca-
tur} quoniam aliquid naſci poteſt ſimile alicui, illo
non exiſtente. quod Ariſtoteles demonſtrat exemplo
Socratis, & dicit {vt ſi ſit, & ſi non ſit} in rerum natu
ra Socrates {fiet} ſcilicet Theætetus {vtique qualis eſt
Socrates ipſe} nam non modo Socrate viuēte fieri po
teſt Theætetus, Socrati ſimilis, ſed etiam cum Socra
tes nullus ſit. poteſt enim etiam nunc aliquis & eſſe, &
generari talis, qualis olim Socrates erat. Quòd ſi non
exiſtente quicquam ſimile generatur, ſatis planum ſit
quibuſdam aliqua effici ſimilia etiam nullo aſsimilan
te, aut in exemplar intuente. Quia igitur, vt qui non
exiſtenti ſimilis eſt, is nō eſt factus ad illius exemplar;
ſic licet forma ſempiterna ſit, non tn̄ ſimilitudo eius e-
rit quaſi ad exemplar, cum nullus vtiq; ſit qui ad illius
exemplar operetur: & hoc dicit {ſimili aūt modo palā,
qm̄ fieret}. ſ. Theætetus {& ſi Socrates perpetuus eſſet
{. ſ. ſine intuitu Socratis perpetui. qm̄, vt dictū eſt, nullo
intuente Socratem perpetuum Theætetus fieri poteſt.
dixit autem Ariſtoteles hoc ad imminuēdas quaſdam
rōnes quaſdam, quibus ideæ confirmantur: quæ licet
ſint, non tamen protinus hæc ad ipſarum exemplar ef-
ficiuntur, cum nullus ad illas ſpectans hæc efficiat. Ex-
poſitor autem textum illum {ſimili autem modo pa-
lam} copulat cum textu ſequenti, nam componit ra-
tionem vtens diuiſione ſic, aut agentia reſpiciunt ad
ideas, cum generant, aut non, ſi non, ergo ponere
ideas exemplaria eſt ſuperuacaneum. Si ſic, contra
Theætetus fieri poteſt Socrati ſimilis, ſiue non ſit, ſi-
ue ſit Socrates. ergo non ſpectat agens ad Socratem,
cum facit aliquod ſibi ſimile. Expoſitor vero vir do-
ctiſsimus animaduertit rationem hanc Ariſtotelis non *Quæ expoſitor*
deſtruere ideas, ſiue exemplaria diuina, quæ in intel- *de ideis.*
lectu ipſo diuino habentur. agens enim naturale ſi in-
tenderit ſibi ſimile generare, hoc eſt, quia aliquod ſu
perius agens intellectuale ipſum dirigit videlicet tri-
buendo ei talem formam, qua poſsit, intendatq́; ſi-
bi ſimile generare. Nam vt ſecundo phyſicæ auſculta
tionis dicitur, natura non cognoſcens finem agit pro-
pter finem, nec ob aliud niſi quia dirigitur ad finem
ab aliquo ſuperiore agente, qui finem cognoſcit, vt
Auerroes libro duodecimo huius, authoritate The-
miſtij dilucide declarat. Tale autem intellectuale a-
gens dirigere non poterit agentia naturalia ad agendū
ſibi ſimilia, niſi præhabuerit rationes omnes rerum,
quæ fieri poſſunt ab agentibus naturalibus in ſui men-
te. rationes vero, quæ ſic habentur, ideæ diuinæ, exē-
plariaque Theologica dicuntur. quare has ideas Ari-
ſtoteles non refellit ſed illas Platonicas, quas Plato
extra diuinam mentem ponit, vt exemplaria in gene-
rationibus. Verum hæc, quæ dicit Expoſitor, conſide
ratione nō parua digna ſunt. Nam ſi Expoſitor ꝑ ideas *Dubitatio con*
in mente diuina reconditas, intelligit rationes intelli- *tra expoſitorē.*
gendi creaturas, quæ mediæ ſunt inter eſſentiam diui-
nam, & ipſas creaturas apprehenſas, tales rationes me
diæ neceſſariæ non ſunt, nec pro diſtincta creaturarū
cognitione, nec pro diſtincta rerum productione. pri
mo quia ſi tales mediæ cognoſcendi rationes ſunt in
mente diuina, cum ipſæ ab ipſo Deo cognoſcibiles
ſint, licebit quærere aut pro illarum cognitione rur-
ſus in Deo aliæ cognoſcendi rationes conſtituendæ
ſunt, aut earum cognoſcendi ratio ſufficiens eſt ſola
eſſentia. non ſunt rurſus aliæ rationes aſsignandæ pro
idearum illarum diſtincta cognitione. quoniam in
infinitum procedetur. At ſi pro illarum diſtincta co-
gnitione ſola eſſentia ſufficiat, pari ratione etiā ꝓ crea-
turis diſtincte cognoſcendis eſſentia ſola ſufficiēs erit.
non ergo rationes mediæ ſunt in Deo neceſſario collo
candæ ꝓ diſtincta rerum cognitione. Deinde eſſentia
eſt formalis ratio producendi omnem creaturā, conti
nens in ſe formaliter rationem producendi omnē, qua
creaturæ omnes diſtincte produci poſſunt: Igiť eſſen-

tia eſt ratio formalis cognoſcendi omnem creaturam diſtinctiſsime. Quare comprehẽſione eſſentiæ, omni alio circunſcripto, creaturæ ab ipſo Deo diſtinctiſsime cognoſcunt̃,& ita pro diſtincta creaturarũ cognitione non eſt neceſſariũ ponere ideas in mente diuina quæ ſint rationes mediæ cognoſcẽdi creaturas. Quòd autem eiuſmodi rationes mediȩ non ſint neceſſariæ ex parte ipſius Dei pro diſtincta rerum productione, probatur. quoniam nullum agens in genere ſuæ acceſsionis pro diſtinctis effectibus producendis ex parte ſui diſtinctas producendi rationes requirit. Cœlũ enim ex parte ſui pro diſtinctis effectibus producendis rationes producendi diſtinctas nequaquam requirit. Eadẽ enim producẽdi ratione ex parte ſui omnia producit, quæ producere poteſt. Quare longe minus Deus propter infinitudinem rationis, quam in producendo obtinet, requirit pro diſtinctis creaturis efficiendis diſtinctas producendi rationes. Cum ex infinita rationis plenitudine, quam habet in producendo, infinita diſtincte producere poſſit. At ſi Expoſitor per ideas in mente diuina reconditas, creaturas ipſas apprehenſas, atque productiones intellexerit, tales ſunt neceſſariæ in mente diuina pro diſtincta tum creaturarum cognitione, tum pro diſtincta creaturarum productione, propter conditionem creaturarum, quæ ab ipſo Deo cognoſcuntur, atque producuntur. pro diſtincta quidem creaturarum cognitione, quoniam cum ideæ in mente diuina, vt dictum eſt, non ſint, niſi creaturæ apprehenſæ a Deo, quàm neceſſarium eſt creaturas eſſe diſtinctæ producibiles, tam neceſſarium eſt ipſas antequam, ab ipſo producuntur, apprehendi diſtincte, nam cum producantur, vt effectus intellectualis agentis, effectus autem intellectualis agentis nunquam ex parte ſua effici poſſunt diſtincte, niſi in mente producentis prius in ſimilitudine vniuoca collocati fuerint. Hoc enim pacto, vt ſeptimo huius dicetur, ſimile a ſuo ſimili fit in operibus artis, vt domus in re a domo, quæ eſt in anima. quare cum Deus ſit omnium rerum opifex res ipſas agens, vt ipſæ ſunt apte fieri,& creaturæ aptȩ ſint fieri diſtincte: neceſſariũ erit, vt ipſæ prius ab ipſo Deo ſint diſtincte cognitæ, cum ipſæ ſint diſtincte producibiles. Deinde quòd neceſſaria ſit diſtinctio idearum ex parte creaturarum, quæ producuntur, intelligendo, vt dixi, per ideas creaturas ipſas producibiles apprehenſas a Deo apprehenſione ſuæ eſſentiæ, probatur etiam, quoniam ab æterno creaturæ ſunt producibiles diſtinctæ. ab æterno enim lapis ſui natura eſt producibilis ſecundum ſuum proprium eſſe diſtinctum, ſimiliter & equus, & homo, & cætera id genus, quoniam eis ab ȩterno fieri ex nihilo non repugnat. Dicuntur autem potentiæ huiuſmodi obedientiales, quæ cum ſint diſtinctæ in ſe, diſtincte correſpondent ipſi Deo extrinſecus. quare fit, vt creaturȩ ipſȩ idcirco diſtincte a Deo effici poſſunt, quoniam ab æterno ſuis potæntiis obedientialibus diſtinctis fieri ex nihilo non repugnat. Ergo ex parte dei diſtinctio idearum, quæ ſunt rationes mediæ non eſt neceſſaria, nec pro cognitione diſtincta, cum ſola eſſentiæ apprehenſio ſufficiat, nec pro diſtincta productione. quoniam, vt ſol vna eademq; ratione producendi cuncta efficit diſtinctiſsime, quæ facere poteſt modo præſint obedientiales rerum quæ fiunt, potentiæ diſtinctæ, ita Deus vnica agendi ratione, quæ eſt eſſentia cuncta agit diſtincte, cum præſint potẽtiæ obedientiales ex parte rerum, quibus non repugnat fieri ex nihilo diſtincte. Sed a Theologicis hæc dilucidius ſunt petenda. Alexander in ſua expoſitione hoc pacto refellit ideas Platonicas, quæ ſunt præter diuinam mentem, quæcunque efficiuntur, ſunt ſingularia, & ab aliquo ſingulari generata, ut hic homo ab illo homine et hic equus ab illo equo, hæc vitis ab illa vite,& in cæteris ſimili ratione: ſed quicquid per naturam aliquid efficit, id per naturam ſibi inſitam operatur, hoc eſt per cauſam, principium, quod in ipſo habetur & per potentiam. qua valet aliquo modo moueri. Ea nanque natura ſunt,& naturam obtinet, quibus in ipſis principium motus ineſt, per quod hæc aliqua eſſe dicuntur, & non per accidens, & equus equum per ſibi inſitam naturã procreat. At neque homo, neq; equus, aliudve eorum, quæ natura gignunt, efficiuntque intuens in exemplar ſuo fungitur munere. neque enim omnino, ſimul atque res futura quomodo fieri debeat, conſiderauit. Cum igitur eorum, quæ nunc quicquam natura efficiunt, nullum ad exemplar ſuum munus abſoluit, fit, vt ne ante quidem efficiebatur. Alexander ergo hoc pacto refellit ideas Platonicas, refellit etiam id, quo ducti ſunt, vt putarent naturam in aliquod exemplar intuentem effectus ſuos perficere, aſſerens eos partim quidem verè dicere, partim ſecus. quantum enim ad hoc quod opera natura ordine quodam, ac numeris quibuſdam definitis cuncta fiant. non caſu, aut fortuna, bene dicunt. quantum uero ad hoc quod dicunt opera naturalia fieri ordine, & numero definitis, quia agens naturale ad exemplar reſpiciat, non recte dicunt. Neque enim natura intelligendo ſuo munere fungitur. Hæc enim facultas rationis eſt expers, licet cauſa ſit, vt motus ſic ordinem ſeruet, vt primum ſecundus conſequatur ſtato quodam ordine, non per quandam ratiocinationem: hunc protinus tertius, donec motus finem, cuius cauſa fiunt, aſſequatur. quem ordinem ars, quæ duce ratione opera ſua conficit, imitata eſt. Ars enim potentia quædam eſt rationabilis, natura vero facultas, quæ ratione vacat. Quidam autem reſpondent naturam aſſerentes artem quandam diuinam eſſe, quæ nihil citra rationem efficiat, & cui munere diuino datum ſit, vt ad certum & determinatum exemplar opera videlicet ſua conficiat:& hi ſunt, qui inter Deum & naturam nõ diſtinguunt. Contra quos Alexander obiicit, aſſerens naturam non ſic eſſe artem diuinam: ſed quoniam a Diis eſt, a quibus munere videri poteſt donata: non quod ad exemplar operetur. nam quomodo ad exemplar, quod minime intelligit, quicquam efficiet? Præterea, in rebus quoq; malis, quæque præter naturam fiũt licet conſtantiam inuenire, vt in abceſsibus, vulneribus, tumoribus, morborumq; ambitibus: in quibus patet agens ad exemplar non reſpicere. Ad hæc animalia quædam conſtantes habent generationes, non tamen ad ideam, vt vermes, culices,& cicadæ: per hæc Alexander refellit Platonicas ideas. Auerroes autem in commento licet nihil ad textus rationem explicet, tamen refellit Platonicas ideas argumento Alexandri cum dicit, indiuiduum per ſe non generatur, niſi ab indiuiduo ſuæ ſpeciei, quapropter neceſſe eſt, vt generãs Socratem ſit aliud indiuiduum Socrati ſimile: Quare ceſſat neceſsitas exemplaris ideæ. *Qua Auerro. comm. 32.*

Præterea exemplaria plura eiuſdem erunt. Quare & ſpecies: ut hominis, animal, bipes, ſimul etiam & ipſe homo. *Præterea. τὶς. Et. etiam.*

Alexander ait verba, quæ hinc pertinent vſq; ad illum locum { præterea fieri non poſſe } in quibuſdam exemplaribus non haberi, quo, vt inquit, factum eſt, vt cum perobſcura ſint, a nullo tñ fuerint explicata. Argumẽtum vero Ariſt. in hoc textu eſt Enthymema tale, ſi ideæ, quæ ponunť a Platone ſint horum exemplaria, vnius rei cõplura exẽplaria habebunť, eiuſdẽq; plures erunt ideæ. nam ſi homo & animal eſt, & bipes, & homo, & hæc diſcrepant inter ſe, cum cuiuſq; horũ habeatur exemplar, & idea. erunt plura exemplaria eiuſdem rei. dicit { præterea exemplaria plura eiuſdem erunt quare & ſpecies }. i. ideæ plures eiuſdem erunt ſi ſubaudi ideæ erunt exemplaria { vt hominis } ſcilicet erunt exemplaria { animal, bipes, ſimul etiam } cum his { & ipſe homo } In græcis autem verbis legitur ſic, οἷον τῦ ἀνθρώπου, τὸ ζῶον, τὸ δίπουν ἅμα. δὲ καὶ τὸ αὐτοάνθρωπος. Argyropylus tamen tranſtulit, vt diximus. Quòd autem hæc tria ſint exemplaria hominis, atque ideæ, patet, quoniam hæc omnia prædicantur de homine, & cum cuilibet prædicato correſpondeat exemplar, & idea, erunt hominis animal, bipes, & ipſe homo ideæ, atque exemplaria, quoniam homo & eſt animal, & bipes, & homo, & per hominem, de quo illa tria prædicãtur intelligit, hominem ſenſibilem. Sed dices hoc non eſt abſurdum, ideo declarat Alexander hoc eſſe abſurdũ, quoniam qua ratione illa tria prædicantur de homine ſenſibili, eadem ratione prædicantur de idea hominis, quæ dicitur αὐτοάνθρωπος. nam ipſe homo eſt & animal, & bipes, & ipſe homo, & ſic ideæ hominis erunt tria exemplaria, treſque ideæ, Quòd ſi ita ſit, idea non erit ſimplex, ſed ex ideis conflata. Sequetur etiam vt idea ſit prior idea, quoniam ipſum animal ipſo homine prius habetur. Animal. n. genus eſt ipſius hominis, & alia multa addit Alexander, quæ ſuperflua ſunt.

TE X. 33. *Inſuper non ſolum ſenſibilium ſpecies, ſed etiam ipſarum ſpecierum exemplaria erunt, ueluti genus ipſum, ut ſpecierum genus. Quare idem erit exemplar, atque imago.*

Imago. εἰκών Similitudo.

Apud Expoſitorem hic ponitur tertia ratio, quæ firmatur in loco topico hoc pacto, ſicuti ſpecies ad indiuidua, ita genus ad ſpecies. ſed ſpecies exemplar eſt indiuiduorum: igitur genus exemplar eſt ſpecierum. Tunc deſtruitur conſequens, quoniam ſequitur vt idẽ ſit exemplar, & exemplatum. nam ſpecies erit exemplar indiuiduorum, & exemplatum. ideæ, quæ eſt ſpecierum genus. Alexander autem vult hoc eſſe abſurdum eius, ad quod deduxit ſecundum proximum argumentum, erat enim proximum argumentum, Si ideæ ſint exemplaria, plura exemplaria erunt eiuſdem exemplati. vltra, plura exemplaria ſunt eiuſdem exemplati, igitur idem erit exemplar, & multorum exemplarium exemplatum, vt ſpecies hominis erit exemplar hominum ſenſibilium, & exemplatum illarum idearum videlicet animalis, & bipedis, dicit { inſuper } ſubaudi ſi plura exemplaria erunt eiuſdem exemplati, vt ipſius hominis animal ipſum, & bipes ipſum { nõ ſolum ſenſibilium } ideſt indiuiduorum { ſpecies } ideſt ideæ { ſed etiam ipſarum ſpecierum } ideſt idearum { exemplaria erunt, veluti genus ipſum } erit { vt ſpecierũ genus } ideſt ſicuti idea generica, vt deductum eſt { quare idem erit exemplar, atque imago } nam ſpecies erit exemplar indiuiduorum { & imago } ideſt exemplatum ideæ generis. εἰκών enim græce & imago, & ſimilitudo, & exemplatum dicitur. Sed hoc non videtur abſurdum reſpectu diuerſorum, tamen hoc eſſe abſurdum declaro, quoniã exemplatum omne eſt factum ad ſimilitudinem exemplaris, & exemplar omne eſt perpetuum, ad cuius ſimilitudinem alia fiunt, quare idem erit perpetuum atque factum: vt idea hominũ quo eſt exemplata imago, erit facta, quo vero exemplar ſenſibilium hominum erit perpetua.

Deinde fieri non poſſe uidebitur, ut ſeorſum ſit ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia. quare quo nã pacto ſeorſum erũt ideæ ipſæ, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum.

Cum probatum ſit ideas non eſſe exemplaria rerum ſenſibilium, nunc probat ideas non eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, & textus præſens reſoluitur ad artem prioriſticam hoc pacto, nulla ſubſtantia ſeparari poteſt ab eo, cuius eſt ſubſtantia: idea ſeparatur ab eo, cuius eſt idea: igitur idea non eſt ſubſtantia eius, cuius eſt idea. de ſyllogiſmo primo tangit maiorem, & dicit { Deinde fieri non poſſe videbitur, vt ſeorſum ſit ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia } hæc fuit maior, ſed ſubintellecta minore videlicet, ſed idea ſeparatur ab eo, cuius eſt idea, & dat concluſionem admodum interrogationis dans intelligere minorem, & dicit { quare quonam pacto ſeorſum erunt ideæ ipſæ, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum } & per ſubſtãtias rerum Expoſitor formales cauſas intelligit. & ſic ſecundum expoſitorem cum Ariſtoles probaſſet ideas non eſſe exemplaria, in præſenti loco probat ideas non eſſe ſubſtantias, ideſt formales cauſas rerum ſenſibilium: cuius ſyllogiſmus eſt, vt diximus. Alexander intelligere uidetur per ſubſtantias definitiones, quæ ſubſtantiã explicant. & etiã formales cauſas rerum. & hoc ideo, quia definitio ſubſtantialis formam ſolam ideſt ſolam cauſam formalem explicat. Quare quouis modo exponatur, ſyllogiſmus probat intentum.

In Phædone autem ſic dicitur, ut & res ſint, & fiant, cauſæ ſpecies ſunt. Et tamen ſi ideæ ſunt, nullo pacto fiunt res, quæ participant, niſi ſit id, quod moueat eſt moturum. TEX. 34.

Cum probaſſet ideas non eſſe cauſas formales rerũ ſenſibilium, nunc probat non eſſe effectrices cauſas rerum ſenſibilium ſufficientes, & ſyllogiſmus erit, effectrices cauſę ſufficientes ſunt, quibus exiſtentibus effectus ponuntur: ſed ideis exiſtentibus, non ponuntur ſenſibilia: ergo ideæ non ſunt effectrices rerum cauſæ ſufficientes, circa hunc ſyllogiſmum primo narrat verba Platonis in Phædone, in quibus aſſerit ideas eſſe cauſas rerum ſenſibilium vt ſint, ideſt formales, & vt fiant ideſt effectrices rerum ſufficientes: & dicit { In Phædone autem ſic dicitur } ad verbum, ὡς καὶ τῦ εἶναι τῦ γίγνεσθαι αἴτια τὰ εἴδη καὶ. i. { vt res ſint, & fiant, cauſæ ſpecies ſunt } cum dixit { vt ſint } innuit ideas eſſe rerũ formales cauſas cũ uero dixit { vt fiant } innuit ideas eſſe rerũ cãs ſufficientes effectrices. hæc Plato in Phædone. obiicit Ariſt. oſtendens ideas nõ eſſe cãs effectrices rerum ſufficiẽtes in p̃ſenti loco, qm̃ proximo textu probauit ideas non eſſe rerũ cauſas formales: et ſolũ de ſyllogiſmo tangit minorem, & dicit { & tñ ſi ideæ ſunt, nullo pacto fiũt res }. ſ. ſenſibiles, { q̃ participãt }. ſ. ideis, hoc eſt nullo pacto fiũt indiuidua ſenſibilia. hæc erat minor, cuius probationem nõ poſuit, ſ loco probationis ſubdit, niſi { niſi ſit id, ꝙ eſt moturum }. i. particulare agẽs & particularis motor. & dat intelligere p

hanc additionem rationem, qua probatur minor.ſ.ꝙ ideis exiſtentibus non ponantur ſenſibilia, quoniam ſi ab æterno ideæ eſſent,& nõ ponerentur motores particulares, & efficientes particulares, nullum indiuiduum fieret: ergo ideæ non ſunt ſufficientes rerũ cauſæ effectrices,cum nihil efficiant, niſi particulares motores aderint. Sed occurres,quoniam ſi ita eſſet, ab intelligentiis nihil efficeretur,cum intelligentiæ,& ideæ eiuſdem rationis abſtractionis ſint. Dicendum apud Ariſtotelem intelligentias nihil efficere, niſi corpore cœleſti medio accedente,& etiam concurrentibus particularibus agentibus: quibus & generationes,& corruptiones fiunt in his inferioribus. Quare hoc, quod Ariſto.obiicit contra Platonem,non obſtat ſibi. Auerroes vero quo ad expõnem textus, nihil nobis boni attulit,quo tñ ad rẽ ipſam,ſic ait, impoſsibile eſt formas remanere,& deficere res,quarũ ſunt formæ, qm̃ remanente,nõ eſſet corruptio.Sed hoc,quod Auerroes ait, nec eſt ſibi conſtans,nec verum. Sibi cõſtans quidem non eſt,quoniam in fictione, quã facit de vnitate intellectus,aſſerit intellectũ ſemper remanere, licet homines,quorum eſt forma,corrumpantur. Verum autem nequaquam,qm̃ ſecundum veritatem intellectus humanus,ſm Ariſtotelem libro de generatione animalium,eſt forma corporis humani extrinſecus accedens, vltimo poſt cęteras animas,qui tñ in corruptione hominis,vt eodem libro aſſerit, remanet. Ergo ſtat formam remanere corrupto eo, cuius erat forma. Et cã erroris eſt,quoniam ſtat formam remanere ſecũdum ſubſtantiam, & corrumpi id, cuius eſt forma,qm̃ deſinit eſſe illius forma: licet ſimpliciter non deſinat eſſe. Sed occurres,qm̃ tunc homo ſimpliciter non corrumpetur, quoniam eius forma remanet ſubſtantia, licet deſinat eſſe ſecundum quid. Præterea tunc corruptio equi eſſet maior q̃ corruptio hominis,quoniam in corruptione equi forma corrumpitur ſimpliciter.In corruptione hominis forma corrumpitur ſecũdum quid tantum. Diluitur prima obiectio, quoniam ſi per corruptionem ſimpliciter intelligis corruptionem,quæ fit ſm ſe & quodlibet ſui,nihil ſimpliciter corrumpitur,quoniam ſemper materia ſaltẽ remanet. At ſi per corruptionem ſimpliciter intelligis eam,quæ fit ſecũdum ſe,vtputa per quam perditur nomẽ, & definitio: ſic aliquid poteſt ſimpliciter corrumpi,ſolum per hoc, quod eius forma deſinit eſſe forma. Secũda vero obiectio diluitur, ꝙ abſit,vt homo dicatur æqualiter corrumpi ſicut equus.Bene tamen dicitur vterque corrũpi ſecundum ſe ſimpliciter, quoniam vterque in corruptione amittit nomen,& definitionem, non tamen eodem modo,quoniam homo amittit nomen & definitionẽ per hoc, quod eius forma deſinat eſſe forma, Equus vero per hoc. quod eius forma deſinat eſſe forma,& deſinat eſſe. Sed hæc dilucidius petenda ſunt in libro de intellectu,& in libro de immortalitate animæ.

Qua Auer. Com. 33.

Inſuper etiam multa alia fiunt,ut domus, & annulus,quorum non dicimus eſſe ſpecies. quare patet & cætera etiam et eſſe, & fieri poſſe, & per tales cauſas, per quales fiunt & ea, quæ modo ſunt dicta.

Hæc eſt ſecunda ratio ad eandem concluſionem, quam Expoſitor ſic conficit, ſicut artificialia ad artificiales ipſas cauſas, ita naturalia ad cauſas naturales: ſed artificialia fiunt a proximis cauſis ſine ideis: igitur naturalia fiunt a ſuis proximis cauſis ſine ideis.De ſyllogiſmo primo aſsignat minorem, & dicit {inſuper etiam multa alia fiunt} quæ non ſunt effectus naturales ſubaudi a ſuis proximis cauſis ſine ideis {vt domus & annulus} quæ fiunt a ſuis proximis cauſis effectricibus {quorũ} nos Platonici {non dicimus eſſe ſpecies} .i.ideas. Artificialium.n.rerũ Plato negat ideas. Deinde aſsignat concluſionẽ cum qua ſimul innuit vim maioris,& dicit {quare patet & cætera etiam}.ſ.naturalia {& eſſe, & fieri poſſe}.ſ.non ab ideis {& per tales cãs, per quales fiunt & ea, q̃ modo ſunt dicta}.i.per quales fiunt artificialia. & dixit {& per tales cãs} & non dixit per eaſdem,qm̃ cauſæ per quas fiunt artificialia ſunt artes, cãæ vero,per quas fiũt naturalia ſunt agentia naturalia: ſunt tñ ſimiles,qm̃ artificialia fiunt ab agentibus proximis ſine ideis, & naturalia fiunt & ab agentibus proximis ſine ideis. & propterea dixit & per tales cãs, per quales fiunt artificialia qm̃ per ſimiles cãs,ſimilitudinem vero declarauit Alex.qm̃ genitor artifici, fœmina vero ei proportione reſpondet, quod pro materia eſt.Aliter etiam Alexã.rõnem ſtruit, & quidem diluci de hoc pacto, quibus cauſis fiunt ea,quorũ ideas eſſe negant,harũ ſimilibus fient ea, quorũ ideas eſſe aiunt: ſed ea, quorũ ideas eſſe negant, fiunt a cauſis ꝓximis, vt artificialia: igitur ea, quorum ideas eſſe aiunt,fiunt a cauſis ꝓximis penitꝰ idearũ virtute ſublata. Sed quia hæc rõ ad eãdem venit, ſatis ſit nobis monſtraſſe locũ.

Præterea ſi ſpecies ſint numeri, quonam modo cãæ erunt? TEX. 35.

Alexander in præſenti loco aliter quàm cęteri exponens hunc locũ,vult Ariſto.per hanc opinionem, quæ eſt ꝙ ideæ ſint numeri, demõſtrare ipſas ideas non eſſe,& iuxta hanc expoſitionem erit ratio Ariſtotelis, Si ideæ ſunt idę numeri ſunt:Sed ideæ non ſunt numeri: igitur ideæ non ſunt. Syllogiſmus eſt hypotheticus a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis.Quòd aũt ideæ non ſint numeri,probat per interrogationem, & dicit {præterea ſi ſpecies ſunt numeri,quonam modo cauſæ erunt}.ſ.indiuiduorũ ſenſibilium? Non.n.poſſunt cãæ eſſe taliũ. Et ꝙ non poſſint cãæ eſſe taliũ, ꝓbatur nam eorum quorũ ratio eſt eadem alterum alterius cauſa eſſe non poteſt, niſi per accidens,ſed numerorũ,qui ſunt ideę,& numerorum, qui ſunt ſenſibilia eadem eſt ratio ſecundum Platonicos. igitur ideæ non poſſunt cauſæ eſſe ſenſibilium,niſi per accidens, quomodo alterum indiuiduum alterius cauſa eſt per accidens, quod eſt contra Platonem, qui aſſerit ideas ſenſibilium cauſas eſſe per ſe. At Expoſitor vult cum Ariſt.probaſſet ideas non eſſe effectrices cauſas, ꝙ nunc probet ideas non eſſe numeros,vt Plato ponebat authoritate Pythagoricorum. quam rem Ariſt. probare autumat pluribus rationibus.quarum primã per interrogationem affert,& dicit{præterea ſi ſpecies ſunt numeri,quonã modo} ſpecies {cauſæ erunt?}.ſ. ſenſibilium. Quod autem cauſæ ſenſibilium eſſe non poſſint,probat ſyllogiſmo anteaſsignato.Quam expoſitionem etiam Alexander innuit aperte.vnde Ariſtoteles dicit {quonam modo cauſæ erunt?} cum cætera quoque numeri ſint nihilo ſecius quàm ideæ.

Ex eo ne quia res hæ alij numeri ſunt: ut hic quidem numerus homo,hic autem Socrates,hic uero Callias. Cur igitur hi illi ſunt cauſæ?

Hic inducit reſponſionem ꝓ Platone,quæ eſt,ꝙ licet ideæ & ipſa ſenſibilia ſint numeri, tñ ſenſibilia ſunt

numeri

numeri diuerſi ab ideis,& numeri diuerſi inter ſe, quẽadmodũ ideæ ipſæ ſunt inter ſe diuerſæ. & ſic poſſunt ideæ eſſe cauſæ ſenſibilium, qm̃ ſenſibilia numeri ſunt ab ideis diuerſi. dicit {ex eo ne, quia res hæ}.ſ.ſenſibiles {alij numeri ſunt} tum.ſ.ab ideis, tum inter ſe {vt hic quidem numerus eſt homo} qui idea eſt ſenſibiliũ hominũ.ſimiliter hic numerus eſt equus, qui idea eſt ſenſibilium equorum {hic autem Socrates, hic vero Callias} qui res ſenſibiles ſunt. & ſic indiuidua ſenſibilia ſunt numeri diuerſi ab ideis,& inter ſe,& ſic ideæ poſſunt horum cauſæ eſſe. Contra obijcit & dicit {cur igitur his} .ſ.numeris ſenſibilibus {illi} ſcilicet numeri ideales {ſunt cauſæ?} cum hi & illi in ratione numeri non differant. Et eorum numerorum, quorum ratio eſt eadem, alter alterius non magis cauſa eſt, & ratio adhuc ſtat, ꝙ ideæ non ſint cauſæ horum. nam ſi ſunt hi numeri illis æquales, vt ſit verbi gratia quinarius numerus homo ipſe, qui eſt idea, & homo ſenſibilis, quonam pacto alter alterius cauſa eſſe poteſt vtriſque exiſtentibus quinariis, & conuenientibus in ratione numeri? niſi alterius alter cauſa ſit per accidens vt alterũ indiuiduum alterius, quod Plato negat.

Nihil.n.refert, ſi illi quidem perpetui ſunt, hi uero nõ ſunt.

Iterum reſponderi poteſt illos numeros, qui ſunt ideæ, cauſas eſſe, hos vero, qui res ſenſibiles ſunt, eſſe effectus, qm̃ illi ſunt ſempiterni, hi vero corruptibiles. Contra obiicit Ariſtoteles, quia non refert quantum ad rationem numeri. nam quinarius perpetuus, & quinarius corruptibilis eiuſdem rationis ſunt: ſicut albũ perpetuum, & album corruptibile, nõ enim differunt in ratione albi, ſic quinarius ꝑpetuus, & quinarius corruptibilis in rõne quinarii nullo pacto differunt. Quare non magis alter q̃ alter alterius cauſa erit, niſi vt dictum eſt, per accidens, ſicuti alterum indiuiduum alterius magis cauſa eſt per accidens: & non per ſe dicit {nihil.n.refert} quantum ad per ſe rationem cauſæ {ſi illi quidem perpetui ſunt} videlicet numeri ideales {hi vero non ſunt} videlicet numeri ſenſibiles. qm̃ perpetuum & corruptibile ſecũdum Platonem non variant rationem, ſecus fortaſſe eſſet apud Ariſtot.

TEXT. 36. *Quod ſi propterea quia ea, quæ ſunt hic, rationes ſunt numerorum, ceu concentus.*

Hæc eſt tertia reſponſio pro Platone, nam dicemus ea, quæ hic ſunt non eſſe numeros, ſed proportiones numerorum, ideas vero numeros eſſe. & qm̃ numeri ſunt cauſæ proportionum numeralium, ideo poſſunt ideę cauſæ eſſe rerum ſenſibilium, quatenus ideæ ſunt numeri: res vero ſenſibiles proportiones numerales. dicebant enim Platonici nullam rem ſenſibilem eſſe numerum, ſed in quadam numerorum ratione conſiſtere: & ſic vnaquæque res ſenſibilis nõ eſt numerus, ſed proportio quædam in numeris conſiſtẽs, & hoc declarat ſimilitudine concentus, qui nõ eſt numerus, ſed proportio numerorum.i.res rationem quandam inter ſe numerorum habens, veluti concentus, qui dicitur diapaſon, cõſiſtit in dupla proportione, iterum alius concentus ſexquitertia, alius in ſexquialtera, quę omnia numerorum ſunt rationes, & non numeri. ſic igitur dicere poſſunt ideas eſſe cauſas rerũ ſenſibiliũ, quia ideæ ſunt numeri, res vero ſenſibiles proportiones numerorum, quæ fiunt ab ipſis numeris. hanc ergo reſponſionem innuit, ſi leg tur textus ſuſpenſiue ſic {Quod ſi propterea quia ea, quæ ſunt hic}.ſ.res ſenſibiles {rationes ſunt numerorũ, ceu concentus} ſubaudi dicatur ideas eſſe cauſas horum, qm̃ ideæ ſunt numeri, hæc vero proportiones numerales, quæ fiunt ab ipſis numeris. ſuſpenſio vero terminatur in textu proximo. tamẽ hæc eſt tertia euaſio pro Platone. Nam ſic cauſa alterius rationis eſt ab effectu, cum effectus ſit proportio numerorum, cauſa vero ſit idea, quæ eſt numerus; non.n.proportio numerorum numerus eſt.

Patet unum quid eſſe ea, quorum ſunt rationes. Quod ſi id eſt materia, patet & ipſos numeros quaſdam fore quarundã inter ſe rationes. dico autem hoc pacto ſi Callias ſit ratio in numeris ignis, & terræ, & aquæ, & aeris, & ipſe homo cæterorum quorundam ſubiectorum erit, & idea, numerus, & ipſe homo ſiue numerus ſit quidam, ſiue non, tamen erit ratio quorundam in numeris, & non numerus, neque ob hæc numerus quidam erit.

Hic terminat ſuſpenſionem, & replicat contra reſponſionem, & accipit primo præter proportiones, quæ ſunt res ſenſibiles, eſſe aliquid vnum, quod proportiones illas ſuſcipit, quod vnum in muſicis eſt ſonus, in rebus vero ſenſibilibus eſt materia. & dicit, ſi inquam dicatur ideas eſſe cauſas, quia ſunt numeri hæc vero effectus, quia ſunt proportiones numerorum {patet ea} .ſ.ſenſibilia {quorum ſunt rationes, eſſe vnum quid}.i.eſſe vnum ſubiectum.ſ.præter ipſas proportiones {Quod ſi id} ſubiectum.ſ.{eſt materia} proportionibus ſubiiciens, & ſubaudi proportiones ipſæ effectus ab ideis proficiſcentes, {patet & ipſos numeros} .i.& ipſas ideas, quæ ſeparati numeri ſunt {fore quaſdam rationes quarundam inter ſe} videlicet ſimiles proportionibus, quę ſunt res ipſæ ſenſibiles, alioquin non eſſent exemplaria, Si.n.effectus eſſent proportiones, & ideæ eſſent numeri, & non proportiones, ideæ non eſſent exemplaria illis ſimilia, immo diſsimilia. Deinde exponit hanc obiectionem exemplo, & dicit {dico autem hoc pacto, ſi Callias ſit ratio} conſiſtens {in numeris ignis, & terræ, & aquæ, & aeris, ſequitur etiam vt & ipſe homo} qui idea eſt {cæterorum quorundã ſubiectorum erit} ratio.ſ.& proportio {& idea} hominum ſenſibilium, q̃ eſt {numerus, & ipſe homo} qui eſt idea ſeparata, erit etiam proportio & ratio numerorum: alioquin non eſſet exemplar, ſimile rebus ipſis ſenſibilibus. ſed dices, homo ipſe, qui eſt idea, eſt numerus apud Platonem, ergo non eſt ratio numerorũ. reſpondet ꝙ ſiue ſit numerus, ſiue non, neceſsitate cõſequentiæ ſequitur vt ſit ratio numerorum, & non numerus: & dicit {ſiue numerus ſit quidam, ſiue non} ſit numerus quidam {tamen} neceſsitate conſequentiæ {erit ratio quorundam} ſubiectorum conſiſtens {in numeris, & non numerus} nam licet ſm opinionem Platonis idea hominum ſit numerus, neceſsitate conſequentiæ ſequitur, vt non ſit numerus. Sed adhuc dices, idea eſt numerus, ergo idea hominum eſt numerus reſpondet, & dicit, quòd verum eſt ſecundum opinionem, tamen {nec ob hæc} quia ſcilicet eſt idea homo ſeparatus numerus {quidam erit} quoniam licet ſecundum opinionem ſit numerus, non tamen ſecundũ neceſsitatem conſequentiæ. Sequitur.n.neceſsitate conſequentiæ, effectus idearum non ſunt numeri, ſed proportiones numerorũ in ſuis ſubiectis conſiſtentes: igitur ideæ ſunt proportiones numerorum in propriis ſubiectis conſtitutæ. alioquin ideæ non erunt exem-

plaria rerum ſenſibilium, cum nullum diſsimile eſſe poſsit exe.r.·lar eorum, quibus eſt diſsimile. hoc pacto Alexander hunc textum expoſuit, qui mihi ſemper fuit obſcuriſsimus.

Quæ Auer. Commen. 35 Auerroes autem ſuper illa parte { præterea ſi ſpecies ſint numeri, quonam modo cauſæ erunt } nullam rationem habens de verbis Ariſtotelis probauit ideas non eſſe ſenſibilium cauſas, per hoc, quoniã idem ens eſſet compoſitum ex multis numeris diuerſis ſecundũ formam. nam vnum indiuiduum videlicet Socrates eſt animal, & eſt homo, & eſt Socrates, & ita habebit numerum, per quem eſt animal, & numerum per quẽ eſt homo, & numerum per quem eſt Socrates. hoc autem putat eſſe abſurdum. Hæc ratio primo eſt ſua, & non Ariſtotelis, deinde non videtur abſurdum aliquid confici ex pluribus, & diuerſis numeris communicantibus, immo neceſſarium. Quinarius.n.componitur ex binario, & ternario: ſed ternarius continet binariũ. Secundo probat ꝙ idea non ſit pars rei ſenſibilis, per hanc rationem, quia æternum non poteſt eſſe pars rei genitæ, & corruptibilis, quæ ratio nec eſt ad propoſitum verborum Ariſtotelis, nec neceſſaria. nam intellectus æternus ſaltem a parte poſt, eſt pars hominis. At ſecundum ipſum eſt pars hominis, & æternus vtraque ex parte. Super vero præſenti parte Auerroes aſ-

Quæ Auerroes Com. 36. ſerit definitionem numeri non eſſe numerum, ſicuti nec definitio animalis eſt animal. Sed hoc nec eſt ad mentem Ariſtotelis, nec verum. nam definitio rei cõuertitur cum ipſa re. Si enim animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ſubſtantia animata ſenſitiua eſt animal. Ergo definitio numeri & eſt numerus.

TEX. 37. *Præterea multis ex numeris unus fit numerus. ex ſpeciebus autem quonam modo una ſpeties?*

Expoſitor hic deſignat ſecũdam rationem, quam ſic conficit, ex multis numeris vnus fit numerus: ſpecies.i.ideæ ſunt numeri: igitur ex multis ideis vna fit idea. ſed hic ſyllogiſmus fit ex quatuor terminis. ideo ſic debet concludere. igitur ex multis ideis vnus fit numerus, quod Plato non haberet pro abſurdo. Quare per ſubacceptionem, conuerſa concluſione, ſic ſyllogizamus, vnus numerus fit ex pluribus ideis, hęc enim eſt concluſio cõuerſa, quæ pro maiore accipitur. Sed vnus numerus eſt vna idea: igitur ex pluribus ideis eſt vna idea in tertia figura, hoc modo textus ad artem prioriſticam reſoluendus eſt. Sed occurres, quia non

Dubitationes. videtur abſurdum ex pluribus ideis vnam eſſe ideam apud Platonem. quoniam videmus ex pluribus elementis fieri vnum mixtum, & tamen elementa differunt ſpecie, quare ſicut ex pluribus ſpeciebus fieri poteſt vnum mixtũ ſpecie, ita ex pluribus ideis, vna idea per admixtionem. Innuit Expoſitor ſolutionem, qm̃ ex pluribus ſpeciebus fit vnum mixtum per corruptionem elementorum, vel per remiſsionem formarum ſubſtantialium apud Auerroem. At ideæ nec corrumpi, nec remitti poſſunt. Ergo ex pluribus ideis via mixtionis vna idea fieri non poteſt. vnde Alexander ad hanc eandem ſolutionem accedens, dicit, hac quoq; ratione ideas numeros eſſe non poſſe docet, quoniam ex multis numeris ſimul poſitis.i.nec corruptis, nec remiſsis vnum efficitur numerus, vt tria & quatuor coniuncta nec corrupta, nec remiſſa inter ſe ſeptem efficiunt. At ex pluribus ideis coniunctis.i.nec corruptis, nec remiſsis non poteſt effici vna idea. Cum canis forma, & forma hominis, exempli gratia coniunctæ vnã formam non efficiant. ergo ideæ nõ ſunt numeri. Sed adhuc dubitabis, quoniam homo ex animali, & bipede conſtat ergo idea ex pluribus conſtata eſt. Contra obiicit Alexander, primo quia tunc ideæ nõ erunt ſimplices, ſed compoſitæ. Deinde quia aliæ priores erunt, aliæ poſteriores. Prior enim eſt forma animalis, poſterior autem hominis, vel equi forma. Præterea eſt alia differentia, qm̃ ex quibuſvis diſcrepantibus numeris vnus numerus efficitur. non item ex quibuſuis diuerſis ideis idea vna effici poteſt, vt ex equo, & cane. Inſuper eſt alia ratio, quoniam quæ rem aliquam componunt, ea ſeparatim exiſtentia in compoſitionẽ veniũt hominem autem & animal nunquam ſeparata, vel ſumere, vel intelligere licet. patet igitur ideas non eſſe

numeros. Auerroes vero hanc partem exponit vt Quæ Auerro. comm. 37. dictum eſt, addit tamen vnam opinionem obiter eorum, qui dixerunt vnitatem eſſe punctum & dualitatem lineam, & trinitatem ſuperficiem, & quatrinitatẽ corpus, & eam refellit. quoniam tũc ſuperficies componeretur ex linea, & puncto, & corpus ex linea, ſuperficie, & puncto: quod ipſe putat impoſsibile. ſed hoc, quod Auerroes putat impoſsibile, Plato vult eſſe neceſſarium & ideo reprobatio huius opinionis petatur à libro ſexto phyſicæ auſcultationis, nam eo libro hæc opinio refellitur aliis rationibus.

Quod ſi non ex ipſis, ſed ex unitatibus, quæ ſunt in numero, ut in centenario: quonam pacto unitates ſe habent? Etenim ſi ſpecie ſimiles ſint, plura eueniunt abſurda, ſin autem ſpecie non ſint ſimiles nec inter ſe, nec omnes omnibus. Quo different, cum expertes paſsionis ſint. neque.n.conſona ſunt hæc rationi, neque conſentanea menti. Centenario. μυριάδι. In numero continente decem milia. TEX. 38.

Cum probaſſet ideas non eſſe numeros, nunc vult refutare quandã reſponſionem, qm̃ aliquis dicere poſſet ex ideis ipſis coniunctis non fieri ideã vnam: ex eo quia nec in numeris vſu venit, vt ex numeris coniunctis vnus exeat numerus. & ſic negabitur maior ſyllogiſmi principalis.ſ.ꝙ ex multis numeris vnus fiat numerus. non.n.numerus fit ex numeris coniunctis, ſed ex vnitatibus: cum omnis numerus conſtituatur ex vnitatibus, non ex trinitatibus, aut quaternitatibus qm̃ decies mille numerus ex vnitatibus, non ex milleſimis, aut centenis numeris conſtat. & ſic eſt concedendum ideas numeros eſſe, non tamen quatenus idea ex numeris conſtat, ſed quatenus ex vnitatibus conflatur. & ſic nullum ſequitur abſurdum contra poſitionem Platonis, qui ideas numeros eſſe aſſerit. primo ergo affert reſponſionem, & dicit { ꝙ ſi non ex ipſis }.ſ.numeris coniunctis { ſed ex vnitatibus, quæ in numero ſunt } ſubaudi numerus fit { vt in centenario } qui numerus eſt non ex denarijs, ſed ex vnitatibus, ſequetur, vt idea ſit numerus, non ex numeris, ſed ex vnitatibus conflata, quod Plato concedit & ſic Plato poteſt euadere à ſyllogiſmo aſsignato. Quo vero ad verba attinet in centenario græce dicitur ἐν τῇ μυριάδι: Modo μυριάσ numerus eſt, qui continet decem milia. Argyropylus conuertit centenarium, qm̃ non refert quantũ ad ſententiam. centenarium.n.non fit ex denarijs, nec numerus, qui continet decem milia, fit ex milleſimis ſed vterque numerus ex vnitatibus conflatur. aſsignata hac reſponſione, obiicit contra quærendo vnitates eæ, ex quibus coniunctis conſlantur ideæ, ſunt ne inter ſe ſpecie ſimiles an diſsimiles? & dicit, ſi ita dicatur quæritur

ritur { quonam pacto vnitates ſe habent }.ſ.ex quibus ideæ conflantur, vtrũ ſint ſpecie ſimiles, an ſpecie diſſimiles, & primo deſtruit primũ membrũ, & dicit { etenim ſi } vnitates, ex quibus ideæ conſtant { ſpecie ſimiles ſint, plura eueniunt abſurda } quæ ipſe hoc in loco tanq̃ nota ſilentio ꝑtermittit, ſed in.12.lib. latius proſequitur. Expoſitor tamen enumerat duo, quorum primum eſt ꝙ diuerſæ ideæ non differant ſm̃ ſubſtantiã, ſed ſolum ſm̃ exceſſum vnius ſuper aliam, ſicuti maior numerus differt a minore vnitatum multitudine. Secundum eſt, quia tunc vnitates eſſent multæ, & non differentes, quod patet eſſe falſum, qm̃ ad multitudinẽ omnem per quam fit variatio in ſpeciebus, diuerſitas ſequitur ampliſsima. Alexander autem argumẽtatur, ſi omnes vnitates ſunt eiuſdem ſpeciei, cur aliæ ideã conficiant, aliæ non item? & tunc oĩs numerus erit idea, non tantus numerus, neq; ex tot vnitatibus, ex quot ipſis placet cõfici ideam, ſi quidem oẽs vnitates, ex quibus fiunt, eiuſdem ſunt ſpeciei. Ad hæc omnes inter ſe ideæ, cum nihilo differant præterquam vnitatum multitudine eiuſdem erunt ſpeciei. & vlterius ſequetur, vt quæ eis participauerint, eadem ſpecie continebuntur. At rationale, & irrationale non quorumpiã multitudine, ſed quadam potius qualitate differre videntur. Si quis.n.dicat irrationabile in paucioribus vnitatibus conſiſtere, dubium non eſt, quin ſi addas irrationabili vnitates, quibus a rationabili ſuperatur, irrationabile futurũ ſit rationabile. atq; hæc quidem abſurda ſequuntur, ſi vnitates eiuſdem ſpeciei eſſe ponãtur. Deinde deſtruit aliud membrum, & dicit { ſin autem ſpeciei non ſint ſimiles nec inter ſe } puta q̃ eiuſdem numeri ſunt, vt quæ ſunt eiuſdem binarij, ſpecie non ſunt ſimiles { nec omnes }.ſ. vnitates ſpecie ſunt ſimiles { omnibus }.ſ.vnitatibus, vt quæ ſunt diuerſorum, numerorum, vt quæ ſunt binarij, non ſunt ſimiles vnitatibus ternarij, & in cæteris ſimili ratione: ſi inquam vnitates numerorum quouis modo conſideratæ ſiue eiuſdem ſiue diuerſi numeri differant ſpecie, aſſignetur, id quo different, non.n.different paſsione { cũ ſint expertes paſsionis } qm̃ nulla vnitas eſt calida, aut frigida, aut alba, aut nigra. quanto magis forma differre non poſſunt, cum nulla forma eſſe poſsit, quin aliquam paſsionem ſecum ferat. quare ſi non differt vnitas ab vnitate paſsione, nec forma differre poterit, & propter hoc non fecit mentionem niſi de differentia, q̃ accipitur a paſsionibus, qm̃ non poſſunt aliqua differre forma, quin differant paſsione, nec aliquam aliam differentiam in ſe admittere valent. Sola.n.ſitus differentia, vt ipſe ait in primo de anima, in vnitatibus cadere poteſt, nõ iam vnitates ſimpliciter, ſed quo ſigna, & puncta ſunt. & cum dicit { neque.n. conſona ſunt hæc rationi, neq; conſentanea menti } Expoſitor refert hæc ad ea, quæ Plato dicit de ideis. Ea.n.quæ de ideis Plato dicit, non ſunt conſona rationi, ſicuti ea q̃ certa ratione probantur, nec conſentanea menti, ſicut dignitatis, quæ ſolo lumine intellectus patent. Alexander vero refert hæc ad vnitates, de quibus dixit ꝙ ſint ſpecie diſsimiles, dicit.n.hæc de vnitatibus dicta, ꝙ ſpecie differant, nec rationi nec menti conſona ſunt: Cum vnitas vna nihil habent, quo differre poſsit ab altera, niſi fortaſſe ſitum, quem habet in continuo, cum accipitur, vt punctus.

TEX.39. *Præterea genus aliud conficere numeri, circa quod arithmetica uerſetur, neceſſe eſt: Et omnia, quæ a quibuſdã media nuncupantur: Quæ quomodo ſunt, aut e quibus principijs ſunt aut cur horum, & ipſarum media erunt?*

Apud expoſitores hæc eſt tertia ratio ad probandũ ideas nõ eſſe numeros, & forma eius eſt ſyllogiſmi hypothetici à deſtructione conſequentis hoc pacto. Si ideæ ſunt numeri, erunt tria numerorum genera, vnũ idearum, alterum ſenſibilium rerum, tertium mathematicum, circa quod verſatur arithmetica, & ſcientia media, quæ dicitur mathematica. conſequentia patet, quia ratione ideæ ſunt numeri, & res ſenſibiles, ſed numeri, eadem ratione res mathematicæ erunt numeri, ergo erunt numeri medij, qui nec ſunt ideę, nec res ſenſibiles, ſed numeri alterius generis ab vtriſque, circa quos verſantur arithmetmetica, & mediæ ſcientiæ. At ſm̃ Alexandrum hæc eſt ſecunda ratio ad probandũ vnitates, ex quibus conſtat numeri ideales, nõ eſſe ſpecie diſsimiles. qm̃ ſi omnes vnitates numerorum idealium omnibus ſunt diſsimiles, aliæ vnitates erunt, ex quibus ideæ conſtituuntur, aliæ quibus vtuntur arithmetici, & ita erit aliud genus numeri, in quo verſatur arithmetica, aliud eorum, ex quibus ideæ conflantur, atq; cuncta mathematica eadẽ ratione habebunt aliã ſpeciem numerorum, ex quibus res ipſæ mathematicæ conſtabunt: & etiam res ſenſibiles habebunt aliã ſpeciem numerorum, ex quibus ipſæ conficiuntur: & dicit { præterea } ſubaudi ſi vnitates numerorum idealium omnes omnibus ſunt ſpecie diſsimiles, erunt aliæ vnitates, ex quibus conſtant numeri ideales, aliæ vnitates ex quibus conſtant numeri arithmetici, aliæ vnitates, ex quibus conſtant numeri, quibus conſtant mathematica, & aliæ vnitates, ex quibus fiunt res ſenſibiles, igitur { neceſſe eſt genus aliud conficere numeri, circa quod arithmetica verſetur, & } aliud genus numeri, ex quo conſtant { quæ à quibuſdam media nuncupantur }.i.ex quibus conſtant mathematica, & ſubaudi aliud genus ex quo conſtant ideæ. & aliud ex quo conſtant res ſenſibiles. & ſic multiplex erit genus numeri conſequens iſtud non deſtruit quo ad omnes partes, ſed tm̃ quantum ad illam partem ꝙ ſit numerus, ex quo conſtant res mathematicæ.ſ.linea, ſuperficies, & corpus: & procedit interrogando, & dicit { quæ }.ſ. mathematica { quo modo ſunt } vtrum magis, vel minus abſtracta q̃ ideæ, ita vt numeri rerum mathematicarũ ẽt ſint magis vel minus abſtracti q̃ ideales { aut e quibus principijs ſunt } vtrum ex propriis numeris, an ex eiſdem, ex quibus ſunt ideæ { aut cur horum }.ſ.ſenſibilium { & ipſarum }.ſ.idearum { media erunt } ita vt numeri quoq; medij ſint, hæc cum ſint difficilia, videtur conſequens aut falſum, aut difficile, in hunc modũ dictio græci noſtri textus ſe habet, at illa Expoſitoris, quam videtur ſequi Alexander, ſecus ſe habet: eſtq; ſerè in intelligibilis, addit autem Alexander mathematica eſſe nõ poſſe media inter res ſenſibiles, & ideas, qm̃ inter hominem, equum, ſubſtantiaſq; ſenſibiles ex vna & ideas ex altera nulla media eſſe dicebant Platonici, quare recte conſequens eſt falſum: & ſic nõ poſſunt poni numeri medij, ex quibus conſtent mathematica. mihi textus hic fuit difficilis propter differentiam dictionum, & propter inconſtantiam Alexandri: quam habet in exponendo. Huic expoſitioni Auerroes ferè *Quæ Auer. Com. 38.* conſentit, ꝙ concludit tres eſſe ſpecies numerorũ, quorum primus eſt numerus mathematicus, quem non diſtinguit à numero arithmetico, & hic quantitas eſt di-

ſcreta, quà numeramus res ipſas, quæ numerari poſſunt, hic enim dici poteſt apud eum arithmeticus & mathematicus, denominatione quidem, quæ fit à ſpecie, dicitur arithmeticus, denominatione vero, quæ fit a genere, dicitur mathematicus, nam mathematica genus eſt arithmeticæ. Et ideo cum dixit Ariſtoteles { circa quod arithmetica verſatur, & omnia, quæ à quibuſdam media nuncupantur } debet ſubaudiri idem verbum hoc pacto, & circa quod verſantur omnia, quæ a quibuſdam media nuncupantur. nam circa hmõi numerum verſatur arithmetica ſpeciatim, & mathematica generatim. eſt autem hic numerus quantitas diſcreta, qua numeramus res ipſas, qm̃ hic numerus nõ multiplicatur per res numeratas, qm̃ res numeratæ, quæ differunt ſpecie, eodem numero numerari poſſunt, vt eodem binario, vel eodem trinario numerantur duo vel tres homines, & duo vel tres lapides, & alia id genus. Secundus vero numerus eſt numerus formalis.i. idealis, qui eſt ſubſtantia ideæ. & hic diuerſatur per numerationem entium.i.idearum, quarum ſubſtãtia eſt, qm̃ ſicut alia eſt idea hominum, & alia equorum, ita alius eſt numerus qui eſt ſubſtantia hominum, & alius qui ſubſtantia equorum. Tertius numerus eſt ſubſtantia rei ſenſibilis, cuius hic numerus idealis eſt forma. At Alexãder velle videtur quatuor eſſe numeros, quorum primus eſt arithmeticus, quo utimur in numeratione rerum, de quo ſatis diximus. Secundus eſt numerus mathematicus, qui eſt ſubſtantia rerum mathematicarum, nam binarius eſt ſubſtantia lineæ, quaternarius eſt ſubſtantia ſuperficiei, octonarius vero ſubſtãtia corporis, vnitas autem puncti. Tertius eſt numerus rerum ſenſibilium, qui ſubſtantia eſt rerum naturalium. Quartus eſt numerus idealis, qui ſubſtantia eſt idearum, vt dictum eſt. Propterea de rebus mathematicis dubitauit Ariſt. quarum numerum ſecundo modo dictum ſubſtãtiam putauit eſſe Plato, vt innuat deſtructionem conſequentis, & dicit { Quæ }.ſ. mathematica, quorum ſubſtantia numerus ſecundo modo dictus eſt { qũo ſunt } vtrum magis, an minus abſtracta q̃ ideæ { aut ex quibus principijs ſunt } utrum ex propriis numeris, an ex eiſdem, ex quibus ſunt ideæ vel ex quibus ſunt res ſenſibiles { aut cur horũ }.ſ. ſenſibilium { & ipſarum }.ſ.idearum { media erunt } Quare cum conſequens ſaltem pro hac parte habeat has difficultates, videtur falſum ſaltem pro hac parte, quę eſt vt mathematica habeant proprios numeros ꝓ ſua ſubſtantia. Tu vero ſi melius intelliges, placebis mihi magis. ſed de his hactenus. Auerroes vero cõmen. 39. ait, licet præter propoſitum verborum Ariſt. omne medium eſſe compoſitum, aut ex rebus ſimpliciter ſimplicibus videlicet vt tepidum, quod ex calido frigidove ſimpl̃r ſimplicibus cõſtat. aut ex rebus ſimplicibus in reſpectu mediorum vt rubrum, vel cœruleum, quod fit ex albo & nigro, quæ ſunt ſimplicia reſpectu mediorum, non autem abſolute ſimplicia cum conſtent ex primis qualitatibus, aut ex formis mediorum vt mixtum, quod conſtat ex formis elementorum, quæ ſunt media. Quæ dicta, licet ſint p̃ter verba Ariſt. ſunt poſſibilia. Secundo dicit per ſe notum eſſe, vt nulla ſit natura media inter abſtractum & materiale, & tu intelligas aliquo ex ijs modis quos dixit. nam cœlum. 8. phyſic. aſſignat medium inter hæc, & Ariſt. 2. phyſi. aſſerit vltimam formam hominis eſſe mediam. *Qua Auer. Comm. 39.*

TEX. 40. *Ad hæc utraque unitas, quæ eſt in dualitate, ex aliquo erit, ex ipſa priore videlicet dualitate. At fieri nequit.*

Apud expoſitores hæc eſt quarta ratio ad probandum ideas non eſſe numeros, & eſt ſyllogiſmus hypotheticus a deſtructione conſequẽtis hoc pacto. Si ideæ ſunt numeri, vtraque vnitas, quæ eſt in dualitate, quæ eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, vel rerum mathematicarum { erit ex aliquo, ex ipſa priore videlicet dualitate } hoc eſt ex dualitate ideali { At fieri ne quid }.i. quod eſt abſurdum, qm̃ tunc dualitas eſſet prior vnitate, & probatur conſequentia, qm̃ ſi ideæ eſſent numeri, ſint gratia argumẽti dualitas. Dualitas ergo idealis erit principium. vlterius, cum res ſenſibiles ſint numeri, ſint gratia argumenti dualitas, igitur erit dualitas effectus. Sed dualitas idealis, quæ eſt cauſa, eſt prior dualitate, quæ eſt effectus: igitur dualitas idealis, quæ eſt cauſa, eſt prior vtraq; vnitate, ex qua eſt dualitas effectus, & ita dualitas erit prior vnitate: quod eſt abſurdum. Cum omnis dualitas ſit numerus ex vnitatibus conſtans. & ſic ſemper vnitate poſterior. hoc abſurdum ſequitur ad Platonem, qui ponit dualitatem quæ eſt principium, dualitatem quæ eſt effectus: non autẽ ad Ariſtotelem, qui nullũ quantum aſſerit eſſe de principijs actiuis, nec paſſiuis: & ita nec numerũ, nec dualitatem. Alex. autem, ſi recte intellexi, vult Ariſt. probare dualitatem non eſſe principium vt Plato autumat, qui aſſerit dualitatem infinitam eſſe principium, nam ſi dualitas eſt principium cum res omnes aut principia ſunt, aut ex principijs, ſunt autem in dualitate ipſa, quæ ab ipſo Platone principium eſſe ſtatuitur, vnitates, quæ principia eſſe non poſſunt, cum apud Platonem dualitas ſit principium: profecto vnitates, quæ in ipſa dualitate habentur, quæ principium eſt, ex principiis conſtituentur & cum nullum ſit principium, niſi ipſamet dualitas, in qua vnitates ipſæ ſunt, erit neceſſe vtranque vnitatem eius ex dualitate ipſamet conſiſtere. At perabſurdum dictu eſt, vt partes dualitatis ex ipſa met dualitate conſtent, cuius ipſæ ſunt partes: & vnitatẽ ex dualitate fieri. Hæc Alexandri ratio efficaciſſima eſt, tamen Ariſtotelem facit, vt de vno in aliud tranſgrediatur videlicet de eo, quod cepit.ſ. ꝙ ideæ non ſint numeri, in hoc, ꝙ dualitas infinita non ſit principium. Auerroes vero in præſenti textu præter propoſitum aſſerit dualitatem in vna, eademq; re nõ inueniri, niſi propter materiam, verbi cauſa dualitas hominum, vel equorum eſt propter materiam, immo generatim omnis numeralis multiplicatio eſt propter materiam, & quia ideæ ſunt è materia ipſa abſolutæ, fit, vt nulla idea ſit in ſua ſpecie numero multiplicata. *Qua Auerro. comm. 40.*

Deinde propter quid numerus unum eſt comprehenſus.

Apud expoſitores hæc eſt quinta ratio etiam hypotheticã a deſtructione conſequentiæ hoc pacto, ſi idea eſſet numerus, idea eſſet numerus comprehenſione vnus. deſtruit conſequens, & dicit { deinde propter qd numerus eſt vnum compreheſus }.i. collectione vnus { Videtur.n. eſſe non poſſe, quia, vt Expoſitor ſuppleuit, non poſſunt multæ vnitates, ex quibus conſtat numerus, colligi in vnũ, niſi aut ab agente extrinſecus vniente. aut ab aliquo vinculo copulante. non ab agente, qm̃ idea non eſt facta, cum ſit æterna, non etiam ab aliquo vinculo copulante videlicet viſco, vel clauo, cum nullum tale ſit, nec quia altera vnitas eſt actus, altera potentia, cum omnes ſint eiuſdem rationis. Quod ſi aliquid eſt, quod numeros in vnitate conſtituat, efficiatq; ideas,

ideas, iam non ideæ, vt Alexander inquit, principium in numeris fuerint, ſed illud prius, quod ipſos vnum efficit. ſed eſſet quæſtio in opinione Ariſtotelis, vtrum numerus ſit vnus, & vnde vnus. nam binarius, & ternarius differunt, & vnuſquiſque in propria ſpecie eſt vnus. verum hæc quæſtio in libro prædicamentorum eſt petenda.

TEX. 41. *Inſuper etiam ad ea, quæ dicta ſunt, ſi unitates ſunt diuerſæ, oportebat eos perinde dicere, atque ij dicunt, ut qui elemẽta quatuor, aut duo aſſerunt eſſe. nam horum quiſque non elementum eſſe dicit ipſum cõmune, ueluti corpus, ſed ignem, ac terram, ſiue ſit ipſum commune corpus, ſiue non. nunc autem perinde dicitur, ac ſi unum ipſum ſimilare eſſet, ut ignis, uel aqua. quod ſi ita ſit, numeri ſubſtantiæ ſane non erunt. Sed ſi eſt uidelicet dicere quid unum ipſum, & id eſt principium, multipliciter unum dicetur. ſecus enim eſt impoſsibile.*

Alexander habebat duas dictiones, quarum prima erat negatiua ad hunc modum videlicet { Inſuper etiã ad ea, quæ dicta ſunt, ſi vnitates nõ ſunt diuerſæ } & iuxta dictionem hanc negatiuam facit vnam expoſitionem ferè inintelligibilem. Secũda vero dictio eſt affirmatiua, vt in Græcis noſtris codicibus legitur, & vt Argyropylus habebant, & iuxta hanc dictionem aſſignauit ſecundam expoſitionem, quam pro parte Expoſitor ſequitur. vbi primo diſputat quo modo vnitates ipſæ ſumuntur, ex quibus fiunt numeri, qui ſunt ideæ, deinde ex concluſione diſputata oſtendit ideas non eſſe numeros. de prima parte, dicit { Inſuper etiã ad ea }. ſ. argumenta { quæ dicta ſunt } addit hoc aliud, videlicet { ſi vnitates ſunt diuerſæ }. ſ. ex quibus conſtant numeri, qui ſunt ideæ, & qui ſunt res mathematicæ. hoc. n. placebat ipſis, vnitates diſcrepare, & alias eſſe vnitates, quæ in ideis habentur, alias vero quæ habentur in rebus mathematicis. Si ergo dictio ad hunc modum ſeſe habet, ſenſus erit { ſi vnitates ſunt diuerſæ } per hos, neque eadem ſpecie continentur, ſic definiendum his erat, vt certum aliquod vnum elementũ, & principium eſſe dicerent, non ſimpliciter vnũ, quod commune ſit. vt. n. qui de principijs corporeis ediſſerunt, ij non corpus ſimpliciter elementum eſſe dicũt, ſed quoniam corpora inter ſe ſpecie differunt, determinant, quod ſibi elementum eſſe videatur aer videlicet aut ignis, vel aliud ſimile, non ipſum commune corpus ſimpliciter. ſiue. n. commune corpus aliquid ſit, ſiue ſecus, certe ipſum elemẽtum eſſe negant. vt igitur illi diſſerunt, ſic his erat determinandum, explicandumq;, quale vnum, elementum ipſis eſſe placeret, cũ ſint vnitates diuerſæ }. ſ. ſpecie { oportebat eos perinde dicere, atq; ii, qui elementa quatuor, aut duo aſſerunt eſſe } Iſti. n. quoniam corpora ſunt multa, & ſpecie diuerſa, ideo determinando, quæ corpora ſint principia, & quæ non, alij dixerũt ex corporibus principia eſſe quatuor ſimplicia, vt ignem, aerem, aquam, & terram, vt Empedocles, alij dixerũt ex corporibus principia eſſe duo vt ignem & terram videlicet Parmenides { nam } vt inquit { horum quiſq; non elementum eſſe dicit, ipſum cõe veluti corpus }. ſ. generatim ſumptum { ſed } nominatim { ignem & terram } vt Parmenides, vel ignẽ, aerem, aquam, & terram, vt Empedocles { ſiue ſit ipſum cõe corpus } eiuſdem ſpeciei, in quo illa conueniunt { ſiue non }. ſ. ſit tale commune corpus ſm ſpeciem, in quo illa conueniunt. ideo exponit, quale vnum ſit intelligendum, & dicit { nunc autem } ipſum vnum { perinde dicitur, ac ſi vnum ipſum ſimilare eſſet }. i. cum ſimpliciter vnum dicunt, ſic loquuntur, quaſi vnitates ſpecie ſimiles, ac ſine diſcrimine forent, hoc. n. ſignificauit, cum diceret { ac ſi vnum ipſum ſimilare eſſet, vt ignis, vel aqua } nam dicẽs ſimilare, docuit mutuam vnitatum ſimilitudinem, & ſpeciei ſocietatem. ergo vnitates ex quibus conſtant numeri, ſunt vnitates determinatæ ſpeciei, quæ accipiuntur pro rebus. ſ. determinatæ ſpeciei, vtputa ſpeciei quantitatis, quibus applicantur vnitates, non autem cõmuniter pro vnitatibus, ſed accipiuntur pro rebus ſecundam certam ſpeciem, vtputa ſpeciei quantitatis, quibus applicãtur, .i. pro rebus numeratis ſecundam hanc vel illam ſpeciẽ rerum vtputa, quę ſunt in genere quãti. & ſic patet, quo nam modo vnitates accipiantur. Deinde oſtẽdit ideas non eſſe numeros, & dicit { quod ſi ita ſit }. ſ. vt vnitates ſumantur pro rebus certæ ſpeciei, videlicet quãti { numeri }. i. ideæ. de his. n. numeris loquimur { ſubſtãtiæ ſane non erunt } qm̃ numerus non eſt ſubſtantia, niſi vnitates, ex quibus conſtat, ſubſtantiæ ſint. modo, vt probatum eſt, vnitates non ſunt ſubſtantiæ, ſed certi generis ſunt, videlicet generis quanti: igitur numeri. i. ideæ non ſunt ſubſtantiæ: cum non conſtẽt ex vnitatibus ſubſtantificis. deinde remouet quaſi tacitam obiectionem, qm̃ poteſt dici ipſum vnum eſſe eiuſdẽ ſpeciei: & ſic poſſet dici vnum accipi non pro rebus numeratis generis quanti, ſed pro vno in ſe conſiderato, quod vnius rationis eſt in omnibus. contra obiicit, nã ſi vnum hoc pacto accipitur, cum vnum ſit principiũ, oportet vt vnum non ſic accipiatur pro vno in ſe conſiderato, ſed oportet dicere vnũ eſſe multiplex, vt pro vno, ex quo ſit numerus, qui eſt ſubſtantia rerum mathematicarum, & pro vno ex quo ſit numerus, qui eſt ſubſtantia idearum, & pro vno, ex quo ſit numerus, qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium. quare oportet vnum multipliciter dici, dicit { ſed ſi eſt videlicet dicere quid vnum ipſum }. i. eſſe eiuſdem ſpeciei { & id }. ſ. vnum { eſt principium, multipliciter vnum dicetur } quia tot modis, quot ſunt numeri, quorum vnum eſt principiũ { ſecus. n. eſt impoſsibile } non ergo vnum poteſt dici vnius ſpeciei: ac tñ vna ratione dici. hoc pacto eſt vna expoſitio, quam pro parte Expoſitor ſequitur, tamen non ignorabis hunc textum inueniri variũ, & eſſe diſficillimum. Auerroes autem vltimam partem in huius textus exponit, vt Ariſtoteles velit deſtruere aliud membrum, nam primo probauit vnum non eſſe multiplex ſm ſpeciem, nunc ſecundo probat vnum nõ eſſe exiſtens per ſe extra animam, & principium omnium entium: qm̃ oportet vt vnũ multipliciter dicatur, quoniam in quolibet prædicamento eſt vnum. ſ. indiuiſibile in eo prædicamento, cuius eſt. nam vnum dicitur multis modis pro numero prædicamentorum: quæ expoſitio poteſt ſtare, vt nihil videtur. *Quæ Auer. Comm. 41.*

TEX. 42. *In principia autem ſubſtantias uolentes redigere. Longitudines quidem ex breui, ac longo ex quodam paruo magnoq; ponimus, & planum ex lato, atque anguſto, corpus autem ex alto ac humili.* *Ponimus.* τίθεται *Ponũt ponuntur.* *Alto.* βάθος *Profundo.*

Nunc, vt Expoſitor autumat, diſputat cum Platone quantum ad id, quod de mathematicis magnitudinibus aſſeruerunt, & primo explicat Platonis placitum, de quo in eo libro, quem vt Alexander inquit, de philoſophia ſcripſi, mentionem fecit, & dicit, nos { autem } Platonici { volentes entia in principia }. ſ. quæ ipſi ſta-

tuebant { redigere }.ſ. ſimpliciter prima, in textu Alexandri { entia } legitur, tñ dicit Alexander Ariſtotelem ſemper ſubſtantias intelligere, cum entia dicit, tamen in noſtro *οὐσιας*, ideſt ſubſtantias dicit { longitudines quidem ex breui, ac longo ex quodam paruo magnoq; ponimus } Erant autem his etiam principia magnum & paruum, quam indefinitam dualitatem vocabant, in hanc ergo cuncta redigere volentes longitudinis.i.lineæ principia breue & longũ eſſe dicebāt, quaſi ex longo quodam & breui.i.magno & paruo longitudo generetur, vel quaſi tota linea ſit in horum altera. omnis.n.linea vel longa eſt, vel breuis { & planum }.i. ſuperficies { ex lato atque anguſto } quæ & ipſa magnum & paruum ſunt { corpus autẽ ex alto } ſiue profundo { & humili } & hæc etiam magnum & paruum ſunt. per quæ vult habere magnum ac paruum eſſe prima omnium principia: quæ dualitas ſunt infinita. In libro Alexandri legitur ponimus vt innuat de idearum opinione velut de propria diſſerere, in noſtro vero codice legitur *τιθέντων* .i. ponunt, vel ponuntur: ſed quouis modo legatur, ad rem non refert. Id vero accipere licet, quod quia Platonici putauerunt magnitudines videlicet lineam, ſuperficiem, atque corpus eſſe rerum naturalium ſubſtantias, etiam magnitudinem principia, quæ ſunt magnum ac paruum ad quæ cætera reducuntur, omnium rerum principia putauerunt.

TEX. 43. *At quo nam modo aut planum habebit lineam, aut ſolidũ lineam, atque planum? aliud enim genus eſt latum atque anguſtum, et altum ac humile. ut igitur neque numerus eſt in ipſis: quoniam multum & paucum ab his eſt diuerſum, ſic patet nec aliud quicquam ſuperiorum inferis ineſſe.*

Cum narraſſet opinionem Platonis, nũc obijcit cõtra, & poſſet ratio ſic componi. Rerum diuerſarum principia ſunt diuerſa. linea, ſuperficies, & corpus ſunt res diuerſæ. igitur lineæ, ſuperficiei, & corporis principia ſunt diuerſa, propterea quærit { At quo nam modo aut planum }.i. ſuperficies { habebit lineã } ſcilicet tanquam proximum principium, atq; proximum terminum { aut ſolidum }.i. corpus habebit { lineam atq; planum }.i. ſuperficiem tanquam proxima principia, atq; proximos terminos: quaſi dicat nõ videntur eiuſmodi diuerſæ res, vt principia eadem, eoſdemq; terminos habeant. linea.n. cum ſit terminus ſuperficiei, nõ videtur eſſe terminus corporis. Quod autem ſint diuerſæ res, probat ex differentia principiorũ, & dicit { aliud .n. genus }.ſ. principiorum { eſt latum atque anguſtũ } quæ ſunt principia ſuperficiei { & } aliud genus principiorum ſunt { altũ ac humile } quæ ſunt principia corporis. igitur ſuperficies, & corpus ſunt diuerſæ res. non ergo eadem linea poteſt eſſe ſuperficiei & corporis terminus, atque principium. & hoc concludit per ſimile in numero, qm̃ ſicut nullus numerus eſſe poteſt in aliqua magnitudine, quia numeri principia ſunt diuerſa à principijs magnitudinum, ſic linea eadem non poteſt eſſe terminus ſuperficiei, & corporis qm̃ principia ſuperficiei diuerſa ſunt à principijs corporis: & dicit { vt igitur neq; numerus eſt in ipſis }.ſ. magnitudinibus { quoniam multum & paucum } quæ ſunt numerorum principia { ab his }.ſ. principiis magnitudinum { eſt diuerſum } multum.n. & paucum differunt à breui, & longo, quæ ſunt principia lineæ, & à lato atq; anguſto, quæ ſunt principia ſuperficiei, & ab alto ac humili, quæ ſunt principia corporis { ſic patet nec aliud quicquam ſuperiorum }.i. priorum { inferis } id eſt poſterioribus { ineſſe } neque.n. linea erit in ſuperficie, quia linea ex breui, & longo, ſuperficies ex anguſto & lato exiſtit, quæ ſunt diuerſa genera inter ſe. nec item hæc in corpore habebuntur propter eandem rõnem. hæc eſt rõ.

At uero neque latum ipſum genus eſt ipſius alti. eſſet enim corpus ipſum planum quoddam.

Hic remouet tacitam reſponſionem, nam poſſet dici ipſum latum, quod eſt principium ſuperficiei, eſſe genus alti, quod eſt principium corporis, & ipſius lati genus eſſe ipſum longum: & ſic linea, & ſuperficies poſſunt eſſe in corpore, quõ genera ſuperiora ſunt in inferioribus, refellit hanc reſponſionem Ariſtoteles, & dicit { At vero neq; latum ipſum } quod eſt principiũ ſuperficiei { eſt genus ipſius alti } quod eſt principium corporis { eſſet.n. corpus ipſum planum quoddam }.i. ſuperficies quædam. quorum.n. principia ſubalterna vel eadem ſunt, ipſa eadem vel ſubalterna ſunt. quare ſuperficies non poteſt eſſe in corpore. nec etiam ſuperficies & linea, in corpore eſſe poterunt.

Præterea ex quo nam inerunt puncta?

Secundo accuſat Platonem de inſufficientia, nam enixus eſt aſsignare principia lineæ, cum ait magnum eſſe ac paruum, principia ſuperficiei, cum dixit eſſe latum, & anguſtum, & principia corporis, cum aſſeruit eſſe altum & humile, ſed puncta ex quo principio erũt? oportuit.n. aſsignare cum punctum ad lineam ita ſe habeat, vt linea ad ſuperficiem, & ſuperficies ad corpus dicit { Præterea ex quo nam }.ſ. principio { inerunt puncta? } & quo nam modo puncta reducũtur ad magnum & paruum, & quo modo erunt in linea. hæc eſt inſufficientia Platonis: de punctis nihil meminiſſe.

Huic itaque generi Plato quoque aduerſabatur, quaſi geometricum dogma ſit, ſed principiuum lineæ uocabat, idque lineas induiduas perſæpe ponebat. & tamen harum finem quẽdam eſſe neceſſe eſt. quare ex ea ratione, qua linea eſt, punctum quoque eſt.

Tertio impugnat Platonem quantum ad uarietatem opinionis, nam dicebat aliquando punctum nihil eſſe, ſed ſolum ad imaginationem mathematicorum, aliquando dicebat punctum eſſe, quia aſſerebat interdum punctum eſſe principium lineæ, interdum vero eſſe lineam indiuiduam: & ſic aſſerebat punctum eſſe. commemorat autem non Xenocratem ſolum, ſed etiã Platonem indiuiduas lineas poſuiſſe puncta, quas.ſ. indiuiduas lineas generi eidem hoc eſt breui & longo ſubijciebant. dicit { Huic itaq; generi Plato quoq; aduerſabatur } inquantum de puncto varia aſſereret, uno modo de eo aſſerendo { quaſi goemetricũ dogma ſit } & ſic ſolum habere eſſe ad imaginationem geometricam aſſerebat, & nullam naturam habere. ſed aſſerebat hoc eſſe dogma quoddam, & poſitionem quandã geometriæ, quæ in rerum natura non habeatur. ergo vno modo negabat pũctum eſſe. deinde exponit, quo modo aſſerebat punctum eſſe, & dicit { ſed principium lineæ vocabat } ergo aſſerebat ipſum eſſe { idque }.ſ. punctum { lineas indiuiduas perſæpe ponebat } ergo aſſerebat punctum eſſe. quare alia ratione dicebat punctum eſſe, tum quia illud aſſerebat principium lineæ, tum etiam qm̃ ipſum aſſerebat eſſe lineam indiuiduã. addit quod ſiue ſit principium lineæ, ſiue ſit ipſa linea indiuidua

indiuidua { neceſſe tamen eſt harum }.ſ.linearum {finem quendam eſſe } nam ſiue punctum ſit lineæ principium, ſiue ſit linea indiuidua Plato ſemper punctum aſſerit eſſe finem, ac lineæ terminum. ergo oportet, vt punctum ſit aliquid in rerum natura exiſtens, ex hoc concludit { quare ex ea ratione, qua linea eſt }.ſ.in rerum natura, & etiam ſuperficies eſt in rerum natura, vtputa quia linea ſuperficiei, ſuperficies autem corporis finis eſt, eadem { quoque punctum eſt }.ſ.in rerum natura, eſt.n.punctum finis lineæ, ſicuti linea finis ſuperficiei, & ſuperficies corporis. ergo ſicut linea in rerum natura eſt, quia eſt finis ſuperficiei, ſic punctum etiam eſt in rerum natura, quia punctum eſt finis ipſius lineæ. hæc mihi videtur expoſitio huius loci, quãquam Alexander in parte hac differt. Expoſitor vero omnino aliter exponit. nolo te ignorare inter iuniores philoſophos eſſe non paruam opinionum differentiam. nam aliqui voluerunt punctum, lineam, & ſuperficiem, & generatim indiuiſibilia non eſſe in rerum natura, ſed ſolum eſſe ad imaginationem mathematicorum. at ſolum corpus eſſe. alii vero contra aſſeruerũt tam indiuiſibilia quam corpora eſſe in rerum natura: quarum opinionum argumenta petantur ab eis. vnum tantum accipias ex ijs, quæ Ariſtoteles ait, Ariſtotelem eſſe locutum ex hypotheſi, ait.n.ſi linea eſt apud Platonem, quia eſt finis ſuperficiei, & ſuperficies etiam, quia eſt finis corporis. punctum etiam eſt, qm̃ eſt finis lineæ. tamen aſſertiue non aſſerit, niſi corpus eſſe.

TEX. 44. *Omnino autem philoſophia quærente manifeſtarum rerũ cauſam, hanc quidem omiſimus. nihil enim de cauſa dicimus, unde eſt mutationis principium.*

Nũc Ariſtoteles diſputat cum Platone de ideis quo ad cauſalitatem, vt Alexandro placet, & demonſtrat primo ideas Platonem non poſuiſſe effectiuas cauſas hoc pacto, ſi Plato poſuiſſet ideas effectiuas cauſas rerum, Plato aliquando feciſſet mentionem de efficienti bus cauſis: at Plato nullam unquam mentionem fecit de efficientibus cauſis: igitur Plato ideas non poſuit efficientes cauſas. de ſyllogiſmo huiuſmodi tãgit minorem, & dicit { Omnino autem philoſophia }.i.metaphyſica { quærente manifeſtarum }.i.ſenſibiliũ { rerum cauſam }.ſ efficientem. eſt.n.inquiſitio propoſita ijs, qui in rerum contemplatione verſantur cognoſcere, quæ cauſa ſit efficiens horum ſenſibilium, & qua ratione harum quæq; generetur { hanc quidem }. ſ. efficientem cauſam { omiſimus } & dixit { omiſimus } vt ſe Platonis eſſe diſcipulum innueret { nihil.n. de cauſa dicimus }.ſ.nos Platonici, vnde eſt mutationis principium.i.de efficiẽte. ſic patet, ſcilicet, quod Plato ideas non poſuerit effectrices cauſas, quoniam nihil meminit efficientis cauſæ.

Subſtantiam autem ipſarum dicere putantes alias quidem ſubſtantias eſſe dicimus. modum uero quo harum illæ ſubſtantiæ ſunt, ſuperuacue dicimus. quippe cum eſſe participes, ut antea etiam diximus, nihil eſt.

Hic ſecundo loco oſtendit ideas non eſſe rerũ ſenſibilium formales cauſas, & ratio ſic componitur. forma eſt in rebus, quarum eſt forma: ideæ non ſunt in rebus, quarum ſunt ideæ: igitur ideæ non ſunt formæ rerum ſenſibilium. quare cum docuiſſet ideas nõ eſſe cauſas efficientes apud Platonem, docet ideas non eſſe formales cauſas, & dicit ideam { Autem ſubſtantiam ipſarum }.ſ.rerum ſenſibilium.i.formalem cauſam { dicere } nos { putantes alias quidem ſubſtantias } .ſ.a rebus ſenſibilibus diuerſas { eſſe dicimus } quas ideas vocabãt. & ſic de ratione attulit minorem tantum.ſ.quod ideæ non ſint in rebus, quarum ſunt ideæ. deinde oſtẽdit, quod dato & conceſſo quod ideæ ſint formæ rerũ ſenſibilium, tñ modus quo eas dixerũt eſſe formas, eſt ſuperuacaneus. Eas.n.formas eſſe dixerunt, inquantũ putauerunt res ſenſibiles participare ideis. at participatio huiuſmodi, quam iſti vſurpant, nihil eſt, vt ſuperius diximus. ſic igitur cum ideæ, nec rebus ſenſibilibus inſint, nec res ipſæ ſenſibiles ideis ipſis participent, ideæ nulla ratione formæ eſſe poſſunt, dicit { modum vero quo harum }.ſ.rerũ ſenſibilium { illæ }.ſ.ideæ { ſubſtantiæ }.i.formę { ſunt, ſuperuacue dicimus } quia participatio nihil eſt, cuius rationem ſubdit { quippe cũ } res ſenſibiles { eſſe } idearum { participes vt antea etiã diximus, nihil eſt } Inanis enim eſt participationis vox, quam iſti vſurpant. ideæ ergo non ſunt formales cauſæ rerum ſenſibilium.

Neque id etiam, quod circa ſcientias, cauſam eſſe uidemus & propter quod omnis mens, & omnis natura facit, & quod unum principiorum dicimus eſſe, ideæ ſpecieſque tangunt. Sed mathematicæ ipſæ ijs philoſophia fuit, qui ac tempeſtate ſunt: quanquam inquiunt aliorũ gratia has pertractare oportere.

Tertio demonſtrat ideas non eſſe cauſas finales rerum ſenſibilium: quam rem non alio probat quam ex natura idearum, quæ ſuis naturis vacant cauſalitate finis. nam finis cauſa eſt, vt res recte ſit. at ideæ ſuis naturis cauſæ ſunt rerum non vt recte ſint, ſed vt omnino ſint. apud platonem ergo ideæ non ſunt cauſa finalis. inſuper finis eſt primus intentione, & vltimus in eſſe. at ideæ intentione, & eſſe priores rebus ſenſibilibus ſunt apud Platonem. igitur ideæ non ſunt finis, dicit { Neq; etiam ideæ, ſpecieſq; tangũt }.i.ſuis naturis ſunt finis, qui finis deſcribitur eſſe { id, quod circa ſcientias cauſam eſſe videmus }.ſ. gratia cuius vt ſunt ſcientiæ, quæ demonſtrant per cauſam finalem, vt ſcientiæ de partibus animalium { & propter quod omnis mens } .i.omne agens per intellectum { & omnis natura }.i.& omne agens naturale { facit, & quod vnum principiorum }.ſ.ex quatuor generibus cauſarũ { dicimus eſſe } .ſ.intentione ſaltem, executione vero eſt effectus. vnde patet quid finis ſit, etiam patet ideas ſuis naturis nõ eſſe finem, qui hic deſcribitur. non.n.ideæ ſunt per quas tanquam per finem aliquæ ſcientiæ demonſtrant, neque ſunt id, cuius gratia agens per intellectum, aut agẽs per naturam agit, neq; ſunt intentione primæ, eſſe vero poſtremæ, cum omni modo priores rebus ſint. quare textus reſolui poſſunt in tres ſyllogiſmos, quorum primus eſt. Finis eſt cuius gratia aliquæ ſcientiæ demonſtrant: ideæ nõ ſunt, cuius gratia ſcientiæ demonſtrãt: igitur ideæ non ſunt finis. ſecundus. Finis eſt cuius gratia agens per intellectum, vel per naturam agit: ideæ non ſunt, cuius gratia agens per intellectum, vel per nãm agit: igitur ideæ nõ ſunt finis, tertius. Finis eſt intentione primum, executione poſtremum: at ideæ nõ ſunt executione poſtremæ: igitur non ſunt finis. deinde, vt Expoſitor inquit, qualis fuit philoſophia apud Platonicos exponit, & dicit { ſed mathematicæ ipſæ } .ſ. facultates { philoſophia fuit } apud.n. Platonicos philoſophia erat ſcientia mathematica, qm̃ prætermittebant principium, & finem motus. Sed dices, ſi ma-

thematica caret principio, & fine motus, ipſa mathematica non pertractabitur gratia philoſophandi. quaſi reſpondens, dicit {quanquam} Platonici.ſ. {inquiūt aliorum gratia has}.ſ. mathematicas {ptractare oportere aliorum gratia} dixit, quia gratia rerum naturalium. non.n. mathematicæ pertractant figuras, & ēt magnitudines, niſi gratia rerum naturalium, quarum hæ ſunt affectus, & accidentia. Quare licet mathematicæ abſtrahant a fine, tamen ipſæ ſunt propter finem, qm̄ propter philoſophiam: cum conſiderent ea accidentia, quæ ſunt affectus rerum naturalium, de quibus agit philoſophia. Alexander vero aſſerit Ariſtotelem docere vnde his data fuerit erroris occaſio.ſ. quia cum circa mathematica elaborarent, in horum contemplatione philoſophiam eſſe crederent, ac idcirco cū in his ſolum verſarentur, ea principia rerum eſſe ſtatuerunt, quæ mathematicorum principia eſſe putabant. & dicit {ſed ijs, qui hac tempeſtate ſunt}.ſ. Platonicis {philoſophia fuit ipſæ mathematicæ} ſolam.n. mathematicā philoſophiam eſſe credebant propter frequens ſtudiū, quod in mathematicis ponebant: & qm̄ mathematicę abſtrahunt a fine & ab efficiente ideo philoſophiam putarunt ſimili ratione abſtrahere ab iis: quanquā, vt dictum eſt. naturaliū gratia mathematica pertractabant. Auerroes autem licet quantum ad textus explanationem nihil vtilitatis nobis afferat, tamen vnum aſſerit, quod non eſt ſub ſilentio prætereundum, nam aſſerit demonſtrationes Ariſtotelis acceptas hic eſſe & logicis propoſitionibus, atq; communibus, non ex propoſitionibus per ſe, ac proprijs: per quæ declarauit, quæ ſint logicæ rationes. Quam rem expoſuit etiam primo de cœlo, & mundo, & libro quarto phyſicæ auſcultationis, & lib.8. eiuſdem. Ideo non curo hic exponere.

Qua Auer. Comm. 45.

Commen. 70. Commen. 87. Comm. 88.

TEX. 45

Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam, ut materiam, magis mathematicam quiſpiā exiſtimabit, & magis prædicari, & differentiam eſſe ſubſtantiæ, et materiæ, ut magnū & paruum, quemadmodum naturales quoque rarum etiam dicunt, & denſum primas hæc aſſerentes ſubiecti differētias eſſe. Hæc enim exceſſus quidam ſunt, & defectus.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic ponere ſecundam rationem ad probandum ꝙ ideæ non ſunt principia eſſendi, quæ expoſitio cum non facile verbis Ariſtotelis applicetur, melius cum Alexandro puto eſſe dicendum, ꝙ Ariſtoteles velit oſtendere dualitatem indefinitam, quam Plato poſuit omnium rerum principium, eſſe potius mathematicam quam naturalem. dictio.n. vt patet, comparatiua eſt. Inſuper exiſtimabit ēt magnum & paruum magis prædicari, & magis eſſe differentiam ſubſtantiæ, & materiæ: quam ipſam materiā, quæ dualitas indefinita eſt, nec ab ratione Alexander ſic exponit, nam cum diſſeruiſſet de vno, quod apud iſtos eſt formale principium, debet de dualitate indefinita diſputare, quæ eſt materiale principium, de qua duo aſſerit, quorum primum, dicit {Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam, vt materiam} videlicet dualitatem ipſam indefinitam {magis mathematicam quiſpiā exiſtimabit} ſubaudi quam naturalem, deinde tangit ſecundum, & dicit {&} magnum ſubaudi & paruum exiſtimabit quiſpiam {magis prædicari} .i. prædicatū eſſe {& differentiam eſſe ſubſtantiæ, & materiæ} quam eſſe materiam. Materia.n. eſt dualitas ipſa indefinita, magnū vero & paruum nō materia ſunt, ſed prędicatū materiale ſignificans differentiam materiæ: & hoc explicat, & dicit {vt magnum & paruum} magis explicant differentiam materiæ, & prædicatum materiale, quam materiam ipſam, quæ eſt dualitas. hoc probat a ſimili, qm̄ quemadmodū qui rarum & denſum ponūt in principijs rerum naturalium, non putant hæc eſſe materiam, ſed materiæ ac ſubiecti differentias ſiue ſubiectum aer ſit, ſiue ignis, ſiue deniq; medium aliquod, ſic magnum & paruum, & exceſſus, atq; defectus ſubiecti cuiuſdam potius differentiæ eſſe videntur, quibus rerum mutatio fiat, quam eſſe ipſa ſubiecta: & dicit {quemadmodū naturales quoque rarum etiam dicūt & denſum hæc aſſerentes primas ſubiecti differentias eſſe} non autem ipſum ſubiectum. ſubiectum.n. apud eos eſt aer, vel aqua, vel aliquod tale. differentiæ vero ſubiecti rarum & denſum, ſic ſubiectum eſt dualitas indefinita, differētiæ vero ſunt magnum & paruū. Quod autem rarum & denſum ſint differentiæ ſubiecti, exponit, & dicit {Hæc.n.} ſcilicet rarum & denſum {exceſſus quidam ſunt, & defectus} at exceſſus, & defectus materiæ differentiæ ſunt, non autem ipſa materia. quare magnum, & paruum non materia ipſa ſunt, ſed materiæ differentiæ.

TEX. 46.

Ariſtot. ſentit quòd ītellecta rerum ſubſtantias rerū indicant, & non ſunt illarū ſubſtātia, & hoc animaduertit.

De motu uero, ſi hæc quidem erunt motus, ſpecies moueri perſpicuum eſt. Sin minus, unde acceſſit? Tota nanque conſideratio de natura tolletur.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic aſsignare tertiam rationem ꝙ ideæ non ſint cauſæ eſſendi, quæ expoſitio cum difficultate applicatur verbis, Alexander vero videtur velle ꝙ Ariſtoteles accuſet Platonem, ꝙ nō docuerit, vnde motus ſuppetat rebus naturalibus. nam cum Plato egiſſet de naturalibus, quibus motus ineſt, tradidiſſetq; ideas eſſe exemplaria, neceſſario debebat de motu verba facere. Propterea dicit {De motu vero} ſubaudi vnde ſuppetat rebus naturalibus, nihil iſti docuere. Non.n. potuerūt dicere motum rebus ineſſe ab ideis, nam ſi ab ideis motus eſſet in rebus, ideę in ſe haberent principia motionum, videlicet exceſſum & defectum, qui motus quoque ſunt. Exceſſus.n. & defectus ſunt motionum principia apud Platonem, & ēt ſunt motus. Quare ideę mouerentur habētes in ſe principia motionum: quæ principia ipſa quoq; mot⁹ ſunt quod iſtis non placet, dicit {ſi hæc quidem}.ſ. exceſſus, & defectus {erunt motus} cum ſint in ideis, in quibus ſunt principia omnium rerum {ſpecies moueri perſpicuum eſt} Id.n. mouetur, in quo eſt principium motus, quod motus eſt {ſin minus}.ſ. in ideis ſunt exceſſus, & defectus, quærit {vnde acceſsit}.ſ. motus, quaſi dicat a nullo accedere poteſt, quod abſurdū eſt {Tota nanque de natura conſideratio tolletur}.ſ. ſublato motu. Sunt qui alter expoſuerunt, ſupponentes apud iſtos omne quod fit, eſſe a ſuo vniuoco, tunc argumentatur, ſi in rebus naturalibus inſunt motus, & ab ideis, vel ideæ mouentur, vel non, ſi mouentur, eſt contra Platonem, qui eas poſuit immobiles. Si non mouētur, tunc motus non erit ab vniuoco, contra Platonis placitum, & iuxta hanc expoſitionem oportet legere hoc pacto {De motu vero} ſubaudi nihil docuerunt, nec potuerunt aliquid dicere, nam ſi motus ineſt rebus ab ideis {ſi hæc quidem} .i. ideæ {erunt motus} .i. in motu conſiſtentes {ſpecies moueri perſpicuū eſt} & res naturales, quæ mouētur mouebuntur a ſuo vniuoco {ſin minus}.ſ. ideæ mouentur, quæritur {vnde} motus {acceſsit} rebus naturalibus. Non.n. a ſuo vniuoco,

uoco,& ſic tolletur motus,quod eſt abſurdũ{nam tota conſideratio de natura tolletur} tu vero elige expoſitionem gratiorem. Auerroes autem in præſenti loco cum nihil ad expoſitionem dixiſſet, vltimis verbis ſuæ enarrationis ait quid ſentiat Ariſto. de vniuerſalibus, q̃ ipſe vocat intellecta rerũ, aſſerens Ariſt. opinari intellecta rerum.i. vniuerſalia notificare ſubſtantias, rerũ nõ autem eſſe ſubſtantias rerum. Qm̃ in doctrina definitiua vniuerſalia notificant ſpecies, quæ definiuntur.

Quæ Auer. Comm. 45.

Id etiam non fit, quod facile eſſe uidetur, demonſtrare uidelicet omnia unum eſſe. Non.n. *ipſa deſignatione omnia unũ fiunt. Sed ipſum aliquid unum, ſiquis dederit omnia. Sed neque hoc, niſi ipſum uniuerſale dederit eſſe.* Hoc *autem in quibuſdam fieri nequit.*

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic afferre quartam rationem ad probandum ideas non eſſe cauſam eſſendi,& ordinat dictionem ad hanc intentionem, q̃ expoſitio cum difficultate admodum non parua verbis Ariſtotelis accommodari poteſt. Propterea cum Alexandro mihi videtur Ariſtotelem diſputare cum Platone de vnitate, quam principem ſubſtantiam eſſe putauit, cum Pythagoricis, aſſerens ipſum vnum formale principium eſſe ac cauſam, dum ipſe animaduerteret vnius naturam cauſam eſſe, non tantum cuique vt ſit,ſed vt ſeruetur. Demonſtrabat autem Plato facile rem vnamquanq; vnum eſſe,quatenus eſt. Contra vero vnius in multa diſſolutionem cauſam eſſe interitus. Nam res quæq; in ſua natura eſt,quatenus ipſa ſola ſeruatur. cum vero diſſoluitur,protinus aboletur,cuius fidẽ partim ab animalibus capiebat, quæ ſi in vna, & in eadem ſpecie præſtent, ſeruantur,eadem ſi diſſoluantur, intercidunt. partim & a ſingulis inanimatis, quinetiam ipſum mundum ideo ſeruari putabat,quod in vno,& eodẽ permaneat, eundem interiturum,ſi ab illa,vt illa dicã,identitate, ac vnitate ſeceſſerit. ob hanc igitur cãm vnius naturam, vt res quæq; ſit, & bene ſit cauſam eſſe ratus, ipſum vnum principem omnium rerum cãm eſſe ſtatuebat. ad hunc modũ propoſitis ſingulis hominibus, qua homines ſunt, reperiebat. & in hanc vnitatẽ oẽs homines referens, vnius cõmunione homines eſſe dicebat,& hoc vnũ in cũctis hominibus ipſum hominem,q̃ idea eſt,appellabat. eadem rõne in equis,& canibus,cæteriſq; vtebatur, rurſus homines cum canibus, ac cæteris animalibus conferens,putabat hæc per vnum quoddam eſſe animalia, quod vnũ cãm eſſe ſtatuebat,vt hæc eſſent animalia. Et iterũ quãdam vnitatem,& ideam comminiſcebatur,quã ipſum animal appellabat,in quam animalia redigebat. Tum animalia,& ſtirpes,cæteraq; corpora ſumens,& vnius communione hæc eſſe ſubſtantias reperiens,quandam ideam,& vnitatem ſubſtantiæ faciebat.i. ipſam ſubſtãtiam,ad quam rurſus omnes ſubſtantias referebat. eadem ratione ſubſtantiam, & qualitatem communione entis entia eſſe ratus,ipſum ens cõfingebat,in quod entia omnia referebat. Hac igitur expoſitione vſus,ad vnum & principium videtur omnia referre. Contra vero Platonem Ariſtoteles aſſerit, quod licet ipſe demonſtrare ſibi videbatur omnia vnum fieri, non tamen ſic fieri ait,vt Plato putat. Nam cũ expoſitis quibuſdam pluribus, & ſumpta quadam communitate id vnum, & ideam effecerit, in quo eſt communitas & ſimilitudo illorum, nõ tamen ipſa, quæ expoſita ſunt, vnum efficiuntur, vt Plato vult,vt verbi gratia homines vnum ſint. ſed ipſe homo vnum quiddam ſit, qui ab eo oſtenditur ex illorum mutua ſimilitudine, ipſi autem multi non ſunt vnum. ita licet ei omnia quæ ſumit,concedantur, nunquam tamen efficiet, vt multa, omniaq; vnum fiant. ſed, vt fiant quidem ad vnum exemplar,maneant tamen in multitudine. neq; .n. multi,& ſinguli homines ipſe homo demonſtrantur, ipſe enim homo diuerſus eſt ab his. neq; omnia entia ſunt ipſum ens,& ipſum vnum, ſed quiddam commune ipſis pluribus eſt ipſum vnum,& ens. itaque & ſi demus Platoni hæc fieri ad quoddam exemplar per ſe vnum, & eſſe quoddam vnum, cuius cõmunione multa hæc eadem inter ſe ſpecie, vel genere eſſe dicantur, non tamen eueniet, vt cuncta vnum fiant, licet per ſingulas horum multorum ſimilitudines quiddam per ſe vnũ, & vnitas quædã efficiatur. Dicit ergo Ariſtoteles {Id etiam non fit,quod facile eſſe} ac fieri {videtur demõſtrare videlicet omnia vnum eſſe} Plato enim facile demonſtrata videtur omnia eſſe vnũ,vt deduximus, non tamen ita eſt, vt facile videtur demonſtrari. & notanter {videtur} dixit,quoniam non vere demonſtrat omnia vnum eſſe, ſed facile videtur demonſtrare. & aſſignat rationem, & dicit {non enim ipſa deſignatione} ideſt expoſitione,ac relatione ad vnum{omnia vnum fiunt} non enim quia omnes homines referuntur ad vnum vniuerſalem hominem, omnes homines inter ſe ſimpliciter vnus homo ſunt. nec quia homines, & canes,& equi, & cætera id genus referuntur ad vnum vniuerſale animal, ſunt inter ſe vnum ſimpliciter animal, nec quia ſubſtantia, & qualitas, & quantitas & cætera entia referuntur ad vnũ vniuerſaliſſimum ens, ſunt inter ſe ſimpliciter vnum ens {ſed} bene ſequitur omnia eſſe {ipſum vnum aliquid} ideſt ſecundũ quid, puta communitate, ac ſimilitudine {ſiquis dederit}.i. conceſſerit Platoni {omnia} ſcilicet vnum eſſe. Nam ſiquis conceſſerit Platoni omnia eſſe vnum ens, ſequitur omnia eſſe vnum ſecundum quid,non ſimpliciter, hoc eſt communione, ac ſimilitudine ad vnum relata, non quod inter ſe fiant vnum ſimpliciter. Sed dices,ſi omnia ſunt vnum ſecundum quid, vtrum omnia ſunt vnum ſecundum quid in particulari,ſubdit{nec hoc} ideſt licet omnia ſint vnum ſecundum quid { neque } tamen {hoc} ſcilicet in particulari omnia ſunt vnum ſecundum quid {niſi} Plato { ipſum vniuerſale dederit eſſe } in quo ſcilicet omnia ſunt vnum. ſed dices adhuc vtrum in omnibus ſit verum quod ſint vnum vniuerſale, ſubdit { hoc autem in quibuſdam fieri nequit} & ſic non in omnibus vniuerſaliter eſt verum videlicet quod omnia ſint vnum vniuerſale. Exponit autem Alexander in quibus non eſt verum, & primo dicit non eſſe verum in negatiuis,vt in non currit. Non currit enim commune eſt,& ſimile ijs,de quibus vere prædicatur,ſed neque genus hęc habent,neque ſpeciẽ, neque ipſum non currit id ea quædam eſt. Iam etiam in ſedentibus, deambulantibus, mortuis, intereuntibus,& pleriſque aliis,quæ alicuius habent communitatem, non licet aliquid per ſe vnum accipere. Patres etiam per quandam communem habitudinem patres oẽs ſunt,non tñ eſt aliquid vnum, videlicet ipſe pater. & trianguli internos angulos duobus rectis eſſe æquales vniuerſale oĩum triangulorum eſt, non tamen genus. itaq; non in omnibus licet vnum pro expoſitionem,vel deſignationẽ ſumentes, ipſum per ſe vnũ efficere, & in hoc cuncta referre. ſed in ijs tñ, in quibus

quod communiter prædicatur, & vniuerſaliter dicitur, eſt genus, aut ſpecies: ex quo intelligiẽ nihil aliud ijs eſſe ideam, niſi genera, & ſpecies, quæ communiter dicuntur, & vniuoce prædicantur de iis, quorum ſpecies, vel genera ſunt: & dixit {ſiquis dederit omnia} vt doceret non eſſe his concedendum, ſiqua ſimiliter inter ſe dicantur per mutuam ſimilitudinem, protinus illud vnum eſſe ponendũ, vt omnia illi ſubiecta ad ipſum habeant eſſe, quod vnum ſit ab ipſis ſeparatum, aut dixit {ſiquis dederit omnia}.i.ſiquis concedat omnia, quæ ſimiliter inter ſe dicuntur, cuiuſdam vnius communione ita dici, & illud quoque cõcedat tale vnũ in multis eſſe, non tñ id in aliis erit quã in generibus & ſpeciebus communibus. Hæc.n.ſola q́ ſic cõmunia, & vniuerſalia ſunt, ideam quandã naturæ videntur ſignificare quod ſi ſic intelligitur, cum dicit {hoc aũt in quibuſdam fieri nequit} videtur hoc dicere propter ens, quod ens Plato, vt genus quoddam accipiens, ipſum ens, & ipſum vnum ideam faciebat, & ĩ hoc referebat oĩa. at ſi ens, & vnũ, genera nõ ſunt, ſed ex eorum numero, quę multifariam dicunẽ, non dubie ſĩitudo entiũ ſm hoc nõ eſt, vt ita loquar, ſubſtãtialis.

οὔτε. Neque.

TEX. 47.

At uero neque rationem ullam habẽt longitudines, plana, ac ſolida, quæ ſunt poſt numeros, quo nam pacto ſunt, aut erunt? neque ſi uim ullam habent. hæc enim neq; ſpecies eſſe poſſunt (quippe cum non ſint numeri) neque media (illa enim ſunt mathematica) neque ea, quæ corrumpuntur. Sed rurſus quartum hoc aliud genus emerget.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem ponere quintam rationem ad probandum ideas non eſſe cauſas eſſendi, & dictionem ordinat ad hanc intentionem: ego vero facilius exponendo arbitror Ariſtotelem diſputare cum Platone de magnitudinibus, quas rerum ſenſibilium ſubſtantias, aſſerebat: & oſtendit per conceſſa ab ipſo Platone, aut magnitudines nihil eſſe, aut eſſe quartum genus entium, quod eſt contra Platonem, qui poſuit tria rerum genera, & dicit {At vero neque rationem vllam habent}.i.comparationem ad ea entia, q́ Plato ponit in triplici ordine, magnitudines, q́ ſunt {lõgitudines}.i.lineæ {plana}.i.ſuperficies {& ſolida}.i.corpora {quæ ſunt poſt numeros} ſunt.n.poſt numeros, qm̃ numeri apud Platonem ſunt in priore ordine {quo nã pacto ſunt, aut erunt}.ſ.in ordine rerũ, quem Plato ponit {neq; ſi vim vllam}.i.cauſalitatem aliquam {habentur} vt Plato affirmat, qui aut magnitudines eſſe rerum naturalium cãs, ac ſubſtantias. Quod aũt nihil ſint, probat, & dicit {Hæc.n.neq; ſpecies}.i. ideæ {eſſe poſſunt, quippe cum non ſint numeri} Ideæ .n.ſunt numeri: hæ magnitudines non ſunt numeri: igitur hæ magnitudines non ſunt ideæ {neq; media}.ſ.inter ideas, & ſenſibilia {Illa.n.}.ſ.media ſunt {mathematica} magnitudines non ſunt mathematica. Primo quia mathematica ſunt diuidua, magnitudines vero non omnes ſunt diuiduæ. deinde quia mathematica non ſunt principia. at magnitudines ſunt principia {neq;} magnitudines ſunt {ea, q́ corrumpuntur} nam magnitudines ſunt principia & interitus immunia {ſed rurſus quarũ hoc aliud genus emerget} quod eſt contra Platonẽ, qui tria tm̃ genera poſuit, & dicit {quo nã pacto ſunt, aut erunt} dixit quidem {ſunt} quomodo immobilia ſunt, quæ ſemper ſe habent eodem modo, dixit {erunt} quomodo corruptibilia & generabilia ſe habẽt, quæ ſunt poſt non eſſe, quaſi ſemper in futuro.

Auerroes vero ſuper falſa ſua tranſlatione, q́ correſpõdet huic noſtræ, dicit ſic impoſsibile.n.eſt, vt numerus, & ſuperficies, & linea habeant vnum genus cõmune oĩbus non æquiuoce, verbi gratia quantitatẽ. Manifeſtũ eſt.n.ꝙ hoc nomen quantitas diciẽ de eis æquiuoce, neq; etiam inuenitur vna intẽtio in eo, quod iam fuit, & erit, quod eſt potẽtia, & quod eſt actu. & ꝙ ita ſit, ꝓbat a ſigno, q́m̃ artes doctrinales, q́ mathematicæ dicunẽ, conſiderantes de eis, nõ ſunt vnũ.i.eiuſdẽ generis, ſed plures.i.ſed diuerſorũ generũ: vt geometria, q́ eſt de magnitudinib⁹, & arithmetica, q́ eſt de numeris. Quæ Auer. Commen. 46.

Omnino quoque entium quærere elemẽta, ſi non ipſa, quæ multipliciter dicuntur, diſtinxerit, impoßibile eſt inuenire.

Expoſitor hic aſsignat ſextam rationem ad probandum ideas non eſſe principia eſſendi, & dictionem ordinat ad hanc intentionem ego vero puto Ariſt. diſputare cũ Platone quantũ ad hoc, quod Plato enixus eſt inuenire omnium entium communia atq; eadẽ principia, contra quam opinionem obiicit Ariſtoteles hoc pacto quorum non ſunt principia communia, horum fieri non poteſt, vt principia communia reperiantur: Entium non ſunt principia communia: Igitur entium principia cõmunia & eadẽ reperiri nõ poſſunt. Minor probatur, eorum q́ multipliciter dicuntur, communia principia non ſunt: entia multipliciter dicuntur: ergo entium principia cõmunia non ſunt. de ſyllogiſmo tãgit minorẽ, & dicit {Omnino quoq; entiũ q́rere elementa, ſi non ipſa}.ſ.entia {q́ multipliciter dicunẽ, diſtinxerit, ĩpoſsibile eſt inuenire} p q́ patet minor ſyllogiſmi: & p {elñta} principia intelligit, vt patet oĩbus.

Et potiſsimum ſi hoc modo quæret ex quibus nam ſint elementis? non.n.accipi poſſunt ea, ex quibus actio, aut paſsio, aut rectum eſt. Sed ſi poſſunt quidem, ſubſtantiarũ tantummodo ſumi poſſunt. Quare rerũ omnium elementa, aut quærere, aut habere putare, non eſt uerum. Potiſſimum. ἀλλ' ὥστε. Aliter præſertim.

Quoniã elemẽta intelligi poſſunt pro principijs effectiuis, & ꝓ principijs eſſentialibus, quæ ſunt materia & forma.i.quæ ſunt dualitas indefinita ꝓ materia, & vnitas pro forma, oſtendit Platonem potiſsimum erraſſe, quia quæſiuit inuenire communia principia eſſentialia, quæ ſunt materia, & forma omnium entium, cum hoc eſſe non poſsit, & dicit {Et potiſsimum} ſubaudi impoſsibile eſt inuenire communia eadem principia {ſi} Plato {hoc modo quærat, ex quibus nam ſint elementis}.i.ſi quærat principia eſſentialia.i. materiam, & formam, quæ ſunt indefinita dualitas pro materia, & vnitas pro forma. Hæc enim proprie ſunt principia ex quibus deinde aſsignat cauſam, quare hęc principia eadem omnium accipi non poſsint: aſſerens eſſe nonnulla entia, quæ conſtare non poſsint ex talibus principiis, niſi ex accidenti. nam neque actio, neque paſsio, neque rectum, neque curuum, neq; aliquod accidens, quod ſubſtantiæ inhæret, ex materia & forma conſtare poteſt, niſi ex accidenti, hoc eſt ratione ſubſtantiarum, quibus inſunt, quæ ex talibus principiis conſtãt, dicit {non enim accipi poſſunt ea}.ſ.principia eſſentialia {ex quibus} per ſe {actio, aut paſsio, aut rectum} aut aliquod accidens {eſt} nullum enim accidens ex talibus principiis conſtat {ſed ſi poſſunt quidem} entiũ, ſcilicet talia principia ſumi {ſubſtantiarum} quibus, ſcilicet accidentia inſunt {tantummodo ſumi poſſunt} quare accidentium per ſe talia principia accipi

non

non poſſunt, tunc concludit errorē, & dicit {quare rerum oīum elementa}.i.principia eſſentialia {quærere, aut} res omnes talia principia {habere putare, non eſt verū} nā huiuſmodi principia eorū, quorū nulla ſunt, indagare, aut ſe inueniſſe credere ſummę demētiæ eſt.

Quo nam pacto etiam quiſpiam elementū omnium diſcet? Patet enim antecedere non poſſe cognitionem.

Expoſitor vult Ariſtotelem diſputare contra Platonem quātum ad id, quod ponebat ideas eſſe principia ſcientiæ in nobis, cuius quatuor rationes contra putat Ariſtotelem ponere. Melius tñ dico cum Alexandro, ꝙ cum Ariſtoteles demonſtraſſet contra Platonē non omnium entium eſſe communia principia, nunc doceat quanuis omnium entium elementa communia ſint, fieri tamen non poſſe, vt eorum doctrina, ſcientiaq; habeatur, & cur fieri nequeat, vt omnium elemēta diſcamus, cauſam explicet, ergo docet, quāuis omnium entium ſint communia elementa, tamen eorum non poſſe doctrinam haberi. Et hoc proponit, & dicit {Quo nam pacto etiam quiſpiam elementa}.i. principia {omnium}.ſ.entium {diſcet} ſubaudi ſi omnium entium cōmunia principia ſint: quaſi dicat nullo modo diſcet aliquis, nec eorum ſcientiam habebit, & cauſam ſubiungit dicens {Patet.n.antecedere non poſſe cognitionem} Alexander ſic reſoluit textum ad artē prioriſticam. Eorum, quæ habent principia, fieri nō poteſt, vt quicquam intelligamus, niſi eius principia cognouerimus. Probatur, nam quorum cognitio habetur per principia, hæc ante principiorum cognitionem intelligi nequeunt: & ſic patet maior, addo minorem, ſed omnium entiū per iſtos principia ſunt cōmunia. Ergo fieri nō poteſt, vt entium quicquam intelligamus, niſi ante principia cognouerimus. At quorum habentium principia, principia diſcere eſt impoſsibile, horum ſcientia haberi minime poteſt: entiū principia diſcere eſt impoſsibile: igitur fieri non poteſt, vt entium doctrinam habeamus. quæ reſolutio non videtur ad propoſitum. Nam Ariſtoteles propoſuit, ſi omnium entium communia principia ſunt, quo nam modo quiſpiam elementa omnium diſcet? quaſi dicat eorum elementorum nō poſſe eſſe diſciplinam, nec ſcientiam: & non dixit entium non eſſe diſciplinam, nec ſcientiam: ſicuti in ſuo ſyllogiſmo concludit Alexander. quare aliter reſoluto textum ſic, ſi aliquis elementa entium diſcet, Antea præcedet aliqua cognitio, ſed antecedere non poteſt aliqua cognitio: igitur nullus poterit diſcere talia principia, quæ ſunt communia omnium entium. de hoc ſyllogiſmo hypothetico tangit minorem, q̄ eſt deſtructio cōſequentis, & dicit, Patet.n.antecedere non poſſe cognitionē.ſ. ante aliquam addiſcere principiorum omniū entium.

Nam ut is, qui geometriam diſcit, alia quidem ante cognoſcere poteſt, nihil autem eorum, quorum eſt ſcientia, & quæ ſunt ſibi diſcenda prius, cognoſcit, ſic & in alijs fieri ſolet. Quare ſi omnium aliqua ſcientia eſt, qualem dicunt quidam, nihil is utique antea cognoſcit.

Hic probat maiorem, quæ eſt antecedens ſyllogiſmi hypothetici, videlicet ꝙ ſi aliquis elementa entiū diſcet, antea aliqua præcognoſcit, & hoc per exemplum in geometria, & in aliis ſcientiis, ſic ſyllogizat. Sicuti in geometria diſciplina fit ex aliqua antecedente cognitione, ſic in cæteris ſcientiis diſciplina fit: ſed in geometria diſciplina fit ex præcedenti aliquorum cognitione: igitur in cæteris diſciplinis, & in diſciplina, quæ eſt ſcientia communium principiorū entium. Minor exponitur ab Alexandro, qui enim, inquit, geometriam diſcit, is quanquam in ipſo diſcendi initio nihil eorum cognoſcit, quorum geometria eſt ſcientia, aliqua tamen intelligit, ex quibus ea cognoſcit, per q̄ doctrina ipſa efficitur, verbi cauſa, maius, minus, æquale, rectum, curuum. Longitudinis item, ac latitudinis, corporiſque intellectum habet. ſi ergo omnis non in ipſis, quæ diſcuntur, ſed aliis quibuſdam præcognitis efficitur, profecto qui entium principia per doctrinā eſt cogniturus, hic vt alia quædam cognoſcat, neceſſe eſt, dicit {Nam, vt is, qui geometriam diſcit, alia quædam ante cognoſcere poteſt} & debet, deinde exponit, quæ non antea cognoſcere debet, & dicit {nihil autem eorum} cognoſcere.ſ.debet ante {quorum eſt ſcientia}.ſ.futura {&} nihil eorum cognoſcere debet, vel {cognoſcit} ante {quæ ſunt ſibi prius diſcenda} vt ſi ſciturus eſt ſuper datam lineam contingere triangulum æquilaterum collocare, hoc non debet præſcire, ſed quid nominis linea, & quia eſt linea, & quid nominis trianguli æquilateri {ſic in aliis}.ſ.diſcendis {fieri ſolet} tacuit minorem, & repetit principalem concluſionem, & dicit {quare ſi omnium}.ſ.principiorum, quæ communia ſunt omnibus entibus {aliqua ſcientia eſt, qualem dicunt quidam, nihil is ante cognoſcit}.i.nullum eorum principiorum antea cognoſcit, ſed ſiqua cognoſcit, illa non ſunt principia, ſed terminos principiorum. Nam, vt dicitur primo poſteriorū dicitur, principia, quo terminos cognoſcimus.

Omnis tamen diſciplina per antea nota aut omnia, aut quædam eſt, & aut per demonſtrationem, aut per definitiones. Ea.n.ex quibus definitio conſtat, antea cognoſcantur, et ſint nota, oportet. Similiter & quæ eſt per inductionem. TEX.48.

Quod autem diſciplina omnis naſcatur ex præcognitis, docet hic ex eo, quia quicquid diſcimus, vel per demonſtrationem, vel per definitionem, vel per inductionem diſcimus, ſi per demonſtrationem, aliqua ſunt diſcenti nota diuerſa ab ijs, quæ demonſtrantur, ſententiæ videlicet, quæ ſunt naturales quædam intelligentiæ, & ꝓpoſitiones medio vacantes, quales ſunt, quæ ſunt eidem æqualia, ea inter ſe quoque æqualia ſunt, de omni eſt affirmatio, aut negatio. bonum eſt ſuapte natura vtile, & cæteræ huiuſmodi. omnis autem cognitio, quæ per ſyllogiſmum accipitur, per antea cognita comparatur, per propoſitiones videlicet, quas conceſſas & poſitas eſſe oportet. item quæ per definitiones habetur, etiam ſimiliter accipitur. Qui enim diſcit hominis definitionē eſſe animal pedeſtre bipes, is non præcognoſcit hæc eſſe hominem, tamē horum ſingula cognoſcit animal, & pedeſtre, & bipes. alioquin vnquam diſceret hominem eſſe iſthæc. ſimilis eſt inductionis ratio, quæ cum vniuerſale docere velit, oportet tamen diſcenti ſingularia, per quę docet, eſſe cognita, dicit {Omnis tñ diſciplina per antea nota aut omnia, aut quædam eſt} Expoſitor per {omnia}.i. vniuerſalia, & per {quædam}.i.per particularia expoſuit: ſicut in iis, quæ addiſcuntur per demonſtrationē, & definitionē, ſimiliter & per inductionem. Vel, vt Alexander inquit, dixit {aut per omnia} vt in definitionibus, atq; inductionibus, in quib⁹ oportet ꝑ oīa nota,

& præcognita procedere, dixit {aut per q̄dam} vt in demonſtrationibus, in quibus nõ oportet omnes propoſitiones præcognoſcere. ideo ſubdit {& aut per demonſtrationem, aut per definitiones. Ea enim ex quibus definitio conſtat, antea} omnia. ſ. {cognoſcuntur, & ſint nota oportet, & ſimiliter & quæ per inductionem} ſciuntur, etiam omnia ſingularia oportet præcognoſcere. Sed dices, Ariſtoteles in ſyllogiſmo principali ſupponit in doctrina principiorum communium omnibus entibus nihil præcognoſci, & ſic videtur petere principium, cum accipiat aliquid. quod non probat. Alexander ſuppleuit probationem, quoniam quicquid intelligi prius dicit, id ens eſſe, aut ſub entis principia cadere, reperietur. fieri autem non poteſt vt ens aliquod prius cognoſcatur, q̄ eius principia diſcantur. Aut ergo prius cognouerat, aut certe nunquã diſcet.

TEX. 49. *At uero ſi nobis quoque inſita eſt, mirabile eſt, quo pacto nos lateat potiſſimam ſcientiarum habere.*

Nos lateat. λανθάνομεν. *bliuiſcimur.*

Expoſitor Ariſtotelem hic afferre ſecundam rationem ad probandum ideas non eſſe principia ſcientiæ in nobis, & ad hanc expoſitionem accommodat verba Ariſtotelis, vt patet. Ego vero cum difficultate puto hanc expoſitionem verbis Ariſtotelis accommodari poſſe. Sed facilius arbitror Ariſtotelem corrigere Platonis opinionem, qua nobis rerum ſcientiam innatam eſſe tradit, quippe cui diſcere reminiſci eſſe videatur, & dicit {At vero ſi nobis quoque inſita eſt} .ſ. rerum ſcientia, & non ex inuentione, vel doctrina acquiſita, vt Plato autumat, qui ſcire arbitraē eſſe reminiſci {mirabile eſt quo pacto nos lateat potiſsimam ſcientiarũ habere} & per potiſsimam ſcientiarum intelligit cognitionem primorum principiorum, quæ omnium entium principia ſunt: vt Alexander exponit. Quod aũt cognitio principiorũ, quæ omnium entium ſunt principia, ſit ſcientiarum potiſsima, probat Alexander, qm̃ cognitio potiſsimorum eſt potiſsima: ſcientia principiorum, quæ omnium communia ſunt, eſt potiſsimorum: igitur cognitio principiorum communium eſt ſcientiarũ potiſsima. Minor probatur, quoniam propter quod vnumquodq; tale eſt, illud magis eſt: ſcientia poſteriorum eſt propter ſcientiam primorum principiorum: Principiorum ergo cognitio ſcientiarum eſt potiſsima. Quod autem nos habere talem ſcientiã, mirabile ſit, vt nos lateat eam habere, probat Alexãder, quoniam ſenſum nobis innatum habere ſcimus, etiam poſſe nos ambulare nobis notũ eſt. quomodo ergo eorum, quæ neſcimus, innatam ſcientiam habere poſſumus? mirabile quippe eſt. Quare ſcientia nulla poteſt eſſe nobis innata, cum principiorum communium ſcientia nos ſit nobis innata: alioquin eam habere a principio nos non lateret.

Præterea quo nam pacto cognoſcet quiſpiam ex quibus ſunt? & quo nam pacto patebit? Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit. n. quiſpiam, perinde atque etiam circa ſyllabas quaſdam. Nam quidam Sma ſyllabam ex S, & M, et A dicunt eſſe. Quidam uero alterum ſonum eſſe inquiunt, & nullum eorum, qui familiares ſunt.

Qui ſunt familiares. γνωρίμων. *notorum.*

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem afferre tertiam rationem ad probandum ideas non ſufficere pro ſcientia rerum, quæ talis eſt, ad ſciendum res non ſufficiũt formales cauſæ. Nam res non ſolum conſtant ex formalibus cauſis, ſed etiam ex materialibus. Eſt enim materia ex æquo cum forma principium quiditatis & eſſentiæ. Ideæ non ſunt materiales cauſæ, ſed ſolum formales, igitur ideæ non ſufficiunt pro ſcientia rerũ. & iuxta hanc expoſitionem Ariſtoteles dicit {Præterea quo nam pacto cognoſcet quiſpiam} ſubaudi cognitis ideis ſolis {ex quibus ſunt} .i. materialia principia ex quibus ſunt communiter omnia entia? & quonam pacto patebit} eſſe materialia principia rerum, ſolis ideis appræhẽſis. quaſi dicat ea cognoſci nõ poſſe ſolis ideis cognitis. Quod autem ad res ipſas cognoſcendas requiratur cognitio principiorum materialiũ, probat ex eo, quoniam cõtingit dubitare res, cum dubitauerimus materialia principia, quod probat exemplo ſumpto a cognitione ſyllabarum, & dicit {Hoc enim habet dubitationem} .i. principium materiale facit dubitare nos de re, cuius eſt principium, cum de ipſo principio dubitauerimus {Dubitauerit enim quiſpiam perinde atque etiam circa ſyllabas} ſubaudi tu, cum dubitauerimus circa earum materialia principia {Nam quidam Sma ſyllabam ex S, & M, & A dicunt eſſe} & ſic volunt eſſe ſyllabam ex literis compoſitam {quidam vero} non ſyllabam, ſed {alterum ſonum} .i. ſed dictionem {eſſe inquiunt, & nullum eorum} ſonorum. ſ. ideſt earum dictionũm {quæ familiares} nobis {ſunt} ſed eſt dictio quaſi nobis inſueta. Ergo dubitatio eſt de re, quando dubitamus de materialibus rei principiis. Quare ideæ non ſufficiunt ad rerum ſcientiam: & breuis ſyllogiſmus eſt. Formales cauſæ non ſufficiunt ad rerum ſcientiam: ideæ ſunt formales cauſæ: igitur ideæ non ſufficiunt ad rerum ſcientiam. Alexander vero poſt multa verba, quæ in enarratione præſenti ſcribit vno modo velle videtur Ariſtotelem hoc in loco eam queſtionem perſtringere, de qua in Menone Plato mentionem fecit cõtra eos, qui omnium entium principia quædam communia, atq; eadem aſſerebant. Quærebat. n. Plato in eo libro, ſi omnium rerum communia, & eadẽ ſunt principia, quomodo hæc, quæ nam ſint cognoſces, & ex his entia cõſtare ſcies, niſi quædam præcognoueris, quibus noſcere, & oſtẽdere valeas hæc eſſe, cum illa inueneris. nam qui caret principiis ad cognoſcẽdum, quod quæritur, is quomodo hæc potius q̄ illa principia eſſe cognoſcet. ſicuti qui quærit ſeruum fugitiuum, niſi prius eũ nouerit, non eum agnoſcet, cum inuenerit. Non igitur ſine controuerſia hæc eſſe principia inueniet: ſi non prius nouerit quædam, ex quibus illa eſſe cognoſcet. Quare noſtrum ſcire erit reminiſci. Vnde quemadmodum quæritur hæc ſyllaba ZA vtrum per Z, & A, ſcribi debeat, An per S, & A, ſic de principiis dubium eſſe poteſt: quæ cum inueneris, non cognoſces, niſi aliqua prænoueris, ex quibus cognoſces hæc eſſe principia, & non illa. vult igitur Ariſto. ſoluere hanc quæſtionẽ per ea, quæ dicta ſunt, ꝙ cognoſcet quiſpiam ipſa principia, ſi venerint in dubium, per definitionem, vel per ſyllogiſmum, aut per inductionem, quæ omnia, vt dictum eſt, per antecognita demonſtrãt, dicit {Præterea quo nam pacto cognoſcet quiſpiam, ex quibus ſunt} .ſ. omnia. i. quo pacto cognoſcet quiſpiam principia, quæ Plato omnium entium communia quærebat: hoc eſt materiam, & formam: hoc eſt dicere, ſi omnium rerum communia, & eadem ſunt principia, quomodo hæc, quæ nam ſint cognoſces, & ex his entia conſtare ſcies {& quo nam pacto patebit} hæc & non illa eſſe principia, niſi quædam præcognoueris, quibus oſtẽdere

dere poteris hæc eſſe, & non illa {Hoc enim}.ſ.quomodo cum inueneris ea, ſcire poteris illa eſſe {habet dubitationem} non paruam. Deinde declarat per ſimilitudinem, quomodo dubitauerit illa eſſe, cum quis inuenerit niſi aliqua preſcierit,& dicit{Dubitauerit.n. quiſpiam,perinde,atq; etiam circa ſyllabas quaſdam} quoniam ignorat principia {nam quidam Sma ſyllabam ex S, & M, A, dicunt, quidam uero} non ſyllabam,ſed {alterum ſonum eſſe inquiunt,& nullum eorũ,qui} nobis.ſ. {familiares ſunt} & hoc non ob aliud niſi quia nihil præſciunt de principiis. quare a pari, niſi aliqua præſcierimus de principiis,cum illa inuenerimus,non ſciemus hæc,vel illa eſſe. Vel aliter fortaſſe Ariſtoteles videtur argumentari ꝙ non ſint omnium rerum communia, & eadem principia, alioquin non poterimus ſoluere quæſtionem Menonis. Tenet argumentum, quia non poterimus inuenire illa communia principia,niſi quædam præ cognouerimus.At ante communia principia nihil præcognoſci poteſt. Ergo apud Alexandrum bifariam præſentem textum exponere poſſumus,aut vt ſoluat quæſtionem Menonis ex iis, quæ ante dixit, aut vt argumentetur non eſſe communia & eadẽ omnium principia, quoniã ſtabit quæſtio Menonis: & vtroq; modo expoſitio eſt pulchra.

Inſuper quonam modo quiſpiam ſenſum non habens, ea cognoſcet, quorum eſt ſenſus. oportebat tamen, ſi omnium ea ſunt elementa, ex quibus perinde atque uoces. compoſitæ ex elementis propriis ſunt.

Expoſitor arbitratur Ariſtotilem hic ponere quartam rationem ad probandum ideas non eſſe cauſas cognoſcendi res ſenſibiles, & ad hanc intentionem accommodat verba: quæ dubio procul quo ad primam partem aptari poſſunt, quo uero ad ſecundam non uideo quonam modo poſsint aptari. Alexander uero hæc dici ad confirmandum, non eadem eſſe omnium rerum principia,& elementa putat, & ſyllogizat ſic. Si omnium entium ſunt eadem principia, qui hæc principia didiciſſet, per ipſa poſſet omnia entia cognoſcere. conſequentia probatur, nam quemadmodum cui omnes literæ,& elementa nota ſunt,is omnes voces ex his conſtitutas cognoſcit: ſic cognoſcenti omnium rerũ principia vſuueniret, vt per hæc cognoſceret, quæ ipſis finnt. ſed deſtruitur conſequens, quoniam tunc cui nota eſſet hæc principia, is poterit cognoſceret ſenſibilia,ſiquidem hæc, cum entia ſint, ex illis conſtituẽtur. At hoc fieri non poteſt, non enim poſſunt cognoſci ſenſibilia, niſi per ſenſum illorum, vnde primo tangit deſtructionem conſequentis,& dicit {Inſuper quonam modo quiſpiam ſenſum non habens ea cognoſcet, quorum eſt ſenſus?} hæc deſtructio conſequentis. deinde tangit totam conſequentiã, & dicit {oportebat tamen ſi omnium ea ſunt elementa}.ſ.ſic eadem {perinde atque voces compoſitæ ex elementis propriis ſunt}nam ſi omnium eadem propria ſunt elementa, cognoſcens illa, cognoſcet omnia entia:quod eſſe falſum accepit.

TEX.50. *Ex iis igitur,quæ prius dicta ſunt, patet eas uniuerſos uideri cauſas quærere (quanuis obſcure) quas in naturalibus diximus, nullamq; nos aliã præter illas dicere poſſe,atque prius partim omnes,partim nullo modo dictas fuiſſe.*

TEX.51. *Prima nanq; philoſophia, ut noua quædam, primoq; orta balbutiens de omnibus eſſe uidetur. Nam & Empedocles os ratione conſtare dicit, hoc autem eſt quiditas rei, ſubſtantiaue. Atqui ſimiliter & carnis, cæterorumq; cuiuſq; rationem, aut nullius eſſe oportet. Ob hoc enim & caro, & os, & unumquodq; cæterorum eſt, & non ob materiam, quam ille terrã, ignem, aerem, atque aquam eſſe dicit. Verum hæc quoq; ille, ſi alius quidem diceret, neceſſario conceßiſſet, dilucide uero non dixit,*

Recte Expoſitor autumat Ariſtotelem hic per modum epilogi colligere ea,quæ a veteribus de cauſis dicta ſunt: & colligit in ſumma tria, & pro declaratione primi accipiamus in phyſico auditu omnes cauſas ad quatuor genera eum reduxiſſe, qnod vt hoc quoq; in loco probaret, deſcendit ad ſententias de cauſis diſputandas, concludens ſi nemo priorũ aliquod aliud cauſæ genus quæſiuit, aut inuenit, omnes, qui de cauſis ſunt locuti,aliquam commemoratarum cauſarum attuliſſe, quoſdam unam,vt qui materialem afferebant, vt naturales: alios duas, vt qui materialem, & efficientem, vt Anaxagoras: quoſdam tres,vt materialem efficientem,& formalem vt Plato,qui addit ideas: quoſdam utranq; cauſam attigerunt.ſ. efficientem & formalem,vt de Empedocle dicemus. Ideo colligens primum dicit {Ex iis igitur, quæ prius dicta ſunt} .ſ. in hoc libro {patet vniuerſos}.ſ. philoſophos {eas cauſas videri quærere, quanuis obſcure, quas in naturalibus}.i.ſecundo libro phyſicæ auſculationis{diximus} hoc eſt primum.deinde colligit ſecundum ꝙ.ſ.præter genera cauſarum enumeratarum ſecundo auſculationis phyſicæ nemo aliud genus inueſtigauit, aut poſuit, & dicit {nullamq; nos aliam præter illas}.ſ.enumeratas ſecundo phyſicæ auſcultationis {dicere poſſe} etiã patet. deinde colligit tertium, ꝙ modo quodã omnes cauſæ ſunt tactæ apud veteres, modo quodam nulla cauſa eſt aſsignata.Plato enim videtur de quatuor cauſis meminiſſe,ſed quoniam nec Plato,neq; alius aperte, atq; definite cauſarum meminiſſe inuenitur, ideo modo quodam nulla cauſa eſt a veteribus tacta, dicit {atque} patet etiam {prius} .ſ.apud veteres {partim omnes}.i. vna ratione omnes, quia indiſtincte {partim nullo modo} .ſ.diſtincte {dictas fuiſſe} hoc eſt tertium: quod colligit. deinde aſsignat cauſam huius defectus ex eo, quia ante Ariſto. nondum exacte aliqua eorum, quæ in philoſophia tractantur, inuenta erat ſcientia, licet quidam ſtudium adhibuiſſent, ſed runditer, & confuſe. Ac, vt ſolent a blæſis voces pronunciari, ſic priores de philoſophia diſputabant:& dicit {Prima nanque philoſophia, vt noua quædam, primoque orta balbutiens de omnibus eſſe videtur} deinde exponit hoc exemplo Empedoclis,& dicit {nam & Empedocles os ratione conſtare dicit} & exponens verbum ratione ſubdit {hoc autem eſt quiditas rei ſubſtantiave}.i.quæ ratio ſubſtantialis forma, & eſſentialis eſt. & ſicut dixit os conſtare ſua ratione,hoc eſt ſua forma ſubdit{atqui ſimiliter & carnis cæterorũq; cuiuſq;}.ſ. mixtis {rationem eſſe oportet}.i.formam propriam, per quam eſt caro, aut tale quicquam {aut nullius}ratio.ſ.eſt.Aut enim cunctis in rebus forma, & ratio cauſa eſt,ut id ſit, quod eſt, aut in nulla. In nulla quidem eſt inpoſsibile, ergo in cunctis ratio cauſa eſt vt id ſit, quod eſt{Ob hoc enim}.i.ob formam enim {& caro, & os, & vnumquodque cæterorum eſt, & non ob materiam} materia enim per ipſum,vt diximus, cũctis re-

bus eſt eadem { quam ille terram, ignem, aerem, atq; aquam eſſe dicit } quæ cunctis entibus communis materia ſunt. quare ratio propria eſt id, propter quod vnumquodque eſt: & non materia, quæ omnibus cõmunis eſt. deinde exponit quomodo has duas cauſas tetigerat, & dicit { Verum hæc } .ſ. duo genera cauſarum { quoque ille neceſſario conceſsiſſet } non a ſe ſic diſtincte { ſed ſi alius quidem } ſic diſtincte { diceret, dilucide vero } ipſe { non dixit } aſſenſurum.n.Empedoclẽ dubium non eſt, ſiquis ei rationes propoſuiſſet, docuiſſetq; ſingula quæque ad hunc modum ſeſe habere, ipſe tamẽ dum per ſe loqueretur, nihil perſpicue definiuit, neque ex ſcientia quadam diſſeruit. quippe qui ne ſimiliter quidẽ de cunctis ſimilibus ſtatuit. Sed occurres, nam communis ſententia eſt Platonem addidiſſe quatuor generibus cauſarũ ad huc exemplare, & inſtrumentarium genus. dicendum, vt Ariſtoteles dixit, Platonem hæc duo genera addidiſſe ſic balbutiẽdo, vt de quatuor cauſis quoque balbutiuit: quæ duo addita Ariſtoteles non acceptat, quoniam exemplare genus non reperitur in naturalibus, ſed ſi reperitur, nõ eſt, niſi in artibus: & reducitur ad genus cauſæ formalis. Inſtrumentarium vero ad genus cauſæ, cuius eſt inſtrumentum. *Quæ Auer. Comm. vlti.* Auerroes autem in commento præſentis textus, licet ad textus expoſitionem nihil boni ſcribat, tamen dicit primo, & innuit ꝙ Antiqui ſciuerunt quatuor cauſas in ſuo tempore. Secũdum quod dicit, eſt, ꝙ qui concedit cauſam agentem, debet concedere cauſam finalem, nam vt capite ſecundo de ſubſtantia orbis dicit, agens ſignificat finem. Sed occurres contra primum, quoniam ſecũdo phyſicæ auſcultationis ait, *Comm. 9.* Antiquos non dum ſciuiſſe cauſam formalem, neque eſſe apud eos diſtinctam ab accidentibus. Tu vero intelligas antiquos non cognouiſſe dilucide formalẽ cãm, ſed balbutienter, vt Ariſt. hic expoſuit.

Sed de huiuſmodi quidem, & prius eſt declaratum. Quæ uero de eiſdem his dubitauerit aliquis, rurſus reſumamus. Ex *ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitan conſequemur.*

Circa finem huius Libri primo ſe excuſat, quoniam cum ſupra de opinione Anaxagoræ diſſereret, dixerat eum cuipiam alij talia dicẽti, quæ de principiis & cauſis diſtincte dicta ſunt aſſenſurum fuiſſe, ex eo quia nihil de his aperte tradidit, quemadmodum nec Empedocles. quia ergo hæc ſolum de Empedocle repetit, quaſi ſe excuſans, dicit { Sed de huiuſmodi } opinionibus.ſ. { quidem, & prius } de Anaxagora.ſ. { eſt declaratum } vt de Empedocle. ideo ſatis eſt hoc eſſe dictum de Empedocle: quoniam intelligitur eſſe dictum de Anaxagora. deinde præmittit intentionem libri tertij, qui ſecundum Alexandrum eſt liber ſecundus, & dicit { Quæ vero de eiſdem his } .ſ. quæſtionibus, quæ pertinent ad rationem principiorum, & cauſarum { dubitauerit aliquis rurſus } libro tertio, qui eſt ſecundus { reſumamus. ex ipſis enim } motis, ac ſolutis { facultatem forſitan conſequemur, ad poſteriores dubitationes } quæ per omnes libros diſputabimus. Tacuit autẽ intentionẽ libri, qui ſequit̃, qm̃ ille eſt primus paruus, vt Alexander autumat: cuius intentio eſt eadem cum intentione primi libri magni: cum in eo agatur de cauſis, licet per alium modum. Hactenus de primo libro.

Finis primi Libri.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SECVNDVS.

Cum eiuſdem Auguſtini expoſitione.

CONTEMPLATIO *ueritatis, partim difficilis, partim facilis eſt.* TEX. 2.

DVbitatio non parua eſt de præſenti libro. nã vt Alexander inquit, minor primus liber hic videtur inſpectis dicendi characte re, atq; ipſa diſputandi ratione, non tamen ſolidus, ſed mutilatus, & libri pars quædam eſſe videtur, ſi quis libri & initium, & exiguitatem ſpectet. Nam quatenus in hoc quoq; libro de principiis habetur ſermo, hic à primo maiore non videtur diſcrepare, ſed potius ipſum de principiis, & cauſis agentem ſequi, quippe in cuius calce ſic ſcriptum eſt { Quæ vero de eiſdem his dubitauerit aliquis, rurſus reſumamus. Ex ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitan conſequemur } Quibus verbis videtur hic liber alter primus, ſed minor, quoniam de eiſdem agit, quæritq; vtrum principia, & cauſæ in infinitum progrediantur, docetq; in ipſis eſſe principium aliquod, nec eſſe anteceſsiones in infinitum. Ex alio latere, ſi ad huius finem intueamur, liber hic nõ videtur metaphyſicus, ſed præfatio quædam naturalis diſciplinæ. quaſi.n.deinceps inueſtigaturus, quæſiturusque eſſet natura quid nam ſit, librum his verbis clauſit { quam ob rem primum quid ſit natura conſiderare oportet. hoc.n.pacto, & quibus de rebus eſt ſcientia naturalis patebit } At hoc conſiderare munus eſt philoſophi naturalis. quoniam in auditu phyſico de natura diſputauit. accedit, ꝙ principium Secũdi, qui tertius eſt apud latinos, non diſſerit de natura, ſed ea potius explicat, ac exponit, quæ vt in hac doctrina prius quærantur, neceſſe eſt: quo fit, vt Secundus liber, qui tertius eſt apud latinos, potius primum maiorem ſequi videatur. quippe cuius principium cum illius fine cohæreat. illic.n.dicturum ſe profitetur de quæſtionibus, quæ afferri poſſent ad principia, ipſorumq; inuentionem pertinentes. in ſecundo vero, qui tertius eſt apud latinos, id ipſum promiſſum præſtare videtur. ſic igitur dubium eſt de præſenti libro. Alexander demum ait ea, quæ in præſenti libro tradũtur, non omnino eſſe aliena à præſenti doctrina, ſed ſunt, vt præfatio quædam, quæ communiter omni contemplatrici philoſophiæ præferri poteſt. nam in ipſo ſtatim principio in vniuerſum de omni contemplatrice philoſophia commemorat, docens partim eſſe difficilem argumento, ꝙ nemo de ipſa pro dignitate locutus fuerit: partim facilem, quòd nemo ab ipſa prorſus aberrauerit. Expoſitor autem non ab ratione hic agere de contemplatione veritatis Ariſtotelem aſſerit. nã *Quæ Thomas.* vnaquæq; particularis ſcientia conſiderat quandam particularem veritatem circa determinatum genus entium, vt geometria circa rerum magnitudines, Arithmetica

metica circa numeros. at Prima Philoſophia vniuerſalem entium veritatem contemplatur. Quare ad hũc Philoſophum pertinet conſiderare quo nã modo homo ſe habeat ad veritatem contemplandam. non ergo temere hic de omni contemplatrice philoſophia agens, docet primo partim eſſe difficilem, partim facilem: deinde, ne eos quidem ſua laude fraudandos eſſe profitetur, qui philoſophiam vtcunq; partim perſtrinxerunt, quaſi illorum opera non parum adiumenti attulerint ſtudio ſapientiæ. Tertio eodem hoc libro explicat, quo diſcrimine contemplatrix doctrina diſtet ab actiua. Quarto docet contemplationis præcipuum finem cognitionem eſſe, confirmans ad contemplandum, cognoſcendumq; veritatem magno vſui cognitionem principiorum, & cauſarum eſſe. nã primæ cauſæ, primaq; principia maxime omnium ſunt. quæ autẽ maxime ſunt, ea ſunt maxime vera, & hæc ſunt cæteris cauſæ, vt ſint, & veritatis, quæ in ipſis habetur. Quinto oſtendit hoc in libro vniuerſaliter atq; communiter principia, & cauſas entium haberi, tollens cauſarũ progreſſum in infinitum. hæc eſt ſumma totius libri præſentis. de prima itaque parte dicit { Contemplatio veritatis partim difficilis, partim facilis eſt } Et appellat veritatis contemplationem, omnem contemplatricẽ philoſophiam, non ꝙ ſola in veritate verſetur. nam & ciuilis, & actiua philoſophia in ſua quæq; veritate verſatur. quin & artes ſibi ſubiectas veritates conſiderant, cum ſit ars habitus efficiens cum vera ratione. ſed quia huius ſolius finis eſt cognitio veritatis, & quidẽ eius, quæ proprie veritas eſſe intelligitur. quippe cum ſempiternum verum contempletur. ſed contemplatricem philoſophiam, quã nobis maxime propriam, & naturalem eſſe ſtatuit, partim difficilem videri ait, partim facilem. Quo vero ad dictionem attinet, legitur hic textus in alio codice { q̃m contemplatio veritatis } vbi proponitur verbum { q̃m } & non recte legitur. nam illud non principium eſſe, ſed ante dictum aliquid ſequi videtur. quare ſic ſcribendum eſt { contemplatio veritatis } hoc enim magis videtur eſſe principium quam illud, vt Alexander probauit.

Indicium autem eſt, neque digne quenquam ipſam conſequi poſſe, neque uniuerſos etiam aberrare, ſed unumquenque aliquid de natura dicere: & ſingulos quidem nihil aut parũ ad ipſam conferre, ex omnibus autem congeſtis, magnitudinem quandam emergere.

Expoſitor Ariſtotelem manifeſtare autumat, quod propoſuit, & primo quo ad facilitatem per tria ſigna, deinde quo ad difficultatem. Ego vero non recedẽdo ab expoſitione Alexandri, dico Ariſtotelem primo declarare per ſignum ſimul facilitatem, & difficultatem, & dicit { Indicium autem eſt } .ſ. difficultatis { neque digne } .i. pro dignitate rei { quenquam ipſam } .ſ. veritatis contemplationem, ſiue contemplatricem ſcientiam { conſequi poſſe } nemo .n. contemplatricem philoſophiam pro ſua dignitate conſecutus eſt: & hoc eſt ſignum difficultatis. Deinde affert ſignum facilitatis, & dicit { neq; vniuerſos } qui contemplatrici philoſophiæ ſtuduerunt { etiam aberrare, ſed vnumquenq; aliquid de natura dicere } & hoc eſt facilitatis ſignum. nam, ſi omnino eſſet difficilis, omnes aberraſſent, & nullus de ea aliquid attigiſſet. Deinde verba, quæ ſequũtur, Alexander in præſenti enarratione legit ſic { nam, ſi ſingulos quidem ſpectes, nihil aut parum, conferre videntur, ſi omnium ſententias in vnum congeras, ex omnibus congeſtis magnitudo quædam emergit } & tunc patet ratio eius, quod dixerat. nam, cum dixiſſet nullum philoſophiam contemplatricem pro ſua dignitate conſecutum eſſe, ſubdit cauſam { nam, ſi ſingulos quidem } ſeorſum { ſpectes, parum quenq; recte percepiſſe reperies } cum vero dixiſſet { neque vniuerſos etiam aberrare, ſed vnumquenq; aliquid de natura dicere } ſubdit cauſam { ſi omnium ſententias in vnum congeras, ex omnibus congeſtis magnitudo quædam emergit } At ſi hæc verba legantur vt nos trãſtulimus, & vt reperiuntur in græco noſtro codice, iterum Ariſtoteles affert ſignum facilitatis, & difficultatis, & dicit { & } ſubaudi ſignũ difficultatis eſt { ſingulos quidẽ } ſeorſum .ſ. { nihil, aut parum } recte { conferre } & hoc propter difficultatem { ex omnibus autem congeſtis magnitudinem quandam emergere } & hoc ꝓpter facilitatem: & ſic habetur ſecundum indicium vtriuſq;, & cum dixiſſet { de natura } hoc adiectum confirmat librum hunc omni contemplatrici philoſophiæ propoſitum eſſe. per quæ hortatur nos ne ipſam velut omnino facilem negligamus, aut viciſsim tanquam prorſus difficilem deſperemus. Illud vero { partim difficilis, partim facilis } non ſic accipi debet quaſi ambo ipſi cõtemplatrici philoſophiæ ſ̃m idem conueniãt, nam nihil idem eſt facile, & difficile, ſed quaſi ambo ſint de ipſa exiſtimationes, atq; opiniones. nam quadam ratione facilis eſſe exiſtimari poteſt, alia vero difficilis, quatenus omnes ipſam attingunt facilis, quatenus vero nemo recte diſſeruit, ne de una quidẽ parte, tota difficilis.

Quare, ſi ita ſe habere uidetur, ut dicere prouerbio conſueuimus, quis nam in ianuis utique delinquet? hoc quidem pacto facilis erit, at totum, ac parem habere non poſſe, in difficultatem ipſius oſtendit.

Secundum Alexandrum, cum Ariſtoteles hanc doctrinam facilem eſſe, argumento eſſe dixiſſet, ꝙ omnes qui huic incubuere, aliquid recte tradiderunt, nũc hoc oſtendit vſus illo prouerbio, τίσ ἂν θύρασ ἁμάρτοι: propterea inquit concludendo { Quare ſi ita ſe habere videtur } .ſ. veritas, circa quam verſatur philoſophia contemplatrix { vt dicere prouerbio conſueuimus, quis nã in ianuis vtique delinquet? } quod in facilibus rebus, & nihil habentibus difficultatis vſurpatur, ſumptum à ſagittarijs in ſignum aliquod iaculantibus, qui ſi ſignum tenue propoſitum fuerit, non facile collimant, ſi latum, cum non ſit fractu difficile, omnes propoſitum attingunt. Si ergo, quod eſt facile, omnes attingunt, nimirum veritas, quæ ab omnibus attingitur, facilis fuerit: ergo contemplatio veritatis eſt partim facilis, quatenus ſe habet vt oſtium, quod in introitu domus nullus ignorat. Sed hæc expoſitio Alexandri eſt difficilis: q̃m, ſi veritas ſe habet vt oſtium in introitu domus, omnes æqualiter veritatem attingerent, ſicuti omnes, qui intrant domum, oſtium æque attingunt: contrarium autem ſuperius dixit Ariſtoteles, qui veritatis contemplationem difficilem eſſe expoſuit, quod nemo digne ipſam conſequi potuerit. Propterea melius cum Expo- *Thomas.*
ſitore ex præmiſsis concludit, quod ex quo vnuſquiſq; poteſt cognoſcere de veritate, licet parum, ita ſe habere de veritate videtur, ſicut prouerbialiter dicitur, in ianuis vtiq; domorum quis nam delinquet? nam domus interna non facile ſciuntur, & circa ea facile homo decipitur, ſed quemadmodum circa introitum domus,

qui omnibus patet, primoq; occurrit, nemo decipitur, ita etiam eſt in contemplatione veritatis. nam ea, per quæ intratur in cognitionem aliorum, omnibus perſpicua ſunt, & nullus circa ea decipitur. huiuſmodi ſunt prima principia naturaliter perſpicua, vt non eſſe de eodem ſimul affirmare & negare, & omne totum eſt maius ſua parte, & cætera id genus. circa vero concluſiones, quas per huiuſmodi, quaſi per ianuas intratur, contingit ſæpius ab errare. ergo contemplatio veritatis eſt facilis, quatenus ad minus illud modicũ, quod eſt principium, per ſe perſpicuum eſt, per quod intratur ad veritatis contemplationem. deinde exponit rationem difficultatis, & dicit { at totum, ac partẽ habere non poſſe, id difficultatem ipſius oſtendit } Expoſitor exponit difficultatem contemplationis veritatis eſſe, quia homo non poteſt in rebus perfecte cognoſcere totum. i. via reſolutionis, quæ ipſis competunt: nec partem. i. via compoſitionis. ea. n. quæ rebus competunt, non facile eſt cognoſcere via reſolutionis, aut compoſitionis. Quæ expoſitio non eſt mihi conſona, nec verbis idonea. Alexander vero per totum una expoſitione intelligit totam philoſophiam, per partem, aliquam philoſophiæ partem. diuiditur. n. philoſophia in tres partes ſexto huius. quia igitur nemo ſigillatim neque de tota philoſophia, neque de parte aliqua eius abunde diſſeruit, hoc eius difficultatem oſtendit. nam qui parum eius, aut nihil attigerunt, ij non ſolũ in vniuerſa, ſed etiam in partibus eius defecerũt, quo rei difficultas declaratur. Aſsignat etiam Alex. alias expoſitiones, quę mihi videtur ſuperfluę, cũ hæc ſola ſatisfaciat.

Thomas. *Improbatio.*

Quæ Auerro. comm. 1. Auerroes autem licet ad verborum expoſitionẽ nõ ſit conſiderandus, tñ in commento probat primo veritatis contemplationem non eſſe impoſsibilem, qm̃, ſi comprehenſio eſſet impoſsibilis, tunc deſiderium naturale eſſet ocioſum, quod habemus ad ſciendam veritatem: & conceſſum eſt apud omnes nullam rem ocioſam eſſe in natura. etiam aſſerit quædam, quæ conueniunt expoſitioni Expoſitoris, videlicet quod prima cognita a nobis naturaliter in quolibet genere entium ſint, ſicut locus ianuæ, in domo, quem nullus ignoriat & quantũ ad hoc innuit facilitas cõtẽplandi veritatẽ.

Fortaſſe etiam, cum difficultas duobus ſit modis, non in rebus, ſed in nobis ipſis difficultatis cauſa eſt. nam, ut ueſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei, ſic & noſtræ animæ mens ad ea ſeſe habet, quæ omniũ manifeſtiſsima ſunt natura.

Expoſitor cauſam aſsignatæ difficultatis afferre hic Ariſtotelem aſſerit, vt eorum opinionem refellat, qui poſuerunt difficultatem cognoſcendi veritatem omni ex parte prouenire ex parte rerum, pro quãto nihil eſſe ſtabile, ſed omnia in continuo fluxu eſſe opinarentur. ſed hoc excludens Ariſtoteles, dicit { Fortaſſe etiam cum difficultas } cognoſcendi veritatem. ſ. { duobus ſit modis, non in rebus } vt veteres arbitrantur { ſed in nobis ipſis difficultatis cauſa eſt } cuius rationem ſic orditur Expoſitor, ſi difficultas eſſet principaliter ex parte rerum, illa magis cognoſceremus, quę ſuapte natura ſunt cognitu faciliora: at quæ ſuapte natura ſunt cognitu faciliora, minus cognoſcimus. minus. n. cognoſcimus, quæ ſunt maxime in actu, & immaterialia, & immobilia, quæ ſuapte natura ſunt maxime perſpicua: ergo difficultas euenit in cognitione veritatis maxime propter defectum intellectus noſtri, & nõ ex parte rerum, vt veteres putauerunt. Quod autem ea, quæ ſunt cognitu facillima, nobis ſint ignota, probat Ariſtoteles exemplo veſpertilionum, & dicit { nam, vt veſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei } quam videre non poſſunt, licet videant obſcura, propter imbecillitatem oculorum ſuorum { ſic & noſtræ animæ mens } quæ oculus animæ eſt, { ad ea ſeſe habet, quæ natura }, i. quæ ſuaptenatura { omnium manifeſtiſsima ſunt } quæ ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt. Expoſitor autem id, quod Ariſtoteles in textu aſſumpſerat, videlicet ꝙ difficultatis ratio duplex ſit, declarat: qm̃ in omnibus, quæ conſiſtunt in quadam habitudine alterius ad alterum, poteſt impedimentum muneris euenire interdũ ex vno interdum ex altero: vt ſi lignum non comburatur, hoc euenit interdum, quia ignis imbecillis eſt, aut quia lignum nõ eſt combuſtibile. inſuper oculus impedit à viſione alicuius viſibilis, aut quia oculus imbecillis, aut quia viſibile eſt tenebroſum: ſic igitur euenire poteſt, vt veritatis cognitio ſit difficilis aut propter rerum defectum, aut propter imbecillitatem, quæ eſt in intellectu noſtro. Verbi cauſa materia, motus, & tempus, & cætera, quæ imperfecta, & quaſi poteſtate ſunt, ſuapte natura cognitu ſunt difficilia, ſubſtãtiæ vero abſtractæ, quæ actu ſunt ac perfectiſsime, cognitu ſuapte natura faciles ſunt. Hęc expõ non poteſt reprobari, nõ tamen prætereunda eſt Alexandri expoſitio, quæ talis eſt ꝙ, cum Ariſtoteles philoſophiam cõtemplatricem partim facilem videri demonſtraſſet, partim difficilẽ, nunc quo ſit philoſophia difficilis, oſtendat: vt rurſus partim facilem, partim difficilem eſſe demonſtret. Ad hoc autem demonſtrandum accipit duos eſſe difficultatis modos, alterum, qui in ipſa rei natura conſideratur, cum videlicet res talis ſit, vt ſua ipſius natura cognitu ſit difficilis; alter in debilitate contemplantis. fieri. n. poteſt, vt aliquid ſua natura facile ſit ad contemplandum propter ſui ſimplicitatem, idem nobis difficile conſideratu fiat propter noſtram tarditam: ad quẽ difficultatis modum artem contemplatricem redigit, & philoſophiã, quæ in veritatis inquiſitione verſatur, quæ verba huc pertinere videntur, vt nos ad ſtudium cõtẽplatricis philoſophię cohortetur. ſi. n. quę ſua ſpõte, atque natura nota, & prima ſunt, eo nobis ſunt ad contemplandum difficilia ob intellectus noſtri tarditatem, ſatis intelligitur, magno nobis labore, & ſtudio opus eſſe, vt intellectui noſtro innoteſcant. ſed qũo quædam difficilia ſint propter philoſophantium imbecillitatem, non ſua ipſorum natura, apto veſpertilionũ exemplo declarat, quibus lumen diurnum impedimento eſt ad videndum ob oculorum imbecillitatem, cũ ipſum natura ſua maxime aſpectabile, & cauſa videndi ſit. aliam cauſam Alexander aſſerit cur Ariſtot. duos difficultatis modos expoſuerit, & eſt, vt affirmaret hæc ambo philoſophiæ adeſſe, propterea, ꝙ ſua natura facilis cognitu ſit, eadem difficilis propter noſtram tarditatem. cur vero intellectus noſter tarde ſe habeat ad res manifeſtiſsimas, exponit Alexander ex eo, quia intellectus nec eſt abſolutus, nec ſeparatus, ſed eſt cum ſenſu, & paſsiuis animæ potentijs, quæ omnia proprio intellectus muneri obſtant. actus. n. noſter, qui contineter in ſenſibilibus verſatur, impedimẽto eſt intellectui ad contemplandum ea, quæ à ſenſu ſunt ſeparata. Dubitat Expoſitor contra exemplum Ariſtotelis, qm̃ ſenſus eſt vis cognoſcitiua inſtrumentaria, quæ corrũpitur ab excellenti ſenſibili, at intellectus vis eſt, quæ caret inſtrumento, quæ perficitur ab excellenti intelligibili:

Expõ Alex. *Dubitatio contra exemplũ.*

ſigibili: ergo ſimilitudo non eſt conueniens.breuibus reſpondet impedimentum muneris virtuti cognoſcitiuæ euenire poſſe, aut defectu inſtrumenti, vt cum corrumpitur ab excellenti obiecto: quale impedimẽtum intellectui accidere non poteſt, cum virtus ſit ab inſtrumento abſoluta,ſed ſenſui accidere poteſt, quoniam vis eſt inſtrumentaria: aut defectu proportionis virtutis cognoſcitiuæ ad obiectum, qualis defectus accidere poteſt vtriq;,ſenſui videlicet & intellectui. ſenſui quidem,q̃m ſenſitiuę virtutes ex ſuis naturis diuerſarum proportionum ſunt ad obiecta ſua in diuerſis animalibus, vt vis olfaciendi in homine ſuapte natura ad odores improportionata eſt, in cane vero cõtra ſua natura proportionata eſt. & quantum ad hoc ſenſus & intellectus ſimiles ſunt. nam intellectus quibuſdam intelligibilibus eſt proportionatus, quibuſdã vero improportionatus ex ſua natura:ꝓportionatus quidem materialibus, intelligibilibus,improportionatus immaterialibus: & quantum ad hunc defectum ſenſus,& intellectus ſunt ſimiles,& ſic patet ſimilitudo.Sed mihi hæc reſponſio non parũ ambigua videtur. Q̃m, cum ſenſus ſit virtus oriens ex inſtrumento, & in inſtrumento, videtur habere quicquid habet ex inſtrumento. quod.n.vis olfaciendi hebetior ſit in homine, quam in cane,hoc non improportione ſequente naturam potentiæ euenit,ſed qualitate inſtrumenti, quod humidius in homine eſt quam in cane.Similiter,ꝙ intellectus humanus ad intelligendum materialia ſit ꝓportionatus, ad intelligendum vero immaterialia improportionatus, hoc non euenit ex parte intellectus, qui oĩbus intelligibilibus eſt æque proportionatus,cũ ſit potentia omnia fieri, ſed ex parte ſenſuum, quibus vtitur ad intelligendum, ſenſus.n.ad intelligendũ materialia ſeruiunt intellectui,ad intelligendum vero immaterialia, impedimento ſunt: nã intellectus, vt Alexander inquit,non eſt abſolutus, neque ſeparatus, ſed cum ſenſu,& paſsiuis animæ potentiis,quæ omnia proprio intellectus muneri obſtant.actus.n.noſter,qui cõtinenter in ſenſibilibus verſatur impedimẽto eſt actionibus, quæ a ſenſibus ſeparantur.cum vero Expoſitor dicebat non eſſe ſimilitudinem, quia ſenſus corrumpitur ab excellenti ſenſibili,intellectus vero nõ,dico hoc demonſtrare non eſſe identitatem, ſed ſimilitudinem, q̃m nulla eſt ſimilitudo, quin claudicet,alioquin eſſet identitas.intellectus.n.non corrumpitur,q̃m corporibus,& ſenſibus extrinſecus accedit. At ſenſus intrinſecus, q̃m naſcitur cum inſtrumento,& ex inſtrumento, & in inſtrumento, ideo quod inſtrumentum diſſoluit, etiam ſenſum corrumpit. Auerroes vero quantum ad vim exẽpli ſic ait, ſed hoc.ſ.exemplum non demõſtrat res abſtractas intelligere eſſe impoſsibile nobis, ſicut inſpicere ſolẽ eſt impoſsibile veſpertilioni, ſed eſſe difficile: quoniã ſi ita eſſet.ſ. quod exemplum indicaret impoſsibilitatem,tunc natura ocioſe egiſſet,q̃m feciſſet illud,quod in ſe eſt natutaliter intelligibile non intellectum ab aliquo, ſicut ſi feciſſet ſolem viſibilẽ, qui à nullo viſu comprehenderetur. hanc rationem Expoſitor deriſibilem eſſe oſtendit.ſed q̃m de efficacia huius argumenti diſputaui libro vltimo de intellectu, bona fronte ſub ſilentio nunc pertranſeũdum eſſe cenſui. ex ijs, quæ hic Expoſitor dixit contra Auerroem, patet Commenta Auerrois non fuiſſe in precio apud eum, cum nunquam eorum,nec in bonum, nec in malum meminerit, putans ea nihil conferre ad expoſitionem

Qua Auer. Comm. 1.

verborum Ariſtotelis. fecit autem de eis mentionem cum aliquid videretur dignum conſideratione.

Nõ ſolum autem ijs gratias habere iuſtum eſt, quorum opiniones quiſpiam acceptauerit, ſed adhuc etiam ijs, qui ueritatem penitus non attigerunt. nam & hi aliquid contulerunt. habitum enim noſtrum excitarunt. ſi enim Timotheus non fuiſſet, non tantam haberemus artem cantandi, & ſi Phrynis nõ anteceßiſſet, non talis Timotheus euaſiſſet. eodem modo res ſeſe habet & de his, qui de ueritate dixerunt. a quibuſdam enim opiniones quaſdam ſuſcepimus. alij autem, ut illi talia ſentirent authores fuere. TEX. 2.

Cum declaraſſet philoſophiam contemplatricem eſſe partim facilem, partim difficilem,nũc aggreditur ſecundum, quod propoſuit,videlicet non eſſe eos ſua laude fraudandos,quod philoſophiã vtcunq; perſtrinxerunt, quaſi illorum opera non parum adiumẽti attulerint ſtudio ſapientiæ. ex hoc.n.patebit,quo nã modo homines ſeſe mutuo iuuent ad conſiderandam veritatem etiam patet non protinus eſſe profitendum veteres nobis faſtidio eſſe, ſed potius eiſdem gratiam habendam,vtpote qui non parum poſteris attulerint adiumenti, quo ſimul confirmat veritatis inquiſitionem dignam eſſe,in quam ſtudium omne confertur,cũ non modo ijs habere gratiam cenſeat, qui recte aliquid tradiderunt,quod nobis vſui eſſe poſsit,& quorum ſententijs conſentire valeamus, ſed etiam antiquioribus,qui hæc leuiter videntur perſtrinxiſſe,dici { Non ſolum autem ijs gratias habere iuſtum eſt, quorum opiniones quiſpiam acceptauerit }.i.à quibus accepimus veritatẽ vel aliquid, quod nobis vſui eſſe poſsit,& quorum ſententijs conſentimus { ſed adhuc etiam ijs, qui veritatẽ penitus nõ attigerunt },i.ſed etiam antiquioribus, qui hæc leuiter videntur perſtrinxiſſe.cuius cauſam affert, & dicit { nam & hi aliquid contulerunt } & exponens illud, quod contulerunt, dicit { habitum .n. noſtrum excitarunt } & per habitum noſtrum intelligit,vt Alexander exponit, facultatem animæ, qua facultate res huiuſmodi indagare poſſumus, hoc eſt potẽtiam noſtrã intellectualem, quam præparauerunt quæſtionibus, ac inquiſitionibus ipſam acuentes,ac excitantes, quaſi.n.viam aperientes, nos in horum inquiſitionem induxerunt. per quæ vult nos admonere, vt oẽs opiniones à veteribus traditas excutiamus.copia.n.veterum ſententiarum ad eruendam veritatem paratiores efficimur.quo ex loco argumentum ſumi poteſt, hũc librum recte poſt ſuperiorem proximum collocari. nã, cum in ſuperiore libro veterum ſententias de primis principijs commemoraſſet,& eas nonnullis rationibus oppugnaſſet,recte hic liber ſequitur,in quo veritas tãgetur.deinde hæc duo exemplo declarat,& dicit { ſi.n. Timotheus non fuiſſet } qui optimus muſicus extitiſſe, videtur { non tantam artem cantandi haberemus } ergo Timotheo habendæ ſunt,gratię,vt Expoſitor inq̃t, directe q̃m is eſt,a quo veritatem in muſicis accepimus q̃m vt dictum eſt, dum vnuſquiſq; præcedentium aliquid de veritate inuenit,ſimul in vnum collectum, poſteriores introducit ad magnam veritatis cognitionem { & ſi Phrynis non anteceſsiſſet,non talis Thimotheus euaſiſſet } ergo in directe gratiæ habendæ ſunt eis, qui ceperunt, & errauerunt, quatenus priores errantes circa veritatem poſterioribus exercitationes occaſionem dederunt,vt diligenti diſcuſsione habita, veritas dilucidius inueniretur. ergo Phrynidi hoc debemus qđ

per ipſum Timotheus talis euaſerit, qui niſi præceſſiſſet, artemq; fuiſſet exorſus, nunq̃ Timotheus eo perfectionis artem muſicã deduxiſſet. deinde redit ad propoſitum de veritate, & dicit { eodem modo res ſeſe habet & de his, qui de veritate dixerunt. a quibuſdam. n. opiniones }. ſ. veras { quaſdã accepimus} quibus gratiæ directe habendæ ſunt {alij aũt, vt illi talia ſentirẽt, authores fuere } & his habendæ ſunt gratiæ indirecte.

Quæ Auerro. Comm. 2.

Auerroes autem quantum ad hęc ſic ait, & hoc, qđ dixit in p̃nti capite, manifeſtum eſt, nullus enim poteſt per ſe ſolus inuenire artes operatiuas, aut contemplatiuas in maiore parte. i. quantum ad maiorem partẽ artis quia non completur niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem, & niſi prior fuiſſet non eſſet ſequens. Quare fit, vt in ſolitudine frui quis poſsit inuentis, & non nulla addere, ſed à principio artes inuenire, nemo in ſolitudine poſsit. Iuniores vero nonnulli hæc quæ Ariſt. dixit, retulerunt ad principia ſcientiarum, nã (vt aiũt) intellectus virtute principiorum, & lumine intellectus agentis deuenit in notitiam multorum poſteriorum. Quare ſi veteres vera principia tradiderunt, eis gratiæ habendæ ſunt, qm̃ contulerunt ad veritatem ſuſcipiendam. At ſi principia, quæ tradiderunt fuerunt omnino falſa, etiam eis gratiæ ſunt habendæ, qm̃ nobis anſam præbuerunt, vt illis refutatis vera ipſa principia inueniremus. Ego vero puto tam de principiis quã de cõcluſionibus vera eſſe, quæ Ariſt. dicit, qm̃ multi principia ſcientiarum nouerunt, ex quibus falſas concluſiones deduxerunt non recte ſyllogizantes & ex falſis principijs nonnulli veras concluſiones. nam ex falſis quandoque verum. ergo de vtriſque ſermo Ariſtotelis poteſt verus eſſe, & ad propoſitum.

TEX. 3. *Actio. ἔργον. opus.*

Recte itaque ſeſe habet & illud, appellari uidelicet philoſophiam, ſcientiam ueritatis contemplatricem. Nam finis quidem contemplatricis ueritas eſt. actiuæ autem actio. etenim ſi quõ ſeſe habeat, conſiderant actores ipſi, non tamen cauſam per ſe, ſed, ut ad aliquid, atque ut nunc contemplantur.

Tertium differendum in hoc libro, quod Alex. ipſe propoſuit in prima enarratione, erat, quo diſcrimine contemplatrix doctrina diſtet ab actiua: quod nunc proſequi videtur. hic autem aliter videtur hunc locum introducere Alex. cum inquit, qm̃ in philoſophia contemplatrice appellanda, nomen veritatis vſurpauit, ne aliquis putet hanc vſurpationem eſſe præter rationem iccirco nunc merito eam ſic appellari confirmat. Qm̃, cum hæc ſcientia ſit ſola, quæ prima illa ac vera oĩum aliarum ſcientiarum principia conſiderat ac tractat, merito vera philoſoſophia contemplatrix dicitur, & veritatis contemplatrix, cum aliæ & artes & ſcientiæ principia ſua ad metaphyſicam referant. Ipſa igitur princeps eſt ac domina omnium aliarum, ac merito diuina philoſophia, ꝙ maxime Deo ſit affinis, atq; cum eo ferè verſetur, in eiuſq; arcana penetret: Metaphyſica, quod relictis ac neglectis rebus hiſce naturalibus ortui ac interitui obnoxijs, infirmis, caducis, ac fluxis, ſeſe tanquam ſpeculationis alis ad ſuperiora erigat, ac euolet in æterna illa, perpetua, immutabilia, ac diuina. Quippe cum μετὰ apud græcos, ſi accuſatiuo iungatur, poſt, φύσιν naturam, & φυσικὰ naturalia ſignificat. Tranſnaturalis igitur non immerito appellari poteſt, ſeu poſtnaturalis. Hæc enim homines in hac vita diuinos facit: hæc a ſordibus huius mundi ad pulchritudinem ac immenſitudinem Dei contemplandam nos vocat. Hæc nos ab omnibus liberat effectibus. Sed ne longius, quam opus ſit, euagetur oratio, ad propoſitum noſtrum reuertendum fuerit.

Digreditur.

Dicebamus itaq; aliter videri hunc locum introducere Alexandrum, cum inquit, qm̃ in philoſophia contemplatrice appellanda, nomen veritatis vſurpauit, cũ hæc vere veritatem omnium rerum doceat, atq; explicet. Nam aliæ quandoq; ſcientiæ velut cæcæ ac in tenebris verſantes, demonſtrant. Quarum tñ demonſtrationes nihil valerent, niſi ad hanc tanquam ad caput ac principium verum ac ſummum referrentur, ab eaque vires ſuas acciperent. Illæ. n. non vere ſciunt, ſi ad hãc referantur, nec ſciunt propter quid, cum prima principia tanquã probata ac vera a Metaphyſica accipiãt. Quæ illa quoque tractat ac probat, licet non recta demonſtratione, ſed per impoſsibile. Non igitur iniuria, nec falſo ſcientia ſcientiarum vocitata eſt ac domina, vt in poſterioribus analyticis Ariſt. ait, κυρία. Quod falſo quidam cucullati logicæ attribuere videtur, cum nec ea ſit ſcientia ſcientiarum, nec vere etiam ſcientia, cum non de rebus, ſed de vocibus, ac orationibus tractet, de quibus vera ſcientia eſſe non poteſt. Hæc vero de rebus, nec de rebus tantum, vt aliæ quædam, ſed de diuinis, æternis, immutabilibus ac perpetuis tractat, quæ nulli ſunt ſubiectæ, ſed omnia ſuperant. Hæc dicta voluimus, vt quorundam ineruditorum imperitiã redargueremus, qui cum nihil ipſi ſciant, omnia tamẽ ſcire ſe profitentur.

Sed ad textus expoſitionem reuertamur, ne à recto tramite aberremus. Iuxta hanc expoſitionem cõcluſio textus hæc eſt, Metaphyſica eſt ſcientia veritatis contemplatrix. Vnde dicit { recte itaque } & non vſurpatiue {ſeſe habet & illud, appellari videlicet philoſophiã} . i. metaphyſicam, quæ per excellentiam philoſophia dicitur { ſcientiam veritatis contemplatricem } quod olim in procemio ſumpſimus. & qm̃ hæc cõcluſio pro parte in præſenti libro eſt pertractata, ideo per verbũ { itaque } eam aſsignauit. Eam tamen in præſenti textu ſic ſyllogizat, ſcientia contemplatrix, cuius finis eſt veritas, eſt ſcientia veritatis: Metaphyſica eſt ſcientia contemplatrix, cuius finis eſt veritas: Igitur metaphyſica eſt ſcientia veritatis. De ſyllogiſmo tangit maiorẽ & dicit { nam finis quidem contẽplatricis veritas eſt } & nihil aliud præter veritatem { actiuæ autem } finis eſt { actio } ſiue opus. Hanc maioris vim accepit vt cõceſſam ex differentia, quæ communiter habetur inter contemplatricem, & actiuam. Et, cum Ariſt. dixit { nã finis quidem contemplatricis veritas eſt } eius præſertim ſuppleuit Alex. quæ prima principia, primaſq; cauſas contemplatur, quæ a ſenſu omnino ſunt abiuncta, & ſua ipſorum natura exiſtunt, quam item ſapientiam interdum vocat: Iterum Alex. probat maiorem ſyllogiſmi, ſ. ꝙ ſcientia, cuius finis eſt veritas, ſit denominãda ſcientia veritatis, ex eo, quia doctrina quæq; à fine, propoſitoq; notatur, & habet eſſe: merito ergo Metaphyſica, cuius finis eſt veritas, à veritate nũcupatur. Similiter actiuæ ſcientiæ actiuæ nominantur, qm̃ earũ finis actio eſt. Deinde remouet quandam tacitam dubitationem. qm̃ dici poſſet, actiuos etiam conſiderare veritatem, qm̃ conſiderant aliquando qũo res ſeſe habeant: modo hoc eſt conſiderare veritatem, cum ab eo, quod res ita eſt, accipiatur veritas. Remouet hanc dubitationem, & vt Alex. innuit, reperitur duplex ſcriptura: iuxta prima quidẽ dicit {etenim ſi actores ipſi}

qui

qui græce practici dicuntur { cōſiderāt quō } res {ſeſe habeat }.ſ.aliquando, quod eſt conſiderare veritatem, vt ꝙ iuſtitia ſit æqualitas quædam, & fortitudo audacia qñ oportet, & tales veritates, inſuper ꝙ ſanitas eſt æqualitas proportionalis in humoribus, & bilis rubra humor calidus & ſiccus, & ſexcenta talia { non tamen veritatem per ſe de re aliqua ſempiterna, ſed vt ad aliquid, atq; vt nunc contemplantur }, i. ſed eam, quæ alicui, & aliqñ veritas eſt, veritatem . ſ. ad actionem referentes. Agenda. n. huiuſmodi neq; ſemper ſunt, neque vniuerſaliter, ſed caduca potius, ac ſm ætates agentiū, fortunaſq; & habitudines eorum in quos aguntur. cū vero dixit { non tñ veritatem per ſe de re ſempiterna} videtur addidiſſe propterea, quia veritas ꝓprie, & maxime veritas ea intelligitur, quæ de rebus ſempiternis habetur, non quæ verſatur in rebus agendis, in quibus neq; veritas, neq; ſcientia eſt finis, cum non ſint ſempiterna. in quibuſdam exēplaribus, vt Alex. inquit, ſcriptum eſt { non tñ cauſam per ſe, ſed ad aliquid, & nūc contēplantur} quod ſi recte ſe habet, ſenſus eſt, actiui non conſiderant cauſam, quæ proprie & per ſe cauſa eſſe intelligitur, quæ quidem eſt cauſa vt res ſimpliciter vera ſit, ſed cauſam, cur aliquid ad hanc rē, & ad hoc tempus conueniens ſit. veritas. n. rerum agendarum ad hunc modum ſeſe habet, quod proprie dicitur verum ſecundum quid. & hoc pacto ſe habet ſcriptura in codice noſtro.

Que Auerro. Commen. 3. Auerroes autē in præſenti textu ait, ſcientia. n. operatiua, quamuis vtatur ratiocinatione, & ſpeculeť cauſas eius, quod conſiderat, tamen non eſt digna vocari ſcientia ſpeculatiua, quia non perſcrutatur de cauſis rerum, & de definitionibus earū, niſi vt ſcientes agāt, & non, vt ſciant: ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis, quarū finis eſt tm̄ ſcire. Quare actiuæ ſcientiæ, & veritatē, & cauſas conſiderant, ſed non, vt ſciant, ſed ut recte agāt.

TEX. 4. *Atqui uerum ſine cauſa neſcimus.*

Alexander bifariam exponit hunc locum, vno modo, vt probetur actiuos non conſiderare omnino verum in ipſis agendis hoc pacto, verum ſine cauſa neſcimus: Actiui non tradunt agendarum rerum cognitionem per cauſam: igitur actiui non conſiderant verum in ipſis agendis. de ratione tangit maiorem, & dicit { Atqui verum ſine cauſa neſcimus } quæ expoſitio, vt Alexander inquit, non conuenit cum ſecunda ſcriptura, ita vt ibi tangantur quaſi minor, & concluſio, hic vero maior. eſt. n. ibi dictum, ꝙ actores in ſuis agēdis nō cōſiderant cauſam per ſe, ſed ad aliquid & nūc, quæ eſt minor. Secundo exponit, vt velit Ariſtoteles probare eum, qui veritatem inquirit, oportere cauſas rimari, vt concludat metaphyſicam veritatem inquirere non poſſe, niſi cauſas exponat, propter quas eſt veritas: vt ſyllogiſmus ſit, ſcientia veritatis contemplatrix nō poteſt veritatem inquirere, quin inquirat cauſas. probatur, quia verum non ſcimus niſi per cauſam: metaphyſica eſt ſcientia veritatis contemplatrix: igitur metaphyſica non poteſt veritatem inquirere, niſi inquirat, & pertractet de cauſis. de ratione ſolum tetigit probationem maioris, & dicit { Atqui verum ſine cauſa neſcim⁹ } ergo, ſi metaphyſica agit de veritate, oportet agere de cauſis, propter quas veritas habetur, quibus verbis, ac cæteris in hoc libro traditis, docet cognitionem cauſarū entium neceſſariam eſſe inquiſitori veritatis. i. metaphyſico, qui ꝓprie eſt veritatis inquiſitor. quin & in ipſo ſtatim phyſici auditus exordio, & in poſterioribus reſolutorijs ſcientiam cognitionē per cauſam comparatam eſſe definit: & in primo libro huius ſcientiæ propriam alicuius rei cognitionem ex ipſius cauſarum cognitione pendere demonſtrat. Sed huic occurres, nam veritatem primorum principiorū habere poſſumus, & non per cauſam: quare intelligas non de omni vero. nam ſi omne verum innoteſceret per cauſam, cauſarū nullus eſſet finis, ſed de veris quorum ſunt cauſæ. Nam verū cuius eſt cauſa, neſcimus ſine cauſa. ſunt. n. vera nonnulla, quæ citra cauſam cognoſci poſſunt, ea videlicet, quæ cauſis vacant, qualia ſunt prima principia, quorum nullæ ſunt cauſæ. ergo vel ſermo mancus eſt cui deeſt, quorum ſunt cauſæ, vt in phyſico auditu dixit. aut neſcimus dixit pro eo, qđ eſt ſcientiam proprie dictam non habemus. ſcientia. n. quæ proprie intelligitur, eſt cognitio per demōſtrationem. At principiorū non eſt proprie demonſtratio, ſed alia potior quam quæ per demonſtrationē habetur. *An quæcunq; ueritatis cognitio ſit per cauſam.*

Vnumquodque autem maxime cæterorum eſt ipſum, quo & cæteris nomen idem competit cum eadem ratione: ut ignis eſt calidiſſimum. nam & cæteris hic caliditatis eſt cauſa.

Cum concluſiſſet in Metaphyſica eſſe agendum de cauſis atq; principijs, nunc proſequitur: & intendit probare ſempiternorum principia eſſe veriſsima. & procedit per ſubacceptionem, & accipit primo illud eſſe maxime tale, qđ eſt cauſa vniuoca omnibus alijs, vt ſint talia: quam non aliter probat, quàm exemplo ab ipſo igne ſumpto: & dicit { Vnumquodque autem maxime cæterorum eſt ipſum }. i. tale eſt { quo & cæteris }. ſ. omnibus { nomen idem competit cum eadē ratione }. i. quod eſt cauſa vniuoca omnibus alijs, vt ſint talia, quale eſt ipſum. Probat hoc exemplo ignis, & dicit { vt ignis eſt } corpus { calidiſsimum, nam & cæteris }. ſ. omnibus { hic caliditatis eſt cauſa }. ſ. vniuoca. Quo vero ad verba attinet, cum dixit {quo & cæteris nomen idem competit, cum eadem ratione} dedit intelligere, vt non ſolum ipſis inter ſe nomen ſit commune, ſed etiam ratio illis eadem. nam æquiuocis nomen commune eſt, & tamen alterum æquiuocorum, ſi eſſet cauſa cæteris omnibus, vt ſint aliquid, non ꝓpterea cauſa illa erit maxime talis. vt confricatio, licet ſit cauſa quibuſdam, vt ſint calida, non tamen ipſa eſt calidiſsima. qm̄ non conuenit in nomine cum calidis quorū ipſa eſt cauſa, vt ſint calida. inſuper Sol eſt cauſa vt corpora ſublunaria ſint calida, ſed qm̄ non eſt ratio eadem communis Soli, & cæteris, quæ ſunt calida propter Solem, ſed ſolum nomen commune. eſt (dicitur. n. Sol calidus, & ſublunaria corpora calida) ſed qm̄ non eadem ratio caliditatis in Sole eſt, & in corporibus, quorum eſt cauſa, vt ſint calida, ideo Sol non eſt maxime calidus. bene tamen habet aliquid aliud excellentius caliditate. ex his patet intellectus illius propoſitionis, propter quod vnumquodq; tale eſt, & illud magis, nā intelligit, vt dictum eſt, quādo illud, quo alia ſunt talia, fuerit cauſa vniuoca: quæ habet rationem, & nomen commune cum eis, quorum eſt cauſa.

Quare & ueriſsimum eſt, quod poſterioribus cauſa eſt, ut ſint uera.

Ex propoſitione declarata ſubaccipit hoc pacto, quod omnibus alijs cauſa vniuoca eſt, vt ſint talia, eſt maxime tale, quod eſt omnibus aliis cauſa vniuoca, vt

ſint vera, eſt illud, quod omnibus alijs vniuoca cauſa eſt, vt ſint talia: ergo quod poſterioribus omnibus cauſa vniuoca eſt, vt ſint vera, eſt veriſsimum. ſubintelligens ſyllogiſmum ſubaccipit concluſionem, & dicit { quare & veriſsimũ eſt quod } cæteris omnibus { poſterioribus cauſa eſt }.ſ. vniuoca { vt ſint vera } eſt autem ipſum verum, vt Alexander inquit, vniuocum omnibus, quæ ſunt. nomen.n. veritatis omnibus commune eſt, & ratio etiam eadem. non.n. nomen veritatis eſt proprium alicui ſpeciei, nec eius ratio, ſed tã nomen, q̃ ratio communiter ſe habent ad omnia entia. ideo, qđ eſt cauſa vniuoca omnibus alijs, vt ſint, & vt ſint vera, illud eſt maxime ens, & maxime verum.

Nõ obſtat hoc ei quod cõiter de intelligentiarum productione ſubſtineri poteſt.

Quapropter principia eorum, quæ ſemper ſunt, uerißima ſint ſemper, neceſſe eſt. Non enim interdum ſunt uera, neque illis ut ſint, quicquam eſt cauſa, ſed cæteris illa. quare unumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita quoque ad ueritatem.

Iterum ſubaccipit hoc pacto, quod poſterioribus omnibus cauſa eſt, vt ſint vera, eſt veriſsimum: principia eorũ, quæ ſemper ſunt, ſunt ſemper cauſa omnibus poſterioribus, vt ſint vera: concludit { Quapropter principia eorum, quæ ſemper ſunt, veriſsima ſint ſemper, neceſſe eſt } non contentus hac deductione ex iis, quæ dixit, iterum probat huiuſmodi principia ſemper eſſe veriſsima, & dicit { nõ.n. interdum ſunt vera } ſed ſemper, cum ſemper ſint cauſa eorum, quę ſemper ſunt vera. idem probat ſecunda ratione, & dicit, { neq; illis, vt ſit & vera ſint, quicquã eſt cauſa, ſed illa } ſunt cauſæ { cæteris } vt ſint, & ſint vera. ergo ſunt ſemper veriſsima. exponit autem Alexander per ſempiterna, mundum, corpora cœleſtia, elementa quatuor, quæ ſecundum ſpeciem ſunt æterna. at poſtquam dixit { id veriſsimum eſt, quod eſt poſterioribus cauſa, vt vera ſint } ſubiungit { eorum, quæ ſemper principia veriſsima ſint ſemper, neceſſe eſt } quaſi conſtet, quod eſt aliquibus exiſtendi cauſa, hoc eiſdem cauſam eſſe veritatis. ex quo ſequitur principia ſemper entium eſſe ueriſſima. nam quæ ſemper veris ſunt veriora, ea veriſsima ſunt. Quibus verbis facit excerptum, oſtendẽs verum cum ente coniunctum eſſe, ac cohærere, & dicit { quare vnum quodq; ſicut ſe habet ad eſſe ita quoq; ad veritatem } quaſi dicat, vt entitatẽ res quæ habet, ac eius eſt particeps, ſic obtinet veritatem, vt ſi entitatẽ habeant non ſemper, nec veritatem habet ſemper, & ſi entitatem habet ſemper, etiam veritatem habet ſemper. Non.n. interdum ſunt vera, ſi ſemper ſunt. Quanquam id cunctis ſempiternis eſt commune. Cũ vero ſubdit { neque illis vt ſint, quicquam eſt cauſa, ſed cæteris illa } exceſſum ſempiternorum in veritate voluit ſignificare. quatenus igitur ſemper entia, & horum cauſæ ſempiterna ſunt, eatenus vera ſunt communicato vocabulo ipſis inter ipſa, & cum ipſorum cauſis. Quatenus vero ſunt aliquibus cauſæ, vt vera ſint, eatenus in ſempiternis ipſorũ cauſæ ſunt veriores eis, quorum ſunt cauſæ. Sed dices quõ cauſæ ſempiternorum ſunt priores ipſis ſempiternis. Sempiterna.n. omnia ſunt ſimul tempore, Reſpondet Alexander, ꝙ ſint illæ priores, hæc vero poſterior, non quidem tempore, cum ſint vtraq; quidem ſempiterna, ſed natura. quippe cum ſemper cauſa eis ſit natura prior, quorum eſt cauſa. Iterum dices, ſi vnum verum ſit altero vero verius, tunc verum a vero diſtabit. Reſpondet iterum Alexander verum à vero diſtare non eſſe abſurdum. qm̃ verũ ab eſſe dependet. ergo ſicut eſſe cognoſcibilium eſt varium, ſic quoq; verum. eſſe autem cognoſcibilium eſſe varium, patet, cum eorum alia ſint ſcibilia, alia opinabilia. Non.n. cuncta entia ſcibilia ſunt. etiam eſt veritas in ſingulis rebus cognitio rei quemadmodum ſeſe habet. quare cum entis veritas ſit comes, efficitur vt maxime ens maxime verum exiſtat. quare verum diſtat a vero ſicuti ens ab ente differt. Quærunt cum veritas ſit duplex, altera incomplexa, quæ, vt Alexander inquit, eſt entis comes, vel, vt Iuniores loquuntur, eſt paſsio, ſiue affectio entis, aut, vt topice dixerim, eſt proprium entis prædicatum: altera complexa, quæ eſt propoſitionis ſignificatum: vt illius propoſitionis homo eſt albus, veritas eſt hominem eſſe album, quod eſt adæquatum ſignificatum eius, & verum, de qua harum veritatũ, id quod Ariſt. ait, eſt intelligendum.

Quæſtiones.

Iterum quærunt de quibus principijs loquitur Ariſtoteles, vtrum de principijs incomplexis, quæ ſunt eſſendi cauſæ, quales ſunt ſubſtantiæ immateriales, an de principiis complexis, quæ Axiomata dicuntur.i. proloquia, ſiue dignitates, quæ ſunt cognoſcendi cauſæ. Reſpondent, hæc, quæ Ariſtoteles inquit poſſe eſſe vera de vtraq; veritate, & de vtriſq; generibus principiorum. Ariſtoteles tamen non loquitur niſi de principijs, & veritate incomplexis. Nam, vt Alexãder inquit, Ariſtoteles vult habere metaphyſicam, quæ ſapientia dicitur, eſſe potiſsimam omnium ſcientiarum, quoniã cognitio talium cauſarum videtur cognitio maxime verorum. Sed contra hanc Iuniorum reſponſionẽ ſunt dubitationes, qm̃ videtur omnem veritatem eſſe incõplexam. Eſt.n. propoſitionis cuiuſlibet veritas idem qđ illius primarium, & adæquatum ſignificatum: At primarium, & adæquatum ſignificatum propoſitionis categoricæ de præſenti affirmatiuæ, quæ compoſita eſt ex abſolutis terminis, eſt eius ſubiectum, vt illius propoſitionis, homo eſt animal, ſignificatum eſt homo. Nam hominem eſſe animal eſt homo, & Deum eſſe Deum eſt Deus, & ſic de ſingulis huiuſmodi. Hoc etiã probari poteſt, qm̃ homo eſt id, quod eſt per ſuam eſſentiam: homo eſt animal per ſuam eſſentiam: Igitur hominem eſſe animal eſt homo. Sed huic occurres, hominem eſſe animal eſt hominem eſſe corpus. Igitur qui cognoſcit hominem eſſe animal, cognoſcit hominem eſſe corpus, vel è conuerſo. negatur conſequentia. Qm̃ licet hominem eſſe animal eſſet hominẽ eſſe corpus, non ſequitur, vt qui cognoſcit hominem eſſe animal, cognoſcat hominem eſſe corpus. Ergo illius propoſitionis, homo eſt animal, veritas eſt incomplexa. Secundo propoſitionis categoricæ affirmatiuæ de pręſenti, quæ componitur ex terminis connotatiuis, qui non connotant diſpoſitionem additam, ſignificatum correſpondens eſt ſignificatum ſubiecti, vt illius, Socrates eſt figuratus, ſignificatum eſt Socrates. Eius vero quæ eſt Socrates eſt riſibilis, ſignificatum eſt Socrates. Etiam illius, homo eſt riſibilis, ſignificatum eſt homo. Ergo harum propoſitionum veritas eſt incomplexa. ad hæc propoſitionis categoricæ affirmatiuę de præſenti, quæ componitur ex terminis priuatis ſignificatum, quod huic correſpondet, eſt ſignificatum ſubiecti, vt illius, homo eſt cæcus, ſignificatum eſt homo, qm̃ hæc homo eſt cæcus, ſignificat hominẽ eſſe, & hominem non habere viſum, & hominem eſſe aptũ ad videndum. modo hominem eſſe eſt idem, quod homo. & hominem non videre eſt idem quod homo, cui

cui deficit viſus, & hominem eſſe aptum ad viuendũ eſt idem, quod homo. ergo veritas huius erit incomplexa. Inſuper, ſi propoſitio categorica affirmatiua de præſenti ſit cõpoſita ex terminis connotatiuis, qui connotant diſpoſitiones additas ſubiectis, tunc tali ꝓpoſitioni correſpondet pro ſignificato diſpoſitio, quę connotatur per illum terminum, vt illius, homo eſt albus, pro ſignificato eſt albedo hominis. nam hominem eſſe album eſt albedo hominis, & ſic eſt albedo. & non ſequitur è contrario, quoniam non conuertitur: non.n.albedo eſt hominem eſſe album: ergo veritas huius propoſitionis eſt incomplexa. Quarto ſi propoſitioni negatiuæ nullum ſignificatum correſpondet, eius veritas nec complexa eſt, nec incõplexa, vt illius, chimæra non eſt hircoceruus. At ſi correſpondet, eius ſignificatũ eſt illud, quod ſignificat ſubiectũ, vt illius, Socrates non eſt equus, ſi non Socrates ſit, eius ſignificatum eſt Socrates. Quare veritas huius erit incomplexa, vel nec complexa, nec incomplexa. Quinto propoſitioni de poſsibili, & de contigẽti aut nullum correſpondet ſignificatũ, & ſi correſpondet, illud eſt incomplexum, quare vel illius veritas nec cõplexa, nec incomplexa erit, aut erit tñ incomplexa. Sexto propoſitionibus de pręterito, & de futuro aut nullũ correſpõdet ſignificatum, & ſic earum veritas nec complexa eſt, nec incomplexa. aut ſi correſpondit, vel correſpõdebit earum veritas erit incomplexa. Septimo, hypotheticis propoſitionibus nulla veritas correſpondet, niſi verum accipiatur pro neceſſario, & falſum pro cõtingenti. nam conditionalibus nullum correſpondet ſignificatum, niſi ex conditione: diſiunctiuis vero ex diſiunctione. ideo equũ habere alas, ſi volauerit, non eſt, nec erit aliquid, ſed ſi eſſet equus in mundo, ſignificatum illius erit equus. ſimiliter illis aut Socrates eſt, aut Socrates non eſt: ſi Socrates ſit, correſpondet Socrates. Si aũt Socrates non ſit, nihil correſpõdet. ex his, ſi vera ſunt, licet concludere, oẽm veritatem eſſe incõplexam, vel aliquam eſſe, quæ nec complexa eſt, nec in complexa: cuius oppoſitum aſſerunt Iuniores, qui duplicem veritatem diſtinxerunt. Animaduerte tñ terminis ſyncategorematicis, qui ſunt affectiones cæterorum terminorum, ſ. ſubiecti & prædicati, nullũ correſpondere ſignificatum ꝑter ſignificatum ſubiecti vel prædicati. Huic.n. propoſitioni, oĩs homo eſt animal, nullum aliud ſignificatum correſpondet præter ſubiecti ſignificatum. ideo veritas in talibus non erit, niſi incomplexa, vt dictum eſt. Hæc poſitio diſputata eſt in ludicris. nunc vero nolo te ignorare ſignificatum propoſitionis vno modo ſumi pro eo, quod illi correſpondet in rerũ natura, & ſic ſemper eſt ſubiecti, vel ꝓdicati ſignificatum, vt dictũ eſt, quando videlicet ſubiectum vel prædicatum eſt: ſed, ſi non fuerint, nullum propoſitioni correſpondet ſignificatum. Alio modo accipitur pro conceptione, qua cõcipit intellectus ꝓpoſitionem eſſe veram, vel falſam. & ſic præter operationem intellectus nihil eſt, ſed ſolum dum eſt in intellectu: & de hoc ſignãto poſitio non intelligit. ergo recte dixerunt propoſitionibus correſpondere ſignificatum ſubiecti vel ꝓdicati, capiendo ſignificatũ pro eo, quod eſt in rerum natura. Quantum vero ad id, quod ſolum eſt dum intelligitur, ſignificatũ eſt conceptio, quæ non eſt in rerum natura. Ergo accipiendo veritatem pro ea, quæ accipitur à ſignificato, quod eſt in rerum natura, omnis veritas eſt incomplexa. quæ vero accipitur à ſignificato, quod ſolum eſt in intellectu, veritas aliqua eſt complexa. ex ijs patet aliquam propoſitionem eſſe veram, cui nullum ſignificatum correſpondet in re: vt hæc eſt vera, chimæra non eſt equus, cui nullum ſignificatum correſpondet in re: & illa, hircoceruus non eſt homo, & ſic de aliis. cum quo tamẽ ſtat nullam eſſe propoſitionẽ veram, quin ei correſpõdeat aliquid in mente, à quo dicitur vera. nam, vt Alexãder inquit, in ſingulis rebus veritas eſt cognitio rei quemadmodum ſeſe habet. Si quidem non in ipſis rebus veritas habetur, niſi vt in cauſa atque ſignificato, ſed in cognitione, vt in ſubiecto, à quo dicitur propoſitio vera. Ex his patet primum, quod de cauſis tradidit eſſe, quòd cauſæ ſempiternorum ſint maxime entia, & maxime vera.

Auerroes ſupra hac vltima parte dicit primo ſic, & eſt manifeſtum per ſe, quòd vnumquodq; principiorum in vnoquoq; genere eſt proprie cauſa eorũ, quæ dicũtur de aliis rebus collocatis in illo genere de diſpoſitionibus, in quibus conueniunt illæ res nomine & definitione, & aſsignat rationem & dicit cum principia in vnoquoq; genere ſint cauſę eſſe eorum generum, & cauſæ omnium, quæ dicuntur illorum generum ſecundum quod ſunt in illis generibus, Tunc ex his concludit, & cum ita ſit, manifeſtum eſt, ꝙ primum in quolibet genere magis eſt dignum habere hoc nomen eſſe, & eius definitionem quàm ea, quorum eſt cauſa ſecundum illud genus, & omnium definitionum, & intentionum, quæ ſunt in omnibus rebus, quæ ſunt in illo genere prout ſunt in illo genere. Ergo, quãdo cauſa fuerit vniuoca. erit magis talis per vniuocationes nominis, & rationis: quando vero fuerit æquiuoca, erit magis talis per quẽdam exceſſum alterius rationis: vt Sol per exceſſum virtutis erit cęteris calidior quib[9] eſt cã, vt ſint calida. Ignis vero per exceſſum caloris. Secundo Auerroes colligit omnia entia non acquirere eſſe, & veritatem, niſi ab iſta cauſa, quę eſt ſempiternorum cauſa: videlicet ab ipſo Deo, ſed quoniam de re hac diſputaui in dilucidario, ideo nunc omittamus. Nobis autem ad præſens ſatis ſit accepiſſe & ab Alexandro, & ab Auerroe, & cęteris expoſitoribus Deum eſſe cauſam vniuerſalem omnium rerũ. ſ. & ſempiternorũ, & cæterorũ, quæ ſub ſempiternis corporibus continentur. *Quæ Auer. Comm. 4.*

CAP. II.

In nullæ cauſarum genere eſſe proceſſum in infinitum oſtendit.

AT *uero conſtat principium quoddam eſſe, & neq; profectione recta, neque ſpecie, infinitas rerum cauſas eſſe.* TEX. 5.

Cum de principiis aſsignaſſet vnum, nũc affert ſm videlicet ꝙ ſit aliquod principium ſimpliciter primũ. Expoſitor vero Ariſt. aſſerit remouere quoddam, per quod ꝓcedens probatio poſſet infringi, q̃ ꝓcedebat ex ſuppoſitione illa videlicet quod philoſophia prima cõtempletur cãs primas, hoc aũt tolleretur, ſi cãæ in infinitũ procederent, tunc.n. non eſſent aliquæ primæ cãę, ergo hoc ſuppoſitum probare intendit. Illud autem, quod mihi difficultatẽ facit, eſt ꝙ Ariſt. talẽ rõnem nõ fecerit, ideo hoc, qđ dicit Expoſitor, eſſe ſuppoſitũ nõ video, quomodo ſit ſuppoſitũ. Alexan. vero poſtq̃ epilogauit ea oĩa, q̃ Ari. ꝑtractauit, aſſerit Ariſt. velle hinc oſtendere ex neceſsitate, ac ꝓdictis eſſe cãs, & princi- *Suppoſuerat ſuperior ratio id quod modo proba philoſophus ſi recte inſpiciatur: videlicet primũ principium, et primam cãm.*

pia, ac in ipſis principium eſſe quoddam, quod quidē eſt prima cauſa. nec repeti ab infinito cauſis. Ego vero, vt dixi, cum Ariſtoteles de cauſis vnum enunciaſſet, nunc eum enarrare ſecundum dico, quòd ſit videlicet principium aliquod ſimpliciter primum. & hoc proponit{at vero conſtat principium quoddam eſſe} & hoc tanquam notum ad ſenſum accipit, quia ad ſenſum patet principiatum eſſe {&} conſtat per dicenda {neque profectione recta, neque ſpecie infinitas rerū cauſas eſſe} ergo vnum accipit quòd principium ſit, alterum probat videlicet quòd non procedatur in cauſis in infinitum: & ſic ſequetur, vt ſit aliquod primū principium, quod eſt omnium rerum cauſa. dixit{neque profectione recta} hoc eſt, vt Alexander exponit, neque in eodem genere cauſæ {neque ſpecie} ideſt neque in diuerſis generibus cauſarum. Probabit enim neque in eodem genere cauſæ eſſe proceſſum in infinitum, neque cauſas eſſe ſpecie infinitas: ita, vt ſint infinitæ ſpecies cauſarum. Auerroes autem non intelligens hæc, exponit per rectitudinem, vt cauſæ ſint ſimul quaſi in vna linea recta, & ſecundum ſpeciem, intelligit ſecundum ſucceſsionem, quæ fit in eadem ſpecie: vt cum cauſæ fuerint altera poſt alteram, veluti cum ſecunda ſucceſſerit, prior corrumpatur. Aut per rectitudinem intelligit ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, veluti cum homo fuerit ab homine, & ſic in infinitū. & per ſpeciem intelligit ſecundum idem genus cauſæ, quæ expoſitiones ſunt cōtra exempla Ariſtotelis, quæ ſequentur & contra Alexandrum. tu vero pete rem hanc dilucidario.

Fieri enim non poteſt, ut aut in materia cum hoc ex hoc oritur, abeatur in infinitum, ut caro quidem ex terra, terra aūt ex aere, aer uero ex igne fiat, & huius nullus ſit finis.

Nunc exponit per exempla quid ipſe velit per profectionem rectam, & primo in genere cauſæ materialis, & dicit {Fieri enim non poteſt vt aut in materia, cum hoc ex hoc oritur, abeatur in infinitum: vt caro quidem fiat ex terra, terra autem ex aere, aer vero ex igne, & huius} ſcilicet proceſſus {nullus ſit finis.} vſus eſt autem exemplo falſo, quod eſt ſecundum opiniones veterum philoſophorum. quoniam exemplorum non requiritur veritas, ſed manifeſtatio. aut exemplū eſt ex hypotheſi, videlicet ſi terra eſſet carnis materia, terræ aer, aeris ignis, ignis aliquid aliud, & hoc in infinitum, vt legit Alexander.

Aut in eo, unde eſt principium motus, ut homo quidem ab aere, aer autem a Sole, Sol uero a diſcordia moueatur, & huius nullus ſit exitus.

Nunc affert exemplum in genere cauſæ efficientis, & dicit {aut in eo} ſcilicet genere cauſæ non poteſt procedi in infinitum, quod dicitur {vnde eſt principium motus} id eſt cauſa effectrix {vt homo quidem} id eſt vt ſi homo quidem ab aere} ſcilicet ſupercalefacto in æſtate {moueatur} .ſ. ad deponendū veſtes, vel ad febres, aut ad q̄renda loca frigida {aer autem a ſole} .ſ. calefaciente aerem {Sol vero a diſcordia moueatur} quæ ſm̄ Empedoclem eſt de primis cauſis agentibus {& huius} .ſ. progreſſus {nullus ſit exitus.}

Simili modo neque in eo, gratia cuius cætera ſunt, atque fiunt in infinitum perfectio eſſe poteſt, ut ambulatio quidem ſanitatis, hæc autem felicitatis, felicitas uero alterius ſit itidem gratia, atque hoc pacto aliud ſemper.

Nunc aſsignat exemplum in genere cauſæ finalis, & dicit {Simili modo neque in eo} .ſ. genere cauſæ {perfectio in infinitum eſſe poteſt} quod dicitur {gratia cuius cætera ſunt atque fiunt} .i. quod dicitur genus cauſæ finalis {vt} ſi {ambulatio quidem} ſit gratia {ſanitatis} ambulamus enim ſæpius, vt ſeruemus ſanitatem {hæc autem} .ſ. ſanitas ſit gratia {felicitatis. Felicitas vero alterius ſit itidem gratia, atque hoc pacto aliud ſemper} .ſ. in infinitum.

Eodem modo nec in ratione in infinitum abitio eſſe poteſt.

Vltimo idem aſsignat in genere cauſæ formalis, & dicit {Eodem modo nec in ratione} .i. nec in genere cauſæ formalis, quod ipſe appellat τὸ ἦν εἶναι .i. quod quid erat eſſe, ſiue quiditas {in infinitum abitio eſſe poteſt} prætermiſit exemplū in hoc genere cauſæ, quia, vt Expoſitor inquit, primo poſteriorum expoſitum eſt non procedi in infinitum in prædicatis per ſe, nam animal de homine prędicatur, de animali autem vnū, & ſic in infinitum Alexander tamen affert exemplum, vt ſi aīalis forma ſit anima, animæ rurſus aliud quicq̄, vt mens, iterum mentis aliud, & ſic in infinitum. Hæc ſunt exempla cauſarum infinitarum in rectum. Specie vero cauſæ infinitæ dicerentur, ſi non eſſent cauſarum genera quatuor, aut alio determinato numero, vt ipſe demonſtrauit, ſed infinito, vt illis placebat, qui ponebant in principiis infinita figurarū diſcrimina. Neutro tamē modo cauſas infinitas eſſe poſſe docet, & primum in rectum. Sed dices, rectitudo cauſarum infinita videtur eſſe tenenda, ſi ad tempus referatur. nā ſecundum Peripateticos ſemper eius, quod factū eſt, ex aliquo, cauſam contingit accipere in infinitum. Veluti cum filius ex patre, & pater ex alio, & ſic in infinitum generetur. Sic enim procedere in infinitum ſecundum Peripateticos, neceſſe eſt, cum apud eos tempus, & mundus ſit infinitus, ac ſempiternus. nam huiuſmodi acceptio non cauſarum, ſed temporis infinitatem oſtendit. ſed tunc cauſarum infinitas demonſtraretur, ſi cauſa alia ante aliam ſpecie diuerſa in infinitum ſumeretur. Nam generationis, quæ tempore infinito nunquam interimitur, eædem eſſe cauſæ demonſtrarentur.

In his nanque medijs, extra quæ ultimum eſt, atque prius, neceſſe eſt id, quod eſt prius, eorum, quæ ſunt poſt ipſum, cauſam eſſe. Si enim dicere nobis fuerit opus. quid ex tribus eſt cauſa, primum dicemus. Non enim utique ipſum ultimum dicemus, quippe cum nullius ultimum ipſum cauſa ſit. At neque medium: eſt enim unius cauſa. nihil enim intereſt unum, an plura ſint media, & finita, an infinita. Infinitorum uero hoc pacto, infinitiq́; omnino partes omnes uſque ad hoc præſens ſimiliter media ſunt: quare ſi nihil ſit primum, cauſa omnino nulla eſt. TEX. 6. *De cauſa efficienti.*

Probat nunc Ariſtot. quod propoſuit, videlicet ꝙ rerum cauſæ profectione recta non ſint infinitæ. Verum Expoſitor vult Ariſtotelem primo probare hoc in cauſis efficientibus. Alexander vero, cui proceſſus Ariſtotelis eſt conſonus, vult Ariſtotelem probare demonſtratione vniuerſali ad omnes cauſas profectione recta cauſas non eſſe infinitas. Sumit ergo Ariſtotelem in omnibus cauſam poſteriorum eſſe primum: cui, ſi addideramus, in infinitis non eſſe primum, concludetur in ſecunda figura, in infinitis non eſſe cauſam. Hoc autem eſt contra poſitionem, quæ eſt quòd cauſæ,

cauſæ ſint infinitæ profectione recta. Vbi enim non eſt cauſa, neque finitæ, neqe infinitæ erunt cauſæ. & ſic ſyllogiſmus ducit contra poſitionem id, quod eſt abſurdum. Ariſtoteles ergo primo ſumit & diſputat maiorem, deinde ibi {infinitorum vero} tangit minorem. Vltimo tangit concluſionem ibi {quare ſi nihil} de prima parte dicit { in his nanque medijs, extra quę vltimum eſt atque prius, neceſſe eſt id, quod eſt prius, eorum, quæ ſunt poſt ipſum, cauſam eſſe} quaſi dicat in omnibus mediis ſcilicet & poſterioribus cauſa poſteriorum & mediorum eſt primum: Quæ fuit maior. hanc maiorem probat explicans rationem in tribus. quaſi dicat propoſitis ergo tribus, quorum alterum ſit primum, alterum vltimum, tertium medium {ſi enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus} ſcilicet illis datis { eſt cauſa, primum dicemus } & probat dicens { non enim ipſum vltimum dicemus } ſcilicet cauſam eſſe cæterorum { quippe cum nullius vltimũ ipſum cauſa ſit} cum nihil ſit ipſo poſterius {At neque medium} ſubaudi cauſa eſt cæterorũ { Eſt enim vnius cauſa } tantum ſcilicet vltimi. nos autem quærimus ex tribus propoſitis, quod eſt cæterorum cauſa. ergo dubium non eſt, quin primum cauſa ſit poſteriorum. Sed dices, ratio hæc eſt explicata in tribus: at mediũ non ſemper eſt vnum, licet extrema ſemper ſint duo: quare non recte in tribus ratio eſt explicata, quaſi reſpondet dicit { nihil enim intereſt vnum, an plura ſint media} quantum ad demonſtrationem conficiendam { & finita, an infinita} cum eadem ſit in cunctis ratio. Nam quotuis ſumerentur, ſemper primum erit proprie cæterorum cauſa, non medium aliquod, aut extremum, non.n.extremum, quoniam nullius omnino cauſa eſt: non medium, quoniam hoc altero indiget ad exiſtendum, hoc eſt ſe antecedente: quod ſi nõ fuerit, ne ipſum quidẽ erit. ex his habetur hæc maior, in omnibus poſterioribus & mediis, cauſa poſteriorũ eſt primum. Cæterum hoc in loco primum & vltimũ non tempore, vt Alexander inquit, ſed formali cauſarum diſcrimine intelligi debet. Deinde volens tangere minorem, videlicet quòd in infinitis non ſit primum, præmittit loco eius quaſi illius probationem, quòd videlicet omnes partes infiniti ſint media, & ſic vult habere, quòd in infinitis non ſit primum, quæ fuit minor: & dicit {infinitorum vero hoc pacto } ſcilicet quæ recta profectione ſunt infinita {infinitiq; omnino partes omnes }.i.infinitæque magnitudinis omnino partes omnes, ideſt ſed partes tam infinitorum omnęs, quæ recta profectione ſunt infinita, quàm magnitudinis {vſque ad hoc præſens media ſunt } & nullum primum. vt ſit minor, ſed in ipſis infinitis quouis modo non eſt primum, cum omnino ſint media, & nullum primum {vſque ad hoc præſens} dixit.i.vſque ad præſens noſtrum tempus, à quo cauſarum inquiſitionem exordimur. & quanto magis in futurum ſemper partes infinitæ erunt mediæ, & nulla prima. tunc ſimul replicans minorem, infert concluſionem, & dicit {quare} ſi in cunctis infinitis quouis modo { nihil ſit primum} quæ eſt minor, cum omnia ſint media { cauſa} in eis {omnino nulla eſt} quæ eſt concluſio. eſt igitur ſyllogiſmus, in omnibus poſterioribus & mediis cauſa poſteriorum eſt primum: in infinitis quouis modo ſumetis non eſt primum: igitur in infinitis quouis mõ ſumptis non eſt cã.ſ.nec vna, nec plures, nec finitę, nec infinitæ, quod eſt cõtra conceſſum ab aduerſarijs, diximus quouis modo infinitum, quoniam quouis modo ſumatur infinitum, eius partes ſunt mediæ, & nulla prima, vt ſi quid eſſet magnitudine aut ſpecie, aut tempore infinitum, omnes eius partes ſunt mediæ & nulla prima. nam omnium actu infinitorum quæcunque pars accipiatur, media eſt, quia ſi non eſt media: eſt igitur extrema. At quod extremum habet, non eſt infinitum. & fortaſſe dixit { vſque ad hoc pſens } quoniam ſi à pſenti momento cauſas ſumamus, quæcunq; ſumpſerimus, media ſunt, ſi repetitio in infinitũ progrediatur, vt ponitur. Sed huic occurres, quia videtur in ratione petitio principii, quoniam ſupponit omnes cauſas eſſe medias, ſi eſſent infinitæ, & ſic ſupponit primum & vltimum. Iuniores euadunt, quoniam volunt Ariſtotelem ſupponere omnes cauſas eſſe medias per abnegationem primæ, & vltimæ: quo in modo ratio nõ petit principium. Sed facile dicamus ſyllogiſmum Ariſtotelis non eſſe eum, quem iuniores fingũt. nam in eo fortaſſe cõmittitur petitio eius, quod eſt in principio. Sed ſyllogiſmus eſt, In omnibus rebus cauſa eſt primum, hanc probauit Ariſtoteles, quia tribus poſitis, neque medium, neq; vltimum eſt cauſa cæterorum, ſed primum & ſic vult habere maiorem: Minor vero, eſt ſed in infinitis, quouis modo ſumptis, vt expoſitũ eſt, non eſt primum, alioquin non eſſet infinitum aliquod eorum: igitur in infinitis quouis modo ſumptis non eſt cauſa.ſ.nec vna, nec plures, nec finitæ, nec infinitæ: quod eſt contra conceſſum ab aduerſariis. minorem probauit, quoniam in infinito quouis modo ſumpto quicquid accipitur, eſt medium.i.neque eſt primũ, neque vltimum. hoc pacto ſtruendo ſyllogiſmum, non video quonam modo ſit petitio principii ĩ eo. Animaduerte tamen, vt in dilucidario tetigimus, in eodem genere cauſæ proceſſum in infinitum poſſe vno modo intelligi in cauſis eiuſdem generis eſſentialiter ordinatis, aut in cauſis eiuſdem generis accidẽtaliter ordinatis. rurſus in cauſis eiuſdẽ generis accidentaliter ordinatis, vno modo intelliguntur, vt ſint cauſæ infinitæ accidentaliter ordinatæ ſimul ac permanenter, alio modo ſucceſsiuæ, vt diximus de mente Alexandri ſuperius: & ab Auerroe. dixit Alexander ſuperius ſic, rectitudo cauſarum infinita non ita eſt nobis redarguenda, vt infinitatem ſecundum tempus ſumamus, & ad hũc modum eius, quod factum eſt ex aliquo, cauſam accipiamus ſic. progreſſum in infinitũ procedere neceſſe eſt, cum ſic tempus ſit infinitum & mundus ſempiternus. Nam huiuſmodi acceptio non cauſarum, ſed tẽporis infinitatem. Oſtendit ergo in cauſis eiuſdem generis accidentaliter ordinatis procedere in infinitum ſecundum tempus, id eſt ſecundum ſucceſsionem concedunt Peripatetici, ſupponendo mundum & tempus æternum: proceſſum vero in infinitum in eodem genere cauſæ in accidentaliter ordinatis permanenter, negarent: quoniam vt deducit Tertio Phyſicæ auſcultationis, tunc daretur infinitũ in actu: quod occuparet omnem locum verum & imaginarium. hic vero Ariſtot. loquitur in eodem genere cauſæ, & in cauſis illius generis eſſentialiter ordinatis, qualis eſſentialis ordo eſt inter hominẽ, & Solem, & Deum: & alias cauſas infinitas, ſi darentur. ſic.n. Alexander hanc concluſionem exponit, ſic & Auerroes, & Expoſitor, & cæteri Iuniores. hæc de dilucidatione cõcluſionis. De dilucidatione vero ſyllogiſmi, quo vtitur Ariſt. in dilucidario diximus ſyllogiſmum Ariſtotelis eſſe ex ſuppoſitione. qm̃

Ad hominem potius eſt hæc cõtra, quod in infinito omnia ſint media.

Comm. 6. Enarratione nona.

Ariſtoteles,ut diximus, ſupponit eſſe primum efficiẽs, deinde probat ſub hoc primo nõ poſſe eſſe cauſas effectrices infinitas eſſentialiter ordinatas, atq; eiuſdem generis & hoc pacto ratio hæc erit ex ſuppoſitione, quam accepit à philoſopho naturali in octauo phyſicæ auſcultationis.vnde componebam rationem ſic,in quocunq; genere cauſæ eſt prima, non poſſunt ſub ea eſſe cauſę infinitæ,aliter enim ille non eſſent ab illo primo per ſe,ſed tantum per accidens? ſed in genere cauſæ efficientis eſt prima: ergo non poſſunt ſub illa eſſe cauſæ infinitæ.hoc modo expoſui olim. nunc uero diligentius conſiderando,videtur mihi ſyllogiſmum Ariſtotelis eſſe vniuerſalem,ut Alexander dixit, ad quodlibet genus cauſæ. ſecundo videtur ſyllogiſmum eſſe abſolutum, & non ex ſuppoſitione. ſyllogizat.n.ſic, in omnibus rebus cauſa eſt primum: in infinitis quouis modo non eſt primũ: igitur in infinitis quouis modo non eſt cauſa. & conſtat Ariſtotelem poſuiſſe maiorem, minorem, & concluſionem; & nihil ſuppoſuiſſe, nec petiiſſe quod eſt principio.

Quæ Auer. Comm. 6. Auerroes autem putans hanc demonſtrationẽ eſſe poſitam in libro Phyſicorum enititur aſsignare aliquã differentiam,& dicit: & cõſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis,quatenus ſunt cauſæ,eſt huius ſcientiæ,& Ariſto. quamuis vtatur his demonſtrationibus ſciẽtię naturalis, tñ inducit eas vniuerſalius. qm̃ quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior, tanto erit huic ſcientiæ accommodatior. & Ariſt.obſeruat ſe in hac intentione.ſ.inducendo demonſtrationes vniuerſales alio modo quàm in ſcientia naturali, & hæc eſt cauſa,quare recapitulat eas in hac ſcientia. *Improbatio.* Quæ additio vana eſt, quoniam demonſtratio, quam Ariſtoteles fecit in præſenti loco,in naturali philoſophia nullibi eſt explicata, vt patet conſideranti.

TEX.7. *At uero neque ad infera, ſi ſupera principium habent, in infinitum progreſsio eſſe poteſt: ut ex igne quidem aqua, ex hac autem terra, & ſic ſemper aliud quid genus fiat.*

Expoſitor de materiali agit. Expoſitor arbitratur, poſtquam Ariſtoteles probauit non eſſe procedendum in infinitũ in cauſis efficientibus,nunc probare non eſſe procedendum in infinitũ in cauſis materialibus. Venit autem Expoſitor ad hãc expoſitionem propter exemplum, quod eſt in cauſis materialibus. Et pro verborum expoſitione præmittit patiens ſubiici agenti, & propterea, vt inquit procedere in agentibus eſt ire ſurſum, procedere vero in patientibus eſt ire deorſum: & quia agere attribuitur cauſæ mouenti, pati vero materiæ,fit vt proceſſus cauſarum mouentium ſit ſurſum, proceſſus vero cauſarũ materialium ſit deorſum: quia ergo demonſtrauerat non eſſe infinitũ proceſſum in cauſis mouẽtibus,quaſi ſurſum proficiſcendo,nunc dicit {At vero neq; ad infera}.i.in cauſis materialibus { in infinitum progreſsio eſſe poteſt, ſi ſupera} .i.ſi cãæ efficientes {principium habent} vt proximo textu probatum eſt. Et affert exẽplum in cauſis materialibus ẽm opinionẽ antiquorũ naturalium, qui poſuerunt principium materiale eſſe vnum quatuor elementorum: & dicit {vt ex igne quidem aqua,ex hac aũt terra, & ſic ſemper aliud quid genus fiat} Secundum hanc ergo expoſitionem Ariſto. vult ꝓbare ſtatũ in cauſis materialibus, poſtquam probatus eſt ſtatus in cauſis mouentibus. Et hoc primo modo Auerroes quoq; exponit in commento. Exponit Expoſitor etiam aliter intelligendo in cauſis mouẽtibus effectus vltimos eſſe notos ad ſenſum: ideo in talibus mouentibus non quæritur, ſi procedatur in infinitũ deorſum ẽm illud genus, ſed ſi procedatur ſurſum. Sed in genere cauſarum materialium econuerſo ſupponitur vnum primum,quod ſit pedamentũ cæterorũ, & dubitatur vtrum in infinitũ procedatur deorſum ẽm proceſſum eorũ, quæ generantur ex materia, cui expoſitioni conſonat exemplum. Non.n.dicit, vt ignis ex aqua,& hoc ex alio,ſed econuerſo ex igne aq̃, & ex hoc aliud. Vnde ſupponitur prima materia,& q̃ritur ſit ne proceſſus infinitus in poſterioribus materiis. & ſic ẽm hanc expoſitionem Ariſto. nunc probat ſtatum in materiis poſterioribus, prima ipſa materia ꝓſuppoſita. Et vtraq; expõ dubio procul ſtare poteſt. Alexander tamen poſtquam oſtendit inquit progreſ- *Alexand.* ſionem cãrum in rectum ſurſum infinitã eſſe non poſſe,ſed neceſſario ſi qua omnino eſt cauſa, aliquod primum eſt ac principium, ſic nunc viciſsim demõſtrat, ne deorſum quidẽ recta profectione in infinitum cãs ire poſſe, ſi principium cauſarum, & aliqua prima cã ſit,& ſicuti prima ratio eſt vniuerſalis ad quodlibet genus cãæ,ſic hæc demonſtratio eſt ad quodlibet genus cãæ. qm̃ ſicuti prima ratio probauit ſtatum ſuppoſita vltima cauſa, ſic hæc demonſtratio probat ſtatum ſuppoſita prima cauſa, quod exemplo à materia ſumpto docet: nam licet exemplum ſit in genere cauſæ materialis,tñ vtitur eo pro exẽplo in quocũq; genere cãæ, vnde dicit {at vero neq; ad infera}.i.in poſterioribus cauſis { in infinitum progreſsio eſſe poteſt, ſi ſupera principiũ habent}.i.ſi in prioribus ſit deuenire ad primã,ecce quomodo loquitur generatim in quolibet genere cãæ.ponit tñ pro exemplo in omnibus generibus cauſarum exemplum ſolũ in genere cauſæ materialis: & dicit { vt ex igne quidem aqua, ex hac autem terra, & ſic ſemper aliud quid genus fiat } vbi ſupponit ignẽ eſſe primam cauſam,& accipit genus pro ſpecie.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc poſt hoc fieri dicitur: uelut ex iſthmijs dicuntur olympia fieri, ſed ut aut uir ex puero mutationẽ ſubeũte fieri dicitur, aut ex aqua aer.

Vt Expoſitor ait, Ariſtoteles nunc vult probare ꝓpoſitum: & antequàm id proſequatur, prædiſtinguit duos modos, quibus dicitur aliquid fieri ex aliquo. *Expoſitor Alexandri.* Alexander autem Ariſtotelem aſſerit hanc diſtinctionem præmiſiſſe, quia dictio, qua propoſitum demonſtrat, non caret difficultate,quam breuiter explicare tentans fieri, ac factum eſſe aliquid ex aliquo dupliciter dici ſumit, & tu intelligas proprie.ac per ſe, quoniam improprie aliquid dici poteſt fieri ex aliquo quoties fit poſt illud & dicit { Dupliciter enim hoc ex hoc fit}.ſ.per ſe,ac proprie{non}.ſ.improprie{vt hoc poſt hoc fieri dicitur } poteſt enim improprie aliquid dici fieri ex aliquo, quoties fit poſt illud{velut ex iſthmiis dicunẽ olympia fieri}.i.poſt iſthmia fiunt olympia,vel ẽ conuerſo. Olympia & iſthmia feſta ſiue græcorum ludi ſunt, quorum alter poſt alterum fit. cauſa quare nõ proprie in his dicitur alterum fieri ex altero aſsignaẽ ab Expoſitore,qm̃ fieri eſt quoddam mutari: in mutatione aut non ſolũ requiritur ordo duorũ terminorum,ſed etiã ſubiectũ idẽ vtriuſq;.quod nõ contingit in his,ſed id dicimus, q̃tenus imaginamur tẽpus eſſe vt ſubiectũ diuerſorũ feſtorũ, ſed ꝓprie dicitur aliquid fieri ex aliquo quoties aliquod vnũ ſubiectũ mutaẽ de hoc in illud. Alexan. autem ait Ariſto. inter modos,

dos, quibus aliquid dicitur fieri ex alio, omiſiſſe eũ, qui poterat ex dictione ſignificari, quæ ait hoc ex hoc, illam.ſ.quo hoc ex hoc,i.hoc poteſt hoc explicamus. quoniam, cum aliqua ad hunc modum fiunt, quo fieri dicitur hoc ex hoc, quaſi alterum ex altero velut ex cauſa fit. huiuſmodi ergo ſignificatum omiſit, quia ſermo de cauſis, & ijs, quæ fiunt ex cauſis ab ipſo ſuſceptus eſt. hæc enim ordinem tm̃ quandam temporis ſignificant, cum horum non tranſeat alterum in alterum, nec conferat quicquam ad alterius generationem. Hæc ergo eſt cauſa, quare hunc Ariſto. prætermiſerit. Propterea ſubdit modos dicens {ſed vt aut vir ex puero mutationẽ ſubeunte fieri dicitur, aut ex aqua aer} ex puero.n.fit vir, quatenus puer mutatur de ſtatu puerili imperfecto, in ſtatum virilem perfectum:& hæc mutatio dicitur generatio per accretionem: quin etiam ex addiſcente doctus, quæ vocatur alteratio, & ex non intelligente intelligens, quæ mutatio per formam eſt, eſt.n.perfectio. In hoc quoq; genere fit auroræ in diem mutatio. Aurora.n.perficitur in diem ꝓgrediendo, & propriam ſpeciem ſeu formã aſſumit. itaq; huiuſmodi generationem fieri dicit ex eo, quod efficitur. quoniam eſt quædã ex iam facto quodq; aliquid eſſe in perfectionem progreſsio { aut ex aqua aer} & hæc generatio ex eo mutatio eſt, quod nondum eſt. nam quod ita fit, non iam factum, aut præexiſtens fit, atq; perficitur, ſed eſt ex ipſa generatione, cum ante non fuerit. Neq;.n.generatio, quæ propriæ intelligiť, eſt mutatio ex non eſſe omnino in eſſe, cũ fiat ex interitu eius, quod ꝓfuerat. Aer.n.fit ex aqua: nõ quod aqua fiat aer, ſed quia aer fit ex interitu aquæ. In hos itaque duos modos diuiſum eſſe reperit, quod ex aliquo in aliquid mutať, quodq; fit, vt ex aliqua cã & ſubiecto.

Ex *puero igitur uirum fieri dicimus, ut ex eo, quod fit, id quod factum eſt, aut ex eo, quod perficitur id, quod eſt perfectum. Vt enim inter eſſe, atq; non eſſe medium eſt generatio, ſic & inter id, quod eſt, atque id, quod non eſt, id, quod fit, medium ſemper eſt. Vnde qui diſcit, fit ſciens, et id quod eſt, quod dicitur, ex addiſcente fieri, ſcientem. ex aere uero fit aqua altero ſubeunte corruptionem.*

Cum dixiſſet aliquid fieri ex aliquo dupliciter, nũc aſsignat differentiam inter membra, aſſerens id, quod fit, vt ex puero, dici fieri modo, quo perfectum, & factum fit ex imperfecto, & eo, quod eſt medium in fieri. Id vero quod fit, vt ex aere, dicitur fieri vt ex eo, quod corrumpitur: dicit { ex puero igitur virum fieri dicimus, vt} .i.modo, quo {id, quod factum eſt, fit ex eo, quod fit}.i.ex eo, quod eſt medium in fieri {aut} modo, quo {id, quod eſt perfectum, fit ex eo, quod ꝑficitur}.i.ex medio, quod eſt inter perfectum & imperfectum. Nec hæc, vt Alexander inquit, poſuit, vt diuerſa, ſed, vt alterum ſit alterius expoſitio. & cum dixiſſet talia fieri vt ex eo, quod efficitur, docet quid ſit quod efficitur, aſſerens id, quod efficituř, eſſe ſemper medium inter eſſe, & non eſſe: & dicit {vt.n.inter eſſe, atq; non eſſe medium eſt generatio, ſic & inter id, quod eſt} .ſ.in ſua vltima perfectione {& id quod non eſt},i.omnino remotum à ſua ꝑfectione {id quod fit} .i.id, quod eſt in fieri { medium ſemper eſt } deinde quaſi aſſerens alia exempla, dicit { vnde qui diſcit, fit ſciens, & id quod eſt, quod dicitur ex addiſcente fieri } ſubaudi dicimus eſſe { ſcientem } patet igitur primus modus, quo aliquid ex aliquo fieri dicitur. eſt.n.quo aliquid dicitur fieri ex aliquo, vt ex medio, ſecundus vero, quo aliquid dicitur fieri ex aliquo, vt ex ſubiecto, cui ineſt priuatio, vel interitus eius, quod fit.

Quapropter in illis quidem non fit reflexio, neque fit ex uiro puer: non.n. ex generatione fit id, quod fit, ſed eſt poſt generationem. ſic enim ex aurora fit dies, quia poſt illam: iccirco neque ex die fit aurora: at in his reflexio fit.

Hic aſsignat ſecundam differentiam. & eſt talis, ꝙ in illis, quæ fiunt primo modo, non eſt reflexio, nam licet ex puero fiat vir, non tamen ex viro fit puer. In his vero, quæ fiunt ſecundo modo, eſt reflexio. nam ex aqua aer fit, & econuerſo. Sequitur autem hæc differentia ex prima, quoniã quod fit ex aliquo primo modo, fit ex illo tanquam ex imperfecto. modo ex imperfecto fieri poteſt perfectum, non tamen econuerſo, ex perfecto imperfectum. At quod fit ex aliquo ſecundo modo, fit ex illo vt ex corrupto: modo ex aqua corrupta poteſt fieri aer, & ecõuerſo ex aere corrupto aqua: quoniam generato & corrupto eſt vnum commune ſubiectum, quod poteſt illa viciſsim ſuſcipere. verba autem Ariſtotelis non ſunt clara: dicit autem ſic {quapropter quia}.ſ.ex prima differentia ſequitur ſecunda {in illis quidem}.ſ.quæ fiunt primo modo {non fit reflexio, neq;} vt exemplo vtar {fit ex viro puer} licet ex puero fiat vir. & aſsignat cauſam, & dicit { nõ enim id, quod fit}.ſ.primo modo { ex generatione fit}.i.per generationẽ ſimpliciter, cui nihil præſupponitur rei, quæ fit, niſi materia, & ſubiectum commune. Non.n. id, quod fit primo modo, per generationem ſimpliciter fit, modo quo fit aqua ex aere, quibus commune ſubiectum tantum ſupponitur: {ſed} illud, ex quo fit aliquid primo modo { eſt poſt generationem } eſt.n. puer, ex quo fit vir, poſt generationem. nam puer aliquid genitum eſt. Deinde hoc exponit exemplo clariore, & dicit. {ſic.n.ex aurora fit dies} quia dies non fit ex aurora tanquam aurora nihil ſit diei, cum aurora ſit dies imperfectus {quia poſt illam}.i.quia poſt generationem auroræ, quæ paruus dies eſt, dies fit {iccirco neq; ex die fit aurora} quoniam ex perfecto nõ fit imperfectum. tunc tangit aliud membrnm, & dicit. {at in his}.ſ.quæ fiunt ſecundo modo {reflexio fit} vt aer ex aqua, & è conuerſo, quoniam his ſubiectum commune eſt, quod vice verſa recipit vtrunq;, nec alterum alterius eſt finis. Quo vero ad verba attinet, verbũ poſt, non accipit hic Ariſtoteles, vt dicit ordinem temporis tãtum, veluti cum dicimus olympia fieri poſt iſthmia, & è conuerſo, ſed, vt notat genitum eſſe. nam vir, qui fit ex puero, fit ex aliquo, quod generatum eſt, licet non perfectè. nam, vt Alexander inquit, quod fit hoc pacto, non fit ex alterius interitu, ipſaq; generatione, ſed ex aliquo iam facto: quod per generationem eſt. ex infante enim fit puer, tanquam ex eo, qui iam eſt infans, deinde ex puero fit vir etiam tanquam ex eo, qui iam eſt puer. At er fit ex aqua non tanquam ex eo, quod iam eſt aqua, ſed tanquam ex corrupto. nam ex interitu aquæ aer fit.

Neutro autem modo in infinitum abitio eſſe poteſt. Etenim illorũ quidem, cum ſint media, finem eſſe neceſſe eſt. Hæc uero reflectuntur. Alterius.n.corruptio alterius eſt gñatio.

His differentijs expoſitis, nunc ꝓbat intentũ.ſ.vniuerſali rõne ad omnia genera cãrum:& primo ꝓponit intẽtum, & dicit {Neutro aũt modo in infinitum abi-

tio eſſe poteſt} & primo probat non eſſe abitionem in infinitum in iis,quæ fiunt primo modo: videlicet modo, quo ex infante puer, & ex puero vir fit. quia non eſt procedere in infinitum ex infante in puerũ,ex puero in iuuenem, ex iuuene in virum,& ſic in infinitum. probatur & ſyllogiſmus eſt,ea quæ fiunt ex ijs, quæ fiunt,vt ex mediis, tandem finem habent in extremum. Hæc fuit declarata ex differentiis inter primum, & ſecundum modum. Quæ fiunt primo modo videlicet, vt ex infante puer, & ex puero vir, fiunt vt ex medijs: igitur tandem in his eſt deuenire ad extremum.Minor etiam eſt declarata in differentiis eorum. dicit{etenim illorum quidem}.ſ.quæ ex medijs fiunt, quæ media ex generatione ſunt entia, vt ea quæ fiunt proficiendo {cum ſint media}.ſ.ex quibus fiunt{finem eſſe neceſſe eſt} vel ſic {etenim illorum quidem} mediorum,ſ. {cum ſint media, finem eſſe neceſſe eſt} & vtraque expoſitio eſt Alexandri. Eſt ergo maior,omnia, quæ fiunt ex aliquibus,tanquam ex mediis in finem, finem habent. Cui adde minorem,ſed quæ fiunt primo modo,fiunt ex aliquibus tanquam ex medijs in finem:Ergo quæ fiunt primo modo,habent finem. Hæc ratio patet ex differentiis aſsignatis. Deinde probat ſecundam partem,ſic,quæ reflectuntur,in generatione habent finem. Non enim poſſet eſſe reflexio ab vno extremo in alterum, & econuerſo,niſi intercapedo inter extrema eſſet finita: ſed quæ generantur ſecundo modo, reflectuntur in generatione, vt ex differentiis patet: igitur quæ generantur ſecundo modo, habent finem. dicit {hæc vero},ſ.quæ ſecundo modo generantur {reflectuntur},ſ.in generatione,hæc eſt minor,cuius probationem ſubdit {alterius enim corruptio alterius eſt generatio} quod in auditu phyſico demonſtratum eſt. Igitur hæc etiam finem habent.

Simul inſuper fieri nequit, ut ipſum primum, cum perpetuum ſit, corrumpatur. Cum enim generatio non in infinitũ ſurſum proficiſcatur, id ex quo corrupto primo aliquid ortum eſt, perpetuum non eſſe neceſſe eſt.

Expoſitor. Expoſitor vult Ariſtotelem oſtendere quo prædictorum modorũ ex prima materia aliquid fiat, & aſſerit eum velle ex prima materia nõ fieri aliquid per modum ſecundum, quo ex aqua corrupta fit aer,ſed per modum primum, quo ex puero fit vir, vt ex medio. pro deductione huius Ariſtotelem vti duabus ſuppoſitionibus aſſerit, in quibus omnes philoſophi naturales conuenerunt, quarum Prima eſt,vt ſit aliquod primum principium materiale, ita, vt in generationibus naturalibus rerum nequeat ſurſum procedi in infinitũ. Secunda vero, vt ſi ipſa prima materia ſempiterna. ex hac igitur ſecunda ſuppoſitione,(vt inquit,)ſtatim concludit ex prima ipſa materia non fieri aliquid ſecundo modo, videlicet, vt ex aere corrupto fit aqua, & dicit {Simul inſuper} cum ijs.ſ.quæ ſuperius dicta ſunt{fieri nequit, vt ipſum primum}.ſ.materiale principium {corrumpatur} & ſic non poteſt ex primo materiali principio aliquid fieri, vt ex aere corrupto fit aqua: quia illud, quod eſt ſempiternum, non poteſt corrũpi. Sed dices primum principium materiale non poni a philoſophis vnum numero ſempiternum,ſed ſucceſſione,quemadmodum ſi poneretur humanum genus ſempiternũ ſucceſsione. Contra obiicit ex prima ſuppoſitione, & dicit {cum enim generatio non in infinitũ ſurſum proficiſcatur, id ex quo corrupto primo aliquid ortum eſt, perpetuum non eſſe neceſſe eſt} & ſic ſemper erit dare aliud prius, & ſic in infinitum: quod eſt contra primam ſuppoſitionem, quæ eſt, vt ſi aliquod principium primum materiale, ita vt in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte ſuperiore,ſ.ex qua generatio fit. Quæ expoſitio iuxta ea, quæ a principio expoſuit Expoſitor, eſt conſona ſuis dictis. nam vult habere, vt ipſe putat, ex primo materiali principio nihil fieri ſecundum modum, quo ex aqua corrupta aer fit. ſed bene ſecundum modum, quo ex puero vir fit: quoniam omne, quod fit ex primo materiali principio, fit tanquam ex quodam medio potentia exiſtente, quod eſt medium inter purum non ens,& purum ens.Alexander vero,cui non parum tribuendum eſt,aſſerit poſtquam Ariſtoteles oſtenderit generatim primum, ꝙ cauſæ infinitæ ſurſum eſſe non poſsint, deinde ꝙ nec deorſum, nunc eum velle idem de ſingulis cauſis priuatim demonſtrare,& in primis de cauſa materiali: & aſſerit ad hoc oſtendendum ſupponere primum ſubiectum ſempiternum eſſe. nã ſi natũ fuiſſet, aliquid ſane ipſum præcederet, ex quo fuiſſet genitum, ac proinde ipſum non eſſet primum. Cum ergo nullum ſubiectum ſit eo prius, efficitur, vt primum ſubiectum ſempiternum, & ingenitum ſit. ex hoc ſequitur, vt id, ex quo intercedente aliquid efficitur,non ſit primum ſubiectum. nam quod intercidit, id profecto non eſt ſempiternum, primum autem ſubiectum eſt ſempiternum: non igitur materia intercidit,ſed eadẽ prima manet. vnde dicit {ſimul inſuper} cum iis,quæ dicta ſunt {fieri nequit, vt ipſum primũ} .ſ.materiale principium {cum perpetuum ſit corrumpatur}& ſic nihil fit ex ipſa prima materia,modo,quo ex aqua corrupta fit aer. Et Alexander addit, per ſe, quoniam ex accidenti ex materia corrupta aliquid fit. materia enim ex accidenti perit. quoniam priuatio, q̃ ipſi accidit in generatione eorũ,quę ex materia fiunt, aboletur. Hæc enim eſt, quæ per ſe interit, per ſe vero materia immortalis eſt. at, ſi aliud ex alia in infinitum fieret, nec eadem in cunctis generatis maneret, ipſa per ſe interiret. hæc de prima parte textus. Secundam vero Alexander vno modo legit affirmatiue ſic, Quòd autem ſequitur, ut corrumpatur,ſi aliud ex alio in infinitum fieret,probat,& dicit{Cum enim generatio in infinitum ſurſum proficiſcatur, ita} vt aliud alij materia fiat ſemper{id ex quo corrupto primo aliquid ortũ eſt,perpetuũ non eſſe neceſſe eſt} quod eſt cõtra ſuppoſitionẽ.Hoc pacto affirmatiue legẽdo, nulla eſt dificultas in verbis Ariſt. & habebitur nihil fieri ex prima materia tanquam ex corrupto,niſi per accidens, vt dictum eſt.Qua ratione,fit,vt hæc ratio apud Alexãdrum ſit ex hypotheſi. nam, ſi materia ipſa intereunte fieret generatio rei poſterioris,neq; motus eſſet ſempiternus, neq; ipſa iam eſſet prima,& ſempiterna,quæ prima cunctis ſubiicitur.ergo cauſa materialis non ꝓcedit in infinitum ſurſum.hęc.n.breuiſsime ab ipſo dicta ſunt. Fortaſſe textus iſte poteſt legi facilius, ita vt primo ponat concluſionem ſimul cum breui ratione, & dicat {ſimul inſuper} cum ijs,quæ dicta ſunt generatim,ꝙ non ſit proceſsus in infinitum in cauſis, neq; ſurſum neq; deorſum {fieri nequit, vt ipſum primũ} .ſ. materiale principium {corrumpatur} & tangens breuiter rationem dicit {cum perpetuum ſit} & idem numero ſemper omnibus commune. deinde explicat fuſius rationem, quam breuiter tetigit,& dicit {cum.n. genera-

Alexandri.

generatio } vt probatum eſt ſuperius { non in infinitũ ſurſum proficiſcatur } ſubaudi primum ſubiectum eſt ſempiternum, ꝙ ſubaudi ſi primum ſubiectum ſit { id, ex quo corrupto primo aliquid ortum eſt, perpetuum non eſſe neceſſe eſt } & ſic non erit deuenire ſurſum proficiſcendo ad primum. Alexander confundit expoſitiones, ſed ſi tu melius habes, melius dicas, mihi autẽ non alia occurrunt, bene autem puto in dictione eſſe mutilationem, quam non audeo explicare.

TEX. 8. De cauſa finali. *Præterea id, gratia cuius cætera fiunt, eſt finis: tale autem eſt id, quod non ob aliud fit, ſed alia illius gratia fiunt: quare, ſi ultimum tale fuerit, non erit infinitum, ſin autem nihil fuerit tale, non erit id, cuius gratia cætera fiunt.*

Oſtenſo in cauſa materiali non poſſe materiales cauſas deorſum in infinitum procedere, nunc idem in cauſa finali docet: & primo præmittit quid ſit finis, & dicit { Præterea id, gratia cuius cætera fiunt, eſt finis }.i. finis.i.gratia cuius cætera fiunt. ſecundo præmittit omnem finem eſſe vltimum, & dicit { tale autem }.i.talis autem finis, qui definitus eſt { eſt id, quod nõ ob aliud fit, ſed alia illius gratia fiunt } per quæ innuit omnem finem eſſe finem vltimum. his ſuppoſitis argumentatur hypothetice ſic { quare ſi tale },i. ſi finis { ultimum fuerit, non erit infinitum },ſ. deorſum { ſin autem nihil fuerit tale },ſ. ultimus finis, ſed ſemper finis poſt finem { non erit, cuius gratia cætera fiunt } quare ſyllogiſmus eſt ſi finis eſt vltimum, non erit in finibus procedere deorſum in infinitum: ſed finis eſt vltimum, vt patet per definitionem finis præmiſſam: igitur in finibus deorſum non eſt proceſſus ad infinitum. Multa addidit Ariſtoteles non ad neceſsitatem, ſed ad abundantem doctrinam. vt oſtendat duos argumentandi modos, quorum primus eſt, ſi finis fuerit vltimũ, non erit deorſum in finibus proceſſus infinitus: ſed per definitionem finis aſsignatam finis eſt vltimum: igitur nõ erit deorſum in finibus proceſſus infinitus. Secundus vero argumentandi modus eſt, ſi non ſit finis vltimus, ſed ſemper finis poſt finem in infinitũ, non erit id, cuius gratia cætera fiunt: conſequens ſupponiť eſſe falſum: quare & antecedens. ſed occurres, quia Ariſtoteles ſuppoſuit omnem finem eſſe vltimum, nam cum definiſſet finem, ſubdit { tale autem eſt id, quod non ob aliud fit, ſed alia illius gratia fiunt } ergo vult finem, cuius definitionem præmiſit, eſſe vltimum: hoc autem non eſt ita, quoniam ſunt fines medij. Dico ꝙ præmiſerat omnem finem eſſe vltimum, ſaltem profectiue, quatenus tandem eſt deuenire ad finem vltimum, in ipſa profectione deorſum, & ad finẽ primũ in ipſa profectione ſurſum: qđ' eſt ſufficiens ad rõnem, quã facit.

Latent. λανθάνουσιν. Obliuiſcuntur non percipiũt. *Sed qui infinitionem faciunt, latent e medio tollere ipſius boni naturam.*

Cum ex proxima ratione cõcluſiſſet eos, qui in cauſis finalibus proceſſum in infinitum ponunt, tollere cauſam ipſam finalem, nunc quaſi ſubaccipiendo argumentatur, qui proceſſum in infinitum ponũt in cauſis finalibus, tollunt cauſam finalẽ: ergo qui proceſſum in infinitum ponunt in cauſis finalibus, tollunt ipſius boni naturam. Tenet argumentum, qm̃ eadem eſt ratio boni, & finis: quod inductione declaratur, nam omnis ars, & omnis diſciplina, ſimiliter actio, & electio bonum quoddam appetere videtur, vt dixit in Ethicorũ exordio, & princeps bonũ eſt, quod appetunt omnia: quare quæcunq; vel ratione, vel natura fiunt, horum finis eſt bonum: & dicit { Sed qui infinitionem }.i.proceſſum infinitum in cauſis finalibus { faciunt, latẽt },i. non percipiunt ſe { è medio tollere ipſius boni naturã } quoniam tollendo finem tollunt boni naturam.

Etiam nemo agere aggredietur, ſi non ſit ad id ultimum acceſſurus.

Tertio argumentatur hoc pacto, ſi non ſit finis vltimus, ſed proceſſus infinitus in cauſis finalibus, nemo agere aggredietur. tenet argumentum: quia nemo agere aggredietur, niſi arbitretur poſſe peruenire in vltimum finem: nemo.n.aggredietur aſcendere cœlũ, quia non arbitratur ad finem peruenire poſſe. ſi ergo finis, & huiuſmodi cauſa eſt rerum efficiendarũ propoſitum, certe hoc ſublato, nullum opus inciperetur: dicit { etiam nemo agere aggredietur, ſi non ſit ad id vltimum } quod eſt tandem finis { acceſſurus. }

Præterea nec ipſa mẽs erit in talibus. gratia enim alicuius ſemper is agit, qui mentem habet. hoc autem eſt ultimum, quod quidem ultimum finis eſt. TEX. 9. Autem. γὰρ. enim.

Quarto argumentatur, ſi in cauſis finalibus eſſet proceſſus in infinitum, tolleretur, mentem. & naturam eſſe rerum efficientes. probatur, qm̃ quæcunque vel natura, vel mente fiunt. alicuius gratia fiunt: ſublato autem eo, cuius gratia res per naturam, aut intellectum fiunt, nihil neq; per intellectum fieret, neq; per naturam: quæ ſunt contra experientiam. dicit { Præterea nec ipſa mens erit in talibus },i. enumeranda inter efficientes cauſas. probat & dicit { gratia.n.alicuius ſemper is agit, qui mentem habet } vt obſeruatio docet. Deinde exponens id, cuius gratia agit is, qui mentem habet, dicit { hoc autem eſt vltimum, quod quidẽ vltimum, finis eſt } cuius gratia agit is, qui mentem habet. ergo ſublato fine, tolletur è medio actio intellectus. At poſito proceſſu in infinitum in cauſis finalibus, tollitur è medio finis: quare tolletur actio intellectus, quod eſt contra obſeruationem.

At uero neque quiditas in aliam definitionem ſermone copioſiorem redigi poteſt. TEX. 10. De cauſa formali.

Nunc oſtendit in cauſis formalibus non eſſe proceſſum in infinitum: & hoc oſtendens demonſtrat in definitionibus non eſſe proceſſum in infinitum, cauſam .n.formalem τὸ τί ἦν εἶναι, appellat.i.quiditatem. quiditatem vero explicat definitio, recte igitur ſi probauerit non eſſe proceſſum in infinitum in definitionibus, relinquetur probatum non eſſe proceſſum in infinitũ in cauſis formalibus, primo ergo Ariſtoteles proponit intentum, & dicit { At vero neq; quiditas }.i. definitio quæ quiditatem explicat { in aliam definitionem ſermone copioſiorem } & illa in illam etiam ſermone copioſiorem, & ſic in infinitum { redigi poteſt }.i. proficiſci poteſt. Expoſitor vult, vt Ariſtoteles proponat nõ eſſe procedendum in infinitum in partibus definitionis, qm̃ vt inquit, idem eſt proceſſus in infinitum in formis, & proceſſus in infinitum in partibus definitionis. Alexander autem vult, vt Ariſtoteles proponat, nõ eſſe proceſſum in infinitum in definitionibus, quarum ſemper poſterior eſt ſermone copioſior priore. & huius cauſa eſt, qm̃ definitio ſpeciei maxime ſignificat formam rei. Quoue modo definitio poſterior ſit ſermone copioſior, exponit Alexander, qm̃ definitio ſer-

mone copioſior eſſe videtur quàm definitum.neq; homo par dictione eſt eius definitioni,quæ eſt animal rationale mortale. Quippe cum omne definitum nominis locum habere videatur ſi ad eius explicatam definitionem ſpectes.ſunt tñ qui illud { ſermone copioſiorem } ſic accipiant,vt poſterior definitio ſemper pluribus verbis conſtet quàm prior.qm̃ definitioni,quæ primo redditur,ſemper aliquid addit.Vt ſi prima hominis definitio ſit animal ingrediens bipes,ſecunda vero quę habeat adiunctam aliquã differentiam diuerſam à prædictis, verbi gratia rationale, & rurſus huic addaẽ alia, vt primo reddita definitio augeatur in infinitum. Clarius autem, vt diximus, eſt, vt velit Ariſtoteles dicere, vt ſemper explicatæ definitionis ſit aliqua definitio ſermone copioſior, verbi gratia, ſi animalis definitio ſit ſubſtantia animata ſenſualis, huius iterum definitionis ſit alia definitio,aut cuiuſq; eorum,quæ in definitione continentur: ſermone copioſior,& ſic ſemper in infinitum,ſermone copioſiore augeſcat.

Semper etenim ea,quæ eſt ante,eſt magis. ea uero,quæ eſt poſterior, non eſt. Vbi autem primum non eſt, neque id quod eſt deinceps, eſt.

Secundum expoſitores propoſita intentione, nunc argumentatur, & ſupponit ſecundum eos Ariſtoteles in tali proceſſu in infinitum ſemper partem definitionis,quæ eſt prior, eſſe vniuerſaliorem.nam genus ſemper vniuerſalius eſt differentia: ex qua definitio conſtat: & hanc ſuppoſitionem ſumit dicens { Semper etenim ea }.ſ.definitionis pars { quæ eſt ante, eſt magis } .i.fuſior, ac vniuerſalior { ea vero }.ſ.definitionis pars { quæ eſt poſterior,non eſt }.ſ.vbicunq; pars prior eſt. non.n. vbicunq; animal eſt, ibi eſt rationale.hac ſuppoſitione ſtante,argumentatur, ſi in definitionibus eſt proceſſus in infinitum, non erit in eis prima definitio, neq; prima pars definitionis { vbi autem primum non eſt }.i.vbi autem prima definitio, vel prima pars definitionis non eſt { neq; id quod eſt deinceps }.i. neque definitio conſequens,vel pars definitionis conſequens eſt. Quare nec definitio, nec pars definitionis aliqua erit. Hæc expoſitio eſſet optima, ſi ſuppoſitio ad aliquid eſſet vtilis.ſed qm̃ ſuppoſitio vt ab eis exponitur, non eſt vtilis ad expoſitionem, quam afferunt, nõ mihi hæc expoſitio conſona eſſe poteſt. Quare aliter intelligo ſuppoſitionem, vt velit ſupponere ſolam primam definitionem, eſſe rei definitionem,nam definitio,quæ eſt conſequens ad primam, non eſt iam illius rei, ſed eſt definitio primæ definitionis, & tertia ſimiliter non eſt rei definitio, ſed definitio ſecundæ, ſicq; in infinitum,vnde dicit { Semper etenim ea }.ſ. definitio { quæ eſt ante }.i. prima { eſt magis }.i.eſt proprie definitio rei { ea vero, quæ eſt poſterior, non eſt }.ſ.rei definitio, ſed potius eſt definitio primæ definitionis,& tertia quoq; definitio ſecundæ, non rei, & ſic in infinitum. eſt ergo ſuppoſitio ꝙ prima definitio, quæ eſt definitio primæ, non ſit rei definitio. Tunc argumentaẽ, & dicit { vbi autem primum }.i.prima definitio, quæ eſt definitio primæ { non eſt }.ſ. definitio rei { nec id, quod eſt deinceps }.i.nec tertia definitio,quæ eſt deinceps, eſt definitio rei:nec pari ratione quarta,nec quinta, & ſic nulla eſt rei definitio, niſi prima,quæ cum ſit vna ſola, non erant infinitæ definitiones eiuſdem rei, ſed tm̃ vna. Quare in definitionibus non eſt proceſſus in infinitum.Ad hanc autem expoſitionem ſuppoſitio eſt ad propoſitum.Alexander etiam exponit primum .i.vltimum.Sed ſi ſic exponitur, nec ſuppoſitio erit ad propoſitum, nec verba huic expoſitioni conſonabunt, vt patet intelligenti.Quare Ariſtoteles rectius per primum intelligit primam definitionem, quæ definitio definitionis primæ eſt vt ſi prima hominis definitio ſit animal rationale, Secunda erit definitionis eiuſmodi, ſubſtantia animata ſenſitiua agens à propoſito. hæc dicitur ſecunda, & prima. Secunda quidem, qm̃ non eſt rei, ſed definitionis, quæ de homine reddita eſt,prima vera inter eas, quæ non ſunt rei,ſed definitionum. Sed occurres, quia non videtur ſequi, in definitionibus non eſt proceſſus in infinitum: igitur nec in formis eſt proceſſus in infinitum. non.n.definitio eſt forma, ſed ſermo, qui certificat quiditatem, & eſſentiã. Quare potius ſequetur, vt ſermones orationeſve, per quos definitiones redduntur,in infinitum augeſcant,ꝙ quod formæ ipſæ. diluitur hæc obiectio,qm̃, ſi in explicantibus ſermonibus non ſit proceſſus in infinitũ,neq; in explicatis rebus poteſt eſſe proceſſus in infinitum. ꝙ Sermo.n.qui eſt definitio rei,nihil plus explicat, ꝙ rẽ, cuius eſt ſermo. Quare quot ſermones ſunt,tot explicatæ res ſunt, vt ſi ſermones ſunt finiti, res ipſæ explicatę finitę ſunt.Et ſi ſermones fuerint infiniti, res quoque explicatæ erunt infinitæ.valet ergo argumentum ſermones,qm̃ definitiones ſunt,non procedunt in infinitum: igitur nec formæ,quas explicant,ſunt infinitę: quaſi argumentum ſit ab æquiualentibus ad æquiualentia.Sed adhuc dubitaueris, qm̃ eiuſdem rei compoſitæ non eſt, niſi vna ſola forma, verbi gratia hominis, cuius tñ ſunt plures definitiones, nam alia eſt definitio hominis,quo homo eſt homo,& alia quo homo eſt animal, & alia quo homo eſt corpus, & alia quo homo eſt ſubſtantia: & tamen hominis non eſt,niſi vna tantũ forma videlicet anima rationalis. de pluralitate formarum cõpluribus in locis nos diſſeruimus,ideo nunc tm̃ dicamus, vt Expoſitor inquit, in homine eſſe tm̃ vnam formam, plures tamen gradus formarũ, quos explicant variæ definitiones,pro varia graduum ratione,& hoc ſufficit ad propoſitum. Satis.n. eſt, vt pro numero definitionum,ſit numerus formarum,vel graduum eiuſdem formæ & ſic relinquetur, vt quia definitiones non augeſcunt in infinitum, nec formæ, aut gradus creſcant in infinitum. Auerroes autem dicit ſic, & etiam ſermo de diſpoſitione eius,de quo quæritur per quid eſt, & eſt forma rei, impoſsibile eſt, vt ſit diuerſus a natura definitionum.ſ.ꝙ ſi apparuerit ꝙ natura definitionum ſit finita,neceſſario erit, vt ita ſit de formis. per quæ Auerroes velle videtur pro numero definitionum eſſe numerum formarum, & cum eiuſdem rei plures ſint definitiones, ſit,vt velit etiam eiuſdem rei eſſe plures formas: quod Ioannes Gandauẽſis pro explorato habet. Nos vero diſſeruimus rem hãc alibi,nunc vero hactenus. Vlterius animaduerte Auerroem ſic ſuppoſitionem intellexiſſe,cum ita inquit, in definitione eſt pars prior, & poſterior,& prior eſt magis digna in eſſe, qm̃ ſi prior non fuerit, poſterior non erit. Hæc eſt ſuppoſitio, & eius expoſitio. tunc argumentatur,ſi igitur pars prior verbi gratia genus habuerit definitionem, & pars prior illius definitionis habuerit definitionem,& ſic in infinitum, non erit illic prius, quapropter neq; poſtremum.Poſterius.n.non eſt poſterius,niſi prioris.hæc eſt ratio,vt cõponit Auerrois, quæ quantum ſit aliena a mente Ariſtotelis patet.

Dubitatio.

Quæ Auerro. Comm. 10.

Præterea

TEX.11. *Præterea qui ita dicunt, ſcientiam e medio tollunt. Fieri enim non poteſt, ut quicquam ſciatur, antequam ad indiuidua ſit peruentum.*

Hic aſsignat ſecundam rationem,quæ eſt hypothetica, in hunc modum, ſi formales cauſæ ſunt infinitæ, nihil contingit ſcire.hæc conditionalis patet, qm̃ nihil cõtingit ſcire,niſi perueniatur ad indiuidua, quod quidem fieri nequit, ſi formales cauſæ ſunt infinitæ.deſtruitur conſequens, qm̃ perſpicuum eſt,& ſupponẽdum aliquid nos ſcire poſſe.ergo deſtruitur & antecedens.ſ.ꝙ formales cauſæ ſint infinitæ.Quid autem per indiuidua intelligat Ariſt. Expoſitor trifariam interpretatur, vno modo ꝙ intelligat Ariſt. per indiuidua ſpecies ſpecialiſsima,quæ ideo indiuiduæ dicũtur, qm̃ non ſunt vlterius diuiſibiles per differẽtias eſſentiales, aut ſpecificas. & tunc eſt ſenſus ꝙ non contingat ſcire .ſ.perfecte,quouſq; peruẽtum fuerit ad huiuſmodi indiuiduas ſpecies, cum ſcire in genere ſit ſcire imperfectæ. Qua expoſitione dicendum eſt in cauſis formalibus non eſſe proceſſum in infinitum deorſum, quemadmodũ prima ratione concludebatur non eſſe proceſſum in infinitum ſurſum. Alio modo per indiuidua poſſumus dicere Ariſt.intelligere ſuprema ipſa genera, quæ ideo indiuidua dicuntur, quia in alia ſuperiora, prioraq; genera diuidi nequeant: & tunc eſt ſenſus, ꝙ non cõtingat ſciri .ſ. per definitionem priuſquàm peruentum fuerit ad indiuidua hoc eſt ad ſuprema ipſa genera,quæ ſi ignorarentur, ignorabuntur omnia poſteriora.Et tunc hæc ratio, veluti prima probat ꝓceſſum in infinitum ſurſum nõ eſſe in cauſis formalibus. Tertio modo per indiuidua Ariſt. intelligere põt propoſitiones immediatas, quæ ideo indiuiduæ dicuntur, quia non poſſunt in alias priores reſolui, quibus probentur: & tunc ſi in formalibus cauſis,definitionibuſque ipſis proceditur in infinitum ſurſum,nulla prorſus erit propoſitio immediata,in qua definitio prædicabitur immediate de definito: ſaltem in minore, & ſic nõ poterit demonſtrari proprium prædicatum de ſubiecto: & ſic tolletur è medio ſcientia demõſtratiua: qua ſcitur prædicatum proprium de ſubiecto per mediũ, quod eſt definitio,quæ ſubijcitur in prima,& prædicatur in ſecunda. hanc tertiam expoſitionem probauit Alex.cum ait, Indiuidua Ariſt.nunc appellat propoſitiones,quæ ſine medio ſunt.ex propoſitionibus.n.quæ ſine medio ſunt, ſcientia paratur,vt in poſterioribus reſolutoriis dictum eſt quod fieri non poteſt,ſi definitiones definitionum in infinitum fuerint. nam definitio, qua demonſtratur aliquid ineſſe alicui,ſine medio ipſi videtur ineſſe: cui id ineſſe demonſtratur. At ſi omnis definitionis definitio fuerit in infinitum, ſemper erit terminus aliquis medius cauſæ, qua aliquid alicui ſubiecto ineſſe demõſtratur, cum nunquã alicui aliquid ineſſe ſine medio accipi poterit: ſi ſemper eius definitionis,quæ accipitur,fuerit definitio.neq;.n.animal rationale mortale homini ſine medio inerit, per quam demonſtratur diſciplinæ capax ineſſe homini. quoniã animal rationale mortale inerit homini per definitionem huius definitionis, & illa iterum pari ratione per ſuam,& ſic ſemper in infinitum. ſemper nanq; definitiones definitionum ſumptæ erunt medij termini, per quos definitis inſint definitiones ſuæ. Indiuiduæ igitur ac medio vacantes ꝓpoſitiones tollentur,quibus ſublatis, ſcientia demonſtratiua quoq; tolletur. In hunc igitur modum expoſuit Alexã. per quam expoſitionẽ non tm̃ in cauſis formalibus definitionibuſq; ipſis, vt Alex.inquit, tolletur proceſſus in infinitum,ſed in cũctis communiter cauſis huiuſmodi proceſſus deletur. veruntamen ſunt.vt Alexan.narrat, qui per indiuidua ſingularia intelligant: dicantq; ſcientias tunc eorum eſſe,cum ea,quorum habentur,indiuiduis, ac proprijs congruere recipiuntur. Tunc.n.eorum ſcientiam habemus,quæ homini inſunt, cum ea ſingulis hominibus congruunt.quæ ſi non congruerint,eorum ſcientiam non habebimus. fieri autem non poteſt,vt ad indiuidua perueniatur, ſi cauſæ deorſum ſine fine procedant,qm̃ indiuidua ſunt vltima. Tunc dicit { Præterea qui ita dicunt }.ſ.eſſe proceſſum in infinitum in cauſis formalibus,definitionibuſq; ipſis { ſcientiam è medio tollunt } hæc eſt hypothetica, quam probat, & dicit { fieri.n.non poteſt,vt quicq̃ ſciatur, anteq̃ ad indiuidua ſit peruentum } ad quæ cum perueniri non poſſit, ſciẽtia omnino tolletur è medio. Sed cum conſequens ſit falſum, etiam falſum eſt in cauſis formalibus ꝓceſſum eſſe ſine fine. *Quæ Auer. Commen.11.* Auerroes autem in præſenti commen.11.narrat differentiam inter hanc rationem,& priorem,aſſerens in priore ratione Ariſt. ſuppoſuiſſe poſtremam formam, & poſtremam differentiam,declaraſſe vero eſſe perueniendum ad formam primam, eſſeque impoſsibile, vt forma procedat de inferiore ad ſuperiorem in infinitũ.At in præſenti ratione vult,vt Ariſt. ſupponat primum, ac ſupremum eſſe, declaretq; non eſſe proceſſum in infinitum in poſterioribus,inferioribuſq;.hoc prædeclarato, argumentatur dicens, cum poſuerimus poſtremum non eſſe, & primum eſſe,tolletur è medio definitiua ſcientia, quæ fit diſſolutione, ſicut deſtruetur ſcientia definitiua,quæ fit compoſitione, cum poſuerimus poſtremum eſſe, & primum non eſſe. qm̃ cum in vna re fuerit prima forma diuiſibilis per infinitas differentias, non perueniemus per diuiſionem ad cognoſcendum naturam vltimæ ſpeciei.Scientia.n.alicuius non fit,niſi quando peruenitur ad ſpeciẽ poſtremam.per quæ patet primo Auerroẽ intellexiſſe per indiuidua, ſpecies ſpecialiſsimas. Secundo patet Auerroem velle ſcientiam definitiuam, quæ fit à ſuperiore ad inferius, fieri diſſolutione, ab inferiore vero ad ſuperius fieri compoſitione.nec obſtat id, qđ ſeptimo huius aſſerit,nam ſeptimo huius loquitur in ſciẽtia demonſtratiua,in demonſtratiua.n. ſcientia, *Commen.23.* cum ab effectu ad cauſam proceditur, diſſolutio eſt, cum è cõtrario,compoſitio fit.At hic in definitiua loquitur, vbi patet primo non genus primum ſupponere, quod poſtea per omnes differentias vſq;ad vltimas diuidimus, deinde componendo differentias cum generibus definimus. ergo recte dixit Auerrões proceſſum à ſuperiore ad inferius fieri diſſolutione, contra vero compoſitione,qm̃ loquitur in doctrina definitiua.Secus autem in ſeptimo huius. Nolo tamen te ignorare Alex. & expoſitores voluiſſe Ariſt. voluiſſe ſcientiam demonſtratiuam è medio tolli,vbi definitiones, ac formales cauſæ fuerint infinitæ: vt dilucide deduxerunt. & propterea hæc expoſitio Auerroes aut non eſt ad mentem Ariſt.aut eſt ficta ab eo.

Et cognitio eſſe non poteſt.quomodo nanque fieri poteſt,ut ea,quæ hoc pacto ſunt infinita,intelligantur?

Expoſitor adaptat hanc rationem ad cauſas formales,hoc pacto,ſi cauſæ formales ſunt infinitę,cogni-

tio eſſe non poteſt: ſed per aduerſarium cauſæ formales ſunt infinitæ: Igitur cognitio eſſe non poteſt. conſequens eſt falſum, quare cauſæ formales non ſunt infinitæ: quod erat antecedens. Alex. vero adaptat hanc rationem ad omne genus cauſæ, cum ex cognitione cauſarum generatim cognitio rerum, quam ſcientiàm appellamus, exiſtat. Quare ſyllogiſmus erit hoc pacto, ſi cauſæ ſunt infinitæ. ſ. vnaquæq; in proprio gñe { Et cognitio eſſe non poteſt, qũo nanq; fieri poteſt, vt ea, quę hoc pacto ſunt infinita } cognoſcantur { intelligãturque hoc pacto infinita } dicit cauſas actu infinitas vnãquãq; in ſuo genere. Cognitio.n. ſemper per cauſam fit ſed cauſæ ſunt actu infinitæ per aduerſarium: igitur cognitio eſſe non poteſt. In hunc ergo modum, ſi componatur ſyllogiſmus, erit cõis vnicuique generi cauſarũ. Sed occurres, qm̃ per hunc ſyllogiſmum nõ habebitur plus, niſi ꝙ cauſæ, ſi fuerint infinitæ, non cognoſcãtur: & non ꝙ effectus non cognoſcantur, nam effectus cognoſci poteſt per cauſam, & ſine cauſa, ſciri autem nõ,
Quæ Auer. Com. 11. niſi per cauſam. Propter hanc rationem fortaſſe Auerroes vult, ꝙ, ſi cauſæ fuerint infinitæ, ſcientia nõ ſit, qm̃ ſcientia eſt proprie cognitio per cauſam. Ego vero (ſaluo ſemper meliore iudicio) dico, ꝙ, ſi cauſæ fuerint infinitæ, è medio tolletur cognitio. nam cognitio eſt cauſarũ, ſcientia vero rerum per cauſam. Vbi.n. cauſæ fuerint infinitæ actu ipſæ non poterunt cognoſci { quomodo nanq; fieri poteſt, vt ea, quæ ſunt hoc pacto }.i. actu { infinita intelligantur } & ſic non ſolum ſcientia è medio tolletur, quæ habetur per cauſas, vt per proximam rationem eſt deductum, ſed tolletur cognitio, ac intellectus cauſarum, ac primorum principiorũ ſicuti per hanc rationem patet. & fortaſſe ad hunc modũ intellexit Alexander, licet verba eius aliter ſonent.

Non enim ſimile eſt in linea, ubi in diuiſionibus non ſtatur. non fit autem, ut intelligamus, niſi diuiſioni modum poſuerimus: quocirca diuiſiones non enumerabit, qui infinitã tranſit.

Obiectio, quam refellit, eſt, ꝙ ſicuti poteſt cognoſci linea, quæ infinitas diuiſiones habet, ita poteſt cognoſci res, quæ infinitas cauſas continet: non ergo eſt impoſsibile procedere in infinitum in cauſis. Reſpondet ſimilitudinem non valere, qm̃ in linea diuiſiones ſunt potentia infinitæ, at cauſæ, per quas cognoſcimus vel quas cognoſcimus, ſunt actu infinitæ, ſi per eas cognoſcimus, vel ſi eas cognoſcimus. & hoc dicit { Nõ .n. ſimile eſt in linea, vbi in diuiſionibus non ſtatur }.i. quæ eſt diuiſibilis in infinitum: & in re, cuius ſunt cauſæ infinitæ: & rationem reddit Alex. qm̃ in linea ſunt infinitæ diuiſiones poteſtate, qm̃ non tot, quin plures in infinitum: at cauſæ, quibus res cognoſcitur, vel quę ipſæ cognoſcuntur, ſunt actu infinitæ, alioquin vel nõ cognoſcerentur, vel per ipſas res non cognoſceretur. Sed dices, cum linea ſit in infinitum diuiſibilis, qũo intelligitur, niſi infinitas cognouerimus diuiſiones, quibus diuiditur? Quaſi reſpondens, vult lineam intelligi, quatenus eſt actu finita, potentia vero infinita. & ſic intelligendo lineam intelligimus diuiſiones actu finitas, potentia vero infinitas: & dicit { non fit autem, vt intelligamus }.ſ. lineam { niſi diuiſioni modum poſuerimus } hoc eſt niſi per diuiſiones actu finitas, potentia autem infinitas intellexerimus. ex his concludit obiter modum, quo pertranſiť linea, vt reſpondeat ad cauillum Zenonis, & dicit { quocirca diuiſiones }.ſ. actu infinitas { non enumerabit, qui } lineam { infinitam tranſit } nam linea eſt potentia infinita, actu vero finita: & ſic actu ſolum finitum pertranſitur. accepit.n. { infinitam } vt Alexã. inquit, pro infinite diuidua. Ad formam argumenti igitur dico lineam intelligi ſicuti eſt, & qm̃ eſt actu finita, potentia vero infinita, ſic quoque intelligitur. Sed quo nam modo infinitum poſsit intelligi, petendum à dilucidario.

Quinetiam materia in hoc ipſo quod mouetur, intelligatur neceſſe eſt. Et infinito nullum eſt eſſe: ſi autem non, non erit infinitum ipſi infinito eſſe. TEX. 12.

Hic textus eſt obſcuriſsimus, & nullus expoſitorũ aperte exponit. quare cum Alexan. dico, ꝙ, cum Ariſt. accepiſſet in ratione proxima infinitum cognitioni ſua pte natura eſſe ineptum, nunc hoc probat argumẽto ſumpto à materia: quæ ſua natura infinita eſſe videtur, & ignota. Quòd autem materia ſit infinita, patet: qm̃, cum ex propria natura ſit informis, ac ſine vllo proprio fine, dubio procul infinita videtur. & propterea ipſa per ſe non eſt ſcibilis, ſed, vt Plato ait, ſpuria ratione cognoſcibilis. Ariſt. vero in phyſicis eã proportione cognoſcibilem affirmat, vnde in ſcriptura Alex. dicit { Quin etiam } ſubaudi bene dictum eſt infinitum nõ eſſe ſuapte natnra intelligibile, qm̃ { materia } quæ eſt infinita { hoc ipſo, quod mouetur, intelligatur neceſſe eſt } non autem ſuapte natura, materia.n. per ſe non intelligitur præ ſua infinitudine, ſed quo ſubiicitur motui, & tranſmutationi: & ſic patet infinitum non per ſe intelligi, ſed per accidens, atque ratione alterius. Secũdo idem probat ſic, omne, quod intelligitur, habet eſſe cui addit minorem, & dicit { & infinito nullũ eſt eſſe } igitur infinitum non intelligitur. ſupponit autem ex tertio phyſicæ auſcultationis infinito nullum competere eſſe, nullamq; competere formam ac rationem. Sed poſſet dicere quis infinito competere eſſe & rationem contra obiicit, qm̃ ſi infinito competit eſſe, ac ratio, illud eſſe, vel ratio, non eſt quid infinitum, vt ex tertio libro phyſicæ auſcultationis perſpicuum eſt. ſed eſt rõ, & eſſe finiti, per quam intelligitur tam finitum, q̃ infinitũ, veluti per rationem ſoni percipimus ſonum: & ſilentium: & hoc dicit { ſi autem non }.ſ. eſt ita, vt dictum eſt, ꝙ infinito non competat eſſe & ratio, ſed potius ita eſt, ꝙ infinitum habeat eſſe, & rationem: cõtra obiicit, & dicit, ſi infinito competit eſſe, & ratio { non erit infinitum ipſi infinito eſſe } & ratio, ſed potius finitum, nam finitum eſt ſui & contrarij iudex, & oppoſitiuum: veluti ſonus eſt ſui & ſilentij iudex. Qua rõne patet verbum illud { ſi autem non } habere uim affirmandi, q.d. { Si } autem aliquod. ſ. infinito ipſi ſit eſſe, cũ vero dixit { hoc ipſo, qđ mouetur } in ſcriptura Alex. ſic dicitur. noſtra vero ſic legitur, ἐγκινουμένῳ, Alexan. tamen dixit eundem eſſe ſenſum. Quidam tñ { materiã mobilem } ſcribunt. quam ſcripturam Alexan. ennitiť adaptare multis, & obſcuris additionibus, quæ mihi neceſſariæ non videntur. Prætermiſit vero Ariſt. vt Alex. inquit, probare efficientes cauſas non eſſe infinitas tãquam perſpicuum, quia ſi effectus nõ ſunt infiniti ſpecie, ſed reciprocantur, certe multo minus cauſæ ipſorum effectrices infinitæ erunt.

Atqui, ſi infinitæ etiam eſſent multitudine ſpecies cauſarũ, neque hoc pacto rerum cognitionem conſequi poſſemus. Tunc enim ſcire arbitramur, cum cauſas cognouerimus: Fieri autẽ nequit, ut in tempore finito, id quod additione infinitum eſt, pertranſeamus. TEX. 13.

Cum

Cum ſibi propoſuiſſet demonſtrare cauſas non eſſe infinitas, neq; in rectum, neq; ſecundum ſpeciem, & docuiſſet nõ eſſe infinitas in rectum, neq; ſurſum, neq; deorſum, nunc demonſtrat, neque ſpecie cauſas infinitas eſſe poſſe, iacto fundamento, videlicet ſuperius aſsignato, ꝙ actu infinita cognoſci non poſsint: nam ſpecie infinita dubio procul actu infinita ſunt, ac proinde cognoſci nequeũt. Quòd ſi cauſæ, hoc eſt principia, hoc ipſo quod ſpecie infinita ſint cognoſci nequeant, ne illa quidem cognoſci poterunt, quæ ex ipſis ſiunt. Tunc enim aliquid cognoſcere putamus, cum ipſius cauſas cognoſcimus omnes, per quas cognoſci poteſt: quo fit, vt ſi cauſarũ huiuſmodi infinitudo detur, ſublata principiorum cognitione, ſcientia de medio tolletur. vnde dicit { Atqui, ſi ſpecies cauſarum etiam eſſent multitudine infinitæ, neq; hoc pacto rerũ cognitionem conſequi poſſemus } potiſsimum earũ, quæ omnes cauſas habent, & quæ per omnes cauſas ſciri poſſunt. probat conſequentiam, & dicit { tunc.n. ſcire arbitramur, cum cauſas cognoſcimus: ſed fieri nequit, vt in tempore finito, id, quod additione infinitum eſt, pertranſeamus }.i. percurrendo cognoſcamus. ergo rerum cognitionem conſequi non poſſumus. vnde ſyllogiſmus hypotheticus hoc pacto procedit, ſi cauſarum ſpecies multitudine infinitæ ſunt, non poſſunt pertranſiri: ſi non poſſunt pertranſiri, nõ poſſunt pertranſeundo cognoſci: ſi non poſſunt pertranſeundo cognoſci, res, quæ ſunt per illas, non poterũt ſciri. Quare è medio tolletur rerum, quæ ſunt per cauſas, ſcientia. & cum dicit { id quod infinitum eſt additione } intelligit actu infinitum. eſt.n. vt Alex. inquit, actu infinitum, cuius ſemper eſt aliquid præterea ſumere, & in quo quicquid acceperis, aliquid extra ſemper ſupereſt. quod igitur ad hunc modum eſt infinitũ non poteſt tempore finito pertranſiri. nam quod actu finitum eſt, potentia autem & diuiſione infinitum, id tempore finito pertranſiri poteſt: quod actu, & additione id non poteſt, quoniam ſemper comprehenſo, & intellecto aliquid aliud adiicitur. ſi ergo intellectus, quæ intelligit, ea tempore finito intelligit, pertrãſitq; infinita vero tempore finito pertranſiri, ac intelligi nequit, infinita profecto pertranſiri, & intelligi nequeũt: quia ſemper acceptis, & intellectis aliquid adijcitur. ꝙ ſi ita ſit, profecto intellectus infinita intelligere nullo modo poteſt. nam, ſi intellectus intelligere nõ poteſt infinita tempore finito, nec tempore infinito eadẽ intelligere poterit, qm̃ nec res infinitæ, nec tempus infinitum pertranſiri poteſt. Recte ergo dictum eſt, ſi cauſæ ſpecie ſunt infinitæ, ſcientiã è medio tolli. Alex. enititur alia via idem demonſtrare, quæ cum ſit logica, bona fronte relinquenda eſt legentibus. Auerroes, qui ferè ſemper perperam verba Ariſt. exponit, putat Ariſt. declarare non eſſe infinitas cauſas, aut ſecundum diuerſas ſpecies, aut ſm eandem ſpeciem. Et errat, qm̃ ſuperius probauit non eſſe infinitas cauſas in eodẽ genere, quod Ariſt. appellauit in rectum, nec ſurſum, nec deorſum: quare non poteſt intelligere niſi ſm ſpeciẽ: quod omnes expoſitores, & Alex. aſſerunt. Secundo dicit intellectum poſſe intelligere infinita cognoſcẽdo vniuerſale, nam qui cognoſcit hanc vniuerſalem, omnis homo eſt animal, cognoſcit infinitos homines eſſe animal, non quidem actu, ſed potentia: qm̃ vniuerſale, ſiue vniuerſalis propoſitio comprehendit res infinitas non actu, ſed potentia: & hoc eſt quod Auerroes ait Tertio de Anima, cum nos dicit per intellectum materialem iudicare in finita in propoſitione vniuerſali. verũ hæc petenda ſunt à dilucidario.

Qua Auerro. Comm. 13.

Comm. 19.

CAP. III.

Varij veritatis auditores deſcribuntur: Et qui nam eſſe debeant ueritatis auditores ueri oſtendit.

AVSCVLTATIONES *autem per conſuetudines fiunt. nam ut conſueuimus, ita dici cenſemus. & ea, quæ præter illas ſunt, non ſimilia, ſed ob inſolentiam ignota nobis, alienaque magis uidentur. Quod enim conſuetum, notius eſt.*

Cum declaraſſet difficultatem, quæ accidit circa contemplationem veritatis, etiam ꝙ ad Metaphyſicã ſpectet eiuſmodi veritatis contemplatio, nunc vult oſtendere modum acquirendi eiuſmodi veritatem. At ſm Alex. Ariſt. his verbis docet, qui harum contemplationum auditores eſſe poſsint, aſſerens eos, qui difficultatem acquirendæ veritatis ſuperare volunt, oportere eſſe & peritos.ſ. in logica, & diligentiſsime ſe exercere. Ad quod oſtendendũ præmittit virtutem conſuetudinis: primo, videlicet quantum conferat conſuetudo pro acquirenda veritate. nam ex hoc patebit exercitationem magnum præbere momentum ad acquirẽdam veritatem, atq; ad ſuperandam difficultatẽ acquirendi veritatem: & dicit { Auſcultationes autem per conſuetudines fiunt }, ſ. hominibus. Cuius rationem affert, & dicit { nam, vt conſueuimus, ita dici cenſemus }.i. nam ea, quæ ſunt nobis cõſueta, & in quibus educati ſumus, libentius audimus, & ſuſcipimus: & ſic videtur nobis dignum debere dici, & non aliter { & ea quæ præter illas }, ſ. conſuetudines { ſunt, nõ ſimilia }.i. conuenientia nobis { ſed ob inſolentiam } atque inſuetudinem { ignota nobis, alienaq; magis videntur } & peregrina. cuius cauſam aſsignat, & dicit { quod.n. conſuetum }, ſ. nobis { eſt } id nobis.ſ. { notius eſt } nõ autem ſimpliciter. Cauſa vero eſt, qm̃ conſuetudo eſt altera natura. Inclinat.n. vt ſecũdo Ethicorum dicitur per modum naturæ: hac ratione fit, vt eis conſentiamus, quibus habitu inclinamur: ea quoq; nobis notiora, quæ ſecundum noſtrum habitum ſunt. verbi cauſa, peripatetici, qui in doctrina Ariſtotelis ſunt educati à cunabulis, nihil libenter audiunt, nihilq; ſuſcipiunt, quod doctrinę Ariſtotelis aduerſatur, illudq; grato animo ſuſcipiunt, quod eius doctrinæ conſonum eſt.

Auerroes autem ferè ſemper delirus arbitratur Ariſtotelem in præſenti loco velle declarare ea, quæ impediunt ſcire veritatem, quã perdifficilem acquiſitu eſſe probauit: aſſerens ex ſummis impedimentis eſſe conſuetudinem à pueritia, qua homines aſſueſcũt in rebus legum. dicit hanc conſuetudinem eſſe ex maximis impedimentis ad ſciendam veritatem, potiſsimum in hac ſcientia: in qua enumerantur plures opiniones, quæ ſunt veluti radices, & fundamenta legum, vt qđ Deus ſit, quod ſit intelligẽs, & volens, & mũdi cauſa, & ſummum bonum, & optimum, & gubernator, & rector mundi, & reliqua, quæ ponuntur in legibus, non vt homines, qui viuunt, illis legibus ſciãt, ſed vt boni fiãt. Lex.n. non eſt, vt ſciamus, ſed, vt boni fiamus. Et aſsignat cauſam ex eo, quia perfectio hominum non acquiritur, niſi per congregationes .i. niſi homines fuerint in ciuitatibus, & congregatio .i. ciuitas non erit

Qua Auer. Commen. 14.

perfecta niſi propter bonitatem, & non propter ſciẽtiam. Quare, vt homines ſint boni, neceſſarium eſt, non autem vt ſciant. recte ergo dicitur radices, quæ accipiuntur ex hac ſcientia, eſſe poſitas in legibus, nõ, vt homines, qui viuunt legibus, ſciant, ſed vt boni fiãt. De quibus legibus loquatur Auerroes, nõ eſt planum. quod tamen radices hinc acceptæ ponantur in legibus Plato tertio libro de legibus expoſuit, qui propterea leges ciuiles datas eſſe hominibus demonſtrat, quia Deus eſt, & quia eſt optimus, & prouidens, & mundi & ciuitatum rector, & gubernator, & legum hominibus donator, & promulgator. Puto tamen Auerroem, vt delirus eſt in exponẽdis verbis Ariſtotelis, ita delirum eſſe in his, quæ hic dicit. videbat enim legem Mahumetanam ab homine eſſe propter deliria, quæ in ea eſſe cognoſcebat, ſic cæteras datas eſſe ab hominib⁹ putabat, non aduertens moralia, quæ in aliis legibus habentur, eſſe irreprenſibilia, atque diuinitus miſſa, credita vero ſupernaturalia, & per ſanctiſsimos viros probata, atque nobis tradita. Verum hæc petenda ſunt a noſtris Theologicis.

Quantam autem uim habeant ea, quæ conſueta ſunt nobis, leges ipſæ declarant, in quibus circa fabuloſa & puerilia conſuetudo magis quàm ueritas poteſt.

Cum propoſuiſſet virtutem conſuetudinis, nunc quam vim habeat conſuetudo docet argumento legũ & dicit { Quantam autem vim habeant ea, quæ cõſueta ſunt nobis, leges ipſæ declarant, in quibus circa fabuloſa & puerilia } quæ ſubaudi in eis traduntur { conſuetudo magis quam veritas poteſt. } Auerroes ſemper delirus Ariſtotelem putat eſſe locutum de legibus, quæ tangunt religionem, propterea dicit, & hoc non accidit tm̃ in legibus, ſed in primis cognitis .i. in primis principiis, ſicut accidit hominibus, qui in principio audierunt ſcientiam loquentium. Iſti .n. propter conſuetudinem negant naturam .i. agẽs naturale eſſe, quia dicunt omnia facere Deum, & etiam negant veritatẽ, quæ habetur in hac ſcientia, & negant etiam neceſſarium eſſe, & ponunt omnia eſſe poſsibilia preter Deũ. Quam rem videtur probare Alexander, cum dicit, multa .n. fabuloſa à legum latoribus ſtatuuntur, qm̃ ſic ea credit ex vſu eſt, quibus fides ab iis, qui legi parent, habetur, qm̃ his audiendis aſſueſcunt, vt aliquos eſſe terrigenas, qui è terra nati fuerint. & alios ſparſis dentibus eſſe procreatos, ac proinde pro terra matre pugnare oportere, vel Deos de ipſa condidiſſe. Ego autẽ cum diuo Expoſitore, puto Ariſtotelem de legibus ciuilibus, quæ ab hominibus traduntur ad regendas ciuitates, locutum eſſe. cauſa eſt, qm̃ qui inuenerũt eas, nonnulla, vt hominum mentes retraherentur à malis, & prouocarentur ad bona pro differentia gentiũ, atq; nationum, in ſuis legibus tradiderunt, & quanuis cõplura eorum eſſent fabuloſa & puerilia, tamen homines à cunabilis audientes magis probant quam veritatis cognitionem. non autem potuit loqui de lege diuinitus data, primo, quia nec Hebraicam, nec Chriſtianã ad eius aures perueniſſe legimus. Chriſtianam quidem non, qm̃ compluribus annis poſt Ariſtotelem diuinitus tradita eſt. Hebraicam vero minime, qm̃ eius nec in moralibus, nec in naturalibus vnquam meminit, qui meminiſſe potuerit. deinde quia lex diuinitus data ordinat hominem ad veram beatitudinem, cui omnis falſitas repugnat, vnde in lege Dei nulla falſitas continetur. Quare Ariſtoteles de ciuilibus legibus locutus eſt, & ſi, vt Alexander dicit, locutus eſt de legibus, q̃ religionem tangunt, non de ijs legibus, quæ a Deo traduntur, loquitur, in cuius verbo non poteſt eſſe mẽdacium, nec fabuloſi quicquam: ſed de illis, quæ tradebantur à gentilibus, quæ fictæ cogitationes erant, atq; gentibus promulgatæ, vt per eas homines viuere poſſint ciuiliter: de quibus Euſebius Pamphilus eo libro, quem de Euangelica præparatione ſcripſit, & Lactantius Firmianus libro ſuarum inſtitutionum, & Aurelius libro de ciuitate Dei, complura tradunt, quæ prætermiſimus tanquam aliena a præſenti conſideratione. illud tamen te nolo ignorare errorem Auerrois ortum eſſe ex eo, quia putauit omnes leges tam ciuiles, quã quæ pertinent ad religionẽ, eſſe datas nobis ab hominibus, nullaſq; ab ipſo Deo. & mentitus eſt, nam lex Moſaica per ora eorum data, eſt qui numine fuerũt afflati: noſtra vero per os veri filij Dei, quæ cum dirigat ad veram beatitudinẽ, nihil niſi verum continet.

Quæ Auer. Com. 14.

Quidam igitur, niſi quiſpiam mathematice dicat, non acceptant eos, qui dicunt. TEX. 15.

His oſtenſis, & per hæc vi conſuetudinis explicata, auditorum exponit differentias: quibus inter ſe propter conſuetudinem differunt. & primo exponit auditores ex differentia conſuetudinum in doctrinis, & dicit { Quidam igitur } .ſ. qui ſunt mathematibus aſſueti { niſi quiſpiam } aut præceptor, aut condiſputans, aut quouis alio modo ſyllogizans { mathematice dicat, nõ acceptant eos, qui dicunt } nec aliter quam demõſtrationes mathematice explicatas admittunt. Expoſitor ait hoc euenire poſſe propter conſuetudinem, quæ eſt ſimillima naturæ. etiam propter indiſpoſitionem contractam ex principijs naturalibus. nam quidam à natura habent pollentem imaginationem, qui intellectum non multum eleuatum habẽt. Ariſtoteles tamen ad cõſuetudinẽ animaduertit, quoniam de illa locutus eſt.

Modi conſuetudinem ſequentes, quibus diuerſi diuerſimode ueritatẽ ipſam ſuſcipiunt.

Auerroes vero quaſi ſemper delirus dicit ſic, vult declarare in hoc capitulo, qđ accidit hominibus in ſciẽtiis propter diuerſitatem naturæ, & propter paucitatẽ inſtructionis in logica. & errat, qm̃ Ariſtoteles de ipſa natura nullam fecit mentionem. & propterea cũ Ale. & expoſitoribus dicendum puto melius, Ariſtotelem exponere auditorum differentias, quibus inter ſe propter cõſuetudinem differunt. nam conſuetudinis meminit. Secundo dicit eos, qui non acceptant libenter, niſi demonſtrationes mathematicas euenire, tum quia parum eruditi ſunt in logica, tum etiam propter naturã, quam habilem habent ad mathemata.

Quæ Auer. Commen. 15.

Quidam niſi per exempla dicatur, non approbant.

Hic ſecundo exponit differentiam auditorũ ex parte rationum, quibus diſcunt, vel diſciplinantur, & dicit { Quidam niſi per exempla dicatur, non approbãt } quę audiunt. venit autem appellatione exempli inductio, quæ eſt plura exempla. quæ res non tantum propter cõſuetudinem euenit, qua per exempla diſcere conſueuerunt, ſed, vt Expoſitor inquit, propter naturam. nam ex principijs generationis habent vim ſenſitiuam prędominantem parti intellectuali.

Vnde Auerroes eodem commento, & hoc etiã accidit propter naturam in eis, in quibus virtus imaginaria dominatur ſupra virtutem cogitariam. & ideo videmus eos nõ credere demõſtrationibus niſi imaginatio comitetur

comitetur eas,non.n.poſſunt credere plenum eſſe,aut vacuũ, aut tẽpus extra mũdum.neq; credere hęc entia eſſe nõ corpora,neq; in loco,neq; in tẽpore: & hoc accidit multis cõſiderantibus in philoſophia Auicennæ. & iſta attribuunť ei,ſed nõ eſt verum qđ fuerint eius.

Sunt & qui poetam teſtem adducendum eſſe cenſent.

Tertio narrat eos, qui poematis gaudent, & in his ætatẽ conſumpſerũt. hi.n.diſputantes ferre nequeũt, niſi poetã quempiam dictorum teſtẽ adhibuerint, & dicit {Sunt & qui poetã teſtem adducendum eſſe cenſent} & appellatione poetæ venit author quiuis. hoc aũt,vt Expoſitor inquit,vltra conſuetudinem, qua euenire poteſt,euenire põt ex ipſa natura. nam aliqui à natura gignuntur iudicio imbecilles. Ideo nõ ſtantes ſuo iudicio, poſcunt iudiciũ alicui⁹ authoris celeberrimi.

Vnde Auerroes eodem cõmẽto aſsignans huius rei cauſam,dicit,multi.n.hominum poſſunt pertranſire ſermones probabiles,& hi cum concedunt prima intellecta,non concedunt ea,niſi inquantum ſunt probabilia,ita quod ſi acciderit,vt cõtraria eorum ſint ꝓbabilia,negabunt ea: ſicut accidit loquentibus, qui negant eſſe impoſsibile aliquid gigni ex nihilo,licet propoſitio ſit cõceſſa ab omnibus.ſ.quod impoſsibile eſt magnitudinem ex non magnitudine fieri. ita quod vidi multos homines dantes ſe philoſophiæ, qui negabant illam propoſitionem eſſe primam, ſimiliter etiã negabant formas ſpecificas eſſe proprias materiis neceſſario. adeo quod Auicenna cum ſuo nomine in philoſophia dicit hominem generari ex terra eſſe poſsibile, ſicut murem,& alia multa,quæ dicuntur.hæc Auerroes,in quibus ſunt plura errata q̃ verba.Illud.n.quod ait,eſſe impoſsibile aliquid fieri ex nihilo,mentiť.nam licet nihil fiat ex nihilo per generationem,tñ Ariſtoteles conceſsit aliquid fieri ex nihilo per creationem. nã ſm Ariſtotelem mundi author eſt Deus,& non per generationem,ergo per creationem. Præterea rationalis anima fit in corpore, & non per generationem, vt ipſe demonſtrat libro de generatione animalium,ergo per creationem. authores etiam, qui creationem aſſerũt, ſunt longe fide digniores ipſo Auerroe, qui eam floccifacit.quare qui creationem aſſerũt,ſunt omnino veridici, qui vero negant, de quorum numero eſt ipſe, ſunt loquentes. Id vero, quod dicit de homine, ſi Auicenna intellexit quo ad corpus,& ad animam, Auerroes fortaſſe recte dixit. ſed ſi intellexit animam primi hominis fuiſſe ab ipſo Deo,corpus vero formatum de limo terræ, vt ſcriptura intelligit, Auicẽna recte dicit, & Auerroes mentitur. Hactenus de tertia differentia.

Calculũ μικρολογίαν. Cura rerũ vilium. Minutarũ rerũ rationem.

Item Alij quidem omnia exacte dici uolunt, alij autem moleſta eſt exacta doctrina,aut quia ſequi non poſſunt,aut propter calculum: habet.n.quid tale ipſa exacta doctrina. quare quibuſdam ut in pactis, atq; contractibus, ſic & in ſermonibus diligentia illiberale quoddam eſſe uidetur.

Quarto addit quandam contrariã diſpoſitionem in conſuetudinibus, & dicit {Item alij quidẽ omnia}.ſ.q audiunt,& diſcunt {exacte}.i.vſque ad minima, atq; ad minutarum rerum rationẽ {dici volunt} & hoc faciunt,aut ex conſuetudine,aut ex natura,vt dictum eſt in aliis {alijs aũt} contraria.ſ.natura affectis {moleſta eſt exacta doctrina.} & aſsignat rationẽ, & dicit {aut quia ſequi non poſſunt.ſ.præ nimia conſuetudine,quã habuerunt in contemnẽdis his minutis {aut ꝓpter calculum} quod Græce eſt propter micrologiam.i.minutarum rerũ rationem: quã de rebus exiguis eam ipſam eſſe exiſtimant {habet.n.quid tale ipſa exacta doctrina} deſcendit.n.vſq; ad minuta, quod attinet ad calculum.reputantes itaque hanc per minuta diſcuſsionem calculũ,perlibenter fugiunt eam. & concludens cãm, quare quidã eam fugiunt,dicit {quare quibuſdam, vt in pactis} & concordiis {atque contractibus} & conuentionibus videtur ſupple calculum fugiendũ {ſic & in ſermonibus, diligentia videtur eſſe quoddam illiberale} & fugiendũ. verbũ {in pactis atq; contractibus} Græce eſt ἐπὶ τῶν συμβολαιων καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, & Expoſitor exponit in rationibus conuiuiorum: qm̃ ſicut in rationibus conuiuiorum non pertinet ad magnificentiam,vt omnes minutiæ computentur in ratiocinio, ita etiam ſit quædam illiberalitas, ſi homo velit circa cognitionem veritatis etiam minutias diſcutere.

Iſti ſunt ſapiẽtes optimi intellectus,et rationis exiſtentes,omnia,& ſingula iudicare apti ſunt, et circa omnia ratiocinari.

Auerroes autem eodem commento aſsignat tres cãs,dicens fugere exactam doctrinã cõtingere hominibus, aut quia intellectus eorũ non poteſt retinere & percipere ipſam, quod propter hãc cauſam diſcere nõ poſſunt: aut propter ſegnitiem,& hebetudinem: aut propter deceptionem,quæ eis accidit, cum aſsimilent diſputationem mercaturæ,putantes proteruire in ſermone eſſe malum, ſicut propter vire in mercatura eſt malum. ego vero primam expoſitionem probo,quoniam eſt Alexandri.

Iccirco eruditũ eſſe quenq; oportet, quo nam pacto quæq; ſunt acceptanda, quoniã abſurũ eſt ſcientiam ſimul,& ſcientiæ quærere modũ,ubi ne alterum quidem conſequi facile eſt.

Ex iis quæ dixit,cõcludit,qualis debeat eſſe, qui inquirit veritatem,& vult,ꝙ antequam accedat ad ſcientiam veritatis, & ad illius inquiſitionem,debet eſſe Logicus,& dicit {Iccirco eruditum}.i.Logicũ {eſſe quenque oportet} vt.ſ.cognoſcat {quo nam pacto quæq; ſunt acceptanda}.i.concedenda,vel neganda,cũ ꝓponuntur in inquiſitione veritatis. Quibus verbis ſignificat in reſolutoriis, & omnino in logicis prius exerceri oportere, ac demonſtrationum modos præcognoſcere,& rationum concluſiones. nam his præhabitis, facile eſt tranſire ad inquiſitionem veritatis. Alexan. arbitratur hoc tantundem eſſe,ac id,quod prẹcepit in Ethicis, periti hominis eſſe exactum ipſum eatenus in vnoquoq; genere flagitare, quatenus fert ipſius rei natura,noſſeq; quo quiſq; modo p̃cepta debeat audire. Ego vero puto p̃ceptum hoc eſſe oĩno diſsimile ei,qđ ponitur in Ethicis. nam illud attinet ad vſum rationũ, quibus vtitur moralis philoſophus,hoc attinet ad peritiam, quã in Logica debet ꝑhabere, qui q̃rit veritatẽ. & quod ita ſit,eius quod dixit,aſsignat rõnem, & dicit {qm̃ abſurdũ eſt ſcientiam ſimul,& ſcientiæ q̃rere modum}quo.ſ.ipſa ſcientia gignatur,& comparetur indagare. & per modum ſcientiæ, quidã intelligunt logicã. quã ſimul cum ſcientia diſcere eſt difficile {vbi ne alterũ quidem}.ſ.ſeorſum {cõſequi facile eſt} quanto difficile erit ſcire ea ſimul.hac ratione fit, vt qui q̃rit ſcientiam,prius q̃rat logicam, quæ tradit communem modum ꝓcedendi in oĩbus ſcientiis. nã modus ꝓcedendi ꝓprius in ſcientiis ſingulis circa principiũ tradi debet.

Quę Auerro. eodem com.

Auerroes vero aſſerit eſſe neceſſe, vt homo inſtruať in cognitione viæ cuiuſlibet rei, quam vult declarare aliis,vel diſcere ab alijs. cuius rationem ſubdit Auerr. per diſtinctionem, quã affert de ipſa logica,quod Lo-

Logica commu-nis, & ppria. gica quædam ſit vniuerſalis omnibus ſcientiis, de qua agitur in propriis libris Logicæ: quædam propria, & applicata cuique ſcientiæ, quæ proponitur quaſi ſemper in principio rei diſſerendæ. hinc euenit, vt nõ poſſit aliquis eſſe inſtructus in aliqua arte, niſi prius fuerit eruditus in vniuerſali, & propria Logica. Propterea Ariſtoteles præcepit, vt nemo ſimul Logicam diſcat, & ſcientiã, cuius eſt modus ſciendi: quoniam nec hanc diſcet, nec illam. qm̃ malum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum, quo illa declaratur. hoc enim eſt ſimile ei, qui vult homines curare, & ſimul diſcit artem curandi. ſicut de quodam dicitur medico, ꝙ cum ad infirmum acceſsiſſet, & propinaſſet iam medicinam ei, poſtquã mortuus eſt infirmus, inſpexit librũ. nec ob aliud, niſi qa ſimul diſcebat artẽ medẽdi, & medebaẗ.

TEX. 16. *Exacta diſcuſſio.* ἀκριβολογία. *Mathematicorum autem exacta diſcuſſio non in uniuerſis eſt flagitanda, ſed in ijs duntaxat, quæ materia uacant: quapropter modus ille non naturalis eſſe uidetur. uniuerſa nanque natura fere materiam habet.*

Meo iudicio ſe excuſans declarat quales demõſtrationes proſequetur tam in præſenti facultate, quam in Naturali philoſophia. nam rationes, quibus vtiẗ, poſſent videri debiles, propterea ſe excuſando illud dicit, quod in libro Ethicorum primo tradit, dum rationes, quo modo eſſent accipiendæ, doceret, aſſerens ſimile eſſe mathematicum ſuadentem ferre, & ab oratore demonſtrationes poſtulare: id hoc in loco confirmans, dicit {Mathematicorum autem} ἀκριβολογία .i. {exacta diſcuſsio, non in vniuerſis eſt flagitanda} & p acribologiam intelligit exactum genus demonſtrationũ. nam, vt Alexander inquit, rationes mathematicorum, quæ de rebus immaterialibus habentur, non ſunt naturales: neq;.n. tam exquiſitam rationem res naturales capiunt, vt quibus ad eſt materia. & propterea dicit {ſed iis duntaxat, quæ materia vacant} qualia ſunt, vt Alexander exponit, mathematica, quæ ſunt abſtracta à materia. hæc.n. exquiſitum demonſtrationis genus deſiderant. propterea concludens dicit {quapropter modus ille} ſiue, vt in alia Alexandri ſcriptura habetur, {ratio illa} ſubaudi, qua mathematici vtũtur in talibus abſtractis {non naturalis eſſe videtur} qm̃ applicatur rebus abſtractis à materia, quales nõ ſunt res naturales {vniuerſa nanq; natura} cui applicat Philoſophus Naturalis demonſtrationes ſuas {fere materiã habet} Expoſitor autẽ dicit efficaciam rationum mathematicarum nõ eſſe requirendã in omnibus rebus, de quibus ſunt ſcientiæ, ſed debet requiri ſolum in mathematicis, quæ materiam non habent. non.n. in iis, q̃ habent materiam, quoniam ſubiecta ſunt motui, & variationi, & ideo in eis omnimoda certitudo haberi nõ poteſt. quæritur.n. in eis non quid ſemper ſit, & ex neceſsitate, ſed quid ſit vt in pluribus. nec in ijs quæri poteſt, quæ ſimpliciter, atq; per eſſentiam ſunt immaterialia, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, nã licet ſint certiſsima, qm̃ ſunt immobilia, tamẽ nobis certa non ſunt propter defectum noſtri intellectus. Quare efficacia demonſtrationũ ſolũ in mathematicis eſt perquirẽda, nã licet ſint abſtracta, tñ intellectũ nr̃m non excedunt.

Quæ Auerr. Comm. 16. Auerroes aũt fortaſſe melius rem hanc exponens, dicit, & non oportet hominẽ quærere, vt modus fidei in demõſtrationibus naturalibus ſit ſicut modus fidei in mathematicis. cuius rationem ſubdit, & dicit, demonſtrationes.n. mathematicæ ſunt in primo ordine certitudinis, & demonſtrationes naturales conſequuntur eas in hoc. Et vlterius cauſam afferens dicit, certitudo.n. diuerſatur in eadem ſcientia: verbi gratia ſm̃ demonſtrationem ſimpliciter, & ſecundum demonſtrationem quia, & cum diuerſatur in eadem ſcientia, magis diuerſatur in ſcientiis diuerſis ſecundum genus. Auerroes ergo verius rationem affert, quare demonſtrationes mathematicæ ſint potiores naturalibus, & metaphyſicis. quoniam demonſtrationes mathematicæ ſunt demonſtrationes ſimpliciter, videlicet quarũ media ſunt nota nobis, cum ſint ſenſibilia, & naturæ, cum ſint cauſæ, at demonſtrationes naturales, & metaphyſicæ ſunt demonſtrationes quia in primo proceſſu, quarum media ſunt nota nobis tantum. non ergo ſunt efficaciores quantum ad res ſubiectas, ſed quantum ad modum procedendi. dixit autem {fere} vt Expoſitor inquit, propter corpora cœleſtia, quæ ſunt in vniuerſa natura, & non habent materiam, niſi æquiuoce. Auerroes autem dixit Ariſtotelem addidiſſe {fere} ꝓpter intellectum materialem, nã de eo eſt conſideratio naturalis, & tamen eſt abſtractus à materia. deinde mouet dubitationem, quia non ſolum intellectus materialis eſt abſtractus, & vltima hominis perfectio, ſed etiam intelligentiæ, quoniã illæ ſunt vltimæ perfectiones corporum cœleſtium: ſicuti intellectus materialis. propterea aliter dicit, ꝙ videlicet Ariſtoteles dixit fere non propter intellectus ipſos, ſed propter corpora ipſa cœleſtia, quæ comparatione corporum generabilium, videntur minus naturalia, & carere materia.

Quamobrem primum quid ſit natura cõſiderare oportet: hoc enim pacto & quibus de rebus eſt ſcientia Naturalis, & ſi unius facultatis, an plurium ſit cauſas principiaq; contemplari, patebit.

Cum declaraſſet modum demonſtrandi mathematicorum nõ conuenire ſcientiæ naturali, ideo nunc affert viam cognoſcendi modum demonſtrandi, qui eſt proprius ſcientiæ naturali, & dicit {Quamobrẽ} ſubaudi ad cognoſcendum modum demonſtrandi, qui eſt proprius Scientiæ Naturali {primũ quid ſit natura conſiderare oportet} deinde exponit ea bona, quæ ex hac conſideratione colligentur, & dicit {hoc.n. pacto}.ſ. poſtquam cognitum erit quid ſit natura {patebit} primo {& quibus de rebus eſt Scientia Naturalis} quoniã de rebus, quæ naturam habent {&} patebit {ſi vnius facultatis, an plurium ſit cauſas, principiaq; contemplari} quibus habitis ſcietur quis modus demonſtrandi conueniat naturali.

Auerroes aũt in calce cõmenti, dicit Scientiam Naturalem declarari per duas perſcrutationes: quarũ vna eſt perſcrutatio de natura quid ſit: & de hac, & de iis, quæ generatim attinent ad hanc, agitur in libris Auſcultatoriis. Secunda vero eſt pſcrutatio de natura cuiuſlibet entis naturalis quid ſit, & hæc diſtribuiẗ per libros Scientiæ Naturalis particulares. Alexander propter finem hunc dicit, hunc librum non pertinere ad Metaphyſicam diſciplinã, vt initio huius annotauimus, ſed eſſe quandam præfationẽ oĩs philoſophiæ contẽplatricis, cuius prima pars quo ad nos eſt naturalis, q̃ q̃lis ſit, & de quibus rebus diſſerat, tũc inueſtigare poterimus, cũ primũ quid ſit natura cõſiderabimus. legit ẽt Alex. & aliter, q̃ cum in principio dicta ſint, de his ſufficiat. *Alexan.*

Libri ſecundi Metaphyſicorum finis.

ARIST-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER TERTIVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione.

CAP. I.

Cauſa dubitationis exponitur.

TEX. I. *NECESSE Eſt ad eam ſcientiam, quam quærimus, ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum opertet. Hæc autem ſunt ea, de quibus aliter quidã exiſtimauerunt, & ſiquid præter illa fuit neglectum; atque omiſſum.*

CVM Secundo libro Ariſtoteles declaraſſe modum conſiderandi ueritatem. nunc proſequitur ueritatis inquiſitionem. profiſciciſcitur autem primo ad dubitationes more diſputantium, poſtea Libro Quarto procedit ad ueritatis inquiſitionẽ more analytici: & præmittens procemium, affert intentionem, & dicit {Neceſſe eſt ad eam ſcientiam, quam quærimus, ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet} ſcientiam, quã quærimus, & de qua nobis eſt ſermo ſuſceptus, ſapientia ipſa eſt: & theologia, quæ ex ordine metaphyſica inſcribitur, quoniam poſterior eſt quo ad nos naturali doctrina. hanc item ſolet primã philoſophiam appellare, quia primarum, nobiliſsimarumq; rerum eſt contemplatrix: quod ipſum eſt in cauſa, ut theologia, i. ſciẽtia de Deo nuncupetur. differit enim potiſsimum de cauſa, & forma, quã ipſam ſubſtantiam à materia prorſus abhorrentem appellare placuit, primumq; Deum, & intellectum appellat. Itaque ad inueſtigationẽ huius ſcientiæ, & eorum, quæ per ipſam inquirentur, neceſſum eſſe ait ea primum commemorare, ac recenſere, de quibus in primis eſt inquirendum: deinde propoſitis ipſarũ rerũ q̃onibus in rem quemadmodũ eſt p̃ſatus, pſequitur, docetq; ad oĩum ſcientiã inueſtigãdam in vniuerſum neceſſe eſſe primũ ea commemorare, de quibus eſt primum differendum. per hæc. n. via eſt ad ea, quæ inuenienda ſcire cupimus: ꝙ ſi ad omnẽ ſcientiam, ad hanc quoque id neceſſarium fuerit. deinde exponit ea, quæ dubitare, ac differere oportet, & dicit {Hæc autem ſunt ea, de quibus aliter quidam exiſtimauerunt, aliter} ideſt incommode ineptеq;. vel apte quidem, ſed perperam. aut ſignificat quæ aliter alii ſenſerint. nam de quibus priores authores diuerſas habuere ſententias, ea maxime dubitantur: & in forma quæſtionum inducentur {& ſiquid præter illa,} ſcilicet quæ veteres aliter ſenſerint {fuit neglectum, atq; omiſſum} etiam adducetur per modum dubitationis: huiuſmodi autem quæſtiones ſe diſputaturum eſſe ſignificat in præſenti libro.

Eſt autem operæprecium bene eos. dubitare, qui conſequi percupiunt facultatem. poſterior enim facultas, ſolutio eſt eorum, quæ prius dubitantur. atque fieri non poteſt, ut uinculum ſoluatur, ſi ignoretur.

Nunc in vniuerſum confirmat, docetq; de re quapiam diſputauimus, vt quæ inquirunt, inueniant, commodum eſſe primum de ipſis quærere ſeu dubitare, quoniam ipſorum facultas, inuentioq;, & confirmatio ex inuentione pendet quæſitorum. Quo vero ad verba attinet, dictio {Et autem,} vt Alexander inquit, commodius haberet, ſi pro {Eſt autem} ſcriptum eſſet {eſt. n.}. ſ. {operæprecium bene eos dubitare, qui conſequi percupiunt facultatem} Verbum εὐπορῆσαι tranſlatum eſt facultatem: quæ nihil aliud eſt quam inuentio, & confirmatio, quę pendet ex inuentione q̃ſitorum. deinde rationes affert, quæ ſecundum Expoſitorem ſunt quatuor, ſed ſiue quatuor, ſiue plures, ſiue pauciores, reddit rationem, & dicit {poſterior. n. facultas} quæ Græce eſt εὐπορία, Latine tum inuẽtio, tum confirmatio, etiam veritatis inueſtigatio {ſolutio eſt eorum, quæ prius dubitantur} ſenſus autem eſt, ſolutio. n. prius quæſitorũ cauſa eſt facultatis poſterius comparandæ. vel ſic, facultas. n. poſterius acquirenda ex ſolutione prius quæſitorum comparatur. Addit autem Alexander Ariſtotelem ab hoc libro propoſitã doctrinam exordiri. de ijs. n. agere orditur, quæ neceſſario ad hic propoſita conducunt, nam quæ in duobus primis dicta ſunt, exordium ipſius eſſe videri poſſunt, & ad conſtituendum ordinem pertinere. quo facto eſt, vt quibuſdam hunc librum doctrinæ metaphyſicæ primum eſſe placuerit. Hanc rationem deinde manifeſtat in ſolutione corporalium ligaminum, quoniam ille, qui ignorat vinculum, ſoluere non poteſt, & dicit {nam fieri non poteſt, vt vinculum ſoluatur, ſi ignoretur} Si. n. quæſitorum inuentio, & confirmatio ex dubitatorum ſolutione pendet, fieri non poteſt, vt quiſpiam vinculum ſoluat, qui ipſum ignorat, ideſt qui quomodo ligatum fuerit, neſcit. nam quomodo per ſcientiam vinculum ſoluas, quod ignoras? quod ſi ita eſt, nec dubitata ſolui poſſunt, ſi quomodo fuerit dubitatum, ignoretur. Quo vero ad verba attinet, dictio {atque fieri non poteſt} legitur ab Alexandro {nam fieri non poteſt} & reliqua, & quidem rectius, quoniam per hæc verba explicatur ratio, quã aſsignauit: vt ſi verbum {nam} nota cãæ eius, quod dixerat. Alexan.

Sed dubitatio mentis id ipſum de re declarat. Quo. n. mens dubitat, eo perſimilis eſt ligatis. fieri enim nequit, ut ulterius hæc, aut illi progrediantur. quapropter difficultates omnes antea contemplari oportet, & horum gratia.

Cum dubitationem vinculũ appellaſſet, dubitationem ad vinculum nunc comparat, & dicit {Sed dubitatio mentis id ipſum} ideſt vinculum {de re declarat} .i. quod in re habetur, manifeſtat. Tum exponit ſimilitudinem dubitationis ad vinculum, & dicit {quo enim mens dubitat, eo perſimilis eſt ligatis} & huius vlterius rationem aſsignans, dicit {fieri enim nequit, vt vlterius hæc} .ſ. mens {aut illi} .ſ. ligati {progrediantur} nam vt vinculũ impedimento eſt, quominus vlterius, & ad deſtinatum locum procedatur, ſic mens dubitatione rei vltra progredi prohibetur. neutro enim modo vltra procedi poteſt. nã nec qui ligatus eſt, nec qui dubitat, progredi valet. qui igitur oportet, vt vinculũ

cognoſcat, qui eſt ipſum ſoluturus, ideo dicit {quapropter difficultates omnes antea conteplari oportet {& horum gratia} ideſt & cauſa eorum, quæ nos ſcire per cupimus: comparantur enim difficultates vinculis.

Etiam quia homines, qui quærunt, ſi primo non dubitauerint, perſimiles ijs ſunt, qui ignorant, quorſum pgere oportet.

Secundam rationem affert in hunc modum, ſicuti viatores ad iter, quo vadut in terminum, ita qui quærunt ad dubitationes, quibus procedunt ad ſcientiam: ſed viatores oportet ſcire iter, quo vadunt ad finem: igitur quærẽtes veritatem oportet ſcire dubitationes, quibus procedunt ad veritatem. dicit {Etiam quia homines, qui quærunt, ſi primo non dubitauerint, ſimiles ijs ſunt, qui ignorant quorſum pergere oportet} hæc fuit minor: quare ſicuti qui neſcit quo pergit, nõ poteſt peruenire ad finẽ itineris, niſi temere, caſuue, ſic nemo põt recte veritatẽ inquirere, niſi pdubitauerit, dubitationesq; pcognoſcat, quibus itur ad veritatem.

Inſuper etiam neque ſi id, quod quæritur, inuenerit tandẽ necne, diſcernere poſſunt. finis enim ijs quidem non patet. at ei, qui antea bene dubitauit, manifeſtum eſt.

Aſsignat tertiam rationem: quæ talis eſt, qui nõ poteſt quod quæritur, cum inuenerit, diſcernere ſine præcedenti dubitatione, debet antequam inuenerit, dubitare: ſed inquiſitor veritatis nõ poteſt, quod quęritur, cum inuenerit diſcernere abſque præcedenti dubitatione: igitur inquiſitor veritatis debet antequam inuenerit, prædubitare. De ratione tangit minorem, & dicit {Inſuper etiam} qui ſubaudi non prædubitauerint {neque ſi id, duod quæritur, inuenerint tandẽ necne, diſcernere poſſunt} hæc eſt minor, cuius rationẽ ſubdit, & dicit {Finis.n.ijs quidem non patet} ſcilicet qui non prædubitauerint {at ei, qui antea bene dubitauit} finis {manifeſtus eſt} dixit {qui antea bene} quia qui antea non bene dubitauit, ſed extra propoſitum, etiam finis non patet, cum inuenerit. per quæ patet minor.

Præterea melius ad iudicandum affectum eum eſſe neceſſe eſt, qui rationes etiam contendentes omnes, perinde atque aduerſarios audiuit.

Quarto argumẽtatur, ſicuti ſe habet iudex ad actorem & reum, ita ſapiens in rebus inueſtigandis: ſed iudex is fert rectius iudicium, qui & actorem & reũ, non alterum ſolum audierit: igitur in rebus inueſtigandis is ſapienter iudicabit, qui omnia, quę dubitari poſſunt, & dici ad confirmationem ipſorum, poſitionem præcurrerit, atq; ſoluerit. De ratione affert minorem, & dicit {Præterea melius ad iudicandum affectum eum eſſe neceſſe eſt, qui rationes etiã contendentes omnes} .ſ.pro vtraq; parte {perinde atque aduerſarios} .ſ.actorem & reum {audiuit} & hæc fuit minor. quare in rebus inueſtigandis is ſapienter iudicabit, qui omnia, q̃ dubitari poſſunt, & dici ad confirmationem ipſorum & poſitionem percurrerit, atque ſoluerit.

Quæ Auer. Com. 1. Auerroes vero in commento huius partis præmittit intentionem Ariſtotelis in præſenti libro, aſſerens Ariſtotelem intendere inducere ſermones diſputatiuos, ideſt dialecticos, qui affirmant, & deſtruunt idẽ in omnibus, quibus huius ſcientiæ, ideſt qui ſunt pro vtraque parte. Probat autem hanc intentionem Auerroes ex conſuetudine Ariſtotelis, quæ eſt in omnibus ſcientiis circa quæſtiones difficiles, tum quia quæſtiones difficiles præ ſua difficultate habent ſermones diſputatiuos, ideſt dialecticos pro vtraq; parte, tum etiã, quia nullus earum difficultatem ſcire poteſt, niſi ſciat eam per ſermones diſputatiuos, qui ſunt pro vtraque parte. Deinde aſsignat differentiam inter vſum, quem ſeruat in naturali ſcientia, atque in particularibus, & quem ſeruat in hac ſcientia, aſſerens Ariſtotelem cognouiſſe meliorem doctrinam eſſe, quæ ponit diſputatiuam perſcrutationem in ſingulis quęſtionibus, quando intendit eam quæſtionem differere, quam colligere omnes quæſtiones in vnum. At in hoc libro ſermones diſputatiuos ponit in omnibus quæſtionibus difficilibus, quæ ſunt in hac facultate, vno libro collectas, deinde ſoluit inducendo demonſtrationes proprias cuiq; quæſtioni in loco conuenienti ex locis huius ſcientiæ. deinde aſsignat cauſam differentiæ, ex eo, quia communicat ſcientiæ diſputatiuæ in vniuerſalitate cõſiderationis, Dialectica videlicet & Metaphyſica. nã ſubiectum vtriuſque ſcientiæ eſt idem, ſ.ens ſimpliciter. Dialectica.n.& metaphyſica vtraq; de ente ſimpliciter agit tanq̃ de ſubiecto: quare quæſtiones pertractandæ debent colligi in vno libro tanquàm pars per ſe in hac ſcientia, & ante ſermones demonſtratiuos, quoniam natura ſermonum diſputatiuorum facit, vt præcedant demonſtratiuos, potiſsimum qui fiunt ad excitandum: nam qui fiunt ad confirmandũ, ponuntur poſt demonſtratiuos. ſic igitur, quia aliæ ſcientiæ cõſiderant particulariter de veritate, & particulariter ad eas pertinet circa ſingulas veritates dubitare: quia vero metaphyſica ſicuti dialectica habet vniuerſalem cõſiderationem de veritate, ſic quoq; ad eam pertinet vniuerſalis dubitatio de veritate. hac ratione non particulariter, ſed vniuerſaliter oẽs dubitationes ſimul colligit in vno libro. ſimile huic, vt Auerroes inquit, fecit de terminis, quibus vtitur in hac ſcientia e cõtrario ei, quod fecit in alijs ſcientiis. nam in particularibus ſcientiis exponit terminos particulariter apud cõſiderationem cuiuſq; quæſtionis, at in hac ſcientia exponit omnia nomina, quibus vtitur in vno libro, videlicet in Quinto huius, non ad tollendam æquiuocationem, ſed ad numerandas intentiones, de quibus agit hæc ſcientia. Nicolaus vero Peripateticus ordinauit ſermonem alio modo, quam Ariſtoteles, quoniã & quæſtiones, & nomina pertractauit particulariter in vnaquaq; quæſtione putans ſe melius facere, verum Ariſto. propter cauſam, quam diximus, melius fecit.

CAP. II.

Variæ dubitationis ad hanc ſcientiam attinentes proponuntur.

EST *itaque dubitatio prima de ijs quidem, quæ in exordijs dubitauimus, utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari.*

Proſequitur nunc Ariſt. dubitationes, in quibus Expoſitor talẽ affert ordinem, vt Ariſto. primo dubitationes enumeret, deinde aſsignet cãs dubitationũ, iterum in dubitationibus Expoſitor talem affert ordinem, vt primo ponat dubitationes, q̃ attinent ad modum conſiderationis huius ſcientiæ, deinde dubitationes, q̃ attinent ad prima principia, de quibus eſt hæc ſciẽtia. Nec ab ratione, quia ſicut prius modũ ſciendi, quã ſcientiã q̃rere oporteat, ita prius dubitationes, quæ attinẽt ad modum

modum ſciendi, quã quæ attinent ad ſcientiã, q̃rendæ ſunt. ſed, qm̃ ad modum ſciendi in hac ſcientia duo ꝑtinent, videlicet cauſarum conſideratio, ex quibus ſciẽtia demonſtrat, & res ipſæ, de quibus ſcientia conſiderat, ideo primo mouet dubitationes, q̃ attinent ad conſiderationem cãrum. deinde dubitationes, q̃ pertinẽt ad ea, de quibus eſt hæc ſcientia. ordinem igitur in hũc modũ in q̃ſitis poſuit Expoſitor: vnde dicit {Eſt itaq; dubitatio prima de ijs, quæ in exordiis dubitauimus} &, vt Alexander inquit, non eam dubitationẽ, quam ponit in exordiis, dubitatam eſſe ait. Eſt.n. prima dubitatio, vt ipſe dicit {vtrum vnius, an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari} ita quidem, vt alia ſcientia aliorum principiorum & cauſarum ſit contemplatrix. Quam dubitationem non videtur mouiſſe in libris duobus ſuperiorib⁹, ſed bene in Primo de anima. Quare intelligit per ea, q̃ in exordiis dubitauimus, cãs. nam in exordiis dubitauit de cauſis: & hæc dubitatio, quã nunc mouemus, eſt prima, q̃ eſt de cauſis, de quibus cauſis in exordiis dubitatũ eſt. nam in primo maiore quæſiuit cãrum genera quot ſunt, in Primo minore.i. in libro ſecundo quæſiuit, vtrum cã in rectum, vel ſm ſpeciem in infinitũ procedat de his igitur cauſis, de quibus dubitatũ eſt in exordiis, hoc ſit prima dubitatio, q̃ in præſentia commemoratur. Quidam tñ, vt Alexander refert, ob hæc, q̃ ipſe hoc in loco tradit, hãc ipſam dubitationem primi minoris.i. ſecũdi libri fini adſcribunt, q̃ illic mouetur. Eſt igitur ſenſus dubitationis, vt Alex. colligit, vtrum cauſarũ omnium, quas eſſe quatuor ſtatuimus, vna ſcientia ſit contemplatrix, an alia ſcientia aliam cauſam contempletur, vt merito dixerit {de ijs, quæ in exordiis dubitauimus} nam in primo libro maiore de quatuor cauſis quæſiuit, de quib⁹ quatuor cauſis hoc in loco eſt diſputaturus, vtrum ipſarum cognitio vnius doctrinæ ſit. Expoſitor vero exponit hanc quæſtionem, vtrũ conſideratio quatuor cãrum ſm quatuor genera pertineat ad vnam, aut ad plures ſcientias: quod eſt q̃rere, vtrum vnius ſcientiæ, & præcipue huius ſit demonſtrare per omnia genera cãrum, an diuerſæ ſcientiæ per diuerſa genera demonſtrent. At aliter Auerroes videtur intẽdere, cũ dicit, & intẽdit per genera cãrum cãs diuerſas rerũ diuerſarũ. Cauſæ.n. rerum, quæ genere differũt, ſunt diuerſæ: verbi gratia principia rerũ naturaliũ, & principia rerum mathematicarum, & principia rerum abſtractarũ ſunt diuerſa, & ſic velle videtur per cauſas diuerſas non ſecundum genus cauſæ, ſed ſm res, quarum ſunt principia, & cauſæ. vt ſit ſenſus, vtrum diuerſarum rerũ cãæ pertineant ad vnam, an ad plures ſcientias. ſed de ſenſu quæſtionis poſtea patebit, cum inducẽtur argumẽta pro vtraque parte, ideo hic non eſt immorandum.

Qua Auerro. Comm. 2.

Et utrum ſubſtantiæ principia prima ſpectet ad hanc ſcientiam contemplari ſolum, an ea quoque principia, ex quibus omnes demonſtrant, ut utrum contingat unum & idem ſimul affirmare, & negare, aut non, & iſtiuſmodi cætera.

Nunc mouet dubitationem de iis, de quibus cõſiderat hæc ſcientia, qm̃ vero hæc ſcientia cõſiderat de ſubſtantiis, & de accidentibus, iccirco primo inquit, de quibus conſiderat hæc ſciẽtia, ſicut de ſubſtantiis, deinde de quibus cõſiderat hæc ſcientia, ſicut de accidentib⁹. & ne accidat cõfuſio propter diuiſiones & ſubdiuiſiones, animaduertendũ prima principia bifariam eſſe, aut prima, q̃ ſunt primi entis, videlicet ſubſtantiæ, vt ſunt deus & cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ q̃ eſſendi principia dici ſolẽt incõplexa, aut prima, q̃ ſunt principia demõſtrãdi vniuerſaliſsima: ex quibus demõſtrationes omniũ ſcientiarum vim accipiunt: quare q̃rendo dicit {vtrum ſubſtãtiæ prima principia ſpectet ad hanc ſcientiam contemplari ſolũ} & nulla alia principia {an} hec, & {ea quoq; principia, ex quibus oẽs demonſtrant} q̃ principia cõmunia ſunt, & ſententiæ nuncupanẽ, ſiue immediatæ propoſitiones: quales ſunt {vt vtrum contingat vnum, & idẽ ſimul affirmare & negare, aut nõ} .ſ. contingat {& iſtiuſmodi cætera} vt illud, q̃ ſunt eidẽ æqualia, ea inter ſe quoq; æqualia ſunt. itẽ, ſi ab æqualib⁹ æqualia demas, q̃ remanent, ſunt æqualia. & illud, omnis appetitus eſt boni, aut exiſtimati boni, & q̃ his ſimilia ſunt. Verum oĩum ſententiarũ communiſsima eſt, quam de contradictione dicũt illam videlicet, non contingit vnum & idẽ ſimul affirmare & negare, quippe q̃ cunctis in rebus vera eſt. Auerroes exponens hãc quæſtionem, vt diximus, diſtinguit de principiis, quod alia ſint principia cognitionis, vt ſunt primæ, & immediatæ propoſitionis oĩbus cõmuniſsimæ, vel primæ, q̃ vniuerſales ſunt vni generi ſcientiæ tm̃. alia vero principia eſſendi, vel ſubſtantiæ. Quã diſtinctionẽ pertractat ĩ primo phyſicę auſcultationis, ideo nõ eſt hic immorandum. tamẽ illud eſt accipiendum quæſtionem quærere, vt dictum eſt.

Qua Auerr. Comm. 2.

Comm. 8.

Et ſi ſit huius ſcientiæ circa ſubſtantiam uerſari, utrum una ſit circa omnes, an plures.

Sequendo ordinem Alexandri hæc qõ eſt tertia, &. ſm. Expoſitorẽ de ſubſtantiis eſt, nam cũ huius doctrinæ munus ſit de ſubſtantia, ſubſtantiæ autem plures ſint, quippe quarũ aliæ ĩtelligibiles, aliæ ſenſibiles ſint: vtrũ ſit vna ſcientia, q̃ conſiderat de ſubſtantiis oĩbus, an ſint plures, quæ de ſubſtantiis contemplentur quærit. videtur.n. de pluribus ſubſtantiis eſſe plures ſcientias. Alexã. autem non ad ſubſtantiarũ principia quæſtionem hanc dirigit. nam cum munus huius doctrinæ ſit de ſubſtantia, deq; principiis ſubſtantiæ conſiderare, ſubſtantiæ aũt plures ſint, quippe quarum aliæ intelligibiles, aliæ ſenſibiles ſunt, vt oporteat principia eſſe diuerſa ideo quærendo dicit {& ſi ſit huius ſcientiæ circa ſubſtantiam} & ſubaudi principia ſubſtantiæ verſari {vtrum vna} .ſ. quæ eſt hæc ſciẽtia, {ſit circa omnes} .ſ. ſubſtantias, & ſubſtantiarum oĩum cãs, vt ipſa vna cuncta principia, quæ ſubſtantiarũ ſunt, cognoſcat {an plures} ac diuerſæ doctrinæ principia cognoſcãt, quæ ſunt diuerſarum ſubſtantiarũ. Quam expõnem Auerr. olfecit, dicens, ſi.n. ſubſtantiæ fuerint diuerſorum primorum principiorum, continget conſideratio de eis ſit pluribus quàm vni ſcientiæ, & ſi fuerint eorum principiorum primorum, quæ conueniunt, conſideratio eorum erit vnius ſcientiæ.

Qua Auerr. Comm. 2.

Et ſi ſint plures, utrũ omnes generis ſint eiuſdem, an aliæ ipſarum ſapientiæ, aliæ aliquo alio nomine ſint appellandæ.

Iterum ordinem Alexã. ſectãdo hæc eſt quarta qõ, & dicit {Et ſi ſint plures} .ſ. ſcientiæ, doctrinæq; de pluribus ſubſtantiis {operæprecium} fore ait diſputare {vtrum oẽs} hæ ſcientiæ {ſint generis eiuſdem} ſic vt oẽs debeant ſapientiæ appellari, verbum {eiuſdem generis {græce eſt συγγενεῖσ .i. cognatæ, vt geometria & arithmetica cognatæ ſunt ĩ genere mathematico {an} nõ oẽs ſint ſapientiæ, ſed {aliæ ipſarũ ſapiẽtiæ, aliæ ali-

quo alio nomine }.i. in aliquo alio genere { ſint appellandæ } vt in genere ſcientiæ naturalis, aut mathematice.vnde Auerroes eodem commento, & ſi conſideratio de entibus.i.ſubſtantiis fuerit plurium ſcientiarũ quærendum eſt, vtrum omnes ſint ſpecies eiuſdem generis.i.partes vnius ſcientiæ, aut ſunt ſpecies diuerſarũ ſcientiarum,ita vt alia dicatur philoſophia.i.metaphyſica,alia vero ſcientia naturalis, alia doctrinalis.i. mathematica.hęc de quarta quæſtione.

Hoc etiam ipſum quærere neceſſarium eſt,utrum ſubſtantias ſenſibiles ſolum,an præter has alias eſſe,ſit aſſerendum.

Quinta quæſtio eſt,vtrum hæ tantum ſenſibiles ſubſtantiæ ſint, an præter has aliæ quædam habeantur, dicit { Hoc etiam ipſum quærere neceſſarium eſt } videlicet { vtrum ſubſtantias ſenſibiles ſolum } vt naturales philoſophi putant { an præter has alias } ſubſtantias.ſ. { eſſe,ſit aſſerendum } vt Plato dixit. Alexander dicit, hoc nõ eſſe adhuc notum, nec diſputatum. Sed tertia quæſtio non videtur diuerſa a prima.quia quærere vtrum vnius, an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari, idem eſt ac ſi quæratur, vtrum vna ſciẽtia ſit circa omnes, an plures, & intelligit de cauſis, hoc eſt vtrum vna ſcientia ſit circa omnes cauſas ſubſtantiæ, an plures. quare tertia quæſtio non differt a prima Alexander differentiam affert,qm̃ in prima quęſtione quæſitum eſt de principijs ſimpliciter, in tertia vero de principijs ſubſtãtiæ. ſed mirum eſt quo modo Alex.aſſerat id,quod quæritur in quinta queſtione,nõ eſſe adhuc notum, nec diſputatũ, cum libro primo de eo diſputaſſet Ariſt.contra Platonẽ: quare hoc, quod Alexander ait,non caret quæſtione.

Vnum μοναχῶς ſingulariter unice.

Et utrum unum, an plura ſint genera ſubſtantiarum, ut qui & ſpecies faciunt, mathematica quoque inter has, atque etiam ſenſibilia etiam cenſent. de his itaque,ut diximus, conſiderandum eſt.

Hæc eſt ſexta quæſtio, quaſi dicat,ſi ſint aliquæ ſubſtantiæ ſeparatæ ab ipſis ſenſibilibus,ſexta quæſtio eſt { & vtrum vnum }.ſ.genus ſit omnium earum, vnaq; ratio { an plura ſint genera ſubſtantiarum } talium.ſ. ſubſtantiarum ſeparatarum, diuerſæq; rationes.quod quo modo dixerit, declarat ponens opinionem Platonis, & dicit { vt & } ij { qui & ſpecies }.i.ideas {faciũt, mathematica quoq; } ſubſtantias pręter ſenſibilia eſſe affirmant, & media { inter has }.ſ.ideas { atque etiam ſenſibilia eſſe cenſent } Authores.n.idearum res mathematicas, putabant ſubſtantias eſſe, quæ neq; id eis neq; ſenſibilibus genere ſunt ſimiles, ſed huiuſmodi ſubſtantiarum naturam mediam illis eſſe dicebant, vt tria ſint ſm ſubſtantiam, quemadmodum de Platone primo maiore dixit. Plato.n.attẽdens ad duplicẽ abſtractionem videlicet vniuerſalis a particularibus, & rerum mathematicarũ a materia ſenſibili,poſuit vtrũque genus ſubſiſtere: & ita poſuit ſubſtantias ſeparatas, quæ ſunt vniuerſalia ſeparata,inter quæ, & ſubſtãtias ſenſibiles particulares, res mathematicas ſubſiſtere cenſuit, vt numeros, & magnitudines. ſed videtur hæc ſexta quæſtio coincidere cum quarta,in qua quęrebatur, ſi ſint plures ſubſtantiæ,vtrum omnes generis ſint eiuſdem. & reliqua reſpondet Alexãder,& quidem laute, nam quarta quæſtio erat de ſubſtantijs ſimpliciter, hæc vero quæſtio de ſubſtãtijs ſeparatis, quas quidam ponebant tunc ordinando ſe ad ſequentia dicit { de his itaq; }.ſ.quæſtionibus ſicut nunc mouentur { conſiderandum eſt } primo quidem diſputatiue. deinde determinando veritatem.

Et utrum circa ſubſtantias tantum ſit contemplatio,an & circa ea,quæ per ſe ſubſtantijs accidunt.

Septima quęſtio hic affertur ab Ariſtotele, cum dicit { Et vtrum circa ſubſtantias tantum ſit contemplatio, an & circa ea,quæ per ſe ſubſtantijs accidunt } videtur.n. quod contemplatio huius ſcientiæ ſit tantum circa ſubſtantias, qm̃ hæc ſcientia dicitur philoſophia ſubſtantiæ.etiam videtur circa ea, quæ per ſe ſubſtantijs accidunt,ex eo quia ad eandem ſcientiam pertinere videtur, vt conſideret ſubiectum,& per ſe accidentia ſubiecti. ſunt autem per ſe accidentia proprie,quæ in definitionibus accipiuntur, de quibus ei neceſſario agendum eſt,quia de quibuſdam ſcientia ſumi non poteſt, niſi quæ ad hunc modum inſunt, cognoſcantur. Sic igitur appellat per ſe accidentia inſeparabilia, & propria, & propemodum ſubſtantialia, per quæ quarundam rerum deſciptiones explicari ſolent, vt triãgulo per ſe accidit habere tres angulos duobus rectis æquales, & duo latera maiora eſſe tertio: vtcunq; cõmutentur: ſic item numero accidit, vt par ſit,aut impar,& vnicuiq; entium,vt vnum ſit, quatenus hoc aliquid eſt,& cætera accidentia, q̃ ad hunc modũ inſunt.

Præterea cuius nam ſit de ijs omnibus contemplari, de quibus dialectici conſiderare conantur ex ſolis probabilibus facientes conſiderationem, puta de eodem & diuerſo, & de ſimili, & diſsimili,& identitate, & contrarietate,& de priore, & poſteriore, & de cæteris omnibus talibus.

Identitate ταυτότη=τος conuenientia.

Quoniam ſunt quædam, quæ ſunt per ſe accidentia entis,quatenus videntur conſequi omnia entia,vt ſunt idem & diuerſum,ſimile & diſsimile, identitas & contrarietas,prius & poſterius, & alia omnia id genus, de quibus dialectici, qui etiam conſiderant, agunt, non quidẽ ex neceſſariis, ſed ex probabilibus, ideo octauo quærit, & dicit { Præterea cuius nam ſit de ijs omnibus contemplari, de quibus dialectici conſiderare conantur ex ſolis probabilibus faciẽtes conſiderationẽ } exponit autem hæc, & dicit { puta de eodem, & diuerſo, & de ſimili & diſsimili, & de identitate & contrarietate, & de priore, & poſteriore, & de cæteris omnibus talibus } Ex vna.n.parte, quia hæc communia ſunt, ad primum philoſophum attinere videntur. ex altera vero, quia hæc conſiderat dialecticus, cuius eſt ex probabilibus procedere, non videntur attinere ad primum philoſophum, cuius eſt ex neceſſariis demonſtrare. Alexander autem authoritate quorundã horum doctrinam logicam eſſe ait,quia pleraque talia in ipſa quæruntur, contra quos ait doctrinam de ijs non eſſe logicam,quia plura horum quæruntur in logica, qm̃ non propter hæc diſputat de ijs, neq; in hoc propoſitum intuetur, ſed ait munus conſiderãdi hæc eſſe primæ philoſophiæ, quæ conſiderat ens, & accidẽtia, quæ enti communiter inſunt. hoc autem, quod Alexander ait,mihi videtur ambiguum, qm̃ Ariſtoteles docet terminare dialectice problemata de eodẽ, & diuerſo,de ſimili & diſsimili,& de cæteris hic enumeratis, vt patet ſeptimo topicorum. Ergo de ijs conſiderat dialecticus ꝑ probabilia, ſicut primus Philoſophus per neceſſaria. Vnde dialecticus probat actum & potẽtiam eſſe diuerſa per locum ab oppoſitis relatiue hoc eſt, quia

eſt,quia ſunt oppoſita relatiue. Philoſophus primus ꝑ hoc, quia potentia recipit, actus vero recipitur. ille quidem topice, hic vero analytice. Auerroes autem in idem coincidens dicit, & oportet nos perſcrutari etiam de conſequentibus.i. accidẽtibus eſſentialibus, quæ ſunt propria enti, quatenus eſt ens: verbi gratia, idem & diuerſum, ſimile & diſsimile, contrarium, & conueniens. & vniuerſaliter oportet ꝑſcrutari de omnibus, de quibus dialectici aſſueti ſunt diſputare per ſermones probabiles laudabiles.Phs.n.& logicus conueniunt in perſcrutatione de his rebus,quia vterq; cõſiderat de ente ſimpliciter. per quæ patet dialecticum cõſiderare de ijs,ſicut metaphyſic⁹,licet ꝑ aliũ modũ. *Quæ Auerro. Commen. 2.*

Inſuper & quæ per ſe illis accidunt, & non ſolum quid illorum ſit unumquodque, ſed etiam utrum unum uni contrarium ſit.

Quoniam ad hæc cõia entis accidentia,quæ enumerata ſunt, quædam per ſe conſequuntur,verbi gratia contrarii accidens per ſe eſt medium habere,vel carere medio,aut accidens contrarii eſt illud,quod ipſe addit, vt ſi vnum vni ſit contrarium aut non, ideo nonã quæſtionem affert, & dicit { Inſuper } quæritur,vtrũ ad philoſophum primum pertineat conſiderare { & } accidentia { quæ per ſe illis accidunt } illa dicit quæ cõmuniter enti inſunt{& non ſolum quid illorũ ſit vnũquodq;, ſed etiam } attineat conſiderare { vtrum vnũ vni contrarium ſit} & cætera accidentia illorum:quaſi quærat vtrum ad Philoſophum pertineat circa vnumquodq; horum quæ enti communiter accidunt,ſolum conſiderare quid ſit, aut etiam ea quæ conſequuntur ad hæc ipſa, veluti vtrum vnum ſit contrarium vni. hæc eſt nona quæſtio.

Et utrum principia & elementa ſint genera ipſa: an ea, quæ inſunt, & in quæ res unaquæque diuiditur.

Quoniam principia, & elementa videntur tum genera, tum ea,in quæ res vnaquæque diuiditur. videntur.n.principia & elementa genera, qm̃ ſpecies ipſa reſoluitur in genera. videntur etiam principia eſſe ea,in quæ res quæq; reſoluitur, qm̃ elementum eſt ex quo primo componitur res, & in quod vltimo diuiditur: ergo principia ipſa videntur tum genera, tum partes, in quas reſoluitur compoſitum, ideo decimo quærit { Et vtrum principia & elemẽta ſint genera ipſa} eorũ .ſ.quorum ſunt genera { an } principia ſint { ea } id eſt illæ partes { quæ inſunt, & in quæ } vel quas { res vnaquæque }.ſ.compoſita { diuiditur } quaſi quærat vtrũ principia & elementa rerum, ſint genera earum, an partes eſſentiales earum.Et,vt Alexander inquit, principia & elementa videntur genera, qm̃ prima ſunt genera, prima ſunt principia: & elementa.igitur principia & elementa ſunt genera. iterum principia & elementa videntur partes eſſentiales,in quas res vnaquæque diuiditur. qm̃ ea,in quæ res diuiditur, ſunt partes eſſentiales,ea,in quæ res diuiditur,ſunt principia & elementa. igitur principia & elementa ſunt partes eſſentiales: quare problema dubium eſt pro vtraque parte ꝑꝑ ſyllogiſmos hinc inde in tertia figura conſtitutos.

Quod ſi ſint genera, utrum ſint ea, quæ ultimo de indiuiduis ipſis dicuntur, an ipſa: prima: ut utrum animal,aut homo principium ſit, & magis ſit præter ſingularia ipſa.

Quærit vndecimo, & dicit { Quod ſi ſint genera } .i.quod ſi principia ipſa ſint genera eorum, quorum ſunt genera { vtrum ſint ea }.ſ.genera {quæ vltimo de indiuiduis ipſis dicuntur }.i. quæ proxima ſunt indiuiduis, quæ licet ſpecies ſint indiuiduæ,ac ſpecialiſsimæ communiore tamen vocabulo genera vocat, quia generis nomen pro communi vſurpat { an ipſa prima}.i. ipſa ſuprema, quæ generaliſsima vocantur,& per exẽplum quæſtionem exponens, dicit { vt vtrum aĩal } quod eſt ſuperius genus { an homo principium ſit, & magis ſit præter ſingularia ipſa } quod eſt proximũ genus. hoc autem dicit propter Platonem, qui ſpecies vltimas, vt hominem, ponit ideam magis quam aĩal.

Maxime uero quærendum, atque tractandum eſt, utrum præter materiam ſit aliqua per ſe cauſa, an non.

Quidam veterum phyſicorum, qui materiam tm̃ cauſam per ſe eſſe ſtatuebant,eius materiæ, quam ponebant, accidentia,cauſas ex accidenti eſſe confirmabant. ponebant.n.cauſam per ſe, aut aerem,aut aquã, aut horum medium, aut aliquod aliud genus: qđ materiam eſſe ſtatuebant. cauſas vero ex accidenti, raritatem, & denſitatem, vel concretionem, & diſcretionem. Iſti igitur materiam & ſubiectum per ſe cauſam eſſe dicentes, aliquam aliam cauſam adijciebant, ſed per accidens, hæc.n.materiæ accidunt, ideo duodecimo quærendo, dicit { Maxime vero quærendum,atq; tractandum eſt,vtrum præter materiam } quam .ſ.ponunt vnum ex quatuor elementis {ſit aliqua per ſe cauſa, an non ſit } aliqua alia cauſa per ſe præter materiã. dixit autem per ſe, quoniam concedunt eſſe aliquam aliam cauſam per accidens: ſed ipſe quærit vtrum præter materiam ſit aliqua alia cauſa per ſe.Auerroes vero ſuper hac parte, cauſam per ſe,quam quærit Ariſtoteles vltra materiam, ait eſſe formam, qm̃ formã eſſe per ſe cauſam fuit notum ſoli Ariſtoteli inter oẽs antiquos.Sed dices, non ne Platoni forma fuit nota,& Pythagoræ? dicas Platonem & Pythagorã vſum eſſe forma, ſed non quo forma eſt actus, & perfectio materiæ, vt poſtea dicetur. *Quæ Auer. Commen. 2.*

Atque hæc ſit ſeparabilis necne.

Decimatertia quæſtio,ſi præter materiam eſt aliqua per ſe cauſa { Atque hæc } per ſe cauſa, vtrum { ſit ſeparabilis }.i.a materia ſeiuncta,& per ſe ſubſiſtens, vt ex ſtoicorum ſentẽtia eſt Deus cauſa effectrix {necne} .i.an in materia qualis eſt forma materialis.

Et utrum una, an plures numero ſit.

Decimaquarta quæſtio, dato quod ſit aliqua per ſe cauſa immaterialis,& ſeparata quærẽdum eſt { Et vtrũ vna, an plures numero ſit } vna quidem,vt poſuit Anaxagoras, plures vero, vt nonnulli Pythagorici, qui poſuerunt duos Deos, alterum bonorum, alterum malorum, quam quæſtionem in huius operis duodecimo libro diſputabit.

Et utrũ ſit quippiam præter ipſum totum (Dico autem totum, cum de materia quippiam prædicatur) an nihil, an quorundam ſit,quorundam non ſit,& quales ex rebus ſint tales. *Totum σύνολον ſimul totum.*

Hæc eſt decimaquinta quæſtio,quam mouet,& dicit { Et vtrum ſit quippiam præter ipſum totum } totũ appellat commune,quod de ſingularibus, rebuſq; materialibus dicitur, vt homo, qui dicitur de ſingularibus hominibus,& leo de ſingularibus leonibus: & tũc

ſenſus quæſtionis eſt, vtrum præter totum.i. præter cō mune, quod de materiali prædicatur, ſit aliqua alia forma ſeparata. An præter commune nulla ſit forma, & idea, an quorundam ſit, aliorum ſecus, ut authores idearum tradunt, qui eorum, quæ præter naturam fiunt, & item artificioſorum ideas eſſe negabant: cæterorū vero concedebant. Tamen exponit totum ipſe, & intelligit alio modo, & dicit { Dico autem totum, cum de materia quippiam predicatur } .i. quando materia cum aliqua forma ſumitur. ergo per totum, intelligit ipſum compoſitum materiale, vt Socratem, & Platonem, & cætera ſingularia materialia, vt ſit quæſtio, nū quid ſit forma ſeparata præter compoſitum materiale { an nihil } vel tertio per totum intelligit materiale. nā materiale prædicatur de materia, eſt.n. materia quid materiale. ergo ſenſus quæſtionis eſt, vtrum forma ſeparata ſit præter materiale { an quorundam }.ſ. materialium { ſit forma ſeparata } vt indiuiduorū, quæ ſunt a natura { quorundam non ſit } vt fortuitorum, & artificioſorum { & quales ex rebus ſint tales } formæ ſeparatæ, qm̄ ex rebus naturalibus tales formæ ſeparatæ ſunt. ex rebus vero artificioſis, & præternaturalibus non ſunt. Sed dices hæc vltima quæſtio videtur concidere cum vndecima, quæ quęrit vtrum præter materiam ſit aliqua per ſe cauſa. tamen, vt Alex. inquit, per hanc quæritur vtrum ſit aliqua forma præter materiam. & ſic differunt ſicut cauſa & forma differunt. cū vndecima quærat de cauſa, hæc vero ſpeciatim de forma: quæ eſt vna ſpecies cauſæ.

Ad hæc utrum principia numero, an ſpecie, tam in rationibus, quam in ſubiecto ſunt finita.

Hæc eſt decimaſexta quæſtio, quam mouet, & dicit { Ad hæc } quæritur { vtrum principia numero ſint finita { & ſi non numero, vtrum ſpecie ſint finita, numero vero infinita. Mouit hanc quæſtionem propter nonnullos, ꝙ efficientem cauſam dixerunt eſſe vnam numero, videlicet Deum. Alij plures numeros, iterū propter materiam, quam nonnulli vnam numero, alii plures numero dixerunt. propterea quærit { vtrum principia numero ſint finita } ſicut Anaxagoras, qui effectricem cauſam vnam numero tm̄ eſſe aſſerebat, & ſicuti naturales, qui vnam materiam poſuerūt { An ſpecie } ſicuti Peripatetici, qui effectrices cauſas ponūt numero infinitas, ſpecie vero finitas, & Democritus, qui materias aſſeruit eſſe infinitas numero, ſpecie finitas. & amplificando ſermonem ſubdit, quaſi dicens & hanc quæſtionem intelligo in omnibus cauſis { tam in rationibus }.i. cauſis formalibus { quā in ſubiecto } .i. quam in cauſis materialibus. qm̄ de vnaquaq; cauſa quæri poteſt, vtrum ſit numero infinita, ſpecie autem finita. Expoſitor vero intelligit quæſtionem de principijs generationis, quæ ſunt materia, & forma, & priuatio, quod an ita ſit intelligendum, mihi dubium eſt, cū principia generationis non ad metaphyſicum, ſed ad naturalem Philoſophum ſpectent. Præterea Alexā. & Auerroes intellexerunt modo, quo nos expoſuimus. Quare ambigua eſt hæc Expoſitoris expoſitio. Exponit etiam Alexander verbum { tam in rationibus }.i. cauſas, quæ in rationibus habentur, hoc eſt principia demonſtrationū, quas ſententias appellamus, per cauſas vero, quæ in ſubiecto, principia eſſendi, quaſi dicat eandem quæſtionem eſſe tam de principiis demōſtrationum, quam de principijs eſſendi.

Et utrum rerum, quæ occidunt, & rerum, quæ non occidunt, eadem principia ſint, an diuerſa?

Hæc eſt. xvi. quæſtio, quam mouet, & dicit { Et vtrum rerum, quæ occidunt, & rerum, quæ non occidunt, eadem principia ſint, an diuerſa } vt cœleſtium, & ſublunarium.

Et utrum omnia corruptionis expertia ſint, an principia rerum, quæ corrumpuntur, ſubeant corruptionem & ipſa.

Hæc eſt. xviij. quæſtio, quā mouet, & dicit {&} ſub audi ſi principia ſint diuerſa. { vtrum omnia corruptionis expertia ſint } .ſ. tam mortalium principia quā immortalium { an principia rerum, quæ corrumpuntur, ſubeant & ipſa corruptionem } & viciſsim eorum, quæ interire nequeunt immortalia ſint.

Præterea quærendum eſt id quod omnium eſt difficillimum, & dubitationem maximam habet, utrum unum et ens, quemadmodum Pythagorici & Plato dixerunt, non aliud quicquā, ſed ſubſtantia rerum ſint, an non: ſed aliud quippiam ſubiectū ſit, quemadmodum Empedocles amicitiam dicit, alij uero nonnulli ignem, alij aquam, aut aerem.

Hæc eſt. xix. quæſtio, cuius ſenſus apud Expoſitorē eſt, vtrum vnum & ens ſignificent ipſam rerum ſubſtātiam, & non aliquid additum ſupra ſubſtantiam rerū, ſicut Pythagorici & Plato dixerūt, vel ſit aliquid aliud ſubiectum vnitati, & entitati. ſ. ignis, vel aer. Vel ſenſus ſm̄ Alexandrum eſt, vtrum vnum & ens ſint ſubſtātię, & rerum principia, an aliæ quædam naturæ ſubiiciantur, quibus & vnum & ens accidant. Vt naturales tradunt, & hoc eſt quærere vtrum tota ſubſtantia rerum ſint vnum & ens, an tota ſubſtantia rerum ſit quædam natura, quam Phyſici aſſerunt, cui vnum & ens accidunt, dicit { Præterea quærendum eſt id, quod oīum eſt difficillimum, & dubitationem maximam habet } cuius rationem affert Expoſitor ex eo quia ex hac ipſa quæſtione tota opinio Platonis, & Pythagoricorum, qui numeros rerum ſubſtantias eſſe aſſerebant, pendet etiam propter varietatem opinantiū, quæ ſemper difficultatem atteſtatur. nam Pythagorici & Plato ex vna & naturales Philoſophi ex alia in hac quæſtione mirū in modum digladiantur. deinde exponens quæſtionē, dici { vtrum vnum & ens, quemadmodum Pythagorici & Plato dixerunt, non aliud quicquam, ſed } tota .ſ. { rerum ſubſtantia ſint, an non: ſed aliud quippiam ſubiectum ſit } quod ſit tota rerum ſubſtantia, cui vnū & ens accidunt { quemadmodum Empedocles amicitiam dicit } eſſe. ſ. totam ſubſtantiam { alii vero nonnulli ignem }. ſ. dicunt eſſe totam rerum ſubſtantiā { alii aquam, aut aerem } dicunt. ſ. eſſe totam rerum ſubſtantiam. Apud autem Auerroem ſenſus quæſtionis eſt, *Quæ Auer. Comm. 2.* vtrum vnum, quod eſt principium numeri ſit vnum, quod eſt ſubſtantia vniuſcuiuſq; rei ſenſibilis.i. vnum quod conuertitur cum ente: an vnum, quod eſt principium numeri, eſt accidens, & vnum, quod eſt ſubſtantia, & elementum omnium rerum, & conuertitur cum ente, eſt natura alia a natura vnius, quod eſt principiū numeri, vt dicunt naturales: per quæ innuit duas vnitates, alteram, quę eſt principium numeri, alteram, quæ eſt idem, quod ens, & quærit vtrum vnum, quod eſt principium numeri, ſit idem quod vnum, quod conuertitur cum ente. Sed expoſitio Alexandri facile verbis Ariſtotelis applicatur, cæteræ vero expoſitiones

non

non facile. Præterea expoſitio Alexandri concordat cum iis, quæ diſputabit poſtea, cæteræ vero non ſic vt videbitur.

Et utrum principia uniuerſalia ſint: an ita ſe habeant, ut res ſingulares.

Hæc eſt.xx.quæſtio, cuius ſenſus apud Expoſitorē eſt, vtrum ea, quæ ponuntur eſſe principia, habeant rationem principii ſm rationem vniuerſalem, vel ſecundum rationem ſingularem. At apud Alexandrū ſenſus quæſtionis eſt utrum principia in propria ſubſtātia, & per ſe ſint, vt ſingularia quæque entia, an non, ſed quemadmodum genera, vniuerſaliaq; & communia, quibus eſſe in eo eſt, quod de ſingularibus prædicatur: vnde dicit { Et vtrum principia vniuerſalia ſint: an ita ſe habeant, vt res ſingulares } ſed videtur hæc quæſtio coincidere cum.xi.in qua quærebatur, vtrum principia ſint genera, an ſpecies vltimæ.nam genera & ſpecies ſunt vniuerſalia, vel videtur coincidere cum.x. in qua quærebatur, vtrum principia ſint genera, an ea, quæ inſunt, & in quæ vnaquæq; diuiditur. Reſpondet Alexander, quod in decima quæſtione fit comparatio partium rationis, ad partes ſecundum rem hoc pacto, vtrum principia ſint genera, quæ rationis partes ſunt, an ea, quæ inſunt, & in quæ diuiditur ipſum compoſitū, quæ eſſentiales partes ſunt. In vndecima vero quæſtione fiebat comparatio generum ad ſpecies vltimas, qm̄ quærebatur vtrum principia ſint genera, an ſpecia liſsima.at in præſenti quæſtione nulla harum comparatio fit, ſed quærit ſi principia ſint, vtrum ſint ſicut vniuerſalia, quę non per ſe ſubſiſtunt, ſed ſunt in ſingularibus, an ſint, ſicut ſingularia, quæ per ſe, & non in alijs ſubſiſtunt. Vbi patet nullam earum cōparationum fieri. Auerroes autem vult comparationem fieri inter vniuerſalia, & ſingularia, quoniam vult, vt quæratur ſint ne principia vniuerſalia, an ſingularia. quæ expoſitio facit, vt quæſtio hæc differat a prioribus duabus quæſtionibus.

Et potentia ſint ne, an actu.

Vigeſimaprima quæſtio eſt {Et} ſi principia ad hūc modum ſunt.ſ.vt ſingularia { potentia ſint, an actu. } dixit { poteſtate } vt materia, quæ eſt in rerum natura, & ſingularis, ſed poteſtate, dixit vero { actu } vt ignis, aut aliquod elementum tale, quod veteres Phyſici elementum eſſe ſtatuebant.

Et alio ne modo, an motu. hæc etenim magnam dubitationem præbent.

Mouet quæſtionem vigeſimāſecundam, cuius primus ſenſus apud Alexandrum eſt, vtrum principia ob hoc principia ſint, quod mouentur, & efficiāt ea, quorum principia ſunt, an ob aliam rationem. nam quodam principium mouens eſſe videtur, vt efficiēs: aliud item, vt materiale. ſecundus ſenſus apud eundem, vtrū hæc principia moueantur, dum cauſæ rebus ſunt, quę ex ipſis fiunt, an in mota maneant, vt ideæ per ipſarū authores, cuiuſmodi eſt etiam prima cauſa. Tertius apud eundem, vtrum principia moueantur, & alterum in alterum commutetur, an ſint huius viciſsitudinis immunia. Secundum vero Expoſitorē ſenſus eſt, vtrū alio modo puta participatione ſint principia cauſæ rerum, vt Platonici: an accedente motu, vt naturales, qui poſuerunt ſola principia motus, ſiue materialia, ſiue efficientia aſſeruerunt. & augens quæſtionē hanc dicit { hæc etenim magnam dubitationem præbent } quod Expoſitor ex controuerſia authorum, quam habent circa has, ita eſſe probauit. Auerroes autem eodē commento ſenſum huius quæſtionis exponens dicit eſſe perſcrutandum de principiis vtrum ſint principia, quatenus ſunt mouentia.i.ſolum in genere cauſæ efficientis, an ſecundum alium modum cæterarum cauſarum.i.an in alijs generibus cauſarum, & intendit quæſtionem contingentem in primo motore, quem nonnulli aſſeruerunt eſſe principium vt efficiens, alij vero, vt cuius gratia.i.vt cauſam finalem: quem ſenſum puto eſſe remotum a mente Ariſtotelis, qm̄ non concordat cum diſputatione, quam poſtea faciet. Quæ Auer. Commen. 2.

Inſuper quærendum eſt, ſi numeri, longitudines, figuræ, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint, necne.

Mouet quæſtionem.xxiij.circa mathematica, & dicit { Inſuper quærendum eſt, ſi } ſubaudi mathematica ſubſtantiæ ſint, an non. ſunt autem mathematica { numeri, longitudines, figuræ } planæ videlicet, vt triāgulus, quadratus, circulus, & cætera id genus { ac puncta } quærit enim vtrum hæc {ſubſtantiæ ſint, necne.} nam Pythagoricis, atque Platonicis placet hæc eſſe ſubſtantias, naturalibus vero ſecus.

Quod ſi ſubſtantiæ ſint, utrum a ſenſibilibus ſint ſeparatæ: an ſint in ipſis. de his enim omnibus non ſolum difficile eſt conſequi ueritatem, ſed ne ratione quidem bene dubitare facile eſt.

Mouet.xxiiij. quæſtionem, & dicit { Quod ſi } ipſa .ſ.mathematica { ſubſtantiæ ſint, vtrum a ſenſibilibus ſint ſeparatæ } & per ſe ſubſiſtentes, vt Platonici affirmant { an ſint in ipſis }.ſ.ſenſibilibus, vt aſſerunt Pythagorici, deinde quales quæſtiones hæ ſint, exponit, & dicit { de his.n. omnibus }.ſ. quæſtionibus hucuſque motis { non ſolum difficile eſt cōſequi veritatem, ſed ne ratione quidem }.i.inquiſitione { facile eſt bene dubitare } nam difficile eſt inuenire probabiles rationes, quibus dubitatio emergat. quo fit, vt inquiſitio, & etiam inuentio veritatis difficilis ſit: vel vt rectius loquar, fit vt inuentio, quæ conſiſtit in inquiſitione, & iudicium, quod conſiſtit in reſolutione, difficile ſit.

CAP. III.

Quæſtiones de cauſarum, principiarum, & ſubſtantiarum cognitione examinantur.

PRIMVM *igitur quærendum de quibus diximus primum, utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit contemplari cauſarum genera omnia.* TEX. 1.

Cum mouiſſet quæſtiones, quæ attinent ad hanc ſcientiam, hic diſputat de eis, aggrediens ad illam rationem diſputandam primum, quam primum differere propoſuerat, & dicit { Primum igitur quærendum, de quibus diximus primum } & explicat eam quæſtionem, quam primum mouit, & dicit { vtrum vnius, an plurium ſcientiarum ſit contemplari cauſarum genera omnia } vt alia de alio genere cauſæ ſit contemplari & cum dixerit { primum eſſe quærendum, de quibus dixit primum } dedit intelligere ſic eſſe proſequendū ordinem diſputationis, vt ordini quæſtionum, quæ motæ ſunt, reſpondeat.

Nam quo nam pacto quidem unius ſcientiæ erit principia rerum cognoſcere, cum non ſint contraria?

Quod conſiderare omnia genera cauſarum nõ pertineat ad eandem ſcientiam, nunc probat primo, & dicit {Nam quonam pacto quidem vnius ſcientię erit principia rerum cognoſcere, cum non ſint contraria?} quam rationem Expoſitor vult ſic eſſe formandam, ſi principia rerum ſunt contraria, eſt vnius ſcientiæ cõſiderare: ſed principia rerum non ſunt contraria: igitur principia rerum non eſt vnius ſcientiæ conſiderare. Sed contra dubitatur, nam ratio ab oppoſito antecedentis friuola eſt, & non dialectica. Præterea in hoc ſyllogiſmo ſola maior eſt probabilis, minor aut eſt ſophiſtica, aut improbabilis apertiſsime. Auerroes concedit minorem eſſe falſam, & improbabilem, & ſophiſticam, quia non videtur vera, niſi ſuperficietenus, & quatenus apparet exterius. Nec eſt mirum, vt Ariſtoteles vtatur ſophiſticis rationibus, qm̃ ponit rationes, quæ ab alijs inducebantur. vnde & Auerroes ait hunc ſermonem eſſe logicum, ſecundum quod fuit dictũ, quod ſermones vſitati in hoc libro ſunt logici: ergo non eſt abſurdum Ariſtotelem eſſe vſum eiuſmodi ſermonibus, qm̃ veteres vtebantur eis in hoc libro ad dubitandum. At expoſitor admiratur, quod tantus vir in tanta re fuerit vſus tam friuola ratione. Expoſitor concordans cum Alexandro euadit ab his. Alexander.n. ſic format ſyllogiſmum, quorum ſpecie diſcrepantium eadem habetur ſcientia, hæc inter ſe oppoſita ſunt: cauſæ non ſunt inter ſe oppoſitæ: igitur cauſarum ſpecie diſcrepantium non eſt eadem ſcientia. Quæ ratio eſt in ſecunda figura, & eius maior eſt probabilis, vt Expoſitor nititur probare. nam quædam diuerſa pertinent ad eandem ſcientiam, quatenus reducuntur ad vnum aliquod, vt ad vnum totum, vel ad vnam cauſam, vel ad vnum ſubiectum. quædam etiam diuerſa pertinẽt ad eandem ſcientiam, quatenus ſunt contraria, quoniam alterum alterius eſt ratio cognoſcendi. & ita ex his redditur maior ſyllogiſmi probabilis, quod omnia diuerſa, quæ ſunt contraria ſint eiuſdem ſcientiæ. ſic Ariſtoteles non vtitur ratione friuola. nec ſophiſtica. cum vero Ariſtoteles ait {cum non ſint contraria} hic contrariorum eandem eſſe ſcientiam ſumit, non tamen contrariorum tantum. nihil enim prohibet eandẽ ſciẽtiam quorundam non oppoſitorum eſſe. nam de quibus geometria diſſerit, ea non pugnant inter ſe, ſed & philoſophia naturalis, & actiua, quæ ſpecie differunt, & ſi non ſunt oppoſitæ, ſub vnam tamen ſcientiã cadunt. Præterea principia in oppoſita redigi poſſe alicui fortaſſe placebit in effectiuum, ſ. & paſsiuum: materia enim paſsiua eſt. tria vero principia, quæ circa materiam verſantur, ad formale referuntur: formale autẽ effectiuum eſt, cum omne efficiens per formam & per fectionem, quam obtinet.

Non approbat ſimpliciter hũc modũ Tho.

Qua Auer. Commen. 3.

Præterea compluribus entium non omnibus competunt omnia. quo enim pacto fieri poteſt, ut immobilibus inſit principium motus, aut boni natura? Si omne quidem, quod eſt per ſe, atque ſuaptenatura bonum, finis ſit, atque ad eo cauſa, ut illius gratia cætera & fiant, & ſint. finis autem, & id cuius gratia cætera fiunt, actionis cuiuſdam ſit finis, actiones uero omnes efficiantur cum motu? quare fieri non poteſt, ut in immobilibus hoc principium, aut ullum ſit per ſe bonum.

Hæc eſt ſecunda ratio ad probandum, ꝗ eiuſdem ſcientiæ non ſit ſcire omnia genera cauſarum. ſed de forma ſyllogiſmi non eſt facile aſſerere. Expoſitor enim ſic argumentatur, diuerſorum pertinentium ad vnam ſcientiam, quæcunque ſcientia conſiderat vnũ, conſiderat & aliud, vt patet in contrariis, quorum diuerſitas ſ̃m ſe pertinet ad vnam ſcientiam non per reductionem ad aliquod vnum: ſed non quæcunque ſcientia conſiderat vnam cauſam, conſiderat omnes cauſas: ergo conſideratio cauſarum non pertinet ad vnam ſcientiam. deinde vult ꝗ in textu probetur ſola minor, nec aliud fiat in textu. Alexander vero vult Ariſtotelem argumentari argumentatione ſumpta ab ipſis ſcibilibus. nam, ſi non cuncta ſcibilia omnes cauſas habent: ſcientiæ autem propriorum, ſuorumq; ſcibilium contemplatrices ſunt: ſatis declaratur ea quanque principia cognoſcere, quæ in propriis ipſius ſcibilibus continentur, ac proinde alia aliorum eſſe cognitricem eorum. ſ. quanquã in ſuis ſcibilibus habentur. deinde vult Ariſtotelem oſtendere non in cunctis ſcibilibus omnes cauſas haberi, qm̃ in rebus immobilibus non habentur omnes cauſæ. ſed in qua figura, & in quo figuræ modo ſint ſyllogiſmi huiuſmodi, ego non intelligo. Propterea illud primo volo vos intelligere Ariſtotelem velle probare in toto hoc proceſſu conſiderationem omnium cauſarum non pertinere ad eandem ſcientiam hoc pacto, ꝗ quæcunque ſciẽtia cõſiderat vnum genus cauſæ, debeat cætera omnia contemplari. qm̃ non eſt dubium eſſe vnam aliquam, quæ omnia conſiderat, & quæ per omnia demonſtrat, vt eſt Naturalis Philoſophia. ſed Ariſtotelis quæſtio eſt, vtrum quæcunque ſcientia conſiderat aliquã cauſam, conſideret omnes: ergo intendit probare, quod non quæcunq; ſcientia cõſiderat aliquam harum cauſarũ, conſideret omnes, argumento à ſcibilibus hoc pacto, ſi quæcunque ſcientia conſideraret vnam cauſam, cõſideraret omnes, omnia ſcibilia omnium ſcientiarum haberent omnes cauſas. hæc hypothetica probabilis eſt, & forte per ſe nota. ſed non omnia ſcibilia habẽt omnes cauſas: ergo non quæcunq; ſcientia conſiderat vnam cauſam, conſiderat omnes. Minor etiam probabilis eſt, & eam probat, in textu. hæc meo iudicio eſt forma ſyllogiſmi. ſed dices, huius propoſitiones ſunt veræ, & neceſſariæ: ergo non ſunt probabiles. Dicendum tam falſa quam vera eſſe probabilia, falſa ſiquidem & vera ſunt ſecundum opinionem. Quatenus .n. ſunt ſecundum opinionem aliquorum ſapientum, ſubeunt rationem probabilis, nam probabile eſt, quod omnibus vel pluribus videtur. Ariſtoteles ergo vtitur propoſitionibus ſyllogiſmi, non quo veræ, atq; neceſſariæ ſunt, ſed quo ſunt ſecundum opinionem ſapientum: & ſic ſyllogiſmus redditur probabilis. Veniendo ergo ad verba, Ariſtoteles probat minorem, & dicit {Præterea compluribus entium }. ſ. quæ ſunt ſcibilia ſcientiarum { non omnibus competũt omnia}. ſ. principia, immo ſunt quædam ſcibilia omnino abſoluta ab ipſis principiis penitus. & hoc exponit, & dicit {quo .n. pacto fieri poteſt, vt immobilibus inſit principium motus}. i. cauſa agens. Immobilia.n. appellat ingenita, & immortalia: principium vero motus dicit cauſam efficientem, quæ ſecundum Ariſtotelem non intelligitur, niſi per motum. Expoſitor vero per immobilia intelligit numeros, & ideas: quas Plato ponit omnino immobiles. & a materia abiunctas. Auerroes autem per immobilia intelligit mathematica, qm̃ licet ſint in re mota,

Thomas.

Alexand.

Improbatio.

Qua Auer. Comm. 3.

re mota, tamen non mouentur, niſi accidentaliter. Et eſt expoſitio falſa, quoniam poſtea amplificando ſermonem, declarat hoc in mathematicis. deinde declarat in ipſis immobilibus non eſſe finẽ, & ſyllogiſmus eſſe poteſt, in quibus non eſt motus, non eſt terminus motus: in ipſis immobilibus non eſt motus: igitur in ipſis immobilibus non eſt terminus motus. Vltra in quibus non eſt terminus motus, non eſt finis (definitur.n. finis quod ſit gratia actionum, quæ actiones ſine motu non ſunt) ſed in ipſis immobilibus non eſt terminus motus, vt probatum eſt: igitur non eſt finis. Ariſtoteles ergo non tangit hos duos ſyllogiſmos, ſed alios his æquiualentes, ſuſpenſiue tamen vſq; ibi {quare fieri non poteſt} & primo tangit concluſionem, & dicit {aut boni natura} eſt ergo concluſio in immobilibus non eſt finis, qui nihil aliud eſt quam boni natura, quod autem in immobilibus nõ ſit boni natura, probat, & dicit {ſi omne quidem quod eſt per ſe, atque ſuaptenatura bonum, finis ſit, atque} ſit {adeo cauſa, vt illius gratia cætera & fiant, & ſint; finis autẽ & id, cuius gratia cætera fiunt, actionis cuiuſdam ſit finis, actiones vero omnes efficiantur cum motu} tunc terminando ſuſpenſionem affert concluſionem, & dicit {quare fieri nõ poteſt, vt in immobilibus hoc principium}.ſ. quod eſt cauſa finalis {aut vllum} omnino {ſit per ſe bonum} Ariſtoteles ergo argumentatur enthymematice accipiendo in antecedente tres propoſitiones, quarum prima eſt, omne per ſe bonũ eſt finis, & cauſa ob quam cætera fiant. & ſint. Secunda, finis eſt actionum finis. Tertia, omnes actiones ſunt cum motu. conſequẽs vero eſt, finem nullum omnino poſſe eſſe in ipſis immobilibus. ſiquis autem vult, poteſt hoc pacto reſoluere enthymema ad artem prioriſticam, in quibuſcunq; non eſt motus, nõ ſunt actiones: in immobilibus non eſt motus: Igitur in immobilibus non ſunt actiones. Vltra, in quibuſcunq; actiones non ſunt, non eſt finis, nam finis eſt actionum finis: ſed in immobilibus non ſunt actiones: Igitur nec finis. Vltra, in quibuſcũque non eſt finis, non eſt per ſe boni natura: in immobilibus non eſt finis: igitur non eſt boni natura. Prima autem reſolutio, quam præmiſimus, licet non ſit ad verba, tamen eſt ad ſenſum valde optima. cauſa eſt, quia probare in ipſis immobilibus non eſſe bonum per ſe, non videtur eſſe probatum ad propoſitum, quoniam intentio Ariſtotelis eſt probare finem non eſſe in immobilibus, illud autem de bono eſt additum ad abundantem doctrinam: & forte eſt quæſtione dignum, q̃m Deus eſt per ſe bonum, cuius gratia cæteræ intelligentiæ mouent orbes, vt duodecimo libro huius declarabitur. Quare ſi eſt verum, eſt additum præter intentum ad abundantem doctrinã. cum vero dixit per ſe bonum nõ eſſe in immobilibus, intellexit de p ſe bono acquiſititio, quod eſt actionum finis, non autem de perpetuo atq; æterno bono, quale eſt Deus. nec de bono vtili, quod eſt bonũ non per ſe, ſed quia eſt vtile ad acquiſitionem boni, quod eſt bonũ acquiſititium, & finis actionis. cum dicit, omnes actiones effici cum motu, Alexander exponit, nam virtutum actiones, quæ honeſtum habent propoſitũ, cum motu efficiuntur. quin & artes ſingulæ, quæ boni cuiuſdam ſunt appetentes, id ipſum per actionem, & motum adipiſcuntur. quæ ratio docet Ariſtotelẽ per hæc demonſtraſſe in rebus immobilibus non eſſe cauſam, quæ boni & finis rationem habeat. cum vero dicit {aut vllum ſit per ſe bonum} perinde eſt, ac ſi diceret, nulli eſt bonum, vt finis. Et quia Auerroes, vt diximus, per immobilia intellexit mathematica, ideo dicit, & dixit per ſe, quia poteſt contingere, vt in rebus immobilibus ſit bonum, ſed nõ per ſe, ſed propter res naturales, in quibus reperiuntur. Inſuper ait Ariſtotelem intelligere per illud, quod diſponitur per bonũ, eſſe cauſam finalem, nam bonum eſt deſiderabile, & cauſa finalis eſt deſiderabilis. *Quæ Auer. Commen. 4.*

Quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc oſtenditur cauſam, nec ulla prorſus ſit demõſtratio ex eo, quia ſic eſt melius, aut deterius.

Videtur hoc eſſe additum, vt ſignum pro confirmatione eius, quod dixit. nam, cum probaſſet in ipſis immobilibus non eſſe naturam boni, neq; finem, probat hoc exemplo mathematum, quæ nunc enumerat inter immobilia, ſaltem per ſe. res.n. mathematicæ, vt Auerroes ait, ſunt immobiles per ſe, per accidens vero mobiles, quatenus videlicet ſunt in rebus naturalibus. Probat ergo, vt Alexander dicit, exemplo mathematum, vel ſigno ſumpto à mathematicis, vt Expoſitor ait, & dicit {Quapropter & in mathematicis}.ſ. ſcientiis {nihil omnino per hanc oſtenditur cauſam} nec ob aliud, niſi quia verſantur circa immobilia {nec vlla prorſus ſit demonſtratio}.ſ. in mathematicis ſumens mediũ {ex eo, quia ſic eſt melius, aut deterius} nullus .n. vnquam in Geometria, cum aliquid demonſtraret cauſam reddidit, quia ſic melius eſt, vt diceret exempli gratia trianguli angulos pares eſſe duobus rectis, q̃m hoc melius ſit, quemadmodum in operibus, quæ natura fiunt, aut arte mouentur, redditur cauſa gratia cuius. In libro.n. de partibus animalium Ariſtoteles aſſignans cauſam, quare homo habet manus, ait. quia per eam melius poteſt exequi conceptiones rationis. At in mathematicis nulla demonſtratio in eum modum fit, non.n. dicimus angulum in ſemicirculo eſſe rectum, quia melius eſt eum eſſe rectum, quàm acutum vel obtuſum.

Quinetiam nemo talium mentionem ullam omnino fecit.

Quod autẽ Mathematici nunquam in demonſtrando finali cauſa vtantur, nunc probat, & vtitur hac ratione, q̃m ſi cauſa finalis eſſet conueniens mathematicis demonſtrationibus, aliquis ea fuiſſet vſus aliquãdo. At deſtruens conſequens dicit {Quinetiam nemo}.ſ. ex mathematicis {talium}.ſ. cauſarum finalium in demonſtrationibus mathematicis {mentionem vllam omnino fecit} ergo cauſa finalis non eſt conueniens mathematicis demonſtrationibus. Expoſitor autem ſingula, quæ Ariſtoteles dicit, diligentius quàm cæteri etiam Græci expoſitores conſiderans, ait Ariſtotelẽ hæc addidiſſe, quia aliquis fortaſſe dicere poſſet eſſe aliquem alium demonſtrandi modum in mathematicis per cauſam finalem, quàm q̃m eſt melius, vel peius, puta ſi diceretur, ſi finis erit, neceſſe eſt id, quod eſt ad finem, euenire, propterea ſubiungit nullum omnino vnquam in mathematicis feciſſe mentionem alicuius talium pertinentium ad bonum, vel ad cauſam finalẽ: quare recte dictum eſt cauſam finalem, atque boni naturam immobilibus non conuenire.

Quare ob hæc ſophiſtarum nonnulli, ut Ariſtippus, eas præneglexit, quòd in cæteris quidẽ artibus, etiam in ipſis ſordidis, ut in ædificandi facultate, atque ſuendi omnia dicantur,

quia ſic eſt melius, aut deterius, in mathematicis uero, nullus ſermo fiat de bonis, atque malis.

Cum dixiſſet in mathematicis demonſtrationibus nõ eſſe cauſam, vt finem, quod quidem eſt bonum, in huius confirmationem ſophiſtarum ſententiam de mathematicis commemorat, qui neglexerunt mathematicas diſciplinas, exiſtimantes eas eſſe imperfectiores etiam vilibus artibus, & dicit { Qua re ob hæc }, ſ. quia in mathematicis nec eſt bonum, nec finis { ſophiſtarum nonnulli, vt Ariſtippus } Cirenaicæ ſectæ cõditor { eas }, ſ. mathematicas diſciplinas, vt Alexander exponit { præneglexit } atque contempſit. & aſsignãs rationem dicit { ꝙ in cæteris quidem artibus, etiam in ipſis ſordidis, vt in ædificandi falcultate, atque ſuedi } .ſ. coria { omnia dicantur, quia ſic eſt melius, aut deterius: in mathematicis vero nullus ſermo fiat de bonis, atq; malis } ergo adeo poſtergauit diſciplinas mathematicas, vt imperfectiores etiam vilibus artibus eſſe aſſereret. nec ob aliud, niſi quia in eis nulla de bono fit mentio. ab authoritate ergo Ariſtippi accipit mathematicis demonſtrationibus boni naturam non cõuenire, ſed ꝙ mathematicæ ſint viliores mechanicis facultatibus, non acceptat. Expoſitor vero non ſic exponit, aſſerit.n. Ariſtippum neglexiſſe demonſtrationes mathematicas, non quia ſint viliores cæteris etiã ſordidis, ſed quia negligunt cauſam finalem. Sed cur tertio exponi non poteſt Ariſtippum neglexiſſe cauſas finales in demonſtrationibus, qm̃ eis vtuntur artes, & non ſcientiæ nobiliſsimæ, quales ſunt mathematicæ? Sed quouis modo exponatur, Ariſtoteles ab authoritate Ariſtippi vult eſſe accipiendũ cauſam finalem nõ connenire demõſtrationibus mathematicis. Sed vtrũ ſequatur ex hoc, vt Alexander exponebat, diſciplinæ mathematicæ non vtuntur finali cauſa, ergo ſunt viliores artibus etiam ſordidis: fortaſſe neganda eſt conſequentia, qm̃ ſunt cæteris nobiliores ſaltem confirmatione demonſtrationis, vt in libris de anima expoſuimus. Alexander vero aſſerit in hac Ariſtotelis ratione, qua vtitur ad probandum non eſſe eiuſdem ſcietię conſiderare omnes cauſas, eſſe deceptionem. qm̃ non ſequitur, in quibuſdam ſcibilibus non omnes cauſæ ineſſe videntur: igitur nullius doctrinæ munus erit oẽs cauſas cognoſcere. nam eadem ratione demonſtrare licebit, quoniam in quibuſdam ſcibilibus ſunt oẽs cauſæ: iccirco ad vnã ſcientiam pertinet ipſas omnes cognoſcere. neque.n. ſi non oẽs ſcientiæ cunctas cauſas habent, ſed quibuſdam ipſarũ quædam inſunt, iccirco nulla erit, quæ omnes cognoſcat, vt ipſe paulo poſt demonſtrabit inquirens per cuius cauſæ cognitionem potiſsimum ſcientia rei propoſitæ generetur in ſcientijs, quæ omnes cauſas obtinent, propterea ꝙ ipſarum ſubiectum omnes cauſas ſortiatur. Inſuper eſt aliud cõſiderandum contra Ariſtippũ, qm̃ non omne bonum ſuaptenatura eſt agendum, ſed aliquod eſt agendum, aliquod contemplandum. non agendum quidem, cuiuſmodi eſt in mathematicis. veritas.n. eorum, quæ bonum quoddam eſt in ipſis, vt finis expetitur. Præterea ſapientiæ finis eſt huiuſmodi bonum, ſ. cõtemplandum, & non agendum. nam cognitio præſtantiſsimi, hac optimi entis eſt maxime illius finis, quæ quidem cognitio ſummũ bonum eſt. Quare licet in mathematicis nec finis, nec bonũ ſit agendum, tamen finis & bonũ eſt contemplandum: & ſic non ſunt viliores ſordidis artibus, vt Ariſtippus arbitratur. Hæc ab Alex.

At uero ſi plures ſint ſcientiæ ipſarum cauſarum, & alia circa aliam cauſam uerſetur, quam harum oportet dicere eam, quam quærimus? aut quem eorum, qui ipſas habent, rem maxime ſcire dicemus?

Expoſitor putat Ariſtotelem interponere aliã quæſtionem, quam proponit, & dicit { At vero, ſi plures ſint ſcientiæ ipſarum cauſarum } & non vna tantum { & alia circa aliam cauſam verſetur } verbi gratia naturalis circa materialem, metaphyſica circa formalem cauſam { quam harum } .ſ. plurium ſcientiarũ { oportet dicere eam, quã quærimus? } .ſ. quæ ſapientia nuncupatur { aut } ſi plures artifices ſint { qui ipſas } cauſas { habent } videlicet naturalis philoſophus, & metaphyſicus { quem eorum, qui ipſas habent, rem maxime ſcire dicemus? } vtrum naturalem philoſophum, qui conſiderat materialem cauſam, an metaphyſicum qui conſiderat formalem cauſam. Alexander autẽ vult Ariſtotelẽ nunc tranſire ad diſputandum in oppoſitã partem. nam, vt ait, quærit, ſi plures ſunt ſciẽtiæ, quæ cauſas, & principia cognoſcunt, non vna tm̃, vt ſuperiores rationes concludere videntur, cuius cauſæ cognitio pertinet ad hanc ſcientiam, quam quærimus, quæq; ſapientia nuncupatur, vel quem dicere oportet prædictum eſſe ſcientia rei propoſitæ ex earum numero, quæ continent omnes cauſas: vtrum naturalem philoſophum, an metaphyſicum. Tu vero conſidera, qm̃ ambæ expoſitiones conciduut in idem. Quo vero ad ſenſum quęſtionis attinet, animaduerte quæſtionẽ fieri ſub diſiunctione, non quidẽ, quæ diſiungit ſenſus, ſed quæ diſiungit denominationes, quæ cadit inter ſcientiam, quæ eſt forma ſiue abſtractum, & ſcientem, qui eſt denominatiuum ſiue concretum.

Fit enim ut ad eandem rem modi cauſarum omnes accommodentur. nam principium quidem domus, unde proficiſcitur motus, ars eſt, atque ædificator: id autem gratia cuius cætera fiunt, ipſum eſt opus: materia uero lapides ſunt, & cemẽtum: at forma eſt ipſa ratio. Cementum ꝯñ terra.

Expoſitor vult Ariſtotelẽ manifeſtare ſecundã quæſtionis partem ex eo, quia vna & eadem res inuenitur, quæ habet omnes modos cauſarum. ſed cur per hæc, quæ Ariſtoteles dicit, non manifeſtatur etiam prima pars quæſtionis, cum prima, & ſecunda pars non differant ſenſu, vt dictum eſt, ſed ſola denominationem? Propterea Alexander, cui omnes conſentiunt, aſſerit hæc Ariſtotelem addere ad refellendam rationẽ, quæ nititur oſtendere aliam ſcientiam aliarum cauſarũ eſſe cognitricem, & non oĩum vnam, ꝙ non in omnibus cauſæ oẽs habeantur, & vtitur eo argumento quaſi ẽ contrario, & dicit { Fit.n. vt ad eandem rẽ modi cauſarum omnes accõmodentur } ergo vna ſcientia conſiderat omnes cauſas. antecedens probat exemplo rei artificialis, & dicit { nã principium quidẽ domus, vnde proficiſcitur motus }, i. effectiuum { ars eſt, atque ædificator: id autẽ, gratia cuius cætera fiunt ipſum eſt opus }, i. eſt ipſa protectio, nam protectionis gratia fit domus. vel per opus intelligit id, quod in ipſa efficitur, quod quidem eſt ipſa forma, vt eadem ſit cauſa, formalis, & cauſa finalis, quemadmodũ licet in quibuſdã naturæ operibus inuenire. vel per opus intelligit non formã, ſed totum compoſitũ, quod non eſt idem atq; formalis cauſa { materia vero lapides ſunt, & cementum } ſiue terra { At forma eſt ipſa ratio } qm̃ per formam

mã definitio ipſa redditur. vel forte per rationem cõpoſitionem, aut proportionẽ domus intelligit. vel per rationem intelligit formã domus, vt Expoſitor inquit, quam artifex in mente habet, quæ ab Ariſtotele vbiq; vocatur qđ quid erat eſſe, & prima ſubſtantia, vnde & Comm.23. ſeptimo huius Ariſt. aſſerit ex domo intra, quæ ipſa domus eſt concepta, fit domus extra, quæ domus eſt cũ materia. Eſt ergo ſenſus, vt quæratur, in quibus quatuor habẽtur cauſæ, in ijs per cuius cauſæ cognitionem habetur ſapientia, quæ eſt potiſsima ſcientia.

Ex ijs igitur, quibus olim determinatum eſt, quam ſcientiã ſapientiam oportet appellare, conſentaneum eſſe ratione uidetur, illarum quamque ſapientiam nuncupare. Quo nanq; ſapiẽtia princeps eſt maxime, atq; domina, & cui cæteras ut ſeruas neq; contradicere fas eſt, eo ſcientia finis, ac boni ſapiẽtia nuncupanda eſſe uidetur: huius enim gratia ſunt cætera.

Hæc verba nec ſunt facilia, nec ab omnibus exponitur eodem modo. Expoſitor putat Ariſto. reſumere qõnem propoſitam, videlicet quam ſcientiarum poſſumus vocare ſapientiam ſm ea, q̃ de ſapiẽtia prius determinauimus in principio primi libri: & iuxta hãc expoſitionem dicit {ex ijs igitur quibus olim}. ſ. in principio Primi Libri {determinatum eſt} ſubaudi repetẽda qõ eſt {quam ſc͂iam, ſapientiã oportet appellare} vtrũ .ſ. illam, quæ cõſiderat cãm formalem, vel q̃ cõſiderat cãm finalẽ, vel aliquã cæterarum cãrum? Et qm̃ lectio in tranſlationibus Expoſitoris eſt redditiua cãæ, videlicet per verbum. n. ideo Expoſitor putat Ariſt. ponere rationes ad ſingulas trium cauſarum, & dicit {conſentaneum. n. rationi eſſe videtur, illarum quãq; ſapientiã nuncupare} q. d. eſſe rationabile quamlibet ſc͂iam, q̃ eſt per quãcũq; cãm, eſſe appellandam nomine ſapĩæ. & primo vult Ariſt. hoc oñdere de ea ſcientia, quæ eſt per cãm finalem. & dicit {quo nãq; ſapiẽtia princeps eſt maxime, atque domina &} ita domina {cui cæteras, vt ſeruas neq; contradicere fas eſt} ſed ab ea accipiant ſua principia, ſicut ei ſeruiẽtes {eo ſcientia finis, ac boni ſapientia nũcupanda eſſe videtur} vt ſit ſylľs, Scientia. quæ eſt domina cæterarum, & maxime princeps, cui nulla aduerſatur, eſt ſapientia: Scientia finis, ac boni eſt domina cæterarũ, & maxime princeps, cui nulla aduerſatur. ꝓbat hanc minorẽ dicens {huius. n. gr͂a ſunt cætera} eſt. n. finis quaſi cã cæterarum cãrũ. ergo ſc͂ia finis, ac boni eſt ſapĩa. hæc Expoſitor. Alexã. vero poſtquam dixit inquit quam ex ijs oportet eam dicere, quam quærimus, hic docet oẽs poſſe ſapientias nuncupare, ſ. ſi vnaquæq; oẽs cãs conſiderauerit, argumento eorũ, quæ in. 1. lib. dicta ſunt de ſapĩa. vñ verba ſic legantur {ex ijs igitur, quibus olim determinatum eſt}. ſ. in ꝓœmio libri primi maioris} quam ſc͂iam ſapientiam oportet appellare} vbi determinatum eſt, eã eſſe dicendam ſapientiam, quæ eſt cæterarũ facile princeps, & domina, cum itaq; hæc ſint determinata {conſentaneum rationi videtur eſſe} ſubaudi, ſi vnaquæq; ſcientia conſiderat oẽs cauſas {illarũ}. ſ. ſcientiarum, q̃ conſiderant oẽs cãs {quãq; ſapientiã nuncupare} quæ expoſitio ideo recta eſt, qm̃ in codicibus Alexan. non reperitur, verbum. n. quemadmodum nec in noſtro: & primo demonſtrat ꝙ ratione cauſæ finalis vnaquæq; ſit ſapientia, & ſyllogiſmus eſt ille, qui factus eſt in expoſitione prima, Scientia, quæ eſt domina cæterarum, & maxime princeps, cui nulla aduerſatur, ſed oẽs ſubiiciuntur, eſt ſapiẽtia: Scientia finis, ac boni eſt differentia cæterarum, & maxime princeps & reliqua: ergo ſc͂ia finis eſt ſapĩa. quare, ſi quælibet ſc͂ia conſiderat oẽs cãs, cum quælibet conſideret finem, quælibet ex ea rõne, qua finẽ contemplatur, erit ſapĩa. Hæc eſt expoſitio Alexan. verba legantur, vt ſupra. Auerr. autem ferè ſemper errabundus, vult Ariſt. hic dubitare, & ſoluere dubitationem. dubitat quidem, qm̃ cum oĩs ſciẽtia, ſit cognitio cauſarũ, omnis ſcientia videtur eſſe ſapientia, atque philoſophia. Solutio vero eſt, vt inquit, cõcedendo omnem ſciẽtiam, quæ eſt per cauſam, eſſe philoſophiam, tñ ea ſc͂ia, quæ dicitur philoſophia ſimpliciter, eſt illa, quæ verſatur in cauſa finali vltima omnium cauſarum, cuius gratia ſunt omnes cauſæ. Cuius expõnis falſitas ꝑſpicua eſt ex multis, potiſsimũ, quia hic Ariſt. eſt ſolũ qõnarius, & nõ veritatis definitiuus. Quæ Auer. Com. 3.

Quo uero definitum eſt eam ſciẽtiam ſapientiam eſſe, quæ eſt cauſarum primarum, maximeq; ſcibilis, eo ſubſtantiæ utique ſcientia erit huiuſmodi.

Expoſitor, & Alexã. vterq; vult Ariſt. probare eam ſcientiam, quę eſt per formam, eſſe ſapientiã, ſed differunt. qm̃ Expoſitor vult Ariſtotelem probare omnem ſcientiam eſſe ſapientiam, quoniam omnis ſcientia eſt per cãm. Alex. vero vult Ariſt. probare ſc͂iam, quę eſt ꝑ formam, eſſe ſapientiã. qm̃ oĩs ſc͂ia conſiderat oẽs cãs. quare ſicut probauit ſc͂iam, quæ eſt per finem, eſſe ſapientiam, nunc probat, & ſc͂iam, quæ eſt per formã, eſſe ſapientiam. eſt ergo differentia, ꝙ Alex. vult ſc͂iam, q̃ eſt per formã, eſſe ſapientiã, ſi omnis ſcientia conſiderat oẽs cãs. Expoſitor vult Ariſt. hoc ꝓbare, ſiue illud ſupponatur, ſiue non. tñ vterq; aſſerit Ariſt. velle probare eam ſcientiam, quæ eſt per formam, eſſe ſapientiam. & quoniam in cõcluſione conueniũt, ideo in ſyllogiſmo, quo Ariſt. concluſionem probat, conuenire vñr. quare ſyllogiſmus ſit, Ea ſcientia, quæ eſt primarum cauſarum, & eius, quod eſt maxime ſcibile, eſt ſapientia: ſcientia, quæ eſt ſubſtantiæ, atq; formæ, eſt primarum cauſarũ, & eius, quod eſt maxime ſcibile: igitur ſcientia, quæ eſt formæ, eſt ſapientia. Aſsignat maiorẽ, & minorem ſub his verbis dicens {Quo vero definitũ eſt. eam ſcientiam ſapientiam eſſe, q̃ eſt cauſarum primarũ, maximeq; ſcibilis} ſub his verbis indicatur maior, ſub his, quæ ſequuntur, indicatur minor {eo vtiq; ſubſtantiæ}. i. formæ {ſcientia erit huiuſmodi}. i. ſapiẽtia: & ſic notantur in his verbis maior, & minor.

Nam cum multis modis idem ſciatur, magis quidem eum dicimus ſcire, qui rem ex ijs, quæ inſunt, q̃ eum, qui ex ijs, quæ non competunt eidem, cognoſcit: horum aũt eorundem alium alio magis, & maxime eum, qui quidnam ſit, percipit, ſed non eum, qui aut quanta ſit, aut qualis, aut ſi apta ſit agere quippiam, aut pati cognoſcit. De forma.


Nunc ſm Alexã. ꝓbat minorem ſylľi ꝑfacti, hoc eſt ꝓbat rem ab eo maxime cognoſci, qui rei formam cognoſcit. ad hoc aũt probandũ ſumit primo ſcibile tũc magis à nobis cognoſci, cũ ipſum ex ijs, q̃ ei inſunt, cognoſcimus, q̃ ex ijs, q̃ non inſunt. & hoc dicit {Nam cũ multis modis idem ſciatur}. ſ. per ea, q̃ inſunt affirmatiue, & per ea, q̃ non inſunt negatiue {magis quidẽ eum dicimus ſcire, qui rem ex ijs quæ inſunt}. ſ. affirmatiue {q̃ eũ, qui ex ijs, quæ non competunt eidẽ}. ſ. negatiue {cognoſcit} nã q̃dam doctrinę, & quorundã rõnes, ex negationibus ſumunť, q̃ cognitio ex ijs, quæ non cõpetunt eidem, vel nõ inſunt, dici poteſt. nã qui punctũ id

eſſe definit,quod partem non hēt,is ex nō eſſe punctū cognoſcit. ex eo.n.quod puncto abeſt, rationem conficit. Eadem ratione qui accidens eſſe ait,quod neque definitio eſt,neq; genus,neq; propriū,ineſt tamen rei, hic ex non eſſe definit. Deinde ſumit ſecundo, ꝙ eorū, qui eſſe cognoſcunt intelligens quid res ſit, quàm quid ei accidat cognoſcens magis dicitur intelligens, & dicit {horum aūt eorundem}.ſ.qui eſſe cognoſcūt {alium alio magis} ſubaudi dicitur cognoſcere{& maxime eū} ſubaudi dicitur cognoſcere {qui quidnā ſit, cognoſcit}& percipit {ſed non eū,qui}.ſ.ex accidenti percipit rem,videlicet {aut quanta ſit,aut qualis,aut ſi apta ſit agere quippiam,aut pati} aut aliquod aliorum ꝑdicamentorū accidentium {cognoſcit}Sic igitur qui cognoſcit quid res ſit, cognoſcit affirmatiue, & maxime,qui cognoſcit ex aliquo accidenti, cognoſcit affirmatiue,& parum.Erit igitur probatio minoris per hūc ſyllogiſmum,cognitio per ea,quę inſunt affirmatiue, & per ſubſtantiam, & non per accidentia, eſt cognitio primarum cauſarum,& eius,quod eſt maxime ſcibile: cognitio ꝑ formā eius,cuius eſt forma, eſt cognitio ꝑ ea,q̄ inſunt affirmatiue, & per ſubſtantiam. igitur cognitio per formā eſt cognitio primarū cārū,& eius,qd' eſt maxime ſcibile: quæ fuit minor ꝑtacti ſyllogiſmi.

Quæ Auer. Com. 3. Auerroes vero ſuper hac parte dicit ſic, Scientia.n. naturalis cōſiderat etiā de duabus primis cauſis.ſ.motore,& materia.iſta aūt de duabus cauſis vltimis.ſ.forma,& fine,& quia hæ duę cāæ ſunt præſtabiliores illis, ideo iſta ſciētia eſt præſtabilior naturali. Finis quidem cæteris cauſis præſtabilior, quia aliæ cāæ ſunt propter finem. Forma vero alijs præſtantior, quia ſcientia rei per illam eſt perfectior quàm ſcīa rei ꝑ aliam. Sed contra hoc dixit ſuperius in hoc eodē cōmento, vbi dixit domū habere quatuor cauſas, dixitq; per hoc exemplū Ariſt. indicare naturalem philoſophiam conſiderare quatuor cauſas,& tamen hic dicit duas, & tu intellige Naturalem philoſophiam cōſiderare quatuor cauſas proprie,ſed propriiſsime duas.

Adhuc autem et in cæteris,quorum eſt demonſtratio. tunc ſcire unumquodque putamur, cum quid nam ſit unumquodq; cognoſcimus, ut quadrationem inuentionem mediæ eſſe, & in cæteris ſimili modo.

Hæc eſt ſecunda ratio, per quā docet formæ cognitionem potiſsimum rei eſſe cognitionem. q̄m in demōſtrationibus, tunc propoſiti demonſtrationem nos habere putamus, cum rationem eius,definitionemq; cognoſcimus. & dicit {adhuc aūt & in cæteris, quorum eſt demonſtratio} illud.n.{in cæteris} pro in oībus, quorum ſunt demonſtrationes intelligit {tunc ſcire vnumquodque cognoſcimus} & aſsignat exemplum ex.6.geometriæ Euclidis, & dicit {vt quadrationem} ſubaudi rectilinei ſcimus, cum {inuentionem} lineæ {mediæ} ſcimus. Quadratus .n.ex media deſcriptus par eſt rectilineo. Media vero dicitur,quæ à laterum minore maior eſt, maiore vero minore: ex qua deſcriptus quadratus par eſt dato rectilineo. Nam definitio cum cauſa demonſtratio eſt poſitione differens, vt in reſolutoriis demōſtrauit.



Deinde amplificans ſermonem dicit {& in cæteris ſimili modo}nam tunc ſcimus,quid ſit defectus Lunæ, cum didicerimus terræ obiectionem definitionem eſſe defectus.

Atqui circa generationes, actionesue, atq; omnem mutationem tum maxime ſcimus, cum principium motus cognoſcimus: hoc autem aliud principium eſt, atq; oppoſitum fini: quare contemplatio harum cauſarum cuiusq; ad aliam ſcientiam uidebitur pertinere. *De efficiente.*

Poſtquàm oſtendit cās formalis cognitionem ſapiētiam videri poſſe,idem de cauſa efficiente docet,& ſyllogiſmus eſt,cognitio, quæ eſt per potiſsimā cauſam, ſapientia videri poteſt: cognitio generationum,actionum,atq; mutationū omnium eſt per efficientem cauſam,tanquā per potiſsimam:igitur cognitio generationū, actionum atq; mutationū omniū per efficientem cām ſapientia poteſt videri. De ſyll'o tangit minorē,& dicit{Atqui circa generationes,actionesve,atq; omnē mutationem tum maxime ſcimus, cum principiū motus cognoſcimus}.i.cum cognoſcimus cauſam efficientem. Tunc.n.Troiani belli cām ſcimus,cum ſcim9 ob raptam Helenam illud fuiſſe ſuſceptum,qui raptus eſt principiū,& cauſa belli,& tunc ſcimus pugnę cām, cum nobis innotuit cōtumelia,vnde pugna exorta eſt. ſed facta efficientis cauſæ mētione,exponit quale principium ſit effectrix cauſa, & dicit {hoc autē aliud principium eſt, atque oppoſitum fini} quibus verbis has cauſas inter ſe oppoſitas eſſe ait. cum hæc expoſuiſſet, infert quādam concluſionem,& dicit{quare contemplatio harum cauſarum cuiuſque ad aliam ſcientiā videtur pertinere} quod quidem minime cum propoſito videtur conuenire. nam conſentaneum erat inferre ex his,quæ demōſtrauit, complures fore ſapientias, q̄m probauit cōplures eſſe cognitiones, quæ fiunt per potiſsimas cauſas. quo circa Alexā. verba illa in hunc intellectum exponit {quare contemplatio harum cauſarum cuiuſque ad aliam} ſubaudi atque aliam {ſcientiam}.i.ſapientiam {videtur pertinere} vt ſint tres ſapientiæ pro numero trium cauſarum potiſsimarum. Qui ſenſus mihi ſummopere placet, nec puto aliam expoſitionem eſſe quærēdam, cum hæc ſit conformis ijs, quæ diſputauit. Non ſilet Alexan.aliam expoſitionem,nam vult hæc verba eſſe referenda ad ea,quæ primo dicta ſunt,& non ad hæc, quæ nunc traduntur. vt ſit ſenſus {quare contemplatio harum cauſarum cuiuſque, ad aliam ſcientiam} ſubaudi quàm ad Metaphyſicam {videtur pertinere} Aut tertio exponit nā, cum efficientem cauſam fini oppoſitam eſſe dixiſſet, quoniam hæ duæ cauſæ oppoſitæ ſunt,idcirco intulit, non ad eandem, ſed ad diuerſas ſcientias vtriuſque ipſarum cognitionem pertinere.Aut certe melius,vt Alexan. inquit, in quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt ad hunc modum {quare ob ea,quæ dicta ſunt, non alterius videtur eſſe ſcientiæ contemplari harum cārum quāque} vt verba legantur negatiue, & ſenſus ſit {quare ob ea,quæ dicta ſunt}.ſ.de oppōne cauſæ finalis cū efficiente {nō alterius videtur eſſe ſcientiæ} quàm ſub audi metaphyſicæ {contemplatio, harum cauſarum quāq;} ſuperius.n.dicebatur ideo Metaphyſicam nō contemplari de omnibus cauſis,quoniā cauſæ nō ſunt oppoſitæ. nam ſi eſſent oppoſitæ, cum oppoſitorum ſit eadem ſcientia, metaphyſica erit omnium cārum. At nunc concludit, cum agens, & finis ſint oppoſitæ cauſæ,

cſæ,omnium cauſarum erit vna ſapiētia,videlicet me taphyſica.Quòd ſi dicas non ſequi,qm̄ non oēs cauſæ ſunt oppoſitæ,ſed ſolum efficiens,& finis. Alex.innuit reſponſionem,hoc Ariſto.intuliſſe partim ex oppōne harum cauſarum, partim accedentibus aliis rōnibus, quibus plures ſcīas in cauſarū cognitione verſari alie-nū eſſe argumentābatur. Aut forte dici poteſt,ꝙ,ſi efficiens ſit oppoſita cauſa fini, etiam formæ erit cauſa oppoſita, qm̄ forma concidit in finem.ſed illud eſt ad uertendum,vt Alex.notauit,neq; hoc in loco, neq; in primo libro maiore,vbi in commemoratione cōmunium de ſapientia ſnīarum eadē referuntur,mentionē fieri cauſæ materialis,cum de tribus cęteris diſſeratur, doceaturq;, quare cuiuſq; ipſarum cognitio poſsit eſſe ſapientia,quā nunc indagamus.cuius ratio eſt:qm̄ illarum cārum cognitio p̄ſtantior eſt, magiſq; ſcīa q̄ materialis cāę notitia,cum illarum quæq; magis ſit cauſa. Materia.n.in ijs,quæ fiunt ex ipſa cauſæ ſine qua non videtur habere rationem. & ideo dato, ꝙ aliqua ſcīa conſideraret ſeorſum de cauſa materiali, non ꝓpterea videretur habere rationem,atq; nomē ſapientiæ. Expoſitor laborat ſoluere rationes, quæ inductæ ſunt ad probandum eſſe alias ſapientias à metaphyſica, quod cum nos credamus eſſe ſuperfluum, ideo in proprio loco cenſemus eſſe diſſerendum.

TEX.4. *At uero de principijs etiam demonſtrationis eſt controuerſia ſit ne una, an plures de ipſis ſcientiæ. Atque demonſtratiua principia dico opiniones communes, ex quibus omnes demonſtrant. ut omne quoduis aut affirmetur, aut negetur, neceſſe eſt: & impoſsibile eſt eſſe ſimul, atq; non eſſe, & quæ ſunt huiuſmodi propoſitiones. Vtrum igitur horum atq; ſubſtantiæ una ſcientia ſit, an alia atq; alia, & ſi non una, utrā, ideſt quam unam ex duabus, oporteat dicere eam ſcientiam eſſe, quæ nunc quæritur.*

Ex ijs, quæ diſputare propoſuerat, ſm̄ locum q̄ſtio de ſententiis obtinebat:q̄ ſunt demonſtrationum principia,quas κοινὰσ δόξασ .i. communes opiniones, ſiue ſnīas appellat. qm̄ a cunctis demonſtrantibus vſurpātur,eademq; principia. In mentione huius qōnis vocauit,propterea ꝙ principia ſunt eorum,quæ demonſtrantur,& dicit { At vero de principijs etiam demonſtrationis eſt controuerſia, ſit ne vna, an plures de ipſis ſcientiæ} & de principiis ſubaudi ſubſtantiæ, quaſi quærat,vt Alexander exponit,vtrum eiuſdem ſcientiæ munus ſit de his conſiderare, cuius eſt de ſubſtantiæ, ac entis principiis diſſerere,an alterius,vt de principiis complures habeantur ſcientiæ, alia de principiis demonſtrationum,alia de principiis ſubſtantiæ, atq; entis. Deinde exponit principia demonſtrationum, & dicit { atq; demōſtratiua principia dico opiniones cōes, ex quibus oēs demōſtrant. vt} p exēpla{omne quoduis aut affirmetur,aut negetur,neceſſe eſt: & impoſſibile eſt eſſe ſimul,atq; non eſſe, & quæ ſunt hmōi ꝓpoſitiones} vt omne totū eſt maius ſua ꝑte,& ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent ſunt æqualia.Tunc reſumit quæſtionem,& dicit {vtrū igitur horum}.ſ.principiorum demonſtrationum {atq;} principiorū {ſubſtantiæ vna ſit ſcīa,an alia,atq; alia} deinde ſubdiuidit aliam qōnem,& dicit {& ſi non vna} ſed plures ſint ſcīæ,ita vt cognitio principiorum ſubſtantiæ ſit vna,& quæ de principijs demōſtrationis habeť, ſit alia,quærit ποτέραν .i.{quam vnā ex duabus oportet dicere eā ſcientiam eſſe,quæ nunc quæritur}.i.metaphyſicam,vtrum eam,quæ principiorum demōſtrationū eſt,an eam,q̄ principiorū ſubſtātiæ eſt.Principia ſubſtātię,ſiue entis dicit cās eſſendi,atq; prīcipia,qbus res ſūt,& ſiūt.hęc nō expoſuit, qa ſatis ſupius expoſuit.

Auerroes aūt ferè ſemper errabundus, exponit per ſubſtantiam formam,vt ſit ſenſus, vtrū eadem ſcīa ſit, quæ conſiderat formam, & demonſtrationum principia. Et errat, qm̄ qō ſecundo loco mota ſuperius non ſuit hæc, ſed illa,quā diximus ſm̄ expōnē Alex.videlicet vtrum eadem ſcīa ſit, q̄ conſiderat principia ſubſtātiæ, & demonſtrationum principia,an alia,atq; alia. *Quæ Auerr. Comm.4.*

Vnam igitur eſſe non eſt conſentaneū rōni. Cur.n.magis eſt proprium Geometriæ q̄ cuiuſuis hæc intelligere? Si igitur cuiuſuis quidem ſimiliter eſt, omnium autem eſſe non poteſt, ut ne cæterarum, ſic neq; eius,quæ ſubſtantias cognoſcit,proprium eſt de ipſis cognoſcere. *Intelligere. ἐπαΐειν. ſubaudire.*

Ad partē negatiuā qōnis argumentať primo,& Alexan.ſic format rōnem,ſi oēs demonſtratiuæ ſcīæ ſimiliter vtuntur ſententijs ad ſuas demōſtrationes cōficiēdas,& non oēs de ipſis diſſerunt, certe nulla earū, quæ ſimilr̃ eis vtuntur,de ipſis diſputabit.Huius enthymematis ſunt duæ partes,quarū prima eſt,oēs demōſtratiuæ ſcīæ ſimilr̃ vtuntur ſententijs ad ſuas demonſtrationes conficiendas,& eſt vera: qm̄ oēs perinde his principiis vtūtur,atq; ea,quæ de ſubſtantię principiis ediſſerit.Secūda vero pars eſt,& non oēs de ipſis diſputāt. non.n.geometria,nō muſica, quāquā eadem vſurpēt. Conſequens igitur verum eſt, qm̄ & antecedens verū eſt. Aliter format Alex.ſi oēs ſcientiæ perinde ſeſe hn̄t erga ſnīas,atq; ea, quæ diſputat de ſubſtantiæ principijs,vel oēs de ſentētiis diſputabūt, vel ne hæc ipſa quidē,ſed oēs ꝑinde ſe hn̄t,atq; hæc, q̄ de ſubſtātiæ principijs eſt,neq; oēs de ſentētijs ediſſerūt,ergo ne ipſa quidē,quæ agit de ſubſtantia,ac proinde non eſt eiuſdem ſcīæ de ſubſtantia,& de ſententijs diſputare.nam quēadmodum cæterarū,quæ his æquæ, atq; ipſa vtuntur, non eſt proprium de ipſis diſſerere, ſic ne huius quidē fuerit.hæc Alexander. Quæ argumentationes probæ eſſent,ſi eſſent verbis cōuenientes. Sed pace tanti viri dixerim,facilius argumentatio confici pōt,ſupponendo pro explorato omnes ſcientias vti principiis demōſtrationum,quæ cōes opiniones dicūtur.tunc argumētum eſt, ſi nec vnius,nec pluriū,nec oīum ſcientiarum eſt conſiderare communes animi conceptiones, quæ principia demonſtrationum ſunt & principia ſubſtantiæ,non erit metaphyſicę munus cōſiderare principia demōſtrationū & principia ſubſtātiæ. Tunc ponit primā partem,& dicit {vnā igitur eſſe}.ſ.ſcientiā, q̄ conſiderat principia ſubſtātię,& principia demonſtrationū {non eſt conſentaneū rationi} quod probat ſtatim, & dicit{cur.n.magis eſt propriū Geometrię} vel alterius ſciētiæ { quàm cuiuſvis hæc intelligere} ſubaudi,ſi omnes principiis demonſtrationum vtantur, vt ſuppoſitum eſt: deinde deſtruit tertiam partem, & primo ponit eam & dicit { ſi igitur cuiuſuis ſimiliter eſt}.i.ſi dicatur omnium ſcientiarum eſſe conſiderationem principiorum demonſtrationū & ſubſtantiæ, deſtruit hāc tertiam partem,& dicit{omnium autem eſſe non pōt} cuius rationem non expreſsit, ſed ratio, vt Expoſitor inquit, eſt, qm̄ eadem in diuerſis ſcientijs ptractarentur,quod eſſet ſuperuacaneum. deinde aſsignat ſecundam partē,quam deſtruit,& ſubaudias ergo {vt ne cæterarum,} ſcilicet ſcientiarum eſt cōſiderare principia *Alexandri expoſitiones.* *Improbatio.*

ſubſtantiæ, & principia demonſtrationum,i.ergo, vt ne aliquarum plurium eſt vtraque illa principia conſiderare, propter rationem aſsignatam,quia eadẽ ſæpe pertractarentur {ſic neque eius}.ſ.Metaphyſicæ{quæ ſubſtantias cognoſcit,proprium eſt de ipſis cognoſcere} alioquin non omnes ſcientiæ communibus ſentẽtiis, quę principia demonſtrationum ſunt,vterentur, ſed ſola Metaphyſica, quod eſt cõtra ſuppoſitionem. Si igitur nec vnius tm̃, nec plurium, nec oĩum ſcientiarum principia ſubſtantiæ,& principia demonſtrationum conſiderare, metaphyſicæ non erit propriũ illa vtraq; conſiderare: tum quia non oẽs principiis demonſtrationum vterentur, ſed tm̃ Metaphyſica, tum etiam, qm̃ ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum primæ partis antecedentis: nam ſequitur metaphyſicæ propriũ eſt conſiderare illa vtraq;, ergo vni' tm̃ proprium erit illa conſiderare, quod eſt oppoſitum primæ partis antecedentis. ergo dicere poſſumus argumentum Ariſt.eſſe ſyllogiſmum hypotheticum à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, ſaltem ſecundum vnam partem. Quæ expoſitio cõſonat verbis,& ſyllogiſmo,& omnibus,vt patet recte conſideranti verba.

Nam. οὖν. Igitur.

Simul etiam quonam pacto ipſorum ſcientia fuerit.quid.n. unumquodque ipſorum eſt,& nunc plane cognoſcimus: nam utuntur ipſis & aliæ artes,ut cognitis. Quod ſi demonſtratiua ſit de ipſis ſcientia,genus ſubiectum eſſe quippiam oportebit, & alia quidem affectus, alia uero dignitates ipſorum: impoßibile igitur eſt demonſtrationem de omnibus eſſe. Ex quibuſdam.n.& circa quippiam, & quorundam eſſe demonſtrationem neceſſe eſt.

Dignitates. ἀξιώματα. Proloquia. Enunciata. Igitur. γὰρ. Enim.

Cum concluſiſſet non eſſe vnius ſcientiæ de ſubſtãtiæ principijs, & de ſententijs, quæ ſunt demonſtrationis principia, diſputare, nunc argumentatur ſentẽtiarum nullam eſſe ſcientiam. & ſyllogiſmus ſic ſtruitur, ſi ſententiarum eſt aliqua ſcientia,vel eſt per definitionem,vel per demonſtrationem: ſed nec per definitionem,nec per demonſtrationẽ ſcientia ſententiarũ eſſe poteſt: ergo ſententiarũ non eſt aliqua ſcĩa. Quòd ſententiarũ non ſit ſcĩa per definitionem,ꝓbat,qm̃ oẽs artes ea planè cognoſcunt,quid ſignificant:velut quid ſignificat,de quolibet eſt affirmatio,vel negatio,item illud,quæ ſunt eidẽ paria,ea inter ſeſe quoq; paria ſunt. quippe quibus oẽs ſcĩæ ꝓ notis vtunť,nec aliqua deſiderata ſcĩa eſt,à qua illa doceamur,quo fit,vt quid earũ quæq; ſit,nulla ſcĩa definiat. vnde dicit {ſimul etiã} cum eo,quod concluſum eſt, q̃rendum eſt {quonam pacto ipſorum}.ſ. principiorũ {ſcientia fuerit} aut.n. per definitionem,& hoc non{quid.n.vnumquodq; ipſorum eſt}.ſ.ſignificans {& nunc plane cognoſcimus: nam vtuntur ipſis & aliæ artes}.ſ.à Metaphyſica{vt cognitis} & tanquam per ſe notis quid ſignificent: igitur ſententiæ,quæ communes opiniones ſunt, non ſciunť per definitiones, cum definitio quid ſignificent, ſit ꝑ ſe nota. Quòd aũt dignitatum non ſit demonſtratio, ſiue ſciẽtia,q̃ fit per demonſtrationẽ,probat, qm̃ tunc dignitatum eſſent alię dignitates priores,& ſic vel erit proceſſus in infinitum,vel erit circulo demõſtrare dignitates. Ad hanc rõnem deducendã repetit,q̃ in Reſolutorijs explicat,vt colligat primo dignitatũ eſſe dignitates,ſi dignitatũ eſſet demonſtratiua ſcientia,& dicit {ꝙ ſi demõſtratiua ſit de ipſis}.ſ.dignitatib' {ſcĩa} tria {eſſe oportebit} videlicet {genus ſubiectum quippiã} velut eſſent ipſæ dignitates,de quibus ſcirẽtur demonſtrabilia {&} oportebit eſſe {alia quidẽ affectus}.i.ea,q̃ in eſſe demonſtrantur,paſsiones.n.ſeu affectiones appellat demonſtrabilia, q̃ per ſe inſunt {alia vero dignitates ipſorũ}.ſ.principiorũ,quibus dignitatibus ea, quæ ipſis ꝑ ſe inſunt, demonſtrãtur. Dignitates.n. id eſt ſententias appellat propoſitiones,q̃ demonſtrari nequeunt,medioq; vacant. Tunc,vt Alex.legit,Ariſt, infert quoddã vniuerſale: quod in Reſolutorijs diſputauit,& dicit {impoſsibile igitur eſt demonſtrationem de oĩbus eſſe.} cuius rationẽ ſubdit {ex quibuſdã.n.}.ſ.propoſitionibus,quas cões opiniones appellauit{& circa quippiam}.ſ.circa ſubiectũ quoddã, de quo demonſtrãtur affectus {& quorundã}.ſ.demonſtrabiliũ {eſſe demonſtrationẽ neceſſe eſt}per q̃ vult habere dignitates eſſe dignitatum, ſi de omnibus ſit demonſtratiua ſcientia: qm̃ omnis demonſtratiua ſcientia requirit tria: quorum vnũ ſunt ipſę dignitates,quibus demõſtrantur demonſtrabilia de ipſis ſubiectis, & ita dignitatũ erunt vlterius dignitates,ſi oĩum erit demonſtratiua ſcĩa. Quo vero ad verba attinet, verbũ γὰρ Alex. pro illatiua particula vult eſſe intelligendũ,in ea parte {impoſsibile.n.eſt demonſtrationẽ de oĩbus eſſe}In ea vero {nã vtuntur ipſis & aliæ artes} verbũ græcum οὖν accipit pro nam,cum.n.Alex.ſit græcus,græcæ linguæ dñs eſt. Propterea vtitur verbis ad ſenſum, qui melius ſibi conſtat: vult etiã partem illã {impoſsibile igitur eſt demõſtrationẽ} vt legatur ꝑ parentheſim vſq; ibi{quare fit,vt eorum} q̃ oĩa videntur eſſe conſiderãda pro exacta lectione,nõ aũt ſimpľr pro re ipſa. Duo ergo hinc aperte colligimus,dignitatũ non eſſe demõſtratiuam ſcĩam, qm̃ tunc dignitatum eſſent dignitates, vt deductũ eſt, & non oĩum eſſe demonſtratiuam ſcientiam,qm̃ etiam ſequetur dignitatum eſſe dignitates,vt diximus. Sequitur.n.hoc ſecundum ex primo.

Communium Dignitatũ nõ eſt ſcientia neque per definitionem, neq; per demonſtrationem.

Quare fit,ut eorum omnium, quæ demonſtrantur, unum quippiam genus ſit. Vniuerſæ nanque demonſtratiuæ ſcientiæ dignitatibus ipſis utuntur.

Cum demonſtraſſet dignitatũ non eſſe demonſtratiuã ſcientiam ex parte dignitatũ.ſ.quia tunc dignitatum eſſent dignitates, nunc probat dignitatũ non eſſe demonſtratiuã ſcientiam ex parte ſubiectę naturæ:hoc pacto,ſi dignitates demonſtrarẽtur, hoc eſt ſi de dignitatibus demonſtrarentur oĩa prędicata demõſtrabilia, vt ꝙ ſint veræ,ꝙ ſint neceſſariæ, ꝙ ſint immediatæ, & cætera id genus,quæ per ſe eis inſunt,omnium demonſtrabilium, quæ de dignitatibus demonſtrantur, eſſet vnum ſubiectum & vna natura: qm̃ eſſent ipſemet dignitates vnius naturæ,& vnum ſubiectũ omnium eorum,quæ de ipſis demonſtrantur: quare omnes demõſtrationes,quæ eſſent per tales dignitates eiuſdem naturæ,erunt & ipſæ eiuſdẽ naturæ, & ſic cum oẽs ſcientiæ ſint ꝑ demõſtrationes factas ex dignitatibus eiuſdem naturæ, omnes ſcientiæ erunt vnius naturæ, & vnius generis ſubiecti. Hæc autem relinquit tanq̃ impoſsibilia.Vnde dicit{quare}ſi omnium dignitatũ erit demonſtratiua ſcĩa {fit,vt eorum omniũ}q̃ in diuerſis ſcientijs {demonſtrantur,vnum quippiã genus ſit} & vna natura.ꝓbat cõſequentiã & dicit {vniuerſæ nanq; demonſtratiuæ ſcĩæ dignitatibus ipſis vtuntur} tanq̃ propoſitionibus demonſtrationũ. At dignitates ſunt vnius naturæ,qm̃ de omnibus eadem prædicata per ſe demonſtrantur.Ergo ſcientiæ,quæ habentur per ipſas omnes

omnes erunt vnius naturę.vnde vniuerſus ſyllogiſmus eſt, ſi de dignitatibus eſt demonſtratiua ſcientia, de omnibus dignitatibus eadem prædicata demonſtrabilia demonſtrabuntur, ſi de dignitatibus eadem prædicata demonſtrabilia demonſtrabunt,dignitates erunt eiuſdem naturæ. Si dignitates erunt eiuſdem naturæ, ſcientiæ quæ fiunt per eas,erunt eiuſdem naturæ. & cũ ſint communes cauſę omnium ſcientiarũ,omnes ſcientiæ erunt eiuſdem naturæ: quod Ariſt.tanq̃ impoſsibile explodit. Et cum dicit {vniuerſæ nanq; ſcientiæ demonſtratiuæ dignitatibus ipſis vtuntur} accepit ſcĩas pro ſcientibus,qui diſcunt,vel docent. nam omnes hi dignitatibus vtuntur ad generandas ſcientias, aut in ſe ipſis,aut in diſcipulis. quæ dignitates cum eiuſdem naturæ ſint,omnes ſcientiæ q̃ per ipſas generantur, erũt eiuſdem naturæ. vnde recte Alex. expoſuit vnum genus pro vna natura. Aliter exponi poteſt ſm Alex.vt Ariſt. velit probare dignitates nõ eſſe demonſtrabilia Prædicata de aliquo ſubiecto,vt ſyllogiſmus ſit, ſi dignitatum ſit ſcientia demonſtratiua,dignitates erunt prædicata demonſtrabilia de aliquo. Vlterius,ſi dignitates erunt p̃dicata demonſtrabilia de aliquo, aliquod eis genus ſubiiciatur, oportebit. quoniam omne demõſtrabile cuidam determinato generi ineſt. ſed cum omnis demonſtratio fiat per dignitates hoc eſt per ꝓpoſitiones indemonſtrabiles,fiet vt dignitates demonſtrentur de ſubiecto, quod eis ſubiicitur, per alias dignitates,& ſic procedetur in infinitum. Quæ vera eſt, ſed non ad verba præſentis textus, ideo prætermiſsis multis Alex.verbis, primam eius expoſitionem probauimus. Hanc vero ſecundam in hunc ſenſum probamus, nam ſi ſententijs omnibus ſubiicitur vnũ genus ſubiecti,de quo demonſtrantur, ad illud genus dignitates vſurpabimus, cui per ſe inſunt. Inſunt autem vni tantum,ſiquidem eſt vna ſcientia ipſarum demonſtratrix. Omnes autem ſcientiæ ad ea, quæ demonſtrant, ſententiis vtũtur: omnibus ergo ſcientiis idem genus erit ſubiectum. q̃m omnes ſententijs vtuntur. Hæ vero in vno genere habentur. nec fieri poteſt, vt quæ alicui per ſe inſint per demonſtrationem,ea in aliud vſurpentur quàm in id,cui per ſe inſunt. Quòd ſi omnibus dignitatibus idem genus ſubiicitur,& omnes per eadẽ demonſtrant (Demonſtrant.n.omnes per dignitates) efficitur,vt omnes ſcientiæ eædem ſint. hoc pacto hæc ſecunda expoſitio ꝓbari poteſt, tñ prima facilior eſt. nolo tñ te ignorare hunc locũ fuiſſe mihi difficillimũ.

At uero ſi alia ſit ſubſtantiæ ſcientia,& alia item de ipſis, utra ſit potior ipſarum, & ſuapte natura prior. Vniuerſaliter.n.dignitates maxime,ac omnium principia ſunt. Quòd ſi id non ſit philoſophi, ad quem nam alium uerum de ipſis, ac falſum contemplari ſpectabit.

Poſtquã argumentis docuit non pertinere ad eandem ſcientiã de principiis ſubſtantiæ, ac de principiis demonſtratiuis diſſerere, confirmauitq; demonſtratiua principia non poſſe demonſtrari extrinſecus, protinus id inquirit vtra ſit ſapiẽtia,& vtra potior, priorque,ea ne quæ de ſubſtantiæ, an quæ de demonſtrationis principiis ediſſerit.Expoſitor aũt putat Ariſt.obiicere ad aliam partem q̃onis ſuperius motę. Quòd quouis modo exponatur,dicit {At vero ſi alia ſit ſcientia} principiorum {ſubſtantiæ,& alia item} ſcientia {de ipſis}.ſ.principijs demõſtrationis, quærit {vtra}.i.quęnam duarum{ſit potior ipſarũ,& ſuapte natura prior} ea ne, quæ de ſubſtantiæ, an quæ de demonſtrationis principiis ediſſerit. Deinde probat rationi magis eſſe conſentaneum eam eſſe ſapientiã,quæ verſatur in ſententiis, quæ ſunt demonſtrationis principia: & argumentatur ad hunc modum ſm Alexandrum, Scientia quæ in primis verſatur, prima: eſt ſcientia, quæ verſatur in ſententiis,verſatur in primis: igitur ſcientia quæ verſatur in ſententiis, prima eſt. Quod autem ſcientia, quæ verſatur in ſententiis, verſetur in primis, docet dicens {vniuerſaliter enim dignitates maxime, ac omnium principia ſunt} vniuerſalia enim priora ex natura ſibi ſubiectis eſſe demonſtratum eſt. huiuſmodi autem ſunt ſententiæ,communes.ſ.omnium,& vniuerſales,quoniam quæcunq; demonſtrantur,per has demonſtrantur, & hæ cunctorum ſunt principia vero priora ſunt eo,cuius ſunt principia. Hanc argumentationem ſoluit Alexander aſſerens eam fallere,ꝙ ſumat ſententias ſimpliciter prima,& vniuerſalia eſſe. non.n. ſi qua ſunt aliquorum communia, protinus ipſorum ſunt vniuerſalia. inſuper etiam neque vniuerſalia ſimpliciter & proprie prima ſunt. deinde ſcientia,quæ de vniuerſalibus agit, non eſt ſimpliciter prima, & cæteris nobilior. accedit ꝙ principia ſubſtantiæ non demonſtrantur per ſententias, quippe quæ demonſtrari nequeunt. Expoſitor has quæſtiones Ariſtotelem ſoluere aſſerit quarto libro huius,& ideo argumenta prætacta ſoluere enititur, defendens ad metaphyſicũ potius pertinere dignitatum contemplationẽ, quatenus ad eum attinet cõſideratio entis in communi, ex quo dignitates communiſsimæ conſtant, vt in eo apparet, quod eſt primum, atq; vniuerſaliſsimum principiũ, videlicet impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. Tu vero conſidera dilutiones argumẽtorum, quas affert.deinde oſtendit par eſſe,vt philoſophus de ſententiis,quæ demonſtrationis principia ſunt, agat, & dicit {quòd ſi id non ſit philoſophi, ad quem nam alium} ſcilicet artificem {ſpectabit contemplari verum, ac falſum de ipſis?}.i.de propoſitionibus,in quarum numero habentur ſententiæ. quis enim alius de vero, & falſo,quæ propoſitionibus inſunt, diſputabit,niſi philoſophus? his verbis licet de demonſtratione, eiuſque principiis diſſerere non ſit primi philoſophi, omnino tamen ſtatui videtur demonſtratricem doctrinam partem eſſe philoſophiæ. Comm.7.

Et omnino ſcientia, quæ ſubſtantiarum eſt, una ne omnium eſt, an plures? TEX.5.

Expoſitor Ariſtotelem diſputare putat eam quæſtionem quæ eſt de conſideratione ſubſtantiarum, & accidentium. ſed quicquid ſit, quoniam ſubſtantiarum aliæ intelligibiles, & immobiles ſunt, aliæ motu verſantur, & ſub ſenſum cadunt, ideo quærit {& omnino ſcientia, quæ ſubſtantiarum eſt, vna ne omnium eſt, an plures?}

Atque ſi non una ſit, cuius nam ſubſtantiæ hanc ſcientiam ponere oportet.

Expoſitor putat Ariſtotelem obiicere contra primam partem. Alexander continuando ſubdiuiſionem quæſtionis facit & dicit {atque ſi non vna ſit} ſcilicet ſcientia, quæ conſiderat omnes ſubſtantias, ſed plures {cuius nam ſubſtantiæ hanc ſcientiam ponere oportet?} quæ ſapientia dicitur, immobilis ne, an mobilis.

Vnam autem omnium eſſe, non eſt conſentaneum rationi. Nam demonſtratiua etiam ſcientia una omnium per ſe accidentium erit. ſiquidem demonſtratiua ſcientia omnis circa aliquod ſubiectum ex opinionibus communibus accidentia per ſe contemplatur eiuſdem. igitur eſt per ſe accidentia ex eiſdem opinionibus circa idem genus contemplari. Nam etiam ſubiectum circa quod, unius ſcientiæ eſt, & ea ex quibus, unius identidem eſt: ſiue ſit eiuſdem, ſiue ſit alterius. Quare & accidentia ſimili modo ſiue hæ contemplantur, ſiue ex iſtis una.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem nunc in contrarium argumentari, nam probat non eſſe par, vt omniū ſubſtantiarum vna ſit ſcientia:& primo proponit concluſionem, & dicit { vnam autem omnium }.ſ.ſubſtã tiarum ſcientiam {eſſe,non eſt conſentaneum rationi} hæc concluſio, quam probat hypothetico ſyllogiſmo, hoc pacto,ſi omnium ſubſtantiarum vna ſit ſciẽtia,etiam omniū per ſe accidentium vna & eadẽ, quæ ſubſtantiarum, ſcientia erit. hanc hypotheticam probat, qm̄ omnis demonſtratiua ſcientia, quæ contemplatur aliquod ſubiectum, contemplatur omnia per ſe accidentia illius: omnis ſcientia vna omnium ſubſtã tiarum eſt demonſtratiua ſcientia,quæ conſiderat ſubiectum, quod eſt omnium per ſe accidentiū: igitur ſi vna eſt ſcientia omnium ſubſtantiarum,vna erit etiã omnium per ſe accidentium. Huius affert propoſitionem quandam vice maioris, & dicit { nam demonſtratiua etiam ſcientia vna per ſe accidentium erit } hæc non eſt tota maior, ſed illa. ſi omnium ſubſtantiarum vna ſit ſcientia, etiam omnium per ſe accidentiū vna & eadem, quæ ſubſtantiarum, erit ſcientia.deinde loco probationis huius, quæ poſita eſt, affert maiorẽ & dicit { ſiquidem demonſtratiua ſcientia omnis circa aliquod ſubiectum, ex opinionibus cõmunibus} quæ ſententiæ dicuntur, atque propoſitiones primæ { accidentia per ſe contemplatur } Quare ſyllogiſmus erit, ſi omniū ſubſtantiarum ſit vna ſcientia, omnium per ſe accidentium vna erit ſcientia, quæ eadem ſubſtantiarum eſt. reliquit deſtructionem conſequentis illam, ſed non eſt ſubſtantiarum, & omniū accidentiū per ſe vna ſcientia. etiam reliquit deſtructionem antecedẽtis, hanc ergo non omnium ſubſtantiarum eadem eſt ſcientia.deſtructionem conſequentis probauit Alexã. ex ijs, quæ dicentur ſtatim. quia tunc omnium entiū erit vna ſcientia, qm̄ omnia entia ſunt ſubſtantię,& per ſe accidentia. Maiorem probauit in textu per ſyllogiſmū ſuperius aſsignatum, cuius tm̄ maiorem expreſsit, vt dictum eſt. Deinde, vt placet Alexandro,Ariſt.infert abſurdum.ſ.ꝙ tunc omnium entiū vna tantū erit ſciẽntia, & dicit { eiuſdem igitur }.ſ.ſcientiæ { eſt per ſe accidentia ex eiſdem opinionibus }.ſ.quæ pertinent ad eandem ſcientiam { circa idem genus } ſubiecti .ſ. quod pertinet ad eandem ſcientiã { contemplari } per quæ vult habere abſurdū, vt videlicet omniū entium vna ſit tm̄ ſcientia, qm̄ omne ens ſcibile eſt aut ſubſtãtia, aut per ſe accidens.Quare ſi vna eſt omnium ſubſtantiarum ſcientia, vna erit ſubſtantiarum, & per ſe accidentium ſcientia, ſi vna eſt omnium ſubſtantiarū, & per ſe accidentium ſcientia, vna erit omnium ſcibilium entiū ſcientia:quod abſurdū eſſe ſupponit.Deinde aſsignat rationem eius, quod intulit,& dicit { nam etiam ſubiectū circa quod} ſubaudi ſcientia per ſe accidentia ſpeculatur { eſt vnius ſcientiæ } & eiuſdem cõtemplari cuius ſubſtantiæ ſunt { & ea ex quibus } .i. & ſententiæ,quæ cões opiniones ſunt { vnius identidẽ } .ſ.ſcientiæ, cuius ſunt ſubſtantiæ,etiam eſt contemplari. quare omnium vna erit ſcientia. & qm̄ dixit hæc omnia eiuſdẽ ſcientiæ eſſe contemplari, addit ſiue ſit eiuſdem ſimpliciter { ſiue ſit alterius }.i. ſubalternãtis, quæ etiam eadem eſt ſm̄ ſubalternationem. q.d. ſunt illa omnia eiuſdẽ ſcientiæ,aut ſimpliciter, aut ſm̄ ſubalternationẽ. ſimpliciter quidem, vt cum demonſtratur triangulum habere tres, ex eo quia angulus exterior trianguli æqualis eſt duobus internis oppoſitis. In hac.n.ſcientia propoſitiones, & ſubiectum,& accidẽs per ſe ſunt eiuſdem ſcientiæ ſimpliciter. Secundū ſubalternationem vero, vt cum muſicus demonſtrat tonū diuidi in duos ſemitonos inæquales ex eo,quia proportio ſexquioctaua non poteſt diuidi in duo æqualia, cū ſemper ſit ſuperparticularis,in hac.n.ſcientia propoſitiones, ſubiectum,& per ſe accidens ſunt eiuſdẽ ſcientiæ ſm̄ ſubalternationem. Ex his oĩbus concludit ſciẽtiam, quæ ſubſtantias conſiderat, etiam accidẽtia per ſe conſiderare pariformiter,qm̄ ſi ſcientia,quæ ſubſtãtia conſiderant, ſint plures, etiam ſcientiæ, quæ conſiderant illarum per ſe accidentia, erunt plures, & ſi ſcientia, quæ conſiderat ſubſtantias, erit una, etiam ſcientia, quæ conſiderat per ſe accidentia earum, erit vna: & ea ratione,qua ſcientia ſubſtantiarum vna erit, qm̄ vel ſimpliciter, vel ſubalternatione, vnde dicit { quare & accidentia}.ſ.per ſe conſiderantur in ſciẽtia, ſicut ſubſtantia { ſiue hæ } ſubaudi plures ſint,quæ cõtemplantur ſubſtantias { ſiue ex iſtis } ſubaudi quæ cõtemplatur ſubſtantias { vna} fiat,eadem ratione de per ſe accidentibus eſt dicendum. Hæc eſt dilucida huius loci expoſitio. Alexander tamen aſsignat cauſam quare Ariſtoteles hoc vltimum intulit,videlicet ꝙ ſit pariformiter dicendum de per ſe accidentibus, & de ſubſtantijs. qm̄,vt inquit, quæ de ſubſtantia habetur doctrina,omnis philoſophia eſſe videtur. non tamen ita, vt omnis philoſophia de omni ſubſtantia contẽpletur. ſed parte ſui de ſubſtantia ſenſibili,& naturali,parte vero ſui de ſubſtantia intelligibili. quærit Alexan. quomodo ſubſtantia non eſt vnum genus, cum ſit vnum decem prædicamentorum, reſpondet Ariſtotelẽ per genus vnum,appellare non quodlibet commune, ſed vnã ſpeciem, & vnã conformem naturam.Sic .n. vna ſcientia in vno genere verſatur,non ꝙ omnia conſideret, quæ ſupremo, & cõmuniſsimo genere continentur. ſed quia de ijs diſſerit,quæ eiuſdem ſpeciei, ac rationis ſocietate conſentiunt.Nolo etiã te latere Alexãdrum verba illa { ſubiectum.n.circa quod vnius ſcientiæ eſt, & ea, ex quibus vnius itidem eſt } intellexiſſe ſcientiam definitiuã, & demonſtratiuã. quaſi dicat in quo genere eſt definitiua ſciẽntia,quæ conſiderat quid eſt vnūquodq; eorum,quæ illi generi ſubijciuntur, in eo vna itidem eſt,quæ cognoſcit,ac demonſtrat, quæ ipſi inſunt, & ex quibus illi eſſe ſuppeditatur. ergo in eadẽ ſcientia eſt demõſtratiua, in qua eſt & definitiua: nec ab ratione, nam illud relatiuum { quod } ſubſtantiã ſignificat,& quiditatem. Illud vero { ſiue eiuſdem} Alexander intelligit,ſiue eadem eſt ſcientia definitiua, & demonſtratiua, ſiue diuerſa,nec ambæ partes vnius ſunt,conſequens certe erit vnius eſſe ſcientiæ, quę generi eidem per ſe contingunt demonſtrare, hoc.n.dictioni deeſt. qm̄ in quibuſdam exemplaribus pro illo { ſiue hæ } ſcribitur { ſiue eædem } ideo, vt Alexander inquit, ſenſus eſſe poteſt,ſiue in vno genere definitiua & demonſtratiua eædem ſunt inter ſe, ſiue non eædẽ,

ſed

ſed plures vnius, vt ſubiecti generis ſcientia ex vtraq; conſtituatur. ſed expoſitio prior mihi magis placet. Expoſitor annotauit locum, vbi hæc quæſtio diſſeritur,& modum quo diſſeritur, ſed q̃m quarto huius ad principium hoc dilucide diſputabitur, bona fronte eſt nunc relinquendum. Auerroes vero ſupra illis verbis { ſiue ſit eiuſdem, ſiue ſit alterius } dicit ſic,nos videmus, ꝙ quædam ſcientiæ dant de illis accidentibus vnius generis quia tm̃,vt ſunt ſcientiæ ſubalternatæ,& quædam de illis accidentibus dãt propter quid,& ſunt ſcientiæ ſubalternantes. veluti ſunt proſpectiua & geometria, & muſica, & arithmetica. Tunc concludit ꝙ ſi vniuerſaliter intelligatur in omnibus ſcientijs, ꝙ ſuperior dicat propter quid, & inferior dicat quia, hic ſermo ſic vniuerſalis erit logicus, hoc eſt probabilis. ſin autem intelligatur in particularibus ſcientijs determinate, ſermo erit verus, vt dictum eſt de muſica cũ arithmetica,& de proſpectiua cum geometria.hoc eſt, quod ex verbis Auerrois colligi poteſt. Cætera, quæ pro expoſitione verborum ait, ſunt nugæ.

Quæ Auer. Com. 5.

TEX. 6. *Præterea utrum circa ſubſtantias ſolum ſit contemplatio, an & circa ea, quæ ipſis accidunt. dico autem hoc pacto, ſi ſolidum ſit ſubſtantia quædam, & lineæ atque plana, utrum ad eandem hæc, & accidentia circa unumquodque genus, de quibus mathematicæ demonſtrant, an ad aliam ſcientiam cognoſcere ſpectet.*

Hæc quoq; quæſtio ſupra eſt ab ipſo in dubiorum expoſitione commemorata, & vt Alexander inquit. hæc dubitatio ſequitur illud, quod ſtatim dixerat, dixit .n. ſic { circa quod.n.vnius ſcientiæ, & ea, ex quibus vnius itidem ſcientiæ, ſiue ſit eiuſdem, ſiue alterius. } Quibus verbis obſcure docuit vnius eſſe ſcientiæ, vt ſubiectum genus definire, ſic & quæ per ſe ipſi accidũt, demonſtrare. Sed q̃m obſcure hæc dicta ſunt, proptera dubitat, pertineat ne ad eandem ſcientiam definire, & demonſtrare, an ad alteram definire, & ad alterã demonſtrare: & dicit { Præterea vtrum circa ſubſtantias ſolum ſit contemplatio }.ſ.præſentis ſapientiæ {an & circa ea, quæ ipſis accidunt } deinde exponit quæſtionem ad ſenſum prętactum, & dicit { dico autem hoc pacto } quæſtionem eſſe intelligendam, per ſubiecta geometrica { ſi ſolidum } .i. corpus { ſit ſubſtantia quædam, & lineæ atq; plana } .i. ſuperficies ſimiliter ſint ſubſtantiæ { vtrum ad eandem hæc, & accidentia circa vnumquodq; genus } eorum.ſ. { de quibus mathematicæ demõſtrant, cognoſcere ſpectet, an ad aliã } eſt igitur quæſtionis ſenſus, vtrum eiuſdem ſcientiæ ſit ſubiecta definire, & quæ per ſe ipſis accidunt, dęmonſtrare, an alterius, atq; alterius. appellauit autẽ ſolida, lineas, & plana, ſubſtantias, non ꝙ ſint ſubſtantię, ſed q̃m his quædam accidunt per ſe. Geometræ.n.non habent ſubſtantias, quas vt ſibi ſubiectas definiant. Scientia vero naturalis ſubſtantias pro ſubiectis habet. Definit.n.geometra quid ſit ſolidum, quid planum, quid linea, & quæ horum cuique per ſe inſunt, diſputat ac demonſtrat. eſt.n.lineæ definitio, non lata longitudo cui per ſe contingit exempli gratia rectam eſſe, aut circularem, & illud, ſi recta ſupra rectam conſiſtens pares inter ſe conſequentes angulos effecerit, vtrumque parium angulorum eſſe rectum. Item ſupra ſtantem velut perpendiculum eſſe ſubiectæ, & cætera id genus. Exemplo vero ipſo Ariſtoteles, vt Alexander autumat quęſtionem propoſitam pene ſoluit, ſiquidem geometræ de vtriſque diſputantes definitiones non demonſtrãt, ſed planum eſſe longitudinem cum latitudine ſolum ſumunt. demonſtrant tñ quædam planis rectilineis, alia orbicularibus per ſe ineſſe, neque iccirco ipſius quid eſt, habetur demonſtratio. Simili modo naturalis ſcientia ſubſtantias naturales ipſas definit, & quę illis per ſe inſunt, demonſtrat.non.n.mundus quid ſit, aut quid Sol, quidve alia ſubſtantia naturalis demonſtrat, de figuris autem vel motu, locisve, & cæteris, quæ per ſe rebus naturalibus contingunt, demonſtrationes conficit.

Nam ſi ad eandem pertineat, demonſtratiua quædam utiq; erit & ſubſtantiæ ſcientia. At ipſius quod quid eſt non uidetur demonſtratio eſſe.

Argumentatur ad alteram quæſtionis partem, & probat, quod non ad eandem pertineat ſcientiam cõſiderare ſubſtantias, & earum accidentia. q̃m tunc ſciẽtia definitiua & demonſtratiua erit eadem. tenet conſequentia, quia ſcientia, quæ conſiderat accidentia, eſt demonſtratiua, & ſcientia, quæ conſiderat ſubſtantias, eſt definitiua. cum igitur pertineant ad eandem ſcientiam, ambæ erunt vna, & ſic ſcientia, quæ conſiderat ſubſtantiam, erit demonſtratiua ſubſtantiæ. dicit { nam ſi ad eandem pertineat } ſubaudi definitiua, ad quam pertinet ſcientiam demonſtratiua accidentium, ita vt ambæ ſint vna ſcientia { demonſtratiua quædam vtiq; erit & ſubſtãtiæ ſcientia } deſtruit deinde conſequẽs, & dicit {at ipſius q̃d qd eſt non videtur demonſtratio eſſe } cum definitio declarans ſubſtantiam, quæ ſignificat quod quid eſt, non demõſtretur, vt in reſolutorijs declaratur.

Sin ad aliam, quænam eſt ea, quæ accidentia circa ſubſtantiam contemplatur. hoc enim aſſignare difficile admodũ eſt.

Nunc obijcit in contrariam partem, & probat ꝙ nõ ad aliam ſcientiam, & dicit { Sin ad aliam, quænã eſt ea, quæ accidentia circa ſubſtantiam contemplatur } deinde deſtruit conſequens per expoſitionem difficultatis, & dicit { hoc.n̄.aſsignare difficile admodũ eſt } deceptio vero, vt quarto huius explicabitur. eſt, ꝙ licet ad eandem ſcientiam ſpectet conſiderare de per ſe accidentibus & de ſubſtantia, & ente, cui hæc accidũt, non tñ ſequitur, vt eodem modo conſideret vtrunque demonſtrando ſubſtantiam, ſicut demonſtratur accidens, ſed definiendo ſubſtantiam, & demonſtrando accidens ineſſe, vel non ineſſe: quod Alexander ſuperius in exemplo geometrico expoſuit. nam geometra quid planum, quid linea, quid corpus definit, ſed accidentia, quæ eis inſunt, demonſtrat. Simili modo naturalis philoſophus ſubſtantias naturales definit, accidentia vero, quæ eis per ſe inſunt, demonſtrat, quare vna eſt ſcientia eorum amborum non tamen vnus eſt modus ſciendi.

Præterea utrum ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe an & præter has dicendum eſt alias eſſe. TEX. 7.

Nunc diſputat quæſtionem quintam, & primo repetit eam & dicit { Præterea vtrum ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe } vt naturales dixerunt, qui ſola corpora naturalia aſſeruerunt { an, & præter has dicendum eſt alias eſſe } vt poſuerunt Platonici. Et quoniam hæc quæſtio dilucide ſuperius eſt expoſita, ideo nunc de ea hactenus.

Nam ſolæ ſubſtantiæ ſenſibiles inueniantur.

Et utrum unum ſit genus, an plura ſubſtantiarum genera ſint, ut ij putant, qui ſpecies inquiunt, & res eas medias eſſe, circa quas mathematicas ſcientias uerſari dicunt.

Et quoniam ſuperius vltra quintam quæſtionẽ mouit ſextam quæſtionem, ideo antequam diſputet quintam, repetit ſextam, & dicit { & } dato ꝙ ſint aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles { vtrum } illarum { vnum ſit genus, an plura genera ſint } illarum { ſubſtantiarum, vt ij putant, qui ſpecies }.i.ideas { dicunt & res eas medias eſſe }.ſ.inter ideas & ſenſibilia { circa quas mathematicas ſcientias verſari dicunt } Platonici.n.dixerũt plura ſubſtantiarum ſeparatarum genera eſſe, vt aliæ ſint ideæ, & exemplaria aliæ mediæ inter ideas & ſubſtantias ſenſibiles. cuius rationem ſuperius aſsignauimus, quoniam Plato pro numero abſtractionum intellectualium numerum generum ſubſtantiarum ſeparatarum conſtituit, & q̃m vna abſtractio eſt naturæ vniuerſalis à ſuppoſitis, & alia rerum intelligibiliũ, ſiue imaginabilium à materia ſenſibili, ideo poſuit duo genera ſubſtantiarum abſtractarum.ſ. alterum idearum, alterum rerum mathematicarum à materia ſenſibili: quas medias conſtituit inter ſubſtantias ſenſibiles, & ideas. q̃m conueniunt cum vtriſq;, cum ideis quidem quatenus à ſenſibili materia ſeparatæ ſunt cum ſenſibilibus vero, quatenus plures ex eis reperiuntur in eadẽ ſpecie, ſicuti plures lineæ, plures circuli.

Quo igitur modo ipſas ſpecies & cauſas, & per ſe ſubſtãtias eſſe dicimus, in primis ſermonibus de ipſis eſt dictum.

Propoſita quæſtione num ſolæ ſubſtantiæ ſenſibiles ſint, an aliæ præterea, & an plura genera ſint earũ, quę à ſenſibilibus ſunt diuerſæ, vt veteribus Platonicis videbatur, qui ideas, & mathematicas ſubſtantias aſſerebant, de his inquirit num fieri poſsit, vt huiuſmodi aliquæ ſubſtantiæ ſint. verum Ariſtoteles antequã de his diſſerit, admonet nos, vt intelligamus quales has ſubſtantias illi eſſe putauerint, ad ea nos relegans, quæ in primo libro dicta ſunt. Quibus Alexander obiter colligit, illum quoq; librum, quem ipſe primum maiorem appellauit, Ariſtotelis eſſe, & ad propoſitã doctrinam pertinere. Illic.n. more ſuo de ipſis perinde locutus eſt, atq; hoc in loco meminit. nam & hic, & ibi velut in propriam opinionem ediſſerit, dum idearum ſententiã refellit. Illud vero ὡσ μὲν οὖν, ideſt { vt igiť } vt Alexander inquit, loco illius { q̃uo igitur } dictum eſt. Docuit autem Ariſtoteles libro primo Platonicos putaſſe ideas eſſe ſubſtantias quaſdam per ſe intelligibiles à ſenſibilibus ſeiunctas, ad quarũ exemplar ſenſibiles res eſſe obtinent, adeo, vt formales cauſæ atq; quiditates dicantur. Expoſitor vero aſſerit Ariſtotelẽ nos relegaſſe ad primum librum, vt oſtendat quonam modo quis argumentari poſsit ad partem affirmatiuam, & dicit { quo igitur modo ipſas ſpecies, & cauſas, & per ſe ſubſtantias eſſe dicimus } & ſubaudi & per quæ argumenta { in primis ſermonibus } hoc eſt primo libro maiore { de ipſis eſt dictum } vnde ex ijs, quæ ibi dicta ſunt, accipi poſſunt rationes ad partẽ affirmatiuã.

Liber primus eſt Ariſtotelis.

Sed cum multæ habeantur difficultates, non minus ideſt abſurdum, aſſerere quidem quaſdam eſſe naturas præter eas, quæ ſunt in cœlo, has autem dicere non differentes à ſenſibilibus eſſe: niſi ꝙ illæ æternæ, hæ corruptibiles ſint.

Nunc argumentatur ad partem negatiuam, aſſerẽs eſſe vnum abſurdum non minus eis, quæ primo huius ſunt explicata, videlicet ꝙ ſint quædam naturæ ſempiternæ præter ſubſtãtias ſenſibiles, quæ nec genere, nec ſpecie differunt à naturis ſenſibilibus, quas ipſi ideas vocant: ſed ſola æternitate, ꝙ videlicet illæ ſint æternę, hæ vero corruptibiles: & dicit { Sed cum multæ habeantur } atq; enumerentur { difficultates } de ipſis ideis libro primo, quibus tolluntur de medio { nõ minus abſurdum } cæteris eo loco enumeratis {.i. aſſerere quidem quaſdam eſſe naturas præter eas, quæ ſunt in cœlo }.i. præter ſenſibiles, quæ in mundo habẽtur, nam mundum cœlum appellat. quaſi dicat in loco exiſtentes, & natura conſiſtentes, has.n. proprie in cœlo eſſe ait { has autem dicere non differentes à ſenſibilibus eſſe } ſubaudi nec genere, nec ſpecie { niſi } ſola æternitate ꝙ videlicet { illę æternæ, hæ corruptibiles ſint } cum.n. idearum dogma multa incommoda conſequantur, quippe cum dubium ſit, quæ ſit ipſarum natura ſubſtantiaue, an ſecus, & quis eſt communis modus, & cætera, de quibus in primo libro eſt dictum, abſurdum non minus cæteris, quod hoc in loco addit eſt dicere eſſe quaſdam naturas ab his ſenſibilibus ſubſtantiis, & natura conſiſtentibus diuerſa ideas ab illis nuncupatas, quas quidem naturas a ſenſibilibus quæ in mundo ſunt æternitate ſola differre ſtatuebant, nõ autem genere, nec ſpecie quod quàm ſit abſurdum, decimo libro huius petendum eſt.

Dicunt enim ipſum hominem, & ipſum equum, ac ſanitatem: aliud uero nihil, perinde facientes, atque ij, qui deos quidem inquiunt eſſe, humanam autem formam habentes. Neque enim illi aliud, quam homines æternos, neque hi ſpecies aliud quicquam, quàm res ſenſibiles perpetuas faciunt.

Humanã formã habentes. ἀνθρωποειδεῖσ. *Humana forma præditos.*

Quòd ſola æternitate differat ideæ, quas platonici ponuntur à ſenſibilibus naturis, ex ipſorum dictis, vt Alexander inquit, edocet: & dicit { Dicunt.n. ipſum hominem, & ipſum equum, ac } ipſam { ſanitatem } eſſe ſubaudi formaliter hominem, & equum, & ſanitatem { aliud vero nihil }.i. & nõ aliud ſecundum ſpeciẽ ab homine ſenſibili, vel equo, vel ſanitate: quod ſubaudi eſt abſurdum. nam { perinde } Platonici ſunt { facientes, atq; ij, qui deos quidem inquiunt eſſe, humanam autem formam habentes } quos ponunt eiuſdem ſpeciei cum hominibus ſenſibilibus: ſola æternitate differentes. quæ additamento verbi græci αὐτὸ, vt Alexander inquit, videtur ſignificari. nam, vt qui tradunt Deos eſſe, eoſdemq; humana forma præditos, ij Deos homines æternos faciunt, per nomen Deus illos nuncupantes, atque de ipſis æternum prædicantes. hæc.n. fuit opinio omnium gentilium, qui homines benefaciẽtes hominibus deificari crediderunt, ſic qui ideas, eadem atque ſenſibilia eſſe faciunt ſolo additamento verbi αὐτὸ excellentes: Hi enim ſenſibilia æterna ideas eſſe faciunt. nam additamentum verbi αὐτὸ, æternitatem ſignificare videť: qua ſola ideæ à ſenſibilibus, quorum ſunt ideæ dicunt. deinde reddit cauſam ſimilitudinis, & dicit { neque.n. illi } videlicet qui homines Deos faciunt { aliud quã homines æternos faciunt } q̃m ſolo additamento æternitatis differũt ab omnibus ſenſibilibus { neque hi } videlicet qui ſpecies aſſerũt { ſpecies aliud quicquam quam res ſenſibiles perpetuas faciunt } q̃m etiam ſolo additamento æternitatis differunt à naturis ſenſibilibus. Quo vero ad ſenſum attinet animaduerte multũ intereſſe inter dicere Deos æternos eſſe ſpecie humana ꝑditos, & dicere homines fieri æternos,

æternos,atq; deificari. qui Deos æternos fecerunt humana ſpecie præditos, fuerunt Epicurei, vt Expoſitor refert authoritate Ciceronis in libro de natura Deorũ. Epicurei.n.voluerunt Deos eſſe de ſpecie hominum, nec differre ab hominibus ſenſibilibus, niſi ſola æternitate: & huic opinioni eſt ſimilis Platonis poſitio, q̃ aſſerit ideas eſſe eiuſdem ſpeciei cum naturis ſenſibilibus ſola æternitate differentes. Qui vero homines fieri Deos dixerunt, fuerunt gentiles ferè omnes, ꝙ putarunt homines deificari beneficentijs, quas contulerũt humano generi. & huic opinioni pro parte ſimilis eſt opinio Platonis, quoniam ſicut hæc opinio facit hominem, qui nactus eſt æternitatem, differre ab hominibus ſenſibilibus ſola æternitate,quam nactus eſt:ſic Plato aſſerit ideas ſola æternitate,quã ſemper habent, differre à naturis ſenſibilibus. verum tam homo ſecundum primam opinionem, quàm ſecundum poſitionẽ Platonis eſt eiuſdem ſpeciei cum hominibus ſenſibilibus ſola æternitate vel habita, vel acquiſita differens. Quæ Auerro. Comm.7. Auerroes autem dicit, dicentes formas eſſe ſimiles fingentibus Deum,aut Deos eſſe in formis hominum, ſicut inueni in legibus Mahumeti. Hi enim cõueniunt in hoc ꝙ ponunt homines tum æternos,tum etiam generabiles,& corruptibiles, & conuenire tum nomine, tum definitione: quæ res quomodo ſit intelligenda, petendum eſt à Theologicis noſtris.Illud tamen non ignorandum eſt,hominem corruptibilem atq; mortalem in reſurrectione nanciſci æternitatem virtute diuina, quoniam virtute diuina perpetuo ſeruatur in eſſe, vt Expoſitor inquit. Inſuper rationalis anima, quæ à parte ante non fuit ſempiterna, in creatione virtute diuina nacta eſt æternitatẽ. verum hæc omnia in Theologicis nr̃is ſunt dilucide diſputata, nunc omittantur.

Præterea ſi quiſpiam præter ſpecies & ſenſibilia res ipſas medias ponet, complures difficultates habebit. patet enim & lineas ſimiliter præter ipſas, & ſenſibiles fore, & unũquodque cæterorum generum. Quare cum aſtrologia una ſit horum ſcientia, erit & quoddam cœlum præter hoc ſenſibile cœlum, & Sol, & Luna, & cætera ſimiliter, quæ ſunt in cœlo. At quonam pacto his eſt credendum? neque enim immobile illud eſſe, conſentaneum eſt rationi, neq; omnino fieri poteſt,ut moueatur. ſimiliter & de ijs eſt putandũ,circa quæ perſpectiua, & inter mathematicas muſica uerſatur. neque enim ipſa præter ſenſibilia poſſunt (ob eaſdem cauſas) eſſe. Nam ſi media ſunt ſenſibilia, patet & ſenſus et animalia inter ſpecies & res ipſas caducas continuo fore.

Poſtquam de ideas diſputauit,tranſit ad ea,quæ inter ideas,& ſubſtantias ſenſibiles media dicuntur hoc eſt ad mathematica, quæ Platonici poſuerunt ſubſtantias per ſe ſubſiſtentes, & primo proponit difficultates,quæ videntur contra hanc opinionẽ, & dicit {Præterea ſi quiſpiã præter ſpecies} ideſt ideas {&} præter {ſenſibilia res ipſas} .ſ.mathematicas { medias ponet, complures difficultates habebit { deinde explicat difficultates quæ inde naſcuntur: & nonnulli ſic componunt ſyllogiſmum. eiuſdem rationis eſt vnam ſcientiã mathematicã videlicet geometriam eſſe circa lineas ſeparatas, & cæteras omnes mathematicas, quæ verſantur circa ſua conſiderata,quæ ſunt alia a lineis.Sed ſunt nonnullæ ſcientiæ mathematicæ,quæ nõ verſantur circa aliqua entia mathematica ſeparata, vt aſtrologia proſpectiua, & muſica, igitur mathematica, q̃ eſt de lineis, & magnitudinibus non verſabitur circa aliqua mathematica ſeparata,quæ ſunt media. Alexander procedit ſyllogiſmo hypothetico a primo ad vltimum per deſtructionem vltimi conſequentis,hoc pacto,ſi per iſtos eſt linea, ſuperficies, & magnitudo mathematicæ præter ſenſibilia, & ideas,de quibus diſputat geometria,ſic cætera mathematica ſe habebunt: & vltra, ſi cætera mathematica ſic ſe habebunt, tunc res, de quibus agit aſtrologia,& res,de quibus agit perſpectiua, & res,de quibus agit muſica, erunt ſeparatæ ac mediæ inter ideas, & res ſenſibiles. hoc vltimum conſequens deſtruit,vt habeat deſtructionem primi antecedentis: vnde dicit {patet.n.& lineas} & ſubaudi & cæteras magnitudines { ſimiliter præter ipſas } ſcilicet ideas {& ſenſibiles}.ſ. lineas {fore}.ſ.medias. Hoc eſt primum conſequens,deinde addit ſm̃ hoc pacto, & ſi lineæ,& cæteræ magnitudines, de quibus agit geometria,ſint ſeparatæ,& mediæ inter ideas, & ſenſibilia {& vnum quodq; cæterorum generum } de quibus agũt cæteræ mathematicæ, erunt ſeparata & media. Deinde addit tertium, & dicit { quare } ſi cætera conſiderata,de quibus agunt cæteræ, ſint ſeparata,& media{cũ aſtrologia vna ſint horum }ſcilicet cæterorum generũ {ſcientia, erit & quoddam cœlum}.ſ.de quo ipſa conſiderat {præter hoc ſenſibile cœlum, & Sol,& Luna & & cætera}.ſ.aſtra { quæ ſunt in cœlo, ſimiliter} erunt media & ſeparata. Hoc eſt vna pars vltimi conſequentis, cuius deſtructionem ſubſcribit, & dicit {At quonam pacto his} Platonicis.ſ.ſic dicentibus {eſt credendum?} Quòd autem hoc ſit incredibile, probat, quoniam tale cœlum medium & ſeparatum, vel eſt immobile,vel mouetur, & deſtruit vtrunq;, & dicit {neque .n.immobile illud eſſe, conſentaneum eſt rationi } nã cœlum eſt corpus circulare, quod inquieſcenter mouetur, vt ex eius definitione patet {neque omnino fieri poteſt,ut moueatur}quoniam,vt Alexander inquit, fieri non poteſt, vt quicquam moueatur,quod materia careat,nec ſit ſua natura ſenſibile: & vt dixit de cœlo, ſimili ratione de luna, & cæteris ſtellis dici poteſt. Addit etiam Alexã.hoc idem incommodum ijs quoq; obiici poſſe,qui cœli ipſum cœlum ideam eſſe aiunt, & Solis ipſum Solem: Quomodo.n.horum aliquod immobile valeas intelligere? Deinde complendo totum vltimum conſequens dicit {ſimiliter & de iis eſt putandum, circa quæ ꝓſpectiua, & inter mathematicas muſica verſatur} ſequetur.n.vt ea,quæ ab iſtis conſiderantur, ſint ſeparata, & media,quod deſtruens ſubdit {neque ipſa enim } .ſ.genera, quæ ab iſtis conſiderantur {præter ſenſibilia poſſunt, ob eaſdem cauſas eſſe } .ſ. media & ſeparata. Quo enim modo fieri poteſt, vt aliqua ſint aſpectabilia, quæ ſub viſum cadunt, quæ eadem nõ ſunt ſenſibilia, de quibus perſpectiua agit? vel aliqua ſub auditum cadant, quæ ſenſum effugiant, de quibus muſica? nam eſſe proſpectiuum eſt de ijs, quæ cadunt ſub viſum differere, eſſe muſicum de ijs, quæ cadunt ſub auditum, diſputare. Deinde ſubdit rationem deſtructionis, & dicit {nam ſi media ſunt ſenſibilia} videlicet aſpectabilia, & audibilia {patet & ſenſus} .ſ.viſum & auditum eſſe intermedios, nam obiecta nõ poſſunt eſſe magis quàm potentiæ ſeparata,& intermedia. & ſi ſenſus ſint ſeparati & medij,cum ſenſus abſq; animalibus conſiſtere nequeant, patet {& animalia inter ſpecies,& res ipſas caducas } q̃ ſunt animalia mortalia {continuo fore}.ſ.media, & ſeparata: quæ prædita erunt ſenſibus illis medijs: quod pro abſurdo reli-

Quæ Auerr. Commen.7. quit. hoc pacto Alexãder expoſuit. Auerroes autem in calce præſentis commenti argumentatur, ſi aſpectabilia, & audibilia ſunt intermedia, & ſeparata, ſenſibilia erũt æterna alia.ſ.a ſenſibilibus corruptilibus, & ſi ſenſibilia ſint æterna, ſenſus, qui ſunt illorum ſenſibilium, erunt æterni. tenet argumẽtum, quoniam ſenſus referuntur ad ſenſibilia. & ſi ſenſus ſint æterni, etiam animalia, quæ illis ſenſibus ſunt prædita, erunt æterna. quæ omnia ſunt abſurda.

TEX.8. *Dubitauerit autẽ quiſpiam, & circa quas rerum has ſcientias quærere oportet. Nã ſi hoc geometria a facultate partiendi terras differt ſolum, quod hæc quidem horum eſt, quæ ſentimus, illa uero non ſenſibilium, patet & præter medicinam, & cæterarum facultatum unamquãque, aliam quandam fore inter ipſam medicinam, et hanc medendi artem, At hoc quomodo fieri poteſt? etenim erunt quædam ſana præter ſenſibilia, & ipſum ſanum.*

Secundo refellit mathematica eſſe media via dubitatiua, & quærit, dicens { Dubitauerit autẽ quiſpiam circa quas rerum oportet quærere has ſcientias }.ſ. mathematicas, quarum altera eſt de ſenſibilibus, vt geodæſia, altera de intermediis vt geometria. quoniam enim iſti dicebãt mathematicas diſciplinas verſari circa res medias inter ideas, & ſenſibilia, ideo quærit circa quæ ſenſibilia ſunt hæc media, de quibus doctrinæ mathematicæ conſiderant, vtrum in omnibus rebus ſint iſti tres gradus videlicet ſenſibilia, ideæ, & horum media: & quia iſti dicebant ſolum res mathematicas eſſe tales, obiicit contra hoc in hunc modum, ſicut geometria ad geodæſiam, ſic medicina ad artem medendi. ſed geodæſia eſt circa ſenſibilia, quæ ſentimus, geometria vero circa non ſenſibilia, ſed circa media, ergo medicina erit circa ſana non ſenſibilia, ars medẽdi circa ſana ſenſibilia. hoc autem falſum eſſe demonſtrat, quare falſum eſt geometriam verſari circa non ſenſibilia: quæ ſunt ſeparata, & media. Quo vero ad verba attinet, geodæſia græce interpretatur doctrinã partiendi terras, quæ apud Aegyptum inuenta eſt ad regionem diuidendam, cuius priſtini termini inundatione Nili confunduntur. Quare ſunt tres ſciẽtiæ, geodæſia, quæ in ſenſibilibus verſatur geometria, quæ verſatur circa media inter ſenſibilia, & ideas, & tertia eſt, quæ circa horum ideas verſari videtur. Quemadmodum igitur res ſe habet in geodæſia, & geometria, ſicut in medicina ſeſe habeat neceſſe eſt: ſitque medicina quædam, quæ in ſenſibilium animalium valetudine verſetur geodæſiæ proportione reſpondens, alia vero intelligibilis ab ipſa diuerſa, quæ media ſit eius, quæ de ipſa valetudine tractat, hoc eſt de idea, & eius quæ in ſenſibilium valetudine verſatur geometriæ proportione ſimilis: vnde dicit {nam ſi hoc geometria à facultate partiendi terras differt ſolum, quòd hæc quidem} .ſ. geodæſia { horũ eſt quæ ſentimus, illa vero }.ſ. geometria {non ſenſibilium} quæ ſunt intermedia {patet & præter medicinam} quæ eſt de ſanabilibus inſenſibilibus.i.de ideis {aliam quandam fore inter ipſam medicinam} quæ eſt.ſ.de ideis {& hanc medendi artem} quæ eſt de ſenſibilibus, quæ ſentimus. & ad amplificationem addit {& cæterarum facultatum vnamquãq;} & q.d. generatim in omnibus facultatibus eſſe tres, alteram de ijs, quæ ſentimus, alteram de ideis, & tertiam de mediis. eſt igitur argumentum ſi datur geodæſia, q̃ eſt de ijs, quæ ſentimus, & geometria, quæ eſt de mediis, & alia, quæ eſt de ideis, in ſanabilibus erunt tres facultates altera de ſanabilibus, quæ ſentimus, altera de ideis, quæ intelligimus, & tertia de mediis. non.n. videtur maior ratio in illis quàm in ſanabilibus. demum deſtruit conſequens, & dicit {at hoc quomodo fieri poteſt?} quaſi dicat fieri non poſſe { etenim erũt quædam ſana præter ſenſibilia } ſana q̃ ſentimus {&} præter { ipſum ſanum }.i.& præter ideam ſanorum, quod pro abſurdo relinquit. Alexander tamen hoc pacto illud eſſe abſurdum exponit, quoniam ſi quædã valetudo, & medicina media eſt, alia quoque ſalubria erunt, quibus medicus ille conſulat valetudini, ac proinde alia animalia, quibus inſit illa valetudo. perſpicuũ igitur eſt ſcientias mathematicas non eſſe circa aliqua intermedia ſeparata, q̃ ſubſtantiæ ſint p ſe conſiſtentes.

Simul autem neque hoc uerum eſt, ut facultas partiendi terras ſenſibilium, atque corruptibilium ſit magnitudinum. corrumperetur enim cum illæ interirent. Facultas partiendi terras. γεωδαισία. Geodeſia.

Expoſitores putant hanc eſſe tertiam rationem ad refellendum res mathematicas, & medias, quod qua ratione hoc deducatur, ego ingenue fateor me non intelligere. Auerroes vero arbitratus eſt Ariſtotelem hanc rationem ad oppoſitum inducere, vt dicatur per hanc rationem intendere Ariſtotelem nullas ſcientias eſſe de ſenſibilibus, ſed vel de rebus mediis, vel de ſpeciebus: alioquin ſcientia corrumperetur, cum illa ſenſibilia interirent. Alexander autem medio iudicio recte videtur velle ꝙ Ariſtoteles obiter dãnet in iſtorum opinione eſſe ſcientias de ſenſibilibus, & primo quòd damnet hoc in geodæſia. dixerunt enim geodæſiã eſſe de ſenſibilibus magnitudinibus, geometriam vero de magnitudinibus mediis inter ſpecies, & ſenſibilia. oſtẽdit ergo obiter primo ꝙ geodæſia non ſit de ſenſibilibus magnitudinibus cuius ea fides eſt, ꝙ ſi ſenſibilia conſideraret, cum ipſis interiret, & dicit {Simul autẽ neque hoc verum eſt, vt facultas partiendi terras} quæ græce dicitur γεωδαισία {ſenſibilium atque corruptibilium ſit magnitudinum} cuius rationem affert, & dicit {corrumperetur enim cum illæ interirent} cuius rationem exponit Alexander, quoniam neceſſe eſt vt intereunte ſubiecto, pereat id, quod in ipſo verſatur. ſi enim id, in quo verſatur quippia, perierit, neceſſe eſt, vt illud quoque fuerit deletum, quod in hoc verſabatur, cum eſſe illius cõſiſtat in eo, quod verſetur in hoc. tunc Alexander deſtruit conſequens ex eo, quia nulla neque ars, neque ſcientia intercidentibus his perit, ac proinde ne ipſa quidem ars partiendi terras. quo fit, vt neque ea conſideret, aut in iis verſetur, quæ ſenſibilia, & mortalia ſunt. Sed dices ſi non circa ſenſibilia, circa quæ hæ ſcientiæ verſantur? reſpondet Alexãder oẽs ſcientias verſari circa vniuerſalia per ſe, quæ quatenus vniuerſalia, non cadunt ſub ſenſum, & circa ſenſibilia per accidens, qm̃ non qua ſenſibilia hæc ſunt, ſed qua vniuerſale participant. Quare ſcientiæ nonnullæ ſunt de ſenſibilibus & corruptibilibus quatenus participant rationem vl'em. per ſe autẽ ſunt de vniuerſalibus, nõ ꝙ vl'ia ſint per ſe ſeparata ſm ſubſtantiã ab vniuerſalibus, ſed quo intelligũtur vniuerſaliter. eadem ratione medicina non ſpectat ſenſibilem valetudinẽ. alioquin intereũtibus ijs, in quibus verſatur, ipſa quoque aboleretur, ſed ſpectat vniuerſalem valetudinem, quæ non per eſſentiam, ſed per conceptionem eſt vniuerſalis. ſed hoc petendum à dilucidario. Quæ Auerr. Comm. 8.

At vero

At uero neque ſenſibilium magnitudinum erit aſtrologia, neque circa hoc cœlum. neque enim ſenſibiles lineæ tales ſunt, quales geometria dicit. nihil enim ſenſibilium ſic rectum, aut rotundum eſt. normã namq; non puncto circulus tangit, ſed ut Protagor*as dicebat redarguens geometras. neq; motiones reuolutioneſque cœli ſimiles ſunt ijs, de quibus aſtrologia ſuas rationes facit neque puncta eandẽ naturã habent, quã Stellæ.*

Expoſitores putant Ariſtotelem obiicere in contrarium, probareque nec geometriam eſſe de ſenſibilibus magnitudinibus, nec aſtrologiam de ſenſibili cœlo, ergo ſunt de quibuſdam medijs inter ideas, & ſenſibilia. Alexander vero vult Ariſtotelem obiter dãnare etiam in horum opinione aſtrologicam de ſenſibilibus agere, vt de hoc cœlo, & de his aſtris. nã licet hæc immortalia ſint, ac proinde nec ſecum intereuntia tollant ſcientiam, quæ in ipſis verſatur, hoc eſt aſtrologiam: docet tamen eandem nõ in his verſari, alioquin circa falſa verſaretur. nam nec tales ſenſibiles lineas licet accipere quales in demõſtrationibus aſtrologus ſumit, nec puncta ſunt Stellæ: vt dicunt. Et geometram pro aſtrologo accepit & dicit { At vero neq; ſenſibilium magnitudinum erit aſtrologia } & ſic falſum eſt, quod iſti in opinione aſſumebant { nec } verſatur { circa hoc cœlum } qm̃ licet hæc immortalia ſint, ſi circa eiuſmodi ſenſibilia verſaretur, eſſet de falſis, qđ deducit, & dicit { neq;.n. ſenſibiles lineæ tales ſunt quales geometria dicit }.i. quales aſtrologia accipit in ſuis demonſtrationibus, geometriam.n. pro aſtrologia, & geometrã pro aſtrologo ſumpſit, vt Alex. exponit. & hoc vlterius probans, dicit { nihil.n. ſenſibilium ſic rectum, aut rotundum eſt } vt aſtrologus ſubaudi definit, & aſsignans rationem dicit { normam nanq; }.i. planum ſenſibile { non puncto circulus }.ſ. ſenſibilis { tãgit } at mathematici & aſtrologi globum atq; circulũ ſenſibilem à plano ſenſibili per punctum contingi tradunt { ſed vt Protagoras }.ſ. Sophiſta ſumpto à ſenſibilibus argumento { dicebat redarguens geometras }.ſ. de mendacio, docens nihil ſenſibilium eſſe tale, quale illi eſſe dicunt. deinde inducit alia, quibus pro veris aſtrologus vtitur, quæ tamen ſunt falſa: & dicit { neq; motiones, reuolutioneſque cœli ſimiles ſunt ijs, de quibus aſtrologia ſuas rationes facit } quippe qui lineas, vertiginemq;, & circulum ſumit, quæ ſunt longitudines vacantes latitudine. & in his motus fieri ponit. nã in rebus ſenſibilibus nulla eſt longitudo, quæ latitudine careat. demum inducit vltimum, & dicit { neque puncta eandem naturam habent, quam Stellæ } mathematici enim aſtra pro punctis accipiunt, ſed cum punctũ ſit cuius pars nõ eſt, falſum eſt aſtra eſſe puncta eſt. igitur vis rationis, ſi aſtrologia eſſet de ſenſibilibus, verſaretur circa falſa. At circa falſa nulla ſcĩa verſatur, non ergo aſtrologia eſt de ſenſibilibus, licet ſit de hoc cœlo, & his aſtris. ex his poſſumus venire ad propoſitum, nam ſi in rebus ſenſibilibus ars nulla verſatur, inter artes, & ſcientias mathematicas id diſcrimen eſſe nõ poteſt, ꝙ aliæ ſenſibiles ſubſtantias, mathematicæ vero intelligibiles quaſdam conſiderent: hæc eſt expoſitio Alexandri optima. Auerroes vero ſupra his verbis Quæ Auer. Comm. 8. dicit geometra demonſtrat, ꝙ linea recta tangit circulum in puncto, ſed linea ſenſibilis non tangit circulũ ſenſibilem, niſi in linea.i. niſi in quadam parte diuiſibili. & ſimiliter ponit ꝙ ſphæra tangit planum in pũcto, ſed ſphæra ſenſibilis non tangit planum ſenſibile, niſi in ſuperficie.i. in quadam parte plana diuiſibili. vnde & primo de cœlo, & mundo ſic inquit, verbi gratia ꝙ Comm. 32. ſecundum conſideratiõe geometræ in ſuperficie & ſphæra poſſunt ſe contingere ſuper punctum, & cũ fuerint in corpore naturali, non poſſunt ſe tangere, niſi ſuper partem diuiſibilem. Quinto vero phyſicæ auſcultationis Comm. 30. aſſerit naturalem ipſum cõtactum fieri per corpus, mathematicum vero per lineam, aut per ſuperficiem.i. per partem diuiſibilem: quod idem ad verbum libro de anima primo refert. retulimus autem hæc, vt intelligatur apud Ariſtotelem, apud & Alexãdrum, & Comm. 13. apud expoſitores non eſſe aliquod indiuiſibile in natura: ſed ſolum ad imaginationem mathematicam: cuius contrarium Sophiſtæ tradunt. bene tñ apud Peripateticos eſſe naturale minimum eſt concedendum, quod inexiſtenter, eſt diuiſibile in infinitum, non tamẽ in partes ſeorſum per ſe exiſtentes. vt alibi dilucidauimus: nec valet dicere Ariſtotelem diſputatiue eſſe locutum hic, nam Alexander ſic ait, hæc vbi diſſeruit, illud quoq; in iſtorum opinione damnat ꝙ geodæſiam in ſenſibilibus uerſari arbitrãtur, geometriam vero in quibuſdam alijs. Igitur loquitur aſſertiue. Expoſitores etiam, & Auerroes pro falſo id vbique refellunt, vt per plures authoritates nos demonſtrauimus.

TEX. 9.

Sunt autem & qui eſſe quidem inquiunt ea, quæ media dicuntur inter ſpecies, ac ſenſibilia eſſe. Non tamen ſeorſum a ſenſibilibus, ſed in ijs ipſis eſſe quibus omnia, quæ eueniunt impoſsibilia recenſere, longioris eſt ſane orationis. ſatis autem fuerit & talia contemplari,

Poſtquàm eos redarguit, qui mathematica ſubſtantias quaſdam per ſe ab ideis, & ſenſibilibus ſeparatas eſſe tradebant, nunc tranſit ad eorum ſententiam refellendam, qui mathematica eſſe quidem aiebant per propriam quandam naturam, non tamen extra ſenſibilia eſſe, ſed in ipſis. Sed quæ differentia ſit inter hãc poſitionem, & primam, non mihi parua ſemper fuit difficultas. Expoſitores volunt mathematica eſſe velut quaſdam dimenſiones per ſe exiſtẽtes, quæ ſunt in corporibus ſenſibilibus per penetrationem, vt illi dixerunt, qui locum eſſe dimenſionẽ quandam aſſeruerunt, quæ corpora ſenſibilia locat per penetrationem. At prima poſitio mathematica ſubſtantias eſſe aſſerit, quæ non ſunt in ſenſibilibus per penetrationẽ: ſed ſunt per ſe exiſtentes, quæ nulli accidunt, nulliq; inexiſtunt, nec aliquod ſenſibilium corporum penetrant. Vtrum vero ſint in ſenſibilibus, per præſentiam, & indiſtantiã, ipſi non expoſuerunt, nec nos curamus exponere. Alexander vero videtur hanc differentiam aſsignare, ꝙ hi velint mathematica eſſe diuerſa ab ipſis ſenſibilib⁹, qm̃ mathematicis propriam quandam naturam diuerſam a ſenſibilibus tribuunt, quæ eadem in ipſis ſenſibilibus eſſe aiunt, quæ non ſint aliquid ipſorũ, ſed in ipſis ſint ab ipſis diuerſa. Priores vero mathematica ſubſtãtias eſſe volunt ſeparatas a ſingularibus, quæ eadẽ ſunt cũ ipſis ſenſibilibus, nam eadem ſunt ſeparata quæ ſunt & ſenſibilia. Quæ differentia poteſt vno modo intelligi, ꝙ hæc poſitio velit mathematica eſſe accidentia de genere quantitatis, quæ naturam propriã obtinent diuerſam a corporibus ſenſibilibus, quæ tamen ſunt in corporibus ſenſibilibus, vt accidentia in ſubiectis. At prima poſitio mathematica aſſerat eſſe ſubſtãtias, quæ non ſunt diuerſæ a ſubſtantijs ſenſibilibus. licet ſint ſeparatæ a ſenſibilibus corporibus, quæ ſubſtantiæ ideo

non inſunt ſenſibilibus, quoniã ſubſtantiæ ſunt, quæ nulli inſunt. Alij dixerunt, vt Alber. expoſuit primo huius, primos voluiſſe mathematica eſſe ſeparata a ſenſibilibus loco, quoniã ſenſibilia ſunt ſub luna. Mathematica vero ſupra lunam. Sed ſub ideis, quæ ſunt in orbe ſignorũ. At poſteriores aſſerunt mathematica eſſe diuerſa a ſenſibilibus, & habere propriam naturam, eſſe tamen eo in loco, in quo ſenſibilia ſunt. Ego autem fateor me non intelligere differẽtiam inter has opiniones, niſi quo verba Ariſtotelis ſe extendunt, qui ſic dicit {ſunt autem & qui eſſe quidẽ inquiunt ea, quæ media dicuntur inter ſpecies, ac ſenſibilia eſſe}.ſ. ſicut primi dixerũt, qui mathematica diuerſa eſſe volunt a ſenſibilibus, & habere propriam naturam {non tñ ſeorſum} loco & ſubiecto {ab} ipſis {ſenſibilibus, ſed eſſe in ipſis} ſenſibilibus. aut vt in ſubiecto vt Alexander dicere videtur, aut per penetrationem, vt dicunt expoſitores, aut per indiſtantiam quoniam ſunt ſub luna, vt Albertus, aut alio modo mihi ignoto. At primi dixerunt mathematica eſſe ſubſtantias ſeparatas, quoniã nec ſunt in ſenſibilibus, vt in ſubiecto, nec per penetrationem, nec per indiſtantiam. Quòd ſi differentiam inter has opiniones melius expoſueris, non recuſabo intelligere. Et quoniam contra hanc poſitionem ſunt impoſsibilia infinita, quæ ſequuntur, ab enumeratione eorum ſe excuſans dicit {quibus}.ſ. hoc pacto opinantibus {omnia, quæ eueniunt impoſsibilia receſſere, longioris eſt ſanè orationis q̃ illa ſit, quam nos ſumus proſecuturi {Satis autem fuerit & talia contemplari} ſubaudi, quæ ſtatim ſubiungemus. Nam in ſecundo libro, & in primo maiore plurimorum meminit, cum ſentẽtiam Eudoxi refutaret, & in huius operis tertiodecimo enarrabit adhuc alia plurima.

Non enim hæc ſolum ita ſeſe habere conſentaneum eſt rationi, ſed patet & ipſas ſpecies in ſenſibilibus poſſe eſſe. hæc enim utraque eiuſdem rationis ſunt.

Cum ſe excuſaſſet, nunc accedit ad rationes cõtra poſitionem, quarum prima poteſt ſic componi, in iis omnibus, quæ eiuſdem rationis ſunt, quicquid per ſe competit vni eorum, competit omnibus: ſed ideæ & mathematica ſunt eiuſdẽ rationis: ergo quicquid cõpetit per ſe mathematicis ſecundum hanc opinionem competit ideis. vltra, quicquid competit mathematicis competit ideis: ſed mathematica ſunt in ſenſibilibus. Igitur ideæ ſunt in ſenſibilibus, quod non concedunt. de ratione primo ponit concluſionem, & dicit {non enim hæc}.ſ. mathematica {ſolum ita ſeſe habere eſt conſentaneum rationi, ſed patet & ipſas ſpecies in ſenſibilibus poſſe eſſe} deinde tangit vim minoris, & dicit {hæc enim vtraque eiuſdem rationis ſunt} cuius expoſitionem affert Expoſitor, quoniam vtraq; ponuntur abſtracta, prout rerum abſtractio correſpõdet intellectiuæ abſtractioni. Auerroes autem in præſenti loco aliam aſsignat rationem, quoniam vtraque ſunt æterna nec genita, nec corruptibilia. melius aũt Alexander ſi enim inquit hæc cum ſubſtantiæ ſint per ſe intelligibiles, in ſenſibilibus tamen habentur, cur ideæ, quæ ſubſtantię quoq; intelligibiles ſunt, non erũt in ſenſibilibus? ratio.n. ſubeſſe debet, cur hæc in ſenſibilibus inſint, illa non item: cum vtraq; ſint ſubſtãtiæ intelligibiles. ſunt igitur vtraq; eiuſdem rationis ſecũdum Alexandrum, quoniam vtraq; ſubſtantiæ intelligibiles ſunt. Quòd ſi dixeris Alexandrum ſibiipſi videri inconſtantem hic, & proximo textu, tu, qui eius doctrinæ es ſtudioſus, è medio hanc inconſtantiam tolle, nobis autem ſatis ſit moſtraſſe locum.

Qua Auerr. Comm. 9.

Præterea duo ſolida eſſe eodem in loco neceſſe eſt.

Secundo argumentatur, ſi mathematica ſunt in ſenſibilibus, duo ſolida erunt in eodẽ loco. probatur hæc hypothetica, quæ eſt maior, quia corpus mathematicum in eodem loco erit cum corpore ſenſibili, ex quo mathematicum corpus eſt in corpore ſenſibili, vt putat opinio. nam mathematicum ſcilicet ſolidum, quod ſtereometria.i. doctrina metiendi corpora cõſiderat, & ſolidum, ſenſibile ſimul ſunt, ſi illud eſt in hoc. deſtruatur conſequens, ſed duo ſolida non poſſunt eſſe in eodem loco. probatur, quoniam duo corpora quouis modo ſumpta ſiue mathematice, ſiue naturaliter, ſiue mixtim, ſunt ſimpliciter incompoſsibilia ſecundũ naturam propter repugnantiam dimenſionum. vnde Alexander, corpus enim inquit diffundetur, penetrabitq;, ſi horum vnumquodq; per propriam naturam eſt, & alterum habetur in altero. Eſt igitur vniuerſus ſyllogiſmus, ſi mathematica diuerſam naturam habent à ſenſibilibus & ſunt in ipſis ſenſibilibus, duo corpora erunt in eodem loco: duo autem corpora eſſe nõ poſſunt in eodem loco: Igitur mathematica corpora non ſunt in corporibus ſenſibilibus.

Et non immobilia eſſe quippe cum in ſenſibilibus ſint, quæ motu cientur.

Tertio argumentatur, ſi mathematica, quæ Platonici aſſerunt, ſunt in rebus ſenſibilibus, mathematica non erunt immobilia. probatur hæc hypothetica, nã dum ſenſibilia mouentur, neceſſe eſt vt ea quoq; moueantur, quæ in ipſis habentur. ſed mathematica non mouentur, quoniam non ſolum à materia ſenſibili abſtrahunt, ſed à motu. Igitur mathematica non ſunt in rebus ſenſibilibus. Et quia tu dicere poſſes non eſſe abſurdum mathematica moueri, vt accidentia, quæ ſunt in corporibus, quæ mouentur, Alexander ſubdit, accidere mathematica ita moueri, vt ipſa, q̃ in loco ſunt. quoniam per ſpatium, & interuallum perinde mouebuntur, atq; corpora ſenſibilia, quæ vi ab aliquo motu cientur, non autem ſuo motu, quod eſſe abſurdum nemo eſt, qui dubitat. dicit {&} ſi mathematica ſunt in rebus ſenſibilibus, neceſſe eſt ſubaudi mathematica {non immobilia eſſe} probat hanc hypotheticam, & dicit {quippe cum in ſenſibilibus ſint, quæ motu cientur} & ſic patet hypothetica. deinde ſupplendus eſt ſyllogiſmus, vt diximus.

Omnino autem cuiuſnam gratia quiſpiam eſſe quidem ipſa, ſed in ſenſibilibus eſſe ponet. Eadem enim abſurda euenient & huic ſententiæ, quæ & antecedenti. Erit enim quoddam cœlum præter hoc cœlum. Verum non ſeorſum, ſed in eodem loco, quod quidem impoſsibilius eſt. de his igitur magna eſt dubitatio, quonam modo poſito, ueritas euenire poſſit.

Cum tribus cognomentis argumentatus eſſet contra eos, qui mathematica ponunt in ſenſibilibus, nunc oſtendit huius opinionis irrationabilitatem, & dicit {Omnino autem cuiuſnam gratia quiſpiam ipſa quidem}.ſ. mathematica {eſſe, ſed in ſenſibilibus eſſe ponet} quaſi dicat ad nihil ſic ponere prodeſſe videtur. nam ſi ipſa per ſe ſunt, nihil prodeſſe videtur ipſa in ſenſibilibus conſtituere. cuius ratione affert, & dicit {eadem

dem enim abſurda euenient & huic ſententiæ}.i.huic ſecundæ poſitioni {quæ & antecedenti}.ſ.poſitioni ac ciderunt. Quare non prodeſt hæc conſtituere in ipſis ſenſibilibus. q̃m ſiue ponãtur in ipſis ſenſibilibus. ſiue non ponantur. ſemper his eadem abſurda eueniunt. quæ ſequuntur illos, qui mathematica ſeparata faciebat. quare fruſtra & irrationabiliter illa ponunt in ipſis ſenſibilibus, quoniam non euitant, vt crediderunt, abſurda, quæ ſequebantur illos, qui mathematica ſeparata faciebant. Quòd autem non euitent abſurda, q̃ ſequebantur illos, probat, & dicit {erit.n.quoddã cœlum præter hoc cœlum}.ſ.ſenſibile ſecundum horum poſitionẽ, & pari ratione Sol alius, aliaq; aſtra præter hunc Solem, & hæc aſtra {verum non ſeorſum} ideſt non ſeparata per ſe {ſed in eodem loco} ideſt in his ipſis conſiſtent, Sol in Sole, Luna in Luna, in cœlo cœlũ: cui incommodo illud, vt dictum eſt accedit. quòd duo corpora erunt in eodẽ loco & ꝓpterea ſubdit {quod quidem impoſsibilius eſt} quoniam cœlum mathematicum erit ſimul cum cœlo ſenſibili. Deinde faciendo lectorem attentum. dicit {de his igitur} ſubaudi omnibus, quæ dicta ſunt {magna eſt dubitatio, quonam modo poſito}.i.quonam modo ea ponendo {veritas euenire poſsit} vel quonam modo ponendo quædam ad propoſitum, veritatem aſſequemur, & determinationem in his quæſtionibus, quæ iam intentatæ ſunt. laborant expoſitores in ſolutione eiuſmodi quæſtionum, quam cum ſuo loco Ariſtoteles pertractet. ſuperfluum puto hic de ea aliquid aſſerere, potiſsimum cũ nec Alexander diſſeruerit.

CAP. II.

De Generibus proſequutio.

TEX. 10. *ET de principijs etiam utrum genera elementa eſſe, principiaq; putare oporteat, an ea potius ex quibus primis, cum inſint, res unaquæq; conſtet.*

Nunc diſputat quæſtionem decimã, quæ eſt de principijs, & primo repetit quæſtionẽ, & dicit {Et de principiis etiam vtrum genera} atque cõmunia ipſa {oporteat putare eſſe elementa, principiaque} ſubaudi rerũ omnium {an} oporteat putare {ea potius} eſſe elemẽta, principiaq; {ex quibus primis, cum inſint, res vnaquæque conſtet} & ſubaudi in quæ poſtremo reſoluitur: addit autem, vt Expoſitor inquit, in his verbis duas conditiones, primam quidem, cum dicit {primis} quod addidit ad differentiam eorum, quæ ſecundo componunt. Nam animalium corpora conſtant ex carnibus, & neruis, quæ animalibus inſunt, non tñ dicuntur animalibus elementa, quia nõ ſunt hæc prima, ex quibus animal componitur. ſecundam vero addit cum ait {cum inſint} quod addit ad differentiam contrarij, & priuationis, dicitur.n.album fieri ex nigro, vel non albo, quæ tamen ipſi albo non inſunt, & propterea non ſunt albi elementa. Auerroes aũt quæſtionem hanc ſic interpretatur, vt Ariſtoteles quærat vtrũ principia & elemẽta ſint vniuerſalia eorum, quæ ſunt, an ſingularia: quæ interpretatio eſt contra exempla, & contra ſenſum quæſtionis decimæ.

Quæ Auerr. Comm. 10.

Veluti uocis elementa, principiaque ea eſſe uiuentur, ex quibus primis uoces componuntur, ſed non ipſum commune uox. & deſignationum ea eſſe dicimus elementa, quorum demonſtrationes in iſtarum, aut omnium, aut plurimarum demonſtrationibus inſunt.

Deſignationũ. διαγραμμάτων. Demonſtrationum.

Apud expoſitorem hic Ariſtoteles primo oſtendit illa eſſe elementa, atque principia, ex quibus primis aliquid componitur: aſſeritque primam rationem fieri ꝑ duo exempla. at Alexander Aphrodiſius, quem Auerroes ſectatur, vult hæc eſſe exempla non inducta ad ꝓbationem, ſed ad manifeſtationem eius, quod dixit de conditionibus requiſitis ad rationem elementi, vnde dicit {Veluti vocis}.i.dictionis {elementa principiaq; ea eſſe videntur, ex quibus primis voces} ideſt dictiones {componuntur} veluti ſunt literæ {ſed non ipſum commune vox} ex literis enim dictiones conſtituuntur, non autem ex voce communi, quæ genus vocum habetur. Deinde aſsignat aliud exemplum eiuſdem, & dicit {& deſignationum}.i.demonſtrationum Euclidis, quibus vtitur Euclides ad demonſtrandum verbi gratia, ꝙ ſupra datam lineam cõtingit triangulũ æquilaterum collocare. & ꝙ omnis triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, & in cęteris talibus {ea dicimus eſſe elemẽta}.i.proprias propoſitiones {quorum demonſtrationes}.i. quarum propoſitionum veritates per ſe notæ, vel demonſtratæ ex alijs prioribus {in iſtarum}.ſ.concluſionum, quæ deſignãtur {aut omnium, aut plurium demonſtrationibus inſunt} quare elementa ſunt, vt Auerroes exponit. propoſitiones propriæ demonſtrationibus quã expoſitionem Alexãder non abhorret, cum dicit, ſed neque in diſcriptionibus vtimur communibus elementis, ſed ijs, q̃ inſunt in demonſtrationibus, qua ratione Euclidis elementa nuncupamus. iccirco enim talia appellantur elementa, quoniam ea, per quæ iſta probantur, ad omnium præceptorum demonſtrationes proſunt, in omnibus exiſtentia, & in his ipſis priora poſteriorum elementa eſſe dicuntur. quoniam priorum demonſtrationibus vtimur ad poſteriora. quare recte elementa ſunt, ex quibus primis aliquid conſtat. nec hanc expoſitionem abhorret Expoſitor: vt conſideranti patet: niſi ꝙ voluit hæc exempla eſſe inducta ad probationem.

Quæ Auerr. Comm. 10.

Præterea & qui unum corporum elementum, & qui plura inquiunt eſſe, ea dicunt principia eſſe, ex quibus componuntur, & conſtant, ut Empedocles ignem, aquam, terram, ac aerem elementa inquit eſſe, ex quibus, cum inſint, entia ſunt, ſed non ut genera ipſorum entium hæc dicit.

Apud Expoſitorem hic Ariſtoteles affert ſecundam rationem, apud autem Alexandrũ hoc eſt tertium exẽplum quo manifeſtantur conditiones elementorum, vnde dicit {Præterea & qui vnum corporum elementum, & qui plura}.ſ.corpora ſubaudi principia {inquiunt eſſe, ea dicunt principia eſſe, ex quibus} omnia corpora ſubaudi, quæ fiunt {componũtur, & conſtãt, vt} ex naturalibus authoribus {Empedocles} quatuor corpora {ignem, aquam, terram, ac aerem, elementa inquit eſſe, ex quibus, cum inſint, entia ſunt. ſed non vt genera ipſorum entium}.ſ.quæ fiunt {hæc dicit} ergo elementa ſunt ex quibus primis, cum inſint, aliquid fit,

Inſuper etiam ſiquis uelit & aliorum cuiuſque naturam inſpicere, ut lecticam, ex quibus partibus, conſtet, & quonam pacto compoſitis, tunc ipſius naturam cognoſcet. his igitur rationibus principia non eſſe genera rerum uidentur.

Nunc, vt Alexã.inquit, argumento artificioſorũ idẽ ꝓbat: & dicit {Inſuper etiã ſiquis velit & aliorũ}.ſ.artificioſorũ, quæ ſunt alia à corporibus naturalibus {cuiuſq; naturã}.i.diffinitionẽ, quæ eſſentiã indicat {inſpi-

cere} atq; cognoſcere {vt} verbi gratia {lecticam} ſub audi inſpicere oportet {ex quibus partibus conſtet, & quonam pacto compoſitis} ſubaudi conſtet. nam cognitis partibus, & modo, quo lectica conſtat ex illis {tunc ipſius naturam cognoſcet}.i. definitionem, quæ indicat naturam. tunc epilogando concludit {his igitur rationibus principia non eſſe rerum genera videntur} & Alex. per rõnes inductionẽ quæ facta eſt exemplis multis, intelligit. hæc quo ad alteram partem.

At ſi unumquodq; quidẽ per definitiones cognoſcimus, principia uero definitionum genera ſunt, neceſſe eſt & definiendarum rerum principia genera eſſe.

Nunc obiicit ad partem contrariam, & primam rationẽ ſic ego componerem iuxta verba, principia definitionum ſunt principia, & elementa rerum definiendarũ: genera ſunt principia definitionum: igitur genera ſunt principia & elemẽta rerũ definiendarũ. Minor vero proſyllogizatur hoc pacto, per quę vnumquodq; definitiue cognoſcimus, ſunt principia definitionum: per genera vnumquodque definitiue cognoſcimus: igitur genera ſunt principia definitionum. & ſic patet minor. De proſyllogiſmo tangit vim maioris, & dicit {at ſi vnumquodque quidem per definitiones cognoſcimus} ac ſi dicat, ſi per q̃ definitiue vnumquodq; cognoſcimus, ea definitionum ſunt principia, quę fuit maior proſyllogiſmi. deinde de ſyllogiſmo principali tangit etiã minorẽ, & dicit {principia vero definitionum genera ſunt} demum affert cõcluſionem, & dicit {neceſſe eſt & definiendarum rerum principia} & elementa {genera eſſe} Alex. vero ſic componit, ex quibus ſingula quæq; cognoſcimus, ea ſunt illorũ.ſ. quæ cognoſcimus, principia: ex definitionibꝰ ſingula quæque cognoſcimus. igitur definitiones principia ſunt ſubaudi eorum, quæ cognoſcimus. Huius affert ſolã minorem, & dicit {at ſi vnumquodque quidẽ per definitiones cognoſcimus} hæc fuit minor, tunc oportet ſupplere, principia definitionum ſunt principia rerum definiendarum, ſed genera ſunt principia definitionum, & hanc affert, & dicit {principia vero definitionum genera ſunt} & infert concluſionem, & dicit {neceſſe eſt & definiendarum rerum principia genera eſſe} Sed fortaſſe, vt Alex. exponit, cum genera dicit, differentias quoque intelligit, quemadmodum in topicis, vt ſit ſenſus, definitionum principia eſſe genera, quæ quidem ſunt genus & differentiæ. Ex his.n. definitiones conſtituuntur. quo fit, vt genera ſint principia. nam definitiones definitorũ principia ſunt, ipſarũ vero gña. hęc ex Alex. Auerroes aũt videtur inclinare ad expoſitionem primã, vt patet eius verba cõſideráti.

Quæ Auerr. Comm. 10.

Et ſi ex eo rerum ſcientia ſumitur, quia ſpecierum accipitur, quibus res ipſæ dicuntur, ſpecierum profecto genera eorum, quæ ſunt, principia erunt.

In trãſlationibus Argyropyli verba Ariſt. ſic hñtur, fortaſſe, quia ſic habebat in ſuo græco codice, aut fortaſſe, quia talem eſſe verborum Ariſt. ſenſum putauit, & tunc iuxta hanc Argyropyli interpretationẽ Ariſt. procedit per ſyllogiſmum hypotheticum, cuius afferet maiorem, quæ eſt vna propoſitio conditionalis & dicit {& ſi ex eo rerum ſcientia ſumitur, quia ſpecierũ accipitur, quibus res ipſæ dicuntur, ſpecierum profecto genera eorum, quæ ſunt principia erunt} hæc eſt hypothetica, & maior cui ſubaudienda eſt minor ſic, ſed rerum ſcientia ſumitur, quia ſpecierum accipitur, quibus res ipſę dicuntur, & debet inferri cõcluſio ſic, ergo ſpecierum genera eorum, q̃ ſunt, principia erunt. hanc minorem, quæ eſt poſitio antecedentis, Alexan. exponit, aſſerens ideo rerum ſcientiam ſumi per ſpecies, quia ſingularium ſcientia non eſt. ſingularium.n. nec ſcientia, nec definitio eſt, niſi per eorũ ſpecies. Verum Alexan. obiter ſoluens hanc rationem diſtinguit de ſpecie, ꝙ altera ſit, quæ ex generis partitione naſcitur. quæq; prædicamentaria ſpecies dicitur, altera, quę opponitur materiæ, q̃ alio nomine forma dicitur, tunc aſſerit Alexan. per hanc ſpeciem, q̃ materiæ opponit̃, cognitionem ſingularium cõparari. qm̃ ab hac ſingularibus ſupetit eſſe: nõ aũt ab ea, q̃ ex generis partitione naſcitur. nolo tñ te ignorare in græcis codicibus nr̃is, & in illis, quos legit Alexan. verba finiri ſub nota ſuſpenſionis, hoc modo ad verbum {& ſi rerum ſcientiã ſumimus, ſumendo ſcientiam ſpecierũ, quibus res ipſę dicuntur, & ſpecierum principia ſunt genera} ſubaudiẽdum genera igitur ſunt omnium rerum principia. ſic enim Alexander ſubaudiuit concluſionem.

Videntur etiam quidam eorum, qui dicunt ipſum unum, aut ipſum ens, aut magnum paruumque eſſe rerum elementa, his ipſis ut generibus uti.

Vt doceat probabile videri genera eſſe rerũ principia, illorũ producit teſtimonium, qui principijs eiſdẽ vtebantur: & dicit {Videntur etiam quidam eorum, qui dicunt ipſum vnum, aut ipſum ens}.i. qui dicunt ipſum vnũ, & ens.ſ. ex parte formæ, vt exponit Alexã. {aut magnum paruumq;}.i.& qui dicunt magnum & paruum.ſ. ex parte materiæ {elementa eſſe rerum, his ipſis vt generibus vti} in qua opinione fuit Plato, hic .n. vnum, quod proprie ens ex parte formę appellabat, & dualitatẽ indefinitam, quã ex parte materiæ magnũ & paruum nũcupabat, principia eſſe dicebat: q̃ quidẽ, vt entium genera accipiebat, cum vnum, ſicut & ens de ſingulis rebus dici animaduerteret, magnum etiam & paruum cõmunia quoq; eſſe: vt ſuprema genera.

At uero neque utroque modo principia dici poſſunt, nam ratio ſubſtantiæ una eſt. Sed ratio, quæ per genera aſſignatur, & quæ ſumit ea, ex quibus res conſtat, non eſt eadem.

Poſtq̃ quæſtionem hanc vtrum genera, an elementa, q̃ partes ſunt, ex quibus componitur aliquid, potius debent principia exiſtimari, in vtranq; partem diſputauit nunc ne vtrunq; quidem dici poſſe oſtendit, hoc eſt, & genera, & elementa principia eſſe. Nam, vt Expoſitor inquit, poſſet dari hæc reſponſio, ꝙ vtraq; ſint principia, propterea hanc reſponſionẽ excludit. & hoc proponit, & dicit {At vero neq; vtroq; modo principia dici poſſunt}.ſ. genera, & elementa. & argumentatur in hunc modũ, ſi ex principijs cuiuſq; rei definitio cõficitur, alia erit definitio, q̃ per genera reddit̃, alia q̃ per elementa. & ſi cuiuſq; rei alia erit definitio, q̃ per genera redditur, & alia q̃ per elementa, tunc eiuſdẽ rei plures erũt definitiones: Sed plures definitiones eiuſdẽ rei eſſe non poſſunt, cũ ſit vna cuiuſq; rei definitio: non igitur vtraq; ſunt principia. eſt igitur ſylls hypotheticus a deſtructione vltimi conſequentis ad deſtructionẽ primi antecedentis: vt Alexan. expoſuit, cuius primo accepit rõnẽ deſtructionis vltimi cõſequẽtis, & dicit {nã rõ ſubſtãtiæ}.i. definitio ſubſtantialis cuiuſq; rei {vna eſt} cuius rationẽ Alexan. affert, nam eſſę cuiuſq;

iuſq; , rei vnum eſt,ac proinde definitio vna eſt, a qua proprie hoc ipſum explicatur. deinde aſsignat primæ conſequentiæ proprium conſequens.ſ.ꝙ cuiuſque rei alia definitio erit, quæ redditur per elementa, & alia quæ aſsignatur per genera : & dicit {ſed ratio,quæ per genera aſsignatur, & quæ ſumit ea }.ſ.elementa { ex quibus res conſtat, non eſt eadem} atque vna,ſed plures,ac diuerſæ. hoc eſt conſequens primæ conſequentiæ.& vt Alexã.inquit,hic Ariſt.appellat genera,vt ſuperius dictum eſt, genera ,& differentias. quoniam ex vtriſq; conſtat definitio. & cum dixit{nam ratio ſubſtantiæ } definitionem ſubſtantialem , quæ , vt metaphyſici loquuntur,quiditatiua dicitur,intelligit. & ſignanter quidem , quoniam rei eiuſdẽ plures poſſunt eſſe definitiones deſcriptiuæ, ſed non niſi vna tantum quiditatiua,vt probauit Alexan. Auerroes autem perperã hic verba Ariſtotelis intelligens dicit ſic,vniuerſale,& indiuiduale ſunt duæ naturæ, hoc intellectum, hoc autem ſenſibile.& ſi per naturam intelligit ſubſtãtiã & eſſentiam,mentitur.qm̃ indiuiduum nullã aliam eſſentiam habet præter eam , quæ eſt ſuæ ſpeciei : niſi ſpecies eſſet idea Platonica,quod ipſe nõ ſentit. At ſi ꝑ naturam intelligit duos naturales conceptus , & obiectiuos , vt iuniores loquuntur, verum dicit. nam alia conceptione repræſentatur intelligibile, & alia ſenſibile. & ſic indiuiduum,& vniuerſale videntur duo obiecta conceptibilia : quæ intelligit fortaſſe per naturas.

Quæ Auerr. Comm. 10.

Num vltima genera,vel potius prima ponẽda ſint principia.

Inſuper & ſi q̃ maxime principia genera ſunt, utrum generum prima putare oportet principia rerum eſſe,an ea,quæ ultimo de indiuiduis prædicantur. nam & hoc controuerſiam ſuſcipit.

Nunc intendit diſputare vndecimam quæſtionem, quæ etiam pertinet ad ſupradicta,& primo repetit eã, & dicit {Inſuper & ſi q̃ maxime prĩcipia genera ſunt} .i.ſi detur, concedaturq; genera eſſe potius principia, q̃ elementa, operæprecium erit illud quærere {vtrum generum prima} quæ ſuprema,atque communiſsima dicuntur {putare oportet principia rerum, an ea,quæ vltimo de indiuiduis prædicantur} quæ indiuiduę ſpecies nuncupantur. hoc.n.in loco ſpeciem nomine generis appellat. deinde aſsignat cauſam huius quæſtionis, & dicit {nam & hoc}.i.nam & hæc vndecima qõ {controuerſiam ſuſcipit } ſcilicet non paruam . habet enim argumenta pro utraque parte : vt ex ſubſequentibus patebit.

Impoßibile eſt aut ſpecies generis de ꝓpriis differentiis ꝑdicari, aut genus abſq; ſuis ſpeciebus.

Si enim magis uniuerſalia principia ſunt putanda, patet ſuprema generum exiſtimanda eſſe principia eorũ , quæ ſunt, hæc enim de omnibus dicuntur. itaque tot erunt eorum , quæ ſunt,principia,quot ſunt ipſa genera prima.Quare & ipſum ens,& ipſum unum , principia atque ſubſtantiæ erunt. hæc enim maxime de omnibus entibus dicuntur. At fieri non poteſt ut genus entium ſit unum , utputa neq; ipſum unum , neque ipſum ens. eſſet enim neceſſe differentiarum unamquanq; eſſe & ens,& unum eſſe. Sed fieri nequit, aut ut ſpecies generis de differentijs proprijs, aut ut genus ſine ſuis ſpeciebus prædicetur. Quare ſi ipſum ens, aut ipſum unum ſit genus, nulla differentia aut ens, aut unum erit. Quod ſi non ſint genera,neque principia erunt, ſiquidem genera principia ſunt.

Nunc argumentatur ad partes, & primo ꝙ vniuerſalia genera non ſint potius principia: & ſyllogizat ſic, ſi vniuerſalia genera ſint potius principia,maxime vniuerſalia genera erũt potius principia. tenet argumentum,qm̃ ſi ratione vniuerſalitatis aliqua ſunt prĩcipia, q̃ ſunt magis vniuerſalia,potius erunt principia.& hãc hypotheticam affert, & dicit {Si.n. magis vniuerſalia principia ſunt putanda } vtputa ratione maioris vniuerſalitatis {patet ſuprema generum exiſtimanda eſſe principia eorum,q̃ ſunt} probat conſequentiã, & dicit {hæc.n.de omnibus dicuntur} & ſic cum ſint maxime vniuerſalia,erunt potius principia. Vlterius argumentatur, ſi ſuprema genera ſunt potius principia, tunc tot erunt eorum , quæ ſunt principia, quot ſunt ipſa genera prima : ſed duo ſunt ſuprema genera videlicet ens,& vnum : igitur ens & vnũ erunt principia, & cãæ rerum.tenet argumentum, quoniam ens & vnum maxime de omnibus entibus dicuntur. vnde dicit { itaq; tot erunt eorum,quæ ſunt principia,quot ſunt ipſa genera prima} ſed ſubaudi tñ duo ſunt ſuprema genera videlicet ens,& vnum { quare & ipſum ens, & ipſum vnum principia , atque ſubſtantiæ} .i.cauſæ erunt.accepit.n.ſubſtantias pro cauſis, vt exponit Alexander. deinde probat conſequentiam,& dicit{hæc.n.}.ſ.vnũ & ens {maxime de omnibus entibus dicuntur} deinde deſtruit conſequens probans ens & vnum nõ eſſe principia, hoc pacto ſi ens & vnum non ſunt genera, ens & vnum non ſunt principia, patet ex opinione aduerſariorum , ſed ens & vnum non ſunt genera. ergo ens & vnum non ſunt principia, intendit ergo probare in toto hoc ſequenti textu, quod ens & vnum non ſint genera,quæ fuit minor : vt demum inferat ens, & vnum non eſſe principia : & primo proponit intentum & dicit {at fieri nõ poteſt,vt genus entium ſit vnũ} .i.quoddam vnum vniuerſaliſsimũ {vtputa neq; ipſum vnũ, neque ipſum ens} hoc eſt, quod proponit, & argumẽtatur, ſi ens, & vnum eſſent genera,tunc genera prædicarentur de differentijs. tenet enim argumentum {eſſet enim neceſſe differentiarum vnamquanque eſſe ens, & eſſe vnum} quoniam,vt dictum eſt, de omnibus prædicantur quæ cum ſint genera , genera perfecto prædicarentur de differentiis. deinde deſtruit hoc cõſequens,& dicit {ſed fieri nequit,aut vt ſpecies generis de differentiis propriis } prædicentur {aut vt genus prædicetur} de differentijs {ſine ſuis ſpeciebus}.i.abſque eo quod ſpecies eius intelligatur in differentijs. Probauit autem Alexander quod ſpecies non prædicetur de differentiis,quibus conſtat, tum quia ſpecies latet, differentia patentior eſt ſua ſpecie : ſed latens de patentiore non poteſt prædicari, cum prædicatio ſit gratia patefaciendi. tum quoque qm̃ totum non ꝑdicatur de ſua parte eſſentiali : ſed ſpecies totum eſt,differentia autem pars , & quidẽ diſsimilaris,cum ſit pars definitionis eius. Quod vero genus non prædicetur de differentiis,probauit Ariſtoteles, qm̃ genus nõ prædicatur de differentiis abſque medio, hoc eſt ſine ſpecie: & hoc non probauit,ſed pro explorato aſſumpſit. ſed cum ſpecies ipſa de differentia ſua non prædicetur: igitur nec genus.& Ariſtoteles intelligit genus non ꝑdicari de differentia abſq; ſpecie, vt Alexan.exponit.i. abſq; eo,quod differentia connotet ſpeciem, quod eſt dicere de differentia in abſtracto, puta de rationabilitate, quæ non connotat ſpeciem. ſed bene de rationali, quod connotat ſpeciem. genus, enim prædicatur de differentia non ſine ſpecie.i.non ſine connotatione ſpeciei. quare genus ꝑdicatur de differentia in concreto,& non in abſtracto. quod aũt genus nõ prædicetur de differẽtiis in abſtracto, vt animal de rationabilitate

probat Alex.qm̄ differentiæ in abſtracto ſunt qualita-
tes,ſaltē ſ̄m modum,quare animal non poteſt p̄dicari
de rationabilitate . at in concreto poteſt.qm̄ connotat
ſpeciem, de qua genus prædicatur.Ex ijs concludit,di
cens {quare ſi ipſum ens,aut ipſum vnū ſit genus } cū
genus non prædicetur de differentiis { nulla differen-
tia aut ens,aut vnū erit}deinde affert concluſionē prin
cipalem,& dicit {ꝙ ſi } ens & vnum {non ſint genera,
neq; principia erunt} cuius rationem affert & dicit {Si
quidē genera principia ſunt } eſt igitur vniuerſa ratio,
ſi genera principia ſunt, ſuprema genera erunt maxi-
me principia, ſi ſuprema genera erunt maxime princi-
pia,genera non erunt principia, conſequens aduerſa-
tur antecedēti . ergo primum antecedens erit falſum.
Prima conſequentia patuit ratione maioris vniuerſali
tatis,ſunt.n.ſuprema genera maxime vniuerſalia.Secū
da cōſequentia etiā patuit, qm̄ ſi ſuprema genera erūt
maxime principia,ens,& vnum erunt maxime princi-
pia.ſunt.n.ſuprema oīum genera,cum de omnibus p̄-
dicentur.ſed ens & vnū nō ſunt principia,qm̄ erunt ge
nera,probatum eſt autem ipſa nō eſſe genera, qm̄ diffe
rentiæ rerū nihil erunt.ergo non ſunt principia,quare
ſi genera principia ſunt,genera non erunt principia:&
cum conſequens aduerſetur antecedenti, fit vt antece
dens primum ſit falſum , & implicans contradictionē.
Quæres primo vtrum ſpecies p̄dicetur de differentia,
e qua conſtituitur . Expoſitor tenet, & probat abſolu-
te ꝙ non . primo quia differentia in plus eſt q̄ ſpecies,
vt Porphyrius tradit . Deinde quia ſi ſpecies p̄dicaretˀ
de differentia,oporteret,vt differētia ſpeciei ſubijcere-
tur,& ſic differētia eſſet ſubiectū ſpeciei. At hoc eſt fal
ſum,cū differentia ſit magis forma ſpeciei,& illius præ
dicatū.quare non poteſt ſpecies de ſua cōſtitutiua dif-
ferentia prædicari,niſi fortaſſe per accidens. ſed ſi Ex-
poſitor intelligit ſpeciem non p̄dicari per ſe de differē
tia ſua accipiendo ꝑ ſe pro naturaliter,verum dicit,qm̄
differentia nō eſt naturale ſubiectū ſpeciei,nec ſpecies
naturale prædicatū illius . at ſi accipit per ſe, vt loquitˀ
Ariſto.primo poſteriorū cap̄. De per ſe, teneri poteſt
ſpeciem p̄dicari per ſe differentia ſua . hæc.n.eſt per ſe
ſecundo modo dicēdi per ſe,rationale eſt hō, qm̄ licet
homo non ponatur in definitione rationalis, tñ ratio-
nale ponitur in definitione hominis : & ſic ceſſant eius
rationes . Alexan.vero tenet ſpeciem non prædicari ꝑ
ſe de ſua conſtitutiua differentia,qm̄ nullum totum p̄-
dicatur de ſua parte diſsimilari . & cum ſpecies ſit to-
tum,& differētia pars ſpeciei diſsimilaris,fit,vt ſpecies
non prædicetur de ſua differentia . Sed pace tanti viri
dixerim,a pari nec differentia prædicaretur de ſpecie,
qm̄ ſicuti totum nō prædicatur de ſua parte diſsimila-
ri : ita nec pars diſsimilaris de ſuo toto. Quare, vt in di
lucidario diximus, ſpecies licet pluribus modis per ſe
de ſua differentia prædicetur,tñ ꝑ ſe p̄dicatur . ſecūdo
modo per ſe,qm̄ differentia ponitur in definitione ſpe
ciei. Et licet Ariſto.dicat in textu ſpeciem non p̄dica-
ri per ſe de differentia,loquitur tñ diſputatiue, & acci-
pit differentiā in abſtracto,vt dictū eſt de mente Alex.
Secundo q̄res vtrum genus prędicetur de differentijs,
Expoſitor reſpondendo,dicit primo genus non p̄dica
ri per ſe differentia , quia nō primo modo dicendi per
ſe,non.n.genus ponitur in definitione differentiæ.nec
ſecundo modo dicendi per ſe, qm̄ differentia nō ponitˀ
in definitione generis . dicit ſecundo genus p̄dicari de
differentia, ꝑ quanto p̄dicatur de eo,quod differentiā
habet,vt de ſpecie,quę differentiam habet ſui partem.
Alexā.autem fuſius loquens aſſerit genus prædicari de
differentijs,cuius differentię ſunt ſpecies,nam qualitas
prædicatur de differentijs, qm̄ differentiæ ad qualitatē
ipſam ſpeciē ſunt . Secundo dicit genus remotū etiam
p̄dicari de differentijs , accipiendo differentias, vt ſunt
differentiæ,nā ſubſtātia p̄dicatur de rationali , & ratio-
nalitate tā in abſtracto q̄ in concreto.& hac ratione da
to ꝙ vnum & ens ſint genera,etiam de omnibus diffe-
rentijs prædicabuntur,qm̄ ſunt remota genera, non āt
propinqua . & cauſa eſt,qm̄ Ariſto.loquitur in parte ip
ſa argumentatiua:vbi nulla authoritas eſt accipienda.
Tertio dicit genus non p̄dicari per ſe de differentia,ꝑ
quam proxime diuiditur. niſi in concreto, vt cōcernit
ſpeciem . animal.n.per ſe non prædicatur de rationali
tate . quoniam rationalitas non concernit hominē,ſed
de ipſo rationali,qm̄ rationale concernit hominē. hæc
Alexan.verum de his in dilucidario quærendum eſt.

Præterea etiam ipſa media cum differentijs ſumpta gene-ra uſque ad indiuidua erunt. nunc uero alia uidentur eſſe,alia non uidentur . TEX.11.

Vnus ſenſus eſt,vt Expoſitori placere videtur , ꝙ ſi
prima genera ponuntur principia quod ſint commu-
nia , & de pluribus prædicentur , omnia communia,
quæ de pluribus prædicantur,erunt principia & gene-
ra . deſtruitur conſequens, quoniam non omnia com
munia videntur genera,& principia,non enim ſpecies
ſpecialiſsimæ ſunt genera , & principia : & dicit{Præ-
terea etiam} ſi prima genera ponuntur principia,quo-
niam ſunt communia , quæ de pluribus prædicantur
{ipſa media cū differentiis ſumpta} quæ videlicet ſunt
omnia contenta a primis generibus {vſque ad indiui-
dua erunt genera} deinde deſtruit conſequens,& dicit
{nunc vero alia videntur eſſe} ſcilicet ſpecies ſubalter
næ videntur eſſe principia, & genera {alia non viden-
tur} puta ſpecies ſpecialiſsimæ, non videntur genera.
accepit autem hic indiuidua pro ſingularibus.Alexan
der vero vult quod Ariſtoteles probet non tantum pri
ma genera videlicet ens, & vnum non eſſe principia,
ſed vt omnino genera non eſſe principia doceat . Et
argumentatur , ſi genera ſunt principia, plurima atq;
fere innumera cuiuſque rei principia erunt.conſequēs
tanquam falſum,& contra omnes fere reliquit . dedu-
citur hæc conſequentia,quoniam vnaquæq; differen-
tia compoſita cum genere,cuius eſt differentia, genus
efficit. nam vnumquodq; genus inter genus primum,
& ſpeciem indiuiduam poſitum cum propria differen
tia genus efficit. & cum differentiæ intermediæ ſint fe
re innumeræ , ideo erunt cuiuſque rei principia fere in
numera.vnde dicit {Præterea etiā ipſa media}.ſ.gene
ra {cū differentijs ſumpta genera} & principia {vſque
ad indiuidua}.i. vſq; ad ſpecies ſpecialiſsimas { erunt}
& quoniam differentiæ ſunt fere innumeræ,ideo innu
mera erunt cuiuſq; rei principia . deinde ne tu credas
hoc non ſequi , quia ſunt quædam genera , quæ com-
ponuntur cum differentijs, quæ non videntur gene-
ra,velut ea,quæ proprio vocabulo carēt, vt animal vo
latile,& talia,dicit {nunc vero alia videntur eſſe} ſcili-
cet genera,quæ componuntur cum differentijs,vt illa,
quæ vno nomine dicuntur,vt auis , vt piſcis {alia non
videntur } ſcilicet genera , vt animal volatile, animal
greſsile,animal aquatile,quoniam non appellātur vno
nomine.& ſic Alexā.legit νῦν pro quanuis: quaſi dicat,
quanuis

quanuis eorum generum, quæ cum differentiis componuntur {alia videntur} genera {eſſe} puta illa, quæ vno nomine dicuntur { alia non videntur} puta, quæ pluribus nominibus appellantur. eſt ergo ſyllogiſmus apud Alexandrum ſi genera ſint principia, omnia genera intermedia, vſque ad indiuiduas ſpecies, compoſita cum ſuis differentiis, principia erunt. reliquit deſtructionem conſequentis, quod videlicet tunc principia cuiuſque rei erunt fere innumera, quoniam perſpicua eſt, & deducta Libris de partibus animalium. Aliter exponit Alexan. vt verba illa { nunc vero alia} indicent illud conſequens eſſe abſurdum videlicet qđ omnia inter media genera compoſita cum ſuis differentiis ſint principia. quoniam non genera, quæ componuntur cum differentiis priuatiuis, nam cum genera compoſita cum differentiis priuatiuis, non ſint genera, nec poterunt eſſe principia. vnde dicit {nunc vero} ſcilicet generum {alia videntur eſſe} ſcilicet principia, vt quæ componuntur cum differentiis poſitiuis {alia non videntur} vtputa quæ componuntur cũ differentiis priuatiuis. Hæc enim cum non videantur genera, nec principia videntur. quare non omnia intermedia compoſita cum ſuis differẽtiis, principia videntur. & per indiuidua Alexander ſpecies ſpecialiſsimas intelligit. quoniam hæ nullis amplius differentiis diuiduntur, & verbum {vſque} incluſiue legit Alexander. nec ab ratione, nam & ſpecies ipſæ ſpecialiſsimæ communes ſunt, & de pluribus prædicantur, quod ſi differentiæ principia ſint, cum ſint communia, & genera, quæ cum differentiis ſumuntur, & ſpecies ſpecialiſsimæ, quæ & ipſæ communes ſunt, vtiq; principia multa erunt, & prope modum infinita. Quod abſurdum eſſe videtur, aut ſecundum primam Alexandri expoſitionem, quia qui genera principia eſſe ſtatuunt, ij nõ principia genera eſſe volunt, niſi vt fugiant multitudinem principiorum. Aut ſecundum expoſitionem ſecundam, quoniam non omnia genera intermedia cõpoſita cum ſuis differentiis ſunt principia. quoniã non genera, quæ componuntur cum differentiis priuatiuis, cum enim genera compoſita cum differentiis priuatiuis non ſint genera, nec poterunt eſſe principia.

Inſuper differentiæ magis, q̃ genera principia erunt. quod ſi hæ ſint principia, infinita, ut ita dixerim, principia fient, præſertim ſi quiſpiam primum genus principium eſſe ponat.

Hæc, vt dicunt, tertia ratio eſt. nam ſi genera principia ſunt, quia ſunt communia, & de pluribus prædicantur, hac ipſa ratione differentiæ nihilominus quam genera principia erunt. & ſi differentiæ ſint principia, infinita fere principia fient. vnde dicit { Inſuper} ſubaudi ſi genera principia ſunt, quia ſunt cõmunia, & de pluribus prædicantur {differẽtiæ magis q̃ genera principia erunt} Expoſitor reddit cauſam, ex eo quia magis quam genera principia cognoſcendi ſunt. cũ ſint, vt actus, genera vero vt potentiæ. Alexander exponit {differentiæ magis quam genera principia erunt}.i.nõ minus quã genera principia erunt. cuius cauſam reddit, ex eo quia ſunt communia ſicut genera, & de pluribus prædicantur. deinde deſtruendo conſequens dicit {Quod ſi hæ}.ſ.differentiæ ſint principia {infinita, vt ita dixerim, principia fient {nec ob aliud, niſi quia differentiæ licet, vt Auerroes inquit, apud naturã ſint finitæ, tamen apud nos ſunt infinitæ, vt ita dixerim. Quod aũt apud nos ſint infinitæ exponit, & dicit {præſertim ſi quiſpiam primum {genus}.ſ.ens {principiũ eſſe ponat} nam generis huius innumerabiles differentiæ eſſe videntur.

Que Auerr. Comm. 11.

At uero ſi & unum ipſum magis rationẽ principij ſubeat, & id ſit unum, quod diuiſionem non capit, atque hoc omne aut ſpecie, aut quantitate ſit tale, priuſque ſit id, quod eſt ſpecie tale, & genera diuiſiones in ſpecies capiant, id erit magis unum profecto, quod ultimo prædicatur. homo nanque non eſt ipſorum ſingularium hominum genus.

Indiuiſibile oẽ, aut quantitate aut ſpecie eſt.

Cum propoſuiſſet rationes, quibus ſuprema genera principia entium eſſe videntur, nunc oſtendere conatur ſpecies ſpecialiſsimas potius quam genera eſſe principia. Procedit autem per ſyllogiſmum hypotheticum a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, & accepit pro antecedente quinque propoſitiones, quarum primã affert, & dicit {At vero ſi & vnũ ipſum magis rationem principii ſubeat} & legantur verba ſuſpenſiue vſque ibi {id erit magis} eſt igitur prima propoſitio, vnũ magis principii obtinet, ſubaudi quã non vnum. Vel, vt Alexander accepit, prima propoſitio eſt, quod magis vnum eſt, id magis erit principium. deinde accepit ſecundam propoſitionem, & dicit {& id ſit vnum, quod diuiſionem non capit} quod .n. indiuiſum, indiuiduumve eſt, hoc omnes vnum eſſe affirmant. Deinde accepit tertiam propoſitionem, & dicit {atq; hoc omne, aut ſpecie, aut quãtitate ſit tale} eſt ergo tertia propoſitio, quod diuiſionem nõ admittit, hoc vel ſpecie, vel quanto eſt indiuiſum. ſpecie quidem, ſi non amplius in ſpecies diuiditur: quales ſunt ſpecies ſpecialiſsimæ, quanto vero, ſi numero nõ diuiditur, cuiuſmodi eſt vnum numero, ac ſingulare. nam horum vnumquodq;, cum vnum ſit numero, nõ amplius in multa numero ſibi ſimilia quãta diuiditur. nũc .n. numero indiuiduum, quantitate indiuiduum appellat. Expoſitor autem per indiuiſum quantitate, punctum, & vnitatem exponit, quod nõ placet, non.n.indiuiſa hoc pacto ſunt ad propoſitũ. Deinde affert quartam propoſitionem, & dicit {priuſq; ſit id, quod eſt ſpecie tale} eſt ergo quarta propoſitio, ex indiuiſis prius eſt ordine, atque natura id, quod ſpecie eſt indiuiduũ, quam quod per quantum.i. quam indiuiduum quãto. nam illud per ſe, hoc accidente indiuiſum eſt. Deinde affert quintã, & dicit { & genera diuiſiones in ſpecies capiant} hæc eſt quinta propoſitio, in qua terminatur ſuſpenſio. quibus extrinſecus commemoratis, terminando ſuſpenſionem, affert concluſionem, & dicit {id erit magis vnum profecto, quod vltimo prædicatur} hoc eſt ſpecies ſpecialiſsima. Et quia ſpeciem ſpecialiſsimam indiuiduum appellauit, ne tu credas eam eſſe indiuiduum quantitate, & numero, ſubdit {homo nanque non eſt ſingularium hominum genus} de quibus prædicetur, & in quos velut in ſpecies diuidatur. Sed eſt ſingularium hominum ſpecies vltima. vel forte, vt Alexander inquit, quia dixit genus in ſpecies diuidi, ne tu putes propter hoc ſpeciem ſpecialiſsimam eſſe genus, cum diuidatur & ipſa in plura, ſubdit {homo nanq; } qui ſpecialiſsima eſt { non eſt ſingularium hominũ genus} in quos diuiditur. qm̃ non diuiditur in eos, vt in ſpecies Siquis vero voluerit textũ in artẽ prioriſticã reſoluere, poterit, & erit primus ſyll's, Quod eſt magis vnum quam genera, eſt magis principiũ quam genera: ſpecies ſpecialiſsima eſt magis vnum quam genera: igitur ſpecies ſpecialiſsima eſt magis princi-

pium quam genera. De ſyllogiſmo primo affert maiorem, & dicit {At vero ſi vnum ipſum magis rationem principii ſubeat {.i. quod eſt magis vnum quam genera, eſt magis principium quam genera. hæc fuit maior. Minor probatur, quod eſt ſpecie vnum, eſt magis vnum quam quod eſt vnum quantitate, vel genere: Sed ſpecies ſpecialiſsima eſt vnũ ſpecie: igitur eſt magis vnum quam vnum quantitate, vel genere. hæc Ariſtoteles, duæ vero propoſitiones ponuntur pro expoſitione terminorum, quarũ prima eſt, vnum eſt, quod diuiſionem non capit. Secunda vero, quod eſt indiuiſibile, aut quantitate, aut ſpecie indiuiſibile eſt. per primam enim habetur quid ſit indiuiſibile, per ſecundam vero habetur, quotuplex ſit indiuiſibile. hæ enim propoſitiones non ſunt neceſſariꝫ ad ſyllogiſmum, ſed ad expoſitionem terminorũ, qui ponunt in ſyllogiſmo.

Præterea in quibus eſt prius, atque poſterius in ijs fieri nõ poteſt, ut aliquid ſit præter ipſa: ut ſi prima numerorum ſit dualitas, non eſt numerus quiſquam prater ſpecies numerorum. Similiter neque figura præter ſpecies figurarum. Quod ſi horum genera præter ſpecies ipſas non ſunt, multo minus etiam cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt. nam horum genera maxime eſſe uidentur. In indiuiduis autem non aliud prius, aliud poſterius eſt.

Multo minus. σχολῇ. Nullatenus.

Secundo idem probat ſic, communia ſeparata ſecundum Platonem ſunt principia: ſpecies & non genera ſunt ſeparate apud Platonem: igitur ſpecies, & nõ genera ſunt principia. quod autem non genera ſint ſeparata, probat, ea, in quibus prius eſt, & poſterius, nõ ſunt ſeparata: genera ſunt ea, in quibus prius eſt, & poſterius: igitur genera nõ ſunt ſeparata. de ratione prima tangit maiorem pro ſyllogiſmi, qui probat minorem ſyllogiſmi principalis, & dicit {Præterea in quibus eſt prius} atq; poſterius {in ijs fieri non poteſt, vt aliquid}.ſ. ſeparatum {ſit præter ipſa} quod ſubaudi de ipſis communiter prædicetur. hæc fuit maior pro ſyllogiſmi, quam probat exemplis Platonis, & dicit {vt ſi dualitas prima eſt numerorum} ſubaudi ſpecies {nõ eſt numerus quiſquã}.ſ. ſeparatus {præter ſpecies numerorum, ſimiliter neq; figura}.ſ. ſeparata {præter ſpecies figurarum} eſt. nec ob aliud, niſi quia tam ſpecies numerorum quam etiam figurarum ſunt ordinatæ ſecundum prius, & poſterius. nam dualitas ponitur prima numerorũ ſpecies, deinde trinitas, & ſic deinceps. Similiter triãgulus ponitur prima ſpecies figurarum, deinde quadrangulus, & ſic deinceps. Deinde tangit minorem ſyllogiſmi principalis, & dicit {quod ſi horum genera}.ſ. numerorum, & figurarum ſecundum Platonem {præter ſpecies ipſas non ſunt} ſubaudi quarum ſunt genera {multo minus enim}.i. nec {cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt} ſubaudi quarũ ſunt genera, cuius rationem affert, & dicit {nam horum}.i. nam cæterorum {genera maxime eſſe videntur} ſubaudi talia, quæ continent ſpecies ordinatas ſecundum prius, & poſterius: vt continebant numerorum & figurarum genera, & quia tu poſſes dicere etiã in indiuiduis eſſe ordinem, quia pater filij, & auus patris prior eſt, quàm ſoluens dicit {in indiuiduis autem non aliud prius, aliud poſterius eſt} niſi per accidens, quo in modo auus eſt patre prior, & pater filio. Accepit autem hoc, quod dixit, ut Platonicorum placitum. nam in quibus prius, & poſterius habetur, in his commune nihil eſſe dicebant præter ea, de quibus prædicantur. quamobrem ne ideam quidẽ horum haberi, vt refert cum alias, tum in primo ethicorum. Sed dices quõ multo minus cæterorum genera præter ipſas ſpecies ſunt, de quibus prædicantur? videntur.n. non multo minus, ſed æqualiter. Propterea Alexander exponit {multo minus}.i. æqualiter nec, qm̃ in cunctis generibus eſt æqualiter aliqđ, prius & poſterius: & quædam media differentia, quaſi dicat nec cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt. nam cum cæterorum genera perinde genera ſint, vt illa, ſi in illis, quæ maxime genera eſſe videntur, commune nihil eſt aliud, quam ea, de quibus prædicantur, ne in alijs quidem fuerit, etiam ſi prius & poſterius in ipſis non habeatur. quippe cum ratio generis in omnibus generibus vna ſit, atque eadem. Qua ratione fit, vt Expoſitores verbum σχολῇ non recte expoſuerint, cum dixerint doctrinam, atque regulam, nam Ariſtoteles per verbum σχολῇ multo minus intellexit, vt expoſuit Argyropylus, & Alexander: quod æquiualet ipſi, nec, vt dictum eſt. Quæres fortaſſe quid intelligit Ariſtoteles per ordinem prioris & poſterioris, qui reperitur in ſpeciebus eiuſdem generis. nonnulli expoſuerũt inter ſpecies ordinem eſſe eſſentialem ſecundum perfectius, & imperfectius. & non recte dicunt, qm̃ licet vna ſpecies ſit eſſentialiter perfectione prior alia, tamẽ Ariſtoteles hic non poteſt ſic intelligere: qm̃ hæc ratio non differret a ſequenti. Alexander videtur intelligere ordinem cauſalitatis, qualis in numeris, & in figuris reperitur. nam dualitas eſt prima numerorum ſpecies, quia cæterorum cauſa eſt, & triangulus prima figurarũ ſpecies, quia cæterarum eſt cauſa. & ſi dicas, talem ordinẽ non inueniri in cæterorum generibus. non.n. homo cauſa eſt cæterarum ſpecierum, quæ ſub animali habẽtur. nec albedo cæterarum ſpecierum, quæ ſub colore ſunt. Reſpondet Alexander, & dicit, cum hæc perinde genera ſint, vt illa, videlicet numerorum, & figurarum, ſi in illis, quæ maxime genera eſſe videntur, cõmune nihil eſt aliud, quam ea, de quibus prędicantur, ne in alijs quidem fuerit, etiam ſi prius & poſterius.ſ. ſm̃ cauſalitatem in ipſis non habeatur. Quaſi velit qđ licet in aliquibus generibus non ſit ordo cauſalitatis actu, velut eſt in numeris, & in figuris, tamen in illis, quo genera ſunt, non repugnat ordo cauſalitatis, qm̃ omnia genera ſunt æquali ratione genera. Quare Ariſtoteles per ordinem prioris, & poſterioris in ſpeciebus intelligit ordinem cauſalitatis, qui eſt in ſpeciebus generis actu, vel qui non repugnat eſſe. Sed adhuc replicabis, nam in indiuiduis eiuſdem ſpeciei reperitur ordo cauſalitatis, cũ pater filio, & auus patre prior cauſalitate ſit. Dicendum in ipſis indiuiduis eſſe ordinẽ multiplicem, vt temporis, vt cauſalitatis vniuocæ, qui non eſſentialis ordo eſt, ſed accidentalis. at in ſpeciebus eſt ordo cauſalitatis æquiuocæ, qui eſſentialis ordo eſt. in indiuiduis.n. ordo cauſalitatis eſt accidentalis, quoniam patri, qui eſt cauſa filij vniuoca, non repugnat eſſe effectus: quo conueniunt in vna ratione vniuoca. In ſpeciebus autem ordo cauſalitatis æquiuocæ eſt eſſentialis. qm̃ ea ſpecies, quæ aliarũ cauſa eſt æquiuoca, eſſe non poteſt earum effectus: cum differat ratione propria ſpecifica ab aliis.

De ordine ſpecierum et indiuiduorum.

Præterea ubi aliud præſtabilius, aliud deterius eſt, id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius. Quare neque horum erit genus. Ex his igitur ea, quæ de indiuiduis prædicantur, magis quam genera, principia eſſe uidentur.

Expoſito-

Expoſitores hanc, quam affert Ariſt. rationē, putāt eſſe tertiā principalem, & nō recte dicunt, qm̄ vt Alexander putat, cum probaſſet minorem ſyllogiſmi principalis exemplis, nunc Ariſtoteles eandem probat ratione. quare probat ſpecies ſub genere eſſe ordinatas ſecundum prius, & poſterius, perfectione videlicet, & vtitur hoc ſyllogiſmo, quæcunq; ſm ordinem perfectionis ſunt ordinata, ſunt hæc priora, hæc poſteriora: ſpecies cuiuſq; generis ſm ordinem perfectionis ſunt ordinata: ergo ſunt aliæ priores, aliæ poſteriores. & ſic patet minor principalis ſyllogiſmi tacti textu præcedenti. vel ſic, quæcunque ſic ſe habent, vt aliud melius, aliud deterius ſit, hæc ſunt naturaliter ordinata ſm prius, & poſterius: ſpecies cuiuſlibet generis ſic ſe habent, vt alia melior, alia deterior ſit: igitur ſpecies cuiuſlibet generis ſunt naturaliter ordinata ſecundum prius, & poſterius. & ſic patet minor, vt prius. de hac ratione tangit maiorem, & dicit { Præterea vbi aliud præſtabilius, aliud deterius eſt, id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius } tunc repetit concluſionē principalis ſyllogiſmi, & dicit { quare neq; horum }.i. harum ſpecierum quæ ſic ſe habent, vt vna ſit prior, altera poſterior { erit genus } ſcilicet ſeparatum. Tunc affert intentum principale, & dicit { Ex his igitur }.ſ. aſſertis rationibus { ea quæ de indiuiduis prædicātur }.i. ſpecies ſpecialiſsimæ { magis quàm genera principia eſſe videntur } Animaduerte Expoſitorem legiſſe tranſlationes Boetij horum librorum, quod quidam negauerunt aſſerentes Boetium ſolum librum de interpretatione in latinum vertiſſe. cuius contrariū Expoſitor aſſerit: ſuper verbo illo Græco γενῶν, quo Ariſtotelem aſſerit vſum eſſe pro ablatiuo. verum hæc pro trita ijs ſunt, qui Græcam linguam percallent. Sed dices etiam in indiuiduis eſſe ordinē prioris & poſterioris ſecundum perfectionem. nam albedo intenſa perfectior eſt albedine remiſſa, & tamen ſunt eiuſdem ſpeciei. Alexander innuit ſolutionem, aſſerens Ariſtotelē in hac quæſtione vſum eſſe æquiuocatione verbi pri⁹. quoniam in proximo textu vſus eſt ordine prioris, & poſterioris eſſentiali ſecundum cauſalitatem, hic autē ordine eſſentiali ſecundū perfectionem. Tunc dico alterum indiuiduum eſſe prius altero perfectione, ſed nō ordine eſſentiali, qm̄ nullum eſt indiuiduum altero ꝑfectius, quin poſsit eſſe eodem imperfectius. At ſpecies, quæ eſt altera perfectior, eſſentialiter eſt prior, q̄a non poteſt eſſe eadem imperfectior. Auerroes autē hunc textum aliter intelligit, nam vult Ariſtotelē probare ſpeciem eſſe magis principium q̄ genus, qm̄ ſpecies eſt nobilior genere, & quod eſt nobilius genere, videtur eſſe potius quàm genus, principium. Et errauit, cum Ariſtoteles probauerit hic minorem principalis ſyllogiſmi, vt patet legenti verba.

Quæ Auerr. Commen. 11.

At rurſus non facile dictu uidetur, quo nam modo hæc principia exiſtimare oporteat. Principium enim & cauſam præter eas res, quarum eſt principium, eſſe oportet, & ſeparari ab ipſis poſſe. tale autem aliquid præter ſingulare cur quiſpiam eſſe exiſtimabit. niſi quia uniuerſaliter, & de omnibus prædicatur. At ſi ob id ipſum putandum eſt quippiā principium eſſe, ea ſane, quæ magis uniuerſalia ſunt, magis principia ſunt ponenda. Quare prima genera principia erunt.

Expoſitores putant Ariſtotelem nunc argumentari ad oppoſitum, & recte dicunt. Verum rationem ſic cōponunt, principia rerum oportet eſſe ſeparata ab ijs, quorum ſunt principia. ergo quanto magis ſeparata, tanto magis erunt principia. ſed genera ſunt magis ſeparata a rebus, quia vniuerſaliora q̄ ſpecies ſpecialiſsimæ. ergo erunt magis principia. quam compoſitionē non probo, qm̄ non conuenit in verbis Ariſtot. ideo aliter compono ſyllogiſmum ſm Alexandrum hoc pacto, diuerſum & ſeparatū oportet eſſe principium & cauſam ab eo, cuius eſt principium, & cauſa: nullum niſi ſingulare diuerſum, ac ſeparatū eſſe poteſt ab eo, cuius eſt principium, & cauſa: ergo nullum niſi ſingulare principium, & cauſa eſſe poteſt. primo ergo proponit difficultatem eius, quod dictum eſt, & dicit { At rurſus non facile dictu videtur, quo nam modo hæc }.i. ſpecies ſpecialiſsimas { exiſtimare oporteat principia } & cauſas. deinde accipit maiorem ſyllogiſmi, & dicit { principium .n. & cauſam præter eas res, quarū eſt principium } & cauſa.i. diuerſum ab eis rebus, quarum eſt principium & cauſa { eſſe oportet. & } etiam { oportet poſſe ſeparari ab ipſis }.i. ſeparatum eſſe ab ipſis, quorum eſt principium. hæc fuit maior. Deinde affert minorem, & dicit { tale autem aliquid eſſe præter ſingulare cur quiſpiam exiſtimabit } quaſi dicat, quia nullum aliud præter ſingulare diuerſum, ac ſeparatum eſſe poteſt ab ijs, quorum eſt principium, & cauſa: & ſic patet minor. Concluſionem autem ſubintelligas videlicet ꝙ nullum aliud præter ſingulare rerum principium & cauſa eſſe poteſt. deinde affert quādam ſolutionem, quam Platonici afferre poſſent, & dicit, dico nullum aliud poſſe dici principium rerum { niſi } quis dicat ſpeciem ex eo, quia { vniuerſaliter, & de omnibus }.ſ. indiuiduis ſuis { prædicatur }.i. niſi quis dicat ſpeciem eſſe principium, quia eſt vniuerſale prædicatum de ſuis omnibus indiuiduis. contra obijcit & dicit { at ſi ob id ipſum }.ſ. quia ſpecies eſt vniuerſale prædicatum { putandum eſt quippiam principiū eſſe, ea ſana, quæ magis vniuerſalia ſunt, magis principia ſunt ponenda, quare prima genera }.ſ. & ens, & vnum { principia erunt } quod eſt cōtra ea, quæ ſuperius ſunt dicta. Dicit autem Alexander huiuſmodi rationes probabiles admodum eſſe ac perſuaſiuas, ſed a demonſtrādi neceſsitate alienas, quod quo nam pacto ſit, expoſitores enituntur dilucidare. quare ab eis petendum. nos enim hæc bona fronte prætermittimus, qm̄ in toto libro ſunt dilucidanda: nec de alijs quàm de his quęſtionibus eſt præſens liber.

CAP. III.

De vniuerſalibus Quæſtiones. Et prima Num Vniuerſale quicquam ſit præter ſingularia.

EST autem & poſt has alia dubitationi, ac omniū difficillima, & maxime neceſſaria ad contemplandum eā rem, de qua nunc erit oratio. TEX. 12. *Poſt has* ἐχομένη *contigua. Erit.* ἐφεστικε *eximit.*

Diſputandum nunc quæſtionem quintam, nam cū in vltima ratione præcedentis quæſtionis, vt expoſitores putant, tactum eſſet de ſeparabilitate principiorū, ideo emergit dubitatio, quæ eſt huic rationi cōtigua, ſint ne vniuerſalia ſeparata a ſenſibilibus, ſicut pręmiſſa ratio ſupponebat, an nullum vniuerſale ſit præter ſingularia. Sed quantum ad quæſtionem expoſitores recte dicunt, qm̄ re vera quærit vtrum vniuerſalia ſeparata ſint a ſenſibilibus. Sed quod hæc quæſtio ſit annexa rationi, quæ facta eſt proximo textu, non probo.

Primo quia ratio tacta proximo textu non tetigit ſeparabilitatem vniuerſalium: vt patet in expoſitione Alexandri, quam nos ſecuti ſumus. Secundo qm̃ Alexander vult, vt hęc quæſtio nõ rationi, quæ proximo textu explicata eſt, annectatur, ſed quæſtioni, quæ paulo ante de generibus, & ſpeciebus quæſita eſt. nam in illa ex communibus inquiſiuimus vtrum quod communius eſt, an quod indiuiduis eſt propinquius, rerum principium putari debeat. ac deinde qm̃ principium ſeparari, ac per ſe conſiſtere poſſe conuenit, nullum illorum principium eſſe concluſimus, hoc eſt nec genera, nec ſpecies. & ob id nunc quæritur cõmune hoc, quod ſpeciem, & genus appellamus quicquam ſit præter ſingularia & indiuidua, an ſecus. Quare hæc quæſtio annexa eſt proximæ quæſtioni: vnde dicit { Eſt autem & poſt has alia } quæſtio vel { dubitatio } quæ quinta fuit in ordine quæſtionum, ſed nũc contigua proximæ quęſtioni: propter rationes aſsignatas { ac omnium difficillima } quatenus magni Philoſophi in eius determinatione fuerunt diſcordes veluti Platonici & naturales. etiam quia hæc quæſtio attinet ad principia cognoſcenda: quæ fere ſunt ſupra captum noſtrum { & maxime neceſſaria ad contemplandum eam rem, de qua erit oratio } puta ſint nec genera & ſpecies principia an ſecus, de his. n. oratio fuit, & erit. & dicitur maxime neceſſaria, quatenus ex hac dependet vniuerſa doctrina præcedentis quæſtionis, vt Alexander inquit.

Nã ſi non ſit præter ſingularia quicq̃, ipſa uero ſingularia ſint infinita, quo nam modo fieri poteſt, ut ſcientia eorum accipiatur? quo nãq; unum quid eſt in uniuerſis, & idem, & quo quippiam uniuerſaliter competit, eo uniuerſa cognoſcimus.

Cum mouiſſet quæſtionem, adducit incommoda, quæ ſequuntur, ſi præter ſingularia nihil eſſe ſtatuatur & primo argumentatur ſic, ſi nihil eſt præter ſingularia, ſcientia de medio tolletur. probat conſequentiam ex eo, quia ſingularia ſunt infinita, & infinitorũ ſcientia eſſe non poteſt: & procedit interrogatiue more dialectico, & dicit { Nam ſi non ſit præter ſingularia quicquàm }. ſ. ſeparatum & diuerſum { ipſa vero ſingularia ſint infinita, quo nam modo fieri poteſt, vt ſcientia eorum }. ſ. ſingularium { accipiatur } quaſi dicat quia non poteſt accipi: qm̃ infinitorum non datur ſcientia. Secundo argumentatur ſic { quo nanq; vnum quid eſt in vniuerſis, & idem, & quo quippiam vniuerſaliter competit } . ſ. ſingularibus, { eo vniuerſa }. ſ. ſingularia { cognoſcimus } vniuerſale ſeparatum ſubaudi eſt vnũ quid in vniuerſis ſingularibus, & idem, & vniuerſaliter eis competens. ergo ſingularia cognoſcimus. quare poſitis vniuerſalibus Platonis, ſcientia ſingularium ponetur. eis vero e medio ſublatis, tolletur ſcientia. quare cum ſcientia ſit, oportet dare quippiam commune, & a ſingularibus diuerſum, quo ſcia, & cognitio conſtet, hoc aũt erit aut genus, vel vltimũ, qđ proprie ſpecies appellatur, vel primũ, qđ genus ſupremũ dicitur.

At uero ſi hoc ſit neceſſarium, & præter ſingularia aliud eſſe oporteat, genera præter ſingularia neceſſe eſt eſſe, aut ultima, aut prima: hoc autem fieri non poſſe nuper oſtendimus dubitando.

Nunc conuertit problema ad oppoſitũ hoc pacto, dicens { At vero ſi hoc ſit neceſſarium } vt. ſ. ſit vniuerſale { & } tale videlicet vniuerſale { præter ſingularia aliud eſſe oporteat } vt videlicet ſcientia, & cognitio ſit ſingularium { genera præter ſingularia neceſſe eſt eſſe } videlicet { aut vltima } quales ſunt ſpecies ſpecialiſsimæ { aut prima }. i. ſuprema, qualia ſunt ens, & vnum. Tenet argumentum, quia omne vniuerſale eſt aut vltimum genus, vel infimum. deinde deſtruit conſequens, & dicit { hoc autẽ fieri non poſſe nuper oſtẽdimus dubitando }. ſ. pro vtraq; parte in proxima quęſtione. Sed occurres, quia non videtur, vt omne vniuerſale ſit aut vltimum, aut primum genus, quoniã inter vltimum: & primũ ſunt genera intermedia. Auerroes ſuppleuit hoc modo, ſi dentur vniuerſalia præter ſingularia, genera præter ſingularia neceſſe eſt eſſe aut vltima, aut prima, aut ſubaudi intermedia { hoc aũt }. ſ. vltima, aut prima, aut intermedia { fieri nõ poſſe } vt ſint { nuper oñdimus dubitando } in prima quæſtione, ſuppleuit aũt hoc Auer. non ab ratione, qm̃ qui ponit, aut negat extrema eſſe, ponit, aut negat eſſe media Quæ Auerr. Comm. 12.

Præterea ſi quammaxime quippiam ſit præter ipſum totum, cum de materia quippiam fuerit prædicatum, utrum ſi ſit aliqua ſpecies, præter omnia oporteat eſſe aliquid, aut præter aliqua quidem eſſe: præter aliqua uero non eſſe: an præter nulla omnino.

Nunc diſputat decimamquintam quæſtionem, quã primo repetit, ſuperius tamen ab Alexãdro tribus mo dis expoſita eſt. nunc vero proſequendo vnam eius expoſitionem, dicamus Ariſtotelẽ per totum intellexiſſe ſingulare & ſenſibile, ac ex materia & forma compoſitum. hoc. n. ſingulare, & confuſum magis ſolet appellare. vnde dicit { Præterea ſi quammaxime quippiam ſit præter ipſum totum } & exponens quid intelligat per totum, ſubdit, quod. ſ. totum eſt { cum de materia quippiam fuerit prædicatum }. ſ. forma. totum. n. eſt cum forma prædicatur de materia, Socrates enim dicitur totum, quia de materia Socratis videlicet de corpore prædicatur anima, quæ eſt eius forma. Eſt enim corpus Socratis animatum. Socrates ipſe animatus. modo animatum formam dicit in concreto. aut materiam nunc dicit ſubiectum, quod totum appellauit. eſt igitur ſenſus, ſi vniuerſale hoc eſt genus vel ſpecies quippiam eſſe detur diuerſum ab ijs indiuiduis, quorum ſunt genera, & ſpecies { vtrum ſi } tale vniuerſale { ſit aliqua ſpecies, oporteat } talem ſpeciem { eſſe aliquid præter omnia }. ſ. tam præter naturalia, quam præter artificialia, etiam præter: caſualia, vel fortuita { aut præter aliqua quidem eſſe }. ſ. præter naturalia { præter aliqua vero non eſſe }. ſ. quia non præter artificialia, neq; præter caſualia. deinde ſoluit pro veritate, & dicit { an præter nulla omnino } re vera. n. non dantur uniuerſalia aliqua ſeparata præter ſingularia. Quoniam nec in naturalibus, nec in caſualibus, nec in artificialibus ſecundum veritatem datur vniuerſale ſeparatum. Differt autem, vt Expoſitor inquit, hæc quæſtio a proxima, nam proxima quæſtio erat vtrũ ſit aliquod vniuerſale pręter ſingularia: hæc vero eſt vtrũ ſit aliquod vniuerſale præter ipſum totum. i. præter ipſa ſingularia compoſita ex materia, & forma. vbi patet primã quæſtionem eſſe vniuerſaliorem quam ſit hæc: ſicut ipſum ſingulare vniuerſalius eſt ipſo toto. nam omne totum eſt ſingulare, & non conuertitur: cũ ſingulare poſsit eſſe & ſimplex, & compoſitum. At totum non põt eſſe, niſi compoſitũ.

Si igitur nihil omnino præter ſingularia ſit, nihil intelligibile prorſus, ſed omnia ſenſibilia erunt: & nullius ſcientia, niſi quiſquam ſenſum ſcientiam dixerit eſſe.

Cum

Cum ſoluerit quæſtionem, nunc incõmoda docet, quæ ſequuntur ſolutionem: & dicit {Si nihil }.ſ.omnino commune { ſit præter ſingularia } ſubaudi compoſita ex materia & forma, fiet, vt { nihil prorſus } ſit { intelligibile, ſed erunt omnia ſenſibilia } qm̃ ſingularia compoſita ex materia, & forma non erunt, niſi intelligibilia & non ſenſibilia. Quod ſi nihil eſt intelligibile, nihil erit ſcibile,locus eſt a ſuperiore ad inferius quod ſi nihil eſt ſcibile { & ſcientia nullius erit } cum ſcientia referatur ad ſcibile { niſi quiſquã ſenſum ſciẽtiam dixerit eſſe} vnde ſyllogiſmus hypotheticus a primo ad vltimum ſic fit, ſi nihil omnino commune ſit præter ſingularia compoſita ex materia,& forma,omnia,quæ ſunt,ſenſibilia erunt.omnia, quæ ſunt,ſenſibilia erunt, igitur nihil in rerum natura eſt intelligibile. nihil in rerum natura eſt intelligibile.igitur nihil eſt ſcibile. nihil eſt ſcibile. igitur nullius ſcientia eſt, niſi improprie quis dixerit ſenſum eſſe ſcientiam.Quod cum ſit abſurdum,primum quoque antecedens abſurdum erit. Quare oportet dare aliquod cõmune præter ſingularia compoſita ex materia, & forma.

Inſuper nihil erit perpetuũ,nihil immobile.Senſibilia enim intereunt uniuerſa,ſuntq; in motu.

Secundo argumentatur,& dicit,ſi omnia entia erũt ſenſibilia { Inſuper nihil erit perpetuum,nihil immobile } probat conſequentiam, & dicit { ſenſibilia.n.intereunt vniuerſa } cum ſint ſingularia compoſita ex materia & forma { ſuntq; in motu}.i.in fluxu. Sed qualis hæc argumentatio ſit,exponit obiter Alexand. aſſerẽs hanc argumentationem probabilem eſſe,procedereq; ſm eos, quibus ſenſibilia omnia naſci,rurſuſq; interire videntur: quod Platoni potiſsimum placebat,qui & ſi mundum non interiturum eſſe ſtatueret, ſua tñ natura interitui obnoxium eſſe cenſebat.præſertim cum eſſet conſentaneum, vt ſit mortalis, quandoquidem natiuus exiſtit.& quoniam Platoni cuncta ſenſibilia moueri videbantur,dixit omnia eſſe in motu.i.fluxu. At qui omne circunlatum corpus ab ortu & interitu vindicabat ,non eadem interire poſſe dicebat: quæ Plato ſua naturalia mortalia cenſuit.ſed vt Alexander dixit, nũc probabiliter argumentatur. quibus.n.cuncta ſenſibilia materiam obtinere, & eſſe in continuato fluxu placet, iis eadem interire apta eſſe videntur.

Quod ſi nihil perpetuum ſit, neq; generatio eſſe poteſt.neceſſe eſt enim aliquid eſſe id quod fit: & id ex quo fit: & horum ultimum eſſe ingenitum, ſiquidem & ſiſtitur, & ex non ente nihil fieri poteſt.

Cum duxiſſet ad hoc,vt nihil ſit ſempiternũ, & immobile addit abſurdum,quod eſt huic conſentaneum in hunc modum: ſi nihil fuerit ſempiternum,generatio non erit, & ſi non fuerit generatio, neq; generabilia, neq; ſenſibilia erunt. Quo fit, vt ſi ſola ſenſibilia cõpoſita ex materia & forma ſint,ne ſenſibilia quidẽ ſint futura. Quare ſi ſola ſenſibilia compoſita fuerint, nullum ſenſibile erit. Quod autem ſempiterno ſublato, generatio quoque tollatur, ad hunc modum oſtẽdit, ſi aliquid generatur,neceſſe eſt eſſe & id quod fit,id eſt id, quod naſcens efficitur,dico neceſſe eſt eſſe id, quod efficitur,ſaltem poteſtate,neceſſe.n.eſt eſſe actu id,quod efficitur, vel poteſtate eſſe. & etiam neceſſe eſt eſſe ab hoc diuerſum id,ex quo efficitur exẽpli gratia. Si homo generatur,neceſſe eſt,vt ſit,vel eſſe poſsit id, quod eſt homo.i.neceſſe eſt, vt ſit homo, vel eſſe poſsit homo,qui fieri dicitur. neceſſe etiam eſt illud itidem, ex quo homo generatur. hoc autem eſt ſubiectũ & materia. Sed horum ſubiectorum, ex quibus orta efficiuntur, proxima ſubiecta plura ſunt, quorum ſubiectorum, vt vltimum ſubiectum ſempiternum ſit, docet, eſt autem vltimum ſubiectum materia prima, ad quam eſſe deueniendum probat, quia alterum duorũ conſequetur, aut vt aliud ex alio in infinitum fiat, aut, vt ex nihilo quippiam generetur: quorum neutrũ effici poteſt. & probo conſequentiam, qm̃ quodcunque ſubiectum proponatur,id ſi genitum fuerit,vel ex alio ſubiecto genitum ſit,neceſſe eſt,vel ex non ente. ſi ex alio rurſus quæratur de illo alio,vtrum ſit perpetuũ,& habetur intentum: vel generetur iterum ex alio, & ſic in rectum in materiis erit proceſſus in infinitum,quod ſuperiore libro reprobatum eſt.At ſi ex non ente,hoc eſt abſurdum. omnium.n.quicunq; de natura aliquid dixerunt,conſenſus eſt, ex nihilo nihil generari. vnde dicit { quod ſi nihil perpetuum ſit,neq; generatio eſſe poteſt } & probat conſequentiam, & dicit { neceſſe eſt.n.aliquid eſſe } vel ſaltem poſſe eſſe, vt Alexander ſuppleuit { id, quod fit, & } neceſſe eſt etiam aliquid eſſe { id, ex quo fit }.ſ.ſubiectum { & } neceſſe eſt etiã { horum } ſubiectorum, quorum aliqua proxima,aliqua remota ſunt { vltimum} .ſ.ſubiectum { eſſe ingenitum } dico eſt neceſſe venire ad vltimum ſubiectum {ſi quidem & ſiſtitur }.ſ.in materiis,& non itur in infinitum { & } ſiquidem { ex non ente nihil fieri poteſt} ſi .n.hæc duo vera ſunt, oportet deuenire ad vltimã materiam ingenitam, & incorruptibilem, vel verba illa { & horum vltimum eſſe ingenitum} poſſunt intelligi tam de materia,quæ eſt id,ex quo fit,q̃ de eo, quod fit qm̃,vt Alexander inquit,in operibus naturalibus ſimile a ſimili fieri: videtur: vt homo ab homine.quare.ſ. homo generatur, neceſſe eſt, vt homo ſit efficiens videlicet & generans.At in his neceſſarium eſt,vt ſit efficiens ſempiternum. quare cum dicit { & horum } intelligas vtrorumq; neceſſe eſt{vltimum eſſe ingenitũ} quoniam tam prima materia vel vltima,quàm primũ efficiens ſempiternum eſt.

Præterea ſi generatio ſit & motus,& finem eſſe neceſſe eſt neque enim infinitus ullus eſt motus,ſed motionis omnis eſt finis.& impoſsibile eſt id fieri,quod factum eſſe non poteſt. ipſum uero factum neceſſe eſt eſſe,cum primum eſt factum.

Expoſitores, cum probaſſet Ariſtoteles abſurditatem conſequentis ex parte materiæ,volunt,vt nunc ꝓbet eundem abſurditatem ex parte formæ: quæ eſt finis, & terminus motus, & ratio ſic ordinatur, ſi omnis generatio,& omnis motus eſt finitus,eſt deueniendum ad aliquam formam,cuius vlterius nulla generatio eſt.ſed omnis motus,& omnis generatio eſt finita. ergo eſt deueniendum ad aliquam formam ingenitã & incorruptibilem, cuius nulla vlterior eſt generatio, dicit { Præterea ſi generatio ſit,& motus } ſubaudi finitus {& finem eſſe neceſſe eſt}.i.deueniendum eſt ad aliquam formam vltimam,ingenitam, & incorruptibilem,cuius nulla vlterior eſt generatio. Deinde ponit antecedens, & dicit { neq;.n.infinitus vllus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis } & terminus cuius rationem ſubdit, vbi puto ſecundum hanc expoſitionẽ eſſe legendum { & } pro quoniam hoc pacto { qm̃ impoſsibile eſt id fieri } vel moueri { quod factum eſſe non

poteſt }.i.quod in finem venire non poteſt. & ne ignores quid ſit ipſum factum, ſubdit { ipſum vero factū } ſubaudi omne { neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum } cuius ſignum eſt, quia omne factum cum primum eſt, fieri deſinit: vt ſexto phyſicæ auſcultationis demonſtratum eſt.quod ſi eſt,cum primum eſt factum, omnis profecto rei generandæ finis habetur. quo fit, vt omnis motus, omniſq; generationis finis inueniatur, ac proinde non in infinitum eatur, & ita videtur eſſe ponendam aliquam formam ingenitam, cum in formis non ſit proceſſus in infinitum. quod ſi aliqua forma ſit ingenita & incorruptibilis, aliquid erit præter ſingularia ipſa compoſita. Sed pace tantorum virorum dixerim,hæc deductio videtur implicatoria. quoniā ſi eſt deueniendum ad aliquam formam vltimam,ad hanc non eſt deueniendum,niſi quia eſt vltimus terminus generationis & motus.at terminus generationis accipit eſſe per generationem, quare hæc forma vltima non erit omnino ingenita, quin ſaltem, vt terminus accipiat eſſe per generationem. hæc ergo deductio implicatoria eſt,quæ ſibi ipſi aduerſetur. Alexander autem aliter, aſſerit.n.hanc quoque argumentationem eo pertinere, vt generationis, quod eſt primum ſubiectum, ingenitum eſſe appareat,& nō aliud ex alio in infinitum fieri. Secundum ergo Alexandrū Ariſtoteles probat non eſſe proceſſum in infinitum in ipſo fieri aliquid ex alio, ſed eſſe deueniendum ad primum ſubiectum, primāq; materiam: vt hinc colligat, ſi nihil ſit perpetuum, nihil quoque generatur. cuius argumentationis hæc eſt vis,Si omnis motus, & generationis eſt finis,principium quoque ipſorum habebitur.nam cuius finis habetur,huius, vt principium habeatur, eſt neceſſe,qm̄ ſi ſublatum fuerit principium, & motus, & generatio in infinitum aſcendet, ne finis quidem ipſorum reperietur. vnde dicit { præterea ſi generatio ſit,& motus,& finem eſſe neceſſe eſt } & ſub audiēdum,finem eſſe neceſſe eſt,igitur neceſſe eſt eſſe principium.nam cuius eſt finis, eius quoq; omnis principium erit. Quod autē ſi generatio, & motus ſit, eſſe finem eorum neceſſe ſit probat,& dicit { neque.n.infinitus vllus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis} qđ alio loco demōſtratur ex eo,quia omnis motus habet vnde, & quo.nā quod augeſcit, aliquē terminum hēt accretionis, ſimiliter quod alteraſcit, & interit aliquē finem habet ſuæ alterationis,ac interitus.vt igitur omnis motionis finis reperitur,ſic & generationis. huius rationem reddit ibi { & } vt diximus legatur pro quoniam hoc pacto, quoniam { impoſſibile eſt id fieri, ꝙ factum eſſe non poteſt } vt diameter non ſit commenſurabilis,qm̄ factus eſſe non poteſt. quare impoſſibile eſt,vt aliquid generetur,quod generationis finem non habeat,ſed abſque fine generetur.ꝙ ſi cuiuſlibet generationis, & motus ſit finis,etiam principium eorū erit. Deinde quid per factum ſit intelligendum, exponit,vt colligatur factum ipſum eſſe terminum generationis, & dicit { ipſum vero factum neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum } quod autem ſit,cum primum eſt factum,patet, qm̄ fieri deſinit. ſed mihi hæc expoſitio ambigua eſt,quoniam licet,vt Alexander inquit,ſubintelligendum ſit,ꝙ ſi generationis & motus ſit finis, ēt eorum ſit principium, tn̄ non video,qūo ſequatur, vt ſit primum ſubiectum ingenitum. concederem enim eſſe principium motus,verū principium eſt terminus a quo, ſicuti finis eſt terminus ad quem. modo non video quomodo,quia ipſius motus ſit principium.i.terminus,a quo,vt debeat eſſe vltimum ſubiectum,& ingenitum nec Alexander id expoſuit. bene tamen aſſerit hanc argumentationem eſſe obſcuram, propterea quod conſequens illius, motus, & generationis eſſe finem, ſubticetur,quod eſſet, quorum finis eſt, eorū principium etiam habetur. ait tamen ab Ariſtotele eſſe prætermiſſum,quia dubium eſſe non poteſt,quin ſequatur, & ideo ſatis ei fuit demonſtrare omnis motus, ac generationis principium haberi. Sed vt dixi ego nō video quomodo,quia ipſius generationis, & motus ſit principium.i.terminus a quo,vt debeat eſſe ſubiectum vltimum,ac ingenitum.ſed de his hactenus.nam nobis ſatis ſit locum monſtraſſe. Sed huic occurres,nā octauo phyſicæ auſcultationis oſtendit motum cœli eſſe infinitum, idem duodecimo huius. At hic aperte probauit omnem motum eſſe finitum. Auerroes in præſenti loco intelligit verba Ariſtotelis de motu recto,& aſſerit ſexto phyſicæ auſcultationis probaſſe generationē non poſſe eſſe infinitam nec ſecundum rectitudinem, nec ſm̄ reciprocationem.qm̄ reciprocatio continua in generatione fieri non poteſt.Expoſitores dixerūt omnem motum eſſe finitum ſecundum terminos, qm̄ licet apud Ariſtotelem vna circulatio ſuccedat alteri ſine fine: quælibet tamen circulatio in ſe ſecundum terminos finita eſt.qm̄ omnis motus habet vnde, & quo, & hoc pacto Ariſtoteles hic intelligit. vnde & Alexā. aſſerit motum circularem finē habere, cum ab eodem in idem fiat, cuius ea eſt infinitas.ꝙ rurſus idem motus reperiatur,non quod tum vnus,tum alius efficiatur.

Commen. 10 Comm. 34.

Quæ Auer. Comm. 12.

Præterea ſi materia eſt,ex eo quia ingenita eſt,multo magis etiam conſentaneum eſt rationi ſubſtantiam eſſe, quando illa fit, eſſe.nam ſi neque hæc erit,neq; illa,nihil penitus erit.quod ſi hoc fieri nequeat,neceſſe aliquid eſſe præter ipſum totum: utputa formam & ſpeciem.

Hæc, ἐκεῖνη illa. Ipſum totū. τὸ σύνολον

Cum demonſtraſſet extremum ſubiectum ſempiternum eſſe,nunc formam aliquam ſempiternam eſſe docet:& dicit { Præterea ſi materia eſt ex eo, qa ingenita eſt }.i.ſi extrema materia eſt ſempiterna { multo magis etiā conſentaneum eſt rationi ſubſtantiam }.i.formam ſubaudi aliquam { eſſe }.ſ. ingenitam,atq; ſempiternam { quando } pro quoniā { illa }.i. quoniā hæc forma ſit eſſe materiæ.i.quoniā ab ipſa forma materia ſuſcipit eſſe,ab ipſa forma dico agentis,agens enim ſua forma dat eſſe materiæ.formā vero ſubſtantiam appellat,quoniā id ſubſtantia eſt, quo rei ſuppetit eſſe.Deinde probat formam ſempiternam aliquā præexiſtere, ſicut præexiſtit ſempiterna materia extrema, & dicit {nā ſi neq; hæc }.ſ.forma aliqua erit ſempiterna {neq; illa }.ſ. aliqua materia erit ſempiterna { nihil penitus erit } quoniā nihil omnino generabitur { quod ſi hoc fieri nequeat }.ſ.vt nihil generetur { neceſſe eſt aliquid eſſe præter ipſum totum }.i.neceſſe eſt aliquid præexiſtere toti ſempiternum, { vtputa ſpeciem ipſam ac formam } a qua vt ab agente,deriuetur eſſe in materia.Eſt igitur vis rationis,ſi eſt aliqua materia ſempiterna,lōge magis aliqua forma erit ſempiterna,e qua videlicet eſſe materiæ deriuetur,vt ab agente.probatur conſequentia, quia ſi non ſequitur, detur oppoſitum, & ſic nec aliqua materia,nec aliqua forma erit ſempiterna. quod ſi nec aliqua materia,nec aliqua forma erit ſempiterna, nihil generabitur penitus: quod cum ſit abſurdum,oportebit præexiſtere aliquam formā, ex qua

deriuetur

deriuetur effectiue eſſe in materia. & ſic habetur intẽtum vt Alexander deduxit. Appellat autem hic totũ, vt prius, videlicet compoſitũ & ſenſibile, quod factũ eſt.

At ſi quiſpiam id poſuerit, dubitatio rurſus exiſtit, in quibus hoc ponet, & in quibus non ponet. nam perſpicuum eſt in uniuerſis eſſe non poſſe. non enim domum aliquam præter ſingulares domos eſſe ponemus.

Deinde repetit quæſtionem, quæ ſequitur ſecundũ ordinem ad proximam quæſtionem: & dicit { At ſi quiſpiam id poſuerit }.ſ. vt ſit ſpecies, ac forma ſeparata præter totum, { dubitatio rurſus exiſtit, in quibus hoc }.i. hanc formam ſeparatam { ponet, & in quibus non ponet }.i. in quibus rebus efficiendis formã ſempiternam præeſſe dicet, & in quibus ſecus. Cuius quæſtionis cauſam affert, & dicit { nam perſpicuum eſt in vniuerſis eſſe non poſſe } qm̃ nec in fortuitis, & caſualibus, nec in artificioſis { non.n. demum aliquam præter ſingulares domos eſſe ponemus } dicit Alexander ſic, quamq̃ de ideis quoq; dici, & quæri poſſunt, ſed & ſimpliciter de materiali forma accipi poſſunt ſm quæſtionis conſecutionem. verum ego non video, quõ de materiali forma hæc intelligi poſſint, cum materialem formam eſſe ſempiternam implicet contradictionem. & ꝓpterea, vt expoſuimus, nõ niſi de ideis intelligant̃, a quibus ſm Platonẽ deriuat̃ eſſe in materia: vt ab agẽte.

TEX. 13. *Et inſuper erit ne omnium ceu hominum ſubſtantia una?*

Nunc vult diſputare .xiiij. quæſtionem, quã primo repetit, & dicit { Et inſuper } ſubaudi ſi formæ, vt materia præexiſtentes habentur { erit ne omnium ſubſtantia }.i. forma ſeparata { vna ceu hominum? } omnium .i. vtrum vna numero forma eſt, & vna cunctorum hominum ſubſtantia, an plures, totidemq; quot ſinguli homines. vna quidem, vt poſuit Anaxagoras, plures vero, vt nonnulli Pythagorici, qui poſuerunt duos deos, alterum bonorum, alterum malorum, quam quæſtionem in huius operis duodecimo diſputabit.

At abſurdum eſt. non enim unum ſunt omnia, quorum eſt ſubſtantia una: ſed multa, ac differentia.

Nunc adducit abſurda, & primo ſm Alexandrum contra eos, qui dicunt ſubſtantiam totorum eiuſdem ſpeciei eſſe vnam. qm̃ ſi alicui vnam ſubſtantiam omnium totorũ eiuſdem ſpeciei eſſe placeret, vnus tantũ homo generabitur ex materia, quæ tm̃ ab illa vna forma, & ſubſtantia eſſe ſuſciperet. { at } vt inquit, hoc { abſurdum eſt } cuius rationem affert, & dicit { non.n. omnia, quorum ſubſtãtia }.i. ſpecies dans eſſe { eſt vna, ſunt, vnum, ſed multa, ac differentia } multa.n. ab idea eadem ſpecie eſſe recipere poſſunt, & de facto ſm Platonicos recipiunt. Sic igitur ſubſtantia & idea non poteſt eſſe vna, qm̃ omnes homines eiuſdem ſpeciei eſſent vnus homo. qm̃ ſicuti idea eſſet vna, ita eſſe ab illa ꝓficiſcens eſſet vnum, quare omnia tota eiuſdem ſpeciei eſſent vnum. quod falſum eſſe oſtendit, quoniã omnia, quorum ſubſtantia.i. ſpecies eſt vna, non ſunt vnũ ſub eadem ſpecie, ſed multa, ac differentia. ſic, vt mihi videtur, eſt intelligendus iſte locus, licet ſit obſcurus. qm̃ Alexander hunc locum legit nõ de idea, ſed de forma, quæ eſt in materia: qđ apud me eſt in intelligibile. de idea vero intelligitur clare hoc pacto, ſi ſubſtantia.i. idea eſt vna omnium indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, eſſe quod proficiſcitur ab idea, erit vnum. quare omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei erunt vnum. cuius deſtructionem tantum explicauit.

At & hoc metas rationis egreditur, & ſimul quo nam pacto materia ſit horum unumquodq;, & totũ ipſum hæc ambo.

Nunc ſm Alexandrum & Auerroem adducit abſurda contra eos. qui ideas eſſe plures reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, voluerunt. & dicit { at & hoc }.ſ. plura eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei, quia plures ſunt ideæ reſpectu eorum { metas rationis egreditur } nec oſtendit cauſam: ſed dimittit nobis conſiderare eam. Secundo argumentatur, qm̃ ſi plures ſunt ideæ reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei { & ſimul }.ſ. cum abſurditate, quæretur { quo nam pacto materia } ab illis pluribus idei recipiendo eſſe { ſit horum }.ſ. indiuiduorum eiuſdem ſpeciei { vnumquodque } qm̃ nõ eſt clarum vtrum eſſe, quod ab illis recipit, ſit forma corruptibilis, an ſempiterna. ergo non eſt clarum, quomodo materia fiat vnum quod indiuiduorum, quia non eſt clarum vtrum fiat recipiendo formam corruptibilem, an æternam. Tertio argumentatur, quia nõ eſt clarum { & } quo modo { ipſum totum ſit hæc ambo }.ſ. mareria, & forma, quia non eſt clarum, vtrum recipiat formam cortuptibilem, an ſempiternam. & ſic non eſt clarum, quomodo ſit illa ambo, cum nõ ſit clarum, quæ ſint illa ambo: an ambo corruptibilia: an ambo æterna: an alterum corruptibile, alterum æternũ. Expoſitores voluerunt Ariſtotelem ſolum ad vnã partem argumentatum eſſe: vt ꝙ non ſit vna idea: quod non conſonat verbis. nam, vt vides, Ariſtoteles tres rationes induxit, quibus probat non eſſe plures ideas reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei nolo tñ te ignorare, ſi quæſtio mota intelligitur ſm Alexandrum de forma materiali, argumenta pro vtraq; parte eſſe perſpicua. quia tñ verba non poſſunt exponi, niſi de ideis, ideo oportet exponere hoc pacto, vt diximns. Comm. 13.

CAP. IIII.

Num principia ſint eadem numero vel ſpecie: & an corruptibilium, & incorruptibilium ſint eadem principia necne.

PRAETEREA *de principijs, & hoc quiſpiam dubitabit nam ſi ſpecie ſint unum, nihil erit numero unum, neq; ipſum unum, neq; ipſum ens.* TEX. 15.

Hic diſputat quæſtionem .xvj. quam Alexander reuocat in ſenſum dubium, quatenus poteſt intelligi de ideis, propterea quia adiungit verbum αὐτὸ, cum nominat ens, & cum nominat vnum. & quatenus poteſt intelligi de principijs communiter, vt quærat de principijs, ſiue ea vnum cuipiam eſſe placeat, ſiue plura, vtrum eorum quodq; vnum ſit ſpecie, an numero. verbi cauſa, ſi materia vna eſt, ſit ne vna numero, an ſpecie, & ſi eſt vna forma, vtrum vna numero ſit, an ſpecie: & ſic in cæteris principijs eodem modo, vnde dicit { Præterea de principijs & hoc quiſpiam dubitabit } ſit ne vnũ quodq; vnum numero, an vnum ſpecie { nã ſi ſpecie ſint vnum }.i. nam ſi vnumquodq; ſpecie ſit vnum, vt materia vna ſpecie, & forma vna ſpecie, & nullum eorum ſit vnum numero { nihil }.i. nullum ſingulare compoſitum ſub aliqua ſpecie { erit numero vnum } quam conſequentiam probat Expoſitor, qm̃ nihil inuenitur in principiatis, niſi in principijs habeatur. Si igitur in principijs non inuenitur vnum nume-

ro, ſed ſolum vnum ſpecie, & multa numero, nihil erit in principiatis vnum numero, ſed ſolum vnum ſpecie. vel ſic, vt Alexander exponit, nam ſi vnũquodq; principium ſpecie eſt vnum, & nullum eſt vnum numero, ſed multa numero { nihil }.i. in principijs rerum efficiendarum nihil erit vnum numero. At ſubaudi, vt Alexander ſubaudit, Si nullum principium vnum numero fuerit, ne compoſitorum quidem ex principijs aliquod vnum numero erit. ſiquidem ex vno nõ numero, ſed ſpecie conſtant, ea vnum ſpecie ſunt, vnum numero. nam ſi quæ ex vno numero conſtituuntur, vnũ numero ſunt, quæ non ex vno eſſe habent, perinde atq; illa eſſe habent. ergo Alexander per { nihil } intelligit nullum principiorum rerũ efficiendarum erit vnũ numero: & ſic, vt Alexander exponit {neq; ipſum vnũ} quod eſt principium apud Platonem, erit vnum numero { neq; ipſum ens } quod etiam apud Platonem eſt rerum efficiendarum principium, erit vnum numero. & ſic ratio erit, ſi vnumquodq; principiorum ſpecie eſt vnum, nihil.i. nullum principiorum erit vnum numero, nullum principiorum erit vnum numero: igitur neq; ipſum vnum, neque ipſum ens erit vnum numero. qm̃ apud Platonem tam vnum quàm ens enumeratur inter principia. hoc vero ꝙ ſit abſurdũ apud Platonem, oſtendit Alexander. nam ſi ipſum vnum non ſit vnum numero, efficietur, vt cæterorum, quæ ad illius exemplar ſic ſe habent, nullum vnum numero ſit. nam quæ vni ſpecie adſimilata ſunt, ea perinde atq; illud vnum ſe habebunt. nihil igitur vnum numero erit, ſi quæ ad exemplar fiunt. ea nec vnũ numero ſunt, neque ipſum vnum, neq; vllum aliud principiũ. ex quibus patet, in verbis illis {neq; ipſum vnum, neq; ipſum ens} non eſſe ſignandam ſcd̃am rõnem, vt expoſitores crediderũt. eſt.n. vna rõ a primo ad vltimũ ſm̃ Alex.

Atque quo nam pacto ſcientia erit, ſi non fuerit quippiam in omnibus unum?

Secundo argumentatur, ſi nihil vnum numero fuerit, ſcientia non erit, conſequens eſt falſum igitur & antecedens. Quare oportet eſſe in rerum natura aliquod vnum numero: conſequentiam vero probo: qm̃ ſi non ſit aliquod vnum numero, non erit vniuerſale, qm̃ vniuerſale eſt vnum in multis numero diuerſis. Si non ſit vniuerſale, non erit ſcientia: quare ſi non erit aliquod vnum numero, non erit ſcientia. vel in hunc modum, ſi vnumquodq; principiorum ſit vnum ſpecie, & multa numero, nihil erit vnum numero, hoc eſt nec aliquod principium, nec aliquod principiatorũ, vt patuit, ſi nihil eſt vnum numero, nullum erit vniuerſale commune multis numero, ſi non erit vniuerſale non erit ſcientia: igitur ſi vnumquodq; principiorum erit vnum ſpecie, & multa numero, non erit ſcientia. hæc deductio eſt mihi clara, & non vt Alexan. exponit, vel alij: vnde dicit { atq; quo nam pacto ſcientia erit, ſi non fuerit quippiam in omnibus vnum? }.ſ. numero.i. ſi nullum principiorum erit vnum numero. nam ſi nullum principiorum erit vnum numero, nihil in mundo erit vnum numero, nec principium, nec principiatorũ aliquod, ſi nihil erit vnum numero, non erit vniuerſale, quoniam vniuerſale eſt vnum cõe multis numero, quæ ſi non ſunt, non admittent commune aliquod ſibi vniuerſale. At ſi vniuerſale non eſt, non erit ſcientia, cum ſcientia non ſit niſi de vniuerſalibus. Expoſitores autem, & Alexander expoſuerunt ſuis modis vix intelligibilus. quare bona ratione prætermittimus eorum expoſitiones. nolo tamẽ ignores hoc, quod hic ait Ariſtoteles, quaſi in eos qui ideas aſſerebant dixiſſe: qui aliter ſcientiam fore negabant quã ſi ideę aſſerantur. Sẽſibilia.n. infinita ſunt, & in continuo fluxu, ac proinde non ſunt ſcibilia, niſi præter ſenſibilia, & ſingularia idea vna numero conſtituatur, quæ in pluribus ſumeretur immobilis, ac ſempiterna, quæ ſciẽtiæ cauſæ fiat & ideo ait { atq; quo nam pacto ſcientia erit, ſi non fuerit quippiam }.i. aliqua idea { in omnibus } ſingularibus { vnum } quid .ſ. numero. hæc enim expoſitio verbis Ariſtotelis non diſſonat.

At uero ſi numero ſint unum, & unumquodq; principiorum ſit unum, & non, ut in ſenſibilibus alia aliorum, ut huius ſyllabæ, quæ eſt eadem ſpecie, & principia ſunt eadem ſpecie. nam hæc quoq; numero ſunt diuerſa. ſi igitur non hoc pacto, ſed numero ſint unum ipſa principia rerum, præter elemẽta ſane nihil aliud erit. nihil enim refert unum numero, an ſingulare dicatur. ſic enim dicimus ſingulare, quod unum numero eſt. uniuerſale autem, quod in his eſt commune.

Nunc conuertit problema ad oppoſitum, & probat ꝙ vnumquodq; principiorum non ſit vnum numero. & intendit talem rationem. ſi vnumquodq; principiorum eſt vnum numero, vnumquodq; principiorũ erit ſingulare: vnumquodq; principiorũ eſt ſingulare: ergo vnumquodq; principiorum erit vnum ſolum. ſi vnumquodq; principiorum erit vnum ſolum, nihil erit præter principium: nihil eſt præter principium: igitur nõ erit aliquod principiatum. non eſt aliquod principiatũ. igitur non erit aliquod principium. Quare ſi vnumquodq; principiorum eſt vnum numero, nullum principium erit. de ratione primo accipit primum antecedens, vbi attende Ariſtotelem omnem ſuam orationem accommodare ad ea principia, quæ elementa nũcupantur, ex quibus, quæ fiunt, compoſitione conſtituuntur, vt fit in elementis: docetq; ſi huiuſmodi principiorum quodq; vnum numero ſit, nullam rem fore præter principia. & verba legenda ſunt ſuſpenſiue vſque ibi { præter elementa ſane } de ratione ergo primo accipit antecedens, & dicit { at vero ſi } ſubaudi principia { numero ſint vnum } & exponens ſe, ſubdit {&} ſubaudi intelligo principia eſſe vnum, vt { vnũquodq; principiorum ſit vnum }.ſ. numero { & non } ſubaudi plura numero, vt in ſenſibilibus alia }.ſ. principia ſunt { aliorum } ſubaudi ſenſibilium: quod exponit exemplo ſyllabarum & dicit { vt huius ſyllabæ }.ſ. BA { quæ eſt eadem ſpecie } & plures numero, immo numero infinitæ { & principia } videlicet B, & A, ſunt eadem ſpecie { nam hæc }.ſ. principia B, & A { numero ſunt diuerſa } quoniã tam A, q̃ B, eſt continens ſub ſe continens ſub ſe plura nũmero. deinde reſumit antecedens, vt inferat conſequens, & terminet ſuſpenſionem, & dicit { ſi igitur non hoc pacto } ſubaudi principium vnumquodq; ſit idem ſpecie, vt A, & B, elementum { ſed numero ſint vnũ ipſa principia rerum }.i. ſed hoc pacto, & vnumquodq; principium ſit vnum numero, tunc terminando ſuſpenſionem infert conſequens, & dicit { præter elemento } & rerũ principia { nihil aliud erit }.i. nullum aliud erit principiatum, deinde probat conſequentiam, & dicit { nihil.n. refert vnum numero, an ſingulare dicatur } .ſ. ipſum principiũ { ſic enim dicimus ſingulare, quod vnum numero eſt, vniuerſale autem, quod in his eſt commune } quare ſi vnũ quod

princi-

principiorum eſt ſingulare, vnumquodq; principioru erit vnum ſolum. & ſic tandem ſequitur, vt prçter principium nullum ſit principiatum. & ita nec principium. quoniam ſi principiatum non eſt, nec principium erit, ſicut ſi non eſt filius, non eſt pater. quo vero ad exemplum attinet, Alexander aſſerit, ſi B, ſit vnum numero, & A, vnum numero non poſſe ex eis aliam ſyllabam fieri, q̃ BA, ſed dices cur ex eis nõ poterit fieri, illa AB? dicendum quia A? in parte anteriore poſitum differt numero ab A, poſito in parte poſteriore. Similiter B, differt numero ab ipſo B, variato ſitu. quare recte Alexander intelligit ex B, eodem numero ſimpliciter nulla ratione variato, & ex A, ſimiliter eodẽ numero ſimpliciter, nulla ratione variato, non fieri niſi vnã numero ſyllabam, & vt vel BA, vel AB, tantum.

Vt igitur ſi elementa uocis in numero definita eſſent, neceſſarium eſſet, tot omnes literas eſſe, quot elementa eſſent. quippe cum non eſſent eadem duo, nec plura, ſic & in entibus, & in ipſorum numero erit.

Verba illa { Sic & in entibus, & in ipſorum numero erit } non ſunt expreſſa ab Ariſt. ſed ab Alexander cæteriſq; expoſitoribus ſuppleta. & intendit dicere, ꝙ ſi vnumquodq; elementum fuerit vnum numero, nihil erit præter ipſa elementa. deductum eſt, qm̃ ſi vnumquodq; elementũ eſt vnum numero erit ſingulare, & ſi ſingulare, nihil aliud erit niſi ipſum ſolum: quare nullum erit ens præter ipſum, & hoc per ſimile concludit, & dicit { vt igitur ſi elementa vocis in numero definita eſſent } ſic, vt vnumquodq; non ſit niſi ſimpliciter vnum numero { neceſſarium eſſet, tot omnes literas eſſe, quot elementa eſſent } & nullam eſſe præter literas ſyllabas: cuius rationem affert, dicit { quippe cũ non eſſent eadem duo nec plura } vtputa nec A duo, nec B duo, nec aliqua aliarum literarum duæ, ſed tantũ vna numero ſimpliciter, & nulla earum plures { ſic in entibus, & in ipſorum numero erit } qm̃ ſi vnũquodque elementum, atque principium fuerit vnum numero, nullum aliud ens erit præter elementa, atq; principia, vt deductum eſt. Sed qm̃ hæc argumentatio non cogit, ideo Alexander dicit, veruntamen hæc argumẽtatio admodũ eſt dialectica, & a neceſsitate concludendi aliena. Cuius ratio eſt, qm̃ licet vnumquodque elementorum eſſet vnum numero, & ſingulare, & tñ vnum ſolum, ex hoc non ſequitur hæc excluſiua de ſecundo adiacẽte, ergo tantum principium eſt. vbi enim hæc ſequeretur, tunc eueniret, vt nullum principiatum eſſet. quare recte Alexander aſſerit rationem hãc eſſe dialecticam.

TEX. 15. *Nulla autem minor dubitatio iunioribus & prioribus relinquitur, utrum eorum, quæ intereunt. & eorum, quæ corruptionis expertia ſunt eadem, an diuerſa principia ſint.*

Diſputat nunc quæſtionem ſuperius motam. xvj. & dicit quædam dubitatio eſt, qua { nulla dubitatio minor iunioribus }. i. Platonicis { relinquitur & } quam { prioribus } Pythagoricis. Alexander vero ſic intelligit, quòd nulla ſit dubitatio minor ea, quæ relinquitur & a iunioribus, & a prioribus: quoniam nec a prioribus, nec a iunioribus eſt intentata, quæ tamen explicatione maxime indigebat. Deinde explicat eam, & dicit { vtrum eorum, quæ intereunt, & eorum, quæ corruptionis expertia ſunt, eadem an diuerſa principia ſint. }

Nam ſi eadem ſint, quonam pacto, & quam ob cauſam, illa quidem corruptione uacant. hæc uero occidunt?

Mota quæſtione, argumentatur ꝙ non eadem numero rerum principia ſint, & dicit { nam ſi eadem } numero principia { ſint }, ſ. mortalium, & immortaliũ { quo nã pacto & quam ob cauſam, illa quidem corruptione vacant, hæc vero occidunt? } ex eiſdem. n. numero principijs idem ſequitur effectus. & ſic videtur, vt vel omnia ſint corruptibilia, vel omnia ſint incorruptibilia. hinc q̃ſtio emergit, quo nã pacto, & quã ob cauſam quædã ſunt corruptibilia, & quædã ĩcorruptibilia.

Heſiodo igitur, cæteriſque Theologis id curæ fuit duntaxat, quod ſibi ipſi ueriſimile eſſet, nos autem neglexerunt. cũ enim deos principia feciſſent, et ex dijs orta eſſe omnia poſuiſſent, ea facta eſſe mortalia dicunt, quæ nectar, atque ambroſiam non guſtarunt.

Inducit nunc ſolutionem poetarum, qui Theologi appellati ſunt, & dicit { Heſiodo igit, cæteriſq, Theologis } in ſoluenda. ſ. hac quæſtione { id curæ fuit duntaxat } vt ſubaudi dicerent { quod ſibi ipſi veriſimile eſſet, nos autem neglexerunt } qm̃ non curabant ea dicere, quæ eſſent nota nobis, ſed ſolum quę ſibi veriſimilia viderentur. Cuius rei cauſam expoſitor aſsignauit, qm̃ apud græcos fuerunt quidã ſapientiæ ſtudioſi, qui cum de dijs loqui eniterentur, rerum diuinarum veritatẽ ſub quodam tegmine fabularum occultauerũt, vt Orpheus Heſiodus, & alii eius generis Theologi: ſicut etiã Plato philoſophiæ veritatẽ ſub mathematicis traditionibus obſcurauit. Ariſtoteles vero breuitate, ac verborũ obſcuritate: vt non ab ratione ſepia diceretur a Græcis, quæ atramento ſe abſcondit, vt Simplicius refert in prædicamentis. quare recte dicit tales Theologos ſibi aperta, nobis aũt occulta in huius quæſtionis ſolutione tradidiſſe, qm̃ in fabulis reſpõderunt, quarũ ſenſus ſibiipſis, & non nobis non ſunt. deinde explicat ſolutionẽ, & dicit { cum. n. Deos principia feciſſent, & ex dijs orta eſſe oĩa poſuiſſent }. ſ. tam mortalia quã immortalia { ea facta eſſe mortalia dicũt, quæ nectar, atq; ambroſiam non guſtauerunt } quæ vero guſtarũt, Deos immortales factos eſſe tradebant. Ambroſiam fabulæ ferunt eſſe Deorum cibũ, quem qui guſtauerint, immortales euadunt. nectar vero potionem. cum igitur per fabulas veritas occultetur, non poteſt ſciri quid veri ſub fabula lateat, niſi ab eo, qui fabulam commentatur. ideo recte Ariſtoteles ait Theologos veriſimilia ſibi dixiſſe, non quæ eſſent nobis nota. Expoſitor tamẽ interpretatur fabulam intelligens per ambroſiam, & nectar diuinã bonitatem, qm̃ omnis dulcedo voluptatis, & amoris ad bonitatẽ refertur. per guſtare vero participare. quæ igitur guſtant nectar & ambroſiam. i. diuinam bonitatem perfecte participant incorruptibilia fiunt: quæ vero non guſtant nectar & ambroſiam. i. nõ participant perfecte diuina bonitate, hæc corruptibilia euadunt & non niſi ſm ſpeciem fiunt æterna: vt ſecundo de anima, & ſecundo de generatione colligitur. vtrum vero ſic intellexerint, ex ſuis fabulis plenius ꝑcipi non poteſt. Sic autem Ariſtotelem intellexiſſe patet primo de cœlo, (Comm. 10.) vbi dicit ab ipſo Deo eſſe diffuſum eſſe alijs clarius, alijs obſcurius. clarius quidem immortalibus, quæ perfecta diuino eſſe participat. obſcurius vero mortalibus, q̃ imperfecte diuino eſſe participant. Iunior quidã contra hanc Expoſitoris interpretationẽ ait, ſed q̃ vtilitas eſt immorari circa intẽtionẽ fabularũ.

nam licet iſtud forſitan ſit bene dictum : tñ dubiũ eſt, & forte falſum eam eſſe intentionem poetarũ. ſed bonus iſte vir delirat, qm̃ ſi non eſſet vtilis fabularũ interpretatio, non fuiſſet vtile fabularum inuentum. Quare nec poetica fuiſſet vtilis : cuius contrarium autumat Ariſtoteles in ſua poetica, vbi aſſerit poetas velle prodeſſe, & delectare in ſua poeſi. & cum ait fortaſſe dubium ac falſum eſſe illam fuiſſe intentionem poetarũ, recte dicit, qm̃, vt Ariſtoteles, ait, illi dixerunt quod veriſimile ſibi videretur, non quod nobis eſſet notum. tamen interpretatio Expoſitoris vera eſt, & peripatetica, licet ſit dubium ſit ne illa ſenſus poetarum, an ſecus.

Perſpicuum autem ꝙ, licet hæc nomina ſibi ipſis nota dixerint, tamen de cauſarum harum allatione ſupra noſtræ mentis uires dixerunt. nam ſi ea gratia uoluptatis tetigerunt, ne-
περὶ αὐτῶν τας, vel ea. *ctar & ambroſia non ut ſint, cauſæ eſſe uidebuntur. Sin autẽ gratia eſſendi, quo nam pacto erunt perpetui, cum alimentis indigeant? Sed de his quidem, qui fabuloſe philoſophantur, ſerio conſiderare dignum non eſt.*

Nunc obijcit contra eos, & primo narrat eorũ impropriam traditionem. Omnes. n. qui aliquid via doctrinæ tradunt, debent non ſolum vti nominibus ſibi notis, ſed etiam ijs, qui diſciplinam quærunt {Perſpicuum autem } vt inquit, ꝙ licet { hæc nomina } .ſ. nectar, & ambroſia { ſibi ipſis nota dixerint, tamen de cauſarum harum allatione } .i. tñ quo nam modo nectar & ambroſia ſint cauſæ perpetuitatis { ſupra noſtræ mentis vires dixerunt } ergo primus error eſt, quia vtũtur nominibus nobis ignotis, quæ ſunt eis nota : quod eſt cõtra modum docendi. Secundus error eſt, qm̃ ſupra captum noſtrum eſt qũo nectar & ambroſia ſint cauſæ perpetuitatis, vel mortalitatis. Quo vero ab verba attinet, verbum attinet, verbum, nomina, Argyropylus tranſtulit, omnia. ſi eius ſcriptura non eſt corrupta. & tamen in græcis noſtris codicibus legitur ὀνόματα .i. nomina. verbũ vero, allatione, in grçcis noſtris codicibus legitur προφορᾶσ. at Argyropylus interpretaẽ guſtatione, fortaſſe quia in ſuo codice legebatur τροφῆσ, & ſic legit Alexander. & poteſt bene ſtare, nam poetæ dicebant guſtationem nectaris, & ambroſiæ eſſe cauſam vt aliqua fiant immortalia. propterea Ariſtoteles narrã do primum eorum erratum dicit { perſpicuum autem ꝙ licet hęc nomina ſibi ipſis nota dixerint tamẽ de cauſarum harum }.ſ. quæ ſunt nectar & ambroſia { guſtatione ſupra noſtræ mentis vires dixerunt } non. n. eſt intelligibile, quo nam modo guſtatione nectaris, & ambroſię aliqua fieri poſsint immortalia. Deinde exponit qũo guſtatione talium nõ poſsint aliqua fieri immortalia, quicquid ſit de talium nominum occulta intentione, & argumentatur ſic, ſi aliqua guſtauerũt nectar & ambroſia, aut propter voluptatem, aut propter neceſsitatem eſſendi. His. n. de cauſis cibus, & potus ſumũtur. Deinde probat, ꝙ non gratia voluptatis, & dicit { nam ſi ea } videlicet nectar, & ambroſia, quę ponũtur cauſæ perpetuitatis { gratia voluptatis tetigerunt } .i. guſtauerunt { nectar, & ambroſia non vt ſint, cauſæ eſſe videbuntur } verbum {ea} Alexander refert ad nectar, & ambroſiam, Argyropylus vero ad cauſas, ideo legit ipſas latine, & vtroq; modo bene legitur. Expoſitor ait delectationem ideo non poſſe eſſe cauſam eſſendi, quoniam delectatio eſt quoddam conſequens ad

Quæ Auerr. Comm. 15. eſſe: & non præcedens eſſe. melius autem Auer. ait cauſam eſſe, quoniã delectatio quatenus delectatio nõ eſt cauſa permanentiæ alicuius rei. qm̃ quatenus delectatio nec facit ad inſtaurationem, neç ad deperditionem ſubſtantiæ rei nutritæ : cum quatenus delectatio nõ ſit ſubſtantia: ſed perfectio ſiue actus operationis. Deinde deſtruit ſm̃ membrum, & dicit { ſin autem } guſtauerunt nectar, & ambroſiam { gratia eſſendi } ergo, vt Expoſitor ſuppleuit, eguerunt cibo & potu { quo nã pacto } ergo { erunt perpetui, cum alimentis indigeãt } quaſi dicat qui non poſſunt eſſe perpetui. nã cibus & potus ſumuntur ad inſtaurationem deperditi. etiã corrumpitur, & tranſit in ſubſtantiam nutriti, quod autem per ſe corruptibile eſt, non poteſt alijs cauſa eſſe perpetuitatis. vel vt Alexander { ſin autẽ gratia eſſendi } ea guſtauerunt, erunt proculdubio ipſorum alimentũ, atque aluntur : & niſi alantur, nõ ſunt, ea ſempiterna eſſe quo nam modo poſſunt? Auerroes autẽ ait, & ſi acci- Quæ Auer. Comm. 15.
piunt ab vno loco potum & cibum ab alio, vt nõ moriantur, mirum eſt, quonam modo indigens cibo, & potu remaneat in æternum. cibus. n. & potus non ſunt neceſſarij, niſi vt inſtaurent corruptum. Demũ ſe excuſat a diligentiore huius opinionis improbatione, & dicit { ſed de his quidem, qui fabuloſe philoſophãtur }.i. fabulis veritatem excludunt { ſerio }.ſ. cum ſtudio, atq; diligentia { conſiderare dignum nõ eſt } cuius rõnem affert Expoſitor, qm̃ ſiquis contra eorum dicta diſputaret, quatenus exterius ſonãt, ea facile oſtenderet eſſe ridiculoſa. ſin autem aliquis velit de eis inquirere veritatem, quæ ſub verbis occultatur, immanifeſta eſt. ex hoc loco Expoſitor non ab ratione excerpſit Ariſtotelem, cum cõtra Platonem, cæteroſq; id genus, qui verbis obſcuris ſuam doctrinam tradiderunt diſputaſſet, non diſſeruiſſe, vt Simplicius inquit, contra veritatem verbis velatam, ſed contra verba, quo prima facie ſonant: quippe cum veritas omnino ſit latens.

Eos autem, qui per demonſtrationem dicunt, interrogare oportet, cur nam ſi entia ſint ex eiſdem principijs, alia natura ſempiterna ſunt, alia corrumpuntur. At cum neq; cauſam dicant, neq; conſonum ſit rationi, rem ita ſeſe habere, patet nõ eadem ipſorum principia, & cauſas eſſe.

Nunc tranſit ad eos, qui de his rebus non per fabulas, ſed demonſtrando verbis ſolutis dicere vidẽtur: quales ſunt philoſophi naturales : & primo repetit rationẽ interrogando more dialectico, & dicit { Eos autẽ, qui per demonſtrationem }.i. naturales philoſophos, qui verbis ſolutis { dicunt, interrogare oportet, Cur nam ſi entia ſint ex eiſdem principijs, alia natura ſempiterna ſunt, alia corrumpuntur } & ſunt caduca. certe idẽ quatenus idem non eſt aptum ſui natura facere, niſi idem, & ex eodem, quatenus eſt vnum, & idem, non eſt aptũ proficiſci niſi idem, & vnum. Deinde concludit rationem, prætermiſſa interrogatione, & dicit { At cũ neque cauſam dicant } quare hæc caduca, illa ſempiterna ſint {neq; conſonum ſit rationi rem ita ſeſe habere } vt. ſ. ex eiſdem præciſe principijs, ac elementis, rerum quæ fiunt, ſint hæ quidem natura ſempiternæ, illæ vero caducæ { patet non eadem ipſorum }.ſ. entium corruptibilium & ſempiternorum { principia, & cauſas eſſe } hactenus de ratione.

Etenim & Empedocli (quem maxime ſibi conſona dicere quiſpiam arbitrabitur) idem contigiſſe uidetur. nam ponit quidem corruptionis quoddam principium, cauſamque diſcordiam eſſe.

Nunc

Nunc aſsignat ſolutionem Empedoclis, & primo narrat errorem eius in aſsignanda cauſa, & dicit { Etenim & Empedocli (quem maxime ſibi cōſona dicere quiſpiam arbitrabitur) } hic.n.inter naturales authores ſibi maxime conſtare videtur {idem contigiſſe videtur } quod.ſ.alijs contingit, qm̄ ſicut ratio, quam aſſignauerunt alij, non eſt conueniens, ſic nec ratio, quā affert Empedocles, eſt idonea. Deinde affert cauſam, & dicit { nam ponit quidem corruptionis quoddam principium, & cauſam diſcordiam eſſe} generationis vero, atq; exiſtendi amicitiam, ita.ſ.ꝙ adiunctio diſcordiæ ſuper elementa, quæ ipſe ponit rerum principia, facit corruptionem in rebus, adiunctio vero amicitiæ, facit exiſtentiam, & generationem.

Sed non minus quoq; ipſa quàm concordia præter ipſum unū generare uidebitur. cætera nanq; omnia ex hac ipſa ſunt præter deum, dicit.
Ex his, quæ fuerint, quæ ſint, ueniantq; futura.
Sunt cuncta, arboribus genus hinc, hominesq; feræq;.
Hinc ortu uolucres, nutritiq; æquore piſces,
Cœlicolæq; omnes longeui, numina magna.

Obijcit nunc Empedocli, & primo oſtēdit cauſam ab eo aſsignatam non conuenire alijs, quæ ipſe dixit de cauſis generationis. vnde & Alexander Empedoclē ſibi conſtantia ait dicere, dum aliam ortus, aliam interitus cauſam reddit. At dum generationem rerum deſcribit, inconſtanter loquitur: & hoc demonſtrat narrādo Empedoclis carmina ad verbum, vnde dicit { ſed non minus ipſa} .ſ.diſcordia præter ipſum vnum generare videbitur } .i. genetrix, ac effectrix eſſe videbitur. excepit ipſum vnum, quem ille Deum, ac Sphærū vocat ab amicitia factum, & hoc exponens dicit { cætera nanq; omnia ex hac ipſa } . ſ. diſcordia { ſunt præter deum } appellabat.n.deum, vt Alexāder inquit, ipſum vnum, & ſphærum. ponebat.n.cætera alia eſſe compoſita ex diſcordia ſimul cum alijs principijs præter deū, quem ponebat eſſe compoſitum ex amicitia cum alijs principijs elementarijs. deum etiā appellabat cœlum, vt in primo huius dictum eſt Xenophantem ad totum cœlum reſpexiſſe, cum dixit ipſum vnum eſſe deum. At Empedocles conſiderans indiſſolubilitatem cœli ipſum compoſitum eſſe ex amicitia cum quatuor elemētis aſſerebat. recte ergo excepit deum. Deinde narrat carmina, quæ ita eſſe teſtantur, cum inquit { dicit, ex his }.ſ.elementis cum diſcordia { ſunt cuncta, quæ fuerint}.ſ.in præterito { quæ ſint }.ſ.in præſenti {veniētq; futura}.i.& ſunt futura. Deinde ſpeciatim exponit, quę ſunt illa, quæ ex elementis fiunt cum diſcordia, & dicit {arboribus hinc}.ſ.ex quatuor elementis cum diſcordia {genus} euenit{hominesq; feræq;}etiam eueniunt ex eiſdem { hinc ortu volucres}.i.ex eiſdem quoq; volucres fiunt { nutritq; æquore piſces}.ſ.ex eiſdē{cœlicolæq; omnes longæui }.i.ſtellæ quæ licet ſint longæuæ, tamen quandoq; corrumpuntur. aut forte intelligit dæmones, quos Platonici animalia aerea eſſe dicebant. aut fortaſſe intelligit deos, quos Epicurei ponebant ſub humana forma: vt diximus. ex hoc ergo quia omnia animalia præter vnum genita ſunt ex diſcordia, haberi poteſt diſcordiā cauſam eſſe generationis, quare Empedocles non ſibi conſtat.

Et ſine his etiam patet. nam ſi diſcordia nō eſſet in rebus, unum uniuerſa eſſent, ut inquit. nam cum uniuerſa conuenerint, tunc ultimo diſcordia extruditur.

Nunc probat idem alijs verbis, & alia ratione Empedoclis & dicit {& ſine his} .ſ.carminibus { etiā patet ꝙ videlicet diſcordia ſit cauſa generationis, quam rationem explicans dicit{nam ſi diſcordia non eſſet in rebus}& ſola ſit amicitia in rebus{vniuerſa eſſent vnū.ut inquit } diſcordia.n.diſtinctionis cauſa eſt ſm Empedoclem, qua ſublata a rebus ipſis res omnes confundūtur in vnum. & verba eius aſsignans dicit{nam cū vniuerſa conueniunt}.ſ.in ipſa mundi corruptione { tunc vltimo diſcordia extruditur}.ſ.a rebus ipſis, & amicitia intruditur intra res ipſas. Quare cum mundi exiſtētia conſiſtat in diſtinctione rerum, diſcordia nimirum cauſa erit generationis mundi. ergo alia ratione patet diſcordiam eſſe cauſam generationis.

Quapropter & ſentētia ipſius fit, ut deus, qui omnium eſt feliciſsimus, minus ſit quàm cætera prudens. non enim cognoſcit elementa, omnia, quippe cum diſcordiam nō habeat. cognitio uero ſimilis ſimili fiat. dicit enim,
Nam terram terra, lympa cognoſcimus undam,
Aetherq; æthere ſane, ignis dignoſcitur ignē,
Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite,

Non eſt hæc ſecunda ratio ad idem, vt expoſitores putant ſed poſt ꝗ docuit Empedoclis dicta inter ſeſe pugnare, & eiuſdē ſnīa diſcordiā a ſolo deo, vt cui non ſit exiſtendi efficiens cauſa, abeſſe commemorauit, in pñti loco obiter Empedoclem dānat ꝙ deū fecerit inſipientiorē cæteris cognoſcētibus, & dicit {quapp & ſentētia ipſius} quæ eſt, vt diſcordia non ſit de cōſtitutione dei { ſit, vt Deus, qui oīum eſt feliciſsimus} & maxime cognoſcens { minus ſit ꝗ cætera prudens}.i.intelligens, & ꝑ cætera intelligit cætera omnia, ꝗ intelligūt & cognoſcunt. Deinde probat conſequentiam & dicit { non.n.cognoſcit elementa oīa } quæ tñ cætera intelligentia cognoſcunt: cū cætera cōſtent diſcordia, Deus autem ſolus non conſtet { quippe cum diſcordiam nō habeat}.ſ.in ſua conſtitutione{cognitio vero ſiſis fiat} .ſ.ſuo { ſiſi }quia ergo Deus non conſtat diſcordia, cætera, ꝗ intelligunt, conſtant: ſit vt Deus non cognoſcat diſcordiā, cætera vero cognoſcant. & ratio eſt, qm̄ cognitio rei cuiuſq; ſit p ſuū ſiſe. quod aūt cognitio ſit ꝑ ſimile, declarat per eius carmina, cum inquit { dicit.n. nā terrā cognoſcimus terra } quę eſt eadem, vel ſimilis terræ, & {cognoſcimus vndam}.i.aquam {lympha}.i. aqua, ꝗ eſt eadē, vel ſimilis aquę cognitæ{ętherq; ęthere ſanè dignoſcit}.i.& aer dignoſcit aere ſuo ſiſi, vel eodem, & ſimiliter{ignis dignoſcitur igne} ſuo ſimili, vel eodem { ſic & amor } dignoſcitur { amore } eodē vel ſimili { ac diſcordia } dignoſcitur { triſti lite } quæ eſt eadem, aut ſimilis. Empedocles.n.dicebat vnamquāq; rem cognoſci non modo ſuo ſimili ſed ēt ſuo eodem. vnde animam dixit conſtare ex quatuor elementis, & lite, & amicitia, quia hæc oīa cognoſcit. quare cū Deus non conſtet diſcordia, ſit vt Deus nō cognoſcat diſcordiam, & ſic erit inſipientior cęteris cognoſcentibus. cū cætera conſtent diſcordia. quærit Alex. cur Ariſt. dicat per Empedoclem Deum eſſe inſipientiorem, quia non intelligit diſcordiā, & tñ duodecimo huius aſſerat Deū non omnia intelligere, qm̄ quædam melius eſt non intelligere, vt mala, & non dicit eum eſſe inſipientiorē. poteſt .n. ratio contra Empedoclem retorqueri cōtra ipſum, qm̄ ſi Deus eſt cæteris inſipientior quia nō cognoſcit diſcordiam, ſic ſm Ariſtotelē Deus erit cęteris inſipiētior, quia nō cognoſcit mala, ꝗ hoīes cognoſcūt.

Quæſtio Alexan. de cognitione Dei. Comm. 51.

Alex. reſpondet ideo ſm Empedoclē eſſe Deum inſipientiorem, quia non plura intelligit, q̃ cætera, cũ non intelligat diſcordiam. At Deus licet nõ intelligat mala, tñ eſt cæteris ſapientior, quia longe plura q̃ cætera intelligit cum intelligat bona quæ ſunt plura q̃ mala. Sed hoc, quod Alex. aſſerit, non eſt verum qm̃ Deus intelligit omnia, & mala, & bona: vt in theologicis declarauimus præterea mala ſunt lõge plura q̃ bona. cum deficere ſit infinitis modis, accedere vero vno modo. Comm. 51. id autē quod decepit Alexan. eſt authoritas Ariſtotelis duodecimo metaph. quæ vult vt melius ſit quædã non intelligere q̃ intelligere, vt mala: veluti melius eſt quædam non videre q̃ videre, vt turpia. Ex ijs ergo credidit Alexã. Deum non intelligere mala. Et non aduertit Ariſtotelē intellexiſſe per mala, vel turpia, res omnes præter Deum. nã hæc omnia dicuntur mala, vel turpia cõparatione diuinæ vnitatis. Ariſt. ergo voluit Deum non intelligere res, quæ ſunt præter ipſum, quæ vocat mala, & intelligit intellectione, q̃ proficiſcitur à rebus ipſis, qũo nos intelligimus, at intellectione, qua ſe ipſum intelligit. concedit, immo probat Deũ oĩa intelligere. in hac Alex. deceptione fuit. I. Theophraſt⁹ poſtea Themiſtius, & demũ Auer. ſed de his in theologicis petẽdũ.

Sed id unde noſtra profecta eſt oratio, iam perſpicuum eſt: ut ſcilicet eueniat ipſi diſcordiam quidem non magis corruptionis, q̃, ut res ſint, concordiam uero non magis, ut ſint, quàm ut corrumpantur, cauſam eſſe. congregans enim in unum corrumpit cætera.

Sed cum digreſſus hęc in Empedoclē diſſeruiſſet, eo redit, vnde oratio deflexerat, vt Empedoclis doceat inconſtantiam, qui non id tuetur, vt amicitia ſemper ſit generationis cauſa, corruptionis vero diſcordia. ſed hanc non magis q̃ illam alterius cauſam eſſe facit, vnde dicit { Sed id vnde noſtra profecta eſt oratio, iam perſpicuum, vt. ſ. eueniat ipſi }. ſ. Empedocli { diſcordiam quidem non magis corruptionis q̃ vt res ſint, cauſam eſſe, concordiam vero non magis, vt ſint q̃ vt corrumpãtur cauſam eſſe } ẽt. cuius rõnem affert, & dicit { cõgregans. n. } ſubaudi elemẽta {in vnum} chaos, miſcellamq; vnam { corrumpit cætera }. i. cæteras res, quę in mundo erant prius diſtinctæ. ſic igitur diſcordia generat diſtinguendo res, quæ erãt confuſæ in chaos, concordia vero corrumpit, congregando res mundi. quæ prius erant diſtinctæ, in vnum.

Simul autem mutationis ipſius cauſam nullum dicit: niſi ita fieri aptum eſſe.

Opinio Empedoclis fuit mundum generari diſcordia, cum videlicet elementa diſcordant, atq; diſtinguuntur, vt dictum eſt, corrumpi vero concordia, cũ videlicet elementa concordant, atque coeunt in vnum confuſum. inſuper opinio etiam eius fuit mundum infinities generari, & infinities corrumpi. corrumpi quidem, cum concordia vinceret diſcordiam, cum vero contra generari. dicebatq; tempus, medium inter generationem mundi, & eius corruptionem Annũ magnum vocari. Quòd ſi quærebatur ab eo cur tanto tẽpore concordia, tãtove diſcordia vinceret. nullam aliã aſsignabat cauſam, niſi quia aptum erat ſic eſſe. Ariſt. ergo Empedocli vitio dat, ꝙ cauſam non reddit cur iã amicitia, iam diſcordia euincat. non. n. ſatis eſt dicere, ſic fieri aptum eſt, ſic eſt neceſſe. in cũctis. n. rebus, quæ ſunt, quæq; efficiũtur, idem dicere licebit. nec illud eſt cauſam reddere, ſic natura comparatum eſt. vnde dicit { Simul autē } ſubaudi cum vitijs Empedoclis eſt, qm̃ {mutationis ipſius cauſam nullã dicit, niſi ita fieri aptũ eſſe } quod nõ eſt cauſam reddere, ſed volũtarie loqui.

Inquit enim,
Aſt ubi nutrita eſt ingens diſcordia membris,
Tempore tranſacto dulcis concordia ceſsit:
Fœdere quod magno procedit utriſque uiciſsim.
Quaſi neceſſarium ſit mutationem fieri, Neceſsitatis uero cauſam nullam aſsignat.

Nunc probat quod dixerat eſſe ad mentē Empedoclis introducens eius carmina, & dicit { Inquit. n. Aſt vbi diſcordia ingens nutrita eſt } in { membris }. ſ. mũdi faciens ea ſtare ſuis locis, vt conuenit eſſentiæ mundi { tranſacto tempore }. ſ. ſui dominij { ceſsit }. i. ſuper uenit & ſuperuenit { dulcis cõcordia } qua membra. ſ. veniunt in vnam confuſionem {quod} tempus aduentus { magno Fœdere } inter concordiam, & diſcordiã facto { procedit vtriſque viciſsim } nunc videlicet vt diſcordia nunc, vt concordia dominetur. patet igitur reciprocum eſſe dominiũ, & ſtatuto tempore, nec ob aliud, niſi quia ſic aptum eſt. dixit autem { membris } quoniam loquitur de vniuerſo, ac ſi eſſet vnum animal conſtans ex membris: quæ primo diuiſa poſtea componuntur. propterea ſubdit { Quaſi neceſſarium ſit } apud Empedoclē {mutationē } viciſsim { fieri } ſtatutis tẽporibus pro fœdere inter eas ſtatuto atq; firmato.

Attamen tantum dicere uidetur, & ſolum ſibi conſonum, ꝙ entium non alia ſubire, corruptionem alia non ſubire, ſed uniuerſa præter elementa corruptionē ſubire dicat. At præſens dubitatio eſt, cur alia occidunt, alia corruptionis expertia ſunt, ſi ex eiſdem ſint elementis. non eſſe igitur eadem omniũ principia, patet ex his, quæ ſatis ad hoc oſtendendũ ſunt dicta.

Cum tot dixiſſet aduerſus Empedoclem, nunc duo colligit, vt Alexandro placere videtur. quorum primũ eſt in quo Empedocles duntaxat ſibi conſtat, ſm quo modo etiam euadat a dubitatione prætacta. Empedocles. de primo aſſerit Empedoclem ſibi conſtare, quia vbiq; aſſerit omnia eſſe corruptibilia, quæcunq; ex eiſdem principijs ſunt, & non quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia. ſed ſolum elementa, atque principia, ex quibus ſunt, eſſe incorruptibilia: vnde dicit { Attamen tñ dicere videtur, & ſolum ſibi conſonũ } atq; conſtans { ꝙ entium } ſubaudi, quæ ex eiſdem principijs ſu it { non alia ſubire corruptionem, alia non ſubire } ſed { vniuerſa præter elementa } atq; principia, ex quibus proficiſcuntur {corruptionem ſubire dicat} & ſic quantum ad hoc ubique ſibi conſtat. de ſecundo vero aſſerit Empedoclem euadere dubitationem, qm̃ ſm eius doctrinam ex eiſdem principijs non ſunt alia corruptibilia, alia incorruptibilia. ideo non eſt quærenda cauſa, quare hæc corruptibilia, illa incorruptibilia ſunt. ſed in doctrina Platonica quæſtio locũ habet, qm̃ ſm eos ex eiſdem principijs non omnia ſunt corruptibilia, ſed alia corruptibilia, alia incorruptibilia. ꝓpea recte quæritur cauſa, quare hæc corruptibilia, illa incorruptibilia ſunt ex eiſdē principijs. & hoc dicit { At præſens dubitatio eſt, ſi } cuncta entia, quæ ſiunt { ex eiſdē ſint elemẽtis, cur alia occidũt alia corruptionis expertia ſunt } & ſic q̃ſtio locũ habet in doctrina Platonis, non aũt in doctrina Empedoclis. Aduerte tñ, vt recte Expoſitores notauerũt, Empedoclem duas poſuiſſe corruptiones,

ruptiones,alterã,quam confuſionem vocabat,ſiue cõpoſitionem,ex ipſa elementorũ concordia proficiſcentẽ, & ab hac nec Deum,nec mundũ excludebat,cum in horũ conſtõne concordiam poneret. Alterã vero,quã nuncupabat diſtinctionem ſiue reſolutionẽ ex ipſa elementorum diſcordia ortam, qua quidẽ vnumquodq; ſingulare corrumpi aſſerebat, & ab hac Deum ipſum excludebat. Quare recte ſuperius dixit ſolum vnum .ſ. Deum eſſe incorruptibilem, & non compoſitũ ex diſcordia. qm̃ ſolus Deus caret ea corruptione,quæ dicitur elementorũ diſtinctio, qua videlicet vnumquodq; ſingulare corrumpitur.tunc epilogat, & dicit { nõ eſſe igitur eadem omnium principia patet ex ijs, quæ ſatis ad hoc oſtendendum, ſunt dicta.

Si uero principia ſint diuerſa, una emerget continuo dubitatio, ſint ne & ipſa corruptionis expertia. an corruptionẽ ſuſcipiant. nam ſi corrumpantur, patet hæc quoque ex quibuſdam conſtare neceſſarium eſſe. uniuerſa enim in ea corrũpuntur,ex quibus conſtant.quo fit, ut principiorum alia priora principia ſint. quod quidem fieri nequit,ſiue ſtetur,ſiue in infinitum in principijs procedatur.

Poſtquam in eos diſputauit, qui omnium rerum eadem eſſe principia ſtatuebant, nunc eorum opinionem diſputat, qui alia principia ſempiternarum, alia caducarum rerum faciebant. & propterea non ab ratione dixerunt expoſitores nunc Ariſt.obijcere ad contrariam partem, qm̃ dicere principia eſſe alia ſempiternarum rerum, & alia caducarum, videtur contraria pars priori opinioni, quam diſputauit. vtitur autẽ ſyllogiſmo hypothetico diſiunctiuo a deſtructione cuiuſlibet partis, quam aduerſarius dare poſſet hoc modo, ſi rerũ corruptibilium & ſempiternarum principia diuerſa ſint, vel vtraq; ſunt corruptibilia,vel vtraq; incorruptibilia.primo ergo deſtruit primum, verum antequã procedat ad deſtructionẽ, ponit partem, quã aduerſarius dare poſſet,& dicit { ſi vero principia ſint diuerſa } & non eadem rerum ſempiternarũ,& corruptibiliũ {vna emerget continuo dubitatio,ſint ne & ipſa} .ſ.vtraq; { corruptionis expertia, an corruptionem ſuſcipiant.} diuiſionem vero non compleuit, nam dici poſſent adhuc alia mẽbra, vt ꝙ principiorum alia ſint corruptibilia, alia ſempiterna : vel ꝙ neutro ſint modo.quæ membra Ariſt.ſubticuit,quia nullus dixit,enumerat.n.ſolum membra,quæ ab antiquis ponebantur & ideo primo probat ꝙ corruptibilium & incorruptibilium principia illa diuerſa nõ ſint corruptibilia. deinde ꝙ nec incorruptibilia. de prima parte dicit { nam } ſubaudi ſi diuerſa illa principia vtraq; { corrumpãtur, patet hæc quoq; } .ſ.principia {ex quibuſdam } .ſ.prioribus principijs { conſtare neceſſarium eſſe} deinde ꝓbat conſequentiam, & dicit { vniuerſa.n. } .ſ.quęcũq; corrumpuntur { in ea corrumpuntur } .ſ.principia {ex quibus conſtant, quo fit, vt principiorum alia priora principia ſint } & ſic patet conſequẽtia ꝙ ſi vtraq; illa principia corruptibilia ſint, eorum alia priora principia ſint,videlicet in quæ reſoluuntur,atq; corrumpuntur.Supponit.n.corruptionem omnem fieri per reſolutionem in ea principia,ex quibus conſtant,non autẽ per reſolutionem in nihil. deinde deſtruit conſequẽs, & dicit { quod quidẽ fieri nequit,ſiue ſtetur,ſiue in infinitum in principijs procedatur } vtroq;.n.modo fieri nequit, vt corrumpantur principia in alia priora. nã ſi ſtet in eis, illa in quibus ſtatur,non pñt eſſe, niſi ſempiterna : Si.n.corruptibilia fuerint, nõ ſtabitur in eis. Quòd ſi fuerint ſempiterna,erit contra eos, qui vtraq; corruptibilia affirmant. Sin autem abſq; fine procedatur, ſemper eius principij, quod corrumpitur, id erit principium,in quod ipſum abit. etiam ſecundo huius oſtenſum eſt in nullo genere cauſæ eſſe procedendum in infinitum.Quare vtraq; modo fieri nequit.

Præterea quonam pacto erunt res, quæ corruptionis participes ſunt,ſi principia interibunt.

Hic tangit ſecundã rationem ad probandũ nõ eſſe principia vtraq; corruptibilia hoc pacto.nam ſi vtraq; principia ſunt corruptibilia,aliqñ erunt corrupta. qm̃ omne corruptibile aliqñ de neceſsitate corrũpetur : vt primo de cœlo,& mundo probatum eſt.ponatur ergo in eſſe principia ſint corrupta,& ſequitur, vt non ſint, & non ſint principia.non.n.quod corruptum eſt, efficere põt quicq̃,aut cauſare. Quòd ſi nõ ſint,nec principia ſint,nec res corruptibiles erũt in rerũ natura.nõ.n. effectus eſſe pñt,è medio cauſis ſublatis,& dicit {Quonã pacto erunt res}.ſ.in rerũ natura {quæ corruptionis participes ſunt, ſi principia } earũ interibunt, ꝙ autẽ principia intereant probatum eſt, qm̃ cũ ſint corruptibilia aliqñ erunt corrupta,& non entia.Alexã.vero exponit hoc modo { ſi principia interibunt,quonã pacto res quæ corruptionis participes ſunt,erũt}.i.qũo caduca naſcẽtur,& interibũt:niſi eorũ principia fuerint. cũ naſcentia,& intereuntia idcirco naſcantur, & intereãt, qm̃ principia obtinent,ex quibus, & a quibus generãtur, & in quæ abolẽtur.eſt nanq; interitus reſolutio in principia,ex quibus conſtat,qđ aboletur,& ortus cõpoſitio ex principijs,quæ præceſſerunt,qđ oritur.Quo modo igitur peribunt,ſi non ſunt, in quæ reſoluantur, vel generabuntur,ſi non præcedunt, ex quibus cõponuntur.hoc pacto Alex.verbũ { erunt } expoſuit.

Sin uero uacent corruptione, cur ex his quidem res partici pes,ex alijs autẽ expertes corruptionis erunt.hoc.n.nõ eſt cõſentaneum rõni.ſed aut fieri nequit,aut oratione lõga indiget.

Nunc refellit aliud membrũ, qđ ab aduerſario dari poſſet. poſſet.n.ab aduerſario dici vtraq; principia.ſ.tã rerum ſempiternarum,q̃ rerũ corruptibilium eſſe ſempiterna:cõtra obijcit,ꝙ relinquatur eadẽ qõ,quę prius erat,videlicet quare ex his principijs incorruptibilibus res corruptibiles emergũt, ex illis vero incorruptibilibus res ſempiternæ fiunt. nulla.n.vr̃ maior ratio de his q̃ de illis,cũ principia vtraq; ſint ſempiterna: dicit { ſin vero } vtraq;.ſ.principia tã rerũ caducarũ,q̃ rerũ ſempiternarũ vacent corruptione } ſtatim qõ oritur eadẽ, q̃ prius {cur ex his}.ſ.principijs incorruptibilibus {erũt res participes corruptionis ex alijs aũt } .ſ.principijs ẽt incorruptibilibus erũt res { expertes corruptionis. hoc .n.non eſt conſentaneũ rationi}.ſ. vt res corruptibiles magis ſint ex his q̃ ex illis, nec vt res ſempiternæ magis ſint ex illis q̃ ex his,cum tã rerum mortalium, q̃ ſempiternarum principia vacent corruptione { ſed aũt fieri nequit,aut orõne lõga indiget } vnde vt Alex. ait, qõ hæc eadẽ ferè manet,atq; ſuperior. Quo vero ad dictionẽ attinet, velim non ignores verba illa { ex aliis autem expertes corruptionis} non eſſe reperta in omnibus codicibus græcis. nam ſic legitur in quibuſdam { ſin vero vacent corruptione, cur ex his quidem res corruptionis participes erunt. Hoc.n.non eſt conſentaneum rationi } & reliqua. & qñ ſic eſſet dictio,non eſſet aliqua obſcuritas in ea.verum primã dictionẽ habebant Alexander, Argyropylus,& Boethius.

Præterea nec quiſq́ aggreſſus eſt dicere diuerſa eſſe principia. ſed eadem quidem omnes omnium eſſe dicunt, uerum primum illud, quod dubitauimus, prætereunt, hoc ut quoddam paruum ſumentes.

Confirmat id, quod dixerat ex cõi authorũ opinione, & dicit { præterea nec quiſquã aggreſſus eſt dicere diuerſa eſſe principia }.ſ.mortaliũ, atq; immortalium { ſed eadem omnium }.i. vtrorumq; mortaliũ, & immortalium { oẽs } authores.ſ.{ eſſe dicunt} deinde accuſans eorum negligentiam dicit {verum primũ illud, quod dubitauimus }.i.quod primo quæſiuimus, quo modo.ſ.ex eiſdẽ principijs alia caduca:alia ſempiterna generantur { prætereunt } atq; omiſerunt differere {hoc vt paruum quoddam ſumentes. vt paruũ quoddam } hoc eſt vt quoddã parui momenti, quaſi nullam habens difficultatem { prætereunt } verbum prætereunt græce eſt ἀποτρώγουσιν, & antiquus tranſlator concedunt tranſtulit, & Expoſitor expoſuit.i. leuiter tranſeunt, quod, vt inquit, eſt concedere. quod confirmat per Boethium, qui verbum illud interpretatur deglutiunt quod eſt leuiter pertranſire. Sed Alex. reſpuunt expoſuit. Sed hæc omnia in idem veniũt. Et ſoluendo quæſitum Alex. quod Ariſt.12. huius diluet, ait Ariſt. velle non eadem eſſe ſempiternorum, atq; mortalium principia, neq; mortalium omnia principia eſſe ſempiterna, etenim forma non eſt ſempiterna. Materia vero eſt illa quidem ſempiterna, non tñ ad perpetiẽdum inepta, ſed pati potius, atq; alterari apta. Sed de his.12. huius dilucidius: licet expoſitores præueniant ſoluendo, vt patet in eorum expoſitionibus.

CAP. V.

An ens & vnum ſubſtantiæ rerum ſint.

TEX. 16. *HOC autem omnium & ad contemplandum difficillimũ, & ad cognoſcendam ueritatem maxime neceſſariũ eſt, utrum ipſum ens, & ipſum unum ſubſtantiæ ſint rerũ. & utrum ipſorum non aliud quicquam ſit, ſed alterum, quidẽ unum ſit, alterum autem ens. an quærere oportet quid nam ſit ipſum ens, ac ipſum unum, & alia natura ſubiecta?*

Nunc diſputat dubitationẽ decimãnonam, ex primo repetit eam, cuius quæſtionis, vt ſuperius diximus plures ſunt ſenſus, ſed ſequendo ſenſum Alex. quæſtio diſputanda eſt, vtrum ens & vnum rerum ſubſtantiæ ideſt principia ſint, quæ hoc ipſo ſint vnum, & ens, vt nec alteri enti inſint, & hanc naturam ſignificent in ijs, de quibus prædicantur. q. d. Vtrum ens & vnum ſint rerum principia accipiendo ens & vnum, vt Iuniores dicunt, in ſuppoſitione ſimplici: an ſit alia his ſubiecta natura, quæ ſit rerum ſubſtantia, atque principiũ, cui vel quibus ſubiectis, ſi plura ſint, vnum ipſum & ens accidant, quæ oporteat quidnam ſint inueſtigare ignis ne, vel aqua, ne aliud quicq́. Primo ergo repetit quæſtionem, deinde exponit quæſtionem ibi { & vtrũ ipſorum non aliud quicquam } quantum ad primã partem dicit { hoc autem oĩum & ad cõtemplandũ difficillimum, & ad cognoſcendam veritatẽ maxime neceſſarium eſt, vtrum ipſum ens & ipſum vnum ſubſtantiæ }.i. principia { ſint rerum } deinde exponit hanc quæſtionem, & dicit { & } pro .i. { vtrum ipſorum } .ſ. ipſius entis & ipſius vnius { non aliud quicquam ſit } .ſ. rerum principium, cui ens, & vnum inſint, vel de quo prædicentur, quale eſſet ignis, vel aqua, vel aliud tale { ſed } ſubaudi ipſa duo in ſuppoſitione ſimplici accepta ſint rerum principia quorum { alterum quidẽ vnũ ſit, alterum autem ens, an } non ipſum vnum & ipſum ens in ſuppoſitione ſimplici, ſed in ſuppoſitione perſonali { quærere oportet quidnã ſit ipſum ens, ac ipſum vnum } quæ ſunt principia, dico quid ſit ipſum ens, ac ipſum vnum { vt alia natura ſubiecta } de qua ens, & vnum prædicantur. videlicet vtrum ſit ignis, vel aqua, vel aliquid tale, de quo ens & vnum prædicantur, rerũ ſit ſubſtantia, ac principium. Ergo qõ eſt vtrum ens & vnum in ſuppoſitione ſimplici, vel in ſuppoſitione perſonali ſint rerum principia. hic eſt ſenſus quæſtionis ſm Alex. dixit autem hanc quæſtionẽ eſſe difficillimam propter efficaciam argumentorum pro vtraq; parte, dixit etiam & ad cognoſcendam veritatẽ maxime neceſſariam, ex eo, quia ex hac ipſa quæſtione tota opinio Platonis, & Pythagoricorum pendet, qui numeros rerum ſubſtantias eſſe aſſerebãt, & tota opinio philoſophorum naturalium, quorum alij ignem, alij aerẽ, alij aquam, alij tale id genus, ſubſtantiam rerum eſſe dicebant. Hæc de ſenſu quæſtionis.

Quidam enim illo, quidam hoc modo naturam ſeſe habere putant. nam Plato quidem atque Pythagorici non aliud quicquàm ipſum ens, atque ipſum unum inquiũt eſſe: ſed id ipſorum eſſe naturam, quaſi exiſtente ſubſtantia ipſum unum eſſe & ens aliquid.

Cum mouiſſet quæſtionẽ, nunc commemorat quis hoc, quis illo modo exiſtimauerit, vt exponat, q́ neceſſaria ſit inueſtigatio quæſita: & dicit { Quidam in illo, quidam hoc modo naturam } ſubaudi rerum { ſeſe habere putant } vt expoſitores intelligunt. vel {naturam} ſubaudi entis, & vnius { ſeſe habere putant } vt Argyropylus, & Alexander expoſuerunt. deinde exponit, quæ dixerat, & dicit { nam Plato quidẽ atq; Pythagorici ipſum ens, & ipſum vnũ }.i. naturam entis, & vnius {non aliud quicq́} ſubaudi à rebus, quæ fiunt {inquiũt eſſe. ſed id ipſorũ }.ſ. entis & vnius { eſſe naturã quaſi } .i. vt { ipſum vnum eſſe, & } ipſum eſſe { ens aliquid } ſit rerum { ſubſtantia } ergo Platonis, atq; Pythagoricorum opinio eſt, vt ipſum ens & ipſum vnum in ſuppoſitione ſimplici, vt Iuniores loquuntur, ſint ſubſtantiæ, atque principia, & elementa rerũ. hæc expoſitores. Alex. vero, ſi recte eius verba perceperim, ſic { nã Plato quidẽ, atq; Pythagorici nõ aliud quicq́ ipſum ens, atq; ipſum vnũ inquiunt eſſe } .ſ. inter ſe { ſed ipſorum } .ſ. entis, & vnius {eſſe naturã, quaſi exiſtente ſubſtãtia}.i. {vt ipſum vnũ eſſe, & } ipſum { ens aliquid } eſſe eadẽ { ſubſtantia } ſint, & nullo pacto diuerſa inter ſe. & ſic eſt ſenſus, vt ſit eadẽ ſubſtantia vnũ & ens, perinde atq; vnũ & ens ſunt eadem ſubſtantia, tunc ens eſſet ſubſtãtia, & vnũ eſſet ſubſtantia. quod videtur ambiguũ in doctrina Platonis. ideo Alex. ſuppleuit dicens Platoni placuiſſe tum ens, tum ẽt vnum ſubſtantiam quandam eſſe, quod ex eo intelligitur quia ipſum ens, & ipſum vnum ideas eſſe tradidit. Hæc eſt expõ Alexandri, quæ non videtur ad propoſitum, qm̃ qõ, quæ præceſsit, nõ quærit vtrum ens & vnum ſint vna, & eadẽ ſubſtantia inter ſe, an diuerſa, ſed vtrũ ſint vna & eadem ſubſtantia rerum, quæ fiunt, ideo mihi placet prima expoſitio, quã Auerroes etiam in præſenti loco annuit, cũ inquit, Plato & Pythagorici opinati ſunt q vnum & ens Quæ Auer. non ſignificent de entibus naturas compoſitas.i. aduẽ- Comm. 16. titias rebus vel denominatiuas ſed fingunt q vtrumq; eorum ſignificet vnam intentionẽ.ſ. ſimplicẽ, non cõpoſitã.i. non vnũ compoſitũ.i. concretũ ſicut ſignificãt nomina

nomina denominatiua. Ergo vult Auerr. Platonem & Pythagoricos voluiſſe ens & vnũ in ſuppoſitione ſimplici eſſe rerum ſubſtantias, atque principia:& non in ſuppoſitione perſonali, vt volunt naturales. Quare concordat cum prima expoſitione.

Naturales autem, ut Empedocls ad notius redigens dicit ipſum ens unum eſſe. Nam ipſum utique dicere uidetur concordiam eſſe. hoc enim cunctis eſt cauſa, ut ſint unum.

Cum narraſſet opinionem Platonis, & Pythagoricorum, nunc narrat opinionem philoſophorum naturalium principium, & primo eorum qui dixerunt rerũ naturalium principium eſſe vnum, & dicit {Naturales autẽ}.ſ.authores {vt Empedocles ad notius redigẽs}.i.vt verbis notis loqueretur {dicit ipſum ens} quod ſubaudi principium rerum eſſe ait {eſſe vnum}.ſ.noto nomine appellato {nam ipſum vtique dicere videtur concordiam eſſe} cuius rationem affert, & dicit {hoc enim}.ſ.concordia {cũctis eſt cauſa, vt ſint vnũ} Quare ens, quod eſt rerum principium apud Empedoclem, eſt vnum, vel ens in ſuppoſitione ſimplici. Cauſa autem quia concordia in cunctis cauſa eſt vnitatis. Sed dices nõ ne apud Empedoclem diſcordia, & quatuor elementa ſunt principia rerum. Dicendũ ita eſſe, ſed enumerauit concordiam, vt Auerroes ait, qm̃ concordia magis eſt digna nomine vnitatis, quippe cũ id, quod eſt cauſa vnitatis, ſit vnum eſſentialiter primo. *Quæ Auerr. Comm. 16.*

Alij uero aerem eſſe inquiunt hoc unum, & ens, ex quo ea, quæ ſunt, & eſſe, & fieri dicunt.

Nunc narrat opinionem aliorum, & dicit {alii vero hoc}.i.principium, quod eſt {vnum & ens, inquiũt eſſe aerem} vt Anaximenes, & in codicibus Argyropyli, habetur {alij vero ignem, alii aerem inquiunt eſſe hoc vnum ens} ignem Heraclitus, aerem Anaximenes, vt Alexan. expoſuit {ex quo ea, quæ ſunt, & eſſe, & fieri dicunt} nam ſiue ponatur aer, ſiue ignis, ſemper ex eo dicunt ea, quæ ſunt & eſſe, & fieri.

Eodem modo faciunt & hi, qui plura afferunt elementa. neceſſe eſt enim & hos dicere ipſum ens, & ipſum unum eſſe tot, quot eſſe principia dicunt.

Nunc narrat opinionem eorum, qui poſuerunt rerum eſſe plura principia, aſſerens etiam hos opinatos eſſe vnumquodq; illorum principiorũ eſſe ens, & eſſe vnum.q.d.philoſophos naturales, qui plura eſſe principia opinati ſunt, ens, atq; vnum illis attribuiſſe, dicit {eodem modo faciunt & hi, qui plura afferunt elemẽta}.i.principia: cuius rationem aſsignat, & dicit {neceſſe eſt.n. & hos dicere ipſum ens, & ipſum vnum eſſe tot}.i.p̃dicari de tot {quot eſſe principia dicunt} quippe cum vnumquodq; eorum principiorum, quæ ponunt, ſit ens, & vnum. Ergo ſiue ponant principia plura, ſiue vnum tantum, ſemper volunt illud eſſe ens, & vnum. At Ariſt. ponens tria principia, formam ponit eſſe ens, & vnum. priuationem vero non ens, at materiam quaſi medium inter ens, & non ens. Reducuntur igitur omnes opiniones, quæ ſunt de rerum principiis, ad tres, nam alii dixerunt ipſum ens, & ipſum vnum eſſe rerum principia, quatenus ipſum ens, & ipſum vnum ſumuntur in ſuis naturis ſimpliciter, hoc eſt in ſuppoſitionibus ſimplicibus. & hæc fuit opinio Pythagoricorum, & Platonicorum: alii dixerunt ens & vnum eſſe rerum principia, quatenus ſumuntur pro vno vel pro pluribus, quæ enti & vni ſubiiciuntur, vt pro igne, vel pro aqua, vel pro aliquo vno tali. vel ꝑ pluribus talibus, ut pro atomis, vt Democritus, vel ꝑ corporibus indiuiduis, vt Anaxagoras: alij, vt Peripatetici dixerunt, plura principia, quorum formam ens, priuationem non ens, materiam autem medium inter ens & non ens aſſeruerunt. hæc de principiis. *Opiniones de rerum principiis.*

Fit aũt ſi quiſpiam non poſuerit ipſum unum & ipſum ens ſubſtantiam quandam eſſe, ut neque cæterorum uniuerſalium quicq̃ ſit. Hæc.n. maxime omnium uniuerſalia ſunt. Si igitur non ſit quicquam unum ipſum, ac ipſum ens, multo minus cæterorum quicquam fuerit præter ea quæ ſingularia dici ſolẽt.

Commemoratis, atq; expoſitis diſſenſionibus, quæ de principiis ſunt, nunc quęſtionem incipit diſputare, ac in primis in eam partem diſputat, quæ eſt eorũ, qui dicunt vnum & ens non eſſe ſubſtantias: & primo argumentatur vnum & ens eſſe ſubſtantias. ſic apud expoſitores, ſi vnum & ens non ſint ſubſtantię ſeparatæ, nullum vniuerſale erit ſeparatum: ſi nullum vniuerſale eſt ſeparatum, nihil erit in rerum natura præter ſingularia. melius autem cum Alex. argumentum eſt, ſi ens, & vnum non ſint ſubſtantiæ, nullum cæterorum vniuerſalium erit ſubſtantia. tenet conſequentia, qm̃ ſi maxime vniuerſalia, quæ prædicantur de omnibus entibus, non ſint ſubſtantiæ: neque cætera entia, neq; cætera vniuerſalia erunt ſubſtantiæ. patet conſequentia, qm̃ quicquid negatur a ſuperioribus, negatur ab inferioribus per regulam primi priorum, quæ eſt dici de nullo, Quare in rerum natura vel nihil eſt ſubſtantia, vel nihil præter ſingularia eſt ſubſtantia: vnde dicit {fit autem, ſi quiſpiam non poſuerit ipſum vnũ, & ipſum ens ſubſtantiam quandam eſſe, vt neq; cæterorum vniuerſalium vllum ſit}.ſ.ſubſtantia, immo ſit, vt vel nullum ens mundi ſit ſubſtantia, vel nihil aliud præter ſingularia. deinde probat conſequentiam, & dicit {hæc .n. omnium maxime vniuerſalia ſunt, quæ videlicet de omnibus vniuerſalibus, ac de omnibus entibus prædicantur. deinde repetit argumentum, & dicit {ſi igitur non ſit quicq̃}.i.ſubſtantia {vnum ipſum, ac ipſum ens} quæ ſunt vniuerſaliſsima {multo minus cæterorum quicq̃ fuerit}.ſ.ſubſtantia vel nullum ens erit ſubſtantia {pręter ea, quæ ſunt ſingularia} qm̃, vt diximus, quicquid negatur a maxime vniuerſalibus, negatur ab omnibus, quæ illis ſubiiciuntur. Quare recte ſequitur, vt vel nihil in rerum natura ſit ſubſtantia, vel ſolum ſingularia ſint ſubſtantiæ. Hanc expoſitionem Alexan. ſectatur Auerroes, vt patet legentibus verba eius. Argumentum etiam Expoſitoris poteſt habere vim, qm̃ apud Plat. nihil eſt ſeparatum, quod non ſit ſubſtantia, & ens in rerum natura. Quare ſequitur, ſi ens & vnum non ſint ſubſtantiæ, vt non ſint ſeparata, & vt non ſint in rerum natura. & ſequitur vlterius, vt nullum aliud vniuerſale ſit ſubſtantia, nec ſeparatum, nec ens in rerum natura, & ſic in rerũ natura non erunt niſi ſingularia. Quare argumentũ Expoſitoris ẽt locum hẽre põt. *Quæ Auerr. Comm. 16.*

Præterea ſi ipſum unum non ſit ſubſtantia, patet neque numerum eſſe, ut quandam a rebus ſeparatam naturam. nã numerus quidem eſt unitates, unitas autem proprie unum quid eſt. ſi uero ſit quippiam ipſum unum, & ipſum ens neceſſe eſt ipſum unum, & ipſum ens ipſorum ſubſtantiam eſſe. non .n. aliud quicq̃ uniuerſaliter prædicatur, ſed hæc ipſa.

Secundo argumentatur hoc pacto ad idem ſecun-

dum Alexan.ſi ipſum ens,& ipſum vnum non ſit ſub-
ſtantia,numerus non erit ſubſtantia: quaſi quid diſcre
tum, ac per ſe exiſtens,vt Platoni, ac Pythagoricis vi
debatur. huius conſequentiæ cauſam aſsignat ex eo,
qm̃ numerus eſt vnitatum compoſitio, vnitas autem
idem eſt, atque vnum. Quare ſi ipſum vnum non ſit
ſubſtantia,nec vnitates quidem ſubſtantię erunt, ſi nõ
vnitates, nec numerus certe, quo fiet, vt numerus ac
cidens ſit, non ſubſtantia, cum vnum non ſit ſubſtan
tia,ſed alii cuipiam accidat: vnde dicit, præterea ſi ip-
ſum vnum non ſit ſubſtantia { patet neque numerum
eſſe naturam, vt quandam ſeparatam a rebus, } ideſt
patet neque numerum eſſe ſubſtantiam. intelligit e-
nim per naturam, vt quandam a rebus ſeparatam ſub
ſtantiam. deinde probat conſequentiam, & dicit
{nam numerus quidem eſt vnitates, } id eſt vnitatum
compoſitio {vnitas autem quod vnum quid eſt}.i.pro
prie vnum quid eſt, vel ſub vnũ vt genus continetur,
qm̃ vnum de ipſa prædicatur. Sed dices numerum nõ
eſſe ſubſtantiam, ſed accidens. eſt verum, qm̃ nume-
rus eſt de p̃dicamento quantitatis, quod eſt accidens.
Reſpondens Alexã. hoc abſurdum, quod intulit, non
Ariſt.ſed his incõmodum intulit, quibus placet nume-
rum eſſe ſubſtantiam quandam ſeparatam.Fuerunt.n.
vt diximus, quibus numerus ſubſtantia quædam eſſe
videretur. nam cui mathematica ſubſtantiæ quædam
eſſe videbantur, is numerum in ſubſtantiis habebat.
Expoſitores vero aliter & hoc pacto argumentantur,
ſi vnum non ſit ſeparatum, vt natura quædam per ſe
exiſtens,numerus non erit natura ſeparata ab his, quæ
ſunt in materia. conſequentia patet, quoniam nume
rus non eſt aliud q̃ compoſitio vnitatũ. Conſequens
vero eſt cõtra authores poſitionis, qui dixerunt nume
rum eſſe naturam quandam ſeparatã. Verum vtraq;
expoſitio venit in idem,vt proximo textu patet.Dein-
de argumentatur ẜm Alexã. ad oppoſitũ confirmans
vnum.ſ.& ens non eſſe ſubſtantias per ſe, & dicit {ſi
vero ſit quippiam ipſum vnum & ipſum ens}.i.ſubſtã-
tia, vt ſit antecedens ſi ipſum vnum, & ipſum ens ſit
ſubſtantia { neceſſe eſt ipſum vnum, & ipſum ens eſſe
ſubſtantiam ipſorum} ſubaudi de quibus prædicãtur
vnum & ens. ſequitur.n.vt eſſe ipſorũ, de quibus vnũ
& ens prædicantur non ſit aliud q̃ eſſe vnum, vel eſſe
ens,cuius rationem ſubdit{non enim aliud quicquàm
vniuerſaliter prædicatur}.i.neque.n.ens & vnum di-
uerſa ſunt á ſubiectis, de quibus prædicatur { ſed ſunt
hæc ipſa} .i.eadem eis,de quibus prædicantur.hæc eſt
Prima expõ Alexandri. vna expoſitio Alexandri. vel ſic vt ipſe etiam exponit
{non.n.aliud quicquam vniuerſaliter}ſubaudi de ſub
Secũda expõ. ſtantia {prædicatur,ſed ſunt hæc ipſa}.i.niſi vnum &
ens,vt quicquid eſt ſubſtãtia, vtrũ ſit,& ens, nec aliud
quicquam ſit,quam hæc ipſa. nam quemadmodum,
quia quod de hominibus prædicatur, id homo eſt,ic-
circo ea,de quibus p̃dicantur homines ſunt, nec aliud
quicquã,ſic eorũ ſubiecta, de quibus ens, & vnum in
ſubſtantia prædicantur, vnum erunt,& ens, ſi ens, &
vnum ſubſtantiæ quædam ſunt. nam neque aqua,neq;
ignis de entibus prædicantur, vt aqua vel ignis ipſo-
rum ſubſtantia eſſe dicatur, ſed ens, & vnum. quare ſi
ens,& vnum ſubſtantiæ ſunt,ac de entibus vniuerſali
ter prædicantur, hæc ipſa vnũ & ens.ſ.ſubſtantia erũt
eorum, de quibus prædicantur. dicit tamen Alexan-
der verba hæc {ſi vero ſit quippiam ipſum vnũ & ens,
neceſſe eſt ipſorum ſubſtantiam eſſe vnum ipſum, &
ipſum ens} in eos dicta accipi poſſe, qm̃ ens & vnum
dicebant eſſe ideas,per eos enim quibus ipſum vnum,
& ipſum ens ideas eſſe placebat, neceſſe eſt vnũ & ens
eſſe horum ſubſtantiam. non enim ipſum vnum & ip
ſum ens diuerſa exiſtentia vniuerſaliter de rebus præ-
dicantur. alioquin iam non eſſet ipſum ens, & ipſum
vnum. Sed hæc quatenus vnum eſt, & ens,de alijs vni Tertia expõ.
uerſaliter prædicantur. Vel ſic demum, nam nõ aliud
quicq̃ vniuerſaliter prædicatur, niſi hæc ipſa, hoc eſt,
quia non aliud de ipſo vno,& ipſo ente prædicatur,vt
ipſa ſint eius naturæ,quam id ſignificat, quod vniuer
ſaliter prædicatur, ſed hæc ipſa vnum & ens de ipſis p̃-
dicantur. Hæ ſunt tres expoſitiones Alexandri: qua-
rum prima perſpicua eſt, vltima vix intelligibilis. Ex-
poſitores vero putauerunt Ariſt.hic non eſſe argumẽ Differentia ex
tatum ad oppoſitum q̃onis, ſed eſſe argumentatũ cõ poſitionum.
tra ſecundam partem ſyllogiſmi: quem voluerunt eſſe
diuiſiuum, cuius prima pars refutatur per duo abſur-
da, ſecunda autem refutatur hic per vnum abſurdum.
At,vt diximus, Alexander voluit Ariſt.hic argumen-
tari ad oppoſitum quæſtionis, vt perſpicuum eſt.

*At uero ſi ſit quippiam ipſum ens, & ipſum unum, ma-
gna erit nimirum dubitatio, quonam modo quicquam aliud
præter hæc erit. dico autem hoc pacto quonam modo entia
erunt plura uno, id enim non eſt, quod eſt aliud ab ente. qua
re neceſſario ſit ratione Parmenidis, ut unum ſint omnia en-
tia, atque hoc ſit ens ipſum.*

Secundo Ariſt. argumẽtatur,& ẜm expoſitores hoc
modo,quicquid eſt diuerſum ab vno,vel ab ente, non
eſt ens. Sed ſi ipſum vnum,atque ipſum ens ſunt ſepa-
rata ab his entibus, quæ ſunt in materia,hæc entia quę
ſunt in materia,ſunt diuerſa ab ente,vel ab vno:Igitur
hæc entia,quæ ſunt in materia, non erunt entia. Qua
re non poterunt eſſe plura entia, quæ ſunt in materia.
Hæc expoſitio, vt mihi videtur, non conſonat verbis
Ariſt.propterea Alex.ſic argumẽtatur, ſi ens & vnum
ſubſtantiæ ſint,plura vno non erunt in rerum natura:
deducitur, quoniam ſi ens & vnum ſunt rerum ſubſtã
tiæ,omne quod eſt, erit vnum per ſubſtantiã: ſed plu
ra vno non ſunt vnum per ſubſtantiã:igitur plura vno
non erunt ens in rerum natura. vnde dicit { At vero ſi
ipſum ens, & ipſum vnum ſit quippiam }.i.ſubſtantia
rerum,quæ ſunt {magna erit nimirum dubitatio quo
nam modo quicquam aliud præter hæc}.ſ.ens & vnũ
{erit} deinde exponit id,quod intulit, & dicit { dico
autem hoc pacto, quonam modo } in rerum natura
{erunt entia plura vno. } qm̃ ſequitur, vt entia plura
vno non ſint in rerum natura, & hoc probat, & dicit
{id.n.non eſt}.ſ.in rerum natura { quod eſt aliud ab
ente} Sed plura entia vno, ſunt aliud ab ente, quoniã
ſunt aliud ab vno: ergo plura entia vno non erunt in
rerũ natura. deinde concludit obiter quòd omnia ſint
vnum,quod vnum eſt idem,quod ens,& dicit {quare
neceſſario ſit ratione Parmenidis,vt omnia entia}quæ
.ſ.ſunt in rerum natura{ſint vnum,& hoc}.ſ.vnum{ſit
ipſum ens}.i.quod quidem vnum eſt idem, quod ens.
Argumentum vero eſt tale,quicquid eſt præter ens:nõ
eſt in rerum natura: quicquid eſt præter vnũ,eſt præ-
ter ens.igitur quicquid eſt præter vnum,non eſt in re-
rum natura. Quare oportet omnia ea,quæ ſunt in re-
rum natura, eſſe vnum. Hæc eſt expoſitio Alex. quæ
multum conſonat verbis Ariſt. hanc expoſitionẽ etiã Quæ Auerr.
balbutiuit Auerroes licet valde obſcure, tamẽ colligit Comm. 16.
tan-

tandē vt nulla multitudo ſit omnino.& hoc ideo,quia apud Platonem vnum & ens ſignificant vnam intentionem numero,hoc eſt vnam ſubſtantiam particularem numero, & ita auferetur multitudo omnino : qm̄ cum multitudo non ſit vnum numero, multitudo nō erit ens omnino.

Vtroque autem modo difficultas eſt. nam ſiue ipſum unum non ſit ſubſtantia, ſiue ſit, quippiam ipſum unum, impoſſibile eſt numerum ſubſtantiam eſſe. Si igitur non ſit, dictum eſt antea id ob quod illud eueniet, ſin autem ſit, eadem dubitatio emerget, quæ de ente fieri ſolet, ex aliquo nanq; & præter ipſum unum erit hoc aliud unum. neceſſe eſt.n.unum non eſſe. omnia autem entia aut unum, aut multa ſunt, quorum unumquodq; eſt unum.

Nunc tertio oſtendit ex ea ratione, q̄ dicta eſt, eſſe difficultatem in opinione Platonis, vt placet expoſitoribus, & dicit {Vtroq; autem modo difficultas eſt} dico vtroq; modo {nam ſiue ipſum vnum non ſit ſubſtantia}.ſ.ſeparata {ſiue ipſum vnum ſit quippiam}.i. ſubſtantia ſeparata, quicquid horum detur {impoſſibile eſt numerum ſubſtantiam eſſe}.ſ.rerum,quæ ſunt. deinde exponit partes,& primo primā,& dicit { Si igitur} ſubaudi vnum {non ſit} .ſ.ſubſtantia ſeparata {dictū eſt antea id, ob quod illud eueniet}.ſ.vt numerus non ſit rerum ſubſtantia. nam dictum eſt, ſi vnum nō eſt ſubſtantia ſeparata, numerum non eſſe ſubſtātiam ſeparatam,& ſi numerus non eſt ſubſtātia ſeparata, numerus non eſt rerum ſubſtantia. qm̄ apud Platonem numerus non poteſt eſſe rerum ſubſtantia, niſi numerus ſit ſubſtantia ſeparata. & hoc totum eſt dictum antea. deinde exponit ſecundam partem,& dicit { ſin autem} ipſum vnum.ſ.{ſit}ſubſtantia ſeparata {eadē dubitatio emerget, quæ de ente fieri ſolet} dubitatio vero de ente ſeparato hæc eſt, nam ſi detur ens ſeparatū ab entibus ſenſibilibus, nullum ens ſenſibile erit ens. qm̄ quicquid eſt præter ens ſeparatum,eſt nihil: omne ens ſenſibile eſt præter ens ſeparatum: igitur omne ens ſenſibile eſt nihil.Simili modo de vno ſeparato,qm̄ quicquid eſt præter vnum ſeparatum, eſt non vnum: omne ens ſenſibile,& omne vnum ſenſibile eſt præter vnum ſeparatum : ergo ens ſenſibile, & vnum ſenſibile eſt non vnum. vnde dicit { ex aliquo nanque} compoſitum, quale eſt vnum ſenſibile,quod eſt ex materia {& præter ipſum vnum}.ſ.ſeparatū { erit hoc aliud vnum}.ſ.ſenſibile,quod eſſe abſurdum probat,& dicit {neceſſe eſt enim} aliquod { vnum non eſſe}.ſ.in rerū natura. Quòd ſi tale vnum materiale non eſt,nec multitudo erit,qm̄ omnis multitudo ex vno materiali cōſtat. deinde deſtruit hoc probans, ꝙ multitudo ſit,& dicit {omnia autem}.i.ſed multitudinem non eſſe eſt abſurdum,qm̄{omnia entia}quæ.ſ.in rerū natura ſunt {aut vnum,aut multa ſunt}quorum.ſ.multorū{vnūquodq; eſt vnum}.i.vnaquæq; pars eſt vnitas. Quare ſi vnum ſenſibile nō eſt, nec multitudo erit. Animaduerte ī toto hoc proceſſu ſuppoſuiſſe Ariſt. ens & vnū apud Platonem non dici niſi ſecūdum rationem vnā, & ideo apud eum, quicquid eſt præter ens, & præter vnum ſeparatum,quod ipſe ponebat ſubſtātiam rerū, eſt præter omne ens,& ſic eſt nihil. qm̄ ens, & ſeparatum ens idem eſt omnino. Simili modo ſubſtantia,& ſubſtantia ſeparata,numerus & numerus ſeparatus idē eſt apud Plato. ſecus aūt apud Ariſtot.qui ens,& vnū, & ſubſtantiam, & numerum æquiuoca eſſe putat entibus ſeparatis,& ſenſibilibus: vt.4.huius declarabitur. Hæc ad mentem expoſitorū puto eſſe aſſerenda. Alex. autem vult Ariſt. nunc confirmare quāuis vnū ſubſtātia ſit,non tamen numerum ſubſtantiam eſſe poſſe.ſ. quia omnino non erit, cum præter vnum nihil ſit futurum. nam quod eſt præter vnum, non eſt vnum,quēadmodum quod eſt præter ens,non eſt ens. Quòd aūt multa eſſe non poſſint, patet, quia multa ex multis vnitatibus conſtituuntur.multę aūt vnitates eſſe non pn̄t, alioquin præter vnum quicquam eſſe. ꝙ ſi multa eſſe non poſſunt, nihil certe magis numerus, cum numerus vnitatum multitudo multa ſit. Quam expoſitionē laborat applicare verbis. Ego vero cum nō potuerim hanc expoſitionem verbis applicare,iure eam prætermiſi ijs, qui poterunt. Si quis tamen voluerit, poterit applicare alia ratione hoc pacto { vtroque autem modo difficultas eſt.ſ.in opinione Platonis, nam ſequitur ſecundum eius opinionem vt numerus non ſit ſubſtātia. quod eſt contra eum, & ꝙ hoc ſequatur, probat, & dicit {nam ſiue ipſum vnum non ſit ſubſtantia, ſiue ſit quippiam.i.ſubſtantia { ipſum vnum, impoſſibile eſt numerum ſubſtantiam eſſe } qm̄ impoſſibile eſt numerum eſſe,vel fore omnino, & ſi impoſſibile eſt numerum eſſe, vel fore, impoſſibile eſt numerum eſſe ſubſtantiam deinde exponit primam partem, & dicit {ſi igitur non ſit}.ſ.vnum ſubſtantia {dictum eſt antea id,ob quod illud eueniet. illud}.ſ.vt numerus non ſit ſubſtantia. nam dictum numerum eſſe vnitatum cōpoſitionem. & ita ſi vnum non ſit ſubſtantia, nec numerus erit ſubſtantia. vel dictum eſt id, ob quod ſequitur numerum non eſſe ſubſtantiam, qm̄ dictum eſt, ſi vnum non eſt ſubſtantia, numerus non eſt. non enim eſſe poteſt numerus. niſi vnum ſit ſubſtantia: & ſi numerus non eſt,numerus non erit ſubſtantia: & ſic patet prima pars. deinde probat ſecundam partem,& dicit{ſi igitur}ſubaudi vnum {ſit}.ſ.ſubſtantia: {eadem dubitatio emerget, quæ de ente fieri ſolet } videlicet vt numerus non ſit, quia non eſt vnū, ſicut non eſt id, quod non eſt ens. Quòd autem numerus non ſit,probat & dicit {ex aliquo nāq; &} .i.quod eſt {præter ipſum vnum,erit hoc aliud vnum}.ſ.numerus erit. nam erit ex multis,quæ ſunt præter vnum. Numerū enim appellauit aliud vnum, & reddit cauſam quare numerus eſt aliud vnum,& dicit {neceſſe eſt.n.vnū nō eſſe } Numerus.n.non eſt vnum, ſed hoc eſt abſurdum qm̄ {omnia entia aut vnum aut multa ſunt, quorum}.ſ. multorum vnumquodq; vnum eſt, veluti pars. At ſi hæc applicatio tibi non placuerit, recurre ad primam, qm̄ illa captu facilis eſt. Vtrum vero ſit ad Ariſt.mentem, conſideratione dignum eſſe arbitror.

Præterea ſi indiuiſibile ſit ipſum unum, nihil erit profecto Zenonis opinio. quod enim neque cum additur, neq; cum aufertur maius, uel minus aliquid facit, id aſſerit nō eſſe ens. quippe cum ens magnitudo ſit, & ſi magnitudo, corporea eſt. hoc enim omni ex parte eſt ens, cætera uero ſi addantur, partim faciunt maius, partim non faciunt, ut ſuperficies, & linea. punctum autem, & unitas nullo pacto faciunt maius. *Zenonis opinione.* κατὰ μὲν τὸ ζήνωνος ἀξίωμα. *Secundum Zenonis dignitatem.*

Secundum expoſitores hęc eſt ſecunda ratio ad probandum vnum ſeparatum, quod eſt indiuiſibile,nihil eſſe hoc pacto, ens eſt quod additum alicui facit maius, ſubtractum vero minus.hanc maiorem pro dignitate habebat Zeno,vnum ſeparatum,quod eſt ſimpliciter indiuiſibile, nec additum alicui facit maius, nec

ſubtractum facit minus: Igitur vnum ſeparatũ, quod eſt ſimpliciter indiuiſibile nihil eſt. de ratione primo affert concluſionem ſub forma propoſitionis hypotheticæ, & dicit {Præterea ſi ipſum vnum}.ſ.ſeparatum {ſit indiuiſibile, nihil erit profecto Zenonis opinio}.i.Zenonis ſententia, ac proloquio: ſiue dignitate, deinde exponens dignitatem Zenonis, accipit maiorem, & dicit {quod enim neque cum additur, neq; cum aufertur, maius, vel minus aliquid facit, id aſſerit non eſſe ens} hæc eſt dignitas Zenonis, fuit autem hic Zeno Eleata Parmenidis diſcipulus, cui nihil omnino eſſe placebat, quod cuipiam additum ipſum maius nõ efficeret, nec ſeductum, minus. hæc eſt maior. deinde reddit cauſam, quæ ſolum apud eum locum habebat.ſ.ens, & corpus conuertunt inter ſe. & dicit {quippe cum ens magnitudo ſit, & ſi {ens} magnitudo eſt, corpora eſt} Cuius rationem affert, & dicit {hoc.n.} .ſ.corpus {omni ex parte eſt ens} quoniam corpus additum alicui facit maius ſecundum lineam, & ſecundum ſuperficiem, & ſecundum profunditatem, & ſubtractum ſimiliter ſm omnem dimenſionem facit minus {Cætera vero}.i.ſed cæteræ magnitudines {ſi addantur, partim faciunt maius, partim non faciunt, vt ſuperficies, & lineæ} Linea.n.addita lineæ ſm longitudinem facit maius, ſm vero latitudinem, non facit. Superficies etiam addita ſuperficiei ſm latitudinẽ facit maius, & ſecundum longitudinem, ſed non ſecũdum profunditatem. ergo ſunt partim ens, partim nihil. Ex ea enim parte, qua maius faciunt, ſunt entia. Ex altera vero, qua non faciunt ſunt non entia. Hæc de maiore ſyllogiſmi, & de eius expoſitione. Deinde affert minorem, & dicit {punctum autem & vnitas}.ſ.ſeparata {nullo pacto faciunt maius}.ſ.ſi alicui addantur, nec minus, ſi demantur: igitur punctum & vnitas nihil ſunt, & ſic argumento Zenonis patet vnum ſeparatum nihil eſſe.

Sed quoniam hic inepte admodum contemplatur, & poteſt in ratione rerum aliquid indiuiſibile eſſe, ut & hoc pacto ſit & ad illum quædam reſponſio. nam tale non maius quidẽ, ſed plus faciet, ſi addatur.

Introducit quandam reſponſionem, quæ eſt vt cõcedatur vnum, quod eſt indiuiſibile, nõ facere maius, neque minus, tamen facere plus, vel paucum: & hoc ſufficit ad rationem entis vt videlicet in continuis maius, in diſcretis plus faciat. vnde dicit {Sed quoniam hic}.ſ.Zeno {inepte admodum contemplatur, & poteſt in ratione rerũ aliquid indiuiſibile eſſe} ideo fieri poteſt {vt & hoc pacto ſit & ad illum quædam reſponſio} quæ ſi non ſit ad rem, ſaltem tamen habeatur ad hominem: quam reſponſionem explicans dicit {nã tale} ſcilicet vnum indiuiſibile {non maius quidem} vel minus, ſed plus {faciet} vel paucum {ſi addatur} vel dematur. ſed verba illa {& poteſt in ratione rerum aliquid indiuiſibile eſſe} in codice noſtro ſic legũtur καὶ οὐκ ἐνδέχεται εἶναι ἀδιαίρετόν τι .i.& non contingit eſſe indiuiſibile aliquid, & tunc erit ſenſus, ſed quoniã Zeno inepte contemplatur {&}.i.itaq; {non contingit eſſe indiuiſibile aliquid} ſecundum eum: ideo oportet eſſe ad eum aliquam reſponſionem.

Sed quonam pacto ex una tali, uel pluribus magnitudo erit? eſt enim hoc perinde atque ſi linea ex punctis conſtare dicatur.

Contra eam reſponſionem obiicit ex ſententia Pythagoricorũ primo, vbi annotatione dignum Pythagoricos, vt Alexander inquit, illud vnum aſſeruiſſe nõ ſolum numerorum cauſam eſſe, ſed magnitudinũ. modo licet vnum additum alteri faciat plus, & ſic ſit cauſa numeri, non tamen videtur poſſe eſſe cauſa magnitudinis, vt Pythagorici putauerunt, ex eo quia facit plus. non enim ex vno indiuiſibili, vel pluribus, quia faciunt plus, conſtituitur magnitudo. nam hoc dicere ſimile eſt, ac ſi dicatur lineam componi ex punctis, quia tam vnitates quàm puncta indiuiſibilia ſunt: vnde dicit {Sed} ſubaudi quærendum {quonam pacto ex vno tali, vel pluribus} talibus {magnitudo erit}.ſ. ex ea parte, qua indiuiſibile additum facit plus {eſt.n. hoc}.ſ.dicere {perinde, atq; ſi dicatur linea ex pũctis cõſtare} quia tam puncta q̃ vnitates indiuiſibilia ſunt.

At uero & ſi quiſpiam hoc pacto putat, ut ex uno ipſo, ac alio non uno quoddam, numerus ipſe fiat, quemadmodum quidam dicunt, non minus tamen quærendum eſt, cur, & quomodo interdum numerus, interdum magnitudo id erit, quod inde oritur, ſi non unum ipſum inæqualitas, & natura eadem erit. non enim patet aut quonã pacto ex uno ac ipſa, aut quo modo ex numero quodam, & hac eadem magnitudines fient, & orientur.

Cum contra eam reſponſionem obieciſſet per ea, q̃ Pythagorici fatentur, nunc obijcit per ea, quæ Platonici dicunt. Platonici enim aſſerunt, & numeri, & cæterarum magnitudinum duo eſſe principia vnum videlicet, & aliud quoddam non vnum, hoc eſt numerum quendam, quem Plato inæqualitatem, & indefinitam dualitatem vocat, quam indefinitam dualitatẽ magnum & paruum appellabat. hæc ergo duo putabat numerorum, atq; magnitudinum principia. quærit ergo Ariſtoteles quomodo ex vno, & ex non vno, quæ eſt indefinita dualitas coniunctis hoc quidem numerus, illud vero magnitudo fit. non enim numeri tãtum ex his, ſed etiam magnitudines per Platonem generantur, nã ſi inæqualitas, & dualitas indefinita, quæ vna eademq; natura ſunt principium eſt numerorũ, & magnitudinem, quomodo ex vno & ex hac copulatis magnitudo aliqua effici poteſt, cum hæc vim numeri generãdi habeant? vnde dicit {At vero & ſi quiſpiam hoc pacto putat, vt ex vno, ac alio nõ vno quodam} qui eſt quidam numerus, inuicem copulatis {numerus ipſe fiat, quemadmodum quidam}.ſ.Platonici {dicunt, non minus tamen quærendum eſt, cur, & quomodo} ex illis inuicem copulatis {interdum numerus, interdum magnitudo id erit, quod inde oritur} quæ difficultas potiſsimum oritur {ſi ipſum non vnum inæqualitas & natura eadem erit} nam ſi vna eademq; natura erit, non videtur quomodo ex illa fieri poſsint diuerſa, cum ab vno non niſi vnum proficiſcatur {Non enim patet aut quonam pacto ex vno ac ipſa} ſcilicet inæqualitate copulatis inuicem magnitudines fient, & orientur} Sed quia aliquis dicere poſſet numerũ primo fieri ex his, deinde ex numero magnitudines, ideo ſubdit {aut quo modo ex numero quodam, & hac eadem,} ſcilicet inæqualitate {magnitudines fient, & orientur} hæc enim difficultas in doctrina Platonis eſſe videtur. difficultas vero prior in doctrina Pythagoricorum. quo vero ad verba attinet, cum dicit {ſi nõ vnum ipſum inæqualitas & natura eadem erit} ideſt ſi non vnum ipſum eſt inæqualitas, quæ inæqualitas eſt

vna

vna & eadẽ natura, quomodo ex hac fieri poſſunt numeri, & magnitudines ex eiſdem enim quo eadẽ ſunt, diuerſa non poſſunt generari: cum ab vno inquantũ eſt vnum, non proueniat niſi vnum: vt ſuperius dictũ eſt. De ſolutione huius q̃ſtionis non eſt hic locus diſſerendi, ſed a. 4. huius reſpõſio, & dilucidatio petẽda eſt.

CAP. VI.

Num Numerus & magnitudo ſubſtantiæ ſint, vel ne.

Comm. 4. TEX. 17. *Poſt hæc autem ſequitur dubitatio utrum numeri, corpora, ſuperficies, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint, aut non ſint.*

Nunc diſputat vigeſimamtertiam quæſtionem quã more ſolito primo mouet, & dicit {poſt hæc autem ſequitur dubitatio, vtrum numeri, corpora, ſuperficies, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint}. ſ. rerum {aut non ſint}. ſ. ſubſtantiæ rerum, ſed accidentia, ſed quoniam græca verba ſunt, ἐχομένη ἀπορία, ideſt contigua dubitatio, ideo Expoſitores laborant declarare, quonam modo hæc quæſtio ſit contigua quæſtioni proximæ, & dicunt hanc quæſtionem eſſe contiguam quæſtioni proxime, ſicuti numerus contiguus, ac proximus eſt vnitati. nam proxima quæſtio quærebat, vtrum vnũ ſit rerum ſubſtantia, hæc quærit vtrum numeri ſint rerum ſubſtantiæ. ſiquidem corpus, ſuperficies, & linea numeri ſunt. quoniam ſicuti punctum eſt vnitas, quæ poſitionem habet, ſic linea eſt dualitas poſitionem habens, & ſuperficies trinitas poſitionem habens, & corpus quatrinitas etiam poſitionem habens. quare cum hæc quæſtio ſit de numeris, præcedens autem de vnitate, hæc videtur illi ἐχομένη .i. contigua, ac immediata: modo videlicet quo numerus eſt contiguus vnitati.

Nam ſi non ſint, præterit nos quidnam ſit ens, & quænã ſint ſubſtantiæ rerum? affectus.n. motus, relationes, diſpoſitiones, ac orationes nullius rei ſubſtantiam ſignificare uidentur. omnia nanq; de aliquo ſubiecto dicuntur & nihil hoc aliquid eſt. Quæ uero maxime ſubſtantiam ſignificare uidentur, ſunt ignis, aqua, & terra, ex quibus corpora mixta conſtant, horum autem caliditates quidem, frigiditates, ac tales affectus non ſunt ſubſtantiæ, ſed corpus ſolum, quod hæc patitur, atq; ſuſcipit, permanet, quia eſt quid, & ſubſtantia quædam.

Cum mouiſſet quæſtionem, nunc argumentatur ad partes, & primo argumentatur qui corpora ſint ſubſtãtiæ, & vis ſyllogiſmi eſt, Omnia entia aut ſunt corpora, aut quædam corporum qualitates: ſubſtantiæ nõ ſunt corporum qualitates: igitur ſubſtantiæ ſunt corpora, & econuerſo corpora ſunt ſubſtantiæ. procedit ergo interrogatiue, & dicit {nam ſi} corpora ſubaudi {non ſint} ſubaudi rerum ſubſtantiæ {quidnã ſit ens, &} pro. i. {quænam ſint ſubſtantiæ rerum} deinde accipit minorem. ſ. ꝙ ſubſtantiæ non ſint corporum qualitates, & dicit {affectus enim motus, relationes, diſpoſitiones, ac orationes nullius rei ſubſtantiam ſignificare videntur} & per affectus, vt auerroes inquit in præſenti loco intelligit paſsibiles qualitates, & per diſpoſitiones qualitates primę ſpeciei & habitus, per orationes vero ſpeciem quantitatis, deinde reddit cauſam huius minoris, & dicit {omnia nãq; hæc, quæ enumerata ſunt {de aliquo ſubiecto dicuntur, & nihil}. i. nullum eorum {hoc aliquid eſt} & ſic patet minor. ſ. quòd ſubſtantiæ non ſint corporum qualitates. deinde hãc rationem exponit in exẽplis & primo in illis quæ ſunt ſubſtantiæ. & dicit {quæ vero maxime ſubſtantiæ ſignificare videntur, ſunt ignis aqua, & terra, ex quibus corpora mixta conſtant} Prætermiſit autẽ aerem, quia minus ſenſibilis eſt, & ob hanc cauſam aliqui opinati ſunt aerem nihil eſſe. deinde exemplum affert in eis, quæ non ſunt ſubſtantiæ, & dicit {horum autem caliditates quidem, frigiditates, ac tales affectus, non ſunt ſubſtantiæ, corpus autem ſolũ, quod hæc patitur, atq; ſuſcipit, permanet, quia eſt quid, & ſubſtantia quædã} Ex his perſpicua eſt ratio, quæ probat corpora eſſe rerum ſubſtantias: & breuiter conſiſtit in hoc, quoniam cætera alia a corporibus accidentia ſunt. ergo ſola corpora ſunt ſubſtantiæ rerum.

At uero corpus eſt minus ſubſtantia q̃ ſuperficies. & hæc minus quam linea, & linea minus quam unitas punctumue ſubſtantia eſſe uidetur. his enim corpus definitur, & hæc quidem ſine corpore poſſe eſſe uidentur: corpus autem ſine his eſſe nequit.

Expoſitores Ariſtotelẽ ad alia procedere aſſerunt, quæ etiam magis eſſe videntur ſubſtãtiæ q̃ corpus, vnde & Alexan. etiam confirmat Ariſtotelem docere corpus minus eſſe ſubſtantiam, q̃ ꝓprios ipſius terminos. quoniã ſuperficies magis eſſe videtur ſubſtantia q̃ corpus, & linea q̃ ſuperficies, & punctum quàm linea, ſed cur hæc oſtendat, Alexan. cauſam aſsignat, quia Ariſt. oſtenſurus eſt corpus non eſſe ſubſtantiam. per locũ a magis, & minus hoc pacto, ſi quæ magis ſubſtãtiæ eſſe videntur, ſubſtantiæ non ſunt, certe nec quæ minus. ꝙ autem corpus minus quàm hæc, ſubſtantia ſit, duplici probat argumentatione, altera ſic, quibus aliquid definitur, ea magis ſubſtantia ſunt, quàm definitum ab ipſis: corpus autem a ſuperficie linea, & puncto definitur: hæc igitur q̃ corpus magis ſunt ſubſtantia. primo proponit cõcluſionem, & dicit {At vero corpus eſt minus ſubſtantia quàm ſuperficies, & hæc minus q̃ linea, & linea minus quàm vnitas, punctumve ſubſtantia eſſe videtur} hæ ſunt quatuor concluſiones: quarum prima eſt, corpus eſt minus ſubſtantia quàm ſuperficies. ſecunda, ſuperficies eſt minus ſubſtantia quàm linea. tertia, linea eſt minus ſubſtantia quàm punctum. quarta, punctum eſt minus ſubſtãtia quàm vnitas. Quæ omnes ponuntur propter hanc concluſionem. quintam videlicet, ꝙ corpus ſit minus ſubſtantia omnibus his. deinde probat hanc concluſionem, propter quam ponuntur illæ quatuor, aſsignans de argumentatione ſolam minorem, & dicit {his enim corpus definitur {eſt enim corpus magnitudo, quæ terminatur altitudine, latitudine, longitudine, & puncto: hæc erat minor. Simili ratione probari poteſt ſuperficiẽ eſſe minus ſubſtantiam linea, quoniam definitur per eam, eſt enim ſuperficies, cuius extrema ſunt duæ lineæ. & lineam minus quàm punctum, quoniam linea eſt longitudo, quæ terminatur punctis. & punctum minus quàm ſit vnitas, quia punctum eſt vnitas poſitionem habens. Sed dices, maior quam ꝑtermiſit, non videtur vera, Dubitatio. non enim ea, quibus aliquid definitur, uidentur magis ſubſtantiæ quàm illud quod definitur. Homo enim definitur per animal, & tamen animal non eſt magis ſubſtantia quàm homo. Dicendum quòd hæc argumentatio eſt probabilis, & non demonſtratiua, & probabilitas ſecundum Alexandrum eſt, quoniam quod definitur, conſtituitur in ſpecie per ea, quibus definitur.

etiam quod definitur, informatur per ea, quibus definitur. Hæc enim cauſa redditur ab ipſo cur forma q̃ materia magis ſubſtantia ſit. Secundum autem Expoſitorem probabilitas eſt ex eo, quia definitio ſubſtantiam ſignificat, & ſic cum definientia videantur ſubſtã tiam afferre rei, quæ definitur: iure definientia videntur magis ſubſtantiæ. Altera argumentatio ſeſe ad hũc modum habet, quorum eſt ea conditio, vt hoc abſq; illo eſſe poſsit, & non econuerſo, in his, quod eſſe per ſe poteſt: magis eſt ſubſtantia, Corpus autem corporisq; termini ſic ſe habent, vt termini abſq; corpore eſſe poſsint, non item corpus abſq; illis: Termini igit̃ magis ſunt ſubſtantia quàm corpus. de ratione affert minorem, & dicit {& hæc quidẽ}.ſ.quæ termini corporis ſunt {ſine corpore poſſe eſſe videntur, corpus autẽ ſine his eſſe nequit} hæc eſt minor, quo vero ad verba ipſa attinet, dixit {poſſe eſſe videntur} ſubſiſtere.n. nihil horum abſque corpore poteſt: non magis quàm corpus ſine his. Intelligẽtia vero, & ratione hæc poſſunt eſſe ſine corpore, non autem corpus ſine his, quia corpus ſine ſuperficie intelligi non poteſt, nec ſuperficies ſine linea, nec linea ſine puncto. quoniam hæc in ipſorum definitionibus continentur. nam corpus, vt diximus, eſſe cenſetur magnitudo, quæ longitudinem, latitudinemq; habet, & altitudinem. Superficies, quę longitudinem, atq; latitudinem. Linea vero longitudo eſt non lata, cuius termini ſunt puncta. at punctum ſine linea, hæc ſine ſuperficie, & ſuperficies ſine corpore intelligitur. Recte ergo dixit {poſſe eſſe videntur} & non ſimpliciter eſſe poſſunt. Sed occurres, nam animal eſſe poteſt intelligentia & ratione abſq; homine, at homo nequaquã abſq; animali, & tamen animal nõ eſt magis ſubſtantia quàm homo. Dicendum, vt prius hanc argumentationem eſſe probabilem, non autem demonſtratiuam: atque neceſſariam, & eius probabilitas eſt, vt Expoſitor ait, quia cum ſubſtantia ſit primum in entibus, illud quod eſt prius, probabile eſt, vt ſit magis ſubſtantia, licet non ſit neceſſarium id eſſe magis ſubſtantiam. *Dubitatio.*

Quocirca pleriq; homines quidem, ac ueteres corpus quidem ſubſtantiam, & ipſum ens eſſe arbitrabantur. Cætera uero huius affectus. quare & principia corporum, principia rerum eſſe putabant.

Cum narraſſet argumentationes, quibus probauerat corpora eſſe potiſsimum ſubſtantias rerum: nunc ad illius ſententiæ confirmationem, priorum citat opiniones: quorum antiquiores, quiq; parum exacte de rebus diſſeruerunt ſubſtantias rerum corpora, ac principia corporũ corporea eſſe ſtatuebant. & dicit {Quocirca}.i.propter ſupradictas rationes igitur {plerique homines quidem, ac veteres} ſubaudi qui parum exacte de rebus diſſeruerunt {corpus quidem ſubſtantiã, & ipſum ens eſſe arbitrabantur, cætera vero}.ſ.præter corpus {huius affectus}.i.accidentia corporis. deinde exponit qualia principia quærebant, & dicit {quare} .ſ.volentes rerum principia inquirere, atq; entium & ſubſtantiarum {& principia corporum principia rerũ} .ſ.ſubſtantiarũ & entium {eſſe putabant} vt lib.1.expoſitũ eſt: & ſic ſolum corporea principia inquirebant.

Poſteri aũt, & ij qui ſapientiores his eſſe ſunt uiſi, numeros.

Nunc narrat opinionem Pythagoricorum, & Platonis, & dicit {Poſteri autem}.i.poſteriores vero his {& ij, qui ſapientiores his eſſe ſunt viſi} videlicet Pythagorici, & Plato, qui habiti ſunt ſapientiores {numeros} ſubaudi dicebant eſſe principia rerum. Cuius rationem affert Expoſitor, quia numeri componũtur ex vnitate, quæ eſt vna potiſsimum rerum ſubſtantia. vel melius cũ Alexandri expoſitione, quia numeri magis quàm corpora ſunt ſubſtantiæ: cum ſuperficies trinarius, linea binarius, numeri ſint, punctum autem vnitas: q̃ magis ſubſtantias eſſe quam corpus ſuperius oſtendit. Quòd ſi hæc ſint magis ſubſtantia quàm corpus, & hæc ſint numeri, ſit, vt numeri magis quàm corpus ſubſtantia ſint: & magis q̃ corpus rerũ principia.

Vt igitur dicebamus, ſi non ſint hæc ipſa, ſubſtantia: nulla prorſus erit ſubſtantia, nullumq; omnino ens. nõ enim ea, quæ his accidunt, dignum eſt entia appellare. At uero ſi id quidem concedatur, ut uidelicet longitudines, ac puncta magis q̃ corpora ſubſtantia ſint: hæc autem quorum nam ſint corporum, non uidemus, (eſſe enim in ſenſibilibus nequeũt) non erit profecto ſubſtantia ulla.

Expoſitor hunc textũ diuidit in duas partes, In quarum prima Ariſto. inferre vnam hypotheticam ait, & eam veram eſſe oſtendere. In ſecunda ibi {ſi id quidem concedatur} afferit Ariſtotelem obijcere in contrariũ, probareq; corpora non eſſe ſubſtantias. Alexander vero vult Ariſtotelem in toto hoc textu probare corpora nec eſſe ſubſtantiam, nec ens. & eius ſyllogiſmus eſt loco a magis ad minus hoc pacto, ſi quæ magis ſubſtantiæ eſſe videntur, ſubſtantiæ non ſunt, certe nec q̃ minus: ſed ſuperficies, linea, & puncta magis q̃ corpora ſubſtantiæ videntur eſſe, vt ſuperius oſtendit, & tamen non ſunt ſubſtantiæ: Igitur nec corpora ſubſtã tiæ erunt. vel hoc pacto, ſi ſuperficies, linea & puncta non ſunt ſubſtantia, nulla prorſus erit ſubſtantia, nullumq; omnino ens. hæc oſtenſa eſt ſuperius, quia ſi q̃ magis videntur eſſe ſubſtantiæ, & non ſunt, quæ minus eſſe videntur ſubſtantiæ, non erunt ſubſtantiæ: Sed ſuperficies, linea, & punctum non ſunt ſubſtantiæ: igitur nec corpora. Primo ergo accipit maiorem, & dicit {vt igitur dicebamus, ſi hæc ipſa} ſcilicet ſuperficies, linea, & punctum {non ſint ſubſtantia, nulla prorſus erit ſubſtantia, nullumq; omnino ens} non.n.corpora, vt quę minus ſint ſubſtantia, non item quę corporum ſunt accidentia {non enim ea, quæ his} .ſ.corporibus {accidunt, dignum eſt entia}.i.ſubſtantias {appellare} rerũ. hæc eſt maior, & eius probatio. deinde minorem non explicat, ſed probationem maioris, & dicit {at vero ſi id quidem concedatur, vt videlicet longitudines} ſubaudi ſuperficies {ac puncta magis quàm corpora ſubſtantia ſint} hæc erat probatio maioris, ſed minor ſubaudienda eſt, vt Alexan. ſubaudit hoc modo {hæc autem}.i.& hæc non ſunt ſubſtãtia, nam ſi linea, ſuperficies, & puncta ſint ſubſtantia {quorum nam ſint corporum, non videmus} Cuius rationem affert, & dicit {eſſe enim in ſenſibilibus nequeunt} quale enim punctũ definimus, nihil tale in corporibus ſenſibilibus eſt reperire, nec qualem lineam, cum minime accipere liceat in corpore ſenſibili longitudinem a latitudine ꝑfus ſeparatam, nec itẽ ſuperficiem ſine altitudine. itaq; ſi hæc entia eſſent, & ſubſtantiæ, in corporibus ſenſibilibus haberentur, quare ſi non habeantur in corporibus ſenſibilibus, ne ſubſtantiæ quidem fuerint. demũ affert concluſionem, & terminat ſuſpenſionem, & dicit {non erit profecto ſubſtantia vlla} & ita corpora

non

non erunt ſubſtantia, nec ens, & vis totius ſyllogiſmi eſt, ſi quæ magis videntur eſſe ſubſtantiæ, non ſunt, q̃ minus ſubſtantiæ eſſe videntur, non erunt ſubſtantiæ: ſed magis videntur ſubſtantiæ ſuperficies, linea, & punctum q̃ corpora, vt oſtenſum eſt ſuperius, & non ſunt ſubſtantiæ. quod probatur, qm̃ ſi ſunt entia, & ſubſtã tiæ, in corporibus ſenſibilibus erunt. ſed horum nullũ eſt in corporibus ſenſibilibus vt probatũ eſt. Igitur horum nullum eſt ſubſtantia, aut ens. hæc eſt vis ſyllogiſmi, vt Alexandro placet: & expoſitio totius textus.

Præterea hæc omnia partim in latitudinem, partim in altitudinem, partim in longitudinem corporis diuiſiones eſſe uidentur.

Secũdo idem probat hoc pacto, quæ ſunt corporũ affectiones, & in diuiſione corporum fiunt, non ſunt ſubſtantia: ſed ſuperficies, linea, & punctum ſunt corporum affectiones, quæ in diuiſione corporum fiunt: igitur non ſunt ſubſtantia. De ratione affert minorem, & dicit {Præterea hæc omnia}.ſ. ſuperficies, linea, & punctum {partim in latitudinem, partim in altitudinẽ, partim in longitudinem, corporis diuiſiones eſſe videntur} in latitudinem quidem, quia corpus à linea per latitudinem ſecatur. in altitudinẽ vero, quia corpus a ſuperficie per altitudinem diuiditur. in longitudinem deniq;, quia corpus a puncto in longitudine ſeparatur. ergo ſuperficies, linea, & punctum, aut ſunt diuiſiones corporum, aut indiuiſionibus corporum conſiſtunt. non ergo poſſunt eſſe ſubſtantiæ. cum diuiſiones corporum nec ſint ſubiecta, nec in propria natura conſiſtentes: verbum vero diuiſiones græce eſt, ſi διαιρέσεις, & diuiſiones intelligit Alexander in ſua lingua. Et Auerroes loco verbi diuiſiones legit differentias. in tranſlationibus Argyropyli, & Expoſitoris, legitur, dimenſiones, & ſic puto dictionẽ eſſe corruptã.

Qui Auer. com. 17.

Inſuper æque in ſolido quæuis figura eſt. quare ſi neque in lapide Mercurius ſit, neque teſſeræ dimidium ſit in teſſera ſic definitum: ergo neque ſuperficies erit. nam ſi quæuis eſſet, & ipſa profecto eſſet, quæ dimidium ipſum definit. eadem & de linea, & puncto, ac unitate eſt ratio.

Hæc eſt tertia argumentatio ad idem, quæ apud expoſitores poteſt hoc pacto componi, omnis ſubſtã tia alicuius eſt actu in eo, cuius ponitur ſubſtantia: ſed ſuperficies, linea, & punctum non ſunt actu in eo, cuius ponuntur ſubſtantiæ: igitur non ſunt ſubſtantiæ alicuius. probat minorem, ex eo, quia pari ratione ſuperficies, & figura ſunt in ſolido & in corpore: ſed figura non eſt actu in corpore: igitur nec ſuperficies: ꝙ autem figura non ſit actu in corpore, probat inductione, qm̃ Mercurius non eſt actu in lapide, nec figura dimidij teſſeræ eſt actu in teſſera: & ſic de alijs figuris. igitur nulla figura eſt actu in corpore. Alexander vero quaſi in idem veniens ſic componit, quæ conſideratione in corporibus eſſe dicuntur, non ſunt ſubſtantiæ: ſed linea, ſuperficies, & punctum conſideratione in corporibus eſſe dicuntur: igitur non ſunt ſubſtantiæ. minorem probat ex eo, quia pari ratione ſuperficies, & figura reperiuntur in corporibus: ſed figura cõſideratione eſt in corporibus, anteq̃ ſit formata, vt patet inductione. ergo ſuperficies cõſideratione eſt in corporibus de ratione affert probationẽ minoris, & dicit {præterea æque in ſolido}.i. in corpore {quæuis figura eſt} ſubaudi & ſuperficies, quoniam vtraque in corpore eſt ſola conſideratione. tunc affert minorem, & dicit {quare ſi neq; in lapide Mercurius ſit} ſubaudi antequam fuerit formatus, niſi conſideratione tãtũ {nec teſſeræ dimidium ſic definitum} vt eſt figura dimidij teſſeræ {ſit in teſſera} anteq̃ in ea ſit formatum, niſi cõſideratione tantum. & ſic de alijs figuris, quę in ſolidis non ſunt adhuc formatæ {ergo neq; ſuperficies erit}.ſ. in corporibus, niſi ſola conſideratione. Quod autem ſuperficies dimidij non inſit corpori anteq̃ diuidatur, probat, & dicit {nam ſi quæuis eſſet}.i. nam ſi qua eſſet anteq̃ corpus ſecaretur in dimidia {& ipſa profecto eſſet, quæ dimidium ipſum definit} atque determinat: at hæc non eſt in corpore niſi ſola conſideratione anteq̃ corpus ſecetur: quare nulla ſuperficies eſt in corpore antequàm diuidatur, niſi ſola conſideratione. Deinde amplificat ſermonem, & dicit {eadem & de linea, & puncto, ac vnitate eſt ratio} quoniam eodem modo hæc in corporibus ſunt ſola conſideratione veluti figura ipſa. quo vero ad verba attinet per lapidẽ, rudem lapidem, & per corpus, rude corpus intelligit. nam figura in rudi corpore ſola cõſideratione eſt. immo Alexander, quia figuræ, & dimenſiones in rudi corpore non ſunt, niſi cogitatione, cõcludit figuras, & dimenſiones non eſſe in rudibus corporibus. quoniam quæ ſola cogitatione accipiuntur eſſe in aliquo, non ſunt in ipſo, immo nihil ſunt. Quo vero ad verba attinet teſſera græce κύβος, eſt autem teſſera quatuor latine, & proprie id corpus dicitur, quod omni ex parte quadratum eſt: veluti taxillus, ſiue talus, & cubus etiam.

Quare ſi corpus quidem maxime ſubſtantia ſit, hæc uero magis q̃ corpus, non ſint autem hæc, neque ſint ſubſtantiæ quædam, præterit ſane quidnam ſit ens ipſam, & quæ tandem ſit ſubſtantia rerum.

Poſtq̃ docuit nec ſuperficiem, neq; lineam, neq; pũctum, neq; vnitatem ſubſtantiã eſſe, quaſi conſequens eorum, quæ demonſtrata ſunt, aſſumit, & dicit {Quare ſi corpus quidem maxime ſubſtantia ſit} vt dictum eſt {hæc vero}.ſ. ſuperficies, linea, punctum, & vnitas {magis} ſunt ſubſtantia {q̃ corpus} tunc vtens loco a maiore & minore dicit {non ſint autem hæc} hoc eſt & hæc non ſint entia {neque ſint ſubſtantiæ quædam} ergo per locum à maiore {præterit} nos {ſanè quidnam ſit ens ipſum, & quæ tandem ſit ſubſtantia rerum} nam cum corpora non ſint, nec corporum diuiſiones, dubium erit quid ſit rerum eſſentia, ac ſubſtantia apud hoſce. puto enim per ens eſſentiam voluiſſe eum intelligere.

Nam ultra ea, quæ dicta ſunt, præter etiam rationem accidunt ea, quæ circa generationem, corruptionemque eueniunt. ſubſtantia enim ſi prius non erat, & nunc eſt: aut ſi antea erat, & poſtea non eſt, hæc ipſa pati cum generatione, corruptioneque uidetur. At fieri non poteſt, ut puncta, lineæ, ſuperficiesue, quæ interdum ſunt, interdum non ſunt, generentur, uel corrumpantur. cum enim corpora ſe tangunt ſimul, fit ſuperficies una: cum diuiduntur, duæ. Quare neque compoſitis, eſt, ſed euanuit, & diuiſis ſunt, quæ prius non erant. non enim indiuiſibile punctum bipartito diuiſum eſt. & ſi generantur, et corrũpuntur, ex aliquo generãtur.

Hæc eſt quarta ratio, qua probare enititur corporis terminos non eſſe ſubſtantias, quos magis quàm corpus ſubſtantiam eſſe docuerat, & Alexander ſic

componit ſyllogiſmum, ſubſtantiæ, quæ prius non erant, per generationem ad eſſe procedunt: rurſus quæ prius erant, ad non eſſe procedunt per corruptionem. termini procedunt ad eſſe ſine generatione, & ad non eſſe per corruptionem: igitur termini nō ſunt ſubſtantiæ. vel ſic ſubſtantia eſt, quæ per generationē incipit eſſe, & per corruptionem deſinit eſſe: ſed termini nec per generationem, nec per corruptionem incipiunt, vel deſinunt eſſe: igitur termini non ſunt ſubſtantia. de ratione primo indicat abſurdum, & dicit {Nam vltra ea}.ſ. abſurda {quæ dicta ſunt, præter etiam rationē accidunt ea} alia abſurda {quæ circa generationem, corruptionemque eueniunt} deinde explicat argumētationem, quæ dicit ad abſurdam, & primo affert maiorem, & dicit {ſubſtantia enim ſi prius non erat, & nunc eſt, aut ſi antea erat, & poſtea non eſt, hæc ipſa pati cum generatione, corruptioneque videtur}.i. ſubſtantia eſt, quæ incipit eſſe, & deſinit eſſe per generationem, & corruptionem. hæc erat maior, deinde affert minorem, & dicit {at fieri non poteſt, vt puncta, lineæ, ſuperficiesve, quæ interdum ſunt, interdum non ſunt, generētur, vel corrumpātur} hæc eſt minor, cuius duæ inſunt partes. prima pūcta, lineæ, ſuperficies interdum ſunt, interdum non ſunt. Secunda vero licet puncta lineæ, & ſuperficies interdum ſint, & interdum non ſint, tamen nec generantur, nec corrumpuntur. Ariſt. ergo primo per exempla probat primā partem, ſecunda ibi {& ſi generantur,} probat ſecundā partem. Primam partē probat exemplis, & dicit {cū .n. corpora ſe tangunt ſimul}.ſ. in vnum {fit} de nouo {ſuperficies vna} nō quidē ex illis duabus, quibus corpora terminabantur ante contactum, ſed illæ priores deſinunt eſſe, & hæc de nouo eſt, q̄ prius non erat {Cū diuiduntur}.ſ. poſtea illa duo corpora, quæ erant redacta in vnum {duæ}.ſ. ſuperficies emergunt de nouo, quæ prius non erant. non quidem ex illa vna emergūt, cum ſuperficies indiuiſibilis ſit, ſed illa deſinit eſſe, & hæ duæ de nouo ſunt, quæ prius non erant. Ex his exemplis veram reddit minorem, & dicit {quare neq; compoſitis}.ſ. corporibus in vnū contactum {eſt}.ſ. prior ſuperficies, vel remanſerunt priores ſuperficies {ſed euanuit} vel euanuerunt, & alia de nouo eſt, quæ prius nō erat. non.n. quę de nouo eſt, ex illis prioribus copulatis fit, ſed priorib⁹ deſinētibus, hæc de nouo eſt, quæ prius non erat {&} corporibus illis {diuiſis, ſunt} duæ nouæ ſuperficies {quæ prius non erant} Non.n. hæ fiunt ex illa vna, ſed illa deſinente, hæ ſunt, q̄ prius non erant. non.n. prior diuiſibilis eſt. Simili modo cū in puncto fit diuiſio, non eſt putandum ex vno puncto fieri duo {nō enim indiuiſibile punctum diuiſum} vel diuidi poteſt {bipartito} ideſt in duo, ſed priore puncto deſinente, duo de nouo ſunt, quæ lineas diuiſas terminant, quæ prius non erunt. patet ergo corporis terminos eſſe de nouo, qui prius non erant: & non eſſe, qui prius erant. Hæc fuit prima minoris pars. Deinde probat ſecundam partem, & dicit {& ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo}.ſ. materia {generantur} & in aliquid ſcilicet materiam corrumpuntur, ſed nō eſt reperire materiam, ex qua hæc generantur, & in quam corrumpuntur: ergo hæc incipiunt & deſinunt eſſe ſine generatione, & corruptione, & ſic habetur tota minor. Expoſitor aſsignat cauſam quare hæc nec generantur ex materia, nec corrumpuntur in materiā ex eo, quia ſunt ſimplices formæ: quę non habent materiam ex qua, ſed bene in qua. Quam expoſitionem Auerroes olfecit, cum dixit in calce commenti, omne *Quæ Auerr.* illud quod per generationem incipit eſſe, & per cor- *Comm. 17.* ruptionem deſinit eſſe, compoſitum eſſe ex materia & forma. Cuius ſignum affert, quoniam minima pars corporis, cum generetur, atque corrumpatur, eſt compoſita ex materia & forma. Sed hæc Expoſitoris cauſa non videtur tuta, quoniam a pari nullum accidens generaretur, cum omne accidens ſit forma, quæ non habet, niſi materiam in qua. Quare poſſet dici terminos corporis generari, & corrūpi ſaltem, vt quo. cōpoſitum enim eſt, quod generatur vt quod. forma vero omnis generatur vt quo: & ſic dici poſſet terminos corporis generari, atque corrumpi, videlicet generatione, ac corruptione ſuorum totorum, quorum ſunt partes. Fortaſſe Expoſitor defendi poteſt, quatenus non loquitur in demonſtratiuis, ſed in probabilibus ſyllogiſmis. Modo licet non ſit neceſſarium terminos eſſe ingenerabiles, atque incorruptibiles, quia ſunt ſimplices, eſt probabile: & hoc ſatis eſt ad rem Ariſtotelis. poſſet etiam dici, vt innuit Alexander, Ariſtotelem feciſſe hāc rationem ſuppoſita doctrina Platonis, qui terminos corporis voluit eſſe abiunctos a materia omnino, quoniam eis nulla ſubijcitur materia. & ſic apud Platonem non ſolum carent materia ex qua, ſed etiam materia, in qua: cum ſint abiuncti, quibus nulla prorſus materia ſubijcitur. Erit igitur ratio probabilis ſaltem ad hominem.

Similiter autem et res ſeſe habet circa ipſum momentum, quod eſt in tempore. Non enim id generari, atque corrumpi *Momentum.* *poteſt. Attamen uidetur aliud ſemper eſſe, quia non eſt ſub=* *τὸ νῦν.* *ſtantia quædam. Eodem autem modo res ſeſe habere patet &* *Nunc.* *circa puncta, & lineas, atque plana. Eſt enim eadem in uniuerſis his ratio. nam omnia ſimiliter aut termini, aut diuiſiones ſunt.*

Tam expoſitores quàm Alexander vult Ariſtotelē *Diuiſiones.* declarare id, quod dictum eſt in ſuo ſimili hoc pacto, *διαιρέσεις.* vt in ipſo nunc ſeu momento, quod temporis eſt ter- *Dimenſiones.* minus, res ſeſe habet, ſic in puncto, linea, & ſuperficie. Hæc enim cuncta pari ratione ſunt termini: vt corporis ſuperficies, ſuperficiei linea, lineæ vero punctum: momentum autem temporis. Inſuper pari ratione ſunt diuiſiones. Momentum temporis, punctū lineæ, linea ſuperficiei, ſuperficies corporis. Sed momentum iam eſt & prius non erat, & iam non eſt, & prius erat, ſine generatione ac interitu. ergo & punctum, & linea, & ſuperficies iam eſt, & prius non erat: & iam non eſt, & prius erat ſine generatione, & interitu. Primo ergo affert maiorem, & dicit {ſimiliter autem & res ſeſe habet circa ipſum momentum, quod eſt} ſubaudi punctum {in tempore} & exponit modum, quo ſeſe habet momentum in tempore, & dicit {non enim id generari, atque corrumpi poteſt} vt ſupponit {attamen videtur aliud ſemper eſſe} quoniam eſt & prius non erat, & eſt & poſtea non erit, & hoc ſemper. Quòd autem ſit, & prius non fuerit, & non fuerit, & prius fuerit, & hoc ſemper ſine generatione, & corruptione. probat, & dicit {quia non eſt ſubſtantia q̄dam} ſubaudi quæ materiā habeat, ex qua generetur, & in quā corrumpatur. deinde complet maiorem, & dicit {eodē autem modo rem ſeſe habere patet etiā circa pūcta, & lineas, atq; plana} eſt igitur tota maior, ſicut momentum quod eſt terminus tēporis,

eſt,

eſt, quod prius non erat, & non eſt, & prius erat ſine generatione. & interitu: ita termini corporis ſunt, qui prius non erant, & non erunt, qui prius ſunt ſine generatione, & interitu. probat hanc ſimilitudinem, in qua conſiſtit maior, & dicit {eſt enim eadem ratio in vniuerſis his, nam omnia ſimiliter aut termini, aut diuiſiones ſunt} termini quidem, quatenus in extremo cōſiderantur, diuiſiones vero, quo in medio intelliguntur, in quo diuiduntur ea, quorum ſunt diuiſiones. Hæc eſt maior vniuerſa, & eius probatio. Minor autē ſubaudiri debet in hunc modum, ſed momentū, quod eſt punctum temporis, eſt, quod prius non erat non eſt, quod prius erat ſine generatione, & interitu & hoc ſemper: igitur puncta, lineæ, ſuperficies, quæ ſunt termini corporis, ſunt, quæ prius non erant, & non ſunt, quæ prius erant ſine ortu, & interitu. Ex ijs patet quæſtionem illam, vtrum idem nunc numero ſit in vniuerſo tempore, non habere hic locum, cum Ariſtoteles, vt Alexander exponit, non aſſerat eſſe idem nunc numero in vniuerſo tempore, ſed aliud, atque aliud ſecundum eſſe. nunquam enim talem ſenſum Ariſtoteles hic ſomniauerat. Sed, vt Alexander inquit, aſſerit ipſum nunc, quod eſt punctum temporis, eſſe quod prius non erat. & nō eſſe, quod prius erat, & hoc ſemper ſine ortu, & interitu. Hoc autē non eſt illud, quod expoſitores diſputant. Quare hæc quæſtio locum hic non habet: tamen vt ſequerer errorem communem, eam in dilucidario diſputaui. Attentione tamen dignum Ariſtotelem accepiſſe pro explorato momentum eſſe, quod prius non erat, & non eſſe, quod prius erat ſine ortu, & interitu: Alexandrum vero hoc aſſumptum ſic oſtendiſſe primo quia ſi momentum generaretur, in tempore primum generaretur: quod autem in tempore primum generatur, diuiduum eſt, partesq́; obtinet, ac in quadam habetur diſtātia. nā quod in tempore generatur, eius pars alia generata eſt, alia pars generatur. Per temporis enim partes rei generandæ partes gignuntur. Secundo omne, quod oritur, ſubiectum aliquod habet, vt dictum eſt, momento autem nihil ſubijcitur. Expoſitor autem hoc ſic oſtendit, quoniam ſi momentum generaretur, uel corrumperetur, oporteret generationem: & corruptionem eius menſurari tempore, uel momento, & ſic daretur aliud tempus. uel aliud momentum, quæ mēſura eſſet ortus momenti, & occaſus, & ſic procederetur in infinitum. Quare recte dictum eſt momentum eſſe de nouo ſine generatione, & de nouo non eſſe ſine interitu. quoniam eſſe de nouo, & non eſſe de nouo momentum poteſt ſine omni menſura, hoc eſt nec in tempore, nec in momento. At generari, uel corrumpi nihil poteſt, niſi uel in tempore, uel in momento, & inde patet hoc argumentum non ualere, hoc nunc primo eſt, igitur generatur. nec illud, hoc nunc primo non eſt, ergo corrumpitur. Item etiam hoc argumentum non ualere perſpicuum eſt, hoc nunc primo, igitur in tempore, uel momento hoc nunc primo eſt. nec illud hoc nunc primo non eſt, igitur in tempore, uel momento hoc nunc primo non eſt. Hæc enim omnia perſpicua ſunt legenti, ac conſideranti uerba Ariſtotelis. Ex quibus omnibus patet eorum error, qui aſſerunt momentum generari, & corrumpi in momento, ſed non in alio a ſeipſo. Putauerunt enim idem momentum eſſe menſuram ſui ortus, atque occaſus, quod eſſe omnino delirium ex ijs, quæ

Error eorum, qui mouent qō nē de momēto.

Alexander expoſuit, dilucidum eſt. Sed contra ea quę Ariſtoteles dicit, occurres, quoniam ſi poteſt nunc aliquid primo eſſe, quod immediate ante hoc non erat & ſine generatione, ergo creatione. Similiter ſi poteſt aliquid nunc primo nō eſſe ſine corruptione, quod immediate ante hoc erat, ergo per annihilationem. Quare apud Ariſtotelem erit & creatio, & annihilatio. Quidam cōcedunt, quoniam Ariſtoteles in textu ait, Quòd ſi hæc generarentur, & corrumperētur, ex aliquo generarentur, & corrumperentur, quod ipſe repetat abſurdum. dicunt productionem horum non ita eſſe creationem, quin ſupponatur ſubiectum, in quo ſunt: nec ita annihilationem, quin relinquatur ſubiectum in quo erant. Alexander tamen pro abſurdo aſſerit hæc indiuiſibilia habere ſubiectum, aſſerit enim his nihil ſubijci. ſed de hac re alias diſſerendum eſt, nunc uero ſatis ſit monſtraſſe locum.

CAP. VII.

De Ideis quæſtiones.

Omnino autem dubitauerit quiſpiam cur & quærere alia quædam præter ſenſibiles & medias res oportet, ut ea, quæ ponimus ſpecies. TEX.18

Nunc diſputat ſextam quæſtionem, & primo mouet eam, deinde diſputat partes. Quęſtio igitur eſt, quo modo probari poſſit eorum ſententia, quæ præter ſenſibiles ſubſtātias, & medias ideſt mathematicas, quaſdā alias cauſas inquirunt, afferuntq; vt authores idearum: unde dicit {Omnino autē dubitauerit quiſpiam, cur & quærere alia quædam præter ſenſibiles, & medias res} ideſt mathematicas {oportet, vt ea, quæ ponimus ſpecies} ideſt ideas & dixit {ponimus} ut innueret ſe eſſe enumerandum inter Platonicos: vt primo libro expoſuimus. Quo uero ad quæſtionem attinet. attentione dignum Ariſtotelē vnum ſupponere, & alterum quærere. Supponit enim ultra res ſenſibiles & res medias, quę mathematicæ dicuntur, eſſe ideas, quæ dicuntur tum formæ, tum ſpecies. Quærit vero cauſam, ut Auerroes inquit, quare neceſſarium fuit ponere huiuſmodi ideas ultra res ſenſibiles & vltra res medias. Vel vt Alexander ait quærit quo modo probari poſſit eorum ſententia, quæ præter ſenſibiles ſubſtantias, & medias, ideas fatetur. aut, vt Expoſitor dicit, quęrit rationem, quare præter ſenſibiles ſubſtātias, & præter mathematica, quę ſunt media inter res ſenſibiles, & ideas, neceſſariū ſit ponere tertiū genus, hoc eſt ideas.

Que Auer com. 18.

Nam ſi propterea quod res mathematicæ ab his alia quidē differunt ratione, hoc autem q, quædam multæ ſint eiuſdem ſpeciei, non differunt, non erunt ipſarum principia numero definita (quemadmodum & literarum numero quidem omnium non ſunt principia definita, ſpecie uero ſunt, niſi quis huiuſce ſyllabæ, aut huiuſce uocis principia ſumat, harum enim erunt & numero definita, ſimiliter & in medijs, infinita enim ſunt ſit ibi ea, quæ ſunt ſpeciei eiuſdem) ſit, ut ſi præter ſenſibilia, & mathematica non aliqua alia ſint, qualia quidam inquiunt ſpecies eſſe, nec una numero, ſpecieque ſubſtantia erit, neque principia rerum erunt numero, ſed ſpecie definita.

Fa. ὥστε Quare.

Propoſita quęſtione argumentatur ad partes, & primo probat oportere eſſe ideas ſeparatas, & vtitur ſyllogiſmo hypothetico hoc pacto, ſi præter ſenſibilia, &

mathematica non erunt ideæ ſeparatæ, principia rerũ non erunt numero determinata. & ſi rerum principia non erunt numero determinata, contingeret rerum principia eſſe infinita. Hoc vltimum conſequens eſt abſurdum, ergo & primum antecedens. Prima conſequentia probatur, quoniam ſicuti in ſenſibilibus inueniuntur plura, numero principia ſub vna ſpecie, immo infinita, ſic quoque in mathematicis, Quare oportet ponere ideas præter ſenſibilia, & mathematica, vt rerum principia numero ſint finita. Alexander vero ſic componit, ſi præter ſenſibilia, & mathematica non erit alia ſubſtantia, nullum principium erit vnum numero, ſed tantum vnum ſpecie, immo nullum rerum principium erit ſubſtantia. Hoc conſequens putat eſſe abſurdum, ergo & antecedens. Pro intelligentia dictionis animaduerte textum eſſe legendum ſuſpenſiue vſque ibi { ſit vt ſi præter ſenſibilia } nam primo affert antecedens, & eius expoſitionem, antecedens, & eius expoſitionem, deinde ibi { ſit ut ſi deinde illa { ſit vt ſi præter ſenſibilia } nam primo affert præter ſenſibilia } affert conſequens. De prima parte ſumit hanc hypotheticam, ſi res ſenſibiles, & res mathematicæ non differunt quantum ad hoc quòd plura ſint eiuſdem ſpeciei (nam ſicuti plures equi ſunt eiuſdem ſpeciei, ita plures circuli eiuſdem ſpeciei.) mathematicarum rerum non erunt principia numero determinata, ſed ſpecie dicit { nam ſi propterea quòd res mathematicæ ab his } ſcilicet ſenſibilibus rebus { alia quidem differunt ratione } vt quòd mathematicæ abſtractæ ſint a ſenſibili ipſa materia, Senſibiles vero non { hoc autem } ideſt alia vero ratione uidelicet { quod quædam } earum { multæ ſint eiuſdem ſpeciei, non differunt } nam ita circuli plures ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicuti equi plures, deinde complens hypotheticam ſubdit { non erunt ipſarum } ſcilicet rerum mathematicarum { principia numero definita } immo contingit earum principia eſſe numero infinita. & non contentus ſimilitudine rerum mathematicarum cum rebus ſenſibilibus, probat principia rerum mathematicarum non eſſe numero definita per ſimilitudinem ad principia, quæ ſunt ſyllabarum, & dictionum, & lege verba cum parentheſi hoc pacto {quemadmodum literarum} ideſt ſyllabarum, & dictionum literarum {numero quidem omnium non ſunt principia definita } ſed infinita. nam ſyllabarum, & dictionum elementa, quæ ſunt ſingularia principia, quæque de aliquo prædicantur, non ſunt numero definita, ſed ſpecie. A, nanque commune principium, quod de ſingulis A, prædicatur, vnum non numero, ſed ſpecie eſt: quæ ratio eadem eſt in cæteris elementis, ſeu literis. Vt vero in elementis, ſic in ſingulis hominibus homo, & in cæteris ſenſibilibus pari ratione. ſed dixit harum literarum noſtratium numero principia definita non eſſe, ſed ſpecie, Huius autem determinatæ ſyllabæ BA hoc A, & hoc B eſſe principia, & elementa determinata numero. Sic igitur principia ſyllabarum, & vocum ſpecie ſunt finita {niſi} vt inquit { quis huius ſyllabæ, aut huius vocis} ideſt dictionis {principia ſumat, harum enim} ideſt nam cuiuſque harum ſyllabarum, vel dictionum ſingularium { erunt & numero definita} Sicut principia huius hominis ſunt numero finita, ac determinata. Ergo ſicut hominum principia ſunt numero indefinita, ſpecie vero definita, huius aũt hominis, aut illius numero determinata: ſic ſyllabarũ, & dictionum elementa. atque principia numero inde fin*i*ta, ſpecie autem definita ſunt. Huius vero ſyllabæ, ve*l* dictionis determinata, tunc redit ad propoſitum, & dicit {ſimiliter & in mediis } ideſt mathematicis {in finita enim ſunt } principia rerum mathematicarum {*ibi* ea, quæ ſunt ſpeciei eiuſdem} huius vero aut illius rei mathematicæ principia numero determinata. Sic igitur patet tam rerum mathematicarum, quàm ſenſibilium principia eſſe numero infinita, tunc terminando ſuſpenſionem dicit {ſit, vt ſi præter ſenſibilia, & mathematica nõ aliqua alia} ſcilicet principia æterna, & ſubſtantiæ ſeparatæ { ſint, qualia quidam} ſcilicet Platonici {inquiunt ſpecies eſſe, nec ſubſtantia} ſubaudi aliqua {erit vna numero ſpecieq;} ideſt neq; vna ſpecie, quoniam nulla erit ſubſtantia omnino {neque principia rerum erunt numero, ſed ſpecie definita} quod Platonici pro abſurdo habent. cum dicit { ſpecieq; } vno modo intelligetur natura, & ſubſtantia, vt Alexander exponit, vt ſit ſenſus, nec ſubſtantia aliqua erit vna numero neq; vna natura, ſubſtãtiaq;. vel ſic, principiorum non erit alterum vnum numero, alterum vnum ſpecie, quoniam id tantum erit, quod vnum ſpecie fuerit, quod non eſt proprie principium in his eſſe. vel melius ad hunc modum ſcriptũ eſt {nõ erit vna numero ſubſtantia, ſed ſpecie} Hoc enim eſt, quod tum è ſuperioribus conficitur, tũ ex hoc, quod infertur {neq; principia rerum erunt numero, ſed ſpecie definita} nam ſi alia ſubſtantia præter ſenſibiles, & mathematicas nulla ſit, nullæ erunt ſubſtantiæ definitæ, quòd ſi ita eſt, nec principia proprie ſunt ſubſtantiæ, cum non ſint ſubſtantiæ definitæ, neceſſarium eſſe videtur, vt alias eſſe ſubſtãtias ſtatuamus, quarum quæque proprie ſubſtantia ſit, quæ neq; cuiuſpiam cõmunione, neq; ex accidenti eſſe habeat, & vnum. nam quod eſt vnum ſpecie, id ex accidenti eſt vnum, non proprie. Vniuerſa ergo ſyllogiſmi vis eſt, ſi ſenſibilia, & mathematica fuerint vnum ſpecie, nec præter hæc alia fuerit ſubſtantia, nullum principium erit vnum numero omnium ſenſibilium, vel omnium mathematicorum: quod Plato pro abſurdo habebat. Poſtea vero diſputabitur ſit ne hoc abſurdum, vel ne. *Vis ſyllogiſmi.*

Si igitur hoc eſt neceſſarium, & ſpecies ob id ipſum eſſe neceſſe eſt. nam licet non bene poſitionem ſuam declarent ij, qui dicunt ideas eſſe, id tamen eſt, quod uolunt, & hæc ipſi dicant neceſſe eſt unamquãq; idearum ſubſtantiam quãdam eſſe, & nullam per accidens.

Nunc reſumendo totum, quod diffuſe declarauerat, dicit { Si igitur hoc eſt neceſſarium } vt.ſ.entium principia numero definiantur. Sic enim fiet, vt ſubſtantiæ ſint, nam commune non eſt proprie ſubſtãtia, ac proinde neque principium, neque elementum { & ſpecies ob idipſum eſſe neceſſe eſt} ideſt profecto idearũ aſſertores neceſſaria ratione ducti eſſe videri poſſunt, vt in huiuſmodi opinionem venirent { nam licet non bene, } ideſt aperte { poſitionem ſuam declarent ij, qui dicunt ideas eſſe, propterea ꝙ iſtorum ſententia nihil admodum expreſſum, dictumque tradit {id tamen eſt, quod volunt, & hæc ipſi dicant, neceſſe eſt vnamquãque idearum ſubſtantiam quandam eſſe, & nullam per accidens}.i.vniuerſalem, ſed vnam numero. communium nãq; ſubſtantia non eſt per ſe, ſed ex accidenti.

At ve-

At uero ea impoſsibilia, quæ neceſſe eſt euenire, ſi ſpecies poſuerimus, & unum numero principia ipſa non ſpecie eſſe, iam antea diximus.

Cum ſatis ſuperq; in ſuperioribus textibus Platonis opinionem de ideis expoſuiſſet: Et in vtrãq; partem argumenta poſuiſſet: Penituſq; oſtendiſſet impoſsibile eſſe, vt ideæ eſſent rerum omnium primordia, cum ſeparatæ ſint a ſenſibilibus velut mathematica: Nunc perfecta atq; abſoluta hæc quæſtione de ideis per modum epilogi finem imponit, vt alias quoque quæſtiones & opiniones aliorum philoſophorum antiquorũ de rebus naturalibus, earumque primordiis exponat, & quid in ipſis veri, quid falſi ſit, oſtendat. Confert enim plerũque falſa, vt collatione verorum magis appareant. Nam vero, vt ipſe quoque multis in locis ait, omnia conſonant. Sed reuertamur ad rem. Cum opinionis Platonis adduxiſſet probabilitatem, excuſat ſe ab abſurdis, quæ adduci poſſunt ad partem negatiuã: & dicit {At vero ea impoſsibilia, quæ neceſſe eſt euenire, ſi ſpecies poſuerimus, &} ſi poſuerimus {principia ipſa vnum numero, non ſpecie eſſe, iam antea}.ſ. libro primo {diximus} quare bona fronte prætereunda ſunt. Animaduerte ſyllogiſmum ad partem affirmatiuam breuiter conſiſtere in hoc, quòd ſi ſenſibilia, & mathematica fuerint vnum ſpecie, nec præter hæc alia fuerit ſubſtantia, nullum principium ſit vnum numero omnium ſenſibilium, vel omnium mathematicorum, quod Plato pro abſurdo habet. Sed licet Plato id pro abſurdo habuerit, tamen ſi loquimur de effectiuis principiis, vt ſunt Deus, & intelligentiæ, nihil prohibet ea eſſe numero definita: etiam ſecundum Peripateticos, vt duodecimo huius dilucidabitur. Sin vero de elementarijs, qualia ſunt materialia, & formalia principia, Hæc non ſunt numero definita, ſed quemadmodum ſingularia ſub eadem ſpecie in infinitum multiplicantur ſecundum numerum, ſic elementaria eorum principia. nec hoc eſt abſurdum, cum infinitudo eorum, non actu ſit, ſed potentia, ac ſucceſsione. Hactenus de ſyllogiſmi vigore.

CAP. VIII.

Num principia potentia ſint, vel alio modo: & num ſingularia, vel vniuerſalia.

TEX. 19. *His autem hæc dubitatio propinqua eſt, utrum potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio modo.*

Diſputat nunc vigeſimamprimam quæſtionem, & primo mouet eam, deinde argumentatur ad partes, & dicit {His autem hæc dubitatio propinqua eſt, vtrum potentia ſint ipſa elemẽta, an aliquo alio modo} idest actu. eſt autem quæſtio hęc propinqua quæſtioni proximæ, quoniam proxima quæſtio erat, quæ ſunt principia, hæc autem qualia ſint. introducitur autem hæc quæſtio, vt Expoſitor inquit: tum occaſione veterum naturalium, qui ſolum materialia principia poſuerunt, quæ poteſtate ſunt. tum occaſione Platonicorum. qui ponentes ſpecies eſſe rerum principia, ſolũ in actu principia eſſe affirmarunt.

Nam ſi ſint alio modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanque illam cauſam antecedet. Atque non omne, quod eſt potentia, illo modo ſeſe habere neceſſe eſt.

Nunc argumentatur ad partes, & primo quod principia ſint potentia: & apud Expoſitorem textus præſens reſoluitur ad vnum ſyllogiſmum hypotheticum a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis in hunc modum: ſi principia rerum actu eſſent, aliquid eſſet prius ipſis principijs: Sed nihil eſt prius ipſis principiis: ergo principia non ſunt actu. Maior ꝑbatur, quoniam potentia prior actu, ſicut poſsibile eſt prius eſt ipſo ineſſe. quod autem poſsibile eſſe prius ſit ipſo ineſſe, probat, quoniam prius eſt a quo non conuertitur conſequentia eſſendi, vt in libro prædicamẽtorum dicitur: at ſequitur, hoc ineſt, igitur poſsibile eſt ineſſe, & non conuertitur, videlicet hoc poſsibile eſt ineſſe, ergo ineſt. quare patet maior. minor etiam ꝑſpicua eſt, quoniam principium idem eſt quod primũ, at primum nihil habet prius. Alexander autem reſoluit textum præſentem in duos ſyllogiſmos: primus eſt, ſi ipſa principia actu fuerint, erit aliquid aliud principiis prius: hoc autem eſt incommodum, ergo & antecedens: actu ergo non ſunt principia. conſequentia vero oſtenditur, quoniam in eadem re potentia quam actu prior eſſe videtur: vnde dicit {Nam ſi}.ſ. principia {ſunt alio modo}.i. actu {erit aliquid aliud principijs prius} & exponit quid erit prius, & dicit {potentia nanq;} ſubaudi in eadem re {illã cauſam}.i. illud principium, quod actu ponitur {antecedet} hæc de prima ratione. deinde affert ſm ſyllogiſmum, quo probatur eadem conſequentia, hoc pacto, ſi cauſa, & principiũ eſt actu, aliquid erit prius principiis. deducitur quia potẽtia prior eſt actu, ſicut poſſe hoc huic ineſſe prius eſt, quam hoc huic ineſſe. probatum autẽ eſt hoc, quia prius eſt, a quo non conuertitur eſſendi conſequentia. modo ſequitur hoc huic ineſt, igitur hoc huic poteſt ineſſe, & non conuertitur. dicit {atq; nõ omne, quod eſt potentia, illo modo}.ſ. in actu {ſeſe habere neceſſe eſt} & ſic poſſe eſſe prius eſt quam eſſe. quare & potentia quam actu prior eſt. ſunt ergo duæ rationes, quæ probant eandem conſequentiam.

Sin autem elementa potentia fuerint, fieri poteſt, ut nullum entium ſit. illud enim quod poſſibile eſt eſſe, nondum quoque eſt. nam fit quidem id, quod nondum eſt. nihil autem fit eorum, quæ nequeunt eſſe. has igitur dubitationes de principijs dubitare neceſſe eſt.

Nunc argumentatur ad oppoſitum hoc pacto, ſi elementa potentia, non aũt actu ſint, nullum ens erit actu in rerum natura. conſequentia probatur, quoniã potentia eſt id, quod nondum eſt. Principia ergo ſi potentia ſunt, hæc ipſa nõ ſunt. quod ſi hæc ipſa non ſint, ne illa quidem fuerint, quę ex ipſis conſtituuntur. & ita nullum ens erit in rerum natura, quoniã nec ipſa principia, nec ea, quæ ex ipſis principijs ſunt. deinde probat poſsibile eſſe id, quod nondum eſt, hoc pacto. quod fit, nondum eſt: quod fit, eſt poſsibile eſſe: igitur in tertia figura, poſsibile eſſe nondum eſt. de hac ratione primo accipit maiorem, & dicit {Nam fit quidem id, quod nondum eſt} demum ponit quandam propoſitionem loco minoris, & dicit {nihil autem fit eorum, quæ nequeunt eſſe} per hanc vult habere minorem illam, vt Alexander inquit, quod fit eſt poſsibile eſſe. Ex his colligi poteſt ſyllogiſmus. tunc epilogando cõcludit {has igitur dubitationes de principiis dubitare neceſſe eſt} ſubaudi propter argumenta pro vtraque parte compoſita.

Et utrum uniuerſalia ſint, an eo ſint modo, quo diximus ipſa ſingularia eſſe. TEX. 20.

Vtrum principia ſint vniuerſalia. Nunc diſputat vigeſimam quæſtionem, & primo mouet eam, deinde argumentatur ad partes. mouendo autem eam dicit {Et vtrum} ſcilicet ipſa principia {ſint vniuerſalia, an eo ſint modo, quo diximus ipſa ſingularia eſſe, ideſt an ſint per modum ipſorum ſingularium. Et licet huius quæſtionis ſuperius mentionem fecerat, tamen repetit, quoniam adiungit, vt Alexander inquit, quandam difficultatem, quam ſuperius non tetigerat.

Nam ſi ipſa uniuerſalia ſint, non erunt ſubſtantiæ. nihil enim communium hoc aliquid, ſed quale ſignificat. ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat.

Nunc argumentatur ad partes, & primo probat elementa, atque principia non eſſe vniuerſalia, hoc pacto, ſi principia, & elementa ſint vniuerſalia, principia, & elementa non erunt ſubſtantiæ. conſequens eſt falſum, quoniam vel ſubſtantiarum non erunt aliqua principia, vel oportebit dicere ſubſtantiarum principia non eſſe ſubſtantias: & vtrunque eſt abſurdum. cõſequẽtia probatur ſic, ſubſtantia ſignificat ſubiectum, & hoc aliquid, non autem quale quid. vniuerſalia ſignificant quale quid, & non ſubiectum hoc aliquid. Igitur in ſecunda figura vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. recte ergo illatum eſt ſi principia ſint vniuerſalia, principia non eſſe ſubſtantias. de ratione primo affert hypotheticam, & dicit {nam ſi ipſa} ſcilicet principia & elementa {vniuerſalia ſint} principia, & elementa {non erunt ſubſtantiæ} deinde probat hanc hypotheticam, & accipit primo minorem, & dicit {nihil enim communium} & vniuerſalium {hoc aliquid, ſed quale quid ſignificat} hæc eſt minor, deinde affert maiorem, & dicit {ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat} ſubaudi ergo ſi vniuerſalia ſint elementa, atque principia, principia atque elementa non erũt ſubſtantiæ. Alexander ait per hoc aliquid eſſe intelligendum ſubiectum, quod ſubiicitur, per quale vero qualitatem circa ſubſtantiam. quoniam quale circa ſubſtantiam definiunt, vt docuit in prædicamentis. Expoſitor per hoc aliquid intelligit id, quod in ſe ſubſiſtit. & per quale, illud, quod eſt vnum in multis, & de multis. & ita ſubſtantiam hoc aliquid ſignificare, verum eſſe dicit, quantum ad primas ſubſtantias, nã hæ proprie in ſe ſubſiſtunt, & propterea maxime, & propriiſsime ſubſtantiæ dicuntur. Vniuerſales autem ſubſtantias ait ſignificare quale, quoniam ſignificant formam in multis exiſtentem. *Qua Auer. Comm. 20.* Nam, vt Auerroes ait hic, commune non eſt ſingulare, ſed eſt exemplar omnibus ſingularibus habentibus illam formam, vt ipſe exponit duodecimo huius, cum inquit, vniuerſalia.n. *Comm.4.* apud Ariſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, ideſt communem formam, & facit ea vnam intentionem ex his colligitur vniuerſales ſubſtãtias ſignificare quale non quidem qualitatem de prædicamento qualitatis, ſed qualitatem ſubſtãtialem, de qua dicemus quin*Comm.19.*to huius. Per quæ patet ſolus ad hoc argumentum, nã ſecundæ ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, licet non ſignificent hoc aliquid, ſed magis quale quid.

Quod ſi id, quod communiter prædicatur, hoc aliquid erit, digitoq; poterit deſignari, Socrates ſane multa animalia erit, & ipſe, & homo, & animal, ſi unumquodq; hoc aliquid unumque ſignificat. hæc igitur accidunt, ſi principia uniuerſalia eſſe ponantur.

Remouet vnam tacitam reſponſionem, nam ad argumentum prætactum poſſet dici, & concedi quod communiter prædicatur, eſſe hoc aliquid. contra hoc obiicit, ſi commune hoc aliquid ſignificat, & ſub expoſitionem cadit, vt quaſi digito demonſtrari poſsit, vt Socrates, & indiuidua ſubſtantia demonſtratur digito, profecto Socrates erit multa numero animalia ipſe videlicet Socrates, & animal, & homo, ſiquidem & homo, & animal hoc aliquid eſt, & per ſe, & ſub demonſtrationem, expoſitionemque cadit, dicit {Quod ſi id, quod communiter prædicatur, hoc aliquid erit, digitoque poterit deſignari} Eſt enim ſecundum expoſitio primi, nam hoc aliquid digito poteſt deſignari. quippe cum hoc aliquid ſubiectum ſit, Alexander inquit, & per ſe ſubſiſtens: ſi itaque quod communiter prædicatur, hoc modo ſit hoc aliquid {Socrates ſane multa} numero ſcilicet {animalia erit} quoniam cũ Socrates ſit tria hoc aliquid, videlicet ipſe Socrates, & homo, & animal, Socrates erit tria animalia, videlicet {& ipſe} ſcilicet Socrates, primum animal {& homo} ſcilicet ſecundum animal, & ſecundum hoc aliquid {& animal} tertium animal, & tertiũ hoc aliquid. Nam animal prædicatur de ſe ipſo, & de homine, & Socrate, homo vero de ſe ipſo, & de Socrate, & Socrates de ſe ipſo tantum. quare Socrates erit tria hoc aliquid, & tria animalia numero: quod cum ſit abſurdum, erit abſurdum, vt quod communiter prædicatur, ſit hoc aliquid. tunc epilogando dicit {hæc igitur accidunt, ſi principia vniuerſalia eſſe ponantur.}

Sin uero non uniuerſalia ſint, ſed ut ſingularia, non ſub ſcientiam cadunt. ſcientia nanq; omnis uniuerſalium eſt, quare principia erũt alia principijs ſane priora uniuerſaliter prædicata, ſi ipſorum ſcientia ſit futura.

Licet Alexander tribus modis exponat hunc textũ, tamen melius exponit cum ait Ariſtotelem nunc in alteram quæſtionis partem tranſire, probareq; principia ipſa non eſſe, vt ſingularia, & dicit {Sin vero non vniuerſalia ſint, ſed vt ſingularia}.i. ſin vero principia ipſa non ſint vniuerſalia, ſed ſingularia, & indiuidua, rurſus ſubaudi principia {non ſub ſcientiam cadunt} cuius rationem affert, & dicit {ſcientia nanq; omnis vniuerſalium eſt} propterea concludit {quare ſi ipſorum} ſcilicet principiorum {ſcientia ſit futura principijs ſane} ipſis {erunt alia} adhuc principia {priora vniuerſaliter} de eis {prædicata} per quæ principia ſciẽtur, vel oportebit aſſerere principiorum nullã prorſus eſſe ſcientiam. Atque hæc quidem, vt Alexander inquit ſunt quæſtiones in hoc libro diſputatæ, rationibuſq; probabilibus, ac ſuadentibus confirmatæ, fieri enim nõ poteſt. vt qui in oppoſitas partes diſputat, ij probabilibus argumẽtationibus nõ utãtur. Quę niſi huiuſmodi eſſent, ſed neceſſario ſyllogizarent, ſolui nequaquã poſſent.

Finis Tertij Libri.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVARTVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione.

CAP. I.

Primum Philoſophum conſiderare ens inquantum ens, & primas cauſas.

TEX. I. *EST Scientia quædam, quæ ens ea ratione, qua eſt ens, & ea, quæ huic inſunt per ſe contemplatur.*

COnueniunt Expoſitores cum Alexādro Ariſtotelem in præſenti libro ꝓcedere demonſtratiue. poſtquā in tertio proceſsit diſputatiue, itēq; primo hic definire ea, de quibus hæc ſcientia conſiderat. Et primo hic definire ea, de quibus hæc ſcientia conſiderat. Et primo proponit eſſe quandam ſcientiā, cuius duo eſt conſiderare videlicet ens, quatenus eſt ens, & accidentia per ſe entis, quatenus eſt ens, & dicit {Eſt ſcientia q̄dam, quæ ens ea rōne, qua eſt ens contēplatur} & hoc eſt primum { & ea, quæ huic} .i. enti ea ratione, qua eſt ens { inſunt per ſe contemplatur } & hoc eſt ſecundum. ſic expoſitores declarauerunt. Intellexerunt enim {per ea, quæ huic inſunt per ſe} accidentia videlicet quæ enti inſunt, quatenus eſt ens. & dixit per ſe, & non ſimpliciter, quæ huic inſunt, ad ſignificandum ad ſcientiam non attinere conſiderare accidentia, quæ per accidens inſunt ſubiecto ſuo, ſed ſolū quæ per ſe inſunt. Geometra enim non conſiderat de triangulo vtrum ſit æneus, aut ligneus, ſed quatenus habet tres angulos æquales, & reliqua. Alexander vero per ea, quæ per ſe inſunt enti in eo, quod eſt ens, intelligit communiſsimas ſententias, quæ dignitates dicuntur, quarum communiſsimam, & nobiliſsimam illam eſſe ait Ariſtoteles, non poſſe contradictionem ſimul eſſe veram. vtrum vero hæc Alexandri expoſitio ſit conueniens, poſtea videbitur. item per ens, nō ens, ſed ipſum vnū intelligit, quoniam vt inquit, ens, & vnum ſubiecto idem ſunt, nec tantū vnum, ſed etiā ea, quę vni ſubijciuntur. de quorum numero ſunt idē, æquale, & ſimile. & de oppoſitis vni, quæ quidē ſunt plura. oppoſitorum nanque cognitio ad eandem pertinet doctrinam. quo fit, vt de prædictorum oppoſitis eadem conſideret: immo & de omnibus oppoſitis. cuncta enim oppoſita diuerſitati ſubijciuntur, diuerſitas autem pluribus. at plura & vnum contraria ſunt. Quod ſi de omnibus cōtrarijs, oppoſitiſq; cognoſcit, dubitari non poteſt, quin de omni ente cognoſcat, cū entia omnia in his contineantur, vt quæ vel contraria ſit, vel ex contrarijs conſiſtant. Expoſitor reddit cauſam quare ſcientia, quæ in aliquo ſubiecto verſatur, demonſtrat quæ illi per ſe inſunt ex eo, quia ſcientia non ſolum ſubiectū contemplari debet, ſed etiam accidentia, quæ ſubiecto per ſe inſunt. dixit autē { ea ratione qua eſt ens} quoniam aliæ ſcientiæ, quæ de entibus particularibus ſunt, cōſiderant quidem de ente, cum ſubiecta ſcientiarum omnium ſint entia, non tamen conſiderant ens ea ratione, qua ens, ſed qua tale ens videlicet aut numerus, aut linea, aut ignis, aut aliquid tale. naturalis.n. ſcientia conſiderat ens ratione, qua mobile, mathematica ratione, qua quantum. at præſens ſcientia cūſiderat ens ea ratione, qua ens. quo fit, vt hæc limitatio conſiderandi qua ens, ſignificet quandam in differentiam ad ens mobile, & ad ens quātum, & ad ens ſeparatū per eſſentiam ab ipſa materia. hæc enim ſcientia contemplatur aut ens ſeparatū per eſſentiam a materia, aut ens ſeparatum per indifferentiam: commune tamen mobilibus, quantis, & per eſſentiam ſeparatis. & ita Ariſtoteles per hæc intelligit ſubiectum huius ſcientiæ materiale, cum dicit ens conſiderari in hac ſcientia: & formale, cum dicit ea ratione, qua ens. verum de his in dilucidario. neceſsitatem vero huius ſcientiæ, quæ eſt conſiderare ens, & ea, quæ enti per ſe inſunt, vt Alexander, & Expoſitor dixerūt, apparet ex hoc, quia huiuſmodi non debent ignota remanere: cum ex eis aliorum depēdeat cognitio, ſicut ex cognitione communium pendet cognitio rerum propriarum. quare fuit neceſſarium eſſe quandā ſcientiam de his. quod ſi dicas, ſi qua ens, ſit limitatio conſiderandi, quicquid conſideraret metaphyſicis, conſideraret qua ens, & ſic non contemplaretur actum ea ratione, qua eſt actus, nec potentiam ea ratione, qua potentia, nec ſubſtantiam ea ratione, qua ſubſtantia. dicendum eam rationem conſiderandi qua ens, eſſe intelligendam tranſcendenter per indifferentiam, & ꝑdicamentaliter per indifferentiam. nam traſcendenter per indifferentiam conſiderat omnia entia, vt mobilia, & quanta, & ſeparata omnia. cōſiderat.n. igem, qua ens, & omnia elemēta qua entia. inſuper & lineam, & numerum, & corpus qua entia. etiam conſiderat ſubſtantias ſeparatas, qua entia. & decem prædicamenta, qua entia. & ita omnia qua entia ſunt, tranſcēdenter conſiderat. prædicamentaliter vero conſiderat vel ea quæ per indifferentiam tantum ſunt materialibus, & ſeparatis communia, vt actum, potentiam, ſubſtantiam, neceſſarium, contingens, & cætera talia, q̄ communia ſunt per indifferentiā materialibus, & per eſſentiam ſeparatis. vel ea, quæ tantum cōmunia per indifferentiam ſunt ſeparatis per eſſentiam, & quātis: vt numerum, & magnitudinem, prius, & poſterius, & id genus. ergo limitatio illa qua ens, intelligenda eſt vel tranſcēdenter, vel ꝑdicamentaliter qua ens.

Hæc autem nulla eſt earum, quæ ſcientiæ particulares dicuntur. nulla enim cæterarum ipſum ens, ut eſt ens, conſiderat. Sed partem quæque aliquam excipiens, id quod ei accidit, contemplatur, ut mathematicæ ſcientiæ faciunt.

Nunc ei, quod aſſumpſit, adijcit, diuerſam eſſe hāc ſcientiam a cæteris diſciplinis: & dicit { Hæc autem} .ſ. ſcientia, quæ in ente verſatur {nulla eſt earū, quæ ſciētiæ particulares dicuntur} .i. a cæteris diſciplinis diuerſam eſſe ſatis eſt perſpicuum conſiderantibus. deinde affert cauſam, & dicit {nulla enim cæterarum} .ſ. particularium ſcientiarum {ipſum ens, vt eſt ens, conſiderat. Sed quæque} earum {partem aliquam} .ſ. entis .i. certum quoddam {ens excipiens} .ſ. conſiderando {id quod ei accidit} hoc eſt eius accidentia { contemplatur} hoc enim in re quaque proprium eſt ſcientiæ {vt mathematicæ ſcientiæ faciunt} Arithmetica enim numerum conſiderat, qui ens quoddam eſt. Geometria

lineas,plana, & ſolida, quæ & ipſa entia quędam ſunt. At metaphyſica non ens aliquod, nec partem entis ſed ens,qua eſt ens ſimpliciter,conſiderat.qm̄ ſi verſaretur in particularibus entibus, non eſſet ab illis diuerſa.

Quoniam autem principia,ſummaſq; cauſas quærimus,patet ipſas neceſſario per ſe cuiuſdam eſſe naturæ. quod ſi & ij, qui entium elementa quærebant,hæc principia quærebant, neceſſe eſt & elementa eius,quod eſt ens,quatenus eſt ens, & nō per accidens eſſe. Quapropter & a nobis entis ea ratione, qua ens,primæ cauſæ ſunt ſumendæ.

Alexander vult Ariſtotelē docere hanc ſcientiam ſapientiam eſſe,dum extrema quædam principia,& cauſas,de quibus ſapiens diſputat. primum cuiuſdam naturæ principia per ſe eſſe oſtendit, deinde exponit naturā,cuius principia & extremas cauſas oſtendit.Expoſitor autem melius aſſerit Ariſtotelem hic oſtendere ſcientiam,quā præ manibus habemus, habere ens pro ſubiecto,hac videlicet ratione,cuius principia, & extremas cauſas quærit metaphyſica, eſt metaphyſicæ ſubiectum: entis qua ens,metaphyſica quęrit principia, & extremas cauſas:igitur ens qua ens eſt metaphyſicæ ſubiectum. Primo affert vim minoris,cum ſua probatione, & dicit { Quoniā autem principia, ſummaſque cauſas quærimus }.ſ.nos metaphyſici, & non ſubaudi alicuius alterius naturæ ab ente,hæc eſt probatio minoris { patet ipſas }.ſ. cauſas extremas { neceſſario per ſe cuiuſdam eſſe naturæ }.ſ.entis. eſt ergo minor, entis qua ens metaphyſica quęrit principia & extremas cauſas. quod autem qui quærit principia extrema,& cauſas ſummas cuiuſdam naturæ, quærat principia entis, qua eſt ens,probat, authoritate veterum philoſophantium, & dicit { Quod ſi & ij, qui entium elementa }.ſ. ſumma { quærebant hæc principia }.ſ.entis qua eſt ens { quærebant,neceſſe eſt & elementa eius,quod eſt ens, eſſe } elementa { quatenus eſt ens, & non per accidēs }. quare qui quęrit principia & ſummas cauſas cuiuſdam naturæ,quærit principia entis, qua eſt ens.deinde colligit minorem iterū,& dicit { Quapropter & a nobis } .ſ.metaphyſicis { entis ea ratione,qua ens, primæ cauſæ ſunt ſumendæ } quæ fuit minor. & tu ſubaudias cōcluſionem ꝙ ens qua ens,eſt ſubiectum metaphyſicę. Quo vero ad rem veterum attinet,veteres philoſophātes quærentes ſummas naturæ cauſas, ideo quærebant principia entis ſimpliciter,quia apud eos idem erat ens ſimpliciter, & ens inquantum ens,idem ens naturæ & ens ſimpliciter, idem ens ſenſibile,& ens qua ens.nam nullam ſubſtantiam, nullum quoq; ens præter ſenſibile cognouerunt.

Quæ Auer. Com. 1. Auerroes vero primo commento licet parum ad verba loquatur, tamen nonnulla olim excerpſimus, quæ ſunt conſideratione digna:quorū primū eſt ſcientias mathematicas eſſe de numeris, & magnitudinibus,ſcientiā vero naturalem eſſe de ente mobili qua ens mobile.

Comm. 5. Quod ſi dixeris,Auerroem oppoſitum dixiſſe duodecimo huius,cum ait ſcientiam naturalem eſſe de corpore mobili, & in Prologo primi Phyſicorum,dixiſſe naturalem ſcientiam eſſe de rebus ſenſibilibus: omnia hæc ſunt bene, & probe dicta. qm̄ omnia hæc ſunt ſubiecta accipiendo ſubiecta pro conſideratis in ſcientia,ſed primā communiſſimum conſideratum eſt ens mobile: ad quod cætera conſiderata reducuntur. Secundo ait,ſi acciderit, vt in metaphyſica de ſenſibilibus principia quęrantur, hoc non eſſe inquantum ſenſibilia,ſed inquantum entia, per quæ declarauit metaphyſicum non conſiderare quiditates rerum in particulari: vt in dilucidario expoſuimus, ſed in vniuerſali. Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles aſſerit primas cauſas, extremaq; principia, ac ſumma non poſſe eſſe cauſas entis ex accidenti, quod Alexād. declarat ex eo quia per accidēs cauſa,vt in auditu Phyſico exponitur, vno modo dicitur,q̄ non per ſe primo eſt cauſa, vt trianguli æquilateri haberi tres angulos pares duobus rectis nō dicimus cauſam eſſe per ſe, ſed ex accidenti, qm̄ hoc alterius antecedentis prioriſque hoc eſt trianguli per ſe cauſa eſt, & hoc pacto primæ cauſæ,extremaq; principia,ac ſumma non poſſunt eſſe per accidens cauſæ entis,qua ens, nam ſi hoc pacto eſſent cauſæ entis qua eſt ens,alicuius alterius antecedētis erunt per ſe cauſæ.at ente nihil prius eſt. alio modo per accidens cauſa dicitur ipſum accidens, quod accidit cauſæ per ſe, vel id omne,quod per accidens per ſe cauſæ coniungitur,quo modo Polycletus eſt cauſa ſtatuæ per accidens, qm̄ coniungitur ſtatuificæ, qui eſt per ſe cauſa ſtatuæ.& hoc pacto cauſa per accidens poteſt non eſſe cauſa. & nec hoc modo primæ ac ſummæ cauſæ non poſſunt eſſe cauſæ entis, quatenus eſt ens per accidens. qm̄ tunc poſſent non eſſe cauſæ, quæ cū primæ cauſæ ſint, non poſſunt non eſſe cauſæ. recte ergo Ariſtoteles ait primas,ac ſummas cauſas entis nō eſſe ex accidenti cauſas,ſed per ſe.Secundū igitur Ale. Ariſt.accepit duo,quorum primum eſt,vt primæ cauſæ ſint quorundam per ſe cauſæ. quod declarat,qm̄ ſi primæ cauſæ ſint quorundam cauſæ, aliquorum erunt cauſæ: & cum ſint veræ aliquorum cauſæ,per ſe cauſæ aliquorum erunt. Secundum vero eſt eius naturæ,cuius ſunt extrema primaq; principia,& quam inueſtigamus non eſſe alia principia quærenda quàm quæ per ſe principia ſunt, & non ex accidenti. quod authoritate veterum probat, qui rerum elementa indagantes,huiuſmodi principia quærebant, & talia ipſarum elementa,quæ eſſent per ſe elementa,non ex accidenti. quare nos, qui prima principia & cauſas entis inquirimus, huiuſmodi principia inueſtigare debemus, quę proprie,ac ꝑ ſe ipſius entis principia ſint:& ſic hæc erit tertia expoſitio.nam Alexander innuit duas expoſitiones. Expoſitor vero habet aliam ſibi propriam.quibus poteſt addi quarta,vt Ariſtoteles intendi probare principia prima, & ſummas cauſas entis,quas quærimus,eſſe per ſe,& non ex accidentia principia, & hoc probauit authoritate veterum philoſophantium: & iuxta hanc expoſitionem Ariſtoteles primo proponit intentum,& dicit { Quoniam autem principia, ſummaſque cauſas quærimus }.ſ. nos metaphyſici { patet ipſas }.ſ.cauſas, quas quærimus { neceſſario per ſe cuiuſdam eſſe naturæ } quam dicimus nomine ens qua eſt ens, & nō eſſe principia ex accidenti.Eſt ergo id quod dicit, nos metaphyſicos quærere cauſas per ſe entis, & non ex accidenti.deinde probat hoc authoritate veterum,& dicit { quod ſi & ij, qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant }.ſ.quæ eſſent cauſæ rerū per ſe, & non ex accidenti { neceſſe eſt & elementa eius, qđ eſt ens,vt eſt ens & non per accidens }.ſ.eſſe ea quę quęrebant.tunc infert intentum,& dicit { quapropter & a nobis eius quod eſt ens ea ratione,qua ens,primæ cauſæ ſunt ſumendæ } quæ videlicet ſint per ſe cauſæ entis, & non ex accidenti.quæ expoſitio mihi videtur valde facilis:verbiſq; Ariſt.valde conſona.quanq̄, vt Alexā. inquit,dictio ſua breuitate obſcura eſt.

Cap.

CAP. II.

Quot modis dicatur ens: Ens & unum idem eſſe: De Ente item & eius ſpeciebus ac conſequentibus primam ſcientiã contemplari aſſerit.

TEX.2. ENS *autem dicitur quidem multipliciter, ſed ad unum, unamque quandam naturam, non æquiuoce.*

Expoſitor interpres non contemnendus aſſerit hic Ariſtotelem proficiſci ad diluendas quæſtiones, quæ proximo libro diſputatæ fuerunt de conſideratione huius ſcientiæ: & primo procedere ad diluendam ſeptimam quæſtionem, quæ erat, vtrum circa ſubſtantias tantum ſit præſens contemplatio, an & circa ea, quæ per ſe ſubſtantijs accidunt: quod eſt quærere vtrũ de ſubſtantijs,& per ſe accidentibus præſens conſideratio eſt,an ſubſtantiæ conſiderentur in vna ſcientia, per ſe vero accidentia in altera: & oſtendit primo quod huius ſcientię ſit conſiderare tam de ſubſtantijs,quam de accidentibuss: & componit ſyllogiſmum in hũc modum,ea omnia entia, de quibus ens dicitur multipliciter,non quidem æquiuoce,ſed ad vnum vnamq; naturam conſiderantur in hac vna,ac eadem ſcientia.ſubſtantiæ & accidentia ſunt entia de quibus ens dicitur multipliciter, non quidem æquiuoce, ſed ad vnum, vnamq; naturam.ergo ſubſtantiæ & accidentia conſiderantur in hac una, eademq; ſcientia. de ſyllogiſmo vult Expoſitor, vt primo ponat minorem. Secunda ibi { vt igitur & omnium } ponat maiorem. Tertia ibi { patet igitur } vt ponat concluſionem. Quæ expoſitio pulchra eſt, & ſatis ad modũ cõmoda verbis Ariſt. Alexan.vero vult quod cum Ariſto. dixiſſe entis qua ens quandam haberi doctrinam, & docuiſſet quæ ſint huius principia cauſæq;, huiuſmodi ſcientiam ſapientiam eſſe confirmans, ꝙ deinceps quomodo entis ſciẽtia vna eſſe poſsit,nunc oſtendat.cauſam vero cur hoc oſtendat, aſsignat ex eo quia ens æquiuocum eſſe videtur, æquiuocorũ autem non eſt vna natura,neq; ars vna,vna ve ſciẽtia,neq; principia eadem.Quare vult,vt primo diuiſionem proponat eorum, quæ ſub cõmuni aliquo diſponũtur,ordinãturq;, cuiuſmodi ſunt æquiuoca, & vniuoca, & analoga, quæ ab vno aliquo, vel ad vnum aliquod dicuntur. qua partitione vſus, ens neq; genus eorum,de quibus dicitur, eſſe demonſtrabit,neq; rurſum æquiuocum eſſe:ſed vniuocorũ æquiuocorumq; medium tenere. demũ cum docuiſſet ens ab vno, & ad vnum ita dici, vt ſanum,cum his aſſumit entis vnam eſſe ſcientiam: quæ expoſitio pulchra etiã eſt,& verbis Ariſt.cõſona.habet tñ dubitationem, qm̃ Ariſt.hic ſoluiſſet quæſtionem, quam non diſputaſſet in libro proximo,cuius cõtrarium propoſuit proximo libro aſſerens ſe velle diſputare quæſtiones oẽs, quas hoc libro eſt definiturus. fortaſſe Alexander defendi poteſt,qm̃ hæc quęſtio non eſt de principalibus,ſed de obiter occurrentibus.Modo Ariſto. propoſuit omnes principales quæſtiones, quas diluere intẽdit in hoc libro,non tamen omnes, quæ obiter occurrunt,quarũ eſt hæc,quam hic determinat.Sed ſequendo expoſitionem Expoſitoris Ariſtotelis. affert minorem, & dicit { ens autem dicitur quidem multipliciter,ſed ad vnum vnamque quandam naturam non æquiuoce } & ſic vult,vt ens dicatur nec vniuoce,nec æquiuoce,ſed analogice: quæ fuit minor.

Sed ut & omne ſanum ad ſanitatem dicitur, partim quia ſeruat, partim quia efficit. partim quia indicat ipſam, partim quia eſt ſuſceptiuum ipſius.

Cum accepiſſet minorẽ, exponit eam exemplis, & primo accepit exemplum, quando multa recipiũt vnũ nomen,qm̃ comparantur ad vnum,ſicuti ad vnum finem, vt Auerroes exponit hic, & dicit { Sed } ipſum ens { dicitur, vt & omne ſanum ad ſanitatem,partim, quia ſeruat }.ſ.ſanitatem,vt ratio victus { partim,quia efficit }.ſ. ſanitatem vt potio, vel detractio { partim, quia indicat ipſam } vt lotium ſanũ dicitur,quia eſt indicium ſanitatis { partim,quia eſt ſuſceptiuum ipſius } .ſ.ſanitatis,vt animal,quod ſanitatem recipit. hæc igitur omnia ſana dicuntur per attributionem ad vnam, eandemq; numero ſanitatem.eadem.n.numero eſt ſanitas, quam Socrates recipit.lotium indicat,potio vel detractio efficit,& ratio victus ſeruat. per quæ declarauit illud vnum, ad quod analogata deferuntur, & per quod analogum de eis prędicatur,non ſolum eſſe vnũ definitione, rationeq;, ſicuti vniuocata ſunt vnum ratione,ſed vnum numero,quale vnum numero eſt ſanitas ipſa. & propterea propoſuit ens dici multipliciter, non quidem æquiuoce,ſicut Pompilius caſu,temereq; dicitur de Numa, & de meo nepote Sed per attributionem ad vnum,ad vnũ dico non tamen ratione vnum, vt vniuocata dicuntur, ſed numero vnum, quod eſt vnum,ſicuti vna quædam natura.quibus patet analogum differre ab vniuoco,& ab æquiuoco. ab vniuoco quidem qm̃ vniuocum prędicatur de ſuis ſignificatis, quatenus ſignificata attribuuntur ad vnum ratione, vt animal de homine & equo,quatenus homo, & equus referuntur ad vnam animalis communem rationem.at analogum prędicatur de ſuis analogatis,quatenus analogata referuntur ad aliquod vnum,non ſolum ratione,ſed numero.vt ſanum de victu,de lotio,& de potione, & de animali: quatenus victus, lotio,potio,& animal referuntur ad vnam ſanitatem,quæ eſt vna non ſolum ratione,ſed numero. licet ad eam non referantur eodem modo.qm̃ animal refertur ad ſanitatem, vt ſubiectum:lotium,vt indicium: victus, vt cauſa.ab æquiuoco vero, qm̃ licet vnum cõmune ſit nomen, quod de æquiuocatis dicitur, tamen æquiuocata non recipiunt illius nominis prædicationem, vel quia referãtur ad vnam rationem,vel ad vnam numero naturam,ſed illius nominis prædicationem ſuſcipiunt caſu,temereque: vt nepos noſter, & Numa prædicationem quidem nominis Pompilij ſuſcipiunt, nulla tamen interpoſita vnitate, nec rationis,nec naturæ: ſed caſu, fortuitoq; euenit, vt ambo eodem nomine vocentur. Hanc vero differentiã Alexander vir doctiſsimus oſtẽdit cum ait. nam hæc.ſ.analoga ab illorum alterutro differunt, qm̃ vniuocata ſub genere quodam cõmuni ponuntur, omniaq; pariter, ac ſimiliter participant ea natura,q̃ per genus,quod dicitur,ſignificatur.æquiuocis autem nomen, ſm̃ quod de ipſis communiter dicitur, ſolum eſt cõe,& nihil aliud inter ipſa. quæ vero ab vno & in vnum dicuntur.i.ſed analogata neq; eam paritatem inter ſe ipſa ſeruant, quam vniuocata ad id, quod prædicatur.neque rurſus æquiuocatorum diuerſitatem habent. Sed ipſis communitas quædam competit, quatenus referuntur ad aliquid, quod eſt vnum non tantum ratione, verum etiam numero. Quod ſi dices huiuſmodi cõe, quod dicitur per attributionem alibi ſub ęquiuocis ſtatuit.hic vero vult ipſum ab ęquiuocis differre.Reſpondet Alexander & dicit,hic autem

accuratius partiendo ab æquiuocis diſcrepare ait. loquutus eſt igitur hic arctius, alibi fuſius de æquiuocis ipſis. Diſcrimen igitur, vt Alexan. inquit, inter æquiuoca arctius accepta, & analoga, exponit, quoniam talia analogata non ſolum nominis ſocietatem obtinent, nec iſta inter ſe ita ſe habent, vt quæ proprie æquiuoca intelliguntur, quibus nominis cõmunitas fortuito contingit, ſed cauſam quandam habent, cur eodem nomine vocentur. ſana.n.per attributionem ad naturã quãdam appellantur, qm̃ ſana dicũtur, quod ad ſanitatem aliquo modo ſeſe habeant, hoc.n.dicitur ſanum, quia ſanitatem ſeruat: ut modicus cibus, vt exercitationes, deambulationeſq;, illud vero, quia ſanitatem affert, vt medicamentum, & omnia remedia. aliud quod ſanitatis eſt ſignũ, vt probus color, cõmodaq; ſpiratio. aliud deniq;, quia ſanitatis eſt excipiens, vt corpus recte valere aptum. quare ſiquid ſanum appelletur, quod nihil ad ſanitatem pertineat, id æquiuoce ad cætera ſana dicetur. Quibus perſpicuum eſt apud Alex. nulla poſſe eſſe vniuoca ſiue vniuocata, quæ non ſub vno communi genere ponantur. per quæ declarauit ſolum genera eſſe prædicata, quæ vniuoce prædicentur.

Et medicum item ad medicinam. aliud enim medicum ex eo dicitur, quia medicinam habet. aliud, quia aptum eſt ad ipſam. aliud, quia opus medicinæ eſt, & alia ſumemus, quæ ſimili modo dicta ſunt.

Cum aſsignaſſet vnum exemplum analogatorum, quando comparantur plura ad vnum, ſicuti ad finem, affert ſm exemplum in analogatis, qñ comparãtur plura ad vnum, ſicuti ad principium effectiuum, vt Auerroes exponit hic, & dicit { Et medicum item } ſubaudi analogice dicitur de pluribus, quatenus illa referuntur ad vnum principium effectiuum, videlicet { ad medicinam } quæ eſt medendi ars, quæ exponens, dicit { aliud .n. medicum ex eo dicitur, quia medicinam }.i. medẽdi artem { habet } quod proprie, ac potiſsimum medicũ nuncupatur, vt medicus peritus, Hippocrates, vel Galenus { aliud, quia aptum eſt ad ipſam }.ſ. habendam, excipiendamq;: quales homines ſunt, qui ex principijs generationis ita effecti naſcuntur, vt facile medendi artem excipiant: adeo quidem, vt proprio ingenio quędam medicinalia agant, atq; operentur { aliud, quia opus medicinæ eſt } atq; perfectio, vt aliquid, quod medice reſciſſum eſt, medicum eſſe dicimus: & amplificans ſermonem dicit } & alia ſumemus } ſ, in exemplis huius analogi medici { quæ ſimili modo }.ſ. medica { dicta ſunt } vt hæc, quæ diximus, vti inſtrumentũ faciens ad medicinam, & medicamentum, quin & liber medicus vocatur, quia de medicina hoc eſt de arte medendi ſcriptus eſt. omnia.n. hæc, & talia ſimili ratione medica dici poſſunt. aut aliter exponi poteſt { & alia ſumemus, quæ ſimili modo dicta ſunt, ſubaudi per analogiam ad vnum, quemadmodũ dicũtur ſanum, & medicum: vt bonum, & figura, & numeris ex illorum genere videri poſſunt: & vtraq; expoſitio conſona verbis eſt. Sed occurres, qm̃ analogum ſemper dicitur per prius de vno quam de alio. modo nec in primo exemplo de ſano, nec in ſecundo de medico videtur aliquid per prius dici. Et reſponſio eſt, quoniam omnia ſana, vt Alexander innuit, dicuntur per analogiam ad animal, in quo eſt ſanitas, vt in ſubiecto: & omnia medica dicuntur medica per analogiam ad medicum peritum, in quo vt in ſubiecto eſt ars medendi: & ſic tam in primo quam in ſecundo exemplo eſt, aliquid per prius tale quam alia.

Sic & ens multis quidem modis, ſed ad unum principium dicitur. quædam enim quia ſubſtantia ſunt, entia dicũtur. quædam, quia ſubſtantiæ ſunt affectus. quædam quia ſunt ad ſubſtantiam uia. aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ, uel eorum, quæ ad ipſam ſubſtantiam dicuntur, aut alicuius horum negatio, uel ſubſtantiæ. quocirca & non ens non ens dicimus eſſe.

Cum accepiſſet exẽpla, quibus aliqua intelligi poſſunt contineri ſub vno per attributionem ad vnũ, nũc redit ad propoſitum, & dicit { Sic & ens multis quidẽ modis, ſed ad vnum principium dicitur } multis quidẽ modis dicitur quia non eſt genus, nec ſpecies, quemadmodum nec cõmemorata ſunt genera, aut ſpecies { ſed ad vnum principium dicitur } quoniam non protinus æquiuoce dicitur. non.n. ſolum equiuoca multipliciter dicuntur, ſed ea etiam, quæ ab vno & ad vnum referuntur, vt ſe habent ea, quæ cõmemorata ſunt, & ipſum ens. & per principium non finem, vel effectiuum principium, vt in cõmemoratis exemplis, ſed ſubiectũ intelligit, quod vicem materialis principii ſubeſt: ꝑ quod accidentia conſtituuntur ineſſe, vt Auerroes hic ait. Deinde exponit qũo ad vnum omnia, quæ ſunt, entia dicunt, & quid eſt principale, de quo ens dicitur, & ait { quædam.n. dicuntur entia, quia ſubſtantia ſunt } ſubſtantia,n. quia per ſe habet eſſe, ideo dicitur principaliter ens, & per prius, & proprie. Et quæ ſubſtantiæ accidunt. entia quoq; nuncupantur, nouem.ſ. genera. licet ipſe non vtatur exemplis ad hunc modum, vt cuiuſque generis vnum apponat, ſed quædam cõmemorat, quæ ſubſtantiæ inſunt, quæq; per ipſam ſunt, atque dicũtur: quorum multa ſub vno genere, vnoq; prædicamento ponuntur. vtitur vero prima entis diuiſione ex ijs, quę fiunt in prædicamentis, qua videlicet entia diuiduntur in ſubſtantiam, & accidentia, ad hunc modum { quædam.n. entia dicuntur, quia ſubſtantia ſunt } quædã vero ſubaudi entia dicuntur, quia ſubſtantiæ accidunt. Deinde exponit quæ ſunt hæc, & dicit { quædam } ſubſtantiæ entia dicuntur { quia ſubſtantiæ ſunt affectus } vt caliditates, humiditates, frigiditates, ſiccitates, & omnino qualitates paſsiuæ. vel aliter { affectus }.i. propria accidentia, vt ridere hominis, rudere aſini: & cætera id genus { quædam }.ſ. ſunt accidentia ſubſtãtiæ entia { quia ſunt ad ſubſtantiam via } vt generatio, accretio, & motus { aut } vt { corruptiones, aut } vt { priuationes } corruptiones.n. & priuationes dicuntur ſubſtantiæ entia, corruptiones, quidem, quia imminutio, & ſenecta, vt Alexander exponit, aliquid ſubſtantiæ ſunt. priuationes vero, vt cęcitas, & ſurditas. hæ.n. entia ſunt quia ſubſtantiæ aliquid ſunt. eſt nãq; priuatio ſubſtantiæ. Expoſitor vero per corruptiones, vias ad non eſſe intelligit, & per priuationes ea, quæ formis opponuntur: quæ entia ſubſtantiæ dicuntur, qm̃ ſubſtãtiæ quicquam ſunt { aut qualitates }.ſ. entia ſubſtantiæ dicuntur, ſubaudi, quia aliquid ſubſtantię ſunt. & Alexãder per qualitates exponit habitus, & diſpoſitiones, & figuras, non.n. per qualitates, paſsiuas qualitates intelligit Ariſt. quas intellexit per affectus, qm̃ bis idem diceret. Expoſitor autem per qualitates quædam accidentia intelligit, quæ ſunt, vt Ariſtoteles inquit { aut effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ, aut } effectiua generatiuaq; { eorum, quæ ad ſubſtantiam dicuntur }.i. quæ

ſubſtantiæ

ſubſtantiæ inſunt. Alexander vero per qualitates, vt diximus, intelligit habitus, diſpoſitiones, & figuras. & cũ dixit Ariſtoteles { effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ } hæc vtraq;, vt vnum dixit, ad hunc modum { aut } dicuntur ſubſtantiæ entia { effectiua, generatiuaq; ſubſtantiæ } & intelligit per effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ, vt Alexander inquit, actiones, per quas ſubſtãtiæ generantur. nam ſemen, per quod ſubſtantia generatur, ſubſtantia eſt. aut, vt Alexander inquit, effectiuũ vt diuerſum a generatiuo dixit, & talia erunt, quæcũq; cauſæ ſunt, vt aliqua mutentur in ſubſtantiam, vt calefacere, cauſa eſt generationis quorundam animaliũ { aut } ſubaudi ſubſtantiæ entia dicũtur effectiua { eorum, quæ ad ipſam ſubſtantiam dicuntur }.i. eorũ, quæ accidunt ſubſtantiæ. quæ.n. ſcientias, colores, affectiones q;, quæ ſubſtantiæ accidunt, efficiunt, entia ſubſtantiæ dicuntur. diſcere.n. effectiuum eſt ſcientiarũ, exercitationes effectiuæ ſunt bonę habitudinis, parcus victus valetudinis. vel fortaſſe per ea, quæ ad ſubſtantiã ſunt, & dicuntur, intelligit qualia, quæ ad aliquid nuncupantur. nam hæc in habitudine ſubſtantiarum habentur. quæ enim effectiua ſunt eorum, quæ ad aliquid ſunt, ſubſtantiæ entia dicuntur { aut alicuius horum } ſcilicet quæ ſubſtantiæ accidunt { vel } ipſius ſubſtantiæ { negatio } etiam ens ſubſtantiæ dicitur. tam enim negatio alicuius accidentis, quam negatio ſubſtantiæ ens ſubſtantiæ dicitur. quoniam vtraque habitudinẽ quandam ad ſubſtantiam habet. deinde affert ſignum, quo ſcire poterimus negationem ſubſtantiæ, uel accidentis eſſe ſubſtantiæ ens, & dicit { quo circa & non ens dicimus eſſe non ens } ideſt de non ente, quod eſt entis priuatio, eſſe prædicamus, quoniam eſt aliquid entis licet non ſimpliciter ipſum eſſe dicimus, ſed eſſe non ens. ex his patet hoc in loco, ut ſupra diximus, Ariſtotelem non ſic uſum eſſe exemplis, ut cuiuſque nouem prædicamenti unum exemplum appoſuerit, ſed quædam enumeraſſe eorum, quæ ſubſtantiæ inſunt, & propter ipſam & ſunt, & dicuntur, quorum multa & eidem predicamento ſubijciuntur. itaque prima potius earum entis diuiſionum, quæ in prædicamentis fiunt vſus eſſe videri poteſt, qua entia in ſubſtantiam & accidentia diſſecantur. Auerroes autem in præſenti textu, colligi ens dici de primis intelligibilibus, quæ ſunt res primæ intentionis, & de ſecundis, quæ ſunt res ſecundæ intentionis, quales negationes ſunt, & priuationes. nos vero ex his, quæ Auerroes inquit, colligimus negationes, & priuationes eſſe res ſecundæ intentionis: licet non careat quæſtione.

Quæ Auerr. Comm. 2.

Non ſolum eorum quæ ſecũdum unũ, ſed eorum, quæ ad unam naturã dicũtur, unius eſt ſcientiæ ſpeculari.

Vt igitur & omnium ſanorum, ſic & cæterorum ſimiliter una ſcientia eſt. non enim ſolum eorum, quæ per unam rationẽ dicuntur, una ſcientia eſt contemplatrix, ſed eorum etiam. quæ ad unam dicũtur naturam, etenim hæc quodam modo una ratione dicuntur.

Cum hæc de ente ipſo præclaraſſet, nunc, vt Alexander inquit, declarat quõ entis vna ſcientia eſſe poſsit. Vel vt expoſitor dicit, nunc accipit maiorem ſyllogiſmi, acceperat.n. & expoſuerat per exempla minorem, ergo nunc accipit maiorem, & dicit { Vt igitur & omnium ſanorum, ſic cæterorum } quæ { ſimiliter } ſe habent vt ſana { vna ſcientia eſt } eſt ergo maior, vt omnium, quæ analoga dicuntur, ſint in vna ſcientia conſideranda: quam ſtatim exponens dicit { non.n. ſolum eorum, quæ per vnam rationẽ dicuntur }.i. quæ vniuoca ſunt { vna ſcientia eſt contemplatrix, ſed eorum etiam, quæ ad vnam dicuntur naturam }.i. ſed etiam analogorum. Cuius rationem affert, & dicit { etenim hæc } ſcilicet analoga, quæ dicuntur ad vnam naturã { quodammodo vna ratione dicuntur } quippe cum natura vna ſit vna numero, & ratione dixit autem { quodam modo } quoniam non cuncta pariter, & ex æquo participant natura illa. non omnia ſana pariter, & ex æquo participant ſanitate, propter quam ſana dicũtur, nec omnia medica pariter, & ex æquo participant arte medendi. ſic nec omnia entia pariter, & ex æquo referuntur ad ſubſtantiam, propter quam dicuntur entia.

Patet igitur quoque quo entia ſunt, in una ſcientia eſſe cõſideranda.

Nunc affert concluſionem ſyllogiſmi, & dicit { Patet igitur entia quoque, quo entia ſunt in una ſcientia eſſe conſideranda } dixit autem { quo entia ſunt } qm̃ non quatenus muſica, aut medica, aut ſana, ſed qua entia ſunt.i. ſed qua entis natura participãt. Vnde & Auerroes dicit, res quæ pertinent ad vnam ſcientiam, non tm̃ ſunt, quarum ſubiectum eſt tantum vnum genere aut ſpecie, quæ dicuntur vniuoce, ſed quarum eſſe attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni ſubiecto.i. aut vni materiali principio. Secundo affert Auer. differentiam inter æquiuoca, & analoga ex eo, quia analogis poteſt attribui vnum per ſe, & eſſentiale prædicatum: æquiuocis vero nequaquam, niſi caſu. Nam Pompilio meo nepoti, & Pompilio Numæ attribuitur hoc prædicatum homo, & animal, & ſubſtantia, ſed caſu: ſicuti nomen Pompilius eis caſu tributum eſt. Item æquiuocis etiam attribui poteſt prædicatum accidentale, qm̃ canis ſtella, & canis piſcis, & canis latrans eſt pulcher. non tamen competit eis eſſentiale prædicatum omnino, niſi caſu, vt dixi. At analogis & accidẽtales, & eſſentiale prædicatum competere poteſt.

Quæ Auerr. Comm. 2.

Vbique autem ſcientia eſt proprie ipſius primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur. quod ſi hoc eſt ſubſtantia, ipſum Philoſophum principia ſubſtantiarum, cauſaſq; habere oportet.


De continuatione huius textus ad præcedentẽ vna expoſitio eſt quod Ariſtotelis ſoluat quæſtionem, quæ accidit ex eo, quia dictum eſt omnia entia pertinere ad metaphyſicam. hinc emergit quæſtio vtrum ęque primo metaphyſica conſideret de omnibus entibus, quã quæſtionem ſoluens aſſerit Ariſtoteles metaphyſicam non æque primo omnia entia conſiderare, ſed de ſubſtantia principalius cuius. rationem affert, qm̃ ſcientia conſiderans aliqua plura habentia ordinem attributionis, principalius conſiderat illud, ad quod omnia alia attribuuntur: tale eſt ſubſtantia inter omnia entia: igitur primo & principaliter metaphyſica contemplatur ſubſtantiam & ſubſtantiarum principia, & cauſas. Expoſitor ſic continuat, quod poſtquam declaratũ eſt metaphyſicum conſiderare de omnibus entibus, nunc oſtendat metaphyſicum principaliter conſiderare de ſubſtantia, & de principijs ſubſtantiæ: ex eo, quia ſubſtantia eſt primum, & principale ens. Alex. vero quaſi in idem veniens aſſerit Ariſtotelem nunc velle concludere ſcientiam, quæ eſt de ente eſſe primo de ſubſtantia: & ſyllogizat ſic, omnis ſcientia, quæ eſt de pluribus, quæ habent attributionem ad vnum primum, eſt proprie de illo primo: ſcientia, quæ eſt de ente, eſt de

pluribus per attributionem ad vnum primum: igitur ſcientia, quæ eſt de ente, eſt proprie, & principaliter de illo primo, ad quod cætera attribuũtur. hic eſt primus ſyllogiſmus. ſecundus vero eſt, primum, ad quod omnia attribuuntur, eſt ſubſtantia: ſcientia de ente eſt proprie, & principaliter de primo, ad quod omnia attribuuntur: igitur ſcientia de ente eſt proprie, & principaliter de ſubſtantia. De ſyllogiſmo primo tãgit maiorẽ, & dicit {Vbique autem ſcientia}.i. omnis ſcientia, ſubaudi quæ eſt de pluribus, quæ habent attributionem ad vnum {eſt proprie ipſius primi} ſubaudi ad quod cætera habent attributionem: quam probat Alexander, quoniam ars medendi, cum ſit omnium, quæ ſana nuncupantur, proprie tamen, ac præcipue ſanitatis eſſe cenſetur, ex qua cætera huiuſmodi nomen ſortiuntur. Similis eſt ratio doctrinæ, quæ de bonis habetur, proprie nanq; & præcipue perfectiſsimi bonorum eſt. minorem vero, & concluſionem relinquit nobis. De ſecundo vero ſyllogiſmo accepit maiorem etiam, & dicit {quod ſi ſubſtantia eſt hoc} ſcilicet primum entium, ad quod omnia entia attribuuntur, deinde ſubdit concluſionem, & dicit {ipſum Philoſophum} ſubaudi qui contẽplatur ens {principia ſubſtantiarũ, cauſaſq; habere oportet} ideſt oportet contẽplari ſubſtãtiã principaliter conſiderãdo eius principia & cauſas.

Omnis autem generis unius & ſenſus unus, atq; ſcientia eſt: ueluti grammatica, quæ eſt una, omnes contemplatur uoces. quapropter & entis qua ens eſt quæcunque ſunt ſpecies, unius eſt ſcientiæ genere, & ſpecierum ſpecies contemplari.

Hic textus vno modo exponitur á iunioribus, quòd Ariſtoteles afferat ſecundã rationem, qua probet metaphiſicam conſiderare omnes partes entis, & potiſsimum eam, ad quam cætera attributionem dicunt. Expoſitor vero aſſerit Ariſtotelem velle probare primũ Philoſophum conſiderare de omnibus ſubſtantiis. nã cum probaſſet eſſe de ſubſtantia primo, & principaliter in metaphyſica conſiderandum, nunc probare ait eſſe conſiderandum de omnibus ſubſtantijs. quæ expoſitiones vix verbis applicari poſſunt. Quare cum Alexandro viro doctiſsimo dico ꝙ cum Ariſtoteles præfatus eſſet ad philoſophum principiorum, & cauſarum ſubſtantiæ cognitionem pertinere nunc oſtendat non de ſubſtantia ſolum, ſed in vniuerſum de omni ente, vt ſupra dixit, qua ens eſt conſiderare, philoſophi munus eſſe: vt dicit {Omnis autem generis unius & ſenſus vnus eſt} videlicet in ſenſibilibus {atq;} perinde in ſcibilibus vna {ſcientia} & per genus. non genus prædicamentarium, ſed communius pro natura accepit. quibus enim eſt aliqua natura cõis, ea latius accepto vocabulo genera nuncupantur. huiuſmodi autem ſunt analoga, quæ ab vno aliquo eſſe mutuãtur, vel in unũ referuntur, verbi cauſa, in ſenſibilibus, quę participant natura eadem, uel certo quodam ſenſibili, quod ſub aliquem ſenſum cadit, ea omnia ſenſu eodem percipiuntur vt colores omnes ſub viſu cadunt, quia ſunt eiuſdem generis, relatione ad ipſum album: quod viuendi ſubijcitur ſenſui. Simili ratione ſtrepituum vnus eſt ſenſus, vnus item ſaporum, eademq; ratio in ſingulis ſenſibilium generibus reperietur {vt} viciſsim ſubaudi {grammatica, quæ eſt vna} ſcientia videlicet {omnes contemplatur voces} non certam quandam vocẽ verbi gratia, ſolum acutam, ſed omnem vocem. qua ſcilicet uox eſt, contemplatur. ex hoc concludit propoſitum, & dicit {quapropter & entis, qua eſt ens, quæcunq; ſunt ſpecies} ſcilicet entis {vnius eſt ſcientiæ genere} contemplari ideſt quot genera entis ſunt intelligere, & non ſolum entis genera, ſed ſpecierum ideſt generum {ſpecies} ideſt differentias contemplari. Dictũ eſt enim ad vnam genere.i. ad vnam ſecundum genus ſcientiam pertinere cõſiderare ſpecies omnes entis, & communes entis differẽtias, quatenus eſt ens. dico quatenus eſt ens, quoniam particulares ſpecies, & particulares entis differentias, ſub propriis rationibus conſiderant particulares ſcientiæ. At particulares ſpecies, particulareſq; differentias, qua ens ſunt, hæc ſcientia contemplatur. ideo poteſt aliter exponi {quapropter & entis, qua eſt ens, quæcunq; ſunt ſpecies}.ſ. entis. i. genera {vnius eſt ſcientiæ genere contemplari}.i. pertinent ad vnam ſcientiam ſecundum genus: videlicet ad metaphyſicam {Et ſpecies} videlicet generum entis {ſpecierum} ſcientiarum.ſ. eſt {contemplari}.i. & ſpecies generum entis pertinent ad ſcientias ſpeciales, vt ens mobile ad naturalem philoſophiã, & ens quãtũ ad mathematicã. vnde Alex. innuẽs vtrãq; expoſitionẽ hãc ſecundã ſic probat, nã quẽadmodũ ſe habet genus ſcibile ad ſibi ſubiectas ſpecies, ſic genus ſcientię huius

Genus ſcibile.	Subiectæ ſibi ſpecies.	genus ſcientiæ huius.	eiuſdem ſpecies



ad eiuſdem ſcientiæ ſpecies. ergo uiciſsim, vt genus ſcibile ac genus propriæ ſcientiæ ſe habet, ſic ſcibilis ſpecies ad ſpecies ſcientiæ. Eſt autem genus communiſq; entis natura communi, ac generali philoſophiæ ſcibilis. partes igitur entis philoſophiæ partibus ſcibiles erunt. itaq; cuiuſq; entis ſpeciei eſt aliqua ſcientia ex ijs quæ ſub philoſophia, velut ſub vna quadam ſcientia, ſunt ordinatæ. Ex his, quæ Ariſtoteles dixit, Alexander colligit primo diuiſionẽ entis in genera ad primam philoſophiam pertinere: quam ipſe fecit in prædicamentis. colligit ſecundo ſimul cum hoc, quonam modo philoſophia ſit, vna ſcientia vniuerſaliter videlicet intelligendo per philoſophiam, & quonam modo ſpecies philoſophiæ ſint quæcunq; habentur de ente. nam prima philoſophia, quæ proprie ſapientia nũcupatur, quæq; de ſempiternis, ac immobilibus, diuiniſq; conſiderat, philoſophiæ pars eſt. Itaq; ſapientia licet vniuerſalis, & prima ſit, vt quæ de ente in eo quod eſt ens, non de aliquo ente contempletur, ſubijcitur tamen philoſophiæ. Sub hac igitur collocatur tum prima philoſophia, quę circa primas ſubſtantias verſatur, tũ phyſica, quę diſputat de naturalibus, deq; motu, & mutatione, tum ſi qua eſt, quæ agenda contempletur. Talia enim ſunt particularia quædam entia. colligit tertio philoſophiam.ſ. primam, qua ens in eo quod eſt ens conſideratur eſſe vnam genere, quod illis verbis aperuit, quæ initio huius libri conſcripſit {hæc autem nulla eſt earum, quæ ſcientiæ particulares dicuntur} quæ quidem principia, primaſq; cauſas, atq; ſubſtantiam conſiderat, ſimulq; prima eſt & vniuerſalis, ex ijs enim

enim quæ ab vno,& ad vnum dicuntur, id primũ eſt, & vniuerſale,quod q̃,vt ſint alijs eſt cauſa, vt idem in quinto quoq; huius operis libro declarabit. hæc ſunt quæ Alexander colligit. in quibus non parua eſt qõ, nam cum ſexto libro huius operis Ariſtotelem ſcientiam contemplatricem diuiſerit in tres in phyſicam, mathematicam, & metaphyſicam: Alexander tamen non expoſuit vtrũ mathematica ſit pars philoſophiæ, quã diuiſit in metaphyſicam,& phyſicam,& moralẽ: & ita videtur mancus. fortaſſe ſolutionem innuit illis verbis tum ſiqua eſt, nam mathematica quatenus eſt de particulari ente, videtur pars philoſophiæ vniuerſaliſsimæ, quam diuiſit modo, quo diximus. nec ab ratione,quoniam cum mathematica ſit pars ſcientiæ contemplatricis, videtur etiam pars philoſophiæ, eſt enim philoſophia idem quod contemplatrix ſcientia. ex his etiam Alexander concludit ſolutionem quæſtionum,quæ proximo libro propoſitæ ſunt, vtrum eiuſdem ſcientiæ ſit de cunctis ſubſtantijs conſiderare, de quo quæſtione tertia proximo libro diſſeruit: an alia ſcientia aliam ſubſtantiam conſideret. & num ad eandem ſcientiam pertineat de ſubſtantia, & de ſubſtantiæ accidentibus diſputare,de quo libro proximo quæſtione ſeptima diſputauit: hæ enim ambæ definitæ ſunt præſenti loco.

TEX. 3. *Si itaque ens & unum ipſum idem ſunt atque una natura (ex eo, quia mutuo ſeſe conſequuntur, quemadmodum principium, & cauſa) non tamen unam ſubeunt rationem. nihil autem refert, ſi hæc quoque hoc pacto eadem eſſe putauerimus. Sed & ad propoſitum magis conducit.*

Alexander exponit hunc locum non vna ratione. nam in calce ſextæ enarrationis vult,vt Ariſto. ſoluat qõnem aliam huic proximam, quam proximo libro octauam fecimus,vtrum videlicet de eodem,& diuerſo,& de ſimili & diſsimili, & de identitate & contrarietate,& de priore, & poſteriore,& de cæteris omnibus talibus ſit conſideratio huius ſcientiæ: quæ de ente cõtemplatur. quam expoſitionem ſequitur Expoſitor: vbi animaduertendum ea, quæ propria enti ſunt,conuertibiliaq; cum ente, alia eſſe,quæ vno nomine deſignantur, vt vnum bonum,verum,& cætera id genus. alia ſunt quæ per diſiunctionem accipiuntur, quæ non ſimpliciter conuertuntur cum ente, ſed diſiunctione, per quam circũloquimur quodddam proprium conuertibile cũ ente, quod proprio nomine caret, vt ſunt idem,vel diuerſum,contingens vel neceſſarium, actus vel potentia, & cætera id genus. Ariſt. ergo, vt aiunt, primo oſtendit in hac ſcientia eſſe conſiderandum de vno & de ſpeciebus vnius,dans intelligere ꝑ vnũ.omnia alia,quæ vno nomine deſignantur conuerti cũ ente,ſecunda ibi {cum autem vnius ſit facultatis} oſtendit ſecundo hanc ſcientiã conſiderare cætera, quæ ſub diſiunctione conuertuntur cum ente. Auer. autẽ vult

Que Auerr. Comm. 3. qui cum Ariſt. declaraſſet ad eandem ſcientiam pertinere eſſe conſiderãdum de ente,& de cauſis entis, hoc eſt de ſubſtantia,& de cauſis ſubſtantiæ,hic velit declarare in eadem ſcientia eſſe conſiderandum de vno: fauit huic expoſitioni, quoniam Ariſto. in textu hoc ꝓbat. In principio vero ſeptimæ enarrationis Alexãder, poſtq̃ docuit inquit, vnius doctrinæ minus eſſe de ente, qua eſt ens, & quot,& quæ ſunt ſpecies entis, diſſerere,deinceps.ſ.in præſenti textu quot, & quę ſunt entis ſpecies,oſtendit. pro cuius rei declaratione, vt ait, primum docet vnum atq; ens ſubiecto inter ſe eadem eſſe, vt inde inferat tot habere entis ſpecies, quot ſunt vnius ſpecies. Secundo docebit eiuſdem eſſe ſcientiæ de multitudine conſiderare, cuius eſt conſiderare de vno,q̃m oppoſitorum cognitio eiuſdem ſcientiæ munus eſt. Eſt autem vni multitudo contraria,& multitudinis ſpecies vnius ſpeciebus opponuntur. quare ex his concludetur tot eſſe ſpecies entis, quot ſunt ſpecies vnius,atq; multitudinis,& omnes eſſe conſiderandas in præſenti ſcientia. docet ergo primo vnum atq; ens ſubiecto inter ſe eadem eſſe, vt ſit ſyllogiſmus eorum, quæ ſubiecto inter ſe ſunt eadem,ſpecies tot & eædem ſunt.ens & vnum ſubiecto inter ſe eadem ſunt. igitur entis & vnius totidem & eædem erunt ſpecies: huius ſyllogiſmi primo affert minorem, & loquitur ſuſpenſiue vſq; ibi {non tñ} & dicit {ſi itaq; ens & vnũ ipſum idẽ ſunt}.ſ. ſubiecto {atq; vna natura} vt ſit ſm̃ expoſitio primi: & interponit rationẽ quare ſubiecto, & natura eadẽ ſunt,& dicit {ex eo, quia mutuo ſeſe conſequũtur,quemadmodum principium & cauſa} ſunt eadem ſubiecto,quia mutuo ſeſe conſequuntur, deinde terminando ſuſpenſionem dicit {non tñ} ſubaudi vnũ & ens {vnam ſubeunt rationem} quemadmodum nec principium & cauſa. eſt ergo minor ens & vnũ ſubiecto inter ſe eadem ſunt. cuius prima ratio eſt, ea,quæ mutuo ſe conſequuntur,ſunt eadem natura ac ſubiecto: vnum & ens mutuo ſeſe conſequuntur: ergo vnũ & ens ſunt eadem ſubiecto & natura. cuius pro ſyllogiſmi tantum minor ponitur in textu. exponit autem Alexan. quid Ariſto.intelligit per ens & vnum mutuo ſeſe conſequi, & vult ens & vnũ mutuo ſeſe conſequi prædicatione, nam ſic vnum, & ens ſeſe mutuo prædicatione conſequuntur, vt principium, & cauſam. q̃m principium idem eſt, quod cauſa, & econuerſo cauſa idem atq; principium, alia tñ eſt ratio, aliaq; intellectus notio, qua principium dicitur, alia, qua dicitur cauſa. dicitur.n.principium, quatenus primũ eſt eius, cuius eſt principium, & quatenus ex eo exiſtunt ea, quorum eſt principium. cauſa vero, quatenus: propter ipſam eſt id,cuius eſt cauſa.ad hunc igitur modũ ait Ariſto.vnum & ens ſeſe habere inter ſe.de quocunque.n.dicitur vnum, dicitur alterum: & econuerſo tñ diſcrimine quodam intellectus vnum & ens prædicamus. nam cum aliquid ens dicimus,ipſum exiſtere ſignificamus. cum vero vnum,ſecretionem ab alijs,& a multitudine innuimus. ad hunc quoq; modum ſe habent inter ſe expers, & minimum, ſemen & fructus, aſcenſus & deſcenſus, & quæcunq; proprie ἑτερώνυμα .i.diuerſinomina noncupantur. Deinde, quia Ariſto. non probauit vnum & ens ratione differre, & eſſe eadem ſubiecto,cũ quis poſſet dicere vnũ & ens eſſe eadem ſubiecto,& ratione,vt ſunt enſis,& gladius,& veſtis & indumentũ,hoc refellens ſubdit {nihil aũt refert ſi hæc}.ſ.vnum & ens {quoq; hoc pacto}.ſ.ſubiecto & ratione {eadem eſſe putauerimus. Sed} ſic aſſerendo {ad propoſitum} noſtrum probandum {magis conducit} nam, vt Alexander exponit,tanto magis vtriuſq; conſideratio ad eandem ſcientiam pertinebit.ſ.ſi nomine tantum diſcrepauerint. vel fortaſſe dicere ens,& vnum eſſe eadẽ ſubiecto,& ratione ideo magis ad noſtrum propoſitum facit, q̃m ſequitur ſtatim ad ſic dicentes tot eſſe ſpecies entis, quot ſunt vnius, quot eſt noſtrum propoſitũ. Quo vero ad verba attinet, cum dixit,idem ſunt,atq; natura vna, ideo dicit, q̃m quæ-

dam ſunt eadem ſubiecto, quæ nõ ſunt eadem natura, vt Socrates,& hoc Album,& hoc muſicum. at vnum & ens non diuerſam naturam, ſed eandem ſignificãt. inſuper verba illa {ſi hæc quoque hoc pacto eadẽ eſſe putauerimus} hoc modo leguntur ab Alexãdro, ſed in noſtro codice, ſic habentur {ſi non ſimiliter acceperimus} & ſenſus eſt idem. quoniam non refert quãtum ad probationem noſtri propoſiti {ſi} videlicet ens & vnum {non ſimiliter acceperimus} vt accipiuntur ea, quæ differunt ratione, nam ſi accipiantur, vt eadem ratione, manifeſtius ens & vnum oſtendetur cadere ſub eandem conſiderationem, & habere ſpecies ſibi correſpondentes. verum ſcriptura Alexandri perſpicua eſt.

Idem enim eſt unus homo, & ens homo, & homo,& non aliud quicquam dictio ſignificat, ſi reduplicabitur eſt homo, & homo, & unus homo. patet autem ex eo, quia nec in generatione ſeparantur, nec in corruptione, ſimiliter et in uno. quare perſpicuum eſt additionem in his idem ſignificare, & nihil aliud unum præter ens eſſe.

Expoſitor admodum facile locum hũc exponit aſſerens Ariſtotelem velle probare ens & vnũ ſubiecto & natura eadem eſſe per duas rationes, quarum primam, quæ habetur hic,componit hoc modo, Quæcunque duo addita vni nullũ diſcrimen afferunt, ſunt penitus idem ſubiecto, atq; natura: vnum ꝙ ens addita homini, vel alteri cuicunq, nullum diſcrimen afferunt: ergo vnum &ens ſunt penitus idem ſubiecto, atq; natura. Minorem probat inductione in vno exẽplo,& quam potuit probare in ſimilibus infinitis,& dicit {idem.n.} ſubaudi dictu {eſt vnus hõ & ens homo,& non aliud quicquam dictio} ſubaudi ens, & dictio vnum {ſignificat, ſi reduplicabitur} ſupra hominẽ dicendo {eſt homo}.i.ens homo{& homo,& vnus homo} quoniam ens & vnum replicata ſupra hominem idem ſignificant quod homo omnino, & nihil aliud addunt. Quod autem non addat ens homo ſupra hominem aliquid aliud ab homine, nec vnus homo aliquid aliud ab homine, probat, & primo proponit quod intendit,& dicit {patet autem}.ſ.ꝙ ens & vnum addita ſupra hominem nihil aliud a homine ſuperaddant,{ex eo,quia nec in generatione ſeparãtur} nam idem eſt generari ens hominem, & hominem,& econuerſo {nec in corruptione} quoniam idem eſt corrumpi ens hominem & econuerſo.quare ens nihil ſupra hominem addit aliud ab homine. & ſicut dico de ente, ita dico de vno, quoniam idem eſt generari vnum hominem & hominem,& econuerſo, & corrũpi vnum hominem & hominem: & econuerſo. ergo vnum ſupra hominẽ nihil diuerſum ab homine affert. quare ens,& vnum in homine omnino eadem ſunt,ita vt inter ſe ſint eadem ſubiecto, & natura. vnde dicit {ſimiliter & in vno}.i.& ſicut dico de ente, ꝙ non ſuperaddat aliquid diuerſum ab homine, ꝓpterea quia idem eſt generari & corrumpi ens hominem,& hominem, ita dico de vno,ꝙ videlicet vnum non ſuperaddat homini aliquid diuerſum ab homine, propter eandem rationem,qm̃ idem eſt generari & corrumpi vnũ hominem & hominem. Tum concludit propoſitum, & dicit {quare perſpicuum eſt additionem}.ſ.entis ſupra hominem, & additionem vnius ſupra hominẽ {in his} replicatis dictionibus,quæ ſunt ens homo,& vnus homo {idem ſignificare} ſubaudi cum adduntur homini,quod homo ſignificat {& non aliud vnũ præter ens eſſe} ſubaudi cum addũtur homini: & ſed eadem ſubiecto, ac natura. vel iuxta noſtram expoſitionem textus ſic reſoluitur ad artem prioriſticam: vt ſit principalis ſyllogiſmus, quæcunque ſunt ſimpliciter eadẽ vni tertio,ſunt ſibi inuicem eadem ſubiecto, ac natura: vnũ & ens ſunt ſimplr eadẽ vni tertio:ergo ſunt eadem inter ſe ſubiecto,ac natura.Minor proſyllogizatur hoc pacto, quæcunque duo addita alicui nihil diuerſum ab illo afferunt, ſunt ſimpliciter eadem vni tertio: ſed ens, & vnũ addita alicui, nihil afferunt diuerſum ab illo: ergo ens & vnum ſunt ſimpliciter eadẽ vni tertio. Minor probaẽ vno exẽplo vice infinitorum ſimilium, nam ens homo, & vnus homo nihil addũt homini,quod ſit diuerſum ab homine. ſimili rõne ens equus,& vnus equus, & centum talia. exemplum rurſus probatur, nam quæcunque eadem generatione generantur,& eadem corruptione corrumpuntur,nihil diuerſum addũt alterũ ſupra alterum.ens & homo eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur: igitur ens non addit aliquid homini diuerſum ab homine. ſimili ratione de vno eſt dicẽdũ.& iuxta hãc expoſitionem primus ſyllogiſmus Expoſitoris non eſt ad propoſitum: non.n.cadit in reſolutione textus. de reſolutione igitur,primo ponit exẽplum,quod vice infinitorum probat minorẽ proſyllogiſmi,ſecũda ibi{patet aũt}ponitur ſyllogiſmus ꝓbãs exẽplum,nõ totus,ſed eius minor.tertia ibi {quare pſpicuum} affert concluſionem principalis ſyllogiſmi. Alexã.vero tres expõnes affert exẽpli,quod Ariſto.poſuit,quæ cum ſint penitus in intelligibiles, bona frõte prætermittantur. Auerroes autẽ digrediendo diſputat cum Auicenna, qui aſſerebat ens,& vnum ſignificare diſpoſitiones additas eſſentiæ rei. nam vnum ſignificat vnitatẽ,quę eſt principium numeri de pdicamento quantitatis. ens vero ſignificat eſſe,quod eſt actus eſſentiæ. nã eſſentia cuiuſq; rei eſt ab æterno in ſuis cauſis. eſſe vero per actionem agentis aduenit eſſentiæ,& eam conſtituit in eſſe, quod nomen ens ſignificat.quare vnum & ens ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ rei. Auicenna ergo cum audierit a Theologis ſuæ ſectæ rerum eſſentias eſſe æternas in ſuis cauſis contentas,& eſſe,& vnitatem aduenire eſſentiæ per actionem agentis, miſcens ſuam metaphyſicã cum ſermonibus ſuorum Theologorum diſtinxit diſpoſitiones, quod aliæ ſint accidentales,vt album & nigrũ, quæ accidũt ſubſtantiæ.q̃dam vero eſſentiales, q̃ licet differãt re ab eis,quibus adueniunt, ipſis tñ non accidunt. & ita aſſeruit ens,& vnum eſſe diſpoſitiones additas eſſentiæ, non tñ accidentales,vt album & nigrũ, ſed eſſentiales: vt animal,& rationale,quę hominis diſpoſitiones ſunt, ſed eſſentiales. pro hac poſitione argumẽtabatur Auicenna,quoniam ſi vnum & ens ſignificant idem omnino, tunc dicere ens eſt vnum eſſet nugatio, ſicut eſt nugatio dicere vnum eſt vnum, & ens eſt ens, nã idẽ omnino per ſubiectum ſignificatur, quod per prædicatum, quare ſi non eſt nugatio dicere ens eſt vnum, oportet vt vnum ſignificet rem aliquam ſuperadditã eſſentiæ: ſimiliter eſſet nugatio dicere vnũ eſt ens, vel Socrates eſt ens, niſi ens ſuperadderet rẽ aliquã ſupra vnũ,vel ſupra Socratẽ.Auerroes vero ſoluit ex eo,quia licet ens & vnum ſignificent eandem intentionẽ.i.eandem rem omnino,tñ ſunt termini, qui cõnotant diuerſos modos.i.diuerſas rationes.non autem diuerſas diſpoſitio- Qua Auerr. Comm. 3.

ſpoſitio-

ſpoſitiones.i.diuerſas res ſuperadditas eſſentiæ. At apud Auicénam idem eſt ſignificare eadem eſſentiam modis diuerſis,& ſignificare diſpoſitiones diuerſas additas eſſentiæ in actu. quæ vero fecerunt errare Auicennam,vt Auerroes inquit, plura ſunt. quorum primum eſt,qm̄ vnum eſt nomen denominatiuum entis. ens.n.denominatur ab vno. oē aūt denominatiuum ſignificat accidens,& ſubſtantiam. ergo vnum ſignificat accidens, & ens ſubſtantiam. quare vnum ſignificat diſpoſitionem additam enti. Secundum vero, quia putauit Auicēna vnū ſignificare indiuiſionē eius, cui additur, & diuiſionē a quolibet alio modo huiuſmodi indiuiſio eſt intentio quædam alia a re ipſa,cuius eſt indiuiſio. Tertium quia exiſtimauit vnū, quod conuertitur cum ente,eſſe vnum,quod eſt principium numeri prædicamentalis. At cum numerus prædicamētalis ſit accidens.vnum quoq; intentio erit accidētalis. & non intellexit vnum, quod eſt principium numerorū,eſſe ex entibus.i.eſſe quoddam trāſcendens ad oēs numeros tam eſſentiarum q̄ corporum, licet hoc vnū prædicamentale ſit magis dignū,vt dicatur vnum vt libro nono dicet.ibi.n.declarabit eſſe duplex vnū, tranſcendens, quod eſt principiū oīum numerorum, tam corporū,q̄ formarū. & prædicamentale,quod eſt principium numerorū p̄dicamētalium tm̄, cū oriatur ex diuiſione continui, quæ fit in corpora. dicturque etiam ibi vnū prędicamentale eſſe magis dignum vt dicatur vnum,qm̄ eſt euidentius vnum. tandem Auerr. contra Auicennā,argumētatur primo, quia ſi res eſſet vnum per aliquam rem additam ſuæ naturæ,ſicut credit Auicenna, tunc nihil eſſet vnum per ſe, hoc eſt per ſuam ſubſtantiam,ſed per rem additam ſuæ ſubſtātiæ: quod relinquitur pro abſurdo. qm̄ ſi a re ipſa eſſet ablata omnis diſpoſitio ſuperaddita, ipſo tamen remanēte,adhuc res ipſa eſſet vna, quoniā eſſet indiuiſa in ſe, & diuiſa a quolibet alio. quare abſurdum eſt dicere rē eſſe vnum per diſpoſitionem ſuperadditam, & non p̱ ſuam ſubſtantiam. Secundo argumentatur, quoniam ſi res, quæ eſt vna, eſſet vna per intentionem ſuperadditam eſſentiæ, quæremus de intentione ſuperaddita, per quam res eſt vna, vtrum ſit vna per ſubſtantiam propriam, & ſic ſtandum erat in prima re. Sin autem ſit vna per intentionem adhuc ſuperadditam, reuertetur quæſtio, & ita procedetur in infinitum. hæc ſunt, quæ Auerroes digrediendo diſputat cum Auicēna: de quibus in dilucidario quærendum eſt.

Præterea uniuſcuiuſque ſubſtantia unum eſt non per accidens, & ſimiliter & ens aliquid proprie.

Secundo idem probat in hūc modum, vniuſcuiuſque ſubſtantia eſt vnum non per accidens: vniuſcuiuſque ſubſtantia eſt ens non per accidens: ergo(in tertia figura) ens eſt vnum non per accidens. vnde dicit {Præterea vniuſcuiuſq; ſubſtantia eſt vnum nō per accidens} hæc eſt maior. Deinde affert minorem & dicit {ſimiliter} vniuſcuiuſq; ſubſtantia eſt {& ens aliquid proprie}.i.per ſe, & non per accidens. ergo (in tertia figura) ens eſt vnum per ſe,& non per accidens. Expoſitor vero ſic componit, quæcunq; duo p̄dicantur de ſubſtantia alicuius rei per ſe,& non p̱ accidens illa ſunt eadem ſubiecto,& natura: ſed ens & vnū prædicantur de ſubſtantia cuiuſlibet rei per ſe,& nō per accidēs: ergo ens & vnū ſunt eadem ſubiecto, & natura. minorē attulit non ſub forma propoſitionis de prædicari, ſed ſub forma propoſitionis de ineſſe, vt expoſuimus. Quod aūt ens & vnū prædicentur de ſubſtantia cuiuſlibet rei p̱ ſe,& non per accidēs,probat Expoſitor,qm̄ ſi prædicarentur de ſubſtantia cuiuſlibet rei per accidens,prædicarentur per aliquod ens ſuperadditū ſubſtantiæ, hoc aūt eſt falſum. qm̄ de illo eſſet neceſſe p̄dicari ens, & vnum. vnumquodq; enim eſt vnum,& ens. & ſic de illo ens & vnum prædicabuntur aut per ſe,aut per additum, ſi per aliquid aliud,iterum eſſet qō de illo addito, & ſic erit proceſſus in infinitum. quare neceſſe eſt ſtare in primo.ſ.ꝙ cuiuſque rei ſubſtantia ſit ens,& vna per ſe, & non per accidens. Alexan.confundendo expoſitiones, tandem ſic dicit, quanquam poſſunt verba illa aliter explicari ad hūc modum explicentur, quemadmodum ſubſtantia eſt ens, ac proprie ens,ſic proprie eſt vnum,ac proprie vnum, & non ex accidenti, vt ſit vnū perinde atq; ens,aliud proprie, aliud improprie,& hoc prius, illud poſterius. nam ſubſtantia proprie,& prius ens eſt, & vnum, quæ vero ſm̄ ſubſtantiam ſunt, horum quodq; ex accidenti eſt ens, & vnum. ergo apud Alexandrum per ens per ſe,& nō ex accidenti intelligit ens proprie,& ens per prius. Similiter intelligit per vnum proprie: vnum per ſe, & vnum per prius: verum quicquid Alexander velit, expoſitio eſt, vt diximus.

Quare quot ſunt unius, & tot & entis ſpecies: de quibus quidnam ſit cōtemplari ad eandem genere ſcientiam ſpectat.

Ex his, quæ dixit,concludit quot ſunt ſpecies entis, & dicit {Quare quot ſunt vnius, tot & entis ſpecies ſunt} & tu intelligas ſibijpſis correſpondentes. nam ſicuti ſpecies entis ſunt ſubſtātia,qualitas, & quantitas, & reliqua, ſic ſpecies vnius ſunt idem,ſimile & æquale,& reliqua: qm̄ in ſubſtantia vnum, eſt idem: in qualitate vero, ſimile: in quantitate autem, æquale. eodē modo ſm̄ cæteras partes vnius poſſunt ſumi cæteræ partes entis. Accepit autem ſpecies vnius, & entis late ſumpto vocabulo. nam neq; ens, neq; vnum proprie genus eſt,nec ſpecies proprie dicūtur, quæ ipſis ſubijciuntur. Commune enim,quod multipliciter dicitur, non eſt genus: huiuſmodi autem ſunt ens, & vnum. Quod enim de ijs prædicatur,in quibus eſt prius & poſterius, id quodammodo genus eſt, quia cum genere quandam obtinet ſimilitudinem, non tamen proprie genus eſt. probauit autem tot eſſe entis ſpecies, quot vnius, quoniam vnum & ens ſunt idem ſubiecto, & natura: quoniā certiores nobis ſunt ſpecies vnius ſpeciebus entis,ideo per numerum ſpecierum vnius oſtēdit ſpecierum entis numerum.tūc ſubdit {de quibus} .ſ.entis & vnius ſpeciebus {quid ſit} ſubaudi vnaquæque earum {contemplari, ad eandem ſcientiam genere ſpectat} nam ad primam philoſophiam attinet conſiderare ſpecies vnius, & ſpecies entis.

Dico autem, ut de eodem, & ſimili, & cæteris talibus, atque de horum oppoſitis. Sed fere omnia contraria ad hoc principium reducuntur.

Verū hæc contemplati ſumus in contrariorum delectione. TEX. 4.

Nunc quæ ſint ſpecies vnius exponit, vt innuat correſpondentes ſpecies entis,& dicit{Dico autem}.ſ.ſpecies vnius,{vt}.ſ.ſunt {de eodem, & ſimili, & cæteris talibus} ſcilicet æquali.nam idem,qua idem,vnum eſt in ſubſtantia. ſimile qua ſimile vnum in qualitate, pari ratione æquale vnum eſt in quantitate. quare

correſpondentes ſpecies entis ſunt ſubſtantia, cui cor reſpondet idem: qualitas, cui correſpondet ſimile: æquale, cui correſpondet quantitas. de his omnibus conſiderat ea ſcientia, q̃ eſt de ente, quatenus eſt ens. Deinde amplificando ſm̃ omnem ſubdit {atq; de horum oppoſitis} nam in metaphyſica conſideratur diuerſum, quod eſt oppoſitũ eidem, & diſsimile, quod eſt oppoſitum ſimili, & inæquale, quod eſt oppoſitum æquali. ſed qm̃ vnum eſt quoddã ſuperius ad idem, ad ſimile, & ad æquale, & ad cætera id genus, ideo hic docens reducere omnia cõtrãria, de quibus agit hæc ſcĩa, ad vnũ genus oppoſitionis quod eſt cõmuniſsimũ in hac ſcientia. dicit {Sed fere omnia contraria, de quibus. ſ. agit hæc ſcientia, ad hoc principium reducuntur} quo in loco principium appellat oppoſitionem. qua vnum, & multa opponuntur. ſi quidem idem eſt vnum diuerſum vero multa. pari rõne ſimile, & æquale vnum eſt, diſsimile, autem & inæquale multa. Quare omnia contraria, de quibus agit hæc ſcientia, reducuntur ad propoſitionem, qua vnum, & multa opponuntur: tanquam ad communiſsimum genus, atque principium. Quod autem cuncta fere contraria ad hãc oppoſitionem reducuntur, quæ eſt inter vnum & multa relegat nos ad locum, vbi id explicauit, & dicit {verum hæc}. ſ. quæ ſunt contraria, & quæ reducuntur ad primam oppoſitionem, quæ eſt inter vnũ & multa {cõtemplati ſumus in contrariorum delectione}. i. in ſecũdo de bono, vt Ariſtoteles inquit, vel in ſecundo metaphyſicæ, qui eſt liber electus de contrarijs.

Atque tot Philoſophiæ ſunt partes, quot ſubſtantiæ ſunt: ut neceſſarium ſit ipſarum quandam eſſe primam, & aliam ſequentem. nam unum ipſum, & ens genera habent: quapropter & ſcientiæ hæc ſequuntur. Ipſe nanque Philoſophus perinde ſe habet, ut is, qui mathematicus nuncupatur: & enim partes hæc habet, & prima quædam eſt ſcientia, et ſecũda, et aliæ deinceps, quæ in mathematicis ipſis ſunt collocatæ.

Hic ſoluit quæſtionem tertiam & quartã, quæ ſunt motæ tertio libro proximo: quarum prima eſt, vtrum vna ſcientia de cunctis ſubſtantijs conſideret, an plures, & ſi plures quæſtio ſecunda erit, an hæ ſint inter ſe cognatæ. de prima dicit, nec ſolum ſequitur, vt ſint ſpecies entis, quot vnius, ſed ſequitur etiã, quod ſubdit} atq; tot philoſophiæ ſunt partes, quot ſubſtantiæ ſunt} hoc. n. eſt, quod ſequitur etiam. nam cum ſubſtantiæ ſint plures, iccirco ſcientiæ, quæ circa ſubſtantiã verſantur. i. philoſophiæ, q̃ genere vna eſt, tot erunt partes ſpeciesq;, quot ipſæ ſubſtantiæ: & quidẽ ordinatæ, vt neceſſarium ſit ipſarum}. ſ. partium philoſophiæ quandam eſſe primam, & aliam ſequentem}. i. & aliam ſecundam, poſterioremq; pro ipſarum ordine.

Comm. 4. nam vt Auerroes inquit ea pars, quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili, de qua agitur libris Septimo, & Octauo, prima eſt ordine doctrinæ: quippe cum doctrina omnis incipiat à notioribus: ea vero pars, quæ eſt de ſubſtantia inſenſibili, atq; immateriali, de qua duodecimo huius agetur, eſt poſterior ordine doctrinæ, licet ordine dignitatis, & intentionis ſit prima, cum in hac ſcientia principaliter intendatur. Circa hæc Alexan. animaduertit Ariſtotelem intuliſſe duas concluſiones. quarũ Prima eſt, vt tot ſint ſpecies entis, quot vnius. & hãc aſſerit ſequi ex illo aſſumpto, ꝙ ens & vnum ſint idem ſubiecto & natura. Secunda vero eſt, vt tot ſint philoſophiæ partes, & eo ordine conſtitutæ, quot ſunt partes ſubſtantiæ: & hanc ſequi aſſerit illũd aſſumptum, ꝙ ſi hoc ſit ſubſtantia, ipſum Philoſophum principia ſubſtantiarum, cauſaſq; habere oporteat. demũ Alex. mutat ordinem in verbis, q̃ mutatio non mihi placet. qm̃ intelligitur ſine verborum perverſione: & animaduerte in hac expoſitione per philoſophiam eſſe intelligendum metaphyſicam, vt Expoſitor intellexit. Deinde ſoluens ſecundam quæſtionem oſtendit partes philoſophiæ eſſe cognatas, vtens ſyllogiſmo in hunc modũ, partes, q̃ ſunt eorũ, quæ ſub ſe genera habent, ſunt cognatæ: Philoſophiæ partes ſunt entis, & vnius, quæ genera ſub ſe habẽt: ergo ſunt cognatæ. de ſyllogiſmo affert minorem, & dicit {nam vnũ ipſum & ens genera continuo}. i. ordinata ſub ſe {habent} vt ſunt partes ſubſtantiæ, inter quas eſt aliqua prima, & aliqua poſterior. & per genera, quæ continentur ſub vno, & ſub ipſo ente, intelligit genera ſubſtantiarũ, quorũ alterũ eſt ſenſibilium de quibus. vij. & viij. libris huius agitur, & alterum inſenſibilium de quibus libro. xij. diſſeritur. Deinde affert concluſionẽ, & dicit {quapropter & ſcĩæ hæc}. ſ. genera ſubſtantiarũ entis, & vnius ſequũtur. ſ. vt ſint cognatæ veluti & genera ſubſtantiarum ſunt cognita, oẽs. n. partes philoſophiæ continentur ſub vno genere metaphyſico. & ſecundum hanc expoſitionẽ Ariſto. per philoſophiam intelligit metaphyſicam. cognationẽ aũt hãc partiũ philoſophiæ. i. metaphyſicæ, Ariſto. exponit exẽplo eius cognationis, q̃ habetur in mathematicis, & dicit {ipſe nanq; philoſophus}. i. metaphyſicus {perinde ſe habet atq; is, qui mathematicus nuncupatur} eius rationẽ exponens dicit {&. n. hæc}. ſ. doctrina mathematicæ {partes habet} quarũ vna {& prima eſt ſcientia} vt arithmetica {& ſecunda} vt geometria {& aliæ deinceps, q̃ in mathematicis ipſis ſunt collocatæ} vt aſtrologia, perſpectiua, muſica, & mechanica: quæ priores ſequuntur. vel, vt Auerroes inquit Commento quarto, prima ſcientia in mathematicis eſt geometria, & arithmetica, ſecunda vero eſt perſpectiua, muſica, aliæ autem, quæ deinceps ſunt, aſtrologia, & mechanica ſunt. eodem modo in metaphyſica partes ſunt cognatæ, in quibus quædam eſt prior, quædam poſterior. vbi patet in vniuerſa hac expoſitione per philoſophiam eſſe intelligendum metaphyſicam, & per Philoſophum metaphyſicum, vt Expoſitor intellexit, & Auerroes. At ſecundum Alexan Alexã. opinio. drum per philoſophiam intelligendum eſt ſcientiam contemplatricem communem omnibus ſcientijs cõtemplatricibus. vt naturalis, quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili corruptibili: & ea, quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili æterna. & metaphyſica, quæ eſt de ſubſtantia inſenſibili æterna, & per Philoſophum etiam intelligit communiter contemplatorem: vnde loquens Ariſtoteles de philoſophia ſic generatim ſumpta, primo aſſeruit tot eſſe partes philoſophiæ, quot ſunt partes ſubſtantiæ: & eodem ordine collocatas. nã ſicuti ſubſtantiarum aliæ ſunt primæ, aliæ ſecundæ, ſic philoſophiæ, quæ ſuſe accipitur, alia pars eſt prima, alia ſecũda, & poſterior pro ſubſtantiarum ordine. Secũdo aſſeruit philoſophiam. ſ. generatim ſumptam, ſimilẽ eſſe mathematicæ. nam vt mathematicæ, quæ genere vna eſt, eiuſq; partium diſcrimen quoddam eſt pro differẽtijs, & ordinibus eorum, in quibus verſatur, ſic & philoſophiæ. cum enim in mathematicis quædã conſiderata ſint prima, quædam ſecunda, iccirco in mathematica q̃dam eſt prima, quædã ſecunda, alia tertia. Prima enim

enim verbi gratia eſt,q́ circa plana verſatur, poſt hãc, quæ circa ſolida, deinde aſtrologica, tum mechanica, quæ naſcentia,& intereuntia tractat. Qui ordo in ſub ſtantijs quoque reperitur. nam primæ ſunt ingenitæ, & immortales, quæ corpore vacant, nec mouentur, de quibus prima philoſophia agit. Secunda vero philoſophia de ſempiternis, quæ motu ciētur, vt ea pars, quæ eſt de cœlo, & mundo. Tertia, quæ ſubſtantias conſiderat naſcentes, & intereuntes. nam hæ ſubſtan tiæ vltimæ ſunt. de his agit ea naturalis philoſophiæ pars, quæ continetur in cæteris libris, qui ſunt poſt librum de cœlo. hæc eſt Alexandri expoſitio.

Cum autem unius facultatis ſit oppoſita contemplari, & uni pluralitas opponatur, ad hanc ſane ſcientiam & pluralitatis contemplatio pertinebit, & priuationis atq; negationis, quæ unius ſunt: utroque nanq; modo unum ipſum in contemplationem uenit, cuius eſt negatio, uel priuatio. Quæ aut ſimpliciter dicitur illi non ineſſe, aut alicui generi. ibi igitur ipſi uni differentia ineſt præter id, quod eſt in negatione, ipſa nãque negatio illius eſt abſentia. in priuatione uero & ſubiecta quædam exiſtit natura, de qua priuatio dicitur.

Nota duplicẽ negationis genus.

Vt Alexander inquit, poſtq́ Ariſtoteles eius eſſe ſciẽtiæ de vno, vniq; ſubiectis conſiderare, cuius de ente qua ens eſt, nunc oſtendit ad eandem pertinere de ijs diſputare, quæ multis ſubijciuntur, qualia ſunt diuerſum, diſsimile, inæquale, & cætera, quæ multis ſubijciuntur: dixerunt enim omnes contrarietates referri ad oppoſitionem, quæ eſt inter vnum, & multa, velut ad principium: ideo nunc docet cuius eſt de vno diſputare, ad eundem pertinere, de contrario vnius diſſerere, qm̃ oppoſitorum conſideratio eiuſdẽ eſt diſciplinæ. quod ſi vnius ſcientiæ eſt de his conſiderare, ſ. de vno & multis, his autem, ſ. vni & multis omnia con traria ſubiiciuntur, erit vnius ſcientiæ de omnibus cõ trarijs cõſiderare. Hęc aũt ſcientia, vt dictũ eſt, eſt ſcĩa, quæ de ente quatenus ens conſiderat. quare ſcĩæ, quæ de ente, quatenus eſt ens, conſiderat, erit omnia contraria conſiderare. hæc eſt ſumma verborum, quam Alexander compilat, licet obſcuriſsima ſint. dicit {cũ aũt vnius facultatis ſit oppoſita contemplari} hæc eſt maior {& vni pluralitas opponatur} & hæc eſt minor. Tunc affert concluſionẽ cum ſuo tanſumpto, & dicit {ad hanc ſane ſcientiam & pluralitatis contẽplatio per tinebit, &} etiã pertinebit cõtemplatio {priuationis & negationis, q́ vnius ſunt} ſic.n.legit Alexã. qui dictionẽ habebat, qualem nos habemus in tranſlationibus Boethij, & veteribus. licet Argyropylus ſecus legat, nec tñ vt in græcis noſtris codicibus habemus, rõnem huius trãſumpti in cõcluſione additi Alexã. affert: qm̃ cũ oppoſita multipliciter dicantur, vt habitus & priua tio, & affirmatio & negatio, vt cõtrariũ & cõtrariũ, vt ea, q́ ad aliquid oppoſita dicuntur, & ad hanc ſcĩam, q́ eſt de ente quatenus eſt ens, pertinet conſiderare de oĩbus oppoſitis: recte illatũ eſt ad hãc pertinere conſi derare de priuatione, ſubaudi & habitu, i. de oppoſitione, q́ eſt inter priuationem & habitum, & de negatione, i. de oppoſitione, quæ inter negationem, & affir mationem, & de cæteris id genus. Secundum etiam ra tionẽ innuit idẽ Alex. ex eo, quia eiuſdẽ ſcientiæ eſt co gnoſcere priuationẽ, & negationẽ, cuius eſt cognoſce re & id cuius eſt priuatio, & negatio: quare, cũ huius ſcĩæ ſit conſiderare vnũ, erit etiã cõſiderare negationẽ & priuationẽ, q́ ſunt vnius. nemo.n. alicuius priuationẽ vel negationẽ intelligere valet, qui hoc ignoret, cuius eſt priuatio, vel negatio. vnde & Ariſto. huius rõnem affert, & dicit {vtroq; nanq; modo} tam vt id, cuius eſt negatio, q́ vt id, cuius eſt priuatio {vnum ipſum in contemplationem venit}. ſ. pñtis ſcĩæ, vel ſic {vtroq; .n. modo}. ſ. ſiue multa vni vt negationẽ opponi dicas, quæ. ſ. vocabulo non vnum ſignificantur, ſiue vt priua tionem, qm̃ in non vno vnum continetur, cuius eſt ne gatio {vnum ipſum in} præſentem. ſ. contemplationẽ} venit. poſt hæc diſcrimen, quod inter priuationem, & negationẽ habetur apponens dicit {Cuius}. ſ. vnius {eſt negatio, vel priuatio, quæ aut ſimpliciter dicitur illi non ineſſe, aut} non ineſſe {alicui generi}. i. quæ ne gatio vel priuatio dicitur aut ſimpliciter, aut in genere: in quibus verbis innuit hanc diſtinctionem ꝙ priuatio, ſiue negatio ſit duplex, quædã ſimpliciter, per quam, ſ. abſolute dicitur hoc non ineſſe illi, quædam vero in genere, per quã aliquid non abſolute negatur, ſed intra metas alicuius generis, ſicut cæcum dicitur non ſimpliciter illud, quod non habet viſum, ſed intra genus animalis dicitur illud animal, quod nõ habet viſum. vnde concludens differentiam inter negationẽ, quæ eſt vnius, & priuationem, quæ etiam eſt vnius, di cit {ibi igitur}. ſ. in negatione ſimpliciter {ipſi vni differentia ineſt}. i. ſignum negationis ſimpliciter ineſt {præter id, quod eſt in negatione}. i. non connotando id, cui ineſt. quaſi dicat hãc eſſe differentiam, ꝙ ſignũ negationis ſimpliciter inſit non connotando determi natum ſubiectum, cui ineſt. cuius rationem affert, & dicit {ipſa nanq; negatio}. ſ. ſimpliciter {eſt} abſoluta {abſentia illius}. ſ. termini, cui ineſt. i. cui ſignum nega tiuũ apponitur: vt non homo, ſimpliciter negat hominem, & non limitat ſibi determinatam naturam. {in priuatione vero & ſubiecta quædã exiſtit natura} eius . ſ. cui ineſt {de qua dicitur priuatio} quæ eſt negatio non ſimpliciter, ſed in genere. Quare differentia hæc eſt, ꝙ ibi ſcilicet in negatione ſimpliciter non conno tetur determinatum genus ſubiecti, hic vero. ſ. in priuatione connotetur certum ſubiectum. & per differẽtiam intelligit ſignum negatiuũ, quod additur vni: veluti cum dicitur non vnum. & vocauit ſignum negatiuum differentiam, quoniam per ipſum differt ter minus negatus ab affirmato. Alexander autẽ hæc ver ba ſic exponit {ibi igitur}. i. in negatione {ipſi vni quidem differentia}. i. negatiuum ſignum {ineſt} ſubaudi cunctis aliis {præter id, quod eſt in negatione} negatio enim de cæteris omnibus vere dicitur præter illud, cui differentia negatiua in negatione adiungitur. & adiecit cauſam, cur de cæteris omnibus prædicetur ve re, præter id, cui differentia negatiua, id eſt negatio ad ditur: tum ait {ipſa nanque negatio illius eſt abſentia} exponit etiam Alexander & tertio modo, de quo non curo. Sed occurres ijs, quæ Alexander dixit, quoniam per hæc, quæ Alexander inquit, videtur vnum *Queſtio.* dicere negationem multitudinis: quod falſum eſſe oſtenditur primo, quia cum priuatio ſit poſterior naturaliter eo, cuius eſt priuatio, ſequetur vnum eſſe naturaliter poſterius multitudine. Deinde, quoniam tunc multitudo poneretur in diffinitione vnius. quippe cum priuatio definiri non poſsit, niſi per ſuum oppoſitum, hoc autem falſum eſt, nam potius multitudo definitur per vnum. eſt enim multitudo aggregatio vnitatum: niſi ſit circulus in definitionibus. Et dicendum vnum, quod conuertitur cum ente, dicere

priuationem diuiſionis in ſe, & diuiſionis a quolibet alio, vt Alex.ſuperius expoſuit. & ſic negatio vel priuatio, qua vnum eſt vnum, non eſt priuatio diuiſionis quantitatiuæ, cum hæc ſit determinati generis. Sed diuiſionis formalis, qua aliquid dicitur vnum ens: quæ priuatio diuiſionis formalis intelligi non poteſt in aliquo ente, niſi prius intelligatur ens, ſecundo vero intelligatur non ens, tertio intelligatur diuiſio, quarto intelligatur vnum, quod priuat dictionem, vltimo intelligatur multitudo, de cuius ratione eſt diuiſio. Iſtã autem priuationem vel negationem primam, quæ eſt indiuiſio eius in ſe, ſequitur ſecunda negatio vel priuatio, quæ diuiſio a quolibet alio.

Quæ cum ita ſint, & uni pluralitas opponitur, fit, ut eorum etiam cognitio, quæ opponuntur dictis, ad dictam ſcientiam attineat: ueluti diuerſi, diſsimilis, inæqualis, & ſiqua ſint alia, quæ aut ad idem, aut ad pluralitatẽ et unum accõmodantur: ex quibus eſt contrarietas ipſa. quippe cũ differentia quidem diuerſitas ſit, contrarietas autem differentia quædã.

Verba hæc {Quæ cum ita ſint} puto eſſe addita ab Argyropylo, vt verba recte conſtrui poſsint. quare oſtenſa negationis, ac priuationis differentia, tranſit, vt Alexan.inquit, ad id cuius gratia hæc commemorauit, & dicit {quæ cum ita ſint, & vni pluralitas opponitur} nec ſolum vni opponitur pluralitas, ſed etiam ea, quæ ſupradictis oppoſita ſunt, quorum quodq; vnum eſſe diximus. nam idem diximus eſſe vnum in ſubſtantia, ſimile vnum in qualitate, æquale vnum in quantitate, quia igitur ea, quæ his opponuntur, etiam vni opponuntur, ideo concludens dicit {fit, vt eorum etiam cognitio, quæ opponuntur dictis} videlicet eidem, ſimili, & æquali, cum hæc eadem etiam vni opponũtur ſaltem de ſecundaria ratione {ad dictam ſcientiam attineat, ſcilicet ad metaphyſicam ad quã attinet cognitio vnius & multitudinis, & exponit ea, quæ opponuntur dictis, & dicit {veluti} cognitio {diuerſi} quod opponitur eidem, cognitio {diſsimilis} quod opponitur ſimili, cognitio {inæqualis} quod opponitur æquali, & amplificans ſermonem ſubdit {& ſi qua ſunt alia, quæ aut ad idem} ſcilicet & diuerſum {aut ad vnum & pluralitatem accommodãtur} de quibus explicat vnum, & dicit {ex quibus eſt contrarietas ipſa} quod probat, & dicit {quippe cum differentia quidem diuerſitas ſit, contrarietas autem differentia quædam} igitur cõtrarietas eſt diuerſitas. Quo vero ad ſenſum attinet, diuerſum, diſsimile, & inæquale opponuntur vni de ſecundaria ratione, quatenus ſubiiciuntur multitudini. de primaria vero ratione diuerſum opponitur eidẽ, diſſimile ſimili, inæquale æquali. Quare hæc conſideranda ſunt in eadem ſcientia, in qua cõſiderantur vnum & multa. item etiam cum cõtrarietas contineatur ſub diuerſitate, etiam de contrarijs ad hanc ſcientiam pertinet agere. cum enim inquit {& ſi qua ſunt alia, quæ aut ad idem, aut ad pluralitatem & vnum accommodantur ſupradictæ ſcientiæ munus eſt cognoſcere} intelligas & quæcunque alia opponuntur, & ſubiiciuntur, referunturq; vel ſub idem, eiq; oppoſitum diuerſum, vt oppoſita generaliora, vel ſub æquale & inæquale, vel ſub ſimile, & diſsimile, vel ſub vnum & multitudinem, quæ ſunt generaliſsima conſiderare Philoſophi munus eſt: quæ iccirco, vt Alexander animaduertit, ab ipſo dicta ſunt, vt doceret philoſophiam de cunctis oppoſitis diſputare. Sed dices quonam modo album & nigrum, dulce & amarum ſub vnum & multitudinem referes? fortaſſe, vt Alexander inquit, in idem, & diuerſum referuntur, quoniam ex ipſis cõcretiua, quæ ſunt album & dulce ad idem referuntur. his autem oppoſita, quæ diſcretiua ſunt, reducuntur ad diuerſum. per quæ Alexander innuit de omnibus oppoſitis & per genera & ſpecies eſſe hac in ſcientia conſiderandum, quod fortaſſe eſt verum non ſiſtendo in ipſis per ſpecies, vt in dilucidario diximus. contrarietatem ex eorum numero eſſe ait, quæ ad diuerſitatẽ & multitudinẽ referuntur, & hoc oſtẽdens dicit {quippe cum contrarietas differentia} quædam {ſit, differẽtia autem diuerſitas quędam} & cum diuerſitas ſit, ad multitudinẽ referri debet. itaq; contrarietas per reductionem ad diuerſitatem, ad multitudinem referri poteſt. adiecit autem ſignanter de contrarietate eſſe hic agendum, dum molitur de oppoſitis verba facere, nã de priuatione & negatione diſputare eiuſdem eſſe docuerat ſuperius. dixit etiam contrarietatem diuerſitati ſubiici, & non contraria ipſa. quoniam ſi contraria ipſa. diuerſitati ſubiicerentur, cum idem & diuerſum contraria ſint, tam idem, quàm diuerſum diuerſitati ſubiiceretur. inſuper pari ratione cum æquale & inæquale ſint contraria, tam æquale quàm inæquale eſſet diuerſitas, quamobrem non contraria ipſi diuerſitati ſubijciuntur, ſed contrarietas, quæ quidem contrarietas eſt in ambobus contrarijs ſimul ſumptis, non in ipſorum altero. quo fit vt idem & diuerſum vel album & nigrum ſimul ſumpta vt contraria, diuerſitati ſubiiciuntur, non autem album, vel idem per ſe: hæ ſunt Alexandri conſiderationes non inutiles.

Quare cum ipſum unum multis modis dicatur, et hæc multipliciter quidem dicentur. unius tamen ſcientiæ eſt uniuerſa cognoſcere. non enim ſi multis modis dicantur, ad diuerſas ſcientias ipſorum contemplatio pertinebit. Sed ſi neque una ratio ipſius competat, neq; ad unum rationes omnium reducantur, tunc ad diuerſas ſcientias attinebunt. cum autem ad primum omnia referantur, ut ea, quæ dicuntur unum, ad primum unum, dicendum eſt & de eodem, & diuerſo, contrarijſue rem eodem modo ſeſe habere. quare diſtinctione facta, quot unumquodq; modis dicatur, aſsignandum eſt ad primum in unoquoque prædicamento, quo nam modo ad illud dicitur.

Expoſitor Ariſt. dicit hic tradere modũ, quo de his oppoſitis ſit determinandum. nam cum probaſſet de talibus eſſe hic conſiderandum, conſentaneum rationi eſt, vt tradat modum, quo ſit de ipſis determinandũ. Iuniores vero, qui fere ad verbum Expoſitorem ſectãtur, formando dictionẽ, Ariſt. aſſerunt excludere cauillationem quandã, ex eo, quia obiicere poſſet aliquis, cũ oppoſita multifariam dicantur, quemadmodũ ipſum vnum, cui ſubijciuntur, non eſſe de ipſis conſiderare munus vnius ſciæ. Et reſponſionis ſumma eſt, ꝙ licet hæc oppoſita multipliciter dicãtur ſintq; multiplicia, tñ pertinent ad eandẽ ſciam, quatenus ad aliquod vnũ dicuntur: vel ab vno ordine attributionis. ab vno quidẽ vt de medicis oſtẽdimus, medica.n. ab arte medẽdi deducũtur, q̃ in homine medico eſt. ad vnum verò, vt ſana, q̃ oĩa ad ſanitatis rõnem referuntur, q̃ eſt in corpore ipſo ſano. vñ dicit {q̃re cũ ipſum vnũ multis modis dicatur, & hæc}.ſ. ſpecies vnius {multipliciter quidem dicentur} tãquam æquiuocata ſub ipſo vno ſpecies vnius, vt ſuperius diximus, ſunt, quæ vni ſubijciuntur, hæ autem ſunt idem, ſimile, æquale, & cætera in genus, hæc.n. multifariam dicentur eruntque multiplicia,

tiplicia,ergo non pertinebunt ad eandẽ ſcientiã. Quæ verba,cum ad cauillum tacitum attineant, ſtatim ſolutionem ſubiungit,& dicit{vnius tamen ſcientiæ eſt vniuerſa cognoſcere} vniuerſa dicit oppoſita,quæ ſubijciunt enti & vni,& affert rationem, & dicit{ non enim ſi multis modis dicantur }ac ſint entis & vnius ſignificata multa, veluti æquiuocata ſitq; idem proprie, ꝙ in ſubſtantia, ſimile proprie,quod inqualitate,æquale proprie,quod in quantitate tribuitur,ſicq; ipſorum qđ quæ in diuerſis prædicamentis { ad diuerſas ſcientias ipſorum contemplatio pertinebit}ſed ad vnam.deinde exponit, quando ad diuerſas ſcientias pertinebunt ſignificata eorum, quæ multis modis dicuntur.i.æquiuocata & dicit{ſed ſi neq; vna ratio ipſis}ſcilicet ſignificatis { competat} perquam vniuocentur { neq; ad vnum}vel ab vno{rationes omnium reducantur}quo ſcilicet analogentur{tunc ad diuerſas ſcientias attinebunt}nam tunc erunt diuerſorum generum, quæ nulli vni generi ſubijcientur. quę autẽ ita ſe habent,vt æquiuoca genera multifariam dicuntur, vt in prædicamentis capite de qualitate dixit. eſt autẽ qualitas ex eorum numero,quæ multifariã dicuntur.quare vt qualitatum vna traditur ſcientia, ſic & oppoſitorum , de quibus agimus,eiuſdem, ſimilis,& æqualis : hæc enim omnia ad vnum quoddam referuntur, ad primum ſcilicet & quod proprie tale eſt eorum de quibus ens prædicatur vt omnia, de quibus ens prædicatur,ad primum entiũ referuntur, quod quidem eſt ſubſtantia. & cuncta de quibus vnum dicitur,ad primum vnum proprieq; vnũ quod eſt ſubſtantia. ſimilis eſt ratio eiuſdem ac diuerſi. nam de quibus hæc dicuntur,ea ad ſubſtantiam referũtur,quoniam in illa proprie eſt idem, & diuerſum. oſtendit.ergo Ariſto. oppoſita ipſa,de quibus dicitur vnum, reduci ad vnum primum, & vnumquodq; oppoſitorum eſſe vnum genus continens plura,quæ,etiã reducuntur ad vnum. & hoc dicit {cum autem ad primum omnia referantur, vt ea, quæ dicuntur vnum ad primum vnum,dicendum eſt & de eodem & diuerſo, & de cõtrarijs},ideſt & de vnoquoq; oppoſitorum {rẽ eodem modo ſeſe habere }.ſ.quod unumquodq; oppoſitorum ſit vnum genus continens plura, quæ reducuntur ad vnum, ergo oppoſita ipſa de quibus dicitur vnum,reducuntur ad vnum primum , & ſignificata cuiuſque oppoſiti , quæ continentur ſub vno genere oppoſitorum,etiam reducuntur ad vnum primum in ſuo genere.quare & omnia oppoſita.& vnumquodq; oppoſitorum attinebunt ad vnam ſcientiam . & cum dixiſſet{eodem,& diuerſo}adiunxit { & alijs contrarijs} ideſt & alijs oppoſitis, ne videlicet longa oratione omnia contraria,quæ vni ſubijciuntur, enumeraret. hæc autem ſunt ſimile, & diſsimile, æquale & inæquale, & cætera,quæ vni,& multitudini ſubijciũtur:quare,cum vnumquodque horum multifariam dicatur, ſicut ens & ab vno & ad vnum, oportet vt prius quidem diuidant, deinde ſumant ipſorum primum, & quod proprie dicitur,demonſtrando ſecundum quid hæc ab illo ſic appellentur.exempli cauſa, quærẽtes ſecundum quid idem appelletur, oportet alia ad proprie idem referre, hoc eſt ad idem , quod in ſubſtantia intelligitur, & oſtendere quid illius vnumquodq, ſit, cur idem appelletur,ac viciſsim quid diuerſum dicatur.deinde cur ſimile,& viciſsim quid diſsimile, ac cætera eadem ratione conſiderare: ſic igitur, poſtquam ſciuerimus ſignificata cuiuſq; generis oppoſitorum referri ad vnũ primum in ſuo genere,quemadmodũ omnia ipſa oppoſita ad vnum primum in genere entis & vnius , duo facienda eſſe pro doctrina eorum edocet dicens{quare diſtinctiõe facta}qua videlicet ſcietur {quot modis vnumquodq; } , ſcilicet genus oppoſitorum dicatur, hoc eſt primum, quod faciendum eſt. deinde exponit ſecundum cum ſubdit{aſsignandum eſt ad primum in vnoquoq; , quonam modo ad illud dicatur } ideſt appelletur vnumquodq; cæterorum. q.d. quonam modo eorum, quæ in ſingulis prædicamentis ad hunc modum dicuntur , vnumquodq; ſic appellatum ſe habet ad primum , & quod ita proprie nuncupatur ideſt ad id, quod habetur in ſubſtantia,& quomodo ab illo nominetur . exempli gratia quod vnum appellatur quomodo ſe habet ad primum, & proprie vnum , & idem qũo ad primum& proprie idem , pari ratione in ſimili, & æquali , cæteriſq; efficiendum eſt . vt enim cum de ente verba fecimus ſumentes ens proprie ſubſtantiam eſſe oſtendimus aliorum quodq; de quibus ens prædicatur , ens eſſe, quia eſt ſubſtantiæ vel affectio,vel generatio,vel actus,aut quicquam aliud,ſic inquit oportet in alijs efficere. Et hoc eſt,quod per horum doctrina eſt agendum . Sed occurres,quoniam æquiuocorũ etiam videtur eſſe vna ſcientia , nam ſcientia naturalis agit de cane cœleſti, de cane marino,& de cane latrabili. & de cane cœleſti agit in lib.de cœlo.de cane marino , & cane latrabili in lib . de animalibus.igitur falſum videtur,quod Ariſt.accepit æquiuocata non attinere ad eandem ſcientiam . Expoſitor ſoluit æquiuocata per ſe, quo æquiuocata ſunt, non attinere ad eãdem ſcientiam, per accidens autẽ attinere , cum videlicet accidit, vt ſignificata æquiuoci contineantur ſub vno genere ſubiecti alicuius ſcientiæ . ſicuti canis ſtella,& canis piſcis,& canis latrabilis continentur, ſubijciuntur enim corpori mobili, quod,eſt ſubiectum philoſophiæ naturalis.Ex his patent duo, quorum primũ eſt dilutio dubitationis , quòd licet hæc multipliciter dicãtur, tamen,attinent ad vnam ſcientiam,quoniam dicuntur multiplicia per attributionem ad vuum . ſecundum vero eſt quòd volentes agere de oppoſitis generatim,primo diſtinguendũ de generibus vt colligatur primum , deinde oſtendendum vnumquodq; genus oppoſitionis appellari per attributionem ad primũ genus, ſimili modo volentes agere de vnoquoq; genere oppoſitorum, primo diſtinguendum illud genus in ſua ſignificata , vt colligatur primum tali genere, poſtea oſtendẽdum vnumquodq; per attributionem ad illud primum in tali genere. *Dubitatio.*

Quædam enim eo ſane dicentur , quòd illud habeant. quædam propterea quòd illud agant. quædam alijs talibus modis. patet igitur id, quod olim in dubitationibus diximus , eſſe uidelicet unius facultatis de his,& de ſubſtãtia, rationem habere: quod quidem erat unum eorum,quæ diximus dubitando,

Atq; philoſophi eſſe ut poßit de omnibus contemplari. TEX. 5.

Cum docuiſſet inuenire in multipliciter dictis , id quod proprie in ſingulis dicitur , & quonam modo in aliis accipere liceat ad id,quod proprie dicitur relatũ, nunc docet modum quo hæc per diuiſionem inueniantur,& dicit {Quædam enim }, ſcilicet ſignificata multipliciter dictorum { eo ſane dicentur , quod illud habeant} ideſt quòd habeant proprie dictum vel ens,vel vnum vel idem, aut aliud quicquam , & ita nuncupabuntur,vt corpora , quæ ſanitatem habent ſana dicun-

tur.quamq́,vt Alex. inquit.illud{ habeant} pro ab illo habeantur dictum eſſe accipi poſsit à quo enim habentur,vt à proprie ente,vel proprie vno hoc eſt à ſubſtantia, & ſunt entia, & dicuntur entia, & vnum : vt quantum & quale, & quæ ſimiliter habentur in ſubſtantia. ſic item idem,& diuerſum,ſimile & diſsimile ſeſe habebunt. idem nanq; proprie intelligitur in ſubſtantia, & pari ratione ſimile proprie ſecundum ſpeciem ſubſtantiæ intelligitur, de alijs autem prædicabitur quæcunq; ad illud habent ſimilitudinem quædam igitur ita nuncupantur,quoniam obtinentur ab illo{quædam propterea quòd illud agant} ideſt quædam ſunt entia, & vnum, quoniam ſunt accidens quædam ſubſtantiæ, quę proprie eſt ens, & vnum vnaquęq; enim actio ſubſtantiæ ens eſt,& vnum, quoniam actionibus ipſis ſubſtantia fungitur { quædam alijs talibus modis } dicuntur ſcilicet ens, vt vnum vt quia ſunt affectiones ſubſtantiæ, vel habitudines. At vbi docuit, quonam modo hæc ab vno,& ad vnum dicuntur, concludit illud, quod propoſuit, & dicit{patet igitur id, quod olim in dubitationibus diximus}quod exponens ſubdit{eſſe videlicet vnius facultatis de his } ſcilicet quæ à ſubſtantia eſſe mutuantur{& de ſubſtantia rationē}ideſt ſcientiam { habere:quod quidem erat vnum eorum, quæ} tertio huius{diximus dubitando,atq;}patet etiā{philoſophi eſſe, vt poſsit de omnibus contemplari} quod erat aliud etiam lib. tertio quæſitum per quæ ſoluūtur ſeptima quæſtio, quæ erat, vtrum vnius, an plurium ſcientiarum ſit de ſubſtantiis ac de ſubſtantiarum accidentibus contemplari : & octaua, quæ erat vt philoſophi ſit contemplari & de ijs omnibus dialecticam probabiliter vti dixit, quæ ſunt contraria idem & diuerſum, & alia vt ſupra diximus: ſoluuntur enim hæc ambo per ea,quæ hic expoſita ſunt. quid vero per philoſophum intelligat,ſuperius eſt expoſitum. nam poteſt intelligi metaphyſicus, quoniam per quādam excellentiam ſibi vendicat nomen philoſophi, & poteſt intelligi etiam quoddam commune ad naturalem philoſophum,& ad metaphyſicum,& ad mathematicum. Expoſitor tñ per philoſophū metaphyſicum,intelligit.

Nam ſi non ad philoſophum idipſum pertineat, quiſnā erit quæſo,qui ſi idem ſit Socr. aut Socr. ſedens,aut ſi unum ſit uni contrarium, aut quidnam ſit contrarium, aut quot modis oppoſitū dicatur, et identidem de cæteris eiuſmodi conſiderabit.

Cum concluſiſſet ad philoſophum pertinere conſiderare de ſupradictis, nunc docet philoſophi munus eſſe de ſubſtantia, deq; ſubſtantiæ accidentibus conſiderare: ſimiliterq; de eodem, & diuerſo,& quæcunq; vniuerſaliter de contrarijs inquiruntur,eo quoq; argumento quòd eiuſmodi commentatio ad nullam aliam doctrinam pertineat. neq; enim Geomtræ, nec muſici, nec alicuius alterius, qui aliquam ſcientiam habet aliam ab ea, quæ de ente, qua eſt ens,conſiderat, munus eſt diſputare ac intelligere vtrum ſubſtantia ſimpliciter ſumpta, & cum accidēti aliquo accepta idem ſit, an diuerſum,vt Socrates per ſe ſeparatim acceptus, & Socrates ſedens. Vel poſſet dici Ariſto. duo facere, nam primo ſub forma quęſtionis proponit huius ſcientiæ eſſe, & nullius alterius conſiderare de his, quæ nūc concluſimus: deinde inducere rationem. vnde dicit { nam ſi non ad philoſophum idipſum}, ſcilicet quod in ſecunda cōcluſione concluſum eſt {pertineat} quis { nam erit quæſo, qui ſi idem ſit Socrates }, ideſt ſubſtantia ſimpliciter ſumpta{aut Socrates ſedens?},ideſt aut cum accidenti aliquo accepta: neq; enim ſimpliciter eſt idem, ſed ſubiecto, non autem ratione. { aut ſi vnum ſit vni cōtrarium} ſubaudi cognoſcere ad aliam ſcientiam pertinebit: { aut quidnam ſit contrarium} vtrum in qualitate ſolum, an etiam in ſubſtantia, ad aliam ſcilicet ſcientiam pertinebit, aut quot ſint diſcrimina contrariorum. eſſe videlicet exempli gratia alia ſine medio, alia cum medio, & medium mixtione contrariorum conſtare, & mediorum alijs inditum eſſe vocabulum, quædam extremorum negatione nuncupari, nec illud quo diſcrimine ab alijs oppoſitis contraria diſcrepare{aut quot modis appoſitum dicatur}ad aliū pertinet ſtatuere quam ad philoſophum{& identidem de cæteris eiuſmodi conſiderabit} q̄ philoſophus ipſe.

Cum igitur unius ut unum eſt, & entis ut ens eſt, hæc per ſe ſint affectus, ſed non ut numerus, aut ut linea,aut ut ignis, patet illius eſſe ſcientiæ & quidnam ſint hæc cognoſcere, et ea quæ,ipſis accidunt.contemplari.

Cum propoſuiſſet huius ſcientiæ eſſe conſiderare ens,& quæ enti per ſe accidunt,hoc nunc probat. & ratio ſic componitur apud Alex. quemadmodū in aliis diſciplinis eiuſdem eſt de ſubiecto cognoſcere, & quænam ipſi per ſe accidunt monſtrare, ſic in doctrina de ente:: ſed in cæteris diſciplinis eiuſdem eſt de ſubiecto cognoſcere, & quænam ipſi per ſe accidunt monſtrare: ergo in Metaphyſica ſic erit, vt tractentur ens, & vnum,& quæ per ſe illis accidunt. Tunc vltra, ſed quæ dicta ſunt,ſunt illis ſecūdum ſe accidētia, igitur ea quæ dicta ſunt, conſiderāda ſunt in metaphyſica. Reſoluat̃ igitur textus hoc pacto in primum ſyllogiſmum, quæ per ſe accidunt enti & vni.conſideranda ſunt in ea ſciētia, in qua conſiderantur ens, & vnum:quæ per ſe accidunt enti, & vni,ſunt ea, quæ dicta ſunt:igitur in tertia figura,ea,quæ dicta ſunt, conſiderantur in ea ſcientia, in qua conſiderantur ens, & vnum. Huius principalis ſyllogiſmi affert minorem,& dicit{cum igitur hæc},ſ. quæ dicta ſunt {ſint per ſe affectus vnius, vt vnum eſt, & entis,vt ens eſt.} hæc eſt minor principalis ſyllogiſmi: maior uero probatur per primum ſyllogiſmū hoc pacto, quemadmodum in aliis diſciplinis eiuſdem eſt de ſubiecto cognoſcere, & quænam ipſi per ſe accidunt monſtrare, ſic in doctrina de ente, ſed in cæteris diſciplinis eſt eiuſdem de ſubiecto cognoſcere, & quænam ipſi per ſe accidunt monſtrare: ergo ſic erit in doctrina de ente: & ſic patet maior ſyllogiſmi principalis,huius proſyllogiſmi nihil affert Ariſto.ſed eum totū attulit Alexan. quia vero dixit,hæc quæ dicta ſunt, eſſe per ſe affectus entis & vnius quatenus eſt ens,& quatenus eſt vnum,ideo hoc exponens dicit{ſed non vt numerus,aut vt linea, aut vt ignis} Si enim alicui horum per ſe ineſſet quicquam iſtorū,per accidens enti ineſſet, nec alicui alteri, nec communiter quidem: quare de his conſiderare non pertinet ad philoſophum,ſed,ſi numeris ineſſet, ad arithmeticum,ſi lineis,ad geometram,ſin autem igni,ad phyſicum. At cum nulli entiū determinate inſint.vtiq; enti,qua eſt ens, inſunt per ſe. deinde principalis ſyllogiſmi affert concluſionem, & dicit {patet illius eſſe ſciētiæ & quidnā ſint hæc cognoſcere,& ea, quæ ipſis accidunt,contemplari}& ſic quæ ſcientia de ente conſiderat, eadem de ijs diſputat, quæ his accidunt. Hæc autem doctrina eſt vniuerſalis & communis philoſophia, vt ſuperius dictum eſt.

Atq;

Atq; non hac parte aberrant ij, qui de ipſis cōſiderant, uti non philoſophantes, ſed quia prius his eſt ſubſtantia, de qua nihil prorſus intelligunt.

Hic reprehendit Platonicos, qui incuſabant Sophiſtas ſecundum modum, quo non debebant incuſare, ſecundum vero modum, quo debebant incuſare, non incuſabant. Sophiſtæ enim qui philoſophi nomen induti, de ſubſtantia, cuius inter philoſophos maxime peculiaris, & præcipua eſt diſputatio, nullam mentionē faciunt, ſed in eo ſunt occupati, vt de contrarijs, ac oppoſitis, & quæ multipliciter dicuntur, & de accidentibus, & ſimilibus diſputāt, quæ ad ſophiſtica accommodant, & in altercationibus vſurpant, vt aduerſarios conturbent, circumueniantq; :hos autem incuſat, non quòd de ijs diſputēt tanquam id ad philoſophum non pertineat. nam huiuſmodi commentatio non eſt à philoſophis quorum iſti perſonam induunt, aliena, ſed ꝙ de ijs tantum, ac præcipue diſputēt, de ſubſtantia vero, quæ prima eſt, & à qua cætera eſſe mutuantur, & propter quam de illis philoſophi conſiderant, nullam mentionem faciunt, quo fit, vt non philoſophorum, ſed Sophiſtarum nomine cēſendi ſint. Vnde dicit {atq; non hac parte aberrant ij}, ſcilicet Sophiſtæ, vt Platonici putāt {qui}, ſcilicet Sophiſtæ {de ipſis conſiderant, vti non philoſophantes}, ideſt propterea, quia conſiderando de illis, non philoſophentur, quia, vt diximus conſiderando de illis philoſophantur {ſed} erant, ſcilicet {quia prius his}, ſcilicet accidentibus, quæ conſiderant {eſt ſubſtantia} & principale ens {de qua nihil prorſus intelligunt} nec conſiderant: ergo peccarunt in omittendo, non autem in commitendo. vnde Auerroes qui opinantur inquit, ſcientiam iſtam non eſſe neceſſariam, accidit eis, vt nullum ens ſciant in rei veritate. quoniam ſubaudias tu, tollunt ens, & vnum, quæ ſunt prima genera, ad quæ omnis reſolutio deuenit, & ſine quibus nihil intelligi diſtinctè poteſt. Secundo Auerroes ſic ſubdit, & etiam manifeſtum eſt, quòd quemadmodum numerus, qua numerus eſt, habet accidentia propria, de quibus conſiderat arithmeticus, verbi gratia parem, & imparem, & plus, & minus, & ſimiliter ſubſtantia mobilis habet accidentia propria, & ſubſtantia immobilis ſimiliter, & ſubſtātia grauis, non grauis etiam accidentia ſibi propria habet, ſic ens, quo eſt ens, habet accidentia propria ſibi. Quibus verbis colligi poteſt de mente Auerrois ens habere propria accidentia, quæ à Iunioribus dicuntur propriæ paſsiones. Quod etiam in Alexandri enarrationibus non ſemel colligitur, vt ſtatim in textu ſequēti ꝑſpicuū erit.

Quæ Auerr. Comm. 5.

Nam ut & numeri, quo numerus eſt, proprij ſunt affectus ueluti paritas imparitas, commenſuratio æqualitas, exceſſus defectus, atq; hæc & per ſe, & inter ſe numeris competunt, et ſolido ſimiliter, & mobili ac immobili, & graui & leui ſunt affectus alij proprij. ſic & enti, quo ens eſt ſunt propria quædam. Atque hæc ſunt ea, de quibus eſt philoſophi conſiderare ueritatem.

Quia ſuppoſuit ens, quo eſt ens, habere quædam propria accidentia, de quibus in Metaphiſica eſt cōſiderandum, hoc exponit per ſimilia, & dicit {nam vt numeri, quo numerus eſt, proprij ſunt affectus} de quibus conſiderat Arithmetica {veluti paritas imparitas, commenſuratio æqualitas. ſ. numerorum {exceſſus, defectus: atq; hæc & per ſe, & inter ſe numeris competunt}. i. quorum accidentium per ſe quædam competunt numeris, videlicet propter numeros ipſos abſolute, vt par & impar, quædam propter mutuam comparationem, vt commenſuratio, æqualitas, exceſſus, defectus {& ſolido}, ideſt corpori {ſimiliter} inſunt quædam propria accidentia, de quibus conſiderat geometra, ſic quoque lineæ competunt quædam per ſe accidentia, & planis, & figuris, de quibus etiam conſiderat geometra. {& mobili & immobili} ideſt quæ accidunt tam ſolido mobili quàm immobili. nam de accidentibus ſolidi immobilis ſtereometria conſiderat, de accidentibus ſolidi mobilis, aſtrologia {&} ſubaudi inter mobilia {graui & leui ſunt affectus alij proprij} graui quidem, vt aquæ, & terræ, leui vero, vt igni & aeri. de quibus conſiderat philoſophus naturalis {ſic & enti, quo ens eſt, ſunt propria quædam, de quibus eſt philoſophi cōſiderare veritatē} & ſic patet, quod ſuppoſuit.

Indicio autem nobis ſunt dialectici, atq; ſophiſtæ, qui ipſius philoſophi ſubeunt figuram. Sophiſtica enim facultas apparens tantum modo ſapientia eſt. dialectici uero de omnibus differunt. ſed commune omnibus ipſum ens eſt, differunt uero propterea de his ſcilicet quòd hæc philoſophiæ ſint propria, circa nanq; idem genus & ſophiſtica, & dialectica, & philoſophia uerſatur.

Propria. οἰκεῖα. Familiaria. Peculiaria.

Nunc indicio probat philoſophi eſſe de ſupradictis conſiderare ideſt de æquali inæquali, ſimili diſsimili, de eodem diuerſo, de contrario, & cæteris id genus. & dicit {Indicio autem nobis}, ſcilicet ad idem aſſerendum {ſunt dialectici, atq; ſophiſtæ, qui ipſius philoſophi ſubeunt figuram} ideſt qui induti ſunt nomen philoſophi deinde aſsignans cauſam quare philoſophi nomē induantur, & dicit {Sophiſtica enim facultas apparens tantum modo ſapientia eſt} quod autem apparet aliquid: aliqua ratione illius nomen induit. & ſic Sophiſtica facultas aliqua ratione dici poteſt ſapientia, & Sophiſta ſapiens. deinde oſtendit, quòd dialecticus etiam dici poſsit ſapiens, & dicit {dialectici vero de omnibus differunt} & quia de omnibus diſputant. recte dictum eſt dialecticum indui nomen philoſophi. quoniam autem differenter ſophiſta, & dialecticus induunt nomen philoſophi, ideo ſubdit {ſed commune omnibus} ſcilicet tam ſophiſtis quàm dialecticis {eſt ipſum ens} quoniam & ſophiſtæ & dialectici verſantur circa ens, ſed, vt dixit, ratione diuerſa, quoniam ſophiſta apparenter, dialecticus probabiliter. deinde redit ad oſtendendum efficaciam indicij, & dicit {differunt vero} ſcilicet ſophiſtæ & dialectici {propterea de ijs}, ſcilicet æquali & inæquali, & cæteris id genus {ſcilicet quòd hæc philoſophiæ ſint propria}, ſcilicet accidentia, quæ accidunt proprio ſubiecto philoſophiæ. & affert cauſam, & dicit {circa nanq; idem genus & ſophiſtica, & dalectica, & philoſophia verſatur} quare recte indicium ſumptum eſt a ſophiſta, & dialectico. nam ſi circa eadem verſantur dialecticus, ſophiſta, & philoſophus, & dialecticus & ſophiſta verſantur circa ea, quæ dicta ſunt. igitur & philoſophus. Alex. ait ſophiſticā & dialecticam in eodem genere atq; philoſophiam uerſari, vt quæ nullum genus proprium determinatum habeant, quemadmodum geometria, vel muſica, ſed omnes de ente conſiderāt. Expoſitor vero aſſerens ſubiectum logicæ eſſe ens rationis, putat logicam eſſe æquilibrem philoſophiæ, quoniam logicæ ſubiectum ad ea omnia ſe extendit, de quibus ens naturæ, quod eſt philoſophiæ ſubiectum, prædicatur. nam nihil cōtinetur

ſub ente naturæ, quod non ſub rationis conſideratione cadat. per quæ innuit expoſitor Ariſt. accepiſſe dialecticam pro logica, vt etiam Auer. expoſuit, ꝙ Alex. non arbitratur. qm̄ Ariſt. per dialecticam eam logicæ partem intelligit, quæ tradiditur in. 8. lib. Topicorum: queq; contradiuiditur atq; æquilibris eſt ſophiſticæ. Logica.n. communiſsima eſt etiam rhetoricæ, & poeticæ, vt Ariſto. in rhetoricis expoſuit, continens ſub ſe dialecticam, ſophiſticam, & analyticam. Verum hæc petenda alibi ſunt.

Sed ab altera quidem facultatis modo, ab altera autem electione uitæ differere philoſophia uidetur. Atq; dialectica quidem facultas de ijs eſt tentatrix, de quibus eſt philoſophia cognitiua. ſophiſtica autem apparet quidem, non tamen eſt.

Cum inter philoſophiam, dialecticam, & ſophiſticam conuenientiam aſsignaſſet, nunc affert differentias: & primo inter philoſophiam, & dialecticam, quæ differentiæ ſunt duæ, & dicit {Sed ab altera quidem}, ſ. dialectica philoſophia differre videtur facultatis modo}.i. differētia, qua facultas differt à facultate, hoc eſt dicere per poſſe. nam philoſophia facultatem habet ſyllogiſticam, vt ſit verorum demōſtratrix, dialectica, vt per probabilia ratiocinetur probabiliter. deinde affert ſecundam differentiā philoſophię à dialectica, & dicit { atq; dialectica quidem facultas de ijs eſt tentatrix}.i. periculum faciens ſyllogizando per probabilia ꝓbabiliter { de q̄bus p̄hia eſt cognitiua} .i. de quibus philoſophus ſciētiam habet per demonſtrationem vel habere ſe iactat. nam dialecticus periculum facit eorum philoſophorum, qui hæc, quæ dicta ſunt, ſe intelligere iactant, cum ea minime intelligant, ſunt.n. philoſophorum aliqui iactatores, qui ſe iactant ſcire, aliqui veraces, qui vere ſciunt: dialecticus ergo periculum facit eorum philoſophorum, qui ſe intelligere iactant: quod periculum ſumit per accidētia eorum, de quibus agitur in ſcientia, quæ accidentia ēt nō habenti ſcientiam nota eſſe poſſunt. hæc eſt ſecunda differentia. per duas etiam differentias philoſophia differt a ſophiſtica quarum primam affert, & dicit {ab altera autem}, ſ. ſophiſtica differt philoſophia {electione uitæ} ꝙ philoſophus id agat, vt eorum, quæ ad per ſe pertinēt, doctrinam nanciſcatur, Sophiſta vero, vt eam habere videatur. Ars.n. ſophiſtica cum ſapientia nō ſit, ſpeciem ſapiētiæ præfert, quam æmulatur electione vitæ diſcrepans. hæc eſt expoſitio Alex. At Auer. vult philoſophū differre à ſophiſta electione uitæ, qm̄ ſophiſta vult in vita videri philoſophus vt acquirat gloriam, & aliquid gratiarum humanarum, videlicet diuitias, & honores. & ita eligit vitam, quam videatur viuere philoſophus. At philoſophus eligit vitam, quam viuat ſciēs vera, etiā ſi non appareat ſcire. & non recte ait Auer. vt poſtea videbitur. vnde & Expoſitor non imperite inquit à ſophiſta vero differt philoſophus electione vite, quòd ad aliud ſophiſta ordinet vitam ſuam, ad aliud philoſophus. Philoſophus quidem ad ſciendam veritatem. Sophiſta vero ad hoc, vt videatur ſcire veritatem, quamuis neſciat. deinde affert ſecundam differentiam oſtendens philoſophiam differre à ſophiſtica etiam modo facultatis, & dicit{ ſophiſtica autem apparet quidem}, ſ. ratiocinari{non tamen eſt}, ſ. ratiocinans. hac.n. parte ſpeciem veritatis potius, q̄ veritatem ſequitur. quare differt facultatis modo. Sed dices, cur philoſophus nō differt à dialectico electione vitæ? & cauſa eſt, qm̄ dialecticus in vtilitatem ſpectat philoſophantium exercitationis gratia, dum ipſos experitur, ſint ne ſcientia ea præditi, quam profitentur, an non. qua philoſophus differre non poteſt à dialectico electione, vitæ, ſed tantum facultatis modo. qm̄ quorum philoſophia ſcientiam habet, & cognitionem, de ijs dialecticam tentatricem eſſe ait, eademq; per probabilia cōfirmare, per hæc.n. experimentum fit. nam plerumq; ad redarguēdam veritatem vtimur tentatiua ſcientia, quod ex veris, & demonſtratiuis fieri non poteſt, ſed ex probabilibus. Cum vero dixit{ſophiſtica autem apparet quidē non tamē eſt}in dialecticam referri etiam poteſt, nam ſophiſtica videtur eſſe dialectica, qm̄ ex ijs, quæ probabilia videntur, ſyllogizat. uel in ſapientiā, vt dictum eſt ꝙ ſapientia eſſe videatur, tamē non ſit, cum per falſam ſpeciem ſapientiæ lucrum aucupetur. Verum nolo te ignorare duplicem eſſe ſophiſtam, alterum, qui ſophiſte Rhetor dicitur. de quo Ariſt. 2. rhetoricorum, alterū qui ſophiſta dialecticus nuncupatur. hic quidē ex apparenter probabilibus ille ex apparenter veriſimilibus ſiue perſuaſibilibus argumentatur. hic eſt tētator per probabilia eorum, qui eſſe putant ſe philoſophos, ille vero apparenter argumentatur propter lucrum, vt vincat rhetores in cauſis. de ſophiſta dialectico hic loquitur Ariſto. nam hic vult videri philoſophus non propter lucrum, ſed propter gloriam. de hoc etiam ait Sophiſtam differre vitæ electione, qm̄ hic eligit videri propter gloriam. De Sophiſta rhetorico loquitur. 1. rhetoricorum. vnde Auer. non recte expoſuit, cum locutus ſit de Sophiſta rhetorico, de quo Ariſto. non loquitur hic. Digreditur ēt Expoſitor hic, & exponit quonam pacto dialectica, & ſophiſtica ſint ſcientiæ, & quonam pacto non ſint ſcientiæ, aſſerens eas ſcientias eſſe, vt docent de proprijs ſubiectis propria accidentia, hác.n. doctrinam per demonſtrationem tradunt, & ita, vt ſic ſcientiæ ſunt, vt ipſa philoſophia quoq; quæ per demōſtrationem tradit doctrinam accidentium de proprio ſubiecto. Sed analytica poſterioriſtica tam vt docens de proprio ſubiecto propria accidentia, q̄ vt vtens doctrina, quam docuit, ſcientia eſt. vt docens quidem, qm̄ de proprio ſubiecto propria accidentia tradit per demonſtrationem. Vt vtens vero, qm̄ vſus analyticæ pertinet ad philoſophiam, & ad alias particulares ſciētias. quæ ſunt de rebus naturæ, qui vſus conſiſtit in vtēdis principijs rerum, per quæ demonſtrationes fiunt, quare vt vtens etiam erit ſcientia.

Que Auerr. Comm. 5.

Præterea contrariorum altera ſeries priuatio eſt, omniaq; in ens, atq; non ens reducuntur. TEX. 6.

Cum propoſuiſſet philoſophi intereſſe de contrarijs diſputare, & hoc probaſſet tum ratione, tum iudicio, nunc idem probat ſecunda ratione, quæ ſic componitur, quæcunq; reducuntur ad ens, & ad non ens conſiderantur à philoſopho, cum philoſophi ſit conſiderare ens & non ens: ſed omnia contraria ſuperius enarrata reducuntur ad ipſum ens, & ad non ens: igitur omnia contraria ſuperius enarrata conſiderantur à philoſopho. Minor probatur, ea, quorum altera ſeries priuatio eſt, altera vero ſpecies: ſiue forma, vel habitus, reducuntur ad ens, & ad non ens: hæc perſpicua eſt, qm̄ priuatio eſt non ens, ſpecies autem ens. Sed omniū contrariorum altera ſeries eſt priuatio, altera ſpecies: ergo omnia contraria ſuperius enarrata reducuntur ad ens, & ad non ens. De proſyllogiſmo ponit ſolum minorem

norem cum dicit{præterea contrariorum altera ſeries priuatio eſt} ſubaudi & altera ſpecies, hæc eſt minor pro ſyllogiſmi.deinde affert minorem ſyllogiſmi prin cipalis,& dicit{omniaq; ens,atq; non ens reducuntur hæc eſt principalis ſyllogiſmi minor.cæteras ſyllogiſmorum partes nobis reliquit. Cum vero dixit contrariorum alteram ſeriem eſſe priuationem, alteram vero habitum,ſiue ſpeciem,recte dixit, qm̃ ſemper duorum cõtrariorum alterum eſſe imperfectum, alterum perfectum eſſe conſtat: at contrarium, quod perfectũ eſt,habitus, atq; ſpecies eſt, quod vero imperfectum, priuatio, quæ vt negatio habetur.

Et ad unum atq; multitudinem,ut quies quidem ad unum,motus autem ad multitudinem.

Nunc tertia ratione idem probat,quæ ſic componitur, quæcunq; reducuntur ad vnum, & ad multitudinem conſiderantur à philoſopho:omnia contraria ſuperius enarrata reducuntur ad vnum,& ad multitudinem: ergo: omnia contraria ſuperius enarrata conſiderantur à philoſopho. de ſyllogiſmo affert minorem,& dicit{&} etiam omnia contraria ſuperius enarrata reducuntur{ad vnum atq; mulitudinem}hæc eſt minor quam exemplo probat, & dicit{vt quies quidem ad vnum, motus autem ad multitudinem} reducuntur,ſ. quies quidem ideo reducitur ad vnum, quia quieſcere eſt non aliter ſe habere nunc q̃ prius,& ita habet rationem vniformitatis, quæ in vnitate conſiſtit. At motus rationem habet diuerſitatis, quæ multitudo quædam videtur. cum moueri ſit aliter ſe habere nunc q̃ prius.

Entia uero & ſubſtantiã fere omnes ex contrarijs componi fatentur: quippe cum omnes principia contraria eſſe dicãt, nam nonnulli par,& impar,quidam calidum frigidumq;, alij finitum ac infinitum, alij concordiam, diſcordiamue principia eſſe dicunt.

Expoſitor vult Ariſt. alia ratione probare hic contraria reduci ad ens hoc pacto, ſi entia & ſubſtantia ex contrarijs conſtant, contraria reducuntur ad ens & ad ſubſtantiam. hac ſuppoſita, affert minorem, & dicit {entia vero & ſubſtantiam fere etiam ex contrarijs cõponi fatentur} ergo ſubaudi contraria reducuntur ad ens, & ad ſubſtantiam. deinde probat minorem inducendo omnes opiniones antiquorum. At ſecundum Alex. hæc eſt quarta ratio ad probandum ad philoſophum pertinere de cunctis contrarijs diſſerere.& ratio ſic componitur, contraria,& quæ ex contrarijs conſtituuntur, eiuſdem diſciplinæ eſt cognoſcere: omnia entia & ſubſtantia ſunt contraria,vel ex contrarijs:igitur eiuſdem diſciplinæ eſt cognoſcere entia & ſubſtantiã, & contraria,ex quibus ſunt. de ratione tangit,minorẽ, & dicit{entia vero & ſubſtantiam fere omnes ex contrarijs componi fatentur} ſubaudi vel eſſe contraria. ergo ſubaudi concluſionem, eiuſdem diſciplinæ eſt cognoſcere entia & ſubſtantiam, & contraria, ex quibus ſunt. Minorẽ probat authoritate veterũ & dicit{quippe cum omnes},ſ.phyſici{principia contraria eſſe dicant. nam nonnulli par & impar,quidam calidum frigidumq;, alij finitũ ac infinitum, alij concordiã diſcordiamve principia eſſe dicunt} ſubaudi ex quibus entia & ſubſtantiam componi fatentur. differt autem hæc ratio a priore,nam in hac ratione Ariſt.cõplectitur ſubſtantiam aſſerens propriam eſſe philoſophi ſubſtantiæ conſiderationem, quæ rationem quoq; principiorum complectitur. Quo vero ad minorẽ ſyllogiſmi Alex. attinet Auer. ait eam diuiſionem, vt ſi omne ens contrarium aut ex contrarijs, non eſſe veram, qm̃ corpus quintum cœlum videlicet eſt ens,& ſubſtantia,& tamẽ nec eſt contrarium,nec ex contrarijs, vt libro de cœlo Auer.expoſuit, & in eo libello, quem de ſubſtantia orbis confecit. & propterea vult hanc diuiſionẽ eſſe probabilem, & nõ neceſſariam.& ita ad præſentẽ ſyllogiſmum ſufficit. De opinionibus vero veterum Alex. ait eſſe adductas ab Ariſt. in confirmationem eius, quod dixit: videlicet omnia,quæ fiunt, eſſe ex contrarijs. nã Pythagorici impar & par rerum principia ſtatuebant. Qui vero raritate & denſitate cũcta generabant, hi calidum, & frigidum principia rerum conſtituebant, vel forte qui calidum & frigidum rerum principia poſuerunt,Parmenides fuit, qui ignem & terram elementa eſſe tradebat. Qui vero finitum & infinitum principia eſſe tradiderunt,fuerunt Platonici, qui vnum & dualitatem infinitam in principijs ſtatuebant. Qui denique concordiam ac diſcordiam principia rerum eſſe voluerunt,Empedocles fuit.

Que Auer. Comm.6.

Comm.20.

Hæc autem omnia cæteraue in ipſum unum, multitudinẽq; reduci uidentur. Sumatur enim à nobis hæc reductio in primo de bono.Principia uero & quæ etiam ab alijs ponuntur,penitus in hæc,ut in genera cadunt.

Et licet Alex.non ſiſtat in vna expoſitione,tamen ſecundum eum hic poteſt annotari ratio quinta ad idem, quæ ſic apud me componitur, quæcunq; ad vnum & ad multitudinem reducuntur, conſideranda ſunt à philoſopho,qui cõſiderat de vno,& de multitudine:omnia contraria, quæ enarrata ſunt ab antiquis,eſſe principia,& cætera omnia quęuis,reducuntur ad vnum & ad multitudinem: igitur omnia contraria conſiderantur à philoſopho,qui conſiderat de vno,& de multitudine. de ratione affert minorem, & dicit{hæc autẽ},ſ. contraria {omnia} quæ videlicet ab antiquis enarrata ſunt eſſe rerum principia {cæterave} quæ videlicet nõ ſunt hic enarrata{in ipſum vnum,multitudinem ve reduci videntur} de hac reductione quonam modo reducantur contraria omnia ad vnum & ad multitudinẽ relegat nos ad ea, quæ in lib.1. de bono demonſtrata ſunt, & dicit{ſumatur.n.}, i.petatur{à nobis hæc reductio},ſ. qua reducuntur omnia contraria ad vnum, & ad multitudinem{in primo libro de bono}Alex. vero legit in.2. lib.de bono. Argyropylus,& antiquus interpres verba hæc non habebant, ſed in noſtro græco codice habentur. nec ſolum contraria in vnum & multitudinem reducuntur, ſed etiam omnia principia, quæ rerum cauſæ ponuntur, & ideo dicit {principia vero, & quæ etiam ab alijs ponuntur}.ſ.rerum cauſæ, & nõ tantum contraria{penitus in hæc}.ſ.vnum & multitudinem{vt in genera cadunt}& ſic patet minor.Expoſitor laborat declarare,quonam modo contraria enarrata reducantur ad vnum & ad multitudinem. nam vt inquit,imparitas aliquid vnitatis obtinet ob ipſam indiuiſionem, paritas vero non nihil multitudinis propter diuiſionem. Finitum etiam ad vnitatem pertinet propter finem, ꝙ terminus reſolutionis eſt. Infinitum autem ad multitudinem,quæ in infinitum augetur.Cõcordia quoq; vnitatem affert,cum in ipſa vnione conſiſtat. Contra vero diſcordia in multitudinem tranſit propter diuiſionem. inſuper calidum vnius rationem oſtẽdit,quo vnit partes ipſas ſimilares. Frigidum uero

quo ſimilares partes diſiungit multitudinis rõnem obtinet. Quo vero ad verba attinet, Expoſitor vltima verba ſic legit {principia vero & omnia, quæ ab alijs, ad vnũ & ens, vt in genera cadunt} & vult, vt Ariſt. oſtendat omnia contraria reduci ad vnum & ad ens: per hoc quia omnia principia ad vnum & ens reducãtur, nam contraria principia ſunt. Alex. tamen, non ſic verba illa legit, ſed vt nos habemus in græco noſtro codice: ideo expoſuit, vt nos expoſuimus, & cum dixit {vt in genera} recte dixit, qm̃ vnum & multitudo non ſunt genera, nec contrariorum, nec principiorum, ſed vt genera quoniam ratione ſuæ communitatis quandam generum ſimilitudinem obtinent.

Patet igitur ex his etiam unius ſcientiæ eſſe ipſum ens, ut eſt ens, contemplari. Vniuerſa enim aut contraria ſunt, aut ex contrarijs conſtant: principia uero contrariorũ quoq; ſunt unum ipſum, ac multitudo: hæc autem unius ſcientiæ. ſunt ſiue una, ſiue nõ una ratione dicantur, quemadmodum fortaſſe rei ueritas ſeſe habet.

Cum demonſtraſſet ad hanc ſcientiam pertinere cõſiderare de contrarijs, quia ad hanc pertinet conſiderare de ente & de vno ac multitudine, nunc probat è conuerſo ad hanc ſcientiam pertinere conſiderare de ente & de vno, ac multitudine, quia ad hanc pertinet conſiderare de contrarijs. Et primo affert concluſionem, & dicit {Patet igitur ex his etiam, vnius ſcientiæ eſſe ipſum ens, vt eſt ens} ſubaudi & ipſum vnum, ac multitudinem {contemplari} cuius videlicet eſt contemplari ipſa contraria. Deinde affert rationem: & primo, qua probat de ipſo ente eſſe hac in ſcientia contẽplandum hoc modo. de contrarijs & de ijs, quæ ſunt ex contrarijs, eſt contemplandum in hac ſcientia: hãc maiorem ſupponens accepit minorem, & dicit {Vniuerſa enim} ſubaudi entia {aut contraria ſunt, aut ex contrariis conſtant} ſubaudi concluſionem, quam præmiſit, videlicet, ꝙ ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare de ente. deinde probat ſecundam partem concluſionis, ꝙ ad hanc pertineat conſiderare de vno & multitudine hac ratione, principia, quæ ſunt de numero contrariorũ conſiderãtur in hac ſciẽtia. vnũ & multitudo ſunt principia de numero contrariorum: igitur vnum & multitudo conſiderantur in hac ſcientia. aut ſic, principia contrariorum conſiderantur in hac: ſcientia: vnum & multitudo ſunt principia contrariorum: igitur vnum & multitudo conſiderantur in hac ſcientia, de ratione tangit primo minorẽ, & dicit {vnum vero ipſum, ac multitudo principia contrariorum quoq; ſunt} quia, vt dictum eſt, ad ipſe reducuntur omnia cõtraria. hæc fuit minor: deinde affert maiorem, & dicit {hæc autem}. ſ. principia contrariorum {vnius ſcientię ſunt}, ſ. quæ dicitur Metaphyſica, dico principia contrariorum eſſe vnius ſcientiæ {ſiue vna, ſiue non vna ratione dicantur, quemadmodũ fortaſſe rei veritas ſeſe habet} nam rei veritas eſt principium cõtrariorum eſſe aut vniuocum, aut analogum. ergo vnum & multitudo conſiderantur in hac vna ſcientia. hoc pacto expoſuerunt Auer. & Expoſitor: & in hunc modum textus reſolui poteſt ad artem prioriſticã: quod etiã Alex. induit, licet non compleuerit. Vtrum vero omnia entia ſint contraria, vel ex contrarijs, proximo textu de mente Auer. eſt expoſitum. tñ Expoſitor aſſerit Ariſt. eſſe locutum more veterum philoſophorum, qui non cognouerunt niſi entia corporea, & ſenſibilia; & ſic ſecundum eos verum eſt omnia entia eſſe aut contraria, aut ex contrarijs. Secus eſt ſecundum Peripateticos, qui aſſeruerunt cœleſtia corpora, & ſubſtantias inſenſibiles, nam hæc nec contraria ſunt, nec ex contrarijs.

At tametſi multis modis dicitur ipſum unum ad primum tamen cætera dicentur, & contraria ſimili modo. & propter hoc etiam ſi ens, aut ipſum unum non uniuerſale eſt, & idem de omnibus, uel ſeparabile, quemadmodum forſan nõ eſt, alia tamen ad unum referuntur. alia deinceps ſunt collocata.

Cum concluſiſſet ipſum vnum, ac multitudinẽ conſiderari in hac vna ſcientia, & poſſet dici non eſſe verũ quia quæ multipliciter dicuntur, non conſiderantur in vna ſcientia, niſi fortaſſe per accidens, ideo hanc dubitationem remouens dicit {At tam & ſi multis modis dicitur ipſum vnum, ad primum}, ſ. eius ſignificatum {cætera dicũtur. verbi gratia ad vnum, quod eſt in ſubſtantia: & ita nihil prohibet de ipſo vno, ac multitudine eſſe ſcientiam vnam. Et ſicut dico de vno, ita {contraria ſimili modo} dicuntur multipliciter per attributionem ad vnum. Quare tam de vno, ꝗ de contrarijs poteſt eſſe vna ſcientia. Idem de ipſo ente demonſtrat & dicit {& propter hoc etiam ſi ens, aut ipſum vnum non vniuerſale eſt}. ſ. genus {& idem de omnibus}. i. & vniuocum genus {vel ſeparabile} ſecundum Platonis opinionem {quemadmodum forſan non eſt} qm̃ in rei veritate, nec eſt vniuerſale genus, nec vniuocum, nec idea ſeparata {tamen} ſignificatorũ entis & vnius {alia ad vnũ}, ſ. primum & principale ſignificatum {referuntur, alia}, ſ. ſignificata {deinceps ſunt collocata}. i. ſignificatorum entis & vnius aliud eſt primum & principale ſignificatum, alia ſunt deinceps. dixit autem ens & vnum fortaſsis non eſſe naturam ſeparabilem, addens fortaſsis, qm̃ non eſt hic locus huiuſmodi quæſtionis. quare, cum ens & vnum ſint analoga, de eis poteſt eſſe ſcientia vna: & ſic diluitur dubitatio. vnde & Auer. ſic ſubdit, & dixit hoc, quia ſi ſignificata, ſ. entis & unius non eſſent attributa alicui vni, ſ. ſignificato principali, non conſideraret de eis vna ars. deinde Auer. aſsignãs cauſam, cur diluerit quæſtionem hanc hoc pacto, ſubdit propter errorem Parmenidis, qui dixit omnia entia eſſe vnum ens numero. *Quæ Auerr. Comm. 6.*

Et iccirco Geometriæ non eſt quidnam ſit contrarium, aut perfectum, aut ens, aut unum, aut idem, aut diuerſum conſiderare, niſi ex ſuppoſitione.

Cum hæc expoſuiſſet, inducit ex eis quoddam corollarium, & dicit {& idcirco Geometræ non eſt conſiderare quidnam ſit cõtrarium, aut perfectum, aut ens, aut vnum, aut idem, aut diuerſum} non. n. geometræ eſt conſiderare ens quo eſt ens, & accidentia entis, quo eſt ens, ſed ſi hæc conſiderauerit, non erit {niſi ex ſuppoſitione}, ſ. quaſi ſupponens à philoſopho à quo ſumit quantum eſt neceſſarium ad ſuam materiam. & ꝙ Ariſt. dicit de geometria, idem eſt intelligendum, vt Expoſitor inqt in cæteris particularibus ſciẽtijs. Auer. aũt dicit niſi declaret aliquod horum eſſe negatum vel affirmatũ ab aliquo. hoc eſt. niſi ſit ꝓximũ ei, quod geometra conſiderat. Alex. vero {niſi ex ſuppoſitione}. i. vtitur quidem eis geometra, non tñ quid eorũ quodq; ſit demonſtrat, ſed ponit, & à philoſopho mutuatur. ut ponens eas magnitudines eſſe ſimiles, quarum latera proportionem inter ſeſe habent, hoc poſito non à ſe demonſtrato, ſimile equale, & idem, cæteraq; vſurpat. *Quæ Auerr. Comm. 6.*

Per-

Perſpicuum igitur eſt an unam ſcientiam pertinere cõtemplari ens, quo eſt ens, et ea, quæ ipſi insũt, quo eſt ens. Et nec ſubſtantiarum tantum, ſed eorum etiam, quæ inſunt, eandem ſciẽtiam contemplatricem eſſe: Et dictorum uidelicet, & de priore poſterioreue, & genere & ſpecie, & toto, & parte, & huiuſmodi cæteris.

Recolligit per modũ epilogi ea, quæ declarata ſunt, addens quædam nondum expoſita & dicit {Perſpicuũ igitur eſt ad vnam ſcientiam pertinere contẽplari ens, quo eſt ens, & ea}, ſ. accidentia propria {quæ ipſi inſunt, quo eſt ens} & amplificans ſermonem ſubdit {& nec ſubſtantiam tantum} quæ ſunt principale entis ſignificatum {ſed eorum etiam}. ſ. accidentium {quę inſunt} ſubaudi ſubſtantiæ ac enti perſpicuum eſt {eandem ſcientiam contemplatricem eſſe. & dictorum videlicet} accidentium quæ ſunt idem diuerſum ſimile diſsimile, æquale & inæquale, negatio & priuatio, quæ ſuperius expoſita ſunt {&} etiam {de priore, poſterioreve, & genere, & ſpecie, & toto, & parte, & huiuſmodi cæteris} nam hęc ẽt ſunt accidẽtia entis, quo ens eſt: de quibus ſuperius nulla mentio facta eſt. Hæc. n. vel in ſubſtantia ſunt, vel in ſubſtantiæ accidenti aliquo. nõ tamen determinati generis ſunt affectus. Ex quibus, vt Alex. inquit, ſatis intelligitur, ſi philoſophi eſt cunctorum entium contemplatio, contrariorum diſputationem ad eundẽ pertinere. nec attinere ad plures doctrinas de cauſis differere, cum hæc vel contrariæ ſint, vel conſtent ex contrarijs: quæ quidem quæſtio prima eſt ex ijs, quæ libro ſecundo propoſitæ fuerunt.

Tractatus de principiis.

CAP. I.

Quòd ad phyloſophum ſpectat principiorum ſpeculatio.

TEX. 7 *Poſt hæc autem differendum eſſe uidetur, utrum unius, an diuerſarum ſcientiarum ſit de ijs principijs, quæ in mathematicis appellantur dignitates, & de ſubſtantia contemplari.*

Hic vult ſoluere quæſtionem ſecundam, quæ proximo libro eſt diſputata. & primo mouet eam, & dicit. {poſt hæc autem differẽdum eſſe videtur, vtrum vnius, an diuerſarum ſcientiarũ ſit de ijs principijs quę in mathematicis appellantur dignitates, & de ſubſtantia contemplari}, i. & de ente contemplari, cuius ſunt dignitates. Alex. per ſubſtantiam, ens intelligit: atq; exponit, ꝙ dignitates huiuſmodi non alicui entis definito generi, ſed cunctis entibus conueniant. dixit autem ſignanter {quæ in mathematicis appellantur dignitates} quaſi à mathematicis, qui has potiſsimum vſurpant, & quibus maxime vtantur in demõſtrationibus, hoc nomine nuncupentur. Expoſitor autem hæc principia appropriari magis mathematicis aſſeruit, non quòd cæteræ ſcientiæ eis non vtantur, ſed quoniam mathematicæ certius demonſtrant, certiuſq; vtũtur talibus principijs per ſe notis reſoluendo ſuas demonſtrationes in huiuſmodi principia prima. Dignitates Alex. appellat ſententias, ac communia principia, & indemonſtrabilia, quæ ad demonſtrationes omnium ſcientiarum accommodantur. vt de quolibet eſt affirmatio, vel negatio, & quæ ſunt eidem paria, hæc inter ſe quoq; paria ſunt, & ſi ab æqualibus æqualia demas, æqualia ſunt q̃ ſuperſunt, & his ſimilia.

Auer. autem dignitates vocat primas ꝓpoſitiones vniuerſales, quæ omnis demõſtrationis principia ſunt. Et vult ſenſum quæſtionis eſſe, vtrum vna ſcientia ſit, q̃ conſideret de vniuerſalibus principijs omnium ſcientiarum contemplatiuarum, & quæ conſideret de ſubſtantia: an ſcientia, quæ conſiderat de huiuſmodi vniuerſalibus principijs, ſit alia ab ea ſcientia, quæ conſiderat de ſubſtantia. Hæc eſt quæſtionis expoſitio. *Quæ Auerr. Comm. 7*

Patet itaq; non ad diuerſas, ſed ad unam horum etiam conſiderationem, & ad philoſophi ſcientiam pertinere.

Nunc ſoluit, & dicit {patet itaq; non ad diuerſas}, ſ. facultates {ſed ad vnam horum}, ſ. ſubſtantiæ, & dignitatum {conſiderationem pertinere, & ad philoſophi ſcientiam}. i. que facultas eſt philoſophia, quã præ manibus habemus. Hæc enim tam ſubſtantiam, q̃ dignitates contemplatur.

Vnde Auer. aut, cõſiderationem, quæ eſt de talibus principijs, eſſe vnius ſcientiæ, ſ. eius, quæ eſt ſcientia philoſophi, & ſic vnamet ſcientia eſt, quæ conſiderat de talibus principijs, & de ſubſtantia: nam hæc eſt philoſophia, quam præ manibus habemus. *Quæ Auerr. Comm. 7.*

Vniuerſis enim rebus, quæ ſunt, ſed non generi alicui ſeorſum à cæteris, accommodantur.

Solutionem, quã aſsignauit, probat primo ſic, quęcunq; inſunt omnibus rebus, quę ſunt, pertinẽt ad ſciẽtiã philoſophi: dignitates inſunt omnibus rebus, quæ ſunt: igitur dignitates pertinent ad ſcientiam philoſophi. de ſyllogiſmo affert minorẽ, & dicit {Vniuerſis. n. rebus, quæ ſunt}. ſ. in conſiderationibus omnium ſciẽtiarum {ſed non generi alicui ſeorſum à cæteris, accommodantur} hæc fuit minor: ergo dignitates pertinent ad ſcientiam philoſophi. Maiorem vero nec expreſsit, nec probauit, quoniam ex ijs, quæ ſuperius dicta ſunt, patet. Et cum dicit {vniuerſis. n. rebus} Auer. per vniuerſas res intelligit omnia genera entium, de quibus conſiderant artes ſpeculatrices: Quæ expoſitio Alexã. non diſplicet, qui exponit per vniuerſas res, cuncta entia, & non quæ alicui generi entis definito inſunt. *Quæ Auerr. Comm. 7.*

Et utuntur quidem his omnes, quoniam entis ſunt, quo eſt ens, & unumquodq; genus eſt ens.

Eandem ſolutionem probat ſecunda ratione, quæ ſic componitur. principia, quibus vtuntur omnes artes, pertinent ad ſcientiam philoſophi: dignitates principia ſunt, quibus vtuntur omnes artes: igitur dignitates pertinent ad ſcientiam philoſophi. minorem pro ſyllogizat ſic, principijs, quæ entis ſunt, quo eſt ens, vtuntur omnes artes: dignitates principia ſunt quæ entis ſunt, quo ens eſt: igitur dignitatibus vtuntur omnes ſcientiæ. Et, quia aliquis poſſet dicere plura eſſe conſiderata à ſcientiis q̃ entia, & ita dignitates non erunt entis, quo eſt ens, ſed quo eſt conſideratum, ideo hoc remouens ſubdit {& vnumquodque genus eſt ens}, ſcilicet quod conſideratur in aliqua ſcientia. igitur recte dictum eſt, quòd dignitates ſint entis, quo eſt ens. de ratione ergo primo affert minorem, & dicit {& vtuntur quidem his omnes} deinde de proſyllogiſmo etiã affert minorem, & dicit {qm̃ entis ſunt, quo eſt ens} & ne tu credas plura eſſe conſiderata q̃ entia, ſubdit {& vnumquodq; genus}, i. & vnumquodq; cõſideratum in aliqua ſcientia {eſt ens} & ita non plura ſunt conſiderata q̃ entia. Aut fortaſſe apud Alexãdrum ſic pro-

ſyllogizatur minor, principijs, quæ ſunt cuiuſq; generis entis, vtuntur omnes ſcientiæ: dignitates ſunt principia, quæ ſunt cuiuſque generis entis: igitur dignitatibus vtuntur omnes ſcientiæ. Minor rurſus proſyllogizatur, quæ ſunt entis, quo eſt ens, ſunt cuiuſq; generis entis: dignitates ſunt entis, quo eſt ens: igitur dignitates ſunt cuiuſque generis entis. De primo proſyllogiſmo affert minorem & dicit {quoniam} ſubaudi dignitates {ſunt entis, quo eſt ens} de ſecundo etiam proſyllogiſmo affert minorẽ, & dicit {& vnumquodque genus eſt ens}.ſ.cuius dignitates ſunt: quæ fuit minor ſecundi proſyllogiſmi: & ſic perſpicua eſt reſolutio textus ad autem prioriſticam.

Eouſque tamen utuntur, quouſq; ſatis ſunt ipſis, hoc eſt quouſq; occupent genus, de quo afferunt demonſtrationes.

Quæ Auerr. Comm.7.

Cum accepiſſet omnes ſciẽtias vti dignitatibus ideo vt Auerroes inquit, dicit modũ, quo ſcientiæ particulares vtantur huiuſmodi dignitatibus. Nec ab ratione, quoniam aliquis dicere poſſet, quonam modo ſciẽtiæ particulares vtuntur eis, quæ non ſunt ſui generis, ſed entis, quo ens eſt? & dicit {eouſq; tamen vtuntur}, ſ. particulares ſcientiæ {vtuntur}.ſ.huiuſmodi dignitatibus {quouſq; ſatis ſunt ipſis, hoc eſt, quouſq; occupent genus, de quo afferunt demonſtrationes} Geometra.n.ipſas magnitudinibus accommodat, & hactenus in vſum ſumit. Arithmeticus numeris: ideoque q̃m cunctis conueniunt, nulliuſque ſunt peculiares. Geometra enim ſumens ſententiam illam, quæ ſunt eidem paria, hæc inter ſe quoq; paria ſunt, magnitudines addit ad hunc modum, quæ magnitudines eidem ſunt pares, hoc idem Arithmeticus ad numeros trãſfert, quod ipſe ſignificat, cum ait {eouſq; tamen vtuntur, quouſq; ſatis eſt ipſis, hoc eſt, quouſq; occupent genus, de quo afferunt demonſtrationes} ſententijs igitur iccirco omnes vtuntur, quoniam quatenus ea in quibus verſantur entia ſunt, eatenus hoc ipſis conuenit. Ens.n. cunctis ipſis eſt commune. *Quę auerr. Comm.7.* Vnde Auerroes & ſcientiæ vtuntur iſtis, non quo ſunt vniuerſalia, ſed ſm quantitatem, quæ conuenit ſibi. hoc eſt quo arctãtur ad ſubiectum proprium, de quo cõſiderat illa ars, ſicut dicitur in poſterioribus. verbi gratia, quia Geometra dicit in loco huius de nullo ſimul affirmatio, & negatio, id quod eſt arctatum ſuo ſubiecto, vt ꝙ omnis linea ſit commenſurabilis, aut incommenſurabilis, & æquale ſimiliter aut inæquale, quæ non ſunt ſecundum collocationem ſpecierũ ſub vno genere, ſed ſecundum collocationem proprij ſubiecti ſub communi, vt declaratum eſt in poſterioribus.

Quare cum pateat, hæc ipſis, ut entia ſunt, uniuerſis cõpetere (hoc.n.eſt ipſis commune) horum quoq; contemplatio eius eſt profecto, qui ipſum ens ea ratione qua eſt ens, contemplatur.

Nunc affert concluſionem cum rationis breui repetitione, & dicit {quare, cum pateat hæc}.ſ.principia vniuerſalia, quæ dignitates dicuntur {ipſis}.ſ.particularibus generibus ſubiecti {vt entia ſunt} hoc eſt, vt recipiunt prædicationem entis {vniuerſis cõpetere} & interponit rationem, & dicit {hoc.n.}.ſ.ens {eſt ipſis} .ſ.generibus ſubiecti {commune} vt prædicatum de omnibus {horum quoque}.ſ.vniuerſalium principiorum {contemplatio eius eſt profecto, qui ipſum ens, ea ratione, qua eſt ens, contemplatur}.ſ.Primi Philoſophi: & ita attulit concluſionem cum breui ſua ratione. *Quæ Auerr. Comm.7.* Auerroes autem ſic intelligit hunc locum, cum ait, & cum omnis ſcientia conſiderat de iſtis principijs modo proprio, manifeſtum eſt ſcientiam, quæ eis vtitur tum per ſe, tum generatim, eſſe vniuerſalem omnibus ſcientijs, & ita eſt philoſophia.

Quocirca nemo eorum, qui partes conſiderant, de his ipſis quicquam dicere aggreditur, ſint ne uera, an non uera, nec Arithmeticus, nec Geometra.

Licet Expoſitor velit, vt Ariſtoteles afferat ſignum eius, quod concluſit, melius tamen videtur, vt addat ad concluſionem quaſi aliam cõcluſionem, quod mihi conſonum eſt propter particulam διόπερ i.quocirca, quæ illatiua eſt, Quæ expoſitio non diſplicet Alex. nec Auerroi, vnde dicit {Quocirca nemo eorum, qui partes}.ſ.entis {conſiderant de his ipſis quicquam dicere aggreditur ſint ne vera, an non vera} hanc enim quæſtionem {nec Arithmeticus, nec Geometra} tentat diſſerere: nec aliorum quiſquam Medicus, Aſtrologus, aut Muſicus.

Sed naturalium quidam duntaxat id ipſum non incongrue facientes. ſoli nanque & de natura tota, & de ipſo ente conſiderare putabant.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic obiter refellere errorem quorundam, & primo Ariſto. narrare errorem putat, Alexander vero his verbis Ariſtotelem etiam putat confirmare id, quod dixit. Et cõfirmatio eſt, quoniam Naturales Philoſophi antiqui putantes ens naturale eſſe totum ens, & nihil eſſe præter ens naturale, diſſeruerunt de ente, & de dignitatibus, quæ ſunt entis, quo ens eſt. nec ob aliud, niſi quia putauerunt ens naturale eſſe totum eſſe. ex his igitur ſequitur confirmatio, ꝙ ad eum debeat ſpectare conſideratio entis, & dignitatum, quæ entis ſunt, quo eſt ens, qui cõſiderat toto ente in rei veritate, & cum talis ſit Primus Philoſophus, ideo ad Primum Philoſophum ſpectat conſiderare de ente, & de dignitatibus, quæ ſunt entis, quo eſt ens. vnde dicit {Sed Naturalium quidam dũtaxat idipſum non incongrue facientes} ſubaudi cõſiderauerunt ens, & dignitates, quæ entis ſunt, quo eſt ens. & affert cauſam, & dicit {ſoli nanq; & de natura tota, & de ipſo ente} ſubaudi quo eſt ens {conſiderare putabant} veteres.n. Naturales non opinabantur aliq̃ ſubſtantiam eſſe præter ſubſtantias corporeas, atque corruptibiles, de quibus naturalis philoſophus diſſerit, & ideo creditum eſt eos ſolos determinare de tota natura, & ita de toto ente: quare etiã de primis principijs, quæ ſunt ſimul conſideranda cum ente. ſic igitur naturalium authorũ quidã omnia entia in naturalibus eſſe rati, nec extra naturalia quicquam eſſe putantes, de primis principijs quoq; dicere ſunt aggreſsi, dum ſibi omnis entis diſputationem tribuerent, & præter naturalia nihil eſſe putarent. *Quæ Auerr. Comm.7.* vnde Auerr. ſed tñ quidã naturales inquit loquuti ſunt de iſtis, exiſtimant enim ſuam ſcientiam eſſe vniuerſalem, quæ debet conſiderare de ente, quo eſt ens. & cauſa huius exiſtimationis eſt, ꝙ nullum ſit ens, niſi naturale apud eos.

Verum cum ſit adhuc quidam ſuperior naturali (natura nanque genus eſt unum quoddam ipſius entis) ad uniuerſalem ſane, atque ad eum, qui primæ ſubſtantiæ eſt contemplator, horum quoque conſideratio pertinebit. facultas autem naturalis eſt quidem & ipſa ſapientia quædam, ſed non prima.

Expoſitor vult, vt Ariſtoteles nunc refellat eorum opinionem, Alexander vero, ꝙ oſtendat quantum ad quid bene dixerunt, & quantum ad quid non bene, vt innuat confirmationem eius, quod dictū eſt, ſ. ꝙ Philoſophi primi ſit differere de ente, & de vniuerſalibus principiis entis. oſtēdit aūt eos bene dixiſſe quatenus horum conſiderationem propriam eius eſſe cenſebāt, qui de omni ente in vniuerſum diſputaret, & ideo merito de ipſis differebant. errabant tamen, dum ſibi perſuaderent nihil eſſe præter entia naturalia, in quorum cognitione verſabantur. ſunt enim quædam alia entia præter ea, quæ naturalia nuncupantur. nam incorporea immobiliſq́; ſubſtantia non eſt naturalis. vnde dicit {Verum, cum ſit adhuc quidam ſuperior naturali} cuius rationem interponit, & dicit {natura nanque genus eſt vnum quoddam ipſius entis} quæ principium & cauſa motus per ſe eſt, quibus ineſt. quo intelligitur non ad phyſicum pertinere de accidentibus entis, qua eſt ens conſiderare, ſed {ad vniuerſalem ſane, atque ad eum, qui primæ ſubſtantiæ eſt contemplator, horū quoque cōſideratio pertinebit} Philoſophus enim, qui eſt etiamnum naturali ſuperior, quiq; de omni ente, qua eſt ens contemplatur, conſiderat de potiſsimo, & primo ente, quod quidem eſt ſubſtantia, non tamen naturalis. Sed, quia tu poſſes dicere. Naturalem Philoſophiam non eſſe ſapientiam, qm̄ non conſiderat de primis entibus, propterea deinde ſubdit qualis eſt philoſophia naturalis, & dicit {facultas autem naturalis eſt quidem & ipſa ſapientia quædā, ſed non prima} qm̄ non conſiderat prima entia, ſed ſecundaria, quæ ſunt infra prima. In quibus quoque verbis Alexander ait, ſed hoc in loco metaphyſicam hanc, quam præ manibus habemus, philoſophiam eſſe dicit, eandemq; primam philoſophiam appellat, atq; primam, & ꝓpriſſimam ſapientiam. nec ob aliud, niſi quia prima entia conſidetat. Sed dices, quonam modo de dignitatibus diſputat Ariſtoteles hic, cum dignitates ſint per ſe notæ. Reſpondet Alexan. Primum Philoſophum de ſententijs diſputare, non ꝙ ipſarum aliquam veram eſſe demonſtret, niſi fortaſſe, vt poſterius dicemus, negāti illas & ex conceſsis ab eo. principia nanq; demonſtrationum nequeunt demonſtrari, ſed, ꝙ ipſarum natura quæ ſit, & quomodo hæ nobis ingenerentur, inueſtiget, & quo modo ſit eis vtendum, & cætera, quæ de ipſis in librum de demonſtratione inſcriptis tradūtur. nam ea ratione ad philoſophum pertinet de demonſtratione, atque de ſententijs differere, non de alicuius certi entis demonſtratione, ſed in vniuerſum, quid eſt demonſtratio, & quonam modo ſit vſurpanda. neq; .n. demonſtratio in aliquo genere ex ijs, q̄ ſcientijs ſubijciuntur, collocatur, ſed per ſingulas diſciplinas demonſtratio verſatur in ijs, quæ priuatim pertinent ad eam doctrinā, qua quis vtitur: & ſic patet ſolutio. quo vero ad verba attinet, Ariſto. cum dicit {qui primæ ſubſtantiæ eſt contemplator} intelligit per primā ſubſtantiam, vt Auerroes inquit primum principium ſubſtantiarum, qui eſt Deus: & ſcientia naturalis, quia non conſiderat de primo ente, nō eſt huiuſmodi ſcientia, quod quomodo ſit intelligendum, expoſuit Auer. primo phyſicæ auſcultationis, & etiam libro ſecundo eiuſdem. dicitur autem Deus prima ſubſtantia tum nobilitate, tum cauſalitate. Hactenus Auerroes.

Que Auerr. Comm. 7.

Comm. vlti. Comm. 26.

TIX. 8.

Qui uero dicere de ueritate ipſorum, quonam pacto ſit acceptanda, aggrediuntur, ob ineruditionem Reſolutiuorum id ſane faciunt. accedere enim de his antea ſcientes, ſed non audientes quærere oportet.

Expoſitor hic Ariſtotelem alium errorem excludere aſſerit, eorum videlicet, qui aſſeruerunt hæc principia eſſe demonſtranda à primo philoſopho, quoniam vera ſunt: contra quos Ariſtoteles ait, Primum Philoſophum de ſententijs differere, nō ꝙ eas demonſtret, ſed ꝙ doceat principia indemonſtrabilia eſſe demonſtrationis principia, declaretq; ijs, quæ ſupra dixit in eos, qui de omnibus demōſtrationes haberi putabāt, & quicq̄ verum eſſe negabant, quod abſq; demonſtratione diceretur: de quibus in poſterioribus quoq; reſolutorijs meminit. illic nanq; demonſtratum eſt neceſſarium eſſe demōſtrationis principium haberi, idq; non poſſe demonſtrari. neque.n. eſſet demonſtratio, ſi de cunctis quæreretur. nam, vt in eo libro ſcriptū eſt, omnis doctrina, omniſq́; intellectualis diſciplina ex antecedente cognitione gignitur: hæc autem eſt earū propoſitionum, quas ſententias appellamus. vnde dicit {Qui vero dicere de veritate ipſorum} .ſ. primorū principiorum {quonam pacto ſit acceptanda} .ſ. ꝙ per demonſtrationem ſit habenda {aggrediuntur} .i. qui dicunt prima principia eſſe acceptanda a primo philoſopho per demonſtrationem {ob ineruditionem reſolutiuorum} .i. eius partis logicæ, quæ dicitur, reſolutiua {id ſanè faciunt} & reddit cauſam, quam in libris reſolutorijs explicauit, & dicit {accedere.n.} ſubaudi ad demonſtrationes faciendas {antea ſcientes} ea {ſed nō audientes} .i. non diſcentes ea {q̄rere de his oportet} quaſi præſcire, ac præcognoſcere oporteat, nō autem audiēdo de ipſis inquirere ita ne, an ſecus ſe habeant. vel aliter, vt Alexander, ſignificat oportere in vniuerſum præſcire, ac p̄cognoſcere non omnia eſſe demonſtrabilia, non autem demonſtrare, & de hoc ſimul inquirere. vel tertio hoc dictum eſt accipi poteſt in id, quod à Platone in Alcibiade traditum eſt, qui ſic ait, quicunque aliquid nouit, is per acceptam doctrinam, vel per inuentionem nouit, is autem inuenit, qui prius inquirebat. quædam autem nouimus, quæ neque didicimus, neq; inueſtigauimus. Alexander tandem affert ordinem in dictione, quod ego non multum neceſſarium eſſe puto. Auerroes autem aſsignans cām erroris eorum, qui ſic opinati ſunt, ait, & cauſa erroris eorum fuit, quia ignorarunt quod dictum eſt in analyticis de diſputationibus primarū propoſitionū, & de differentia illius, quod eſt notū per aliud. nam dignitates ſunt propoſitiones per ſe notæ. i. q̄ patent terminis, quibus conſtans, notis, concluſiones vero non patent niſi demonſtrationibus: quæ ſunt ex primis propoſitionibus, vel ex ijs, quæ ex primis propoſitionibus originē ſumpſerunt.

Que Auerr. Comm. 8.

Patet igitur ad philoſophum, & ad eum, qui de omni ſubſtantia contemplatur quatenus conuenit, & de ſyllogiſticis principijs eſſe conſiderandum.

Ex verbis, quæ in hac dictione continentur, patet eum concludere concluſionem principaliter intentā, & dicit {Patet igitur ad philoſophum} & quia philoſophus accipi poteſt dupliciter, & pro contemplatore veritatis generatim, & pro metaphyſico, ideo complectens vtrunque addit {& ad eum, qui de omni ſubſtantia contemplatur, quatenus congruit, } id eſt & ad metaphyſicum, qui conſiderat ſubſtantiam, quatenus congruit metaphyſico {& de ſyllogiſticis princi-

pijs eſſe conſiderandum} Alexander de omni ſubſtantia pro eo, quod eſt de omni ente, qua eſt ens, exponit. vel de omni ſubſtantia dixit, vt idem Alexander ait, quoniam doctrina, quæ diſputat de ente, in ſubſtantia maxime verſatur. hæc enim eſt entium potiſsima, & ad quam cætera referuntur, vt ſuperius dictum eſt. & dicit { de omni ſubſtãtia } intelligens in vniuerſum de ſubſtantia, non de hac vel illa. Et cum dixit, ᾗ πέφυκεν .i. quatenus congruit, vel, vt tranſtulit Argyropylus .i. ea ratione, qua natura talis eſt, vno modo exponitur vt diximus, quatenus videlicet cõgruit metaphyſico, alio modo .i. qua ſubſtantia ipſa in vniuerſum talis eſt ſecundum ſuam naturam, metaphyſicus enim contemplatur generatim ſubſtantiam, qua ſubſtantia eſt ſuapte natura. aut tertio .i. quænam eſt natura cuiuſq; ſubſtãtiæ. neq; .n. omnes ſubſtantiæ eiuſdem naturæ ſunt, cum ſint partim corporeæ, partim corporis expertes, & aliæ mobiles, aliæ motionis immunes, quædam item ingenitæ, quædam natiuæ, iam aliæ animatæ, aliæ vacantes anima, & harum vtrarũq; complura diſcrimina. vocat autem ſyllogiſtica principia, demonſtratiua principia. nam dignitates in vniuerſum demonſtrationum principia ſunt. principia enim ac præpoſitiones, quæ in ſingulis ſcientijs demõſtrationibus accommodantur, eius ſunt, qui in ſingulis doctrinis demonſtrat. dignitates vero ꝙ oĩs demonſtrationis principia ſunt, metaphyſici eſſe videntur.

Attinet autem ad eum, qui maxime circa unum quodque genus cognoſcit, affirmare firmiſsima rei principia poſſe. Quare & ad eum etiam pertinet omnium poſſe firmiſsima principia aſsignare, qui de entibus, ut entia ſunt, cognoſcit: atque hic eſt ipſe Philoſophus.

Expoſitor aſſerit Ariſtotelem velle probare ad Primum Philoſophum pertinere conſiderare primum demonſtrationis principium. Et ſm eum ratio ſic componitur, qui maxime cognoſcit, debet conſiderare firmiſsimum omnium principium: Philoſophus, ſ. primus, maxime cognoſcit: igitur Philoſophus primus debet conſiderare firmiſsimum omnium principium. De ratione primo affert maiorem, & dicit { Attinet autem ad eum, qui maxime circa vnumquodq; genus cognoſcit, affirmare firmiſsima rei principia poſſe} Hæc eſt maior apud Expoſitorem. deinde affert concluſionem, & dicit { quare & ad eum etiã pertinet omnium poſſe firmiſsima principia aſsignare, qui de entibus, vt entia ſunt, cognoſcit } .i. ad Primum Philoſophum. deinde affert minorem, & dicit {atq; hic eſt ipſe philoſophus} .i. ipſe metaphyſicus. Alexander autẽ ſic argumentatur, qui maxime cognoſcit in vnoquoque genere, cognoſcere debet firmiſsima principia eorum, quæ habentur in illo genere. ſiquis .n. alius punctum eſſe negauerit, cuius nulla eſt pars: & lineam lõgitudinem abſq; latitudine: & ſuperficiem, quod latitudinem tantum, & longitudinem habeat, nemo tñ eorum negabit, qui in ipſorum cognitione maxime erit exercitatus. Quare quemadmodum in vnoquoque genere doctus cognoſcat, neceſſe eſt firmiſsima principia, i. prima & proprijſsima, propter quæ cætera in eo genere ſunt, quibuſq; ignoratis in ſingulis diſciplinis eſſentia rei cognoſci non poteſt: ſic doctrina entis, qua eſt ens, præditus cognoſcat neceſſe eſt omniũ firmiſsima principia. Ergo ratio eſt hæc, ſicuti in particularibus ſcientijs prima principia illarũ cognoſcuntur ab exercitatis in illis, ſic in vniuerſaliſsima ſciẽtia prima principia eius cognoſcuntur ab eo, qui exercitatus eſt in illa. Primo ergo accipit locum, vnde accipitur ſimilitudo, & dicit {attinet autem ad eum, qui maxime circa vnũquodq; genus} .ſ. particularis naturæ, vel particularis ſubiecti determinatæ ſcientiæ {cognoſcit} atq; penitus eſt {affirmare firmiſsima rei} illius {principia poſſe} vt ad Mathematicum principia firmiſsima, quæ ſunt entis quanti, ad Naturalem principia firmiſsima entis naturalis. deinde infert concluſionem ex hoc præaſſumpto loco, & dicit { quare & ad eum etiam pertinet omnium poſſe firmiſsima principia aſsignare, qui de entib⁹, vt entia ſunt, cognoſcit} & exponens quiſnã ſit iſte, qui entia, vt entia ſunt, cognoſcit, ſubdit {atq; hic eſt ipſe philoſophus} .i. methaphyſicus: quare ſicut in alijs particularibus ſcientijs, ſic in vniuerſaliſsima, quæ eſt metaphyſica. Philoſopho igitur neceſſarium eſt omnium entiũ firmiſsima, & proprijſsima principia cognoſcere. nam qui verſatur in aliquo genere, is vt principiũ illius generis vnũquodq; in eo firmiſsimum cognoſcat neceſſe eſt: ergo qui non certum ens, nec determinatum genus, ſed in vniuerſum ens ipſum communiſsimum, & generaliſſimum conſiderat, huic, vt cunctorum entium firmiſſima principia nota ſint, erit neceſſe. Et cum dicit {circa vnumquodq; genus } per genus intelligit ſubiectũ particulare particularis ſcientiæ, Alexander ſubiectũ particulare intelligit particularem naturam, circa quã verſatur aliqua particularis ſcientia.

Firmiſsimum autem id omnium principium eſt, circa quod fieri non poteſt, ut quiſquam decipiatur. tale nanque neceſſe eſt notiſsimum eſſe (quippe cum uniuerſi circa ea, quæ non cognoſcunt, decipiantur.) Et ſuppoſitionem non eſſe: quod enim neceſſe eſt eum habere, qui quoduis entium percipit, id non eſt ſuppoſitio. Quod uero neceſſe eſt eum cognoſcere, qui quoduis entium cognoſcit, id quoque habentem ipſum uenire neceſſe eſt. patet igitur tale principium firmiſsimum omnium eſſe.

Expoſitor Ariſtotelem oſtendere putat quid ſit firmiſsimum ſiue certiſsimum principium. quam rem, vt oſtendat, primo Ariſtotelem narrare autumat conditiones firmiſsimi principij, deinde Ariſtotelem eas conditiones accommodare arbitratur vni principio tñ, quod expoſiturus declarabit. Alexander vero arbitratur Ariſtotelem hic docere firmiſsimũ principium eſſe, quo falli minime licet. falli vero neminem licere Ariſtotelem docere autumat ex tribus, tum quia ex ſe notiſsimum eſt, tum quia non eſt ſuppoſitio ſiue poſitio, tum quia non per aliud diſcitur. primo ergo iuxta hanc expoſitionem proponit id, quod vult docere, & dicit {Firmiſsimum autẽ id omnium principiũ eſt, circa quod fieri nõ poteſt, vt quiſquam decipiatur } ergo docebit firmiſsimum principium eſſe, quo falli minime licet. Deinde narrat illa tria per ordinem, quibus circa primum principium falli minime licet, & primo ex eo minime aliquem falli licere circa primum principium docet, quia eſt notiſsimum, & dicit {tale nanq; neceſſe eſt notiſsimum eſſe} qm ſi non fuerit notiſsimum, non cognoſcetur ab omnibus, & ſi non cognoſcetur ab omnibus, circa ipſum falli poterunt vniuerſi, qui ipſum non cognoſcunt: cuius rationem interſerit, & dicit {quippe cum vniuerſi circa ea, quæ non cognoſcunt, decipiãtur} aut ſaltẽ decipi poterunt. fuerũt autem

autem Ariſtotelis verba ſatis manca, ſed ea ſic Alexander ſuppleuit. Deinde narrat ſecūdum propter quod circa principium neminem falli licet, & dicit {& ſuppoſitionem non eſſe}.i.ex poſitione notum. nam circa ea,quæ ex poſitione ſunt nota, licet falli. Quòd autem firmiſsimum principium ſuppoſitio eſſe nō poſſit,probat,& dicit {quod.n.neceſſe eſt eū habere, qui quoduis entium percipit, id non eſt ſuppoſitio} at, vt dictum eſt, firmiſsimum principium neceſſe eſt eum habere,qui quoduis entium percipit, vt metaphyſicū: igitur firmiſsimum principium non eſt ſuppoſitio: & ita neminē circa ipſum falli licet. ſed poſtquam docuit firmiſsimum principium non eſſe ſuppoſitionē, oſtendit fieri non poſſe,vt per aliud id diſcatur,& dicit {quod vero neceſſe eſt eum cognoſcere, qui quoduis entium cognoſcit, id quoq; habentem ipſum venire}.i.minime per demonſtrationem diſci{neceſſe eſt}ſed notis terminis venire.i.petere habentem ipſum: quaſi ex lumine naturali intellectus,quod ſecū innaſcitur. cum vero dicit {quod vero neceſſe eſt eum cognoſcere,qui quoduis entium cognoſcit} primum philoſophum intelligit, quia hic eſt, qui cognoſcit, quoduis entium. dixit autem hoc, vt innuat ſe loqui de primo oīum principio,qm̄ hoc eſt primo philoſopho ꝓpriū. tum concludit, patet {igitur tale principium}.ſ.circa quod falli non licet {firmiſsimum omnium eſſe} falli vero non licet, quoties fuerit notiſsimum, non ſuppoſitum ex poſitione, neq; demonſtratione acquiſitum. ſic.n.ſecundum Alexandrum. At ſm̄ Expoſitorem ſic {patet igitur tale principium}ſcilicet quod eſt notiſsimum, & non ex poſitione ſuppoſitum neque per demonſtrationem acquiſitum {firmiſsimum omnium eſſe}& hoc pacto ſentit Auerroes cum ait,manifeſtum eſt primum verum quod cæteris alijs omnibus magis verum eſt, declarari non poſſe per aliud, neq; eſſe manifeſtum ex poſitione,neque eſſe fallibile, vt videlicet deceptio accidat in eo: quæ expoſitones bonæ ſunt, & verbis idoneæ. declarat autem Expoſitor, primum omnium principium demonſtratione non acquiri ex eo,quia ex ipſo lumine naturalis intellectus agentis innoteſcit. nam principia cognoſcimus, quatenus terminos cognoſcimus,termini autem lumine intellectus agentis cognoſcuntur hoc pacto. nam ex ſenſibilibus accipitur memoria, & a memoria experimentum, & ab experimento terminorum, quibus conſtant principia,cognitio emergit, ſed cōcurrente lumine agentis intellectus: quare primum omnium principium demonſtratione non diſcitur, ſed quaſi connatum nobis aduenit,atq; natura, & non per acquiſitionē emergit.

Quæ Auerr. Comm. 8.

At quidnam ſit illud, deinceps dicamus,oportet. hoc enim principiorum omnium firmiſsimum eſt, fieri nō poſſe,ut idem ſimul inſit, & non inſit eidem, atque per idem: & addantur cætera cuncta, quæ ad diſſerendi difficultates dimouēdas olim determinauimus. habet enim dictam determinationem.

Determinationem. διορισμόν. Conditionem. Definitionem.

Sed vbi docuit quale debeat eſſe firmiſsimū principium: exponit nunc quod ſit huiuſmodi principiū, idque eſſe ait principium contradictionis, & dicit {At quidnam ſit illud,deinceps dicamus} & volens ipſum eſſe principium contradictionis, dicit {hoc.n.principiorum omnium firmiſsimum} videlicet {eſt,fieri nō poſſe,vt idem ſimul inſit, & non inſit eidem atq; per idem} & ne conteratur tempus dicit {& addantur cætera cuncta, quæ} in definitione contradictionis {ad diſſerendi difficultates dimouendas olim determinauimus} ſunt autem hæc ea,ex quibus contradictio cōficitur,de quibus in Sophiſticis Elenchis meminit:vbi contradictionem eſſe definiuit eius & vnius rei, nō nominis, aut ſinominis,non æquiuoci, ſed ei uſdem per idem,& ad idem,& eodem modo, eodemq; tempore. preterea quicquid dixit in libro de enūciatione in mētione contradictionis, & quæcunque in captiones Sophiſticas definiuimus, ea cuncta hoc in loco ſignificat cum ait {ad diſſerendas difficultates dimouendas} addit {habet enim dictam determinationem} qua videlicet dictum eſt firmiſsimum principium eſſe, quo nemo falli poteſt,vt exponit Alexander. vel hoc refert ad contradictionem, quæ deſcripta eſt in logica,dicit nanque {habet enim}.ſ.hoc firmiſsimum principiū {dictam determinationem}.ſ.in Elenchis, & in libro de Interpretatione,quæ data eſt de cōtradictione. verbum autem determinationem,græce eſt διορισμόν, Argyropylus tranſtulit conditionem, Boethius definitionem. ſed quouis modo transferatur,dupliciter exponi poteſt, vt viſum eſt.

Fieri enim non poteſt, ut idem eſſe quiſpiam, atque non eſſe exiſtimet, ut quidam Heraclitum dicere arbitrantur. non enim neceſſe eſt, quæ quiſpiam dicit, ea quoque ita eſſe ipſum exiſtimare. TEX. 9.

Auerroes velle videtur, ꝙ Ariſtoteles velit probare eſſe impoſsibile,vt idē ſimul ſit,& non ſit, & ita vult vt probet veritatem primi principij, quod Expoſitor ſentire videtur. nam, cum propoſuiſſet primo omniū principio competere, vt ſit impoſsibile eidem ſimul ineſſe, & non ineſſe idem, ſubdit, ꝙ autem prædicta huic principio cōueniant ſic oſtendit, hæc Expoſitor, & ſic videtur velle Ariſtotelem probare veritatem primi principii,ꝙ videlicet impoſsibile ſit idē ſimul eſſe, ac non eſſe. hoc autem probare videtur hoc pacto, ſi impoſsibile eſt opinari vt idem ſimul ſit, & non ſit,impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe: ſed de facto ita eſt, ꝙ impoſsibile ſit opinari idem ſimul eſſe & nō eſſe: igitur de facto ſequitur, vt ſit impoſsibile, idem ſimul eſſe, & non eſſe. de ſyllogiſmo affert minorem, quæ eſt poſitio antecedentis, & dicit {Fieri enim non poteſt,vt idem eſſe quiſpiam, atq; non eſſe exiſtimet, vt quidam Heraclitū dicere arbitrant̄} qui Heraclitus licet forte fortaſſe ſic dixerit, non tñ id exiſtimare potuit. Cuius rationem affert, & dicit {non enim neceſſe eſt, quæ quiſpiam dicit} videlicet verbo {ea quoq; ita eſſe ipſum exiſtimare}.ſ.mente, & ſic nullus poteſt exiſtimare idem ſimul eſſe,& non eſſe, ſaltem mente. per q̄ voluit intelligere minorem, quæ erat poſitio antecedentis. Alexander autem velle videtur, vt Ariſtoteles probet neminem falli poſſe circa primum principiū, vt propoſuit: hoc autem probare ait cum dicit {fieri enim non poteſt, vt idem eſſe quiſpiam, atq; non eſſe exiſtimet} ergo fieri non poteſt, circa primum principium quiſpiam decipiatur. nam,vt fieri non poteſt,vt idem ſimul inſit,& non inſit, ſic, vt quiſquā circa hoc decipiatur, idemque eſſe, & nunc eſſe putet. hoc enim eſt quod ait {fieri enim poteſt, vt idem eſſe quiſpiam, atque non eſſe exiſtimet, vt quidam Heraclitū dixiſſe arbitrātur} contra quos protinus ſubijcit {non enim eſt neceſſe, quæ quiſpiam dicit ea quoque ita eſſe exiſtimare} ita licet hoc fuerit ab Heraclito dictū,vt quidam credidere,non tamen eſt neceſſe,vt ſi hoc dixerit,

Quæ Auerr. Comm. 9.

protinus etiam exiſtimauerit. non enim quæcunq; dicimus, ſic ita ſe habere putamus. facile nanq;, & cuius in promptu eſt dicere contradictionem eidẽ ineſſe, vt autem rem ſic ſe habere quiſquã putet, fieri minime poteſt. vt qui diem lucere conſpicit, nullo is tñ negocio noctem eſſe affirmare valet, licet ei facile ſit ſic dicere. Ergo apud Alexandrum hic probatur quod ſuperius accepit, videlicet primum principium eſſe, circa quod falli non poteſt. Apud vero Expoſitorem & Auerroem hic probatur veritas primi principij, videlicet quòd impoſsibile ſit idem ſimul eſſe & nõ eſſe, per ſyllogiſmum hypotheticum à poſitione antecedẽtis ad poſitionem conſequentis. Apud vero Alexandrũ hipotheticus ſyllogiſmus eſt, ſi impoſsibile eſt idẽ ſimul eſſe & non eſſe, nullus poteſt falli circa primum principium: ſed impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & nõ eſſe: igitur impoſsibile eſt aliquem decipi circa primum principium. hæc eſt differentia expoſitionum.

Si uero non, contingit eidem ſimul ineſſe contraria addantur autem nobis & hæc, quæ propoſitioni addi ſolent, ſuntq; opiniones contrariæ, quæ contradictorie aduerſantur, patet impoſsibile eſſe ſimul idem eſſe, atque non eſſe eundem exiſtimare. habebit enim contrarias opiniones ſimul præfecto qui circa hoc eſt deceptus. Quapropter omnes, qui demonſtrant, ad hanc opinionem ultimam demonſtrationes reducunt: hæc enim ſuapte natura cæterarum quoque omnium dignitatum principium eſt.

Sequendo expoſitionem Auerroes, ac Expoſitoris nunc probat minorem, quæ fuit poſitio antecedentis, ꝙ videlicet impoſsibile ſit opinari idem ſimul eſſe, & non eſſe, hoc pacto videlicet, ſi non impoſsibile eſt exiſtimare idem ſimul eſſe & nõ eſſe, contingit eidem ſimul ineſſe contrarias opiniones: hoc autem eſt contra experientiam, qm̃ licet aliquis poſsit dicere contrarias opiniones, tamen experientia docet nullum poſſe contrarias opiniones de eadem re habere, vt ꝙ dies ſit lucidus, & non ſit lucidus, primo ergo accipit hypotheticam, & dicit {Si vero non} ſubaudi eſt impoſsibile exiſtimare idem ſimul eſſe, & non eſſe {contingit eidem} intellectui.ſ.{ſimul ineſſe contraria}.i.contrarias opiniones: hoc conſequens reliquit tanquam cõtra experientiam. neſcio profecto cur Argyropylus vir doctiſsimus hæc verba legerit coniuncte hoc pacto {ꝙ ſi fieri nequit, vt cõtraria ſimul inſint eidem} cum græce hypothetice ſic legantur, εἰ δὲ μὴ, ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ τἀ ἐναντία. Deinde probat hypotheticam & conſequentiam ſupponendo ex lib. 2. de Interpretatione opiniones contrarias eſſe de contradictione ibi enim declaratur opiniones eſſe contrarias, non quæ contrariorum ſunt, ſed quæ per ſe contradictionis ſunt.hæ.n. non ſunt contrariæ opiniones, vt ibi dicitur, primo & per ſe, ſi vnus putauerit Socratem album eſſe, alius vero Socratem eſſe nigrum, ſed tunc, cũ vnus putauerit Socratem albũ eſſe, alius vero Socratẽ non eſſe albũ. quare ſupponẽdo hoc, & aliquis putet ſimul duo cõtradictoria eſſe vera exiſtimando, ſimul idẽ eſſe, & non eſſe, habebit ſimul contrarias opiniones: & ſic patet cõſequẽtia. dicit {addantur aũt nobis} ꝓ deductione cõſequentiæ propoſitæ.i.ſupponantur aũt pro deductione conſequentiæ {& hæc, q̃ propoſitioni addi ſolent}.i.quæ propoſitioni hypotheticæ propoſitæ addi ſolent, nam ſic illa patebit. & explicat illud, quod addi debet, & dicit {ſuntque opiniones contrariæ, quæ contradictorie aduerſantur}.i.q̃ ſunt de contradictione, nam his additis {patet impoſsibile eſſe ſimul idem eſſe, atq; non eſſe eũdem exiſtimare} cuius rationem explicat, & dicit {habebit.n.qui circa hoc eſt deceptus cõtraria opiniones inſimul ꝓfecto} non ergo poteſt aliquis decipi circa primum principium. hæc eſt expoſitio Auerrois & Expoſitoris, quę meo iudicio non eſt aliena à verbis Ariſt. Alexãder aũt legit hunc textum ſine coniunctione, aũt, ſic cum calce prioris textus coniunctum {non.n.neceſſe eſt, quæ quiſpiam dicit, ea & ita eſſe exiſtimare, ſi fieri nequit, vt contraria ſimul inſint eidem} tñ cum expoſitione propoſita conuenit, qm̃ aſſerit Ariſto. demonſtrare, vt quiſquam contradictionem ſimul eſſe veram exiſtimet. Putare.n.hoc ineſſe, oppoſita opinio eſt ei, qua idem non ineſſe putatur. At oppoſita, vt eidem inſint, fieri neutiq; poteſt. hoc.n.vt noto, & confeſſo vtitur. nam in fine libri ſecundi de Interpretatione confirmatum eſt. & ſic Alexander quantum ad vim ſenſus conuenit cum Expoſitore, licet aliter ordinet dictionem. Quo vero ad verba attinet, cum dicit {addantur huic propoſitioni quæ addi ſolent}.i.intellige huic definitioni, quæ datur de contradictione, quæ debent addi, videlicet per idem, & in eodẽ tempore, & cætera, quæ addi ſolent in ſophiſticis elenchis. Dixit.n.impoſsibile eſſe, vt idem ſit & non ſit, addendum eſt per idem, & eodem tempore, & reliqua, quæ addi ſolent. ergo pro deductione conſequentiæ duo ſunt ſupponenda, videlicet definitio contradictionis ſm oẽs particulas, quibus definitur in Elenchis, & ꝙ opiniones contrariæ ſint de cõtradictione definita ſm illas oẽs particulas. vnde dicit {addantur autem & huic propoſitioni}.i. huic definitioni, quæ datur de contradictione {& hæc quæ addi ſolent}.ſ.in elenchis{&}.ſ.addatur etiam{ꝙ ſint opiniones contrariæ, quæ contradictoriæ ſecundũ omnes particulas aduerſantur} nam his ſuppoſitis {patet impoſsibile eſſe ſimul idem eſſe atq; nõ eſſe eundem exiſtimare} hoc pacto ordinat dictionem Alex. cũ vero ſubdit {habebit.n.opiniones cõtrarias ſimul profecto, qui circa hoc deceptus eſt} hmõi eſt, nã qui idem eſſe, & nõ eſſe putat, & in hoc decipitur, vt putet ſimul eſſe, quæ non ſunt ſimul, huic profecto contraria inſunt. Contraria enim ſunt inter ſe opiniones cõtrariæ. hoc autẽ poſitũ eſt fieri non poſſe vel ex lib. 2. de Interpretatione, vel ex experientia: qua quis experitur nullo modo habere poſſe contrarias opiniones. *Quæ Auerr. Comm. 9.* recte ergo Auerroes ait ſine primo principio eſſe impoſsibile philoſophari. deinde ex his, facit excerptum, & dicit {qua propter omnes, qui demonſtrant, ad hanc opinionem vltimam demõſtrationes reducunt} & intelligit per opinionem vltimum principium, quod in contradictione conſiſtit, vt, non contingit eidem aliquid ineſſe, & non ineſſe. nam qui de re quapiam diſputant, ij ad aliquid demoliendum non putant pluribus verbis opus eſſe, ſi eius, quod impugnant conſequens eſſe demonſtrauerint contradictionẽ ſimul eſſe veram. & aſsignans rationẽ excerpti ſubdit {hæc.n.} videlicet opinio vltima, ad quam ſtat reſolutio omniũ demonſtrationum {ſuapte natura cæterarum quoq; dignitatum omnium principium eſt} & hoc non ſic intelligas, vt hæc vltima dignitas principium ſit eas demonſtrandi, cum dignitates demonſtratione non indigeant. Tunc enim non eſſent nec dignitates, nec principia, ſed quoniam ſæpe ad illarũ confirmationem,

tionem,ac fidem hac præterea dignitate vtimur. confirmantes enim quæ ſunt eidem ſimilia, inter ſe quoque ſimilia eſſe, illud aſſumimus, aliter enim non eſſent inter ſe ſimilia. quòd ſi non ſunt inter ſe ſimilia, neque vni quidem alicui eidem ſimilia erunt, ſed potius illi erunt diſsimilia, quemadmodum inter ſe: at poſitum erat eſſe illi ſimilia: quare eadem eidem & ſimilia, & non ſimilia erunt. ſimili ratione, & in cæteris dignitatibus fieri poteſt. per quæ, vt Expoſitor rectè inquit, patent aliæ conditiones ſuperius aſsignatæ de primo principio, quatenus enim demõſtrationes omnes in hanc reducuntur tanquam ad vltimum omnino, patet huiuſmodi principiũ non eſſe ex ſuppoſitione, quo vero eſt naturaliter cęterarum dignitatum principium patet ipſum aduenire habenti & non acquiri demonſtratione. Vlterius Expoſitor hoc, quod Ariſt. narrauit & non probauit, enititur probare: ſupponens primo duplicem eſſe actum intellectus, alterum, quo intelligitur quicquid eſt, quem actum vocant indiuiſibilium intelligentiam. alterum quo intellectus componit, ac diuidit. Deinde ſupponit in vtroque actu eſſe aliquod primum. nam in primo actu ens eſt primum, quando primum cadit in conceptione intellectus, quippe cum nihil eo actu poteſt mente concipi, niſi intelligatur ens. Et quia hæc dignitas impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, pẽdet ex intellectione entis, quemadmodum illud principium, omne totum eſt maius ſua parte, pendet ex intellectione totius, & partis, fit vt huiuſmodi principium in actu intellectus ſecundo videlicet componentis, ac diuidẽtis ſit natura primum, quippe cum nullus poſsit hoc actu intellectus intelligere, niſi eo principio intellecto. Vt enim totum & pars non intelliguntur, niſi intellecto ente, ita quoque hæc dignitas omne totum eſt maius ſua parte non poteſt intelligi, niſi eo primo principio præconcepto. hæc Expoſitoris ratio bona eſt, ſed vrgentior eſt illa Alexan. nam cum omnis demonſtratio oſtenſiua neganti reduci poſsit ad ſyllogiſmum contradictionis, qui dicitur ducens ad impoſsibile, fit, vt dignitas contradictionis ſit omniũ demonſtrationum vltima opinio, ad quam reducuntur oẽs demonſtrationes, quare eſt ſimpliciter prima.

CAP. II.

Contra eos diſputatur, qui contigere dicunt idem eſſe & non eſſe.

TEX. 9. Sententia. λόγῳ. Ratione.

SVnt autẽ quidã, qui uti diximus, ipſi quoque fieri poſſe dicũt, ut idẽ ſit, atq; non ſit, & ita exiſtimetur. atq; hac ſententia Naturalium quoq; complures utuntur.

Nunc oſtendit errores, qui emerſerunt de primo ipſo principio: & primo repetit errorem Heracliti, quem complures naturalium ſecuti ſunt: & dicit {ſunt autem quidam, qui vti diximus, ipſi quoque fieri poſſe dicũt, vt idem ſit atq; non ſit} & ſic verbis negant primum principium {& ita exiſtimetur} & ſic etiam mente ipſum negant, in qua opinione Heraclitum fuiſſe traditur, qui contraria eſſe eadem inter ſe tradebat {Atque hac ſententia naturaliũ quoq; cõplures vtũtur} qui videlicet rẽ, qualis videtur, talẽ eſſe dicebant, cuius opinionis Democritus, & Protagoras fuiſſe videntur. nam cũ quibuſdã de eodem contraria, videãtur, ſi res, vt vr̃, ſic ſe hẽt, vtiq; in eodẽ oppoſita, & contraria inerunt.

Nos uero nunc, ut impoßibile id accepimus, eſſe uidelicet ſimul, atq; non eſſe. & per id ipſum oſtendimus hoc eſſe firmiſſimum omnium principiorum.

Nunc narrat quid ipſe acceperit vt manifeſtum, & quid ex illo concludendum ſit. vt manifeſtum quidem accipitur fieri non poſſe, vt idẽ ſit. atq; non ſit. Ex hoc vero, quod pro manifeſto ſuppponitur, concluditur tale principium eſſe firmiſsimum. vnde dicit {nos vero nunc vt impoſsibile accepimus} ac ſuppoſuimus {eſſe videlicet ſimul atq; non eſſe, & per idipſum} hoc eſt, & quia ſuppoſitum eſt impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe {oſtendimus hoc eſſe firmiſsimũ omniũ principiorum} nam vt Alex. inquit, ex hoc ꝙ fieri non poteſt, vt idem ſit, atq; non ſit, ſequitur non poſſe contraria eidem ineſſe putari. quandoquidem hæ opiniones contratię ſunt, Quòd ſi opiniones contrariæ non poſſint eidem ineſſe, contradictionis principium firmiſsimum atq; notiſsimum eſſe patet.

Ruditatem. ἀπαιδευσίαν. Imperitiam.

At ſunt aliqui, qui ob ruditatem hoc quoq; demonſtrandũ eſſe cenſent. eſt enim profecto ruditas non diſcernere, quorum quærere, & quorum non quærere demonſtrationem oportet, omnino nanq; fieri nequit, ut omnium ſit demonſtratio. in infinitum enim erit abitio: ut neq; hoc pacto ulla penitus ſit demõſtratio. Quod ſi quorundam: demonſtrationem quærere non oporteat, quod principium magis tale eſſe cenſent, aßignare ſane non poſſunt.

Quoniam quibuſdam fieri poſſe videtur, vt idem ſit atq; non ſit, ex quo ſequitur cõtradictionem ſimul eſſe veram, ideo cenſetur hoc principium eſſe à nobis demonſtrandum, non autem vt ex ſe notum eſſe accipiẽdũ. Ideo hos impugnaturus inquit {At ſunt aliqui, qui ob ruditatẽ} ſubaudi reſolutiuorum {hoc quoq;} principium. ſ. {demonſtrandum eſſe cenſent} deinde exponit eorum ruditatem, & dicit {eſt. n. profecto ruditas} ſubaudi reſolutiuorum {non diſcernere quorum quærere, & quorum non quærere demonſtrationem oportet} In poſterioribus. n. reſolutorijs quænam demonſtrari poſsint, quæve ſecus, docetur {omnino nanq; fieri nequit, vt omnium ſit demonſtratio} cuius rationẽ affert, & dicit {In infinitum. n. erit abitio} ſubaudi ſi nõ fuerit circulo demonſtrari {vt neq; hoc pacto}. ſ. procedendo in infinitum {vlla penitus ſit demonſtratio} nam ſi infinite progrediemur, tollẽtur per ſe nota, ac indemonſtrabilia, & ſic tolletur demõſtratio. deinde remouet quandã tacitam reſponſionẽ, & dicit {ꝙ ſi quorundam demonſtrationem quærere non oporteat} vt puta, quia ſunt indemonſtrabilia, quærit {quod principium magis tale}. i. magis indemonſtrabile {eſſe cenſent} ſubaudi principio contradictionis, Hi ſi vellent {aſsignare ſane non poſſunt} quoniam nullum videtur indemoſtrabilius principio contradictionis. & ita ſi aliqua principia dicant indemonſtrabilia eſſe, nullũ principium dicere poſſunt indemonſtrabilius eſſe, ꝙ principium contradictionis: de quo diximus eſſe firmiſsimum. Auer. affert cauſam, quare aliqui putauerũt principium conttadictionis demonſtrari poſſe, aſſerẽs hoc eſſe pro tanto, quia homo vtitur in defenſione illius principij veris quibuſdam ſermonibus, & valde ꝓbabilibus, quos nullus poteſt negare. & ita non diſcernentes inter probabilia huic, vel illi, & neceſſaria ſimpliciter, Argumentum probabile crediderunt eſſe demonſtrationem. Qua ratione putauerunt illud principium eſſe demonſtrabile. Quæ Auer. Comm. 9.

Licet tamen hoc quoque (uidelicet impoßibile eſt idem ſimul eſſe, atq; non eſſe) demonſtrare redarguendo, ſi modo is, qui contendit, quippiam dicat. quod ſi nihil dicat, ridiculum eſt

profecto ad eum rationem quærere, qui nullius ſermonem habet, ut ſermonem non habet. Talis enim homo, ut talis, perſimilis iam eſſe uidetur plante.

Poſtquam eos inſectatus eſt, qui principium contradictionis demonſtrandum eſſe cenſebant, nunc declarat quonam modo poteſt demonſtrari. & dicit { licet tamen hoc quoq;} principium {videlicet impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, atq; non eſſe } quod contradictionis principium appellatur {demonſtrare redarguẽdo} non quidem ſimpliciter redarguẽdo, ſed ita demũ {ſi modo is, qui contendit } ideſt qui ipſum negauerit {quippiam dicat}, i. quicquam nominauerit, & ſermone fuerit vſus, & dictis ſuis aliquid ſignificauerit, atq; ad interrogata reſponderit. & oſtẽdens ꝙ aliter niſi loquendo redarguẽdo demonſtrari non poteſt, dicit {ꝙ ſi nihil dicat} atq; contiguerit, nec reſponderit quicq̃ {ridiculum eſt profecto ad eum rationem quęrere}. i. contra eum redarguendo ratiocinari { qui nullius ſermonem habet, vt ſermonem non habet}. i. riſu eſt excipiendus, qui contra hunc diſputauerit, quiq; tacentem redarguere conabitur, & addit {vt ſermonem non habet}. i. qua videlicet ſermone caret, hac ipſi quicq̃ ſignificari ridiculum eſſe. & aſsignans rationẽ dicit {talis. n. homo, vt talis}. i. vt ſermone carens { perſimilis iam eſſe videtur plantæ} animalia. n. bruta, vt expoſitor inquit, voce, aut ſigno naturaliter inſito aliquid ſignificare videntur. plãta vero nec voce, nec ſigno aliquid ſignificat, & propterea tacentem, qui penitus ſermone caret, aſsimilauit plantæ & non brutis, nam qui ſermone omnino caret, nec voce, nec naturali ſigno quiquã ſignificat, vt planta.

Demonſtrare autem redarguẽdo, & demonſtrare, differre dico. Qui nanque demonſtrat, uidebitur id, quod initio quęritur, poſtulare. Si uero alius ſit huius cauſa, redargutio, non demonſtratio erit.

Alexander velle videtur Ariſto. afferre differentiam inter demonſtrare ſimpliciter, & demonſtrare redarguendo. Melius autẽ mihi videtur Ariſt. afferre differentiam inter demonſtrare ſimpliciter primum principiũ contradictionis, & demonſtrare ipſum redarguẽdo, ita vt tota differentia vertatur ad oſtenſionẽ primi principij: non autem ad differentiam, quæ eſt inter redarguere, & ſimpliciter demonſtrare, vt Expoſitor exponere videtur. nã hæc differentia non pertinet ad hũc librum, ſed ad librum Elencorum. Ibi. n. dictũ eſt, eũ, qui ſimpliciter demonſtrat, aliqua ſumere, quæ priora atq; notiora ſunt eo, quod demonſtratur. Qui vero redarguit, ex ijs demõſtrat, quæ aduerſarius ponit. Eſt enim redargutio ſyllogiſmus in contradictionem per interrogationem colligens. non. n. huiuſmodi demonſtratio colligit ex primis, vnde dicit {demonſtrare autem}. ſ. principium contradictionis {redarguendo, & demonſtrare}. ſ. principium contradictionis ſimpliciter {differre dico} & affert cauſam, & dicit { qui namq; demonſtrat}, ſ. ſimpliciter primum principium {videbitur id, quod initio quæritur, poſtulare}. i. videbitur petere principium, qm̃ vel ſumit ignotius, vel æq; notum. nam nihil neq; prius, neq; notius, vt dictum eſt, accipi poteſt hoc ipſo principio: vt facile intelligatur ipſum demonſtrari minime poſſe, niſi committatur locus petitionis principij: qui eſt procedere aut ab ignotiori, aut ab æque noto. vel ſic, qui ex ſe ſumit & ponit quamuis rem id eſſe, quod ipſe nominat, vel non eſſe, principium petere videtur: & quod quærit̃, aſſumere. ergo principium demonſtrari non poteſt, niſi quod in principio quæritur petatur. vel, vt Expoſitor inquit, quia nihil poteſt ſumi, ad demonſtrãdum principium huiuſmodi, niſi quod ex illius veritate dependet: & ita peti videtur, quod in principio quęritur. deinde ſubdit quãdo poteſt demonſtrari redarguendo, & dicit {ſi vero alius ſit huius cauſa} inquantum alius concedit quædam, ex quibus ſyllogiſmus contradictionis fieri poteſt {redargutio non demonſtratio erit} nam redargutio ſyllogiſmus eſt ex datis ab aduerſario, propterea {ſi alius ſit huius cauſa} concedendo quædam, ex quibus colligitur principium contradictionis {redargutio, nõ demonſtratio erit} & hoc pacto demonſtrari poteſt, Cum. n. id, quod eſt minus notum ſimpliciter, conceſſum fuerit ab aduerſario, ex illo poterit redarguens ad oſtendendum principium contradictionis procedere, & ſyllogiſmus erit redargutio quantum ad eum, qui conceſsit, & non de modo ſimpliciter.

Principium autem ad talia cũcta eſt non cenſere dicere aliquid eſſe aut non eſſe. id enim forſitan quiſpiam petitionẽ eius eſſe putauerit, quod ab initio quæritur. ſed & alij quicq̃ ſignificare, ut ſibi ipſi: hoc enim neceſſe eſt, ſi quippiam dixerit. TEX. 10.

Expoſitor Ariſt. aſſerit hic velle redarguendo diſputare contra negantes principiũ contradictionis, & primo aſſerit Ariſt. diſputare contra eos, qui dicunt contradictoria ſimul eſſe vera. deinde contra eos, qui aſſerunt contradictoria ſimul eſſe falſa: & vt inquit, primo præmittit ſuppoſitionẽ, ex qua procedere oportet contra negantes principium contradictionis, vt inde procedat ad diſputationem de eo. Alex. autem, vt mihi videtur, vult Ariſt. exponere quonã modo ſyllogiſmus redarguens fieri poteſt contra eum, qui negat principium huiuſmodi. Sequendo vero expoſitorem, Ariſt. ait contra eos, qui negant principium contradictionis primo non oportere accipere pro principio aliq̃ propoſitionem, qua aſſeratur aliquid de re, vel negetur ab ea (hoc. n. eſſet petere, quod quærebatur in principio) ſecundo oportere pro principio accipere nomina, quibus diſputantes vtuntur in diſputationibus ſignificare aliquid tam ei, qui nomina profert, q̃ ei, qui nomina audit: quoniam qui loquitur ſeipſum intelligit, & qui audit eum, qui loquitur, intelligere debet. primo ergo Ariſt. exponit quid nõ oportet accipere pro principio ſecundum hanc expoſitionem, & dicit {principium autem ad talia cuncta}. ſ. redargutiones, quæ fieri ſolent contra eos, qui dicunt contradictoria eſſe ſimul vera, & contra eos, qui negant principium contradictionis {eſt non cenſere}. i. eſt vt opponens non accipiat pro dignitate {dicere aliquid eſſe aut non eſſe}. i. vt reſpondens ſibi concedat aliquid eſſe, aut non eſſe, & nunquã aliquid ſimul eſſe, aut non eſſe. & aſsignat rationem, & dicit {id. n. forſitan quippiam petitionem eius eſſe putauerit, quod ab initio quæritur} nam ab initio quæritur ſit ne vera illa propoſitio, non contingit idẽ ſimul eſſe & non eſſe, an non. vel ab initio quærebatur illa, ſit ne verum omne quod eſt eſſe vel non eſſe. & ſic petitur, quod quærebatur à principio, ſi hoc ſupponeretur pro dignitate. deinde exponit quid oportet accipere pro dignitate, & dicit {ſed} ſubaudi ad tales redargutiones omnes oportet accipere pro principio nomina, quibus diſputantes vtuntur { & alij quicq̃ ſignificare } vtputa ei, qui audit {vt ſibiipſi}. ſ. qui profert, nam, vt in Elen-

chis

chis dicitur, oportet, diſputantes conuenire in terminis,quia ex ignorantia terminorum facile paralogizamus{hoc.n.neceſſe eſt}accipere pro principio {ſi}reſpondens ſubaudit {quippiam dixerit} vel opponens, vel vterq; hoc pacto dictio clara eſt. & nõ ad verbum ſic habetur in græco noſtro codice. Quo vero ad dictionẽ attinet,Alex.ſic exponit,vt Ariſt.velit,vt principium ſit petere ab aduerſario,vt dicat eſſe quippiam vel non eſſe. i. vt interrogandus ſit aduerſarius, num res omnis id eſſe,quod dicitur, vel non eſſe ipſi videatur,exempli cauſa,homo eſſe homo,vel non eſſe, & pari ratione equus,& canis,& alia.& ſic Alex.legebat dictionem affirmatiue in hunc modum { Principium autem eſt ad talia cuncta }. i. ad tales omnes ſyllogiſmos redarguentes, qui ad alterum conuincendũ pertinent in demonſtratione huius ſententiæ{cenſere}.i. petere ab aduerſario ꝓ dignitate{dicere}id eſt,vt dicat{quippiam eſſe,aut nũ eſſe}& ita legit Alex. affirmatiue. Et ne tu putes Ariſt. non cognouiſſe in tali ſuppoſitione eſſe petitionem eius, quod quæritur, poſtquã dixit hoc eſſe principiũ,& hanc propoſitionẽ ab aduerſario eſſe petendam, dicit{id.n.forſitã quiſpiam poſtulationem eius eſſe putauerit,quod ab initio quæritur} & ita videri poſſe ait,qui hoc ab aduerſario eſſe petendum acceperit,principium ſumere, & quod quæritur, cenſere. quamobrem hac omiſſa interrogatione, tranſit ad aliã quaſi ſe corrigens: & dicit { ſed} ſubaudi eſt accipiendum aduerſarium, qui reſpondet per ſuam loquelam {& alij quicq̃ ſignificare,vt ſibi ipſi}rogandum.igitur aduerſarium eſſe ait,num cum loquitur,per ea,quæ dicit,quæq; nominat, tum ſibi, tum alteri quicquam ſignificet,ſitq; aliquid id,cuius nomen pronũciat. Deinde Alex. aduertens errorem ſuæ dictionis quaſi illam corrigens ſubdit, dictio autem aptior eſſet, ſi pro illa, ſcriptum eſſet,vt in nonnullis exemplaribus habetur, ſic { principium autem eſt ad talia cuncta non aut eſſe quippiam dicere,aut non eſſe cenſere}quo quidẽ modo ſenſus eſſet illuſtrior, & hoc pacto habetur dictio in codice noſtro: & ita Alex.venit ad expoſitionẽ noſtram. Dictio vero illa{hoc.n.neceſſe eſt, ſi quippiam dixerit}Argyropylus ſic legit{non.n.neceſſe eſt eſſe,ſi quippiam dixerit} forſitã,quia ſic habebat in ſuo Græco codice.apud tamen me obſcura dictio eſt,ſed quæ habetur in codice noſtro,illuſtrior eſt,& clarior.

Quod ſi nihil dicat,tali homini neq; ſibi ad ſe horatio, neq; ad alium erit. ſi uero id quiſpiam dederit, erit tunc demonſtratio. iam enim erit aliquid definitum, ſed cauſa eſt non qui demonſtrat, ſed qui ſubſtinet. tollendo enim orationem utitur nimirum oratione.

Cum feciſſet Ariſt.ſibi ſuppoſitionem,qua vult vti ad redarguendum eum, qui negat principium contradictionis,ſuppoſuiſſetq; contra eum, qui negat principium contradictionis,vt loquatur loquela videlicet ſignificante ſibi,& ei,qui aduerſatur, nunc probat hanc ſuppoſitionem, & dicit { Quod ſi nihil dicat}.ſ.is, qui negat contradictionis principium, ideſt quod ſi loquatur,ſed loquela nihil ſignificet {tali homini neque ſibi ad ſe oratio,neq; ad alium erit}. i. diſputatio nulla erit neq; ſui ad ſe,nec cum alio:immo is ſimilis plantæ efficietur. Deinde docet procedere vlterius,cum reſpondens cõceſſerit ſuppoſitionem,& dicit {ſi vero id quiſpiam}.ſ.reſpondens{dederit}.i.ſi ijs nominibus, quæ dicit,aliquid ſignificari conceſſerit{erit tunc demonſtratio}.i.redargutio. nam pro redargutione demonſtrationem dixit. Deinde probat conſequentiam, & dicit{iã.n.erit aliquid definitum}qui.n.id concedit, aliquid ſtatuit,definitq;. nam indefinitum eſt,ac indeterminatum quod nihilo magis eſt hoc quam illud. aut definitũ fore ait,hoc ipſum,quod conceditur aliquid.ſ. ſignificare,vel vt Expoſitor inquit, definitum intelligit quod per nomen ſignificatur diſtinctum à ſuo contradictorio:vt dicetur. Vnde Auer.ſi igitur aliquis conceſſerit dictiones habere proprias ſignificationes,concedet demonſtrationem eſſe,& hoc principium eſſe,ſuper quo fundatur demonſtratio.concedit.n.dictiones ſignificare res determinatas,ac finitas, & non indifferenter ipſas,& res diuerſas,vel oppoſitas eis,quas ſignificare conceſsit,ſicut contingit dicenti affirmationem & negationem idem eſſe verbi gratia hominem & nõ hominem.nam hic concedit dictiones ſignificare rem & indifferenter eius oppoſitũ. hoc igitur conceſſo,demonſtrare hoc eſt redarguere licebit { ſed } vt inquit {cauſa}.ſ.redargutionis{eſt non qui demonſtrat}.i. redarguit{ſed qui ſubſtinet}.i.ſed qui redargutione conuincitur.ille nanq; ſuis verbis conuincitur,ac redarguitur. & reddit cauſam, & dicit{tollendo.n. orationẽ}.i. nam hic cõcedens ſuppoſitionẽ ꝙ ſua loquela aliquid determinatũ ſignificet, ſua loquela determinatũ quid ſignificante{tollendo orationem}.i. principiũ contradictionis{vtitur nimirum oratione}.i. concedit principium contradictionis quia tolendo principiũ contradictionis ſua loquela determinatũ quippiã ſignificante,& cõcedens ſuã loquelã aliquid determinatũ ſignificare, concedit principiũ conrradictionis,quia cõcedit loquelã qua negat principiũ cõtradictionis,determinatũ quid ſignificare,& nõ indeterminate ambo oppoſita.Quo vero ad vim redargutionis attinet,animaduertite nõ ſufficere ad redargutionẽ, vt reſpõdẽs interimat principiũ contradictionis loquela aliquid determinatũ ſignificante,ſed ꝙ cõceſſerit loquelã, qua interimit aliquid determinate ſignificare, qm̃ vt ſecundo Elenchorũ declarauimus ſtat aliquem per loquelã aliquid determinatũ ſignificãtẽ negare principium contradictionis, & nõ ſe concedere loquelam determinatũ quid ſignificare. Propterea duo ſunt ſupponẽda,& quod loquela,qua reſpõdens negat,aliquid determinate ſignificet. & quod cõcedat eã loquelã aliquid determinate ſignificare.Et in hoc errauit Auer. cum inquit,qui.n.negat loquelam,contingit ei concedere loquelam eſſe,non.n. negat loquelam,niſi per loquelã.Errauit,qm̃ licet voce nemo poſsit loquelã negare,niſi per loquelã, tñ ſtat eum negare loquelã voce,& nõ cõcedere loquelã eſſe: qua videlicet voce negat loquelã:ſicut ſtat me negare hominem eſſe animal,& nõ concedere me negare hominẽ eſſe animal:de his in ſophiſticis Elenchis petatur. Propterea Ariſt.voluit,vt loquela,qua reſpondens negat principium contradictionis,concedatur à reſpondente aliquid ſignificare determinatum, & definitum, ex his patet ſuppoſitio, & quo modo ſit procedendum ad redargutionem.

Quæ Auerr. Comm.10.

Error.Auerr. Comm.10.

Quare qui hoc conceſsit, aliquid eſſe uerum abſque demonſtratione conceſsit,quo fit, ut non oĩa ita, et non ita ſe hẽat.

Quia propoſuit non qui interrogat reſpondentẽ,cauſam eſſe redargutionis,ſed qui reſpõdet,cõcedendo loquelã aliquid determinatũ ſignificare, qua ipſe negat principiũ contradictionis. Nunc hoc cõcludit,& expo

nit,& dicit{Quare qui hoc conceſsit}.i.reſpõdens,qui conceſsit loquelã, qua negat principium cõtradictionis ſignificare aliquid determinatum{aliquid eſſe verũ abſq; demonſtratione conceſsit} qm̃ conceſsit loquelam aliquid ſignificare,& nõ quod non ſignificet{quo fit,vt}apud eũ{non omne & ita, & non ita ſe habeat} quare redargutionis cauſa eſt reſpondens, & non qui opponit. Nam,vt repetã,quæ Ariſt.ait,ſi quis loquentem ſermone ſuo quicq̃ ſignificare cõceſſerit, tunc demum redargutionis locus erit. Qui.n.hoc conceſſerit aliquid exponet, ſtatuetq; nec dicet nõ magis hoc quã oppoſitum. nã dum hoc concedit,non dicit ſermo nõ magis quicquam ſignificat quã non ſignificat,ſed cõcedit aliquid ſignificare.vt.n. ſi quis nihil magis ſignificare q̃ non ſignificare dicat,ſermonem tollit,ita ſiquis non magis quicq̃ hoc eſſe, q̃ non eſſe dixerit, etiam ſermonem tollit.Vt.n.cætera, ſic & ſermonem nõ magis eſſe quam non eſſe dicet:quid.n.aliud eſt,quam ſermonem tollere?Eſt.n.ſermo vox ſignificatiua,hic aũt ſermonem non magis ſignificare quam non ſignificare contendit,vt dubium non ſit, quin ſermonem de medio tollat,quod quidem dicere videtur, ꝙ qualibet in re contradictionem ſimul veram eſſe poſſe tradit. Tollens igitur ſermonem poſitione,concedit eundem ijs, q̃ reſpondet.nam concedens ſermonem ſignificare,ſermonem eſſe ſtatuit,& ita quod poſitione tollit,hoc ponit reſpondendo,redarguens igitur non petit, quod à principio quæſiuit.qm̃ licet id,quod ſupponit, contineat veritatem principij contradictionis, tñ illud ſupponit non ex ſe,ſed ex conceſsione reſpondentis.eſt.n. locus eius,quod petitur à principio(vt in Elenchis dictum eſt)quoties opponens ex ſe ſumit, quod probaturus eſt,non autem ex conceſsione reſpondentis. Illud tñ nolo te ignorare hæc verba nõ reperiri in veteribus tranſlationibus,nec in noſtro Græco codice, ſed in codicibus Alex. & Argyropyli. Propterea Expoſitores Latini prætermiſerunt.

Primum igitur patet idipſum eſſe uerum, nomen ſignificare eã hoc,aut non eſſe,quare non omne ſic,& nõ ſic ſe habet.

Vt Expoſitor inquit,cum propoſuiſſet ſuppoſitionẽ nunc ex illa procedit ad propoſitum oſtendendum & primo,vt inquit,ſingulariter in vno, poſtea generatim in cunctis.Et de prima parte,vt inquit,Ariſto.concludit, quod ſi nomen aliquid determinate ſignificet,erit primo hoc perſpicuum, vt propoſitio ſit vera, & eius contradictoria ſit falſa,& ſic ad minus habemus quod non omnis affirmatio vera ſit cum ſua negatione:vnde dicit{Primum igitur patet id ipſum eſſe verum nomen ſignificare eſſe hoc,aut non eſſe}& non ſimul eſſe hoc,& non eſſe hoc.hæc.n.fuit ſuppoſitio,& propterea concludit{quare non omne ſic,& non ſic} videlicet ſimul{ſe habet}& ita non omnis affirmatio eſt vera cum ſua negatione. Alex.autem ſic exponit{Primũ igitur} ſubaudi ſi dicta, ſermoneſq; quicq̃ ſignificare concedatur{id ipſum eſſe verum}qui aliquid eſſe dicit hunc quicq̃ ſignificare,& pari ratione qui aliquid non eſſe ait,etiam eum aliquid ſignificare,non autem ſignificare ſimul & non ſignificare, & ita Alex. per nomen eſſe hoc,aut,non eſſe ſignificare,intellexit, quod ſit verum nomina ſignificare, non verum aũt non ſignificare{quare non oẽ ſic & non ſic ſe habet}.i.quare non in cunctis rebus affirmatio cum ſua negatione erit vera. quia nihil ſignificare, cum ſit ipſius ſignificare negatio,minime in ijs vera eſt, q̃ aliquid ſignificare conceduntur. nam ſi non ſignificat, non vtiq; amplius relinquetur ipſum ſignificare,quod conceditur,ac proinde ſermo tolletur. Sed cum diceret{Primum igitur patet ipſum eſſe verum nomẽ ſignificare eſſe} adiecit {hoc} vt innuat id,quod ſignificat, aliq̃ determinatam naturam ſignificare.nam oĩno qui vel ſibi, vel alteri quicq̃ ſignificat,is hoc,aut illud ſignificat. Aliquod.n.entiũ ſignificat,& diſcrepans ab alijs, q̃ ab illo non ſignificantur. Neque.n.a cunctis eadem,nec rurſus ab vno cuncta ſignificantur.hæc ex Alex.

Verba formalia Alex. hæc sũt pterea qui hoc cõceſsit,cõceſsit aliquid verũ eſſe ſine demõſtratione quare non oẽ vtiq; ſic, et nõ ſic ſe habet.

Præterea ſi nomen homo profecto unum ſignificauerit, ſit illud animal bipes, atq; hoc pacto id unũ ſignificare dico ut ſi hoc eſt homo,ſi homo aliquid eſt,hoc ſit homini eſſe.

Nunc diſputat generatim in cunctis cõtradictoria non eſſe ſimul vera. & primo conſtituit ſibi ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitũ oſtendendũ more boni mathematici,quarum prima eſt,quod ſi nomen ſignificat vnum,illud vnum ſit ratio ſiue definitio,quam ſignificat nomen.Vnde dicit {Præterea ſi nomen homo profecto vnum ſignificauerit,ſit illud animal bipes}& iuxta hanc expõnẽ Ariſto.vtitur noĩe hõ ꝓ oĩ noĩe ſignãte vnum, & aĩal bipes pro omni rõne,quę ſignificatur à nomine. Deinde exponit quid ipſe velit per ſignificare vnum ſiue vnam rationem, & dicit{atq; hoc pacto id}.ſ.nomen hõ{vnum ſignificare dico} videlicet{vt ſi hoc} videlicet Socrates,vel Plato{eſt hõ, ſi homo eſt aliquid}.ſ.habeat aliquam definitionẽ{hoc}.ſ. Socrates,vel Plato{ſit homini eſſe}.i. Socrates, vel Plato recipiat prædicationem illius definitionis. ergo ſuppoſitio eſt,vt nomen vnum ſignificans,ſignificet ſuam rõnem,quam vult,vt hoc pacto ſignificetur,vt quicqd recipit prædicationem nominis, ſuſcipiat pdicationem rõnis,quam nomen ſignificat. Hæc expoſitio conſona eſt verbis Græcis noſtri codicis. Alex.aũt vult, Ari. ſupponere quod ſi nomen ſignificat, vnum quippiam ſignificet,& hoc probat.quia quod ſignificat,id aliqd ſignificat,ipſum aũt aliquid vnum eſt,ergo ſi nomen ſignificat,vnum ſignificat.contra ſibi ipſi opponit, nam æquiuocum nomen ſignificat,& non vnum ſignificat, quaſi reſpondens,ait,non tñ qui tali nomine vtitur,is omnia illa ſimul ſignificat, & ita licet æquiuocum nomen multa ſignificet,tñ vtens nomine æquiuoco nõ ꝓ pluribus,ſed ꝓ vno ſignificato vtitur: & ita quaſi reddit in vniuocum.qui.n.vtitur canis nomine, addit latrabile,aut cœleſte, aut marinum,& ita æquiuoco nomine vtitur pro vniuoco,& pro vno ſignificante.Quæ expoſitio non conuenit verbis, q̃ nos in noſtro codice habemus,ſed fortaſſe verbis,q̃ ipſe habebat, conuenit. Secundam vero partem textus ſic habebat, vt nos habemus,& ideo aſſerit Ariſt. exponere in ea quid ſit nomen ſignificare vnum, cum inquit { atq; hoc pacto id vnũ ſignificare dico,vt ſi hoc eſt hõ,ſi homo quicq̃ eſt, hoc ſit hominis eſſe}vnum ergo ſignificare hoc eſſe ait ſi hõ ſignificat hoc,ſubaudi quicquid homo fuerit,ſit hominis eſſe:id eſſe videlicet,quod hõ ſignificat quare vt Alexã. inquit, ſi hõ vnum ſignificat animal.ſ.pedeſtre bipes, nullus erit hõ, quin ſit pedeſtre bipes.Quid vero ſignificetur,definit,declaratq;,vbi docuit, non ſi quicquam de aliquo pdicatur,protinus hoc vnũ ſignificare,vt in progreſſu dicet.neq;. n. ſi album de Socrate prædicetur, ſtatim Socrates, & eſſe Socratis ab albo ſignificabitur. Quæcunq; igitur ita dicuntur vt vnam natu-

naturam,vnamq; ſubſtantiam ſignificent, quemadmodum ſe ſe habent ea,quæ in quid eſt prædicantur,ea vt vnum ſignificantia ſumuntur. & ad hunc modum ſingulis nominibus vnum ſignificatur. At ne quis vnum numero,& non potius vnam naturã ipſum dicere putaret,iccirco quomodo dixerit vnum ſignificat,exponit. ſi.n.hõ animal bipes ſignificat,vtiq; hominis eſſe in eo conſiſtit,vt ſit aĩal bipes.Ex his quæ hic Alex.dicit,patet nomen vnum ſignificare,quoties vnum ſignificatũ demõſtrat, vel plura,quorum vnumquodq; ſuſcipit p̃dicationem rõnis,quam nomen ſignificat:vt hõ vnum ſignificat hominem tm̃ videlicet Socratem, vel plures homines,quorum quiſq; eſt animal pedeſtre bipes: & quantum ad expoſitionem huius ſecundę partis Alex. conuenit nobiſcum.

Nihil autem refert, & ſi plura ſignificare quiſpiam dixerit,modo ſint definita.poni nanq; poterit in unaquaq; oratione alterum nomen, ueluti ſi dixerit hoc nomen homo non unũ ſignificare, ſed plura, quorum unius quidem hæc una ſit oratio animal bipes,cæterorum autem,aliæ plures quidem ſed numero definitæ.

Sed contra obijci põt,nam reperiuntur nomina, q̃ non vnum,ſed plura ſignificant:igitur non recte poſtulatum eſt vnum nomẽ vnum ſignificare. reſpondet ꝙ licet reperiatur nomen plura ſignificans,mõ illa plura ſint finita,eodem rõ redit,atq; initio, ut.ſ.vno vocabulo res vna ſignificetur. nam cum multarũ rerum cuiq; proprium imponatur vocabulũ,nomen quod initio inditum erat. exempli gratia hõ, vnam tm̃ rem, quæ ſupereſt,ſignificabit,& ſic in idẽ redit,vt.ſ.quodlibet nomen vnum ſignificet.Vnde dicit{Nihil aũt refert,& ſi plura ſignificare quiſpiam dixerit}.ſ. ipſum nomen, & per{plura}plures orationes intelligit,vt nomen æquiuocum,non vnam orationem,ſed plures ſignificat:veluti hõ,qui æquiuoce dr̃ de vero homine, & de imagine: plures orationes ſignificat, verum non refert{ mõ ſint definita}.i. dum mõ orationes plures,quas ſignificat, ſint finitæ. & aſsignans cauſam ex eo,quia in idẽ redit, oſtendit quo nam modo in idem redit, & dicit {poni nanq; poterit in vnaquaque oratione} earum.ſ. quas plures ſignificat{alterum nomen}.i.propriũ vocabulum,quo nominetur aliter quã alia ſignificata appellantur,& ſic redit in idẽ, vt videlicet vnum nomen vnũ ſignificet, vt fieri ſolet in æquiuocorum partitione: nam licet æquiuocum nomẽ plura ſignificat, quia tñ cuiq; orationi imponitur proprium nomen, fit vt ꝑ diuiſionem vnumquodq; nomen vnum tantum ſignificet. deinde affert exemplum, & dicit { veluti ſi } quis {dixerit hoc nomen hõ,non vnum ſignificare, ſed plura quorum vnius quidem}. ſ. ſignificati puta hominis veri{hæc vna ſit oratio aĩal bipes,cæterorum vero}.ſ. ſignificatorum hominis{aliæ plures quidem} orationes ſint { ſed numero definitæ } vt marmorei hominis alia,picti hominis alia, monumenti hominis alia: itaq; ſi vnius nominis determinata fuerint complura ſignificata,quorum diuerſæ rõnes habeantur, ſignificatorũ cuiq; ſuum ſignum,propriumq; nomen imponere licebit, quod vnum tm̃ ex eis ſignificet, quæ diuerſas rationes habent.& ſic redibimus ad noſtram ſuppoſitionem,vt nomen vnum, quod vnam orationem ſignificat,vnum tm̃ ſignificet:quare ſuppoſitio remanet firma:qua quidem remanente,ſequitur,vt hæc non ſit cõtradictio,canis currit, & non canis currit. qm̃ nomen canis, nõ vnum ſignificat.ſimiliter nec non canis vnũ ſignificat.ſed hæc eſt contradictio,canis latrabilis currit,& non canis latrabilis currit. quoniam hoc eſſe, & hoc idem non eſſe ſignificat.

Quod ſi poni non poteſt,ſed infinita ſignificare dicet,patet orationem non eſſe. non unum enim ſignificare eſt omnino nihil ſignificare. ſi uero nomina non ſignificent, hominum inter ſeſe,& ad ſe ipſum cuiuſq; uere ſublata eſt diſputatio. ſit enim ut nihil his intelligat, qui non intelligit unum. Quod ſi unum quid intelligi poſsit, illi poni nomen poterit unum. Sit igitur ut etiam à principio diximus, ſignificans aliquid nomen,& ſignificans unum. λόγον. Orationem diſputationem. TEX 11.

Hic refellit alium cauillum, qm̃ dici poſſet quodlibet nomen ſignificare infinita, contra obijcit Ariſto. qm̃ ſi quodlibet nomen ſignificat infinita,tolletur omnis diſputatio tam illa,q̃ eſt eiuſdem ad ſe,quam illa,q̃ diuerſorum inter ſe componitur.deducitur conſequẽtia,qm̃ ſi quodlibet nomẽ infinita ſignificat,nihil omnino ſignificabit, qm̃, vt deductum eſt,nomen non ſignificat niſi vnam rationem,vel plura ſub vna ratione quod ſi nomina nihil ſignificabunt, tollentur propoſitiones,& tandem diſputationes,& dicit{Quod ſi poni non põt}.i.niſi conceſſum fuerit finita eſſe, q̃ ab vnoquoq; vocabulo ſignificantur { ſed infinita ſignificare dicet, patet orationem}.i.ſermonem{nõ eſſe} nobis.n. poſitum eſt orationem perinde atq; nomen vocẽ eſſe ſignificantem,quare ijs,qui vnoquoq; infinita ſignificari aiunt,oratio nihil ſignificat. Cuius rõnem affert,& dicit{non vnum.n. ſignificare eſt omnino nihil ſignificare}quod.n.non vnum ſignificat, nõ determinatum quicquam ſignificat, quod non determinatum ſignificat,id ne ſignificat quidem omnino. nam quicquid ſignificat, aliquid certum ſignificat. quare ſi nihil nomina ſignificant,ſermo omnino ẽ medio tolletur. quare nec licet in alterum diſputare,vnde dicit{ſi vero nomina non ſignificent } cum nec orationes ſignificabunt {hominum inter ſe, & cuiuſq; }. ſ.hominis ſingularis {ad ſe ipſum vere ſublata ẽ diſputatio{.ſ.tacita,& ſubaudi ẽt intellectio tolletur, cuius rõnem ſubdit {ſit.n. vt nihil is intelligat,qui non intelligit vnum}vel ſubaudi plura ſub vna rõne.qm̃ quanuis vnoquoq; nomine plura,ſed determinata intelligantur, nõ tñ iccirco vnũ quiddam nomine ſignificari tolletur. ſi quidem ex ijs, q̃ nomine intelliguntur quoduis vnũ eſt,& quot intellecta,tot vnitates habentur, quod in infinito verum eſſe non põt, quippe cum ne numerus quidem intellectorum eſſe. poſsit. ſed dicet quiſpiam quodlibet nomen vnum ſignificare infinita, & illa vnum quid intelligi, deo ſubdit { Quod ſi vnũ quid intelligi poſsit} quod.ſ. infinita eſſe intelligitur{illi poni nomẽ poterit vnum} hoc aũt pro abſurdo derelinquit, qm̃ infinitis non põt imponi nomen vnum. quare infinita intelligi nõ poſſunt vt vnum quid.Græca verba ſunt, εἰ δὲ ἐνδέχεται, τεθείη ἂν ὄνομα τούτῳ τῷ πράγματι ἕν. & tunc quo dicit clarum eſt,quia ait{ſi aũt contingit} eum ſub audi, qui intelligit infinitã,vnum quid intelligere {illi}infinito.ſ. { poni nomen poterit vnum } quod pro abſurdo relinquit.Sed q̃res, cur nam ſi quolibet vocabulo multa,determinata tñ ſignificẽtur,ſermo nõ tollitur, licet nõ ſit vnum ſignificatum,ſi vero infinita,perit. Vna reſponſio eſt quia omne determinatum, circunſcriptũq; quoddam vnum eſt, vt ſit vnum quodam modo ſignificans, quod plura, ſed definita ſignificat. Propterea

quod hæc circunſcribere liceat, & à non ſignificatis ſe cernere,& hæc eſſe ſignificata dicere, quod in infinitis fieri non pôt,alio modo dici pôt,quia plura,ſed determinata ſignificare videri poteſt hoc aliquid ſignificare, propterea quod omnia ſignificata ſumpta inter ſe diſtingui pñt,& proprijs vocabulis definiri. at ſi quodlibet ſignificat infinita, nullum ſignificatũ proprio nomine, ac ſigno notari pôt.quo fit,vt nomina ipſis indita nihil quicquam ſignificent,quippe q̃ non de ijs magis prædicari valeant, quibus impoſita fuerint quã de cæteris, præterea ſi quodlibet nomen infinita ſignificat, ſingula nomina eadem ſignificabunt, at ſi cuncta ſint eorũdem ſignificantia,omnis diſputatio, omniſq; ſignificatio peribit. ſi.n. ponatur cuncta nomina eadẽ inter ſe ſignificare,nullum ipſorum quicq̃ ſignificabit, perinde eſt.n. affirmare vnumquodq; ſignificare omnia,ac ſi nihil ſignificare dicatur.Inſuper Alex.non eſſe infinita cuiuſq; nominis ſignificata ad hunc modum probabiliter oſtendit, ſi aliquod nomen infinita ſignificat,ſit hoc nomẽ hõ.ſi ita homo infinita ſignificat,cũ non hõ in infinitis habeatur,vel ipſum quoq; ſignificabit, & ita qui hominem dixerit,non hominem etiam ſignificabit, vel certe ſi hoc eſt abſurdum, aliqua erunt plura quam infinita, nam ſi infinitis, q̃ ab homine ſignificari dicuntur,addatur non hõ,ipſa efficiet copioſiora, & plura.itaq; infinita aliquibus erunt pauciora. demum cõcludit ſuppoſitionem,& dicit {ſint igitur} nomen{vt etiam à principio diximus, ſignificans aliquid}.ſ.determinatum & certum {& ſignificans vnũ} hæc erat ſuppoſitio, q̃ nunc his rõnibus con[illegible]ditur. Ex his,quæ Alex.hic narrauit,colligi pôt intellectus illius propoſitionis,qui vnum non intelligit,nihil intelligit,per vnũ.n. certum & determinatum intelligit, vt ſit ſenſus, qui non certum & determinatum intelligit, nihil intelligit,& ita intelligi pñt plura,ſed quia intelliguntur,quatenus determinata, ideo vt vnum intelliguntur.determinata autem expoſuit ita hæc, quod nõ infinita,vel alia ab his.homo.n. ta homines ſignificat, quod non ſignificat non homines: vel infinito ſi ergo intelligere:vt vnum eſt intelligere,vt determinatum à ſuo oppoſito,vel non,vt infinitum. ſuperius ẽt dictum eſt intelligi vt vnum,vel ſignificari,vt vnum eſſe ſignificare vnam rõnem,vel plura,quorum quodlibet eſt illa rõ.verbi gratia homo ſignificat vnum, quia ſignificat vnã rõnem videlicet animal pedeſtre bipes,& quodlibet quod ſignificat, eſt animal pedeſtre bipes. hæc.n. expoſitio etiam optima eſt.

Qui vnum nõ intelligit, nihil intelligit.

Non itaq; fieri poteſt, ut ipſum hominis eſſe hominis non eſſe ſignificet,ſi nomen non ſolum de uno dicatur,ſed et unam naturam,& unum ſignificet.

Dictio ſic debet legi {Itaq; ſi nomen non ſolum de vno dicatur,ſed & vnam naturam,& vnum ſignificet, fieri non pôt, vt ipſum hominis eſſe ſignificet hominis non eſſe}& tunc vult Expoſitor quod Ariſt.concludat ſecundam ſuppoſitionem, quod hoc nomen hõ ſignificet id,quod eſt hominis eſſe,ad hunc modum{itaq; ſi nomen}.ſ. homo{non ſolum de vno dicatur}.ſ.ſubiecto{ſed & vnã naturã,& vnũ}.i.ſed ẽt id,ꝙ eſt vnũ ſimpliciter.ſ.ſm rationem{ſignificet, fieri non pôt, ut ipſum hominis eſſe ſignificet hominis non eſſe}.i.vt hoc nomen homo ſignificet hominis non eſſe:ſed tm̃ hominis eſſe: Alex. autem vult Ariſt. nunc vti ſuppoſitione, quam prius aſſumpſerat ad probandum contradictoria,non eſſe ſimul vera:& vtẽs ſuppoſitione dicit{itaq; ſi nomen}.ſ.hõ{non ſolum de vno dicatur} vt de ſuppoſito {ſed & vnã naturã}.i. ſed & aliquid { & vnũ ſignificet}vt ſuppoſitum eſt{fieri non pôt, vt ipſum hominis eſſe ſignificet hominis non eſſe}.i.vt ſignificatione idem ſit hominem eſſe,& hominem non eſſe. & ſicut non eſt idem hominem eſſe,& hominem non eſſe, ita non eſt idem equum eſſe, & equum non eſſe, & in cæteris ſimili ratione, nam generatim ſuppoſitum eſt nomen aliquid ſignificare, deinde vnum ſignificare. Quam expoſitionem Auer.afferens dicit,ponamus igitur ꝙ nomen ſignificet aliquid & vnum,cum hoc poſitum fuerit, impoſsibile erit ponere nomina contradictoriorum ſignificare vnam intentionẽm.verbi gratia vt nomen hominis, & nomen non hominis ſignificet vnam intentionem,& ſic Auer.coincidit cum Alex.

Quæ Auerr. Comm.11.

Non enim id cenſemus unum ſignificare, quod eſt de uno dici.quoniam ſi ſic,muſicum nimirum, & album & homo unũ ſignificarent, quare omnia unum erunt, plura enim nomina erunt eiuſdem:atq; non idem ſit,& non ſit eueniet,niſi uarietate nominum,perinde atq; ſi eum, quem nos hominem appellamus,alij non hominem uocent. ad id, quod dubitatur, non eſt hoc,poſſit ne fieri ut idem ſit,& non ſit homo nomine,an re.

Nimirum. aa

Explicat hoc in loco quo mõ vnum ſignificare intelligi debeat,& dicit{Non.n.id cenſemus vnum ſignificare,quod eſt de vno dici}homo.n.vnum eſt, propterea ꝙ vnam quandam naturam ſignificet,nõ ꝙ de vno ꝑdicetur. Cũ aũt naturam vnam ſignificat,nõ pôt aliã ſimul ꝑ ſe ſignificare.Quod aũt vnum ſignificare nõ ſit de vno dici,ꝓbat,& dicit{qm̃ ſi ſic}.i. qm̃ ſi vnum ſignificare ſit de vno dici{muſicum nimirum & album, & hõ vnum ſignificarẽt} qm̃ hæc omnia de Socrate dicũtur:ꝙ vnum eſt indiuiduum:quod eſt abſurdũ, nam de Socrate dici poſſet diſputare. Socrates.n. diſputat, vera prædicatio eſt,at diſputare non eſt hõ. Propterea deſtruens conſequens ſubdit { quare omnia vnũ erũt} oĩa hæc videlicet,quæ Expoſitor probat,quia ſi album dicitur de Socrate,dicetur de homine, & ita erit idem cum homine,& pari rõne quia album dicitur de lapide erit idem lapidi,& quæcunq; ſunt eadem vni & eidem ſunt eadem ſibi inuicem : & pari rõne ſequetur omnia vnum eſſe.Melius fortaſſe per{omnia} hæc videlicet, quæ dicuntur de Socrate,intelligit, muſicum, album, & hominem.nam cum hæc prædicẽtur de Socrate,oĩa erunt eadem Socrati,cum quod prędicatur de aliquo, ſit idem illi.quare cum hęc prædicentur de Socrate,oĩa erunt eadem Socrati:ergo eadem inter ſe,qm̃ quæcũque ſunt eadem alicui eidem numero,ſunt eadem inter ſe.igitur muſicum,album,& homo erũt eadem inter ſe.Quare,vt inquit{oĩa}.ſ.hæc tria{vnum erũt,plura.n.erunt nomina eiuſdẽ}.ſ.ſignificati.Vel ſic, & quidem magis ad mẽtem Alex.{qm̃ ſi ſic}.i. qm̃ ſi illa idẽ ſignificant,quæ dicuntur de vno,eodemq;{muſicum nimirum,& album, & hõ unum ſignificarent } qm̃ de Socrate dicuntur{quare omnia}.ſ.hæc nomina muſicum,album & homo{vnum erunt}.ſ.ſignificatu. Qđ probat cum dicit {plura erunt nomina eiuſdem}.ſ. ſignificati.quia omnia ſignificant Socratem,de quo oĩa dicũtur.& ita,vt Alex.inquit, eſſent ſynonyma hoc eſt multinomina,quæ de vno prædicantur,& vnum ſignificãt.nam hoc in loco ſynonyma dicit pro multi nomina. ſit.n. idem ſignificabunt hæc plura nomina muſicum,album homo,ſi dictione tm̃ diſcrepent & naturã

vnam

vnam ſignificent. quod fiet, ſi ſtatuatur idem eſſe de vno dici, & vnum ſignificare. ſic igitur ſi idem ſit vnũ ſignificare, & de vno dici, ſequetur hæc tria ſynonyma eſſe. Inſuper affert aliud abſurdum, & dicit {atq; eueniet} ſic dicentibus, quod hæc ſint ſynonymã {vt non idem ſit,& non ſit,niſi varietate nominum: perinde atq; ſi eum, quem nos hominem appellamus, alij} .ſ.qui ſunt alterius linguæ {non hominem vocent} cuius contrarium dicunt, aſſerunt.n.contradictoria re eſſe ſimul de eodem: & non ꝙ varia nomina ſint de eodem ſimul.& conſequentiam probo, qm̃ ſi quæ de eodem prædicantur, idem ſignificent, homo & non homo de eodẽ prędicantur, vt puta de Socrate, ſi apud nos homo hominem, & apud alios non homo etiam hominem ſignificauerint. vterq;.n.in hoc caſu idem ſignificant. quare erunt oppoſita homo & non homo non varietate rerum, ſed varietate nominum. & inde fit, vt non idem ſit,& non ſit,niſi varietate nominum, non aũt varietate rerum apud eos. Cuius contrarium dicunt, qm̃ aſſerunt contradictoria re eſſe ſimul de eodem videlicet homo & non homo re, & non quod varietate nominum ſint ſimul de eodem. & ideo afferẽs abſurdum, contra hoc dicit {at id, quod dubitatur, non eſt hoc} videlicet {poſsit ne fieri,& idem ſit,& nõ ſit nomine, an re} hoc eſt vtrum homo & non homo ſint idẽ re, an nomine: vt ſuperius patuit. non.n.hoc, quod indagamus, eſt, vtrum eidem rei poſsint ambo hæc nomina homo,& non homo imponi, vt ipſorum diſcrimen in voce tantum ſit, nõ etiam in ſignificato, ſed vtrum diſcrepantibus vtriuſq; ſignificatis, & homine ſpeciem eam ſignificante, cuius ratio eſt animal pedeſtre bipes: non homine autem huius ſpeciei negationem, fieri poſsit, vt hæc ſimul de tali ſpecie, deq; eadem prædicentur, prorſus, vt idẽ ſit eſſe huiuſmodi ſubſtantiam, & non eſſe. hoc.n.ſignificat oppoſitio contradictoria. nam qui non hominem de eo prædicari demonſtratur, de quo homo, non ſm̃ hominis ſignificatũ non hoĩem de eodẽ prædicari demonſtrat, ſed qm̃ quoddam aliud eidem accidit, de quo non homo vere dicitur, verbi gratia ipſum diſputare. nam de Socrate dicitur diſputare (verũ.n.eſt Socratem diſputare) tñ diſputare non eſt homo, & ita ꝑ accidens homo, & non homo ꝓdicabuntur de eodem, nõ autem per ſe. Hæc expoſitio Alexandri non eſt obſcura, licet dictio, vt ipſe inquit, obſcuriſsima ſit. differt autẽ hæc ab illa Expoſitoris, qm̃ ſecundum hanc ſi idem ſit ſignificare vnum, & idem, quod dici de vno & eodem, tunc apud Alexan. ſequitur, vt omnia illa tria muſicũ, album, & homo ſint Synonyma. Vlterius, ſi ſint Synonyma ſequitur, vt aliqua contradictoria ſint eadem eidem ſola varietate nominis, vt homo & non homo, quæ ſunt eadẽ eidẽ ſola nominis varietate. at oppoſitũ dicebant, nam voluerunt, vt contradictoria oĩa ſint vera de eodem varietate nominis, & rei. at apud Expoſitorem ſequitur generatim, vt omnia nomina ſint Synonyma,& etiam generatim quod omnia contradictoria ſint de eodẽ, quæ ſola varietate nominis ſunt contradictoria,& non quæ varietate nominis, & rerũ: quod eſt contra eos, nam dicebant omnia cõtradictoria nomine & re cõtradictoria, eſſe eadem eidem. Sed quo nam modo ſequitur, vt omnia cõtradictoria ſint vera de eodem, ex verbis Ariſto. non colligitur. licet Expoſitor ſic expoſuerit. ex his expoſitores colligunt. Secundam ſuppoſitionem videlicet quod hoc nomẽ homo ſignificet id, quod eſt hominis eſſe, vtens nomine homo pro omni nomine ſignificante quippiam. licet Alexander Ariſtote. vſum eſſe hac ſuppoſitione in præſenti textu aſſeruerit, vt viſum eſt, ad probandum intentum.

Quod ſi nomen homo, & nomen non homo non diuerſa ſignificent, patet ex ipſum non hominis eſſe, & ipſum hominis eſſe non diuerſa ſignificare quare eſſe ipſum hominis, eſſe nõ hominis erit. unum enim erunt. quippe cum unum eſſe id ſignificet, quod eſt unum, ut ueſtimentum & tunica, ſi una eorum ſit ratio. Quod ſi unum erunt, unum & hominis, & non hominis eſſe ſignificat. at demonſtratum eſt diuerſa ſignificare.

Tertia ſuppoſitio eſt, vt homo, & non homo non ſignificent, vnum, & idem: vt Expoſitor autumat. & vtitur hoc nomine homo pro omni nomine vniuoco: & hoc nomine non homo pro omni nominis negatione & iuxta hãc expoſitionem ſupponẽda eſt ſuppoſitio.ſ. quod homo, & non homo non ſignificent vnum & idem, & probationem illius explicat, & dicit {Quod ſi nomen homo, & nomen non homo non diuerſa} ſed idem {ſignificent, patet & ipſum non hominis eſſe}.i. patet non hominis rationem {& ipſum hominis eſſe} .i.& ipſam hominis rationem {nõ diuerſa ſignificare, quare eſſe ipſum hominis}.i.quare ipſa hominis ratio {eſſe}.i.{ratio nõ hominis erit} fauet huic expoſitioni, qm̃ vbique Ariſtoteles per eſſe rationem, vel quod quid eſt intelligit.& aſsignans cãm ſubdit {vnũ enim erunt}.ſ.ratio hominis,& ratio non hominis. vlterius confirmans idem dicit {quippe cum vnum eſſe}.i. vnam rationem {id ſignificet, quod eſt vnũ}.i.quod eſt nomen vniuocum {vt veſtimentum, & tunica, ſi vna eorum ſit ratio} vbi patet per eſſe rationem accepiſſe, vt perſpicuum eſt verbo illo ratio. deinde quaſi epilogando dicit {Quod ſi vnum erunt}.ſ.hoc nomen homo,& hoc nomen non homo, etiam {eſſe}.i.ratio {& hominis, & ratio {non hominis ſanum ſignificat} non enim poteſt nomen ſignificare, vnum quin ratio etiam vnum ſignificat {at demonſtratum eſt} ipſa eſſe {diuerſa ſignificare} hæc eſt vna expoſitio, quæ conſona verbis eſt. Alexander autem videtur velle, vt ſermo præſens legatur continuus ad præcedentẽ in hunc modum {Quod ſi nomen homo,& nomen nõ homo non diuerſa} ſed idem {ſignificent, patet & ipſum nõ hominis eſſe}.i.& ipſam orationem, quæ eſt, non homo eſt {& ipſum hominis eſſe} .i.& ipſam orationem, quæ eſt homo eſt {non diuerſa ſignificare} ſed idem {quare eſſe ipſum hominis}.i.quare oratio, quæ eſt homo eſt {erit eſſe non hominis}.i.erit illa oratio nõ homo eſt. cuius rationẽ ſubdit {vnum enim erunt} ſcilicet illæ orationes homo eſt,& non homo eſt. cuius rationem vlterius affert, & dicit {quippe cum vnum eſſe id ſignificet, quod eſt vnum, vt} ſcilicet eo modo, quo ſunt {vnum veſtimentum, & tunica} quæ ſunt ſynonyma {ſi eorum} videlicet veſtimenti & tunicæ {vna ſit ratio} nam ſynonyma ſunt, quorum vna eſt ratio in ſignificando, adde ſed per aduerſarios orationes illæ ſynonymæ ſunt. igitur vnum ſignificant. Propterea vlterius concludit, & dicit {quod ſi vnum erunt} ſcilicet orationes illæ homo eſt, & non homo eſt {& hominis eſſe} ideſt, & illa oratio homo eſt {& non hominis eſſe} ideſt & illa oratio non homo eſt {vnum ſignificat} ac idem {at demonſtratum eſt} illas orationes {diuerſa ſignificare} non ergo ſunt

ſynonymæ : ac vnum & idem. Secundum ergo Alexandrum hæc non eſt tertia expoſitio, ſed alia concluſio, quæ poſt aſſumitur : cuius, vt inquit, breuis ſenſus eſt, ſi quiſquam dicat homine vnum ſignificante vere de ipſo dici hominem eſſe, & non eſſe hominem hæc idem ſignificare, dicet, vt multi nomina, vt veſtis, & indumentum. at ſi affirmatio & negatio vnum ſint, nimirum homo & nõ homo idẽ ſignificabunt, & idem erit eſſe hominem, & non eſſe hominem. at poſitum eſt, & demonſtratum vtrunque diuerſum ſignificare, propterea quod ſignificantium vnumquodque proprium quidam ſignificat. hæc breuiter Alexander, licet laboret circa dictionem, non admodũ vtiliter. Verũ apud me conſtituendæ ſunt tres ſuppoſitiones, quarum prima eſt, ꝙ nomen vnum, ſignificet vnum. Secunda vero, quæ ſequitur, eſt, vt hoc nomen homo ſignificet id, quod eſt hominem eſſe, non autem id, quod eſt nõ hominem eſſe. Tertia vero quod homo, & non homo non ſignificent vnum idemque. eſt autem harum ſuppoſitionum prima quæ annotatur textu illo { præterea ſi nomen homo } Secunda vero ibi {nõ itaq, fieri põt} Tertia deniq; hoc in loco. quod aũt ita ſit, ſequẽs textus explanabit: vbi explicatis, ac conſtitutis ſuppoſitionibus, infert propoſitum. Sed nolo te ignorare dictionem eſſe obſcuram, vt notat Alex.

Neceſſe eſt igitur, ſiquid uere dicitur homo, id animal bi-
pes eſſe. id enim erat, quod nomen homo ſignificabat. quod ſi
hoc neceſſe eſt eſſe, fieri non poteſt, ut non ſit idem animal bi
TEX.12. *pes. Hoc enim ipſum neceſſe eſt eſſe ſignificat, fieri uidelicet*
non poſſe, ut non ſit homo. impoßibile eſt ergo idem hominem
eſſe, & hominem non eſſe uere dicere ſimul. eadem eſt ratio,
& ſi quippiam non homo eſſe uere dicatur.

Cum demonſtraſſet vnumquodq; nomẽ quiddam vnum ſignificare, & ꝙ homo aliud ſignificet q̃ non homo, cum homo & non homo inter ſe diuerſa ſint, & ꝙ aliud affirmatio ſit, aliud negatio. nunc per demonſtrata id concludit, quod propoſuerat, fieri ſcilicet non poſſe, vt in eodem vera eſſe contradictio reperiatur:& procedit quaſi a primo ad vltimum in hunc modum dicens { Igitur ſiquid vere dicitur homo }.i. ſi nomen homo naturam vnam ſignificet { neceſſe eſt eſſe id animal bipes } .i. neceſſe eſt dicere animal pedeſtre bipes, quod ab homine ſignificatur, eſſe hominis eſſe, cuius rationem explicat, & dicit {id enim erat, quod nomen homo ſignificabat } vt per ſuppoſitiones perſpicuum eſt. Eſt igitur prima conſequentia, ſi homo aliquid vere dicitur, hominem neceſſe eſt eſſe animal pedeſtre bipes. Secunda vero hæc, ſi homo neceſſario eſt animal pedeſtre bipes, non contingit hominẽ non eſſe animal pedeſtre bipes patet per regulam æquipollentiarum, quæ aſsignata eſt primo priorũ, ꝙ negatio ꝑpoſita faciat æquipollere ſuæ contradictoriæ, modo contradictoria illius, neceſſario homo eſt animal pedeſtre bipes, eſt hæc, contingit hominem non eſſe animal pedeſtre bipes: ergo nõ contingit hoĩem non eſſe aĩal pedeſtre bipes, æquipollet illi, neceſſario homo eſt aĩal, pedeſtre bipes. quare hęc neceſſario homo eſt aĩal pedeſtre bipes, æquipollet illi, non contingit hominẽ non eſſe animal pedeſtre bipes, altera enim alteri æquipollet, & ecõuerſo. vnde dicit { quod ſi hoc neceſſe eſt eſſe}.i. quod ſi neceſſario homo eſt animal pedeſtre bipes, fieri non poteſt {vt idem}.ſ. homo {non ſit animal bipes}.i. quod ſi homo neceſſario eſt animal bipes, nõ contingit hominem non eſſe aĩal bipes, probat hanc ſecundam conſequentiam, & dicit {hoc enim ipſum neceſſe eſt eſſe ſignificat videlicet fieri non poſſe, vt non ſit homo} hęc enim neceſſario homo eſt animal bipes, æquipollet illi, non contingit hominem non eſſe animal bipes, vel illi non poſsibile eſt hominem non eſſe animal bipes, hæc de ſecunda conſequentia, deinde affert tertiam conſequentiam, quæ eſt propoſitum videlicet, quod ſi non contingit hominẽ non eſſe animal bipes, impoſsibile ſit hominẽ non eſſe animal bipes, tenet conſequentia, quia non contingit vel non poſsibile non eſſe æquipollet ad impoſsibile non eſſe. quare impoſsibile eſt vere dicere ſimul hominem eſſe aĩal bipes, & hominem non eſſe animal bipes. & hanc vltimã affert, & dicit {impoſsibile eſt ergo hominem eſſe idẽ} .ſ. animal bipes {& hominem non eſſe } idem. ſ. animal bipes {vere dicere ſimul } per quæ patet cõtradictoria non eſſe ſimul vera de eodem, nam de homine non ſunt ſimul vera homo eſt animal bipes, & nullus homo eſt animal bipes : vt per conſequentiam a primo ad vltimum eſt deductum. deinde amplificans ſermonem ait {eadem eſt ratio} ſubaudi de ipſo non homine, vt {ſi non homo & quippiam eſſe vere dicatur} verbi gratia non diſputare, nam ſi non homo non diſputat, non erit verum ſimul dicere non hominẽ diſputare, & non hominem non diſputare. accepit autem Ariſtoteles in huiuſmodi diſcurſu hominem, volens, vt Alexander inquit, eandem rationem ſimilem in cunctis reperiri, quoniam in quolibet impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. Sed accepit hominem pro exemplo oĩum. qm̃ ſimilis ratio eſt in quolibet, qualis eſt in homine. in quolibet enim fieri non poteſt, vt de quo vere aliquid affirmatur, de hoc idem vere negetur. Quo vero ad verba attinet, animaduerte Ariſtotelem eſſe locutum ex conditione, cum inquit {ſiquid vere dicitur homo} quoniam nomen omne ſignificat ad placitum aliquam naturam determinatam. ad placitum enim homo ſignificat animal pedeſtre pibes, propterea ſequitur ſi homo vere eſt animal pedeſtre bipes, eſſe impoſſibile, vt homo non ſit animal pedeſtre bipes. abſolute tamen homo nihil ſimpliciter ſignificat, niſi hunc terminum homo, cætera vero ex impoſitione, atque inſtituto ſignificare dicitur. ideo Ariſtoteles in huiuſmodi diſcurſu locutus eſt ex hypotheſi. Ex ijs patet, ſolam tertiam ſuppoſitionem eſſe neceſſariam ad hunc diſcurſum, quæ erat, vt hoc nomẽ homo ſignificet id, quod eſt hominem eſſe, nõ autem id, quod eſt non hominem eſſe. prima autẽ ſuppoſitio, quod videlicet nomen vnum, vnum ſignificet, pro tanto accepta eſt, pro quanto hic diſcurſus, qui de homine cõſtitutus eſt, poteſt ampliari ad quodlibet ens. ideo oportet generatim ſupponere quodlibet nomen vnum habere vnum tantum ſignificatum. Tertia denique ſuppoſitio eſt addita ad expreſsionem ſecundæ, tãquam ſequens ad eã. igitur ꝑſenti proceſſui ſola ſecũda ſuppoſitio vtilis eſt, & neceſſaria. circa vero verba illa {eadem eſt ratio, & ſi quippiam non homo eſſe dicatur} Alexander eandẽ rationem eſſe oſtendit hoc pacto, nam quod non eſſe homo demonſtratur, hoc ne ſit animal pedeſtre bipes neceſſe eſt, quod autẽ, non eſſe neceſſe eſt, id tunc eſſe eſt impoſsibile. quod eſſe animal pedeſtre bipes eſt impoſsibile, id eſſe animal pedeſtre bipes non eſt verum dictu. quare qđ hõ eſſe vere dicitur, hoc ſimul nõ eſſe homo nequaq̃ poteſt vere dici. at non eſſe hominẽ eſt negatio,

negatio, eſſe autem hominẽ affirmatio, fieri ergo nõ poteſt, vt in eodem affirmatio, & negatio, ſimul veræ ſint. recte ergo poſtquam demõſtrauit, quod vere homo eſſe dicitur, hoc ſimul non eſſe hominem vere dici non poſſe, inquit eadẽ ratione viciſsim demonſtrare licet in non homine, id, quod de hoĩe demonſtratũ eſt.

Eſſe enim hominis, & non hominis eſſe diuerſa ſignificat, ſiquidem & album eſſe, & hominem eſſe non idem ſignificãt, ſed diuerſa. multo.n.magis illud opponitur. quare diuerſum ſignificat quod ſi & album dixerit idem unumque ſignificare, rurſus idem dicemus, quod & prius eſt dictum uidelicet unum omnia eſſe, & non oppoſita ſolum. Quod ſi hoc eſſe nequeat, id fit, quod dictũ eſt, ſi ad interrogatum reſpondeat.

Quoniam demonſtrationis principium ab eo ſumitur, quod eſt aliud.ſ.ſignificare hominem eſſe, aliud nõ eſſe hominem, ideo quo nam modo hæc diuerſa ſint, docet apponendo hoc nomen album. nam qui dicit eſſe album, diuerſum ſignificat atq; is, qui hominem eſſe dicit, qui enim album eſſe dicit, diuerſum, aliudq; dicit q̃ qui hominem eſſe ait, non tamen oppoſitum, non tamen oppoſitum. qui vero non eſſe hominem dicit, is non ſolum aliquid non eſſe hominem dicit, ſed etiam oppoſitum q̃ qui dicit hominem eſſe. tunc argumentor, ſi quod minus ab homine differt, non poteſt de ipſo vere dici, quod magis ab ipſo diſtat, minime vere dicetur. non homo magis ab homine diſtat q̃ album. igitur non homo non poteſt vere dici de homine. Vnde primo accipit cõcluſionem, & dicit {Eſſe.n.hominis, & non hominis eſſe diuerſa ſignificat} deinde affert rationem: quæ debet hoc pacto colligi, ſi album eſſe, & hominem eſſe non idẽ ſignificant, ſed diuerſa, hominem eſſe & non eſſe hominem minime idem ſignificabunt. Sed album eſſe, & hominem eſſe non idem ſignificant. igitur hominem eſſe, & nõ eſſe hominem non idem ſignificabunt. de ratione itaque primo accepit minorem, quæ eſt poſitio antecedẽtis, & dicit {ſiquidem & album eſſe, & hominem eſſe non idem ſignificant} hæc eſt minor, quæ poſtea probabitur, deinde probat maiorem, & dicit {multo.n.magis illud opponitur}.ſ.nõ hominem eſſe multo magis opponitur ei, quod eſt hominem eſſe, quã album eſſe opponatur eidem.ſ.quod eſt hominẽ eſſe. hæc enim hominem eſſe, & non hominem eſſe longo magis opponuntur q̃ album eſſe, & hominem eſſe. hæc enim ſolũ diuerſa, illa autem diuerſa, & oppoſita ſunt. ergo magis opponuntur. quare diuerſa ſunt. Deinde probat minorem.ſ.quod hominem eſſe, & album eſſe non idẽ ſignificent, & dicit {quod ſi & albũ dixerit idẽ vnumq; ſignificare} atque ſubaudi hominem, vtputa quia ambo de eodem prædicantur {rurſus idẽ dicemus, quod & prius eſt dictum, videlicet vnum omnia eſſe} omnia videlicet illa tria album, muſicum, hominẽ: vel omnia.ſ.generatim, vt ſuperius Expoſitor deduxit. & ita eueniet, vt omnia illa tria Synonyma ſint {quod ſi hoc eſſe nequeat}.ſ.vt illa tria omnia vnũ ſint {id fit, quod dictum eſt} videlicet vt hominem eſſe, & non hominẽ eſſe diuerſa ſint. dico hoc euenire {ſi} aduerſarius {ad interrogatum reſpondeat} dixit {ſi ad interrogatum reſpondeat} quia poſſet reſpondere ad alia, quæ opponens non interrogat, & ita non haberetur intentum contra reſpondentem. ſi quis.n.interrogat ſit ne homo animal bipes, an non ſit homo animal bipes, & reſpondens dixerit Deum eſſe, opponens non habet intentum, ſed reſpondens non recte reſpondet, quoniam non reſpondet ad interrogatum. Propterea Ariſtoteles ſubiecit {ſi} aduerſarius {ad interrogata reſpõdeat} quam rem dilucide in Commentarijs Librorum Topicorum explicauimus. Ibi.n.declarauimus aliud eſſe reſpondentem conuinci, & aliud reſpondentem non bene reſpondere. non bene reſpondet reſpondẽs, quando non ad interrogata reſpondet. Conuincitur vero, vel quando reducitur ad contradictionẽ, vel ad concedendum improbabile, & contra opinionem, vel quando cogitur concedere, quæ enumerata ſunt primo Elenchorum.

Si uero aliquis ſimpliciter interrogatus, negationes etiam addat, non ad interrogatum reſpondet. Etenim nihil prohibet, ut idem & homo ſit, & albũ, cæteraque multitudine infinita. attamen interrogatus ſi uerum ſit hoc dicere hominem eſſe, nec ne? reſpondeat per id, quod unum ſignificat, & non album, & magnum addat, oportet. & enim fieri non poteſt, ut accidentia quiſpiam (cum ſint infinita) pertranſeat. Aut igitur omnia dicat, aut nullum eorum afferat reſpondendo. Pari igitur modo & ſi quam maxime idem eſt homo, & non homo. tamen interroganti ſi hoc eſt homo, non eſt reſpondendũ eſſe hominem, & non hominem ſimul, niſi cætera etiam, quæ acciderunt inſuper afferat, quæcunque inſunt, aut non inſunt. quod ſi id non facit, non diſputat.

Recte Alexander & Expoſitor arbitrantur Ariſtotelem hic refellere quandam ſophiſticam reſponſionem, quæ ab aduerſario ſophiſtica afferri poſſet, nam poſſet aduerſarius interrogatus an neceſſe ſit hominẽ eſſe animal bipes, non reſpondere affirmationem, vel negationem, ſed ſimul vtranque afferendo hominem eſſe animal bipes, & non eſſe animal pibes, & ſic euitabit rationem ſuperius explicatam. Cauens ne ſi tantũ animal bipes eſſe cõceſſerit, eo ſupradicta ratione adigatur, vt hoc ipſum dicere nequeat eſſe videlicet & nõ eſſe animal bipes. nam ſiquis animal bipes eſſe concedat, idq; verum ſit, ſequitur ex neceſsitate animal bipes eſſe, & fieri non poſſe, vt non ſit animal bipes. Siquis igitur hoc proſpecto, negationem ſimul cum affirmatione eſſe dicat, euitare videtur ſupradictam rationem. Contra obijcit Ariſtoteles per regulam, quæ octauo Topicorum traditur, quæ eſt, vt ſimplici interrogationi fiat ſimplex reſponſio, nam ſi fieret multiplex reſponſio, omnino diſputatio tolleretur: vnde dicit {Si vero aliquis ſimpliciter}.i.ſimplici interrogatione {interrogatus negationes etiam} ſubaudi ſimul cum affirmationibus {addat, non ad interrogatum reſpondet} quoniam interrogatio erat ſimplex, & reſpõſio multiplex: quod vero non reſpondeat ad interrogatum eo demonſtrat, quoniam licet verum eſſet, non tamen deberet de eo, quod non quæritur, verba facere. plurima enim homini in confeſſo conueniunt, vt animal, pedeſtre, bipes, mortale, rationale, rectæ ſtaturæ, quæ tamen omnia non recenſentur ab eo, qui nũ homo animal bipes ſit, interrogat. itaq; Ariſtoteles hoc quod dixit, explicat in exemplo Socratis vnde dicit {& enim nihil prohibet, vt idem}.ſ.Socrates {& homo ſit, & album, cæteraq; multitudine infinita} vt Philoſophus, Athenienſis, ſimus, vẽtroſus, muſicus, Platonis doctor, quæ tamen omnia non recenſentur ab eo, qui num Socrates homo ſit, interrogatur. propterea qualis reſponſio eſſe debeat, ſubdit {attamẽ interrogatus ſi verũ ſit hoc dicere hominem

eſſe,nec ne: reſpondeat per id,quod vnum ſignificat} vt ꝙ ſit homo, vel ꝙ non ſit homo {& non album, & magnum addat, oportet} quod autem hæc non ſint addenda, probat, ex eo, quia ſi in dicendis omnibus, quæ inſunt Socrati reſponſio quæſiti conſiſtit,profecto ſi omnia dicere eſt impoſsibile, reſponſio etiam erit impoſsibilis. At fieri non poteſt,vt omnia,quæ alicui inſunt, recenſeantur: cum ſint infinita. quare reſponſio erit impoſsibilis: vnde dicit {&.n.fieri nõ poteſt, vt accidentia quiſpiam (cum ſint infinita)} ſubaudi omnia {pertranſeat} propterea concludit{aut igitur} qui reſpondet {omnia dicat} quæ inſunt{aut nullum illorum afferat reſpondendo} præterquam quæſitum ſubaudi. omnia dicat quidem, qm̃ cum nullum eorum interrogetur,non magis vnum q̃ aliud reſpondere debet. vel nullum præter quæſitum. quoniam nullum præter quæſitum interrogatur. Deinde rediens ad propoſitum dicit {Pari igitur modo & ſi q̃ maxime idem}.ſ.Socrates {eſt homo & non homo} vt aduerſarius aſſerit,qui contradictionem veram eſſe fatetur. tñ interrogati ſi hoc}.ſ.Socrates {eſt homo, non eſt reſpondendum eſſe hominem,& non hominẽ ſimul,cum interrogatio non ſit de vtroq; ſed de altero tantum. {niſi cætera etiã, quæ acciderunt, inſuper afferat quæcunque inſunt,aut non inſunt} non.n.magis de vno non interrogato q̃ de altero reſpondẽdum eſt {quod ſi id non faciat, non diſputat}.i.ꝙ ſi nõ omnia,quæ Socrati inſunt, reſpondet, vel non ad quæſitum, non diſputat. dixit {aut non inſunt} qm̃ aliorũ etiam negationes de hoc ipſo veræ ſunt. At nõ ſtatim quis num Socrates homo ſit interrogatus reſpõdebit, non eſt equus, non canis. Eſſet.n.ſuperuacaneum,ac perinde ꝙ reſponderet non eſſe non hominem. ex his patet reſponſionem huiuſmodi eſſe ſophiſticam. nam vt ſyllogiſmus ſophiſticus eſt, qui non ſyllogizat propoſitum: ita reſponſio ſophiſtica eſt, quę non eſt ad interrogatum,vel ad propoſitum. patet inſuper prima via, quæ contra negantes primum principium accipitur ex conſtituta nominis ſignificatione.

TEX. 13. *Quiditatem. τὸ τί ἦν εἶναι. Quod quid erat eſſe.*

Omnino autem, qui ita dicunt, ſubſtantiam, quiditatemq; tollunt. Omnia enim accidiſſe, dicant ipſi, neceſſe eſt. & nõ eſſe quicquam, quod ſit homo per ſe, aut animal, & cui ipſum eſſe animalis, aut hominis competat.

Expoſitor aſſerit Ariſtotelem nunc diſputare aduerſus eoſdem,qui contradictionem veram eſſe aſſerebãt via videlicet ſecunda, quæ accipitur ex terminorum prædicatione, & ſyllogiſmus iuxta hanc expoſitionẽ hypotheticus eſt in hunc modum, ſi affirmatio,atque negatio eſſent ſimul veræ de eodem,nullum erit prædicatum ſubſtantiale,atq; in quid,ſed omne per accidẽs. Sed apud eos aliquod eſt prædicatum ſubſtãtiale, atq; in quid vel ſic, ſed conſequens eſt falſum. ergo affirmatio, atq; negatio non ſunt ſimul veræ de eodẽ.Circa hanc rationem primo affert maiorem,quæ eſt propoſitio hypothetica: & dicit {omnino autem, qui ita dicunt}.ſ.ꝙ contradictio de eodem vera ſit {ſubſtantiam, quiditatemq; tollunt} hæc fuit maior, deinde probat hanc maiorem, & dicit {omnia enim}.ſ.quæ prædicantur de aliquo {accidiſſe}.i.accidentaliter prędicari {dicant ipſi neceſſe eſt &} ita ſequetur {nõ eſſe quicquam, quod ſit homo per ſe, vel animal}.i.& non eſſe aliquod prædicatum,quod prędicetur in quid per ſe de homine, aut de animali{& cui ipſum eſſe animalis, aut hominis competat} & ſequitur etiam, vt nihil ſit ſub homine, vel animali de quo homo, vel animal eſſentialiter prędicetur: & ita ad ſic dicentes ſequi vidẽtur tria,& quod prædicata omnia ſint accidentia eorum, de quibus prædicantur, & quod nullum prædicatum per ſe dicatur de homine, aut de animali, & tertio,ꝙ nec homo nec animal per ſe dicantur de aliquo. Quare eos, qui quiditatem ac ſubſtantiam ſuſtulerunt, hæc tria ſequi videntur. Quæ expoſitio non eſt diſſona verbis Ariſtotelis. Alexander vero vult Ariſtotelem his verbis oſtendere non poſſe in cunctis rebus dici ipſarũ quanque nihilo magis eſſe,q̃ non eſſe,quæ quidem,vt inquit,argumentatio in eorum ſentẽtiam mihi facere videtur, qui propterea cunctis in rebus nihilo magis affirmationem q̃ negationem veram eſſe dicebant,quia quod nunc eſt, poteſt non eſſe, & quod nunc non eſt, poteſt eſſe. propterea Ariſtoteles oſtendit ne hoc quidem fieri poſſe in ijs, quæ de aliquo in ſubſtantia,atq; quiditate prædicantur: licet quod eſt, poſsit nõ eſſe,& quod non eſt,poſsit eſſe: & dicit,{omnino autem qui ita dicũt}.ſ.ꝙ affirmatio, & negatio ſimul veræ ſunt de eodem,quia quod eſt,poteſt non eſſe,& quod non eſt, poteſt eſſe{ſubſtãtiam quiditatẽq; tollunt} & quia ſubſtantia multipliciter intelligitur, quam ſubſtantiam intellexerit, expoſuit addens & τὸ τί ἦν εἶναι.i. quod quid erat eſſe,hoc eſt & quiditatem. Tollunt enim quicquam de aliquo in ſubſtantia.i.in quid prædicari. quoniam quæ in ſubſtantia de aliquo dicuntur,ea non poſſunt illi ineſſe, & nõ ineſſe: ſed neceſſe eſt,vt rei, donec perſiſtit, inſint, nec ab ea ſeparari poſſunt. itaq; aſsignans cauſam,dicit {omnia enim accidiſſe dicãt ipſi, neceſſe eſt}& exponens quid intelligat per omnia accidiſſe, ſubdit {&} neceſſe eſt ſubaudi {non eſſe quicquã quod ſit homo per ſe, aut animal}.i.& neceſſe eſt, vt nihil ſit ſpecies, aut genus. nam quod prædicatur,eidem ineſſe, & non ineſſe poteſt. & ſic faciunt vt nullius rei quicquam ſit ſpecies, aut genus,quoniam apud hoc omnia ſunt accidentia, quæ adeſſe, & abeſſe poſſunt {&} nec aliquid eſſe poteſt {cui ipſum eſſe animalis, aut hominis competit} & ita faciunt,vt nullius rei quicquam ſit definitio: cũ nihil ſit,cui animalis definitio competit, aut definitio hominis.nã apud hos omnia adeſſe, & abeſſe poſſunt, cum apud hos nihil ſit,quod non poſsit non ineſſe, nihilq; non ſit, quod non poſsit eſſe. Tamen ſecundum Alexandrum colligi poteſt ratio ſic hypothetice, ſi omnia poſſunt adeſſe, & abeſſe, nihil erit ſubſtantia,& quiditas. probatur, quoniam omnia apud hos erunt accidentia, ita, vt nihil ſit ſpecies, aut genus, aut definitio. hæc eſt maior. tum deſtruendum conſequens eſt, & antecedentis oppoſitum inferendum: & ſyllogiſmus fiet hypotheticus,vt prius. Auerroes autem ait eos, qui dicunt eidem ſimul ineſſe affirmationem, & negationem,quia putant nihil ineſſe alicui,quod non poſsit abeſſe,& nihil non ineſſe,quod nõ poſsit adeſſe, oportere fateri non eſſe definitionem in rei veritate. qm̃,vt inquit, definitio in rei veritate non inuenitur niſi in ſubſtantia, vt ſeptimo huius explanabitur. Apud aũt ſic dicentes,omnia accidentia ſunt. quare coguntur e medio tollere definitiones. Sed huic occurreres, qm̃ licet apud hos omne, quod eſt, poſsit non eſſe, & omne,quod non eſt,poſsit eſſe,non tñ ſequitur,vt omnia ſint accidentia. quoniam ſubſtantiæ etiam eſſe, & non eſſe poſſunt. Propterea poſsit dici, apud hos non eſſe

Quæ Auerr. Comm. 13.

Comm. 14. 17. & 19.

eſſe differentiam inter eſſe & adeſſe, & inter non eſſe, & abeſſe.quoniam apud hos non eſt in rebus hæc differentia,ideo ſequitur,vt omnia ſint accidentia,& vt nihil ſit genus,aut ſpecies,aut vt non inueniatur alicuius rei definitio:vt recte Alex.& Auer.deduxerũt: quemadmodum mox dicemus.

Si enim eſt quippiam,cui eſſe hominis competit, ei non competet non hominis eſſe,aut non eſſe hominis: & tamen hæ negationes ſunt huius.unũ enim erat. quod ſignificabat,atq; hoc ſubſtantia alicuius erat. ſubſtantiam uero ſignificare nil aliud eſt, q̃ eſſe ipſius nil aliud eſſe.

Hypothetica,quæ fuit maior,eſt,ſi affirmatio & negatio eidẽ competunt,nulla quiditas alicuius erit:nũc probat hanc maiorem alia ratione,quæ fortaſſe eſt ratio rationis,in hunc modum, ex oppoſito deducendo oppoſitum. nam ſi quiditas erit, quæ competit alicui, ei cui competit, non competet quiditas non hominis. & cum quiditas non hominis ſit negatio,ei non competet ſua negato. quare eiuſdem non ſimul erunt veræ affirmatio, & negatio. vnde dicit {ſi.n.eſt quippiam} videlicet Socrates vel Plato {cui eſſe hominis}.i. cui quiditas hominis {competit} q. d. detur oppoſitum ꝙ aliquid ſit,cui hominis quiditas competat {ei nõ competet} negatio eiuſdem quiditatis {quæ eſt non hominis eſſe, aut non eſſe hominis} & loquitur ſub disiunctione non hominis,aut nõ eſſe hominis,quoniam due ſunt propoſitiones, quæ ſunt incompoſsibiles eidem.ſ.contraria, & contradictoria {& tamen hæ} ambæ.ſ.{negationes ſunt huius}.ſ.hominis eſſe quod autem ſi Socrati competat hominis quiditas,negatio quiditatis hominis non cõpetat, probat ex aſsignatis ſuppoſitionibus & dicit {vnum.n. erat,quod} hoc nomen homo {ſignificabat} & hæc erat vna ſuppoſitio {atq; hoc ſubſtantia alicuius erat} videlicet Socratis vel Platonis,& hæc alia fuit ſuppoſitio.Socrati ergo competit quiditas hominis,& non illius quiditatis negatio. & quoniam hoc nomen hõ ſignificat vnum, quod vnum eſt ſubſtantia, & quod quid eſſe hominis. nam ratio, qua ſignificat nomen, eſt ꝙ quid eſt & definitio, ideo quid ſit ſignificare ſubſtantiam in propoſito noſtro exponit, & dicit nomen {vero} homo {ſubſtantiam ſignificare nihil aliud eſt quàm eſſe ipſius}. ſ.hominis {nihil aliud eſſe}.i. quam ſignificare quod quid eſt, nõ oppoſitum ſui quod quid eſt, videlicet animal pedeſtre bipes,& non ſignificare nõ animal pedeſtre bipes.quod eſt oppoſitum ſui quod quid eſt. Quare ex his ſuppoſitionibus patet,ſi eſt aliquid, cui quiditas hominis cõpetit,eidem non poſſe competere negationem quiditatis.alioquin idem nomen ſignificaret quod quid eſt,& illius negationem. Auerro. autem exponens quid ſit ſignificare ſubſtantiam, aſſerit ſignificare ſubſtantiam eſſe ſignificare eſſentiam eius rei,per quam eſt ens, nõ diſpoſitionem mutabilem,quod eſt econtrario nominibus accidentium,quæ ſignificant duas eſſentias, ſubiecti videlicet cui ineſt, & propriam, qua eſt in proprio genere. quarum eſſentiarum vna eſt mutabilis videlicet,quæ ſibi ꝑ opria eſt.nam accidens ſaluo ſubiecto adeſſe,& abeſſe poteſt,ſcilicet,vt Alexander inquit quia eſſe ſubiecti non conſiſtit in ipſo accidente. quæ expoſitio licet bona ſit, non videtur multum ad propoſitum.intelligatur ergo,vt diximus,quod ſignificare ſubſtantiam ſit ſignificare aliquid,quod eſt ſibi eſſe & non aliud:nam homo ſignificat hominis eſſe, & nõ eius oppoſitum. Hæc. n. fuit vna ex ſuppoſitionibus, & hæc ſic intellecta facit ad propoſitum.

c Auerr. mm.13.

Quod ſi & eſſe hominis ipſi competet, non ad ipſum aut nõ hominis eſſe,aut non eſſe hominis accommodabitur. Aliud enim quippiam erit.quare,ut dicant ipſi neceſſe eſt, nullius rei talem rationem eſſe, quæ ſpecifica,ſit,atq; ſubſtantialis,ſemperq; ſubiecto inhærens,ſed per accidens uniuerſa competere. Hoc enim ipſo ſubſtantia,atq; accidens ſeiuncta eſſe uidentur. Album enim homini propterea accidit,quoniam albus quidem eſt,non autem id,quod eſt album.

Cum probaſſet maiorem ex oppoſito conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis: vel cum probaſſet rationem, quæ inducta eſt ad probandum maiorem.vt dictum eſt, ex oppoſito conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis: nunc ponens maiorem, vniuerſam rõnem quaſi epilogando complet & dicit {Quod ſi & eſſe hominis ipſi competet}.i. ſubiecto alicui inhæret: hoc eſt,vt Alexan. exponit, ſi ſubiectum eſt, quod vere eſt homo, quod eſt dicere ſi homo in quid,& in ſubſtantia de ipſo dicitur {non ad ipſum}.ſ. ſubiectum {accõmodabitur aut non hominis, eſſe, aut non eſſe hominis} cuius rationem affert, & dicit,ſubiectum {.n. erit aliud quippiã} ſubaudi ſi hæc vtraq; de ſubiecto ipſo vere dicantur. nam non ſolum erit eſſe hominis,ſed oppoſitum vel contrarium,vel contradictorium. vel ſic vt Alexan. etiam dictionem habebat {quod ſi eſſe hominis ipſi competet}. ſ. ipſi ſubiecto {ſimulq; non hominis eſſe, aut non eſſe hominis} etiã competet, neq; enim refert vtro modo dicatur {aliud quippiam erit}.i.iã non vna, ſed plures, & diuerſæ erũt ſpecies, ſeu formæ hoc eſt quiditates eiuſdem. Siquis enim cuncta ſic quibuſdam ineſſe dicat, vt eadem nihilominus non ineſſe poſsint, is rei formam, & ſubſtantialem rationem definitionemq; tollet è medio. & hoc eſt,quod infert,cum inquit {quare, vt dicant ipſi, neceſſe eſt nullius talem rationem eſſe, quæ ſpecifica ſit, atq; ſubſtantialis, ſemperq; ſubiecto inhærens} & ſic neceſſe eſt,vt è medio tollant omnem rei formam, omnemque ſubſtantialem rationem, definitionemq;. Quo vero ad verba attinet, annotatione dignum, in codice Alexandri legi dictionem non eodem modo. nã vno modo legitur vt nos tranſtulimus, & ſic Alexander expoſuit primo modo, alio modo legitur,loco horum verborum {non ad ipſum aut non hominis eſſe, aut non eſſe hominis accõmodabitur.aliud enim quippiam erit} ſic {ſimulq; non hominis eſſe, aut non eſſe hominis, aliud quippiam erit} & ſic Alexander expoſuit ſecundo modo.præterea in tranſlationibus Argyropyli, & veteribus ſic legitur {quare, vt dicant ipſi neceſſe eſt, nullius rei rationem talem eſſe} in codice Alexã.& in noſtro ſic {quare, vt dicant ipſi neceſſe eſt nullius rei talem rationem eſſe,quæ ſpecifica ſit, atque ſubſtantialis,ſemperq; ſubiecto inhærens} & Alex.per rationẽ,quæ ſpecifica eſt,& ſubſtantialis,ſemperq; ſubiecto inhærẽs,intelligit formã ſubſtantialem rõnem, atq; definitionem.vt ſit ſenſus eos, qui aſſerunt eidem ſubiecto ineſſe hominis eſſe, & huius oppoſitũ, ſequi, vt nullũ ſi prædicatũ id quid, & in ſubſtãtia, nullumq; ſubſtãtiale,vt id,quod ſubdit,demõſtrat dicens {ſed ꝑ accidẽs vniuerſa cõpetere}.i.ſed ſequitur eos, vt dicãt oĩa prędicata per accidens eſſe de quocunq; ac vt accidentia prædicari. Cuius rationem ſubdit {hoc.n.ipſo ſubſtantia, atq; accidens ſeiuncta eſſe videntur} vt ac

cidẽs videlicet inſit, & eius oppoſitũ eidem ineſſe poſſit, quoniam accidẽs ita ſubiecto ineſt, & ſubiecto ſaluo ipſum abeſſe poſſit, at forma, ſeu ſpecies, quæ cuiuſq; ſubſtantia eſt, non ſic de ipſo prædicatur, quaſi in ente a ſe diuerſo ſit, ſed tanquam in eo inſit, quod eſt idem, quod ipſa, & in hac ipſa eſſe obtinet, & propterea dicit {album.n.homini propterea accidit, quoniam albus quidem eſt, ſed non eſt id, quod eſt album} at forma ſeu ſpecies, quę cuiuſq; ſubſtãtia eſt, ita ſubiecto ineſt, quod ſubiectum ſit idem, quod ipſa, & in hac ipſa eſſe obtineat: & ſic patet tota argumẽtatio. quia & maior aſſignata eſt, & eius probatio explicata: & ſic conſtituta, ſi affirmatio atq; negatio eſſent ſimul veræ de eodem, nullũ erit prædicatum ſubſtantiale, atq; in quid, ſed omne per accidens. At conſequens eſt falſum. igitur & antecedens: hæc eſt vniuerſa ratio: & deducta vt viſum eſt.

TEX. 14. *At ſi per accidens uniuerſa dicatur non erit primum ipſum uniuerſale. Quod ſi accidens de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignificet, in infinitum abeatur neceſſe eſt. At fieri non poteſt.*

Quod conſequens hypotheticæ ſit falſum, nũc probat apud Expoſitorem, quam expoſitionẽ ſentit Alex. cum ait poſtquam docuit formam, ac definitionẽ, & omnino per ſe de aliquo predicari eorũ ſententia tolli, qui eſſe & non eſſe idem eſſe dicunt, ac proinde contradictionis veritatem tuentur, dum omnia prædicata ſubiectorum accidentia faciunt, aliud incommodũ exponit, quod inde ſequitur, ſi quis oẽ ens accidens eſſe dicat. Ecce quomodo Alexan. vult Ariſto. oſtendere falſitatem conſequentis exponens aliud incõmodum, quod inde ſequitur: ſi omnia ſubiectorum prædicata accidẽtia ſint. Incommodum vero, ad quod adducit, ſi omnia prædicata ſint accidentia, non eodem modo intelligitur, nam Ariſtoteles ſic inquit {at ſi per accidens vniuerſa}.ſ.prædicata dicantur, ita, vt omnia ſint accidentia {non erit primũ ipſum vniuerſale} & Expoſitor intelligit, per primum vniuerſale illud, quod primo poſteriorum dicitur hoc eſt prædicatum, quod prædicatur de omni & per ſe, & primo, atq; quatenus ipſum. & ita apud Expoſitorem eo cõſequente conceſſo videlicet quod omnia prædicata ſint accidentia, ſequitur, vt non detur primum vniuerſale, quod eſt prædicatum de aliquo per ſe, & de omni, & quatenus ipſum. & cõſequentia patet, quoniam apud eos omnia prædicata erunt per accidens. Quæ expoſitio diſſona eſt verbis, quæ ſequuntur. propterea Alex. per primum vniuerſale intelligit primum genus, quod generaliſsimum eſt in prædicamento ſubſtantiæ, hoc .n.eſt primum dupliciter, tum quia ante cætera generaliſsima accidentium, tum etiam quia eſt primum vniuerſaliſsimumq; prædicatum in prædicamẽto ſubſtantiæ. omnia nanq; genera vniuerſalia ſunt, ipſorũ autem ſubſtantia primum genus eſt. & quod tale primum genus tollatur, probat Alexander ex eo, quoniam ſubſtãtia nulli accidit, nec de aliquo quaſi accidens prædicatur, ſed de quacunq; prædicatur, vniuoce, ac in ſubſtantia dicitur. hac autem prædicatione ſublata, ipſa quoq; ſubſtantia tolletur, qua prędicatione deleta, genus ſubſtãtiæ perire certum eſt. quare ſi omnia prędicata ſunt accidentia, tolletur primum omnium prædicatorum videlicet ſubſtantia, quæ eſt generaliſsimum omniũ primum. conſequenter Alexãder ſubiungit abſurdũ, quod ad hoc conſequitur, & eſt quod pereunte de rebus ſubſtantiæ genere, nulla erit indiuidua ſubſtãtia: cum abolito vniuerſali eius genere, ne ipſa quidẽ ſuperſit. quo fiet, vt de ſubſtãtia nihil prædicetur, ſed in omni prædicatione etiam ſubiectum accidẽs habeatur. his, quæ ſupleuit Alexander, ſubintellectis, procedit Ariſtoteles. ad vlteriora abſurda, & dicit {quod ſi accidens de ſubiecto aliquo}.ſ.accidente {prædicationem ſemper ſignificet} ita vt ſubiectum nunquam ſit ſubſtantia, ſed ſemper accidens {in infinitum abeatur neceſſe eſt} alterum.n.alterius ſubiectum in infinitum accipietur, cum accidens ſit ſemper in alio, ſubiectumq; ſemper habere cogatur, quippe cum nec poſſit vel ipſum eſſe ſubiectum, vel eſſe abſq; ſubiecto. nam ſi in hac propoſitione Socrates eſt albus, ſit Socrates accidens, ſubiectũ aliud adhuc deſiderabitur, & hoc rurſus aliud require, idq; ſine vllo fine. hoc pacto legenda erit dictio cum toto illo, quod Alexander ſuppleuit. vel aliter legit Alexander ſine ſupplemẽto, prout alia dictio habetur hoc videlicet modo {at ſi per accidens vniuerſa dicantur, non erit primum id, de quo} .i. vt Alexander inquit, non erit primum, & ſubiectũ accidentium tolletur, nam qui dicit omnia eſſe accidẽtia, tollit indiuiduam ſubſtantiam, qua ſublata, vltimum ſubiectum tollitur, cum entia cuncta accidentia ſint, & ad hunc modum prædicationes abſq; fine progredientur. cauſam itaq; cur nullum ſit futurum primum ſubiectum, ſi omnia ſint accidentia, ad hunc modum exponit, dicit {quod ſi accidẽs de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignificet}.i.ſi omne accidens habet aliquod ſubiectum, in quo eſt, & de quo dicatur {in infinitũ habeatur}.ſ.in prædicationibus {neceſſe eſt} quoniam nullum erit ſubiectum extremũ, de quo cætera dicantur, ipſum vero de nullo. Vnde & Auerroes hanc ſecundam expoſitionem aſſeuerans inquit, Que auerr. Comm. 14. ſi omnia ſint accidentia, & accidens naturaliter habet naturam, vt prædicetur de aliquo, ac inſit alicui, neceſſe eſt, vt accidens quo accidens eſt, prędicetur de accidente, cum nulla ſubſtantia ſit, de qua prædicari poſſit, & ſic in infinitum erunt prædicationes. nam ſemper quod ſumitur quaſi alterius ſubiectum, de alio rurſus ipſum prædicetur, propterea quod ipſum perinde ſit atq; ipſo prius accidens, non ſubſtantia. Deinde impoſſibilitatem afferens huius dicit {at fieri nõ poteſt} .ſ. vt accidens accidenti accidat in infinitum.

Non enim plura duobus nectuntur. accidens.n.non accidenti eſt accidens, niſi quia eidem accidunt ambo. Dico autem hoc pacto, & album muſicum, & hoc album, propterea quod ambo homini acciderunt. At non ſic Socrates muſicus, quod utrunq; alij cuidam accidat.

Quod autem fieri non poſſit, vt accidens accidenti accidat in infinitum, hoc docet, & primo conſtituit ſibi vnam ſuppoſitionem, quæ talis eſt, quod in propoſitionibus, quæ per accidens dicuntur, bifariam ſubiectum, & prædicatum per accidens connectuntur, aut quia ambo accidunt eidem, aut quia alterum alteri accidit. hæc.n.album & muſicum connectuntur in hac propoſitione, album eſt muſicum, quia ambo homini accidunt. At Socrates & muſicum in hac propoſitione connectuntur, Socrates eſt muſicus, quia muſicum accidit Socrati. vnde dicit {Non.n.} in propoſitionibus ſubaudi per accidens ſubiectum & prædicatũ {plura} .i. ſecundum plures modos {nectuntur duobus}

verbum

verbũ.n. πλείω forte pluribus modis interpretari poteſt. Deinde exponit hos modos, & primo, quando ſubiectum & prædicatum ambo alicui tertio accidunt, & dicit {accidens.n.nõ accidẽti eſt accidens, niſi quia eidem accidunt ambo} & hic eſt primus modus, quo in propoſitionibus per accidens ſubiectum & prædicatum connectuntur: quem exponit exemplis, & dicit {dico autem hoc pacto} quo ſubaudi connectuntur, in propoſitionibus per accidẽs {& album muſicum} in hac propoſitione album eſt muſicum {& hoc}.ſ.& muſicum {album} in illa videlicet muſicũ eſt album {propterea quia homini ambo acciderunt} nec enim refert vno modo dicatur. Inuertit aũt ipſa, vt innueret neutrum alteri ſubijci, ſed ambo eidem accidere ſignificari. Deinde affert ſecundum modum, quo ſubiectum, & prædicatum in propoſitionibus per accidens connectuntur, & dicit {at non ſic Socrates muſicus} in illa propoſitione Socrates eſt muſicus connectũtur ſubaudi {quod vtrunq; alij cuidam accidat} ſed ꝙ alterum alteri accidat. Hæc.n.propoſitio Socrates eſt muſicus, non eſt talis, qualis album eſt muſicũ, vel muſicum eſt album. nam qui Socrates eſt muſicus dicit, non hoc ait ceu ambo Socrates & muſicus vni tertio accidant, vt homini. nam omnino in ea propoſitione non ſunt ſuo accidentia, hactenus de ſuppoſitione ipſa. Auerroes in præſente loco volens aſsignare cãm, quare cum accidens prædicatur de accidente, oportet ſupponere ſabſtantiam, cui ambo inſunt, dicit, & impoſsibile eſt, vt aliud. ſit ꝑ accidens, niſi per aliquid, quod eſt eſſentialiter. qm̃ quod eſt eſſentialiter, eſt prius eo, quod eſt per accidens. Quam rem explicauit ſecundo phyſicæ auſcultationis, & quarto etiã eiuſdem. huic vero occurres, qm̃ primo Analyticorũ poſteriorum addit tertium modum, quo in propoſitionibus per accidens prædicatur prędicatum de ſubiecto: aſſerens tunc eſſe prædicationẽ per accidens, cũ ſubiectum prædicatur de accidente. Hæc.n.eſt per accidẽs muſicum eſt Socrates. dicendum hunc modum contineri ſub ſecundo, qm̃ in hoc modo ſicuti in illo alterum alteri accidit. hic.n.enumerauit generatim modos, quorum vnus eſt quoties alterum alteri accidit, alius vero quoties ambo accidũt tertio. At libro Analyticorum ſpeciatim locutus eſt.

Que Auerr. Comm. 14.

Comm. 66. Comm. 43.

Cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicantur, quæ ſic dicuntur ut album accidit Socrati, ea, ut in infinita ſint uerſus ſupra, minime fieri poteſt, ueluti ut Socrati albo quippiam aliud accidat. non enim ex uniuerſis unũ quid ſit.

Conſtituta ſuppoſitione videlicet quod in propoſitionibus per accidens, duplex ſit prædicandi modus, oſtendit neutro modo ꝑdicationem in infinitum procedere poſſe. & primum in propoſitionibus, in quibus ſubſtantia ſubijcitur accidenti, cuius eam reddidit cauſam, quod nõ ex omnibus ideſt ex Socrate, & duobus accidentibus vnum quid efficiatur, & dicit {cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicã tur}.i.cum prædicandi modus in propoſitionibus per accidens ſit duplex, alter quo accidens prædicatur de ſubſtantia, alter, quo accidens de accidente dicitur {quæ ſic dicuntur}.ſ.accidentia prædicata {vt album accidit Socrati}.i.vt prædicata in propoſitionibus per accidens, quæ prædicantur, vt accidens de ſubſtantia {ea, vt infinita ſint verſus ſupra, minime fieri poteſt} verſus ſupra dicit verſus prædicatum, quod exponit exemplo, & dicit {veluti, vt Socrati albo quippiam aliud accidat} videlicet, muſicum, & Socrati albo muſico aliud videlicet ſtudioſum, & Socrati albo muſico ſtudioſo adhuc aliud videlicet philoſophum, & ſic in infinitum, quod autem hoc fieri nõ poſsit, probat {nõ.n.ex vniuerſis}.ſ.Socrate & albo & muſico, & ſtudioſo, & Philoſopho, & cæteris infinitis {vnum quid ſit}.i.vnum per ſe tanta videlicet vnitate, vt ſit vnum per ſe ſubiectum accidẽtium ſucceſsiue in infinitũ. Alexã. affert alias rationes, quare non poſſunt prædicationes procedere in infinitum in propoſitionibus in quibus accidens prædicatur de ſubſtantia, & primam quidem ex eo, quia accidentia nequeunt in infinitum congeri. ſecundam vero ex eo, quia multiplicatis ſupra ſubiecto, qđ eſt ſubſtantia accidentibus in infinitũ, nõ erit vna propõ, ſed infinitæ tot videlicet accidentia ſunt.

At neque albo quippiam aliud decidit, ueluti muſicum. etenim neque hoc illi magis q̃ illud huic.

Nunc oſtendit non poſſe accidentium prædicationes in infinitum augeſcere, & ita docet in propoſitionibus per accidens, in quibus accidens prædicatur de accidente, non fieri proceſſum in infinitum. & primo proponit hoc, & dicit {at neq; albo quippiam aliud} .ſ.accidens {accidit, veluti muſicum} & ſubaudi albo muſico aliud videlicet ſtudioſum, & albo muſico ſtudioſo aliud, & ſic in infinitum. deinde affert rationem ex eo, quia proprie accidens de accidente non prædicatur, quia non magis hoc illius eſt, q̃ huius illud: & hoc dicit {etenim neque hoc}.ſ.album {illi}.ſ.muſico {magis}.ſ.accidit {quam illud huic}.i.q̃ muſicũ albo. ambo.n.ſunt accidentia, quorum eſſe eſt alteri inhærere. Alexander etiam affert rationem, qm̃ ſi accidẽti accidens addatur in infinitum, accidentia infinitum congerere licebit, quod fieri non poſſe perſpicuum eſt.

Et inſuper diximus diſtinguendo alia hoc accidere modo, alia, ut muſicum Socrati accidit. Quæ uero hoc pacto accidũt, non accidenti accidunt, ſed quæ illo modo. Quare non per accidens uniuerſa dicuntur. ergo quippiam & ut ſignificans ſubſtantiam erit. quod ſi ita ſit, demonſtratum eſt fieri non poſſe, ut ſimul contradictoria prædicentur.

Nunc oſtendit, quod dato & cõceſſo ꝙ in quibuſdam propoſitionibus per accidens, accidens prædicetur de accidente in infinitum, tñ in propoſitionibus ꝑ accidens, in quibus accidens prędicetur de ſubiecto, accidens non accidit accidenti, ſed ſubſtantiæ. ergo nõ omnia ſunt accidentia, qm̃ ſaltem ſubſtantia eſt in ꝓdicationibus. in quibus accidẽs de ſubiecto ꝓdicatur, vnde dicit {& inſuper diximus diſtinguendo alia hoc accidere modo} videlicet vt accidens accidenti, v. g. in propoſitionibus, in quibus accidens prædicatur de accidente {alia}.ſ.diximus accidere {vt muſicum Socrati accidit} in quibus ſubſtantia ſubijcitur, & accidens prædicatur. & ideo ſubdit {quæ vero hoc pacto accidunt}.ſ.vt muſicum Socrati {non accidenti accidunt} ſed ſubſtantiæ {ſed quæ illo modo}.ſ.accidunt, vt muſicum albo, accidenti accidunt. hac igitur diſtinctione cõceſſa ab aduerſarijs, cõcludit intentũ, & dicit {quare non per accidens vniuerſa dicuntur}.i. quare non omnia erunt accidentia, qm̃ licet quedam accidentia accidentibus accidere poſsint, tñ quædam ſunt in propoſitionibus ꝑ accidens, in quibus accidens prædicatur, &

ſubſtantia ſubijcitur {ergo quippiam} ſaltem in talibus {& vt ſignificans ſubſtantiam erit} puta illud, quod ſubijcitur in talibus propoſitionibus. Tunc repetit concluſionem, quam per modum epilogi concludit ex his duabus vijs, & dicit {quod ſi ita ſit} vt per duas vias eſt concluſum, quarum vna ex ſignificatione, altera ex p̃dicatione procedit {demonſtratum eſt fieri non poſſe, vt ſimul} de eodem {contradictoria prædicentur} dixit aũt {quod ſi ita ſit} etiam dixit {& inſuper diximus diſtinguendo} & reliqua innuens hanc ſecundam viã non procedere ex per ſe veris, & abſolutis propoſitionibus, ſed ex ſuppoſitionibus, quas dant aduerſarij. dictum eſt.n. non eſſe aliquam viam contra eos, qui negant principium contradictionis, niſi ex conceſsis ab aduerſarijs. Alex. vero ex his, quæ hic dixit Ariſto. aliter exponit illam dictionem {ſi aũt per accidens vniuerſa dicantur, non erit primum vniuerſale} & ait, melius exponeretur ad hunc modum, ſi omnia, inquit, per accidens dicãtur, nihil erit primum vniuerſale. i. nulla erit prima, & vniuerſalis prædicatio. i. nulla erit propoſitio immediata videlicet quæ medio vacet. vniuerſalia.n. appellauit, oppoſitiones, in quibus aliquid in ſubſtantia de ſubiecto prædicatur. ex nihil igitur in ſubſtantia de aliquo prædicari, ſequitur omnem prædicationem per accidens. fieri ex non eſſe autem quicquam propoſitionem ſine medio, efficitur, vt alio ante aliud ſumpto, prædicationes in infinitum progrediantur. nam in poſterioribus reſolutorijs demonſtratum eſt, niſi propoſitio ſine medio ſit, in infinitum proceſſum ire prædicationes, quod certe fieri nequit in prædicationibus accidentis. qm̃ omnino accidens accidenti accidere nõ pōt, hanc igitur expoſitionem commendans Alexã. in hunc modum rationem vniuerſam reducit, ſi contradictio ſimul in eodem vera ſit, nihil quaſi exiſtẽs in ſubſtantia de ſubiecto dicetur, ſed omnia per accidẽs prædicabuntur, neq; ſine medio, ſed prædicationes accidentium procedent in infinitum, propterea quod accidenti omnino nihil accidat. nullum.n. accidens ſyllogiſtice concludi pōt per medium terminum, qui ſit accidens niſi accidens, quod in concluſione demonſtratur, ſit ex ijs, quæ p̃ ſe inſunt accidenti, quod ſumptum eſt pro medio termino ad hunc modũ, Socrates deãbulat: omne aũt deambulans mouetur. nã moueri in ſubſtantia ineſt deambulandi. non eſt igitur de eodẽ contradictio. Sed hoc, quod Alex. ait, videtur ambiguum. non.n. fieri pōt, vt aliquod accidens hæreat accidẽti vt ſubiecto, cum accidentia ſint eiuſdem rationis, quantum ad ipſum inhærere, cum quantũ ad inhærere omne accidens inhæreat ſubſtantiæ vt ſubiecto. nec eſt verum quod ipſum moueri ſit in ipſo ambulare, licet neceſſario omne deambulans moueatur ſed in ipſo deambulante vt in ſubiecto. & ita licet accidens ſit cauſa alterius, vt calidum & humidum ipſius dulcis, & ſuperficies coloris, tñ vnum accidens non ſuſcipit aliud, bene tñ ſubiectum ex eo ſubijcitur vni accidenti, qm̃ ſuſceptiuum eſt alterius, & hoc pacto moueri eſt in deambulante, & nõ in ipſa deambulatione. vtrunq;.n. eſt in deambulante, licet alterum ſit cauſa quare alterum ineſt. Quare licet alterum accidens ſit de eſſentia alterius nõ tñ ita, vt inſit illi: ſed ita vt propter illud inſit eidem ſubiecto, cui ipſum ineſt. Vnde & Auer. inquit, attributionẽ accidentis ad accidens non eſſe eſſentialẽ, quod eſt dicere nullum accidẽs ineſſe accidenti, vt ſubiecto, & ſi dixeris vnum accidens eſſe de eſſentia alterius, vt colorem de eſſentia albedinis, & motũ de eſſentia deãbulationis, ergo vnum accidẽs inhæret alteri. Nihil.n. pōt eſſe de eſſentia alicuius, quin inhæreat eidem. Dicendum hanc conſequentiam non valere, qm̃ definitio eſt de eſſentia definiti, cui non inhæret, vt ſubiecto, & ſed bene ineſt, modo quo eſſentiale ineſt ei, cuius eſt de eſſentia. Multum.n. refert ineſſe, & inhærere, eſt.n. in plus ineſſe q̃ inhærere, cum prædicatum inſit ſubiecto, cui non inhæret. Fortaſſe etiam dici pōt eſſentiale nec ineſſe, nec inhærere ei, cuius eſt eſſentiale, ſed ſolũ dici de illo, modo quo prędicatum dicitur de ſubiecto nam dici de, & eſſe in, differunt, vt in prædicamentis annotatũ eſt, ſi quidẽ dici de, eſſentialibus cõuenit, eſſe in, vero accidẽtalibus, quare motus eſt eſſentiale quippiam ambulationis, cui nõ ineſt, ſed de eo p̃ ſe dicitur.

Quæ contra Alexan.

Quæ Auerr. Comm. 14.

Præterea, ſi contradictoria omnia ſimul de eodem ſint uera, patet unum omnia fore: erit ergo idem & triremis, & paries, ac homo, ſi de quolibet aut affirmare, aut negare contingit, quemadmodum ij, qui Protagoræ ſententiam ſequuntur, fateantur neceſſe eſt TEX. 15.

Aſsignat in præſenti capite tertiã rationem, quæ, vt Expoſitor inquit, accipitur ex vno & diuerſo: & componitur hypothetice in hunc modum, ſi contradictoria de eodem ſint ſimul vera, omnia vnum erunt: ſed conſequens eſt impoſsibile: ergo & antecedens. primo ergo affert maiorem, quæ eſt hypothetica, & dicit {præterea, ſi contradictoria omnia ſimul de eodem ſint vera, patet omnia vnum fore} & vlterius affert abſurdũ, quod abſurdum eſſe eſt notius ad ſenſum, & dicit {erit ergo idem & triremis, vt paries & homo} & cętera omnia eadem inter ſe {ſi de quolibet aut affirmare, aut negare contingit} vel fortaſſe melius legetur {ſi de quolibet affirmare & negare contingit} vt aduerſarij dicunt hoc eſt ſi contradictoria de eodem ſint ſimul vera, reſumatur ergo hypothetica ad hunc modum, ſi contradictoria ſint ſimul vera de eodem, omnia vnum erunt. & ſic triremis, & paries, & homo, & cætera talia omnia erunt vnum & idem: & afferens authores dicit {quemadmodum neceſſe eſt} vt {fateantur ij, qui Protagoræ ſententiam ſequuntur} in tranſlationibus antiquis corrupte loco Protagoræ legitur Pythagoræ. verbũ ſententiam græce λόγον dicitur, & pōt interpretari argumentum, nam qui ſequũtur argumentum ſophiſticum Protagorę, coguntur concedere contradictoria eſſe de eodem ſimul vera, & omnia vnum eſſe. pōt & legi dictio ſic {ſi de quolibet aut affirmare, aut negare cõtingit} nam ſi de quolibet eſt vera hæc diſiunctiua, & cõtradictoria de eodem ſint ſimul vera, oĩa vnum erunt. propterea dicit, ſequi omnia vnum eſſe, ſi contradictoria de eodem ſint ſimul vera, & illa diſiunctiua ſit vera de quolibet. vtroque modo legi poteſt. Dicit autem Alexan. hanc rationem eſſe probabilem, quoniam ſi quis contradictiones ſimul veras eſſe dicat, fieri ait, vt omnia vnum quoddam ſint. Expoſuimus autem nos verbum λόγον pro argumento, iccirco, quoniam argumento Protagoræ, cui omne apparens verum eſſe placebat, neceſſario efficitur, vt contradictoria ſimul de eodem vera ſint, cum quibuſdam cõtradictoria de eodem eſſe vera appareant: quæ ſi vera ſint, efficitur per ipſum, vt contradictoria ſimul de eodem vera ſint, vt ipſe paulo poſt oſtendet.

Nam ſi alicui homo triremis non eſſe uidetur, patet triremem non eſſe, quare & eſt, ſi ſint contradictoria uera.

Expo-

Expoſitor vult quod Ariſt. oſtendat idem abſurdũ ſequi duas poſitiones, & primo ꝙ ſequatur illam Protagoræ, qui dicebat omne, quod alicui apparet, eſſe totum verum: qm̃, ſi alicui videtur ꝙ homo non ſit triremis, nõ erit triremis, ſi alteri videtur ꝙ ſit triremis, erit triremis, & ſic erunt contradictoria ſimul vera: vnde dicit {nam ſi alicui homo triremis non eſſe videtur, patet triremem non eſſe} ſiquidem ſecundum Protagorã omne, quod apparet, non eſſe, non eſt} quare & eſt, ſi alteri apparet eſſe { ſi ſint contradictoria vera } ſubaudi iuxta apparentiam, vt Protagoras argumẽtatur Alexã. aũt vult, vt nunc oſtendat, quomodo inde ſequitur omnia eſſe vnum: & ſic vult, vt probet maiorem, quæ fuit hypothetica, nam ſi verum eſt in homine, ipſum non eſſe triremem non erit triremis, & erit triremis: ſi contradictiones ſimul veræ ſunt. inſuper etiam ſi verũ eſt in homine ipſum non eſſe equum, nec parietem, nec lapidem, nec cætera quæ non eſt, ſimulq; cõtradictiones veræ ſunt, homo ſimul equus erit, & lapis, & paries, & omnia, quæ non eſt. & iuxta hanc expoſitionem dicit {nam ſi alicui homo triremis non eſſe vr̃}.i. nã ſi apud aliquem hæc eſt vera hõ non eſt triremis {patet} homi nem {triremem nõ eſſe, quare & eſt}.ſ. triremis {ſi ſint contradictoria vera} ſimili modo ſi apud aliquem hæc eſt vera, hõ non eſt equus, homo non erit equus, quare & eſt equus, ſi contradictoria ſint ſimul vera de eodem & breuiter ſequetur, vt homo ſit omnia, qm̃ verũ eſt ipſum equum non eſſe, nec parietem, nec lapidem, nec triremem, nec cætera, quæ non eſt, & cum ſimul contradictiones veræ ſint, ſimul homo equus erit, & lapis, & paries, & triremis, & omnia, quæ non eſt: ſi modo concedatur de quo pars vna contradictionis dicitur, poſſe alteram prædicari. dubitat Alex. vtrum verbum {videtur} inſectans Protagoræ argumentũ dictum ſit, qui dicebat eſſe verum omne, quod apparet. iuxta expoſitionem Expoſitoris verbum {videtur} dictum eſt, vt innuatur argumentum Protagoræ, qui dicebat eſſe verum, omne quod apparet, vt viſum eſt in prima expoſitione. iuxta vero hanc Alex. expoſitionem verbũ {videtur} accipitur pro eo, quod eſt verum. nam ſi hõ nõ eſt triremis, neq; equus, neq; paries, neq; lapis, neq; cætera, quæ non eſt, & cõtradictiones ſimul veræ ſunt homo ſimul erit equus & lapis, & paries, & triremis, & omnia, quæ non eſt, & ita omnia erunt vnum. nã quod non eſt triremis, idem erit triremis etiam, ſi quidẽ cõtradictio vera eſt, quare vnum quodq; entium efficitur oĩa. ſic itaq; {videtur} pro ita eſſe accipiendum eſt.

Fit etiam, uti Anaxagoras aſſerebat, ut adeo res omnes ſimul ſint, ut nihil ſit uere unum.

Nunc ſm̃ Expoſitorem oſtendit idem abſurdum ſequi ad opinionem Anaxagoræ, & dicit {fit ẽt, vti Anaxagoras aſſerebat, vt adeo res omnes ſimul ſint, vt nihil ſit vere vnum } ſic.n. ait efficietur, quod Anaxagoras putabat, vt ſint res omnes ſimul, nihilq; pure vnum ſit, & ea res, quæ dicitur eſſe, erit omnia. nam ij dicunt omnia eſſe quoddam vnum in vno, ergo eadem inter ſe, & vnum. & dixit {fit etiam } qm̃ vnumquodq; entium ſit omnia. Apud.n. Anaxagoram omnia conueniunt in vnoquoq;, ergo omnia ſunt vnum inter ſe, & eadem. Quare non erit homo, quin ſit homo, & equus, & ita hõ etiam erit cætera, quæ non eſt: & non erit cætera q̃ non eſt ſimul quia igitur apud Anaxagoram contradictoria de eodem ſimul vera ſunt, fit, vnumquodq; ſit omnia. Auer. vero vult ꝙ Ariſt. oſtendat eis, qui dicũt ſermonem Protagoræ, contingere, vt dicant ſermonẽ Anaxagoræ. videlicet ꝙ omnia ſint ſimul in eodem, & ꝙ contrarium ſit in ſuo contrario, cuius rõnem affert, qm̃ ſi non ſequetur, non eſſet verũ, quod Protagoras ait, eſſe videlicet verum, omne quod apparet. Auer. aũt quaſi reſpõdens ad argumentũ Protagoræ ait, qm̃ exiſtimatio hominis ſequitur ens, ens aũt non ſequitur exiſtimationẽ. Omnem.n. quod eſt hõ, exiſtimatur eſſe hominem, non tñ oportet omne, quod exiſtimatur eſſe aliquid, ſit illud: quæ expoſitio conuenire poteſt. *Quæ Auerr. Comm. 15.*

Ipſum igitur indefinitum dicere iſti uidentur, & putantes ens dicere, de non ente dicunt, eſt enim ipſum indefinitum id, quod eſt ens potentia, & non actu.

Poſtq̃ dixit ex ſententia eorum, qui contradictionis veritatem tuẽtur, cõſequi, vt vnumquodq; ens res vniuerſæ, ſit, nunc exponit de quo ente fuerint locuti, & quo modo ſint decepti, & dicit {ipſum igitur indefinitũ: dicere iſti videntur} cũ dicunt oĩa in vnoquoq; eſſe vnum, materia.n. in definita eſt, propterea ꝙ potentia omnia ſit, actu vero nihil, & tunc ſubdit deceptionem {& putantes ens dicere, de non ente dicunt} cuius rationem affert, & dicit {eſt. n. ipſum indefinitũ}. ſ. ipſa materia id, quod eſt ens potentia, & non actu} neq;.n. ſiquid potentia eſt hõ, protinus hõ eſt, nec equus, nec quippiam aliud. At materia ad hunc modum ſeſe habet eſt. n. potentia quicquid ex ipſa effici põt, non aũt actu ſtatim omnia eſſe poteſt. patet igitur quo modo deceptus eſt Anaxagoras. Quam deceptionem Auer. latius explicans dicit, & dixit hoc per nomina, q̃ ſunt contraria, non ſunt exiſtentia inſimul actu, ſed potentia, & quod non eſt actu, non eſt ens, & propterea dixit, ꝙ cũ voluerit terminare ens, per quod eſt, determinauerunt ipſum, per quod non eſt (terminus.n. non eſt niſi eius quod eſt in actu) & cum determinauerunt entia ꝙ ſint ſimul, & ſint ſimul potentia, & potentia eſt eius, quod non eſt. igitur iſti determinauerunt entia, ꝑ quod non eſt, exiſtimando ea terminare per quod eſt: & ſic decepti ſunt. quia putauerunt ea, quæ ſunt vnum in ente potentia, eſſe vnum in ente actu. nam ſi eſſent vnum in vno actu ente, eſſent vnum inter ſe, ſed quia ſunt vnum in vno potentia ente, ideo non ſunt vnum inter ſe. Quomodo vero, quod non eſt actu, non ſit ens, petendum eſt nono huius dilucide, & dilucidus libro duodecimo, *Quæ auerr. Comm. 15. Comm. 7. Comm. 11.*

At uero de quolibet ipſis affirmatio, aut negatio eſt dicenda. eſt enim abſurdum, ſi ſua quidem cuiq; negatio competet, diuerſi uero, quod quidem ſibi non accommodatur, non competet. Dico autem hoc pacto, ſi uerum dicere hominem nõ eſſe hominem, patet uerum etiam eſſe, ſi triremis non eſſe dicatur. Si igitur affirmatio competit, neceſſe eſt negationem quoq; cõpetere. ſi uero affirmatio non competit, negatio oppoſita magis q̃ ſua competet. quod ſi illa etiam competit, et triremis profecto cõpetet. hæc igitur eueniũt his, qui hanc ſententiã dicũt.

Secundum Expoſitorem Ariſt. propoſuit hanc maiorem, ſi contradictoria de eodem ſunt ſimul vera, oĩa erunt vnum. nunc aſſerit Ariſt. probare hanc conditionalem, quæ eſt maior, in hunc modum, ſi de quolibet eſt vera affirmatio, & negatio ꝓpria, multo magis erit de eo vera negatio alterius, quod eſt diuerſum ab eo: vt ſi verum eſt dicere hominem non eſſe hominẽ, multo magis erit verum hominem non eſſe triremem, ſed

per te, qui potius negationem & affirmationem veras eſſe ſimul de eodem, ſi hō non eſt triremis, hō eſt triremis, & eadem rōne argumētari poſſumus de quocunq; alio, quod videlicet prædicatur de alio prædicatione dicente hoc eſt hoc, quare fit, vt oīa ſint vnum: vnde dicit iuxta hanc expoſitionem { At vero } ſubaudi ſi contradictoria de eodem ſunt ſimul vera { de quolibet ipſis }.ſ. ſic dicentibus { affirmatio aut }.i. & { negatio eſt dicenda } & vera aſſerenda. iuxta.n. hanc expoſitionē, vel, pro, &, accipitur. quaſi dicat, ſi contradictoria ſunt de eodem ſimul vera, de quolibet erit vera affirmatio, & quælibet negatio videlicet tam propria, q̃ aliena, cuius rōnem affert, & dicit { eſt.n. abſurdum ſi ſua quidē cuiq; negatio competet, diuerſi vero, quod quidem ſibi non accōmodatur, non competet } conſonum.n. veritati eſt, vt magis de vnoquoq; prædicetur negatio alterius quam negatio propria, & hoc exponit dicens { dico aūt hoc pacto, ſi verum eſt dicere hominē non eſſe hominem, patet verū etiam eſſe, ſi triremis non eſſe dicatur } immo magis verum erit dicere hominem non eſſe triremē. Tunc recolligit rōnem, & dicit { ſi igitur } apud aduerſarios { affirmatio competit } vt ꝙ homo ſit triremis, qm̄ de quolibet eſſe vera affirmatio & negatio ſimul { neceſſe eſt negationem quoq; competere } vt ꝙ hō non ſit triremis. deinde quaſi cōuerſum, ꝙ eſt magis ad propoſitum ſumens dicit { ſi vero affirmatio nō competit }.i. vt ſit triremis { negatio oppoſita magis q̃ ſua competet } vt ꝙ non ſit triremis { Quòd ſi illa etiā competit }.i. quare ſi propria negatio competit { & triremis }.ſ. negatio multo magis competet { at ſi hæc }.ſ. negatio triremis cōpetit hoī { & affirmatio }.ſ. triremis { cōtinuo } ſtatimq; cōpetet. quo fit, vt ſi hō nō ſit triremis, hō vt triremis & vt dico de triremi, ita dicendum non de equo, vt ſi non ſit equus, ꝙ ſit equus & de lapide, & de quolibet alio, & ita ſequitur, vt homo ſit oīa, quare omnia erunt vnū, vtputa hō, tunc epilogādo cōcludit { hæc igitur eueniunt hic qui hanc ſententiam dicunt } eſt ergo rō breuis in hunc modum, de quocunq; eſt vera negatio, de eodē eſt vera illius negationis affirmatio. ſed de homine vno eſt vera quælibet negatio, vt ꝙ non ſit triremis, non ſit equus, non ſit lapis, & ſic de oībus, quæ non ſunt hō: igitur de hoīe vno eſt vera omnis affirmatio, vt ꝙ ſit triremis, ꝙ ſit equus, quod ſit lapis, & ſic de omnibus. quare vnū oīa erunt. Quòd aūt de homine vno ſit vera quælibet negatio, probaſ. qm̄ de homine eſt vera ſua negatio apud ſic opinantes, ergo multo magis omnis alia negatio. de rōne afferṫ minor, & eius expoſitio per exemplum, & probatio, deinde ibi { ſi igitur affirmatio competit } reſumit rōnem, hactenus de hac expoſitione. Apud vero Alex. Ariſto. accepit maiorem, & eius probationem, ſed qm̄ probatio fuit inducta particulariter, nūc generatim in quolibet probationem affert, ait.n. conſentaneū eiſdem eſſe oēm cōtradictionē fateri de re omni prædicari, & hoc propoſita, cum dicit { at vero de quolibet ipſis affirmatio, & negatio eſt dicenda } ꝙ ſi de quolibet affirmatio atq; negatio ſit dicenda, tunc vnum oīa erit. Quòd aūt de quolibet, ſyllogiſmus fiat, vt dictū eſt, de quocunq; eſt vera negatio, de eodem eſt vera eius affirmatio, ſed de hoīe eſt vera quælibet negatio: igiṫ de homine eſt vera quælibet affirmatio. Explicat minorem & quaſi eius probationem, & dicit { eſt.n. abſurdum, ſi ſua quidem cuiq; negatio competit, diuerſi vero, quod quidē ſibi non accommodatur, non competet } & hoc exponit exemplo dicens { dico aūt hoc pacto } in exemplo { ſi verum eſt dicere hoīem non eſſe hoīem }.ſ. apud ſic dicentes { patet verumetiam eſſe, ſi triremis nō eſſe dicatur }.i. hoīem non eſſe triremem, & ſic vult habere in cæteris omnibus, vt ſit minor hęc, ſed de homine eſt vera quęlibet negatio videlicet & ſua, & quælibet alia. qm̄ qua ratione de homine eſt verum ꝙ non ſit triremis, eadē ꝙ non ſit equus, & ſic de quolibet alio. dein de quaſi rōnis vim epilogando ſumit quādam conuerſionem, ſub diſiunctione quæ valet ad probationē minoris, erat.n. minor, ſed de homine eſt uera quælibet negatio, probaſ, qm̄ de homine vel eſt vera q̃libet affirmatio videlicet ſua, & cæterorum omnium, q̄ nō ſunt hō, aut de homine nulla cæterorū affirmatio vera eſt, ſi de hoīe eſt vera quęlibet affirmatio cæterorum, negatio quoq; cæterorū omnium vera erit. qm̄ apud eos de quocunq; eſt vera altera pars cōtradictionis, de eodē eſt vera & altera, quare ſi de hoīe erit vera affirmatio cæterorum omniū, erit vera ēt negatio cæterorum oīum. & ita habebitur minor videlicet ꝙ de hoīe vera ſit quælibet negatio. & hoc ait { ſi igitur affirmatio }.ſ. cęterorum oīum cōpetit hoī { neceſſe eſt negationem quoq; }.ſ. cæterorū hoī competere, qm̄ per eos de quocunq;. eſt vera affirmatio, eſt vera eius contradictoria negatio. & ita habetur minor videlicet ꝙ de hoīe vera ſit quælibet negatio. deinde affert ſm membrum, & dicit { ſi vero affirmatio non cōpetit }. i. ſi aūt dicatur ꝙ de hoīe nulla cæterorum, quæ non ſunt homo affirmatio, vera ſit { negatio oppoſita magis q̃ ſua cōpetet.ſ. homini } & ita rurſus relinquitur minor videlicet ꝙ de hoīe ſit vera quælibet negatio, & ita ſiue detur prima pars, ſiue negetur, ſemper minor apud eos relinquitur. Tunc repetit vim rōnis, & dicit { ꝙ ſi illa ēt cōpetit }.i. ꝙ ſi de hoīe ſit vera quælibet negatio cæterorum { & } ſubaudi negatio { triremis competet } & negatio equi, & parietis, & lapidis, & cæterorū oīum, quæ non ſunt hō & ita iterum relinquitur minor, deinde coniungendo minorem cū concluſionem dicit { āt ſi hæc }. negatio cæterorum omnium competet { & affirmatio continuo }.i. ſtatim cæterorum omnium, quæ non ſunt hō { cōpetet } & ita hō erit triremis, & equus, & paries, & lapis, & vnumquodq; aliorū, quo fit vt vnum.ſ. homo ſit omnia, & ſic habetur concluſio cū ipſa minore coniuncta: ita, vt totius rationis vis ſit epilogata.

Et nō neceſſe eſſe aut affirmare, aut negare. nam ſi uerum eſt eſſe hominem, & non hominem: patet neq; hominem, neq; non hominem eſſe. duarum enim illarum duæ ſunt iſtæ negationes. Quod ſi illa eſt una ex utriſq; compoſita, & hæc una erit oppoſita.

Hic adducit, vt Alexā. ait, aliud abſurdum, nā poſtq̄ ſuperiore argumentatione demonſtratur eſſe conſequens, vt oīa vnum ſint, nunc ad eoſdem qui contradictionis veritatem tuentur, deq; eodem ſimuleſſe, & nō eſſe prædicant, ſequi demonſtrat, vt neq; affirmatio, neq; oppoſita eidē negatio vera ſit. & ſupponit, vt mihi vṙ tanq̄ conceſſum ab aduerſarijs, oppoſitum omne tollere, id quod eſt ſuū oppoſitum. Ex hac ſuppōne ſequitur abſurdū videlicet ꝙ neq; affirmatio, neq; negatio oppoſita eidem vera ſit. deducitur hoc pacto, nā ſi hæc eſt vera ꝑ aduerſarios Socrates eſt hō, & ſimul cū eadem eſt vera Socrates non eſt hō, nec prima, nec ſecunda ei oppoſita erit vera, qm̄ veritas primæ tollit veritatem ſecundæ, & conuerſo veritas ſecundæ tollit veritatem

ritatẽ primę,& ſic ſi utraq; illa ſit uera,neutra erit uera.iterum ſi apud eos hæc ſit vera, Socrates non eſt hõ, & non Socrates non eſt hõ,eſt.n.hæc illi oppoſita,nec hæc nec illa erit vera, qm̃ veritas primæ tollit veritatẽ ſecundæ,& econuerſo. Quare nulla harum quatuor ꝓpoſitionũ erit vera:dicit{Et non neceſſe eſſe aut affirmare,aut negare}.i. & non ſolum ſequitur, vt oĩa ſint vnum ſm horum opinionẽ,ſed vt nulla pars contradictionis ſit vera. deinde probat hoc ſequi,in cuius probatione,vt dixi,ſupponendum eſt oppoſitũ omne tollere id,quod eſt ſuum oppoſitum . deinde demonſtrat abſurdum illud ſequi,& dicit{nam ſi verum eſt}ſubaudi Socratẽ{eſſe hoĩem,&}ſubaudi Socratem {non eſſe hominẽ}quæ eſt illius negatio{patet}Socratem ſubaudi{neq; hoĩem eſſe}cum ſit primæ oppoſitum,nã hæc propoſitio,Socrates non eſt hõ,opponitur illi, Socrates eſt hõ . & ita ſi prima eſt vera , ſcđa erit vera apud eos,qui contradictionis veritatẽ tuentur {neq;} ſubaudi Socratem {non hominem eſſe}nam hæc non Socrates non eſt hõ,opponitur illi Socrates non eſt hõ, cum nihil ſit verius contradicere,q̈ negationem præponere aut præpoſitam remouere . Quare ſi illa videlicet Socrates non eſt hõ,ſit vera,hæc non Socrates non eſt hõ erit vera:& cum oppoſitum tollat ſuum oppoſitũ,neutra relinquetur vera.deinde affert cauſam, quare ſequitur,vt vtraq; hæc ſit vera, & dicit{duarum.n.illarum} q̃ ſunt,Socrates eſt hõ,& Socrates non eſt hõ{duæ ſunt iſtę negationes}illius quidem,quæ eſt Socrates eſt hõ, negatio eſt Socrates nõ eſt hõ, iſtius vero Socrates nõ eſt hõ,negatio hæc eſt,non Socrates non eſt hõ: & ita duarum illarũ ſingula ſingulis reddendo duæ ſunt iſtę negationes: Quare illæ duæ,& hæ duæ ſunt ſimul veræ quo fit vt neutra earum ſit vera,cum oppoſitum tollat id omne , ꝙ eſt ſuum oppoſitum.addit vnum , ꝙ non facit ad deductionem abſurdi, ſed ad expoſitionẽ terminorũ,& dicit{ꝙ ſi illa}videlicet Socrates eſt hõ, vel Socrates non eſt hõ,{eſt vna}.ſ.propoſitio diſiunctiua {ex vtriſq; cõpoſita}.i.conflata ex contradictorijs ſub diſiunctione{& hęc}videlicet Socrates non eſt hõ,vel non Socrates non eſt hõ{vna erit oppoſita}.i.erit quædam diſiũctiua facta ex propoſitionibus oppoſitis ꝓpoſitionibus primæ vel ſic{ꝙ ſi illa}videlicet Socrates eſt hõ,& Socrates non eſt hõ{eſt vno}.ſ.propoſitio copulatiua{ex vtriſq;}.ſ.contradictorijs{compoſita}& ſimul veris{& hæc}videlicet Socrates nõ eſt hõ, & nõ Socrates non eſt homo { erit oppoſita vna}.i. vna copulatiua facta ex contradictorijs prioribus propoſitionibus primæ,quæ etiam ſunt ſimul veræ:vt Alexã.exponit,igitur neutrum erit verum, hoc eſt neq; contradictio , neq; pars aliqua contradictionis : & tunc iuxta hãc ſcđam expoſitionẽ hoc erit quaſi concluſionis epilogus,vñ Auer. ſequens hanc ſcđam expoſitionẽ dicit qm̃ ſi oppoſitio inter affirmatiuam, & negatiuam, illa videlicet Socrates eſt hõ,& Socrates nõ eſt hõ,erit vera inter duo.i. inter duas propoſitiones, & hoc eſt erit compoſita ex duabus propoſitionibus ſimplicibus ſimul veris, tunc oppoſitio cõpoſita ex omnibus propoſitionibus inuicem oppoſitis erit etiam inter quatuor, videlicet hæc Socrates eſt hõ, & Socrates nõ eſt hõ,& Socrates non eſt hõ,& non Socrates non eſt hõ.Eſt.n. hæc vna copulatiua compoſita ex duabus copulatiuis propoſitionibus:quatenus,vt inquit, nõ affirmatiua.i. propoſitio affirmatiue negata vt hæc Socrates non eſt hõ,& non negatiua.i. & negatiua negata vt hæc nõ Socrates nõ eſt hõ, opponuntur affirmatiuæ illi videlicet, Socrates eſt hõ,& negatiuæ illi videlicet,Socrates non eſt hõ: ex qubus omnibus ſic oppoſitis fit vna copulatiua,quæ conſiſtit in quatuor propoſitionibus , quarũ nulla eſt vera,vt probatum eſt per illam regulã , oppoſitum ſemꝑ tollit id,quod eſt ſuum oppoſitum.Ex his patet Ariſt.per illum,ꝙ dicit non hominem, non accepiſſe affirmatiuam de prædicato infinito , q̃ ab Alexã. vocatur negatiua vel affirmatiua tranſpoſita.Sed negatiuam,quæ eſt Socrates non eſt hõ, verum per illã neque non hominem , ẽt intellexiſſe negatiuam , quæ eſt non Socrates non eſt hõ: quicquid velit Alex.& Expoſitor.Quo vero ad verba attinet,cum Ariſt.dicit{nam ſi verũ eſt } & reliqua,locutus eſt ex ſuppõne, qm̃ hæc ratio abſolute non eſt neceſſaria , cum videatur petere id,quod quæritur in principio.Aduerſarius.n.ſicuti cõcederet has,Socrates eſt hõ,& Socrates non eſt homo ita quoq; concederet eas,quæ his opponuntur videlicet Socrates non eſt homo,& non Socrates non eſt hõ: nã aduerſarius concedit contradictoria eſſe ſimul vera de eodem . Ideo hæc ratio vt cæteræ ex ſuppoſitione vim habent.

Que Auerr. Comm.15.

Præterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet , & eſt album atq; non album,& ens & non ens,& circa cæteras affirmationes negationesue ſimiliter.aut non circa omnes res ſe habet ſimili modo, ſed circa quaſdam fit ita,circa quaſdam non fit. TEX.16.

Hic affert quartam viam,rationemq; quæ, vt Alex. inquit,ex partitione procedit,ſumptiſq; omnibus,quę fieri põt partitionibus,conſequens eſſe demonſtrat.vt aliqua definita, circumſcriptaq; habeantur contra eorum errorem:q̈ cunctis in rebus nihilo magis affirmationem q̈ negationem veram eſſe tradebant: & primo præmittit diuiſionem & dicit { præterea aut circa vniuerſa res ita ſe habet } vt nihilo magis affirmatio q̈ negatio vera ſit{& eſt album,atq; non album}.i.ad hunc modum circa vniuerſa, vt quod eſt album , non ſit albũ{& ens & nõ ens}.i.& ꝙ eſt ens non ſit ens {& circa cæteras affirmationes negationesve ſimiliter}ita vt de quo affirmatio vera eſt,ſit etiam negatio vera. deinde affert ſecundum membrum,& dicit{aut non circa oẽs res ſe habet ſimili modo}vt de quo affirmatio vera eſt ſit etiam negatio vera{ſed circa quaſdam fit ita} vt de quo eſt affirmatio vera ſit ẽt negatio vera{circa quaſdam non fit}. ſ. ita, ut affirmatio & negatio ſint ſimul vere.Hęc eſt diuiſio,quam præmittit.

Atque ſi non circa omnes fit ita, illæ erunt firmæ nimirum ac definitæ.

Præmiſſa diuiſione,nunc argumẽtatur & primo demonſtrat quid ſequitur , ſi detur ſecũda pars videlicet ꝙ ſolum in aliquibus ſit affirmatio vera,& negatio: & dicit {atq; ſi non circa oẽs fit ita } Sed circa aliquas res affimatio,& negatio ſunt veræ{illæ erunt firmę nimirũ,ac definitæ}ita vt ſic ſit vera affirmatio, vt de eodẽ falſa ſit negatio,& econuerſo, quo fit , vt ſaltem in talibus habeatur intentũ, vt videlicet non ſint veræ affirmatio,& negatio,vel ſic apud Alex. per hoc ſcđm mẽbrum probabilius eſſe affirmat{At ſi non circa omnes fit ita illæ}videlicet res, circa quas affirmatio,& negatio non ſimul veræ ſunt{erunt firmæ nimirum,ac definitæ}hoc eſt ſubſtantiæ, & q̃ prædicantur in ſubſtantia,& quod quid eſt, nam,vt ſuperius dictum eſt, res tales ita firme ſunt id , quod ſunt , ut abſurdum ſit dictu

quicq̃ eorũ non eſſe id,quod eſt,& in quo eius eſſe cõſiſtit,& per quod vnũquodq; eorum eſt id,ꝙ eſt. Abſurdum.n.eſt hominem eſſe animal pedeſtre bipes, & non eſſe animal pedeſtre bipes.& quia in talibus videbatur eis hoc eſſe abſurdum,ideo vt ſuperius dictũ eſt iſti omnia ꝑdicata accidẽtia eſſe fateri conuincebãtur.

Sin circa omnes ſit ita,rurſus aut de quibus eſt affirmandũ eſt etiam & negandum,& de quibus eſt negandum,eſt ẽt affirmandum:aut de quibus quidem eſt affirmandum , eſt etiam & negandum . de quibus aũt eſt negandum , non de uniuerſis eſt affirmandum.

Cum diſputaſſet ſecundum membrũ , diſputat nũc primum,& primo præmittit circa illud membrum diuiſionem, quæ talis eſt , ſi contradictoria ſunt de eodẽ ſimul vera,hoc vno mõ eſt , vt de quibuſcunq; eſt verum affirmare ſit verum negare,& econuerſo . aut alio mõ eſt, vt de quibuſcunq; verũ eſt affirmare , ſit verũ negare,& non econuerſo,vtputa, quia non de quibus eſt verũ negare ſit verum affirmare.hęc eſt diuiſio,quã p̃mittit , & dicit{ſin circa oẽs}.ſ.res{ſit ita}vt affirmatio,& negatio ſint de eodem ſimul veræ{rurſus}ſubdiuiſio fiat ad hunc modum{aut de quibus eſt affirmandum,eſt etiam negandum & econuerſo etiam {de quibus eſt negandum,eſt etiam affirmandum , aut de quibus quidem eſt affirmandum , eſt etiã & negandum} econuerſo{autem}non,qm̃ {de quibus eſt negandum non de vniuerſis eſt affirmãdum}vtputa, quia poteſt de aliquo vera eſſe negatio,de quo affirmatio nõ vera erit hæc ſubdiuiſio eſt quam differendam præmittit.

Etſi res ſe habet hoc pacto, erit aliquid certe non ens , atq; hæc opinio erit firma.& ſi non eſſe ſit quid firmum,et notum, notior oppoſita nimirum affirmatio erit.

Præmiſſa diuiſione , nunc diſputat ſcd̃m membrũ, & hoc præmittit dicẽs{Et ſi res ſe habet hoc pacto}vt de aliquo ſit vera negatio, de quo non ſit vera affirmatio{erit aliquid certe non ens,atq; hæc opinio erit firma}ſubaudi q̃ eſt de propoſitione negatiua : & ita non erit verum dictu non magis eſſe ens q̃ non ens,ſiquidẽ de ipſo negatio vera eſt,affirmatio nõ item. nam quẽadmodum ſi ſola affirmatio vera ſit, aliq̃ certa erunt, & in confeſſo vera , ſic etiam ſi negatio rurſus ſola in aliquibus veritatem habeat, non entia aliqua certe nõ erunt.& in cõfeſſo vero.Et ne tu putes in omnibus eſſe negationẽ firmiorem atq; veriorẽ affirmatione , ideo ſubdit{etſi non eſſe}ſubaudi in quibuſdam{ſit quid firmum,& notum}non ſic credas ita eſſe in omnibus,nã generatim { notior oppoſita nimirum affirmatio erit} & ita licet negatio ſi firmior,ac verior in eis, in quibus ipſa vera eſt, & non affirmatio,tamen generatim affirmatio notior eſt negatione. & prior.vnde Alex.in contradictione in vniuerſum aſſerit magis comprehendi affirmationẽ , quia in vniuerſum notius eſt eſſe quàm non eſſe,eſt ẽt notior affirmatio negatione, quia prior vt enim dictum eſt in libro de enunciatione,negatione prior eſt affirmatio. ad hæc ens non ente notius habetur.Inſuper vt ſorticulę dicunt, ſemper negatiua ꝓbatur per affirmatiuam,Quod non fieret,niſi affirmatiua eſſet notior . Et Auer.ita ait, non ens non intelligitur niſi ſecundum comparationem ad ens,cuius declaratio ab eodem petenda eſt primo phyſicæ auſcultationis,& libro de Anima tertio.

Que Auerr. Comm. 69. Comm. 25.

Sin uero ſimiliter ſit, & de quibus eſt negandum de eis eſt affirmãdum dicere , neceſſe eſt aut diuidendo uerum dicere,ueluti ſi album eſſe,& rurſus non album eſſe dicat, aut non ita, ſed componendo.

Nunc diſputat primum membrum,quod erat,vt de quibuſcunq; eſt.verum affirmare,ſit verum negare, & econuerſo de qibuſcunq; eſt verum negare, ſit verum affirmare ita vt affirmatio & negatio in ſingulis cõuertantur, & anteq̃ aggrediatur diſputationem, ſub diuidit aſſerens ſi ſemper negatio & affirmatio ſint ſimul veræ,contingere bifariam,aut diuidendo, aut componẽdo:& vnus ſenſus eſt,aut copulatiue,aut copulatim. Copulatiue quidem ſit uera eſt contradictio, vtraq; ꝓpoſitio eſt vera : & hoc mõ erit vna. copulatiua, cuius quælibet pars eſt vera,& hanc veram eſſe dicit diuidendo , vt cum dicimus Socrates eſt grammaticus , & Socrates eſt rhetoricus , qm̃ Socrates eſt vterq; ſeorſum. ſic quoq; ad propoſitũ.Socrates eſt hõ, & Socrates nõ eſt hõ, qm̃ copulatiue eſt vera vtraq; . & ideo erit propoſitio illa vna copulatiua , cuius ſeorſum vtraq; propoſitio eſt vera. Copulatim vero hæc eſt vera, Socrates & plato trahunt nauim, quoniã neuter ſeorſum ſed ambo ſimul trahunt nauim: & hoc pacto erit vna propoſitio ſimplex de altero extremo copulato,ſiue compoſito. ſic quoq; ad propoſitum Socrates eſt hõ & nõ hõ.& iuxta hunc ſenſum dicit{Sin vero ſimiliter & de quibus eſt negandum, de eis eſt affirmandum dicere} hoc eſt ſi detur primũ membrum,ut affirmatio, & negatio conuertibiliter ſimul veræ ſint.Tunc ſubdiuidẽs hoc membrũ dicit {neceſſe eſt, aut diuidendo}.i. ſeorſum copulatiue vtranq; partem veram dicere{veluti ſi dicat}copulatiue Socratem{album eſſe}& rurſus Socratem nõ album eſſe,hæc.n.eſt vna copulatiua, cuius ſunt duæ propoſitiones,quarum quælibet ſeorſum eſt vera{aut non ita}ſeorſum vtraq; eſt vera{ſed componendo}.i.faciendo vnam propoſitionem categoricam de altero extremo copulato,vt ꝙ Socrates ſit albus,& non albus ſimul & non ſeorſum copulatiue. Alex. vero intelligere videtur , ſi bene verba eius percepi {diuidendo} . i. abiuncte : vt ſi interrogatus eſſet quiſpiam num Socrates ſit hõ, & reſpõderet Socrates eſt homo, Socrates non eſt homo abiuncte , hoc eſt nec copulatim,nec copulatiue coniungendo {componendo}vero.i. copulando & coniungendo ſiue copulatiue , ſiue copulatim:quauis videlicet ratione.

Et ſi non ſit,ut diuidendo uerum dicat,neq; dicet , hæc neq; eſt quicq̃ omnino.ea uero , quæ non ſunt , quonam modo fieri poteſt,ut aut loquantur,aut ut intelligant quicquam. *Intelligant quicquam. βαδίσειεν. Ambulent.*

Cum præmiſiſſet ſubdiuiſionem , nunc diſputat de membris eius,& primo diſputat de ſcd̃o mẽbro, & ꝓbat ꝙ affirmatio, & negatio non pñt eſſe vna categorica de prædicato copulato, vt ꝙ hæc non ſit vera , hõ eſt,& ſimul non eſt.qm̃ tunc homo nihil erit omnino, ex quo quia eſt,ſimul nõ eſt,& ſic non dicet hæc, quæ dicit eſſe vera,quia nihil dicet , ex quo quia eſt , ſimul ipſe non eſt.nec intelligit quicq̃ eorum,q̃ dicit,ex quo quia eſt ſimul non eſt.Immo ſequetur ꝙ dicet & non dicet ea,quæ eſſe vera dicit,& ꝙ intelliget,& non intelliget ea,quæ eſſe vera intelligit,dicit{etſi non ſit,vt diuidendo}ſed ſubaudi componẽdo{verum dicat } cum dicit hõ eſt,& nõ eſt.i.ſi affirmatio & negatio ſunt vna categorica vera de prædicato copulato , cõtra obijcit enumerando abſurda,& dicit{neq; dicet hæc ſubaudi quæ vera eſſe dicit.i.ſequitur, vt non loquatur hõ ipſe,

qui

quid dicebat contradictionem eſſe veram {neque eſt quicquam omnino}.i.quia ſequitur, vt homo nihil ſit omnino, ex quo quia eſt, ſimul ipſe non eſt. cum id, quod non eſt, loqui non poſsit, & aſsignans cauſam vtitur coniunctione {vero} pro quoniam ad húc modum, quoniam {ea, quæ non ſunt, quonam modo fieri poteſt, vt aut loquantur, aut intelligant quicquam} ſubaudi eorum, quæ loquuntur. Et tota rationis vis eſt, quoniam homo, qui loquitur, ſimul cum eſt, non eſt. vel ſecundum expoſitionem Alexandri, ſi non ſit, vt abiunctè, ſed copulatiue ſit verum hominem eſſe, & non eſſe: ſequitur mox, vt homo non ſit a tota copulatiua ad alteram eius partem, etſi homo nõ eſt, ſequuntur quæ intulit, vt nec intelligat, nec loquatur. hæc expoſitio pro tanto mihi magis placet, quoniam bene ſequitur à tota copulatiua ad alteram eius partem, non tamen a categorica de extremo copulato ad alteram copulati partem. & ideo aduerſarius diceret non ſequi, vt homo non ſit, quoniam homo ſimul eſt, & non eſt. niſi forte dicatur non eſſe differentiam inter ſenſum copulatum, & copulatiuum in propoſitionibus de ſecundo adiacente, vt nunc loqui videtur Ari. ſecus in propoſitionibus de tertio adiacente. & fortaſſe ſi ita diceretur, ratio Ariſto. non eſſet vniuerſalis in omnibus contradictoriis, ſed tantum in contradictoriis de ſecundo adiacente. Quod non eſt ita, cum Ari. generatim loquatur. Sed vtrum differentia ſit inter categoricam de extremo copulato, & copulatiuam, petendum eſt a ludicris noſtris. Scio enim bene hic Alexandrum nullam feciſſe differẽtiã, niſi vbi verbum conſtruitur cum altero extremo copulato in numero plurali, verbigratia, Socrates & Plato trahunt nauim. nam non ſequitur, Socrates & Plato trahunt nauim. ergo Socrates trahit nauim: & Plato trahit nauim. vbi vero verbum conſtrueretur cum altero extremo in numero ſingulari, nulla eſſet differentia, vnde ſi hæc eſſet vera, Socrates & Plato trahit nauim, ſequeretur, vt Socrates traheret nauim, & Plato traheret nauim. Et quia Ariſt. in talibus loquitur, ideo non fecit differentiam inter ſenſum copulatum, & ſenſum copulatiuũ: vt recte Ale. autumat. quare recte exponi poteſt {componendo} ideſt copulando, & {diuidendo} ideſt abiungendo, vt ſit ſenſus abiunctus inter propoſitiones, quæ nullatenus coniũguntur. ſenſus vero compoſitus inter propoſitiones, quæ copulantur: vel in categorica de extremo copulato, & per verbum: quod poteſt cum vtraque extremi parte indifferenter conſtrui. verbi cauſa, Socrates currit, Socrates diſputat adiunctæ propoſitiones ſunt. Socrates vero currit, & Socrates diſputat, item Socrates eſt & non eſt, in compoſito ſenſu ſunt, quoniam prima eſt copulatiua, ſecunda autem de extremo copulato. Ariſt. ergo cum ait componendo, vtroq; modo intelligit. Quo vero ad verba attinet, verbum {intelligant quicquam} græce eſt βαδίσειεν latine ambulent, ſed quoniam ad rem non refert, propterea legatur quouis modo.

Etiam uniuerſa erunt unum: ut & antea dictum eſt. Atq; idem & homo, & triremis, ac Deus erit, & quæ his contradictoriæ aduerſantur. nam ſi ſimiliter de unoquoque uere dicuntur, nihil erit prorſus, quo aliud ab alio differet. ſi.n. erit quippiam, quod differet, hoc erit uerum, ac proprium.

Iterum adducit ſm abſurdum, ſi componendo cõtradictoria ſunt vera: & eſt vt omnia vnum ſint, qm̃ ſuperius fuit probatum hoc ſequi per hanc rõnem, de quocunque eſt vera negatio, de eodem in ſenſu copulato, vel copulatiuo eſt vera eius affirmatio: ſed de homine vno eſt vera quælibet negatio, vt ꝙ non ſit triremis, & ꝙ non ſit equus, & ꝙ non ſit lapis, & ſic de cæteris oĩbus, quæ non ſunt homo: igitur de homine vno eſt vera oĩs affirmatio, vt ꝙ ſit triremis, & ꝙ ſit equus, & ꝙ ſit lapis, & ſic de cæteris oĩbus quare vnum oĩa erunt. Quòd autem de homine vno ſit vera quælibet negatio, oſtenditur, qm̃ de homine eſt vera ſua negatio apud ſic opinantes, ergo multo magis oĩs alia negatio eorum omnium, quæ non eſt. vnde dicit {etiam} ſubaudi ſi componendo contradictoria ſunt ſimul vera {vniuerſa erunt vnum, vt antea dictum eſt} & per rationem nunc replicatam eſt oſtenſum {atque idem & homo & triremis, ac deus erit} ac lapis & paries, & cætera omnia, quæ non ſunt homo. nec ſolum ſequitur, vt homo ſit hæc oĩa, ſed {&} ꝙ ſit ea omnia {quæ hic contradictoria aduerſantur} vt ꝙ non ſit triremis, nec deus, nec lapis, nec paries, nec aliquid cæterorum, quæ non ſunt homo. Quòd autem ſequatur, vt etiam illorum contradictoria ſint eadem homini, probat, & dicit {nam ſi ſilr de vnoquoque} ſubaudi componẽdo {vere dicuntur, nihil erit prorſus, quo aliud ab alio differet} vtputa, quo homo differt a triremi, et a deo, et ſic à cęteris {ſi.n. erit aliquid, quo} homo {differet videlicet à triremi, & a Deo, & a quouis alio {hoc erit verum ac proprium}.ſ. prædicatum de hoĩe ſubaudi, & non de triremi, nec de deo, nec de alio, & ita contradictoria non erunt ſimul vera in oĩbus. nam de homine erit verum eſſe animal pedeſtre bipes, quod nõ erit verum de deo, nec de triremi, nec de alio tali, & ita de homine erit verum ꝙ ſit animal pedeſtre bipes, & falſum contradictorium, videlicet ꝙ non ſit animal, pedeſtre bipes, quare habetur intẽtum. Quo vero ad verba attinet, cum dicit, εἰ δ᾽ ὁμοίως, verbum δὲ, quod latine eſt, autem, pro.n. dictum eſt. vt Alexa. exponit, & Argyropylus trãſtulit. & recte quidem: quoniam Ari. affert cauſam eius, quod dixerat.

Similiter etiam ſi ſit, ut diuidendo uere dicat, id, quod dictum eſt, euenire uidetur.

Nunc diſputat primum membrum, & oſtendit, ꝙ ſi dicatur contradictoria ſimul eſſe vera abiunctè, ſequatur totum illud, quod dictum eſt, vt ꝙ non loquatur, qui illud dicit, nec intelligat quicquam: & ꝙ omnia vnum ſint: & dicit {ſilr etiam ſi ſit, vt diuidendo}.i. abiunctè dicendo {vere dicat}.ſ. cõtradictoria ambo eſſe vera {id, qđ dictum eſt, euenire vr̃} vt ꝙ illa dicens nõ loquatur, nec intelligat quicq̃, & ꝙ oĩa vnum ſint. Cõſequentia vero ſic deducitur, qm̃ ꝓpõnes abiunctè plures æquipollent vni copulatiuæ conflatæ ex illis pluribus. vñ hæc, hõ eſt, non hõ eſt, cum vtraq; vera fuerit, æquipollet illi hõ eſt, & non hõ eſt, & cũ ęquipolleat illi, ex ea illamet abſurda ſequent̃, quæ dixit ſequi, cũ contradictoria ſunt ſimul vera in ſenſu compoſito. quare recte, vt inquit, euenire videtur, quod dictum eſt.

Et inſuper ut omnes uere dicant, ac omnes falſo.

Iterum ad eos, qui abiunctè ambo contradictoria aſſerunt eſſe vera, alia incommoda refert, quæque eadem ſequi poſſunt ad eos, qui contradictoria ſimul copulatiue eſſe vera tradunt, qm̃ abiunctæ ꝓpõnes, cum ambæ fuerint veræ, æquipollent copulatiuæ, cuius vtraq; pars eſt vera: & ecõuerſo. vñ dicit {& inſuper} ſubaudi ad eos, qui abiunctæ ambo cõtradictoria dicunt eſſe vera ſm abſurdũ {ſequitur, vt oẽs vere dicãt}

ſi quidem omnes tum qui aliquid de eodem affirmãt, tum qui negant, vera dicũt {ac} ſubaudi ſequitur etiã, vt {oẽs falſo} dicant. cuius rationẽ affert, Alexã. quia affirmationibus negationes tolluntur, & viciſsim negationibus affirmationes abolentur. Si ergo affirmantes vera dicunt, qui negant, neceſſario mentiuntur. Rurſusq; ſi vera dicunt negantes, vtiq; affirmãtes mẽdacij cõuincuntur, quo fiet, vt oẽs & vera, & falſa loquantur, & ita omnes vere dicent, & oẽs falſo dicent.

Et ſeipſum quiſque falſum dicere fateatur.

Iterum affert aduerſus eoſdem tertium incommodum videlicet vt vnuſquiſque ſeipſum falſum dicere fateatur. & hoc ait {&} ſubaudi ſequitur etiam tertio, vt {quiſque ſeipſum falſum dicere fateatur} Sed occurres, quia non videtur ſequi hoc, quoniam ſtat aliquem dicere, & verum & falſum, qui nec dicit ſe dicere verum, nec dicit ſe dicere falſum. Expoſitor ſic deducit, quoniam cum aliquis dicit negationem eſſe veram, dicit ſe falſum dixiſſe, cum dixit affirmationem. Quæ expoſitio eſt obſcura. quoniam nõ patet ex hac expoſitione, quo modo qui dicit verum vel falſum dicat ſe dicere verum, vel falſum, quoniam, vt dicit eſt dictum, ſtat aliquem dicere verum vel falſum, qui nõ dicit ſeipſum dicere falſum. Etiam ſtat aliquem dicere verum, qui nec verum ſe dicere vel falſum fateatur. Dicendũ ergo magnam eſſe differentiam diſputare cũ Sophiſtis, & cum philoſophis, vt patet. 2. Elenchorum. Et quia hic Ariſto. diſputat cum philoſophis, ideo ſumit verum, & falſum ſignificatiue, vtputa pro propoſitione quæ vera eſt, & pro propoſitione, quæ falſa eſt. Eſt ergo ſenſus abſurdi, ꝙ ſi abiuncte ſint contradictoria vera, tunc ſupponendo aliquem dicere verum ſignificatiue, vt illam, deus eſt, illa propoſitio, quam dicit, ſit falſa, & econuerſo, ſi dixerit aliquam propoſitionem veram eam videlicet, quæ eſt, deus eſt, hæc, quam veram eſſe dicit, ſit falſa: quoniam contradictoria de eodem abiuncte ſunt ambo vera. Quòd ſi illius contradictorium ſit verum, erit illa falſa. & ſic dicendo aliquam propoſitionem verã, ſtatim ſequitur, vt eadem ſit falſa, cum eius contradictorium ſit verũ. Ad ſenſum vero ſophiſticum non oportet eum, qui dicit falſum vel verum ſignificatiue, vel materialiter, dicat ſe dicere verum, aut falſum nec ſignificatiue, nec materialiter. cum ſtet aliquem dicere illam deus eſt, qui pro tunc non dicat quicquam aliud. Quo fit, vt ſenſus abſurdi ſit, vt nemo poſsit dicere aliquod verũ ſignificatiue, quin illud ſit ſignificatiue falſum. nec cõtra poteſt dicere aliquod falſum ſignificatiue, quin illud ſit ſignificatiue verum, & cauſa eſt, quoniam illius contradictorium eſt verum & falſum, & ita falſum, quare illud erit verum.

Patet etiam inſuper nullam de re prorſus ad hominem eſſe conſiderationem. nihil enim omnino dicit. nam neque ita, neque non ita dicit, ſed & ſic, & non ſic. & rurſus hæc ambo negat, neq; ſic, neque non ſic dicendo. Etenim ſi ita non dicit, erit quippiam continuo definitum.

Iterum contra eoſdem, qui contradictoria abiuncte eſſe ambo vera concedunt, affert quartum abſurdum, vtputa quòd non ſit diſputatio, nec inquiſitio aliqua contra eos. Et ratio erit hæc, contra eos, qui nihil dicunt, nec inquiſitio, nec diſputatio eſſe poteſt: qui contradictoria ambo vera abiunctæ aſſerunt, nihil dicunt: Ergo cum eis nec diſputatio, nec inquiſitio eſſe poteſt. de ratione primo narrat abſurdum, quod eſt concluſio, & dicit {Patet etiam inſuper nulla de re prorſus ad hominem} ideſt contra hominem, qui abiunctæ fatetur ambo contradictoria eſſe vera {eſſe cõſiderationem} ideſt diſputationem, & inquiſitionem. σκέψις enim pro diſputatione, & inquiſitione intelligitur, vt Alexan. expoſuit. deinde affert minorem, & dicit {nihil enim omnino dicit} deinde probat hanc minorem, & ratio ſic componitur, quicũque aliquid dicit, definitum quippiam, vt dictum eſt, ſignificat, ſed qui contradictoria abiuncte ambo vera eſſe concedit, nihil omnino definitum ſignificat: ergo qui cõtradictoria abiuncte ambo vera eſſe dicit, nihil dicit. & ſic patet minor. Minorem autem huius proſyllogizat iterum hoc pacto, nam qui neque ita neque non ita dicit, nihil omnino definitum ſignificat. Sed qui contradictoria ambo vera abiunctæ concedit, neque ita neque non ita dicit, ergo nihil definitũ ſignificat. de hoc proſyllogiſmo iterum minorem affert, & dicit {nam neque ita} ideſt affirmationem veram {neque non ita} ideſt negationem veram {dicit, ſed & ſic, & non ſic} ideſt ſed ambas abiuncte veras eſſe fatetur. & ſic ſequitur, vt nihil definitum ſignificet. iterum minorem proſyllogiſmi eiuſdem probat ſic, quicũque illa ambo negat, ideſt tam affirmationem quam negationem, nihil omnino definitum ſignificat: ſed qui contradictoria abiunctæ concedit, illa ambo negat (quoniam concedendo affirmationem, negat eam, cum ipſe velit negationem eſſe veram: & concedendo negationem, etiam eam negat, cum ipſe velit affirmationem eſſe veram) ergo hic nihil definitum omnino ſignificat. vnde dicit {& rurſus hæc ambo negat neq; ſic} ideſt affirmationem, {neque non ſic} ideſt negationem definite {dicendo} cuius probationem affert ex oppoſito inferendo oppoſitum, & dicit {etenim ſi ita non dicit} ſed dicit affirmationem, vel negationem tantum eſſe definite veram, eiuſque oppoſitam definite falſam {erit quippiam continuo} ideſt ſtatim {definitum} vt quòd ſit vera affirmatio, & eius negatio falſa, vel ſit vera negatio, & eius affirmatio falſa: & ſic habetur intentum.

Præterea ſi cum affirmatio uera eſt, negatio falſa ſit: & ſi cum hæc eſt uera, falſa ſit affirmatio, non fiet utique ut idem uere ſimul affirmetur, atque negetur.

Expoſitor putat hoc abſurdum, quod Ariſt. hic adducit, accipi ex definitione veri, & falſi. quoniam verum eſt, cum aliquis dicit aut eſſe, quod eſt, aut non eſſe, quod non eſt. At falſum eſt, cum aliquis dicit eſſe, quod non eſt, aut non eſſe, quod eſt. & tunc vult ex his definitionibus abſurdum hoc quintum probari. Ego autem fateor non poſſe intelligere quonam modo ex huiuſmodi definitionibus præſens ratio vim ſumat. propterea cum Alexã. dilucidius dicendum eſſe puto hanc rationem vim. habere ex lege contradictoriarum: quam libro de enũciatione expoſuit, Quæ eſt cum affirmatio fuerit vera, negatio ſit falſa, & cũm affirmatio falſa, negatio vera, & eadem ratione de ipſa negatione, quoniam cum negatio fuerit vera, affirmatio falſa erit, cum fuerit negatio falſa, affirmatio erit vera. Hæc enim eſt lex talium. vnde dicit {præterea ſi cũ affirmatio vera eſt, negatio falſa ſit, & ſi cum hæc} ſcilicet negatio {eſt vera, falſa ſit affirmatio, non fiet,

vt idem

vt idem vere ſimul affirmetur, atque ne getur } Erit.n. hoc contra legem contradictoriarum.

Sed hoc fortaſſe dicent id eſſe, quod ab initio ꝓponebatur.

Cum accepiſſet argumētationem, quæ maxime naturalis, & manifeſtiſsima eſſet, ſed qm̄ in eos aſſumitur, qui oppoſitum tuentur eius, quod aſſumit, non celatur nos in ea principium petere, & dicit { ſed hoc fortaſſe dicent id eſſe, quod ab initio proponebatur } accipit enim legem contradictoriarum eſſe veram, quam illi negant, eiuſq; oppoſitum tueri conantur. nam aſſerunt contradictoria eſſe ſimul vera tam in voce, q̄ in re. nec ſolum hęc quinta ratio eſt cum petitione eius, quod eſt in principio, ſed quaſi omnes rationes, quas fecit, & quas facturus eſt, quoniam ſaltem omnes procedunt per ea, quæ ſunt principio contradictionis minus nota quo fit, vt ſaltem hac ratione omnes petant id, quod in principio q̄ritur propterea recte cū Alexādro dicendum eſt, argumentationes omnes, quibus Ariſt. vtitur, naturales eſſe, & veras. Sed qm̄ aſſumuntur in eos, qui oppoſitam poſitionem tuentur, oēs peccant per locū petitionis eius, quod in principio q̄rit̄.

Præterea is quidem qui utique putat rem aut aliquo modo ſeſe habere, dicat ne falſum, uerum autem, qui ambo putat.

Hæc eſt quinta via, vbi primo præmittit quandam diuiſionem, vtrum qui rem ſic ſe habere putat, vt affirmatio dicit, & non ſic rem ſe habere arbitratur, vt negatio ait, is dicat falſum, verum autem qui ambo putat, quod eſt quære ſ̄m Alexā. vtrum tam affirmatio q̄ negatio ſeparatim falſa ſit, vtraque autem ſimul ſit vera. & iuxta hunc ſenſum dicit { præterea is quidem, qui vtique putat rem aut aliquo mō ſe habere } ſubaudi vt affirmatio dicit { aut nō habere } vt negatio ait, ſubaudi ſeorſum ſeparatim { dicat ne falſum, verum autem, qui ambo putat }.i. verum autem, qui putat vtrāque ſimul veram eſſe. Aliter poteſt legi verbum πῶς, vt legitur in tranſlatione Boethij ad hunc modum { Præterea vtique quomodo quidem aut habere putans, aut non habere, mentitur, qui autem ambo, verū dicit. } Et tunc interrogatio diuiſiua clara eſt { quomodo putans quidem aut habere } ſic ſe rem, vt affirmatio dicit { aut non habere, mentitur } quod eſt dicere, quomodo tam affirmatio q̄ negatio priuatim ſeorſum eſt falſa, ſimul autem vtraque, eſt vera, vt aduerſarii dicunt.

Nam ſi uerum dicit, quid aliud erit, quod dicitur, q̄ eorū, quæ ſunt, talem eſſe naturam? ſin autem nō dicit uerum, ſed is potius, qui illo modo exiſtimat, res iam ſeſe habent aliquo modo, atque hoc uerum utique erit, & non ſimul etiam non uerum.

Præmiſſa diſtinctione, nunc argumentatur, ſemper ex dato, conceſſoq; inferendo propoſitum & primo diſputat omnia membra ſimul, & dicit { Nam ſi verū dicit } ſubaudi qui affirmationem & negationem veras eſſe ait tam priuatim, ſeparatimq; q̄ ſimul { quid aliud erit, quod dicitur }.i. conceditur. ſ. à reſpondente { q̄ eorum, quæ ſunt, talem eſſe naturam? } ſubaudi vt contradictoria priuatim, & ſimul ſint vera, ergo dicūt aliquod determinate verum, cuius oppoſitū non poſſunt dicere eſſe verum, aliter non dicerent aliquod determinate verum: & ſic habetur propoſitum. Expoſitor vero vult, vt diſputet primo ſ̄m membrū & dicit { nā ſi verū dicit } ſubaudi qui dicit ambo contradictoria eſſe ſimul vera, priuatim aūt, ac ſeorſum nō eſſe vera { quid aliud erit, quod dicitur, q̄ eorū, quæ ſunt, talē eſſe naturam }.i. in re, qualem in voce dicit. Quòd ſi ſic determinatū ſit in re, ſicuti debet, ſic non patietur verum eſſe ſuum oppoſitum, & ita non ſimul erit omnis affirmatio vera cum ſua negatione, quare ex conceſſo ſequitur propoſitum. Alexander vero vult, vt diſputet primum membrum primo, & dicit { nam ſi verum dicit } ſubaudi qui ambo contradictoria ſeorſum dicit eſſe vera, ſimul vero iuncta eſſe falſa { quid aliud erit } ſubaudi hoc { quod dicitur, q̄ eorum, quæ ſunt } dicere { talem eſſe naturam } dicere aūt rerū eſſe talem naturam: eſt determinare aliquid ita eſſe in re, vt in voce profertur, determinare autem aliquid ita eſſe in re, vt in voce dicitur, eſt dicere vnum oppoſitorum eſſe verum, alterum falſum, & ſic ex cōceſſo relinquitur propoſitum. deinde apud Alex. diſputat ſ̄m membrū, & dicit { ſin autē non dicit verum } ſubaudi qui ſeorſum ambo contradictoria vera eſſe putat { ſed is potius, qui illo modo exiſtimat }. ſ. ambo contradictoria vera eſſe ſimul, contra hoc infert propoſitum, & dicit { res iam ſeſe habent aliquo modo }.i. in vnaquaq; re determinatum erit hoc verum, illud falſum. Quòd ſi hoc verum illud falſum in vnaquaque re eſt, atq; hoc verum vtique erit, & non ſimul etiam non verū } ſupple erit. & ſic ex conceſſo propoſitum relinquitur. Apud vero Expoſitorem, Ariſt. diſputat primum membrum: vt ipſe deducit: & quæ dicit, clara ſunt. Expoſitiones autē hmōi oēs poſſunt verbis conuenire verum in verbis ſequentibus pōt colligi expoſitio, quæ magis conuenit.

Quod ſi omnes ſimiliter & falſa, & uera dicunt, neque loqui, neque dicere tali homini licet, nam & hæc ſimul, & nō hæc dicit. ſi uero nil prorſus exiſtimat, ſed putat ſimiliter atque non putat, quænā inter hunc & plantam differentia erit?

Quia ex contradictorijs ſimul veris, vel ſeorſum veris ſequitur, vt oēs ſimiliter & falſa, & vera dicant, ideo deſtruit hoc abſurdū. vnde Ariſtoteles vnū ſupponit, & alterū facit, ſupponit.n. ad poſitionē aduerſariorū ſequi vt omnes ſimiliter & falſa & vera dicāt, quod vero facit in præſenti textu, eſt deſtruere hoc, quod ſequitur, & dicit { ꝙ ſi oēs }. ſ. qui propoſitiones proferunt { ſimiliter & falſa & vera dicunt } vt ſequitur ad eos, qui opinantur contradictoria eſſe vera de eodem, tūc deſtruens hoc dicit { nec loqui neque dicere tali homini licet, tali homini }.i. qui ſimiliter & falſa, & vera dicit, rectius dixiſſet, talibus hominibus, qm̄ ſimiliter & falſa, & vera dicūt, talibus hominibus non conuenit loqui, nec aliquid dicere. Quòd autem tali homini, qui ſimul vera & falſa dicit, nō liceat loqui, aut dicere quicquam, probat, & dicit { nam & hæc ſimul, & nō hæc dicit } qm̄ per poſitionem, quæ dicit, eadem ſimul non dicit, ſi ergo, vt dicit, ita exiſtimat, cū talis homo dicat, & non dicat, etiā talis homo exiſtimabit, & nihil exiſtimabit { Si vero nihil prorſus exiſtimat } vt oportet dicere ſ̄m poſitionem, quia ſi exiſtimat, non exiſtimat, & ſi non exiſtimat, nimirum talis homo nihil a ſtirpibus diſcrepabit, cum facultate animæ exiſtimante carere videatur. & hoc ait { ſi aūt talis homo nihil prorſus exiſtimat } vt per poſitionem dicere coguntur { ſed putat ſimiliter, atq; non putat } & ita talis homo non putat. Quòd ſi nec exiſtimat, nec putat, caret facultate animæ, qua exiſtimet, vel putet { quęnam inter hunc & plantam differentia erit? }.q.d. nulla. qm̄ tam hic ho-

mo q̃ planta caret animæ facultate, qua exiſtimet, vel putet. hæc ex Alexandri expoſitione. Quo vero ad verba attinet, animaduerte græca verba ſic haberi, τὶ ἄν διαφερόντωσ ἔχοι τῶν πεφυκότων. & antiquus Trãſlator ſic expoſuit.i.quod vtique differenter habet ab aptis. & eſt ſenſus, ſi nec talis homo exiſtimat, nec putat { quid vtique differenter habet ab aptis}.i.ab ipſis, qui apti ſunt exiſtimare, & nõ exiſtimant: veluti a dormientibus qui poſſunt exiſtimare, & non exiſtimant: vtrique enim carent exiſtimatione, quæ actu eſt. Alex. vero verbum πεφυκότων.i. a plantis exponit. & affert cauſam, & dicit, cum talis homo facultate animæ exiſtimante carere videatur. Quo vero ad rationem attinet, animaduerte rationem hanc petere id, quod quæritur. quoniam aduerſarius diceret hominẽ exiſtimare, & non exiſtimare pariter & ſimul. & ideo non ſequitur, vt non exiſtimet, ſed ꝙ exiſtimet, & non exiſtimet. Quare ſumere alterum membrum.ſ.ꝙ non exiſtimet, eſt petere, quod in principio, quærebatur. Ariſto. tamen vſus eſt hac ratione, quia vera eſt, & naturalis, & quia vim habet ex conceſsis: vt Alex. inquit.

Athenas. μεγαράδε. Megaram.

Vnde & maxime patet neminem hoc pacto diſpoſitum eſſe aut cæterorum hominum, aut eorum, qui hanc ſententiã dicunt. cur enim Athenas proficiſcitur, ſed non quieſcit, putans ſe proficiſci oportere? aut cur in diluculo non continuo in puteum, aut, ſi fieri poteſt, in præcipitium proficiſcitur: ſed cauere uidetur, uti non ſimiliter putans non bonum ac bonum eſſe in illa ſeſe proijcere? patet ergo alterum melius, alterum non melius eſſe exiſtimare.

Hic affert ſextam viam, quæ, vt Expoſitor inquit, ſumitur ex rerum fuga, atque perſecutione, quæ erit efficax, atq; dilucidum ſignum, quo nemo opinari poterit idem eſſe bonum, & non bonum, & ita nec contradictoria eſſe ſimul vera. verum vt Alexan. inquit, poſtq̃ fieri non poſſe docuit, vt qui homo ſit, huiuſmodi habeat opiniones, hoc enim vt dixit Ariſto. plãtæ potius q̃ hominis, propterea primo concludit nullum eſſe ex hominibus, nec ex ijs quidem, qui talia dicunt, ad hunc modum affectum eſſe, vt credat contradictoria ſimul eſſe vera, & dicit { Vnde & maxime patet}.ſ.ex ratione aſsignata { neminem aut cæterorum hominum} qui hanc poſitionem non dicunt {aut eorum, qui hanc ſententiam dicunt, hoc pacto eſſe diſpoſitum} quo videlicet modo planta affecta eſt. nam ſi quis fuerit ad hunc modum animatus, & talem de rebus habuerit opinionem, fiet, vt huiuſmodi homo nihil agat, ſed vitam more ſtirpium ducat. deinde affert cauſam, & dicit { cur enim Athenas proficiſcitur putans ſe proficiſci oportere, ſed non quieſcit? } ſi ſubaudi de re quaq; opiniones ei pares ſunt, atque eodem modo putat opus eſſe ire Athenas, & putat non opus eſſe. patet ergo ex quo aliquis ꝓficiſcitur, & nõ quieſcit, eum arbitrari, vt aliud ſit proficiſci, aliud vero nõ proficiſci: & ita fiet, vt contradictoria non ſint ſimul vera de eodem. deinde adducit ſecũdum exemplum, & dicit { aut cur in diluculo}hoc eſt ſummo mane, cũ ſurgit ex lecto {non cõtinuo}.i.ſtatim {in puteum, aut (ſi fieri poteſt) in præcipitium proficiſcitur, ſed cauere videtur? } & afferens cauſam diuerſitatis dicit, hoc ideo non facit {vti non ſimiliter putans nõ bonum, ac bonum eſſe in illa ſeſe proijcere } ſed abſolute putat non eſſe bonum. nam ſi putaret eſſe bonum, ſicut & non bonum, non magis vitaret quàm eligeret. & tũc concludit propoſitum, & dicit { patet ergo alterum melius } ſcilicet non proijcere { alterum non melius eſſe } ſcilicet proijcere { eſſe exiſtimare } qua opinione, tollitur illud rem nihilo magis ſic quàm non ſic ſe habere. vnde & Auerroes concludit propter hæc, quædam eſſe bona, quædam eſſe mala, non tantum in rebus numero diuerſis, ſed etiam in partibus eiuſdem rei numero, cum fuerint diuerſarum virtutum.

Quæ Auerr. Comm. 18.

Quod ſi hæc ita ſint, & hoc quidem hominem, hoc autem non hominem, & hoc dulce, illud non dulce exiſtimare neceſſe eſt. non enim æque quiſpiam unumquodque quæritat, atq; exiſtimat, cum melius arbitratur eſſe bibere aquam, & uidere hominem, deinde quæritat ipſa, & tamen oportebat, ſi idẽ etiam & homo ſimiliter & non homo. & itidem aqua, atque non aqua. ſed, uti diximus, nemo eſt prorſus, qui non ab his cauere, ab his non cauere uideatur. Quare omnes, ut uidetur, etſi non circa omnia, circa tamẽ melius, & deterius ſimpliciter ſe habere exiſtimant.

Ex his, quæ explicauit in petendis & fugiendis, trãſit ad ea, quæ ſunt in opinandis, & dicit { quòd ſi hæc ita ſint} ideſt ſi in petendis, ac fugiendis, ita ſe gerunt, vt ſuis actionibus terminatas opiniones habere conuincantur, profecto eadem in cæteris fateãtur, neceſſe eſt {& hoc quidem hominem eſſe, hoc autem non} eſſe { hominem: & hoc dulce, illud non dulce exiſtimare neceſſe eſt } & afferens cauſam dicit { non enim æque quiſpiam vnũquodque quæritat, atque {exiſtimat } cuius ſignum ſubdit {cum melius}.i.nam {cum melius arbitratur eſſe bibere aquam, & videre hominem, deinde}.ſtatim {quæritat ipſa} arbitratur autem melius eſſe bibere aquam, cum ſitit: melius etiam hominem videre, cum hominis opus eſt colloquio. cum igitur hæc meliora putauerit mox quærit hæc, & fugit oppoſita {& tamen oportebat } ſcilicet omnia æqualiter eligere, aut fugere {ſi ſimiliter idem eſſet & homo & non homo, & itidem aqua, atq; non aqua. Sed vti diximus, nemo eſt prorſus, qui non ab his}.ſ.quæ diſplicent {cauere videatur, ab his } ſcilicet quæ placent {non cauere videatur} tunc concludit, circa quæ omnes ſe habent ſimiliter poſtquam declarauit circa quæ omnes ſe habent diſsimiliter, & dicit { Quare omnes, vt videtur, & ſi non circa omnia } æque ſe habent {circa tamen melius, & deterius} omnes ſimpliciter æqualiter { ſeſe habere exiſtimant {nam omnes proſequuntur id, quod vnum ſibi videtur, & fugiũt, quod malum eſſe exiſtimant. Omnes enim homines eos etiam, qui cunctis in rebus nihilo magis, & veritatem contradictionis, ſimpliciter ſeſe habere aiunt in opinionibus, ſi non circa omnia, circa tamen meliora, & peiora, vtilia, & inutilia, & omnino circa agenda {ſimpliciter}autem dixit, quia non ambo oppoſita expedire putant, ſed alterum ſimpliciter, & determinate, nec pariter idem expedire, & non expedire, ſed alterum ſolum, hoc eſt ſimpliciter vel expedire putant, quod eligunt, vel nõ expedire, quod fugiunt. Conuerſo igitur ſermone ad res, atque opiniones, quæ de ipſis habentur, manifeſtis argumentis aduerſarios conuincit, vt ſi non cunctis in rebus, ſaltem tamen in petendis & fugiendis aliquid certi, & cõſtituti haberi neceſſario confiteantur. qm̃, vt dictum eſt, ſi nihil conſtituerent, nec alteri parti magis conſentirent, nihil omnino in hmõi rebus agerent. & ita patet oẽs opinari ſe habere veritatẽ, aut in affirmatiua tm̃, aut negatiua ſolum,

ſolum,& non in vtraq; ſimul. & ſi non in omnibus,tamen ſaltem in bonis,& malis, vel in melioribus atque deterioribus.Ex hac enim differentia euenit,vt quædã quærantur, quædam timeantur.

Quod ſi non ſcientes, ſed opinantes, multo magis adhibenda eſt diligentia ueritati, perinde atque ægrotanti magis q̃ ſano ualetudini cura eſt adhibenda. Qui nãque opinatur,ſi ad ſcientẽ cõparetur,non ſane ad ueritatem ipſam diſponitur.

Refellit quoſdam qui reſpondere poſſent argumento huic,quod fecerat. nam dicere poſſent homines q̃dam eligere tanquam bona, quædam alia declinare tanquã non bona, non quidem ſciendo vere hæc eſſe bona,illa non bona, ſed opinando ꝙ non ſint eadem bona, & non bona, licet re vera eadem ſint. & ſic dicere poſſent homines fugere,quæ ſunt bona ad opinionem,& ad opinionẽ bona perſequi. quæ tamen ad naturam eadem ſunt. Cuius exemplum affert Alexan. quoniam aliqui ſunt. qui dicunt ſe viſo,atq; apparenti bono aſſentire, quoniam tale videtur. Apparenti vero atq; viſo non bono diſſentire,ꝙ non bonum appareat. Ergo aſſenſus, & diſſenſus non ſunt nobis argumento ꝙ hoc ſit bonum, illud non bonum, ſed ꝙ appareant hoc bonum, illud non bonum. Ariſtotelis ergo non refutat reſponſionem, ſed corripit eos qui ſic reſpondent. cauſa eſt, quoniam eam reſponſionẽ ſic redarguit ſuperius, Si enim apud eos, omne quod apparet aliquid, ſit id, quod apparet,& quod non apparet aliquid,nõ ſit id,quod non apparet,cum contradictoria ſm opinionem non appareant de eodem eſſe ſimul vera, non erunt de eodem ſimul vera. At corripit nunc ſolum ſit: reſpondentes accuſando eos de negligentia,& exhortando eoſdem ad diligẽtiorem perſcrutationem,& dicit {Quòd ſi non ſcientes, ſed opinantes} ſubaudi dicunt quædam eſſe eligenda tanquã bona,& quædam eſſe declinanda tanquam non bona {multo magis} eis ſubaudi {veritati}.ſ.inueniendæ {adhibenda eſt diligentia} vt videlicet ipſam veritatẽ nanciſcantur, & vere ſciant hæc eſſe bona,quæ eligũt, illa non bona, quæ declinant: vt per ſimile exponit in ægroto,& dicit {perinde atq; ægrotanti magis q̃ ſano valetudini {ſubaudi acquirendæ {cura} diligentiaque {eſt adhibenda} & ſimilitudinis cauſam afferens,dicit {qui nanq; opinatur, ſi ad ſcientem comparetur, non ſanè}.i.nõ ſalubriter {ad veritatem ipſam diſponitur} habet enim ſe ad ſcientem, ſicuti infirmus ad ſanum. Defectus enim ſcientiæ eſt opinio falſa, ſicuti ægritudo ſanitatis. quo fit vt homines non ſecus curare debeant, inuenire veritatem, atque infirmus ſanitatem, quæ diligentia non eſſet habenda, ſi nihil eſſet determinate verum, ſed quodlibet eſſet,vt dicunt, ſimul verum, & falſum. vnde & Alexander inquit, vt ægrotanti non res ipſæ ſunt accuſandæ, ceu nihil ſalubritatis habeant,ſed curandum, vt medicamentis ſalubribus adhibitis conualeſcat,ſic valentibus, qui debilem cognitionem habent, danda opera eſt, vt cum ſcientia notitiam rerum nanciſcantur, & non cum debili aſſenſu, quæ opinio eſt. nec ab ratione eſt hoc fieri poſſe, quoniam vbi aſſenſus debilis eſt, ibi firmus, & cum ſcientia effici poteſt. quippe cum omne remiſſum fieri poſsit intentum, & omne intentum remiſſum.

Præterea & ſi quàm maxime ita ſeſe habent, & non ita cuncta, tamen & magis & minus ineſt in natura rerum. non enim dualitatem ſimiliter trinitatemue parem numerum eſſe dixerimus, neque horum uterque falſum æque dicit, quorum alter quinq;,alter mille ipſa quatuor dicit, atq; eſſe exiſtimat.

Hic aſsignat ſeptimam viam, vbi primo ponit primam ſuppoſitionem, quæ apud Alexãdrum eſt,ꝙ vna opinio minus q̃ altera falſa ſit, & dicit {præterea etſi q̃maxime ita ſeſe habent,& non ita cuncta}.i.etſi quãmaxime in cunctis contradictoria de eodẽ ſunt ſimul vera, atque ſimul falſa {tamen}tam falſum quàm verum {& magis & minus ineſt in natura rerum} quoniam in entibus aliqua ſunt magis, aliqua minus vera, inſuper aliqua magis, aliqua minus falſa. Hoc autem oſtendit exemplis & primo in ipſo vero, & dicit {non enim dualitatem ſimiliter trinitatemve parem numerum eſſe dixerimus} nam dato quòd vtrunque ſit verum, vt aduerſarij fatentur, verius eſt dualitatẽ eſſe numerum parem quàm trinitatem.ergo non ſunt æque vera. deinde affert exemplum in falſo, & dicit {neque horum vterque falſum æque dicit, quorum alter quinque, alter mille ipſa quatuor dicit, atque eſſe exiſtimat} nam qui dicit quatuor eſſe mille, falſius exiſtimat,atque dicit, qui vero quatuor eſſe quinque, minus falſum. ex his colligitur ſuppoſitio, ꝙ vna opinio minus q̃ altera falſa ſit.Hactenꝰ de ſuppoſitione prima.

Quod ſi non æque falſum dicunt, patet alterum minus dicere falſum: quare magis ipſe uerum q̃ alter dicit.

Cum conſtituiſſet primam ſuppoſitionem, nunc ſibi conſtituit ſecundam, quam ex prima deducit videlicet ꝙ qui dicit minus falſum magis ipſe verum quàm alter, qui magis falſum exiſtimat,dicit,& ait {ꝙ ſi non æque falſum dicunt, patet alterum}.ſ.eorum, videlicet eum,qui dicit quatuor eſſe quinque, {minus dicere falſum} Quòd ſi ille,qui dicit quatuor eſſe quinq;, minus falſum dicit, quàm qui dicit quatuor eſſe mille, concludit {quare magis ipſe verum quàm alter dicit} & hæc eſt ſecunda ſuppoſitio ex prima deducta videlicet quòd qui dicit minus falſum, magis ipſe verum quàm alter dicit.

Si igitur id, quod eſt magis, eſt propinquius, erit profecto aliquo uerum, cui propinquius eſt id, quod magis dicitur uerum. Quod etſi non eſt, attamẽ aliquid erit iam et firmius, & uerius, & a ſententia illa pura, quæq; prohibet mentem aliquid definire,erimus liberati. Pura. ἀκράτου. Mera. Simplici.

His ſuppoſitionibus ſtantibus, ſic argumentatur, omne id, cui quod eſt verius, eſt propinquius, eſt abſolute verum,Sed aliquod eſt verũ, cui verius eſt propinquius. ergo aliquod eſt abſolute verum. de ratione colligit tantum minorem,& dicit {ſi igitur id,quod eſt magis}.ſ.verum {eſt propinquius}.ſ.vero {erit ꝓfecto aliquid verum}.ſ.ſimpliciter, & abſolute verum {cui propinquius eſt id, quod magis dicitur verum} & ſubaudi remotius,quod minus verum dicitur. & ſic patet minor videlicet ꝙ aliquid ſit verum, cui verius eſt propinquius. vnde & Auerroes in præſenti loco inquit.Si aliquid fuerit maioris veritatis q̃ aliud,neceſſe eſt eſſe aliquod ſimpliciter verũ.Sed aduerſarius negabit fortaſſe minorem, quoniam gradualis intenſio atque remiſsio non attenditur per acceſſum, & receſſum a ſummo: ſed diceret eam attendi per acceſſum, & receſſum a non gradu, propterea Ariſtoteles ſubdit {quòd ſi non eſt, } ideſt quòd ſi minor negabitur,propter rationem aſsignatam {tamen} vt inquit,inter ipſa vera,quę ſunt magis,& minus vera {aliquid erit iam &

firmius,& verius} & certius alio, & ita licet per hãc noſtram rationem non habeantur aliquid eſſe abſolute verum tamen habetur aliquid eſſe verius, & firmius, qua ratione fit, vt non eodẽ modo ſe habeantur ad veritatem affirmatio & negatio{&}ita {a ſententia illa pura}.ſ.Stoicorum {quæque prohibet mentem}.ſ.nřam {aliquid definire}.i.aliquid certi aſſerere {erimus liberati} Stoici.n.dicebant, nihil eſſe certum, nec ſimpliciter verum, nec ſimpliciter falſum eſſeq; omnia pariter vera ac falſa: incertaq; cuncta pariter. & ideo ſemper incerte loquebãtur. cuius opinionis fuit Socrates, qui dicebat nihil ſe ſcire, niſi hoc vnũ, ꝙ nihil ſciret. cõtra obijcit Ariſto. qm̃ licet ex inducta ratione non ſequatur aliquid eſſe abſolute verum, quia tñ ex ea habetur aliquid eſſe verius, etiã habebitur aliquid eſſe certius: quare hoc erit tradendum: & non aſſerẽdũ omnia eſſe æque vera, atq; falſa, æque incerta. vocat aũt opinionem Stoicorum ἄκρατον .i. meram, ac puram, quia nõ habet admixtum ipſum magis, vt Alexander inquit, ſed cunctis in rebus ſimilitudinẽ ex æquo nititur aſſerere, quod ipſe exponit dicens {quæq;}.ſ.opinio {prohibet mentem} noſtrã {aliud definire} Quòd aũt hæc opinio Stoicorũ ſit pura.ſ.non habens aliquid veri ad mixtũ, patet ex eo, quia qui alium alio magis mentiri negant, vt Stoici putant, hi quidem in magno errore, & cum ſenſibus pugnante verſantur. Praua.n.mendaciaq; indicia nec paria ſunt, nec a ſimili habitu proficiſcuntur. Quare mentiuntur Stoici, qui & falſa, & vera omnia pariter eſſe tradunt. Non.n.pares animæ habitus ſunt, quibus multum erratur ijs, quibus parum. Vt .n.qui magna aſpectabilia vehementiaq; non videt, hoc commune habet cum eo, qui parua, & minus viſibilia non cernit, vt videndi facultas nõ recte in vtroq; valeat, infirmior eſt, quæ ne magna quidem conſpicere poteſt, q̃ quæ cũ magna cernat, in minutis paruiſq; deficit: ſic in ſententia, & opinione rem ſeſe habere putare conuenit. non.n.vt diximus, pares animæ ſunt habitus, quibus multum erratur ijs, quibus parum. Quare non recte ſentiunt aſſerendo omnia eſſe pariter vera, & falſa, pariterq; incerta.

CAP. III.

Contra Protagoram opinantem omne quod nobis apparet verum eſſe.

TEX. 19. *AB eadem autem opinione proficiſcitur & ipſius Protagoræ ſententia, atque ambas ipſas ſimiliter aut eſſe aut non eſſe neceſſe. nam ſi cuncta, quæ uidentur, atque apparẽt, ſint uera, neceſſe eſt uniuerſa ſimul uera falſaq; eſſe.*

Cum narraſſet, & refutaſſet primam poſitionem de veritate contradictionis, nunc reducit opinionẽ Protagoræ Sophiſtæ ad illam, & primo narrat reductionẽ aſſerens ſententiam Protagoræ nihil ab eorum ſententia differre, qui ſimul idem & eſſe, & non eſſe dicebãt. quo fit, vt contradictionem in ſingulis rebus veram ſimul eſſe ſtatuerent. & dicit {ab eadem autem opinione}.ſ.Heracliti {proficiſcitur}.i.ſucceſsit {& ipſius Protagoræ ſentẽtia}.i.opinio {atq; neceſſe eſt}.i.atq; adeo hæ opiniones ſeſe conſequuntur, vt neceſſe ſit {ambas ipſas} ſententias; vt Alexander ſuppleuit {ſimiliter aut eſſe}.ſ.veras {aut nõ eſſe}.ſ.veras. adeo.n. opiniones iſtæ ſunt connexæ, vt ſi vna ſit vera, vtraq; ſit vera, & ſi vna ſit falſa, vtraque ſit falſa. Verbum.n. ἄμφω αὐτοὺς ad ſermones vtroſque retulit Alexander qui ſermones.i.opiniones ſibi inuicem ſuccedũt. quia opinio Protagoræ emanauit ab illa Heracliti. Auerroes autem ſic dicit, & Protagoras eſt illorum, qui opinantur hoc ꝙ affirmatiua, & negatiua ſunt ſimul: & ꝙ omnes dicentes hoc, cogantur res eſſe dicere, & nihil eſſe. Ergo Auerroes retulit {ambas ipſas} ad propoſitionem affirmatiuam, & ad propoſitionem negatiuam, quas ambæ opiniones aſſerebant ſimiliter aut eſſe veras, aut non eſſe veras. alij verbum ἄμφω αὐτοὺς retulerunt ad vtroſq; authores Protagoram, & Heraclitum, qui ambo dicebãt pariter omnia fateri aut eſſe, aut non eſſe: ideſt omnia eſſe aut ſimul vera, aut ſimul falſa: & ita contradictoria eſſe de eodem ſimul vera: vel ſimul falſa: tu vero cum Alexandro te teneas. deinde narrat motiuum Protagoræ, qđ eſt tale, omnia, quæ videntur & apparent, talia ſunt, qualia videntur, & apparent, omnia videntur vera & falſa ideſt non vera, & falſa, & non falſa, igitur omnia ſimul ſunt vera, & non vera, falſa, & non falſa. Ipſe tamen profert rationem ſub forma hypothetica, & dicit {nam ſi cuncta, quæ videntur, atque apparent, ſunt vera}.i.talia ſunt, qualia videntur, atq; apparent, & ſubaudi cum cuncta videantur, & appareant vera, & falſa, hoc eſt vera & non vera, falſa & non falſa {neceſſe eſt vniuerſa ſimul vera, falſaq; eſſe}.i.vera & non vera, falſa & non falſa: & ita contradictoria de eodem erunt ſimul vera, atq; ſimul falſa. Quæ Auerr. Comm. 19.

Complures enim contraria ſibi inuicem opinantur, & eos, qui eadem ſecum non opinantur falſa putare dicunt. Quare idem ſit, & non ſit neceſſe eſt.

Poſtquam neceſſe eſſe dixit, vt omnia vera eſſent, quoniam adduxit & falſa, docet, quomodo falſa quoque ſimul ſint, & dicit {complures.n.contraria ſibi inuicem opinantur, & eos qui eadem}.ſ.quæ ipſi opinantur {ſecum non opinantur, falſa putare dicunt} ſi .n.vera dicunt, qui falſos eos putant, qui oppoſita ipſis opinantur, profecto illi per eorum maximã falſi ſunt, quo fiet vt omnes mentiantur, & omnes vera dicant, ſi qui oppoſita inter ipſos opinantur, vera dicunt, vnde ſi omne quod videtur, & apparet, ſit ita vt apparet, & videtur, cum alter opinetur alterum contrariorum eſſe verum, erit verum, & oppoſitum, quod opinatur aduerſarius opinetur eſſe falſum erit falſum. & econuerſo aduerſarius opinatur oppoſitum prioris eſſe verum, ergo erit verum, verbi gratia in terminis, Socrates opinatur, & ſibi apparet, & videtur deum eſſe, & oppoſitum videlicet deum non eſſe videtur ſibi falſum. igitur verum eſt deum eſſe, & deum nõ eſſe erit falſum. econuerſo Protagoras opinatur deum non eſſe, & deũ eſſe videtur ſibi falſum, igitur verum erit deũ non eſſe, & falſum deum eſſe {Quare} vt inquit {idẽ ſit, & non ſit, neceſſe eſt} .i.quare ſequitur omne, quod eſt verũ eſſe falſum, & ita non verum, & omne, quod eſt falſum, ideſt non verum, eſſe verum, eo quia oppoſita apparent diuerſis opinantibus. & non omnia quæ apparent, ſunt quæ apparent.

Atq; ſi hoc ita ſit, neceſſe eſt ea, quæ uidentur, omnia eſſe uera. qui nanq; uera & falſa dicunt, hæc opinantur, oppoſita opinantur ſibijnuicem. Quod ſi entia ita ſe habent, omnes profecto uera dicunt. patet igitur has utraſq; ſententias ab eadem mente pendere.

Ex

Ex ijs,quæ dixit, concludit omnem opinionem eſſe
veram,quæ de hoc habetur,ꝙ res ſic ſe habeat, aut ꝙ
non ſic ſe habeat, vt Alex. exponit, vel fortaſſe Ariſto.
nunc docet conuerſione in tali opinione, aſſerens eũ,
qui cõtradictionem in ſingulis rebus veram eſſe dicit,
conſequi, vt viſum omne ſit verum & econuerſo, vel
fortaſſe docet vtrũq;,& primo docet pᵐ,& dicit {atq;
ſi hoc ita ſit} videlicet vt contradictio in ſingulis rebus
ſit vera {neceſſe eſt ea, quæ videntur, omnia eſſe vera}
& ſic opinio protagore erit vera. deinde {qui nanq; ve
ra, & falſa dicunt, hac opinantur, oppoſita opinantur
ſibijnuicem} quæ verba obſcure cum prioribus colli-
gantur. propterea mihi vr̃ quod Ariſt. ſupponat oppo
ſita videri, atq; apparere, vt cõcludat in ſingulis rebus
veram eſſe contradictionem, vt ſit conuerſio vniuerſa
hæc, ſi cõtradictio in ſingulis rebus ſit vera, viſum om
ne eſt verum, & econuerſo, ſi viſum omne eſt verum,
contradictio in ſingulis rebus erit vera. huius conuer-
ſionis ſecundæ per hæc verba affert cãm ex eo quia di
uerſis apparẽt oppoſite opiniones. & hoc ait {q nanq;
vera}.ſ. ſua {& falſa} ea, quæ ſunt aliorum {dicunt, ac
opinantur, oppoſite opinantur ſibijnuicem} ergo di-
uerſis apparent oppoſitæ opiniones ſed cum omne vi-
ſum ſi tale, quale videtur, ſit vt oppoſitæ opiniones in
ſingulis rebus ſint veræ: & ita in ſingulis rebus erit con
tradictio vera. Tunc concludit primum videlicet om-
nem opinionem eſſe ueram, & dicit {Quòd ſi entia ita
ſe habent} vt.ſ. oppoſitæ opiniones in ſingulis rebus
ſint veræ {omnes profecto vera dicunt} & ita omnes
opiniones erunt veræ. Tunc epilogat reductionẽ opi-
nionis Protagoræ ad illam Heracliti, & Stoicorum, &
dicit {patet igitur has vtraſq; ſententias}.ſ. Protagoræ
& Heracliti {ab eadem mente}.i. ab illa eadem maxi-
ma, Omne viſum eſt verum {pendere} quare ſit, vt al-
tera ſequatur alteram: dictio hæc mihi fuit obſcura,
cuius oppoſitio ſi placet teneatur, ſi vero non videtur
conſona, q̃ratur alia. mihi aũt ſatis ſit monſtraſſe locũ.

ſputationis.
πεύξεως.
olloqui.

Non eſt autem idem diſputationis modus ad homnes. qui-
dam.n.perſuaſione indigent. quidam ui. qui nanq; dubitãdo ſic
exiſtimauerunt, eorum ignoratio ſanari facile poteſt. nõ enim
orationi, ſed menti ipſorum eſt occurrendum. Qui uero diſpu-
tationis gratia ita dicunt, eorum eſt curatio redargutio ora-
tionis. quæ in uoce nominibuſq; conſiſtit.

Expoſitor ſic cõtinuat ꝙ poſtq̃ Ariſt. poſuerit ratio
nes contra negantes primum principium, hic oſtendat
quonam mõ diuerſimode ſit procedendum contra di
uerſos, qui ex diuerſis vijs in prædictum errorem deue
nerũt, Alex. vero ſic dicit, poſtq̃ eadem dicere docuit,
qui cuiuſq; viſi veritatem aſſerunt, & qui omnis con-
tradictionis veritatem tuentur, ac ipſorũ dicta viciſsim
ex alteris altera conſequi, & ab eodẽ ſenſu profici de-
monſtrauit, impugnaturus iterum propoſitam opinio
nem, ac ipſius aſſertores, nõ eiſdem rationibus in om-
nes, qui talia dicunt, vtendum eſſe demonſtrat. ad cu-
ius euidentiam ſupponendum, aliquos deduci ad erro
res propter dubitationes, quæ occurrunt, quas cũ ſol-
uere ignorauerint, in errores incidunt, aliqua vero in
errores veniunt diſputationis gratia, non ꝙ res ſic ſe
habere perſuaſum habeant, ſed quia volunt poſitionẽ
pertinaciter tueri, & omnibus modis, quibus pñt, tergi
uerſari: vt ſit dicere propter proteruiam. cõtra primos
igitur ait non eſſe occurendum, vt ſermo refellatur eo
rum, ſed vt ſententiæ detegatur error, quo hallucinati
à veritate, in hanc profeſsionem deflexere. ad ſanita-
tem.n. protinus redeunt, ſi veritas ipſis fuerit commõ-
ſtrata. contra vero ſecundos ſermonis redargutionem,
quæ in voce, nominibuſq; conſiſtit adhibendam eſſe
ait. quippe cum non perinde ſentiant, atq; loquuntur:
& ita horum curatio eſt vocis redargutio.i. iſti ſola vo-
cis redargutione indigent, qm̃ horum dicta, nomini-
bus, & oratione, voceq; tenus procedunt. vnde dicit
{non eſt aũt idem diſputationis modus ad omnes}.ſ.
qui cuiuſq; viſi veritatem aſſerunt, & qui omnis contra
dictionis veritatem tuentur, ſed diuerſis rationibus in
omnes, qui talia dicuntur, vtendum eſt. deinde expo-
nit hos modos, & dicit {quidam.n. perſuaſione} qua.ſ.
detegatur eorum error {indigent. quidam vi}.i. redar-
gutione, q̃ nominibuſq; conſiſtit: deinde exponit hos
per ordinem, & primo primos, & dicit {qui nanq; du-
bitando ſic exiſtimauerunt} vt omne viſum ſit verum,
& contradictio ſit de eodem, & non propter proter-
uiam ſed quia dubitationes neſciebãt ſoluere {eorum
ignoratio ſanari facile põt non.n. orationi. ſed menti
eſt occurrẽdum} occurrere orationi eſt adhibere vim
per certamẽ, & redargutionem, quæ conſiſtit in diſpu
tatione. occurrere vero menti eſt errorem detegere ar
gumenta, quibus dicuntur in errores, ſoluere. & quia
ſoluere dubitationes, quæ ligant mentem & detegere
errorem, facile fiunt, ideo ait eorum ignorationem ſa
nari facile poſſe. deinde exponit ſecundos, & modum
procedendi contra eos, & dicit {qui vero diſputationis
gratia ita dicunt}.ſ. ꝙ eſſe viſum ſit verum, & contradi
ctio etiam, vt Protagoras {eorum eſt curatio redargu-
tio orationis, quæ} curatio videlicet {in voce nomini-
buſq; conſiſtit} curatio, quæ in voce nominibuſq; con
ſiſtit, vt Alex. inquit, eſt diſputatio, q̃ ſit per certamen.
Expoſitor autem per curationem, quæ in uoce, nomi-
nibuſq; conſiſtit, intelligit redargutionem, quæ acci-
pit pro principio nomina aliquid determinatum ſigni
ficare: & ſit oportet redire ad redargutionem, qua phi
loſophus ſuperius vſus eſt. vnde & Auer. ait cõtra eos, Que Auerr. Comm. 19.
qui propter proteruiam tenent omne viſum eſſe verũ,
& etiam contradictionem, non poſſe loqui in hac quæ
ſtione, niſi prius uerificemus ſignificationes nominũ,
nam cum conceſſerunt nomina habere proprias ſi-
gnificationes, tunc poſsibile erit diſputare cum eis, &
ſic Expoſitor cum Auerroe voluit conuenire.

In ijs autem, qui dubitant, hæc opinio, quod contradictoria
contrariaq; ſimul eidem inſint, ex eo ex ſenſibilibus rebus or-
ta eſt, quia contraria ex eodem fieri uidebant. Quod ſi impoſsi
le eſt id fieri, quod non eſt, res antea ſimiliter profecto erat
utrumq;. quemadmodum & anaxagoras inquit quodlibet eſſe
in quolibet, atq; democritus. etenim iſte uacuum, atq; plenum
in quauis eſſe parte cenſebat, & tamen horum alterum ens,
alterum non ens eſſe dicebat.

Nunc qui res ſic ſe habere putant, nec dicta pertina
citer tuentur, ij vnde in hanc opinionem, ſentẽtiamq;
proceſſerint, docet, & ita exequitur de intento, & quia
contra eos, qui in dictum errorem ex proteruia incide
runt, argumentum eſt ſupra inductum ex nominis ſi-
gnificatione, ideo nunc tantum procedit contra eos,
qui ex dubitatione in dictum errorem deuenerunt, &
primo diſputat contra eos, qui tuentur veritatem cõ-
tradictionis, deinde ſuo loco contra eos, qui viſa vera
eſſe putabant. ergo primo præmittit eorum motiuum,
& dicit {In ijs autem qui dubitant}.i. in ijs aũt qui vene

runt in ſupradictũ errorem propter dubitationes{hęc opinio}videlicet{ꝙ contradictoria,contrariaq; ſimul eidem inſint}.i.de eodem ſimul vera ſint {ex eo ex ſenſibilibus orta eſt, quia contraria ex eodem fieri videbant}vtputa per modum generationis,& motus.appellat aũt hos Ariſt.dubitantes,qm̃ ratione, quæ probabilis videri poterat, in hanc perſuaſionẽ, qõnemq; ducti ſunt,quapropter eoſdẽ ſanationi opportunos eſſe dixerat, dixit aũt contraria,qm̃ ſi cõtraria fiunt ex eodẽ. ſequitur etiam vt contradictoria generentur ex eodem, nam ſemper alterum cõtrariorum eſt non alterũ,verbi gratia videmus ex terra fieri aquam,quæ eſt frigida, & aerem, qui eſt calidus, cum calidum non ſit frigidũ, etiam ex terra fient contradictoria . deinde procedens ad eorum motiuum dici{ Quòd ſi impoſsibile eſt id fieri,quod non eſt}.i.ꝙ ſi vera eſt illa ſententia ex non ente nihil omnino fieri poſſe.hæc.n.omnium , qui de natura diſputauerunt,communis ſententia fuit{res antea ſimiliter profecto erat vtrunq; }.i. ambo contraria, quæ ex terra fiunt,res præfuerũt,& entia,& res, ex qua contraria fiunt,oportet apud eos,vt prius in ſe habeãt ambo contraria,& eadem ratione contradictoria, nõ aũt poteſt præhabere illa,niſi ambo ipſa prædicentur de ea re,ex qua fiunt ergo contradictoria, atq; contraria erunt ſimul vera de eodem . Quòd autem vtrunq; contrariorũ,qđ fit ex terra,vel ex alio quouis prius inſit,probat,& dicit {queãdmodũ & Anaxagoras inquit quodlibet eſſe in quolibet}& ita contraria, quæ fiunt, ex terra , ambo erũt entia in terra { Atq; Democritus} qui idem ſentit{etenim iſte vacuum atq; plenũ in quauis parte}.ſ.corporis mixti{eſſe cenſebat} qm̃ ex quauis parte fieri vacuum,& plenum cenſebat {& tamen horum alterum ens , alterum non ens eſſe dicebat } & ita contradictoria . Democritus ergo qui plenum ens eſſe dicit,inane vero non ens,& omnia,ex quibus generatio fit,in omnibus pariter eſſe, conſentaneum rationi facit, vt contradictio in cunctis rebus vera ſit, nam vna quæq; res ſm aliud eorũ,quæ ipſi inſunt , eſt ens.ſ. ſm plenum,ſm aliud,non ens,vtiq; ſm inane . cæterũ plenum ens,inane vero non ens à Democrito appellari ſolitum commemorat,forſitan,vt eius ſententiæ turpitudinẽ aliquam innuat.nam cũ ſtatueret vacuum eſſe non ens,& ex non ente nihil fieri putaret,tamen ex vacuo cuncta fieri dicebat non minus q̃ ex pleno , cum inane vocaret non ens,nam generationem ex non ente fieri dabat,quod vt effugeret, mixtione dicebat generationem fieri:& non tantum ex vacuo ipſo.

Ad eos igitur, qui ex his ita exiſtimauerunt partim recte dicere,partim ignorare ipſos, dicemus . ens enim dupliciter dicitur,quare fieri quippiam ex non ente partim poteſt, partim non poteſt. & ſimul idem ens & non ens eſſe poteſt , non tamen eodem modo.etenim potentia quidem ſit, ut idem ſit contraria ſimul,actu autem nequaquam.

Cum aſsignaſſet motiuum eorum,qui cõtradictionis veritatem ſuſtinent,nunc non concertando,& redarguendo,ſed diſſuadendo in eos diſſerit, & dicit{Ad eos igitur,qui ex his}.ſ.dubitationibus{ita exiſtimauerunt}.i.putauerunt contradictionis veritatem,vt puta non propter proteruiã in diſſerendo,ſed propter ignorantiam ſoluendi dubitationes{dicemus ipſos partim recte dicere,partim ignorare}& reddit rationem,& dicit {ens enim dupliciter dicitur } ſubaudi & non ens ẽt dupliciter dicitur.& qm̃ multiplex in vno ſenſu eſt verum,in alio non, ideo concludens ſolutionem in communi,dicit{quare fieri quippiã ex nõ ente partim põt, partim nõ põt & ſimul idẽ ens , & non ens, eſſe poteſt, vt puta id ex quo contraria fiunt . non tñ eodem mõ} vt terra eſt potentia calidum & humidũ. actu vero nõ niſi corpus frigidum,ideo ſubdit {etenim potentia quidem fit,vt idem ſit contraria ſimul} veluti tepidum potẽtia eſt calidum & frigidum {actu autem nequaq̃} vñ quia non ens eſt duplex,quoddam,ꝙ omnino nihil eſt aliud eſt quidem potentia,ſed qm̃ non eſt actu , iccirco dicitur non ens.quod enim potentia eſt ens , id qm̃ in confinio eius eſt,quod actu eſt, & omnino non entis eſt,quodammodo ens eſt , quodammodo non ens & ex ſic non ente generatio eſt,non tamen ex proprie & ſimpliciter non ente.nec quod iſti aiunt quicq̃ prohibet aliquid eſſe, & idem non eſſe . at non ſecundum idem fieri poteſt,vt idem ſit,& non ſit,ſed ſm diuerſa, non.n.aliquid eſt potentia, & non eſt potentia,uel aliquid eſt actu & non eſt actu , ſed ſm diuerſas rationes aliquid eſt, & idem non eſt,potentia quidem eſt , actu vero non eſt.quæ diuerſæ rationes ſunt . Quare in hoc ipſo non erit contradictio : cum contradictio ſit eiuſdem & ſm idem.non.n.eſt abſurdum dictu,vt idem ſit potentia contraria, cum actu fieri nequeat . qm̃ materia eadem res oppoſita potentia eſt, quæ quidem actu eſſe non põt,eadem tñ ex parte ſeruat vtrunq;.neq;.n. cum actu exiſtit iam,potentiam amiſit.Qm̃ de his ſatis *Quæ Auerr.*
dilucide quinto phyſicæ auſcultationis diſputatum eſt *Com. 6. ſ 2.*
ideo de his actenus,illud autem quod Iuniores dicunt Ariſto. eſſe locutum de potentia ſubiectiua, & de actu formali, non eſt abſq; dubitatione , primo quidẽ quia fortaſſe Ariſt.non noui potentiam obiectiuam eſſe diuerſam à potẽtia ſubiectiua, nec actu formalẽ ab actu exiſtentium,vt ipſi,loquuntur deinde . quia ſi materia eſſet potentia ſubiectiua, non eſſet formaliter oppoſita,ſed ſubiectum oppoſitorum potentia, ad quod eſt oppoſita potentia ſubiectiua, nunq̃ erit aliquod illorũ formaliter. non enim ſuperficies erit potentia albedo, ſed potentia alba,ſic materia nõ erit potentia ignis,ſed ignea.qm̃ eſt ſubiectum aptum recipere formam ignis cum igitur ens in potentia ſit potentia contraria,oportet vt ipſum formaliter ſic aliquando ipſa contraria ſaltem viciſcim. nõ poteſt autem materia aliquando eſſe contraria,niſi ſit ens in potentia obiectiua , & contraria conſuerint actu.in actu exiſtẽtiæ. ergo apud Ariſt. idem eſt ens in potentia obiectiua,& in potentia ſubiectiua : ſed horum dilucidatio petenda eſt ab auſcultatorijs libris.

Et inſuper eos admonebimus et ad aliam in ratione rerum ſubſtantiã eſſe exiſtimare,cui neq; motio,neq; corruptio penitus,neq; generatio competit.

Affert ſcdam ſolutionẽ, quæ datur per inſtantiã, aſſerens eos eſſe mouendos ne ea tantum eſſe putent , q̃ oriuntur,& occidunt,ſed eſſe etiam alia entia ingenita & immortalia,motioniſq; immunia, quibus nunq̃ inſunt oppoſita, ſiquidem ne mutantur quidem omnino,nec ex ipſis quicq̃ efficitur , quales ſunt diuinæ ſubſtantiæ:vnde dicit{Et inſuper eos admonebimus & ad aliam in ratione rerum ſubſtantiam eſſe exiſtimare,cui neq; motio,neq; corruptio,penitus,neq; generatio cõpetit}qua ſubſtantia poſita, patet fieri non poſſe ex eorum ratione,vt tali ſubſtantiæ inſint oppoſita,cum ex ea nihil fiat:nec ipſa fiat. hanc autem reſponſionem at

tulit

ia Auerr. mm. 20. tulit propter Platonicos, vt Auer. inquit, qui ſubſtantiam aliam à ſenſibilibus poſuerunt motus, generationis, atq; corruptionis expertem omnino: vt ideam, de qua dantur definitiones, & fiunt demonſtrationes, vt certa ſcientia habeatur, cum de ſenſibilibus ꝓp mutabilitatem, contrarietatiſq; permixtionem ſcientia haberi non poſsit. Expoſitor vero primam ſolutionem longe magis laudauit.

EX. 21.

Similiter autem & opinio nõnullorum de ea ueritate, quæ in apparentibus rebus conſiſtit, ex ſenſibilibus oritur. nõ enim uerũ ipſum multitudine, neq; paucitate diſcerni oportere cenſent. uelut cum idem alijs dulce, alijs amarum guſtantibus eſſe uidetur nam ſi omnes ægrotarent, aut omnes inſani eſſent, duo uero uel tres ualetudinem, aut mentem haberent, hi quidem ægrotare uiderentur. cæteri uero nequaquam.

lut. δ' αὐτό. c autem. im. τ. iare. oniam.

Nunc tranſit ad eos, qui dicebant omne viſum verum eſſe, non ꝙ hoc ob certamen in differendo pertinaciter ſuſtinerent, ſed quia ignorarent dubitationũ dilutionem, vnde dicit {ſimiliter autem & opinio nonnullorũ de ea veritate, quæ in apparentibus rebus conſiſtit}.i. quę eſt de omni viſo ꝙ ſit verum {ſenſibilibus oritur} quemadmodum opinio, quæ eſt de veritate cõtradictionis, profecta eſt erroris cauſa à ſenſibilibus, quæ oriuntur, & occidunt. nam quemadmodum veritas contradictionis ex eo oriebatur, quia videbant ex eodem oppoſita generari, ſi veritas apparẽtium ex eo oritur, quia de eodem ſenſibili habẽtur oppoſitæ opiniones. De eodem.n. guſtabili videmus alijs dulce, alijs amarum videri. deinde remouet tacitam reſponſionẽ quæ eſt, vt verum iudicium de ſenſibilibus habeantur, quod accipitur à pluribus, & de veritate etiam id verũ eſt cenſendum, quod opinantur plures. & ita non ſequitur omne viſum eſſe verum, ſed ꝙ videtur pluribus. Primo ergo affert hanc reſponſionem ſub nota refutationis, & dicit {non. n. ipſum verũ multitudine, neq; paucitate diceni oportere cenſent} vt quidam aſſerunt, qui opinantur verum eſſe, quod omnibus vel pluribus videtur, falſum autem quod nulli, vel paucis {velut cũ idem alijs dulce, alijs amarum guſtantibus eſſe videt} non eſt dicendum illud eſſe dulce, quod omnibus, vel pluribus apparet dulce, amarum vero quod omnibus vel pluribus etiã tale apparet. & affert cauſam, & dicit {nam ſi omnes ægrotarẽt}.ſ. febre bilioſa {aut omnes eſſent inſani} non potentes.ſ. diſcernere verũ {duo vero, aut tres valetudinem, aut mentem haberent, hi quidem}.ſ. pauci, qui ſanum guſtum haberent {ægrotare viderentur} iudicando quod dulce eſt, eſſe dulce {cæteri vero}.ſ. plures, qui iudicarent dulce eſſe amarum ꝓpter linguam, quæ rubra bili affecta eſt, cum ſint plures {nõ viderentur} ægrotare: ſed ſani eſſe. qm̃ præ multitudine talium, iudicium eorum præferretur, & ita fieret, vt ſani reputarentur. cum ſalubritate, & præferentia iudicij hõ cenſeatur ſanus. non ergo multitudine, & paucitate viſorum veritas eſt dijudicanda. hoc pacto authores apparentiarum reſponſionem illam tacitam refutarunt.

Præterea compluribus cæterorum animalium contraria de eiſdem apparent, & etiam nobis.

Cum propoſuiſſet opinionem de veritate apparentiarum eſſe ortam ex ſenſibilibus, & aſsignaſſet primũ excplũ ex guſto noſtro, ex quo clare patet nobis emergere oppoſitas opiniones, quatenus idem apparet alijs dulce alijs amarum, nunc affert ſm exemplum: ex quo etiam declarabitur idem ſenſibile alijs dulce, alijs amarum videri, & dicit {præterea compluribus cæterorũ animalium contraria de eiſdem apparẽt, & etiã nobis} vt oliuæ ramus eſſe poteſt nobis exemplo, qui aĩalibus ipſum depaſcentibus dulcis eſt, idem nobis hominibus amarus. Inſuper ramus rubi capris eſt iucundiſsimus, hominbus autem amarus: & centum talia.

Et inſuper cuiq; ad ſeipſum non eadem ſemper ſenſu uidentur. quænam igitur horum uera ſint, aut falſa, incertum eſt ſane. non. n. hæc magis uera q̃ hæc ſunt, ſed æque.

Quod de eiſdem enſibilibus contrariæ opiniones ſint, etiam probat exemplo ſumpto à nobis. nam idẽ homo in diuerſis tẽporibus differenter de ſenſibilibus iudicat, quod enim nunc videtur dulce, atq; ſapidum, alio tempore videtur amarum, atq; inſipidũ: vnde {Et inſuper cuiq; ad ſeipſum non eadem ſemper ſenſu videntur} ſed ſubaudi diuerſis temporibus diuerſa. & ꝓpterea concludit {quęnam igitur horum vera ſint, aut falſa, incertum eſt ſane} non.n. poteſt certa rõ aſsignari, qua fiat manifeſtum, quæ harum opinionum ſit vera, aut quæ ſit falſa. quia non magis vna earum videtur vera vni q̃ altera alteri {Sed æque} quælibet.ſ. erit æqualiter vera, vel æqualiter falſa. Hinc orta fuit ſentẽtia de viſis, videlicet ꝙ omne viſum ſit verum. vnde & Auer. ſic dicit, & cum ita ſit, tunc ſenſibilia nõ habent in ſe ipſis veritatem comprehẽſibilem, ſed ſunt ſic vel aliter ſecundum comprehendens, hoc eſt ex parte differentiæ eorum, qui comprehendunt. Que Auerr. Comm. 21.

Quapropter Democritus ait, aut nihil eſſe uerum, aut nobis incertum.

Notatis huiuſmodi diſcriminibus, affert nunc opiniones, quæ ex his argumentis emerſerunt, & primo aſsignat ſententiam Democriti, & dicit {Quapropter Democritus ait, aut nihil eſſe verum aut} ſi verum eſt {nobis} eſt {incertum} atq; incognitum: propterea ꝙ ſimiliter ſeſe habeat in oppoſita qui de ſenſibilibus opinantur: vnde Auer. dicit ſic, & ideo dixit Democritus fieri ex hoc alterum duorum, aut, vt nihil habeat veritatem in ſe extra animam, aut vt nõ comprehendatur aliquo modo: hæc eſt opinio Democriti: quam Expoſitor ex eo perſuadet, quia noſtra cognitio certa accipitur ex iudicio ſenſuum. At ſenſuum iudicium non eſt certum, cum ſenſus non ſemper eodem modo iudicet. Que Auerr. Comm. 21.

Quia uero uniuerſaliter exiſtimabant prudentiam eſſe ſenſum. & quod apparet per ſenſum, hanc alterationem eſſe, ex neceßitate uerum eſſe dicunt,

Cũ explicaſſet omne viſum eſſe verum, & hanc opinionem eſſe ortam ẽt ex ſenſibilibus, veluti ea poſitio, quæ eſt de veritate cõtradictionis, nunc affert cauſam dictæ opinionis at iuxta hanc expoſitionem Ariſt. facit enthymema cuius antecedẽs eſt vna copulatiua, cuius primam partem aſsignat, & dicit {Quia vero vniuerſaliter} ſubaudi qui tuentur veritatem viſorum {exiſtimabant prudentiam}.i. iudicium quo veritas dijudicatur {eſſe ſenſum}.i. cognitionem ſenſitiuam, quæ dicitur ſenſatio: deinde affert ſecundam partem, & dicit {& ꝙ apparet per ſenſum}.i. & exiſtimabant econuerſo ſenſationem {eſſe hanc alterationem}.ſ. quæ eſt prudẽtia, q.d. quia crediderunt iudicium, quo veritas dijudicatur eſſe ſenſationem, & econuerſo ſenſationem eſſe iu-

dicium,quo veritas iudicatur, tunc dat ex hoc antecedente concluſionem, & dicit{ex neceſsitate}id omne, quod ſm ſenſum apparet{verum eſſe dicunt} Vt ſit ſyllogiſmus ad hunc modum, prudentia eſt vera: omne uiſum eſt prudentia:omne igitur viſum eſt verum,accepit aũt prudentiam pro iudicio, quo veritas diſcernitur à falſo, & accepit etiam maiorem in cõuerſione, vt innueret veritatem eius propoſitionis,quæ pro maiore accipitur. Alex.autem legit hanc dictionem hoc pacto { omnino aũt, qm̃ prudentiam ſenſum eſſe, hunc autem alterationem eſſe putarunt,ideo id, quod ſenſu videtur,neceſſario verum inquiunt eſſe}& tunc dictionem hanc ſic inducit, quoniam eadem neq; omnibus, neq; eiſdem ſemper ſimiliter videntur.ſed alia alijs, & eiſdem diuerſis temporibus diuerſa,quod cuiq; videretur, id illi verum eſſe putabant. & tunc iuxta hãc expoſitionem enthymema accipit pro antecedente duas propoſitiones,quæ valent vni copulatiuæ,quarum primam affert, & dicit{omnino autem qm̃ prudentiam ſenſum eſſe}ſubaudi putarunt, hæc eſt prima, deinde affert ſecundam, & dicit{hunc autem}. i. & hunc ſenſum{alterationem eſſe putarunt} qm̃, vt Alex. inquit, huiuſmodi comprehenſionem fieri hominibus à ſenſibilibus alteratis exiſtimarunt.nam vt ſenſus patitur,ſic ſenſibilia,quibus ſenſus ipſe diſponitur,à ſenſu patiuntur apud eos.Ideo ex hoc antecedente copulatiuo,dat conſequens, & dicit{ideo id, quod ſenſu videtur }. i. ideo omne viſum{neceſſario verum inquiunt,eſſe} & ita textus põt ſic reſolui ad artem prioriſticam, prudentia eſt ſenſus:verum eſt,quod prudentiæ videtur igitur verum eſt,quod videtur ſenſui. Sed tunc iuxta hãc expoſitionem ſecunda propoſitio videtur ſuperflua, cum nõ faciat nec ad ſylm̃, nec ad ꝓ ſylm̃,fortaſſe diceret Alex.ſecũdam propoſitionem eſſe ſuperfluam ad ſyllogiſmum,non autem ad terminum,ex quo fit ſyllogiſmus,qm̃ per ſecundam propoſitionem exponitur quid ſit intelligendum per ſenſum,nam ſenſus poteſt accipi pro potentia ſenſitiua,& pro actu, qui eſt alteratio facta à ſenſibilibus, vt igitur innueret ſe per ſenſum intelligere non potentiam ſenſitiuã,ſed actum,qui eſt ſenſatio ipſa.nam prudentia non eſt potentia ſenſitiua,ſed ſenſatio,ideo attulit ſecundam propoſitionem. Prima noſtra expoſitio ſatis admodum conſonat verbis græcis noſtri codicis. Hanc vero Alex. expoſitionem Argyropilus in ſuis tranſlationibus ſecutus eſt.Auer. aũt per prudentiam intellectum.i.intellectionem exponit & ideo ait, & cauſa erroris eorum eſt, quia exiſtimabãt ꝙ intellectus ſit ſenſus.i.ꝙ intellectio ſit ſenſatio,& ꝙ non diſcrepent in aliquo,& opinabantur ꝙ ſcientia neceſſaria comprehendatur,ſenſu,& cum viderunt ꝙ ſenſibilia habeant diſpoſitiones diuerſas apud ſenſum,crediderunt nullam ſcientiam eſſe neceſſariã omnino, ſed ꝙ omne viſum ſit verum & falſum.hęc Auer.cuius expoſitio dictioni noſtræ aptari non põt, licet ſit verũ id, quod dicit. Expoſitor aũt per prudentiam indifferẽter exponit ſapientiam,vel ſcientiam, & iuxta eius expoſitionem ratio põt ſic componi, omnis cognitio ſenſitiua eſt de neceſsitate vera: omnis ſapiẽtia vel ſciẽtia eſt cognitio ſenſitiua: igitur omnis ſapientia vel ſciẽtia eſt de neceſsitate vera. de ratione primo tangit minorem & dicit{omnino aũt,qm̃ prudentiam}.i. omnem intellectualem cognitionem{ſenſum eſſe}.ſ.putarunt, hæc eſt minor.Maior vero põt ſic proſyllogizari oĩs, alteratio facta à ſenſibilibus eſt neceſſario vera quoniã correſpondet ſenſibilibus, à quibus poficiſcitur: ſenſatio eſt alteratio, q̃ fit à ſenſibilibus: ergo ſenſatio eſt oĩno vera.de proſyllogiſmo tangit minorem, & dicit {hũc aũt ſenſum}. ſ. hoc eſt ſenſationem autem oẽm{putarunt}eſſe alterationem, quæ videlicet fit a ſenſibilibus igitur ſenſatio eſt ex neceſsitate vera,deinde affert cõcluſionẽ ſyllogiſmi principalis,& dicit {ideo id, quod ſenſu videtur,neceſſario verum inquiunt eſſe}Quę expoſitio ſatis bene põt dictioni accommodari.Oſtendit aũt Expoſitor hanc rõnem non valere, primo quia nõ diſtinguit inter ſenſationem,& intellectionem,deinde quia ſupponit iudicium ſenſus nunquam decipi,quod falſum eſt,qm̃ plerunq; decipitur & circa cõia ſenſibilia,& circa ſenſibilia per accidens.Inſuper ẽt circa propria ſenſibilia nonnunq̃ fallitur,aut ꝑ improportionem, quam habet ad ea, aut propter indiſpoſitionem inſtrumentarij ſenſorij,hinc fit,vt ſenſus iterdum iudicet de ipſis ſenſibilibus aliter q̃ ſint in re.non ergo neceſſario omne viſum eſt verum.

Ex his enim & Empedocles,& Democritus,ac cæterorũ, ut ſimpliciter dicam,unuſquiſq; talibus opinionibus obnoxij ſane fuere.etenim Empedocles mutato habitu, prudentiam mutari dicit cum inquit,

Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper.Et alio rurſus in loco dicit,

Vt uario ſemper mutatur corpore quiſq;,
Sic ſapere eſt illi mutato,ac mente moueri.

Nunc eorum opiniones recitat,qui motiuis aſsignatis adhæſerunt,& vt Alex.inquit,hic docet eos,qui prudentiã ſenſum eſſe putarunt, ac tradiderunt.&,vt Expoſitor recte inquit, quæcunq; narrat de mẽte eorum in duo tendere videntur,& ꝙ intellectus ſit idẽ, quod ſenſus,vt colligat intelligentiam eſſe ſenſationem,& ꝙ ipſum viſum ſit verum: recitat aũt opiniones diuerſorum authorum,& primo illam Empedoclis, quam Democritus Abderita ſectatus eſt,& dicit {Ex his enim & Empedocles,&} eius ſectator {Democritus,ac cæterorum(vt ſimpliciter dicam)vnuſquiſq; talibus opinionibus}quæ ſunt de veritate contradictionis, & de veritate apparentium{obnoxij}atq; obedientes{ſane fuere} dico{ex his}.ſ.motiuis, cauſiſq; aſsignatis.nam idcirco in hanc ſententiam euenerunt,quia putabant prudentia fungi idem eſſe,quod ſentire.prudentiam aũt veritatis eſſe cognitricem, & demonſtrat in hac ſententia fuiſſe Empedoclem ex ipſius dictis: & dicit{Empedocles.n.habitu mutato}. i.diſpoſitione corporis mutata {prudentiã dicit mutari}quaſi innuat intellectũ,cuius opus eſt ipſa prudentia, ſequi habitudinem corporis, quemadmodum & ipſe ſenſus. vel per habitũ,vt Alex. inquit,alterationem intelligit,q.d. vt homines alterantur(quod efficitur à ſenſibilibus)ſic itẽ ſapiunt,& opinantur. vel per habitum(vt idem Alex.)intelligit habitum,quem obtinẽt ex crebris actibus ſentiendi,quo videlicet habitu fit,vt ſic,aut ſic ſentiendo, de re ipſa opinentur.deinde affert carmen Empedoclis,& dicit {Cũ inquit Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper} verbum{ſapientia}in græco carmine μῆτιϛ legitur, cõſilium, quod prudentia dicitur interpretatur Alex. nã conſilium proprium eſt ſenſus,nec ab ratione, qm̃ ſm id,quod ineſt, apparetq; efficitur hominibus prudentia,veritatiſq; cõprehenſio.dixit aũt{ad præſens} quia prudentia creſcit in hominibus { ad præſens } hoc eſt per hoc ꝙ aliquid noui incipit ineſſe homini pro præ-

Dubitatio.

Quæ Auerr. Com.21.

ſenti tempore: quod idem carmine illo ſtatim, quod ſubiungit, ſignificat, & dicit,

Et vario ſemper mutatur corpore quiſq;,
Sic ſapere eſt illi mutato, ac mente moueri.

Ecce q̃uo per habitum alteratione intelligit, quaſi velit dicere, vt homines alterantur (quod efficitur à ſenſibilibus) ſic item ſapiunt, & opinantur. & iõ ait {&} vt {quiſque vario ſemper corpore}.i. alterato ſemp̱ corpore {mutatur} ſic {ſapere. ac mente moueri}.i. ipſum intelligere {illi}.ſ. homini {mutato} ẜm corpus {eſt}.i. aduenit. ergo per habitum intelligit alterationem: qua corpus mutatur in dies. ẜm enim diſpoſitiones p̄ſentes noua conſilia, nouæq; voluntates, ac deliberationes, ſiue nouæ prudentiæ hominibus increſcunt: quaſi conſilium & prudentia, atque ſapere ſequantur ſolam alterationem corporis, quæ varia eſt pro p̃ntia variarum rerum quæ in dies occurrunt. non aũt vim aliquam intellectualem in hoĩe, quę ſit pręter ſenſum.

Que Auerr. Comm. 21. Auerroes aũt per habitum, exponit temperaturam, quæ à medicis dr̃ complexio. Empedocles. n. dicebat varios intellectus habere diuerſa iudicia, & ꝙ vnuſquiſque intellectus propriam ſequatur complexionẽ: & iõ dixit eum, qui mutatur de vna complexione in alteram, trãſmutari de vno intellectu in alterum. Et affert Auer. ſignum, quo mouebatur Empe. ex infirmis, qui mutant intellectum mutatione complexionis. ſed vtrum per habitum ſit intelligẽda complexio, fortaſſe dicemus poſtmodum. illud tamẽ nolo te ignorare hoc eſſe declaratum lib. ſecundo de Anima. Que Auerr. Comm. 150.

Et Parmenides eodem etiam modo dicit,
Namq;, ut quiſq; ſuam retinet per membra reflexa
Temperiem, ſic mente ualet mortalis ubiq;.

Idem enim quod quidem ſapit membrorum natura hominibus, & omnibus, & omni. quod. n. eſt amplius, intellectus dicitur.

Adducit tertio opinionem Parmenidis, vt oſtendat eum cum antedicta opinione conuenire, & dicit {Et Parmenides eodem etiã modo dicit} de intellectu, vt dixerunt Empedocles, & Democritus, cuius carmẽ referẽs inquit {Nãq; vt quiſq; ſuam retinet per membra reflexa Temperiem}.i. complexionem, & temperamẽtum {ſic mortalis vbiq;}.i. quilibet {mente valet} hoc eſt ſic afficitur in ſapientia, conſilio, & intellectu. ergo qualis eſt cuiq; corporis temperatura, & habitus, talis in eo ſequitur prudentia, quaſi velis vt prudentia quo temperamentum corporis ducit, eo conſequatur, & alterationis, quæ à ſenſibilibus efficitur, aſſecla comesq; ſit. deinde oſtendit idem ſignificari ab eodem Parmenide, & dicit {Idem. n.} ſubaudi ſignificauit Parmenides in alio loco, cum inquit {quod quidem ſapit membrorum natura in hominibus} quaſi velit, vt membrorum natura.i. temperamentum ſit id, quod ſapit in hominibus, & idem ſignificauit in alio loco, cum ait {& omnibus, & omni} vel vt dictio Alex. habebat {& omnino in cunctis} ſubaudi natura eſt quæ ſapit & affert cauſam, & dicit {quod enim eſt amplius}.i. quod. n. eſt ſupremum omnino in cunctis {intellectus dicitur}. ſ. in ipſo homine cui ſapere ipſum & opinari ex corporis temperamento pendet, & ſecundum id ſit, quod in corporis diſpoſitione amplius eſt, & exuperat. ergo Parmenides: vt varijs locis colligitur, mentem voluit eſſe naturam ſiue complexionem, quæ eadem ſenſus ipſe eſt. alius quidam legit ſic {quod quidem ſapit, hominibus} eſt {membrorum natura, & omnibus}.ſ. partibus hominis {& omni}.i. & vniuerſo. verum quod in homine plus eſt, dicitur intellectus, & in partibus hominis, in toto vero dicitur natura. ergo idẽ eſt intellectus, & natura, hominibus quidem & partibus hominis, quod amplius eſt, dicitur intellectus, in vniuerſo vero dicitur Deus, ſed ſiue Deus, ſiue intellectus dicatur, natura eſt, & temperamentum membrorum. & ſic ſenſus ipſe videbitur eſſe. Expoſitor legit alio modo, ſed re vera expoſitiones omnes ſunt obſcuræ, etſi dictio Alex. ita fuerit, vt ait, Alex. dubio procul recte expoſuit, Nolo tamen ignores Argyropylum virum alioquin doctiſſimum, atq; diſertiſſimum, ita per carmen verba hæc in latinum vertiſſe {idem & hoc poſt eiuſdem}.ſ. Parmenidis ſubaudi verbis interpoſitis ait, {plurima id cunctis mens eſt mortalibus æque} per quæ dat intelligere mentem plurimam eſſe in cunctis quæ vtuntur operibus conſilij, & prudẽtiæ {æque} q̃m in cunctis eſt temperatura, licet nomine diſcrepet, quia, vt Expoſitor ait in partibus mundi dr̃ natura, in vniuerſo Deus, at in hominibus intellectus, in omnibus tñ talibus eſt natura ſiue temperatura, vt Auer. inquit, que ſecundum complexionem, atq; cõpoſitionẽ dicitur in hominibus intellectus. hæc ſunt, q̃ habentur de huiuſmodi dictione. Que Auerr. Comm. 21.

Anaxagoræ etiam ſententia recenſetur ad nonnullos ſuos familiares, talia ipſis fore entia, qualia utiq; exiſtimabunt.

Adducit quarto opinionem Anaxagoræ, vt oſtendat eum cum antedicta poſitione etiam conuenire, & Argyropylus verbum πρὸσ pro à vel ab ſic tranſtulit {Anaxagoræ etiam ſententia} talis {recenſetur à quodam familiarium} Alex. vero legit πρὸσ pro ad, ſed cõuertitur {ad} in caſu datiuo hoc pacto, Anaxagoræ ẽt ſententia recenſetur, qua ſuis familiaribus, diſcipuliſq; breuiter quid de re hac ſentiret expoſuit, dicens {talia ipſis fore entia, qualia vtiq; exiſtimabunt} dicere autẽ, vt Alex. inquit, talia cuiq; erunt, qualia exiſtimabit, hominis eſt, qui omnem opinionẽ verã eſſe ſtatuit, & res tales eſſe, quales eſſe videntur. quo fit, ut omnis opinio ſit vera apud Anaxagoram, atq; omne viſum verum.

Aiunt inſuper & Homerum uideri huiuſmodi opinionem habere, quòd Hectorem fecerit quaſi mente dimotum ex ictu iacere aliud ſapientem, propterea quòd ſapiunt quidem & ij, qui mente ſunt dimoti, ſed nõ eadem. patet igitur, ſi utraq; prudentia ſit, & entia ita ſimul, & non ita ſe habere.

Vltimo adducit opinionem Homeri, quẽ huic opinioni aſtipulari ait, & dicit {Aiunt inſuper & Homerum huiuſmodi opinionẽ habere, ꝙ Hectorem fecerit quaſi mẽte dimotũ} huc eſt ſemotũ mẽte {ex ictu}.i. ex accepto vulnere {iacere aliud ſapiẽtẽ} vbi Ariſto. Hectorẽ ſæpe dicit, ſed alia ſapere {p̱pea} vt inquit {ꝙ ſapiunt quidẽ & ij, qui mente ſunt dimoti} quaſi nihilominus prudentiæ ſit eius, qui eſt mentis emotæ, tunc concludit propoſitum apud Homerum, & dicit {patet igitur, ſi vtraq; prudentia ſit}.i. ſi etiam in ſani ſapiunt. ſapere autem eſt verum cognoſcere, etiam inſani verũ cognoſcent. ꝙ ſi inſani prudentiam habeant, verumq; cognoſcant {patet igitur & entia ita ſimul, & non ita ſe habere}.i. vt res ſimul ſic, & non ſic ſe habeant. Dixit aũt {aiunt inſuper & Homerum} q̃m ex aliorum ſententia ita Homerum intellexiſſe autumat. per q̃ patet Ariſto. ſuperius per habitum intellexiſſe tẽperaturam, nam & ſenſus, & intellectus apud hos authores tem-

peratura ſunt quædam.non enim iſti cognouerunt eſſentiam intellectus, qui ſubſtantia eſt deforis accedēs temperaturæ,& vtens corpore ad ſui opiniones.

Certe id, quod emergit,abſurdiſsimū quoq; eſt. ſi enim qui maxime uerum perſpicere poſſunt(ſunt autem ij,qui maxime quærunt hoc ipſum,& amant)ij tales opiniones habeant, & hæc de ueritate dicant,quonam pacto non cenſent dolore afficere eos,qui philoſophari aggrediuntur? quærere nanque ueritatem perinde erit,atq; ſi uolantia quiſpiam perſequatur.

Nō cenſent dolore afficere. οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι. *Non dignum triſtari. Non concidet animus. Non deficiet animus.*

Diſputat ijs,& veterum opinionibus expoſitis de rerum iudicio, & comprehenſione veritatis,ex magnorum horum virorū controuerſia oſtendit alienū quod dā ac difficillimū ſequi,& dicit{Certe id, quod emergit} ſubaudi ex hac magnorum virorum controuerſia {abſurdiſsimum quoq; eſt}deinde exponit huiuſmodi abſurdum,& dicit{ſi.n.qui}omniū.ſ. {maxime verum perſpicere poſſunt}& interponens horum expoſitionem dicit{ſunt autem ij, qui maxime}.ſ. omnium {quærunt hoc ipſum}.ſ.verum.ſ. tanq̄ ſuæ vitæ ſcopō ac finem{& amāt} hoc ipſum verū {ij tales opiniones habeant, & hæc de veritate dicant} eiuſq; cognitione tradiderunt {quo nam pacto non cenſent dolore afficere eos, qui philoſophari aggrediuntur?} verba illa {non cenſent dolore afficere}ad verbum ſic leguntur in Græco, οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι, hoc eſt non dignum eſt triſtari eos,qui philoſophari aggrediuntur.i.quo nam modo non concedet,deficietq; animus eorum,qui no uitij ad philoſophandum accedunt. deinde per quodam ſimile hoc eſſe abſurdum exponit, & dicit {quærere nanq; veritatē perinde erit, atq; ſi volātia quiſpiā perſequatur}.ſ.pedibus.nam, vt volantia nemo pedibus conſequitur(hoc eſt.n.impoſsibile conari) ſic qui philoſophiæ operam nauare voluerint, rem quandam impoſsibilem, & inacceſſam aggredi videntur. nam ſi cum ipſa philoſophia,quæ nihil aliud pollicetur quam rerum cognitionem,veritatiſq; in ipſis deliteſcentis notitiam,cognitio ipſa rerum, veritatiſq; notitia tam incerta eſt,ac tot difficultatibus plena, vt qui diutiſsime in ea verſati ſunt, infinita diſcordia laborent, cur non deortabitur omnes,qui eam aggredi volunt?certe deterrebit omnes philoſophari cupientes.

Cauſa uero opinionis ipſis fuit, nam de rebus quidem ueritatem conſiderabant, res tamen ipſas ſenſibiles eſſe putabāt duntaxat.In his autem plurima indefiniti natura, & rei, quæ hoc pacto eſt,ut diximus eſt, quare ueriſimiliter quidem, non autem uera dicunt. ſic enim magis dicere decet,q̄ ut Epicharmus,in Xenophanem dicit.

His explicatis, cum nos negotij ſuſcepti difficultatis,admonuiſſet, nunc caput, & fontem detegere conatur, vnde eorum error emanauerit, qui ſapere hoc eſſe cenſebant,quod ſentire,& omnē opinionem,omneq; viſum verum eſſe putabant, in qua opinione, vt diximus, fuit Protagoras, docuitq; in hanc ſententiam Empedoclē,& Parmenidem,Democritumq; ac Anaxagoram iuiſſe, ideo aſsignans erroris eorum cauſam, ex parte rerum ſenſibilium,quas ſolas ponebant,dicit {Cauſa vero opinionis ipſis fuit nā de rebus quidē veritatem conſiderabant} hoc eſt qm̄ à rebus ipſis veritatem perſpiciebant. Cum. n. res ſit naturaliter prior veritate ipſa, oportet diſpoſitionem veritatis ſequi rerum diſpoſitionem. Tunc ad cauſam, qua de veritate diſquirentes errauerūt tranſit,& dicit{res tamen ipſas ſenſibiles eſſe putabant duntaxat} & ita omnem veritatem iudicabant ex natura rerum ſenſibilium, vt ſit ſyllogiſmus, à rebus veritas accipitur: ſola ſenſibilia ſunt res: ergo à ſolis ſenſibilibus accipitur veritas.deinde tranſit ad probandum veritatis incertitudinem, & rō poteſt ſic ad artem prioriſticā reſolui: in quibus eſt materia, & potentia,veritas eſt omnino incerta:ſenſibilia ſunt ea,in quibus eſt materia, & potentia : igitur in ipſis ſenſibilibus veritas eſt omnino incerte. affert minorem, & dicit {In his autem}.i. ſed ſenſibilia ſunt in quibus{eſt plurima indefiniti natura} ideſt materia {&}eſt plurima.ſ.natura{rei,quæ hoc pacto eſt}vt diximus,hoc eſt & plurima potentia. materiam nanq; appellat indefinitum,ſiue indefiniti naturam. potentiam vero materiæ appellat rē, quę hoc pacto eſt, qm̄ quodammodo, eſt, quodammodo non eſt. eſt.n.in confinio eius,quod eſt proprie ens.i.entis in actu, & prorſus non entis.Maiorem non probauit, qm̄ alibi perſpicua eſt. Nam, ut alias dixit, materia, quæ quantum eſt ex ſe non determinatur ad vnum, facit, vt eſſe rerum ſenſibilium ſit indefinitum,atq; incertū. Similiter etiam potentia. cum. n. potentia materiæ ſit multarum formarum, efficit, vt rerum ſenſibiliū natura ſit penitus incerta.recte ergo dictum eſt, in quibus eſt materia & potentia,veritatem omnino eſſe incertam. Quo fit,vt non ſit mirum, ſi ſenſibilia non determinatam cognitionem ingerant ſenſibus ipſis: ſed his hoc pacto, alijs aliter.Ideo concludit{quare}prænarrati authores {veriſimiliter quidem,non autem vera dicunt}veriſimiliter quidem,quatenus loquuntur conſequenter ad ea, quę ipſi aſſerunt.qui.n.de huiuſmodi entibus verba faciunt,merito conſequenter talia eſſe dicunt, vt ipſorū quiditas definitione nihil determinate dicatur eſſe. nō vera autem, qm̄ de entibus non vera dicunt.neq;.n.cūcta entia talia ſunt,nec ſenſibilia per omnia fluunt, cōtinenterq; mutantur.nam,vt Alex. inquit, in ipſis forma manet, quieſcitq; fluente ſubiecta materia. deinde corrigit obiter temeritatem Epicharmi poetæ comici, qui maledictis,& calumnijs Xenophanē inceſsit,dum ipſum, quo quædam ignoraſſet cauillo perſtringens, refelleret, & dicit{ſic.n.}.ſ.de iſtis philoſophis modeſte.ſ.ꝙ probabilia,non autem vera dixerint{magis dicere decet, q̄ vt Epicharmus in Xenophanē dixit} qui immodeſte Xenophanem maledictis,& calumnijs inceſsit.Per quæ pulchrum præceptum voluit innuere videlicet non eſſe repellendos authores opinionum maledictis & calumnijs, ſed decenter,ac modeſte. nō expreſsit autem Ariſto.nec Alex.illud Xenophanis,in ꝙ calumniis, & maledictis Epicharmus inceſsit, & nos non curemus illud explicare.qm̄ non facit ad intellectum verborum Ariſto. Illud vero,quod Alex. inquit ſenſibilia non fluere per omnia.quoniam, forma manet quieſcitque fluente ſubiecta materia,quæſtione nō parua dignum eſt. nā potius formæ fluunt, & refluunt materia ipſa permanente vna, atque eadem numero, vt in phyſica auſcultatione dictum eſt. Fortaſſe Alexā. illud dicit, quatenus forma, eſt potentia vniuerſalis, apta ſcilicet generare notionem in anima,quæ repræſentat quoddam commune pluribus. At materia eſt vna numero, & ex ſe ſingularis, cuius notio eſt apta repræſentare, niſi vnam materiam numero: quæ per varias diſpoſitiones, quibus afficitur, continuo fluit, & refluit ſub vna formæ ſpecie ſemper manente, atq; quieſcente.

Præceptum in refutatiōibus.

Præ-

Præterea omnem hanc naturam mutationem ſubire, & de eo, quod mutatur, nihil uere dici uidentes, circa id, quod omni ex parte mutatur, nihil uere dici poſſe arbitrabantur. Et hac.n. exiſtimatione illa ſumma opinio dictorum pullulauit, quã Heracliti ſequaces, atq; Cratylus habebat.

Cum ex parte rerum ſenſibilium, quæ cognoſcũtur aſsignaſſet primam cauſam, nunc ex parte earundem affert ſecundam, & ſyllogiſmus componitur hoc pacto, de nullo, quod continuo mutatur, aliquid vere dici poteſt: omne ſenſibile continuo mutatur: igitur de nullo ſenſibili vere aliquid dici poteſt. Primo affert minorem, & dicit { Præterea omnem hanc naturam }.i. omne naturale ens atq; materiale & ſenſibile, accepit .n. naturam pro ente naturali, quod eſt tũ materiale, tum ſenſibile { mutationem } ſubaudi continuã { ſubire videntes } hæc eſt minor. Deinde accepit maiorem, & dicit { & de eo, quod mutatur } ſubaudi continue { nihil vere dici videntes } hæc eſt maior, vbi terminatur ſuſpenſio, deinde affert concluſionem cũ repetitione minoris, & dicit { circa id, quod omni ex parte mutatur }.i. circa ens naturale, materiale, atq; ſenſibile. quod continue mutatur { nihil vere dici poſſe arbitrabantur } hæc eſt concluſio cum repetitione minoris. Maiorem huius ſyllogiſmi Alexan. probauit ex eo, quia omne id, quod mutatur continuo, ſemper decidit, & nũquam in eadem natura perſtat: quod Expoſitor exemplo demonſtrauit, qm̃ de eo quod mutatur de albedine in nigredinẽ, quatenus mutatur, nihil vere dicitur, qm̃ nec album, nec nigrum affirmatur. Minorem etiam oſtendit Alex. quoniã in rebus ſenſibilibus materia continetur, quæ ſub formis continuo fluit, ac refluit, ita vt in ea nihil ſit fixum, nihil permanens, nihil quoque ſtabile, quibus fit, vt nihil de ſenſibilibus ſit determinate verum dicere. Quare euenit, vt veritas propoſitum non ſequatur modũ eſſendi determinatũ in rebus, ſed potius id, quod apparet cognoſcenti, vt ſit verum, quod ſolum apparet alicui cognoſcenti, & falſum, quod alicui cognoſcenti falſum apparet. Ideo dicit { ex hanc.n. exiſtimatione }.i. argumentatione { dictorũ }.ſ. Philoſophorum { illa ſumma } atq; extrema { opinio pullulauit, quam Heracliti ſequaces, atque Cratyllus habebat } Vnde & Auerroes aſſerit hos eſſe firmatos ſuper duo, quorum vnum eſt, & minor, quia viderunt iſtam naturam ſenſibilem tranſmutabilem per ſe: ſecundũ autem eſt, & maior quia opinati ſunt nullam rem eſſe, quæ vere dicatur de rebus tranſmutabilibus ſm̃ totum propter velocitatem tranſmutationis eorum, & ideo concludens dicit { & ſecundũ hoc nulla erit ſciẽtia permanẽs, nec ſemꝑ nec aliqua hora. *Quæ Auerr. Comm. 21.*

Qui quidem poſtremo nihil dicere oportere arbitrabatur, ſed digitum duntaxat mouebat, & Heraclitum increpabat, propterea quod dixiſſet fieri non poſſe, ut bis eundẽ fluuium quiſquam ingrediatur. Ipſe enim neq; ſemel arbitrabatur.

Cum narraſſet opinionem Heracliti, & ſequacium, nunc explicat dementias Cratylli & primo primam, & dicit { Qui quidem }.ſ. Cratyllus { poſtremo nihil dicere } ſe { oportere arbitrabatur }.ſ. verbo { ſed } ad exprimendũ conceptum mentis { digitum duntaxat mouebat } & hoc ideo, quia veritas rei, quam verbo explicare volebat, prius deſinebat, quã ſermo finiretur: putabat autem breuiore ſpatio digitum mouere, quam lapidem, vel lignum, aurumúe, aut quicquam aliud appellare. Hæc enim propter alterationem, mutationemq; ſubſtantiæ nunquã permanere, at quod digito monſtratur, quicquid illud ſit, ita demonſtrari. Hæc eſt prima Cratylli dementia. deinde affert ſecundam, & dicit { atque Heraclitum increpabant, propterea quod dixiſſet fieri non poſſe, vt bis eundem fluuiũ quiſquam ingrediatur } quia antequã intraſſet ſecundo, aqua quæ erat fluminis iam defluxerat { Ipſe enim neq; ſemel arbitrabatur } nam cum fluxus, atq; mutatio ſempiterna ſit, atque irrequieta, ſe retulit non modo non bis, ſed ne ſemel quidem quenquam flumen idem ingredi poſſe putare. quia antequã ſemel ingrederetur, & exiret, aqua fluminis deflueret, & alia ſuper ueniret, vel quia cum ſemel quis ingreditur, prius ingrediebatur, & ita alias, quare non ſemel: & ita non ſolum etiam non poteſt homo bis loqui de re aliqua antequam diſpoſitio mutetur, ſed etiam nec ſemel.

Nos autem & ad hanc rationem dicemus id, quod mouetur eſſe non putare aliquam ipſis rationem habere.

Cum narraſſet opiniones, & cauſas opinionum ex parte ſenſibilium, nunc Ariſt. diſputat contra eos, & primo de mutabilitate ſenſibilium, & multas affert rationes, quarum prima componitur hoc pacto, quicũque opinatur non eſſe, quod non eſt, veram habet opinionem, qui dicit id, quod mouetur, dum mouetur, nõ eſſe, opinatur non eſſe, quod nõ eſt, igitur qui dicit id, quod mouetur, dum mouetur, non eſſe, veram habet opinionem. Maior conceditur ab eis, qui volunt opinionem eſſe pro ratione rei ſenſibilis, minor etiam eſt probata ab eis, quoniam quod mouetur, dum mouetur, nec eſt id, quod erat, nec eſt id, quod erit, nec eſt pro momento id, quod eſt, cum nihil moueatur in momento apud eos. de ratione affert minorem, & dicit { nos autem & ad hanc rationem }.i. contra hanc opinionem { dicemus id, quod mouetur habere ipſis aliquam rõnem } videlicet { non putare eſſe } putant .n. non eſſe, quod non eſt, qui.ſ. dicunt id, quod mouetur dum mouetur, non eſſe: & ſic perſpicua eſt minor. Vnde, vt Alexan. inquit, qui ob hac cauſas verum cognoſci non poſſe tradebant, recte eos quodammodo, atq; vere exiſtimare putandum eſt, quatenus quod mouetur, cum mouetur, non eſt, quatenus mouetur. quia, vt dictum eſt, neq;.i. quod erat, neq; hoc rurſus, in quod tranſit. Auerroes vero, inquit de omni eo, qđ tranſmutatur, habere ſermonẽ, qui vere dicitur de eo, quatenus tranſmutatur, verbi cauſa dicitur, ꝙ non ſit permanens, & alium huic oppoſitum, qui falſo dicitur de eodem, verbi gratia, ꝙ ſit permanens. vbi patet iudiciũ qđ non ſit permanens, eſſe ſimplr̃ inuariabile: & oĩno certũ. Quare patet minor, eos, qui dicunt id, qđ mouet̃, dũ mouet̃, nõ eſſe, opinari nõ eſſe, quod nõ eſt. *Quæ Auerr. Comm. 21.*

Quãquàm ambiguitatem habet. Id enim quod abijcit, habet aliquid eius, quod abijcitur, & eius quod fit, aliquid iã eſſe neceſſe eſt.

Quia minor poſſet negari dicendo id, quod mouet̃, dũ mouet̃, eſſe. ideo quaſi mutãdo rõnem dicit { Quãquã ambiguitatẽ habet } ſubaudi dicere quod mouetur, nõ eſſe, cuius rõnem affert, & dicit { id.n. quod abijcit } ſubaudi à ſubiecto, hoc eſt ipſum mouens, cum abijcit aliquid à ſubiecto { habet aliquid eius, qđ abiicitur } alioquin, vt Alex. inquit, iã ipſum abieciſſet { & } etiam { eius, quod fit, aliquid iam eſſe neceſſe eſt } ſubaudi in eo ſubiecto ẽ quo fit abiectio. alioquin qđ efficitur, nondũ eſſet id, qđ fieri dicitur. nã & ſi nondũ eſt id, qđ efficitur, tñ aliquid eſt iam ipſum, ꝑp quod

Quæ Auer. Comen.22. hoc fieri dicitur, & nõ aliud. Ex his colligit Auerroes eſſe in talibus determinatam aliquam naturam, ita vt neceſſe ſit, aliquod ens eſſe. Quod ſi neceſſe ſit aliquod ens eſſe, neceſſe erit non eſſe eius oppoſitũ, & ita ex parte ſenſibiliũ erit aliqua opinio certa: & determinate vera, cuius cõtradictoria erit determinate falſa.

Et omnino ſi corrumpitur, erit quippiam ens. & ſi fit, neceſſe eſt eſſe & id, ex quo fit, & id, a quo generatur, & ut hoc non in infinitum proficiſcatur.

Tertio eſſe aliquod ens determinatum probat rurſus ex parte corruptionis: & dicit {Et omnino ſi corrumpitur }.i. ſi eſt aliqua corruptio { erit quippiã ens} ſubaudi, quod corrumpitur, cum nihil ſubiectũ corruptionis eſſe non poſsit. Vel, vt Alexander deducit, ſi interitus mutatio eſt entis in ens, profecto quod interit, nec dum interijt, hoc vt aliquid ſit, neceſſe eſt. quia ſi non eſſet, non interiret.. Quarto idẽ probat ex parte gñationis, & dicit { & ſi fit }.i. & ſi in rerum natura eſt aliqua generatio { neceſſe eſt eſſe & id, ex quo fit} quicquid.n. fit, ex aliquo ſubiecto fit, cum non fiat ex nihilo { & } neceſſe eſt eſſe { id, a quo generatur } non.n. abſq; cauſa hæc fieri dicenda ſunt. alias.n. non efficeretur quicq̃. & addit { & vt hoc non in infinitũ proficiſcatur } & per hoc Alexander exponit, tũ id, ex quo res efficitur, tum id, a quo. nihil.n. omnino efficeretur, ſi generatio abſque principio in infinitum procederet, vt in primo motore demonſtratum eſt. Patet igitur ex his aliquid iã determinatum eſſe, ſiue intereat quicq̃, ſiue gñetur, quod neq; ſimul cum illo intereat, neq; ſimul oriatur. quamobrẽ ij ẽt, qui continentẽ mutationẽ, & fluxũ, interitũq; cauſantur, aliqua entia determinata relinquere coguñ, ſi velint ſuã tueri ſñiam.

Sed his omiſsis, illa dicamus non eſſe idem mutari ſecundũ quantitatem, & ſecundum qualitatem. Secundum igitur quãtitatẽ ſit non permanens, ſed ſcdm ſpeciẽ omnia cognoſcimus.

Expoſitor vult, vt Ariſt. hic aſsignet tertiã rõnem, quod non eſt diſſonum Alex. licet aliquo modo aliter ſentiat, nam vult ꝙ nũc tangat rõnes probabiles, quæ perſuadendi vim habent: omiſsis videlicet fortioribus, & magis implicitis rationibus, quas prius tetigerat. Ego uero puto Ariſtotelẽ hoc in loco interponere ſolutionẽ cuiuſdam efficacis rõnis eorum, qui ex parte mutabilitatis ſenſibiliũ tuebantur veritatẽ viſorum. Argumentabantur.n. hoc pacto, ſicuti de eo, qđ augetur, ita de omni ſenſibili, quod mouetur quauis ſpecie motus: ſed quod augetur, videtur quieſcere, & tñ mouetur continuo: igitur omne ſenſibile videtur quieſcere, ſed mouetur continuo. quare nihil certi haberi põt de ipſis ſenſibilibus, cũ continuo ſint in mutatione, & ſemp alia ſint atq; alia, qđ aũt quod augetur, continuo augeatur, & tñ videatur quieſcere, declarãt ex eo, quia videñ aliquid per multũ tẽporis, vtputa ꝑ bienniũ augeri ad digitalẽ quãtitatẽ, arbitrati ſunt motũ eius, qđ augetur, eſſe continuũ, ita vt quãtitas, qua fit auctio, diuideretur proportionabiliter pro ratione partiũ temporis, ita vt in qualibet parte tẽporis fieret auctio alicuius quantitatis, cuius proportio ad totam quantitatẽ eſſet ſicuti proportio partiũ temporis ad vniuerſum tẽpus: & ita patet hunc motũ eſſe continuũ & tñ quod augetur in partibus medijs videĩ quieſcere. quare ſicuti iſte motus eſt inſenſibilis, ita ſimiliter putauerunt omnia ſenſibilia, quæ videntur quieſcere continuo moueri: licet motu imperceptibili Ariſt. ergo rñdens ad hoc argumentũ dicit { ſed his omiſsis } q̃ pertinent ad redarguendũ eos { dicamus } pro interpoſita ſolutio eſt { illa } videlicet { non eſſe idem mutari ſm quantitatẽ }.i. ſm partes materiales quantas { & ſm qualitatem }.i. ſm formam. nã in auctione partes materiales quantæ fluunt, & refluunt, partes aũt formales, q̃ ſunt ſm formam manent eædem ſemper. manet.n. forma Socratis quandiu Socrates tutus ab interitu manet, itaq; dum puer eſt, dũ augeſcit, decreſcit, ſe neſcit ſm naturã perinde Socrates eſt: eadem ratio lapidis, auri, ligni, & cæterorũ cuiuſq;. quare ſi ob continentem fluxũ negant rem vel eſſe, vel cognoſci poſſe, profecto qua fluxus non eſt continuus, hac res & eſſe & cognoſci poſſe eoſdem fateri conuenit. quia uero fluxus ſm formam non eſt continuus, fit, vt ſm formã res cognoſcantur. Propterea dicit { ſm igitur quãtitatem, ſit non permanens }.i. concedatur ꝙ nõ ſit ꝑmanens, & ita concedatur etiam ꝙ ſm quantitatẽ, nõ cognoſcatur { ſed ſm ſpeciem }.i. formam { omnia cognoſcimus } qm̃ ſm formam omnia ſunt permanẽtia, vt dictũ eſt. & ita licet ſm partes materiales oĩa ſenſibilia ſint in motu, quia tñ ſm formã omnia permanẽt, ideo ſm formã cognoſcuntur. Quo vero ad verba attinet, dixit { ſit non permanens }.i. concedatur eis, ꝙ motus auctionis ſit continuus toto illo tempore, quo fit, qm̃ reuera non eſt continuus, quemadmodũ Ariſt. demonſtrauit octauo Phyſicæ auſcultationis afferens exemplũ de ea gutta, quæ cauat lapidẽ, nam licet gutta vltima quodam modo virtute omnium præcedentiũ amoueat partem lapidis, non tñ eſt putandũ hanc amotionem fieri in toto tꝑe præcedenti, quo priores guttæ cadebant videlicet per partem poſt partẽ. Sed ſolũ fiebat diſpoſitio ad cauationem, quę fit per vltimã guttã. Ita, vt inquit, nõ eſt putandum, cum aliquid creuerit magnitudine digiti aliquo in tempore, verbi cauſa in biennio, eum auctionis motum toto illo tꝑe fieri continuum, ſed eſt credendũ tẽpore præcedenti fieri diſpoſitionem. Vltimo vero momẽto illius generari magnitudinem, recte ergo dixit { ſit nõn permanens } .i. continuus, qm̃ re vera non eſt continuus, ſed conceditur, qm̃ non eſt locus hic perſcrutandi rem hanc. & cum dixit { ſm quantitatẽ } vno modo intelligi poteſt, vt diximus, ſm partes materiales, & tunc cũ dicit { ſm qualitatem } debet intelligi ſm partes formales: vt videtur Alex. tandem exponere. vel cum dicit { ſm quãtitatem } intelligit ſm eſſe indiuiduale, & tunc { ſm qualitatem } debet intelligi ſm ſpeciem in vniuerſali. qm̃ de ſenſibilibus, & de augmentabili in eſſe indiuiduali, non eſt certa cognitio, ſed bene ſm qualitatem .i. ſm eſſe vniuerſale in ſpecie. Aut tertio intelligi poteſt { ſm quantitatem } hoc eſt ſm materiam, quæ in ipſa auctione fluit, & refluit, ſicuti in generatione, & { ſecundum qualitatẽ } intelligit ſm formam, quæ eadem manet ab ortu vſq; in finem vitæ, vt etiam Alexã. innuit. quouis modo intelligatur, patet ſolutio.

Com.23.

TEX.23. *Præterea increpandi ſunt ij, qui ita de rebus exiſtimauerũt propterea ꝙ, cum pauciores numero ſenſibilium rerum ita ſe habere uiderent, de toto cœlo ſimilem ſententiam attulerint. locus.n. ſenſibilium rerum, qui eſt circa nos, ſolus corruptionem generationemq; ſubit, ſed iſte nulla fere pars ipſius uniuerſi eſſe uidetur. quare iuſtius hæc ob illa tali ſententia liberaſſent, q̃ ob hæc in illa ſententiam contemnentẽ tuliſſent.*

Hic

Hic quartam rationem Ariſto. afferre Expoſitor ar bitratur. rectius aũt cum Alexandro dicendum Ariſt. hic diluere aliud eorum motiuũ. argumentabantur. n. hæc ſenſibilia. quæ ſunt in ſphæra actiuorum, & paſſiuorum, oĩa ſunt in continuo fluxu, atq; mutatione, er go vniuerſum erit in continuo fluxu, atq; mutatione, & res omnes, & ipſum cœlum, & oẽ diuinũ, & ſempiternũ corpus ſimili ratione. horum ergo argm̃ obiur gando dicit {Prætera increpandi ſunt ij, qui ita de re bus}. ſ. cunctis {exiſtimauerunt, propterea ꝙ cũ pauciores numero ſenſibiliũ rerũ ita ſe habere videreſ, de toto cœlo}. i. de toto mundo, & oĩbus mũdi ꝑtibus {ſi milẽ ſententiã attulerint} & ita res oẽs in cõtinenti, & fluxu, & mutatione verſari putabant, cum hoc in pau cioribus rebus ſenſibilibus animaduerterent. Deinde reſpõdẽdo cõcedit illud, qđ aſſumunt, & dicit {locus . n. ſenſibiliũ rerũ, qui ẽ circa nos} & eſt ſphæra actiuo rum, & paſſiuorũ {ſolus corruptionẽ, generationẽq; ſubit} & ſic cõcedit aſſumptũ, deinde ſubintelligendo negationẽ cõſequẽtiæ dicit {ſed iſte}. ſ. locus {nulla fe re pars ipſius vniuerſi eſſe videtur} nõ ergo eſt argumẽtandũ a minima rerũ parte ad oẽs vniuerſi partes. Deinde oſtẽdit quo modo e cõtrario rectius feciſſent, & dicit {quare iuſtius hæc}. ſ. ſenſibilia. quæ minima mundi pars ſunt {tali ſententia} ab eis prolata {liberaſ ſent}. i. a corruptione liberare debuiſſent {propter illa}. i. argumẽto ſumpto a ſempiternitate illorũ, ſic argumentando ſuꝑ cęleſtia ſunt ſempiterna, igitur hęc ſenſibilia ſaltẽ ſm̃ vniuerſalẽ rationẽ ſunt ſempiterna {quam ob hæc}. ſ. ſenſibilia, quæ pauca ſunt {ſententiã contẽnentem} & improbam {tuliſſent}. i. ferre debuiſſent {in illa}. i. contra ſempiternitatẽ illorũ. Quo vero ad verba attinet, cũ aſſerit locũ ſenſibiliũ nullã eſſe fere partẽ vniuerſi videri, hoc pro tanto ita eſt, vt Expoſitor refert, quia tota ſphæra actiuorũ & paſſiuo rum rõne habita ad totũ cœlũ eſt ſicuti centrũ. Vt declarat æqualitas aſpectuũ, quibus cernũtur ſtellæ non errãtes oculo poſito in quauis eius ꝑte. Inſuꝑ cũ dicit ſenſibiles res eſſe numero pauciores, quęſtione dignũ videtur, qm̃ ſenſibilia ſunt numero multo plura quam cœleſtia. fortaſſe ꝑ pauciora numero intelligit totum nexũ, cumulũq; ſenſibiliũ eſſe quantitate minorẽ toto nexu, cumuloq; partiũ cœleſtiũ. & ſic vſus ẽ nume ro pro quãtitate cõtinua. Qui vero dixerunt hæc ſenſibilia ẽe numero pauciora illis, enumerãdo oĩa cœle ſtia, verũ dicũt ſi enumerẽtur ſtellæ omnes, & paruæ, & magnæ, nã, vt Trimegiſtus inquit, nullũ eſt granũ arenarũ in mari, qđ nõ habeat propriũ ſignũ in cœlo ſuſcitãs ad ſuũ ortũ, atq; incremẽtũ. Prima tñ expõ mi hi videtur tutior, qm̃ hec ſecunda incerta eſt.

Prætera patet & in hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim ſunt dicta. oſtendendum eſt enim ipſis, atq; perſuadendum, naturam quandam immobilem eſſe.

Cum interpoſuiſſet dilutionẽ duorũ argumẽtorũ, quibus probabãt oĩa ſenſibilia eſſe in cõtinuo fluxu, ac motu, nũc redit ad opponendũ eis, &, vt Alexãder inquit, adducit contra hos illud idem, quod adduxit contra illos, qui quod oĩa ex oĩbus fieri cernerent, in oĩbus oĩa eſſe aſſerebant, & ita cõtradictionẽ in ſingu lis rebus verã fieri dicebãt, videlicet in rebus eſſe aliã ſubſtantiã ab oĩ motu, interitu, & genera oẽ prorſus immunem. hoc igitur idẽ in hos adducit, & dicit {præ terea patet & ĩ hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim ſunt dicta} ſubaudi contra eos, qui contradictionem eſſe verã tuebantur ex eo quia oĩa ex oĩbus fieri cernebat, & in oĩbus oĩa eſſe aſſerebant. deinde explicat illud, & dicit {oſtendendũ eſt. n. ipſis, atq; ꝑſuadendũ naturã quandã immobilẽ eſſe} atq; prorſus immutabi lem ab oĩ motu, interitu, & generatione immunem. eorum. n. quæ mouẽdo, mutãdoq; euariant, nullũ eſ ſet omnino, niſi immota quædã natura, & incorporea motus cęterorum eſſet cauſa, & hæc eſt natura primi Motoris, vt in auſcultatorijs libris probatũ eſt. Qua ratione fit, vt non oĩa ſint ſemper in motu, neq; verũ vt nihil de aliquo poſsit determinate dici. Auerroes ve ro dicit Ariſtotelem intelligere per huiuſmodi naturam ſpẽs & genera, quæ ſunt Platonis ideæ. & forte in telligit, vt inquit, ſubſtãtias abſtractas, quæ ſunt Deus & intelligẽtiæ. Et quouis modo intelligatur, ſequitur, vt non omnia ſint ſemper in motu, neq; verum, vt ni hil de aliquo poſsit determinate dici. Quæ Auer. Comen. 23

Et etiam his, qui ſimul eſſe, atque non eſſe dicunt, euenire uidetur, ut quieſcere magis quam moueri omnia dicant. Non eſt enim omnino quicquã, in quod quippiam mutaretur, quippe cum uniuerſa omnibus inſint.

Demum in preſenti textu reducit eos ad contradictionem, nã iſti ſunt qui dixerũt in ſingulis rebus con tradictionẽ verã eſſe, & ita idem eſſe ſimul atq; non eſ ſe, cõtra hos igitur obijcit ex eorũ dictis potius effici, vt oĩa quieſcãt, quã vt oĩa mutẽtur, & moueãtur. ſi. n. quæ mutantur, hæc in ea, quæ ipſa nõ ſunt mutantur, nimirum qui vnũquodq; oĩa eſſe aiunt, nec extra id eſ ſe quicq̃, his cõſentaneũ eſt, vt oĩa quieſcere dicant, cũ in nihil cõmutentur, ꝑpea ꝙ eadẽ exiſtendi, & nõ exi ſtendi rõ manet, & quia oĩa, quæ in ſe vnumquodq; ha bent, nihil hñt amplius in quod mutentur, & dicit {& etiam his, qui ſimul eſſe, atq; nõ eſſe dicunt, euenire vi detur, vt quieſcere magis quam moueri oĩa dicant} & affert cauſam, & dicit {non. n. eſt omnino quicquã}. ſ. extra ipſum mobile {in quod quippiã,} id eſt in quod mobile {mutaretur, quippe cũ vniuerſa oĩbus inſint} nihil. n. mutatur in illud, quod ſibi ineſt, ſicuti quod iam eſt album, non mutatur in albedinem. quare cum oĩa inſint cuilibet, quia oĩa ſunt vnum, fit, vt nihil ſit extra ipſum mobile, in quod poſſit mutari.

De ueritate aũt quod nõ omne apparens ſit uerum, primo quidem oſtenditur, quoniam ſenſus proprij obiecti non eſt falſus. At imaginatio non eſt idem quod ſenſus. TEX. 24.

Cum in eos effatus eſſet, qui oĩa ſemper, cõtinẽterq; moueri, ac proinde nullius rei certam cognitionẽ cõtingere poſſe arbitrabãtur, cũ obiter eorũ ſententiæ, qui contradictionis veritatem in oĩ re aſſerebant, con ſentaneum eſſe docuiſſet, vt omnia quieſcere confiterentur protinus in eos diſputat, qui omne viſum ſtatuunt eſſe verum. Vbi primo annotatione dignũ eſt, hanc propoſitionẽ oẽ quod apparet, eſt, poſſe bifariã intelligi, aut verbo eſt intranſitiue ſumpto, hoc eſt, vt non tranſeat in aliquod prædicatũ, præter illud, quod correſpõdet verbo eſt, quod eſt ipſum, ens, & ſic eſt ve ra. nam ſenſus eſt, quod apparet eſt, & nihil eſt, qđ apparet quin illud ſit, igitur oẽ, quod apparet, eſt. aut uer bo eſt trãſitiue ſumpto, & ſic eſt falſum, quoniã ſenſus eſt, quod apparet, eſt illud, quod apparet, & nihil eſt, qđ apparet, quin ſit illud, qđ apparet, & hoc pacto illa propoſitio eſt falſa, qm̃ ſecunda interpretatiua eſt falſa. nam aliquid eſt, quod apparet, quod non eſt illud, qđ apparet. igiť non oẽ, quod apparet, eſt vere illud,

quod apparet.& ita Ariſtoteles intendit probare, qđ nõ oẽ,qđ apparet,ſit illud,quod apparet. vt ſi Socrates appareat equus,nõ ſequiř,vt ſit equus,nec ſequiř, ſi aliqua propoſitio apparet vera, vt illa ſit vera, & ſi aliqua apparet falſa, nõ ſequiř, vt ſit falſa, & prĩo pro ponit intẽtũ,& dicit{De veritate aũt}ſubaudi diſſeramus,oportet,oſtendendo {qđ nõ oẽ apparẽs ſit verũ} & nõ argumẽtař,vt puto,ſed ſoluit argm̃ ſupius tactũ videlicet,ſenſatio eſt incerta,& talis,vt ſp ſit, qđ ſenſa tione ſentiř,vt ſenſui apparet,quare oẽ viſum eſt verũ, & id,qđ apparet,rñdet. & dicit{primo quidẽ oſtẽdiř} qm̃ non opportet,vt ſemper ſenſus ſit falſus{qm̃ ſenſus proprij obiecti nõ eſt falſus} ſed dices, ſi ſenſus circa propriũ obiectum nõ ſit falſus,ergo nec imaginatio. rñdet,& dicit{At imaginatio nõ eſt idẽ, qđ ſenſus} & ita põt eſſe falſa de ijs ſenſibilibus, quorum ſenſus eſt verus.Quod aũt imaginatio non ſit ſenſus, patet, qm̃ ſenſus præſentium ſenſibiliũ, quæ extra ſenſoria ſunt, apprehenſio,ſeu cognitio eſt, imaginatio vero motus ſenſus in actu,qui motus ab imaginib⁹ proficiſciř impresſis a ſenſibilibus, vt in libro de aĩa demoſtratur,& in eo,qui de memoria inſcribiř,atq; in eo, qui de ſom nio,qđ diſcrimen vel inde patere põt,qđ imaginari in ptãte nr̃a ſitum ſit,ſentire non itẽ.& quia tunc etiã,cũ non ſentimus,vt inter dormiendũ, imaginamur.at fie ri non põt,vt nõ ſentientes ſentiamus. item ſenſus, vt dixi,pręſentium eſt rerum,imaginatio vero etiã abſen tiũ.Vult igiř dicere drĩam iudiciorũ, quæ dař de ſenſi bilibus,nõ proficiſci ex ſenſu,ſed ab imaginatione, ad quam pp aliquod impedimentũ naturæ proueniũt de ceptiones ſenſuũ.At imaginatio nõ eſt idẽ, qđ ſenſus. Vel fortaſſe hic nõ ſoluit argm̃, ſed argumentař cõtra eos,qui putant nihil eſſe verũ, & nihil eſſe falſum, ſed ſolũ verũ,& falſum eſſe in apparentia.Contra obijcit, qm̃ aliquod eſt determinate verũ, igitur nõ oẽ verum vel oẽ falſum eſt in apparentia.antecedens oñdit, & di cit{primo quidẽ oſtẽdiř,qm̃ ſenſus proprij obiecti nõ eſt falſus}igitur aliqđ eſt determinate verũ. aſſumptũ accepit pro conſtanti, qm̃ viſus non decipitur qm̃ coloratũ, ſed qm̃ Sophroniſci filius, nec qm̃ ſonat, ſed qm̃ campana ſonat,& in cæteris id genus ſimiliter, & ſi obijciatur,quod interdum etiã circa ſenſibilia propria error accidat,per verba,quæ ſubdit, innuit ſolutionẽ.& dicit{at imaginatio nõ eſt idẽ, quod ſenſus} & per hoc dat intelligere errorem euenire nõ ex ſenſu,ſed ab imaginatione, per cuius affectionẽ nonnunquam euenit id,quod p ſenſum accipiř,aliter ac eã per uenire quã per ſenſum acceptum ſit, vt in delirijs perſpicuum eſt,in quibus inſtrumentũ imaginariæ virtu tis eſt male affectũ.Iuniores arbitranrur ꝙ ad hoc, vt ſenſus nõ erret circa propriũ obiectũ, requiratur primo,vt obiecti ad ſen ſum ſit debita proportio, ſecundo,vt ſit idonea diſtantia,tertio,vt inſtrumentum ſit conuenienter affectum,demũ quarto, vt etiam mediũ ſit idoneum,quæ conditiones faciunt etiam, vt circa obiectũ commune,aut per accidẽs error non eueniat. quare videntur ſuperfluæ de obiecto per ſe,& primo. & ita licet delirans erret circa obiecta per accidẽs, & circa obiecta per ſe non prima, nunquã fatebor eum errare circa obiectum per ſe,& primum, niſi imagina tio ſit erroris cauſa. Vnde & Auerroes ait ſic, falſitas propria eſt imaginationi,ſed ſenſui non competit, ni ſi per accñs.Verũ hęc petẽda ſunt ſecũdo de aĩa libro. *Quæ Auerr. Com. 25.*

Deinde dignum eſt admiratione,ſi id dubitauerint,ſint ne magnitudines tantæ,taleſq; colores, quãtæ, ac quales iſs,qui ſunt remoti,an tantæ,qualeſue ijs,qui ſunt propinqui uidẽtur.

Secundo idem probat hoc pacto, ſi nihil eſſet determinate verũ,& nihil determinate falſum ſed oĩa eſſent in apparentia,tunc in apparentibus prope, & pro cul nulla eſſet determinata differẽtia cõſequentia eſt ẜm eos, qui negarunt oẽm determinatam veritatẽ in apparentibus.deinde deſtruit cõſequẽs,& dicit. {Deinde dignũ eſt admiratione, ſi id dubitauerint, ſint ne magnitudines tantæ,taleſq; colores,quante,ac quales ijs,qui ſunt remoti,an tantæ,qualeſve ijs, qui ſunt pro pinqui videntur} quaſi dicat ne quaquã. qm̃ magnitu do quæ videř propinqua,apparet maior,quæ vero re mota,minor,vt in perſpectiua probatur. ſimiliter color apparens prope videtur ſub vna drĩa, procul vero ſub alia.albũ.n.prope videtur albũ, procul aũt nigricat.aut aliter poteſt ratio componi,ſi omne viſum eſt verum,eadem magnitudo cẽt magna, & parua, idem coloratum eſſet album,& nigrũ.probatur,qm̃ eadem magnitudino prope apparet maior, procul vero appa ret minor,igitur erit maior, & minor. itẽ idẽ coloratũ prope apparet album, & proculo vero nigrũ. igiř erit album,& nigrum. Quod autem ita ſit,probat & dicit {Deinde dignũ ẽ admiratione,ſi id dubitauerint, ſint ne magnitudines tantæ,taleſq; colores,quãtæ, ac qua les ijs,qui ſunt remoti,an tantæ, qualeſve ijs, qui ſunt propinqui} & certũ eſt ꝙ nõ ſunt eodẽ mõ apparẽtes, nã magnitudĩes prope videnř maiores: & ita ſunt maiores,procul videnř minores,& ita ſunt minores. quare maiores & minores,ſimili ratione in coloribus, co lores prope apparent albi,procul nigri. igitur ſunt albi & nigri.Alexander aũt ad hunc modũ rõnem cõſtituit,ſi oẽ quod apparet eſt verũ,ſicuti apparet, nõ verius apparerẽt magnitudines prope, atque e vicino, quam e remoto.at nemo dubitare põt,magnitndines quantæ ſint,num quantæ procul aſpicientibus viden tur,an quantæ intuentibus e propinquo,neq; de coloribus dubiũ eſſe põt alicui.Quare apud Alex.Ariſt.deſtruit conſequens,& dicit {Deinde dignum eſt admiratione,ſi id dubitauerint,ſint ne magnitudines tantæ taleſq; colores,quantæ,ac quales ijs, qui ſunt remoti, ac tantæ taleſve ijs,qui ſunt propinqui, videntur}nam vnuſquiſq; aſſereret magnitudines eſſe tantas,quantæ intuentibus videntur ſe propinquo, & colores tales ſi militer quales vidẽtur e vicino.ergo non omne, quod apparet,eſt verum,ſicuti apparet.

Et ſint ne tales quales ſanis, an tales, quales ægrotantibus ipſis apparent.

Tertio ſi oẽ,quod apparet,eſt verũ, ſicuti apparet, nõ verius apparent ſapores ſanis,quã ægrotis, deſtruit conſequẽs,& dicit{Et}ſubaudi dignũ eſt admiratione,ſi id dubitauerint {ſint ne tales}.ſ.ſapores {quales ſanis,an tales,quales ægrotantibus ipſis apparẽt} nam unuſquiſq; diceret ſapores eſſe tales quales vidẽtur ſa nis.ergo nõ oẽ qđ apparer,eſt verum ſicuti apparet. Quod aũt dicerẽt tales eſſe ſapores, quales apparent ſanis,& non quales apparent ægrotantibus, patet, qm̃ ſani ſenſoria ipſa bene affecta habent, & inde eſt vt iu dicium ſanorum de ſenſibilibus ſit verum.ſenſoria ve ro ægrotantium ſunt male affecta, vt nõ bene immutentur a ſenſibilibus,& inde euenit, vt iudiciũ de illis ſit fallax.Inſtrumentũ enim guſtus in ægrotantibus, cũ ſit affectum humoribus putreſcẽtibus,ea,quæ ſunt boni ſaporis,inſipida cenſet,atq; indicat. Alexãder au tem

tem exemplum affert in ictericis, & mēte captis. nam ictericis colores videntur virides, ſanis autem quales ſunt. mente captis autem ſenſibilia fere omnia videntur aliter quam ſunt. quare iudicium accipi debet a ſanis, & non ab ægrotantibus, & ita non omne, quod apparet, eſt verum, ſicuti apparet.

Et ſint ne grauiora ea, quæ imbecillis, an ea, quæ robuſtis uidentur.

Quarto ſi omne, quod apparet, eſt verum, ſicuti apparet, non verius apparerent grauia robuſtis, quam imbecillis, immo æque vera apparerent vtriſque, deſtruit conſequens, & dicit {& ſint ne grauiora ea, quæ imbecillis, an ea, quæ, robuſtis videntur} omnia.n. apparerent æque vera. hoc autem eſſe falſum, tanquã oībus perſpicuum relinquit. nam robuſti de ponderibus iudicant ita, ſicuti ſunt. non autem imbecilli, quibus difficultas ad ſuſtinendum non tantum ex magnitudine pōderis euenit veluti in robuſtis, ſed etiam ex imbecillitate virium, vnde, & parua pondera eis magna videntur.

Et etiam utrum ea ſint uera, quæ dormientibus, an ea, quæ uigilantibus ipſis apparent. nam non ita ipſos putare patet. nemo nãque ſi ſit in Africa, deinde noctu ſe eſſe Athenis exiſtimauerit, ad lycium proficiſcitur.

Lycium ὠδεῖων locus ubi cantatur.

Quinto, ſi omne, quod apparet, eſt verum, ſicuti apparet, nō verius aliquid appareret vigilantibus quã dormientibus, vel ſaltē æque verū appareret vigilantibus, & dormientibus. deſtruit conſequens, & dicit. {Et etiam vtrum ea ſint vera, que dormientibus an ea, quæ vigilantibus ipſis apparent} nam æque vera apparerent vigilantibus, & dormientibus, quod nō eſſe ita, oſtendit, & dicit {nã nō ita ipſos putare patet} vt videlicet æque vera appareant: cuius rationem affert, & dicit {nemo nãq; ſi ſit in Africa}.i. nemo.n. eorum, qui in Africa ſunt, dum eſt in Africa {deinde noctu}.ſ. in ſomnis {ſe eſſe Athenis exiſtimauerit} expergefactus {ad lycium proficiſcitur} & hoc non ob aliud, niſi quia illud, quod apparuit in ſomno, non putat eſſe verum, ſed vanum, illud autem quod apparet in vigilia, verum putat. ergo non omne apparēs eſt verum. lycius Græce eſt, ὠδεῖων, eſt autē odion pars quædam theatri, quæ nunc thymele,.i. Scena nuncupatur. Argiropylus vero tranſtulit lyceū, qui locus eſt Athenis, ubi Plato legebat, tu vero conſidera, qm̃ ad rem non refert. ſatis.n. eſt accipere experrectum non ea agere, quæ egiſſet, ſi in vigilia id percepiſſet. iuiſſet.n. ad odion, ſi in vigilia ſe Athenis eſſe videret, quod nō facit, ſi id ſomniat. qua ratione patet, vt nō putet æque verum eſſe, quod videtur dormiētibus & vigilãtibus.

Præterea medici opinio, ut inquit etiam Plato, atque ignorantis hominis de futuro ſano, aut non futuro, non æque profecto eſt certa.

Sexto probat ſtultam eſſe opinionē, qua creditur omnes opiniones eſſe æque veras, exemplo ſumpto a medico, & ab eo, qui medicinã ignorat, & dicit. {Præterea medici opinio, vt inquit ēt Plato}.ſ. in Protagora {atq; ignorantis hominis} qui.ſ. medicinã ignorat {de futuro ſano, aut nō futuro, non æque profecto eſt certa} nam iudicium medici de ægroto qui ſanetur, certius eſt, quam iudicium eius, qui medicinam ignorat. Medicus.n. qui cauſas ſanitatis, & ægritudinis ſcit pōt ex ſignis cauſarum futuram præſcire ſanitatē, at medendi artis ignarus non pōt. Vñ argumentū Platonis in Protagora eſt, ſi oīs opinio vera eſſet, nihilo verior eſſet opinio medici de futura ægrotantis valetudine, quã eius qui medicinæ nullam habet cognitionē. At nūc medici opinio potior habetur. ſi.n. alter ægrotantem morbo explic ndum eſſe predixerit, prædicaueritq;, alter eundē mortē obiturum tpe exitus inſtante, non artis inexperti fides habetur, ſed medico, cuius prædictio re quoq; cōprobaẽ. inſuper ſi medicus aliquem ægrotaturum præopinetur, artis vero ignarus non ægrotaturum. aut e contrario, ſcientia medici potior ad veritatem habetur. quãobrem ipſi quoq; indocti ſuas de futuris opiniones non eſſe veras cōfitenẽ. quod ſi ita eſt, nō omne viſum eſt verū. Vnde & Auerroes colligens oīa hæc exempla in vnã rationem dicit, qm̃ qui dubitat diuidere inter ſenſibilia falſa, et ſenſibilia vera, eſt ſicut qui dubitabit, vtrum ſimus dormientes, an vigilantes, & vtrum ſimus, an non ſimus. Similiter nemo ambigit veras quantitates, ueroſq; colores eſſe, qui de vicino apparēt, nō aūt qui e remoto, & quod apparet ſanis, non quod apparet ægris. & demum colligēs vniuerſam vim dicit, & ſi omne, quod videtur, eſt verum, nulla eſſet differentia inter iudiciū ſapientis, & iudicium inſipientis, & ita conſiliū medici ſapiētis, eſſet ſimile cōſilio neſciētis ſanare ægrotos.

Quæ Auer. Comen.24.

Præterea in ſenſibilibus hiſce, non æque propria eſt alieni, & proprij, uel propinqui, & ſui Sed de colore uiſus, non guſtus, de ſapore uero guſtus, non autem uiſus.

Quod dixerat ſenſum in proprijs tantū ſenſibilibus eſſe veracē, nō aūt in oībus, id hoc in loco demōſtrat. ſumpſerat.n. prius ēt, ſi ſenſus eſſet verax, non tamen protinus fore oīno viſa veracia, cum ſenſus non ſit idē quod imaginatio. nūc ſenſum non pariter in cunctis, vt dixerat, veracem eſſe confirmat, & dicit {Præterea in ſenſibilibus hiſce non æque propria}.i. certa & verax eſt ſenſualis cognitio hoc ſubaudiēdum in dictione, vel ſic {non æque propria} ideſt non æque certus eſt ſenſus, vt interpretaẽ Argyropylus. Et exponens, quorum non eſt æque certus, dicit, {alieni}.ſ obiecti {& proprij} & per alienum obiectum intelligit obiectum, quod attinet ad alium ſenſum, verbi cauſa, ſapor diciẽ alienū obiectū reſpectu viſus, propriū vero guſtus. ergo ſenſus nō ē æque certus circa alienū obiectum, & circa propriū. nō.n. æque certa viſus iudicat de colore & de ſapore, qui eſt obiectū guſtus. aut de ſubſtantia, quæ eſt obiectū intellectus {vel} ſenſus nō eſt æq; certus {propinqui}.ſ. obiecti {& ſui,} et ꝑ propinquū intelligit ſenſibile cōmune, vt magnitudinē, & numerū, & cætera talia, & ꝑ ſuū intelligit ſenſibile propriū. & cū dixiſſet ſenſum nō eſſe æque certum de proprio obiecto, et de alieno, nūc hoc exponit in exēplo, & dicit {Sed de colore viſus, non guſtus, de ſapore vero guſtus, nō aūt viſus} ſubaudi eſt certus, niſi forte per accñs. Iudicat.n. viſus pomū ꝑſicū eſſe dulce a colore, ſed ꝑ accñs. Quo fit, vt ſi qua res pallida intuentibus dulcis eſſe videaẽ. huiuſmodi viſui fidē habēdam nō putemus, nec tale viſum vera eſſe credamus. Sed hoc iudiciū dulcis ne, an ſecus ſit, a guſtu petendum eſſe. Dicit tñ Alexander, aliena quodammodo vnicuiq; ſenſui vocari poſſe ſenſibilia cōmunia, in quibus plurimū errare ſolent ſenſus ipſi. & non placet, qm̃ ſicut propria ſenſibilia ſunt, quę tm̃ ꝓprio ſenſui cōueniūt. ita aliena erunt, quæ alieno ſenſui cōpetunt. Preterea ſi cōia ſenſibilia ſunt, cur aliena dicentur. Inſuper Alexãder inquit ſic, ſed neq; ſenſus in ꝓpria obiecta perinde ſe habēt e propinquo atq; e remoto, vt ſupra com-

memorauit.tūc enim viſus de colore vera renunciat, cum e mediocri ſpectat interuallo,non cum procul aſpicit,eadem eſt ratio auditus in ſonitum, odoratus in odorem.non enim de ſenſibilibus proprijs, utcunque ſe habeant, & ubicunque ſint,ſenſus iudicant, & ideo verba illa{aut propinqui & ſui}ſic interpretatur ideſt, & ſui cum prope adeſt,& cum longius receſſit. que interpretatio non placet,quoniam ſi exponitur, vt diximus,non oportet ſupplere.Præterea de proprio obiecto omnis ſenſus eſt æque verax,modo ſit primū obiectum,nō enim viſus errat circa colorem, quoniam ſiue prope, ſiue procul ſemper iudicat colorem eſſe colorem.ſed circa eſſe album,vel nigrum,vel aliter,errare poteſt, quoniam album, nigrum, & talia non ſunt prima obiecta viſus.

Quorum unuſquiſque nunquam in eodem tempore ſimul idem ſic ſeſe habere,& non ſic ſeſe habere dicit.

Refert verbum{Quorum}ad viſum et guſtum proxime dictos quaſi dicat{quorū}viſus & guſtus{vnuſquiſque nunquam}.i. quorum uiſus & guſtus nullus vnquam{in eodem tempore ſimul idem ſic ſeſe habere,& non ſic ſe habere dicit}non enim viſus dicit aliquid idem eſſe album,& non album,neque guſtus dicit aliquid idem eſſe dulce,& non dulce, & tu intelligas in cæteris ſenſibus ſimiliter. quoniā per illos duos dedit intelligere cæteros omnes.hæc autem,& que ſequuntur in Democritum,& Heraclitum, vt Alexāder annotauit,dicere videtur, qui eadem ſimul & eſſe, & non eſſe dicebant, ac iccirco contradictionis veritatē aſſerebant.vtroſq; igitur per ſenſus,& ſenſibilia refellit,tum eos,qui omne viſum eſſe verum aiebant, tum etiam eos,qui cunctis in rebus contradictionis veritatem tuebantur, quos ſuis armis oppugnat, falſitatiſq; conuincit.qui enim omne viſum iccirco verum eſſe ſtatuebant,quod omnes ſenſus veros eſſe aſſeruerint,eos redarguit, demoſtrans non omnem ſenſum eſſe veracem.neque enim ſolū de alienis ſenſibilibus non omnis ſenſus eſt verax, ſed ne de cunctis proprijs quidē,niſi a mediocri interuallo ſentiātur. nec ægrotantium ſenſus verax eſt.Quo vero propter continentem fluxum,& quoniam ex eiſdem oppoſita efficiuntur,& quia ſenſus veraces non ſunt(vt qui ſubinde aliter,atque aliter a ſenſibilibus mutētur, efficianturq;) cognitionem tollunt, & contradictionem veram eſſe aiunt.horum ſententiam refellit etiam per hæc verba docens ſenſus in quibuſdam eſſe veraces, in quibus fieri non poſſit,vt contradictio ſimul vera eſſe dicatur. Propterea ait{Quorum vnuſquiſq; nunquam}.i. quorum nullus ſenſus {in eodem tempore ſimul idem ſic ſeſe habere,& non ſic ſeſe h abere,}.i. eādem rem talem eſſe,& non eſſe,renunciat exempli gratia idem eſſe album,& non album,vel idem eſſe dulce, & nō dulce,quare ſi quo ſenſus ducūt,ſequamur,oportet, nunquam ſimul erunt oppoſita, nec contradictio erit ſimul vera.quæ ratio in eos quoq; conuenire poteſt,qui viſa iccirco vera eſſe dicūt ꝙ ſenſus veraces ſint. Si.n. ſenſibus fidem habere oportet,nullus ſenſus, qui ſentit,ſic ſe habere,& non ſic ſe habere enunciat. quā ob rem ſi ſenſus ad hunc modum ſeſe habent, ſic quoq; viſa ſeſe habebunt, ac proinde non erit verum dictu oppoſita ſimul eſſe vera.

Quin etiam neque diuerſo in tempore ambigit de affectu, ſed de eo,cui accidit ipſe affectus. dico autem hoc pacto, idem unum aut ipſum mutatum, aut corpore mutato interdum dulce,interdum non dulce eſſe uidebitur.Sed dulce eſt tale ſemper cum eſt,& nunquam mutatur, ſed ſemper de eo uerum dicit ipſe guſtus,& affectus, qui a dulci proficiſcitur, eſt neceſſario talis.

Oſtenderat nullum ſenſum eodem tpe oppoſita in eodem iudicare,ſed poſſet dici de oppoſitis iudicium eodē ſenſibili fieri poſſe in diuerſis tpibus, quare fiet, vt in diuerſis tpib⁹ omne viſum ſit verū, quaſi rndens docet, quod quāuis in diuerſis tpibus videatur iudicium ſenſus eſſe de oppoſitis in eodē,nunquam tū ſit vt iudicium de oppoſitis in eadem affectu fiant, ſed bene circa ſubiectum affectus. docet igitur ne diuerſis quidem tpibus ſenſum in iudicando de affectione, quæ in aliquo ſubiecto ſit,neq; a ſe, neq; ab alio eiuſdem generis ſenſu diſcrepare, & dicit{Quinetiā neq; diuerſo in tpe}ſubaudi ſenſus aliquis{ambigit de affectu}neq;.n.dulcedinem ſapere nunc tale,nūc diſsimile a guſtu iudicatur,ſed ſemper, & cunctis guſtātibus ſimile videtur diſcretiuū videlicet & lene, nō aūt iam diſcretiuum,iam concretiuum,ſed cunctis ſimile.eadem eſt ratio cæterarum affectionum, quæ ſenſibus fiunt cōprehendendis ſenſibilibus.Semper.n.& cūctis inter ſe congruunt.{ſed de eo,cui accidit ipſe affectus} ſubaudi ſenſus ambigit,hoc eſt ſed de ſubiecto ſenſibili ambigūt aliqn̄ ſenſus,a quo ipſis generatur affectio. & affert exemplum,& dicit{dico aūt hoc pacto}.ſ.in exemplo{idem vinum aut ipſum mutatum}.i. vel ꝙ ipſum mutetur{aut corpore}.i. aut inſtrumento corporeo videlicet lingua{mutato}hoc eſt vel ꝙ guſtans lingua tales quoſdam ſapores adhærentes habeat cidem guſtui{interdum dulce, interdum non dulce eſſe videbitur}pt.n.vinum aut ſui mutatione, vt cū ſit acetū, aūt mutatione linguæ,quæ amaris ſaporibus affecta eſt,videri nūc dulce,nunc amarū.Ac perinde viſui albū & idē non albū, itē olfactui ſuaue olens, & idem graue olens, apparere pōt{ſed dulce eſt tale ſemper cum}ſcilicet{eſt dulce,& nūquam mutaī, ſed ſemper de eo verum dicit ipſe guſtus, & affectus, qui a dulci proficiſcitur,eſt neceſſario talis}.i. & iudicium de affectu ipſo,quod iudicium proficiſcitur ab ipſa dulcedine,ſemper eſt tale.omnino.n.neceſſe eſt, vt iudicium affectionis,quod ab ipſa dulcedine proficiſcitur, tale ſit,& vt ſenſus vnam talem rationem obtineat,quippe cum guſtus nunquam mutet iudiciū,quin ipſam dulcedinem tale iudicet eſſe, qualem perpendit in vino, quando iudicauit eam eſſe dulcedinē, ſed de ipſa dulcedine ſemper verum dicit, & ſemper eodem modo. vnde ſi iudicium ſenſus eſt verum,vt ipſum dicere coguntur,ſequetur,vt natura dulcedinis neceſſario ſit talis,& ita aliquid erit in rebus determinate verum, inſuper ſequetur,vt nunquam affirmatio atq; negatio ſint ſimul vere de eodem,quoniam nūquam ſenſus ſimul dicit aliquid eſſe dulcedinem. & non dulcedinē quare legi poteſt{& affectus qui a dulci}corpore.ſ. {proficiſcitur}ineſſe{neceſſario eſt talis.}hoc eſt determinate nature.natura enim dulcedinis neceſſario erit talis, ſi iudiciū,quod guſtus obtinent de ipſa,fuerit firmum. quare ſequetur vt aliquid ſit determinate verum, & vt contradictio non ſit vera.

Et tamen hoc ipſum omnes hæ ſententiæ tollunt.quemadmodum enim & ſubſtantiam nullius eſſe,ſic quoq; nihil neceſſario eſſe dicunt. neceſſarium enim ut aliter, atq; aliter ſeſe habeant

habeant fieri minime poteſt. quare ſi quippiam neceſſario ſit, id non ſane ita, & non ita ſe habeb it.

Expoſitor ſecũdum ſuum ordinem qui vult Ariſt. facere ſextam rationem, quæ talis eſt apud eum, ſi opiniones de veritate viſorum, & de veritate cõtradictionis ſunt veræ ſequitur, vt nullum prædicatum prædicetur in ſubſtantia, neq; neceſſario, ꝙ non in ſubſtantia, ex ijs quæ dicta ſunt, dicit patere. ꝙ vero nõ neceſſario, oſtendit, quia neceſſarium eſt, quod non contingit aliter ſeſe habere. At ſi omne, quod eſt, ſic vel & aliter eſt ſecundum eos, qui veritatem cõtradictionis tuẽtur, ergo in rebus nihil eſt neceſſarium. at ſecundum Alexandrũ Ariſto. reducit ſic dicentes ad oppoſitum eius, quod concedunt, & aſſerunt. qm̃ poſtquam docuit ſemper, omneſq; ſenſus in affectionũ iudicio cõſentire, ac neceſſe eſſe, vt vnaquæq; affectio, quæ ipſis ingeneratur, ſimilis ſemper, eademq; ſit, hoc tolli, refelliq; confirmat eorum opinionem, qui omnia eſſe, & non eſſe dicebant: ſic reducit eos in contradictionem: & dicit{& tamen hoc ipſum}.ſ. ꝙ affectus, qui à dulci proficiſcitur, neceſſario ſit talis hoc eſt ſimilis ſemper, eademq; ſemper { omnes hæ ſententiæ } atq; opiniones{tollunt}qm̃ cum omnia eſſe, & non eſſe dicebant, coguntur dicere nullum affectum eſſe ſemp, atq; neceſſario talem: & deducens hoc dicit{quemadmodum.n. & ſubſtantiã nullius eſſe} ſubaudi dicũt.i. quẽadmodum.n.dicũt nihil in ſubſtãtia prædicari, ſed oĩa prædicata eſſe accidentia, propterea ꝙ non magis ipſum ſit, q̃ non ſit, vt igitur entium auferunt ſubſtantiam{ſic quoq; nihil neceſſario eſſe dicunt}.i.nullum prædicatum neceſſario. Iccirco.n. ſubſtantiã alicuius eſſe, & aliquid prædicari de aliquo in ſubſtantia negãt quia quod ſic de aliquo prædicatur, hoc neceſſario ei ineſt, de quo prædicatur. propterea afferẽs cauſam dicit{neceſſarium.n.vt aliter, atq; aliter ſeſe habeat, fieri minime poteſt} tunc quaſi epilogans vim rationis dicit{quare ſi quippiã neceſſario ſit}verbi gratia dulcedo ſit neceſſario dulcedo{id non ſane ita, & non ita ſe habebit}& ſic patet eos ſibi ipſis eſſe oppoſitos. hęc eſt expoſitio Alexan. quæ ſatis dictioni conuenit.

Atq; omnino ſi ſenſibile ſolum ſit, nihil erit profecto, ſi animantia non ſint, ſenſus enim non erit.

Expoſitor ẽm ſuum ordinem hic deſignat ſeptimã rationem, per quam fortaſſe probat non eſſe verũ illud, quod ſupponunt videlicet ꝙ ſenſibilia ſolum ſint & argumentatur, velut ſophiſtæ argumentari ſolent, tãtum pater eſt: igitur non tantũ pater eſt, ſic eodem modo, dicit{atq; omnino ſi ſenſibile ſolũ ſit, nihil erit profecto}probatur, ſi ſenſibile ſolum ſit, nõ erunt animantia.i.animalia, probat, & dicit {ſenſus.n.non erit} vt ſit totum argumentum, ſi ſenſibile ſolum ſit, nõ erit ſenſus, cum ſenſus ſit aliquid præter ſenſibile, ſi non erit ſenſus, non erunt animalia{ſi animantia nõ ſint}.i.animalia non ſint, non erit ſenſus, ſi ſenſus non ſit, non erit ſenſibile. igitur nihil erit. Quare ſi ſenſibile ſolum ſit, nihil erit ꝓfecto. Quod autem ſi ſenſus nõ ſit, non ſit ſenſibile, probat Auer. & dicit, ſenſibile enim non eſt relatiuum ad aliud, niſi ad ſenſum, & ita ſi ſenſus non fuerit, non erunt ſenſibilia. *Quæ Auerr. Com. 25.*

Fortaſſe igitur uerum eſt neq; ſenſibilia, neq; ſenſationes eſſe, ſentientis enim affectus hic eſt. non autẽ eſſe ſubiecta, quæ faciunt ſenſum, & ſine ſenſu eſt impoſsibile. non enim ipſe ſenſus eſt ſui. Sed eſt aliquid aliud præter ſenſum, quod quidẽ antecedere ſenſum neceſſe eſt. id enim quod mouet prius natura eo eſt, quod mouetur. neque id minus eſt, & ſi hæc ipſa mutuo referuntur.

Obſcuriſsima eſt hæc dictio, poteſt tamen exponi, quod Ariſt. afferat reſponſionem, qm̃ licet ſenſus nõ ſit, non tñ ſequitur, vt nullo modo ſenſibile ſit, ſed ꝙ non ſit ſenſibile actu, neq; ſenſatio: & dicit {Fortaſſe igitur}ex hoc argumento nunc facto {verum eſt neq; ſenſibilia}actu.ſ.{neq; ſenſationes eſſe}ſubaudi ſi ſenſus non ſit, non tamen ſequitur, vt omnino nullũ ſenſibile ſit, cuius rationem affert, & dicit { ſentientis.n. affectus hic eſt}eſt.n.ſenſatio affectus ſenſus. ergo nõ põt eſſe abſq; ſenſu{non autẽ}ſubaudi verum eſt ſenſationes{eſſe ſubiecta, quæ faciunt ſenſum}.i.obiecta apta afficere ſenſationem in ſenſu.{& ſine ſenſu eſt impoſsibile}.i.& obiecta facere non poſſunt ſenſationẽ niſi præſit potentia ſenſitiua, & nec potentia ſenſitiua poteſt ſentire, niſi præſint ſenſibilia apta mouere ſenſum, cuius rationem affert, & dicit{non.n.ipſe ſenſus eſt ſui} nullus.n.ſenſus ſentit ſe{ſed}ante ſenſationem ſcilicet{eſt aliquid aliud præter ſenſum, quod quidem antecedere ſenſum neceſſe eſt} cuius rationem affert, & dicit { id.n. quod mouet, prius natura eſt eo quod mouetur}quare oportet eſſe ſenſibile antequam ſentiatur. & quia tu poſſes dicere ſenſibilia actu dici relatiue ad ſenſus, & ita nõ poſſunt eſſe, niſi ſenſus ſint, reſpondens dicit{neq; id minus eſt, & ſi hæc ipſa mutuo referuntur}. i. dato quod ſenſibilia actu referantur ad ſenſus, nihil minus ſenſibile potentia prius eſt ipſo ſenſu, qm̃ ſenſibile potentia non dicitur relatiuum. ex ijs ergo Ariſt. voluit habere quod ratio tacta non ſit demonſtratiua, ſed probabilis, quia ex ea non ſequitur, niſi ſenſibilia actu non eſſe, ſi non eſt ſenſus. etiam ſequitur, ſi tantum actu ſenſibilia ſint, vt non tantũ actu ſenſibilia ſint. qm̃ ſi tantum actu ſenſibilia ſunt, ſenſibilia actu ſunt, ab excluſiua ad ſuam præiacentem. ſenſibilia actu ſunt. igitur ſenſus eſt, ab vno correlatiuo ad alterum. ſed ſenſus eſt quid aliud à ſenſibili actu, igitur aliquid aliud à ſenſibili actu eſt: aliquid aliud à ſenſibili actu eſt, igitur non tantum ſenſibilia actu ſunt. quare ſi tantum ſenſibilia actu ſunt, non tantum ſenſibilia actu ſunt: quæ deductio de ſenſibilibus potentia non valet, quam vt diximus ſenſibile potentia non refertur ad ſenſum, niſi in potentia.

CAP. IIII.

Aduerſus eos, qui in eam ſententiam quauis ex cauſa inciderunt. qui item contraria ſimul eidem ineſſe non poſsint oſtendi.

Vnt autem quidam, qui dubitant & eorum, qui perſuaſi ſunt, & eorũ, qui ſolũ has ſententias dicunt. Quæritant enim quis nam ſit ille, qui ſanum hominem diſcernit, & eum omnino, qui circa ſingula recte iudicat, atq; diſcernit. TEX. 26.

Dixerat aſſertores eius ſententiæ, quæ eſt de veritate viſorum, quæ hoc in loco refutatur, partim ambigentes de ſenſibilibus in eam opinionem veniſſe, partim non propter inductam de rebus perſuaſionẽ, ſed pertinacia quadã hanc opinionẽ tueri. nunc ab vtriſq; ambigi, quæriq; ait, quis nam ſit, cuius iudicio de veritate ſtandum ſit, & quem ſequi conueniat, qui nouerit quis ſanus, quis non ſanus in his rebus perſiſtat

& ad ſummum cuius nam viſis fidem habere oporteat:deniq; quis prudens ſit:qui hæc decernat,vnde dicit {ſunt autem quidam qui dubitant, & eorum, qui perſuaſi ſunt}.ſ.ex argumentis, quæ neſciunt diſſolue re,quos admonitione probabili facile ſanari poſſe dixit, & in quos hactenus diſputauit dubia diſcutiendo,quibus in hunc errorem inciderant {& eorum, qui ſolum has ſententias dicunt}non propter indutam de rebus perſuaſionem,ſed pertinacia quadam,qua hanc opinionem tueri enixi ſunt. Deinde explicans eorum dubitationes dicit{quæritant enim quis nā ſit ille, qui ſanum hominem diſcernit}dicebatur.n.inter contrarias opiniones magis ſanis q̃ infirmis eſſe credendum, & ſapientibus q̃ ignorantibus, & vigilantibus q̃ dormientibus,ideo rurſus.quæritant quis nam ſit ille,qui ſanum hominem diſcernit ab infirmo,& ſapiētem ab ipſo ſtulto,ignoranteq́;,& vigilantem à dormiente{& eum omnino} atq; ad ſummum {qui circa ſingula}.i. qui in omnibus opinionum differentijs {recte indicat atq; diſcernit}quod iccirco,vt Alexan.inquit,dubium eſt, quia omnes aduerſus omnes dicunt, & ſibi quiſq; ſapere videtur, & recte iudicare nam cum quibuſdam videatur aliquis eſſe ſapiens alijs videtur ſtultus nec ipſi,qui hoc dicit,exploratum eſt,num viſis recte valentium ſtandū ſit, neq;.n.quia ægrotātes pauciores ſunt, iccirco eis non eſt habenda fides. fieri enim poteſt, vt plures efficiantur. etiā non multitudine & paucitate eorum,quibus viſa videntur,verum definire conuenit.

Tales uero dubitationes ſimiles ſunt huic dubitationi,dormimus ne nunc, an uigilamus.

Refutat nunc tales dubitationes in hunc modum, opiniones, quæ ſtultis opinionibus ſimules ſunt, non ſunt dignæ vt quærātur à philoſophis,deinde aſsignat minorem,& dicit{tales vero dubitationes ſimiles ſunt huic dubitationi}ſtultæ videlicet{dormimus ne nunc an vigilamus?} nemo.n.in re tam manifeſta rationem quæreret,quæ iudicium facile præbeat, quo poſsi iudicari,propterea ꝙ quæcūq; vigilantes efficimus,dormiētes quoq; facimus,adeo, vt ſomnia etiā in ſomnijs interpretemur. ergo dubitatio.

Prætereà δὲ autem.

Præterea idem omnes huiuſmodi dubitationes ualent.omnium enim hi rationē eſſe cenſent, etenim principium quærūt atq; hoc per demonſtrationem accipere.

Nunc oſtendit errorem eorum, & cauſam erroris, & vult oēs tales dubitationes idem valere, & ex eodē capite proficiſci, ex hoc videlicet ꝙ omnium rerum rõnem aliquam cauſam,principiumq́; quærūt, & principium indemonſtrabile nullum eſſe putant:nec quicquam eſſe aiunt,quod per ſe,& ex ſe fidem faciat,manifeſtumq́; ſit.dicit {præterea idem omnes huiuſmodi dubitationes valent} quatenus ex eodem capite omnes proficiſcūtur, quod explicans dicit{omnium.n.} rerum videlicet,quæ intelliguntur{hi rõnem eſſe cenſent,&. n. principium quærunt, atq; hoc per demonſtrationem accipere}.ſ. quærunt. ergo error eſt, quia volunt omnium intelligibilium eſſe quærendam rõnem,& cauſa erroris eſt, quia volunt omnium eſſe demonſtrationem.patet igitur eos quæſiuiſſe aliquod principium pro regula ad diſcernendum inter infirmū & ſanū,inter vigilantem & dormietē.verū nō erāt hac regula contenti,quin per demonſtrationem voluerint eſſe accipiendā.hæc de errore & de cauſa erroris.

Sed ἐπείγε Error. πάθος paſſio affectus infirmitas.

Sed quod non perſuaſi ſint,in ipſis actionibus patet.Verū, ut diximus,hic eſt eorum error, rationem enim eorum, quæritant,quorum nulla eſt ratio.principij enim demonſtrationis non eſt demonſtratio.facile igitur hi quidem id ita eſſe perſuaderi poſſunt.non enim difficile eſt,ut accipiatur.

Nunc oſtendit aliquos hæc dicere pertinacia, non ꝙ ita ſenſerint,& dicit {ſed ꝙ non perſuaſi ſint} aliqui eorum, ſed ſola pertinacia ſic dicant{in ipſis} eorum actionibus {patet} nam in facto nolunt iudicium dormientium eſſe æquale iudicio vigilantium, immo in facto, cum occurrerit, magis credunt iudicio vigilantium q̃ dormientium,& ita qui talia dicunt,nō ex animi ſententia loqui ex ipſorum actionibus intelligi poteſt.qui medico in rebus ad ſanitatem pertinētibus credunt,artifici in arte ſua, & ſingulis in rebus perito magis ꝙ imperito.item in ipſis ſenſibilibus recte valentibus ſenſui,& in ſuis cuiq;.propterea ſubdit {verum,vt diximus:hic eſt eorum error}ac infirmitas,quam ſubdit{rationem.n.eorum quæritant, quorum nulla eſt ratio} & ita quæſtio non manat iſtis ex diſpoſitione aliqua,& opinione,nec aliunde q̃ quod rationem, demōſtrationemq́; quærūt eorum, quorum neq; ratio habetur,neq;demonſtratio,cuius rationem ſubdit,& dicit. {principii.n. demonſtrationis non eſt demonſtratio} cum ea ſignificet, quorū cognitio manifeſtior eſt nobis à natura tributa, q̃ vt eorum demonſtrationem deſideremus, hæc aūt ſunt ſenſus, & ſententiæ dictæ, ac naturales, & cōes opiniones, ſed quia ſuperius in eos diſputauerat qui non pertinacia talia tradebant, nunc ad eos rediens dicit { facile igitur hi quidem id ita eſſe perſuaderi poſſunt,non.n.difficile eſt, vt id accipiat̃} qui.n.ob conceptam perſuaſionem ita dicunt,his non eſt factu difficile perſuadere eſſe principia quædā indemonſtrabilia. Hos.n.ab errore huius opinionis eximere non erit magni negotij : vt ſuperius diximus. At qui pertinacia id aſſerunt,maiore difficultate ab opinione remouentur.

Qui uero in ratione uim ſolum quæritāt impoßibile quærunt,contrarium enim dicere cenſent,ſtatim cōtraria dicētes.

Cum diſputaſſet contra eos,qui perſuaſi contradictionem, & apparentium veritatem tuentur,nunc diſputat contra eos,qui non perſuaſi, & ambigentes in hanc poſitionem venere, ſed diſputandi, contraq; dicendi gratia,nec diſſuaſionē deſiderant. omnino.n.nō talia dicunt ob indutam perſuaſionem,ſed vt conuincantur,& ratione redarguantur,expectant.Hi.n.ſimiles ſunt iunioribus huius temporis, qui ſummos in oī ſcientia ſe eſſe iactant,modo dicant ea,quæ improbari non poſſunt:& ad quorum contradictionem non ducantur : vnde dicit {qui vero in rõne vim ſolum quæritant} & pertinacia, ac diſputandi gratia contradictionem,& viſorum veritatem tuentur {impoſsibile quærunt}.i.redargutionem. poſtulant.n. vt redarguātur, & vt in cōtradictionem adigantur. Redargutio.n.eſt contradictionis concluſio. & propterea ne ad contradictionem adigantur,iſti hoc ipſum initio ſtatuunt oppoſita videlicet ſimul conſiſtere, & contradictionem ſimul eſſe veram : quo qui redarguitur, ab aduerſario addici debet.hoc.n.eſt oppoſita,& cōtraria dicere. At hoc ipſum iſti protinus a principio verum eſſe ſtatuūt. quare,in quancunq; contradictionē hos cogere viſus fueris,eam poſitionē ſuam,ac id ſibi placere reſpondebunt. ergo dictio eſt manca, & hoc pacto ſuppleatur {im-

{impoſsibile} ideſt contradictionem, inquam adigã-tur {quærunt}quam ſubaudi euitant,& affert rationẽ dicens{ſtatim.n.contraria}.i.oppoſita ſimul vera eſſe {dicentes,contrarium dicere}.i. contradictionem ſimul veram eſſe{cenſent}& ita in quancunq; contradictionem fateri cogentur, eam poſitionem ſuam eſſe, ac ſibi placere reſpondebunt. Quo fit, vt contra hos diſputare ſit difficilimũ.Si.n.dictio ſic ſuppleatur, plana eſt.Auer.autem actiue legit dictionem in hunc modum{qui vero in ratione vim ſolum quæritant,impoſſibile quærunt}.i. quærunt ducere aduerſarios ad impoſsibile,hoc eſt,vt concedant impoſsibile:quæ expoſitio non conuenit. vt mihi videtur aliquo modo dictioni, vt Alexan. recte conſiderauit, propter verba quæ ſequuntur.

Que Auerr. Comm.26.

At,ſi non ſint omnia ad aliquid,ſed aliqua entia per ſe ipſa ſint.non omne ſane quod apparet,erit uerum.id.n.quod apparet,alicui eſt apparens.

Alexander ait ꝙ licet ſit difficile contra hos diſputare,tamen Ariſto.dicit tentare diſputationẽ contra hos. Expoſitor aũt ait, Ariſto.primo oſtendere,quonã modo eis obuiandum ſit apparenter, nam poſtea ſuo loco docet, quonam modo vere ſit obijciendum. obiectio vero apud me hoc pacto conficienda eſt,ſi nõ omnia ſint ad aliquid, nõ omnia quæ apparent, ſunt vera. tenet conſequentia, qm̃ aliquid non eſſe ad aliquid, & apparere verum alicui,implicat cõtradictionem,cum ſemper id,quod apparet,ſit alicui apparens, vel ad aliquid apparens:& quod eſt abſolutũ,nulli ſit apparens. Tunc addo minorem, ſed non omnia ſunt ad aliquid, alioquin omnia eſſent ad ſenſum, & ſic ſublato ſenſu, omnia,entia,ẽ medio tollerentur,vt ſuperius eſt oſtenſum.Primo ergo accipit hypotheticam,quæ eſt maior, & dicit{at ſi nõ ſint omnia ad aliquid, ſed aliqua entia per ſe ipſa ſint}.ſ. abſoluta{non omne ſane,quod apparet,erit verum} tenet conſequentia,quia omnia,quę apparent, eſſe vera eſt dicere omnia eſſe ad aliquid, & non omnia eſſe ad aliquid eſt dicere non oĩa quæ apparent, eſſe vera, & ita implicat contradictionem aliter opinari. ideo probationem afferẽs dicit{id.n.quod apparet, alicui eſt apparens}abſolutũ vero eſt.quod nulli apparet,& quod ad nullum eſt:Alex.aũt obſcure admodum rationem conficit:nec poteſt facile applicari dictioni,quod aſſerit. Vnde & Auer.ſic dicit,ſed manifeſtum, eſt, ſi non omnia comprehenſibilia per ſenſus ſint relatiua,ſed quædam eorum ſint per ſe, non in reſpectu ad ſenſum,non omnia apparentia fore vera,ſicut iſti opinabantur. alioquin, vt dictum eſt, ſublato ſenſu,nihil eſſet.

Que Auerr. Comm.26.

Quare qui dicit omnia, quæ apparent,uera eſſe, is omnia entia ad aliquid facit.

Ex his,quæ dixit, infert vnum contra eos, qui omnia apparentia eſſe vera dicunt,videlicet ꝙ omnia entia ſint ad aliquid. & Expoſitor, conſequentiam hanc non probauit, ſed ſolum expoſuit verbum ad aliquid, dicens omnia,entia,eſſe ad aliquid.i.ad ſenſum,vel opinionem,& falſitatem conſequentis Alex. oſtẽdit, nam ſi omnia ſint ad ſenſum,vel ad opinionem,ſublato ſenſu,vel opinione, nihil eſſet. ſed quonam modo conſequentia deducatur,Alex.limitando docet,vt ꝙ viſum tantum eſſe ſtatuat, & præter viſum nihil aliud eſſe putet, ſi igitur omne viſum ſit verum,& præter viſum nihil aliud ſit, oĩa entia ſunt ad aliquid, videlicet ad ſenſum,vel ad opinionẽ,& ſic limitãdo patet cõſequẽtia.

Quapropter & cauendum eſt his,qui uim in ratione quæritãt, et ob hoc ſubeunt diſputationẽ, nõ eos dicere opportere id,quod uidetur,eſſe uerum,ſed addant,opportere,cui uidetur & cum uidetur,& quo uidetur,& modo,quo uidetur.

Cum dixiſſet, & per cõfirmationem ſumpſiſſet eos, qui omne viſum eſſe verum dicunt,cogi dicere,omnia eſſe ad aliquid,nunc quæ hos addere oporteat,edocet, ne facile conuincantur, & ne cogantur concedere contradictoria ſimul eſſe vera,& dicit{Quapropter & cauendum eſt his,qui vim in ratione quæritãt,& ob hoc ſubeũt diſputationẽ, non eos dicere oportere id quod videtur}abſolute.ſ.{eſſe verum,ſed addant,oportere} eſſe verum.ſ.{cui videtur}nam fieri poteſt,vt idem mihi videatur verum,alteri falſum{& cum videtur}nam fieri poteſt,vt aliquid idem alicui vno tempore videatur verum,alio tempore falſum{& quo}.i.& quantum {videtur}nam fieri poteſt,vt idem alicui videatur magnum,alteri paruum{& modo,quo videtur}nam fieri poteſt,vt idem ſecundum diuerſos modos videatur alicui verum, & falſum.quare dicentes omne viſum eſſe verum, ne conuincantur, coguntur per cautela addere huiuſmodi limitationes.

Quod ſi diſputauerint quidem, non autem hoc pacto diſputationem ſubierint,eueniet ipſis ut cito contraria dicant. fieri nanq; poteſt,ut idem uiſu quidem mel eſſe,guſtu autem non eſſe uideatur,& utriſq; oculis,ſi ſint diſsimiles,nõ idem appareat.

Exponit nunc conditiones,& primo illam {Cui videtur}& dicit{ Quod ſi diſputauerint quidem non autem hoc pacto diſputationem ſubierint}.i.non autem his limitationibus poſitionem limitauerint{eueniet ipſis,vt cito contraria dicant}dixit autem{cito, quia iſti opinantur contraria eſſe dicenda,ſed non ſtatim, cum ſuam poſitionem protulerint. quod autem ſequatur ſtatim, vt dicant oppoſita,& oſtendit, & exponit illã conditionẽ{cui videtur}& dicit{fieri nanq; poteſt,vt idẽ} .i.vt eadem vilis{viſu quidem mel eſſe,guſtu vero non eſſe videatur} quare recte addi debet { cui videtur}.i. ſm eundem ſenſum. Deinde exponit aliam limitationem{& modo quo videtur} & dicit{ & vtriſq; oculis, ſi ſint diſsimiles,non idem appareat } nam fieri poteſt vt idem ſimul ſecundum diuerſos oculos appareat album,& non album,ſi forte aſpiciens oculo altero ęgrotet,altero recte ualeat.cæteras autem conditiones non expoſuit.Alexan.vult, vt addantur quatuor limitationes,ſi debent euitare ſtatim contradictionem, videlicet ei cui videtur,& quando videtur, & videtur,& quatenus,& quomodo.i.ſecundum eandem partem,dixit {cui videtur}& non ſimpliciter dicẽdum omne viſum eſſe verum.nec hoc ſufficit, ſed opportet addere quando videtur, cum eadem res eidem homini nunc talis, alias diuerſa eſſe videatur. nec hoc ſatis, ſed addẽdum quatenus videtur.i.ſed ſecundum eandem ſpeciẽ ſenſus, qm̃ fieri poteſt,vt bilis viſu appareat dulcis, guſtu autem amara.item ne hoc ſufficit, ſed opportet addere, & quomodo videtur. i. non ſolum ſecundum eandem ſpeciem ſenſus, ſed ſecundum eandem partem, quoniam ſecundum diuerſos oculos poteſt idem album & non album videri. Ita niſi his adiunctis diſputandi negotium iſti inceperunt, qui ſibi conuinci ſermone non poſſe videntur, facile redarguentur, & ſta-

tim pugnantia cogentur dicere. Addit autem Alexander {quo & vt} in eodem ſenſu accipi poſſe, ac vt idem ſignificantia.

Nã & ad eos, qui propter cauſas olim dictas, id quod uidetur, inquiunt eſſe uerum, atq; ob id ipſum omnia ſimiliter uera, falſaq; eſſe dicunt, facilis eſt occurſus. fieri nanq; poteſt, ut neq; omnibus eadem, neque ſibi ſemper eadẽ, ſed ſæpe contraria eodem in tempore uideantur. quippe cum idem tactu quidem, cum digitus ſuper digito ponitur, duo, uiſu autem unum eſſe uidetur. At non eodem ſenſit, neque per idem, & eodem modo, temporeq; eodem, quod hoc ſit uerum. ſed fortaſſe propter hoc neceſſe eſt his dicere, qui nõ ob dubitationem, ſed diſputationis gratia dicunt non eſſe hoc uerum, ſed huic uerum.

Quod ὅτι quare.

Nunc ex ijs, quæ dixit, docet occurrere omnibus, & primo eis, qui ambigentes in hunc errorẽ delapſi ſunt, quos modeſtiores eſſe, & admonitione tantum, & doctrina, non etiam redargutione indigere dixerat. & dicit {nam ad eos, qui propter cauſas olim dictas} atque cõmemoratas {id quod videtur inquiũt eſſe verum, & ob id ipſum, quod dicunt. ſ. { omnia ſimiliter vera falſaq; eſſe dicũt} ſubaudi {facilis eſt occurſus. hoc in dictione ſubaudi Alex. nam in græcis codicibus non eſt, ſed deſideratur. quod autẽ omnia pariter vera ſint, atq; falſa, probat ſubiungens cauſam, vt Alexã. exponit, & dicit {fieri nanq; poteſt, vt neq; omnibus eadem, neq; ſibi ſemper eadem, ſed ſæpe contraria eodem in tempore videantur} & vt oſtendat quo modo aliqua eodem tempore oppoſita eſſe videantur, adiungit { nam idem tactu quidem cum digitus ſupra digitum ponitur, duo viſu autem vnum eſſe videtur} vt ſi ſint duo lapilli, per diuerſos digitos alteri alterum impoſitos ſi tangãtur, duo videntur: etiam ſi ſit vnus lapis. quotquot. n. digiti adhunc modum impoſiti tetigerint, tot lapili ille eſſe videtur, qui attingitur: viſu autem vnus. atq; adeo corpus vnum continuum particulari digitorum impoſitione multa eſſe videri poteſt, ſi corpus partim molle, partim durum, & denſum, partim aſperum, & partim leue, & ab aliquo non intuenti, qui digitos huc, atq; illuc transferat, contingatur. poteſt etiam intelligi per digitorum impoſitionem, ipſorum complexum. Digiti. n. cohærentes inter ſe viſui vnus eſſe videntur. iidem per mutuum contactum plures eſſe apprehenduntur. Quod ipſum vel apertius guſtatus & viſus exẽplo cõfirmare licet, ſi quod viſui coloris ratione mel eſſe videtur, id guſtabilis eſſe comprobetur, propterea ꝙ talem habeat ſaporem, vt ipſe cõmemorauit. & ſic patet quomodo ijs conſentaneum eſt dicere omnia pariter vera falſaq; eſſe. nam eadem non omnibus videntur eſſe, ſed quę his vera, eadem illis falſa, eſſe videntur, neq; eidem ſemper eadem, ſed plerunq; etiam in eodẽ tempore contraria. ex eo itaq; ꝙ non eadem cũctis videantur, nec eiſdem ſemper eadem, nec eorum, quę ſimiliter videntur, hæc magis vera, illa falſa magis eſſe putentur, ſequitur omnia pariter viſa vera eſſe, atq; falſa, cum eadem talia & non talia videantur. quibus incommodis explicatis, determinationes adiungit, de quibus paulo ante mentionem fecit, quas apponendas eſſe ait ſententiæ eorum, qui omne viſum verum eſſe tradunt, ſi velint ſermonis redargutionem effugere, quippe quibus adiectis prædicta incõmoda cauentur. Hoc enim innuit, cum ait {At nõ eodem ſenſu, atq; per idẽ, & eodem modo, temporeq; eodem quod hoc ſit verũ} pariterq; falſum ſubaudi videtur, ſi. n. viſum cum his determinationibus verũ eſſe dicatur, non amplius cõſequens erit, omne viſum verum eſſe, pariter atq; falſum. nam ijs, quæ diximus, adiunctis, omne uiſum verũ eſſe demonſtrari poterit. Deinde docet occurrere eis, qui pertinaciter repugnãt. nam ijs quoq;, ſi velint redargutionem euadere, eſt neceſſarium, vt ſuis dictis determinationes, quas diximus, adijciãt, & dicit {ſed fortaſſe propter hoc}. ſ. vt euadant contradictionem {neceſſe eſt his dicere, qui non ob dubitationem ſed} pertinaciter {diſputationis gratia dicunt, non eſſe hoc verum} . ſ. abſolute, atq; ſimpliciter ſuapte natura { ſed huic verum}. i. cuicunq; ſuum, & tu ſubintelligas cæteras cõditiones, quas diximus, nam ſic redargutionẽ euadũt.

Atq;, ut antea dictum eſt, neceſſe eſt ad aliquid facere omnia & ad opinionem, & ad ſenſum. quare neq; fuit quicquam neq; etiã erit, ſi nullus antea eſt opinatus, quod ſi fuit, aut erit, patet non omnia ad opinionem eſſe referenda.

Cũ docuiſſet modum, quo ſic dicẽtes euadere poſſunt redargutionem, nunc adducit abſurdum, quod euitare non poſſunt: vt Alex. exponit. vel, vt Expoſitor ait, nunc docet reſiſtere ſophiſtis ſic dicentibus ſecundum veritatem, & non ſolum ad hominem, hoc eſt non concedendo falſam opinionem quam ipſi ponũt. ergo apud Expoſitorem cum ſophiſtis contradixit apparenter, nunc contradicit ſecundum veritatem. Sed ſecundum Alexan. adducit abſurdum, quod euitare nõ poſſunt ad hunc modum, ſi omne viſum eſt verum nõ ſimpliciter, ſed huic. i. cuiq; ſuum, omnia oportet, ut faciant ad aliquid aut ad opinionem, aut ad ſenſum hæc conſequentia ſequitur, vt Alex. inquit, ſiquis rerũ ſubſtantias, atq; naturas ac ſententententiam opinantis, ſentientiſq; ſenſum referat, & viſum cuiq; verum eſſe dicat, deinde hoc eſſe abſurdum oſtẽdit, qm̃ ſi omnium rerum ſubſtantiæ ſunt ad aliquid, ipſarumq; exiſtentiæ opinionem & ſenſum ſectentur, profecto nihil erit alicui, quod eſſe aliquis non opinatur, nec quicquam erit, de quo præexiſtimauerit nemo. nam qui eſſe in videndo & opinando ponunt, ij fieri quoq; ſtatuunt in opinando. At ſi fieri certe, & factum eſſe, ita non opinari effici quicq̃, nihil efficitur: & vt breuibus dicam, nihil efficietur, vt non idem exiſtimetur fieri, & hactenus res quæq; erit, quatenus exiſtimabitur. quippe cũ opinio, & ſenſus efficiant ea, quæ videntur, & exiſtimãtur, cum prius nõ eſſent: vnde dicit {atq;, vt antea dictum eſt, neceſſe eſt} eos ſubaudi ſic dicẽtes omne viſum eſſe verum non ſimpliciter, ſed cuiq; ſuum {ad aliquid facere omnia & ad opinionem, & ad ſenſum} tenet conſequentia, quoniam iſti rerum ſubſtãtiam atq; naturam ad ſentẽtiam opinantis, ſentientiſq; referunt, & viſum cuiq; verum eſſe dicunt: cum nihil ponant ſecũdum ſe tale, deinde deſtruit conſequens, & dicit {quare neque fuit quicquam, ſi nullus antea eſt opinatus neq; erit} quicquã, ſi nullus erit opinatus { quod ſi fuit vel erit} ſubaudi dato ꝙ nullus fuerit opinatus {patet non omnia ad opinionem} & ad ſenſum {referri } quod autem fuerit, vel futurum ſit aliquid etiam ſi nullum opinetur, vel præſentiat, declarat Alexan. primo quidem, qm̃ conſtat pleraq; inſperato, præterq; opinionem fieri. nam quid dictu abſurdius eſſe poteſt q̃ neq; bellũ, neq; alluuionem, neq; deniq; terræ motũ fore, niſi quiſpiam hæc futura eſſe prius exiſtimaſſet? alioquin oporteret hæc ijs ſolis, fieri, qui hæc futura præcepiſſent, eadem non fieri iis, qui non futura eſſe putaſſent. at non

ita

ita ſeſe res habet,nec bellum iis tantum fit.qui fore ipſum fuerant opinati:nec refert quis id opinatus fuerit, ipſe ne an alius quiſpiam.quod ſi aliqua etiam nemine opinante fiunt, non igitur entia omnia ad aliquid efficiuntur.quod ſi non omnia ſint ad aliquid, conſequẽs eſt,vt ne omne quidem viſum ſit verum.Secundo hoc idem declarat Alex. ex hoc, quia quæ ſunt ad aliquid, ſimul ſunt natura,ſed ſubſtãtia, & exiſtentia rerum exiſtimatarum non ſimul natura ſunt cum exiſtimante, cum non aboleantur ſimul cum exiſtimante.igitur nõ ſunt ad aliquid.

Præterea ſi unum ad unum, aut ad definitum refertur, & ſi idem eſt dimidium, & æquale, ſed non æquale ad duplum, neq; dimidium ad æquale refertur. ad opinans itaq;,ſi idem eſt homo,& id,de quo habetur opinio,non eſt homo opinans,ſed id de quo habetur opinio. quod ſi unumquodq; erit ad id, quod opinatur,id,quod opinatur,erit ſpecie infinita.

Cum probaſſet rerum ſubſtantias, atq; exiſtentias nõ eſſe ad aliquid.i.ad opinionem vel ſenſum, per vnã rationem, nunc addicit ad idem ſecundam rationem, quæ talis eſt,ſi rerum ſubſtantia,& exiſtẽtia eſt ad opinantem,opinans erit ſpecie infinita.probatur, qm̃ tot erunt relationes in ipſo opinãte,quot in rebus ipſis,de quibus hñr opiniones,ſed res, de quibus habetur opinio, ſunt infinitæ tã in p̃terito q̃ in futuro,ergo relationes in opinãte erũt infinitæ.quare opinãs erit ſpecie infinita.hoc autem Ariſt. deſtruit,qm̃ vnum ad vnum tãtum refertur, & non ad infinita: & iuxta hanc expoſitionem Ariſt.primo præmittit falſitatem.conſequentis vel id, quo declaratur conſequens eſſe abſurdum, deinde ibi{Quod ſi vnumquodq; erit ad id}colligit incommodum. Alex. vero paululũ aliter exponens vult ꝙ demonſtrato,qui omne viſum verum eſſe aiunt,eos ſequi vt omnia faciant ad aliquid, nunc diſputãs de iis, quæ ad aliquid dicuntur, incommodum quiddam docet ex opinione ſequi, ibi {quod ſi vnũquodq; erit id} ſed accipit prius, ſtatuitq; quomodo dicimus, & quomodo ſunt,quæ ad aliquid dicuntur,vt in promptu ſit demonſtrare non oĩa eſſe ad aliquid: & ita habetur per hæc,quæ præmittit,illud,ad quod deducit, eſſe abſurdum:& dictio eſt ſuſpenſiua vſq; ibi {ad opinans itaq;, & dicit{præterea ſi} ſubaudi eorum,quæ ad aliquid dicuntur{vnum ad vnum,aut}ſi ad plura dicitur{ad definitum refertur}ſi quid.n.complures habitudines obtineat, & ob id ad plura dicatur, id certe ſm̃ ſingulas habitudines ad quiddam vel ſpecie, vel genere determinatum dicitur,hoc probat exẽplo,& dicit{& ſi idẽ} .ſ.ſubiecto{eſt dimidium, & æquale}idem ſubiecto re feretur. ad plura{ſed non æquale ad duplum}.ſ.referetur, ſed ad æquale{neq; dimidiũ referetur ad æquale} ſed ad duplum.ergo vnum ad vnum tantum refertur. nam æquale ad nihil aliud dicitur,q̃ ad æquale,neq; duplum ad aliud quam ad dimidium.neq; dimidium ad aliud quam ad duplum:& ita licet idem ad plura referatur, per ſingula tamen ſemper ad aliquid definitum refertur.illud ergo quod accipit eſt,ꝙ ſi ad plura idem referatur, certe per ſingulas habitudines ad aliquid definitum refertur. Deinde terminans ſuſpenſionem iterum exponit,ꝙ licet vnum ad plura dicatur, tamen nõ niſi ad definita referetur,& dicit{ad opinãs itaq;}ſubaudi referentur omnia{ſi idem eſt homo}.i.ſi idem homo,ſit opinans & homo{&}ſi{id,de quo habetur opinio,non eſt homo opinans, ſed} eſt {id, de quo habetur opinio}q.d. vnum ad plura dicetur definita, duobus ſtantibus videlicet ꝙ opinans ſit idem ꝙ homo,& ꝙ id,de quo habetur opinio,non ſit opinans, ſed id,de quo habetur opinio.dixit autem omnia referri ad opinans,ſi idem ſit opinans & homo,quoniam nõ ad hominem,ſed ad opinans, qua formaliter eſt opinãs,omnia referuntur.q.d.licet homo ſit opinans, tamen non referuntur ad hominem,quo eſt homo,ſed quo eſt opinans. dixit ſecundo & id de quo habetur opinio nõ ſit opinans,ſed id de quo habetur opinio, vt notaret hæc eſſe diuerſa formaliter.nam id,de quo habetur opinio, licet ſit homo, & ſubiecto idem,quod opinans,tamen formaliter diuerſis relationibus differũt.& ita vult habere per hæc omnia,ꝙ licet id,quod refertur,ſit vnum ſubiecto,eſt tamen plura formalibus relationibus: modo quo exiſtimare, & exiſtimari differunt. quare fieri non poteſt vt homo exiſtimet, quatenus exiſtimatur. nec,vt exiſtimet,quatenus exiſtimatur. Terminata ſuſpenſione, in qua declarauit, quomodo ſunt, quæ ad aliquid dicũtur:nunc incommodum explicat,& dicit, ꝙ ſi vnũquodq;.ſ.entium {erit}.ſ.per relationem { ad id,quod opinatur}.i. formaliter ad ipſum opinantem, quo opinans eſt, atq; exiſtimat {id, quod opinatur}& exiſtimat {erit ſpecie}.i. ſpecificis, ac formalibus relationibus ſpecie,& forma diuerſis{infinita}qm̃ habebit relationes quæ ſpecie differunt,infinitas,quia tot,quot ea ſunt,ad quæ refertur:quæ cum ſint infinita,erit opinans ipſe relationibus infinitis infinita.hoc autem falſum eſſe præmiſit,cum dixit eorum quæ ſunt ad aliquid vnumquodq; referri ad vnum, vel ſi ad plura, non ad infinita, ſed finitis relationibus: & ita licet opinans referri poſsit ad plura,quæ opinatur & per plures relationes, non tñ ad infinita, ſed ad finita: & per finitas relationes. ſupponit autem Ariſto. in toto hoc diſcurſu duo,vt Alexan.innuit,primum ꝙ opinabilia ſint infinita:quatenus ſunt opinabilia.nã res præteritę,& futurę,& præſentes ſunt infinitæ,quas opinãs opinari põt. Secundum ꝙ eſſe,ac ſubſtantia,& quiditas cuiuſq; opinabilis in exiſtimari conſiſtat.nam apud eos equi quiditas nihil aliud eſt,q̃ exiſtimari, quia in hoc poſitum eſt ipſius eſſe. Neq;.n. refert canem dicas, an opinabile. ex his ſequitur,opinabilia,quo ſunt opinabilia, eſſe ſpecie infinita,vt Alexã.deducit.nam licet res,quæ exiſtimantur,ſint finitæ,quo tamen exiſtimantur,ſunt infinitæ,cum vna res poſsit fere infinitis opinionibus exiſtimari.Quare ſequetur, vt vnum exiſtimans ſit infinita ſpecie, quia relationes in ſe habet infinitas, quibus refertur ad opinabilia infinita. Hoc autem eſſe abſurdum oſtendit,quoniam dictum eſt vnum non referri, niſi ad vnum,& ſi ad plura,non niſi ad finita. enumerat Alex. rationes fortiſsimas enumerat,quæ valent ad refellendum illud omnia eſſe ad aliquid.prima eſt,quę docet multa fieri,vel eſſe,vel fore nemine præopinato. & rurſus alia eſt,qm̃ multa eorum,quæ fiunt, fiunt nõ cogitata, quæ inopinata dicuntur:vt inuentio theſauri multa rurſus cogitata non fiunt,vt in bellis,& certaminibus vincere, & vinci, & alia propemodum infinita. Tertia item quæ ait, ſi cuiuſq; rei eſſe in exiſtimando conſiſtit, ſublato exiſtimante, nihil omnino erit.Quarta ſi perierit animal,nihil erit aliud.qm̃ pereũte eo, qui exiſtimat, ſimul rerum exiſtimatarum peribit eſſentia. quin etiam viuente,ſed non exiſtimante, nihil erit reliquum.Sexta etiã ſequetur,vt idem ipſe, qui exiſtimat, cum exiſtimat,non erit ens,niſi ab alio exiſtimetur,&

ita fiat, vt aliquis non ſit,& ſimul exiſtimet. Septima, ſi opinio mutetur, res quoq; de quibus habetur, mutabũtur, niſi quis ſeipſum exiſtimet, vt exiſtimantem. Octaua, ſi aliquem hic eſſe opinetur, ille non eſſe, ſimul erit, & non erit, idemq; multa erit, ſi ab his multa eſſe fuerit exiſtimatus. Nona, ſi aliqui opinentur idem numero eſſe in diuerſis locis, idẽ ſimul erit in diuerſis locis. deniq; idem res oppoſitæ erit, vt ſi quod quieſcere quidã putat, hoc alius moueri opinetur. hæc Alex.

Quæ igitur firmiſsima omnium opinionum ſit, ꝙ non ſimul ueræ ſint enunciationes oppoſitæ, & quod accidat iis, qui ita dicunt, & cur ita dicant, ſatis a nobis eſt dictum.

Nũc epilogat, & dicit {Quod igitur firmiſsima omnium opinionum ſit, ꝙ non ſimul veræ ſint enunciationes oppoſitæ} hoc.n. eſt, quod ſibi demõſtrãdum propoſuerat, ſententiam illam, cõtradictiones non eſſe ſimul veras, notiſsimam, & manifeſtiſsimam eſſe, quod multis rationibus concluſit, & incõmoda, quæ ſequuntur eos, qui eam negarunt, declarauit, & ideo dicit {& quid accidat illis}.ſ. qui eã negarunt: & {qui ita dicunt, & cur ita dicant} declarauit.n. eos veniſſe in hanc ſententiam, qm̃ ex eodem oppoſita fieri cernebant, & qm̃ quæ eadem eſſe putantur non omnibus eadem eſſe videntur: hæc oĩa ita eſſe expoſita {ſatis à nobis eſt dictũ.}

Cum autem fieri nequeat, ut contradictoria ſimul de eodẽ ſint uera, perſpicuum eſt fieri non poſſe, ut contraria ſimul eidem inſint. Eſt enim alterum contrariorum non minus priuatio ſubſtantiæ uero priuatio, priuatio autem eſt negatio ab aliquo definito genere.

Poſtquam ſententiam illam nõ poſſe contradictionem de eodem ſimul eſſe veram, manifeſtiſsimam eſſe docuit, nunc ex hoc deducit corollarium, vt ne cõtraria quidem eidẽ ineſſe queant, & quomodo ſequatur, docet, primo ergo infert corollarium, & dicit {Cũ aũt fieri nequeat: vt contradictoria ſimul de eodẽ ſint vera, perſpicuũ eſt fieri nõ poſſe, vt cõtraria ſimul eidem inſit}.i. fieri nõ põt, vt cõtraria ſint ſimul vera de eodẽ. hoc corollarium ex regula cõtradictionis quæ ſuperius eſt declarata, probari põt prioriſtice inducendo ad oppoſitum regulæ. nam ſi contraria poſſunt eſſe ſimul vera, ſubcontraria poſſunt eſſe etiã ſimul vera. deducuntur.n. mox ex veris datis contrarijs. Si autem ſubcontraria ſunt ſimul vera, datis contrariis veris ex cõceſſo, tunc contradictoria erunt ſimul vera, quare ſi contradictoria non ſunt ſimul vera, nec cõtraria erunt ſimul vera. & ſic prioriſtice hoc corollarium deduci poteſt ex ſententia prius expoſita. Ariſt. autem non contentus hac prioriſtica deductione, ꝓbat corollarium ex rõne naturali: & ſic componitur oppoſita quorum alterum eſt priuatio, non poſſunt de eodem eſſe ſimul vera. cõtraria oppoſita ſunt, quorum alterum eſt priuatio. igitur contraria non poſſunt de eodem ſimul eſſe vera. de ratione affert minorem, & dicit {eſt.n. contrariorũ alterum nõ minus priuatio} ſubaudi q̃ oppoſitio: vel per priuationem imperfectum intelligit, in libro.n. de generatione dixit, quod in contrariorum ordine deterius eſt, id eſſe priuationem, cum præſtantius proprie ſpecies, ſeu forma eſſe intelligatur, vt nigrum priuatio eſt albi, turpe honeſti, amarum dulcis, dixitq; ibidẽ oppoſita à priuationibus proprie intellectis differre, ꝙ in his alterum tãtum eſt alterius priuatio: in oppoſitis aũt vtrunq; alterius. ſed cum accepiſſet cõtrariorum alterum alterius eſſe priuationem, addit differentiam inter priuationem, quæ eſt contrarij, & priuationẽ, quæ eſt oppoſiti. in ordine.n. contrariorum, vt diximus, alterũ eſt priuatio, & in ordine oppoſitorũ ſimiliter alterum eſt priuatio, ſed differentiam addens, ſubdit {ſubſtãtiæ vero priuatio}.i. ſed ea priuatio, quæ eſt contrarij, eſt priuatio alicuius ac determinati ſubiecti, quod opponens, ſubiungit {priuatio aũt} quæ.ſ. contrarij eſt {negatio eſt ab aliquo definito genere} diſcrimen.n. quo negatio priuatiua à ſimplici negatione diſcrepat, declarauit addẽs {ab aliquo determinato genere} quod ipſum ſignificauit dicens ſubſtantiæ vero priuatio, & ſic per ſubſtantiam, & definitum genus idem intelligit, non.n. omne non videns dicitur cæcum, ſed ſolum in genere videntium, & ideo differũt ꝙ priuatiua negatio eſt negatio in ſubiecto apto nato, negatio ſimplex eſt extra genus. Alex. vero exponit dupliciter hunc locum, vno modo per ſubſtantiã intelligens ſubiectum genus prædicamenti, alio modo ſubiectũ genus, quod ſubijcitur. vnde dicit Ariſt. alterum contrariorum eſt priuatio, nõ ſimplex, ſed {ſubſtantiæ priuatio} & exponẽs quid intelligat per ſubſtantiam, ſubdit {priuatio autem negatio eſt ab aliquo definito genere} ergo ẽm primam expoſitionem hæc eſt differentia ꝙ negatio priuatiua ſit negatio entis alicuius, ac determinati generis. negatio ſimplex ſit tam de ijs, quæ ſunt, q̃ de ijs, quæ non ſunt, & eorũ, quæ in nullo genere ſunt. vel {priuatio ſubſtantiæ} exponitur.i. determinati ſubiecti, cui ineſt {priuatio aũt eſt negatio ab aliquo definito genere}.i. in ſubiecto apto nato. priuatum.n. ſubiectum, quidem eſt, quod aliquo priuatum eſt. neq; negationem emulatur quæ de aptis, deq; ineptis illud recipere vere dicitur. Hæc.n. negatio non videt, non ſolum de cæco vere dicitur, ſed etiam de pariete, qui minime viſus eſt capax, quia negatio de incertis dicitur, cæcitas non item, ſed de ijs, tantum, quæ viſu priuata ſunt. Similis eſt rõ contrarij, ſiquidem natura eadem capax eſt cõtrariorum. nam hoc priuatio à negatione, ꝙ negatio dicatur de ijs, quæ non ſunt, priuatio vero de quadam ſubiecta natura, quæ etiã habitus eſt capax. poteſt ante ſyllogiſmus vniuerſus apud Alex. ſic componi, nulla negatio cum affirmatione oppoſita vera eſſe reperitur: priuatio negatio quædam eſt: igitur priuatio non poteſt vera eſſe cum ſua affirmatione. Tunc ſubaccipiatur hoc modo, ſed alterum contrariorum priuatio, quædam eſt. igitur alterum contrariorum non poteſt eſſe verum cum ſua affirmatione. De hoc ſyllogiſmo poſtea dicemus.

Si igitur impoſsibile eſt uere ſimul affirmare, atq; negare, fieri quoq; non poteſt, ut contraria ſimul inſint: niſi aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidem aliqua ex parte, alterum uero ſimpliciter inſint.

Quia ſyllogiſmus vniuerſus, vt dictum eſt, hoc pacto componitur, nulla negatio cum affirmatione appoſita vera eſſe reperitur, priuatio negatio quædã eſt: igitur priuatio non poteſt vera eſſe cum ſua affimatione. accepit maiorem pro antecedente, & dixit {Si igitur impoſsibile eſt vere ſimul affirmare atque negare} .i. ſi nulla negatio cum affirmatione oppoſita vera eſſe poteſt {fieri quoq; non poteſt, vt contraria ſimul inſint} deinde exponit quot modis cõtraria ſimul in eodem eſſe poſſunt, & vult contraria poſſe eidem ineſſe ſecundum quid dupliciter: aut quoties ambo inſunt ſecundum quid, vtputa in eodem ſubiecto ẽm diuerſas

partes

partes, vt in ſcuto, cum vnum eius dimidiũ ſit album, alterum vero nigrum : aut quoties ambo inſint eidem ſubiecto,ſed alterum ſimpliciter, alterum ẜm quid,vt nigrum & album in æthiope.nam in ęthiope eſt nigrũ ſimpliciter, & album ſecundum dentes. vel vt iactura mercium in mare,de aqua eſt apud Ariſt.in Ethicis, q̃ ſimpliciter,& per ſe conſiderata eſt inuoluntaria,tunc aũt cum merces iactantur,voluntaria.& illud ego falſum dico,cũ ſimpliciter falſum ſit,ex parte tñ eſt verũ. qm̃ me dicere falſum eſt verum : vt in Elenchorum libro ſecundo. Vnde dicit {niſi aliqua ex parte ambo} contraria.ſ.{ſimul inſint} eidem ſubiecto ẜm diuerſas partes{aut alterum quidem aliqua ex parte. alterũ vero ſimpliciter} eidem ſubiecto{inſint} Attamẽ eidem ſubiecto ſecundum eandem partem ſimpliciter ſimul in eſſe impoſsibile eſt hactenus de corollario.

CAP. V.

In contradictione non eſſe medium.

TEX.27. *AT uero neq; ſit ut inter contradictoria medium cadit aliquod ſed ut affirmetur unum de uno quiduis, aut negetur neceſſe eſt.*

Poſtquam docuit fieri non poſſe,vt contraria ſimul cõſiſtant, nunc probare intendit multis rõnibus nullũ eſſe mediũ contradictionis,& hoc facit, vt recte Alex. inquit,vt oſtendat,neq; contradictionẽ eſſe ſimul falſam.quo ẽt fit, vt contradictio in re quaq; verũ à falſo diſcernat.nã ſi neq; ſimul eſſe vera põt, vt demõſtratũ eſt, neq; ſimul falſa(hoc.n. appellari põt mediũ cõtradictionis)reliquũ eſt,vt in omni re altera pars contradictionis vera ſit,altera falſa. intẽdit ergo breuiter demonſtrare nullum eſſe medium cõtradictionis,vt habeatur primo contradictionẽ nõ eſſe ſimul falſam, & vt habeatur ſcd̃o ea cõtradictionis lex,q̃ eſt, vt cõtradictoria nec pñt eſſe ſimul vera,nec ſimul falſa.Tertio vt habeatur ea contradictionis ſublex,q̃ eſt, vt ſi contradictionis ſit altera pars vera, altera ſit falſa.& è contrario ſi altera pars ſit falſa,altera ſit vera.Quod habeatur lex contradictoriorũ,patet,nã prius oſtẽdit cõtradictoria non eſſe ſimul vera, nunc vero oſtẽdendo inter contradictoria nõ eſſe mediũ, oſtendit contradictoria non eſſe ſimul falſa.ergo ex his relinquet̃ lex contradictoriorũ, q̃ eſt vt neq; ſint ſimul vera, neq; ſimul falſa. ex hac vero lege,ſublex ſequitur,q̃ eſt,vt duorũ cõtradictoriorũ,ſi altera pars vera ſit,altera ſit falſa,& è contrario ſi altera ſit falſa,altera vera ſit.nam ſi altera vera fuerit,tunc ambæ contradictionis partes veræ erũt. ſiquidẽ altera,& altera vera eſt parte,& ſic habetur contra legẽ.inſup ſi altera falſa ſit,altera vera erit, alioquin ambæ ſimul falſæ erunt,qđ eſt contra legem.hęc ergo ſublex dabitur, conceſſa lege.nolo tñ te ignorare captiunculatores dicere tã legem,q̃ ſublegẽ cõtradictionis eſſe intelligendã p̃ter materiã inſolubilium,nam.in materia illa cõtradictio põt eſſe ſimul vera,& ſimul falſa:qđ an ſit ita,in ludicris dilucide explicauimus.inſuper dicunt ſub legẽ eſſe intelligẽdam cum conditione, quia in caſu, nõ ſequitur ſi contradictionis altera pars ſit vera,vt ſit altera falſa,niſi poſita conſtantia illius.nã in caſu põt altera eſſe vera,& altera non eſſe in rerũ natura,quo poſito,nec erit vera,nec falſa,ergo volunt, vt intelligatur,ſi vna eſt vera altera ſit falſa, illa formata. Sed de his in ludicris petendũ.colligitur ergo intentio quã probare intendit, vt inter contradictoria nullũ ſit medium per abnegationẽ veri,ac falſi.i.tale,quod nec ſit verũ nec falſum : & hoc ꝓponit,dicẽs{at vero neq; ſit,vt inter cõtradictoria mediũ cadat aliquod} & tale vt neq; verum ſit, neq; falſum{ſed neceſſe eſt,aut affirmet̃ quiduis vnũ de vno,aut negetur}& addit{quiduis vnũ de vno}vt intelligatur vnã eſſe ſumendã contradictionẽ,quod ita demum fiet,ſi vnum de vno affirmabitur,negabiturq;,alioquin non erit eadem contradictio.ſed complures affirmationes,negationeſq;.ſed de his latius in libro de enunciatione diſputatum eſt.

Patebit aũt id ita eſſe,ſi primo quid nam ſit uerum,quidue falſum definierimus nam dicere quidem id, quod eſt, non eſſe, aut id,quod nõ eſt,eſſe,eſt falſum.dicere uero id quod eſt,eſſe, & id quod non eſt,non eſſe, eſt uerum.Quare & qui dicit il- Es
lud medium eſſe,aut non eſſe,uerum aut falſum dicet.Sed neq; ens dicet eſſe,aut non eſſe,neq; non ens. ens.

Ad demonſtrandũ nullum eſſe mediũ cõtradictionis,primo p̃mittit quid ſit verũ, & quid ſit falſum,& dicit{Patebit aũt id ita eſſe,ſi primo quid nã ſit verũ,qdue falſum definierimus} deinde vtriuſq; definitionem exponens,dicit{nã dicere quidẽ id,quod eſt,non eſſe, aut id,quod nõ eſt,eſſe,eſt falſum,dicere vero id,quod eſt,eſſe,& id,quod non eſt,non eſſe, eſt verum}& ꝑ dicere intelligit, enunciare,nã enunciatio falſa ſignificat aut eſſe,quod non eſt,vt hæc, æthiops eſt albus, aut nõ eſſe,quod eſt,vt illa,æthiops non eſt niger.Enunciatio aũt vera ſignificat aut eſſe,qđ eſt,vt cygnus eſt albus, aut non eſſe,qđ non eſt,vt cygnus nõ eſt niger.Iuniores fecerunt differentiã inter ſignificare verũ,vel ſignificare falſum,& inter ſignificare vere,vel falſo.nã terminus incõplexus,vt iſte terminus, verũ, ſignificat verũ non tamen vere,& iſte terminus,falſum, ſignificat falſum,non tñ falſo.At enũciatio eſt, q̃ ſignificat vere, vel falſo.Ariſt.igitur cum hic definit verũ,intelligit per verum propõnem verã, q̃ ſuum ſignificatũ vere ſignificat,& ꝑ falſum propõnem falſam, quæ ſuum ſignificatum falſo ſignificat.ergo ꝑ ſignificare verum intelligit propõnem ſignificare ita ſicut eſt in re,ſi ꝓpoſitio eſſe ſignificat,aut vere ſignificat ſicut non eſt in re,ſi ſignificat nõ eſſe.vera.n. ꝓpoſitio eſt,q̃ vt res eſt,vel vt non eſt,ita ſignificat.ſignificare aũt falſo eſt ſignificare aliter eſſe quã eſt,vel aliter non eſſe quã non eſt.propoſitio.n. falſa eſt, q̃ aliter q̃ eſt, vel q̃ non eſt ſignificat, vt clare patet in prædicamẽtis.Aliter alij dixerunt.n.propoſitionẽ veram eſſe,q̃(vt vtar eorũ verbis)eſt ea,quę qualitercũq; eſſe ſignificat,taliter eſt,affirmatiua qdẽ, q̃ qualitercũq; ipſa affirmat.taliter eſt.negatiua aũt, q̃ qualitercũq; ipſa negat,taliter nõ eſt. falſa vero,q̃ non qualiter ipſa ſignificat,taliter eſt, affirmatiua quidẽ, q̃ non qualiter ipſa affirmat, taliter eſt. negatiua vero, q̃ non qualitercũq; ipſa negat,taliter non eſt.ſed hęc dilucide petẽda à ludicris ſunt. Ex his definitionibus cõcludit ꝓpoſitũ,& dicit{Quare & qui dicit illud mediũ eſſe,aut non eſſe,verum aut falſum dicet} verum quidem,ſi eſſe dicit,quod eſt,aut non eſſe, quod non eſt, falſum aũt ſi eſſe, quod non eſt, aut non eſſe, quod eſt {Sed}dicendo ſic{neq; ens}.ſ.tantũ{dicet eſſe, aut nõ eſſe,neq; non ens}.ſ.tantum dicet eſſe aut non eſſe,ſed indifferenter vnum quiduis de vno affirmat vel negat tam de ente quã de non ente. Quo vero ad verba attinet,verbum{illud medium} in dictione non habetur: ſed Alex.ſuppleuit,cum ait Ariſt. eſſe locutum de medio.& ideo aliter intelligens quã diximus,inquit{quare & qui dicit illud medium eſſe, aut non eſſe, verum

dicit, aut falſum. Sed} is{ neque ens eſſe vel non eſſe dicet}q̃m tale medium, cum ſit entis, ac nõ entis, non eſt ens{neq;}dicet{non} ens eſſe vel non eſſe, q̃m tale medium, cum ſit entis ac non entis, vt dictum eſt, non eſt non ens. & ita neq; verum dicet, neq; falſum, qui de ipſo tali medio eſſe vel non eſſe prædicabit. Auer. vero breuibus inquit, quia definitio vera eſt, vt ſit illud, q̃d non eſt falſum, & definitio falſi vt ſit illud, quod nõ eſt verũ, fit, vt nihil eſſe poſsit ſimul verũ & falſum. & paucis interpoſitis, exponẽs quid ſit verũ ſiue affirmatiuũ, ſiue negatiuũ, ait verũ eſſe illud, quod extra animã eſt, quẽadmodum eſt in aïa. falſum aũt, ſi fuerit è cõuerſo.

Quæ Auer. Com. 17.

Præterea medium contradictionis, aut ut eſt fuſcum inter nigrum, & album erit, aut id quod neutrũ eſt, inter hominem atq; equum. Si igitur hoc pacto medium eſſe dicatur, non erit utiq; in illud mutatio. ex non bono enim in bonum, aut ex hoc in non bonum mutatio fieri ſolet. nunc autem fieri ſemper uidetur. non enim eſt mutatio, niſi in contraria & media. ſin aũt ſit medium & altero modo, erit utiq; aliqua in album non ex non albo generatio, nunc uero non cernitur.

Contraria ἀντικείμενα. oppoſita.

Hic affert ſecundam argumentationẽ, ad cuius declarationẽ pręmittit diſtinctionẽ medij, & dicit{Præterea mediũ contradictionis aut erit, vt eſt fuſcũ inter nigrum & album}.i. aut participatione vtriuſq; extremi, & eiuſdem generis cũ extremis, vt fuſcum inter albũ, & nigrum. quod participat vtroq; extremo, & eſt eiuſdem generis cum extremis: & hoc alio nomine dr̃ mediũ remiſsione & trãſitu{aut}dicitur{vt id, quod neutrum eſt inter hominem, & equum}quale medium eſt hos, qui nec eſt homo, nec equus, & hoc medium dicitur per abnegationem extremorum, & alterius generis ab extremis, & tale mediũ non dicitur remiſsionis, nec tranſitus. Hac diſtinctione præmiſſa, primo probat q̃d inter contradictoria non põt eſſe medium per abnegationem, quod ſit alterius generis ab extremis. Q̃m ſi tale medium daretur, tolleretur mutatio inter contradictoria. Conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. & probatur conſequentia, per illam dignitatem, quę eſt, vt omnis mutatio fiat de extremo ad extremum ꝑ medium eiuſdem generis. & cum tale mediũ non ſit eiuſdem generis, non põt per ipſum fieri tranſitus de extremo ad extremum. Quare inter contradictoria tolleret̃ ea mutatio, quæ eſt de extremo ad extremum: dicit{ſi igitur hoc pacto mediũ eſſe dicatur}.ſ. per abnegationem, quod ſit alterius generis ab extremis{non erit in illud mutatio}.ſ. prius deueniens q̃ in extremum, & ſic tolleretur mutatio inter contradictoria, quod falſum eſſe oſtendit, & dicit{ex nõ bono.n. in bonum, aut ex hoc}.ſ. bono{in non bonum mutatio fieri ſolet} & ſic inter coontradictoria ſolet eſſe mutatio: quam iſti ſic dicentes coguntur negare. & q̃m dixit{nõ erit vtiq; in illud mutatio} quaſi deſtruens illud, ad quod deduxit, dicit{nunc aũt fieri}.ſ. mutatio in mediũ{ſemper vr̃} per illam dignitatem, omne quod mutatur, prius mutatur in medium q̃ in extremum. & affert cauſam, & dicit{non.n. eſt mutatio, niſi in cõtraria, & media}ſubaudi prius q̃ in extrema. & cũ dixit{ex non bono.n. in bonum} & reliqua, voluit pari rõne in cæteris rebus eſſe intelligẽdum. Deinde probat, ꝙ inter contradictoria non poſsit eſſe medium participationis, quod ſit eiuſdem generis, & hoc pacto, ſi medium inter contradictoria ſit participatione, & eiuſdem generis, tunc mutatio, q̃ eſt ad album, non erit ex non albo ſemper, quod abſurdũ eſſe patet, quia ſemper mutatio ad album erit ex non albo, & conſequentia probatur, q̃m quandoq; erit ex tali medio eiuſdem generis, quod tñ non eſt nõ album. cũ ſit eiuſdem generis cum albo, quare erit ad album mutatio, quæ non eſt ex nõ albo: ſed ex medio, quod eſt eiuſdem generis, cum albo: dicit{ſin aũt ſit mediũ}.ſ. inter contradictoria, quod ſit participatione & eiuſdẽ generis{erit aliqua in album non ex non albo generatio}ſed erit ex medio, quod eſt eiuſdem generis cum albo. hoc aũt deſtruens dicit{nunc aũt non cernitur}aliqua ſubaudi generatio ad album, quin ſit ex nõ albo. Sed occurres, q̃m ſi inter contradictoria detur medium eiuſdem generis, non ſequitur aliquam eſſe albi generationem, quæ non ſit ex nõ albo. nam illa generatio, quæ fieret ex medio eiuſdem generis, etiã fieret ex non albo. q̃m fieret ex illo medio, quo ſubit rõnem non albi. Ariſt. non curauit hoc alio modo refellere, cũ ſit in parte probabili, vel quia perſpicuum eſt nõ poſſe eſſe tale medium inter contradictoria, quoniam nihil eſſe poteſt, quod negatione & affirmatione participet.

Præterea omne, quod ſub mẽtem cadit, ac intellectum, mẽs aut negat, aut affirmat. hoc autem ex definitione patet, quando uerum, uel falſum dicit, cum.n. hoc quidem pacto componit negans, aut affirmans, uerũ dicit, cum autẽ hoc pacto, falſum.

Hæc eſt tertia argumentatio, q̃ ſic componitur, de quo mens ſtatuere, ſiue enunciare non põt, & affirmando, aut negando verum dicere, aut falſum, id minime in rebus eſt de eo, quod cõtradictionis mediũ eſſe dr̃, mens non põt enunciare, & affirmando, aut negando verũ dicere, aut falſum igitur medium contradictionis minime in rebus eſt: hoc pacto ſyllogiſmũ compoſuit Alex. &, vt recte inquit, difficile eſt intelligere hunc ex eius verbis. Propterea facilius ſic conficerem{Omne, quod ſub mentem cadit, ac intellectum, mens aut negat, aut affirmat}hæc maior ponit̃ in dictione. Sed de medio cõtradictionis mens neq; negat, neq; affirmat, alioquin non eſſet medium. igitur medium cõtradictionis neq; cadit ſub mentem, neq; ſub intellectum: & ita nihil omnino eſt. Maiorem probat ex definitione veri, & falſi: & dicit{ hoc aũt ex definitione}ſi veri, & falſi{patet, quando}.i. mens, aut intellectus{verum, vel falſum dicit} quãdo.n. mens vel intellectus verum dicit, aut falſum, ſemper illud, quod ſub mentẽ cadit, vel ſub intellectum, affirmat, vel negat. & aſſignat cauſam, & dicit{cum.n. hoc quidem pacto} ſubaudi ſicuti eſt, vel non eſt in re{componit negans}.i. format propõnem negatiuam{aut affirmans}.i. componit ꝓpoſitionem affirmatiuam{verum dicit}q̃m verum dicere eſt enunciare ſicuti eſt, vel non eſt in re, vt dictum eſt{cum aũt hoc pacto}.i. aliter q̃ ſit, vel non ſit in re componit negans, aut affirmans{falſum}.ſ. dicit. ergo patet maior hæc videlicet, omne, quod cadit ſub mentẽ vel intellectũ, mens ſeu intellectus aut negat, aut affirmat. minorem vero, & concluſionẽ prætermiſit. nam, vt Alex. inquit, dictio admodũ ſubcincta, & coacta eſt, quippe in qua antecedens.i. maior rationis tñ, vt diximus habetur. Quo vero ad verba attinet, cum ait{ſub mentẽ aut intellectum}pro eodem vtrũq; dixit. nam mens & inintellectus idem eſt. vel aliter quod ſub mentem cadit, pro re agenda dixit, pro eoúe, quod mens ratiocinãdo, vel per inductionem ex pluribus aſſumit ac exequitur. quod vero ſub intellectum, pro re, quam contemplamur, vel ſimpliciter pro intelligentia. de vtriſq; enim habetur aſſenſio, & affirmatio, vel negatio.

Præte-

Prætereà uniuerſis in contradictionibus illud eſſe oportet, niſi diſputationis gratia dicatur . quare . & neq; uerum,neq; non uerum quiſpiam dicet.

Hæc eſt quarta argumentatio,q̃ talis eſt,ſi contradictionis aliquod mediũ habetur, non cuiuſdã contradictionis de re aliqua medium habebitur,alterius nõ itẽ, ſed oĩs contradictionis mediũ erit,verũ dicere, & non verũ dicere contradictio eſt. igitur inter verũ dicere & nõ verum dicere medũ habebitur. hoc aũt falſum eſſe oſtendit Alex. qm̃ tunc aliqua ꝓpõ media erit inter ꝓpoſitionẽ veram,q̃ ait Dion deambulat,& falſam,q̃ dicit Dion nõ deambulat,q̃ neq; vera ſit,neq; non vera, qđ quidẽ eſt abſurdũ.de rõne itaq; affert conſequẽs,& dicit { Prætereà vniuerſis in cõtradictionibus illud eſſe oportet} videlicet mediũ qđ falſum eſt{niſi} vt inquit {diſputationis gratia}ab eis hoc{dicatur}.ſ. pertinacia diſputandi. Deinde affert deſtructionem conſequẽtis, & dicit{quare & neq; verum,neq; non verũ,quiſpiam dicet}quod abſurdum eſſe oſtenſum eſt.

Et præter ens,& non ens aliquid erit, quare & præter generationem,& corruptionem tranſmutatio quædam erit.

Hæc eſt quinta argumentatio,q̃ talis eſt, ſi contradictionis aliquod eſt medium , mediũ aliquod erit inter ens & non ens tenet argumentũ,qm̃ vt ſuperius dixit, ens & nõ ens cõtradictoria ſunt , & cũ nõ magis vnius contradictionis q̃ omniũ mediũ aſsignari debeat, relinquetur.vt inter ens,& non ens mediũ ſit.tũc deſtruitur conſequẽs ex eo,quia ſi inter ens, & non ens ſit mediũ, fiat, vt aliqua mutatio media ſit inter generationem & corruptionem.Deducitur conſequẽtia.nã ſi generatio eſt mutatio de non ente in ens, & corruptio de ente in non ens , mutatio in horũ mediũ , neq; generatio erit, neq; corruptio.Secũdum ſubſtantiã tñ:ſi quidem neq; in ens erit, neq; in non ens , neq; ex ente , neq; ex non ente. At generatio & corruptio ex his,& in hæc efficiũtur.ſed dices ꝙ motus loci,& qualitatis,& quantitatis mediũ ſit inter generationẽ,& interitum,& reſpondetur hoc falſum eſſe,nam quod aliquorum eſt medium id proprie huiuſmodi eſt, vt ex ipſo in vtrunq; oppoſitum mutatio fieri valeat, quo in nullo horũ efficitur: dicit{Et præter ens,& non ens aliquid erit,quare & ꝓter generationem,& corruptionẽ tranſmutatio quædã erit}ſupplendum eſt ſm̃ ſubſtantiam,quæ media ſit inter generationẽ,& corruptionem.Animaduerte Ariſt. feciſſe in his dictionibus hanc conſequentiã,ſi contradictionis aliquod mediũ habetur , nõ alicuius contradictionis de re aliqua medium habebitur, alterius non item , ſed oĩs contradictionis medium erit.quã conſequentiam nõ probauit Alex.ſed Auer.ex illa dignitate probauit,quod inuenitur in aliquo naturaliter,non inuenitur in quodam eius,& in quodã non. Quã dignitatẽ explicauit ipſe libro de cœlo ſcđo ſub alijs verbis, cũ inquit, quod eſſentialiter cõpetit indiuiduo vni cõpetit eſsẽtialiter oĩbus indiuiduis eiuſdẽ ſpeciei:p q̃ verba intelligere dedit ſe ꝑ naturaliter eſsẽtialiter intellexiſſe.

Affert, ἐπιφέρει implet.

Prætereà etiã in ijs erit generibus , in quibus negatio contrariorũ affert, ut in numeris neq; impar numerus , neq; non impar. At impoſsibile eſt eſſe. ex definitione autem patet.

Hæc eſt ſexta argumentatio, quæ talis eſt,ſi eſt aliquod medium contradictionis, in ijs quoq; generibus medium contradictionis erit , in quibus negatio nihil aliud q̃ poſitionẽ contrarij ſignificat,& ita,vt Alex. inquit,fiet,vt aliquod animal ſit,quod neq; recte valeat, neq; ægrotet:inſuper ꝙ neq; dormiat,neq; vigilet. Ari. tñ in numeris affert exemplũ,vnde dicit{Pręterea ẽt in ijs erit gneribus,in quibus negatio cõtrarium affert}.i.in quibus negatio nihil aliud q̃ poſitionem contrarij ſignificat { vt in numeris } fiet, vt aliquis numerus ſit, qui{neq; impar neq; non impar}.i.par ſit: cũ de medio vera ſit extremorum negatio.deſtruit conſequens , & dicit { at impoſsibile eſt eſſe, ex definitione aũt patet} imparis, & paris.n. par eſt numerus diuiſibilis ad ęqualia: impar vero numerus diuiſibilis ad inæqualia. modo inter æquale & inæquale nullum medium dari põt, ergo nec inter parem & imparem.

Prætereà quoq; nõ ſolũ entia ſexqaltera erũt,uerũ ẽt plura in infinitũ.rurſus.n negare illud ad affirmationẽ et negationẽ licebit , atq; illud ali qd erit, ſubſtãtia.n.ipſius alia quædã erit.

Hæc eſt ſeptima argumentatio, quæ ſic intelligitur apud Alex.ſi recte ea,quç dicit,intellexi:ſi aliqđ mediũ contradictionis reperitur, vnaquæq; res erit in proportione ſexquialtera. i. vnaquæq; res erit tria , qm̃ apud hos oĩs res eſt ſua affirmatio,& ſua negatio , & mediũ, de quo negantur ambæ.ſ.tam affirmatio q̃ negatio. cõſequentia patet,nam Socrates eſt animal,& idẽ Socrates nõ eſt animal, quia apud hos negatio & affirmatio ſunt de eodem ſimul verę,ẽt apud dantes medium idẽ Socrates neq; erit aĩal, neq; nõ erit animal , & ſicut de Socrate dico , ita de ſingulis dicatur . quare vnaquæq; res erit tria videlicet affirmatio & negatio,& mediũ: q̃ vere de ea dicẽtur.nec ſolũ ſequitur,vt Alex.inquit, vt vnaquæq; res ſit tria,ſed vt vnaquæq; res proficiſcatur in infinitũ:declaratur, qm̃ vnaquæq; res erit illa media natura,quã licet affirmare & negare,& de qua licet afferre mediũ inter vtrãq; : ſed de hac media natura licet ẽt affirmare,& negare,& adhuc mediũ afferre:ergo datur ſm̃ mediũ,pari rõne de hoc ſecũdo medio licet affirmare,& negare, & dari mediũ,quod eſt tertiũ . & ita dabitur quartum,& eadẽ rõne dabitur quintũ , & ſic in infinitum.qm̃ ſemper de medio dato licet affirmare & negare,& dare mediũ . ſic igitur vnaquæq; res nõ ſolũ erit tria,ſed in affirmationibus & negationibus, & medijs quę afferre licet inter eas,ꝓficiſcetur in infinitum. Expoſitor aũt aliter exponit ꝑ entia eſſe ſexquialtera, vult.n.vt locutio ſit comparatiua,videlicet ad ea,q̃ alij dixerunt.nã alij dixerunt affirmationẽ & negationẽ ſimul veras eſſe de vnaquaq; re, & non poſuerũt mediũ inter affirmationẽ,& negationẽ,& ita priores poſuerũt vnãquãq; rẽ eſſe duo.ſ. ſuam affirmationẽ,& eius negationem . At iſti ponunt rem vnamquãq; eſſe tria videlicet propriã affirmationem,& illius negationẽ,& medium. modũ triũ ad duo proportio eſt ſexquialtera,cũ tria contineant duo,& alteram duorum partẽ, quæ eſt vnitas.& iuxta hanc expoſitionẽ dicit{Pręterea quoq; non ſolum entia ſexquialtera erunt}.i.non ſolum vnaquęq; res erit ſexquialtera.ſ.proportione ad rem,quam priores poſuerunt{verum ẽt}erit{plura}ſubaudi q̃ tria {in infinitum}& declarat vnãquãq; rẽ proficiſci in infinitũ in affirmationibus, & medijs inter eas, & ita declarat conſequentiã.& dicit{rurſus.n.negare illum}.i. dicere illud mediũ per abnegationem{ad affirmationẽ & negationẽ licebit} nã datum medium per eos dicere licet nec eſſe affirmationem,neq; negationẽ{atq; iſtud aliquid erit}.ſ.diuerſum ad affirmatione,& negatione,cuius rõnem affert,& dicit{ſubſtãtia.n.ipſius}.i. ratio.n.ipſius{alia q̃dam erit}.ſ.ab affirmatione, & negatione.ergo mediũ erit dicere ꝑ abnegationẽ vtriuſq; tunc vltra,vt Alex. ſuppleuit, medium huiuſmodi eſt

quędam natura, ergo de eo licebit afferre aliquā affirmationē & negationē, & medium dictū ꝑ abnegationē cōtradictionis. & ita dabiť ſm mediū, qđ ꝑ abnegationē dicetur ſcdæ contradictionis, pari rōne dabitur tertiū tertiæ cōtradictionis, & ſic in infinitum. ergo nō ſolū vnaquæq; res erit ſexquialtera, ſed ꝓficiſcetur in infinitū in cōtradictionibus, & medijs qđ ꝓ abſurdo reliqt.

Præterea ſi ad interrogationem factā, ſi album eſt, dixerit quiſpiā, nō, nihil niſi ipſum eſſe negauit, et nō eſſe negatio eſt.

Hæc eſt octaua argumētatio, q̄ ſic pōt reſolui ad artem prioriſticā: in omnibus reſpōſionibns, q̄ dantur ad interrogationes, non datur mediū: contradictio oīs q̄dam reſponſio eſt, q̄ datur ad interrogationē: igitur in contradictionibus non datur medium. Maior declarať in textu, ſimulq; ꝑ ea q̄ ait innuitur declaratio minoris, & dicit{Præterea ſi ad interrogationē}.ſ. q̄ de albo ſit, vel de Socrate, vel de quouis ente quiſpiam interrogetur{ſi albū eſt} vel ſi Socrates eſt, vel ſi lapis, eſt.i. ſi rogatus quiſpiā de re aliqua, ſit ne, an nō?{dixerit quiſpiā nō} ſic reſpondēs{nihil niſi ipſum eſſe negauit, & nō eſſe negatio eſt} ergo ſic reſpondens dedit negationē pro vera, q̄ eſt altera pars cōtradictionis, eadē rōne, ſi dixiſſet ita, nihil niſi ipſum eſſe affirmaſſet, & ita ſic reſpondens dediſſet affirmationē. quare patent duo, & ꝙ in nulla reſponſione, q̄ datur ad interrogationē, detur medium inter ſic, & nō: & ꝙ ſic, & non, ſint affirmatio, & negatio. & ita contradictio erit q̄dā reſpōſio. quare relinquentur & maior, & minor. Sophiſtæ, qui obligationibus incūbunt, tradunt non ad omnē interrogationem eſſe reſpondendū affirmādo, vel negādo, vtputa ꝑ concedo, vel nego, ſed interdū dubitādo per dubito videlicet: qm̄ cū ad id, quod vocāt impertinēs, ſit reſpondendū pro ſui qualitate, cū verum fuerit, eſt concedendū, cum falſum, vel impoſsibile, negandū, cū aūt fuerit dubium, dubitandum eſt. ergo non oīs reſpōſio erit ꝑ affirmationem, vel per negationē, ſed interdum per dubitationem, quę mediū videtur inter affirmationē, & negationem, & ꝑpea cenſent hæc q̄ Ariſt. ait, eſſe intelligēda extra materiam obligationum. verū ſi recte conſideraueris, dubitare non affirmare eſt, & ita licet dubitare poſsit eſſe mediū cōcedendi, vel negandi, non tñ inter affirmationem, & negationē, cū dubitare ſit non affirmare. Hæc tñ petantur à ludicris.

Orta eſt autem his hæc opinio, perinde atq; cæteræ admirabiles. quando enim rationes contentioſas ſoluere nequeunt, rationi aſſentientes aiunt uerum id eſſe, quod eſt per rationem concluſum. Quidam igitur per hanc cauſam ſic dicunt. Quidam propterea quod omnium quæritent rationem.

Reddit cauſam, qua iſti ducti mediū cōtradictionis eſſe tradebant, & dicit{Orta eſt aūt his hæc opinio}.ſ. qđ inter contradictoria detur medium{perinde atq;} aliis ortæ ſunt{cæteræ} opiniones{admirabiles} & abſurdę. deinde explicat duas cauſas, quas ſuperius etiam narrauit, quarū primam narrat, & dicit{quando.n. rōnes contentioſas} & ſophiſticas{ſoluere nequeunt}.ſ. ob imperitiā artis ſoluēdi cauillos{rōni}.ſ. ſophiſticæ{aſſentiētes aiunt verum id eſſe, quod eſt ꝑ rōnem}.ſ. ſophiſticam{concluſum} ex quibus illud ſimul declaratur, quam vtilis ſit ad philoſophiam, elenchorum.i. captionum fallaciū cognitio, quippe quarū ignoratio nonnullos ſolet tranſuerſos agere, & in magnos errores inducere. quomodo vero ex rationibus ſophiſticis emerſerint opiniones admirabiles, docet Alexan. Qm̄ Zenonis rōnes ſophiſticæ, quas ille ad tollēdum motū excogitauit, complures, quos deliteſcēs in ipſis falſitas tenebras offundens ambigere cogunt, num motus in rebus habeatur res manifeſta, & quæ cunctis in rebus verſatur. In primo quoq; libro phyſici auditus teſtatus eſt Ariſt. quoſdam rōni, quæ ex bipartita diuiſione docet non eſſe procedendum in infinitum, ſuccumbentes, magnitudines quaſdā indiuiduas eſſe ſtatuiſſe, quorū fuit Democritus, alij rōni, q̄ præter ens nihil eſſe demonſtrat cedentes, non ens eſſe tradidiſſe, vt fuit Parmenides. hi ergo ſunt, qui neſcientes ſoluere ſophiſticas rōnes, venerunt in abſurdas opiniones de rerum principijs. quomodo aūt, & qua ſophiſtica rōne iſti aſſeruerint contradictionis medium, Alex. edocet. nam cum cernerent ex nihilo nihil fieri, & viderēt ex eodē contraria fieri, concludebant contraria actu exiſtētia eſſe mixta in illo, ex quo fiunt, quod aūt ex aliquibus tēperatū eſt, id nō eſt ſimpliciter idē alicui eorū, ex quibus temperatur, ſed medium ipſorum, quod videlicet neq; vere aqua eſt, nec viciſsim non aqua. quā rōnem Anaxagoras quoq; ſecutus eſt. Quidam igitur hanc rōnem ſophiſticam neſcientes ſoluere cōtradictionis medium conceſſerunt. & propterea quaſi epilogādo dicit{quidam igitur per hanc cauſam ſic dicunt} deinde narrat alios, qui per alium modum illud idē aſſeruerūt, & dicit{quidam} ſubaudi dicunt hoc idē{propterea ꝙ omniū quæritent rōnem} & ita ꝑp pertinaciā, vt ſuperius dictū eſt, nam quū principiū contradictionis demonſtrari nequeat ꝑpea ꝙ principium ſit, & manifeſtum, ſtatuunt eſſe aliquod medium cōtradictionis, qđ neq; ſit negatio, neq; affirmatio: cū.n. hoc ipſum improbari non poſsit, pro probato acceperunt. quippe cū verum idem exiſtimabant, quod non improbabile.

Principium autem ad hos omnes ex definitione ſumendum eſt. fit autem definitio ex eo, quia aliquid ipſos ſignificare neceſſe eſt. ratio enim cuius nomen eſt ſignum, definitio eſt rei.

Nunc docet principium, ſiue ſupoſitionem, qua vtēdū eſt cōtra eos, qui mediū contradictionis tuentur. & vult principiū demonſtrationis aduerſus eos, qui dicūt mediū cōtradictionis eſſe petēdū à definitione. & hoc proponit dicens{Principiū aūt ad hos omnes.i. tā contra eos, qui dicti rōnibus cōmentitijs medium contradictionis eſſe ſtatuunt, q̄ contra eos, qui hoc aſſerunt petentes omniū rerū demonſtrationem{ex definitione ſumēdum} vna expoſitio eſt Alex. vt intelligatur ex definitione veri, & falſi. ſi.n. noīa quicq̄ ſignificare dederint (qđ ipſos cōcedere neceſſe eſt) ſi mō vti ſermone voluerint, ſumenda rō eius eſt, quod ſignificatur ꝑ verū, & falſum, quibus nominibus ipſi vtūť, vt ſit veri definitio dicere quod eſt, eſſe, & qđ non eſt, nō eſſe. falſum aūt dicere non eſſe, quod eſt. vel eſſe, qđ non eſt: & hāc expoſitionē ſequitur Expoſitor. Vel alia expoſitio Alex. vt intelligatur à definitione ſignificādi. cōcedentes.n. ſe ꝑ nomē aliquid ſignificare, dubio procul rōnē propriā aliq̄ eſſe eorū concedunt, q̄ nominibus ſignificanť. nō igitur eodē noīe oppoſitū quoq; ſignificabiť. Quo fiet, vt cōtradictionis nullū ſit mediū. ideo ſubdit{fit aūt definitio ex eo, quid aliquid ipſos} ꝑ nomina.ſ.{ſignificare neceſſe eſt} quod videlicet ſit definitū, & propriū. cuius rōnē dicit{rō.n. cuius nomen eſt ſignū}.i. quam ſignificat nomen{rei definitio eſt} ergo cōtra hos oportet ſumere nomina habeř proprias ſuas ſignificationes, alioquin non differrēt à plantis, vt dictū eſt.

Atq; Heracliti quidem ſententia omnia dicens eſſe, atq; nõ eſſe, uniuerſa facere uera uidetur. Anaxagoræ uero, eſſe aliquid in contradictione medium, omnia facere falſa. nam cum miſcentur, nec bonum, nec non bonum eſt mixtum. Quare nõ fit, ut quicq̃ uere dicatur.

Poſtq̃ principium diſputãdi in hos à definitione fore dixit protinus cõmemorat quis veterum contradictionẽ verã eſſe tradidit. & quis medium cõtradictionis: ſimulq; docet illos vero, ac falſo nominibus eſſe vſos, à quorum definitionibus hoc in loco initium in iſtos diſſerendi ſumere cẽſuit, & dicit{ Atq; Heracliti quidem ſententia oĩa dicens eſſe, atq; non eſſe}& oppoſita ſimul cõſiſtere, contradictionẽ verã ſimul eſſe, &{vniuerſa facere vera vr̃}quo vero modo Heraclitus oĩa eſſe atq; non eſſe dicebat, exponit Auer. ex eo, quia
Quæ Auerr. Comm. 28. poſuit oĩa eſſe in motu, atq; trãſmutatione. transmutatio.n. media eſt inter eſſe, & non eſſe, & ideo qđ tranſmutatur, põt dici ens, & non ens, & erit ens, & nõ ens ſimul. motus.n. cõponitur ex eſſe, & nõ eſſe, vt patet ꝑ definitionẽ motus. Ideo cũ oĩa ſint in motu, oĩa ſunt, & non ſunt, & ita oĩa erunt vera: cum vera ſit affirmatio, & cũ ea negatio. deinde narrat eos, qui mediũ contradictionis tuentur: & dicit{Anaxagoræ vero}.ſ. ſententia dicens{eſſe aliquid in cõtradictione mediũ, oĩa facere falſa} ſubaudi videtur. quia ſi neq; affirmatio, neq; negatio ſit vera, vt dicunt, qui cõtradictionis medium tuentur, oĩa erunt falſa. deinde declarat, quomodo Anaxagoras tale mediũ poſuerit, & dicit{nã cum} bonũ & non bonũ{miſcentur, mixtũ} quod ex bono, & malo temperatur{nec bonum eſt, nec nõ bonum} item neq; malum, neq; non malum{non fit, vt quicq̃ vere dicatur} cũ igitur oĩa in omnibus mixta eſſe putaret, omnes cõtradictiones in re quaq; dicebat eſſe falſas. & cum dixit mixtum nec eſſe bonum, nec non bonum, ſic intelligas in cæteris, vt quod non ſit albũ, nec non album, nec nigrum, nec non nigrum. & ſic de ſingulis, cum ſingula mixta ſint in ſingulis. Sequitur aũt omnia eſſe falſa, nam cum nihil ſecundum cõmunem opinionem ponimus, niſi affirmationem, & negationem, quæ per eos vtraq; falſa eſt, fit, vt oĩa falſa ſint.

CAP. VI.

Aduerſus eos, qui omnia falſa, vel omnia vera eſſe dicebant: & contra illos, qui omnia quieſcere, aut moueri dicebant.

D*Eterminatis autem his, patet etiam fieri non poſſe, ut ea, quæ dicuntur de omnibus unico quoq; modo ſeſe habeant, quemadmodum quidam aiunt: quorum alij nihil uerum eſſe dicunt. nihil enim inquiunt, prohibet, ut ita ſint omnia, ut diameter eſt commenſurabilis coſtæ. alij autem omnia uera eſſe affirmant. Fere enim ſententiæ ipſorum idem, quod Heracliti ſententia poſſunt.*

Poſtquã per Heraclitũ contradictiones ſimul eſſe veras docuit, ꝑ Anaxagorã vero falſas, nunc q̃ patent ex his, adiungit. vbi Expoſitor non imperite ait Ariſt. improbatis erroribus circa eſſe, & non eſſe, nunc improbare errores, qui iſtos errores conſequuntur, & primo errores circa verum & falſum, q̃ ſunt de conſideratione logici, deinde improbare errores circa motũ & quietẽ, qui ſunt de conſideratione naturalis Philoſophi: cuius duas cauſas affert, quarum prima eſt, quia Philoſophus primus debet diſputare cõtra eos, qui negant principia ſingularum ſcientiarum: ſaltẽ ex datis ab eis, cum cõſideret cõmuniſſima, ſub quibus continentur oĩa, q̃ conſiderantur in cæteris ſcientijs. Secũda vera rõ eſt, qm̃ errores, qui accidunt circa verum & falſum, emergũt ex errore, qui accidit circa eſſe, & nõ eſſe. cum verũ & falſum definiantur ex eſſe, & nõ eſſe. Eſt.n. verũ cum dr̃ eſſe, quod eſt, vel non eſſe, quod nõ eſt. Falſum aũt ẽ cõuerſo: vt ſuperius diximus. ſimiliter errores circa motũ & quietem, emergunt ex erroribus qui ſunt circa eſſe, & non eſſe. nã quod mouetur, vt ſic, non eſt. quippe cum motus ſit actus entis in potentia. Quod vero quieſcit, vt ſic, quodam mõ eſt. ergo ad ꝓſentem doctrinam attinet conſiderare errores, qui cõtingũt circa verum, & falſum, q̃ ſunt principia logicæ, & circa motum, & quietem, quę ſunt principia naturalis philoſophię. Vnde dicit{Determinatis aũ this} videlicet errore Heracliti, & errore Anaxagoræ{ patet ẽt fieri non poſſe, vt ea, quę dicuntur de omnibus, vnico quoq; mõ ſeſe habeant, quẽadmodũ quidẽ aiunt} deinde exponẽs quid intelligat ꝑ vnico mõ ſeſe habere, dicit{quorũ alij nihil verũ eſſe dicunt} ſed oĩa falſa. cuius rõnem ſubdit{nihil.n. inquiũt, ꝓhibet, vt ita ſint oĩa} .ſ. falſa{vt diameter eſt cõmenſurabilis coſtæ}. i. vt falſa eſt illa ꝓpoſitio, diameter eſt cõmenſurabilis coſtæ. iſti ergo dicunt oĩa ſeſe habere vnico mõ, quia oĩa falſa eſſe dicunt, vt dixit Anaxagoras. dicere nãq; nihil in rebus eſſe verũ, eſt vnico mõ de omnibus dicere{ alij aũt vera eſſe oĩa affirmant} vt placebat Heraclito, & hoc ẽt eſt vno modo de omnibus dicere. ideo inquit {fere.n. ſententiæ ipſorum}.ſ. qui dicunt oĩa vera eſſe {idem, quod Heracliti ſententia poſſunt} qui dixit vera eſſe omnia. quod eſt vno modo de omnibus dicere.

Qui nãque dicit omnia uera, & omnia falſa eſſe, utrãq; harum orationũ ſeorſum etiam dicit. Quare ſi illa eſſe nõ poſſunt, hæc etiam eſſe eſt impoßibile.

Cũ dixiſſet{Fere.n. ſentẽtiæ ipſorum idẽ, quod Heracliti ſententia poſſunt} nunc affert cauſam cur addidit{fere}ad cuius euidentiam ſciendũ ſuperius eſſe dictum Heraclitũ voluiſſe oĩa eſſe vera, & oĩa falſa. Dixit .n. paulo ante ex ſententia Heracliti oĩa eſſe & nõ eſſe. ergo cõſentaneum eſt, vt dixerit oĩa vera ſimul eſſe & falſa. quaſi reſpondens dicit cauſam, quare dixit{fere} & ait{qui nãq; dicit oĩa vera, & oĩa falſa eſſe, vtrãq; harum orationum} ſubaudi fere{ſeorſum ẽt dicit} qui.n. dicit vnã copulatiuã, dicit eius partem alterã fere. qm̃ licet non actu dicat alteram, ſaltem potẽtia dicit. & ita qui dicit oppoſita ſimul eſſe, & eſt, atq; non eſt, dicit. Qui vero eſt & non eſt dicit, dubio procul verã eſſe negationem dicit, & affirmationem. Propterea cõcludit {quare ſi illa} vtraq; videlicet eſſe & non eſſe{non pñt eſſe. hæc ẽt}.ſ. vera, & falſa {eſſe impoſsibile eſt} vel ſic {quare ſi illa}.ſ. negationes{ eſſe non poſſunt}.ſ. veræ {hæc etiam}.ſ. affirmationes{eſſe}.ſ. veras{eſt impoſſibile}& ẽ conuerſo. Quatenus.n. eſſe ipſum non eſt, affirmatio eſt falſa. rurſus quatenus non eſſe nõ eſt, negatio quoq; falſa eſt. quo fit, vt per Heraclitũ oĩa ſimul vera ſint, & falſa. affirmationes.n. veræ negationes reddũt falſas, & viciſsim negationes affirmationes ipſas. Vnde Alex. inquit, poteſt tñ illud {quare ſi illa eſſe non poſſunt} dictũ accipit de eo, qui ambo dicit, & oĩa vera, & oĩa falſa eſſe, tradit{hæc etiã} quæ.ſ. vnico modo de omnibus rebus dicuntur{eſſe eſt impoſsibile} vt quòd vera ſint, vel ꝙ falſa. Expoſitor autem vult Ariſto. ſoluere tacitam dubitationem, nam dicere quis poſſet omnia ſimul eſſe vera, & falſa, & ita præter has

opiniones eſſe tertiã,quę eſt,vt omnia ſimul ſint vera, & falſa,huic ergo Ariſto. reſpondens dicit{Qui nãq; omnia vera, & omnia falſa eſſe dicit,vtranq; harũ orationum ſeorſum etiam dicit} & ideo concludit {quare ſi illa}.i.ſi illæ duę opiniones{eſſe non poſſunt}videlicet ſeorſum ac priuatim veræ{hæc etiam}.ſ.quę conſiſtunt in tertia opinione,videlicet ꝙ ſint omnia ſimul vera & falſa{eſt impoſsibile} qm̃ ſi vtraq; pars copulatiuæ ſit falſa ſeorſum, tota copulatiua ſimul erit falſa, quæ expoſitio non eſt diſſona dictioni.

Præterea ſunt manifeſte contradictoria, quæ fieri non poteſt, ut ſimul ſint uera, aut ſimul ſint omnia falſa. & tamen ex his,quæ dicta ſunt potius uidebitur contingere.

Contra obijcit Ariſt. & primo per inſtantiam per q̃ probat contradictoria non poſſe eſſe ſimul vera,aut ſimul falſa:& dicit {Sunt manifeſte cõtradictoria } & in confeſſo}quæ fieri nõ poteſt,vt ſimul ſint vera, aut ſimul ſint falſa}ſed quæ ſint hæc, Expoſitor inquit, eſſe verum & non verum,ens,& nõ ens. Alex. vero ait hæc eſſe,diametrum cõmenſurabilem eſſe,aũt non cõmenſurabilem,& bræuiter hæc eſſe ait,quæ in ſubſtantia,& in quid prædicantur. poſtq̃ vero dixit in quibuſdã cõtradictionibus dubium eſſe non poſſe,quin affirmatio, aut negatio nequeãt ſimul eſſe veræ,aut ſimul falſæ,tñ adiungit{ex his, quæ dicta ſunt,videbitur potius contingere}.ſ.vt falſa vtraq; ſint.hoc. n. deſideratur in dictione.vt Alex.inqt,& ſuppleuit Argyropylus.de quibus rebus ſermonẽ producens diſputat cõtra Heraclitum,& cæteros,qui cũ rerum continuũ fluxũ aſſerant, verum eſſe dicebant eſſe, & non eſſe.nã iſtorũ placitis magis eſſet cõſentaneum oẽs affirmationes, negationesq́; falſas eſſe dicere,ſi.n. fluxus continuus eſt,& nihil cõſiſtit,nihil recte,vereq; de aliquo ꝑdicare licebit: ex quo ſequitur omnia eſſe falſa.quicquid.n. de eo cõſtitues, quod cõtinue fluit,& in nihil determinatũ mutatur,mẽdacem te eſſe neceſſe eſt.Propterea inquit {ex his,q̃ dicta ſunt,videbitur}Heraclito.ſ.qui oĩa vera eſſe dicebat{potius contingere}ſi ſibi cõſtare debet,vt cotra falſa oĩa diceret,cum omnia continue fluere,ac mutari ſumeret, quod idem Anaxagoræ quoq; ſententiæ conſentaneum eſſe demõſtrauerat, propterea ꝙ oĩa ꝑ ipſum mixta ſint, quod aũt mixtum eſt nec ſimpliciter eſt aliqđ eorũ, ex q̃bus miſcet̃, neq; ſimpliciter nõ eſt.

Verum ad uniuerſos tales ſermones poſtulare oportet, ut & ſuperioribus ſermonibus dictum eſt , non ſi aliquid ſit, aut non ſit, ſed ſi aliquid ipſi ſignificent. Quare ex definitione eſt diſputandũ ſumendo quid nam falſum, et quid uerũ ſignificat.

Docuit quorum dictis conſentaneũ eſt omnẽ contradictionem eſſe veram,& quorum falſam, nunc ſermonẽ repetit.quo fuerat exorſus. dixerat.n. initiũ diſputandi in iſtos eſſe à definitione faciendũ,& hoc ipſum hoc in loco repetit dicens { Verũ ad vniuerſos talel ſermones poſtulare oportet, vt & ſuperioribus ſermonibus dictum eſt}ac percunctari {nõ ſi aliquid ſit, aut non ſit}& num fieri poſsit,vt de quo eſſe dr̃,de hoc non eſſe dicatur, ad hunc.n. modum quærẽtes principium petere viderentur{ſed}quærendũ eſt{ſi} ſermones,quibus dicunt {aliquid ipſi ſignificẽt} nam ſi nihil ſignificent,ne diſputare quidẽ poterũt.ſin aliter,ſumẽda eſt rõ,ac definitio cuiuſq; eorum, q̃ verbis ipſorum ſignificãtur. & qm̃ diſputatio eſt vtrum eadem ſint ſimul vera,& falſa,ideo concludit{quare ex definitione eſt diſputandum,ſumẽdo quid nã falſum,& quid nam verũ ſignificat}quid igitur verũ, quid item falſum ipſis,qui eis vtuntur,ſignificent,accipiendum eſt, & rõnibus, q̃ per nomina in diſputatione accepta ſignificantur,vtendum.nam ſic non videbimur petere principiũ.

Quod ſi nihil aliud eſt uerũ,niſi affirmare hoc pacto,aut negare,& ſimiliter falſum,fieri non poteſt, ut ſint omnia falſa. neceſſe eſt enim contradictionis partem alteram ueram eſſe.

Cũ docuiſſet contra hos eſſe vtendũ definitione veri,& falſi, nunc argumentatur ſumens pro antecedente definitiones veri,& falſi,& dicit{Quod ſi nihil aliud eſt verum,niſi affirmare hoc pacto}.ſ.ſic ſe habere,qđ ſic ſe habet,{aut negare}.ſ.hoc pacto aliquid ſic ſe habere,quod non ſic ſe habet,qui.n.affirmat ſolem lucere,qui lucet,verum dicit:qui negat terram lucere,quæ non lucet,etiã verum dicit{& ſimiliter falſum}qm̃ qui affirmat terram lucere,quæ non lucet, dicit falſum, & qui negat ſolẽ lucere,qui lucet,dicit ẽt falſum. has definitiones cum accepiſſet pro antecedente,affert conſequens,& dicit{fieri non põt vt ſint omnia falſa}alioquin oĩa dicerentur eſſe,quæ non ſunt, vel negarẽtur eſſe,q̃ ſunt:& ſic nihil diceretur eſſe,qđ eſt,aut nõ eſſe, quod nõ eſt: quod abſurdum eſſe innuit,dicit {neceſſe .n.eſt contradictionis partem alterã veram eſſe}ſubaudi & alterã eſſe falſam.facilior dictio eſſet, ſi loco verbi.n.legeretur igitur,nam Ariſt. hoc propoſuit concludere, contradictionis videlicet alteram partẽ eſſe verã, & alteram falſam,concluſio aũt non recte accipitur ꝑ propoſitione:vel pro cauſa eius,quod dictũ eſt.In noſtro codice ſic dictio legitur { ſi nihil aliud quã verum affirmare,aut negare falſum eſt}& tũc põt eſſe ſenſus, {ſi falſum nihil aliud eſt,quã verum affirmare} ſubaudi id,quod non eſt verum{aut negare}id. quod eſt verum : & ſubaudi & verũ eſt è conuerſo affirmare eſſe, qđ eſt,& negare eſſe,quod non eſt,& tunc dictio redit ad id,qđ diximus.In codice vero Alex.legitur{Quod ſi nihil aliud eſt verum quã affirmare, vel negare, nec item falſum } & tunc intelligitur { Quod ſi nihil aliud eſt verũ quã affirmare } ſubaudi aliquid ita ſe habere, quod ſic ſe habet{vel negare}ſubaudi ſe habere, quod non ſic ſe habet{nec itẽ falſum} eſt ſic.ſed è conuerſo. falſum.n.eſt negare ita ſe habere,quod ſic ſe habet,vel affirmare,ſic ſe habere,quod nõ ſic ſe habet : & ita redit in illud idem, quod nos expoſuimus. Etiam in alio Alex.codice ſic legitur{ſi nihil aliud verum eſt, quam negare falſum,impoſsibile eſt oĩa falſa eſſe}& intelligitur verum non eſſe aliud quã dicere eſſe,quod eſt, aut non eſſe, quod non eſt,falſum ecõuerſo eſt dicere eſſe, quod non eſt,aut non eſſe,quod eſt. Ideo verũ erit dicere illud eſſe, quod falſum eſt dicere nõ eſſe, vel dicere nõ eẽ, qđ falſum eſt dicere eſſe,& falſum è cõuerſo. Eſt.n.falſumdicere aliquid eſſe, qđ verũ eſſe dicere nõ eſſe, aut dicere aliquod non eſſe, quod verũ eſt dicere eſſe, & ſic ꝑ definitionẽ vera & falſi, patet nec oĩa eſſe vera, nec oĩa eſſe falſa,& ita dictio redit in idem Alex. non negauit hanc dictionem eſſe obſcurã, & breuem.

Præterea ſi oẽ aut affirmare,aut negare neceſſe eſt,impoſſibile ẽ falſa utraq; eẽ, altera nãq; pars cõtradictionis falſa eſt.

Cum oſtendiſſet ante nullũ eſſe contradictionis medium,ſed quod ſit de quocũq; aut affirmatio vera, aut negatio, nunc hoc accipiens pro antecedenti, iterum infert cõcluſionẽ,& dicit{Pręterea ſi omne aut affirmare aut negare neceſſe eſt}& ꝑter cõtradictionẽ nullum eſt

eſt medium { impoſsibile eſt vtraque }.ſ.cõtradicto-ria { falſa eſſe } cuius rationem repetit, & dici { altera nãque pars contradictionis falſa eſt} tunc.n.ſolũ vtraque falſa eſſe poſſet,ſi aliquod mediũ haberetur.nunc autem cum medium nullum ſit, neceſſe eſt in re quaq; vt altera pars vera ſit, altera falſa,& nõ vtraq; vera,aut vtraq; falſa.dixit autem rurſus fieri nõ poſſe,vt omnia falſa ſint, propterea quod dictis magis cõſentaneum eſſe prædixerat,vt omnia falſa eſſe dicerentur tum eorum, qui continuum fluxum arbitrabantur, tũ Anaxagoræ, cui placebat omnia mixta eſſe in omnibus, & proinde nil in rebus pure id eſſe cerneretur.tum etiã quoniam ſi ſequitur, vt non vtraque ſint falſa, etiam ſequetur,vt nec vtraq; ſint vera.

Accidit etiam uniuerſis his ſententijs id,quod uulgo dicitur,ut ipſæ ſe ipſas tollant.nam qui omnia uera eſſe dicit,ſententiam quoque huic contrariam ueram facit. Quare ſuã non ueram efficit. contraria nãque ſententia dicit eam ueram non eſſe.Qui uero dicit omnia eſſe falſa ſuam etiam ipſe dicit.

Suam etiam ipſe dicit, καὶ αὑτὸ σ' ἑαυτόν. *& ipſe ſeipſum.*

Tertio obijcit contra hos per argumẽtum vulgare, quod tale eſt,ſi aliquis dicit omnia eſſe vera,& aliquis omnia eſſe falſa, ſequitur, vt hæ ſententiæ interimant ſe.Vnde dicit { Accidit etiam vniuerſis his ſententiis } eorum videlicet qui dicunt omnia eſſe vera,vel eorũ, qui dicunt omnia eſſe falſa, { id, quod vulgo dicitur } .i. illud vulgare abſurdum, quod ideo vulgatum appellat,qm̃ alij quoque iſtis incommodum hoc, vt manifeſtum obiecere. Vt Plato manifeſtiſsime in Theæteto,& abſurdum explicans.dicit { vt ipſe ſe ipſas tollant } atque interimant. Deinde docet quõ ſermones iſti ſeipſos interimant, & dicit { nam qui omnia vera eſſe dicit,ſententiam quoque contrariam huic veram facit } qm̃ facit,vt illa ſit vera nihil eſt verum,quę cõtraria ſuæ ſententiæ eſt, nec ſolum facit, vt contraria ſententia vera ſit,ſed vt contradictoria, & ſubalterna. & omnis ſententia mundi { Quare } faciendo contrariam ſententiam veram { ſuam non veram efficit } cuius rationem affert, & dicit { contraria nãque ſententia dicit }.i.ſignificat { eam veram non eſſe} per legem contrariarum,quæ eſt ſi altera contrariarum eſt vera, altera erit falſa. Quare qui dicit omnia eſſe vera, facit hoc,quod ipſe dicit,non eſſe verum. Deinde deducit aliam partem,& dicit { qui vero dicit omnia eſſe falſa, etiam ſuam } .ſ. ſententiam { dicit } eſſe falſam. qm̃ ſi omnia falſa,ſunt hoc quoq; falſum eſt,omnia ſunt falſa.Quare ſermones iſti ſe ipſos interimunt, vtrum vero qui dicit omnia eſſe falſa,dicat hoc,quod ipſe dicit, eſſe falſum,petendum eſt à ludicris.tamen Ariſt.intelligit in ſenſu metaphyſico, quia qui opinatur oĩa eſſe falſa,cogitur dicere,& reſpõdere etiam hoc, quod ipſe dicit,eſſe falſum : cum interrogatur ſit ne id,quod dicit falſum,aut non. & ſic eſt intelligendum, cum hac conditione,ſi interrogatur. qm̃ ſtat me dicere omnia eſſe falſa,& non dicere hoc quod dico,eſſe falſum.non tamen ſtat me dicere omnia eſſe falſa, & non reſpondere hoc, quod dico eſſe falſum, ſi interrogatus fuero ſit ne falſum,an non.

Quod ſi ille quidem contrariam, ut ſolam non ueram,iſte autem ſuam, ut ſolam non falſam excipiat,accidit ipſos nihilominus orationes ueras infinitas,falſasq; poſtulare. quæ enim dicit ueram orationem eſſe ueram, eſt uera,& hoc in infinitum proficiſcetur.

Remouet tacitam reſponſionẽ,quæ eſt,vt qui omnia vera dicit,intelligat omnia vera eſſe pręter orationem contrariam vel oppoſitam, quæ dicit nihil eſt verum,vel non omnia ſunt vera. & qui dicit omnia eſſe falſa,etiam intelligat præter hoc,quod ab ipſo dicitur. hoc.n.ſolum verũ aſſerens : dicit { Quod ſi ille quidẽ contrariam, vt ſolam non veram.iſte autem ſuam, vt ſolam non falſam excipiat } ſtatim his occurrens,dicit {accipit ipſos nihilominus orationes veras infinitas falſaſq; poſtulare} hoc eſt repetere:& ita orationes infinitas tales eſſe concedere conuincuntur.deducit conſequentiam ſolum de veris rationibus,& dicit{nam } ea oratio { quæ dicit veram orationem eſſe veram, eſt vera } & iterum hęc oratio,veram orationem eſſe veram eſſe veram,eſt vera,& ſic in infinitum. verbi cauſa,ſi hæc oratio Socrates ſedet,eſt vera,hæc erit vera, Socratem ſedere eſt verum : & ſi hæc eſt vera,erit vlterius hæc vera, Socratem ſedere eſſe verum eſt verum { & hoc in infinitum proficiſcetur } ſimili modo deduci poteſt de falſis,qm̃ ſi detur vna oratio falſa, deducetur infinitas eſſe falſas. cuius ratio eſt, quia qui dicit de oratione falſa quod ſit vera,falſus eſt,& ſic in infinitum. Vnde & Alex.neq; enim inquit ea oratio ſolum falſa erit,quæ non omnia vera eſſe dicit, vt dicenti omnia vera eſſe placet,ſed & quæ verum eſſe ait.non omnia vera eſſe, quæ diuerſa eſt ab ea,quæ dicit,non omnia eſſe vera.nec hæc tantum,ſed ea quoq; quæ diceret verum eſſe dictu veram eſſe orationem, quæ ait verũ eſſe non omnia eſſe vera, falſa eſſet, quæ tamen ab illis eſt diuerſa, & ſic adiectione veri demonſtrabitur per eum,qui vnam tm̃ orationem falſam eſſe dicat, infinitas eſſe falſas. Et ſi diceres in actibus animæ non eſſe abſurdum procedere in infinitum, vt Auicen. inquit, illud fortaſſe verum eſt in actibus animæ eiuſdem rationis.At actus diuerſarum rationũ,vt eſt in caſu,fortaſſe proficiſci in infinitum abſurdum eſt.

Patet autem neq; eos,qui omnia quieſcere,neq; eos,qui omnia moueri dicunt,dicere uera.

Diſputat nunc cõtra eos,qui principia naturæ(quæ ſunt motus, & quies) deſtruxerunt.Verum, vt Alexã. annotauit,hæc dictio in quibuſdam exemplaribus nõ habetur. Propterea quod ad phyſicum pertinere videatur. ſed quoniã hæc attinent ad ea,quæ demonſtrata ſunt,de ipſis dicere videtur.non.n.prorſus a propoſito aliena videri poſſunt. Si.n.ſtatuatur non omnia eſſe vera,neq; omnia falſa,conſequens eſt, vt neq; dicentes omnia quieſcere, vera dicant, neq; qui omnia moueri aiunt.dicentes.n. omnia quieſcere, conſentaneum eſt,vt nihil mutari dicant, ſed eadem ſemper vera,aut falſa perſiſtere. At non ſemper affirmationẽ de aliquo veram,& negationem de eodem falſam eſſe notamus. Quare de huiuſmodi opinionibus non alienũ eſt hic diſputare. Sunt & aliæ rationes, quas ſuperius attulimus, quibus videri poteſt, vt de naturæ principijs,quæ ſunt motus,& quies, hic diſſeratur. dicit ergo. { Patet autem neque eos,qui omnia quieſcere, neque eos,qui omnia moueri dicunt, dicere vera } hæc duo proponit diſputare tanquam conſequentia ad ea, quæ prius demonſtrata ſunt.

Nam ſi cuncta quieſcunt,ſemper eadem erunt uera, & falſa. At hoc mutari uidetur. Qui nãque dicit, aliquando ipſe non erat, & rurſus non erit, ſin autem omnia mouentur,nihil erit uerum.ergo omnia erunt falſa.at demonſtratum eſt id impoßibile eſſe.

Cum propoſuiſſet diſputare opiniones, quæ ſunt de motu, & quiete, nunc proſequitur, & ſimul oſtendit qũo hæc opiniones conſequuntur ad ea, quæ oſtẽſa ſunt, & dicit { Nam ſi cuncta quieſcunt} vt Parmenides ait, qui omnia vnum ens, & immobile eſſe affirmat { ſemper eadem erunt vera, & falſa} patet conſequentia, quia ſi omnia quieſcũnt, nihil remouebitur à diſpoſitione, in qua aliquando eſt, & ita quæ ſemel vera ſunt, ſemper vera erunt, & quæ ſemel falſa, ſemper falſa. Deſtruit conſequens, & dicit {at hoc mutari videtur} non.n.ſemper affirmationem de aliquo veram, & negationem de eodem falſam eſſe notamus, vel è diuerſo, ſed mutari ſubinde, & de quo prius affirmatio fuit vera, de hoc rurſus verã effici negationem, cum verum ſit, quod eſt, id eſſe dicere, & quod nõ eſt, non eſſe. Quod autem veritas propoſitionis mutetur, exponit, & dicit { qui nãque dicit, aliquando ipſe non erat } & poſtea fuit, & poſtquam fuit { rurſus nõ erit} ſi igitur ipſe, qui omnia quieſcere affirmat, mutetur. ergo & longe magis veritas propoſitionis mutabitur. Deinde declarat falſam eſſe opinionem, quæ affirmat omnia moueri. & componitur ratio ſic, quia verũ iam eſt, quod mouetur, non eſt, igitur quod mouetur, non eſt verum. Quo fit, vt oporteat omnia dicere eſſe falſa: quod falſum eſſe oſtenſum eſt, dicit { ſin autẽ omnia mouẽtur, nihil erit verum { vt per rationem conſequentia patet, quia verum iam eſt, & quod mouetur, non eſt: quare nihil erit verum { ergo omnia erunt falſa } qm̃ quod eſt non verum, eſt falſum. Vnde Alexã. qui omnia continuo motu agitari tradũt, horum ſententiæ conſequens eſt, nihil eſſe verum, cum nihil tandiu perſiſtat, vt certum aliquid eſſe, dici poſſit, ſed abſque intermiſsione mutetur, ſiquidem eſt verum, quod eſt, id eſſe dicere. Per hos igitur omnia falſa erunt, hoc .n. paulo ante conſentaneum eſſe dixit ijs, qui omnia continuo moueri ac fluere dicebant. Deinde deſtruit conſequens, & dicit { at demonſtratum eſt id impoſſibile eſſe } verba illa {Qui nãque dicit, aliquãdo ipſe non erat } Alexander ex hoc infert nõ omnia quieſcere, nec eadem ſemper vera permanere, nec eadem eſſe ſemper falſa. oratio.n.ſignificans ipſum eſſe, quæ vera eſt ipſo exiſtente, eadem eſt falſa, ſi tunc dicatur, cum non exiſtit. Rurſus ſi omnia mouentur, & fluant, fiet, vt nihil definiatur, nihilq; verum ſit. falſum autem nihil eſſe verum ſuper demonſtratum eſt.

Præterea id, quod eſt, mutetur neceſſe eſt. **Ex** ***aliquo enim ad aliquid eſt ipſa mutatio.***

Hæc eſt ſecunda ratio ad confirmandum non omnia moueri, quanquã dictio eſt obſcura. & ratio ſic cõponitur, id quod eſt, mutatur. id, quod eſt, permanet: igitur quod permanet, mutatur. De ratione tãgit maiorem, & dicit { Præterea id, quod eſt mutetur, neceſſe eſt } Deinde probat hanc maiorem, & dicit { Ex aliquo.n.ad aliquid eſt ipſa mutatio } ſed ſubaudi ſubiecti permanentis. hæc eſt probatio. tacuit maiorem, & concluſionem. Vel ſub forma ſyllogiſmi hypothetici ſic, ſi ens, mutatur moueturq;, neceſſe, vt quando mouetur, in eſſe ꝑmaneat, ſed ens mouetur, igitur neceſſe eſt, vt quando mouetur, in eſſe permaneat. non igitur omnia ſunt in motu. Et ad ſummum, ſi motus eſt mutatio ex aliquo in aliquid, neceſſe eſt in omni motu, ſalua ſubſtantia eius, quod mouetur, aliquid ſit, quod mutatur, & quidem aliud ab ijs, ſm̃ quæ mutatio efficitur, & ea ratione conſiſtat. Quare ſi mutatio eſt, aliquid maneat, oportet. nã ne mutatio quidem per ortum, & interitum aliter cõtingit, quam ſubiecto quodam ſaluo, & in hæc tranſeunte, huiuſmodi.n.eſt mã.

At uero neque omnia quieſcunt interdum, aut mouentur, ſemper autem nihil. Eſt enim aliquid, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur. & primum ipſum mouens immobile eſt.

Sed occurres ijs, quæ dicta ſunt, qm̃ ſi non omnia ſemper mouentur, nec omnia ſemper quieſcunt, ergo omnia quandoq; mouentur, & quandoq; quieſcũt. hoc refellens dicit { At vero neq; omnia quieſcunt interdum, aut mouentur, ſemper autem nihil } aut mouentur, aut quieſcunt ſubaudit Alexan. quod verum eſſe compluribus verbis in calce operis de Phyſico auditu demonſtrauit. ſed hoc quoq; in loco illud repetit, eſſe in rebus quiddam ſemper conſtans, & immobile, aliud, quod ſempiterno motu cietur, dũ ait {eſt enim aliquid, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur } & exponens quid illud ſit, quod ſemper mouet, ſubdit { & primum ipſum mouens immobile eſt} ſubaudi illud, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur. & per hoc, quod ait { ſemper mouet ea, quæ mouentur} innuit aliquid eſſe immobile, quod ſemper quieſcit, & aliquod corpus, quod ab illo ſemper mouetur vnũ, vel plura: vt cœlum. cum igitur detur aliquid, quod ſemper moueat, & nullo modo moueatur, non erit verum omnia ſemper moueri. & cum etiam dentur, quæ ſemper mouentur, non erit verum omnia ſemper quieſcere. Quare non erit verum omnia ſemper moueri, aut omnia ſemper quieſcere. erit ergo diuiſio Peripatetica, vt aliqua ſemper moueant, & nullo modo moueãtur, vt intellectæ, aliqua ſemper moueantur; & nunq̃ quieſcant, vt cœli. aliqua moueantur, & quieſcant interdũ, vt ſublunaria. Quæ omnia à lib. 8. Phyſicæ auſcultationis petenda ſunt. hactenus de libro quarto. A cõ.21.vſq; ad com.27.

Finis quarti Libri.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVINTVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione

CAP. I.

DE PRINCIPIO.

PRINCIPIVM ***Dicitur partim id rei, unde quiſpiam mouet primo, ut longitudinis, atque uiæ: hic quidem principium ipſum eſt. E contrario autem alterum.*** TEX.1.

Continuatio Expoſitoris eſt, quod, cum Libro Quarto determinaſſet ea, quæ pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ, nunc in Libro præſenti incipit determinare de rebus, quas ſcientia iſta conſiderat, ſed, quia ea, quæ in hac ſcientia conſide-

conſiderantur, ſunt omnibus communia, quæ nõ vniuoce, ſed multipliciter ſm prius, & poſterius de diuerſis dicuntur, vt Libro Quarto dictum eſt: ideo prius diſtinguit intentiones nominum, quæ in huius ſcientiæ conſideratione cadunt. deinceps incipit determinare de rebus, quæ ſub conſideratione emergunt ſcientiæ huius, videlicet libro ſexto. hæc eſt cõtinuatio Expoſitoris. Alexãder huius libri intentionem explicãs, vult in hoc libro Ariſtotelem partitionem quorũdam proſequi, quæ plurifariam dicuntur. Secundo vult, vt hic liber quartus librorum primæ philoſophiæ inſcribatur, quod ideo dicit, qm̃ liber ſecundus, vel non attinet ad metaphyſicam, vel ſi attinet, dicitur primus minor, vt ſecundo huius ſatis dicitur. Tertio Alexã. oſtendit hunc librum vniuerſuum eſſe opus Ariſtotelis tum ex dictione ipſa, tum ex charactere ſcribendi. Reſtat quartum, quod hic liber ſit legitimus Ariſtotelis, oſtendere ex neceſsitate ſufficientiæ. nam ſi primi Philoſophi munus, vt oſtenſum eſt, ſit de ente in vniuerſum diſputare, deq; ijs, quæ communiter enti inſunt, qualia ea ſunt, quibus doctrinæ omnes vtuntur, de his .n. differere partes ſunt primi Philoſophi, nec horum conſideratio ad cæterarum diſciplinarum aliquam priuatim pertinet, propterea ꝙ nulli cuidã enti, quatenus certum quiddam eſt, ipſorum aliquod ineſt, ſed enti, qua ens: de quo primi Philoſophi intereſt diſputare, quorum diſputatio quam ſit neceſſaria, docet ipſorum vſus. omnes .n. diſciplinæ his aſſumptis propoſita ſua demonſtrant, ſit propter hæc, vt cõius ipſorũ vſus ſatis argumenti habeat, vt nullius particularis doctrinæ peculiaris ſit huiuſmodi rerum contemplatio, quod ſi non debeant inconſiderata remanere, neceſſe fuerit, vt in hac ſcientia conſiderentur. Præterea poſitum eſt de quibus dialecticus probabiliter ediſſerit, de his primum Philoſophum ſcienter concludere. at dialecticus de ijs ediſſerit, quæ cõmunia omnibus aut certe plurimis ſunt: deq; ijs, quæ plurifariam dicuntur, verba facit. eſt .n. dialectica ſimilis primę philoſophię propterea quod de eiſdem rebus agat, probabiliter tamen, non ſcienter. quo fit, vt partitio omnium nominum, quibus ipſa, & omnes ſcientiæ vtuntur, à primo Philoſopho pertractetur. nam quemadmodum dialecticus pertractat eorum omnium, quæ multifariã dicuntur, partitionem, quibus vtũtur diſciplinæ, & quæ ens cõmuniter ſectantur, ita primus Philoſophus cõmunia, quæ ens cõmuniter affectantur, cõtemplatur, quæ cum plurifariam dicantur, per partitionem explicare ad Philoſophum pertinere in libro tertio docuerat, qui apud Alexandrum ſecundus eſt. Quod autem poſt quartum, qui tertius eſt apud Alexandrum, probat Alexander ex eo, quia ordo poſtulat, vt demonſtrato, quibus in rebus primi Philoſophi contemplatio verſetur, qđ eſt, vt dixi proximo Libro explicatũ, de ijs protinus differatur, quorum vſus ad eorum, quæ demonſtrari debent, conſiderationem, ac demonſtrationem eſt neceſſarius. quamobrem de ſententia illa ante omnia differuit, quæ de omni re affirmationem, aut negationem veram eſſe ait, quam quidem ad demonſtrationes magno vſui eſſe conſtat, quare conſequens eſt, vt poſt hoc partitionẽ in hoc Libro explicet eorum, quæ multifariam dicuntur. Quinto Alexand. reprobat eorum opinionem, qui hunc ipſum librum imperfectum eſſe putabant, ex eo quia non omnia partiatur, ac diuidat, quæ multipliciter dicuntur: quorum ſententia probari non debet, qm̃ ne propoſitum quidem eſt ſimpliciter ipſi hoc in ipſo præſtare, ſed de his tm̃ agere, quibus doctrinæ omnes, vt cõmunibus vtentes, propoſita ſua demonſtrent. non .n. primo Philoſopho propoſitum eſt, vt de æquiuocis diſputet, neq; de omnibus, quæ vniuoce dicuntur, ſed de ijs, quæ plurifariam dicuntur, ad vnum, vt cauſa, natura, elementum, & cætera, quæ communia ſunt, hoc in Libro diuiduntur: vtpote quæ propria ſunt huius doctrinæ. Cũ ergo ea hoc in Libro partiatur, quæ cum enti communiter inſint, ipſumq; conſequãtur, plurifariam dici videntur, primum omnium de principio verba facit. cõſtat autem principium non vnam entis naturam ſectari. omnes .n. diſciplinæ principijs quibuſdam vtuntur: hactenus de ordine. Nunc quæ Auerroes narrat in huius libri initio, non eſt inutile breuibus reſumere. Primo .n. huius libri intentionem explicans inquit, intendit in hoc libro diſtinguere ſignificationes nominum, non omnium, ſed ſm intentiones, quæ conſiderantur in hac ſcientia. Secundo explicat, qualia hæc nomina ſint, quæ Ariſtoteles explicat, & ait nomina hæc omnia, quæ diſtinguit, dici multifariam per relationẽ ad vnum quid, hoc eſt dici analogice. Tertio refellit errorem Nicolai Peripatetici, & dicit, quod expoſitio horum nominum pars ſit iſtius ſciẽtiæ per ſe ſeorſum in vno libro complectenda, & non ſicuti conſuetudo eſt in ſcientia naturali, in qua nomina diſtinguũtur, vbi quæſtio differenda expoſcit. qm̃ diſtinctio nominum, quæ fit in naturali ſcientia, illic ſolum eſt ad diſtinguendum intentionem quæſitam ab alia intentione. hic autem eſt ad numerandum ea, de quibus conſiderat hæc ſcientia, & quibus cæteræ particulares doctrinæ vtuntur. itaq; conſideratio de huiuſmodi nominibus eſt de conſiderationibus, quæ fiunt de ſpeciebus ſubiecti huius ſcientiæ, & hac ratione fit, vt ſit per ſe ponenda. deinde refellit errorem, & ait hoc latuiſſe Nicolaum Peripateticum. Ariſt. n. cum conſideraſſet meliorem ordinem in hac ſcientia eſſe, vt partitiones nominum omnes colligerentur in vno libro, ſic fecit. Nicolaus putauit meliorem ordinem eſſe in hac ſcientia diuidere nomen apud conſiderationem de intentione illius nominis, & non vt poneretur pars huius ſcientiæ per ſe, & ſic fecit. nam diſtinguebat nomen, vbi occurrebat dicere de intentione ſignificata per illud nomen. & ita Auerroes ait Nicolaum latuiſſe hãc diſpoſitionem, & hũc ordinem, modo quo eum latuerunt diſpoſitio, & ordo ſermonum logicorum in hac ſcientia, ſicut dictum eſt Libro tertio. deinde quarto exponens particularem ordinem ait, & quia hæc ſciẽtia primo & principaliter conſiderat de principijs entis, quo eſt ens, ideo incipit diſtinguere quot modis dicitur principium, vt ſit declaratum ei primum, à quo deriuatur hoc nomen ad alia, & quia initiũ eſt ex principio, ideo diuiſit initium loco principij. Expoſitor autem non imperite ait, quia cuiuſlibet ſcientiæ eſt conſiderare ſubiectum, & ſubiecti accidẽtia per ſe, & cauſas accidentium, ideo præſens liber continet tres partes, in quarum prima pertractat diſtinctiones nominum, quæ ſignificant cauſas. In ſecunda pertractat ea nomina, quę ſubiectum ſignificant, vel ſubiecti partes. in tertia exponit nomina, quæ entis, quatenus eſt ens, accidẽtia per ſe ſignificant. de ordine vero inquit, quia hoc nomen principium, vniuerſalius eſt quam cauſa. Si quidem aliquid eſt principium, quod non eſt cauſa,

Quæ Auer. Com. 1.

Error Nicolai Peripatetici

ſicuti principium dicitur terminus, à quo, qui non eſt cauſa. & iterum cauſa vniuerſalior eſt quam elementum, ſi quidem ſola interna cauſa eſt elementum, ideo de principio prius agit. De differentia vero, quæ eſt inter principium, & cauſam ait, quod licet principium, & cauſa ſubiecto idem ſint, differunt tamen ratione, quippe cum principij nomen ordinem quendam importet, hoc vero nomen cauſa influxum quendam ad eſſe cauſati. deinde tertio cur à principio in motu locali incœperit, exponens inquit, ordo autem prioris, & poſterioris inuenitur in diuerſis, ſed ordine ad nos ordo primo eſt inuẽtus in motu locali, cum motus ille ſit ſenſui manifeſtior. ideo à principio incæpit, quod eſt in motu locali. cuius ratio eſt, quia ſunt tres ordines ſeſe conſequentes, in magnitudine, in motu, & in tempore. nam ſecundũ prius & poſterius in magnitudine ſunt prius, & poſterius in motu, & ſm prius & poſterius in motu ſunt prius, & poſterius tẽpore, vt quarto phyſicæ auſcultationis habetur. Ad rem igitur dictionis veniendo dicamus, ideo hoc nomen principiũ ſm ſui propriam ſignificationem ſignificare id, quod eſt primum in magnitudine, ſupra quam tranſit motus, quia principium dicitur, quod eſt in aliquo ordine, & ordo, qui attenditur ſm prius, & poſterius in magnitudine, eſt prius nobis notus, ſm autem quod res ſunt nobis, eatenus à nobis pertractantur, quare Ariſtoteles inquit {principium dicitur partim}.i. vno modo {id rei}.i. magnitudinis {vnde quiſpiam mouet primo} vel vt in dictione Alex. vnde quiſpiam primo fuerit motus {vt longitudinis, atque viæ}.ſ. vnde ingredi ſumus exorſi, principium eſt. Hac ratione in auctione principium erit à longitudine. Nã vt Auerroes ait, auctio prius fit ſm longitudinem, deinde ſm latitudinem, demum ſm altitudinem, deinde exponit illud, quod è contrario ſe habet, & dicit {è contrario autem alterum}.i. finis etiam principium dici poteſt hinc vel inde incipientibus. quam ob rem huiuſmodi principiũ aliquando efficitur finis.

Quæ Auer. com. 1.

Secundus modus. Non à primo ſemper inchoandum, ſed unde quis facilius diſcat.

Partim id, unde unumquodq; optime fieri poteſt. ut & in eruditione non à primo, & ab ipſo principio rei, ſed unde facillime quiſpiam diſcere poterit inchoandum eſſe uidetur.

Hic aſsignat ſcd̃m modũ accipiendi principium, & apud Alexandrum hæc eſt generalis acceptio principij in omnibus agendis omnibuſq; ſuſcipiendis negotijs, & dicit {Partim}, i. ſecundo modo principiũ dicitur {id, vnde vnumquodq; optime fieri poteſt}.i. bene, & facile cedit. & affert exemplum. & dicit {vt & in eruditione} & diſciplinis {non à primo, & ab ipſo principio rei}.i. ab eo, quod eſt principium ſimpliciter, atq; ſecundũ naturam {ſed vnde facillime quiſpiam diſcere poterit, inchoandum eſſe videtur}.i. ab illis, quæ ſunt magis nota apud nos. quæ interdum poſteriora ſm naturam ſunt. Vt in prædicamentis optime fecit Ariſtoteles in mentione qualitatis, quo in loco qualitatem eſſe dixit, per quam quales eſſe dicimur de qualitate docens per quale, quod quidem poſterius eſt qualitate, notius tamen. Idem phyſicum auditum fecit à ſenſibilibus, quia nobis ſunt notiora, non à primis principijs exorditur, & artifices inde operum ſuorum initium faciunt, vnde, cum opus inchoatur, facillime fit. Auerroes autem non generatim hunc ſecundũ modum accipiẽdi principium intelligit, ſed ſpeciatim in tranſmutatione & motu ſm modũ explicat, vt Expoſitor etiam autumat. dicens, quia vero motus non ſemper incipit à principio magnitudinis, ſed ab ea parte, vnde eſt vnicuique in promptu vt magis moueatur, ideo ponit ſm modum, quo accipitur principium in motu, atq; in tranſmutatione, & dicit {partim}.i. alio modo dicitur principium motus {vnde vnumquodque optime fieri poteſt} id eſt, vnuſquiſq; optime incipit moueri. affert autem Expoſitor differentiã inter hunc modum, & primum ex eo, quia ille modus ex principio magnitudinis deſignat principium motus. hic autem ex principio motus deſignat principium in magnitudine. hac ratione fit, vt etiam in illis motibus, qui fiunt ſupra magnitudines circulares, quę naturale principium non habent, accipitur principiũ à quo optime, aut opportune mobile ſua natura mouetur: quemadmodum in motu primi mobilis principiũ eſt ab ortu. In motibus etiam noſtris non ſemper incipit homo moueri ab ipſo viæ principio, ſed interdum à medio, aut è quocunq; termino, vnde eſt ei opportunum primo moueri. ecce quo modo hæc expoſitio differt ab illa Alexandri. nam hæc intelligit de principio in motu locali, illa de principio generatim in omnibus agendis, omnibuſque ſuſcipiendis negociis, atque omnibus motibus, & operationibus, quæ ab aliquo agẽte proficiſcuntur. vnde proprie principium ſecũdo modo eſt principium efficiendi apud Alex. facile.

Quæ Auer. comen. 1.

Partim id, ex quo primo quippiam fit eo pacto, ut inſit. ut nauigij carina, & ædium fundamentum, & animalium quidam cor, quidam cerebrum, quidam aliquid aliud tale putant.

Hic aſsignat tertium modum, aſſerens tertio modo principium appellari id, à quo inſito rei efficiendæ, aliquid efficitur, & dicit {partim}.i. tertio modo dicitur principium {id, ex quo primo quippiam fit eo pacto, vt inſit}.ſ. in re efficienda. verba autem illa {hoc pacto vt inſit} faciunt, vt principium tertio modo differat ab efficiente principio, de quo iam verba fecit, & faciet, & hoc modo materia principium dici poteſt. Expoſitor autem ait ex ordine, qui conſideratur in motu locali, fieri nobis etiam motus ordinem in aliis motibus, ideo ſequuntur ſignificationes principij, quæ ſumuntur ſm principium in generatione, & ipſarum rerum ortu: quod quidem principium inquit, bifariam ſe habet, aut. n. eſt inſitum, aut extrinſecus ſe habens, dicitur ergo apud expoſitorem primo modo principium illa rei pars, quæ primo generatur, & ex qua rei generatio in opere dicitur: quam partem exponẽs Ariſtoteles per exempla dicit {vt nauigij carina} quæ eſt quaſi nauis fundamentum, ſuper qua omnia ligna nauis compaginantur {& ædium fundamentum, & animalium quidam} tale principium {putant} eſſe {cor, quidam cerebrum, quidam aliquid aliud tale} quoniam ab aliquo horum incipit animalis conſtitutio. Animal enim diſtinguitur à non animali ſenſu, & motu, ideo qui animal conſiderauerunt ex parte motus, cor ipſum principium putauerunt in generatione animalis. Qui vero ex parte ſenſus, cerebrum. Qui vero conſiderauerunt animal, quatenus agit, aut quo ad alias quaſdam operationes, membrum aptũ eiuſmodi operationibus animalis principium effecerunt, vt iecur, vel aliud id genus. Verum ſecundum Ariſtotelem prima animalis pars in generatione animalis eſt cor, quippe cum à corde vires omnes animæ in corpus digerantur.

Partim

Partim id, unde fit quippiam primo eo pacto, ut non inſit, & unde primo motus, mutatioq; incipere ſolet. ut ex parte, matreq; fit proles, & ex conuicijs pugna.

Hic aſsignat quartum modũ. & Expoſitor ait Ariſtotelem ponere principium facturæ,quo eſt extrinſecus, cuius duos modos exponit,qnorum primus modus eſt principiorum, quæ reperiuntur in naturalibus, ſecundus vero eorum principiorum, quæ reperiũtur in voluntarijs,atque artificialibus.Alexander vero ait quarto modo dici principiũ id, à quo primo non inexiſtente rei aliquid efficitur, & hoc dicit Ariſt. { Partim} id eſt, quarto modo dicitur principium { id, vnde fit quippiã primo eo pacto,vt non inſit} id eſt,vnde principium motus emanat,cuiuſmodi eſt principium efficiens, vt ipſe verbis illis exponit {& vnde primum motus, mutatioq; incipere ſolet} nam verbum { & } expoſitionis nota eſt ſecundum hanc primam expoſitionem. vel forte duo principia non vnum his dictionibus ſignificauit. alterum propoſiti cognitionem, nam in rebus agendis propoſiti cognitio primũ principium eſt,vt res efficiatur:& principiũ hoc modo intelligit per prima verba. alterum principium effectiuum, quod eſt vnde motus,mutatioq; eſt:& hoc intelligit per poſteriora verba. & huius principij exempla affert, & dicit { vt ex patre matreque fit proles. & ex conuicijs pugna } ex patre.n.& matre fit proles, quoniam mater, & pater principia generationis ſunt, qua proles fit.ex conuicijs vero bellum,qm̃ conuicia concitant animos hominũ ad bellum. Auerroes vero ait patrem eſſe cauſam tanquã agentem, matrem tanquã materiã. & hoc videtur falſum, qm̃ ſi mater eſſet tãquã materia, tunc non differret hic modus à proximo noſtro. Ideo,cum hoc ſit exemplum in cauſa agente, Ariſtoteles videtur velle matrem concurrere actiue ad generationem prolis. fortaſſe mater concurrit actiue non ad formationem prolis,qm̃ ſolus pater cõcurrit actiue ad hoc,mater vero paſsiue. At ad emiſsionẽ menſtruorum, quæ ſunt materia prolis mater actiue concurrit,ſicut pater ad emiſsionem ſeminis.& ſic intelligit Ariſt.in hoc exemplo.

Quæ Auer. com. 1.

Partim id, cuius uoluntate mouentur ea, quæ motu cientur, & mutantur ea, quæ mutantur, quales magiſtratus ſunt, qui in ciuitatibus ſunt, & principatus, et regna, atque tyrannides. Artes etiam, & harum maxime architectiuæ principia dici ſolent.

Referri ſi hic modus ad finẽ poteſt, cum ſit agendi rõ, vt ex ſequenti patebit.

Secundũ Expoſitorem, cum docuiſſet principium dici quarto modo illud, ex quo incipit rei generatio, & hunc modũ manifeſtaſſet in rebus naturalibus,vult vt nunc Ariſt.idem manifeſtet in rebus agibilibus, ſiue moralibus, ſiue ciuilibus, in quibus voluntas, vel propoſitum principium eſt. Secundum alios poſt quã quartum modum expoſuit in naturalibus, nunc exponit eundem modum quatenus reperitur in artificialibus, atque mobilibus. At Alexander hunc dicit eſſe quintum modum,quo dicitur principium, & vult vt principium id dicatur, ad cuius præſcriptum res mutãtur: & efficiuntur quales ſunt principes, quorum cõſilio,& imperio ciuitate gubernantur: & ſm hanc expoſitionem dicit { Partim },i.quinto modo principiũ dicitur { id,cuius voluntate}.i.præſcripto,atq; conſilio, & imperio { mouentur ea, quæ motu cientur }.i. ea,quæ ſubduntur tali principio { & mutantur ea, quę mutantur } duo ſunt, quæ principes faciunt, altera de nouo, & quantum ad hæc dixit, ea, quæ mutantur. quædam non de nouo,ſed quæ præfuerunt, aliter diſponunt. & quantum ad hæc dicit,mouentur ea,quæ motu cientur.deinde ponit exempla, & dicit { quales magiſtratus ſunt qui in ciuitatibus ſunt } vt iudices, & prætores, qui in particularibus officijs præſunt { & principatus, & regna } quæ generatim ſubditis præſunt { atque Tyrannides } quæ per vim, & præter iuris ordinem ad ſuã vtilitatem ciuitates & regna gubernant.deinde Expoſitor vult, vt tertium exemplũ ponat in artificialibus, Alexander autem vult, vt ponat ſextum modũ accipiendi principium, vt ſit ſexto modo principium ars potiſsimũ architectonica, & quaſi princeps,ad quam ſubiectæ artes, ipſarumq; opera referuntur. verum, vt Alexander inquit,hoc non perinde principium eſt,vt efficiens, de quo quarto loco dixit,nã hoc principium eſt quaſi præſcribens, & formã cognoſcens.vnde dicit { artes etiam, & harum maxime } potiſsimũq; architectonicæ principia dici ſolẽt, architectonicæ.n. dicuntur potiſsimũ principia, qm̃ ſunt principia artium ſubditarum,& operũ propriorũ quæ ipſæ architectonicæ efficiunt.hæc de ſexto modo accipiendi principium. vbi patet artes eſſe principia operum,qm̃ ab artibus motus ipſi,& actiones artificiariæ,quibus opera ſtruuntur,incipiũt. & inter artes architectonicæ potiſsimum principia dicuntur, tũ quia ſunt principia actionum,& motuum,quibus opera cõſtruuntur,veluti cæteræ, tum etiam qm̃ imperitãt artibus inferis,quæ ſubdũtur,vt primo libro patet.Quo vero ad verba attinet magiſtratus, qui græce ἀρχαὶ dicuntur,ſunt qui particulatim ciuitatibus præſunt, vt iudices,prætores,& id genus.principatus vero,qui gręcæ δυναστεῖαι, latinæ potentatus. & regna græcæ βασιλεῖαι, & Tyrannides dominationes generales, quæ imperitãt ſubditis,ſunt. regna quidem, & principatus pro cõmuni bono,Tyrannides pro bono proprio.

Præterea unde res primo cognoſci poteſt,id etiam rei principium dicitur. ut demonſtrationum ſuppoſitiones.tot autem modis & cauſæ dicuntur.omnes enim cauſæ principia ſunt.

Hic aſsignat ſeptimũ modum, & dicit { Præterea id etiam rei principiũ dicitur, vnde res primo cognoſci poteſt } & vt Expoſitor inquit ad ſimilitudinẽ ordinis, qui in motibus exterioribus conſideratur, attenditur quidam ordo in rerum cognitione,& potiſsimũ quatenus intellectus noſter quandam ſimilitudinem motus habet diſcurrendo de principijs in concluſiones,& hac ratione ſeptimo modo principium dicitur, vnde res primo cognoſci poteſt { vt demonſtrationũ ſuppoſitiones}.i.dignitates,& petitiones,& definitiones, quæ qm̃ non per demonſtrationem, ſed vt conſeſſa, & cunctis manifeſta ſumuntur,poſitiones appellantur,quæ quidem principia eſſe poſſunt propoſitionum,quæ in ſingulis diſciplinis medio vacant.nam & ſi hæ propoſitiones, bonum, prodeſt, malum nocet, bonum eſt petendũ,malum fugiendũ,medio careant in doctrina morali,tamen cognitio finis, & felicitatis harum principiũ exiſtit,& propoſitiones, quæ medio carent,ad hunc modũ principia ſunt:vnde & Auer.hic ait duplex eſſe principium aut { in arte, aut in eſſe, in aliquibus tamen artibus vt inquit, accidit, vt idẽ ſit eſſendi, & doctrinę principium, vt in mathematicis: poſtquam vero principium quot modis dicatur,expoſuit,toties cauſam dici ait,& rationem apponit dicens

{omnes.n.cauſæ principia ſunt} & non conuertuntur. nam in plus ſe habet principium, quam cauſa. Si quidem terminus à quo in motu poteſt dici principiũ vnde motus, qui non eſt cauſa. Expoſitor autem vult, vt cauſa dicatur principium octauo modo, nam omnes cauſæ ſunt quædam principia. Ex cauſa.n.incipit motus adeſſe rei, licet è conuerſo non omne principium ſit cauſa.

Vniuerſis igitur principijs commune eſt, ut ſit primum, unde aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur quippiam. verum horum alia inſunt, alia ſunt externa. Icciro natura, ac elementum principium eſt, & mens, & electio, et ſubſtantia, & id etiam, quod eſt cuius cauſa. complurium enim & cognitionis & motus principium eſt ipſum bonum, atq; etiam malum.

Iis modis, quibus accipitur ipſum principium, adiecit hoc eſſe cõmune, vt priora ſint ijs, quorum principia ſunt: & dicit {vniuerſis igitur principijs} id eſt modis, quibus dicitur principium {cõmune eſt vt ſit primũ} id eſt, vt ſit prius ijs, quorum eſt principium: & hoc trifariam exponit, & dicit {vnde aut eſt} id eſt aut ſicut id, ex quo eſt aliquid, vt fundamentum prius eſt domo, carina nauigio, materia deniq; vnoquoque corpore: {aut fit} id eſt aut ex quo efficitur, vt vnde principium motus emanat: {aut cognoſcitur quippiam}.i.aut ex quo cognoſcitur aliquid, vt poſitiones demonſtrationibus. & cum pręfatus eſſet, vt omnibus principijs ſit cõmmune, vt antecedant ea, quorũ principia ſunt, diuidit ea, quaſi reducẽs illa omnia ad duo & dicit {verum horum}.ſ.principiorum tot modis dictorum {alia inſunt} id eſt alia intrinſecus inſita ijs ſunt, quorum ſunt principia {alia ſunt externa} hoc eſt extra ea, quorũ ſunt principia. & quę ſint iſta ſubiungit dicens {iccirco natura, ac elementum principium eſt} hæc.n.principia ſunt, vt inſita, qm̃ res ex his in ipſis contentis efficiuntur. quo in loco materiã naturam appellat, elementũ autem proximã materiam, quæ iã actu corpus quoddam eſt {& mens, & electio} & ſimilia exẽpla ſunt eorum, quæ quaſi fines, & efficiẽtes principia ſunt, quæ in rebus efficiendis non continentur: de quorum numero principes, & magiſtratus habentur. addit etiam {& ſubſtantia, & id etiam, qđ eſt cuius cauſa} ſubaudi cætera ſunt, & fiunt. appellãs ſubſtantiam principiũ formale. hoc.n.eſt cuiuſq; ſubſtantia. cuius cauſa vero finem dicit, quæ icciro coniunxit, qm̃ in rebus efficiendis forma, perfectio, & finis eſſe videtur. atq; hæc annumerari his poſſunt, quæ antecedunt quidem, non tñ inſunt. ſed vt exponeret, cui prædictorum hæc ſubijciantur ſubdit {compluriũ .n.& cognitionis & motus principium eſt ipſum bonũ, atq; etiã malum} cognitionis quidem ipſa forma, id eſt bonum ipſum, vel malum, vt eſt forma. motus autem, ipſe finis, id eſt ipſum bonũ vel malum, quatenus eſt finis. modo nec finis ineſt rei, cum eſt illius cauſa, vt efficiatur, ſed eidem perfectæ iam contingit. nec forma ineſt rei, cuius eſt antecedens præcognitio, & principium. addit autem {atq; etiam malũ} nam vt in aliquibus bonum eſt actionis principium, ſic plerunque malũ. quibuſdam.n.muneribus fungimur, vt malũ effugiamus. in codice Alexandri loco verbi malum legitur honeſtũ. & dictio clara eſt, qm̃ id eſt cuiuſq; proprius finis, quod illi bonum eſt, & honeſtum, atq; pulchrũ: quod tñ non ineſt, cum eſt cauſa rei efficiendę, ſed ineſt rei, poſtquam eſt perfecta. Auerroes vero ait principiũ iſtud.ſ.quod eſt finis, & bonum, & pulchrũ intendi in hac ſcientia, vt ſciatur quo modo eſt in ſe. cuius rationẽ affert, qm̃ cauſæ non ſunt principia, niſi propter iſtud primũ, vt Secundo huius eſt explicatũ. Com.4.

Quæ Auer. com. 1.

CAP. II.

De Cauſa materiali. Materiæ cauſalitas in ſola formæ receptione conſiſtit, quam recipit ipſam limitando.

CAuſa autem uno quidem dicitur modo id, ex quo quippiam fit eo pacto, ut inſit. ut æs ſtatuæ, argentumq; pateræ, & horum genera. TEX. 2.

Nunc diſtinguit ſignificata huius nominis cauſa, & primo materiam his verbis deſignat, & dicit {Cauſa autem vno quidem dicitur modo id} ex quo quippiam fit eo pacto vt inſit. adiecit {eo pacto, vt inſit} vt priuatione contrariumq; à materia diſcernat. nam res efficienda ex priuatione fit, & contrario, vt primo phyſici auditus docuit, quæ quidem non inſunt rei, quæ efficitur. qua etiã ratione ab efficiente cauſa ſecernitur materia. qm̃ inſita rei eſt, quæ fit. dixerat.n.pauloante de huiuſmodi principio id, ex quo primo res fit eo pacto, vt non ſit. deinde affert exemplum, & dicit {vt æs ſtatuæ, argentumq; pateræ} ſubaudi materiæ ſunt {& horum genera} non enim ſolum proximam cuiuſq; materiam cauſam materialem vocat, ſed etiam ipſius ſpecies. & genera, non enim ſolum hoc ęs huius ſtatuæ materia eſt, ſed etiam æs ſtatuæ, corpuſque materia ſunt. hæc enim ſunt cauſæ materiales ſtatuæ, ſed remotæ.

Alio uero modo forma, atque exemplar: hoc autem eſt ratio ipſius quid erat eſſe & horum genera. uelut eius concentus, qui ſonos omnes complectitur, ipſa duorum ad unum ratio, atque omnino numerus, partes item, quæ in ratione ſumuntur. Forma. Cuius cauſalitas conſiſtit in dare eſſe formatũ limitãdo materiam.

His verbis cauſam deſignat formalẽ, & dicit {alio vero modo forma, atq; exemplar} ſubaudi cauſa dicitur. & exponens quid ipſe velit in hoc loco per exemplar, dicit {hoc autem}.ſ.exemplar {eſt ratio ipſius quid erat eſſe} ſubaudi ſignificatiua. ratio.n.ſignificans quid erat eſſe forma eſt, atq; definitio, vnde Alex. exemplar autem pro ſpecie, ſeu forma dixit, & non vt ſolent idearum aſſertores. neque.n.natura aliquid efficiens ad aliquod externum exemplar ſpectans munere ſuo fungitur, vt artifices in ſuis operibus efficiendis, niſi aliquis intellectionem exemplar eſſe dicat eorum, quæ ſm̃ ipſam efficiuntur. non igitur, vt illi exemplar dicit, ſed formam ipſam exemplar vocat, quæ in materia efficitur. qm̃ hæc à natura ipſa in efficiendis expetitur. quicquid.n.alicuius gratia facit id, quod facit, illius appetitione facit. quamobrem id vbi contigerit, ab opere deſiſtit, ceu iam id cuius gratia munere fungebatur effecerit, & quæcunq; natura fiunt, alicuius determinatæ formæ, ac perfectionis gratia efficiũtur, qua obtenta, ab efficiendo vacatur, hoc igitur eſt ipſis exemplar. Expoſitor autem vult Ariſtotelem hic explicare cauſam formalem, quę comparatur ad rem ipſam dupliciter, vno modo ſicuti forma inexiſtẽs, quaſi inſita rei, & hæc dicitur ſpecies, quatenus eſſendi principium eſt, atq; reponendi in ſpecie. nam vnaquæq; res ponitur in ſpecie per ſuam formam, & diſtinguitur ſpecifice a quocũq; alio modo ſicut externa à re, ad cuius

tamen

tamen ſimilitudinem res fieri dicitur: & hac ratione exemplar rei dicitur forma, per quem modo Plato ponebat ideas eſſe formas. non tamen ſic intelligas exēplar, vt ſit forma ſeparata, ſed qđ idem dicatur forma, & exemplar, forma quidem, quatenus eſt principium eſſendi, atque reponēdi in ſpecie: exemplar vero quo eſt principium generandi, atq; aſsimilandi genitum generanti in generatione vniuoca. hoc pacto ipſa forma generantis, eſt quoddam exemplar, ad cuius ſimilitudinem ipſum genitum vniuoce generatur. eſt etiam externa non quidem ab ipſo generante, cuius eſt forma, ſed ab eo, quod generatur, reſpectu cuius dicitur exemplar. & ſic Expoſitor velle videtur formam, quatenus eſt in ipſo generante dici exemplar, quatenus vero eſt in ipſo genito dici ſpeciem, ac formam: & ita forma dicitur dupliciter, aut exemplar, aut ſpecies. Secūdum autem Alexandrum exemplar, & forma idem eſt, & reſpectu eiuſdem. qm̄ tam forma generantis, quam geniti forma, & exemplar dicitur, & ſpecies, & forma. quæ in materia efficitur. nam, vt dictum eſt, hæc in efficiendis rebus expetitur. dicitur etiam ratio ſignificatiua eius, quod dicitur, quid erat eſſe: id eſt quod dicitur quiditas. Rectius forma dicenda eſſet quiditas ſignificata per definitionem, ſiue per rationem quiditatiuam, quam ꝙ ſi ratio ſignificans quid erat eſſe. cuius ratio eſt, quoniam vnumquodq; reponitur in genere per certam differentiam per ſuam formam, genus autem & differentia definitionem conſtituunt propriā cuiq;, dicentem quid res eſt. ideo forma potius eſt ſignificata per definitionem, ſiue per rationem quiditatis ſignificatiuam. & licet in definitione ponantur nōnullæ partes materiales, quia tñ in definitione id, qđ principale eſt, ſe tenet ex parte formæ, iccirco forma dicitur ſignificari per definitionem, addit { & horum genera } id eſt & gña tam formæ, quam exemplaris, etiam formæ dicuntur. nam ſicut id, quod eſt genus materiæ, eſt etiam materia, ita ea, quæ ſunt formarum genera, ſunt rerum formæ { velut eius concentus } conſonantiæque { qui } diapaſon, ideſt { ſonos omnes cōplectitur, ipſa duorum ad vnum ratio } id eſt ipſa dupla proportio, forma etiam eſt. ipſius. n. concentus, qui vocatur diapaſon, proxima forma ſunt duo ad vnum. nam diapaſon eſt in proportione dupla { atq; omnino numerus } forma enim generica numerus, eſt quoniā in numero ſunt duo, & vnum. nam quando duo ſoni ſe habent inuicem in dupla proportione, tūc eſt inter eos concentus, qui dicitur diapaſon. quo fit, vt dualitas ſit eius forma. quippe cū dupla ipſa proportio ex dualitate rationem habet. & quia numerus eſt genus dualitatis. ideo, vt generatim dixerim, ēt numerus eſt forma eius concentus, qui dicitur diapaſon { partes item quæ in ratione ſumuntur } etiam ſubaudi formæ ſunt. totum autem eſt duo ad vnum. vel ſenſus eſt partes itē rationis ſignificantis quiditatem cauſæ formales ſunt, cum ex his totum conficiatur. & ita nō ſolum tota definitio comparatur ad definitum ipſum, vt forma, ſed etiam partes definitionis, & intelligit Expoſitor per partes, quæ ponuntur in definitione in recto. nam materia etiam aliquando ponitur in definitione, ſed quia ponitur in obliquo, velut cum dicitur anima eſt actus corporis, ſit vt corpus non ſit animæ forma.

Efficiens. ***Præterea id, unde primum principium eſt mutationis, aut quietis. qualis eſt cauſa ille, qui conſulit, & pater filij, atque omnino quod efficit eius, quod efficitur, & quod mutat eius, quod mutatur.***

Nunc de efficiente cauſa loquens inquit { Præterea id, vnde primum principium eſt mutationis, aut quietis } fiunt enim quædam non mouendo ſolum, ſed vel quieſcendo. aliqua. n. ab alijs vt mouentur, ſic etiā ſiſtuntur, & quia ſiſtens cauſa eſt ſtatum ipſorum efficiens, iccirco adiecit { aut quietis } Expoſitor vero dicit Ariſtotelem adieciſſe, aut quietus, quia naturalis ipſe motus, atq; naturalis ipſa quies, in eandem cauſam recidunt. nec ſolum motus, & quies naturales, ſed etiā motus & quies violenti in eandem efficientē cauſam recidunt. nec ab ratione, quoniam ex eadem cauſa, ex qua quippiam mouet ad locum, quieſcit in loco. dixit etiam { mutationis } & non motus, vt ortum, interitumq; complecteretur, dixit autem { primum } quoniam hęc potiſsimum eſt efficiens cauſa. quod enim rei, quæ efficitur, ineſt, & ſic efficit, quæ ſequuntur, cauſam à primo ſui effectore mutuatur, ſed neque inſtrumenta, vt moueant, habent à ſe ipſis, ſed primum mouens his cauſa eſt. quare dixit { primum } ad differentiam tum cauſæ ſecundę, quæ non efficit, niſi virtute, quam accepit à primo effectore, tum etiam inſtrumenti, quod non mouet, niſi motum à primo agente. Deinde affert exempla, & dicit { qualis eſt cauſa ille, qui conſulit, & pater filij } hæ enim cauſæ effectrices ſunt particulares. in quibus duobus, vt Expoſitor inquit, ea, ex quibus cuncta fiunt, propoſitum ſcilicet in conſultore, & natura in patre, cōplexus eſt, quippe cū omne quod fit, aut à natura, aut à propoſito proficiſcitur. & cū dicit { atq; omnino quod efficit eius, qđ efficitur, & quod mutat eius, quod mutatur } efficientes cauſas genericas ſignificat. nam pater & filius, & conſultor, & eius effectus ad efficiens, & quod efficitur referuntur, & hæc rurſus ad mutans, & quod mutatur. Quot vero ſpecies ſint cauſæ efficientes, ab Auic. & ab Expoſitore.

Inſuper, ut finis. hic autem eſt id, gratia cuius cætera fiūt, ut deambulandi ſanitas. Cur enim ambulat interrogati, quo ualeat, reſpondemus. Atq; ſi hoc pacto dixerimus, reddidiſſe cauſam arbitramur. & cuncta omnino, quæ alio mouente inter ipſum, & finem fiunt, gratia ipſius finis fiunt: qualia ſunt ratione ſanitatis macies, purgatio, uenena, & inſtrumenta. uniuerſa enim hæc finis gratia ſunt. differunt tamen inter ſe. alia nāque ſunt opera, alia inſtrumenta. cauſæ igitur fere tot modis dicuntur. *Sunt aūt hæc, perficiens, diſponens, adiuuans & conſilians, ſecundū Auicennam. Finis. Venena φάρμακα pharmaca.*

Nunc de quarta cauſa loquēs inquit { inſuper } quarto modo dicit̄ cauſa { vt finis. hic aūt eſt id, gratia cuius cætera fiūt } definitio. n. finis eſt, vt ſit cauſa, gratia cuius cætera fiunt. Cuius exemplū affert, & dicit { vt deambulandi finis eſt { ſanitas } deinde affert ſignū, quo probatur ſanitatē eſſe finē deambulandi: & quod de ſanitate ꝓbat, vult probatū eſſe de quolibet fine. nā, vt Expoſitor inquit, de fine videt̄ ambiguū vt ſit cauſa, ex eo, quia finis eſt vltimū in eſſe. qđ aūt ſit ambiguū, qđ finis ſit cauſa, patet, quia ab alijs philoſophis prioribus hæc cauſa eſt ꝑtermiſſa. & ideo ſpeciatim de fine ipſo probat qđ ſit cauſa: & ſignū, quo vtitur, eſt, qm̄ quare aut ꝓꝓ quid quærit de cauſa: & dicit { cur. n. ambulat } ſubaudi Socrates { interrogati, quo valeat }. ſ. Socrates { rñdemus: atq; ſi hoc pacto dixerimus, reddidiſſe cauſam arbitramur } vnde patet finē eſſe cauſam { cū } detur in rñſione ad eam interrogationē, quæ fit de cauſis

vt ſit ſyllogiſmus, omne quod datur in reſpōſione ad eam interrogationem, quæ fit de cauſis, eſt cauſa: finis datur in reſponſione ad eam interrogationem, quę fit de cauſis: igitur finis eſt cauſa. poſtquam pro cauſæ finalis exemplo valetudinem poſuit, nunc, vt Expoſitor inquit, Ariſto. velle videtur non ſolum vltimum, propter quod efficiens operatur, dici finem reſpectu præcedentium, ſed vel omnia intermedia, quæ ſunt inter primum agens, & vltimum finem reſpectu præcedentium finis dicuntur: & eodem modo dicuntur cauſa, vnde principium motus reſpectu ſequentiū, ſicut inter medicinam, quæ eſt primum agens in ordine, & ſanitatem, quæ eſt vltimus finis, ſunt iſta media. ſ. attenuatio, quæ eſt propinquiſsima ſanitati in his, quę ſuperabundant in humoribus: & purgatio, per quam acquiritur attenuatio: & pharmacia, ex qua purgatio fit: & inſtrumenta, quibus medicina, & pharmacia paratur, atq; adminiſtratur. hæc enim omnia ſunt propter finem, & tamen alterum alterius eſt finis. nam attenuatio finis eſt purgationis, & purgatio pharmaciæ: & ſic ſuo ordine. Alex. vero intelligit, vt omnia intermedia inter finem vltimum, & agens, quod finem efficit, ſint gratia vltimi. quamobrem horum omnium cauſa finalis eſt ipſe finis, ſ. valetudo. neque. n. deambulatio ſolum fit gratia valetudinis, ſed etiā macies, ſi hæc ex deambulatione contigerit, & purgatio, quin & medicamenta purgantia, & inſtrumenta medendi gratia ipſius finis habentur, quippe quæ ad finem obtinendū à medicis adhibentur. & hoc ait { & cuncta omnino, quæ alio mouente, inter ipſum }. ſ. primum efficiēs { & finem fiunt, gratia ipſius finis }. ſ. valetudinis { fiunt, qualia ſunt ratione ſanitatis macies, purgatio, venena } .i. pharmaca { & inſtrumenta, Vniuerſa. n. hæc finis gratia ſunt }, ſ. valetudinis, atq; ſanitatis. Ecce quomodo omnia intermedia ſunt gratia vltimi, & non ſolum primum agens: nec per verba hæc accipi poteſt, vt intermedia ſint inter ſe fines, & efficientia, ſed ꝙ omnia ſint gratia vltimi, vt gratia valetudinis. Affert tamen inter hæc diſcrimen, & dicit { differunt tñ inter ſe, alia nāque ſunt opera } vt macies, deambulatio, purgatio { alia inſtrumēta } quibus videlicet opera fiunt, vt pharmaca, & omne genus medicamenti. & inter inſtrumēta Expoſitor enumerat etiam ea, quibus medicamenta præparantur, atq; adminiſtrantur: & non ſolum ipſa pharmaca, quibus natura vtitur, vt inſtrumentis. Tūc epilogando cōcludit, & dicit { cauſæ igitur ferè tot modis dicuntur. Ferè autem dixit, qm̄ aliquæ ſunt non ꝓprie, ſed ex accidenti cauſæ, quas hic non cōmemorauit, ſed poſtea cōmemorabit. vnde Auer. inqt, & dixit { ferè } quia ēt dicuntur cauſæ conſequentia iſtorū, & accidentia eorum, quæ hic non commemorata ſunt.

Quæ Auer. cōm. 2.

Plures ſunt cauſæ per ſe unius numero effectus, ſed non eiuſdē ordinis, et ſufficientes ī eodē genere cauſæ.

Fit autem, cum multipliciter cauſæ dicantur, ut multæ etiā eiuſdem ſint non per accidens cauſæ, ceu ſtatuæ, & ſtatuaria ars, & æs, non per aliud quicquam, ſed ut ſtatua: at non eodem modo, ſed æs quidem ut materia, ars autem unde motio proficiſcitur.

Hæc, quæ hic narrat Ariſt. ſunt attributa, quæ cauſis aſsignantur. quorū primum eſt, vt multæ cauſæ ſint eiuſdem: & dicit { fit autem, cum multipliciter cauſæ dicantur, vt multæ etiam eiuſdem ſint non per accidēs cauſæ } dixit autem { non per accidens } quoniam, ꝙ ſecundum accidens multæ ſint cauſæ eiuſdem rei, hoc non difficile videbitur. quia rei, quæ eſt cauſa per ſe alicuius effectus, multa poſſunt accidere, quæ oīa illius eiuſdem effectus poſſunt etiam cauſæ per accidens dici. ſed ꝙ cauſæ per ſe ſint multæ eiuſdem effectus, hoc manifeſtatur ex eo, quia cauſæ multipliciter dicuntur. Ideo dixit { cum multipliciter cauſæ dicantur } deinde affert exemplum, & dicit { ceu ſtatuæ, & ſtatuaria ars, & æs non per aliud quicquā, ſed vt ſtatua eſt } ſubaudi cauſæ ſunt. dixit autē { non per aliud } pro eo qđ eſt, non ex accidenti. deinde exponit quo modo, & dicit { at non eodem modo, ſed æs quidem, vt materia, ars autem vt id vnde motio proficiſcitur }, .i. vt efficiēs. Eſt. n. impoſsibile, vt eiuſdem ſm idem genus cauſæ ſint multæ cauſæ per ſe eodem ordine atq; ſufficientes. nā in eodē genere cauſæ plures cauſæ poſſunt eſſe eiuſdem rei non eodem ordine. ſ. vna proxima, alia remota. neq; ſufficientes, nam in eodem genere cauſæ, eodē ordine poſſunt cauſæ eſſe eiuſdem, non tamen ſufficiētes, veluti multi ſunt, qui nauim trahunt.

Et inter ſe ſint mutuo cauſæ, ut exercitium cauſa eſt bonæ habitudinis, & hæc exercitij. At non eodem modo, ſed hæc, ut finis: illud, ut principium motus.

Cauſæ ſibi inuicē ſunt cāæ.

Nunc aſsignat ſecundum attributum, & dicit, & inter ſe ſint mutuo cauſæ, vt exercitium cauſa eſt bonę habitudinis, & hæc exercitij } addit { At non eodē modo } .i. in eodem genere cauſæ { ſed hæc } . ſ. bona habitudo cauſa exercitij eſt, vt finis { illud autem } . ſ. exercitium cauſa eſt bonæ habitudinis { vt principium motus } .i. vt efficiens. ſequitur autem hoc ſm attributum ex illo eodem, ex quo ſequitur primum videlicet quia cauſæ multipliciter dicuntur.

Idem inſuper contrariorum interdum eſt cauſa. Quod enim præſens cauſa alicuius eſt, id abſens nonnunquam cauſam eſſe cōtrarij dicimus: ut gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis, cuius præſentia cauſa erat ſalutis. Vtrunq; tamē & præſentia, & abſentia cauſæ ſunt, ut mouentes.

Eadem eſt cauſa contrariorū effectuum, ſed non eodē modo diſpoſita.

Nunc aſsignat tertium attributum, quod etiā cauſæ per ſe competit, & dicit { Idem inſuper contrariorum eſt cauſa } non tamen ſubaudi eodē modo ſeſe habēs. cuius rationē affert, & dicit { quod. n. pñs cauſa alicuius eſt, id abſens nonnunq̄ cauſam eſſe contrarij dicimus } & affert exemplum, & dicit { vt gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis, cuius præſentia cauſa erat ſalutis } vbi patet hoc attributum eſſe cauſarū per ſe, & non per accidens. nam gubernator eſt per ſe cauſa vtriuſq;, licet nō eodē modo. Et ne putes præſentiā & abſentiam eſſe referendas ad diuerſa genera cauſarum, ideo ſubdit { vtrūq; tamen & pręſentia, & abſentia cauſæ ſunt, vt mouentes } .i. vt efficientes: quod eſt dicere in eodem genere cauſæ.

TEX. 3.

Vniuerſæ autem nunc dictæ cauſæ quatuor in genera maniſeſtiſsima cadunt. Elementa nāque ſyllabarum, & materia artificialium, & ignem, & terram & talia omnia corporū, & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis, ut id, ex quo res fiunt cauſas eſſe conſtat. Atq; horum quædam ſunt ut ſubiectum, ueluti partes. quædam, ut quiditates ceu totum, & compoſitio, & ſpecies. at ſemen, & medicus, & cōſultor, & omnino efficiens, omnia ſunt cauſæ. unde eſt principium mutationis, aut quietis. Quædam autem ſunt, ut finis, bonumq; cæterorum. id enim gratia cuius cætera fiunt, optimum eſſe, finiſq; illorum ſolet. Intereſt autem nihil ſi bonum ipſum, an apparēs bonū dicatur. tales igitur atq; tot cauſæ ſpecie eſſe uidētur.

Cum

Cum dixiſſet quatuor tm̃ eſſe cauſarum genera,nũc hoc ipſum probat: & ſupponit primo expoſitionem huius propoſitionis,quæ talis eſt, quatuor ſunt genera cauſarum,& non plura: igitur tm̃ quatuor ſunt genera cauſarũ.Ariſt.ergo probat ꝙ non plura, reducẽdo oĩa ea,quæ cauſæ dici ſolent,in quatuor genera:& dicit{vniuerſæ aũt nunc dictæ cauſæ}.i.oĩa autẽ ea, quæ cauſæ dici ſolent, & quæ pro cauſis rerum redduntur, {quatuor in gña manifeſtiſsima cadũt} & ſubaudi nõ in plura:ergo ſunt tm̃ quatuor.deinde reducit oẽs cauſas,q̃ aſsignantur pro materia,in genus cauſæ materialis,& dicit {elementa nãq;},i.literæ ſyllabarũ & materiam artificialium} ſubaudi operum, vt æs,vel cuprũ {& ignem,& terrã,& talia oĩa} de numero{corporũ} ſimplicium videlicet aquam & aerem ipſorũ mixtorum {& partes totius} vt mẽbra animalis {& ſuppoſitiones}.i.propoſitiones,que accipiuntur in ſyllogiſmo {cõcluſionis} .ſ.cauſæ effectiuę,i.& propõnes ſyllogiſticæ, quæ ſunt concluſionis effectiuæ cauſæ, ſunt materia ſylſi.Concluſionis.n.nõ vt materia, ſed vt efficiens cauſa ſunt propõnes,& vt gñatim dicam,in ſyllogiſmo propõnes vt materia ſeſe hñt concluſio vero, vt forma.oĩa hæc profecto {vt id,ex quo res fiunt},i. vt materiam {cauſas eſſe cõſtat} nam in oĩbus his eſt vna ratio cauſæ,qua id cauſa dicitur,ex quo fit aliquid, quæ cauſæ materialis rõ eſt.Aliter Alexã.hanc dictionem inducit,& vult ꝙ,cum Ariſt.primũ docuiſſet nos cauſarũ numerũ,nũc cuiq; generi cauſarũ propria exẽpla reddat. Auer.aũt ſic, ꝙ cum Ariſt.enarraſſet gña cauſarũ magis ꝓbata, eſſe quatuor & attributa illarũ, quæ cõiter concedũtur in eſſe eis,vult in hoc capite dicere duo,quorũ primum eſt, ꝙ oẽs cauſæ reducantur ad hæc genera.Secundam vero eſt,cognoſcere cauſarum modos,Secundo Auerroes exponit, quonã modo elementa ſimplicia ſint mixtorum materia, & quo ordine,& vult quatuor ſimplicia corpora eſſe naturã partium ſimilarium, vt carnis,oſsis & cæterorum id genus. Partes vero ſimilares materiam eſſe partium diſsimilarium, diſsimilares autem corporis totius animalis.Cum vero dixerit {& ſuppoſitiones concluſionis} non intelligit quatenus ſuppoſitiones ſub tali forma exiſtunt,quoniam ſuppoſitiones ſub forma propoſitionis potius ſunt materia ſyllogiſmi, & nõ cõcluſionis.nec intelligit ſuppoſitiones eſſe materiam concluſionis,quo ad virtutem medij termini.quia vt ſic,magis ſunt concluſionis effectrices cauſæ, ſed intelligit quantum ad extremitates, qm̃ ex eis fit concluſio, vt ex materia. {Atque horum quædam ſunt, vt ſubiectum} verbum{horum} videtur referẽdum eſſe ad ea, quæ cauſæ ſunt vt materia,& tunc tangere videtur diſcrimen eorum, quæ cauſæ ſunt, vt materia. nam, vt Alexander inquit,aliter materia ſubijcitur ijs,quæ cõſtant ex ipſa,aliter elementa ſubſunt ſyllabæ,& propoſitiones concluſioni. Materia enim per alterationem excipit formam.Artificiale per formæ mutationẽ.elementa per compoſitionẽ materia ſunt ſyllabæ:& propoſitiones etiam per compoſitionem materia ſunt ſyllogiſmi.corpora ſimplicia per compoſitionem, & alterationem materia ſunt mixtorum. Quæ expoſitio non facile poteſt dictioni accommodari. Ideo verbũ {horum} referendum eſt ad ipſa genera cauſarũ prius enarrata,quaſi dicat atque horum cauſarum generum {quædam ſunt,vt ſubiectum. veluti partes} & cætera exempla,quæ de materia ſunt aſsignata {quædam vt quiditas} ſubaudi ſunt ſub genere formæ {ceu totum, & compoſitio, & ſpecies}.i.forma.Totum autem dicit non cum partibus, ſic.n.forma totum dicitur, ſed quod in partibus efficitur.ergo per totũ intelligit vniuerſale,& perfectum.Compoſitionem vero ait nõ ea, quæ ſimul ponuntur:nã compoſitio diuerſa eſt ab his ſed eam,quæ eſt in ipſis coniunctis. Forma vero quãquam omnibus congruit,proprie in his intelligiť,quibus materia proprie dicta ſubiicitur. Expoſitor vero triplicem formam diſtinguit.nã forma,quæ correſpõdet materiæ compoſitionis, qualis materia ſunt lapides domus,dicitur compoſitio.Forma vero,quæ correſpondet materiæ,quæ dicitur per alterationẽ, qualis cibus eſt materia ſanguinis,ſpecies appellatur:quippe,qui per alterationem recipit ſpeciẽ ſanguinis.Forma deniq; quæ correſpondet materiæ per alterationẽ & compoſitionẽ dicitur totũ, veluti ex aqua & melle fit quoddã totum,quod dicitur hydromeli {At ſemẽ, & medicus,& conſultor,& omnino efficiens} .ſ.quouis modo {omnia ſunt cauſæ,vnde eſt principiũ motus} & ſic per iſta, exempla dedit cauſæ efficiẽtis.Qui enim de re aliqua conſilium dedit vt fieret, ad effectũ illius nonnihil effecit. Poſuit autem ſemen in genere cauſæ efficientis,qm̃ ſecundum ſuam opinionem, ſemen vim habet agendi menſtrua autẽ mulieris veniũt in materiam fœturæ.Deinde enumerat exempla cauſæ finalis,& dici: {quædam autẽ ſunt,vt finis, bonũq; cæterorum} horum verborum hic debuit eſſe ordo, quædam aũt,vt finis cæterorum,& bonum.& per cætera intelligit ea,quorũ ſunt finis.& cum fini adieciſſet bonũ reddit cauſam, & dicit {id.n.gratia cuius cætera fiunt,ſolet eſſe finis illorum,& optimũ} quare recte fini additũ eſt bonũ,ſiue optimum. quia uero poſſet aliquis obijcere non ſemper finem eſſe bonum,ſiue optimũ, cum interdum nonnulli inordinate agentes, finem ſibi conſtituant malũ:quaſi rñdens inquit{intereſt autem nihil} finis {dicatur bonũ ipſum, an apparens bonum}.i.aut præferens ſpeciem boni.quoniã omnis finis aut re bonũ eſt,aut ſpecie.qui.n.agit,per ſe loquendo propter bonũ agit. quia hoc ipſum intẽdit, per accidens aũt agit aliqñ propter malum: quatenus ei accidit exiſtimare id eſſe bonum.Nullus.n.agit propter aliquid intendens malum.omnis.n.ars omniſque diſciplina,ſimiliter actio, & electio bonum quoddam appetere videntur,vt initio Ethicorum dixit. demum epilogat {tales igiť, atq; tot cauſæ ſpeciẽ eſſe videnť} ſpeciem dixit pro genere. Vnde Auerroes refert verbum,tales,ad ſpeciem, verbum autem, tot ad genera q.d.cauſas eſſe tot,genere,quia quatuor, & tales.ſ.ſpecie,quot & quales dictæ ſunt.

Quæ Auer. com. 3.

Quæ Auer. com. 3.

Refertur communiter ad id ex quo: q̃libet.n. ex duobus compo. ex materia et forma.

Modi uero cauſarum numero quidem ſunt multi, ſed, ſi in capita & ipſi redigantur,pauciores euadunt. Dicuntur enim cauſæ multipliciter,& ipſarũ,quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, alia prior,alia & poſterior.ut ſanitatis Medicus,atq; artifex: & concentus eius,qui omnes ſonos complectitur, duplum,ac numerus,& ſemper ea,quæ continent,quamuis ſingularium.

Cum Ariſt. cauſas diſtinxiſſet per ſpecies,ſiue genera,nunc per modos eas diſtinguit: & dicit {Modi vero cauſarum numero quidem ſunt multi} nam vnuſquiſque modus,cum per numeralem differẽtiam diſſecatur,& ſm̃ indiuidua conſideratur, eſt multiplex, veluti homo,cũ conſideratur,quatenus eſt Socrates,&

Plato,& alij tales eſt multiplex { ſed ſi &ipſi }, ſ.modi { in capita redigantur }, i.generatim conſiderentur { pauciores euadunt } qm̄ generatim conſiderat ſunt tantum quatuor.& Auerroes dicit, ſed ſi referātur inuicem ſm̄ oppoſitionem, hoc eſt cum diuiduntur ad oppoſita,tunc determinabuntur,qm̄ redeunt in quatuor.nam prima diuiſio per oppoſita eſt per cōmune, & proprium.Secunda per ſm̄ ſe,& ſecundum accidēs. Tertia per actum, & potentiam. Quarta denique per ſimplex, & complexum:& non ſunt plures modi. & vt Alex.inquit, modos cauſarum Ariſt.appellat diſcrimina in ipſis reddendis.nam ipſæ cauſæ per ſpecies,& per modos, i.differentias modales diſtingui poſſunt. Diſtinctio.n.per ſpecies eſt penes diuerſas rōnes cauſandi,ideo eſt quaſi diuiſio per differentias eſſentiales, quæ ſpecies conſtituunt diuiſio autem per modos eſt penes diuerſas habitudines cauſæ ad cauſatum,& ideo modales dr̃iæ dicuntur,qm̄ in ijs ſunt, quæ hn̄t eandē rōnem cauſandi,quo fit, vt modos Ariſt.hic intelligat differentias accidentarias,quę ſpēm non euariant,veluti ſunt maſculinum,& fœmininū. quæ eiuſdem ſpeciei differentiæ ſunt: Et hoc ſubdit{dicuntur.n.cauſæ multipliciter}qm̄ ſunt cauſarū ſpecies quatuor. & ipſarum, quæ eiuſdē ſpeciei ſunt }, i.& cuiuſq; earū primus modus eſt,vt { alia prior ſit},i.vniuerſalior { alia & poſterior}.i.propria.hac.n.prima diuiſione quælibet cauſarū ſpecies diuiditur vel prima dictionis verba ſic exponi pn̄t {modi vero cauſarū}.i.dr̃ię accidentales cuiuſq; ſpeciei cauſę{numero quidē ſunt multi}qm̄ quatuor, videlicet prius & poſterius,i.cōe & propriū, per ſe & per accn̄s,actus & potentia,ſimplex,& cōplexum {ſed ſi & ipſi } modi quatuor { in capita redigātur } vtputa eos diſtinguendo per actū, & potentiam {pauciores euadunt}qm̄ vt ſic,reducentur in duo.vel; vt Alex. dicere videtur, ſi modi cauſarum, qui ſunt quatuor,referantur ad genera, ſiue ſpecies cauſarum, ſunt multi, qm̄ viginti: quippe cum quatuor ducta in quatuor, ſunt viginti, ſed, ſi reducantur in capita, & fiat diuiſio per actum. & potentiam, pauciores euadunt.Et quia prima differētia eſt per cōmune, & proprium,qua differentia diſſecatur vnaquæq; ſpēs,affert exemplum in ſpecie cauſæ efficientis,& dicit {vt ſanitatis medicus atq; artifex { nā medicus eſt propria, ac proxima cauſa,artifex vero vniuerſalis,cōis atq; remota cauſa.deinde affert exemplū in cauſa formali, & dicit,& ipſius διὰ πασῶν.i. {& eius concentus,qui oēs ſonos complectitur,duplum ac numerus & ſemper eſſe}.ſ.cauſæ {quæ continēt}ſubaudi vl̃es,cōes,ac remotæ cauſæ ſunt {q̄uis ſingularia} contineant.ſ.nā continēs cauſa eſt vniuerſalis,cōis,ac remota, cōtenta vero ꝓpria,ac proxima,& particularis. duplū quidem ipſius concentus,qui omnes ſonos complectitur, cauſa formalis proxima eſt,numerus vero remota.& per duplū proportionem duplam intelligit, per numerum vero proportionem numeri ad numerum,vel ad vnum. & ſicuti dedit exemplum in cauſis effectrice, & formali, ita in cæteris ſimilis eſt ratio. hactenus de primo modo.Quo vero ad verba attinet, addidit quamuis ſingularia contineāt,nam cōis cauſa bifariā dicitur,aut cauſalitate,aut prædicatione:cauſalitate quidem, vt Sol; qui cum hoīe cauſa particulari hominē efficit: aut prædicatione,vt artifex,qui cum medico particulari cauſa ſm̄ prædicationem ſanitatem producit. Et, quia locutus eſt de cōitate ſm̄ prædicationem, ideo addidit, quāuis ſingularia contineant:vt intelligatur ſe eſſe locutum de cōitate ſecundum prædicationem.

Quæ Auer. com. 3.

Præterea, ut accidens, & genus huius. ut ſtatuæ aliter Polycletus, *& aliter ſtatuarius.* Accidit.n *ſtatuario,ut ſit* Polycletus,*& ea quæ continent accidens,ut homo eſt cauſa ſtatuæ.aut omnino animal etiam: quia eſt* Polycletus *homo, & homo eſt animal.Sunt autem & accidentium alia remotiora alijs,atque propinquiora.ceu ſi albus, ac muſicus cauſa ſtatuæ dicerentur,non autem ſolus* Polycletus *uel homo.*

Hic aſsignat ſcd̃m modū, qui talis eſt, ꝙ in vnoquoq, genere cauſæ alia ſit ex accidenti,alia ſit per ſe. & Alex. exponens cauſam ex accidenti, ait cauſam ex accidenti eſſe aut q̄ propriæ cauſæ accidit,vt album & muſicum,aut id,cui propria cauſa accidit,vt Polycletus,cui accidit ſtatuarius,q̄ eſt cauſa ꝓpria ſtatuæ,atq; itē horum ipſorum gn̄a : vnde dicit { Præterea } alius modus eſt{vt accidēs}& ſubaudi per ſe {& genus huius }.ſ. quæ eſt cauſa per accidens.& affert exemplū in gn̄e cauſæ efficientis,& dicit { vt ſtatuæ } cauſa eſt Polycletus, & ſtatuarius,ſed { aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius } eſt ſubaudi cauſa.& aſsignās cauſam, quare Polycletus eſt cauſa per accidens, ſtatuarius vero per ſe,dicit {accidit.n.ſtatuario,vt ſit Polycletus}Hoc eſt Polycletus eſt cauſa per accidens, quia ſtatuarius, qui eſt per ſe cauſa ſtatuæ,accidit Polycleto, Accepit .n.conuerſam pro conuertente, aut conuertentē pro conuerſa.aut fortaſſe Polycletū dicit accidere ſtatuario ſm̄ modum loquendi in Sophiſticis, vbi accidens appellatur omne extraneum alicui. & amplificans ſermonē addit { & ea, quæ continent accidens}.i.cauſam accidentalem,etiā ſunt cauſæ per accidens { vt homo eſt cauſa ſtatuæ }.ſ.per accidens,quia continet Polycletum {& omnino aīal etiam}eſt cauſa per accidēs, quia continet hoīem,& Polycletū, qui ſunt cauſæ per accidens. Per quæ innuit,vt in cauſis ex accidenti,aliæ ſint particulares, aliæ etiam vniuerſales,cuius rōnem exponit, & dicit {quia eſt Polycletus homo,& homo eſt aīal } ergo homo,& animal cauſæ ſunt vniuerſales ex accidenti,Polycletus particularis cauſa eſt ex accidenti.Accepit.n.continentia pro vniuerſalibus,'contēta vero pro particularibus. Sed, qm̄ tam ea, quæ accidunt per ſe cauſæ, q̄ ea,quibus accidit ipſa per ſe cauſa,dicuntur cauſæ per accidens, affert differentiam inter hæc, & dicit {ſunt autem & accidentium}.i. accidentalium cauſarū { alia remotiora alijs, atq; propinquiora}.i.& non tm̄ alia vniuerſalia,& alia particularia,ſed ēt alia remotiora,alia propinquiora:quā differentiam per exemplū exponens dicit { ceu ſi albus, & muſicus cauſa ſtatuæ dicerentur,non autē ſolus Polycletus vel homo} per quæ innuit Polycletum, & hominē cauſas eſſe per accidens propiores, albū autem & muſicū remotiores, Cauſa autem eſt, qm̄ Polycletus & homo ex accidenti cauſæ ſunt, quia eis accidit ſtatuarius, at album, & muſicum ex accidenti cauſa ſunt, quia accidunt Polycleto, cui accidit ſtatuarius. & ita album & muſicum ſunt ex accidenti cauſæ,quia accidunt cauſę per accidens, igitur ſunt ex accidenti remotiores cauſæ. Auerroes autem aſsignat aliam rationem, quia videlicet muſicum & album nihil faciūt in idolo, ſiue ſtatua: Homo autem & Polycletus faciunt ſtatuam, ſed ex accidenti, quoniam ea ratione, qua eis accidit ſtatuarius, at muſicus & album ea ratione,qua accidunt Polycleto, & homini cauſæ ex accidenti dicuntur. Aut vt alij aſſerunt, Polycletus & homo

Quæ Auer. com. 3.

& homo proximiores ex accidenti cauſæ ſunt, quoniã ſunt idem, quod ſtatuarius, Album & muſicum remotiores, quia non ſunt idem, quod ſtatuarius. Expoſitor diſtinguit de cauſa ex accidenti, ꝙ altera dicatur cauſa ex accidenti accidente ſe tenẽte ex parte cauſæ, vt quæ vel accidunt per ſe cauſæ, vel per ſe cauſa accidit ipſis: album.n.& muſicum cauſæ ex accidenti ſunt, quia accidunt ſtatuario, Polycletus, homo, & animal, quia eis accidit ſtatuarius. quare hæc dicuntur cauſæ ex accidenti, accidente ſe tenente ex parte cauſæ, & de his tantum Ariſt. loquitur in præſenti dictione. Cauſæ vero ex accidenti accidente ſe tenente ex parte effectus, ſunt, vt motus lapidis deorſum per relationẽ ad remouens impedimentum, vt inuentio theſauri per cõparationem ad fodiens, vt terræ motus per rationem ad eum, qui oſtium claudit: verum non eodem modo, nam motus lapidis deorſum dicitur per comparationem ad remouens impedimentũ habitudine neceſſaria, qm̃ exiſtente remouente impedimentum neceſſario ſequitur motus lapidis deorſum, inuentio autem theſauri dicitur per comparationem ad fodiens, non habitudine neceſſaria, qm̃ poſito fodiente, nec neceſſario, nec in pluribus, nec æqualiter ſequitur theſauri inuentio, ſed raro, & præter intentionem fodientis. Terræ motus autem nec dicit habitudinem neceſſariam ad eum, qui claudit oſtium, nec plerunque, nec raro, ſed fortaſſe ſecundum exiſtimationem, vt quia putat ſe claudente terræmotum fieri: & de cauſis per accidens hoc pacto non loquitur Ariſtoteles hic, ſed in auſcultatorijs libris.

Præter autem omnes, & quæ accommodatæ dicuntur, & quæ ex accidenti, aliæ ut potentes, aliæ ut operantes dicuntur. ueluti extruendæ domus cauſa eſt ædificator, aut ædificans ædificator.

Nunc adducit tertium modum, & dicit { præter autem omnes }, ſ. cauſas, quæ iam dictæ ſunt { & quæ accommodatæ } .i. proxime { dicuntur, & quæ } dicuntur { ex accidenti, aliæ dicuntur vt potentes } .i. vt quæ poſſunt fungi officio { aliæ vt operantes } ideſt vt quæ funguntur officio. & affert exemplum ſolũ in efficientibus cauſis, dans intelligere eſſe ita accipiendũ in cæteris ſpeciebus, & dicit { veluti extruendæ domus cauſa eſt ædificator }, ſ. qui poteſt fungi officio. Aedificator.n.eſt, qui artem habet, qua poteſt fungi officio { aut ędificans ædificator } qui actu fungitur officio ſuæ artis, de quibus in dilucidario abunde.

Similiter & in ijs dicetur, quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ: ut huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut omnino imaginis. Aut æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus ſimili modo.

Cũ declaraſſet tres multiplicitates, quæ ſunt in cauſis, ac tres modos, hic declarat totidem modos eſſe in effectibus, & dicit { ſimiliter & in iis dicetur, quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ }.i. vt tres modi de cauſis aſſignati ſunt, ſic de effectibus totidem mod ſunt aſſignandi. deinde exponit hos modos in effectibus per exempla, & dicit { vt huius ſtatuæ. } nam hæc ſtatua effectus eſt particularis, & proximus { aut ſtatuæ } qm̃ ſtatua effectus eſt cõis, & remotus. Hæc.n. ſtatua propior effectus eſt ꝙ̃ ſimpliciter, & communiter ſtatua { aut omnino imaginis } nã ſtatua adhuc propior ꝙ̃ imago effectus eſt. Imago.n. latius patet ꝙ̃ ſtatua. & apud Alex. loquitur de effectu, qui eſt omnium cauſarũ. nam huius ſtatuæ aliud cauſa eſt vt materia, aliud vt efficiẽs, aliud vt finis, aliud etiam, vt forma. Cæteri autem expoſitores exemplum huiuſmodi in effectibus cauſarum efficientium intelligendum eſſe putant. deinde affert exẽplum in effectu cauſarum formaliũ, & dicit { aut } ſubaudi vt hæc forma, quæ eſt { huius æris } nam hoc æs eſt materia propinqua, & particularis huius ſtatuæ { aut æris } quod eſt materia latior, quã hoc æs { aut omnino materiæ } quæ latiſſima, ac communiſſima materia eſt. Similiter exempla afferri poſſunt in effectibus cæterarum cauſarum. per quæ vult habere cauſam & effectũ ſimiliter propinquum, & remotum habere. vel aliter apud Alexandrum dici poteſt hoc in loco æs non eſſe acceptum vt cauſam, ſed vt effectũ, & ſic ars metallica cauſa efficiens æris erit, quod autem æri ſubiicitur, cauſa materialis eſt. Effectus vero ipſum æs, quod alterius eſt materia, & cauſa, alterius effectus. proxime ergo effectus artis metallicæ eſt hoc æs, remotius autem æs. Materia vero in vniuerſum, remotiſſime. Deinde oſtendit propinquum & remotum reperiri in effectibus, quæ ſunt ex accidenti apud Alexandrum, & dicit { & in accidentibus ſimili modo } .ſ. reperitur remotũ, & propinquũ, accidentia.n. effectuum effectus quoque ſunt ex accidenti, & horum alia propinquius, alia remotius. Propinquius, quæ ꝓpioribus effectibus accidunt, vt huius ſtatuæ, vel huius æris accidentia, remotius horum ſpecies, & genera. Hoc enim rubrum propior effectus eſt, ſi fuerit ſtatua rubens, ſimpliciter vero rubrum, remotior: & color adhuc remotior: ꝙ̃ expoſitionem Auerroes ſequitur. Expoſitor autem aliter, vult vt enim Ariſtotelem declarare eſſe in effectibus effectus ex accidenti, ſicuti in cauſis ſunt cauſæ ex accidenti. nam ſtatuarius, qui cauſa ſtatuæ eſt, etiã grauis, albi, vel rubri, quæ accidũt ſtatuæ, cauſa eſt ex accidenti. Quare graue, album, vel rubrum effectus ex accidenti ſunt. propterea inquit { & in accidentibus }.i. in effectibus { ſimili modo } reperiuntur effectus, qui ſunt ex accidenti, vt dictum eſt de cauſis. Tacuit autem eſſe actu, vel potentia in effectibus, forſan cauſa breuitatis. *Quæ Auer. com. 3.*

Præterea & hæ et illæ complexæ dicentur, ueluti non Polycletus, aut ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius.

Hic aſſignat quartum modum cauſarum, ꝙ ſit cauſa complexa, & ſimplex. & exponens complexionem in cauſis, vult, vt complexa cauſa dicatur, quæ complectitur cauſam ex accidenti cum cauſa per ſe. ideſt Polycletum cum ſtatuario: & dicit { Pręterea, & hę, & illæ } ideſt & cauſæ per ſe, & cauſæ ex accidenti { dicentur complexæ, veluti non Polycletus } tantum { aut ſtatuarius } tantum complexa cauſa dicitur { ſed Polycletus ſtatuarius } quod complexum ex cauſa per ſe, & cauſa ex accidenti conſtat. Polycletus enim ſtatuarius ſtatuam efficit. quoniam nec Polycletus abſq; arte ſtatuaria, nec ſtatuaria ars ſine Polycleto ſtatuam efficit, ſed Polycletus ſtatuarius: ideſt qui artem habet. nec licet tantum complicare cauſam per ſe cum cauſa ex accidenti, ſed etiam proximas per ſe cauſas cum proximis ex accidenti, & communiores cum communioribus, & ordine mutato remotiores cum propioribus. Prætermiſit autem Ariſtot. vt Expoſitor inquit, alium complexionis modum, quo cauſa dicitur complexa. qui eſt quoties plures cauſæ concurrunt ad vnius rei

conſtitutionem, veluti plures homines ad trahendam nauim, vel plures lapides, vt ſint materia domus: quia alibi eum diffuſe explicauit.

Attamen hæc omnia multitudine quidem ſunt ſex, ſed dupliciter dicuntur. nam aut ut ſingulare, aut ut genus, aut ut accidens, aut ut accidentis genus, aut ut coniuncta hæc, aut ut ſeiuncta dicuntur, & inſuper aut ut potentia, aut ut actu.

Cum enarraſſet cauſarũ modos, nunc eos reducit in ſex primo, & deinde multiplicat in duodecim, & dicit { Attamen hæc omnia } .ſ. non quæ dicta ſunt, ſed quæ mox dicentur { multitudine quidem ſunt ſex, ſed dupliciter dicuntur }. i. ducta in duo omnia ſunt duodecim, vt Auerroes inquit. Intelligit autem per hæc Quæ Auer. cóm.3. omnia, non quæ dicta ſunt, ſed quæ dicentur: quoniã ea omnia, quę dicta ſunt. octo membra videntur eſſe: ſed quæ enumerabuntur, ſunt ſex. qm̃ excipit differentiam eam, quæ eſt inter cauſam in actu, & cauſam in potentia, qm̃ illa ſex, quæ enumerat, ducit in illa, videlicet in actum & potentiam, vt multiplicet in duodecim. Quòd autem ea, quæ enumerat, ſint ſex, oſtendit, & dicit { nam aut vt ſingulare, aut vt genus } hæc fuit prima differentia cauſarum. nam hæc ſuperius dixit prius, & poſterius. vel, vt Auerroes inquit, hæc fuit prima differentia, qm̃ ſingulare & genus reducuntur ad propinquum & remotum, quorum fuit primus modus. & ſic habentur duo membra. deinde in accidentibus enumerat duo alia, & dicit { aut, vt accidẽs, aut vt accidentis genus }. i. aut vt per ſe, & vt per accidens, quæ ſunt duo alia membra. & cum dixit { aut vt accidentis genus } non accepit hoc vt membrũ oppoſitum cauſæ ex accidenti, ſed vult eſſe ſubaudiendum membrum oppoſitum, quod eſt ipſum per ſe: & ita erunt membra quatuor. deinde in cauſis complexis enumerat duo alia, & dicit { aut dicuntur hæc }. ſ. cauſarum membra { vt coniuncta, aut ſeiuncta } quæ cum ſint duo, omnia mẽbra differentiarum erunt ſex. deinde docet hæc diuidere in duo, vt demonſtret hæc multiplicata per duo, eſſe duodecim, & dicit { & inſuper } ex his ſex vnaquæque cauſa dupliciter dicitur { aut vt potentia } fungens. ſ. munere { aut vt actu }, ſ. fungens munere: ergo reſultant duodecim, vt Auer. ait: quia ſex ducta per duo, duodecim relinquuntur.

Intereſt autem tantum, ꝙ cauſæ actu & ſingulares, & ea, quorum ſunt cauſæ, ſimul ſint, & non ſint. ut hic, qui medetur cum hoc, qui ſanatur. & hic, qui ædificat, cum hoc, quod ædificatur. Sed quæ ſunt potentia, non ſemper. Non enim domus, & ædificator ſimul corrumpuntur.

Sed dicet quiſpiam, quare potius ſex illa mẽbra multiplicauit per actum, & potentiam, quàm per ſimplex, & complexum, vel quã per ipſum ex accidenti, & ipſum per ſe, aut ꝗ per propinquum, & remotum? Reſpondet hoc eſſe, quia potentia & actus euariant habitudinem cauſæ ad effectum, quod nullum aliorũ hoc facit, & ideo aſsignat differentiam inter hæc, vt oſtendat per hæc euariari habitudinem cauſæ ad effectum: & dicit { intereſt autem tantum } inter cauſas actu, & cauſas potentia { ꝙ cauſæ actu, & ſingulares, & ea, quorum ſunt cauſæ, ſimul ſint, & non ſit } ideſt quòd cauſa, quæ in opera eſt, ſimul ſit cum effectu, circa quẽ operatur, & ſimul eſſe deſiſtit. addidit autem { & ſingulares { vt oſtendat ſola ſingularia efficere, atque effici, vt Alexander inquit. deinde affert exempla, & dicit { vt hic, qui medetur, cum hoc, qui ſanatur: & hic, qui ædificat, cum hoc, quod ædificatur } & quæ dixit in efficiẽte cauſa, idem intelligas in cæteris generibus cauſarum { Sed quæ ſunt potentia }. ſ. cauſæ { nõ ſemper }. ſ. cauſæ & effectus ſimul ſunt, & non ſunt { Non .n. domus & ædificator ſimul corrumpũtur } Si. n. eſt, qui domum poteſt facere, non protinus eſt neceſſe, vt domus ſit aliqua, quæ ædificetur, neque ſi huiuſmodi faber intereat, qui potentia cauſa domus eſt, neceſſe eſt, vt domus ab ipſo confecta deleatur. Sed cum dixit { non ſemper } innuit in quibuſdam remota actione efficientis tolli ſubſtantiam effectus. vel innuit ſimul tolli, & non ſemper in ijs, in quibus cauſa non ſolũ faciendi, ſed eſſendi cauſa eſt. veluti cum Solis illuminatio tollitur, etiam lumen amouetur. quanquã Alex. non ſemper legit non protinus, & nõ ſtatim. qm̃ ſi eſt, qui domum ædificare poteſt, non ſtatim eſt neceſſe, vt domus aliqua ſit, quæ ædificetur: ſic. n. Alexan. in ſuis græcis codicibus legit. Verum dilucidatio rei huius petenda eſt à dilucidario.

CAP. III.

DE ELEMENTO.

Elementum dicitur id, ex quo primo quippiam componitur, ita ut inſit, indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem. TEX.4.

Cum de cauſis dixiſſet, nunc elementum dici non vno modo exponit: qm̃ elementum dicitur tum proprie, tum tranſlatitie, vt poſtea dicetur. & primo aſsignat elementi proprie dicti rõnem hanc, ꝙ elementũ ſit id, ex quo primo inſito & indiuiduo ſpecie quippiam conficitur: vnde dicit { elementum }, ſ. proprie dictum, & quod non tranſlatitie vocatur { dicitur id, ex quo primo quippiã componitur, ita vt inſit, indiuiſibile ſpecie in aliã ſpeciem } qua in deſcriptione ponũtur quatuor particulę, prima particula eſt ipm̃ { ex quo } per quam innuit elementũ eſſe gñe cauſæ materialis. vnde Auer. aſſerit Ariſtotelẽ velle diſtinguere ſecundũ quot modos dicitur elementũ, qm̃ iſta nomina, ſ. quæ hic diſtinguit, ſunt propinqua ſynonymis cõibus appropriatis, i. æquiuocis. nõ. n. nomina quę in hoc quinto diſtinguit, ſunt æquiuoca omnino, ſed analoga. & ſubſcribens differentiam Auer. inter elementũ, & principium, & cauſam, vult, vt elementũ ſolum dicatur de Quæ Auer. cóm.4. cauſis inſitis, & ita de forma, & materia, ſed dignius de materiali cauſa, principium vero dignius de cauſis exterioribus, cauſa vero eſt minus vniuerſalis ꝗ ſit principium, qm̃ cauſa ſolum dicitur de quatuor cauſis, at principiũ dicitur & de cauſis, & de motus initio. Qua ratione fit, vt particula illa { ex quo } innuat principiũ eſſe in genere cauſæ materialis, vt Auer. expoſuit. ſecũda vero particula eſt { primo quippiam componitur } per quã innuit differentiam elementi ac materias proximas, quæ non ſunt primæ in ipſa compoſitione: & propter hoc vt Expoſitor inquit, cuprum non eſt elementum ſtatuæ, qm̃ cuprum habet aliam materiam, ex qua ipſum fit. nec corpus inſtrumentarium eſt elemẽtum animalis: quia eo adhuc eſt alia materia prior. vnde & Auer. per hoc, quod dixit primo quippiam cõ Quæ Auer. cóm.4. ponitur, excludit illud, ex quo res componitur ſecundo. Compoſitiones. n. quæ ſunt in eadem re, quædam ſunt primę, & quædam non primæ. At elementum proprie eſt illud, quod non componitur ex alio elemẽto priore omnino. Tertia particula eſt { ita, vt inſit }

per

per quã differt à materia alterationis, qualis eſt alimẽtum, ex quo generatur ſanguis. differt ẽt ab ipſo cõtrario, & ab ipſa priuatione, ex vnoquoq;.n. horũ aliquid primo fit. ſed nullum horum ineſt in re ipſa facta. vnde Auer. & per hoc quod dicit {ita vt inſint} aſſignauit differentiam inter elementum proprie dictum, & materiã, quæ tranſmutatur, cum aliquid generatur ex ea. Sicut cum caro generatur ex ſanguine, nã ſanguis non dicitur elemẽtum carnis, quia non remanet in carne. Quarta particula eſt, indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem} in dictione Alex. legitur {indiuiſibile ſpecie} vbi non habetur verbũ illud {in aliam ſpeciem} in alia vero dictione ſic legitur {indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem, ſed indiuiſibile ſpecie in eandem ſpeciem} Quæ omnia ſunt ſuperflua, q̃m ſatis eſt dicere, vt ſit indiuiduum ſpecie. nam quod ſpecie indiuiduum, vt Alexã. inquit, id in aliam ſpeciem diuidi non poteſt, q̃m quod eſt ad hunc modum indiuiduum, id ſi diuidatur, dubio procul in partes eiuſdem rõnis diuidetur, hoc autem dixit, q̃m non quantitate indiuiduum eſt elementum, ſed ſpecie. Circa vero hanc vltimam particulam digladiãtur Iuniores contra Expoſitorem. nã Expoſitor vult, vt hæc definitio non ſit data de prima materia, ſed de omnibus, quibus omnes hæ particulæ cõpetunt, videlicet literis, atomis, ſiue quatuor corporibus, quæ ſunt ignis, aer, aqua, & terra, atq; primis demonſtrationibus. His. n. omnibus, & non primæ materiæ competunt particulæ aſsignatæ, q̃m non competit primæ materiæ, vt ipſa ſit ſpecies indiuiſibilis, q̃m materia prima nec eſt ſpecies, nec eſt in ſpecie, nec ſpeciẽ habet, quare non poteſt dici ſpecie indiuidua, cum nullã habeat ſpeciem, nec formam in ſui eſſentia: qua dicatur indiuidua Contra obiiciunt Iuniores, & primo diluunt argumentum Expoſitoris, aſſerentes Ariſt. non eſſe locutum hic de ſpecie proprie, quę dicitur generis, ſed eum accepiſſe dicunt ſpeciem pro ratione formali, vt ipſi loquuntur, & hoc pacto materia proprie eſt elementum q̃m ratione formali eſt indiuidua, cum non ſit reſolubilis in partes alterius rationis. Secundo cõcludunt rationem elementi, quam hic Ariſt. expoſuit, non competere corporibus ſimplicibus, Primo quia diuiſibilia ſunt in materiam, & formam, quæ ſunt partes alterius rationis. deinde quia Ariſt. more antiquorum quatuor illa corpora nominat vocata elementa, & non ſimpliciter elementa, quod pro tanto verum eſſe videtur, q̃m ſola materia eſt elementũ in rei veritate, quatuor aũt corpora vocantur. Sed quæ hi dicunt, friuola ſunt, primo quia nec Auer. nec Alex. materiam primã elementum proprie dicit, deinde quia per exempla enumerans omnia elemẽta, quæ proprie dicuntur, nullam mentionem fecit de prima ipſa materia. Inſuper Ariſt. eſſe locutum de ratione formali, & non de ſpecie generis, dicunt, & nulla authoritate probare poſſunt. Argumenta vero eorum diluuntur, primum quidem, q̃m licet vnumquodq; corporum ſit diuiſibile in partes alterius rationis videlicet in materiã, & formam quæ alterius rationis ſunt, quia tñ non eſt diuiſibile in elementa alterius ſpeciei. ideo vnũquodq; eſt indiuiduum ſpecie, & ſic vnũquodq; erit elementũ, diluitur etiã ſcd'm. nam Ariſt. compluribus in locis quatuor illa corpora abſolute elementa dicit, vt patet ijs, qui legerunt volumina eius: quod non eſſet conueniens, niſi eis apta eſſet ratio elementi hic aſſignata. Quod vero interdum ea dicat vocata elementa, hoc facit vt innuat veteres vocaſſe illa quatuor elementa ſine ratione. nam ſic illa vocarunt, & ignorauerunt rationẽ elemẽti, qua ſic debebant vocare. quaſi velit ꝙ ſint ab eis vocata, non tamen intellecta.

Qua Auer. Com. 4.

Vt uocis elementa ea ſunt, ex quibus componitur uox, & ultima, in quæ diuiditur. quæ quidem non ulterius in alias uoces diuerſas à ſe ſpecie diuiduntur. ſed, ſi diuidantur. partes ſunt eiuſdem rationis, ut aquæ pars aqua eſt, ſed non ſyllabæ ſyllaba.

Nunc manifeſtat hanc elementi definitionẽ in exẽplis, in quibus vtimur nomine elementi. & primo in literis, quas vocum, dictionũq; elementa vocamus. & dicit {Vt vocis elementa ſunt ea}. ſ. prima {ex quibus cõponitur vox, &} ſunt {vltima, in quæ diuiditur} & exponit Auer. per vocem ſyllabam. nã ſyllaba diuiditur vltimo in conſonantem & vocalem, & componitur primo ex eiſdem: ergo literæ ſunt elementa ſyllabæ. Alex. aũt exponit per vocem orationem, dicit. n. ſyllabæ aũt iccirco non ſunt elementa orationis, q̃m in literas diuiduntur, quæ ſpecie diſcrepant. & pari ratione nec dictiones ſunt elementa or̃onis, q̃m diuiduntur in ſyllabas, quæ ẽt ſpecie diſcrepant: ergo literæ tantum ſunt orationis elementa, q̃m oratio ex eis primis componitur, & in ea vltima diuiditur: ẽt literæ ſunt ſyllabarum & dictionum elemẽta propter eandẽ rationẽ. & quia aliquis dicere poſſet literam etiã diuidi, vt patet de vocali longa, quæ diuiditur in duo tempora, ideo ſubdit {quæ quidem}, ſ. literæ {non vlterius in alias voces} diuerſas {à ſe ſpecie diuiduntur}, ſ. ex quibus vnaquæq; litera componatur primo {ſed} ſi literę ipſæ {diuidantur, partes ſunt eiuſdem rationis} q̃m ſunt tempora: nã vocalis longa diuiditur in duo tempora, quæ ſunt partes accidentales ipſius vocalis, quæ partes accidentales ita ſunt eiuſdem rationis {vt aquæ pars aqua eſt} ſicut tẽpus breue, tẽpus eſt, & longum etiã tẽpus eſt {ſed non} ſic {ſyllabæ} pars prima eſt {ſyllaba} ex qua primo cõponitur, & in quam vltimo diuiditur: ſed litera eſt elementum ſyllabæ. nam litera diſcrepat ratione. dicit tñ Alex. & bene hanc additionem eſſe ſuperuacuã. nam ſatis intelligitur, cum elementum ſpecie indiuiduum eſſe diceret, q̃m quod eſt ad hunc modũ indiuiduum, id ſi diuidatur, dubio procul in partes eiuſdem rationis diuidetur: Sed Iuniores, quorum ſtudiũ ſemper fuit in contradicẽdo, contra hanc Expoſitoris declarationem obijcit. primo, quia non litera dicitur longa, aut breuis, ſed ſyllaba. non. n. dicitur vna altera longa, alia breuis, quo litera eſt, ſed quo litera conſtituit ſyllabam. deinde obiiciunt ẽt, quia dato ꝙ ita eſſet, adhuc expoſitio hæc non videtur ad mentem Ariſt. q̃m partes tẽporis non ſunt partes eſſentiales literæ, quæ rationem habeant elementi, ſed partes accidentales, cum tẽpus accidentaria menſura ſit literæ, vel ſyllabæ: propterea volunt vt Ariſt. loquatur ex conditione, modo in conditionali ſtat antecedens & conſequẽs eſſe impoſſibile & conditionalem eſſe neceſſariam: & hoc pacto exemplum põt eſſe conueniens. Sed non eſt hoc, quod Iuniores dicunt ſine admiratione. primo, quia vbi inueniri poteſt exemplum categoricum, non debemus aſſignare exemplum hypotheticum: modo ad propoſitũ Ariſt. inuenitur exemplum categoricum: nam, poſtq̃ Ariſt. negauit literam diuidi in partes diſcrepantes ratione, quæ eſſentiales partes, dicuntur, & elemẽta, ſubdit {ſed ſi diuidantur}, ſ. literæ ipſæ {partes}, ſ. in quas

Qua Auer. com. 4.

Ant. And. in hoc loco. cuius deluſionẽ ampliorẽ lege in defenſionibus editis poſt cõmentaria D. Tho. ſup Meta.

diuiduntur{ſunt eiuſdem rationis}.i.quantitatiuæ, & accidentales, vt Auer. expoſuit. dicit.n.ſic, ſed ſi diuidantur, elementa diuidentur ſm quantitatem, & ita ſecundũ partes temporis, & tunc partes eorum ſunt indiuiſibiles ſm formam, i. ſm ſpeciem. ſicut aqua, & terra, & ignis, & aer vnumquodq;. n. horum ſpẽ indiuiduum eſt, omnia. n. compoſita ex iſtis in illa diuiduntur ſm formam, ſed hæc non diuiduntur in alia ſecundum formam, ſed ſm quantitatem, & in partes conſimiles ſm formam. ecce quomodo Auer. exemplũ accepit in ſenſu categorico. Rationes vero contra hanc expoſitionem diluuntur. prima quidem, quia iſti parum ſunt experti in ſcanſionibus metrorum, nam ſyllaba dicitur breuis, aut longa propter vocalem, & ita propter literam, cum vocalis ſit litera: & licet litera non dicatur longa, aut breuis, quo litera eſt, non ſequitur, vt litera ſit longa, aut breuis, quo conſtituit ſyllabam. quia apud græcos η, & ω ſunt ſemper longæ, etiã ſi nullã conſtituerent ſyllabã. Sed ſequitur, vt ſit longa aut breuis, quo vocalis eſt habens duo tempora, vel vnum. diluitur ſecunda, qm̃ Ariſt. non dicit literã diuidi in elementa, ſed dicit{ſed ſi diuiduntur, partes ſunt eiuſdẽ rõnis} per quæ dedit intelligere literam non diuidi in elementa priora, quæ diſcrepent ratione, ſed in partes eiuſdem rationis, quę ſunt partes accidentales, & tempora eiuſdem rationis. & vbi ſic diuideretur litera, nõ remoueretur à ratione elementi. quia, vt Auer. dixit, ſtat elementum eſſe ſpẽ indiuiduum, & diuidi in partes quantitatiuas. Miror autẽ Iuniores hoſce, qui cum omnia, quæ dicunt, ab Expoſitore accipiant, velint cõtra eum in tam minimis calcitrare: potiſſimum cum perperam intelligãt, vel nolint intelligere. Immo ſi legiſſent enarrationes Alex. & commentaria Auer. adhæſiſſent expoſitioni quam attulit Expoſitor.

Quæ auer. Com.4.

Similimodo & ea corporum elementa ueteres dicunt, in quæ ultima ipſa corpora diuiduntur, & quæ non in alia corpora differentia ſpecie diuiduntur. & ſiue unum, ſiue plura ſint talia, hæc elementa appellant.

Exemplum in naturalibus.

Affert ſecundũ exemplum de elementis ſm tres opiniones. quarum prima fuit Democriti, quia atomos, i. corpuſcula indiuidua compoſitorum corporum elementa faciebat. ſecunda fuit Empedoclis, qui ex quatuor corporibus ſimplicibus igne, aere, aqua, & terra cuncta alia generabat: quam opinionem Ariſt. probauit, inquantum ponit quatuor illa eſſe non omnium, ſed mixtorum tãtum elementa, ac principia. tertia aũt fuit eorum, quibus corpus aliquod ex quatuor, vel medium elementum eſſe placebat. nã per hos omnes elementa indiuidua ſunt ſpecie, per eos vero, qui atomos aſſerebant, non ſpecie tantum, ſed etiam magnitudine indiuidua eſſent. Et dicit {ſimili modo & ea elementa veteres dicunt} eſſe {corporum} ſcilicet quæ generantur, & corrũpuntur{in quæ vltima ipſa corpora}, ſcilicet quæ generantur, & corrumpuntur, diuiduntur, & quæ non in alia corpora differentia ſpecie diuiduntur, vt ſunt atomi, & quatuor corpora ſimplicia, & q̃ media ſunt{& ſiue vnum, ſiue plura ſint talia hæc elementa appellant} quatenus videlicet in ea vltima corpora, quæ generantur, reſoluuntur, & ex eis primis fiunt, & non ſunt ſpecie diuiſibilia: nam hæc omnia indiuidua ſunt ſpecie, & atomi non ſpecie tantum, ſed vel magnitudine indiuidua ſunt.

Deſignationũ.

Similiter & deſignationum, & omnino demonſtrationum elementa dicuntur. primæ nãque demonſtrationes, quæ etiam in pluribus demonſtrationibus inſunt, hæ elementa demonſtrationum uocantur. ſunt autem tales hæ, quæ primæ ſunt ex tribus per medium unum.

διαγραμμά των. Rerum geometricarum deſignatarum.

Hic aſſignat tertium, & quartum exemplum ſimul, quãuis Expoſitor, & fortaſſe Alex. per deſignationes, & demonſtrationes idem exemplum, & vnum intelligant, & dicit{ſimiliter & deſignationum, & omnino demonſtrationum elementa dicuntur, ſubaudi in quæ vltimo reſoluuntur, & ex quibus primis componuntur. vnde legit ſic Expoſitor, ſimili modo{dicũtur elementa} quæ ſunt elementa {deſignationum}, i. geometricarum demonſtrationum{& omnino}. i. generatim {demonſtrationũ}, ſ. quæ ſunt cæterarum ſcientiarum. Et propter hanc cauſam liber geometriæ Euclidis, dicitur liber elementorũ, quia eſt de primis geometricis demonſtrationibus, quæ ſunt elementa cæterarum demonſtrationũ poſteriorum. Quã expoſitionem videtur habere Alex. cum inquit, quia. n. prima, & ſimplicia ſunt, & conſequẽtibus inſunt, idcirco in geometria vocantur elementa, quæ neq; ex alijs ſimul poſitis cõſtant, neq; in demonſtrationibus in diuerſa ſpecie diuiduntur. At Auer. intelligit duo exempla, videlicet tertium, & quartum: nam per diagrammata, intelligit elementa figurarum deſignatarum in geometria. verbi gratia triangulum, qui qm̃ primus eſt, & ex nulla alia figura conſtãs, dicitur elementum cæterarũ figurarum, quæ in geometria deſignantur, vt quadranguli, quinquanguli, & cæterarum deinceps. Corpus etiã igneum apud nonnulos naturales eſt elementum corporum, quæ generantur. aut aliter intelligi poteſt per elementa diagrammatum videlicet puncta, quæ ſunt elementa linearum deſignatarum, & lineas elementa planorum, & plana elementa corporum: & hoc ſecundum eorum ſententiam, qui aſſerebant corpora componi ex indiuiſibilibus: prope quam opinionem eſt ſententia eorum, qui dicunt corpora cõponi ex atomis, q̃ corpuſcula ſunt indiuidua. Deinde aſſignat quartum exemplum, & dicit{& omnino}ſubaudi primæ demõſtrationes {dicuntur elementa demonſtrationum}, ſ. poſteriorum in qualibet ſcientia. deinde exponẽs quid ipſe intelligat per primas demonſtrationes, quæ ſunt elementa poſteriorum demonſtrationum, dicit{primę nãq; demonſtrationes, quæ ẽt in pluribus demonſtrationibus inſunt, hæ elementa demonſtrationum}, ſ. in quibus inſunt, {vocantur} deinde exponit quæ ſunt, quæ in pluribus inſunt, & dicit {ſunt aũt tales hæ, quæ primæ ſunt ex tribus per mediũ vnum} huius rei vna expoſitio eſt Alex. quam ſequitur Expoſitor, vt Ariſt. intelligat per primas demõſtrationes{quæ primæ ſunt ex tribus per medium vnum} illas, quæ ſunt ex tribus terminis, quorum trium terminorum, vnus eſt terminus. ſ. carens medio, & ita intelligit demonſtrationes, quæ fiunt ex propoſitionibus primis, & immediatis, q̃ ideo primæ dicuntur, qm̃ concluſiones harum ad demonſtrationem ſumuntur eorum, quæ poſterioribus demonſtrantur: Quam expoſitionem ſectatur Auer. cum ait, primæ. n. demonſtrationes ſunt, quæ componuntur ex primis propoſitionibus, & hæ elementa ſunt omnium demonſtrationum, quæ componũtur ex eis. demonſtrationes. n. compoſitæ diſſoluuntur in demõſtrationes ſimplices, iſtæ aũt non diſſoluuntur in alias, quia ſunt ex propoſitionibus primis medio vacãtibus. Vnde Expoſitor ait, illæ demonſtrationes, quæ ſunt in

Quæ Auer. Com.4.

Nõ eſt approbãda hæc ſententia.

tribus

tribus terminis tantum, dicuntur eſſe aliarũ elementa, nam ex his cõponũtur aliæ demonſtrationes, & in eas reſoluũtur. nã ſecunda demonſtratio accipit pro principio concluſionẽ primæ demonſtrationis, & quia inter illius concluſionis terminos intelligitur medium, quod fuit primæ demonſtrationis, ſecunda demõſtratio erit ex quatuor terminis, videlicet ex duobus extremis, & duplici medio, altero implicito, altero explicito. Prima vero ex tribus tantũ. Simili ratione tertia demõſtratio erit ex quinque, quarta ex ſex, & quia ſemp demonſtratio ſequens vnũ terminum addit, fit, vt demonſtrationes primę in poſtremis includantur. demũ Expoſitor affert exempla in literis, quæ perſpicua ſunt. Hæc eſt vna expoſitio Alex. quam & Auer. & Expoſitor ſequuntur. Aliter ẽt exponi poteſt ſm Alex. vt intelligamus per primas demonſtrationes, ſyllogiſmos, qui habentur in prima trium figurarum, quales ſunt primi primæ. Syllogiſmi.n. aliarum figurarum in hoc eſſe habent, ꝙ ad ſyllogiſmos figuræ huius reducantur. & cũ dicit {quæ primæ ſunt ex tribus per medium vnum} intelligit ſyllogiſmos primæ figuræ, qui ex tribus terminis conficiuntur, quorũ vnus eſt medius terminus. vel intelligit {quę primæ ſunt ex tribus figuris}. ſ. figuris {quorum}. i. quarum trium figurarum vnus eſt medius terminus. nam omnes tres figuræ habent vnũ medium. harum ergo trium figurarum, quarũ medium eſt vnum, ſyllogiſmi primæ figuræ ſunt elementa cæterorum ſyllogiſmorum, qui ſunt in cæteris figuris, qm̃ in cæteris figuris ſyllogiſmi non ſunt, niſi quia reducuntur ad primos primæ figuræ, addidit aũt, quarũ mediũ eſt vnum, ne putes ſyllogiſmorum primæ figuræ medium eſſe vnum, non aũt ſyllogiſmorum cæterarũ figurarum medium eſſe vnũ. ideo quaſi generatim in omnibus tribus figuris, ſubdit {quorum}. ſ. trium figurarũ {medium eſt vnum.}

Nõ digna verborum textus hæc expoſitio videtur quãquam uerũ ſit quod dicitur.

Elementũ improprie.

Hinc etiam per tranſlationem elementum id omne appellant, quod unum eſt, & paruum, & ad multa utile. Quamobrem & id, quod eſt paruum, & ſimplex, & indiuiſibile elementum uocatur.

Cum expoſuiſſet illud, quod dicitur elementũ proprie, & aſſignaſſet illius definitionẽ, nunc exponit quid eſt elementũ tranſlatitie dictum. & hoc eſt ſm ſignificatũ elementi: & qm̃ deſcriptio elementi ſecundo modo dicti ſequitur ex deſcriptione, quæ cõpetit elemento proprie dicto, ideo dicit {Hinc}, i. ex deſcriptione elementi proprie dicti {etiã per tranſlationem elementum, id omne appellant, quod vnum eſt, & paruum, & ad multa vtile} tale nãq; non eſt proprie elementũ, ſed per tranſlationem. Eſt.n. elementum id, ex quo primo inſito res conſtituitur, qualia, quæ nunc dicuntur, non ſunt. Genera.n. quæ per tranſlationem elementa dicũtur, non ſunt ex quibus primis inſitis res conſtituũtur. Quòd aũt per tranſlationem elementum hoc pacto ſe habens ſit elementum, declaratur. nam ex eo, quia elementũ proprie dictũ eſt ſpecie indiuiduũ, per tranſlationem acceperunt elementũ eſſe vnum: & ex eo, quia eſt primum, acceperunt elementũ eſſe paruum, i. ſimplex. ex eo deniq; quia elementũ eſt ex quo alia fiunt, dixerunt elementum eſſe ad multa vtile. ergo elementum per tranſlationem omne illud eſt, quod eſt vnum, & ſimplex, & vtile multis. ex hac declaratione concluditur quaſi tertiũ ſignificatũ elementi ẽt quod tranſlatione dicitur, vt ſit elementum id, quod eſt paruum, ſimplex, & indiuiſibile, ſiue ſit vtile multis, ſiue non & per paruum & ſimplex intelligit idem, per indiuiſibile intelligit vnum, omne.n. vnum & ſimplex eſt elementum tranſlatiue, ſiue ſit vtile multis, ſiue non: & hoc ſubdit {quamobrem & id, quod eſt paruum, & ſimplex & indiuiſibile, elementum vocatur} ſiue ſubaudi ſit vtile multis, ſiue non.

Vnde emerſit ea, quæ maxime uniuerſalia ſunt, elementa eſſe. quia unumquodq; ipſorum unum eſt, & ſimplex, & in multis: quoniam aut omnibus, aut quamplurimis ineſt. Ipſum etiam unum, punctumue principium eſſe quibuſdam uidetur.

Nunc aſſignat exempla, & primo aſſignat exẽplum elementi, quod dicitur tranſlatitium primo modo: & dicit {vnde emerſit ea, quæ maxime vniuerſalia ſunt, elementa eſſe} & per ea, quę maxime vniuerſalia ſunt, innuit ſuprema genera. primo {quia vnũquodq; ipſorum vnum eſt, & ſimplex, & in multis}. ſ. vtile; & ꝙ in multis, probat, & dicit {qm̃} vnumquodq; horum {aut omnibus, aut quamplurimis ineſt} ergo vnũquodq; horum eſt vtile multis. deinde, quia vnumquodq; horum eſt vnum, & ſimplex, cuius rationẽ affert Alex. ex eo, qm̃ primorum generum ne definitio quidẽ habetur. Ergo vnumquodq; horum eſt vnum, & ſimplex. Expoſitor aũt ait vnumquodq; primorum generum eſſe vnum ratione, atq; conceptu, ſimplex vero, qm̃ definitio cuiuſq; eorum non coponitur ex diuerſis. dixit aũt {in omnibus, aut quamplurimis in eſt} qm̃ fuerunt, qui ens ipſum genus eſſe putarent, quod ſi verum ſit, in omnibus ineſſet. q. d. ſiue vnumquodq; ſupremum genus ſit in omnibus, vt ipſum ens, ſiue in quam plurimis ſicut alia ſuprema genera. deinde aſſignat exemplum elementi. quod dicitur tranſlatitium ſecundo modo, & dicit {ipſum ẽt vnum} ſiue vnitas {punctumve principium}. i. elementum {videtur} qm̃ tam punctum q̃ vnitas eſt ſimplex, & vna. Alex. vero rationem affert ex eo, qm̃ hæc minima ſunt, & omnino indiuidua. quia vero ex his nihil omnino componitur, non dicuntur vtilia ad rerum ſubſtantias. dicitur tñ punctus magnitudinũ elementũ, quia in omni magnitudine ineſt. ex vnitatibus vero coniunctis licet numerus cõſtituatur, non tñ ex eis fit vna ſubſtãtia cõtinua. Sed dices, nonne vnũ cõmune cunctis eſt, veluti genus: igitur vnum eſt vtile, & ita erit elementum primo modo tranſlatitium. Sed ſoluitur, quia aliud eſt vnum, quod eſt elementum numeri, & aliud vnum quod conuertitur cum ente. vnũ .n. quod eſt elementũ numeri, eſt vnum prædicamentarium, vnum vero, quod conuertitur cum ente, eſt vnum tranſcendens.

Cum igitur ea, quæ genera uocantur, uniuerſalia ſint, & indiuiſibilia (una eſt enim ratio ipſorum) genera ipſa nonnulli elementa inquiunt eſſe: & magis q̃ differentiam. nam genus uniuerſale magis eſt. cui nãq; differentia competit, ei continuo genus etiam ineſt. At cui competit genus ei non omni differentia ineſt.

Ex dictis nunc diluit decimam quæſtionem, q̃ mota eſt tertio huius, quæ erat, vtrum elementa ſit genera, & reſpondet ꝙ ſic, & dicit {cum igitur ea, quæ genera, vocantnr, vniuerſalia ſint, & indiuiſibilia}. i. cũ igitur ea, quæ ſuprema genera vocantur, ſint ſic, vt vnũquodq; eorum ſit vnum, & ſimplex, cuius rationẽ interponit, & dicit {vna eſt.n. ratio ipſorum} cum definitio eorum non componatur ex rebus diuerſorum pre- Cõm. 10.

dicamentorum, ergo vnumquodq; eorum eſt vnum, & ſimplex, etiam eſt in multis{genera ipſa}.ſ.ſuprema {nonnulli elementa inquiũt eſſe} & ſic patet ſolutio quæſtionis. deinde ſoluit vndecimam quæſtionem eo libro motam, videlicet ſi genera ſuprema ſint elementa, vtrum magis q̃ ſpecies, & ſoluens inquit{& magis q̃ differentiam}.i.q̃ ſpeciem, quæ conſtituta eſt per differentiam, & aſſignat rationem, & dicit{nam genus vniuerſale magis eſt}& ita magis vnum, & ſimplex, & in pluribus q̃ ſpecies, cuius rationem affert, & dicit{ cui nãq; differentia competit}.i.ſpecies conſtituta per differentiam{ei continuo genus etiam competit. At cui competit genus, ei non omni differentia ineſt}&ſic ſoluta eſt quæſtio vndecima.

Omnibus autem eſt cõmune elementum eſt cuiuſq; id, quod cuiq; primum ineſt.

Dixit tria ſignificata elementi, quorum primũ eſt, vt ſit id ex quo inſito, & primo res componitur, ſecundum, vt ſit vniuerſale indiuiſibile definitione, vt genera ſuprema. tertium vt ſit indiuiduũ quantitate: quorũ ſignificatorum primum dicitur elementũ proprie, cætera duo elementa traſlatitie. hæc Auer. quæ cum ita ſint, aſſignat vnum quod eſt omnibus ſignificatis elementi cõmune, videlicet vt ſit primum. & quia eſt primum compoſitione, relinquetur vltimum reſolutione, & dicit{Omnibus autem}.ſ.elementis{eſt commune, elementum eſſe cui vſq; id, quod cuiq;}.ſ.mixto, cuius eſt elementum{primũ ineſt}nam ſic erit primũ, & vltimum non tñ eſt intelligendum, vt ſic omnibus elementis competat eſſe primũ, vt ſolis ẽt competat, qm̃ eſſe primum competit cauſis, quæ non ſunt elementa.

Quæ Auer. Com. 4.

Materia prima hoc modo fortaſſe elemẽtum appellari conſueuit.

TEX. 5. *Natura.* φύσισ.

CAP. V.

Natura dicitur uno modo eorum, quæ naſcuntur, ac pullulant generatio. ut ſiquis porrigens dicat y.

Nunc aſſignat ſignificata huius nominis natura, q̃ grecę dicitur φύσισ ſed occurres, qm̃ videtur, vt ſignificata naturæ attineant ad Naturalem philoſophum, & non ad Metaphyſicũ. Reſpondet Expoſitor, ideo eſſe agendum de natura in hac ſcientia, quia natura ſm̃ ſui quandam acceptionem de omni ſubſtantia dicitur, & ita cadit in conſideratione primi philoſophi, quemadmodũ & ipſa vniuerſalis ſubſtantia, Auer. vero aſſignat multiplicem rationẽ, cur hic de natura conſideretur. primam quidem, quia natura dicitur de cauſis, & cum hæc ſcientia conſideret de cauſis, ideo oportet, vt conſideret quot modis dicatur natura. nec ab ratione, qm̃ hoc nomen natura, quo metaphyſicus vtitur, eſt vniuerſalius eo, de quo agit naturalis. Secundam, qm̃ metaphyſicus diſputat cum eis, qui negant naturam eſſe, ſaltem ex conceſsis ab eis: ergo oportet vt diſtinguat nomen naturæ. Tertiam vero, quia hic agitur de omnibus cauſis, modo natura enumeratur inter cauſas. ergo debet agi de natura ſaltẽ, quatenus eſt cauſa. Quartam deniq; aſſignat ex opinione Auicennæ licet falſa, videlicet quia ipſe exiſtimauit in hac ſcientia demonſtrari naturam eſſe, ẽt naturalem philoſophum accipere hoc à metaphyſico. ergo hic debet diſtingui nomen naturæ. verum hæc opinio Auicennę reprobata eſt ab eo ſecundo phyſicæ auſcultationis, & lib. 1. ideo ſatis ſint primæ rationes. Aſſignat ergo primum ſignificatũ huius nominis natura, & dicit{natura dicitur vno modo eorum, quæ naſcuntur, & pullulant, generatio}quę generatio in ſtirpibus dicitur germinatio proprie, in animalibus vero fœtura. licet fuſe vtraq; in vtriſq; dici poſſit. huius rationem aſſignauit Ariſt. ſecundo de phyſico auditu ex eo, quia qđ fit, id naſci, & quaſi germinari dicimus, & quod in generationem ducitur, ẽt in naturam duci dicimus. omnis. n. progreſſio in ſpeciem perfectam eſt generatio. addit { vt ſi quis porrigens dicat y}dicit aũt y, vt Alex. inquit, quod in uerbo φύσισ.i. natura habetur in hoc ſignificato. nam φύσισ y correpto, in alio ſignificato intelligitur. ſic igitur natura accipitur preſſe ſolum in viuentibus pro generatione, quæ in ſtirpibus germinatio, in animalibus fœtura appellatur. Quare hoc pacto accepta natura, generatio rerum inanimatarũ nullo pacto dicetur natura.

Quæ auer. Com. 5.

Cõ. 3. & 22. Com. vlti.

Alio modo id, ex quo primo naſcitur id, quod naſcitur, ita ut inſit,

Nunc aſſignat ſecundũ ſignificatũ nominis natura, volens, ꝙ alio modo natura ſignificet materiam. materia. n. ex qua prima inſita rei efficiendæ generatio fit, natura eſt. neq;. n. perinde res fiũt ex materia, vt ex priuatione, ac oppoſitis fieri dicuntur, cum hæc non inſint rei efficiendæ. quia vero non ſolũ dixit inexiſtens, ſed addidit primum, non proximã cuiuſq; materiam, ſed primam ſignificauit, quã materiam Antiphon naturam eſſe ſtatuebat. vnde dicit{alio modo id}, ſ. {dicitur natura, ex quo primo naſcitur id, quod naſcitur, ita, vt inſit} dixit aũt naſcitur pro efficitur, ſeu generatur, vt Alex. inquit. Expoſitor autem ait ex eo, quia natiuitas natura dicta eſt, ſecutum eſſe modum ſecundum, vt. ſ. generationis principium, ex quo aliquid generatur primo inſito, natura dicat̃. ſed hoc quod Expoſitor inquit, in ipſa forma habet locũ, qm̃ Ariſt. 2. phyſicæ auſcultationis per hanc rationem probauit formam dici naturam, & non materiam. tu vero conſidera: qm̃ etiam materiæ hæc ratio applicari poteſt, licet non ita expreſſe. Quod autẽ Iuniores dicunt, naſci hic accipi pro generatione, quæ eſt in viuentibus, non recte ſentiunt. qm̃ Alex. naſcitur pro efficitur, ſeu generatur expoſuit. nec eſt verum hunc modum conciderecum quarto, ſi naſci accipitur pro generatur, ſeu efficitur, vt eo loco patebit.

Præterea id, unde primus motus in unoquoq; eſt eorũ, quæ natura ſunt, quatenus ipſum eſt.

Expoſitor circa hanc dictionem ait per ſimilitudinem natiuitatis ad alios motus, vlterius proceſſiſſe huius nominis ſignificationem, vt natura tertio modo dicatur id, vnde eſt principium motus in quolibet ente naturali. Alex. aũt dicit tertio modo natura dicitur forma naturalis, hoc. n. ſignificat, cũ ait{præterea id, vnde primus motus in vnoquoq; eſt eorum, quæ ſunt, quatenus ipſum eſt} nam principium motus naturalis eorum, quæ natura conſiſtunt, per formam cuiq; ſuppetit, & hæc eſt cauſa naturalis motus ſingulis corporibus naturalibus. per formam. n. terra eſt terra & ignis ignis, homoq; homo: quæ ratio eadem eſt in cæterorũ animalium quoq; verum, vt Alex. ſubdit, in animalibus forma, q̃ eſt natura, eſt anima, in rebus vero ſimplicibus eſt propenſio, qua. n. aqua eſt, qua terra, qua ignis, principium habent in ſe motus naturalis. ex his colligitur de mente Alex. tertio modo naturam in aliquibus eſſe animam, in aliquibus eſſe formam, quæ po-

teſt

teſt dici propenſio, qua ens naturale inclinatur ad motum ſibi naturalem. vtrũ vero hæc propenſio ſubſtantia ſit, aut accidens à lib.5. phyſicæ auſcultationis petendum eſt. adiecit aũt{quatenus ipſum eſt}q̃m poteſt quiſpiam moueri per artem, quæ quidem non eſt natura, vt qui ſibi medetur non tñ quatenus ægrotat in ſe principium motus obtinet, ſed per accidens, ſed neq; qua homo eſt, recipit ſanitatem. nã motus, quibus mouetur homo, qua homo eſt, per formam, & inſitam ei naturam illi contingunt: quę quidem in animalibus eſt anima, & hoc, quod dixit{quatenus ipſum eſt}æquiualet ei, quod dictum in phyſica auſcultatione per ſe, & non ꝑ accidens. vbi, cũ dixit naturã eſſe principiũ motus eius, in quo primum ineſt, adiecit, per ſe, & non ex accidenti, qua adiectione idẽ ſignificauit ei, quod hoc in loco ait, quatenus ipſum eſt. & cũ dixit{primus motus} vel ſignificat motum localem. latio.n.(vt demonſtratũ eſt) prima inter motus habetur. & omne corpus naturale latione moueri aptum eſt, non item accretione, aut alteratione, vel{primus}dicit, quia corporibus tanq̃ naturalibus ineſt, terræ, vt terra, animali, vt animali. nã & per artem eadem moueri poſſunt, ſed eiuſmodi motus poſterior eſſet. Quod ſi hoc ſecundo modo intelligatur, verbum{quatenus ipſum eſt}exponeret verbum primis ex his, quæ hic Alexan. inquit, patet error quorundã iuniorum, qui naturam hoc tertio modo ſumptam volunt eſſe accipiendã pro principio paſſiuo: cum Alex. plane dicat tertio modo naturam dici formam naturalem, non quo mouet, ſed qua agens naturale mouet ſe, vt animal: vel qua inclinatur ad motũ ſui. vt inanimata: vt declarauit Alexan. ſed tribus argumentis occurrũt Alex. primo quia violẽtum à naturali differt ex parte principij paſsiui, quo naturaliter aliquod inclinatur. vnde Ariſt. aſsignans cauſam, quare elementa naturaliter mouẽtur ad ſua loca, ait cauſam eſſe, quia ſic apta ſunt moueri. modo nũq̃ paſſum propter principium actiuum inſitum eſt aptum ſic moueri ſed propter principium paſſiuũ, quo ſic inclinatur. diſſoluitur aũt hæc ratio, q̃m vel per principium paſſiuũ iſti intelligunt materiam in ſe, vel cum forma aliqua: ſi iſti intelligunt materiã in ſe, reſpectu materiæ in ſe nullus dicitur motus violẽtus, q̃m qua materia eſt, poteſt recepere omnem formã. ergo intelligit materiam cum aliqua forma, & ita ratione formæ, quæ eſt anima, in animalibus erit motus, & ratione propenſionis in non animatis, & hoc dixit Alexan. quare concedo paſſum propter principium actiuum inſitum eſſe aptũ moueri, vt quo, propter agens vero, vt quod. & ad hunc ſenſum Ariſt. ait elemẽta eſſe apta moueri ad ſua loca, per propenſiones, vt quibus: ab ipſo vero generãte, vt q̃d. Secundo obijciunt, quia natura, vt eſt principium motus naturalis, eſt internũ principium, ſed natura rõne, qua eſt principium internum, eſt paſsiuum, & non actiuum. & hæc obiectio ẽt friuola eſt, q̃m Alex. concedit naturam, vt eſt principium motus naturalis, eſſe internum principium, negaret autem naturã vt ſic eſſe principium paſsiuum, immo diceret eſſe formã, quæ in animalibus eſt aĩa, & in rebus carentibus anima, eſt propenſio, quæ ſe tenet ex parte actiui principij, ſaltem, vt quo. Tertio obijciunt, quia mouens, & motum, vt concurrant in eodem, eſt per accidens. quia poſſunt ſeparari. iterũ hæc friuola eſt, q̃m licet principium actiuũ, vt quod, non poſsit ſimul eſſe, cum principio paſsiuo, tñ principium actiuum vt quo eſt in materia, cum qua efficit compoſitum naturale aptum moueri. ex ijs, quę dixit Alex. clare conſtat naturam, quæ definitur ſecundo auſcultationis phyſicæ, eſſe formam, & non materiam, neq; agentem cauſam.

Naſci autem ea dicuntur, quæ per aliud incrementum ſuſcipiunt tactione, atq; cognitione, aut copulatiue, ut fœtus. intereſt autem inter copulationem, & tactionem, in quibuſdam enim præter tactionem nihil aliud eſſe neceſſe eſt. in ijs autem, quæ copulata ſunt, eſt aliquid vnum in utriſq; idem. quod pro tactione facit copulationem, et eſſe continuatione, quantitateue, & non qualitate unum.

Redit ad primum naturæ ſignificatum, & exponit quid ſit naſci: & dicit{Naſci autem ea dicuntur, quæ ꝑ aliud}.i. ab alio{incrementum ſuſcipiunt}. i. aluntur. dicunt videlicet dicuntur naſci. q̃m poſtq̃ fuerint nata, nõ amplius ab alio aluntur, ſed cibum ſuſcipiunt, & ipſum conuertunt in ſanguinem, vel in alimentum proprium. & iuxta hanc expoſitionem accepit, incrementum ſuſcipere, pro ali, nutririúe. Et, q̃m non poteſt aliquid ali, nutririúe ab alio, niſi ſit cũ eo ſimul, ideo addit {tactione, atq; cognatione} qua videlicet ſimul ſit cũ eo, à quo alitur, atq; nutritur{aut copulatione} qua videlicet copuletur cũ eo, à quo alitur, nutriturq;. Illud .n. quod alitur ab aliquo externo, bifariam poteſt eſſe cũ eo, aut tactione, cognationeúe: & huius poſuit exẽplum, & dixit{vt fœtus}qui nutritur ab vtero vel vulua matris per venas, quę alligãtur vmbilico: vel vt pullus, qui in ouo alitur à luteo ẽt per venulas, quibus alligatur luteo, à quo alitur. fœtus ergo, & pullus aluntur ab alio externo, cum quo ſimul ſunt tactione, & cognatione. addit aũt hæc duo, quia illa ſimultas in fœturis animalium non poterat plenius exponi per illud verbum contactionem tantum, nec per illud verbum cognationem. & propterea dixit τῷ ἅπτεσθαι καὶ συμπεφυκέναι. nã per hæc duo verba expoſuit ſimultatem qua fœturæ ſunt ſimul cum eo, à quo aluntur. hic ergo eſt primus modus ſimultatis, quo id, quod naſcitur eſt ſimul cum eo à quo alitur. Secundo modo id, quod naſcitur, & alitur ab alio, poteſt eſſe ſimul cum eo copulatione, qua tandem ſtirpes terræ vnitæ ſunt, à qua aluntur, & nutriuntur. non.n. venis, aut neruis terræ vniuntur, aut qualitate cõmuni, quæ forma ſit cõmunis, vt membrorum vna communis forma eſt, ſed quantitate, quæ in contiguitate conſiſtit. Hæc autem, cum dixiſſet, diſcrimen explicat inter tactionem cognationẽve ex vna parte, & copulationem ex alia parte: & dixit {inter eſt aũt inter copulationem}, ſ. ex vna parte{& tactionem}cognationem vero ex alia, vtitur.n. tactione pro tactione & cognatione, loquens ſub breuitate. deinde exponens differentiam dicit{in quibuſdam.n. præter tactionem} atq; cognationem{nihil aliud eſſe neceſſe eſt}fœturæ.n. quæ tactione ſimul ſunt cum eo, à quo aluntur dum naſcuntur, nihil habent commune cũ illo, & ideo cum fuerint perfecta, ſeparãtur ab illo, & accipiunt cibũ per ſe ipſas: vt patet in aĩalibus{in ijs autem, quæ copulata ſunt}vt in ſtirpibus, quæ ſemper copulatæ ſunt terræ{eſt aliquid vnum in vtriſq; idem, quod pro tactione}.i. quod vice tactionis, & cognationis{facit copulationem} & exponens copulationẽ ſubdit{&}.i. dico copulationem.i. {vnum eſſe continuatione, quãtitateúe non qualitate} ergo illud vnum in vtriſq; idem eſt quantitas cõmunis, & propter hanc cauſam plantæ non poſſunt aliquãdo ſeparari à terra,

nec dum perficiuntur, nec poſtq́ perfectæ ſunt. Annotatione dignum fœturas accipere alimentū ſemper ab alio, verū dum ſunt in vtero, vel in vulua, vel ouo, aut in ſemine accipiunt alimentū ab alio redactum ad formam alimenti, vt animal in vtero, vel vulua accipit ſanguinem per venas colligatas vmbilico: qui ſanguis eſt in forma alimenti. At poſtq́ perfectum fuerit, & extra vterum, vel vuluam, vel ouum, aut ſemen, accipit cibū foris, quem conuertit in ſanguinem, qui eſt proximum alimentum. quæſtio vero non parua eſt, ſit ne illa quātitas cōmunis terræ, & plantæ, vna continuatione, vel contiguatione. primo.n. aſpectu videtur, vt ſit vna continuatione, vt verba dicunt, alia vero ratione videtur, vt per continuationem intelligat contiguationē: nam continua ſunt, quorū vltima copulantur ad vnum cōmunem terminum, ſicuti, non eſt in ſtirpibus cū terra. & vbi ſic intelligitur, res plana eſt, ſi vero aliter tibi videbitur, placet, modo declaretur, quonā modo vnus terminus cōmunis ſit vltimis plantæ, & terræ.

Præterea natura dicitur id, ex quo primo, aut eſt, aut fit aliquid eorum, quæ natura conſtat, quod quidem eſt informe, ex ſuaq́; potentia immutabile. ut ſtatuæ quidem, æneorumq́; uaſorum æs natura dicitur: ligneorum autem lignum, & in cæteris ſimili modo. ex his enim unumquodq́; conſtat, prima materia permanente ſalua. hoc enim modo eorum etiam, quæ natura conſtant, elemēta naturam eſſe dicunt: quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidam aquam, quidam aliud tale, quidam horum aliqua, quidam hæc uniuerſa dicentes.

Affert quartum ſignificatum naturæ, & dicit{Præterea natura dicitur id, ex quo primo}, i. proximo {aut eſt, aut fit aliquid eorum, quæ natura conſtant} dixit {aut eſt, aut fit} quia proxima materia eſt elementum, atq; principium quantum ad eſſe, & quantum ad fieri. vnde ſecundum Alexā. quarto modo natura intelligitur proxima cuiuſq; materia, quæ, cū ſit corpus actu, ac propriam & formam, & naturam retineat, formam tñ recipit eius, cui ſubijcitur. Qua ratione fit, vt per primum, intelligatur proximum, apud Alex. Deinde exponit qualis ſit hæc proxima materia, & dicit {quod quidem eſt informe} qm̄ ſecundum ſe caret forma, quam apta eſt ſuſcipere, & ita licet ſit corpus actu, tñ dicitur informe non abſolute, ſed quatenus caret ea forma, ad quam ſuſcipiendam eſt apta {ex ſuaq́; potentia immutabile} vno modo intelligitur, vt Expoſitor, quod materia proxima ex ſui potentia ſit immutabilis, qm̄ non reducit ſe ad actum, ſed reducitur ab agente externo. alio modo exponitur, vt Auer. inquit, abſq; eo, quod tranſmutetur: nam, cum ex cupro fit idolū, remanet cuprum, & cum ex ligno re fit arca, remanet lignum, & cum ex elemento fit mixtū, remanet elementū. Quare ex proxima materia fit, id quod fit abſq; eo, & ꝙ ipſa proxima materia vlterius tranſmutetur. ſecus de materia, quæ non eſt proxima. nam ex ea poteſt nihil fieri, niſi tranſmutetur in quāto, & quali, quouſq; fiat proxima. deinde affert exempla, & dicit {vt ſtatuę quidem, æneorūq; vaſorum æs natura dicitur, ligneorum autē lignum, & in cæteris ſimili modo} Sed dices ſi natura ſtatuę, atq; ęneorum vaſorum eſt æs, & ligneorū lignū, tunc ſtatua, ęnea vaſa, atq; lignea dicentur entia naturalia. Negatur conſequentia, qm̄ nihil dicitur ens naturale ſimpliciter, niſi eius materia, & eius forma ſit natura: quare nullum horū dicitur ens naturale, niſi fortaſſe ſm̄ quid Et quia dixit lignea, & enea fieri proxima materia exiſtente immutabili, quaſi aſsignans cauſam dicit {ex his.n.} ligno videlicet & ære {vnumquodq; conſtat} videlicet lignea ex ligno & ęnea ex ære {prima}. i. proxima {materia permanente ſalua} nam ex quo eſt proxima materia, non vlterius tranſmutatur, vt ex ipſa fiat id, quod fit, non.n. lignum traſmutatur in aliam ſpeciem, vt fiant lignea, nec æs mutatur in aliam naturā, vt ex eo fiant vaſa ęnea, ſed in illis manet lignū ſub ſpecie ligni. & in his æs ſub ſpecie æris: vt Auer. ait. quia vero dixerat {quæ natura conſtant} exponit cur id adiecerit dicens {hoc.n. modo etiā eorum, quæ natura conſtant}, i. mixtorum, quæ generantur, & corrumpuntur {elementa} veteres ſubaudi {naturam eſſe dicunt} qm̄ ſunt materia proxima mixtorū informis, & impermutabilis. & exponit de hoc varias opiniones, & dicit {quidam ignem, quidam terram, quidā aerem, quidā aquā, quidam aliud tale}, ſ. horum medium {quidam horum aliqua, quidam hæc vniuerſa dicētes} vt Empedocles. elementa.n. plura vel vnum materia eſt mixtorum informis, cum careat forma mixti, impermutabilis, cū in mixto remaneat actu. huius rei ſignum affert Auer. ex eo, quia ꝙ opinabantur terrā eſſe elementum, naturā rerum omnium terram eſſe dicebant, qui vero opinabantur ignem eſſe elementum, aſſerebant omniū rerū naturam eſſe ignem. Ex his apparet diſcrimen inter naturam, quæ dicitur ſecundo modo, & naturā quæ dicitur hoc quarto modo. nam natura dicta ſecundo modo eſt materia prima, natura vero dicta hoc quarto modo eſt materia proxima. & ſic Ariſtoteles non videtur ſuperfluus.

Alio præterea modo natura dicitur eorum ſubſtantia, quæ natura conſtant, ut ij cenſent, qui naturam dicunt eſſe primam compoſitionem: ut Empedocles ait, qui quidem naturam nullius eorum eſſe, quæ ſunt, ſed mixtionē duntaxat, mutationēue mixtorum eſſe, ab omnibus uero naturam uocari dicit.

Hic affert quintum ſignificatū naturæ. & Auer. quē Expoſitor ſequitur, putat naturam, quę dicitur quinto modo, eſſe formam, quæ eſt altera pars cōpoſiti, Alex. vero, cui credendū eſt, vult naturam, quæ dicitur quinto modo, eſſe formam totius: quæ dicitur prima cōpoſitio: qm̄, cum illa aduenit, quam primum compoſitum eſſe dicitur: ſignum aūt, qm̄ Empedocles, qui nihil pręter accidentalem vnionem elementorum mixtionem eſſe ait, naturā hoc quinto modo ſumptam negat. vnde dicit {alio præterea modo natura dicitur eorū ſubſtantia, quæ natura conſtant} & per ſubſtantiam Alex. formā totius intelligit, quæ apud nonnullos dicitur tertia entitas, apud alios dicitur vnio eſſentialis, quæ reſultat ex materia, & forma ſubſtantiali per ſe {vt ij cēſent, qui naturam dicunt eſſe primam compoſitionem}. i. formam totius, quæ dicitur prima compoſitio, qm̄ ita cito ſicuti illa eſt, compoſitum eſt. vnde Alex. hanc formam totius, quæ eſt natura quinto modo, vocat perfectionem, quæ quidē efficitur per vnionem materiæ, & formæ. Deinde hanc declarans, oſtendit Empedoclē naturam nō cognouiſſe eſſe quinto modo dictā: quia compoſitorum nullam fieri vnionem dicit. vnde ait {vt Empedocles ait, qui quidem naturam nullius eorū eſſe, quæ ſunt} ſubaudi ait {ſed} ait ſubaudi {mixtorum eſſe mixtionē duntaxat, mutationemúe} non autem ſubſtantiā, quæ ſit forma totius {ab omnibus vero} ſubaudi vulgo Ariſt. {dicit vocari naturam}. ſ. formā totius eam mixtionem, quam Empedocles vocauit mutationem

Que Auer. Com. 5. (left margin) — Que auer. Com. 5. (right margin)

nem mixtionemúe.& ſic licet Empedocles non appellaret mixtionẽ naturã,vulgo tñ ab omnibus ſic appellabatur. Cauſa aũt, quare Empedocles mixtionem non appellabat naturam,eſt,qm̃ nõ eſt forma totius,nec ſubſtantia eorum,quæ cõponuntur, ſed vnio accidentalis tantũ:Vulgares aũt, qui non diſtinguebant inter vnionem per ſe, & aggregationem accidentalem omnem vnionẽ,vocabant naturam.

Quamobrem & ea,quæ natura ſunt,& fiunt,& ſi id iam eſt, ex quo ipſa ſunt apta fieri,aut eſſe, nondũ tamẽ naturã habere dicimus,ſi ſpeciẽ nõ habeãt,atq; formã.natura igitur conſtat id,q̃ ex his utriſq; cõponitur,ut animalia,parteſq; ipſorũ.

Quòd aũt forma totius,& perfecto dicatur natura, probat,argumento ſumpto ab eo,quod ſm naturã eſt qm̃ nunq̃ aliquid dicitur eſſe ſm naturam, niſi forma totius adſit,ẽt ſi materia præfuerit, & dicit{quamobrẽ, & ea,quæ natura ſunt,& fiunt,& ſi id iam eſt,ex quo ipſa}, ſ. entia ſm naturã{ſunt apta fieri,aut eſſe} hoc eſt & ſi iam eſt materia,ex qua ſunt apta fieri,aut eſſe{nõdum tñ}ea,ſ.{naturam habere dicimus, ſi ſpeciẽ} hoc eſt perfectionẽ,quæ eſt forma totius {atq; formam nõ habeant}niſi.n.entia,quæ natura ſunt,habeant formã totius,atq; perfectionem,quam vocat ſpeciem,& formam,ẽt ſi materia affuerit,nunq̃ dicuntur entia natura. Tunc ex his concludit quid eſt ens natura ſiue ens, quod natura conſtat, & dicit{natura igitur conſtat}& ens ſm naturam,ſiue ens naturale dicitur{id, quod ex his vtriſq;}.ſ.materia,& forma, quæ eſt altera pars cõpoſiti{componitur vt animalia,& partes} nã tam animalia q̃ partes conſtat ex materia, & forma: & dicuntur entia natura,ſiue entia naturalia.

Natura autem eſt prima materia, quæ duplex eſt, aut ea, quæ ad ipſum eſt prima, aut ea quæ omnino eſt prima: ueluti æneorũ uaſorum materia, ad ipſa quidẽ prima eſt æs, omnino aũt forſitã aqua,ſi omnia ea ſint aquæ,quæ liqueſcere poſſunt.

Alexander ſic introducit hunc textum.nam, cũ totum concretũ naturam eſſe dixiſſet, quod vocauit ſubſtantiam,& formam totius:qm̃ hoc concretum potius ſm naturam conſiſtere dici poteſt, adijcit{Natura aũt eſt prima materia}cuius exemplum eſt aqua, ſi aqua ſit materia æris, atq; materia proxima, cuius exemplũ eſt æs.Expoſitor autem putat Ariſto.aſsigna duos modos adiunctos duobus vltimis præcedentibus, & has expoſitiones vix intelligere poſſum.puto ergo Ariſt.remouere tacitam dubitationem.nã in ſecundo modo accipiendi naturam voluit naturam accipi pro prima materia, ẽt in quarto modo voluit naturam accipi pro prima materia.Igitur videtur ſuperfluus. Ad tollendã ergo ſuperfluitatem, oſtendit eſſe dupliciter primam materiam.vno modo intelligendo pro prima materia ꝓximam materiã, alio modo pro prima materia cõmuniſsimam materiam,quæ cõmunis eſt omnibus cõpoſitis,quæ ex materia conſtãt:cũ ergo in ſecundo modo accipiendi naturam dixiſſet naturam ſumi pro prima materia, per primam materiã,vt Alex. expoſuit, cõmuniſsimam materiam intelligit,ante quã nulla eſt prior, aut cõmunior, cum vero quarto modo ẽt dixiſſet naturam accipi pro prima materia,per primã materiã,proximam intellexit,vt ẽt Alex.expoſuit.vnde dicit{Natura aũt eſt prima materia,quæ duplex eſt,aut ea, quę ad ipſum}.ſ.cuius eſt materia{eſt prima} & non ſimpliciter prima, ſed tantum reſpectu eius, cuius eſt materia, & hoc pacto eſt proxima materia, & hoc modo in quarto modo eſt accepta natura: eſt enim natura quarto modo materia prima, i. proxima, quæ eſt prima non ſimpliciter,ſed tantum reſpectu eius, cuius eſt materia{aut ea,quæ omnino eſt prima}. i. cõmniſsima, antequam nulla eſt prior, vt in ſecundo modo accipiendi naturam dictum eſt.deinde affert exempla, & dicit veluti{æneorum vaſorum materia ad ipſa quidẽ} .ſ.vaſa{prima}. ſ. materia eſt {æs} nam æs eſt proxima materia, ex qua fiunt vaſa ænea, & prima non ſimpliciter,ſed reſpectu æneorum vaſorum {omnino aũt},ſ. prima & cõmuniſsima materia{forſitan}eſt {aqua, ſi} pro quia{omnia ea ſint aqua, quæ liqueſcere poſſunt} vt in lib. de mixtis, qui quartus meteororum putatur, eſt expoſitum. & per hanc diſtinctionem tollitur in dictione ſuperfluitas.

Et inſup forma,atq; ſubſtantia, quæ quidem eſt gñationis ipſius finis.per trãslationem aũt iã et omnino omnis ſubſtãtia natura pp hãc dicitur.quia et ipſa natura ſubſtãtia quædã eſt.

Similiter tollit per hæc verba aliam ſuperfluitatem, quæ videtur accidere in dictione, nam in tertio modo accipiendi naturam,accipit naturã pro forma, iterũ & in quinto modo accepit naturam pro forma: ergo videtur ſuperfluus. quaſi reſpondens innuit naturam tertio modo eſſe ſumptam pro forma, quæ eſt generationis finis, quæq; eſt altera pars compoſiti. Quinto vero modo naturam eſſe ſumptam pro ſubſtantia,quę eſt forma totius, immo pro omni ſubſtantia, qua aliquid habet eſſe,& dicit{Et inſuper} natura ſubaudi, quæ ꝓ forma accipitur,ẽt eſt duplex,vno modo eſt{forma & ſubſtantia. quæ quidem eſt generationis ipſius finis} ſubaudi & quæ eſt altera pars compoſiti,& hoc pacto natura pro forma accepta eſt in tertio modo accipiendi naturam.{per tranſlationem aũt iam & omnino oĩs ſubſtantia}tam quæ eſt forma totius, q̃ quæ conſtituit aliquid in eſſe{natura dicitur propter hanc}. ſ. propter formam quæ eſt finis generationis, quam ideo finẽ generationis dicit,qm̃ in ijs,quæ natura fiunt,forma ſubſtantiã finis obtinet. Propter hanc autem omnẽ ſubſtantiã per tranſlationem naturã ait appellari: quia.n. forma,quæ ſubſtantia eſt eorũ,quæ natura conſiſtunt, & per quam ipſis eſſe ſuppetit,natura eſt, idcirco in cũctis rebus naturam vocant ſubſtantiã cuiuſq;, per quã ei eſſe ſuppetit.Quamobrem ẽt forma, quæ per artem efficitur, quia ſubſtantia eſt operum artificioſorũ, ad hunc modum appellatur.Horum.n.vnumquodq; ꝓprium quandam ſubſtantiam,& exiſtentiã habet, quæ cum ſit ipſorum forma,natura dicitur: ob quã ꝓpriam ſubſtanitam habere putatur. Quare non tantũ forma totius, ſed etiã quæcunq; ſubſtantia dicitur natura: per hanc igitur diſtinctionem tollitur ſuperfluitas,cum forma non capiatur eodem modo in vtraq; acceptione. ideo dicit omnem ſubſtantiam dici naturam propter hanc.i.propter formã, quæ finis eſt generationis {quia & ipſa natura ſubſtantia quædã eſt}cũ finiat generationem, & ſi altera pars compoſiti. Et cũ omnis ſubſtantia conſtituat aliquid ineſſe, iõ oĩs ſubſtãtia nomen naturę ſibi vendicat:mõ ꝓ ipſam conſtituat̃ aliqd ineſſe.

Ex ijs igitur,quæ dictæ ſunt,naturis,ſubſtantia eorũ, quæ principiũ motus in ſe ipſis hñt,ut ipſa ſunt,prima eſt profecto proprieq; natura dicitur. materia nãq; ex eo natura uocatur quia huius eſt ſuſceptrix.generatio etiam, & pullulatio natura propterea dicitur,q̃ ab ipſa ſit motio principium quoq; motus eorum,quæ natura conſtant, ipſa eadem eſt, quæ quidem eſt aliquo modo aut potentia,aut actu.

Cum declaraſſet naturã plurifariã dici, nunc docet naturam non accipi, vt æquiuocum, ſed vt quæ ab vno & ad vnum refertur. Hoc aũt oſtendit, vt Alex. inquit, vt oſtẽdat ſingula, quæ vt plurifariã dicta partitur, non accipi, vt æquiuoca, ſed vt analoga, q̃ ab vno, & ad vnũ referuntur. Oſtendit ergo ſingula, quæ dicuntur natura, dici naturam per attributionẽ ad formam, q̃ proprie, ac principaliter natura dicitur. non quidẽ ad ordinem, vt Expoſitor inquit, qui attenditur quantum ad nominis impoſitionẽ. nã, cũ nomina imponantur à nobis, quatenus res ipſas intelligimus, cũ nomina ſint intellectuum ſigna, nos aũt priora interdũ ex poſterioribus intelligimus, fit vt aliquid per prius apud nos ſortiatur nomen, cui res nominis poſterius cõuenit, ſicuti eſt in propoſito. nam, cum formę, & rerum virtutes ex actibus innoteſcant, fit vt prius ipſa generatio, atq; pullulatio naturæ nomen ſortita ſit, q̃ forma, quæ ſm rerũ ordinem prior eſt. oſtẽdit ergo Ariſt. formã ſm rerum ordinẽ dici primo, ac proprie naturã, cætera vero per attributionem ad formã, & dicit {ex ijs igitur naturis, q̃ dictæ ſunt, ſubſtantia eorũ, q̃ principium motus in ſe ipſis habent, vt ipſa ſunt, prima eſt profecto } ſubaudi natura {, pprieq; natura dr̃} & hæc, vt viſum eſt, forma dicebatur. hæc. n. q̃ prima ſit natura, proprieq; natura dicatur, oſtendit, & dicit {materia nãq; ex eo natura vocatur, qa huius}. ſ. formæ eſt ſuſceptrix {generatio ẽt, & pullulatio natura, ppterea dicit̃, quia ab ipſa}, ſ. forma {ſit motio} generationes. n. atq; pullulationes nomen naturæ ſibi vendicant, qm̃ motus ſunt, qui manãt ab ipſa forma, & in ipſam formã finiunt. etenim q̃ naſcuntur, pp formam, & inſitã ſibi vim naſcunt̃. Quòd aũt forma ſit natura, vt ſupoſitũ eſt, pbat, & dicit {principiũ quoq; motus eorũ, q̃ natura cõſtant. ipſa eadem eſt} ergo recte ſuppoſitũ eſt formã eſſe naturã { q̃ quidem forma eſt aliquo modo}, ſ. principiũ motus {aut} cũ ſubaudi eſt {potentia} vt aïa in ſemine cõcepto {aut actu} cum aïal iã eſt. merito igitur forma natura nuncupatur, ſiquidem principiũ motus eſt natura, & proprie ac principaliter, qm̃ cætera dicũtur naturæ p attributionẽ ad hanc. Non curauit aũt declarare ſubſtantiã omnẽ dici naturam per attributionẽ ad hanc. qm̃ ſuperius oſtẽdit omnem ſubſtantiã dici naturam tam quæ eſt ipſum totum ex materia & forma cõſtitutum, ſiue ipſa forma totius, q̃ quæ eſt ſubſtantia quæcunq;. qm̃ omnis ſubſtantia, vt dictum eſt, natura dr̃ per tranſlationem deductam à forma, quæ eſt finis generationis, & altera pars compoſiti. quia ſicuti forma, eſt conſtituens compoſitum, ſic omnis ſubſtantia conſtituit id, cuius eſt ſubſtantia. Sed quæres quonam modo apud Ariſto. eſſentia diuina dici poteſt natura. videtur. n. ſm nullum modũ eorum, qui hic enumerantur, eſſe dicendum naturam: ergo ſignificata naturæ non ſunt ſufficienter tradita. Secũdo quæres, cũ dicit Themiſt. 1. phyſicæ auſcult. opus naturæ eſſe opus intelligẽtiæ nõ errantis, quid intelligit per naturam. vr̃. n. accepiſſe naturã ſm nullũ modum eorũ, qui hic enumerati ſunt. Tertio quęres cũ dr̃ naturã dediſſe hominibus duos pedes quatuor vero quadrupedibus, feciſſeq; alia talia, quid intelligitur per naturam. non. n. vr̃ eſſe intelligendũ per naturam aliquẽ modum eorũ, qui hic enumerantur. ergo Ariſt. in ſufficienter tradit hic ſignificata naturæ. Diluuntur vero hæ quæſtiones, prima quidem, quia eſſentia diuina dr̃ natura per trãſlationẽ, qm̃ eſt ſubſtantia, quę eſt principiũ motus diurni apud Ariſt. vel quia eſt principiũ gñationis oĩum eorũ, q̃ in mundo fiunt. Secũda ẽt diluitur, qm̃ Themiſtius p naturã intelligit agens naturale cõpoſitũ ex natura, q̃ eſt forma, et ex natura, q̃ eſt materia. qm̃ natura quinto modo dr̃ de omni ſubſtãtia, et de toto cõpoſito naturali, & de forma totius. Tertia etiã deletur, qm̃ per naturã intelligit̃ agens naturale directũ ab intelligẽtia nõ errãte, vt dicebat Themiſtius. agens. n. naturale oĩa præbet ſuo effectui, q̃ cõueniunt in ordine ad finẽ, nõ tñ directũ à ſe, cũ nõ intelligat finẽ, ad quẽ ordinata ſunt membra, ſed directũ à diuina prouidentia, quæ cuncta dirigit in finẽ. nõ ergo Ariſtoteles inſufficienter tradidit ſignificata naturæ.

Dubitationes.

Neceſſarium id dicitur, ſine quo ut cauſam comitante, fieri non poteſt, ut uiuatur. ueluti reſpirare, & alimentum neceſſarium eſt animali. eſſe enim ipſum ſine iſtis non poteſt. TEX. 6.

Hoc neceſſarium concomitatur materialem cauſa eſſe & vita.

Cum Ariſt. nomina diſtinxiſſet, q̃ pertinent ad cauſam, nũc vt Expoſitor inquit, diſtinguit ipſum neceſſariũ, qđ pertinet ad cõditiones cauſę. nam cauſa eſt, ad quã neceſſario aliud ſequitur. patit̃ ergo neceſſariũ in quinque intellectus, quorũ primus eſt, vt neceſſariũ dicat̃ concauſa, ſine qua aliquid nec viuere, nec eſſe põt. & dicit {Neceſſariũ id dr̃, ſine quo, vt cauſam comitante fieri non põt, vt viuatur} aut ſit. ergo neceſſariũ primo modo eſt cõcauſa, ſine qua aliquid nec viuere, nec eſſe põt {veluti reſpirare, & alimẽtũ neceſſariũ eſt aïali} non quidẽ vt cauſa, nam cauſa viuendi aïalibus aïa eſt, ſed vt concauſa, vtpote quod in cauſa vna cum aïa ſint vt aïal cõſiſtat. nã hæc cauſam viuẽdi adiuuat {Eſſe. n. ipſum}, ſ. animal {ſine iſtis}, ſ. cibo & reſpiratione {nõ põt} Ipſa. n. reſpiratio, etſi non ſit cauſa vitæ, eſt tñ concauſa, quatenus cooperatur refrigerandũ calorem, ſine quo nõ eſt vita. alimentũ ẽt, etſi non ſit cauſa vitæ, quo tñ facit ad inſtaurationẽ ipſius humidi, impeditq; omnimodã deperditionẽ natiui humidi, quod eſt cauſa vitæ, concauſa ẽt viuendi eſt. igitur viuendi concauſę dicuntur, qm̃ ſine his aïa viuendi cauſa eſſe non põt. Simili rõne caliditas & ſiccitas cõcauſæ ſunt eſſendi igni: qm̃ forma ignis non põt eſſe igni cauſa eſſendi ſine his.

Et id etiam, ſine quo fieri nequit, ut bonum aut ſit, aut fiat, aut malum quippiam abijciatur, ac extrudatur. ueluti bibat medicinam neceſſe eſt, ut non ægrotet. & ad æginam nauiget, ut argentum recipiat.

Hoc refertur ad media reſpectu finis.

Secundus intellectus eſt, vt neceſſarium dicatur cõcauſa non viuendi, nõ eſſendi, ſed bene viuendi, vel bene eſſendi, veluti abſq; quo bonũ, & opportunũ effici nequit, vel malum ſecludi, abiiciq;. & dicit {Et id ẽt, ſine quo fieri nequit, vt bonũ aut ſit, aut fiat, aut malum quippiã abijciatur, ac extrudat̃} ergo cõcauſa ſine qua non bene, aliquid viuit, aut eſt, neceſſariũ dicitur ſcđo intellectu {veluti bibat medicinam neceſſe eſt}, ſ. homini {vt non ęgrotet} nõ aũt ſimpliciter, qm̃ cauſa ſimpliciter bene viuendi eſt virtus regitiua corporis, & aïa, concauſa vero eſt medicina. {& ad Aeginã nauiget} cõcauſa eſt {vt argentũ recipiat} non aũt ſimpliciter cauſa, qm̃ cauſa nauigãdi eſt hõ ipſe, qui ad Aeginam deliberauit eſſe nauigandũ. Auer. aũt ait hunc ſecundũ modum differre à primo, quia primus eſt in rebus naturalibus, ſecundus vero in voluntarijs. & decipitur, qm̃ vterq; poteſt eſſe in naturalibus, & in voluntarijs, ſi intelligatur, vt expoſuit Alex. Decepit aũt Auer. id, quod Ariſt. dixit in exemplis, in quibus ſolum in volũtarijs exempla attulit. Si quis autem vult, facile poteſt ponere exempla in naturalibus in omnibus his.

a. A. l. vt pecuniam non amittat.

Quæ Auer. Cõm. 6.

Præ-

Præterea uiolentum, ac uiolentia. hoc autem eſt id, quod præter appetitionem uoluntatemq; impedit, atq; prohibet. uiolentum enim neceſſarium dicitur.

Nunc accipit, & exponit tertium intellectum ipſius neceſſarij. & vult id qđ, quis vi, atq; inuitus facit eſſe neceſſariũ tertio modo. cuius exẽplum affert Auer. vt
Quæ Auer. Com.6.
ſi Socrates coactus eſſet à rege ad occidendũ Platonẽ, occidere Plat. eſſet neceſſariũ Socrati. & fortaſſe eſſet ẽt neceſſariũ Platoni. nam ſocrati, vt ageret, Platoni, vt pateretur neceſſariũ eſſet Alexã. aũt & Auer. ſolum id, quod vi aliquis, & inuitus facit, neceſſarium eſſe tertio modo affirmant. & hoc inquit {præterea violentum, ac violentia} ſubaudi neceſſarium tertio modo dicitur, & per violentum, & violentiã Alex. exponit id qđ aliquis vi, atq; inuitus efficit. Deinde dictio, quæ ſequitur ſic habetur in codice Alex. {nam violentum, quod præter appetitionem, & voluntatẽ impedit atq; prohibet, neceſſarium dicitur} & intelligit per {p̃ter appetitionẽ}, i. contra naturalem inclinationẽ, vt moueri ſurſum grauibus eſt contra naturalẽ inclinationẽ: & ſic tetigit violentum in naturalibus. & per voluntatem Alex. intelligit conſilium. nã in agentibus voluntarijs, quod eſt cõtra conſilium, dicitur violentum. & fortaſſe per voluntatem intelligit appetitũ, quo volumus. Nam in voluntarijs id, quod eſt contra voluntatem, dicitur violẽtũ, ac neceſſarium. & dixit impedit, & prohibet. nam impedire eſt reſpectu motionis, q̃ iã cæpit. Impeditur. n. proſecutio rerum, q̃ incæperunt. Prohibere verò eſt, vt ne motio incipiat. Quare violentum tã quod impedit, q̃ quod prohibet, neceſſarium dicitur. vel põt legi, vt dictio iacet, vt dicamus Ariſt. interponere definitionẽ violenti, deinde aſsignare rationẽ eius, quod dixit. Ibi {violentum. n. neceſſarium dicitur} nam cum dixiſſet {præterea violentum, ac violentia} ſubaudi neceſſariũ dicitur tertio modo, reddit cauſam dicit {violentum. n. neceſſarium dicit} q̃m cogit, vt neceſſario fiat. definitionem vero violenti interponẽs dicit {hoc aũt}, ſ. violentum {eſt id, quod} in naturalibus præter appetitionem, volũtatẽq; in agẽtibus à propoſito {impedit, atq; prohibet} bene ergo dictum eſt violentũ eſſe neceſſarium. nã qđ vi aliquis & inuitus facit, neceſſario facit.

Quapropter & dolore afficit, ut & Euenus Poeta dicit.
Omne neceſſarium res eſt profecto moleſta.
Et uis neceßitas quædam eſt, ut & Sophocles inquit,
Sed uis ſæua premit, fieriq; improba cogit.
Videtur etiam neceßitas ipſa eſſe aliquid, quod recte diſſuaderi non poteſt. Voluntatis enim ac rationis motui aduerſatur.

Ex ijs, quæ dicta ſunt, concludit tria. quorum p̃m iã explicatum eſt: & dicit {Quapropter &} neceſſarium .ſ. {dolore afficit}, ſ. capiendo neceſſarium pro eo qđ vi, & inuitum aliquid facit. & hoc probat authoritate Eueni Poetæ, & dicit {vt & Euenus Poeta dicit} cuius carmen ſubdit {Omne neceſſariũ res eſt profecto moleſta} deinde concludit ſecundum, quod ſuperius iam eſt explicatum & dicit} Et vis neceſsitas quædã eſt}, i. & ſequitur ſecundo, vt vis ſit quædam neceſsitas: quod & ſuperius eſt explicatum. & hoc probat authoritate Sophoclis, & dicit {vt & Sophocles inquit. Sed vis ſæua præmit, fieriq; improba cogit} ergo vis neceſsitas quædam eſt. Deinde concludit tertium, & dicit {Videtur ẽt neceſsitas ipſa eſſe aliquod, quod recte diſſuaderi non poteſt}, i. ſuper quo non cadit diſſuaſio. Cuius rationem ſubdit {Voluntatis. n. ac rationis motui aduerſatur} Qui enim vi aliquid facit, non facit conſilio, qui autem non facit, quod facit conſilio, non eſt capax perſuaderi ad contrarium. nam qui capax eſt facere ad contrarium, eſt in ſua poteſtate, qualis non eſt coactus, qui cogitur agere contra motum rationis. recte ergo dictum eſt neceſsitatem eſſe aliquid, quod diſſuaderi non poteſt. Vnde Alex. quod vi allata, fit tũc eſt neceſſarium, cum efficiens nequeat impetu & voluntate ſua moueri propter violentiam, quæ diſſuaderi nequit. perſuaſio. n. diſſuaderi poteſt, cui autem vis affertur, is aliter efficere non poteſt. dictio illa {Videtur ẽt neceſsitas ipſa eſſe aliquid, quod recte diſſuaderi nõ poteſt} in Græcis noſtris codicibus ſic legitur. καὶ δοκεῖ, ἡ ἀνάγκη, ἀμετάπειστόντι εἶναι Vbi verbum ἀμετάπειστον in trãſlationibus veteribus transfertur inculpabile. & propterea Expoſitor vult, vt ſecũdum, quod Ariſt. infert, ſit neceſsitatem nec eſſe inculpabilẽ, nec reprehenſibilem. Vnde in prouerbio neceſsitas magis meretur veniam: quæ expoſitio verum dicit, ſed nõ eſt ad verba dictionis, vt patet conſideranti græca verba. Auer. vero probauit neceſſarium, cũ accipitur pro violento dolore afficere, argumento quia voluntas eſt iucunda, igitur id, quod eſt contra voluntatem, erit triſte: tenet argumentum à loco Topico contrariorum contraria ſunt prædicata. Quæ Auer. Com.6.

Præterea id, quod aliter ſeſe habere non poteſt, neceſſario ſic ſeſe habere dicimus.

Cũ accepiſſet tres intellectus ipſius neceſſarij, nunc affert quartum, & dicit {Præterea id, quod aliter ſeſe habere non poteſt} ſubaudi propter inſitas ipſas cauſas {neceſſario ſic ſeſe habere dicimus} cauſę internæ ſunt duæ materia videlicet, & forma, quæ rurſus duplex eſt: altera, quæ eſt altera pars compoſiti, altera, quæ eſt eſſentia, & forma totius. dicimus enim aĩal neceſſario corruptibile eſſe: videlicet neceſsitate ſimpliciter, q̃m corruptibilitas ſequitur materiam, quæ eſt pars animalis: & inſita animali cauſa. etiam dicimus animal eſſe ſenſitiuũ neceſſario neceſsitate ſimpliciter, quia hoc ſequitur animam, quæ eſt eius cauſa formalis inſita. dicimus inſuper animal neceſſario eſſe ſubſtantiã animata ſenſitiuam neceſsitate ſimpliciter, quoniam hoc conſequitur eſſentiam animalis, quæ forma eſt totius: quare ſimpliciter neceſſarium eſt, quod ineſt alicui p̃pter aliquam cauſarum inſitarum. Primus vero, & ſecundus, & tertius modus ſunt neceſsitatis ſecundum quid: quoniã primus, & ſecundus conſequuntur concauſas: primus quidem concauſam eſſendi, atq; viuendi: Secundus vero concauſam bene viuendi, atque bene eſſendi. Tertius autem dicitur ſecundum quid, quia ineſt alicui non ſimpliciter, ſed dum violentia cogit, atq; compellit. qui enim aliquid facit vi, atq; inuitus, non ſimpliciter facit neceſſario, ſed dum agens ipſum cogit, atq; compellit. Per quæ patet error quorundam Iuniorum, quorum ſtudium eſt in aduerſando, qui voluerunt tam primum, q̃ ſecundum modum eſſe ſumptum à cauſis inſitis. Nam, vt Alex. dixit, primus modus accipitur à concauſa, & non à cauſa eſſendi, vel viuendi, ſed à cõcauſa, vt dictum eſt. Secundus etiam à concauſa bene eſſendi, atq; bene viuendi: & ſic nullus eorum attinet ad neceſsitatem ſimpliciter.

Et p̃ hoc neceſſariũ cætera quoq; omnia neceſſaria quodã modo dicuntur. nam quod uim patitur, neceſſario dicitur tunc aut facere, aut pati, cum non contingit pro appetitione pro=

pter id quod uim affert, ut ſit ea neceßitas, ob quam res aliter ſeſe habere non poteſt.

Nunc docet ipſum neceſſarium, licet plurifariā dicatur, non accipi, vt æquiuocum, Sed, vt quæ ab vno, & ad vnum referuntur: hoc eſt, ſed vt analogum, & ſic oſtendit ſingula, quæ dicuntur neceſſaria, dici ꝑ attributionem ad neceſſarium quarto modo: quod videlicet eſt id, quod impoſsibile eſt aliter ſe habere. nā neceſſarium, quod accipitur pro coacto, dū cogitur, non poteſt aliter agere, aut pati: ergo tale neceſſariū dicitur per attributionem ad neceſſarium quarto modo, & dicit {Et per hoc neceſſarium}, i. & per attributionem ad neceſſarium quarto modo {cętera quoq; omnia neceſſaria dicuntur quodammodo} deinde quod ita ſit, hoc oſtendit de eo, quod neceſſarium dicitur propter vim, vt in tertio modo perſpicuum eſt {nam quod vim patitur}, i. nam quod cogitur {neceſſario dicitur tunc aut facere aut pati, cum non contingit} ſubaudi aut facere aut pati aliter {pro appetitione} non. n. agit pro appetitione, & voluntate. ſed pro vi, quam patitur {propter id, quod vim affert} tñ non poteſt aliter facere dum durat compulſio {vt ſit ea neceſsitas} qua coactus agit, illa {ob quam} ſaltem dum durat compulſio {res aliter ſeſe habere non poteſt} ergo coactum, pro quanto nō poteſt aliter agere, dum durat coactio, dicitur neceſſarium per attributionem ad quartum modum neceſſitatis, qui eſt non poſſe aliter ſeſe habere.

Et in concauſis uiuendi, beneq; uiuendi ſimiliter. nam cum fieri non poteſt, ut in aliquibus quidem bonum, in aliquibus uero uiuere & eſſe ſine quibuſdam inſit, tunc illa neceſſaria, & hæc cauſa quædam neceßitas eſt.

Hic oſtendit ſecundum, & primum modū dici per attributionem ad quartum. nam, dū aliquis ſpirat, neceſſario viuit, & non poteſt aliter eſſe. & dum aliquis vtitur diuitijs, ēt neceſſario bene viuit, & non poteſt nō bene viuere: ergo vterq; modus reducitur ad quartum modum, cum ſuppoſitis concauſis, non poteſt aliter eſſe. dicit {Et in concauſis viuendi, beneq; viuendi ſimiliter} ſubaudi dicendū ꝙ reducantur ad quartū modum. Cuius rationem ſubdit {nam, cum fieri non poteſt, vt in aliquibus quidem bonum, in aliquibus vero viuere & eſſe ſine quibuſdam inſit} nam animali vita non poteſt ineſſe, niſi reſpiret. bona ēt vita eidem minime ineſſe poteſt ſine diuitijs {tunc illa}, ſ. reſpiratio, & diuitiæ {neceſſaria} ſunt ſubaudi {& hæc cauſa}, ſ. ſine qua non {quædam neceſsitas eſt} qm̄ dum adſunt hæ concauſæ, impoſsibile eſt aliter eſſe. Quare primus, & ſecundus modus reducuntur ad quartum per attributionem. dixit autem {& hæc cauſa quædam neceſsitas eſt} quoniam non ſimpliciter neceſsitas eſt, ſed aliquo modo, vt Auerroes inquit. Quæ auer. Côm. 6.

Inſuper demonſtratio neceſſarium eſt ex eo, quia aliter ſeſe habere non poteſt, ſi modo ſit ſimpliciter demonſtrata. huius autem cauſæ ſunt ipſa priora, ſi fieri non poteſt, ut aliter ſeſe habeant, ex quibus ratiocinatio conſtat.

Cū expoſuiſſet quatuor modos neceſſarij, tūc, vt Alex. inquit, quatuor ꝑdictis quintum adiungit, qui pertinet ad demōſtrationes. & primo addit quintum modū, & dicit {Inſuper demonſtratio neceſſarium eſt} ſubaudi quinto modo, & per demonſtrationem concluſionem demonſtratā intelligit additq; ſimul reductionē huius quinti modi ad quartū: & cauſam reductionis, & dicit {ex eo, quia aliter ſeſe habere non pōt, ſi modo ſimpliciter ſit} ſubaudi concluſio ipſa {demonſtrata} ergo neceſsitas in demōſtrationibus dr̄ per attributionem ad quartum modum. Deinde explicat cauſam reductionis, & dicit {huius aūt}, ſ. neceſsitatis, quæ eſt in ipſa cōcluſione {cauſæ ſunt ipſa priora}, i. ipſæ antecedentes propoſitiones {ſi fieri non poteſt, vt aliter ſeſe habeāt} ea priora. ſ. {ex quibus ratiocinatio conſtat}. i. demonſtratio procedit. & tu intelligas de demōſtratione ſimpliciter, nō de demōſtratione, q̄ fit ex cōceſsis ab aduerſario. fieri. n. pōt, vt demōſtratio ex conceſsis nō ſit ex prioribus ſimpliciter neceſſarijs. & ꝓpterea addidit {ſi mō ſit ſimpliciter demōſtrata} hoc eſt nō ex conceſsis.

Quorundam igitur alia cauſa eſt, ut neceſſaria ſint: quorundam nulla, ſed ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt.

Cum docuiſſet oīa neceſſaria in eū intellectum referri, quo neceſſariū id eſſe intelligitur, quod aliter ſe habere non pōt, nunc exequitur eorundem partitionem, & dicit {Quorundā igitur alia cauſa eſt} hoc eſt diuerſa {vt neceſſaria ſint} vt quæ per vim fiunt, & demonſtrationes. hæc. n. neceſſaria ſunt, & cauſam habent à ſe diuerſam, cur neceſſaria ſint {quorundam nulla}, ſ. cauſa diuerſa eſt, cur neceſſaria ſint {ſed} potius {ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt} vt primæ, ac medio vacantes propoſitiones ad hæc ſempiterna, & quæ ad hunc modum ſunt neceſſaria, nec vllam habent externā cauſam & alijs ipſa ſunt cauſa neceſsitatis. Quęcūq;. n. vt Alex. inquit, natura cōſiſtunt à dijs, qui ſempiterni ſunt, cauſam exiſtendi habent. Præterea neceſſariū primo modo, & ſecundo modo, quod ſine aliquo nequit vel eſſe, vel bene habere, hoc ab illo neceſſario cauſam habet, cur vel ſit, vel recte habeat: ergo eorum neceſſariorū, quæ dicta ſunt, quædam habent cauſam diuerſam ſuę neceſsitatis. vt neceſſaria primo & ſecundo, & tertio modo, & in quarto ea, q̄ ab alijs neceſsitatem habent, ac ſempiterna ſunt. & in demonſtratiuis concluſiones. nam eorum, q̄ ſine aliquo eſſe nequeunt, cauſa diuerſa eſt neceſsitatis, vt cibus diuerſus eſt ab eo, quod aliter & ſic eorum, quæ ſine aliquo bene vel habere, vel effici nequeūt, cauſa eſt diuerſa. ſimiliter eorum q̄ per vim efficiuntur, itē & cōcluſionis neceſſariæ cauſam diuerſam eſſe conſtat. ſola ſempiterna, q̄ quidē ſunt diuina, & primæ propōnes, q̄ medio vacant, cauſam cur ſemper ſint, nullā habens externā, immo & ꝑ ꝑ ipſa concluſiones & ea, q̄ natura cōſiſtūt, ex neceſsitate & ſunt, & fiūt.

Quare primum & proprie neceſſarium id eſt, quod eſt ſimplex. hoc enim fieri non poteſt, ut pluribus ſeſe habeat modis. Quo fit, ut neq; aliter, atq; aliter unq̄ ſeſe habere poßit, alioquin pluribus modis ſeſe haberet.

Quoniam tam in demonſtratiuis, quam in ſempiternis eſt vnum primū neceſſarium, quod ſuæ neceſsitatis cauſa diuerſa vacat, vt nunc ſupponit, ideo ſecūdo cōcludit, quale eſt hoc primum neceſſarium in vtroq; genere, & dicit {Quare primum & proprie neceſſariū}, ſ. in vtroq; genere {id eſt, quod eſt ſimplex} in demonſtratiuis quidem, quia medio vacat, in ſempiternis vero, quia non compoſitum ex materia, & forma. nam, ſi primum in demonſtratiuis haberet medium. nō daretur primum in demonſtratiuis, & hoc debuit ſuppleri in dictione. ſi ēt in ſempiternis primum eſſet compoſitum, eſſet mutabile, & ſic pluribus modis ſe hr̄e poſſet: & hoc deſtruit, & dicit {hoc. n. fieri non pōt, vt pluribus ſeſe habeat modis} ergo oportet ipſum eſſe ſimplex

{Quo

{Quo fit, vt neq; aliter, atq; aliter vnq̃ ſeſe habere poſſit, alioquin pluribus modis ſeſe haberet} Expoſitor, & Auer. & Alex. per primum intellexerunt primum nõ in vtroq; genere, ſed primum in genere ſempiternorũ, de hoc.n. Ariſt. volunt dixiſſe primum eſſe ſimplex, qm̃ quod ſimplex non eſt, compoſitum ex materia, & for ma eſt, vt Auer. & Expoſitor ſuppleuerunt, quod com poſitum ex materia & forma eſt, mutabile eſt, vt ſuppleuit Expoſitor, quod mutabile eſt, multifariam ſeſe habere põt, quod aũt multifariam ſeſe habere poteſt, id aliter, atq; aliter ſeſe habere põt. Quare oportet primum neceſſarium, quod in genere ſempiternorum eſt primum, & proprio neceſſarium, eſſe ſimplex. ſed ſi hæc expoſitio teneatur, neceſſariũ, quod eſt proprie, & primum in demonſtratiuis, quale ſit, oportet petere à libris reſolutorijs.

Qua Auer. Com. 6.

Si igitur ſint aliqua perpetua, ac immobilia nihil illis erit uiolentum, nihil etiam præter naturam.

Tertio infert aliqua eſſe neceſſaria, quibus nihil violentum, nihil præter naturam competit, & dicit {Si igitur ſint aliqua perpetua, & immobilia} qualia ſunt ſimplicia, & ſempiterna, q̃ primæ cauſæ ſunt, vt Alexã. exponit, & alij, qui cum Alex. conueniunt {nihil illis erit violentum, nihil ẽt prẹter naturam} nã ni ita eſſet, poſſent aliter ſeſe habere: & ita non eſſent immobilia. Hoc tertium iccirco Ariſt. adiecit, ne quis quod ea neceſſaria nuncupemus, ne ſic accipiat quaſi violenta, & præter naturã dicamus. Auer. vero inquit, & dicit hoc quia in compoſitis eſt natura addita naturæ componẽtium, ſ. illud, quod fit ex compoſitione. Et licet hoc, quod dicit, non ſit ad propoſitum, tñ per naturam additam intelligit ordinem eſſentialem, quem non addit agregatum per accidens: vel id, quod eſt vnum aggregatione. & potes amplificare ſermonem ẽt ad neceſſaria demonſtratiua, nam nec illis competit violentum, nec aliquid præter naturam. qm̃ ni, ita, eſſet, poſſent aliter ſe habere, & ita non eſſent in variabilia.

Quæ auer. Com. 6.

CAP. VI. De vno.

TEX. 7.

VNum partim per accidens dicitur, partim per ſe: per accidens quidem, ut Coriſcus, et muſicum, et Coriſcus muſicus. Idem enim eſt dicere, Coriſcus, & muſicum: & muſicum & iuſtum, & muſicus & iuſtus Coriſcus, & muſicus Coriſcus, ac iuſtus Coriſcus. Vniuerſa enim hæc unum dicuntur per accidens. iuſtum quidem & muſicum, quia utrũq; uni ſubſtantiæ accidit, & muſicus Coriſcus, quia alterum alteri accidit. ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus unum Coriſco ſunt. quoniam altera partium, quæ in oratione ſunt, alteri accidit, ueluti muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco. quia utriuſq; partis unum eidẽ accidit uni. Nihil.n. differt, niſi hoc Coriſco iuſtum, Coriſco muſicum accidiſſet.

Nolo te latere in codicibus græcis, & latinis hanc dictionem legi mutilatam, immo Alex. qui in exponẽdis libris Ariſt. principatum obtinet, videtur hanc dictionem legere mutilate, nos vero ſic legimus, qm̃ ſic emendatam reperimus in margine quorundam librorum græcorum. Quod ſi aliter alijs legendam eſſe viſum fuerit, nos nõ recuſamus, ſed gratias habebimus. Ariſt. ergo de multiplici acceptione vnius agens, primo diuiſit in duo, qm̃ vnum dupliciter dicitur. vnde Expoſitor vult, quod, cũ Ariſt. diſſecaſſet ea, quæ pertinent ad cauſas, nunc velit pertractare multiplicitatem eorum nominum, quæ pertinent ad ſubiectũ, ſiue attineant ad ſubiectũ, quia ipſa ſunt ſubiectũ, vel partes ſubiecti, ſiue attineant ad affectus, qui ſubiecto, aut ſpeciebus ſubiecti inſunt. Ideo agit de multiplicitate vnius. Sic.n. intelligendo ordinem Expoſitoris, fruſtra diſputantur, quæ iuniores differunt: vnde dicit {Vnum partim per accidens dicitur, partim per ſe} hæc eſt prima diuiſio. deinde ſubdiuidit vnũ per accidẽs in quatuor modos: quorum primus modus eſt, cum aliquod accidens comparatur ad ſubiectum. nam accidens, & id cui accidit, vnum dicitur: & dicit {per accidens quidem vt Coriſcus & muſicũ, & Coriſcus muſicus} ſubaudi eſt {idem.n. eſt dicere} ſubaudi Coriſcus muſicus eſt, & {Coriſcus & muſicus} idem.n. vt Alex. inquit, eſt dicere, Coriſcus, & muſicus eſt vnum, atq; Coriſco accidit muſicum, & Coriſcus eſt muſicus. hic eſt primus modus vnius per accidens. Deinde affert ſecundum, & vult ſecundũ modum eſſe, cum vnum accidens comparatur ad aliud: & dicit {& muſicum & iuſtum} ſubaudi vnum per accidens ſunt ſecundo modo. Deinde affert tertium modum, & vult, tertium modum eſſe cum accidens comparatur ad ſubiectum compoſitum ex ſubiecto & alio quodam accidente, & dicit {&}. ſ. vt {muſicus & iuſtus Coriſcus} muſicum.n. & iuſtus Coriſcus vnum per accidens ſunt tertio modo. hunc tertiũ modum non habebat Alex. in ſuo codice, qui tñ reperitur in noſtro. deinde affert quartum modum, & vult quartum modum eſſe, cum complexum comparatur ad complexum: & hunc Alexã. habebat in ſuo codice. Vnde dicit {& muſicus Coriſcus, & iuſtus Coriſcus} ſubaudi vnum per accidens ſunt quarto modo. nã cõparatur complexum videlicet muſicns Coriſcus, ad cõplexum videlicet iuſtum Coriſcum. Deinde affert cauſam, quare vnum quoq; horum dicatur vnum per accidens, & breuiter cauſa eſt, qm̃ omnia comparantur ad vnum ſubiectum particulare, vnde dicit {vniuerſa.n. hæc vnum dicuntur per accidens}. i. qm̃ hæc omnia cõparantur ad vnum ſubiectum. Deinde hoc declarat in ſingulis, & primo in ſecundo modo, & dicit {iuſtũ quidem & muſicum} ſubaudi vnum ſunt ſecundo modo {quia vtrũq; vni ſubſtantiæ accidit} videlicet Coriſco. deinde aſsignat rationem in primo modo, & dicit {& muſicus Coriſcus} ſubaudi per accidens vnũ ſunt primo modo {quia alterũ alteri accidit} Deinde aſsignat rationem in tertio modo, & dicit {ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus vnum Coriſco ſunt qm̃ altera partium, quæ in oratione ſunt} ſubaudi in illa muſicus Coriſcus eſt muſicus {alteri accidit. Veluti muſicus Coriſco} igiť muſicus & Coriſcus muſicus vnum per accidens ſunt modo tertio, dixit {ſimiliter modo quodam} quia illa muſicus Coriſcus non ſunt eadem tertio, videlicet Coriſco, ſed quaſi tertio, potius enim alterum alteri per accidens idem eſt: & non ꝙ ambo tertio eadem ſint. Vel vt Alexan. inquit, {ſimiliter modo quodam} qm̃ inter hunc tertium & primũ non eſt diſcrimen, niſi in prolatione. In primo enim dixit vnum eſſe Coriſcum muſicũ, in tertio vero modo dixit vnũ eſſe Coriſcum, & muſicum Coriſcum: quæ ſubiecto eadem ſunt prolatione tñ differunt. Deinde aſsignat rationẽ in quarto modo, & dicit {& muſicus Coriſcus iuſto Coriſco} ſubaudi vnũ ꝑ accidens eſt quarto modo {quia vtrius partis}. ſ. tã ſubiecti q̃ prædicati {vnum & idẽ accidit vni} qm̃ muſicus, q̃ eſt altera ſubiecti pars,

& iuſtus, quę eſt altera prędicati pars accidũt Coriſco. Deinde probat quod dixerat, & dicit {nihil. n. differt} ſubaudi muſicũ. iuſtum Coriſcus, qui erat tertius modus à quarto {niſi hoc}. ſ. {iuſtũ accidiſſet Coriſco, Coriſco muſicũ} & ſic non eſt differentia, niſi quãtum ad prolationẽ, nã illa oratio, Coriſcus iuſtus eſt muſicus, eſt in tribus terminis, illa vero, Coriſcus iuſtus eſt Coriſcus muſicus eſt in quatuor cũ Coriſcus bis dicatur. quare patet vnũquoq; horum eſſe vnum per accidens, q̃m ſ̃m rem cõparantur ad vnam ſubſtantiam indiuiduã. ſic mihi viſa eſt expoſitio huius dictionis, licet in codicibus varie legaẽ. at ſi tibi aliter videtur, placebit.

Idem eſt modus & ſi de genere, & ſi de uniuerſalium aliquo nomine accidens ipſum dicatur, ut homo idem eſt atq; muſicus homo. aut. n. quia homini quidẽ, qui una eſt ſubſtantia, muſicum accidit, aut quia utrũq; cuidam ſingularium accidit, ut Coriſco: & ſi non eodẽ modo ineſt utrũq;, ſed unum, ut genus forſitan, & in ſubſtantia, alterum ut habitus ſubſtantiæ, uel affectus. Quæ igitur ꝑ accidẽs unũ dicũtur, hoc modo dicũtur.

Nũc docet quot modis vnum per accidens dicatur in vniuerſalibus terminus, & hoc ꝓponit, & dicit {Idẽ eſt modus, & ſi de genere, & ſi de vniuerſalium aliquo nomine accidens dicatur} nam quadrifariam dici põt in vniuerſalibus, ſicuti quadrifariam vnum per accidẽs dicitur in ſingularibus. Ipſe tñ pro exemplo enumerat tantum duos modos. cæteros vero dimittit nobis conſiderare breuitatis cauſa: & dicit {vt homo idem eſt}. ſ. ſecundum ſubiectum & ſubſtantiam {atq; muſicus hõ} licet differentiã in accidente, nã muſicus hõ addit homini accidens. hanc aũt vnitatem per accidens bifariã exponit, aut cum accidens vniuerſale accidit ſubiecto vniuerſali, & hoc dicit {aut. n. quia homini quidẽ, qui vna eſt ſubſtantia, muſicũ accidit} & hic modus correſpondet primo modo eorũ, qui dicti ſunt in ſingularibus {aut quia vtrũq;}. ſ. accidens vniuerſale, & hõ vniuerſalis {cuidam ſingularium accidit, vt Coriſco, & ſi vrũq; non eodẽ modo ineſt}. ſ. Coriſco {ſed vnum} videlicet hõ ineſt Coriſco {vt genus forſitan & in ſubſtantia, alterũ} videlicet muſicũ {vt habitus ſubſtantiæ, vel affectus}. i. alterũ ineſt Coriſco, vt accidens. & hic modus põt correſpondere ſcd̃o, & tertio pro tuo arbitrio. Alex. aũt putat hunc correſpondere ſecũdo modo, qui erat muſicũ & iuſtum. cęteros voluit, vt cõſideremus. Et cum dixit {aut quia vtrũq; cuidam ſingularium accidit} potuit dicere aut quia vtrũq; cuidam vniuerſaliũ accidit, ſed q̃m parua differentia, eſt accipit alterum ꝓ altero. & ſingulare pro vniuerſali demum epilogat, & dicit {q̃ igitur per accidens dicuntur vnũ, hoc modo dicuntur} Quo vero ad verba attinet, cum dicit {aut quia vtrũq; cuidam ſingulariũ accidit, vt Coriſco} licet hic modus poſſit correſpondere ſecũdo, & tertio, vt dixi Alex. tñ dicit ſic, vel quia muſicũ, & hõ accidit vni cuidam indiuiduæ ſubſtantiæ, exẽpli gratia Coriſco, quẽadmodum muſicũ & iuſtum vnũ dicebatur, niſi quod non ſimiliter vtrũq;. i. hõ & muſicum ineſt Coriſco. ſed homo, vt eius ſpecies, & ipſius exiſtens ſubſtantia. Muſicũ vero, vt habitus quidam, vel affectio. vel omnino, vt accidens. hæc Alex. per q̃ patet hunc modũ correſpondere ſcd̃o eorũ, qu dicti ſunt in particularibus terminis nos vero diximus hũc poſſe ẽt corñdere tertio modo.

TEX. 8. *Faſcis* φάκελος. *vnus lignorum congeries.*

Eorum autem, quæ unum per ſe dicuntur, alia ex eo dicuntur, quia continua ſunt, ut faſcis uinculo, et ligna glutino. linea quoq; continua, ſi flexa etiam ſit, una dicitur quemadmodum & partium ſingulæ, ut crus, & brachium.

Cum declaraſſet vnum per accidens, & multiplicem eius acceptionẽ, nunc ea declarat, quæ ſunt vnũ per ſe, & hæc continua dicit, quæ, vt Alex. inquit dupliciter dicuntur, aut vtrũq; ab aliquo continentur, vt faſcem lignorum ꝙ à vinculo cõſtringatur, pari rõne q̃ glutino cohærent, vt ligna. Vnde dicit {Eorum aũt, quę vnũ per ſe dicuntur, alia ex eo dicunẽ, quia continua ſunt} ſubaudi ab aliquo, velut ea, quæ vtcũq; ab aliquo continẽtur {vt faſcis} qui lignorum congeries eſt {vinculo} cõſtrictus vnum continuum dr̃. continua. n. vocat latius ſumpto vocabulo ea ẽt, q̃ vtcũq; ab aliquo continẽtur, & horum innuit modos, quorũ primus eſt eorum, quæ continua ſunt aliquo conſtringente {vt faſcis vinculo, & ligna glutino} hoc eſt primus. modus, alia continua nuncupantur ꝙ terminum habeant cõmunem, qualia ſunt, quæ proprie continua intelliguntur, quẽ modum ſ̃m per exemplum innuit, & dicit {linea quoq; continua}. ſ. cuius partes copulantur ad vnum terminũ cõmunem {ſi flexa ẽt ſit, vna dicitur}. ſ. per ſe {quemadmodum & partium ſingulæ}. i. veluti vnũquodq; aĩalis mẽbrum {vt crus} dr̃ per ſe vnum, quia eius partes copulantur ad vnum cõmunem terminum videlicet neruum {& brachium} ſimili rõne dr̃ vnum. ſic igitur vnũ per ſe dicitur ipſum continuũ, quod dupliciter dr̃, aut quod aliquo extrinſecus accedẽte vnum eſt. aut quod vno termino cõmuni vnum eſt. vel ſic bifariam continuum diuidi põt, quod aliud ſit continuum arte, veluti quod continuum eſt aliquo extrinſecus accedente, aut natura, vt quod continuum eſt vno termino connato inter partes, vt neruo, vel alio tali.

Horum autem ipſorum ea magis unum ſunt, quæ continua ſunt natura, quam ea, quæ arte continua ſunt.

Cum diſtinxiſſet continua in ea, quæ arte, & in ea, q̃ natura continua ſunt, hæc nunc cõparat, & dicit {Horum aũt ipſorum}. ſ. continuorum, q̃ dicuntur natura, & arte {ea magis vnũ ſunt, q̃ continua ſunt natura}. i. aliquo termino cõmuni, qui partibus innatus eſt {quã ea, quæ arte continua ſunt}. i. aliquo extrinſecus accedente partibus. cauſa huius differentiæ patet, q̃m q̃ natura continua ſunt, aliquo continua ſunt, quod non eſt extremum partibus, ſed connatũ, at q̃ arte ſunt continua, aliquo ſunt continua, quę extrinſecus accedit: atque partibus eſt extraneũ. hoc pacto brachium hominis magis continuum eſt q̃ brachium ſtatuæ. talia etiã quæ natura continua ſunt, magis vnita, cognataq; ſunt eademq; cõmunem habent ſenſum.

Id uero continuum dicitur, cuius motus eſt unus per ſe, & aliter ſeſe habere non poteſt. unus autem is eſt motus, qui indiuiſibilis eſt, atq; indiuiſibilis tempore.

Cũ tetigiſſet duos modos ipſius continui, nunc definit continuum, quod proprie dicitur continuũ, vt innuat tertium modũ, quo accipitur continuum. Vnde dicit, id vero. ſ. proprie, & tertio modo {continuũ dr̃} cuius {motus eſt vnus per ſe} dico per ſe, quia poſſibile eſt vt continuum moueatur vno motu per ſe, & vno alio, vel pluribus alijs per accidens, veluti ſi homo moueretur in naui per ſe contra motum nauis, moueretur nihilominus motu nauis per accidens. & addit {& aliter ſeſe habere non põt} quia non eſt poſſibile in continuo, vt diuerſæ partes diuerſis motibus moueantur. Vnde Alex. vult vt his verbis ea proprie, primũq; continua eſſe dicat, quorũ motus, quo ꝑ ſe mouentur, vnus eſt, &

eſt,& neceſſario.vnus.i.quo mouentur,omnia,nec fieri poteſt, vt alterum moueatur,altero quieſcẽte, qualia ſunt continua,quæ flexura vocat. Deinde exponit quis motus vnus ſit,& dicit { vnus autem is eſt motus, qui indiuiſibilis eſt } deinde exponit quid per motum indiuiſibilem intelligat,& dicit { atq; indiuiſibilis } .ſ. motus intelligatur,qui { tempore} eſt indiuiſibilis. dicitur autem motus tempore indiuiſibilis, vt Alexand. exponit, quo mouentur ſimul omnes partes cõtinui: ita vt fieri non poſsit,vt alterum moueatur, & alterũ quieſcat. vel vt vnum moueri incipiat, & alterum non incipiat,qualia ſunt cõtinua,quæ flexura vocat, quorum alterum poteſt moueri, altero quieſcente, vel alterum quieſcere, altero moto: per quæ datur intelligi,vt indiuiſibile hic accipiatur aliter quam in Libro ſexto phyſicę auſcultationis,vt Expoſitor declarauit.

Ea uero per ſe continua ſunt, quæ non tactu unum ſunt. nam ſi hoc pacto ligna poſueris, ut ſeſe tãgant,non unum aut lignum,aut corpus,aut aliud quicq̃ continuum ea dixeris eſſe.

Cum dixiſſet cõtinua vocari,quorũ motus eſt vnus, protinus quæ ſint,vt Alexan. inquit, quorum motus eſt vnus,exponit,& in quo huiuſmodi continui eſſe cõſiſtat, & primo exponit in quo huiuſmodi continui eſſe conſiſtat, & dicit { Ea vero per ſe continua ſunt, quæ non tactu vnum ſunt } vt quæ vinculo,aut glutino continentur:ſed quæ vno termino copulantur, vt dictum eſt, connato,probat hoc argumento ſumpto à lignis,& dicit {nam ſi hoc pacto ligna poſueris,vt ſeſe tangant } & fuerint contigua { non vnum aut lignum , aut corpus, aut aliud quicquam continuum ea dixeris eſſe } ergo per ſe continua non ſunt, quæ tactu continua ſunt:ſed quæ vno termino copulantur, vt dictum eſt,connato.

Omnino igitur & ea,quæ continua ſunt, unum dicuntur, & ſi flexuram habent,& etiam ea magis,quæ flexuram non habent, ut tibia, aut femur magis unum eſt quam crus, quãdo fieri poteſt,ut non unus ſit motus ipſius cruris. & recta linea magis eſt unum quam flexa. eam uero, quæ flexa eſt,ac angulum habet, ex eo unam & non unam dicimus eſſe, quia fieri poteſt,ut motus ipſius & ſimul ſit,& non ſimul,at ipſius rectæ motus ſemper eſt ſimul, & non fit, ut pars ipſius magnitudinem habens, alia quieſcat, alio moueatur, ut fit in linea reflexa.

Iis declaratis,concludit quonam modo continuum ad vnitatem ſe habet. deinde de comparatione continuorum ad vnum diſcurrit,de primo dicit { Omnino igitur & ea, quæ continua ſunt}.ſ.non per contactum { vnum dicuntur} vtputa aut vnum lignum,aut vnum corpus, aut vnum id genus. dico continua eſſe vnum {& ſi flexurã habent} modo copulentur ad vnũ connatum terminum.hoc eſt primum,deinde agẽs de comparatione continuorum ad vnum, dicit { & etiã ea magis } ſubaudi vnum ſunt { quæ flexuram nõ habent } deinde affert exemplũ,& primo in mẽbro animalis, & dicit { vt tibia } quæ proprie os eſt, qđ opponitur ſuræ inter pedem,& genu contentum{aut femur} quod continetur inter genu,& ancam:qđ etiam coxa dicitur { magis vnum eſt quam crus}quod continet tibiam,& femur.Deinde affert rationem,& dicit {quando fieri poteſt, vt non vnus ſit motus ipſius cruris } nam cum crus flexuram habeat,fieri poteſt,vt tibia mota,femur quieſcat.At tibiæ,& femoris fieri nõ poteſt,vt vna pars quieſcat,& altera moueatur.Deinde affert extremũ in linea, & dicit { & recta linea magis eſt vnum quam flexa } Deinde affert rationem, & dicit { eam vero, quæ flexa eſt,ac angulum habet } .ſ. in A { ex eo vnam,& non vnam dicimus eſſe,quia fieri poteſt,vt motus ipſius,& ſimul ſit } .ſ.omnium partium { & non ſimul } .ſ. ſit omnium partium . poteſt .n.A,B,moueri, quieſcente A, C. & poteſt tota linea B,A,C,ſimul moueri . Quo enim motus totius lineæ, atq; omnium partium eſt,vna eſt:quo vero motus lineæ non eſt ſimul omnium partium, eſt non vna { at ipſius }.ſ.lineæ { rectæ motus ſemper eſt ſimul, & nõ fit, vt pars ipſius magnitudinem habens alia quieſcat, alia moueatur, vt fit in linea flexa } igitur linea recta ſemper eſt vna. addidit autem { magnitudinem habens} quia terminum lineæ rectæ poſſet quiſpiam for- *Quæ Auer. cõm.8.* taſſe appellare partem, qui terminus in motu lineæ totius conſiſtere poteſt. Auerroes autem per lineam rectam , & per lineam flexam corpus intelligit rectum, & flexum,quoniam linea non mouetur,vt ſex- *Cõm.32.* to Phyſicæ auſcultationis eſt perſpicuum: ſed corpus ipſum duntaxat.



TEX.9.

Præterea alio modo ex eo aliqua unum dicũtur, quia ſubiectum eſt indifferens forma. Indifferẽs autem ex eis hoc pacto ſubiectum eſt,quorum forma eſt indiuiſibilis ſenſu. ſubiectũ aũt aut primũ,aut extremum ad finẽ. Etenim uinũ unum dicitur, atq; aqua, ſi ſit indiuiſibilis forma. Et liquiores omnes dicũtur unum,ut oleum,uinum,et ea, quæ liqueſcere poſſunt,quia omnium ultimum ſubiectum eſt idem. ſiquidem cuncta hæc aut aqua ſunt,aut aer.

Cum declaraſſet ea eſſe vnum , quorum quantitas *Quæ Auer. cõm.9.* eſt continua : nunc affert ſecundum modum principalem,quo aliqua dicuntur vnum. Auerroes vult,vt ea dicantur vnum ſecundo modo,quæ non diſcrepant forma, quomodo vult ſimilarem partem quãlibet eſſe vnam,quoniã tota,& quælibet eius particula eſt eiuſdem rationis,atque nominis. ſic.n.caro eſt vna, quoniam tota caro eſt caro, & quælibet pars carnis eſt caro:ſic quoq; os eſt vnum,& neruus,& vnumquodque id genus. Aliter intelligi poteſt,cum dicit { Præterea alio modo ex eo aliqua vnum dicuntur quia ſubiectũ} ſcilicet vel cui inſunt, vel de quo prædicantur {eſt indifferens forma}.i.vnum eſt ſecundum ſpeciẽ.ſic animal & ſubſtantia ſunt vnum,quia dicuntur de homine,qui eſt vnus ſpecie: ſic color,& magnitudo eſt vnũ, quia inſunt homini,qui eſt ſecundum ſpeciem vnum. Deinde exponit quid ſit intelligendum per ſubiectum indifferens ſpecie,atq; forma,& dicit { ſubiectum autem indifferẽs} ſubaudi forma {hoc pacto ex eis}ſubiectis , & de numero eorum ſubiectorum { eſt, quorum}.i.de numero quorũ cuiuſq; { forma eſt indiuiſibilis ſenſu } ergo ſubiectum, quod dicitur indifferens forma eſt,cuius ſenſibilis forma eſt indiuiſibilis. & per formam ſenſibilem Alexander intelligit,quæ enumeratur inter ſenſibilia exempli gratia dulce, & acerbũ, & album,atque fuſcum. Quæ expoſitio non mihi placet,quoniam tunc ſubiectum diceretur indifferẽs forma,cuius accidens ſenſibile eſſet vnum tantum, & nõ plura.quod non puto eſſe recte dictum . per formam ergo,quæ cadit ſub ſenſu,intelligendum eſſe puto,formam ſubſtantialem, cuius operationes poſſunt perci-

pi ſenſu, & quæ perficit ſubiectum vnum ſenſibile, atque corporeum, quod percipi poteſt ſenſu vno. quoties ergo ſubſtantialis forma ſubiecti, fuerit ſpecie indiuidua, ſubiectum dicitur indifferens forma. hinc fit, vt humidum aeris, & humidum aquę non ſint vnum, quoniam aqua, & aer non ſunt ſubiectum indifferens forma ſubſtantiali, ſed differens. dicit ergo forma ſen ſu indiuiſibilis, quæ perficit ſubiectum indiuiſibile ſen ſu: quod videlicet poteſt vno ſenſu percipi. & quoniã duplex eſt ſubiectum proximum, & remotum, exponit per ſubiectum ſe intelligere vtrunq;. nam tam ea quorum ſubiectum proximum eſt vnum, vnum dicuntur, quam ea, quorũ ſubiectum remotum eſt vnũ, etiam vnum dicuntur: & dicit {ſubiectum autẽ aut primum, aut extremum ad finem} nam tam ea dicun tur vnum, quorum ſubiectum primum eſt indifferens ſpecie, quam ea, quorum ſubiectum extremum ad finem eſt in differens ſpecie {primum} vno modo appellant id quod continenter, atq; proxime ſubiectum eſt. vt verbi gratia vinũ, nam ſubiectum appellat ſubſtantiam ſenſibilem {extremum autem ad finẽ} ſubiectum remotum. adiecit {ad finẽ} quod intelligi poteſt, vel extremum à fine. i. ab ipſo maxime ſeiunctum, vel extremum ad finem. i. vltimum, quod alij nõ ſubijcitur. & tunc extremum ſubiectum eſt vinũ, & oleũ, primum vero, ſubiectum ſenſibile ex quo ipſa generãtur, ad hunc modum vnum ſunt, quæ ex eadem materia, eodemq; ſubto ſenſibili fiũt: vnde dicit {Etenim vinũ vnum} ſubaudi ſubiectum {dicitur, atq; aqua} .ſ. ſeorſum etiam vnum ſubiectum dicitur reſpectu eorum, quibus ſubijciuntur {ſi} vini atq; aquæ ſeorſum {ſit indiuiſibilis forma} & vna ſpecie {& liquores omnes vnum dicuntur, vt oleum, vinum, & ea quæ liqueſcere poſſunt, quia omnium vltimum ſubiectũ eſt idem. hæc enim omnia aut aqua ſunt, aut aer.} quare aer, vel aqua ſubiectum remotum dicitur. vel poteſt intelligi per vinum ipſum vinum & partes vini, & per aquam ipſam aquam, & partes aquæ. & tunc erit ſenſus {etenim vinũ} & ſubaudi omnes partes vini {atque aqua} & omnes partes aquæ ſeorſum vnum ſunt, quoniam forma ſubſtantialis vini eſt communis eadẽ in omnibus & ſubiectum proximum vnum. liquores vero omnes ſunt vnum ſubiecto remoto, quia aqua vel aer eſt vnum forma: quæ ſunt ſubiecta remota aquæ, & vini, & omnium liquorum. ergo vna expoſitio eſt, vt per vinum, & aquam intelligatur ſubiectũ propinquum reſpectu eorum, quibus ſubiiciũtur, vel quæ de vino, & aqua prædicãtur. per aerem vero vel aquã ſubiectum remotum reſpectu eorũ. quibus liquores ſubiiciuntur, vel reſpectu eorũ, quæ prædicãtur de liquoribus. alia expoſitio eſt, vt per vinum & aquam intelligatur ſubiectum propinquum reſpectu partium vini, & aquæ: per aerem & aquam ſubiectum remotũ partium liquorum. nam liquores ſunt ſubiecta proxima ſuarum partium. Pręterea cum Alexã. expoſuiſſet per formam indiuiſibilem ſenſu, formam ſenſibilem vnã, quæ enumeratur inter ſenſibilia, verbi gratia dulce, & acerbum, & album, atque fuſcũ, & alia id genus, ſuſtineri poteſt. nam Ariſto. hic per ſubiectum indifferẽs, intelligit ſubiectum vnum, & per ſubiectum vnũ, intelligit ſubiectum, cuius forma ſenſibilis eſt indiuiſibilis. i. vna, vt puta vel dulce, vel acerbum, album vel fuſcum, aut tale quippiam: hoc pacto quæcunque inſunt ſubiecto dulci, ſunt vnum dulcedine, quæ vero ſubiecto acerbo, ſunt vnum acerbitate. etiam quæcũque inſunt ſubiecto albo, ſunt vnum albedine, quæ autem ſubiecto fuſco, ſunt vnum fuſcedine. ſimili ratione dici poteſt de prædicatis, nam quæ prædicantur de ſubiecto dulci, ſunt vnum dulcedine, & de cæteris ſimili ratione. Quare hæc expoſitio Alexandri poteſt dictioni conuenire.

Dicuntur etiam unum & ea, quorum genus eſt unum differens oppoſitis differentiis atque hæc uniuerſa unum propterea dici ſolent, quia genus eſt unum, quod ſubijcitur differentijs ipſis, ut equus, homo, canis, unũ quippiam ſunt ex eo, quia cuncta ſunt animalia. & itaque quodam modo perinde ſunt unum, ut ea, quorum eſt materia una. TEX. 10.


Tertiũ modum, quo aliqua vnum dicuntur, hic exponit, aſſerens vnum ea tertio modo dici, quorũ vnũ idemque genus habetur. nã licet ſint diuerſa, & per generis eiuſdem diuiſionem oppoſitis differentiis accepta, vnum tamen ſunt ſecundũ genus. Tertio ergo modo aliqua vnum dicuntur, quæ vnum genere dicũtur. Vnde dicit {Dicuntur etiam vnum & ea, quorum genus eſt vnnm} & idem {differens oppoſitis differentijs} quibus hæc diuerſa ſunt, acceptaq; per eiuſdẽ generis diuiſionẽ oppoſitis differentijs {atque hæc vniuerſa vnum propterea dici ſolent, quia genus eſt vnũ, quod ſubijcitur differentijs ipſis} licet ſint diuerſa, oppoſitisq; differentiis accepta {vt equus, homo, canis, vnum quippiam ſunt ex eo, quia cuncta} .ſ. ipſa {ſunt animalia} Deinde comparat hunc tertium modum ad ſecundũ, comparationem quaſi inferendo ex dictis, & dicit {& itaq; quodammodo perinde} hæc, quæ tertio modo vnum dicuntur {ſunt vnum vt ea, quorum eſt materia vna} quoniam ſicuti illa, cum ſint inter ſe diuerſa, vnum tamen ſunt, quoniam ad ſubiectum vnum referuntur, ita etiam hæc, licet ſint inter ſe diuerſa, vnum tamen ſunt, quoniam ad genus vnum referũtur. Ergo ſunt ſimilia. Addit tamen {quodam modo} quia non ſunt ſimpliciter ſimilia, ſed aliquo modo. nam quæ ſunt vnum ſecundo modo, referuntur ad vnum ſubiectum: quæ vero ſunt vnum tertio modo, referuntur ad vnum prædicatum. nam genus prædicatum eſt, materia vero ſubiectum, & dixit {quorum eſt materia vna} intelligens ſubiectum remotum, quod eſt corpus ſenſibile, veluti aer, aut aqua reſpectu reliquorum: vt Alexander ſentire videtur. nam hoc eſt, quod generi ſimile eſt. Propterea quia ſicut ea, quæ ſunt eadem genere, differunt differentiis, ſic ea, quæ ſunt eadem corpore ſenſibili, differunt formis. Vtrum vero genus ſumatur ab eo, quod eſt materiale in re, an ab eo, quod eſt formale, quæſtio hęc petenda eſt à dilucidario. fortaſſe enim tam genus quàm differentia accipitur ab eo, quod eſt formale. licet formale, à quo genus accipitur, ſit vniuerſalius, formale vero, à quo accipitur differentia, ſit minus vniuerſale. ſed hæc poſtulanda ſunt à dilucidario.

Iſta autem interdum hoc pacto unum, interdum ſuperiore genere idem dicuntur: ut ſi non propinquæ, ſed ultimæ ſint generis ſpecies. Veluti triangulus duorum æqualium laterum, & triangulus laterum æqualium omnium, eadem unaq; figura ſunt: quia uterque triangulus eſt, at non ſunt idem trianguli.


ἰσοσκελὲς *Triangulum duorũ æqualium laterum* ἰσόπλευρον. *Triãgulus laterum æqualiũ omnium.*

Iſoſceles

Iſoſceles duorum laterum æqualium.



Iſopleuron omnium laterum æqualium.



Cum dixiſſet tertio modo ea dici vnum,quæ gene-
Quæ Auer. com. 10. re idem vnumq́; ſunt,nũc ſubdiſtinguit hæc,vt Auer. plane inquit, & Alexander, ꝙ eorum quæ genere vnũ ſunt,alia proximo,alia remoto genere vnum dicũtur. proximo quidem,vt vir & mulier,quæ idem homo,& vnum ſunt,quia non diſtant inter ſe hominis differentijs. remoto vero ea vnum genere dicuntur,quæ diſtãt inter ſe differentijs proximi generis, differentijs vero remoti generis nõ diſcrepant,veluti aquila,& coruus, nam cum animalis differentijs nõ differunt. omnes.n. aues ſub volatile,quod eſt animalis vna differentia, cadunt,eadem ſunt animalia,non item eædem aues, quia diſcriminibus auis diſſentiunt. Vnde dicit { Iſta autẽ } quæ tertio modo vnum dicuntur { interdum } dicuntur { hoc pacto vnum } .ſ. vt dictum eſt genere proximo, veluti vir & mulier,quæ idem & vnũ homo ſunt, quia non diſtant inter ſe hominis differentijs { interdum dicuntur idem } & vnum { ſuperiore genere } .i. remotiore, & non proximo genere { vt ſi ſint ſpecies non propinquæ } generis remoti { ſed ſint ſpecies vltimæ generis } .ſ. remoti,inter quas,& genus remotum interſint multa ſubalterna genera. Veluti ſunt aquila & coruus,aut aquila & accipiter,quæ non ſunt propinquæ ſpecies animalis,ſed auis.hæc enim non ſunt eadẽ in genere proximo.ſ.idem auis,aut vnum auis,nã animalis differentiis non diſtant, ſed auis diſcriminibus, & ſic non poſſunt eſſe vnum auis.Ipſe tamen exemplũ affert in figuris, & dicit { Veluti triangulus duorum æqualium laterum } qui græce ἰσοσκελὴς dicitur { & triangulus laterum æqualium omnium } qui græce vocatur ἰσόπλευρον { eadem vnaq́; figura ſunt } quoniam diſcriminibus figuræ non differunt { quia vterq; triãgulus eſt } quia in recti lineorum differentiã, quæ triãgulum conſtituit,cadunt { at non ſunt idem triãguli } quia trianguli diſcriminibus diſſentiunt. ergo iſoſceles,& iſopleuron ſunt vna eademq; figura,non autem vnus idemq; triangulus.& ratio,vt diximus eſt,quoniã cuius generis differentijs aliqua illi ſubdita inter ſe nõ diſcrepant, ſecundum illud hæc eadem ſunt inter ſe,vt iſoſceles,& iſopleuron,qui in rectilineorum differentia figuræ ſubdita non differunt. ſecundum id autem diuerſa, cuius diſtant differentiis, vt quia iſoſceles, & iſopleuron diſcrepant diſcriminibus trianguli,nõ ſunt idem,& vnus triangulus.hactenus de tertio modo.

TEX.12. *Præterea unum ea dicuntur,quorum ratio quæ quiditatem explicat, indiuiſibilis eſt ad aliam. quæ quiditatem rei declarat.Ipſa enim per ſe ipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim & id quod accreuit,atque decreſcit,eſt unum, quia ratio eſt una, perinde atque in planis quæ longitudinem habẽt, & latitudinem,ratio formæ eſt una.*

Nunc quartum modum eorum,quæ dicuntur,vnũ exponit,& vt Alexander in calce dictionis ait,ea,quæ quarto modo ſunt vnum,ſpecie eadem, ac vnum eſſe dicuntur. Explicat autem ſpecie ea eſſe vnum, quorũ ratio atq; definitio eſt eadem. nã hæc licet inter ſe diſcrepent,ſeiunctaq; ſint,vnum tamen eſſe dicũtur.fieri enim poteſt, vt aliqua quibuſdam accidentibus diſcrepent, quorum ſubſtantiam rationes explicantes eædem ſint,vnumq́; eſſe dicantur.vnde dicit { Præterea vnum ea } .ſ.quarto modo { dicuntur,quorum ratio,quæ quiditatem explicat,indiuiſibilis eſt ad aliam } .ſ.rationem { quæ quiditatem rei declarat } .i,quorum rationes coincidũt in vnam:ita vt eorum ratio, ac definitio eadem ſit,ac indiuidua. & quia dixit { indiuiſibilis eſt ad aliam } ne tu putes definitionem eſſe in ſe indiuiſibilem, ſubdit } ipſa.n.per ſe ipſam omnis ratio diuiſibilis eſt } Propterea quia omnis definitio ex pluribus quibuſdam conſtituitur, videlicet genere & differentia,in quæ diuiditur. Deinde ſubdit exemplũ,& dicit { ſic.n.& id,quod accreuit,atq; decreſcit eſt vnũ } .ſ.definitione { quia ratio eſt vna } nam licet,quod accreuit,& quod decreſcit, quibuſdam accidentibus diſtent,ad hunc tñ modum ratio vna eſt.vterq;.n.motus eſt ad quantitatem. & quia dixit rationem eſſe vnam, ſubdit quõ ſit vna, & dicit { perinde atq; in planis } .i. in ſuperficiebus { quæ longitudinem habent & latitudinem,ratione formę } .i.definitio { eſt vna } ſuperficies .n.licet diſcrepent accidentibus,tñ omnium eſt vna ratio,vt ſint magnitudines, quæ longitudinem & latitudinem habeant. vel intelligas ſic { perinde atq; in planis,quæ longitudinem habent & latitudinẽ,ratio formæ eſt vna } ſiue maius ſit,ſiue minus. nam ſimilis triãgulus,atq; vnus ſunt maior & minor,modo ſint eiuſdem ſpeciei.per quæ explicare videtur, quæ ſpecie eadem ac vnum eſſe dicantur. Auerroes autẽ licet hunc Quæ Auer. com. 11.
locum perperam expoſuerit,tamen ait Ariſtotelẽ dixiſſe { perinde atque in planis } ad excludendum concauas,atque conuexas ſuperficies.iſtę.n.ſuperficies nõ conueniunt in eadem definitione, quemadmodũ nec recta linea, & curua cõueniunt in eadem definitione. Et male conſiderauit, qm̃ omnem ſuperficiem Ariſt. vocat planum,qm̃ omnis habet longitudinem, & latitudinem:& ſic omnes ſunt vnum definitione.

Omnino autem unum ea dicuntur maxime,quorum intellectio indiuiſibilis eſt: quæ quiditatem ipſam intelligit,et neq; tempore,neq; loco ſeparari poſſunt,neq; etiam ratione,& horum ea præſertim,quæ ſubſtantiæ ſunt.

Nunc quintum modum vnius addit,& vult,vt vnũ maxime id dicatur,cuius intellectio eſt vna,qua videlicet eius quiditas intelligitur:& tale ſit,vt neq; tẽpore neque loco,neq; rõne ſeparari poſsit.vnde dicit { omnino autem vnum ea dicuntur maxime,quorũ intellectio indiuiſibilis eſt } .i.quorũ intellectio eſt vna { quæ quiditatem ipſam intelligit } .i.per quam intellectionẽ quiditas eorum intelligitur,& tu intelligas ad hũc modum,vt vnum proprie id intelligatur,cuius intellectio vna eſt, qua eius quiditas intelligitur. accepit.n.ea in plurali,pro id,in ſingulari.deſcribit.n.quid proprie,& omnino vnum eſt. & vult.vt primo requiratur vnitas intellectionis,ita vt intelligatᷣ vnica intellectione,qua ratione cœlum & tellus non ſunt potiſsimum vnum, quoniã non intelliguntur vna intellectione,cum ſeorſum intelligatur cœlũ propria intellectione,& ſeorſum

terra.nec ſufficit, quod intelligatur vna intellectione cum ea,quæ genere,vel ſpecie vnum ſunt,vnica intellectione generis intelligantur. ideo addit,vt tale, qđ eſt proprie vnum, nõ ſit diuiſibile loco.propterea Socrates,& Plato non ſunt vnum,quia licet intelligantur vna intellectione,qua homo intelligitur, vel qua animal, tamen diſcrepant loco.nec ſufficit, vt ſit vnũ intellectione & loco,ſed oportet,vt non ſit diuiſibile tẽpore,nam Socrates & homo intellectione, & loco vnũ eſt,quia tamen non eſt tempore vnum,ideo Socrates, & homo,non ſunt vnum proprie ac potiſsimum.quia tempore diuidi poſſunt. quippe cum homo ſit perpetuus,Socrates pro tempore.nec ſufficit,vt ſit vnum potiſsimum, quod intellectione,loco,tempore ſit indiuiduum.nam ſic aſcenſus, & deſcẽſus vnum proprie eſſet,fieri.n.pōt vt vna intellectione ſit indiuiduus, vno loco,vno tempore,quia tñ ratio eſt diuerſa, ideo non eſt proprie ac potiſsimum vnũ. addit cuius intellectio indiuidua eſt,qua intelligitur eius quiditas, quia fieri poteſt vt aliquid ſit,cuius intellectio ſit vna, & tamen non eſt vnum, qm̃ intellectio, qua intelligitur,non eſt qua quiditas, ſed qua eius accidens intelligitur, dicit {& neque tempore,neq; loco ſeparari poſſunt} quaſi dicat,& non tantum intellectione ſit vnum, ſed tempore,& loco,neque {etiam ratione} ſed etiam ratione ſit vnum.deinde quæ ſunt hæc,exponit, & dicit {& horum ea præſertim, quæ ſubſtantiæ ſunt} .ſ.indiuiduæ, vnde Alex.quod vero eſt vnum numero,& potiſsimũ vnum, id prorſus eſt indiuiduum, præſertim quod eſt in ſubſtantia.cuius rationem affert,quia cætera indiuidua cæterorum prædicamentorum, quæ vnitatem numeralem habent,beneficio ſubſtantiæ eam obtinent. ergo vnumquodq; indiuiduum ſubſtantiæ eſt potiſsime vnum,quod hic deſcribitur.nam cæterorum prædicamentorum indiuiduum nullum poteſt eſſe vnum per ſe, ſed propter ſubſtantiam indiuiduam.indiuiduũ .n.ſubſtantiæ vnum eſt intellectione,qua videlicet intelligitur eius quod quid erat eſſe.eſt vnum loco,cum pluribus in locis eſſe non poſsit,vnum tempore, quia non contingit eſſe in diuerſis temporibus vnũ ratione,qm̃ diuerſis rationibus non definitur. Ex quibus patet error Auerrois, qui ait tale vnum potiſsimũ eſſe in quantitate tantum, nam ſi ſitum non habet,eſt vnitas,quod eſt principium numeri,& ſi ſitum habet,eſt punctus. nam illud,quod eſt tale in vnoquoq; genere, non eſt ſimplex.vult igitur Auerroes,vt vnum potiſsimum, quod hic deſcribitur,ſit indiuiſibile in prædicamento quãtitatis: quod falſum eſſe patet, primo,quia nihil poteſt eſſe ſimpliciter vnum, quod non ſit ſubſtãtia indiuidua,aut in ipſa indiuidua ſubſtantia,vt Alex. dicebatur beneficio cuius dicatur vnum. deinde punctum non eſt ſitu indiuiduum,cum punctum in cœlo, & punctum in medio terræ ſitu diſſentiant. vnitas etiã quæ eſt in numeris lapidum,differt ab vnitate,q̃ eſt in numero equorum.ergo nec punctum,nec vnitas dicetur proprie,ac potiſsimum vnum. longe etiam magis perperam dixerunt Iuniores,qui primam materiam & primam formam in genere ſubſtãtiæ dicunt eſſe proprie vnum,& conceptum entis,& conceptum differẽtiæ vltimæ.quæ omnia ſunt contra Alexandrũ,& eius rationem.ergo vnum,quod hic deſcribitur,eſt vnum numero in prædicamento ſubſtantiæ. hoc enim proprie ſectionem non admittit, nec diſcrimen vllum habet ad aliquid.

Quæ Auer. com.11.

Generatim autem ea,quæ diuiſionem non habent ea ratione, qua non habent, unum dicuntur. Veluti ſi qua homo diuiſionem non habent, unus ſunt homo. Si qua animal,unum eſt animal,ſi qua magnitudo,una ſunt magnitudo.

Autem δὲ. enim γὰρ.

Verbum autem in dictione, quæ eſt { Generatim autem } legitur in codice Alexandri, & in tranſlatione Argyropyli.in codice noſtro, & in veteribus trãſlationibus legitur γὰρ, id eſt enim.in correctionibus, δὴ id eſt itaque: quod mihi valde conſonum eſt. quoniam Ariſtoteles,quaſi per viam conſequentiæ cõcludens dicit { generatim itaque ea, quæ diuiſionem non habent,ea ratione,qua non habent, vnum dicuntur } cuius rationem affert Alexander, quoniam qua diuiſionem non habent, non differunt inter ſe, quatenus non differunt, eadem ſunt inter ſe, & vnum. deinde affert exempla,& dicit { veluti ſi } ſubaudi Socrates,& Plato { qua homo diuiſionem non habent, vnus ſunt homo.homo.n.qui quatenus homo eſt indiuiduus, vnus eſt,id eſt nõ diuiditur in homines { ſi } aquila, & accipiter { qua animal } diuiſionem non habent {vnũ ſunt animal} quoniã animal quatenus animal non diuiditur in animalia {ſi} ſubaudi partes eiuſdem corporis diuiſionem non habent { qua } ſunt { magnitudo, vna ſunt magnitudo } quæ eadem eſt in cæteris ratio. Auerroes autem neſcio qua ratione motus velle videtur,vt Ariſtoteles deſcribat quid ſit totum diſsimilare aſſerens totum diſsimilare eſſe quod non diuiditur in partes,quarum quælibet ſit eiuſdem rationis,atq; nominis cum ſuo toto.hoc pacto homo eſt totũ diſsimilare,quoniã partes integrales,ex quibus componitur, non ſunt eiuſdem rationis,atq; nominis cum ſuo toto ſic animal. At magnitudo tantum excipitur,cuius q̃libet pars eſt magnitudo. Quę expoſitio nullo pacto videtur verbis conuenire.

Quæ Auer. com.11.

Plurima igitur unum ex eo dicuntur, quia aliud quippiam unum aut efficiunt, aut patiuntur, aut aliquid unũ ſunt. Sed ea primo dicuntur unum,quorum ſubſtantia eſt una.una autẽ aut continuatione,aut forma,aut ratione.etenim ea, quæ non continua ſunt,aut ea,quorum forma non una eſt:aut ea,quorum non una ratio eſt,ut plura numerare ſolemus.

Cum concluſiſſet qua ratione aliqua ſint vnũ,nunc reuertitur ad oſtendẽdum,quid ſit proprie vnũ, & primo exponit ea,quæ ſunt vnum propter aliquod accidens, & dicit { Plurima igitur vnum ex eo dicuntur, quia aliud quippiam vnum aut efficiunt} quemadmodum quæ ſimiliter diſpoſita ſunt, vnum eſſe dicuntur, quia vnum efficiunt, vt mel melli idem, atq; vnũ eſſe dicitur,quia ambo mouent guſtum ad dulcedinẽ {aut patiuntur} vt quæ caleſcunt, vel refrigerantur {aut aliquid vnum ſunt } vt quæ vtraq; alba, vel vtraq; dulcia vel vtraq; calida. Et vt breuiter dicam, quæ affectione aliqua eadem afficiuntur,hæc vnum ſunt ex accidenti. deinde exponit, atq; repetit ea,quæ proprie vnum ſunt,& dicit { ſed primo dicuntur vnum,quorũ ſubſtãtia eſt vna } deinde exponit,quo mõ vna,& dicit {vna autem } aliquorum ſubſtantia dicitur {aut continuatione } continuum.n.qua eſt huiuſmodi,vnum eſt,vt linea vna eſt,vnum planum vnum corpus {aut forma} ſiue ſpecie { vt triangulus vnus eſſe dicitur. & vnus} homo.nam quorum ſpecies eſt,vna ea vnum ſubſtãtia ſunt,vt homines.ſunt.n.eiuſdem ſpeciei {aut rõne} ratione inquit,ea vnum dici poſſunt, quæ multis nominibus nuncupantur.hæc.n. ſecundum ſubſtantiam

vnum

vnum ſunt, quippe quorum ratio ſubſtantiam ſignificans vnum eſt, vel pro eodem dixit { ſpecie, aut rōne } cuius indicium affert Alexander, ꝙ cum exponeret, quæ plura eſſe intelligantur, tum de iis, quæ continuis opponuntur, tum de ijs, quę opponuntur ſimilibus ſpecie meminit, dicẽs { etenim ea, quæ nõ continua ſunt, aut ea, quorum forma non vna eſt, vt plura numerare ſolemus. Alex. hoc dicit, quia ſic habebat in ſuo codice, nam in noſtro legitur { aut quorum non vna ratio eſt } quare prima expoſitio teneatur. adduxit autem Ariſtoteles, quæ ſint plura, vt per locum ab oppoſito habẽt ea, quæ vnum ſunt. vnde dicit { etenim ea, quæ non continua ſunt, aut ea, quorum forma nõ eſt vna, aut quorum non vna ratio eſt, vt plura numerare ſolemus } per quæ ſingula docet eſſe, vnum eo argumẽto, quoniam quæ non ſunt inter ſe continua, ea vt plura ſolemus enumerare, nam multos homines dicimus qm̃ licet vnam habeant ſpeciem, inter ſe tamen diuiſi ſunt. item plura dicuntur, quæ non ſunt ſpecie ſimilia, vt equus, canis, & homo. Ad hæc plura dicuntur, quorum rationes ſunt plures. tu vero aggrega hæc omnia, & habebis id, quod proprie, atque potiſsimum vnum dicitur, videlicet quod magnitudine, ſpecie, & ratione vnum eſt, magnitudine intellige tam temporis, quàm loci. & hoc, vt diximus, eſt vna numero ſubſtantia, atq; indiuidua, vt ſuperius patet.

Præterea partim quoduis bonum dicimus eſſe, ſi quantum, atq; continuum ſit, partim non dicimus, ſi non ſit quid totum, id eſt ſi non aliquam unam habeat formam. non enim ſimiliter unum dixerimus, ſi calcei partes quouis modo compoſitas viderimus, niſi ob continuationem, ſed ſi hoc pacto, ut ſint calceus, & unam iam aliquam habeant formam iam unum.

Quinque modis iam enumeratis, nunc addit ſextũ: aſſerens ſexto modo dici vnum, quodcunq; totum: totum vero quod eſt quantum, & perfectum. vnde dicit { præterea partim quoduis vnum dicimus eſſe, ſi quãtum, atq; continuum ſit } qm̃ eſt vnum continuatione, vt ſuperius patuit, hoc pacto ſi eſſet aliquis homo, cuius caput eſſet in natibus & nates in capite, hic eſſet vnus homo, etiam ſi eſſet alius, cuius dextrum brachiũ non eſſet, vel ſiniſtrum, hic eſſet vnus homo ſola cõtinuatione partium { partim }, i. alia ratione tale quantum, vel continuum { non dicimus vnũ. ſi non ſit quid totum } cui nulla pars deeſt, i. ſi non aliquam vnã habeat formam } quæ conſiſtat in ſuis neceſſarijs partibus, & in ordine earum. oportet. n. ad hoc, vt aliquid dicatur totum, vt habeat omnes partes, quæ requirũtur ad ſuam totalitatem. qua ratione homo mancus non dicitur totum, cui brachium deeſt. & vt oẽs partes, quas habet, ſint ordine conſtitutæ, vt cõuenit ſuæ totalitati. cuius rationem affert per exemplum, & dicit { non. n. ſimiliter vnum dixerimus ſubaudi calceũ, ſi calcei partes } fuerint omnes, quæ requiruntur { & quouis modo compoſitas viderimus } non enim talẽ calceum dicemus vnum { niſi ob continuationem, ſi hoc pacto }. ſ. viderimus omnes partes ordinatas { vt ſint calceus, & vnam iam aliq̃ habeat formã, iam vnũ ſubaudi dicemus calceum. requiritur enim matris partium, & ordo conueniens eis. alioquin nunquã dicetur vnus calceus: ergo homo mutilatus vno modo eſt vnus, alio modo non: vnus quidem, quia partes. quas habet, ſunt continuæ. non vnus vero, quia deſunt partes, quæ requiruntur ad perfectum hominem. Similiter homo habens omnes partes, ſed non debite conſtitutas, dicitur vnus, & non vnus, vnus continuatione, non vnus, quia non debito ordine partes conſtitutas habet in ſua continuatione. Ex his patet quid ſit totũ, eſt enim totum quodcunq; quantum, modo ſit perfectum, ſ. tam quo ad numerum partium, quàm quo ad ordinem in eis. Quo vero ad verba attinet, in noſtro codice, & in codice Alexandri inuenitur vnum ἐπεὶ. i. quia vel qm̃, hoc pacto { præterea quia partim quoduis vnum dicimus } & reliqua, vbi Alexander vult vt ſit addendum { hic quoq; modus quidam vnius erit } ita vt vniuerſa dictio ſit { præterea quia partim quoduis vnum dicimus eſſe, ſi quantum, atque continuum ſit, partim non dicimus, ſi non ſit quid totum, i. ſi non aliquam vnam habeat formam, hic quoq; modus quidam vnius erit } hic eſt vnus modus legendi lectionẽ alius modus eſt, vt dictio legatur ſine ἐπεὶ, vt legit Argyropylus. & hoc pacto, vt Alexander inquit, dictio illuſtris eſſet, & appoſita.

Quapropter & circuli linea maxime omnium linearum ex eo eſt una, quia tota eſt, atq; perfecta.

Obiter ex dictis concludit circulum eſſe omnium linearum maxime vnam, & dicit { quapropter & circuli linea maxime omnium linearũ ex eo eſt vna, quia eſt tota, & perfecta } pro eodem enim accepit totum, & perfectum, & ſicuti de linea circulari dixit, ita intelligas, vt Auerroes inquit, in corpore ſphærico, atq; circulari. cauſa illati eſt, qm̃ circulo nulla pars addi poteſt, quæ compleat circulum, & partes ſunt in eo conſtitutæ vt cõuenit partibus. cæteris vero lineis, aut corporibus aliqua pars addi poteſt, immo quauis addita ſemper addi poteſt alia. Sed dices nos videmus corpus circulare alterũ altero eſſe maius. vt eſt orbis ſtellatus maior omni orbe, & videmus circulos, & corpora ſphærica creſcere, igitur non omnis circulus eſt linea perfecta, dicendum circulum omnem eſſe perfectum quo ad numerum partium, & quo ad ordinẽ earum. cum hoc tñ ſtat vnum circulum eſſe altero maiorem, fieriq; maiorem quo ad continentiam. At linea recta, vel corpus rectum nullum eſt perfectũ, quo ad numerum partium, qm̃ ſi conſtat tribus palmis, poteſt augeſcere ad quatuor. ergo quo ad numerum partium erit imperfectum. Auerroes autem ait fieri non poſſe, vt circulus augeatur vel diminuatur, remanẽte circulo. quia non poteſt augeri, niſi vertatur in rectũ, & deinde redeat in circulum. corpus vero cœleſte vnũ eſſe ait propter tria videlicet propter continuitatem partium, & propter perfectionem totalis formæ, & propter motum vnum. quæ res petenda eſt libro ſecũdo de cœlo, & libro. xij. huius, & libro de ſubſtãtia orbis, & ab ijs, quæ diximus in iuuenta libro deſtructio deſtructionũ, his. n. in locis res pertractatur dilucide.

Qua Auer. com. 11. Cõm 4. Cõm 44. Cap. 2. Diſputatione tertia ſolutione. 18. dubii.

TEX. 12.

Eſſe autem unius in hoc conſiſtit, ut numeri ſit principium quoddam. prima enim menſura uniuſcuiq; generis principiũ eſt. Quo enim primo cognoſcimus, id prima menſura cuiuſq; generis eſt. ipſum igitur unum circa unumquodq; genus rei cognoſcibilis principium eſt, non eſt autem ipſum unum in uniuerſis generibus idem. hic enim eſt primus ſenſibilis ſonus, ibi litera uocalis, uel muta, ponderis autem aliud, & motus etiã aliud. ubique autem ipſum unum aut quantitate eſt indiuiſibile, aut forma,

Cum expoſuiſſet quot modis dicitur vnum, nunc,

vt Expoſitor inquit, aſsignat quandam proprietatem, quæ ſequitur ipſum vnum, quod proprie ac principaliter vnum dicitur. Alexan. autem vult, ꝙ hic aſsignet in quo poſitum ſit eſſe vnius, quæ expoſitio eſt Auer. qui ait definitionem vnius eſſe, vt ſit principium numerorum, & nõ numerum: & ſic vult, vt declaret definitionem ipſius vnius, aſsignando ergo definitionẽ vnius dicit {eſſe autem vnus} id eſt definitio vnius {in hoc conſiſtit, vt numeri ſit principium quoddam} & videtur hæc definitio competere cuilibet vni, nõ quo vnum accipitur pro re, ſed quo vnum eſt vnũ, in quantum vnum: deinde ſyllogizat hanc concluſionem ſic, prima menſura vniuſcuiuſq; generis, eſt principium eius: ſed vnum eſt prima menſura numeri: igitur eſt principium numeri. maiorẽ probat ſic, id, quo primo cognoſcimus aliquid, eſt principium eius: prima menſura alicuius, eſt quo primo cognoſcimus illud: igitur prima menſura alicuius eſt principium illius. & ſic patet maior ſyllogiſmi. de ratione principali affert maiorem, & dicit {prima. n. menſura vniuſcuiuſq; generis principium eſt}. ſ. illius. deinde affert minorẽ pro ſyllogiſmi, & dicit {quo. n. primo cognoſcimus, id prima menſura cuiuſq; generis eſt. hæc fuit minor pro ſyllogiſmi, concludit concluſionem, & dicit {ipſum igitur vnũ circa vnumquodq; genus rei cognoſcibilis principium eſt} quam concluſionem Alexander in exemplis demonſtrat. nam per vnũ hominem, homines primum cognoſcuntur, equi per vnum equum, & ſingula genera per quippiam ſibi proprium, cuiuſmodi eſt dieſis in concentu. in concentibus. n. omnia interualla hoc minimo ſenſibili interuallo menſurari videntur. dieſis. n. eſt ſemitonũ minus, diuiditur. n. tonus in duo ſemitona inęqualia, quorũ minus dicitur dieſis. in vocibus vero vnum primum, & minimum eſt litera vocalis vel muta, aut conſonans, litera. n. minima menſura eſt, qua vox omnis ſcripta menſuratur. rurſus in ponderibus aliquid eſt primum, & vnum, cuius multitudine, aut compoſitione pondus cognoſcitur: tale primum eſt granum tritici. ſimiliter in motu aliquid eſt primum cognitum, & intellectum, quo motus omnis cognoſcitur. nam licet nullus ſit primus motus, nos tamen vnius ſtadij motum cognoſcimus, aut aliquẽ aliũ quo totum motum menſuramus. hæc Alexander, & Auerroes, & Expoſitor, ex quibus hoc commune colligitur, vt in cunctis, in quibus eſt aliqua prima menſura, ſit illa indiuiſibile quippiam, aut quantitate, aut ſpecie. vnde Ariſt. dicit {non eſt autem ipſum vnũ in omnibus generibus idem} & per genera intelligit ea omnia, in quibus reperitur ipſum indiuiſibile {hic. n.}. ſ. in concẽtibus {eſt prim' ſenſibilis ſonus}, ſ. dieſis {ibi}. ſ. in vocibus {litera vocalis, vel muta, ponderis autem aliud} videlicet granum tritici {& motus etiam aliud}. ſ. motus ſimpliciſsimus, & celerrimus, ſicuti motus diarius eſt, deinde colligit cõe omnibus talibus, & dicit {vbiq; vero ipſum vnum, aut quantitate eſt indiuiſibile, aut forma} forma quidem indiuiduum eſt, vt vnus homo, vnus equus, per ſingulas ſpecies, nec hoc expoſuit, quemadmodũ nec vnum numero expoſuiſſe videtur hic. ſed poſtea cum diuiſionem reſumet.

Id igitur, quod quantitate quatenus eſt & quantitas eſt indiuiſibile, quod eſt penitus tale, poſitioneq; caret, unitas dicitur. quod uero tale eſt penitus, poſitionemq; habet, punctum apellatur. Quod autem unice diuiſibile eſt, nuncupatur linea. Quod duabus ex partibus, ſuperficies, quod denique omni ex parte trinamq; habet dimenſionem, corpus. Et conuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus, ex diuiſibile, id ſuperficies, quod una ex parte, id linea, quod nulla ex parte id punctum, aut unitas nuncupatur, unitas ſi poſitione careat, punctum, ſi ipſam habeat.

Cum demonſtraſſet in omni genere eſſe vnum indiuiſibile, quod eſt principium cognoſcendi omnia, quæ in eo genere ſunt, & menſura eorum: quod indiuiſibile eſt aut quantitate, aut forma indiuiſibile, nunc in genere quantitatum ipſum ſubdiuidit, & exponit, & dicit {id igitur, quod quantitate quatenus eſt & q̃titas, eſt indiuiſibile} eſt multiplex, nam {quod eſt penitus tale, poſitioneq; caret, vnitas dicitur} quæ vt diximus, eſt numerorum principium {quod vero tale eſt penitus}. ſ. indiuiſibile {poſitionemq; habet, punctum appellatur} punctum. n. vt Auerroes inquit, habet ſitum, poſitionemq;, quia eſt finis, atq; principium lineæ {quod autem vnice} vnaq; ex parte tm̃ {eſt diuiſibile} & ſitum obtinet, vt Auerroes ait {nũcupatur linea} linea. n. longitudine tantum diſſecatur {quod duabus ex partibus}. ſ. diuiſibile eſt longitudine, & latitudine, dicitur {ſuperficies. qđ deniq; omni ex parte}. ſ. diuiſibile eſt, videlicet longitudine, latitudine, & altitudine, trinamq; habet dimenſionem, corpus} vocatur. deinde oſtendit huiuſmodi deſcriptiones cõuerti, & dicit {& conuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus eſt diuiſibile, id ſuperficies}. ſ. nuncupatur {quod vna ex parte}. ſ. eſt diuiſibile {id linea} ſcilicet nuncupatur {quod nulla ex parte}. ſ. diuiſibile eſt {id punctum, aut vnitas nuncupatur. vnitas, ſi poſitione careat, punctum, ſi ipſam}. ſ. poſitionem {habeat} quo vero ad rationem vnitatis attinet, conſiderandũ, vnitatem eſſe principium numeri, ſed non eodem modo cuiuſlibet numeri: qm̃, quemadmodũ eſt duplex vnũ, ita duplex numerus. quo fit, vt vnum ſit principium numeri, qui vni correſpondet. qua ratione euenit, vt vnũ, quod eſt in genere quantitatis, eius numeri principiũ ſit, qui eſt de genere quantitatis, vt puta eius, qui oritur ex diuiſione continui. vnum vero, quod conuertitur cum ente, eius numeri principium eſt, qui tranſcendẽs dicitur, quiúe entium multitudo eſt: atque ex diuiſione entium proficiſcitur. vnum itaque principium numeri eſt, qui correſpondet vni. Inſuper etiam quo ad rationem. menſuræ conſiderandum, nam menſura ex eo aliquorum dicitur menſura, quia aut replicatione reddit ea, aut quia notificat ea. vnum igitur menſura eſt numeri: & quia replicatione numerum reddit, & quia numerum notificat. vnitas. n. aliquoties ſumpta adæquat omnem numerum, & ipſum menſurat. notificat etiam omnem numerum, quoniam vnitate numerus definitur: recte ergo decimo huius dicitur rationem menſuræ primo cõpetere vni, quod eſt principium numeri. deinde ex hoc transferri ad alia genera, quatenus ex eis, quæ competunt vni, inuenitur in quolibet genere aliquid, quod vt menſura ſe habet cæterorum, quæ in illo genere ſunt. nam in vnoquoq; genere aliquid reperitur, quod altero duorum modorum menſurat cætera, quæ in ſuo genere ſunt: vtputa aut notificando, aut replicatione reddendo ea, quæ ſui generis ſunt. notificando quidẽ, vt album, quod omniũ colorum menſura eſt, nõ quidem replicatione omnẽ colorem reddendo, ſed notificando. qm̃ cum ad cæteros colores ſe habeat vt habitus, videtur apte omnes notificare. cubitus vero mẽſura eſt replicatione reddendo,

Quæ Auer. com. 12.

Quæ Auer. com. 12.

dendo, quę ſui generis ſunt. nam replicatione omnes pannos ęquat, ac reddit. non oportet ergo id, quod eſt menſura ſui generis, vtroque modo, quo numerum menſurat vnitas, res ſui generis menſuret, ſed altero duorum modorum. quia licet rõ menſuræ primo vni competat, tamen ratio menſuræ non transfertur ab ipſo vno ad alia genera, niſi altero duorum modorum, ſi quidẽ rõ menſuræ de vno dr̄ duabus de cauſis, de cę teris cæterorũ prædicamẽtorum vna duarum cãrum. id igitur, quod ſe habet vt menſura in rebus ſui generis, ſatis eſt, vt res ſui generis notificet, aut replicatione reddat. hæc ſunt, quæ ex Expoſitore colligi poſſunt.

Diuiſiones hae logici vtuntur. *Inſuper alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rationis ſunt unum. numero quidem ea, quorum materia eſt una. Specie autem ea, quorum eſt ratio una. Genere uero ea, quorum eadem eſt prædicamenti figura. Sed ſimilitudine rationis ea, quæ ſic ſe habent, ut aliud ſe ad aliud habeat.*

Cum vnum diuiſiſſet in ſex modos, hic aliã vnius diuiſionem ſubſcribit, quæ vſurpari ſolet à Metaphy. nam hæc diuiſio magis ad logicam pertinet. quæ licet in iis diuiſionibus, quæ dictæ ſunt, contineatur: tamen hic eam repetit, vt morem gerat logicis, qui ſub hac forma eam ponere conſueuerũt. vnde dicit {inſuper} ſubaudi eorum, quæ vnũ dicuntur {alia numero ſunt vnum, alia ſpecie} .ſ. ſunt vnum {alia genere} .ſ. ſunt vnum {alia ſimilitudine rationis ſunt vnum} quæ gręce κατ' ἀναλογίαν dicuntur. deinde exponit hæc membra, & dicit {numero quidem ea} ſubaudi vnum ſunt {quorum materia eſt vna} nam, vt Expoſitor inquit, materia dimenſionibus ſignata eſt principium indiuiduationis formæ. appellauit.n. ſubiectum communione vocabulo materiam, vt Alexander inquit, nam quæ ſubiecto vnum ſunt, ea vnum numero eſſe intelliguntur. vnitas.n. licet materia careat, vna tñ eſt numero, atq; item linea, ſed ſubiectum in ipſis cõius materia poteſt vocari. Auer. vero ait, & vnum numero dicitur illud, cuius materia eſt vna: & tu intelligas per materiam (vt Alexan. inquit) ſubiectum proximum, quod ita eſt huius, quod non alterius, quam materiam Expoſitor vocat materiam dimenſionibus ſignatam. etiam Auer. ſubſcribens differentiã inter vnũ numero, quod hic deſcribitur, & vnum, quod principium eſt numeri, ait & differentia inter illud, & vnum, quod eſt principium numerorum eſt, quia hoc vnum eſt in materia, & vnum, quod eſt principium numeri non eſt in materia: & intelligo non eſſe in materia hoc, quia cõe quoddam eſt vni, quod eſt in materia, & vni, quod ſeparatum eſt à materia. cõtra hæc obiicit Iunior quidã, cuius ſtudiũ non eſt niſi in contradicendo, primo, quia eadẽ eſt materia eius, quod fit, & eius quod aboletur, & tñ id quod oritur, & id quod aboletur, non ſunt vnũ & idem numero. deinde materia non eſt cã diſtinctionis, ſed actus atque forma, vt libro ſeptimo huius dicetur. demum materia eſt de eſſentia ſpeciei, ergo nõ eſt principium indiuiduationis, ſed potius ſpeciei. ſed diluitur prima rõ, qm̃ licet materia cõis ſit eadem eius quod oritur, & eius qđ interimitur, ſubiectum tñ proximum, vt Alex. inquit, quod pro materia intelligitur, non eſt idem. Diluitur etiam ſecunda rõ, qm̃ non materia cõis eſt principium indiuiduationis, ſed ſubiectũ proximum, quod hic pro materia intelligitur. hoc.n. eſt principium indiuiduationis. nam actus eſt principiũ diſtinctionis ſpecificæ, ſubm̃ vero diſtinctionis numeralis. Tertia etiã diluit, quia ſi materia eſt de eſſentia ſpeciei, non materia, quæ ſubm̃ eſt, principium indiuiduationis eſt, ſed cõis materia, quę pluribus indiuiduis communis eſt. ſed dilucidatio rei huius à dilucidario eſt poſtulanda. deinde exponit ea, quæ ſpecie vnum ſunt, & dicit {ſpecie autem ea} ſubaudi vnum ſunt {quorum eſt ratio vna} .i. definitio vna eſt, eſt autem vna ratio oĩum, quæ vt Alex. inquit, eidem ſpeciei ſubiiciuntur. nam ſpecierum, quæ ſub vno genere cõtinentur, non eſt eadem ratio. eorum.n. eſt eadem ratio, quæ ſub aliqua indiuidua ſpecie cõtinentur. vnde, vt recte Expoſitor inquit, ſolius ſpeciei definitio eſt, & generis ſi definitio eſt, quatenus genus eſt ſpecies definitio eſt. deinde exponit ea, quæ ſunt genere vnum, & dicit {genere vero ea} .ſ. ſunt vnum {quorum eadem eſt prædicamenti figura} .i. quę habent vnum modum prædicandi: alius.n. eſt modus, quo prædicatur ſubſtantia, alius quo prædicatur qualitas, alius quo prædicatur quantitas, & ita cuiuſq; alterius alius ſemper eſt prædicandi modus. vnde ſubſtantiæ omnes habent vnum modum prædicandi, quo prædicantur, vt non exiſtentes in ſubiecto: ſimili ratione & prædicamentum vnumquodq;. vel vt Alexander inquit, genere eadem ac vnum illa ſunt, quorũ eadem eſt figura prædicamenti, i. de quibus vnum ſupremum genus vnũq; prædicamentum prædicatur, nam hæc omnia vnum genere ſunt. deinde exponit ea, quæ ſunt vnum proportione, ac analogia, & dicit {ſed analogia} .i. ſimilitudines ratione {ea} .ſ. vnum ſunt {quæ ſic ſe habẽt, vt aliud ſe ad aliud habeat} & hoc dupliciter eſſe poteſt, vel quatenus aliqua plura habent diuerſas habitudines ad vnum, veluti omnia ſana videlicet in lotio, in victu, & in medicamento dicuntur ſana, per diuerſas habitudines ad ſanitatem, quæ eſt in animali. vel quatenus eſt eadem proportio plurium ad plura, velut quies dicitur de tranquillitate in mari, & de ſerenitate in aere. & rector, vt Auerroes inquit, dicitur ſimilitudine rationis de gubernatore ciuitatis, & de gubernatore nauis. quoniam ita gubernator ciuitatis ſe habet ad ciuitatem, & gubernator nauis ad nauem. ergo gubernator dicitur analogice de vtroque.

Que Auer. cõm. 12.

Cõm. 49.

Verum ſemper poſteriora anteriora ſequuntur, quæ enim numero ſunt unum, & ea ſunt ſpecie unum. At quæ ſpecie ſunt unum, ea non omnia ſunt numero unum. etiam omnia genere ſunt unum, quæ ſunt ſpecie unum, quæ uero genere ſunt unum, ea non omnia ſunt ſpecie unũ. cuncta tamen ſunt unum ſimilitudine rationis. At quæ ſimilitudine rationis ſunt unum, ea non omnia ſunt genere unum.

Cum aſsignaſſet diuiſionem logicam, nunc comparat eius membra ſecundum ordinem conuerſionis. & primo aſsignat ordinem, & dicit {verum ſemper poſteriora anteriora ſequuntur} .i. verum ſemper vniuerſaliora prædicantur de minus vniuerſalibus, & nõ ẽ conuerſo. vel quæ ſecundum poſterius vnum habent, ea ſecundum priora quoque habent, & non ẽ diuerſo. deinde hoc, quod accepit exponit per ordinem, & dicit {quæ.n. numero ſunt vnum, ea & ſpecie ſunt vnum} & ſubaudi, & genere, & proportione {at quæ ſpecie ſunt vnum} aut genere ſubaudi, aut proportione {ea non omnia ſunt numero vnum. etiam quæ ſunt ſpecie vnum, omnia genere ſunt vnum} & ſcilicet proportione {quæ vero genere} vel proportione {ſunt vnum ea non omnia ſunt ſpecie vnum. cũcta tñ} vt dixit {ſunt vnum ſimilitudine rõnis. at quæ ſimilitudine rõnis ſunt vnum, ea nõ oĩa ſunt gñe vnum}

nec ſpecie, nec numero vnum. quærit Alex.quõ quæ ſunt vnum numero, proportione quoque vnum ſint, & non è diuerſo? reſpondet Alex.an ſic dicitur,quatenus vnum numero idem ſibi eſt ſpecie.nam quoniam genere vnum ſunt, proportionis quoq; vnitatem habent, quia in eodem genere contenta proportionem habent inter ſe,vt homo ad hominem,equus ad equũ, vt homo animal,equus animal.item quę in eadem ſpecie continentur,proportionem habent.At non è conuerſo, quæ ſunt vnum proportione, ea genere vnum ſunt. proportione.n.vnum ſunt, vt fons ad amnem, ſi cor ad animal;at non ſunt eiuſdem generis fons & cor, aut amnis & animal.hæc eſt ſolutio Ale.quam vix intelligere poſſum. propterea melius dico Ariſto.locutum eſſe de ſignificatis horum, vt de ſignificato eius, quod dicitur vnum numero,videlicet de So.aut Platone, & eius, quod dicitur vnum ſpecie, videlicet de homine, vel equo, & eius quod dicitur vnum generę, videlicet de animali,vel tali, & eius quod dicitur proportione vnum vt ens, & hoc pacto verum eſt quod dicit, nam Socrates eſt homo,& animal, & ens,& non conuertitur, quia ens omne non eſt animal, nec animal omne eſt homo,nec homo omnis eſt Socrates.ſic enim intelligendo ceſſat quæſtio Alexandri.

Patet autem & ipſa multa oppoſito modo ipſi uni dici, Quędam.n.ex eo dicuntur multa, quia non ſunt continua: quædam ex eo, quia diuiſam materiam habent aut primam, aut ultimam ſecundum ſpeciem: quædam ex eo, quia plures eas rationes habent, quæ explicant quiditatem.

Cum vnius mentionem feciſſet,nunc oſtendit quot modis dicantur multa: & dicit {patet autem & ipſa multa oppoſito modo ipſi vni dici} qua rõne fit, vt quot modis vnum dicitur, totidem multa dicantur, per regulam Topicam, videlicet quot modis dicitur vnum oppoſitorum, totidẽ & reliquum. deinde affert modos,quibus multa dicuntur,& dicit {quædam.n.ex eo dicuntur multa, quia non ſunt continua} quod eſt per oppoſitum ad primum modũ vnius. deinde affert alium modũ,& dicit {quędam ex eo} ſubaudi dicũtur multa {quia ſm ſpeciem diuiſam materiam habent, aut primam materiam, aut vltimam} & per primam materiam Alex. proximam intelligit, vt ſi ſubiecto illud vinum ſit,hoc oleum, ſiquidem hæc diuerſæ ſunt ſpecies,& per vltimam intelligit cuiuſq; ſubiectum,ex quo factum eſt, quod etiam diuerſum ſpecie eſt, vt ſi hoc ex aqua fiat, vt ex vltimo ſubiecto,ceu liquabilia, illud ex terra, vel quopiam alio. vt euaporationes. & hic modus videtur oppoſitus ei, quo aliqua dicuntur vnum numero. deinde aſſerit alium modum, & dicit {quædam ex eo,quia plures eas rõnes habent,quæ explicant quiditatem} vt quæ diſcrepant ſpecie, quæ iis opponuntur quorũ vna rõ eſt,ac definitio.pari rõne in cæteris vnius expoſitionibus licet multa oppoſita ſumere.nam multa gñe ſunt,quibus non eſt vnum genus cõe,multa item ſunt intellectione, quorum non eſt indiuiduũ intellectione,& quæ inter ſe diuiduntur,quatenus diuiduntur.multa ſunt. Ari.autem non enumerauit oĩa,quia ſatis ſuis oppoſitis intelligi poſſunt.dubitare fortaſſe quiſpiá quia id, qđ opponiť indiuiſibili, qđ dř vnũ quinto mõ non eſt multa, qm̃ diuiſibile eſſe poteſt aliquid,qđ tñ non eſt multa. dicendũ ipſum diuiſibile eſſe multa,ſaltẽ potentia,& hoc ſatis eſt.Ariſt. autẽ ipſum ſubticuit,qa ſuo oppoſito ſatis intelligitur.

CAP. VII. De Ente.

Ens dicitur, aliud per accidens,aliud per ſe. TEX.13.

Nunc Ariſt. tranſit ad modos, quot dicitur ens: & dicit {Ens dicitur, aliud per accidens, aliud per ſe} & Alex.ait, vt vnum, ſic item ens primum in ens per accidens partitur, & ens per ſe, ac primum & Auer.qui a ens dicitur de illo, de quo vnum, quod vnum de illo dicitur, quod eſt vnum per ſe, & vnum per accidens, ita etiam fuit diſpoſitio entis. ex quibus recte Expoſitor ait diuiſionem entis biſariam attendi, aut quatenus aliquid de aliquo prædicatur per ſe, & per accidens, aut quatenus aliquid in natura ſua eſt aut ſubſtantia, aut accidẽs.hæc ergo diuiſio,quam Ari.hic proſequitur,non eſt eadem illi, qua diuiditur ens in ſubſtãtiam & accidens cuius rationem ex eo affert,quia ipſe poſtmodum ens per ſe diuidet in decem prædicamenta, quorum nouem ſunt de genere accidentis. Quare hæc diuiſio attenditur quatenus aliquid prædicatur de aliquo aut per ſe, aut per accidens, & non quatenus aliquid in natura ſua eſt ens per ſe.i.ſubſtantia, aut ens per accidens, id eſt accidens.

Quæ Auer. com. 13.

Per accidens quidem, ut iuſtum muſicum eſſe dicimus, & hominem eſſe muſicum, & muſicum hominem eſſe.

Ens p accidens tribus modis,

Cum accepiſſet diuiſionem, nunc alterum membrũ, videlicet ens per accidens ſubdiuidit, & pariter exemplis exponit. in quibus attende Ariſto. pro ente vſurpaſſe verbum, eſt, quoniam verbum eſt, ab ente formatur. & per verbum, eſt prædicari voluit intelligere quaſi dicat,eorum vero,quæ per accidens prædicantur,quoddam eſt accidens,quod prędicatur de accidente, vt iuſtum de muſico: quoddam eſt ſubiectũ, quod prędicatur de accidente,vt hõ de muſico,quoddá eſt accidens,quod prædicatur de ſubiecto,vt muſicum de homine. Ipſe tñ loco verbi prædicari accepit verbum,eſt,hoc eſt, vt Iuniores loquuntur loco actus ſignificantis,actum ſignificatum. iuſtum.n.prædicari de muſico actus ſignificans dř,homo autem eſt iuſtus, actus ſignificatus eſt, ergo vſus eſt in exemplis actu ſignificato,pro actu ſignificante,& eſſe ſiue eſt pro prædicari:& dicit {per accidens quidem, vt iuſtum muſicum eſſe dicimus} ergo primus modus entis per accidens eſt, cũ accidens prædicatur de accidente, veluti iuſtum de muſico in illa,muſicum eſt iuſtum.vbi attende prædicatum eſſe, quod primo loco in dictione accipitur {& hominem eſſe muſicum} .i.ſcďs vero modus, in quo ſubiectum de accidente prædicatur, vt in illa muſicum eſt homo {& muſicum hominem eſſe} .i. & tertius modus, in quo accidẽs prædicatur de ſubiecto, vt in illa, homo eſt muſicus. poſſent etiá addi duo alij modi,vnus cum terminus per accidens complexus prædicareť de termino incõplexo. vt in illa, hõ eſt hõ muſicus:alter, cum terminus per accidens complexus prædicaretur de termino per accidens cõplexo, vt in illa hõ muſicus eſt hõ iuſtus,tacuit autẽ hos duos modos,quoniá ſatis per hos,quos expoſuit,intelliguntur.

Non erant ĩ uſu ſicut et d uno dicere niſus eſt.

Perinde dicentes, atque muſicum ædificare dicimus, propterea q ædificatori, ut ſit muſicus,aut muſico,ut ſit ædificator,accidat.hoc.n.eſſe hoc, huic hoc accidiſſe ſignificat, ſic & in his, quæ diximus, cum hominem muſicum eſſe dicimus, & muſicum eſſe hominem, & aut album muſicum eſſe; aut hunc album hoc quidem ex eo dicimus, quia eidem accidunt ambo; Illud autem ex eo, quia enti accidit. muſicum

vero

uero ex eo dicimus hominem eſſe, quia huic muſicum accidit. Sic autem & album dicitur eſſe, quia illud eſt, cui accidit. ea igitur, quæ per accidens eſſe dicuntur hoc pacto dicuntur, aut quia enti eidem ambo inſunt, aut quia illud enti ineſt, aut quia ipſum eſt, cui ineſt id, de quo ipſum prædicatur.

Cum ſuperius iam manifeſtaſſet, quõ cauſa per accidens differt à cauſa per ſe, nũc conſequenter per cãm per accidens manifeſtat ens per accidens, & dicit {perinde dicentes} ens.ſ.per accidens {atq; muſicum ędificare dicimus}.i.quo modo dicimus muſicum ædificare. cuius rõnem affert, & dicit {propterea ꝙ ædificatori accidat vt ſit muſicus, aut muſico, vt ſit ædificator} cuius expoſitionẽ ſubdit {hoc.n.eſſe hoc}.i.edificatorem muſicum ædificare, aut muſicum ædificare ſignificat {hoc}.ſ.ædificare {huic}.ſ.muſico, vel ædificatori muſico {accidiſſe} ergo ſicuti de cã per accidens prædicatur ipſum ædificare {ſic & in his}.ſ.prædicatis per accidens {quæ diximus} oportet dicere. deinde explicat prædicata per accidens, quæ dixit, & dicit {cum hoĩem muſicũ eſſe dicimus} hõ per accidens prædicatur de muſico, vt in ſecundo dicebatur {& muſicum eſſe hoĩem} muſicum per accidens prædicatur de hoĩe, vt tertio modo dicebatur {aut album muſicũ eſſe} album de muſico per accidens prædicatur {aut hunc album} cum muſicum de albo per accidens prędicatur, vt primo modo dictum eſt, his.n.tribus modis dicitur prædicari per accidens aliquid de aliquo. deinde affert cãm cuiuſq; horum, & primo aſsignat cãm primi, & dicit {hoc quidem}.ſ.in quo prædicatur accidens de accidente, vt primo modo dicebatur {ex eo dicimus eſſe per accidens, quia ambo} accidentia {accidunt eidem}, ſ.ſubiecto, deinde reddit cãm, quare ſubm per accidens prædicatur de accidente, vt ſecũdo mõ dicebatur, & dicit {illud autem}.ſ.muſicum eſt homo ex eo, videlicet per accidens prædicatur {quia} muſicum {enti}.ſ.homini {accidit} hæc.n.eſt per accidens, muſicum eſt hõ, quia homini muſicum accidit. deinde reddit rõnem tertij modi, & dicit {muſicũ vero ex eo} per accidens {dicimus hoĩem eſſe}.i.muſicum prædicari de homine per accidens tertio mõ ex eo per accidens prędicatur {quia huic}.ſ.homini {muſicum accidit. ſic autem & album dicitur} hominem {eſſe} hoc eſt ſic album prædicari per accidens tertio modo dicitur de homine, quia homo ſubaudi {illud eſt, cui accidit}.ſ.album. ex his epilogat tres modos eius, quod prædicatur per accidens, & dicit {ea igitur, quæ per accidens eſſe dicuntur}.i.ea igitur, quæ per accidens prædicanť {hoc pacto dicuntur, aut quia enti eidem ambo inſunt} vt in primo modo dictum eſt {aut quia illud}.ſ.accidens, quod prædicatur {ineſt enti}.i.ſubiecto, vt homini, vt tertio modo dicebatur {aut quia ipſum}, ſ.prædicatum {eſt, cui ineſt id}.ſ.accidens {de quo ipſum}.ſ.prædicatum {prædicatur} vt ſecundo modo dicebatur. homo enim prædicatur per accidens de muſico, quia homo eſt, cui muſicum accidit. his autem tribus modis poſſunt. addi alij duo, vt dictum eſt, quos non addidit, quia ſatis per tres hoſce intelliguntur.

TEX.14. *Per ſe autem ea dicuntur eſſe, quæ prædicamenti figuræ ſignificant. tot n.ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſæ dicuntur. cum igitur eorum, quæ prædicantur, alia quid eſt, alia quale. alia quantum, alia ad aliquid, alia agere, alia pati, alia ubi, alia quando ſignificent, ipſum eſſe idem quod unũquodq; iſtorum ſignificat.*

Cum diſſeruiſſet de ente per accidens, nunc agit de ente per ſe: & dicit {per ſe autem ea dicuntur eſſe}.i. entia per ſe dicuntur {quæ ſignificant figuræ}.i.modi ſiue genera {prædicamenti} & prædicationis. & aſsignans cauſam dicit {tot.n.ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſæ}.ſ.figuræ {dicuntur} prædicationis vero figuras appellat decem prædicamenta. expoſitio cãæ eſt, quoniam eſſe cum quocunque conſtruitur, idem ſignificat, quod id, cum quo cõſtruitur. quia ens æquiuocum propriam cuiuſq; exiſtentiam ſignificat. tunc complendo diuiſionem inquit {cum igitur eorum, quæ prædicantur} decem ſint differentiæ ẜm ſuprema genera, vtiq; ens & eſſe decem quoq; modis dicetur: quæ explicat, & dicit {alia quid eſt}.i.nam eſſe cũ ſubſtantia conſtructum ſubſtantiã ſignificat {alia quale}.i.conſtructum cum quali, quale ſignificat {alia quantum}.i.conſtructum cum quanto, quantum ſignificat {alia ad aliquid} ſubaudi ſignificant, ſi ens, & eſſe conſtruatur cum eo, quod eſt ad aliquid {alia agere} ſubaudi ſignificant, ſi conſtruatur ipſum eſſe cum agere {alia pati, alia, vbi, alia quando ſignificent} ſubaudi ſi ipſum eſſe conſtruatur, aut cum ipſo pati, aut cum ipſo vbi, aut cum ipſo quando {ſi itaque ita fuerit, ipſum eſſe idem, quod vnũquodq; ſignificat} ſed occures, quia hæc diuerſas prædicandi figuras ſortiũtur reſpectu ſubſtantiæ, reſpectu autem ſubſtãtiæ ſunt prædicata per accidens, igitur non debent dici ens per ſe. dicendum, ꝙ decem prædicamenta dicuntur prædicata per ſe, vt Alexander inquit, reſpectu eorum, de quibus prædicantur, vt genus, vel vt differentia, vel vt definitio, ſed reſpectu ſubſtantiæ dicuntur prædicata per accidens, & ideo reſpectu ſubſtantiæ dicuntur nouem. Ariſtoteles ergo vult, vt ſint prædicata per ſe, & per accidens per ſe quatenus prædicantur aut vt genus, aut vt differentia, aut vt definitio, per accidens reſpectu ſubſtantiæ, de qua nouem figuris dicuntur. quare erunt prædicamenta decem, ſubſtantia, de qua omnia prædicantur, & nouem prædicamenta accidentis pro numero rationum prædicandi. per ſe autem entia dicuntur omnia, reſpectu quorum per ſe prædicantur, vt Alexander dixit. vnde nouem accidentia vt denominatiua, ſunt entia per accidens, vt autem ſunt principalia ſunt entia per ſe. Tacuit autem prædicamenta ſitus, & habitus propter breuitatem, aut quia latent, vt Auerroes inquit, cum vero Iuniores obiiciunt Auerroi, quod parua fuiſſet prolixitas dicere duo verba, Auerroes per ſecundam cauſam ſoluit hoc argumentum, nam vnum verbum cum latet, prolixum eſt, quanto magis duo verba, cum latuerint. Quæ Auer. com. 14.

Nihil.n.hæc differunt homo ualens eſt, & homo ualet, homo etiam ambulans eſt, aut ſecans, & homo ambulat, aut ſecat, ſimiliter & in cæteris dicendum eſt.

Expoſitor vult, vt hic Ariſtoteles remoueat tacitam quæſtionem nam, cum non vlla prædicentur, in quibus hoc verbum eſt, explicite non ponatur: vt cum dicitur homo ambulat, poſſet aliquis fortaſſe credere huiuſmodi prædicationes non attinere ad prędicationem per verbum eſt: contra quod obiiciendo dicitur {nihil enim hæc differunt, homo valens eſt, & homo valet, homo etiam ambulans eſt, aut ſecans, & homo ambulat, aut ſecat, ſimiliter & in cæteris} id genus {dicendum eſt} ſcilicet quòd non differant. ſed in his ſubaudi, homo valens eſt, prædicatur

verbum eſſe, igitur in illa, homo valet, prędicatur etiã eſſe: ſic & in cæteris. quare in omnibus prędicatur verbum eſſe: & ita ſequitur vt ſignificet illam naturam, cum qua conſtruitur. Alexander autem vult, vt hic aſſeratur ſignum eius, quod dixit, cum. n. dixiſſet verbũ, eſt, eam naturam ſignificare, cum qua conſtruitur, indicium eſſe ait ex eo, quia homo eſt valens nihil aliud ſignificat q̃ homo valet, quare fit, vt verbũ eſt, quod cum valetudine conſtruitur, nihil aliud ſignificet q̃ valetudinis exiſtentiam. nam vt in libro de Interpretatione dicitur, eſt ipſum nihil eſt, ſignificat tñ compoſitionem quandam, quæ ſine compoſitis eſſe nequit.

Quæ Auer. Com. 14.

Auer. autem colligens ſñiam verborum Ari. ait Ariſt. non voluiſſe ſignificare, vt nomen denominatiuum in hac propoſitione Soc. eſt albus ſignificet ſub̃am, & accidens. aut ſubſtantiam, in qua ſit accidens, ſicut exiſtimauit Auicenna, qui cum vidiſſet hanc dictionẽ album ſignificare aliquid, in quo eſt albedo, exiſtimauit denominatiuum oẽ primo ſignificare ſubiectũ, ſecundarie vero accidens. ſed, vt Auerroes ait, eſt è conuerſo, nam primo ſignificat accidens, quia album, vt in prædicamentis dr̃, ſolam qualitatẽ ſignificat. Secundo ſignificat ſubiectum quatenus ſignificat albedinẽ per modum accidentis. accidens. n. innatũ eſt eſſe in ſubiecto. ꝙ ita ſit probat, qm̃ ſi album ſignificaret corpus primo. & conſequenter albedinẽ. vt Auic. inquit, tunc dicendo Soc. eſt albus, eſſet ſenſus Soc. eſt corpus album, & pari rõne dicendo corpus album, eſſet ſenſus corpus albũ, & ſic in infinitum hoc autem qđ dicit hic Auerroes intelligas in denominatiuis naturalibus. nam in denominatiuis artificiariis denominatiuũ primo materiam, ſcđario formam ſignificat. ꝙ ſi inueneris dictũ

Cõm. 25.

eſſe ab Auerroe denominatiuum ſignificare vtrũq; vt primo phy. auſcultationis ait, intelligas album, & cætera id genus ſignificare vtrunq;, ſed non æque primo. ſed vt dictũ eſt primo formam, conſequenter ſub̃m, cui ineſt. at Expoſitor hanc Auerrois opinionẽ approbãs addit nomẽ abſtractum vt eſt albedo, ſignificare accidens, non tñ per modũ accidentis ſed per modũ ſub̃æ, vnde nullo mõ conſignificat. ſub̃am, ſiue ſub̃m. ſi. n. ſignificaret ſub̃m, prędicata accidentaria non enumerarentur ab Ari. ſub ente per ſe, ſed ſub ente per accidens. nam hoc totum quod eſt homo eſt albus, eſt ens per accidens, vt dictum eſt. quare denominatiuũ primo accidens, deinde ſubiectum ſignificat. principale vero nullo mõ ſignificat ſub̃m, cum nõ accipiatur, niſi per modũ ſubſtantię. verum de his alibi eſt diſſerendũ.

Ens ſignificat uerũ, non ens falſum.

Præterea ipſum eſſe, & ipſum eſt uerum ſignificat, & non eſſe non uerum, ſed falſum ſimiliter, tam in affirmatione, quàm in negatione. ueluti Socrates muſicus eſt, hoc eſt propterea quia uerum eſt, aut Socrates albus non eſt, hoc eſt etiã propterea quia uerum eſt. At hoc non eſt, diameter non eſt incommenſurabilis lateri, propterea quia uerum non eſt, ſed falſum.

Cum expoſuiſſet ſignificationes entis per ſe, quæ ſunt ex parte rei, nũc addit illis decem ſignificatis nouem, quod eſt ex parte intellectus, qui componit, aut diuidit ſignificata entis ex parte rei. dixit. n. per ſe eſſe id dici, quod alicuius prędicationis figuram ſignificat. nunc ait {Præterea ipſum eſſe, & ipſum eſt} & ſubaudi ipſum ens ſecundo modo {verum ſignificat}. i. ſecundo modo accipitur pro eo, quod verum ſignificat, vt ſit ens omne, quod verum ſignificat, non ens autem quod falſum. Qua ratione fit. vt ens accipiatur pro ſignificato æquato propoſitionis veræ, quo videlicet ipſa propoſitio dr̃ vera, falſum autem pro ſignificato æquato propoſitionis falſæ, quo propoſitio falſa dicitur. Quare ipſum eſt, & eſſe, atq; ens ſignificat verum, non eſſe autem, & ipſum non eſt, atque non ens ſignificat falſum. nam verum dicimus & eſſe, & ens. Falſum autem non eſſe, & non ens. propterea ſubdit {& non eſſe non verum, ſed falſum} ſubaudi ſignificat {ſimiliter tam in affirmatione quàm negatione}. i. ſiue affirmando, ſiue negando de quopiam prædicetur. deinde affert exemplum in affirmando, & dicit {veluti Socrates muſicus eſt, hoc eſt,}. i. hæc propoſitio eſt, & eſt ens {propterea quia verum eſt} Socratem. n. eſſe muſicum ens dicimus, quia Socratem eſſe muſicum verum eſt. deinde ponit exemplum in negando, & dicit {aut Socrates albus non eſt, hoc eſt} & dicitur eſſe, & ens, propterea quia Socratem album non eſſe {verum eſt} Patet igitur ens, & eſſe dici de ſignificato propoſitionis veræ tam in affirmando, quam in negando. deinde ponit exemplum quo modo falſum ſit non ens, & dicit {at hoc} videlicet {diameter non eſt commenſurabilis lateri nõ eſt} propterea quia verum non eſt, ſed falſum. Falſum. n. eſt diametrum commenſurabilem eſſe lateri: ergo falſum eſt diametrum non eſſe incommenſurabilem lateri. Alexander legit, diameter non eſt incommẽſurabilis lateri. Quod cum falſum ſit, dicitur non eſſe: & non ens. & propterea puto in græco codice particulam {non} deeſſe: quoniam & Alexander, & Argyropylus habebãt. & ratio etiam hoc confirmat, quoniam illa eſt vera, diameter eſt incommenſurabilis lateri: ergo hæc erit falſa, diameter non eſt incommẽſurabilis lateri. Et fortaſſe particula non, deeſſe non videtur cũ non ſit neceſſaria, quia dictio legitur, τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἡ διάμετρος σύμμετρος, ὅτι ψεῦδος. quibus patet eſſe, ens, & eſt, accipio pro ſignificato propoſitionis veræ: non eſſe, non ens, nõ eſt, pro ſignificato propoſitionis falſæ. Auerroes vero ait hoc nomen ens, quod ſignificat eſſentiam rei, eſſe aliud ab ente, quod ſignificat verũ. Primo, quia ens, quod ſignificat eſſentiam rei, ponitur in qõnibus ſiue ꝓpoſitionibus de ſcđo adiacente. ens ꝙ ſignificat verũ, collocatur in propoſitionibus de tertio adiacente. Scđo differunt, qm̃ ens, ꝙ ſignificat eſſentiã rei, ponitur in qõnibus, quæ ſunt de decẽ generibus. Ens autem, ꝙ ſignificat verũ, ponitur in qõnibus de accidẽtibus. Sed hoc, ꝙ Auerroes ait, ſi recte intellexi, falſum eſt, qm̃ verum & falſum, eſſe & non eſſe in oĩbus qõnibus poni poſſunt. Cum oĩs propoſitio ſit vera, cuius oppoſita eſt falſa, & omnis falſa, cuius oppoſita eſt vera, tam in qõnibus de ſecundo, q̃ de tertio adiacente: tam in quæſtionibus de prædicamentis quàm de accidentibus.

Quæ Auer. com. 14.

Significat. ῥητὸν Dictum.

Inſuper eorum, quæ dicuntur, ipſum eſſe, & ens partim id quod potentia, partim id, quod actu ſignificat. nam & id, quod potentia, & id quod actu uidet, uidens dicimus eſſe. & ſcire ſimiliter, & id quod uti ſciẽtia poteſt, & id quod utitur, & item quieſcere, & id, cui iam quies ineſt, & id quod quieſcere poteſt. Similiter & in ſubſtantiis. etenim Mercurium in lapide dicimus eſſe, & dimidium lineæ. & frumentum id eſſe. quod nondum maturum euaſit. Quando autem potentia aliquid eſt, & quando non, in aliis determinare oportet.

Cũ diuiſiſſet ens per ſe in decẽ prædicamenta, nunc ſubdiuidit vnũquodq; ꝑdicamentũ in ens in actu, & in ens

ens potentia,& dicit {Inſuper eorū,quæ dicuntur},i. ſm figuram prædicationis {ipſum eſſe, & ens partim id,quod potentia,partim id,quod actu ſignificat}.pbat hāc diuiſionem per exempla & dicit {nam, & id, quod dictu potentia} ſubaudi videt {& id,qđ actu videt,videns,i.ens,quod videt {dicimus eſſe} neq;.n.ſolum qui videt,videns appellatur,ſed ēt qui videre poteſt.nā eſſe de vtroq; prædicatur.deinde affert ſm exēplum,& dicit {& ſcire ſimilr},i.& ſcientē eſſe ēt duplr dicitur {& id,quod vti ſcientia pōt} vt dormiens philoſophus {& id,quod vtitur} vt philoſophus docens. deinde affert exemplū tertiū,& dicit{& item quieſcere}.i.quieſcens duplr dicitur {&id, cui iā quies ineſt} vt ſedēs {& id quod quieſcere pōt} vt deābulans ver ſus forum.Et,quia hæc exempla fuerunt in accidentibus,amplificat exēpla in ſubſtantijs, & dicit {ſimilr & in ſubſtantijs} ſubaudi dicitur ꝙ potentia,& qđ actu ſuba eſt {etenim Mercuriū in lapide dicimus eſſe} qui .n.Mercuriū eſſe dicit in rudi marmore,is Mercurium ex marmore exprimi poſſe ait,& ita Mercuriū ens potentia dicit {& dimidiū lineæ} ſubaudi potentia eſt in linea nondū diſſecta.lineā aūt cōmemorauit īter ſubſtantias,qm̄,vt Alex.inquit, ſic quibuſdā viſum eſt,ſed quia enumerauit Mercuriū, & lineā in exēplis ſubarū, quæ re vera accidentia ſunt, ſubdit verū exemplū in ſuba,& dicit {& frumentū id eſſe,quod nondū maturum euaſit}.i.& frumentum ſimilr potentia eſt, antequā maturuerit.Vltimo ſe excuſans à diligentiore pertractatione de potentia & actu, dicit {qñ autem potētia aliquid eſt,& qñ} aliquid {non eſt} potentia, ſed actu {in aliis determinare oportet} vnde Alex. ſed de ente per accidens,& de quaſi vero in libro proximo diſputabit in ſexto & ſeptimo.i. in ſeptimo & octauo de ente per ſe,in octauo,i.in nono de ente tum potentia, tum actu. Iuniores hic aſſerunt,ꝙ Ariſt. diuidens ens per actum & potentiam, acceperit potentiam pro potentia obiectiua, & actum pro actu exiſtentiæ, ꝙ tali potentiæ aduerſatur, & non potentiā pro potētia ſubiectiua,& actū pro actu formali,vt longa commentatione exponunt.Et cum obijcitur eis, ꝙ tunc ens non prædicaretur de mēbris, quæ ipſum diuidunt, concedunt,qñ diuiſio fuerit diſtrahens, ſicuti eſt in caſu. nā vt dicunt, hæc diuiſio entis eſt diſtractiua. Sed q̄ ſit errabunda hęc opinio, in auſcultatorijs dilucide nos expoſuimus.nā potētia obiectiua apud Peripateticos eſt commentū,quia vel potentia obiectiua nihil aliud eſt præter potentiā agentiū quæ pn̄t gñare roſam,aut eſt aliquid,qđ non eſt ipſa agentia.Si nihil eſt præter agētia,quæ pn̄t roſam gñare,tunc eſt contra eos.qui aſſerunt potentiā eſſe obiectiuam, quia obijcitur agentibus.ēt ſequitur, ꝙ abutātur noīe potentiæ obiectiuæ. Nullus.n.vnquā potentiam obiectiuā voluit eſſe agētia,quæ pn̄t rē gñare,immo nec ipſi.Si eſt aliquid præter agētia,quæ pn̄t rem gñare,aut eſt aliquid pter materiam primā, ex qua res pōt fieri,aut penitus idē, qđ materia ex qua. Si eſt aliquid præter materiam ipſam ex qua,cum per eos,talis obiectiua potētia ſupponať neceſſario in omni gñatione, erit quartum principiū rerum naturalium.nā in gñatione talis potētia erit neceſſaria ita,vt materia ex qua.At ſi talis potentia eſt idē omnino cum materia ex qua, tunc fruſtra laborant, nam omnes volunt eandem potentiam eſſe obiectiuam, vt reſpicit agentia: & ſubiectiuam vt reſpicit formas, quæ ab agente inducuntur. deinde deriſibile eſt quod dicunt,ens videlicet & eſſe non prædicari de ente potentia, & ente in actu, cum Ariſt.dicat in dictione,& id quod potentia, & id quod actu videt, videns dici, etiam quod potentia poteſt vti ſcientia, & id qđ vtitur, dici ſciens,ſimiliter de quieſcente,&alijs quare & quod potentia ens, & quod actu,ens etiam dicetur. Tertio. hæc expoſitio expreſſe eſt contra Alexā. qui ſi ait, neque.n.poſsibile de re qualibet prædicari debet,ſed de ea, quæ iam eſt, & poteſt in id proxime mutari quod eſſe dicitur, vel accipere ipſum. nam qui iam lapis eſt,merito hunc mercurium potentia eſſe dicas. non item terram vel aquam, ex quibus lapis gignitur,mercurium potentia quiſquam appellabit, vt puerum potentia doctum vocamus,non ſic infantem menſtruum. & catulus recens natus, potentia videns eſt: non is etiā qui in vtero geſtatur.ergo diuiſio Ariſt. quia diuidit ens & eſſe,eſt per ens potentia proxima,& ens actu. quare nec Ariſt. nec Alexan.ſomniauit vnquam tale commentum.

CAP. VIII. De ſubſtantia.

Subſtantiæ autem dicuntur, & ſimplicia corpora, ut terra, & ignis, & aqua, & cætera id genus: & corpora omnino: & ea, quæ ex his conſtant, & animalia,& dæmonia, partes iſtorum. atque hæc omnia propterea dicuntur ſubſtantiæ, quia non de ſubiecto dicuntur, ſed de his cætera.

Poſtquam ens diuiſit per prædicamenta, nunc, vt Alex.inquit, quot modis vnumquodq; prædicamentum dicatur,exponit.Et primo de ſubſtantia diuiſionem proſequitur: & dicit {Subſtantiæ autem dicuntur & ſimplicia corpora} quæ alio verbo elementa dicuntur,videlicet {vt terra,& ignis,& aqua, & cætera id genus}.ſ.aer,& horum medium {& corpora omnino} etiam ſubaudi non ſint ſimplicia,ſed mixta,modo ſint ſimilaria,vt lapis,metallum,& cætera id genus {& ea} etiam ſecundo modo dicuntur ſubſtātiæ{quæ ex his conſtant} videlicet aut ex corporibus, vel quæ corpus habent, videlicet {& animalia, & dæmonia, parteſq; iſtorum} & dixit dæmonia,vel dæmones dicens ex eorum ſententia,quibus dæmones eſſe placet, quos ad hunc modum ſubſtātias eſſe ait, ſi quidem illi ex anima,& corpore conſtant,.vt Apuleius inquit eſſe animalia corpore aerea,mente rationalia, animo paſſiua,tempore æterna. vel certe dæmonia vocans corpora diuina,cuiuſmodi ſunt aſtra, & aſtrorum partes. Expoſitor vero Ariſtotelem accepiſſe dicit dæmonia pro idolis,quæ in templis poſita celebrantur,vt dij.& per partes non animam,& corpus intellexit,ſed membra. verbi gratia manus,& pedes. deinde cauſam aſſignat, cui omnia talia ſubſtantiæ ſint,& dicit {atque hæc omnia propterea dicuntur ſubſtantiæ, quia nō de ſubiecto dicuntur,ſed de his cætera} ſubaudi dici ſolēt quia, vt Alexander inquit, non talia ſunt, vt ipſorum eſſe in aliquo ſubiecto conſiſtat. ſed econuerſo ipſa cæteris ſubiiciuntur. In his enim eſſe habet accidentium natura. per quæ, vt Alexander & Expoſitor dixerunt, Ariſtoteles tales ſubſtantias voluit eſſe ſubſtantias indiuiduas, in his enim ſunt accidentia. itaque ipſæ neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto dicuntur,ſed alia in his, atq; de his. Quā deſcriptionē primæ ſubſtātiæ Ariſt.in prædicamētis accōmodauit, Auer.autē perperā hūc locū exponēs, nititur hāc defi- TEX.15. Quæ Auer. com.15.

nitionem attribuere & primæ, & ſecundæ ſubſtantiæ, quod remotum eſt à mentibus expoſitorum.

Alio modo id ſubſtantia dicitur, quod cauſa eſſendi, ineſtque talibus, quæ de ſubiecto non dicuntur, qualis eſt anima animalium.

Nunc aſsignat ſecundum modum.quo accipi ſolet ſubſtantia, & dicit { Alio modo id ſubſtantia dicitur, quod cauſa eſt eſſendi, ineſtq; talibus, quæ de ſubiecto non dicuntur }.i. ineſtq; primis,atque indiuiduis ſubſtantiis: quæ nec ſunt in ſubiecto, nec dicũtur de ſubiecto.per hoc,quod dixit { cauſa eſt eſſendi } dedit intelligere differentiam inter ſubſtantiam, quæ accipitur hoc ſecundo modo,& accidentia,quę licet inſint indiuiduis ſubſtantijs, tamẽ non ſunt illis cauſæ eſſendi,Item per illam particulam { ineſtq; } & reliqua dedit intelligere differentiam inter hanc ſubſtantiam, & materiam,quæ non ineſt,ſed ex ea fit compoſitum,cuius ipſa eſt materia. Quare recte Alexander, Auer. & Expoſitor Ariſtotelem hic per ſubſtantiam,quæ dicitur ſecundo modo,intellexiſſe formam autumãt. Ideo exemplum ſubdens inquit { qualis eſt anima animalium } vnde Auer. ait Ariſtotelem dediſſe exemplũ de anima, quæ eſt forma in ſubſtantia actu: nã eſt forma corporis, quod eſt actu ſubſtantia: econtrario de formis ſimplicium,quæ ſunt formæ ſubſtantiæ in potentia. Alexander vero Ariſtotelem per hæc innuere ait formas eorum, quæ natura conſtant: hoc eſt naturales,materialesq; formas, cuiuſmodi eſt in animãtibus anima, quandoquidem ob animam animalia ſunt, & in corporibus naturalibus formã cuiuſq; cauſam eſſe ait exiſtendi ideſt ſubſtantiæ.

Qua Auer. cõm. 15.

Præterea partes,quæ ſunt in talibus,& definientes,et hoc aliquid ſignificantes,quæ ſi tollantur,tollitur totum.ut ſi tollatur planum,corpus (ut quidam aiunt)tollitur, & ſi linea,planum. atque omnino numerus quibuſdam talis eſſe uidetur. nã ſi tollatur,nihil inquiunt eſſe, & ipſum inſuper definire omnia inducunt.

Tertio modo ſubſtantias nunc vocari dicit, partes rationis,vt Alex. exponit, vnde dicit { Præterea partes,quæ ſunt in talibus,& definiẽtes, & hoc aliquid ſignificantes } ſubaudi ſubſtantiæ tertio modo dicũtur, non omnes,ſed { quæ ſi tollantur,tollitur totum,vt ſi tollatur planum, corpus, vt quidam aiunt. tollitur } ergo planum eſt par rationis corporis { etſi } videlicet tollatur { linea,planum } etiam tollitur.igitur linea eſt pars rationis plani.Quo vero ad verba attinet,cum ait { pręterea partes } intelligit per partes,quas communiori vocabulo particulas appellat. Neq; enim ſuperficies ſic eſt pars corporis, vt corpus in ipſam diuidat̃, ſed rationis corporis eſt particula. qa hac corpus definit, quemadmodum linea quoq; ſe habet ad ſuperficiem; quæ cum terminus ſit ſuperficiei, ipſam definit. niſi.n.termino finiretur indeterminata eſſet.& ſic linea eſt particula rationis ſuperficiei,quoniã ſuperficies linea definitur, ſic punctum ſe habet ad lineam, eſt.n.particula rationis lineæ, quia puncto linea definitur,ergo per partes, quas ſubſtantias eſſe ait,intelligit particulas,quæ ſ̃m Ariſtotelem,& omnes,rationis ſunt,& cum dicit { quæ ſunt in talibus } per talia corpora intelligit, quæ & per ſe eſſe, & terminos habere poſſunt.linea enim remotius quàm ſuperficies,ſed tamen corporis eſt terminus. Vel intelligit per talia ea, quæ terminos habere apta ſunt, & ab ipſis terminari. Sic igitur exponendo per partes particulares rationis intelligit,nam etiam ſ̃m Ariſtot.hoc eſt verum.Secũdo modo exponitur per partes, partes, quæ ſunt ſubſtantiæ.Sunt enim quibus mathematica quoq; ſubſtãtias eſſe placet,vt Platonicis, & tunc per talia, ſubſtãtias intelligendum eſt. & cum addit { & hoc aliquid ſignificantes } quia ſ̃m Platonicos termini ſunt formæ corporum,à quibus hæc aliqua eſſe dicuntur,vt taxili,aut globi. Lineam enim & ſuperficiẽ hoc aliquid ſignificare dicit,quia non ſolum termini ſunt,ſed propriam quandam naturam, & ſubſtantiam ſignificare videntur. vel hoc aliquid.i.aliquid determinatum.hoc enim ipſis ſuppetit à terminis.habes igitur duas expoſitiones alteram,quæ eſt ad mentem Ariſto.qua intelligitur per partes particulas rationis,alteram, qua per partes intelligit ſubſtantias rerum. addidit vero { quæ ſi tollantur,tollitur totum } vt innuat eſſe partes, vel particulas eſſentialis,quoniam ſublatis prioribus, poſteriora quoq; ſublata erunt. Niſi.n. planum ſit,corpus eſſe non poteſt, nec planum, niſi linea fuerit.nam corpus omne ſuperficie eſt definitum,& ſuperficies linea,& hæc ipſorum ſunt fines.Semper.n.finis,qui habetur in magnitudinibus, prior eſt eo, cuius eſt finis. Cur vero addidit { vt quidam aiunt } hoc dicit, vel qa ſecundum eos,quibus corpus & ſuperficiem terminata eſſe placet,ſublatis terminis,ipſa quoque tolluntur, non item ſecũdum eos, qui corpus aliquod infinitum eſſe ſtatuunt. & quia non omnes illud dicunt, ideo dixit { vt quidam aiunt } & hoc valet ad primam expoſitionem. vel certe ſecundum eos hoc dicit, qui voluerunt hæc eſſe ſubſtantias rerum, vt Plato in Timæo, vbi terminos putauit eſſe rerum ſubſtantias, & partes. idem exponit in numero, & dicit { atque omnino numerus quibuſdam talis eſſe videtur } .ſ.vt ſuperficies talis eſt ad corpus,& linea talis ad ſuperficiẽ, & punctus talis ad lineam { nam ſi } tollatur.ſ.numerus rebus ipſis { nihil }.ſ.in rerum natura { inquiunt eſſe, & ipſum }.ſ.numerum { inſuper definire omnia inducunt } & innuit Pythagoricos, qui numeros elementa rerum eſſe ſtatuebant: de quorum ſubſtantia in primo maiore diſſeruimus. quãquam ſ̃m Platonem etiã numeri omnium entium cauſæ ſunt,ſi non, vt elemẽta,& rebus inſita.qm̃ ideæ,quæ numeri ſunt,cæteris rebus cauſæ ſunt exiſtendi.Hæc de ſubſtantijs.

Præterea quiditas omnino,cuius ratio eſt definitio, hæc itẽ cuiuſq; ſubſtantia dicitur.

Nunc aſsignat quorũ modum,quo ſubſtantia dicit̃, & ait { Præterea quiditas oĩno, cuius rõ eſt definitio } .i.quam ſignificat definitio { hæc itẽ cuiuſq; ſubſtãtia dicitur } dixit { cuiuſq; ſuba } quia nec ſubſtantiæ tm̃, nec qualis, nec quanti,nec alicuius cæterorũ tm̃ ſuba eſt,ſed cuiuſq;,cuius eſt quiditas,ſubſtãtia eſſe dicitur. per qđ differt à materiali forma,quæ ſubſtãtia eſt ſcđo modo.qm̃ cum illa in rebus natura cõſtantibus habeatur,ſitq; forma naturalis,proprie ſubſtantia eſſe intelligitur:hæc aũt,quæ quarto modo ſuba dicitur,per quã quiditas cuiq; ſuppetit,ẽt in non ſubſtantijs verſatur. non.n.in ſolis ſubſtãtijs quiditas locũ habet.Quo fit vt quiditas non ſimplr̃ ſuba ſit,ſed eius cuius eſt quiditas. quo circa cuiuſq; rei aliqua ſuba eſſe dicit̃.Põt etiã ſic accipi forma,quaſi multiplr̃ dicatur,ſitq; vna vt cã exiſtẽdi ei,cui ineſt,vt aĩa,de qua primũ dixit, alia ſit ipm̃ eſſe, put dicit̃ viuere viuẽtibus eſt eſſe,cuius cã eſt aĩa,

quod

quod quidem non eſt idem, quod animal, licet anima ſit eius cauſa, & de hac mentionem facere videtur. Expoſitor autem velle videtur Ariſt. intellexiſſe per quiditatem formam totius, quæ differt à forma partis, ſicuti differt humanitas ab anima, nam anima eſt pars quiditatis animalis, ipſam autem quiditas, cum ſit forma totius, includit omnia eſſentialia principia, & ſic eſt ſubſtantia eius, cuius eſt quiditas: & ſic patet differẽtia inter ſecundum modum, & quartum.

Fit igitur ut ſubſtantia modis duobus dicatur, ipſum uidelicet ſubiectum ultimum, quod non ulterius de alio dicitur: & id, quod hoc aliquid eſt, & ſeparabile eſt: tale autem eſt uniuſcuiuſq; forma, atq; ſpecies.

Cum expoſuiſſet plures intellectus ſubſtantiæ, nũc eos reducit ĩ duos, ſed qui ſint iſti duo, Expoſitor vult, vt ſit ſubſtãtia prima, & ſit forma. & hoc ait Ariſto. { fit igitur, vt ſubſtantia modis duobus dicatur, ipſum videlicet ſubiectum vltimum, quod non vlterius de alio dicitur } & hæc eſt ſubſtantia prima. Subſtantia enim prima non prædicatur de aliquo inferiore, ſicuti ſubſtantia vniuerſalis prædicatur. Subſtantia ẽt prima per ſe ſubſiſtit, at vniuerſalis ſubſtantia ſubſiſtit rõne ſubſtantiæ primæ. Inſuper ſubſtãtia prima non eſt in multis, veluti vniuerſalis ſubſtantia. Ergo vno modo dicitur ſubſtantia ſubiectum vltimum, quod non vlterius aliquo dicitur, & ſic talis ſubſtantia erit prima ſubſtantia. deinde affert ſecundum modum, & dicit {&} ſubaudi ſecũdo dicitur ſubſtantia {id., quod hoc aliquid eſt, & ſeparabile eſt } & quæ ſubſtantia ſit hæc exponens, dicit {tale aũt eſt vniuſcuiuſq; forma, atq; ſpecies} Laborauit aũt Expoſitor, quonam modo cæteri intellectus reducantur ad hos: quæ exponere non curo. Nam Alexander aliter ait, vult. n. omnes intellectus, quibus ſubſtantia intelligitur, reduci in duos, quorum vno dicitur ſubſtantia prima materia, altero dicitur ſubſtãtia prima forma. Vnde dicit { fit igitur, vt ſubſtantia modis duobus dicatur } quos exponens ſubdit { ipſum videlicet ſubiectum. vltimum, quod non vlterius de alio dicitur } & hoc eſt extrema materia. Materia enim vltima de nullo prædicatur. deinde. exponit alium intellectum, & dicit {&}, ſ. ſecundo modo dicitur ſubſtantia { id, quod hoc aliquid eſt, & ſeparabile eſt } Prima enim forma hoc aliquid eſt, & ſeparabile: ſub quo intellectu continẽtur anima. & formæ naturales, & ſubſtantia, quæ per inſita, & terminãtia ſumitur: qualis eſt, quæ per corporum terminos intelligitur, ſub hoc etiã intellectu cõtinetur quiditas, & ita ſub hoc intellectu continentur ſecundus intellectus, & tertius, & quartus modus. Sub primo vero poteſt intelligi primus modus, quo intelligitur ſubſtãtia prima. nam ad ſubiectũ extremum refertur omnis indiuidua ſubſtantia. ergo ad hos duos intellectus reducuntur omnes. Quo vero ad verba attinet, dixit {& id, quod hoc aliquid eſt} nam forma eſt per ſe hoc aliquid, compoſitum vero indiuiduum exiſtit propter formã: & hoc aliquid eſt propter formam. ergo, cum forma ſeipſa dicatur hoc aliquid, recte ait & id, quod hoc aliquid eſt, ideſt, & prima forma, qua compoſitum in ſpecie reponitur. & cum dixit {& ſeparabile eſt} intelligi debet, cogitatione. Forma .n. diuerſa, & ſeparata eſt à materia, ſi nõ ſubſtantia, tñ rõne, ac cogitatione. vel ſeparabile dixit, quia forma nõ eſt ſempiterna, nec ſemper eadẽ manet in materia, ſed ſecernitur, ac interit. huiuſmodi eſt omnis forma materialis, quam innuit per ẽm ſubſtantię intellectum. vel ſeparabile, quia diuerſum eſt à ſubiecto, nec ex ipſius ſubſtantia. Sic. n. forma ſe habet cum materia, ſed Alex. quærit de formis, quæ in corporibus diuinis habentur, vbi tandem reſoluit ſe, ꝙ Ariſt. hinc non de oĩ ſubſtantiæ notione agat, ſed de intellectibus ſubſtantię proprie intellectæ, quæ eſt vel vltimũ ſubiectum, qualis eſt materia, vel forma, quæ habetur in ipſa. cæteros aũt modos non curauit reducere, qm̃ hi ſunt ad propoſitum. Hactenus de intellectibus ſubſtantiæ.

CAP. IX.

De eodem Diuerſo, Differenti, ſimili, & Diſsimili Tex. ſine cõmento.

EAdem uero alia per accidens dicuntur, alia per ſe. Per accidens, ut album & muſicum idem, propterea quia utrunq; eidem accidit, & homo & muſicum ex eo, quia alterum alteri accidit. muſicum item homo, quia muſicum homini accidit. hoc autem idem, quod utrũq;, & horum utrũq; idem, quod illud dicitur. etenim homini muſico, & homo, & muſicum idem dicitur, & his illud.

Nunc proſequitur diuiſionem, qua eadẽ dicuntur. Docetq; aliud alij idem per accidens eſſe tripliciter, tot .ſ. modis, quot vnum & ens per acccidens partitus eſt: & dicit { eadem vero alia per accidens dicuntur, alia per ſe} deinde eadem per accidens ſubdiuidens inquit {per accidens} eadem ſubaudi dicuntur, quæ cum, ſint accidentia, eidem ſubiecto accidunt {vt aluum & muſicũ idem} ſubaudi ſunt primo modo { propterea quia vtrũq; eidem accidit} vt Socrati. Socrates. n. eſt albus & eſt muſicus. igitur muſicum eſt album, & econuerſo & quouis modo prædicemus, erit prædicatio naturalis. deinde affert ẽm modum, & dicit {& homo & muſicum, ex eo quia alterũ alteri accidit}. ſ. accidens ſubiecto naturali. nam ſic ſecundo modo dicuntur eadẽ, qm̃ accidens, quod prædicatur, eſt idem, quod naturale ſubiectum, quod ſubijcitur. deinde affert tertium modum, & dicit {Muſicum item homo} tertio modo viciſsim dicuntur eadem, qm̃ hõ, qui eſt naturale ſubiectum, prædicatur de muſico, quod eſt naturale prædicatũ. & hoc ſubdit { quia muſicũ homini accidit} vt in præter naturalibus prędicationibus dictũ eſt. Quo vero ad verba attinet, animaduerte, ꝙ ſi volueris ſeruare conſuetudinem græcorum, qui vtuntur prædicato in primo loco, & ſubiecto in ſecundo, dictio ſic legenda eſt {& homo & muſicum} ſubaudi dicuntur eadem ſecundo modo {ex eo, quia alterum}. ſ. muſicum, quod accipitur pro ſubiecto {alteri}. ſ. homini, qui accipitur pro prædicato {accidit} & hoc eſt in prædicatione præternaturali. deinde affert quartum modũ, & dicit {muſicum item homo} tertio modo viciſsim dicuntur eadem {quia muſicum } quod ſubaudi eſt prædicatum {homini} qui. ſ. eſt ſubiectum naturale { accidit} vt in naturalibus prędicationibus patet. Quãquam Alex. legit primo modo conſeruando græcorum conſuetudinem: quam ipſe ſeruare conſueuit. hi ſunt tres modi, quibus aliqua dicũtur eadem, ſed qm̃ hi tres modi ſunt in ſimplicibus terminis, addit duos alios modos in terminis compoſitis, & dicit {hoc autem idem, quod vtrũq;. i. quarto modo aliqua dicũtur eadẽ, quia prædicatum ſimplex dicitur de ſubiecto complexo: quo in modo muſicum prædicatum eſt idem homini

muſico:quod eſt ſubiectum complexum,vt in illa propoſitione homo muſicus eſt homo. deinde addit quintum modum, & dicit{& horum vtrũq; idem, quod illud dicitur}.i. & quinto modo aliqua dicuntur eadem quia prædicatum complexum dicitur de ſubiecto ſimplici, vt in illa propoſitione homo eſt homo muſicus. Homo muſicus.n.& homo eadem ſunt, quia prædicatum compoſitum dicitur de ſubiecto ſimplici. deinde affert rationem,& dicit{Etenim homini muſico} ſcilicet ſubiecto {& homo} ſeorſum prędicatum {& muſicum } etiam ſeorſum prædicatum { idem dicitur} In illa.n.propoſitione homo muſicus eſt homo , homo, qui prædicatur,idem eſt homini muſico ſubiecto:& in illa ſimiliter, homo muſicus eſt muſicus, muſicum eſt idem homini muſico {& his}.ſ.homini ſeorſum,& muſico ſeorſum{illud}.ſ. complexum homo muſicum eſt idem. nam in hac propoſitione homo eſt homo muſicus,homo muſicus eſt idem homini,i& in illa propoſitione muſicum eſt homo muſicus ſimiliter hõ muſicus eſt idem muſico.Sunt igitur quinque modi,quibus aliqua dicuntur eadem,tres videlicet ſimplicibus in terminis,& duo in compoſitis,& omnes conſiſtunt in hoc,quia ſubiectum eſt idem in omnibus talibus.

Quapropter hæc omnia uniuerſaliter non dicuntur. non enim uerum eſt dicere omnem hominem et muſicum idem eſſe. uniuerſalia nãq; per ſe rebus inſunt,accidentia non per ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dicuntur. Socrates enim ac Socrates muſicus idem eſſe uidetur. Socrates enim non de pluribus dicitur,idcirco non ut omnis homo dicitur,ſic et Socrates dicitur omnis.Et hæc quidem ſic dicuntur eadem.

Ex ijs,quæ expoſuit,infert, quę per accidens eadem eſſe dicuntur,non omnia vniuerſaliter eadem dici,etenim nullum accidens idem eſt vniuerſaliter ei,de quo ipſum pdicatur,vel ei,quod de ipſo prædicatur. Neq; .n.omne muſicum idem eſt,quod omne album, etiam ſi muſicum ſit idem, quod album, cum ambo per accidens eidem inſint, ſed cuidam idem eſſe dicitur. nam quæ eidem inſunt, ſaltẽ particulariter eadem ſunt. itẽ neq; muſicum idem eſt,quod omnis homo, etſi muſicus idem ſit,quod homo,cum homo muſicus ſit. vnde dicit { Quapropter hæc omnia } quæ ſubaudi diximus eſſe eadem,quinque modis {vniuerſaliter non dicuntur}ſubaudi eadem,quod probat exemplo, & dicit{non.n. verum eſt dicere omnem hominem & muſicum idem eſſe } licet muſicum idem ſit quod homo. deinde ratione hoc probat,cuius maiorem affert, & dicit{vniuerſalia nãq; per ſe rebus inſunt}vt in poſterioribus dictum eſt,omne vniuerſale eſt per ſe.deinde affert minorem,& dicit{accidentia non per ſe}ſunt.igitur accidentia non ſunt vniuerſalia. Syllogiſmus.n. eſt in ſecunda figura.Quod accidentia non ſint per ſe,exponit,& probat dicens{ſed in ſingularibus ſimpliciter dicuntur}. ſ.ipſa eadem. ſ. accidens, & id, cui accidit {ſimpliciter} dixit.i. ſine determinatione vniuerſalitatis,aut particularitatis. Singularia. n. nullam omnino determinationem capiunt, nec vniuerſalitatis nec particularitatis.cuius rationem affert per exemplum,& dicit{Socrates.n. ac Socrates muſicus idem eſſe videtur} .ſ.abſq; determinatione:cuius ẽt rationem ſubdit {Socrates.n. & ſingulare non de pluribus dicitur} & cum non de pluribus dicatur{idcirco non vt omnis}vel aliquis.qm̃ homo eſt vniuerſale, & vniuerſalia determinationis hoc eſt vniuerſalitatis, aut particularitatis ſũt capacia. Patet igitur ex his accidentia non per ſe dici, quare vniuerſalia eſſe non poſſunt, immo nec particularia. Cum ſint ſingularia nec vniuerſalitatis nec particularitatis capacia. per quæ voluit habere ea, quæ per accidens eadem dicuntur, non dici vniuerſaliter eadẽ, videlicet ſigno vniuerſali determinata. Et vniuerſa ratio eſt,quia ea,quæ per accidens aliquibus ſunt eadem, ſunt ſingularia,vt dictum eſt, quæ non ſunt capacia recipere ſignum vniuerſalitatis, immo nec particularitatis.propterea epilogando ſubdit {& hæc quidem ſit}.ſ. abſq; determinatione vniuerſalitatis{dicũtur eadem} .ſ.alijs prædicatis.

Per ſe autem eadem dicuntur perinde atq; ipſum unum.& enim ea,quorum materia una eſt,aut ſpecie, aut numero, aut genere eadem dicuntur, ea etiam quorum ſubſtantia eſt una. *Idem per ſe.*

Cum expoſuiſſet ea, quæ dicuntur eadem per accidens nunc exponit ea,quę ſunt eadẽ per ſe,& dicit{Per ſe aũt eadẽ dicuntur,perinde}& tot modis,quot{atq;} dicitur{ipſum vnum}& tu intelligas, quot modis dicitur ipſum vnum.cum diuiditur diuiſione logica. qm̃ in vniuerſum longe plures vnius per ſe intellectus explicauit.Nõ. n. hoc in loco omnes modos per ſe vnius explicat,vel quia his vnius per ſe intellectibus, de quibus hic mentionem facit, idem per ſe ſimiliter dici ait, vel quia cæteræ vnius per ſe notiones in hos modos redigi poſsint. deinde explicat modos, & dicit { etenim ea, quorum materia vna eſt}.i.quorum ſubiectũ proximum eſt vnum{aut ſpecie, aut numero, aut genere eadem dicuntur } Quorum materia eſt vna numero.i. vt Alex.inquit, quorum materia proxima, quæ ab eo ſubiectum dicitur. Sic enim vnus aliquis ſibi ipſe eſt idem. eorum quoq;,quæ diuerſis nominibus appellantur heteronyma græce vocata vna eſſe materia dici poteſt. Aſcenſus.n. & diſcenſus ſubiectum vnum eſt numero, & hac ratione eadem ſunt. nam quorum materia vna eſt numero,hæc eadem ſibi ſunt. Ipſum.n.ſibi eſt idem. Specie vero vnum ſubiectum vel materiam eorum dicit, quibus ſubiectum eiuſdem eſt ſpeciei, & ſi non numero,vt ſi æs, & lapis multis ſtatuis ſubijciantur,ſtatuæ illæ ſubiectum habent idem ſpecie.itẽ quæcũq; ſpecie diſcrepantia ſubiectum extremũ vnum habent, vt omnia liquabilia eadem ſunt inter ſe & vnum, qm̃ corpus ex quo primo ſubiecto omnia efficiuntur, eſt vnum ſpecie,videlicet aqua. & cũ dicit { ea ẽt quorum ſubſtantia eſt vna } ſubaudi eadem dicuntur. vel, vt Expoſitor inquit,ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum,vel propter vnitatem & indiuiſibilitatẽ rationis,quod pertinet ad quartũ,& quintum modum. Secundum vero Alexand. ſubſtantiam Ariſt.appellat formam, ſeu ſpeciem, in quæ referuntur,quæ eiuſdem ſpeciei,ſunt, & quæ eiuſdem generis, tum etiam quæ inter ſe proportionem habent. Eſt.n. ſocietas quędam formæ,& rationis.quaſi dicat{ea etiã quorum ſubſtãtia} quouis modo {eſt vna}ſiue ſpecie, ſiue genere, ſiue ſimilitudine rationis,eadem dicũtur.

Quare patet ipſam identitatem unitatem eſſendi quandam eſſe aut plurium,aut cum quiſpiam uno ut pluribus utitur,ueluti cum aliquod idem, quod ipſum eſſe dicit:nam tunc ut duobus utitur ipſo.

Ex ijs,quæ dixit, infert definitionem identitatis, & dicit { Quare patet ipſam identitatẽ eſſe vnitatẽ eſſendi quandam aut plurium{quæ ſpecie, aut genere, aut propor-

proportione ſunt vnũ {aut} vnius numero { veluti cum aliquod idem} & vnum numero, {idẽ quod ipſum eſſe dicit}. i. veluti cum dicimus idem numero eſſe ſibi idẽ {nam tunc} ſic dicens {ipſo} eodem numero {vtitur, vt duobus} q̃m re eſt vnum & idem, ſed ſic dicens, vtitur vt duobus. Ex his concludit Expoſitor identitatẽ, qua aliquid eſt idem ſibi ſimpliciter, eſſe relationem rationis. dico ſimpliciter, q̃m identitas, qua aliqua dicuntur eadem ſpecie, vel genere, vel proportione, fortaſſe eſt relatio realis. Probat autem Expoſitor ſuam opinionẽ ſic, quia, ſi identitas eſſet relatio realis, & res aliqua p̃ter id, quod idem ſimpliciter ſibi dicitur, tunc cum talis res etiam ſimpliciter ſibi eadem eſſet, pari ratione haberet aliam relationem, quæ etiam eſſet ſibi eadem, & ſic in infinitum: quod abſurdum eſſe probatũ eſt tertio phyſicæ auſcultationis. Sed contra. nam, cum intellectus reflectitur ſuper ſuum actum, intelligit ſe intelligere, & cum reflectitur ẽt ſuper hunc ſecundum actũ, quo intelligit ſe intelligere, etiam intelliget ſe intelligere tali ſecundo actu, & ſic de tertio & quarto, ſicq; in infinitum: quare nihil prohibet procedere in infinitũ. reſpondet Expoſitor nihil prohibere, vt procedatur in infinitum in actibus animæ ſecus in rebus præter intellectũ, quæ ſunt res naturæ. cuius cauſa poteſt eſſe, quia intellectus eſt virtus apta ſe ſupra ſe reflectere, at natura nequaq̃. Inſuper intellectus eſt virtus illimitata, natura virtus determinata, atq; limitata & ad, vnũ cõtracta.

DIVERSA.

Diuerſa dicuntur ea, quorum aut ſpecies ſunt plures, aut materia, aut ſubſtantiæ ratio, atq; omnino diuerſum ipſum oppoſito modo eidem dicitur.

Nunc exponit diuerſa, & dicit {Diuerſa dicũtur ea, quorũ aut ſpecies ſunt plures} vt equus, & homo. Sub hoc modo, vt Alex. inquit, contineri poſſunt ea, quæ licet ſint ex eadem materia, non tñ eaſdem formas habent, vt ſi qua lignea ſint, quæ non ſimiles habeant formas. deinde aſsignat ſecundum modũ, & dicit {aut materia} ſubaudi eſt plures, vel diuerſa eſt: quæ materia, ſi numero eſt diuerſa, ipſa quoq; numero diuerſa ſunt, ſi materia ſit diuerſa ſpecie, ipſa etiam ſpecie ſunt diuerſa. ſub hoc modo contineri poſſunt ea, quæ, cum ſimili forma ſint, ex varia tamen materia conſtant. Vt poculum aureum, & poculum argenteum. vel ſtatua marmorea, & ænea ſtatua. deinde aſsignat tertium modũ, & dicit {aut ſubſtantiæ rõ}. i. tertio modo diuerſa ſunt, quorum ratio ſubſtantiam explicans eſt diuerſa. nam fieri poteſt, vt aliqua ſint eadem numero, quæ ratione ſunt diuerſa, ſicuti Socrates, & hoc albũ. Sub quo modo ẽt heteronyma continentur, vt Alex. inquit. Aſcenſus. n. & deſcenſus idem ſunt numero, q̃m ſubiectum vnum eſt numero, videlicet motus, & tñ differunt ratione. Sed, quia ipſum idem adhuc pluribus alijs modis dicitur, quorum nulla hic fit mentio, ideo reddens ſermonem vniuerſalem inquit {atq; omnino diuerſum ipſum oppoſito mõ eidem dr̃} q̃ ratio docet, vt dicatur tot modis, quot dr̃ idem: quippe cũ cuiuſq; identitatis modo ſuũ diuerſitatis modũ ꝑ oppoſitionẽ reddi conuenit, vt ipſe fecit. Laborauit Alex. hanc dictionẽ aliter exponere, qđ cũ ſit inutile, bona fronte ꝑtermittimus.

DIFFERENTIA.

Differentia uero dicuntur ea quæ diuerſa ſunt, etſi aliquo modo eadem ſunt, modo non ſint eadem numero, ſed aut genere, aut ſpecie, aut ſimilitudine rationis.

Cum dixiſſet de diuerſis, nũc dicit de differentibus. Cauſa ordinis eſt, q̃m diuerſa ſunt vniuerſaliora, cum omnia differentia ſint diuerſa, & non econtrario. nam diuerſa, quæ in nullo conueniunt, non dicuntur differentia, cum non aliquo alio, ſed ſeipſis diſcrepent. At differentia proprie ſunt, quæ cum in aliquo conueniãt, aliquo alio diſcrepant. vnde dicit {differentia vero dicuntur ea, quæ diuerſa ſunt, & ſi aliquo modo eadem ſunt, modo non ſint eadem numero, ſed} ſint eadẽ {aut genere, aut ſpecie, aut ſimilitudine rationis} requiruntur ergo ad hoc, vt aliqua dicantur differentia, primo, vt ſint diuerſa, q̃m diuerſa ſe habent, vt genus ad differentia. Secundo, vt aliquo modo conueniãt. Tertio, vt non conueniant in aliquo vno numero, ſed in aliquo vno aut genere, aut ſpecie, aut proportione. Alex. aſsignat rationem, quare diuerſa non poſſunt in eodẽ numero conuenire, ex eo, quia quæ numero ſunt eadem, differre minime queunt. At quæ genere, aut ſpecie, aut proportione poſſunt conuenire, poſſunt etiam differre. Aliter dictionem habebat Aſpaſius, videlicet hoc pacto {differentia vero dicuntur, quæcũq; diuerſa ſunt idem aliquid entia, & non ſolum numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione} & tunc exponit oportere differentia non ſolum eſſe diuerſa numero, ſed ẽt eadẽ inter ſe ſecundum quippiam, vt ſint non ſolum diuerſa, ſed etiam differentia. Etenim quæ numero diuerſa ſunt, non prorſus ſunt differentia, niſi eadem ſecundũ prædictorum aliquid ſint.

Inſuper ea, quorum genus diuerſum eſt.

Aſsignat ſecundum modum eorum, quæ dicuntur differentia, vt ſint, quæ omnino ſunt diuerſa, & in nullo cõuenientia: & ſic diuerſa & differentia pro eiſdem accipiuntur, vt Alexan. & Expoſitor dixerunt. vnde dicit {Inſuper ea} ſubaudi ſecundo modo dicuntur differentia {quorum genus diuerſum eſt} Hæc autem ſunt, quæ omnino ſunt inter ſe diuerſa, vt animal, & color. Non autem eſſet remotũ hæc eſſe diuerſa genere prædicamenti, & conuenire in analogo, vt ſubſtantia & quantitas. & tunc diuerſa non eſſent differentia: nã diuerſa in nullo prorſus conueniunt.

Et cõtraria ipſa, atq; ea, quæ diuerſitatẽ in ſubſtãtia habẽt.

Aſsignat tertium modum, quo aliqua dicuntur differentia, & dicit {Et contraria ipſa} ſubaudi ſunt, quæ tertio modo dicuntur differentia. Sunt autem contraria, quæ ſub eodem genere ſubiecta inter ſe plurimum diſtant. nec hic modus eſt idem quod primus. Illic. n. dicebatur, quæ in eodem genere ſunt, non eiuſdem ſpeciei ſunt, ſiue maxime diſtant, ſiue nõ maxime. Hic aũt vult vt plurimum diſtent, q̃ ſub genere differunt. deinde aſsignat quartum modum, & dicit {atque ea} ſubaudi quarto modo dicuntur differentia {quæ diuerſitatẽ in ſubſtantia habent} nam differentia quoq; ſunt, quæ licet inter ſe non ſint contraria, in ſua tñ ſubſtantia mutuam quandam contrarietatem habent: ad hunc modum terra differt ab aqua. In ſubſtantia. n. terrę ſiccum eſt, in aquæ humidum. vel poteſt intelligi, vt ea differẽtia dicantur quarto modo, quæ cum ſubiecto ſint eadem, tñ ſecundum ſubſtantiam. i. definitionem diuerſitatem habẽt, qualia ſunt heteronyma, vt aſcenſus, & deſcenſus. vel poteſt intelligi vt differentia quarto modo ſint, quę in ſubſtantia diuerſitatem, i. oppoſitionem habent, vt nummus adulterinus, & nummus verus. & viciſsim humanum cadauer & homo, vt docuit in libro de Interpretatione. vel fortaſſe hæc pars eſt expoſitio

prioris partis, nam cum dixiſſet differentia tertio modo eſſe ipſa contraria, quaſi exponens ipſa contraria, ſubdit, ideſt ea, quæ diuerſitatem in ſubſtantia habent.

SIMILIA.

Similia dicuntur ea, quæ dicuntur eodem affecta.

Nunc tranſit ad modos, quibus aliqua dicuntur ſimilia, & ſignauit primum modum, & dicit {Similia dicuntur ea, quæ dicuntur eodem affecta}, i. quæ omnino inter ſe ſimilia ſunt ſecundum ſpeciem & formam. has.n.vt Alex.inquit, appellat affectiones, vt Dioſcuri appellati Zethus, & Amphion. & maxima ex parte gemini, & hæc potiſsimum ſimilia ſunt. Expoſitor vero ſimilia primo modo eſſe ait, quæ idē paſſa ſunt, vt duo ligna, quę cōburuntur, vel duo, qui patiūtur febrem ſimiles dicuntut.

Et ea, quæ ſunt pluribus eiſdem, quam diuerſis affecta.

Hic aſsignat ſecundum modum, quo aliqua dicuntur ſimilia, & dicit {Et ea}, ſ. ſecundo modo dicuntur ſimilia {quę ſunt pluribus eiſdem ꝗ diuerſis affecta} nā licet hæc ſint diſsimilia, cum affecta ſint aliquibus diuerſis tamen ſunt ſimilia, quia pluribus eiſdem ſunt affecta ꝗ diuerſis. nam ob exceſſum ſimilia dicuntur. Talia. n. maxima ex parte plures affectiones eaſdem habēt, ꝗ eæ ſunt, quibus inter ſe differūt: quomodo Germanus Germano ſimilis eſt, & Indus Indo. ad hunc modum ēt ſimiles ſunt, qui genitores ſuos imitantur.

Et quorum qualitas una eſt.

Hic aſsignat tertium modum, quo aliqua dicuntur ſimilia, & dicit {Et} ea {quorum qualitas vna eſt} ſubaudi ſimilia tertio modo dicunt. & tu intelligas, vt Alex. ſubaudiuit, ēt ſi non pariter qualitas ſit vna, ſed aliud magis, aliud minus, vt non æque calida. quatenus enim calor eorū eſt vnus, ſimilia ſunt. Licet diſsimilia quatenus non pariter calore participent.

Et inſuper, quod ex his contrarijs habet plura, aut præcipua, quibus alterari poteſt, hoc pacto ſimile dicitur.

Aſsignat quartū modū, & dicit {Et id inſuper, quod ex his contrarijs habet plura, aut præcipua, quibus alterari poteſt} ac mutari. Ergo ſimilia quarto modo dicuntur ea, quæ plurimas eaſdem qualitates habent ex ijs, quibus alterari, & mutari ſunt apta} Hoc pacto {vt inquit vnum ſimile {dicitur} alteri ſimile, vt vinum coloris, ac ſaporis, odoriſq; diſcriminibus alterari aptū eſt: cum igitur aliqua vina maiore ex parte obtinent eaſdē qualitates, quibus mutari, ac alterari poſſunt, vel ipſaſum præcipuas, ſimilia vina nuncupātur. Sunt autem qualitates, quibus vinum cōmendatur, ſapor, & odoris ſuauitas, magis ꝗ color. Differt aūt hic quartus intellectus à ſecundo, qm̄ hic additur {quibus alterari poteſt} quod non additur ſecundo modo. Nam horum plures non ſunt ſimpliciter plures, ſed his, quibus alterari poteſt: Quod Alexan. recte animaduertit. Huius exempla affert Expoſitor. primo de pipere, quod quia eſt calidū & ſiccum, dicitur magis proprie ſimile igni ꝗ mel vel ſaccarum, quod eſt calidum, & humidum. Secundo de aere, qui magis igni ſimilis eſt, ꝗ ſit terra eidem ſimilis. nam aer aſsimilatur igni in caliditate, quæ eſt propria igni, & terra in ſiccitate, quæ nō eſt ſic propria ac præcipua igni ſicuti eſt caliditas.

De allio exemplificat Expoſitor.

DISSIMILIA.

His oppoſito modo diſsimilia dici ſolent.

Cum expoſuiſſet ſimilia, nunc exponit diſsimilia generatim, & dicit {His oppoſito mō diſsimilia dici ſolent} nam primo intellectui oppoſito modo diſsimilia ſunt, quę forma differunt, ſecundo vero intellectui oppoſito modo diſsimilia ſunt, quæ huiuſmodi affectiones minore ex parte habent. Tertio autem intellectui oppoſito modo diſsimilia ſunt, quæ diuerſis qualitatibus affecta ſūt. Quarto deniq; intellectui oppoſito modo diſsimilia ſunt, quæ plures, vel principales qualitates differentes habent ex earum numero, per quas alteratio contingit.

CAP. X.

De oppoſitis, Contrarijs, Diuerſis, & eiſdem ſpecie.

Oppoſita dicuntur contradictoria, & contraria, & relatiua, & priuatio atq; habitus.

Nūc oppoſita quot modis opponantur, exponit, & primo, quæ cōmuniter dicuntur oppoſita, enumerat, & dicit {oppoſita dicuntur contradictoria, & contraria, & relatiua, &} priuatiua, vt {priuatio atq; habitus} Hæc.n. cōmuni nomine oppoſita dicuntur: & quaſi ab omnibus pro oppoſitis habentur.

Et ea, ex quibus, & in quæ ultima generationes, corruptioneſq; proficiſcuntur.

Expoſitor credidit Ariſt. hic ponere modos, quibus cognoſci poſsit aliqua, vt ſint oppoſita. quæ expoſitio dictioni conuenire poteſt, quia tamen in dictione legitur {Et ea, ex quibus} & reliqua, melius puto eſſe dicendum cū Alex. qui vult, vt hic addatur quintus modus, quo aliqua dicuntur oppoſita: & dicit {& ea} ſubaudi dicuntur oppoſita quinto modo {ex quibus} tanꝗ ex terminis à quibus {& in quæ vltima} tāꝗ in terminos ad quos {generationes corruptioneſq; proficiſcuntur} ꝗ quidem videntur eſſe ens, & non ens. eſt.n. ortus ex nō ente in ens mutatio, interitus vero ex ente in non ens. Sed dices, videtur ens affirmatio, & non ens negatio: igitur hæc ſunt oppoſita contradictoriæ: & ſic non differunt ab oppoſitis primo modo. reſpondet Alex. aſſeres ens non eſſe affirmationem, nec non ens eſſe negationem: cum nomine alterum definitum ſit, alterū indefinitum. nec ens, vt inquit, & non ens contraria ſunt, nec relatiua, nec alterum habitus, alterū priuatio. Aliter exponit Alex. vt potius materiam & formam ac potentiam & actū dicat, ex quibus ortus fiūt, & interitus. eſt enim generatio cum ex eo, quod eſt potentia & ex materia efficitur, quod actu eſt, & forma interitus vero cum ex eo, quod actu eſt, ipſaq; forma in id, quod eſt potentia, & in materiam tranſitur. neq; enim materia priuatio eſt, quāꝗ priuatio materię accidat, nec cōtraria formæ. hæc igitur ſecundum Alexandrum opponuntur quinto modo.

Et quæ ſimul ineſſe non poſſunt ei, quod eſt aptum ſuſcipere utraq;, ea opponi dicuntur, aut ipſa, aut ea, ex quibus ſunt ipſa. fuſcum enim & album ſimul eidem non inſunt. quapropter & ea, ex quibus ſunt ipſa media, his opponuntur.

Affert modum ſextum, quo aliqua dicuntur oppoſita, & vult, vt incompoſsibilia dicantur oppoſita, & dicit {Et quæ ſimul ineſſe non poſſunt ei}, ſ. ſubiecto {qd' eſt aptum ſuſcipere vtraq;, ea opponi dicuntur} & quia contrariorum media non poſſunt eidem ineſſe, nec dicuntur contraria, idcirco dixit {aut ipſa}, ſ. media dicuntur oppoſita ſiue contraria {aut ea}, ſ. extrema {ex quibus ſunt ipſa}. ſ. media. & affert exemplum. & dicit {Fu-

{Fuſcum.n.& album ſimul eidẽ non inſunt}& tamen ſunt oppoſita,& propterea media, quæ fiũt ex his,ſunt incompoſsibilia.recte ergo dictum eſt {ea opponi aut ipſa},ſ.media{aut ea}extrema ſcilicet {ex quibus ſunt ipſa} media. ex hoc concludit non tm̃ media opponi inter ſe via incompoſsibilitatis, ſed ẽt extrema opponi medijs. & dicit {quapropter & ea},ſ. extrema {ex quibus ſunt ipſa media,his}.ſ.medijs{opponuntur}nõ oppoſitione extremi ad extremũ, ſed oppoſitione extremi ad medium: quæ oppoſitio incompoſsibilitas q̃dam eſt.Quo vero ad verba attinet, dixit ei, quod eſt aptum ſuſcipere vtraq;}quia, ſi aliqua eſſent incõpoſsibilia, quorum non eſt idem ſuſceptibile, non dicerentur oppoſita,vt albedo,& muſica incõpoſsibiles ſunt quia tamen eorum ſubiectum idem non eſt aptum ſuſcipere ea,ideo ſunt incompoſsibiles,& non oppoſitæ. Oppoſita.n.ſunt, quæ circa idem ſubiectum ſunt apta fieri. quæ vero carentia eiuſdem ſuſceptibilis ſunt incompoſsibilia,bene dicuntur incompoſsibilia,non autem oppoſita.

De contrariis. *Contraria dicuntur ea, quæ, cum differant genere, eidem quoq; ineſſe non poſſunt.*

Nunc diſputat de cõtrarijs,& aſsignat modos,quibus aliqua dicuntur contraria,& dicit {contraria dicũtur ea}.ſ.modo primo{quæ,cum differant genere, ſimul eidem},ſ.ſubiecto{ineſſe non poſſunt} cuiuſmodi ſunt genera diuerſa,q̃ non ſibi inuicem ſunt ſubalterna. vt pedeſtre animal,& animal volatile, vel agere & pati, item virtus & vitium ad hunc modum opponuntur.nam ipſa genera ſunt,licet cõmuni generi ſubijciãtur,& omnino genera contraria, vt bonum & malum. nam bonum & malũ contraria genera ſunt, vt ipſe teſtatur in prædicamentis, & in quarto Topicorum, & Theophraſtus in primo Top. Hic eſt primus modus, quo contraria dici ſolent. quem Expoſitor putat eſſe improprium, ſed de hoc hactenus.

Et ea, quæ inter ſe plurimum eorum omniũ differunt, quæ in eodem genere collocantur.

Aſsignat ſecundum modum, quo contraria dicuntur,& dicit{Et ea}ſubaudi ſecundo modo contraria dicuntur{quæ inter ſe plurimum eorum omnium differunt,quæ in eodem genere collocantur},i.quæ plus diſtant,q̃ cætera eiuſdem generis. quo in modo contraria definiri ſolent,ſic,album & nigrum contraria ſunt. dulce item & amarum, illa quidem in genere coloris, hæc autem in genere ſaporis.

Et item ea, quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt,quæ in eodem ſuſceptiuo apta ſunt fieri.

Aſsignat tertium modum, & dicit{Et item ea} tertio modo contraria dicuntur {quæ inter ſeſe plurimũ eorum omnium differunt,q̃ in eodem ſuſceptiuo apta ſunt fieri}.i. quæ plus differunt q̃ cætera eiuſdem ſuſceptiui.& ſic rurſus album & nigrum ſunt cõtraria. nam eorum,quæ in corpore fieri apta ſunt,hæc plurimũ diſtant.Oſtendit autem Alex.hunc modum tertium differre à ſecundo,quia non omnia contraria ſecũdo modo, quæ ſub eodem genere maxime diſtant, ſunt apta ſuſcipi in eodem cõceptaculo.neq;.n.rationale & irrationale in eodem ſubiecto verſantur.neq; omnia, quæ apta ſunt ſuſcipi in eodem ſubiecto, ſub eodem genere habentur, vt quale & quantũ apta ſunt recipi in corpore,quæ non ſunt ſub eodem genere.

Et ea etiam, quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt,quæ ſub eandem potentiam cadunt.

Aſsignat quartum modum,quo aliqua dicuntur cõtraria,& dicit{Et ea etiam} dicuntur cõtraria{quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ ſub eandem potentiam cadunt} quo in loco potentiã appellat diſciplinam, quæ ſimiliter in oppoſita diſcurrit: qualis eſt oratoria, vel dialectica facultas. Rhetorica enim in oppoſitis verſatur, vt in laude & vituperatione,in accuſatione & defenſione, hortatione & dehortatione. Dialectica autem in falſo atq; vero, vtrũq;.n. concludere ſolet. Grammatica vero verſatur in congruo,& in incongruo.De vtroq;.n. diſſerit. poteſt etiã intelligi per potentiam habitum naturalem, cui contraria ſubijciũtur, vt auditrici facultati facilitas & difficultas audiẽdi. acuta atq; obtuſa viſio potentiæ vidẽdi.vel tertio per potentiam intelligi poteſt potentia naturalis,quæ motus eſt principium, qua plurimum diſtabunt,quæ natura deſcendunt ab ijs,quæ natura efferũtur. vel quarto per potentiam intelligi poteſt oĩs ſcientia,& omnis ars. qm̃ ſcientiæ & artes potentiæ ſunt, & habitus:contrariorum autem ſcientiæ eædem ſunt, vt bona valetudo, & morbus cõtraria ſunt.qm̃, cum ſub medicinam cadant, plurimum diſtãt inter ſe,ſic bona malaq́; habitudo,quæ ſub gymnaſticam cadunt.

Et ea inſuper,quæ maxime aut ſimpliciter, aut genere,aut ſpecie differunt.

Aſsignat quintum modũ,qui omnes contrariorum modos,de quibus mentio facta eſt, cõplectitur etiã, vt Alexã.inquit,cõplectitur oppoſita per contradictionẽ, & per habitũ & priuationem, hæc. n. cuncta maximũ inter ſe diſcrimen habent ſecundum hunc contrariorũ intellectũ ſæpe affirmatio negationi contraria eſſe dicitur,& priuationi habitus. vnde dicit {Et ea inſuper, quæ maxime,aut ſimpliciter,aut genere,aut ſpecie differunt}ſenſus eſt quorum differentia ſimpliciter maxima eſt,contraria ſunt,vt ſi ens,& non ens dicas.vel plenum,& inane, vel quorum differentia in genere maxima eſt,ẽt contraria ſunt, vt quæ plurimum in animalibus diſtant. exempli gratia rationis particeps,& rationis expers.pedatum & pedes, aut in colorũ genere album & nigrum. vel quorum differentia in ſpecie maxima eſt,vt quæ in hominibus maxime diſtant, exẽpli cauſa ſcire & neſcire,cognoſcere & ignorare, vel virtute præditum & vitioſum eſſe. In omnibus aũt his modis intelligitur vt maxime differant.qm̃ media ſub eodem genere ſunt,non tamen ſunt contraria, quia non maxime diſtãt.vnde ſiue ſimpliciter,ſiue in genere, ſiue in ſpecie dicas ipſa contraria, nũquam contraria dici poſſunt, niſi aut ſimpliciter maxime diſtent, aut in genere maxime,aut in ſpecie maxime.Sic. n. contraria dicenda ſunt.non eſt alienum à ratione, vt Ariſto. hic voluerit reducere omnes modos,quibus dicuntur aliqua contraria, ad præſentes, qm̃ omnia contraria ſunt quæ aut ſimpliciter maxime diſtant, aut quæ in genere maxime diſtant, aut quæ in ſpecie maxime diſtant, vnde non perperam illi dixerunt, qui voluerunt hanc rationem quam Ariſt. hic tradit, eſſe quandam generalem rationem contrariorum,quoniam omnes reducuntur ad hanc rationẽ,quam hic affert. *Vt dicere videtur B. Thomas & bene.*

Cætera uero dicuntur contraria,tum quia talia habent, tũ quia ſunt talium ſuſceptiua.tum quia aut talibus afficere, aut affici poſſunt,aut afficiunt,aut afficiuntur,aut abiectiones ſunt horũ,& talium,aut acceptiones,aut habitus.aut priuationes. *Abiectiones. ἀποβολαὶ. Depoſitiones. Amiſsiones.*

Cũm explicaſſet contraria,quæ ſint, & quot modis dicantur,nunc exponit cætera omnia, quæ contrarijs participant:quæq; videntur quaſi contraria ex accidẽti:& vt Expoſitor inquit, tangit tres habitudines circa contraria ipſa,quarum prima eſt ſubiecti,quod accipitur in actu,vel in potentia,& dicit {Cætera vero dicuntur contraria} quo contrarijs participant,& primo ratione ſubiecti,quod explicat,& dicit{tum quia} ſubaudi ſubiecta ſunt,quæ actu.ſ.{talia} contraria {habent} vt ignis & nix contraria eſſe dicuntur, quia hæc frigus habet,ille calorem, nõ ꝙ in eodem genere plurimum inter ſe diſtent{tum quia}ſubiecta ſunt, quæ { ſunt talium ſuſceptiua},ſ.quæ in potentia habent. vt ſanabile & ægrotabile. Vel,vt Alex. quia ſunt contrariorũ excipientia,vt ſi quis rationis particeps, & rationis expers propterea contraria eſſe dicat,ꝙ alterum ſcientiam,alterum huius oppoſitum excipiat, quo modo contraria dici poſſunt potentia,quæ virtutem,& ea, quæ vitium excipit.vel potentia, per quam materia grauitatẽ capit,& per quam eadem leuitatem admittit,vt ipſe in Quarto libro de Cœlo meminit.Secundo ratione actiui,atq; paſsiui,quatenus ſumuntur in actu, & in potentia, dicuntur aliqua participare contrarijs. & hoc explicat,& dicit{tũ quia aut talibus afficere, aut affici poſſunt}& ſic potentia dicuntur agere vel pati:vt calefactiuum,& refrigeratiuum,contraria dicuntur, quia contraria efficere poſſunt.& calefactibile,& refrigerabile. hæc.n.contraria dicuntur, quia cõtrarijs afficere poſſunt, vel contraria poſſunt pati { aut afficitur}, ſ. actu {aut afficiuntur},ſ.actu.quæ.n.afficiunt actu contrarijs,dicuntur contraria,quia actu contraria faciunt. vt calefaciens,& refrigerans, quæ autem contrarijs afficiuntur contraria ſunt,quia contraria actu patiũtur. vt calefactum,& refrigeratum.Tertio ratione generationis,& corruptionis dicuntur contraria aut cum generatio,& corruptio accipiuntur per ſe, aut cũ accipiuntur quo ad terminos,qui ſunt habitus & priuatio. vnde dicit{aut abiectiones ſunt horum talium}ſubaudi, quæ contrarijs participant, veluti quod calorem abijcit ei,quod frigus{aut acceptiones}veluti quod calorẽ accepit ei,quod accepit frigus . hæc cum generatio & corruptio ꝑ ſe capiũtur. deinde exponit generationes & corruptiones,q̃ participant cõtrarijs, quo ad terminos,& dicit{aut habitus,& priuationes}nam priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri,ſicuti habitus habitui.vel quod calorẽ habet,oppoſitum eſt ei,quod nõ habet,ſed habere põt.vel vt viſus & cæcitas. hæc ſunt, quæ dicuntur cõtraria participatione. ex quibus patet ea dici ſm genus,& ſcd'm ſpeciem.contraria,quorum differentia maxima eſt vel ſecundum genus, vel ſcd'm ſpeciem, contraria quoq; dicuntur ſecundum contrariorum abiectiones exempli cauſa, quod ſanitatẽ expellit ei, quod morbum inducit . quin & ſecundũ eiuſdem abiectionem & admiſsionem contraria dicuntur, vt quod valetudinem recipit,cõtrariorum eſt ei , quod eandem abijcit. Item ſecundum habitus contrariorum nonnulla dicuntur contraria, vt recte valens morbo laboranti.& ſm priuationes pari ratione.nam quod valetudine priuatum eſt,contrarium eſt ei,quod morbo vacat.& viciſsim habens ſanitatem ſanitate carenti.

Cum autem unum & ens multis modis dicantur , cætera quoq;,quæ per ipſa dicuntur,ſequantur neceſſe eſt. Quare & idem,& diuerſum,atq; contrarum ita ſeſe habent,ut aliud ſit atq; aliud in unoquoq; prædicamento

Nunc aſsignat cauſam quare idem , & diuerſum, & contrarium dicantur decem modis pro numero prædicamentorum,& dicit{Cum aũt vnum, & ens multis modis dicantur}decem ſ.modis{cætera quoq; , q̃ per ipſa dicuntur}. i.quæ dicuntur ſm vnumquodq; eorũ, & in ſingulis{ſequantur neceſſe eſt} totidem videlicet pro numero prædicamentorum dici. deinde concludit per exempla id, quod concluſit,& dicit { Quare & idem & diuerſum atq; contrarium ita ſeſe habent, vt aliud ſit, atq; aliud in vno quoq; prædicamento} ergo vnumquodque horum dicitur decem modis pro numero decem prædicamentorũ.in prædicamento enim ſubſtantiæ idem habetur & diuerſum, ſimile & contrarium. ſimili modo in qualitate, & quantitate, cæteriſq; ſingulis generibus. itaq; decem modis, horum vnumquodq; dicetur.quoniã in ſubſtantia quoq; contrarietas eſt, propterea ꝙ quæ contraria obtinent,patiuntur, efficiunt,abijciunt vel expellunt,inter ſe contraria dicuntur. Quo fit, vt per ſingula prædicamenta ſi diuiſio eiuſdem & diuerſi, ſimilis & contrarij. quo rurſus intelligitur, horum diſputationem ad primum philoſophum pertinere.

De Diuerſa ſpecie.

Diuerſa uero ſpecie dicuntur,& quæ ſub eodem generẽ collocata non ita ſe habent, ut alterum ſub altero collocetur.

Nunc quot modis ſpecie diuerſa dicantur exponit nam ſupra,cũ mentionem contrariorũ faceret, ex eorum numero eſſe dixit,q̃ ſpecie ſunt diuerſa. quot igitur hęc modis dicantur declarat,& dicit{Diuerſa vero ſpecie dicuntur, & quæ ſub eodẽ genere collocata nõ ita ſe habent,vt alterum ſub altero collocetur}, i. quæ ex eodem genere in diuerſum diuiſa ſunt. vt ſcientia & albedo ſub qualitate.nam cum ſub eodem genere ſint ſubalterne non habentur,nec contra ſe diuiduntur oppoſitis differentijs. *Sciẽtiã et triãgulus etiã diuerſæ ſunt hoc modo.*

Et quæ ſub eodem genere collocata, differentiam habent.

Aſsignat ſecundum intellectũ,& dicit { Et quæ ſub eodem genere collocata differentiam habent}.ſ. ſubalternationis.quo modo diuerſæ inter ſe dicũtur ſpecies ſubalternæ.nã & hæ diſcrimen habent inter ſe, vt aquatile, vt piſcis ſub aĩali, & volatile vt gallina ẽt ſub animali. hęc.n.ſub animali differunt, cum ſint ſubalterna.

Et quæ in ſubſtantia contrarietatem habent.

Aſsignat tertium intellectum,& dicit{Et}. ſ. ſpecie tertio modo diuerſa dicuntur {quæ in ſubſtantia contrarietatem habent}quomodo aqua ab igne ſpecie diuerſa dici poteſt, vt pote in quorum ſubſtantia, vt in ſubiecto contrarietas inſit, cum hic ſubſtantiã habeat calidam & ſiccam,illa frigidam & humidam: quorum genus eſt naturale corpus vel elementum.

Et ipſa cõtraria diuerſa inter ſe ſunt ſpecie aut omnia, aut ea,quæ primo dicuntur.

Aſsignat quartum intellectum,& dicit{Et}.ſ.quarto modo{ipſa contraria diuerſa inter ſe ſunt ſpecie aut omnia,aut ea,quæ primo dicuntur}ſunt primo cõtraria,vel quę in eodem genere plurimum inter ſe diſtant, vt contraria definiri ſolent. aut prima dicit, q̃ proprie contraria ſunt,non q̃ cõtrarijs participant,aut cõtraria excipiunt,aut efficiunt, aut patiũtur, aut q̃ alio modo contraria dicuntur ex his,quos pauloante cõmemorauimus,

uimus,nam & hęc contraria nuncupantur,licet nō ꝓpriæ,& propterea dixit{aut omnia} ſcilicet contraria tam proprie dicta,q̄ quæ dicuntur participantia contrarietate{aut ea,quæ primo}ideſt propriæ {dicũtur} ſaltem.dixit autem {aut omnia, aut ea, quæ primo dicuntur}quia nō oportet omnia eſſe ſpecie diuerſa neque enim oportet,vt ſpecie diuerſa ſint, quæ contraria quædam excipiunt. quoniam ſecundum idem ſunt contrariorum excipientia.

Diuerſa ſpecie ſunt & ea, quorum in generis ultima ſpecie diuerſæ ſunt rationes.ut homo,& equus, quæ genere quidem ſunt iudiuidua,at rationes habent diuerſas.

Aſsignat quintum modum, & dicit {Diuerſa ſpecie ſunt & ea,quorũ in generis vltima ſpecie diuerſæ ſunt rationes}ideſt diuerſa ſpecie ſunt ſpecies indiuiduæ, quæ cum eodem genere contineantur,rationes, definitionesq́; diuerſas habent{vt homo,& equus.quæ genere quidem ſunt indiuidua}ideſt nam ſpecies indiuiduæ vltimæ ſunt {At rationes habent diuerſas} quod ideo addidit, quia poſſet alicui videri vltimas ſpecies non habere rationes diuerſas,cum ſub vno eodéq; genere contineantur.

Et quæ, cum in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habẽt.

Aſsignat ſextum modum, & dicit.ſ.ſexto modo dicuntur diuerſa ſpecie {quæ cum in eadem ſubſtantia ſint,differentiam habent} & hunc modum Expoſitor refert ad accidentia, vt cum aliqua accidentia ſunt in eodem ſubiecto,quæ tamen differũt inter ſe,ꝙ impoſſibile ſit plura accidentia vnius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe:& ſic accipit in eadem ſubſtantia.i.in eodem ſubiecto.Alexan.vero in eadem ſubſtantia, in eadem definitione,atq; ratione exponit,vt indiuidua, quæ in eadem ſpecie continentur, vt Simon, & Socrates, q̄m cuiq; ſua forma diuerſa eſt. etiam intelligi poteſt, quæ in eadem ſubſtantia differentiam habent, vt dicat corpora,quæ in ſubſtantia non habent mutuam oppoſitionem quemadmodum habent ignis, & aqua, quandam tamen differentiam habent, & ad hunc modum terra & aqua,diuerſa ſunt. non enim terra perinde ab aqua differt atque ab aere. quoniā ab aere differt per contrarietatem. neque aqua perinde ab aere atque ab igne.ac de his ſupra diſputauit.ſex igitur modis dicuntur diuerſa ſpecie.

EADEM SPECIE.

EAdem uero ſunt ſpecie, quæ his oppoſito modo dicuntur.

Cum dixiſſet de ijs,quæ ſpecie diuerſa ſunt,nunc de his,quæ ſpecie ſunt eadem, agit, & dicit {Eadem vero ſunt ſpecie, quæ his}.ſ.quæ ſpecie diuerſa ſunt {oppoſito modo dicũtur} & tu intelligas, quæ his ſigillatim oppoſito modo dicuntur, vtputa ſingula ſingulis reddendo.ad nunc modum aliqua erunt ſecũdum aliquid ſpecie diuerſa,ſecundũ aliquid eadem.vt genera, quorum alterũ alteri ſubijcitur, ſunt eadem : & non eadem ſpecie. eadem ſcilicet quoniam diuerſa ſpecie ſunt,quæ ex eodem genere non ſubijciuntur alterum alteri.itaq; erunt ab hoc eadem, quia ſubijciuntur inter ſe. Rurſus erunt diuerſa,quoniam etiam ſecũdum hunc intellectum quædam erunt ſpecie diuerſa. nā diuerſa eſſe dicebamus, quæ cum ſint in eodem genere, diſcrimen quoddam habent, qualia ſunt ſubalterna: quædam igitur erunt eadem ſpecie,quoniam ſubalterna ſunt,alia quia cum ſint in eodem genere. differentiam non habent,vt homo & homo.&.quæ in ſubſtantia contrarietatem non habent, vt ignis & aer:ſi quidē horum formæ non ſunt omnino contrariæ.ſi enim ab aqua ignis propterea diuerſus eſt, quoniā oppoſitionem habet,ſequitur, vt idē ſit atq; aer, cũ quo nō perinde pugnat. aut ſi hoc non placet, ignisq́; cũ aere oppoſitionem dicatur habere. at certe ſecundum hunc intellectum ignis idem erit, atq; ignis, ad quem nulla habet oppoſitionem in ſubſtantia, atque non contraria in eadem ſpecie fuerint, vt equus, & canis, nigrum & fuſcum.item quorum rationes in vltima generis ſpecie non ſunt diuerſę,vt hō,& homo,& equus,& equus eadem ſpecie ſunt,& quæ in eadem ſubſtantia nullum diſcrimen obtinent,vt idem numero ipſum ſibi eſt idē, & quæ multis nominibus nuncupãtur ipſa inter ſe,nec aliud quærere oportet per ſingulas expoſitiones. hæc enim per additiones diuerſas plurifariam eadem ſunt inter ſe. Quare breuiter concludendo eadem ſpecie dicuntur tot modis,quod dicuntur diuerſa ſpecie ſigillatim ſingulis ſingula reddendo. quibus, vt Alexander dixit,ſequitur vt eadem vna ratione ſint diuerſa ſpecie, alia autem ratione eadem ſpecie quoniam aliqua poſſunt vno intellectu eſſe diuerſa ſpecie quæ altero intellectu erunt eadem ſpecie,vt Alex.demonſtrauit. Et tu potes exempla afferre, quæ ipſa ſubiunxit.

CAP. XI.

De Priori & Poſteriori.

PRiora poſterioraue quædam dicuntur ex eo,quia aliquid primum in unoquoq; genere,atq; principium eſt.Id enim eſt prius, quod eſt proprinquius cuidam primo, aut ſimpliciter naturaue, aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito.

Nunc prioris poſterioreúe intellectus exponit. quorum diuiſionem in prædicamentis quoq; perſecutus eſt.verum illic accepit prius tempore, natura, ordine, potentia,& eorum,quæ inter ſe conuertuntur, quod alteri eſt exiſtendi cauſa.hic autem quædam priora eſſe dicit, quia propriora ſunt alicui determinato principio.determinato dico,aut ſimpliciter, atq; natura, aut ad aliquid,aut quod à quibuſdam putatur. vnde dicit. {Priora poſterioraúe quædam ex eo dicũtur, quia aliquid primum in vnoquoq; genere, atq; principiũ eſt} per quæ innuit ſignificationem prioris atq; poſterioris dependere à ſignificatione principij, quod principium in vnoquoq; genere eſt primum. Quod autē ſignificatio prioris,poſteriorisúe dependeat à ſignificatione principij,probat,& dicit{id enim eſt prius, quod eſt propinquius cuidam primo} & cum dixiſſet {cuidam primo} exponit quomodo primum ſm̄ Alexan. & dicit,dico autem cuidam primo {aut ſimpliciter,naturaúe,aut ad aliquid,aut loco,aut ab aliquibus iam definito ſimpliciter naturaúe}ſicuti cauſa ſimpliciter naturaúe prior eſt ſuo effectu {ad aliquid} ſicuti effectus prior dicitur ſua cauſa.non.n.dicitur ſimpliciter naturaúe prior,ſed cognitione: & reſpectu cognitionis noſtre.ſimiliter perfectum pōt dici prior perfectione ſua cauſa,vt cōpoſitũ ſua materia,quæ tamen eſt ſimpliciter prius.amplius dignius pōt dignitate eſſe prius qđ ſimplr̄ naturaúe erit poſterius{loco}vt ſiquis locus(cũ non ſit natura prior quam cęteri)tãquam prior tamen illis ſumatur, vt locorum, qui ad Eleuſin pertinēt pri-

mus eſt vrbi proximus. quoniã ipſe prior eſt cæteris, qui deinde ſequuntur{ab aliquibus} vt ſi quiſquã eorum, qui prius accipiunt, locum ſtatuat, ad quem dicatur prius. verba{aut ſimpliciter, naturaúe aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito} Expoſitor refert tam ad primum q̃ ad id, quod eſt primo propinquius. Alexan. vero ſolum retulit ad ipſum primũ. Auerroes aũt hãc dictionem ſecat ꝙ principiũ accipi poſſit primo in vnoquoq; genere, & pro eo, quod eſt propinquius primo: quod non conſonat verbis Ariſt. licet ſit verum. hactenus generatim.

Quæ Auer. cõm. 16.

Loco quidem, ut quæ propinquiora ſunt, aut alicui loco natura definito, ut medio, uel extremo. aut ut contingit, Poſteriora uero quæ longius diſtant.

Cum propoſuiſſet diuiſionẽ prioris & poſterioris, dixiſſetq; eſſe aliquid prius loco, nunc ſubdiuidit ea, quę ſunt priora loco. & dicit{loco quidem}ſubaudi priora poſterioraq; dicuntur dupliciter in ordine ad locum, qui natura ẽ definitus, & primus ſuapte natura{vt quę propinquiora ſunt, aut alicui loco natura definito}cuius exemplũ ſubdit{vt medio} quod eſt centrũ terræ, ad qđ ferunť grauia. Qua ordinatione terra erit prior, deinde aqua, & ſic deinceps{vel extremo}qđ eſt concauum orbis Lunæ, qua ordinatione ignis erit prior, aer deinde, & ſic conſequenter{aut} propinquiora alicui loco definito{vt contingit}atq; à caſu, priora ſunt. ſicuti in lapidibus ſuperpoſitis inuicem in aceruo, vbi qui propinquior eſt ſupremo, vno ordine erit prior, alio ordine erit prior, qui ẽ propinquior infimo. deinde de poſterioribus ſubdit{Poſteriora vero, quæ longius diſtant}.ſ. à primo natura, vel euentu.

Tempore uero, nã partim quidem ex eo priora dicuntur, quia remotiora ſunt à præſente temporis puncto. ut in his quæ fuerunt exacta. Troiana enim Perſicis priora ex eo eſſe dicuntur, quia à præſente puncto longius diſtant: partim autem ex eo, quia ſunt inſtanti puncto propinquiora, ut in futuris. priores enim propterea ludi Iouis ludis Appollinis eſſe dicuntur, quia puncto inſtanti propinquiora ſunt: ubi utimur ipſo temporis præſente puncto, perinde, ut principio atq; primo.

Ludi Iouis. νέμεα. Ludi Apollinis. πύθια.

Nunc ſubdiuidit ea, quæ ſunt priora, poſterioraúe tempore, quæ non perinde omnino dicũtur atq; priora ſecundum locum. illic enim priora ſunt, quæ propius ad conſtitutum locũ accedunt. At non ſic in tempore, ſed in præteritis, quæ remotiora à preſenti ſunt, in futuris, quæ propinquiora. vnde dicit{Tẽpore vero} priora poſterioraúe dicuntur nõ eadem ratione {nam partim quidẽ ex eo priora dicunť, quia remotiora ſunt à præſenti temporis pũcto, vt in his, quæ fuerunt exacta}hoc eſt in præteritis, cuius exemplũ affert, & dicit. {vt Troiana}.ſ. bella {Perſicis} bellis.ſ. {priora ex eo eſſe dicuntur, quia à præſente puncto longius diſtant} bella enim Troiana, quibus græci cum Troianis bellũ geſſerunt bellis Medicis.i. Perſicis, quibus Xerſes rex Perſarum & Medorum Græciam expugnauit, priora ſunt. quia remotiora ſunt à præſenti momẽto. Deinde affert ſecundum membrũ, & dicit{partim autẽ ex eo} priora ſubaudi aliqua ſunt {quia ſunt inſtanti puncto propinquiora, vt in futuris}cuius exemplũ affert, & dicit {priores enim propterea ludi Iouis ludis Apollinis eſſe dicuntur, quia puncto inſtanti propinquiora ſunt}inſtanti.i. puncto præſenti, in quo Ariſtoteles ſcribebat hæc. Ex quibus colligitur quale primum, atq; principium ſit præſens punctum: & dicit{vbi vtimur ipſo tẽporis præſente pũcto, vt principio, atq; primo} potiſsimum ſuppoſita æternitate tẽporis. ſuppoſita.n. temporis æternitate, nullũ, vt Expoſitor inquit, principium in tp̃e accipi poteſt, præter ipſum momẽtum, quod eſt præſens pũctum & medium præteriti atq; futuri. vnde & Auerroes qui tenuit temporis æternitatẽ, inquit. nõ enim ſcilicet in ipſo æterno tẽpore eſt principium naturaliter, ſed poſitione: & ita cõcordat cum Expoſitore.

Motu autem. quod enim propinquius eſt ei, quod primo mouit, id prius eſt: ut puer uiro. Eſt autem & hoc principiũ quoddam ſimpliciter.

Nunc de prioribus poſterioribuſúe agit ſm ordinẽ ad illud, quod eſt principium, & primum in ipſa motione, & dicit{Motu autem} prius poſteriusúe dicitur ſm ordinem ad motorem, cuius rationẽ ſubdit {quod enim propinquius eſt ei, quod primo mouit, id prius eſt}cuius exemplum affert, & dicit{vt puer viro}ꝙ videlicet genitori ſit propinquior. deinde quale ſit hoc principium, quod eſt primum in ipſa motione {eſt aũt & hoc principium} quod videlicet in motione eſt primum{quoddam ſimpliciter}.i. ſecundum naturã: qđ addit ad differentiam principij, quod in tp̃e ſumitur. nam principium, quod in tempore ſumitur, nõ eſt ſimpliciter atq; natura principiũ, ſed poſitione, vt dictum eſt. At principium, quod eſt primum in ipſa motione. non eſt poſitione, ſed ſimpliciter natura principium.

Potentia. nam quod potentia antecellit, quodq; potẽtius eſt, id prius dicitur eſſe. Tale autem eſt, cuius electioni alterũ ipſumq; poſterius obtemperet, ſequaturq; neceſſe eſt, atq; adeo, ut illo mouente, moueatur, & non mouente, non moueatur. eſt autem electio principium.

Nunc de prioribus ſecũdum ordinem ad ipſam potentiam, & dicit{Potentia}etiã ſubaudi dicitur prius, poſteriusúe, cuius expoſitionem ſubdit {nam quod potentia antecellit}vt princeps {quodq; potentius eſt} nam princeps antecellit potentia, & ſubditis potentior eſt{id prius dicitur eſſe}deinde exponit quid eſt antecellens potentia, & ipſum potentius, & dicit {tale autem}ſcilicet potentius, quod & potentia antecellit{eſt cuius electioni neceſſe eſt}vt{alterum, ipſumq; poſterius obtemperet ſequaturq;}& pareat{atq; adeo}ſcilicet ipſum poſterius obtemperet{vt illo}ſcilicet principe{mouente moueatur, & non mouẽte non moueatur} prout illi placitum fuerit{ eſt autem electio principium} ergo prius in hoc ordine etiã dicetur propinquitate ad primum. Quare in hoc ordine prius potentia eſt id, quod præſcribit, poſterius vero, qđ ad illius præſcriptum mouetur. principiũ aũt mouentis voluntas, ad quam propius accedit, quod ipſam habet, quã quod ab hoc ipſo cietur, vel præſcribitur.

Ordine. hæc autem ea ſunt, quæ ad unum quippiam definitum ratione aliqua diſtare: ut is, qui in bello adiutor eſt, tertio prior eſt. & in fidibus penultima ultimam antecedit. ibi enim iſte, qui caput chori obtinet, hic media principium eſt. hæc igitur hoc modo priora dicuntur.

παραστάτης Adiutor in bello. τριτοστάτης Tertio. κορυφαῖος Dux.

Nũc de prioribus poſterioribuſúe ꝑ reſpectũ ad aliquod principiũ definitum, à quo rõne aliqua diſtãt. de finitũ dico in aliqua multitudine, quæ ordinať ad vnũ finẽ, q̃le in exercitu, vł harmonia principiũ definitũ dicitur,

citur. vñ dicit{Ordine} videlicet priora poſterioraúe dicuntur,quæ in his,quæ ſunt vnum ordine,principiũ definitũ hñt.& exponit quæ, & dicit{hæc autẽ}.ſ.priora{ea ſunt,quæ}in multitudine, quæ ẽ vnũ ordine{ad vnũ quippiam definitum rõne aliqua diſtant }hoc eſt priora poſterioraúe ſunt. vt paraſtates exponit Argyropylus, vt in ſaltatione ſecundus tritoſtato.i. tertio prior eſt.Alexander exponit.vt in choro, qui primũ ordinem tenet,prior eſt eo,qui eſt tertiũ,prout.n.a Choriphæo.i.à duce chori abſunt,prior & poſterior dicuntur,ductor nãq; principiũ eſt.fortaſſe nõ recedendo à re ipſa, παραστάτης is eſt, qui in bello adiutor eſt, hic.n. prior eſt τριτοστάτου,i.tertio . vnde Auer. dicimus enim in acie hoĩum ſm eſſe ante tertium in reſpectu primi, qui eſt in capite.deinde affert aliud exẽplũ , & dicit {& in fidibus}paranete,i.{penultima} prior ẽ q̃ nete idest {vltimã antecedit}pro interuallo quo diſtant à media. deinde affert differentiã inter principiũ in primo exemplo,& principium in ſecũdo exemplo , & dicit{ibi.n.} ſcilicet in primo exemplo, principium eſt{iſte, qui caput chori obtinet,hic}ſcilicet in ſecũdo exemplo {media}.ſ.fidus{principiũ eſt}vel ſic {ibi enim } ſcilicet in exercitu{hic}.ſ.in harmonia:in qua eſt media chorda, quæ græce dicitur μέση,pro principio,& παρανήτη.id eſt penultima,& νήτη,i.vltima. in inſtrumentis enim muſicis , ẽ. ὑπάτη,quæ ẽ chorda inferior tenoris vel chorda grauis.chorda acuta dicitur νήτη , media vero μέση. παρανήτη autem,quæ eſt iuxta netem,propinquior meſæ.ideo chorda media in talibus tenet locũ principij. cui propinquior prior eẽ cenſeť,vt paranete ipſa nete.

Que Auer. cõm.16.

Alio uero modo id dicitur prius,quod antecedit cognitione, ut & ſimpliciter prius.

Cum dixiſſet{hæc igitur hoc modo priora dicunť} voluit dicere, quinque modi , quibus prius quicq̃ dř, ad vnum quoddã cõe referunť, quod.ſ.eſt principiũ, & primum in vnoquoq; genere.nam etſi locus, tẽpus, motus,potentia,ordo,quæ accipiunť,differant inter ſe modus tamen acceptionis eſt idem.Propterea ſubſcribens alium modũ dicit {alio vero modo id dicitř prius, quod antecedit cognitione}ſubaudi id,quo dicitř prius {vt & ſimpliciter prius}ſubaudi eſt vnus modus eius, quod dicitur cognitione prius.non ꝙ omne prius cognitione ſic ſimpliciter prius , ſed ꝙ vnus modus eius, quod dicitur prius cognitione, ſit id, quod eſt ſimpliciter,& natura prius.

Priorum autem hoc pacto alia ratione quidem uniuerſalia, ſenſu autem ſingularia ſunt priora.

Ne tu putes omne prius cognitione eſſe ſimpliciter prius diſtinguit ea,quæ ſunt cognitione priora , & dicit{priorum autem hoc pacto}.ſ.cognitione { alia ratione quidẽ vniuerſalia}quæ eadem, vt Alexander inquit, ſimpliciter & natura ſunt priora.ꝑ hæc enim cognitio in diſciplinis comparatur {ſenſu autem ſingularia ſunt priora}& hæc non ſimpliciter, ſed quo ad nos priora eſſe videntur. & ita per hunc intellectum prioris tum vniuerſalia, tum ſenſibilia priora ſunt.

Ratione etiam accidens prius eſt toto.ut muſicum, homine muſico.non enim erit ratio ſine parte.quãquam non ſit,ut muſicum ſit,ſi non quippiam ſit muſicum.

Cum expoſuiſſet vniuerſalia eſſe priora rõne, nũc exponit alia, quæ ſunt rõne priora , & dicit{rõne etiam accidẽs prius eſt toto} quod.ſ.ex ſubiecto cõſtat & accidente.cuius exemplũ affert,& dicit {ut muſicũ}prius ſcilicet ratione eſt{homine muſico} quod.ſ.conſtat ex ſubiecto & accidente: cuius ratio eſt quod põt cognoſci ſine alio, & alius non ſine ipſo,eſt eo prius ratione. quaſi aſsignans minorem dicit{non enim erit} .ſ.tota {ratio} ſubaudi apta cognoſci{ſine parte} ,i. niſi prius cognoſcatur pars . ergo pars.ſ.accñs eſt prius rõne eo, quod conſtat ex ſubiecto & accidente.& quia dixit,accidens prius cognoſci q̃ cõpoſitum ex ſubiecto,& accidente,ne tu putes accidens poſſe eſſe ſine cõpoſito, ſicut poteſt cognoſci ſine eo, ſubdit{quãq̃ non ſit , vt muſicum ſit, ſi non quippiam ſit muſicum}ergo licet accidens ſit prius cognitione eo , quod eſt cõpoſitum ex ſubiecto,& accidente,tamen non poteſt eſſe,niſi in compoſito, cuius eſt pars.Quo vero ad rem attinet,accidens eſt prius ratione eo,quod componitur ex ſubiecto & accidente,ſed non omnino , ſed quoniam rõnis eſt pars.nam quo ſimplicius vnũquodq; eſt , eo prius eſt.pars autem ſimplicior eſt toto , eſtq; totũ muſicus homo,pars vero muſicũ.ita licet fieri nequeat, vt muſicum ſit abſq; ſubiecto, tamen quod ſubſtantia poſterius eſt,id ratione prius eſt , quoniam pars eſt rationis huius,homo muſicus.

In ſenſu autẽ cõpoſita priora ſunt.

Præterea priorum affectus priores dicuntur , ut rectitudo lenitate.nam illa lineæ,hæc ſuperficiei ꝑ ſe affectus eſt. quædam igitur hoc pacto priora poſterioraue dicuntur.

Cum dixiſſet priora cognitione,nunc exponit, quæ ſunt priora in affectibus,& dicit{priorũ affectus priores dicuntur,vt rectitudo}prior eſt{ lenitate} cuius rationem ſubdit{ nam illa} affectio.ſ.quæ eſt rectitudo, eſt affectio {lineæ.hæc}.ſ.lenitas{ per ſe ſuperficiei affectus eſt}modo linea prior eſt ſuperficie. deinde epilogat, & dicit{quædam igitur hoc pacto } ut Expoſitor inquit,ſecundum ordinem cognoſcendi { priora poſterioraúe dñr }nã linea ſimpliciter atq; natura prior eſt ſuperficie,ſuperficies vero ſenſu prior eſt linea,& affectus compoſitorum ſimiliter priores ſenſu ſunt affectibus ſimplicium . At Alexander hũc ordinem eſſe in affectibus ait,quo affectus affectu prior eſt , quem talẽ eſſe dicit,qualis eſt in ſubiectis, quorum ſunt affectus. propterea ait Ariſtoteles {quædam igitur hoc pacto} ſcilicet quo ordine ſe habent ſubiecta priora poſterioraúe dicuntur.

Quædam uero natura ſubſtantiaue, quæcũq; eſſe ſine aliis poſſunt , & ſine quibus alia nequeunt eſſe , qua diuiſione uſus eſt Plato .

Quoniam, vt Alexander inquit,intellectũ tacuerat, quo linea ſuperficie prior eſſe dicitř,ideo docẽs ea, quæ ſubſtantia & natura ſunt priora,voluit habere quomodo linea ſit ſuperficie prior , & dicit { Quædam vero natura ſubſtantiaúe} ſubaudi priora ſunt {quæcũq; eſſe ſine alijs poſſunt, & ſine quibus alia nequeũt eſſe } hoc pacto linea prior eſt ſuperficie.& ſuperficies prior corpore {qua diuiſione},i. quo modo prioris {vſus eſt Plato} in vniuerſalibus,videlicet , quæ dixit eſſe priora ſingularibus,& in mathematicis,nam dixit lineam priorem eſſe ſuperficie,ſuperficiem autem corpore,& numerum priorem eſſe omnibus alijs.

Cum autem ipſum eſt eſſe pluribus modis dicatur , primo quidem ſubiectum.eſt prius,quapropter ſubſtantia antecedit.

Cũ accepiſſet priora natura eſſe,à quib⁹ nõ couertiť ſubſiſtendi cõſequentia, & poſuiſſet ſub hoc membro

vſ̃ia, mathematica, & numeros, nunc ſub hoc eodem membro vult ponere ſubſtantiam antecedere oĩa accidentia, & dicit {Cum autem ipſum eſſe pluribus modis dicatur} quia decem ſcilicet pro numero prædicamentorum {primo quidẽ ſubiectum eſt prius} ſubaudi omnibus, quorum eſt ſubiectũ, tunc ſubaudi ſubſtantia eſt ſubiectum omnium accidentium {quapropter} vt inquit {ſubſtantia antecedit} ſcilicet omnia accidentia. Syllogiſmus eſt in prima figura. Subſtantia enim quatenus ſimul tollit, non tamen ſimul tollitur, prior cæteris eſt. item qua ſubijcitur, quaq; cætera idcirco ſunt, quia ipſi ſubſtantiæ inſunt, maxime, ac primũ ens eſt.

Deinde alio modo ea, quæ ſunt potentia, & quæ ſunt actu. alia nãq; potentia ſunt priora, alia actu. Veluti potentia quidem prius eſt dimidia linea, tota, & pars toto, & materia ſubſtantia ipſa. Poſterius aũt actu. toto nãq; diſſoluto, erunt actu.

Aſsignat tertium modum, quo aliqua dicuntur priora, poſterioraúe, qui attenditur in potentiam & actum. Sic totũ & prius, & poſterius ſuis partibus eſſe demonſtratur. Pars enim potentia prior eſt q̃ totum, actu vero totum quam pars, vnde dicit {deinde alio modo ea, quæ ſunt potentia & quæ ſunt actu} cuius rationẽ ſubdit {alia nãq; potẽtia ſunt priora, alia} cõtra actu. Pars enim potentia prior eſt quam totum, actu vero totum quam pars. docet autem exemplis quomodo potentia & actu quicquam prius eſſe dicaẽ, & dicit {veluti quidem prius eſt dimidia linea tota} ſcilicet ipſa linea {&} generatim {pars toto, & materia ſubſtantia ipſa}. i. toto ipſo compoſito. nam horum vnumquodq; in toto exiſtens potentia prius eſt quam actu ſit, & nulla pars dum pars eſt, actu per ſe eſt. Ideo ſubdit {poſterius aũt actu} ſcilicet eſt vnumquodq; eorum {toto nãq; diſſoluto, erunt actu} igitur vnumquodq; eorum eſt prius potentia quam ſit actu. Contra autem totum eſt prius actu quam partes, quæ potentia erant in toto, efficiantur actu. vel ſic, in compoſitione potentia quidẽ prius eſt dimidia linea quam tota, & pars quam totum, & materia quam ſubſtantia compoſita. quoniam totum ex harum compoſitione conſtat, & ſic oportet, vt partes præſint. In diſſolutione aũt contra totum actu eſt prius partibus, quoniam pars ex diſſolutione actu efficitur ex ipſo toto, quod prius fuit in actu. & ideo ſubdit {poſterius autem} actu vnumquodq; eorum eſt {toto nãq; diſſoluto} quod prius actu erat {erunt actu} quæ præfuerunt potentia.

Modo itaq; quodam omnia, quæ priora, poſterioraq; dicuntur, ut hæc ipſa dicuntur. Quædam enim in generatione ſine alijs eſſe poſſunt, quo pacto totum eſt partibus prius. Quædam in corruptione, ut totum ipſum pars antecedit. Similiter & cætera ſeſe habere uidentur.

Docet omnes modos eſſe reducendos ad vnum, & Expoſitor putat omnes modos eſſe reducẽdos ad eũ, quo dicimus prius eſſe, à quo non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Sed Alexander putat omnes eſſe reducendos ad eum, qui potẽtiæ & actus dicitur. vnde Ariſtoteles dicit {Modo itaq; quodã omnia, quæ priora, poſterioraque dicuntur vt hæc ipſa} ſcilicet quæ priora poſterioraq; potentia & actu ſunt {dicuntur} nam illud pronomen hæc ad proxime dictũ referri ſolet, & cũ proxime dixerit eſſe prius atq; poſterius actu & potentia, videtur ad hunc modum reducere omnia priora poſterioraq;. quare ſenſus erit, quæ priora, & poſteriora dicuntur, ea omnia quodammodo ſecundũ hũc modum potentiæ & actus dicuntur. nam in generatione ſubſtantiarum partes prius potentia quam tota generantur. Tota vero actu prius quam partes, in corruptione autem è contrario. hoc autem declarat, & dicit. {Quædam enim in generatione ſine alijs eſſe poſſunt quo pacto totum eſt partibus prius}. nam cum totum genitum eſt, partes non ſunt genitæ actu, ſed potentia. ergo totum in generatione actu prius eſt quã partes. ſic igitur totum actu prius eſt partibus. qđ probat argumẽto, quia ſine partibus actu eſſe poteſt, quia cum totum eſt actu, partes eius actu eſſe non poſſunt. Quare cum totum fuerit in generatione, totũ prius eſt partibus, totum enim eſt, pars non eſt. deinde oſtendit in corruptione eſſe è contrario, & dicit. {Quædam in corruptione} ſcilicet priora ſunt {vt totum ipſum pars antecedit} nam in corruptione totum nõ eſt pars eſt actu. ergo omnes modi reduci poſſunt ad eum, qui potentię & actus dicitur. quoniam dato priori quouis modo, in eo eſt poſterius potẽtia. Et dato poſteriori quouis modo ſemper in eo eſt prius potentia. fortaſſe expoſitio Expoſitoris non eſt diſſona dictioni, quoniam cum ait {Modo itaque quodam omnia, quæ priora poſterioraque dicuntur, vt hæc ipſa dicuntur, vt hæc ipſa} intelligit, quæ ſtatim ſubſcribentur, & tunc intelligit priora poſterioraque quæ ſecundum conſequẽtiam ſubſiſtendi non cõuertuntur. nam de his ſubdit {quædam enim in generatione ſine alijs eſſe poſſunt, quo pacto totum eſt partibus prius. quædam in corruptione} ſubaudi ſine alijs eſſe poſſunt {vt totum ipſum pars antecedit} ergo omnia priora ſunt priora ex eo, quia non conuertuntur ſecundum eſſendi conſequentiam. nã licet non deduxerit niſi in vno exemplo, voluit, vt eodem modo in oĩbus intelligatur: cum ait {ſimiliter & cætera ſeſe habere videnẽ} qm̃ oẽ prius quouis mõ prius in ſuo priori, & quo prius eſt, non dependet à poſteriori, ſed potius è conuerſo. Qua ratione fit, vt omne prius quouis modo prius, quatenus eſt prius poteſt eſſe ſine poſteriori, poſterius autem nequaquam ſine priori, igitur omnia priora reducuntur ad ea, quæ poſſunt eſſe ſine alijs, & non è conuerſo. Alexãder vero ſequendo ſuã *Expõ Alexã.* expoſitionem dicit {ſimiliter & cætera ſeſe habere videntur} ſcilicet quorũ non eſt proprie generatio. Non enim cuncta entia per generationem eſſe ſortiuntur. Eadem igitur erit ratio eorum, quæ, licet ipſum nõ ſit generatio, tamen tota quodammodo ſunt, & partes habent. perinde nãque in his parte toto priores ſunt potentia, eadem actu poſteriores. ſimiliter ſeſe res habet in linea, & ſuperficie, & omnibus ſubſtantiæ accidentibus quanto, quali, & cæteris. nã horum accidentium licet generatio proprie non dicatur, eſt tamen aliqua generatio, quæ non ſimpliciter, ſed per additamentũ dicitur. in his igitur ſingulis prioritate potẽtiæ ad actũ partes ſunt priores totis, prioritate vero actus ad potentiam tota priora ſunt partibus, ſed quęres vtrum in ſempiternis corporibus partes ſunt priores totis, an è contrario. Reſpondet Alexander in ſempiternis diuiniſque corporibus partes non eſſe potentia in totis. ſiquidem eæ partes potentia ſunt, quæ poſſunt aliquando actu fieri à toto ſeparatæ. Illorum autem partes nequeũt à toto ſeparari, cum ipſum ſemper actu ſit. *Qua auer. Cõm. 16.* quare fit, vt in eis nec partes toto, nec totũ partib' ſit prius, ex his patet q̃ falſo Auer. per totũ intellexerit genus, & per partes ſpecies. nam Alexander per totum & partes

intellexit

intellexit totum,quod generatur,& per partes,partes ex quibus totum generatur aut propria generatione, aut generatione,quæ eſt per additamentum.

CAP. XII.

De Potentia, & Impotentia.

TEX. 17.

Potentia dicitur,alia,quidem principium motus mutationiſue,quod eſt in alio,ut aliquid aliud eſt:qualis eſt ædificandi facultas,quæ quidem potẽtia eſt, atq; non eſt in eo, quod ædificatur atq; extruitur. At medendi facultas potentia quidem ipſa eſt,eſſe tamen in eo poteſt, qui medicamina ſuſcipit, atq; ſanatur, ſed non ut medicamina ſucipit.atque ſanatur. alia igitur (ut diximus) principium omnino mutationis aut motus potentia dicitur,quæ eſt in alio, ut aliud quoddã eſt.

Non fuit hæc mens expoſitoris, ſed oppoſitum:ut uidere potes cõſiderans: ideo Antonius Andreas, & hic in uanũ laboraſſe uidentur.

Nunc potẽtiæ intellectus exponit,& Expoſitor primum intellectum potentiæ vult eſſe intelligendum de materia,& de forma,ad quas ſequitur motus, ſicut ad formam grauis,& leuis ſequit̃ motus ſurſum, & deorſum.Quòd autem non poſsit intelligi de agente probat,quia omne,quod mouetur,ab alio mouetur:nõ.n. aliquid mouet ſeipſum niſi per partes, quia altera alteram mouet,ergo potentia,quatenus eſt principium in eo,in quo eſt,non comprehenditur ſub potentia actiua,ſed ſub paſsiua.ſed cũ hic loquatur de potẽtia, quatenus eſt principium in eo in quo eſt,fit, vt non poſsit intelligi de potentia actiua. Contra hanc expoſitionẽ argumentãtur nonnulli: Primo. quia videtur contra Ariſtotelem, nam alioquin hic modus non differet à ſecundo,qui eſt de potentia paſsiua. Deinde hæc expoſitio ſupponit falſum, videlicet formam grauis vel leuis non eſſe principiũ proprij motus effectiuũ, ſed ſequi ad eam,vt ad materiã. Inſuper tũc in animalibus, quæ mouent ſe,principium effectiuum motus, non eſſet: cuius oppoſitum & Ariſtoteles dicit, & probat. Rurſus indiuiſibile poteſt ſe ipſum mouere effectiue, & tamen non habet partes, quarum altera mouet alteram.vltimo Expoſitor ſibi ipſi aduerſatur. nam, cum Ariſtoteles loquitur de ipſo poſsibili, ipſe arbitratur primum intellectum poſsibilis accipi correſpondenter ad primum modum potentiæ, vbi ipſe aſſerit illud primum modum eſſe de poſsibili actiuo,Sed rationes diluuntur.Prima quidem, quia ſecundus intellectus differt ab hoc primo, quia hic eſt de principio vniuerſaliter ſumpto tam ad materiam,q̃ ad formam,ſecundus autem de principio paſsiuo tantum. & ſic ſecundus eſt tãquam ſpecies primi. Secunda etiam diluitur,quoniã non expoſitor,ſed ipſi ſupponunt falſum. quoniã communis opinio eſt elementa non moueri à ſuis formis, cum nullum elementum diuidi poſsit in motorem in actu,& motum in actu,vt pluries diſſeruimus. Tertia diluitur ſe ipſa, quoniam animal diuidi poteſt in animam,quæ poteſt eſſe motor in actu, & in corpus animatum, quod poteſt eſſe mobile in actu: potiſsimum concurrente appetibili exterius mouẽte,vt fine. Quarta deriſibilis eſt,cum non ſapiat Peripateticam doctrinam.Ariſtoteles enim vult, vt omne quod mouet̃ motu continuo,ſit corpus.Quo vero modo Angelus moueri poſsit,in theologicis eſt diſſerendum: nam Ariſtoteles non intellexit.diluitur denique vltima, quia Expoſitor bene dicit primum modũ ipſius poſsibilis reſpondere modis, qui dicti ſunt de poteſtate. nam primus modus complectitur formam, quæ licet non ſit agens in corpus,cuius ipſa eſt forma, tamen eſt agens in paſſum exterius.& ita poſsibile primo mõ reſpõdet primo modo potentiæ ſecundum hunc ſenſum. videlicet quatenus eſt agens in materiam exteriorem. hoc pacto expoſitio Expoſitores poteſt defendi à calũnijs horum.verum Alexander hunc primum potẽtiæ intellectum vult,vt ſit de principio motus, aſſerens principium hoc in loco cauſam Ariſtotelem appellaſſe, quæ eſt efficiens,per quod enim efficiẽs munere fungitur, id potentia nuncupatur.& propterea dicit{potẽtia dicitur alia quidem principium motus. mutationisúe, quod eſt in alio}id eſt in cauſa agẽte {vt aliquid aliud eſt}& diuerſum ab ipſo paſſo. & cum dixit {quod eſt in alio,vt aliquid aliud eſt}intellexit per ſe, quia per ſe principium agendi, & mouendi non poteſt eſſe in eo, quod patitur, & mouetur, ſed ſolum per accidens, vt dicetur.& cum dixit. {mutationisúe} quietem exponit Alexander, quia potentia non ſolum motus, ſed quietis etiam eſt efficiens, de qua quiete mutationis nomen recte prædicatur, non autem motus, vt ipſe in proceſſu teſtabitur.hoc per exempla declarat, & dicit {qualis eſt ædificandi facultas, quæ quidẽ potẽtia eſt, atq; non eſt in eo,quod ædificatur, atq; extruitur}ſed eſt in ædificatore,ſtructoreq́;.deinde per exemplũ declarat, quomodo tale principium mouendi nõ poteſt eſſe in eo,quod mouetur,niſi per accidens,& non quo idẽ eſt cũ agente,niſi per accidẽs,& dicit {at medẽdi facultas potentia quidem ipſa eſt, eſſe tamen poteſt} in ægroto{qui medicamina ſuſcipit,atq; ſanat̃}non quo medicus agens eſt,ſed quo ægrotat, atq; per accidens, neque enim quatenus ægrotat,potentia, quæ ſibi medeatur,præditus eſt,ſed qua medicus, cui accidit ægrotare.vnde,vt accidit medico ægrotare, ita accidit ſibi ſeipſum curare:ideo nõ ſolum dixit {quod eſt in alio} ſed adiecit{vt aliquid aliud eſt}quoniam per accidens paſſum poteſt concidere cum agente.deinde quaſi epilogando dicit{alia igitur, vt diximus,principium oĩno mutationis aut motus potẽtia dicitur, quæ eſt in alio, vt aliud quoddã eſt} quaſi dicat primo modo dicitur potentia pro principio mouendi aliud, quatenus eſt aliud.ſed addere {omnino}pro eo,quod eſt in vniuerſum.vt ſit ſenſus, primo igitur modo potentia principium vniuerſale mutationis eſt. vel{oĩno} id eſt proprie exponi debet. nam ipſi potentiam efficientẽ principem potentiam eſſe placet, vt poſtea tum in hoc loco,tum in Nono huius operis declarabit,in quo præcipue diſputat de potentia.

Alia uero dicitur ea,quæ ab alio, ut eſt aliud,pati quippiam dicitur.qua enim potentia patiens ipſum quippiam patitur,ea ipſum dicimus pati poſſe.interdum ſi quoduis pati poſsit,interdum non ſi omni quauis paſsione, ſed ſi ad melius pati poſsit.

Secũdum intellectum potentiæ affert, quod poſsit accipi pro principio paſsiuo,& dicit {alia vero}ſubaudi potentia{dicit̃ ea,qua ab alio,vt eſt aliud,pati quippiam dicitur} per verbum{ab alio} potentiam paſsiuam ſignificat{vt eſt aliud} addidit propter medici ſe curantis exemplum qui & ſi cum patiendi id eſt,vt alteretur, cureturq́ue, potentiam quatenus ægrotat, obtineat, vimq́ue habeat huius mutationis efficientem, hæc tamen ei non competit,vt ægrotanti, ſed vt quiddam aliud eſt, qua enim medicus eſt, diuerſus eſt ab ægrotante. deinde probat quod dixit. nam eadem potentia actu patiens dicit̃,& aptum pati, ſed actu patiẽs

dicitur à potentia paſsiua: ergo aptum pati dicetur à potentia paſsiua. accepit maiorem, & dicit {qua enim potentia patiẽs ipſum quippiam patitur } ſcilicet actu {ea ipſum dicimus pati poſſe } ſed ſuppleatur, patiens dicitur a potentia paſsiua: ergo id, quod pati poteſt, dicetur à potentia paſsiua. addit tamen differentiam inter patiens, & id quod pati poteſt, quoniam patiens ſemper dicitur patiens à potentia, quod autem pati poteſt, non ſemper à potentia dicitur pati poſſe, ſed quandoq; ab impotentia, & dicit {dicimus pati poſſe, interdum ſi quoduis pati poſsit, quoduis} dicit ſiue bonum ſiue malum. nam interdum aliquid inuenitur, quod põt pati tam bonum quam malum: vt materia, quæ æqualiter eſt indifferens ad bonum & ad malum: & tale ſemper dicitur pati poſſe à potentia { interdum non ſi omnis quauis paſsione, ſed ſi ad melius pati poteſt } dicitur à potentia poſſe pati. dicimus enim potentiam, exempli gratia ad ſecundam valetudinem, nõ ad morbum, hãc enim impotentiã potius q̃ potentiam nuncupare conſueuimus. tale eſt miſtũ cũ materia, vt homo, vel aĩal. nam aĩal põt ægrotare denominatione ſumpta potius ab impotẽtia. At materia quicquid põt, ſua potẽtia p̃t, ſiĉ homo non quicquid põt denominatione ſumpta à potẽtia põt, dicitur. n. poſſe vinci propter impotentiã.

Præterea facultas benefaciendi, aut per uoluntatem potentia dicitur, interdum enim eos, qui ambulauerint, aut dixerint ſolum ſed non bene, aut non ut uoluerint, non poſſe dicere, aut ambulare dicimus. idem euenire uſu uidetur, & in ipſa potentia patiendi.

Dixit, quod aliquid dicitur poſſe pati non ſemper à potentia, ſed quandoq; ab impotentia. dictum eſt. n. poſſe pati dupliciter accidere. aut ab impotentia, aut à potentia. probat hoc per argumẽtum, quod accipitur ab eo. quod poteſt agere, nam quod poteſt agere: quandoq; dicitur ab impotentia, qñque à potentia. ergo qđ poteſt pati dicetur quandoque à potẽtia, qñque ab impotentia. primo ergo exponit hoc in eo, quod põt agere: & dicit {præterea facultas benefaciendi potentia} dicitur aliquando ſubaudi & aliqñ impotentia {aut} ſubaudi fuerit {per voluntatẽ} aut non vt voluerint. & primo declarat impotentiam, qñ agens ex voluntate agit, vel poteſt agere. & dicit {interdum. n. eos, qui ambulauerint, aut dixerint ſolum, aut non bene, non poſſe dicere, aut ambulare dicimus} & ſic hi dicuntur poſſe dicere, vel ambulare ab impotentia. quoniam ex voluntate volunt bene ambulare, aut dicere, ſed non poſſunt. deinde declarat impotentiam in agentibus, quando non vt voluerint agunt, & dicit {aut non poſſe dicere, aut ambulare dicimus} quia {non vt voluerint} dicunt aut ambulant. ergo in agentibus cadit potentia & impotẽtia: potentia, quando agens poteſt agere ex voluntate & bene agit: impotentia dupliciter, aut cum fuerit voluntas, ſed agens eſt imperfectum, aut cum agẽs fuerit perfectum, ſed non agit, vt vult. ex hoc tranſit ad ſuum propoſitum de potentia paſsiua, & dicit {idem euenire vſu videtur in ipſa potentia patiendi} quod videlicet interdum aliquid dicatur poſſe pati à potentia, interdum ab impotentia. videre. n. põt tum qui vtcũq; tum qui acute cernit, & ſentire poſſe dicitur, qui exquiſite ſentit, & qui vtcunq;. Quærit Alexander, ſi potẽtia efficiendi eſt principium motus, mutationiſúe, qđ eſt in alio, qũo qui per potentiam iam ſibi inſitam ambulant, aut qui ex voluntate, quæ in ipſis eſt, dicũt, ad hãc potentiã. ſ. quæ eſt principiũ motus, referunẽ. hi. n. per motus principium, quod in ipſis eſt, moueri videntur, cum ars, & voluntas, quæ principia ſunt, in ipſis ſint, qui per ea mouentur. Reſpondet Alexander hanc potentiam, cuius hic meminit, eſſe actiuam, ſed alterius rationis ab ea potentia actiua, cuius meminit in principio: nam hæc potentia eſt, per quam opera fiunt, quæ proficiſcuntur ab ijs, quæ habitus habent, quibus agãt. potentia vero actiua, cuius meminit in primo modo, eſt principium motus, & quietis. ex quibus non male expoſitores expoſuerunt, cum noluerint Ariſtotelẽ hic afferre tertium intellectum, quo intelligitur potentia: nam primo modo potentia intelligatur pro principio actiuo motus & quietis, ſecundo intellectu pro principio patiendi, tertio intellectu pro facultate, quia aguntur opera: ratione cuius aliquid dici poteſt poſſe agere à potentia, & ab impotentia. vnde dicere poſſumus Ariſtotelem in hac dictione tria tetigiſſe, primũ eſt quod tertio intellectu dicatur potentia pro potentia actiua, quæ eſt facultas, ſiue habitus, quo agens agit opera. Secundum quod in hac potentia actiua aliquid dicĩ poſſe agere, aliquando à potentia, aliquando ab impotentia. tertium ꝙ ſicut in hac actiua potentia, quæ eſt habitus, vel facultas, aliquid dicitur interdum poſſe agere à potentia, aliquando ab impotentia, idem euenire vſu videtur, & in ipſa potentia patiẽdi, quæ dicebaĩ ſecundo intellectu. quæ expoſitio multũ cõſona eſt verbis. *Hunc modum dicendi tangit Expoſitor.*

Inſuper omnes habitus, per quos ea, quæ ipſos habent expertia ſunt paſsionis omnino, aut non mutabilia, aut non facile in deterius mutabilia ſunt, potentiæ nimirum dicuntur, etenim franguntur, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non ideo, quia poſſunt, ſed quia non poſſunt, atque in aliquo deficiunt. expertia uero nõnulla talis ſunt paſſionis, quæ uix, aut parum talia patiuntur, ob potẽtiam ſane, & quia poſſunt, modoq; aliquo affectu ſunt.

Nunc aſsignat quartum intellectum, quo põt intelligi potentia, & Auerroes vult potentiã hoc quarto intellectu eſſe intelligendam eam potentiã, quæ eſt qualitatis ſpecies, quæ dicĩ naturalis potẽtia, vel impotentia: quod eſſe non poteſt, quia Ariſtoteles ait per hanc potentiam, quæ quarto modo dicitur, eſſe aliqua, quæ ſunt omnino expertia paſsionis. vbi Alexander per ea, quæ ſunt omnino paſsionis expertia, intelligit diuinas ſubſtantias, quæ ſunt ſimpliciter impaſsibiles. modo in his non cadit ea qualitas, quæ eſt naturalis potẽtia, vel impotentia. propterea non recedendo à verbis Ariſto. hæc potentia quarto modo nõ poteſt vno nomine appellari, niſi dicamus eſſe habitum, non quidem de genere qualitatis, ſed æquiuoce dictum de pluribus, quod exponit, dicit {inſuper omnes habitus, ſiue de prædicamento qualitatis, ſiue alterius rationis exiſtẽtes {per quos ea, quæ ipſos habẽt, expertia ſunt paſsionis omnino, aut nõ mutabilia} veluti habitus, quo diuinæ ſubſtãtiæ ſunt oĩno impaſsibiles, atq; immutabiles {aut} ꝑ quos {non facile in deterius mutabilia ſunt, potentiæ nimirum dicuntur} deinde declarat talem habitũ eſſe potentiam, per eius oppoſitum, & dicit, {etenim} ſubaudi nonnulla {franguntur} vt vitrea {&} nõnulla ſubaudi {conterunĩ } vt frumentaria, atq; frugalia { & flectuntur} vt virentes arbuſculi {& oĩno corrumpunĩ} vt miſta, quæ conſtant elementis { non ideo quia pñt} . ſ. reſiſtere contrarijs, quæ frangunt, aut cõterunt, aut flectunt, aut oĩno corrũpunt {ſed quia non pñt}. ſ. reſiſtere his {atq; in aliquo deficiũt} quo reſiſtere poſſent: deeſt. n. aliqđ principiũ, quo reſiſtãt, qm̃ deeſt virtus, & imbecillitas

Quæ auer. Com. 17.

imbecillitas adeſt. Patet ergo facilitatem paſsionis dici impotentiã.deinde exponit oppoſitũ habitũ dici potentiam,& ait{expertia vero nõnulla talis ſunt paſsionis,quæ vix:aut parum talia patiuntur} qualis ad comburendum Salamandra, ad frangendum Adamas eſſe videtur.nec ob aliud, niſi {ob potentiam ſane, & quia põt,modoq; aliquo affecta ſunt}ad reſiſtendum.ſ.contrarijs,quæ corrũpunt.ergo ſicuti habitus, quo aliquid facile patitur,dicitur impotentia.ita habitus, quo aliquid aut oĩno non patitur, aut vix, aut parum patitur, dicetur potentia.Vñ ſicuti mollities, & diſpoſitio lapſa à principijs generationis cõtracta dicitur impotentia, illa,qua facile flectitur,hæc, qua facile ægrotat corpus, ſic durities,& bona habitudo contracta à generatione dicit̃ potentia,illa ad permanendum ſanum, hæc ad nõ flectendum.habitus igitur,quo aliquid dicitur potens, non eſt vnius rationis in omnibus. nam in diuinis ſubſtãtijs habitus,quo ſunt ex partes paſsionis oĩno, eſt carentia materiæ,& contrarij,habitus, quo Adamas vix poteſt frangi eſt durities,habitus, quo Salamandra nõ comburitur,eſt compacta frigiditas,& ita nõ eſt eiuſdem rationis in omnibus talibus,quæ aut non patiunt̃, aut vix patiunt̃.Quærit Alexander,cum natura potentia,quædam ſit,ad quem expoſitorum modorũ naturam referri conuenit. dicendum ſi natura principium eſt motus eius, in quo habetur, ad potentiam patiendi eſſe referendam: vt enim docuit in libris de phyſico auditu,quæ naturam obtinent,ea, vt ab alio moueant̃ potentiam habent. Anima vero ad potentiam efficiendi referri poteſt.eſt.n.in alio,vel certe id,in quo eſt,vt aliud eſt.nam quod per animam mouetur,ſimile medico eſt,qui ſibi ipſe medetur, ſi quidem anima,per quã mouetur deambulans, diuerſa eſt à corpore,quod mouetur,aut certe anima, quæ motus eſt principiũ, proportionem habet cum natura.quare vno modo natura refertur ad ſecũdum intellectum potentiæ, alio modo ad primum.in ſimplicibus enim corporibus,natura refertur ad potentiam ſecundo modo.in animalibus vero refertur ad potentiam primo modo.

Poſsibile, ſiue potens.

Cum autem potentia tot modis dicatur,poſsibile quoque,ac potens uno quidem modo dicetur id quod motus, aut mutationis principium habet.etenim id,à quo ſtatus, quieſue proficiſci põt,poſsibile quippiam eſt in alio, ut aliud quippiam eſt.

Quoniam poſsibile,ſiue potens à potentia, quã habet,nomen mutuatum eſt,iccirco, cum de potentiarũ intellectibus egiſſet, protinus de poſsibili aggreditur diſputare. Quatuor aũt modis dici potentiam patuit: eſt enim efficiendi, patiendiq; poteſtas:item recte, & qua valet non paſsiua:ergo totidem poſsibile, ac potens dicetur.& aſsignans continuationem,& primum modum dicit{cum autem potẽtia tot modis dicatur} quatuor ſcilicet{poſsibile quoq;,ac potens} etiam totidem dicetur{vno quidẽ modo dicetur id, quod motus mutationiſúe} id eſt quietis { principium habet } mutationem enim pro quiete dixit, deinde ſtatim cur {vel mutationis} id eſt vel quietis addiderit, exponit, & dicit{etenim id,à quo ſtatus,quieſúe proficiſci põt, poſsibile quippiam eſt in alio, vt aliud quippiam eſt} id eſt,quia non ſolum, quod mouendi, ſed etiam quod ſiſtendi quippiam vim habet, poſsibile eſſe intelligit̃, appellauit autem mutationẽ pro quiete, quoniã quies eſt mutatio motus in ſtatum.adiecit{in alio} ad complendam huiuſmodi poſsibilis rationem. quod enim motus,vel mutationis,quæ in alio fit, id poſsibile eſſe intelligitur.proijciens enim vel id, quod proijcere poteſt graue,quod aliud eſt à proijcente, potens vel poſsibile dicitur.addidit etiam {vt aliud quippiã eſt} propter eos, qui ſibi ipſis nonnunquam medentur: ergo poſsibile hac prima intellectione id dicitur, cui ineſt efficiendi prima potentia.

Alio uero modo, ſi quippiam aliud talem ipſius potentiam habeat.

Aſsignat ſecũdum intellectum aſſerens ſecũdo modo poſsibile id intelligi, quod ab alio perpeti põt. eſt enim potentia quædam patiendi, quam, quod habet, merito id poſsibile nuncupatur. vnde dicit {alio vero modo} dicitur ſubaudi poſsibile{ſi quippiam aliud habeat ipſius}ſcilicet motus & mutationis{talem potentiam}hoc eſt patiendi motum ab alio. vnde Auerroes, & dicitur potens alio modo illud,quod habet potentiam,quia patiatur ab alio. Alexander etiam inquit,eſt enim potentia quædam patiendi,quã quod habet, merito id poſsibile nuncupatur,quãquam per paucis verbis hunc poſsibilis modum explicauit dicens {ſi quippiam aliud ipſius talem potentiam habeat} Expoſitor vero ſic intellexit.alio modo, quia agit mediante altero,cui potentiam ſuam cõmunicat: ſicuti rex agit per capitaneũ.quæ expoſitio ſi vera eſſet,hic ſecũdus modus poſsibilis non reſponderet ſecũdo modo accipiendi potentiam.quare exponatur primo modo.

Quæ Auer. Com 17.

Alio rurſus modo, ſi potentiam habeat ad quoduis, ſiue ad deterius,ſiue ad melius moueatur,atque mutetur.& enim corruptibile eſſe uidetur poſsibile corrumpi,aut non corrumpi, ſi erat impoſsibile corrumpi.

Aſsignat tertium modum ipſius poſsibilis. aſſerens, quod per ſibi inſitam potẽtiam in peius, aut in melius tranſire valet,id poſsibile dici: quod poſsibile ab ea potentia deriuatur,per quã vt dicebat, recte aliquid perficitur,q̃ eſſe dicebamus,quæ in habitibus, & doctrinis intelligitur,à quibus opera emanant:vñ dicit{alio rurſus modo}& tertio poſsibile dicitur {ſi potentiam habeat } quæ in habitibus, & doctrinis intelligitur {ad quoduis ſiue ad deterius}reſpectu cuius potius impotentia dicitur{ſiue ad melius} reſpectu cuius dicit̃ potentia{moueatur,atq; mutetur,} deinde affert exemplum,nõ in effectib⁹,qui ab habitibus fiũt, ſed ijs, qui à potentijs patiendi procedunt:& dicit {etenim corruptibile videtur poſsibile corrumpi, aut non} poſsibile {corrumpi,ſi erat impoſsibile corrumpi}nam nõ poſsibile eſſe æquipollet impoſſi eſſe, quod exemplum in ijs eſt,quæ à potentia patiendi procedũt. hoc autem fecit,quia hoc exemplum videtur quaſi cõmune oĩbus.

Eſt hæc potentia et paſsiua.

Nunc uero diſpoſitionem aliquam talis paſsionis, & cauſam,atque principium habet.tale enim interdum eſſe uidetur ex eo quia habet,interdum ex eo,quia aliquo caret.

Cum dixiſſet in vniuerſum,quod aliquid pati poteſt ſiue in peius,ſiue in melius id poſſe, ſiue potẽs nũcupari,diſcrimen nũc ſubſcribit inter id,qđ in melius, & id, qđ in peius põt. aſſerens id,qđ in melius potens dicit̃, iccirco in melius potẽs eſt mutari,qm̃ in ſe quẽdam habitum obtinet, quo põt in melius mutari,qđ vero in peius,iccirco in peius põt mutari, quia tali habitu priuatum eſt,& dicit{nunc vero}id ſubaudi,quod in melius põt mutari{diſpoſitionem aliquam } ſiue habitum {talis paſsionis & cauſam, atq; principiũ habet}.ſ.quo mutari põt in talem meliorẽ paſsionẽ. deinde aſsignãs aliud membrũ dñiæ per modum ratiocinij diſcurrens inquit{tale.n.}.ſ.potens, ſiue poſsibile {interdum eſſe

videtur}.ſ.potēs ſiue poſsibile {ex eo, quia habēt}.ſ.habitum, quo pōt mutari in melius {interdum} videtur eſſe potens vel poſsibile {ex eo, quia aliquo caret} quo ſcilicet poſsit mutari in melius,& propter hanc priuationem dicit potens mutari in peius. hæc de differētia.

Quod ſi priuatio aliquo modo ſit habitus, uniuerſa poſsibilia erunt ex eo, quia habent aliquid, ſi uero non ſit, æquiuoce poſsibilia dicentur eſſe. Quare poſsibile quippiam eſt partim ex eo, quia habitum aliquem, atque principium habet, partim ex eo, quia priuationē hēt huiuſce, ſi fit, ut priuatio habeatur.

Sed quæret aliquis, quo nam modo poſsibilia, & facultate prædita dicant hæc, quæ per priuationem dñr poſsibilia. rñdet ſub diſiunctione, & dicit {ꝙ, ſi priuatio aliquo modo ſit habitus. vniuerſa poſsibilia erunt} dicenda poſsibilia {ex eo, quia habēt aliquid} id eſt habitum, quæ eſt priuatio. ꝙ aūt priuatio ſit aliquo modo habitus, Alexāder exponit, ex eo, quia priuatio ipſa diſpoſitio quædam eſſe videt, non.n.priuatio nudam, meramq́; abſentiam ſignat, alioquin idē polleret, atq; negatio, ſed abſentiam cum diſpoſitione quadā. Quo fit, vt non videre nō hoc ſit, qđ cæcum eſſe: licet enim priuatio ſit abſentia eius, quod aptū eſt, & cū eſt aptū, efficitur tñ diſpoſitio quædā: eſt aūt talis diſpoſitio cuiuſdam, quæ ſit in aliquo ſubiecto, quod idoneum eſt habere habitum: itaq; priuatio habitus quodammodo eſt, non ſimpliciter habitus, cum ſit ipſius habitus priuatio. ſed, vt dixi, quia diſpoſitio talis eſt ſubiecti. oportet.n.vt affectio quædam ſit in ſubiecto, quæ habitus eſſe videri poſsit, quā ob rem in opere auſcultario priuationem formam quodammodo eſſe dixit. ſi ergo priuatio habitus quidam eſt, profecto quæ in peius mutantur, eo qui habitum quendam & potentiā habeant, mutari videri poſſunt, cum ſit priuatio potentia quædā ſi quidem eſt habitus. itaq; hoc poſsibile dicetur, qm̄ principium, & potētiam obtinet, ne quid peius patiat, illud aūt, qm̄ huiuſmodi potētiæ priuationē habet. deinde diſputat aliud mēbrum, & dicit {ſin vero} ſubaudi priuatio {non ſit}.ſ.habitus {æquiuoce poſsibilia dicentur eſſe} ſubaudi quæ in melius, & quæ in peius mutantur, altera.ſ.ꝙ habitum habeant, altera quod ab eo habitu ſint priuata. demum concludit dupliciter eſſe poſſibile, & dicit {quare poſsibile quippiam eſt} dupliciter ſcilicet {partim ex eo, quia habitū aliquem, atq; principium} quo.ſ.in melius pōt mutari {partim ex eo, quia priuationem habet huiuſce} ſcilicet habitus, qua.ſ.priuatione poterit mutari in peius. addit {ſi ſit, vt priuatio habeatur} qm̄ ſi priuatio habitus quidam ſit: quod priuatum eſt. priuationem habere dici pōt. ſin autem abſentia tm̄, non proprie haberi priuatio dicetur. per quæ patet quo nam modo dicantur aliqua poſsibilia.

Alio modo præterea dicitur ex eo, quia non habet potentiam, uel principium in alio, ut eſt aliud, quo corrumpi pōt.

Alexander hunc quartum modum ſic intelligit, vt quarto modo poſsibile dicatur, quod non eſt paſsiuum, & cuius interimendi principium, neq; externum habet, neq; intimum: hoc.n.ſignificare dicit, quod ait {vt eſt aliud} nam & ſi fieri poteſt, vt quippiā in ſe aliquid habeat, qđ ſibi interitū inferat, tñ id habebit, quaſi aliud quoddā in ſe habeat, nihil.n.ſui ipſius per ſe interimendi vim habet. quæ expō non videtur dictioni conſona, quoniam hic quartus modus, quo poſsibile dicitur, debet reſpondere potentiæ, quæ dicebatur quarto modo. modo potentia quarto modo ſumebat pro habitu, quo id, quod ipſum habet, eſt impaſsibile, aut non facile in deterius mutabile, quare poſſe hoc quarto modo erit, id, quod habet habitum, quo non eſt mutabile, vel non facile. vnde dicit {alio modo præterea dicitur ex eo} aliquod potens, vel poſsibile {quia non habet potētiam} id eſt habitum {vel principiū in alio, vt eſt aliud, quo corrumpi poteſt} id eſt quo non facilē mutari poteſt, ſed talem habitū habet in ſe, vt Adamas duritiem, Salamandra compactam frigiditatem, qua moueri poſsit. ergo quarto modo potens dicitur, quod habet finitum in ſe, quo poteſt reſiſtere cauſis, quę poſſunt ipſum mutare. & hoc pacto intelligendo poſsibile hoc quarto modo reſpondet potentiæ, quæ dicebatur quarto modo.

Inſuper hæc omnia poſsibilia dicuntur, aut ex eo, quia ſolum fieri, aut non fieri poſſunt, aut, ex eo quia bene. nam & in iis, quæ carent anima, potentia talis ineſt, uelut in inſtrumentis. lyram enim aliam inquiunt ſonum emittere poſſe, aliā non poſſe, ſi non ſit ſonora.

In hac dictione pars illa {aut non fieri poſſunt} nec Arigyropylus habebat in ſua gręca dictione, nec Alex. in noſtro tamen codice legitur. & ꝙ non debeat legi exemplum lyræ declarat, vbi docuit duplex hoc in rebus inanimatis eſſe. ſm ergo Alexandrum reducit oĩa poſsibilia ad duo, aut quia ſimpliciter fieri poſſunt, aut quia recte fieri poſſunt. ſm noſtram dictionem reducuntur ad tria, vnde dicit {inſuper hæc omnia poſsibilia}.i. quæ poſsibilia dicuntur ab efficiendo, & quæ à patiendo, & quæ per inſitam potētiam in peius, aut in melius tranſire valent, & quę per habitum, vel nō ſunt paſsibilia, vel non facile in deterius mutabilia, hæc igitur poſsibilia omnia dicuntur {aut ex eo, quia ſolum fieri poſſunt} indifferenter.ſ.bene vel male {aut non fieri poſſunt} quia nō bene {aut ex eo, quia bene} fieri poſſunt, ſic ergo in noſtra dictione omnia poſsibilia reducuntur ad tria. at ſecundum Alexandrum ad duo, vt in rebus inanimatis docet, & dicit {nam & in iis, quæ carent anima, potētia talis} ſcilicet ad duplex eſſe {ineſt, velut in inſtrumentis, lyram.n.aliam dicunt ſonū emittere poſſe} quæ videlicet bene emittere poteſt {aliā non poſſe, ſi non ſit ſonora} beneq; non emittere poſsit. igitur omnia poſsibilia reducuntur ad duo, aut ad ſimpliciter poſſe ſiue bene ſiue male, aut ad poſſe bene. Expoſitor autem putauit Ariſto. poſuiſſe hic quartum modum, quem reſpondere putat tertio modo potentiæ. quod diſſonum eſt, cum tertium modum ipſius poſsibilis poſuerit, qui correſpondet tertio modo potentiæ vt viſum eſt. *Quæ Auer. Com. 17.* vnde & Auerroes vocat hoc, quod Ariſtoteles hic ait, commune iſtis omnibus poſsibilibus, quæ dicta ſunt, quare melius dicēdum eſt omnia poſsibilia, quæ dicta ſunt, Ariſto. reducere hic ad duo, vt Alexander inquit, aut quia ſimpliciter poſſunt, aut quia recte, beneq; poſſunt. nam ſic potentiæ omnes reduci pñt.

DE IMPOTENTIA.

Impotentia autem eſt potentiæ priuatio, ſublatione quædam principij talis, quale iam diximus: aut omnino, aut ab eo, quod aptitudinem habet, ut habeat, aut et quando iam eſt aptū habere. non enim ſimiliter impoſsibile dixerint eſſe puerū generare, & uirum, & eunuchum.

Cum diſſeruiſſet de potentia, docuiſſetq́; poſsibile hoc eſſe, cui ineſt huiuſmodi potentia, nunc agit de impotentia, quæ potentiæ videlicet opponitur. nam potentiæ in ſingulis modis impotentia opponitur. & loquitur primo generatim de ipſa impotentia, & de tri-


plici

plici impotentia generatim, vt innuat cuilibet modo potentiæ aduerſari impotétiam tribus modis dictam, & dicit{impotentia autem eſt potentiæ priuatio, ablatioúe quædam principij talis, quale iam diximus} per quæ innuit eſſe impotẽtiam quatuor modis: quarum prima eſt, quæ opponitur potentiæ efficiendi. ſecunda quæ opponitur potentiæ patiendi. tertia quæ opponitur potentiæ, qua aliquid poteſt tranſire indifferenter in melius, vel in peius. quarta impotentia eſt, quæ opponitur potentiæ, quæ eſt habitus, qua aliquid pőt bene, vel male tranſire in opera. Hoc autẽ deducitur. nam, ſi impotentia eſt priuatio potentiæ, quot modis erit potentia tot modis ipſam contingit priuari. quare quatuor impotentiæ erunt pro numero priuationum, quibus potentiæ priuari pñt. deinde generatim oſtendit quot modis dicatur priuatio, aſſerens priuationem trifariam dici. vno mő, vt priuatio ſit ſimpliciter ablatio habitus, vt ſiquis lapidem non poſſe ædificare dicat, aut non poſſe generare. ſecundo modo, vt ſit ablatio habitus pro certo tempore in ſubiecto apto habere, vt priuatio generandi in puero. hæc. n. ineſt non ſimpliciter, ſed toto tempore pueritiæ. tertio modo, vt ſit ablatio habitus in ſubiecto apto, etiam tempore, quo eſt aptum habere, vt vir eunuchus priuatur potẽtia generandi, etiam tẽpore, quo eſt aptus habere. vnde inquit{aut omnino}ſubaudi priuatio eſt ablatio potẽtiæ quæ eſt habitus. vt ſi quis lapidem non poſſe generare dicat{aut}ſubaudi priuatio eſt ablatio {ab eo}. ſ. ſubiecto{quod aptitudinẽ habet, vt habeat} videlicet pro certo tempore, vt priuatio potentiæ generãdi in puero. hæc enim ineſt non ſimpliciter, ſed toto tempore pueritiæ{aut}ſubaudi priuatio eſt ablatio potẽtiæ {& quando iam}ſubiectum {eſt} peruentum ad tempus, in quo{eſt aptũ habere} vt vir eunuchus priuatur potentia generandi etiã tempore, quo eſt aptus habere. Probat autem Ariſtoteles ſecundum & tertium modũ argumento ſumpto ab impoſsibili, & dicit{non enim ſimiliter impoſsibile dixerint}ſcilicet authores priuationum{eſſe puerum generare, & virum eunuchum} nam puer impotẽs ſolum durante tempore pueritiæ, vir autem eunuchus impotens eſt generare tranſacta pueritia, & tempore virilitatis. Igiť hi duo modi diſcrepant. per hanc igitur priuationis trimembrem diuiſionem, innuit impotentiam, quæ opponiť potentiæ cuiuis aduerſari triſariam. nam ſi impotentia opponiť potentiæ efficiendi, opponetur trifariã, aut quia eſt illius priuatio omnino, aut quia eſt illius priuatio pro certo tempore, aut quia eſt illius priuatio etiam pro tpe idoneo. inſuper impotentia, quæ opponitur potentiæ patiendi, etiam trifariam opponitur, aut quia eſt illius priuatio penitus, aut quia pro tempore, aut quia tunc, cũ fuerit tempus. ſimiliter, ſi impotentia opponetur potentiæ inſitæ, trifariam ei opponetur pro numero modorum, quibus impotentia eſt priuatio, etiam ſi impotentia aduerſabitur habitum, trifariã opponetur pro numero priuationum: quippe cũ omnis potentia poſſit priuari aliquo trium modorum. ergo impotẽtia ſuæ potentiæ aduerſabitur ſemper triſariam. Quo veto ad verba attinet, Alexander habebat dictionem ſic{ſimiliter impoſsibile dixerunt eſſe puerũ generare, & virũ, & eunuchũ}vbi vult eunuchũ accipi pro eo, qđ oĩno priuatum eſt generare, cum quo conuenire ait lapidis exemplum. puerum autem accipi pro eo, quod habet quidem potentiã, ſed nondũ per ætatem maturuit: virum autem accipi pro eo, quod peruenit ad tẽpus aptitudinis, ſed cum ſit aptus potentia caret, quæ dictio vera eſt, & conuenire poteſt, verum in noſtro codice reperitur, vt dictum eſt.

Prætereain utraq; potentia eſt impotentia nimirum oppoſita, tam ei potentiæ, quæ motiua duntaxat eſt, quam ei, quæ bene eſt motiua.

Quia reduxit omnes potentias ad duas, & oĩa poſsibilia ad duo, ideo ſolum contentus eſt exponere tam potentiæ, quæ motiua eſt, quam potentiæ, quæ bene motiua eſt, aduerſari impotentiam cuique ſuam trifariam dictam pro numero priuationũ, quibus dicitur, & dicit{præterea in vtraque potentia eſt impotentia nimirum oppoſita}cuique videlicet ſua{tam ei potentiæ, quæ motiua duntaxat eſt, quã ei quæ bene eſt motiua}& cuique earum impotẽtia opponitur, prout eſt trifariam priuatio. ſed non deſcendit ſpeciatim ad alias potentias. quoniam omnes reducuntur ad has duas, vt diximus de poſsibilibus. potentiæ quidem, quæ motiua duntaxat eſt, opponitur impotẽtia pro numero priuationum dicta, quia ei opponitur impotentia, vt eſt ablatio potentiæ omnino, atque penitus, quo in modo lapis eſt impotens generare, qñ omnino, & penitus priuatur potentia generandi. etiam ei opponiť impotentia, vt ablatio eſt potentiæ pro quodam determinato tempore, quo in modo puero ineſt impotẽtia generandi, ſaltem durante tempore pueritiæ. ei etiam aduerſatur impotentia, prout eſt ablatio potentiæ pro eo tempore, quo eſt peruẽtum ad tempus generãdi. quo in modo vir eunuchus eſt impotens generare, quoniã peruenit ad tempus aptitudinis, ſed caret potentia generandi. potentiæ vero, quæ bene eſt motiua, impotentia aduerſatur pro, vt trifariam priuatio dicitur potentiæ, quæ bene eſt motiua. nam aliquis dici poteſt impotens recte agere, quia priuatur omnino potentia, id eſt virtute, qua recte agat, & hoc pacto lapis eſt impotẽs recte agere, quia omnino virtute priuatur, quia poſsit bene agere. aut quia priuatur virtute, qua recte agat certo tempore, quo modo puer impotẽs eſt agere fortia, quia pro tempore pueritiæ priuatur virtute fortitudinis, aut quia priuatur virtute etiã in tẽpore, quo eſt aptus, vt vir timidus dicitur impotẽs fortia agere, quia licet peruenerit ad tp̃s, quo vti poſſet actibus fortitudinis, tñ caret habitu fortitudinis. hacten⁹ de impotẽtijs.

Impoſsibilia etiam partim hac impotentia, partim alio modo dicuntur. ueluti poſsibile quoq;, atq; impoſsibile. Impoſsibile *quidem, cuius contrarium neceſſario uerum eſt, uelut impoſsibile eſt diametrũ cõmenſurabilẽ eẽ ex eo, quia falſum ẽ iſtius modi, ut contrarium eius non ſolum ſit uerum, ſed etiã neceſſario uerũ, diametrum ſcilicet non cõmenſurabilem eſſe. Cõmenſurabile ergo non ſolum eſt falſum, ſed etiã neceſſario falſum.* Impoſsibile



Cum deſeruiſſet de impotentia, nunc agit de impoſſibilibus, quibus ab impotentia nomẽ inditum eſſe videtur, & dicit{impoſsibilia etiã partim hac impotentia dicuntur}quæ metaphyſica impoſſia dici pñt: & hęc ſunt quatuor, ſicuti quatuor ſunt impotentiæ{partim alio modo dñr}non denominátione accepta ab impotentia, ſed adæquato ſignificato propoſitionis. vt ſit impoſsibile idem, quod propoſitio impoſsibilis, quæ ideo impoſsibilis eſt, qm̃ eius propriũ, atq; æquatum ſignificatum eſt impoſsibile, eſſeq; repugnãs{veluti poſsibile quoq;}dř dupľr, atq; impoſsibile etiã diceť duplici-

ter.eſt.n:poſsibile,aut quia denominaẗ à potentia, aut quia eſt propoſitio,cum proprium ſignãtũ eſt poſsibile,atq; nõ repugnãs eſſe:differunt aũt, quia impoſſe primo modo refertur ad operationem, impoſsibile autẽ mõ ſecundo refertur ad ſignificatũ propoſitionis.deinde definit impoſsibile prout accipitur pro propoſitione impoſsibili,& vult vt impoſsibile ſit,dicto,cuius oppoſitũ eſt verũ,atq; neceſſario verũ. vt Deum non eſſe eſt impoſsibile,qm̃ Deum eſſe,qđ eſt oppoſitũ dicto illius,eſt verũ & neceſſario verũ. ſimili mõ nullũ hoĩem eſſe animal,eſt impoſsibile,qm̃ oppoſitũ, qđ aduerſaẗ dicto eius,videlicet aliquẽ hoĩem eſſe animal,eſt verũ, & neceſſario verum.vnde inquit{impoſsibile quidem cuius contrarium}.i.cuius dicto oppoſitum, accepit enim contrarium pro oppoſito, vt Alexander inquit, & per contrarium intellexit oppoſitum dicto propoſitionis impoſsibilis, ergo dicit cuius dicto oppoſitum {neceſſario verũ eſt.}Sed dices, oĩs propoſitio probatur per ſuum oppoſitum, vt ſi fuerit affirmatiua præponendo negationẽ,ſi vero negatiua, remouendo negationem.dicendũ,ꝙ oppoſitum dicto propoſitionis impoſsibilis,cũ fuerit verum & neceſſario, verũ equiualet propoſitioni impoſsibili,vel eam infert, & hoc ſufficit.vt neceſſe eſt aliquem hoĩem eſſe animal infert illã, impoſsibile eſt nullum hoĩem eſſe animal: quare recte probari poteſt per oppoſitum dicti, qm̃ tantum valet, atq; ſi probaretur per eius oppoſitum. Ariſtoteles aũt affert exemplum in mathematicis,& dicit{velut impoſſibile eſt diametrum cõmenſurabilem eſſe}.ſ.lateri{ex eo,quia falſum eſt iſtiuſmodi}.i.dictũ tale, & impoſsibile, adeo{vt cõtrarium}.i.oppoſitum{eius}.ſ. dicti {nõ ſolum ſit verum, ſed etiam neceſſario verum}& exponens oppoſitum ſubdit {diametrum.ſ.non commenſurabilem eſſe}propterea concludit{commenſurabile ergo} diametrum coſtę{non ſolum eſt falſum, ſed etiam neceſſario falſum}& qm̃ diametrũ nõ commenſurabile eſſe eſt neceſſario verũ:igitur diametrum eſſe cõmenſurabilẽ eſt impoſsibile.Quo vero ad verba attinet,aduerbium neceſſario,vt Alexãder inquit, ſemper ſignificat.quod aũt ſemper eſt falſum, cognoſciẗ, quia eius oppoſitũ ſemper eſt verum, id aũt, cuius oppoſitum ſemper eſt verum, impoſsibile nuncupatur. ergo ſi ſemper verum eſt diametrum nõ eſſe commenſurabilem,impoſſe erit diametrum eſſe cõmenſurabilẽ.

Poſsibile autem eſt,quod eſt contrarium huic,cum non neceſſarium eſt contrarium falſum eſſe, ueluti poſsibile eſt hominem ſedere. quoniã hoĩem nõ ſedere nõ neceſſario falſum eſt.

Cum expoſuiſſet impoſsibile, quod accipitur pro propoſitione impoſsibili, nunc exponit poſsibile contrariũ tali impoſsibili,& dicit{poſsibile aũt eſt, quod eſt contrarium huic}.ſ.impoſsibili{cum}videlicet nõ neceſſarium eſt contrarium falſum eſſe,{qũo in loco contrarium pro oppoſito dicit.& hoc exponit exẽplo, & dicit}veluti poſsibile eſt hominem ſedere, qm̃ hominem nõ ſedere non neceſſario falſum eſt{ nam qđ nec ipſum ex neceſsitate verũ vel falſum eſt, neq; eius oppoſitum id,ad hunc modũ poſsibile eſſe intelligiẗ.ſi quidẽ poſsibile mediũ eſt inter neceſſarium, & impoſſibile,quorum alterum ſemper eſt verum, alterũ ſemper falſum: ergo poſsibile hoc pacto eſt, cuius dictum neq; eſt ſemper verum. aut falſum neque oppoſitum ſemper verum aut falſum. ſe hominem enim ſedere nec ipſum ex neceſsitate verũ eſt, vel falſum, neq; eius oppoſitũ,ideo dr̃ poſſe. Qua rõne fit,vt ipſum de ineſſe, vel non ineſſe dicaẗ poſsibile eſſe vel nõ eſſe hac rõne.

Poſsibile igitur uno quidem modo,ſicuti diximus, id ſignificat,quod non eſt neceſſario falſum,alio uero modo,quod uerum eſt dicere eſſe.alio rurſus modo, quod uerũ iam eſſe põt.

Ex ijs,quæ dixit infert poſsibile ipſum trifariam dici,& dicit{poſsibile igitur vno quidẽ modo (ſicuti diximus)id ſignificat,qđ non eſt neceſſario falſum} vt hominem ſedere,ſi non ſedeat,falſum eſt, ſed quia nõ neceſſario falſum,ideo diciẗ poſsibile. nam cuius oppoſitum non eſt neceſſarium falſum, id non põt neceſſario verũ,aut falſum eſſe. diciẗ aũt à Philoſophis poſsibile hoc mõ falſum poſsibile, deinde dat ſecundũ modum & dicit{alio vero modo, quod verum eſt dicere eſſe}ſed non neceſſario,& hoc mõ poſsibile ſequiẗ ad eſſe,vt qm̃ Socrates mouetur,igitur Socrates põt moueri.vnde & Alexãder ait,hoc præcipue ac propriæ exiſtens dici.deinde affert tertiũ modũ, & dicit{alio rurſus modo,quod verum iam eſſe poteſt} quod quidem propriæ contingens nuncupatur. vt Alexander inquit, ego vero puto poſsibile hoc tertio modo eſſe poſsibile,quod ſequitur ad ineſſe, & ad neceſſario ineſſe, cuius oppoſitum eſt impoſsibile, ſiue non poſsibile. vt Deum eſſe eſt poſsibile,quia ſi non,tunc erit non poſſibile,ergo erit impoſsibile.

Potentia autem ea,quæ in geometria dicitur, per tranſlationem potentia dicitur. hæc igitur poſsibilia non per potentiam dicuntur.

Qm̃ de geometria differentes potentia quadam vti ſolent.quadrata.n.potentiæ à geometris nuncupanẗ. quia quod latus põt,id potẽtia dicitur. latus aũt vnũquodq; quadratum, qđ ex ipſo efficitur, põt, icirco potentiam in geometria per tranſlationẽ nõ propriæ nũcupari ſolet.vnde ſicuti in arithmetica ternarius põt in ſuum quadratum,videlicet in nouenarium:cũ nouenarius conſurgat ex ductu ternarij in ſeipſum. quippe cum ter tria ſint nouem, ſic in geometria potentia lineæ diciẗ quadratum lineæ: & trãſlatio eſt, quia ſicut ex eo,quod eſt in potentia fit illud quod eſt in actu,ita ex ductu lineæ in ſeipſa,reſultat eius quadratũ.propterea dicit{potentia autẽ ea,quæ in geometria dicitur,ꝑ tranſlationem potentia dicitur}vt expoſitũ eſt. Tunc epilogat,& dicit{hæc igitur poſsibilia non per potentiam dicuntur}& ſunt tria,quorum primum eſt,vt primo poſsibile dicaẗ. cuius contrarium non eſt neceſſario falſum. Secundo qđ verum eſſe dicatur, quia eſt. Tertio,qđ verũ eẽ poſsit,quia nõ eſt impoſſe. quæ quidem non icirco poſsibilia dici ait, quod potentiam alicuius obtineant,ſed propter cauſas aſsignatas.

Ea uero,quæ per potentiam dici ſolent, omnia ad potentiã unã primã dicũtur.hæc aũt eſt mutationis principiũ in aliud, ut aliud quippiã eſt. Cætera.n.poſsibilia dicuntur,partim quia aliquid aliud talem ipſorũ potentiã habet,partim quia potentiam non habet,partim quia ſic habet.ſimiliter & impoſsibilia ipſa. Quare propria definitio potentiæ primæ hæc erit, ut ſit principium mutandi in alio,ut aliud quippiam eſt.

Cũ potentias & poſsibilia explicaſſet,nũc docet ea, quæ ita nũcupanẗ,vt potẽtiã habeãt, vel efficiendi, vel patiẽdi,ſiue nõ patiendi, aut recte ſiue efficiẽdi ſiue patiendi,vel qđ habitũ habeãt operãdi, vel nõ bene operandi:hæc cuncta ad primã potentiã,de qua primo loco meminit,referri:quæ quidem,vt proprijſsime dicta ante oẽs eſt explicata,de qua inquit{ea vero}.ſ.poſsibilia{quæ per potẽtiam dici ſolẽt}quæ videlicet quatuor modis dñr pro numero potẽtiarum,è quibus denominantur

nominantur{omnia ad potentiam vnam primam dicuntur}id eſt referuntur: cuius ſtatim definitionem repetit,& dicit{hæc autem eſt principium mutationis in aliud} ſcilicet in paſſum,{vt aliud quippiam eſt} quod addit propter medicum,vt dictum eſt,qđ aût poſsibilia tribus alijs modis referâtur ad poſsibile, hoc primo modo exponit, & dicit{partim quia aliquid aliud}.ſ. paſſum{talem ipſorum potentiam habet} quale eſt, quod potentiam paſsiuã habet.ſ.quia potentia quædã eſt eius effectrix.ergo poſsibile dictum à potentia paſſiua refertur ad poſsibile,quod dicitᵉ à potẽtia actiua, inquantum eſt potens pati ab illo{partim quia potentia non habet}qua videlicet patiatur à poſsibili denominato ab actiua potẽtia:propterea quia nõ facile, vel non bene patitᵉ{partim quia ſic habet}id eſt quia potentiam hẽt recte,& in melius mutandi, aut vicisſim recte patiendi.Sed dices,Ariſtotelẽ hoc in loco præteriſſe potentiam quæ in habitibus intelligitur. reſpondet Alexander talem potentiam, intellexiſſe per verba illa {partim quia ſic habet}non aliam quam huiuſmodi potentiam innuẽs. Quare oĩa poſsibilia reducũtur ad poſsibile primo modo.

CAP. XIII.

De Quanto.

TEX. 18. *QVantum id dicitur, quod diuiſibile eſt in ea, quæ inſunt,quorum utrunq; uel unumquodq; unum quid,& hoc aliquid aptum eſt eſſe.*

Cum ſuperius diſſeruiſſet de ſubſtantia,hoc in loco quanti multiplicem intellectũ exponit, & primo quid quantum ſit,exponit,vtrum vero exponat quantũ continuum, an quantum diſcretũ, Auer.ambigit. ego vero puto Ariſt.deſcribere quantũ cõiter dictum ad numerũ,& ad continuũ,qđ permanet. vnde dicit{tquantum id dicitur,quod diuiſibile eſt in ea, quæ inſunt}id eſt in partes,quæ inſunt ei{quorum vtrunq; , vel vnũquodq; vnũ quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe}id eſt quarũ partium vnaquæq; ante diuiſionẽ eſt apta eſſe, hoc aliquid,& permanens.dixit autem{in ea, quæ inſunt}ad differentiam ſubiecti, quod plura accidentia habet,in quæ tñ diuiſibile nõ eſt.dixit quorum vnumquodq; aptum eſt hoc aliquid eſſe,ad differentiã quanti continui,quod conſtituitᵉ ex partibus ſitu carẽtibus cuiuſmodi eſt tempus,& oratio, & motus. talia enim non proprie dicuntur quanta. etiam ad differentiam generis,quod non ſic in ſpecies diuiditur, vt in ea, quæ inſunt,non enim ſpecierum rationes,in quas genus diuiditur,in ipſo gñe inſunt. genus.n.nihilominus perſiſtit,licet ab eo aliqua ſpẽs auferatᵉ.quãtũ vero ſi qua ei pars abſciſſa fuerit,non iam idem permanebit.etiam ad differentiam compoſiti ex partibus eſſentialibus, nam nec materia, nec forma apta ẽ per ſe hoc aliquid eſſe,& tamen compoſitum in ea diuiſibile eſt.

Que Auer. Com. 18.

Ad differẽtiã mixti cui elementa nõ ſunt niſi virtute.

Multitudo igitur quantum eſt quoddam,ſi numerabilis ſit. magnitudo etiam quantum eſt quoddam, ſi menſurabilis ſit.

Cum deſcripſiſſet ipſum quãtum , innuit illius diuiſionem ꝙ ſit aliud diſcretũ,aliud continuũ,& aſsignãs differentiã inquit{multitudo igitur}.i.quãtum diſcretum{quantum eſt quoddã}.ſ. diſcretũ{ſi}multitudo ipſa{numerabilis ſit.magnitudo ẽt quãtum eſt quoddam}.ſ.continuum{ſi}magnitudo{menſurabilis ſit} hæc igitur eſt dña,quod quantum diſcretum ſit numerabile,continuum vero mẽſurabile. ſed ex hac dña ſequitur,ꝙ infinitum nõ ſit q̃tum. quippe cũ nec menſurari,nec numerari poſsit. ideo Alexãder vult, vt dñæ ſuppleatur,ꝙ ſit quãtum numerabile,vel menſurabile, aut ſecundum totum, aut ſecundum eius partes.

Dicitur autem multitudo quidẽ id, quod in non continua. magnitudo uero id,quod in continua diuidi poteſt.

Cum aſsignaſſet differentiam inter multitudinẽ, & magnitudinẽ, nunc deſcribit vtrunq;,& primo multitudinem, & dicit{dř aũt multitudo quidẽ id, quod in continua}.ſ.diuidi põt{magnitudo vero id,qđ in continua diuidi põt} quas definitiones ſic exponit Auer. vt ſit multitudo id, quod diuiſibile eſt ad indiuiſibilia, videlicet vnitates,magnitudo vero id,et qđ diuidi põt in ea,quæ ſunt ſemper diuiſibilia. vnde & Alexan.multitudinẽ dicit eſſe id,qđ diuidi poteſt in vnitates,quoniam vnitates multitudinis partes ſunt. magnitudinẽ vero, quod poteſt ad continua diuidi. magnitudinis enim pars vnaquæq; continua eſt. Que Auer. Com. 18.

Atqui magnitudinis ea quidem, quæ una ex parte cõtinua eſt,longitudo eſt.ea uero,quæ duabus ex partibus,latitudo:at ea,quæ tribus ex partibus continua eſt, altitudo nimirum eſt. horum autem multitudo quidem finita,numerus eſt: longitudo uero,linea:latitudo autem ſuperficies:altitudo deniq; corpus.

Cum deſcripſiſſet multitudinem, & magnitudinem nunc exponit magnitudinis diſcrimina,& dicit{atqui magnitudinis ea quidẽ, quæ vna ex parte cõtinua eſt, longitudo eſt} nam linea in longum ſolum cõtinua eſt {ea vero,quæ duabus ex partibus,latitudo}qm̃ latitudo in longum,& latus continua eſt{at ea, quæ tribus ex partibus continua eſt, altitudo nimirum eſt}altitudo.n.in longum,& latum,& profundum continua eſt. deinde quo nomine vnaquæq; harum nuncupetur,exponit,& dicit{horum aũt}.ſ.quæ diximus de magnitudine, & multitudine{multitudo quidẽ finita numerus eſt}numerus.n.numerabilis eſt. numerabile autem finitum eſſe conſtat, vt intelligatur numerũ id non eſſe, ſi qua multitudo infinita eſſe dicatur{longitudo vero linea:latitudo aũt ſupficies: altitudo deniq; corpus.}

Præterea quædam per ſe,quædam per accidens quanta dicuntur.linea nãq; quantum eſt quoddam per ſe, muſicum uero per accidens. Modi quantitatis.

Cum aſsignaſſet diuiſiones, & ſubdiuiſiones quanti proprias,aſsignat diuiſionẽ per modos, & dicit{prẹterea quædam per ſe,quædam per accidens quantam dicuntur} quorum exempla ſubſcribendis inquit{linea nãq; quãtum eſt quoddam per ſe}ſimili modo ſuperficies,& corpus, atq; item numerus per ſe, ac proprie quanta ſunt. nam ſuapte natura quãta ſunt{muſicum vero per accidens}qm̃ iccirco quantum vocatur, quia alicui quanto accidit, cum ſuapte natura tale non ſit. vt ſi quis album tribus vlnis patere dicat. propterea ſic dicet,quia ſuperficies,in qua eſt, tanta eſt.

Eorum inſuper,quæ per ſe quanta ſunt, alia per ſubſtantiam ſunt,quo pacto linea quantum quid eſt: in ratione enim quæ dicit quid eſt,quantum quid ineſt. alia affectus,atq; habitus talis ſubſtantiæ ſunt,ut multum,ac paucum: & productũ ac breue, & latum atque anguſtum: & altum ac humile.& graue ac leue,& cætera id genus.ſunt autem & magnum & paruum,& maius & minus,etiam ſi per ſe, & inter ſeſe dicantur,ipſius quanti per ſe affectus.hæc tamen nomina & ad alia transferuntur.

Conſequenter horũ vtrũq; diuidit, & quod per ſe quantum dicitur, & quod per accidẽs, ſed prius quod per ſe, & dicit {Eorum inſuper, quæ per ſe quanta ſunt, alia per ſubſtantiam quanta ſunt}.i. ſunt per ſe quanta per propriam ſubſtantiam, & hæc ſunt, quorum in definitione quantum ineſt: ergo ea, quæ per ſe quanta ſunt, ea eſſe patet, in quorum definitione quantum ineſt. Cuius exemplum affert, & dicit {quo pacto linea quantum quid eſt} eſt enim linea per propriã ſubſtantiam quantum, qm̃ in eius definitione quantum ineſt {in ratione enim lineæ, quæ dicit quid eſt, quantum quid ineſt} definitur enim linea, quod ſit magnitudo in vnum diuidua. item ſuperficies, & corpus, quorum altera eſt quantum ex duabus partibus patiens, alterũ ex tribus, numerum quoq; quãtum diſcretum eſſe definimus, igitur eſt quantum per propriam ſubſtãtiam. hæc autem, quæ quanta ſunt per propriam ſubſtantiã vt ſubiecta quædam ſubſtantiæ ſunt, in quæ cætera referuntur, quæ vocantur quantum. Primum ergo membrum eſt, quod ſint nõnulla quãta pro propriam ſubſtantiã, & vt ſubiecta cæterorum. vt linea, & id genus: hæc.n. per propriam ſubſtantiã quanta dicuntur, quia in eorum definitione quantum ineſt. vt ſubiecta vero, quia per modum ſubſtantiæ cæteris ſubijciuntur. deinde affert aliud membrum, & dicit {alia affectus atq; habitus talis ſubſtantiæ ſunt}, ideſt alia per ſe, quãta ſunt, quæ ſe habent per modum affectus, atq; habitus talis ſubſtantiæ, i. talis quanti, quod ſe habet vt ſubſtantia, ideſt quia ſunt affectiones quanti in eo quod quãtum quæ quidem ea ſunt, quæ per ſe de quanto prædicantur. deinde affert exempla, & dicit {vt multum & paucum} quæ numeri ſunt affectiones {& productum}, i. procerum {& breue} quæ longitudinis lineæq; affectiones ſunt {& latum atq; anguſtum} quæ ſuperficiei {& altum ac humile} quæ viciſsim corporis affectiones ſunt. Sed dices, hæc per propriã ſubſtantiã videntur quanta, quoniam in cuiuſq; horum ratione quantum cõtineri videtur. dicas in ratione cuiuſq; taliũ quãtum haberi. ſed non primum, neq; per ſe, ſed quia illis ineſt, quibus hæc inſunt. multum.n. quãtum dicit̃, quod numero excedit, quaſi omnino, quantum ſit propter numerum. ſimiliter paucum quantum dicitur eſſe, quod numero excedit̃ ſicq; in ſingulis magnitudinibus quantum ſignificatur, quia ſubiecta ipſa quanta dicunt̃. breue nãq; quantum eſſe dicitur, quod longitudine ſuperatur, addit {& graue ac leue} quæ corporis videntur affectus. vel, vt Expoſitor inquit, ſecundum opinionẽ eorum, qui dicebãt multitudinem ſuperficierum, vel atomorum cauſam eſſe grauitatis in corporibus, paucitatem vero eorundem cauſam eſſe lenitatis. nam ſm̃ veritatem graue & leue nõ ad quantitatẽ, ſed ad qualitatem attinent, vt poſteà erit in aperto. Vel vt Auer. leue, & graue numerari inquit inter accidentia quantitatis ſecunda intentione, cuius rationem ſubdit. ſunt enim quantitates naturales, ſed collocantur ſub accidentibus quantitatis. quia grauitas & leuitas diuidunt̃ eadem diuiſione, qua magnitudo diuiditur. eſt igitur de quantitatibus ſecunda intẽtione. quæ expoſitio eſt obſcura. ſi.n. intelligit ꝑ verbũ de ſecunda intentione, graue & leue eſſe quanta per accidens ſicut albũ & nigrum. expoſitio eſt contra verba Ariſtotelis, qui graue & leue enumerat inter quãta per ſe, ſed per modũ affectus. ſi aũt intelligat ꝑ verbum de ſecunda intentione quod ſint quanta per ſe, ſed nõ primo ꝑ modum ſubſtãtiæ, ſed ꝑ modũ accidentiũ, hoc eſt qđ dubitat̃, qm̃ non videntur quanta per ſe modũ ſubſtantiæ, nec per modum affectus, cum ſint de prædicamẽto qualitatis. Auer. etiam non videntur ſibi conſtans, cum libro ſecnndo de anima graue atq; leue collocet in prædicamento ſubſtantiæ, qđ idem dicere videt̃, Libro quarto de cœlo. Alexander ergo Ariſtotelem graue & leue ꝑ ſe quanta per modũ affectus aſſerere ait, in eo qđ exceſſum aut defectũ inclinationis ſignãt. qualia vero quatenus cãæ ſunt, vt deorſum, ſurſumúe ferant̃ ea, in quibus habent̃. Cũ vero Ariſt. dixiſſet affectus hæc eſſe ſubſtãtiæ, ſubſtãtiæ noĩe vſus ẽ paulo cõius. hæc.n. ſubſtãtia quodã mõ nũcupari dixit in ſubſtãtiæ diuiſione. q̃q; affectus, & habitus in eũdẽ intellectũ dixit, habitus quidẽ qm̃ habentur. affectus, quia accidũt, & inſunt. & & cũ addidiſſet {& cætera id genus} quænã ſint, adiecit dicẽs {ſunt aũt & magnũ & paruũ, & maius & minus, ẽt ſi ꝑ ſe, & inter ſe dicant̃ ipſius quãti ꝑ ſe affect'} addit qđ licet ſint affectus quãti {hæc tñ noĩa & ad alia transferunt̃} ſunt igit̃ cætera id genus, magnũ & paruũ maius & minus ꝑ ſe affectus quanti, ẽt ſi dicant̃ ad inuicem relatiua. illa verba {etiã ſi ꝑ ſe & inter ſe dicant̃} .i. ad aliquid, Alex. refert ad maius & minus, & magnũ & ad paruum, nam maius & minus ex ijs eſſe, quæ ad aliquid dñr manifeſtũ eſſe dicit, magnũ aũt & paruum hoc in loco ipſa ꝑ ſe dici ait. & ſic verbũ {per ſe} refert Alexan. ad magnũ, atq; paruum, qm̃ ſimpliciter etiam nonnulla magna dicuntur. Verbũ {inter ſe}, i. ad aliqd refert ad maius & ad minus. In prædicamẽtis vero hęc oĩa ad aliquid eſſe edocuit. Vnde Auer. ait magnum & paruum eſſe paſsiones, & accidentia quantitatis, cũ accipiuntur quatenus ſunt diſpoſitiones eſſentiales magnitudinis. cum vero accipiuntur vt alterũ alterũ reſpicit, vident̃ collocari in prædicamento relationis. qm̃ relatio accidit quantitati, & cæteris prædicamẽtis. addit etiã, qđ licet magnum & paruũ, & maius & minus ſint affectus quantitatis {tamen hæc nomina ad alia transferuntur}, i. à quantis ad alia, quæ quãta nõ ſunt. affectus .n. magnus eſſe dicit̃. v. g. mæſtitia item & maior, ægrotatio etiam magna, magnus oculorum morbus. album quoq; paruũ, quarũ rerum nulla quanta eſt. Expoſitor aũt nitit̃ aſsignare cauſam quare in ſolo quãtitatis genere aliqua ſignificãtur ꝑ modũ ſubiecti, aliqua ꝑ modum paſsionum, & accidentiũ ex eo, quia inter nouẽ prædicamẽta quãtitatis propinquior videt̃ ſubſtãtiæ. quo argumento nõnulli putauerũt lineã, ſuꝑficiẽ, corpus atq; numerũ eſſe ſubſtãtias: nec ab ratione, qm̃ ſola quantitas hẽt diuiſionẽ in partes proprias poſt ſubſtantiã. albedo.n. nõ p̃t intelligi diuidi, niſi quatenus eſt in ſuperficie. hinc fit, vt in ſolo prædicamento quantitatis nõ nulla ſignificentur ꝑ modum ſubiecti, nõnulla per modũ affectionis. Sed hæc rõ Expoſitoris bene colorata eſt, tñ petere vr̃ quantitatẽ eſſe ſubſtantiæ pluſq̃ cætera propinquam: quod accipitur, non aũt eſt probatum. Immo vr̃ mihi hoc, quod Ariſt. dixit, eſſe vr̃e in omni prædicamento, qm̃ in omni prædicamento ſpẽs accipitur, vt ſubſtãtia, veluti cum albedo. aut color accipitur, vt principale, nã cum accipitur, vt denominatiuum, non ſubit ſubſtantiæ rationẽ. & ſic, cum in omni prædicamẽto ſpẽs accipi poſsint, vt ſubſtantiæ, fit, vt in omni prædicamento aliqua ſumantur per modum ſubiecti, aliqua per modum affectionis, quod ſuperius dixit. hoc igitur non accepit de quãtitatibus, vt ſolis attributum, ſed vt commune eis, & cæteris.

Eorum

Qua Auer. cõm. 18.

Cõmen. 108

Cõmen. 20.

Que Auer. Comen. 18.

Cõtra Thomã

Eorum autem quæ per accidens quanta dicuntur, alia ſic dicuntur, ut diximus. nam quia quantū eſt quiddam id, cui muſi cum ineſt ac album, ideo ipſa quanta dicuntur.

Cum dixiſſet de quantis per ſe, nunc diuiſionem eorum aggreditur, quæ per accidens quanta dicuntur, eorúq; diſcrimen oſtendit, & dicit {Eorum autem, quæ ꝑ accidens quanta dicuntur, alia. ſic dicũtur, vt diximus} .ſ. ratione ſubiecti, cui inſunt {nam quia quantum eſt quiddam id, cui muſicum ineſt} vt ſubiecto {ac} cui {album} ineſt {ideo ipſa quanta dicuntur} ſic igitur muſicum, album, & cætera accidentia, ſ. propterea quanta ſolum dicuntur, qm̃ ipſorum ſubiectum quantū eſt. & hic eſt vnus modus, quo ꝑ accidēs aliquid quantū dr̃.

Alia, ut motus & tempus. etenim hæc quanta quædam, & continua dicuntur, quoniam illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus, atq; non dico id, quod mouetur, ſed id, ſuper quod efficitur motus. quia enim quantum eſt illud, ideo motus etiam quantus eſt. Tempus etiam ideo quantum eſt, quia motus, eſt quantus.

Cum expoſuiſſet vnum modum quo aliqua per accidens dicuntur quanta, videlicet quia ſubiectū in quo ſunt, eſt per ſe quantum, nunc exponit alium modum aſſerens, quædã etiam dici quanta, qm̃ ſubiecta, ſuper quibus efficiũtur, ſunt per ſe quanta, & dicit {Alia} ſubaudi dicuntur per accidens quanta videlicet continua & diuiſibilia {vt motus & tẽpus}, i. eo modo, quo motus, & tempus ſunt quanta per accidēs, continua, atq; diuiſibilia. Deinde Exponit quo modo motus & tẽpus ſunt per accidens quanta, continua, atq; diuiſibilia: & dicit {etenim hæc quanta quædam dicuntur} atq; diuiſibilia: {quoniam illa diuiſibilia} quanta, & continua {ſunt, quorum ſunt iſta affectus} & ne tu putes per ea, quorum hæc ſunt affectus, eſſe intelligenda ſubiecta, quibus inſunt, vt doceret quorũ ſunt affectus, adiecit {atq; nō dico id, quod mouetur} videlicet corpus ſubaudi eſſe intelligendum ꝑ id, cuius eſt affectus, non. n. intelligitur ſubiectum, cui ineſt, videlicet corpus, cui motus ineſt, ſic. n. perfecte quantus ex accidenti motus diceretur, perinde atq; album & muſicum {ſed id, ſuper quod efficitur motus}, i. ſed quia id, quod mouendo pertranſit quantũ, eſt, verbi cauſa, ſpacium intercapedoq;, quam mobile pertranſit, quanta eſt, continua, atq; diuidua. & aſsignans rationē ſubdit {quia. n. quantum eſt illud}, ſ. ſpacium, quod motu pertrãſitur {ideo motus etiam quantus eſt} continuus, atq; diuiduus. cũ fieri nequeat, vt motus in non cõtinuo fiat. motus igitur iccirco quantus eſt, qm̃ id, in quo fit, diuiduum eſt, & quantum, cui motus coextenditur, quaſi quantum illud ipſo menſuretur, & cum ipſo diuidatur, & propter hanc rationem motus proprie quantum eſſe videtur, ſed qm̃ intellectus à ſubiecta magnitudine pendet, iccirco per accidens quantus eſſe dicitur. neq; motus magnitudo eſt, ſed in magnitudine licet non ſimiliter, vt cætera accidentia. De tempore idem oſtendens inquit {tempus etiam ideo quantum eſt, quia motus eſt quãtus}, i. diuiduus, cuius motus numerus tempus eſt, patet ergo motum & tempus eſſe per accidēs quanta alia ratione ab ea, qua album & muſicum ſunt per accidēs quanta: nam album & muſicum ſunt per accidens quãta propter ſubiectum, ſuper quo fiunt. Alexan. mouet quæſtionem de tempore, qm̃ Libro prædicamentorũ enumerauit tempus inter quantitates per ſe, hic inter quanta per accidens. quo fit, vt Ariſt. non videatur ſibi

Vide contrad. Zimare. 5. meta. com. 18. et 2. de gene. com. 62.

conſtans. Expoſitor, qui hic clarius q̃ Alexã. loquitur, reddit, cauſam, qm̃ in prædicamentis Ariſto. conſiderauit quãtitatis ſpecies pro ratione menſuræ: & quia tẽpus habet aliam rationem mẽſuræ à magnitudine, cum tempus ſit menſura externa, magnitudo autem interna, ideo ſit vt tempus per ſe ſpecies quantitatis ſit, ſed alia ratione. hic aũt ſpecies quantitatis conſiderat more metaphyſico quo ad eſſe quantitatis. Qua ratione ſit, vt ea, quæ habent eſſe quantitatis effectiue ab alia quantitate, non dicuntur per ſe quantitates, ſed per accidens: & quia motus, & tempus ſunt quanta propter magnitudinem, ſuper qua fiunt, ideo dicuntur quanta per accidens. Inſuper dubitari poteſt, quia in prædicamentis locum inter quantitatis ſpecies repoſuit, hic ꝑtermiſit. Huius cauſa eſt etiam, quia locus habet diſtinctam rationem menſuræ, ideo in prædicamentis enumeratur. quia vero non habet eſſe diuerſum à ſuperficie (eſt. n. locus ſuperficies:) ſit, vt hic non enumeretur etiam in prædicamentis prætermiſit motum, quoniã in ratione menſuræ non diſcrepat à tempore.

CAP. XV. De Quali.

Quale dicitur uno modo ipſa ſubſtantiæ differentia, ut quale quid animal eſt homo, quia bipes: equus quadrupes: & circulus qualis quædã figura. quia carens angulis. quo patet ſubſtantiæ differentiam qualitatem eſſe quandam. TEX. 19.

Nunc tranſit ad qualis diuiſionem, & oſtendit quod multipliciter dicatur, & dicit {Quale dicitur vno modo ipſa ſubſtantiæ differentia} vt per exempla oſtendit & dicit {vt quale quid animal eſt homo} aliquod diſcrimen ex ijs, quæ ipſi homini inſunt reſpondebimus, dicentes {quia}, ſ. homo eſt animal {bipes} ſimiliter rogati quale animal ſit equus, reſpõdebimus qm̃ {equus} eſt animal {quadrupes} rogati etiam {& circulus qualis quædam figura} eſt, reſpondebimus {quia} eſt figura {carens angulis} per quæ patet differentiã non in quid ſed in quale prædicari, licet non eodem modo, quo ꝑdicatur qualitas. nam, cum differentia ſubſtantiæ qualitas ſubſtantialis eſſe videatur, non in quale accidentaliter, ſed in quale quid eſſentialiter prædicatur. Quæres quid intelligit Ariſto. per ſubſtantiam, cum inquit {quale dicitur vno modo ipſa ſubſtantiæ differentia} Alexan. defendit Ariſto. intelligere per ſubſtantiam, prout eſt decimum prædicamentum, quod ſubijcitur omnibus accidentibus. Sed contra, quoniam in exemplis meminit circuli, qui non eſt ſubſtantia prædicamentaria, & tamen eius differentiam eſſe ait carere angulis. reſpondet Alexander Ariſto. circuli meminiſſe, vt ſubſtantiæ. qm̃ pro circulo globum intellexit, vel quia figuræ quoq; ſubſtantiæ quibuſdam eſſe videbantur. aliter etiam per ſubſtantiam exponit volens ſubſtantiam non proprie acceptam hic dixiſſe ſed cuiuſq; rei exiſtentiam, nam cuiuſq; rei propria exiſtentia eiuſdem ſubſtãtia eſſe dicitur: vt docuit in partitione ſubſtantiæ, vbi dixit vno modo ſubſtantiam dici naturam cuiuſq; rei. Ideo Expoſitor verbum {differentia ſubſtã tiæ}, i. expoſuit, differentia, per quã aliquid ab alio ſubſtãtialiter differt, quæ intrat definitionem eſſentialem. Quæres fortaſſe, quare ſubſtantialem differẽtiam, ſi eſt qualitas, prætermiſit in prædicamentis capite de qualitate, hic autem meminit. Reſpondet Auer. quia hic non intendit de ſpeciebus qualitatis, quatenus ſunt in

Qua Auer. Com. 19.

prædicamentis loqui, ſed ſolū modo intēdit numerare intentiones, quas ſignificat hoc nomen qualitas. & ꝓpterea hic enumerat differentiā ſubſtantialē inter qualitates, qm̄ eſt vnū eorum, q̄ ſignificat qualitas, non aūt eius meminit in prædicamentis, qm̄ non eſt vna de ſpeciebus qualitatis, quam reſponſionem Expoſitor probauit. per hæc, quæ Auer. dixit, quæſtiones Alex. diluuntur. quærit. n. qualitas vt differentia quo diſcrepat à qualitate, vt genus vel ſpecies. etſi hæc qualitates ſunt perinde vt differentiæ, cur ipſorū hoc in loco non meminit? diluitur totum hoc, nam qualitas, vt differentia, enumeratur inter ſignificationes qualitatis, & non vt genus, vel ſpecies in prædicamento, & ideo ibi differentiæ non meminit, quia ibi ſolum de qualitatibus, q̄ ſunt ſpecies ſub generibus, loquitur, hic autem non loquitur de illis, quia non enumerantur inter ſignificationes. Quærit tertio num differentia non in quid, ſed in quale prædicatur. iam patet ſolutio, ꝙ differentia prædicetur in quale quid, quia ſignificat ſubſtantiam per modum qualitatis. demum epilogat, & dicit {quo patet ſubſtantiæ differentiam qualitatem eſſe quandā} ac primo modo.

Alio modo, ut immobilia ipſa, & mathematica. quo pacto numeri quidam quales eſſe uidentur: ueluti ipſi compoſiti, & non ij, qui ſunt ſolum ad unum ſed ij, quorū planum ipſum ac ſolidum imitatio eſt. atq; hi ſunt, qui toties quanti, aut toties quanti toties ſunt. & omnino id quod præter quantum ineſt ſubſtantiæ numeri: ſubſtantia nanq; cuiuſq; eſt ipſum ſemel. uelut ſubſtantia ipſorum ſex eſt, non ſi bis tria, aut ter duo. ſed ſi ſemel dicantur. ſex enim ſemel ſex ſunt.

Aſsignat ſecundum intellectum qualitatis: & aſſerit ſecundo modo qualitatem dici affectionem, ſm̄ quam mathematica dicūtur qualia, & dicit {Alio modo} ſubaudi qualitas dicitur {vt immobilia ipſa, & mathematica} ſubaudi dicuntur qualia. nam, vt albedo eſt qualitas, quia ſecundum eam corpus dicitur quale, ſic ea affectio dicitur qualitas, ſm̄ quam immobilia & mathematica dicuntur qualia. & cum dixerat {immobilia} ea exponens ſubdit {& mathematica} q. d. ſe per immobilia intelligere mathematica: qm̄ mathematica ideo immobilia dicuntur, quia abſtrahūt à motu. ſunt aūt hæc numeri, & magnitudines, quæ vtraq; qualia dicunt Mathematici. Dicuntur. n. ſuperficies quales, inquantum ſunt quadratæ vel triangulares: lineæ ēt quales, inquantum ſunt circulares, vel rectæ, aut curuæ: corpora etiā qualia, quo ſphærica dicūtur, aut cuba, aut alia affectione affecta. Et ponēs exemplū in numeris, qui dicūtur quales, dicit {quo pacto numeri quidam quales eſſe videntur} & quia dixit {quidam} & non omnes, ideo numeros exponens eos, qui dicuntur quales, inquit {veluti ipſi} numeri qui dicuntur {cōpoſiti: & non ij, qui ſunt ſolum ad vnum, ſed ij quorum planum ipſum, ac ſolidum imitatio eſt}, i. ſed ij, qui ſimilitudinem habent cū
Quæ Auer. cōm. 19. plano & corpore. Ob quam ſimilitudinem Arithmetici dicere ſolent, vt Auer. inquit, aliquos numeros eſſe ſuperficiales, aliquos eſſe ſolidos, qua ratione fit, vt qualitas in talibus ſit, ſecundum quam numerus dicitur cōpoſitus, ſuperficialis, vel ſolidus, vel talis id genus. Per quæ demonſtrauit aliquem numerum eſſe ſimplicem, & hic non dicitur qualis, ſed nomine ſubſtantię appellatus. & hic numerus proprie eſt, qui non menſuratur aliquo alio numero, ſed ſola vnitate. vt binarius, vel ternarius, qui & ob id incōpoſitus dicitur, & qui eſt ſolum ad vnum. aliquem vero eſſe compoſitum, qui non tantum vnitatem menſurari poteſt, ſed aliquo alio numero, veluti ſenarius, & octonarius, qui & vnitate menſurari poteſt, & binario, vel ternario, vel quaternario, cuius alius eſt quadratus, alius altera parte lōgus, alius cubus. i. quadrantalis. Qua ratione etiam fit, vt qualitas in talibus ſit, ſecundum quā numerus dicitur quadratus, vel altera parte lōgus, vel cubus, aut talis id genus. Cum vero dixit {quorum planum ipſum, ac ſolidum imitatio eſt} dedit intelligere quis numerus non ſit ad vnum. nam vt planū non eſt ad vnum, ſiue ex vna parte ſolum continuum, ſed in duorum continuorum cōpoſitione conſiſtens, ſolidum autem in trium, ſic numeri quidam non ſimplices ſunt, ſed compoſiti ad ſimilitudinem compoſitionis, qua dicitur planum compoſitum ex duobus continuis, vel qua dicitur ſolidum compoſitum ex tribus. deinde exponit qui ſint hi, & dicit {atq; hi ſunt, qui toties quāti} ſunt, cuiuſmodi ſunt plani, & altera parte longi, vel qui quadrati nuncupantur, vt bis duo, quatuor. n. dicuntur bis duo. vel bis tria, ſex. n. dicuntur bis tria. vel ter tria, nouem. n. dicuntur ter tria. atq; huiuſmodi quidem ſunt quoties quanti, & ſuperficiales, ſiue plani. nā per hoc quod dicitur tria, deſignatur prima dimēſio, quæ eſt longitudo, per hoc vero quod dicitur bis, vel ter deſignatur ſecunda dimenſio, quę eſt latitudo. ergo planus numerus dicitur quoties numerus ducitur in ſe, vel alium numerum vno tantum ductu. & quia ducitur in ſe vel alium vno ductu, ideo dicitur aliquoties quantus. deinde exponit, qui numeri dicantur ſolidi, atque corporei, & dicit {aut toties quanti toties ſunt} qui etiam, quoties quāti quoties dicuntur, vt puta cum fuerit duplex ductus, vel eiuſdem numeri in ſeipſum, vel diuerſorum in vnum. eiuſdem numeri in ſeipſum, gemino ductu, ter tria ter, quā ſunt. xxvij. & bis duo bis, quę ſunt octo. diuerſorum aūt numerorum in vnum, vt bis duo quater, q̄ ſunt. xvj. Qua ratione fit, vt xxvij. & octo, & xvj. ſolidi numeri & cubi dicuntur. nam tales numeri conſiderantur quaſi ad tres dimenſiones corporis, nam ꝑ hoc quod dicitur tria, conſideratur velut lōgitudo, cū autem dicitur ter, conſideratur velut latitudo, ſed cum dicitur ter etiam, conſideratur velut altitudo. Et reſumens generatim quid qualitas ſit in talibus inquit {& omnino id, quod præter quantum}, i. præter quantitatem numeri, vt præter trinitatem, vel qua trinitatē {ineſt ſubſtantiæ numeri} vt cubitas, vel planities, vel tale id genus, ſubaudi qualitas eſt, qm̄ ſecundum eam numerus dicitur qualis, ſ. cubus, vel planus, vel talis id genus. Quicquid. n. in numero eſt præter quantū, & ſubſtantiam, atq; naturam numeri qualitas eſt. deinde exponens quid per ſubſtantiam numeri intelligendū ſit, dicit, ſubſtantia {nanq;}. ſ. numeri {cuiuſq; eſt ipſum ſemel}, i. in eo conſiſtit, quod ſemel, ſimpliciterq; ſumatur {veluti ſubſtantia ipſorum ſex eſt, non ſi bis tria, aut ter duo} dicantur {ſed ſi dicantur ſemel, ſex enim ſemel ſex ſunt}, ſ. in ſubſtantia numeri. nā licet ſex, & bis tria, & ter duo eadem ſint, tamen ſex ſemel dicta, & in eo, ꝙ ſemel accipitur, ſubſtantia numeri, vel quantum numeri dicitur. In eo. vero ꝙ ſex dicuntur ter duo, vel bis tria, accipiuntur, vt qualia. ergo ſex ſunt ſubſtantia numeri, bis tria, vel ter duo ſunt qualitates, quibus ſex dicuntur qualia. Per quæ patet differentias in numero Ariſtotelē intellexiſſe qualitates in ſubſtantia numeri, quoniam ſi ſex ſimpliciter acceperimus, hoc nu-

merus eſt,ſubſtantiaq; numeri, ſin aūt ſex accipias, vt bis tria,tunc cū qualitate dicetur:ſic.n. expoſuit Alex. Sed quęrit Alex. ſi differentiæ immobilium ſint qualitates ſecundo intellectu dictæ, vt patet hic,quo nā modo in primo intellectu qualitatis, vbi qualitatem primo modo voluit eſſe differentiam ſubſtantiæ, mentionem de circulo fecit,ſiquidē circulus in immobilibus, & mathemathicis habetur. vel quæſtio eſſe pōt, ſi differentiæ mathematicorum accipiantur pro qualitatibus ſecundo intellectu, quomodo hic ſecūdus intellectus differt à primo.hic.n. qualitates dicuntur differētiæ mathematicorum, & ibi ēt differentiæ in ſubſtantia rerū. Reſpondet Alex. Ariſt. hic per immobilia intelligere numeros,& ſic per immobilia,& mathematica numeros tm̄ intellexiſſe putat Alex. præterea,ſi hic intelligit generatim per immobilia & mathematica tam numeros,quam magnitudines,ibi intellexit ſubſtātias, tam quæ genera & ſpecies ſubſtantiæ ſunt, quā oīa alia accidentia,cum accipiuntur in abſtracto per modum ſubſtantiæ,& ſic ille intellectus eſt vniuerſalis, hic particularis ſolum mathematicis attributus.ibi etiam per circulum corpus ſphæricum intellexit. Vnde patet differentia inter hunc intellectū, & primum, licet in vtroq; pro qualitatibus differentias intelligat.

Præterea omnes ſubſtantiarū earum,quæ mouentur,affectus,ut caliditas & frigiditas,& albedo,& nigredo,& grauitas,& leuitas, & cætera id genus, quibus alterari dicuntur corpora,quæ mutantur.

Hic aſsignat tertiū intellectū qualitatis aſſerens qualitates dici affectus ſubſtantiarum tranſmutabiliū ſecūdum quas corpora tranſmutabilia mutantur.quomodo qualitas de tertia ſpecie dicitur qualitas hoc tertio intellectu,& dicit{Præterea}qualitates tertio intellectu dicuntur{omnes affectus earum ſubſtantiarum,q̄ mouentur}& Alex.per ſubſtantias, quæ mouentur intelligit ſubſtantias naturales, atq; materiales, quæ in motu verſantur,atq; agitantur:quas à mathematicis diſtinxit ꝙ mathematicæ immobiles ſint. Expoſitor aūt intelligit,per ſubſtantias,quæ mouentur,corpora quæ per alterationem mutantur.tamen ſiquis vult, poteſt intelligere per ſubſtantias,quæ mouentur,corpora,quæ mouentur quauis ſpecie motus, vt ēt corpora cœleſtia cō prehendantur. nam affectiones horum etiā qualitates ſunt.vt lux,& figura,raritudo,& dēſitudo,& id genus. Deinde Ariſt. per exempla exponit quid intelligat per affectiones ſubſtantiarum mobiliū, quas qualitates eſſe dicit tertio intellectu,& dicit{vt caliditas, & frigiditas}& cæteræ elementariæ qualitates{& albedo,& nigredo,& grauitas,& leuitas,& cætera id genus,quibus alterari dicuntur corpora,quæ mutantur}.i.quorū eſſe conſiſtit in mutatione. addit autem hanc expoſitionem, vt Auer.inquit,quia qualitates,per quas differūt immobilia,& mathematica, non pertinent ad motum, nec per illas mouentur mathematica,& numeri,vt patet Septimo Phyſicorum. Illud aūt animaduertendū, vt Alex.inquit, grauitatem,& leuitatē, quæ inter qualia enumerat Ariſt. paulo ante inter ea quanta eſſe cōputatas,quæ quia quanti in eo ꝙ quantum affectiones ſunt, quantas eſſe intelligimus,quod qua ratione factū ſit,eo loco expoſuimus.

Cōm. 19.

Cōm. 18. 19.& 20.

Inſuper uirtus, & uitium, & omnino malum & bonum.

Hic aſsignat quartum intellectum, aſſerens qualitates quarto modo dici, quibus homines dicūtur aut vitioſi,aut officioſi,& generatim boni,vel mali & innuit omnes affectiones animæ,quibus afficimur.hoc pacto Auer. & Expoſitor interpretantur. Alexan. vero hoc, quod hic dicit, vult vt ſit pars eius, quod dixit in tertio intellectu, nam cum dixiſſet ſubſtantiarū mobiliū affectiones qualitates eſſe,his virtutes adiunxit, vitiaq; & omnino bonum & malum, quæ neq; corporum affectiones, neq; huiuſmodi qualitates ſunt, vt per eas fiat alteratio.

Quæ Auer. cōm. 19.

Quale igitur modis ſere duobus dici poteſt. & horum uno maxime præcipuo:nam prima quidem qualitas ſubſtantiæ eſt differentia,huius autem pars quædā eſt et ea,quæ eſt in numeris qualitas.eſt enim ſubſtantiarum differentia. quædam.uerū eorum eſt,quæ aut non mouentur,aut non ut mouentur.

Ex ijs,quæ dixit, concludit omnes intellectus, quibus dicūtur qualitates,eſſe principaliter duos:quia omnis qualitas eſt de illis, quæ pertinent ad motum, aut de illis,quæ non pertinet ad motum, vt Auer. recolligit hic, & tunc hos duos qualitatis intellectus exponēs inquit{Quale igitur modis fere duobus dici poteſt, & horum},ſ.duorum modorum, quibus dicitur qualitas {vno maxime præcipuo}dicitur: quem modū exponens ſubdit{ nam prima quidē qualitas ſubſtantiæ eſt differentia} hanc. n. primam qualitatem eſſe ait ex eo, vt Alexā. inquit,quia cum cæteris generibus ſubſtantia prior ſit,efficitur, vt differentiæ, quæ ſubſtantijs per ſe inſunt,priores reliquis habeātur. dixit autem { modis fere duobus}quia per ſpecies quatuor ſunt, generatim duo. Quod autem ſint generatim duo, demonſtrat ex eo, quia qualitas, qua numeri quales dicuntur, continetur. vt ſpecies atq; pars in primo intellectu, & dicit {huius autem pars quædam} & ſpecies{eſt & ea, quæ eſt in numeris qualitas} cuius rationem aſsignat,& dicit {eſt. n. ſubſtantiarum differentia quædam } qualitas. n. qua numeri quales dicuntur, differentia quædam ſubſtantialis numerorum eſt. cum numeri ipſi ſignificentur per modū ſubſtantiæ potius q̄ cætera accidentia.& cum dixiſſet differentiam mathematicorum contineri ſub intellectu, quo primo qualitas dicit̄ addit{verum}talis differentia mathematicorū {eorū eſt, quæ aut non mouentur } ſecundū eorum ſententiam, qui dixerunt mathematica eſſe ſubſtantias abſtractas & immobiles{aut}ſi mathematica ſecundum rem eadem ſunt cum rebus mobilibus, vt putat Ariſto. talis differentia mathematicorum erit {non, vt mouentur} ſed ſub ratione,qua conſiderantur, vt abſtracta,& immobilia. itaq; vnus qualitatis modus eſſe poteſt, quo differentiæ ſubſtantiarum tū mobilium, tum immobilium qualitates eſſe intelliguntur. Mathematica.n. ſubſtantias more platonico ſubſtantias nuncupare cō ſueuit, qua ratione fit,vt ſecundus modus contineatur ſub primo & ſic videntur ſubeſſe vni rationi.

Cōm. 19.

Aliæ uero affectiones ſunt eorum,quæ mouentur ea ratione,qua mouentur,& ipſorum motuum differentiæ. uirtus autem & uitium, quædam eſt affectuum pars. differentias enim motus operationiſue ſignificant,quibus operentur, aut patiantur bene,uel praue ea. quæ ſunt in motu. id enim quod hoc pacto moueri,uel operari poteſt,eſt bonum, id autem, quod hoc pacto, atq; contrario modo prauum.maxime uero bonum,ac malum qualitatem in animalibus ipſis ſignificant, & horū potiſsimum in his,quæ electionem habent.

Nunc exponit ſcd̃m modũ, & dicit {Aliæ vero}, ſ. qualitates {affectiones ſunt eorũ, quæ mouētur ea rõne, qua mouētur}, i. in ſecundo modo qualitatis ſunt affectiones ſubſtantiarum mobilium, quibus affectionibus ipſę ſubſtãtię moueri, ac naturales eſſe dicuntur. adiungit autem huic modo alium, quem ſuperius non explicauit, & dicit {&} ſunt etiam qualitates in hoc ſecundo modo {ipſorum motuum differentiæ} & Alex. per differentias motuum vno modo exponit ſpecies motus, videlicet alterationem, accretionẽ, imminutionem, atq; lationem. alio modo per differentias motuũ exponit potentias, per quas diſcrimina motus localis corporibus naturalibus contingunt, quę quidem ſunt grauitas, & leuitas, vel tertio per motus differentias intelligit diſcrimina omnis motus, quo in modo habitus appellaret qualitates: qm̃ ab habituum differentijs motuum diſcrimina manat. Quod autem in hunc ſenſum dixerit. docet in hunc modũ reducendo virtutẽ & vitium, quæ poſuit quarto loco qualitates, cum ait {virtus aũt & vitium. quædam eſt affectuum pars. differentias. n. motus operationiſue ſignificans} quibus verbis docet primò habitus ſubeſſe qualitatibus, quia ſubſũt affectibus. Sed dices, habitus acquiruntur ex actibus, affectus autem ſunt naturales. ideo per affectus, nõ intelligas animi perturbationes, nam perturbationes animi naturales ſunt, ſed intelligas diſpoſitiones, quibus denominamur quales, ſiue naturales, ſiue acquiſitæ ſint. deinde demonſtrat virtutem, ac vitium motuum, ac actionum diſcrimina ſignificare ex eo, quia quæ in motibus operationibuſq; ſunt, pro ſuis virtutibus, & vitijs agunt, & patiuntur, & dicit {quibus operentur} ſiue agant {aut patiantur bene vel praue ea, quæ ſunt in motu}. ſ. agendo vel patiendo. virtus. n. eſt, per quam aliquis bene ſe habet in agendo vel patiẽdo, vitium aũt per quod ſe habet perperam. Quod in alijs habitibus facile cernitur, intellectualibus quidem, qualis eſt ſciẽtia. corporalibus vero, vt ſanitas. deinde hoc probat ꝑ ſua denominatiua, vt eſt locus Topicus, & dicit {id. n. quod hoc pacto}, ſ. recte {moueri}. i. pati {vel operari}. i. agere {poteſt, eſt bonum, id aũt quod hoc pacto, atq; contrario modo}. ſ. pati aut agere poteſt {prauum} ergo differentiæ actionis, atq; paſsionis qualitates ſunt. motus. n. ſecundum recte, & perperam his inſunt, qui huiuſmodi habitus habent. habitus aũt horum cauſæ ſunt, & licet bonum & malũ omnibus agentibus, ac patientibus ineſſe intelligantur, tam naturalibus, q̃ animatis, exponit tñ quibus proprie, & dicit {maxime vero bonum, ac malũ qualitatẽ in animalibus ipſis ſignificant} neq;. n. omne bonum qualitas eſt, cum ipſum in decem generibus habeatur {& horum}. i. animatorum maxime {potiſsimũq; in his, quæ electionẽ habent}. i. in hominibus, eſt. n. bonũ & malum animatorũ, & electione habentium virtus & vitium, q̃ bonorum maxime in qualitate ſunt electionẽ habẽtium tm̃ non. n. virtus & vitium, niſi metaphorice in omnibus agentibus patientibuſue reperiuntur. & ita bonum & malum potiſsimũ in aĩalibus reperiuntur, virtus & vitiũ in hominibus proprie. quæ res ſub quo intellectu horum qualitatis ſpecies omnes, quas poſuit in prædicamentis, cõtinentur. Alex. omnes qualitatis ſpecies, quas poſuit in prædicamẽtis, affectionibus, ſeu paſsionibus ꝫm hunc qualitatis intellectũ ſubijcere videtur, excepta ſpecie, quæ ꝫm aptitudinem, ac potentiã dicitur. de hac. n. mẽtionem nullam fecit, niſi hanc motuũ differentijs annumerare velis, hoc eſt ijs, à quibus motuũ differentiæ ꝓficiſcuntur. nã queadmodum ꝓ habitibus diuerſi motus eduntur, ſic pro potentijs, & aptitudinibus ipſarũq; differentijs, prorſus vt habitus, & potentiæ. Præterea qualitates paſsiuæ, figuræq; qualitati ſubijciantur, quæ in affectionibus mobilium ſubſtantiarum intelligitur. aut certe figuræ ad ſuperiorem qualitatis intellectũ referuntur. neq;. n. triangulus æquilaterus motum quaſi actionẽ quandam, aut opus huiuſmodi trianguli ſignificat, ſed diſcrimen inter ſe, & ſcalenum atq; iſoſcelem vt ipſe hominis exẽplo docuit, rogati. n. quale animal homo ſit, reſpondere poſſumus pedeſtre. ſic de æquilatero qualis triangulus ſit interrogati, æquilaterus reſpondebimus. Auer. aũt dicit, Ariſt. ẽt non videtur hic numerare inter ſignificationes qualitatis genus, quod dicitur ꝫm potentiam, & impotentiã naturalem. primo, quia naturalis potentia & impotentia ſunt qualitates propter preparationes, hic aũt enumerauit qualitates, quæ ſunt ſimpliciter, & abſolutæ, deinde quia potentiæ non ſunt qualitates in actu. At Ariſt. enumerat ſolum qualitates in actu. Tertio, quia naturalis potentia, & impotentia conſequuntur ſubſtantiales formas, quæ ſunt qualitates ſubſtãtiales de prima ſignificatione Quarto, quia quo ſunt potentiæ enumerauit eas inter habitus. Vltimo, quia quo præparationes ſunt, non qualitates, ſed priuationes ſunt qualitatum. Nec Libro ſeptimo Phyſicorum diſſeruit ſi ad eas ſit motus vel ne. Sed videtur in verbis Ariſt. non ſibi conſtare, ait. n. hic maxime vero bonum, ac malum qualitatẽ in animalibus ipſis ſignificant, & horum. ſ. animantiũ potiſsimũ in his, quæ habent electionẽ: & Auer. bonum & malũ non dicuntur ſimpliciter, & in maiori parte, niſi de accidentibus prouenientibus à formis, quæ ſunt in animatis. Octauo vero huius inquit, verum & falſum ſunt in cognitione, bonum & malum ſunt in materia. Tertio vero de anima, ait bonum & malum & verũ & falſum ſunt in eodẽ genere. Expoſitor recte exponit, bonũ & malum, i. bene recteq; agere, & male perperamq; agere eſſe in animalibus, & proprie in hominibus, vt agentibus proprium, quia animalia, & inter animalia, ſoli homines agunt propter finem cognitum, & ſic his ſolis eſt proprium bene agere, ſi agant propter finem, vel male ſi agant præter finem. Qua ratione fit, vt bonũ & malum ſint in animalibus, tanq̃ propriũ in agentibus, bonum & malum, vt fines, propter quos agunt, ſunt in rebus materiaq; ipſa. Verũ autẽ & falſum ſunt in rebus, vt in cauſis, in aĩa vero vt in ſubiecto. ex quibus poteſt concordare, quæ aduerſari videntur.

Quæ auer. Com. 19.

Cõ. 20.

Cõm. 8. Cõm. 34.

CAP. XV. De Ad aliquid.

AD aliquid alia dicuntur, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad ſubmultiplex, & excedens ad id, quod exceditur. TEX. c. 20.

Nunc proſequitur diuiſionẽ eorũ q̃ ad aliquid dicũtur. & vult, vt hic primus intellectus ſit eorũ q̃ ſunt ad aliquid ꝑ exceſſum & defectũ, quem intellectũ ꝫm numerũ appellat, & dicit {Ad aliquid alia dicuntur, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiã partem} quod eſt ſub triplũ {& omnino multiplex ad ſubmultiplex, & excedens ad id, quod exceditur} ergo primus intellectus eſt eorum, quæ ad aliquid dicuntur, prout excedens dr̃ ad exceſſum, vel è cõuerſo. Vnde Auer. ait, vna ſpecierum relatiuorũ eſt, ſicuti referuntur inter ſe duplum

Quæ Auer. cõm. 20.

plum

plum & dimidium, ſiue ſubduplum & duplũ. Sub quo vult vt contineantur oẽs numeri, qui multiplicãtur ꝑ numerũ ad numerũ productũ, cũ numerus ꝓductus ſit multiplex ad eos numeros, quorũ alter in alterũ du citur ſ͠m vnitates amborũ. Qua rõne fit, vt hęc relatiua inuicẽ referantur per exceſſum & defectũ in numeris.

Alia ut combuſtiuum ad combuſtibile, & diuiſiuum ad diuiſibile, atq; omnino actiuum ad ipſum paſsiuum.

Aſsignat ſecundum intellectum relatiuorũ, qui intellectus ad actiuum & paſsiuum ſpectat: & dicit {Alia vt combuſtiuum ad combuſtibile} quæ pertinet ad dictiones naturales {& diuiſiuum ad diuiſibile} quę pertinẽt ad actiones artificiales. & colligens generatim id quod ſpectat hic relatiuorum intellectus, inquit {atq; omnino actiuũ ad ipſum paſsiuum} hæc notio, vt Alexander inquit actiuum, & paſsiuum ſpectat: ergo primus relatiuorum intellectus eſt eorum, quæ referuntur, vt excedens, & exceſſum, ſecundus vero eſt eorum quæ referuntur, vt actiuum & paſsiuum.

Alia ut menſurabile ad menſuram & ſcibile ad ſcientiam. & ſenſibile ad ſenſum.

Aſsignat tertium intellectum relatiuorum, & dicit {Alia}, ſ. relatiua tertio modo dicũtur {vt mẽſurabile} dicitur {ad menſuram, & vt ſcibile} dicitur {ad ſcientiã, &} vt {ſenſibile} dicitur {ad ſenſum} qui modus, vt Alexan. inquit, eſt, ſ͠m quem iudicat & iudicans referũtur. menſura. n. menſuratũ iudicat, ſenſus ſenſibilia, & ſciẽtia ſcibilia. quare hic relatiuorum intellectus eſt eorũ, quæ referuntur vt iudicans, & iudicatum. Expoſitor aũt ait menſuram & menſurabile accipi non ſecundũ quantitatem prædicamentariam, hoc. n. ad primũ modũ pertinet, ſed ſecundum menſuram eſſe, & veritatis, hoc eſt ſed ſ͠m menſurã entitatiuam. Veritas. n. ſcientię menſuratur à ſcibili. nam ex eo, quia res eſt. vel non eſt oratio quæ ſcitur, dicitur, vera, vel falſa, ſimiliter eſt de ſenſibili & ſenſu. De fundamentis relationum petendum eſt à dilucidatio, nam ibi expoſui genera relatiuorum, & fundamenta, quibus referuntur. & multa alia, quæ ſunt conſideratione digna.

Diſput. 12. Capite. 2.

Atq; prima quidem per numerum, aut ſimpliciter, aut definite ad ipſos, aut ad unum. ueluti duplum quidem ad unũ numerus eſt definitus.

Cum aſsignaſſet tres relatiuorum intellectus, nunc vnum quẽq; intellectũ retractat, & quomodo dicatur, oſtendit, & ipſorum mutua diſcrimina declarat, & incipit à primo relatiuorum intellectu, & dicit {Atq; prima quidem}, ſ. relatiua, quæ primo intellectu dicũtur, oĩa ſubaudi dicuntur per numerũ, ſed dupliciter {aut per numerum ſimpliciter}. i. non certa ſpecie definitum, hoc eſt, quia nec per binarium, nec per ternarium, nec per talem aliquem {at definite}, i. certa ſpecie determinatum. & addit {ad ipſos} numeros, ſ. definitos. vel ſimpliciter {aut ad vnum} in relatione. n. primi intellectus ſunt duo extrema, q̃ neceſſe eſt, vt ſint ambo numeri, vel alterum numerus, alterum vnitas. etſi ambo numeri, poſſunt trifariam eſſe, aut ambo numeri certa ſpecie definiti, vt tria & duo: vel indefiniti ambo, vt multiplex & ſubmultiplex, vel alter definitus, alter indefinitus, vt multiplex & binarius. Ariſto. non omnia hæc proſequitur, ſed affert exemplum primo, quando ambo extrema ſunt definita, & dicit {veluti duplum quidem ad vnum numerus eſt definitus} relatio. n. eſt per numerum, in qua duplum eſt numerus definitus, & vnum etiam quid definitum. etſi è contrario dicatur, etiam erit relatio per numerum definitum. Alexã. exponit aliter & dicit {aut ſimpliciter}. i. vt neq; excedẽs determinatum exceſſum ſignificet, neq; quod exceditur determinatũ defectũ {aut definite} ita vt ambo inter ipſa determinata ſint, vel determinata inter ſe per vnum aliquem numerum excedentia, & deficientia dicantur. duplum igitur quod dicitur ad vnum, oppoſitionẽ relatiuã habet per numerũ, diciturq; duplum ad vnum, q̃m omne duplum dicitur ad dimidiũ, & ita ad vnum quiddam deniq; determinatum dicitur duplũ, eiuſq; eſt determinatus exceſſus, cum dimidium ſemꝑ dicatur. Quare dicitur hæc relatio per numerum determinatum, quia exceſſus, quo duplum excedit dimidiũ, eſt certo numero definitus. eſt. n. duplus, qui ſemꝑ dualitate definitur, dimidium vnitate, quare exceſſus vnitate deſcribitur, diciturq; duplus, eadem, quoq; eſt rõ dimidij ad duplum: nam numerus, quo exceditur dimidium ab ipſo duplo, eſt definitus. cũ dicatur ſubduplus quare defectus vnitate deſignatur. Quæcunq; igitur referuntur, vt excedens, & exceſſum, & exceſſus vel defectus numero definitus eſt, hæc dicuntur relatiua ꝑ numerum definitum. hæc Alex. de primo exemplo.

Multiplex autem per numerum quidem ad unũ eſt, non definitum tamen, ut hunc, aut hunc.

Nunc aſsignat ſecundum exemplum, quando relatiua primo intellectu referũtur, vt excedẽs, & exceſſum, & exceſſus non eſt numero certo definitus, & dicit {Multiplex aũt per numerum quidem} exceſſus {ad vnum eſt} & non tantum ad vnũ, ſed ad ſubmultiplex, quia tamen nec exceſſus, quo multiplex excedit vnum, vel ipſum ſubmultiplex, nec defectus, quo exceditur vnum, vel ſub multiplex à multiplici, non eſt certo numero definitus, hæc relatiua dicuntur per numerũ ſimpliciter, ſiue, indefinitum. nam licet alterum extremũ, videlicet vnum ſit definitum, tñ exceſſus, quo exceditur, vel defectus, quo deficit à multiplici, nec dr̃ duplus ſiue ſubduplus, nec triplus, ſiue ſubtriplus, nec alio definito numero deſcriptus. ergo hæc dicuntur relatiua per numerum ſimpliciter indefinitumq;. & propterea ſubdit {nõ definitum tñ, vt hunc, aut hunc} vt, ſ. exceſſus ſit duplus, vel defectus ſubduplus, aut triplus, vel defectus ſubtriplus, & alio numero definitus quouis.

Seſquialterum autem ad ſubſeſquialterum per numerum eſt ad numerum definitum.

Pro intellectu exempli huius aduerte numerũ, qui excedit, aliquando continere numerũ minorẽ, qui exceditur ſemel, & cum hoc aliquam eius partem, & tũc hæc proportio ab Euclide libro elementorũ Quinto dicitur ꝓportio ſuperparticularis. qui numerus maior, ſi continet totum minorem, & cum hoc eius dimidiũ, dicitur numerus ſeſquialterus, ſicuti tria continent ſemel duo, & cum hoc dimidium eorum, ſi autem continet ſemel, & partẽ tertiã minoris, dr̃, ſeſquitertius, vt quatuor ad tria, ſic ſi quartã, ſeſquiquartus, vt quinque ad quatuor, & ſic in infinitũ. dicit ergo {Seſquialterũ aũt ad ſubſeſquialtetũ ꝑ numerũ eſt ad numerũ definitũ} quia exceſſus, quo ſeſquialterũ excedit ſubſeſquialterũ eſt certo numero definitus, & defectus, quo ſubſeſquialterũ deficit à ſeſquialtero, ẽt numero certo determinatus eſt. Quare & hęc relatiua referunẽ, vt excedẽs

& exceſſum propter numerũ, Vnde Alex. ſeſquialterũ ad ſubſeſquialterum perinde atq; duplum ad dimidiũ vtrũq; numerũ determinatum habet ſm̃ exceſſum, & defectum numerorũ. nam ſeſquialter numerus determinatus eſt. qm̃ qui numerus alterum in ſe, eiuſq; dimidiũ continet, is ſeſquialter dicitur, pari ratione ſubſeſquialter. hic.n.eſt, qui totus cum dimidio in alio cõtinetur, & ſic tam exceſſus, q̃ defectus vtriuſq; numeri determinatus eſt. Qua ratione fit, vt hoc exemplum ſimile ſit exemplo dupli & vnius. nam exceſſus, & defectus in vtroq; definito numero habetur.

Et ſuperparticulare ad ſubparticulare perinde finitum pe rinde atq; multiplex ad unum ipſum.

Tertio aſsignat exemplum, quando in relatiuis excedentis & exceſsi, quæ fiunt per numerũ, exceſſus & defectus non definitur certo numero, & dicit{Et ſuperparticulare ad ſubparticulare per numerũ indefinitũ} refertur{perinde, atq; multiplex ad vnum ipſum}nam vt exceſſus, quo multiplex excedit vnum, non definitur certo numero, ita exceſſus, quo ſuperparticulare excedit ſubparticulare, nõ definitur numero, ſimili ratione & de defectu dicas. Addit autem Auer. hoc eſſe ita, niſi numerentur ꝑ ſpecies numerus multiplicis, & numerus ſuperparticularis. nã ſeſquialterum excedit ſub ſeſquialterũ exceſſu determinato per numerũ, ſimiliter ſeſquitertiũ excedit ſubſeſquitertius eodẽ modo. qm̃ ſuperparticulare. licet excedat ſuperparticulare, nõ tñ rõnem explicat, vt ſeſquitertium ad ſubſeſquitertiũ. eſt aũt numerus ſuperparticularis, qui continet numerũ minorem ſemel, & aliquã eius partem, non tñ explicat rationem exceſſus, vt diximus. Vnde Alex. cum dixiſſet { ſuperparticulare aũt ad ſubparticulare per numerum indefinitum } appoſitione multiplicis declarat ſuperparticulare ad vnum dici, ſed non ad vnum determinatum. multiplex. n. cuiuſdam atq; vnius multiplex eſt, ſed hoc vnũ quota pars multiplicis ſit, nõ definitur. itaq; multiplex ęque, ac ſuperparticularis ad vnũ dicitur. ſed per numerum indefinitum.

Quæ Auer. com. 20.

Excedens aũt ad id, quod exceditur, indefinitum omnino eſt numero. numerus enim cõmenſurabilis eſt. hæc autem per nõ cõmenſurabilem numerum dicuntur. excedens.n.ad id, quod exceditur, tantum quidem eſt, & ultra: hoc autem indefinitum eſt. eſt.n utrũuis uel æquale, uel non æquale. hæc igitur omnia ad aliquid dicuntur per numerum, atq; per numeri affectus.

Expoſitor refert hoc ad quantitates continuas, in quibus eſt relatio excedentis, & exceſsi, ſed nullo modo per numerum, nec definitum nec indefinitum. hæc .n. eſt differentia inter quantitates continuas, & diſcretas, ꝙ licet inter vtraſq; poſsit eſſe proportio excedentis ad exceſſum, tamen in continuis proportio nec per numerum finitum, nec per numerum indefinitum habetur, vt proportio diametri ad latus. hæc enim excedentis eſt ad exceſſum, & tamen nec per numerum finitum, nec per numerum indefinitum. at in diſcretis relatio excedentis ad exceſſum eſt per numerum aliquando definitum, aliquando indefinitum, qui numerus vterq; vnitate menſurabilis eſt, non tamen definite ſemper. numerus. n. indefinitus, quo numerus eſt, vnitate menſurabilis eſt, ſed non definite. at numerus definitus mẽſurabilis eſt vnitate, ſed definite. Vnde dicit {Excedens autem ad id, quod exceditur}, ſ. in magnitudinibus{indefinitum omnino eſt numero}omnino dixit, quia tam numero finito, q̃ numero indefinito eſt numero definitum. Probat aũt hoc, quod accepit, ꝙ & dicit{numerus.n.}, ſ. tã finitus, q̃ indefinitus{cõmenſurabilis eſt}, ſ. vnitate, non tamen definite, quia numerus indefinitus, quo numerus eſt, vnitate menſurabilis eſt, ſed non definite, at numerus definitus menſurabilis eſt vnitate, ſed definite{hæc aũt}, ſ. excedens & exceſſum{per non cõmenſurabilem, numerum}, ſ. omnino{dicuntur}quod oſtendit, & dicit{excedẽs. n. ad id, quod exceditur, tm̃ quidem eſt}, ſ. magnitudine quantum eſt exceſſum{& vltra, ſed hoc}quo vltra eſt, omnino{indefinitum eſt}cuius rationem affert, & dicit{eſt.n.}illud, quo eſt vltra{vtrũuis vel æquale}, ſ. ei, quod exceditur, qua rõne ipſum excedens dicetur duplum, & exceſſum ſub duplum. qm̃ excedens continet exceſſum bis{vel nõ æquale}& incertũ, vt illud vltra, quo diameter excedit latius, dicitur non æquale, & incertum. hæc eſt vna expoſitio, Alexan. autem magis ad mentem Ariſt. videtur exponere, nam cum relatiua primi intellectus dicantur per numerum, non videntur inueniri in quantitatibus continuis, & in magnitudinibus: & ita per excedens, & exceſſum intelligenda ſunt relatiua, quæ ſunt per numerum, ſed per numerũ omnino indefinitum. Pro quo aduertendum aliquod excedens excedere aliquod exceſſum trifariam per numerũ, aut per numerũ definitũ, quo in mõ duplũ excedit dimidiũ, & triplũ ſubtriplũ, & ſeſquitertiũ. ſubſeſquitertiũ. Duplũ.n.excedit dimidiũ ꝑ vnum hoc eſt tãtũdem. Triplum vero vnum per duo. Tria.n.excedũt vnũ per duo, & ſic in alijs. aut ꝑ numerũ indefinitũ indefinire, & hoc pacto multiplex excedit vnum vel aliquem numerum. Habet. n. multiplex hoc determinatum, quod ſæpe contineat numerum illum. vel vnum, ad quem refertur. Similiter ſuperparticulare, ꝙ illum continuat, & partẽ præterea eius. ergo alterũ horũ excedit alterum per numerũ definitum indefinite, aut ꝑ numerum indefinitum indefinite, & hoc pacto ſimpliciter excedens excedit ſimpliciter exceſſum, qm̃ per numerum indefinitũ indefinite. Solum.n.habetur ꝙ excedat numero. Hoc.n.certũ eſt, ſed quo numero, oĩno incertum eſt, qm̃ nec per numerum definitum, nec per numerum indefinitum definite, ſed omnino per indefinitũ. vnde dicit{excedens aũt ad id, quod exceditur, indefinitum omnino eſſe numero} quia nec per numerum definitum, nec per numerũ definite indefinitum. Quòd aũt non per numerum definitum, demõſtrat, & dicit{numerus.n.}. ſ. definitus{cõmenſurabilis eſt}Cõmenſurabiles.n.numeri ſunt, qui eadẽ menſura menſurantur, vtputa per vnitatẽ, q̃ omniũ numerorum cõis menſura eſt{Hæc aũt}. ſ. ſimpliciter excedens, & ſimpliciter exceſſum { per non cõmenſurabilem numerũ dicuntur}Quod oſtẽdit, & dicit{excedens.n.ad id qđ exceditur, tm̃ quidem eſt}. ſ. quantum eſt exceſſum {& vltra, hoc aũt}. i. ſed illud vltra, quo excedit { indefinitũ eſt, qđ iterũ oſtendit & dicit{eſt.n.}, ſ. illud vltra{vtrũuis vel æquale vt ſi excedens fuerit duplum { vel non æquale, ſi excedens fuerit ſimpliciter excedens vnde dictio in ſyllogiſmum ſic reſolui poteſt, Quæ excedũt atq; exceduntur per definitum numerum, commenſurabilia ſunt numero: excellentia atq; exceſſa non ſunt cõmenſurabilia numero: ergo non excedunt numero finito, nec exceduntur. Tacuit autem Ariſto. oſtendere excedens & exceſſum referri nec definito numero indefinite. quia hoc patet ex ratione terminorũ, nã excedens, ſolum certum habet, quia numero excedit, ſed

ſed dicitur numerus indefinitus indefinite,quia nec excedens ſimpliciter dicitur excedere in duplo, nec in triplo,nec in aliquo tali, inſuper nõ dicitur continere exceſſum numero,ꝗ ſæpe contineat illud,quo modo ipſum multiplex continet vnum, inſuper nec continet ita vt certe illud contineat, & aliquam eius partem,vt ſuperparticulare continet ſubparticulare.Hoc ergo non oſtendit,quia ex rationibus terminorum patet. multa alia complectitur Alex.quę cũ ſint inutilia,prætermiſimus,& ſolũ hęc,ꝗ faciunt ad ꝓpoſitũ,accepimus.Quo vero ad verba attinet,cum Ariſt.dixiſſet{eſt. n.vtrũuis vel æquale,vel nõ æquale} innuit in excedẽte non eſſe determinatum exceſſum. excedens.n.tantum eſt,quãtum id quod exceditur,& amplius . Ipſum aũt amplius indefinitum eſt.nã exceſſus ille,quo excedens excedit, par eſſe poteſt ei,quod exceditur,vt exceſſus dupli. Siquidem duplum tm̃ eſt, quantum dimidiũ,& amplius, quod amplius par eſt ei,quod exceditur. Poteſt ẽt eſſe minor,ſed prorſus,vt quo exceſſu ſuperet, definire nõ licet vtrum pari,an minore,vt in ſuperparticulari, qui minore hoc eſt parte excedit.demum epilogat & dicit {hæc igitur oĩa ad aliquid dicuntur per numerũ, atq; per numeri affectus}nam duplũ, & dimidiũ, multiplex & ſubmultiplex,& cætera id genus numeri affectiones ſunt, & hac ratione quanta,vt paulo ante dixit in diuiſione quanti.Intellectu eorum,ꝗ dicta ſunt, attendendum,ꝗ,cũ relatio ſit accidẽs ſua natura imperfectum, & quidem adeo imperfectũ, vt putetur de ſecundis intellectis,vt.12.huius Auer.inquit, ideo ſubſtantiæ ſine ſuo ſubiecto non poteſt ineſſe, niſi per aliquod mediũ accidens ratione perfectius: & ita illud accidens, quo ineſt ſuo ſubiecto, Iuniores fundamentũ appellant.nã eo intercedente ſuo ſubiecto ineſt. Qua ratione fit, vt relatio ſubiecto indigeat ꝑ rationẽ generis quia videlicet eſt accidẽs,cui omni cõpetit ineſſe alicui ſubiecto, fundamento aũt per rationem ſpeciei, vt puta quia eſt accidens imperfectũ,& tale quod ꝓ ſui eſſe indiget pluribus.Ex his patet quæ ſint relatiua primi generis, ſiue primi intellectus.Sunt.n.accidẽtia imperfecta,ꝗ ſubſtantijs ſubiectis inſunt intercedẽte numero quaſi fundamẽto,numero dico,aut finito finite,aut finito indefinite, aut numero nec finito,nec indefinito. duplum & dimidium,ſupſeſquialterum,& ſubſeſquialterum relatiua ſunt,ꝗ inſunt intercedente numero definito.Multiplex & ſubmultiplex,ſuperparticulare,& ſubparticulare relatiua ſunt,quæ inſunt ſubiectis intercedente numero definito indefinite.excedens,& exceſſum relatiuam ſunt,quæ ſubiectis inſunt accedente numero, ſed nulla ratione definito.Qua ratione fit,vt relatiua primi generis multiplicentur in tres ſpecies.

Et inſuper æquale,& ſimile,& idem alio modo.ratione.n. ipſius unius uniuerſa dicuntur. Eadem enim ſunt ea, quorum ſubſtantia eſt una.Similia uero quorum qualitas eſt una. æqualia deniq; ea,quorum quantitas eſt una.At ipſum unum principium eſſe numeri, menſuráq; conſtat. Quare hæc uniuerſa ad aliquid ꝑ numerum quidẽ dicuntur,non tamen modo eodẽ,

Cum expoſuiſſet ea relatiua primi intellectus,quæ dicuntur ꝑ exceſſum,& defectũ numeri,nunc inquit{Et inſuper æquale,& ſimile, & idem} dicuntur relatiua ꝑ numerum,ſed{alio modo}ꝗ per exceſſum & defectũ. nam dicuntur per ſimilitudinem, & æqualitatẽ,& identitatem.Quòd autem quæ ſic inter ſe dicuntur,per numerũ dicantur,rõnem affert,& dicit{ratione.n. ipſius vnius vniuerſa}hæc dicũtur relatiua:vt ſit ſyllogiſmus hic,quæ dicuntur per vnum,dicuntur per numerũ.hęc dicuntur per vnum, igitur hæc dicuntur per numerũ. de ſyllogiſmo accipit minorẽ,& dicit{ratione.n.vnius vniuerſa}hæc.ſ.{dicuntur}hæc eſt minor.deinde inductione oſtẽdit minorẽ,& dicit{eadem.n.ſunt, quorum ſubſtantia eſt vna}Hęc.n.ſunt ſimilia ẜm ſubſtantiam, nam cum ipſum ſibi idem eſſe dicitur, vnũ quaſi duo ſumitur.itaq; identitas vnitas quædam eſt ẜm ſubſtantiam{Similia vero quorum qualitas eſt vna}Similia.n. in ſola qualitate dicuntur, quẽadmodum docuit in ꝑdicamẽtis,vt ſimilitudo vnitas eſſe intelligatur in qualitate{æqualia deniq; ea, quorum quantitas eſt vna} ita vt æqualitas vnitas eſſe intelligatur in quantitate ꝑ hanc inductionem perſpicua eſt minor. Maiorem ſyllogiſmi non expræſsit,ſed eius demonſtrationẽ,& dicit{at ipſum vnum principium eſſe numeri,menſuráq; conſtat} At principium numeri videtur quaſi virtute numerus ipſe.Tunc affert concluſionem,& dicit{quare hæc vniuerſa ad aliquid per numerum quidẽ dicuntur,non tñ eodem modo} qm̃ ea,quæ dicta ſunt,dicuntur per numerũ formaliter, hæc per vnitatem, quæ eſt numerus poteſtate, & virtute. Inſuper illa ꝑ exceſſum in numero dicuntur,hæc aũt per ęqualitatẽ & vnitatẽ. Qua ratione fieri poteſt,vt eorum ralatiuorum, quorũ fundamentum eſt quantitas, quædã fundentur in ipſa quantitate,quędã in ipſius quantitatis principio.de ijs, quæ fundantur in quantitate dictũ eſt & eſſe,quæ accipiuntur per exceſſum numeri.Ea vero,quæ fundantur in principio quantitatis,in ꝑſenti dictione expoſuit: dixitq; ea eſſe,ꝗ per æqualitatẽ, & vnitatem accipiuntur.

Actiua uero,atq; paſſiua per potentiam actiuam,atq; paſſiuam,operationesq; potentiarum dicuntur. ut combuſtiuum ad combuſtibile,quia poſſunt.& rurſus comburens ad id,quod comburitur,& diuidens ad id,quod diuiditur,ut operantur. Relatiui ſecũdi modi.

Poſtquam de ijs diſſeruit,quæ per numerum ad aliquid dicuntur, nunc ſermonem ad ea transfert,quæ vt effectiua ſunt, & paſsiua,ac vt efficiunt,patiunturq; inter ſeſe referuntur,& dicit{Actiua vero}ſiue effectiua {atq; paſsiua per potentiam actiuam,atq; paſsiuã,operationesq; potentiarũ dicuntur} non tamen eadẽ actiua,eademq; paſsiua per potentias, atq; potentiarũ operationes dicuntur.quorum differentiã ſubdit{vt cõbuſtiuũ ad combuſtibile, quia poſſunt}, ſ. per potentias: combuſtiuũ quidem,quia põt per potentiam effectiuã combuſtibile,quia põt per potentiã paſsiuam.{& rurſus comburens ad id,quod comburitur,& diuidens ad id,quod diuiditur,vt operantur},i.per actionẽ, & paſſionem.nã comburens per actionẽ,id,quod comburitur per paſsionem.Ex ijs patet horum relatiuorũ fundamentum eſſe qualitatem, quæ duplicia eſſe oſtendit Ariſt.aut ea,quorum fundamentum eſt potentia actiua,vel paſsiua, vt calefactiuum & calefactibile: aut ea, quorum fundamentum eſt qualitas, quæ eſt agere, & pati, ſiue alterationes, vt calefaciens, & calefactum. ſed huic occurrunt Iuniores,qm̃ quod non eſt, nullius fundamentũ eſſe poteſt: ſed tranſeunte actione & paſſione manet relatio : nam tranſeunte generatione manet relatio patris ad filiũ. Sed hæc ratio friuola eſt, qm̃ generatio,qua pater generat filium, non eſt fundamentum paternitatis,atq; filiationis, vt recte dicunt ſed illius præuiæ diſpoſitiones.At generatio fundamentum eſt,quo generans refertur ad id, quod actu generatur.

nam ea ceſſante hæc relatio mox aboletur, & ea poſita, mox hæc relatio ponitur.

Eorum autem, quæ per numerum dicuntur, operationes non ſunt, niſi eo modo, qui in aliis dictus eſt: ſed operationes per motum illis non competunt,

Expoſitor putat Ari. ponere differentiam inter relatiua ſecundi modi, & relatiua primi modi, quorum fundamentum, vt diximus, eſt numerus: ex eo, quia relatiuorum, quorum fundamentum eſt numerus, nõ ſunt aliquo operationes, hoc eſt neq; actiones, neque paſsiones, niſi eo modo, qui in.2.auſcult. phyſicæ dictus eſt. vbi dictum eſt eorum poſſe eſſe actiones, & paſsiones per ſimilitudinem, vt multiplicare, & diuidere, numerare, & colligere, ſiue in ſummam reddere. Sed actiones, & paſsiones, quæ per motum ſunt, illis relatiuis, quæ per numerum ſunt, non competunt, hæc eſt differentia. Alex. fortaſſe magis ad ſenſum verborum, vult, ꝙ, cum Ari. demonſtraſſet per exẽpla relatiuorum, quæ per potentiam ad aliquid dicuntur, aliqua eorum per potentiam, aliqua eorũ per actum dici, nunc velit oſtendere, relatiua, quæ per numerum dicuntur, non habere partitionem talem, vt alia per potentiam, alia per actum dicantur, qm̃ ne ſunt quidem numerorum actiones vllæ, cum ſint immobilia mathematica cuncta. vnde dicit {eorum autem, quæ per numerũ dicuntur, operationes non ſunt}, i. nec actiones, nec paſsiones vllæ, & ſic fieri non poteſt illa diuiſio, quæ in relatiuis, quæ ſunt per potentiam, facta eſt. vt videlicet alia ſint per potentiam, alia per actum. Nõ .n. numerorum ſunt actiones vllæ, cum mathematica cuncta ſint immobilia {niſi eo modo, qui in aliis dictus eſt. In aliis}, ſ. quæ intelliguntur. nam in intellectu, & intelligibilibus ſunt actiones & paſsiones. Intellectus.n. patitur ab intelligibilibus. & intelligibile agit in intellectum. hoc pacto in relatiuis, quæ ſunt per numerum, poteſt eſſe actio, & paſsio, & potẽtia, & actus ſed operationes quæ ſunt {per motum, illis} .ſ. relatiuis, quæ ſunt per numerum {non competunt} neq; .n. intelligens, qua intelligit, mouetur. neque quod intelligitur, mouet. eſtq; actio quædam eius, quod intelligitur, non tñ per motum. Vel aliter etiam, vt Alex. inquit, licet ipſorum numerorum nullæ ſint actiones. numerus.n. qua eſt numerus, nec efficitur, nec patitur, vt Pythagorici putant, tñ rõne rerum, quę numeris ſubiiciuntur, numerus & efficit, & patitur. vnde efficientia & patientia aut per exceſſum, quem habent inter ſe ſm̃ numerum, aut per æqualitatem proportione quadam efficiunt, ac patiuntur. neque.n. effectiuum vtrunque habeat, vel quantũcũq; ſit, munere ſuo fungitur, ſed conuenientiam ac proportionem quandam cum patiente habeat oportet, quæ per numerum quendam efficitur. nam medicamenta talem tantũq; exceſſum requirunt, vt efficiant, morbiſq; opportune medeantur. neq; .n. quantacũq; ſint, etiam ſi qualitate ſint prędita, proderunt efficientq;, ſed quantitatem certam deſiderant: quæ ratio eadem eſt in cæteris efficientibus corporibus. Quare licet numeri, quo numeri nec agant, nec patiantur, rõne rerum & agunt, & patiunt. Sed hęc petẽda ſunt à dilucidario diſputatione vltima.

Ea præterea, quæ dicuntur ad aliquid per potentiam, tempore etiam iam dicuntur. ut id, quod fecit, ad id, quod factum eſt, & id, quod eſt facturum, ad id, quod eſt faciendum: ſic.n. pater & filij dicitur pater. illud.n. fecit, hoc aũt aliqd paſſum eſt.

Nunc ſubdiuidit ea relatiua, quę per potentiam dicuntur pro differentia temporum, & dicit {Ea præterea, quæ dicuntur ad aliquid per potentiam, tempore, etiam iã dicuntur}, i. pro differentiis tẽporum dicuntur {vt id, quod fecit, ad id, quod factum eſt} pro differentia tp̃is præſentis dr̃ ad aliquid, vt calefactum ad id, quod calefecit. ędificatũq; pari rõne {& id, quod eſt facturum, ad id, quod eſt faciendum} pro differentia videlicet temporis futuri {ſic.n.}, ſ. ſm̃ tempus, & pro differentia temporis præteriti {pater & filij dr̃ pater. illud.n. fecit} ac genuit, ſ. pater, {hoc autem} .ſ. filius {aliquid} .ſ. generationem {paſſum eſt} genuiſſe.n. eſt effeciſſe, genitum fuiſſe paſſum eſſe. ſed relatiua, quæ dicuntur per potentiam, hæc non amplius ſumuntur quaſi ſint in opera, immo accipiuntur, vt abſtrahunt à tp̃e. vel aliter vt Alex. inquit, relatiua, quæ per potentiã cõiter referuntur, in eo ꝙ efficiunt, & patiuntur referuntur per quodcũq; tp̃s referri ſumantur. Quæ vero referuntur per tp̃s referuntur pro differentia temporis, aut ſm̃ præſens, aut ſm̃ præteritum, aut ſm̃ futurum. Auer. autem putat relatiua, quæ dicuntur ſm̃ potentiam, oĩa dici ſm̃ tempora definita. nam res actiuæ & paſsiuæ, approprĩatur temporibus definitis, ſicut quod agit in aliquo tp̃e, & non agit in alio, & ſicut agit, qđ eſt in præterito & agit, quod eſt in præſenti. vnde pater & filius ſunt de genere agentis, & patientis, in quibus non inuenitur actio, & paſsio, niſi in tp̃e determinato. vir.n. & mulier non generant in qualibet ætate, ſed in temporibus vitæ determinatis. ergo relatiua, quæ dicuntur ſm̃ potentiam, oĩa dicuntur ſm̃ tempus determinatum. Sed contra, qm̃ tunc tp̃s eſſet fundamentum talium relatiuorum. nam accidens, quo intercedente relatio ineſt ſuo ſubiecto, fundamentum dr̃. cum igitur tales relationes non poſsint ſuis ſubiectis ineſſe, niſi intercedente tp̃e determinato, vt Auer. inquit, igitur tp̃s determinatum erit fundamentum, & non potentia dicendum ſm̃ Auerroem relationes tales non poſſe ineſſe ſuis ſubiectis ſine potentia, nec potentiam ſine tẽpore, nec tp̃s ſine potentia. Erit igitur tp̃s aut confundamẽtum, aut præuia quædam diſpoſitio, ſine qua nec potentia, nec relatio ineſſe poteſt ſuo ſubiecto.

Præterea ſunt, quæ per potentiæ priuationem dicuntur, ut impoßibile, & quæ ſimili modo dicuntur, ut inuiſibile.

Cum declaraſſet ea relatiua, quæ dicuntur per potentiam, nunc declarat ea relatiua, quæ dicuntur per priuationem potentiæ, nec ab rõne, qm̃, vt quædã per potentiam, ſic alia per potentiæ priuationem dicuntur, & dicit {Præterea ſunt} .ſ. nonnulla relatiua {quæ dicuntur}, ſ. ad aliquid {per potentiæ priuationem. vt impoſsibile qñquidem impoſsibile impotentia eſt impoſsibile, & de impotentia impoſsibilis eſt impotentia. vnde impoſsibile refertur ad id, quod agere non poteſt. Dr̃.n. aliquod impoſsibile huic, vel illi, qm̃ nec hoc, nec illud poteſt. & amplificans ſermonem ſubdit {& quæ ſimili modo}, ſ. per potentiæ priuationem {dicuntur, vt inuiſibile} Calefactum.n. ad calefactibile per potẽtiam dr̃. Inuiſibile autem, & indiuiduum per potentiæ priuationem. nam quod videri non poteſt ad id, quod videre nequit, refertur, & quod diuidi non poteſt ad id quod diuidere non valet. eſt.n. inuiſibile, cuius nulla eſt viſio, & indiuiſibile, cuius nulla eſt diuiſio. quamobrem omnia huiuſmodi relatiua per potentiæ priuationem dicuntur.

Ea

Com. 18.

Quæ Auer. com. 20.

Ea igitur, quæ ad aliquid per numerũ dicuntur, atq; potentiam; omnia hoc ipſo ſunt ad aliquid quo unumquodq; ipſum, quod eſt, cuiuſdam dicitur eſſe, ſed non hoc ipſo, quo ad illud, aliud dicitur. At menſurabile, & ſcibile, & intelligibile ad aliquid ex eo dicuntur, quia ad unumquodq; ipſorum aliud dicitur, intelligibile nãq; ſignificat, ꝙ ipſius ſit intellectus.

Nunc agit de relatiuis tertij generis, verum differẽtiam aſsignat inter relatiua tertij generis, & relatiua *Quæ Auer. com. 21.* aliorum generum, fundamentũ tñ non expoſuit. Auer. autem colligens ait relationem eſſe duobus modis, ſ. aut relationem in ſubſtantia vtriuſq; relatiui, hoc eſt hincinde mutuam, aut relationem in ſubſtantia alterius tm̃, & in altero propter ipſum, hoc eſt non mutuam. Ex his colligitur differentia, ꝙ relatiua primi & ſecundi generis ſint mutua, relatiua vero tertij generis non ſint mutua. vnde dicit {Ea igitur, quæ ad aliquid per numerum dicũtur} vt relatiua primi generis {atq; potentiam} vt relatiua ſecundi generis {oĩa hoc ipſo ſunt ad aliquid, quo vnumquodq; ipſum quod eſt, cuiuſdam dr̃ eſſe, ſed non hoc ipſo, quo ad illud, aliud dr̃} .i. oĩa dicuntur ad aliquid per mutuam relationẽ, quia alterum ad alterum, & è conuerſo refertur, & non per non mutuam relationem, vtputa, quia alterum refertur ad ipſum, & non è conuerſo. & deſcendens ad exẽpla dicit {at menſurabile, & ſcibile, & intelligibile ad aliquid ex eo dicuntur} non quia vnumquodq; ipſorum hoc ipſo, quo eſt, refertur ad aliud, ſed {quia ad vnumquodq; ipſorum aliud dicitur. intelligibile nãq;} non ſignificat ſe eſſe ad intellectum, vel intellectionẽ. lapis.n. qui intelligibilis eſt. non ſignificat ſe eſſe ad intellectũ hoc ipſo, quo lapis eſt, ſed {ſignificat ꝙ ipſius ſit intellectus} ſiue intellectio. intellectus.n. vel intellectio, quo intellectus, vel intellectio eſt, ad intelligibile eſt, & intelligibile pro tanto refertur ad intellectũ pro quanto intellectus refertur ad ipſum intelligibile. & *2. cæli tex. c. 12. poſuit hac rõne Ariſtote. celũ aĩatum, quia in eo ſurſum & deorſum, et dextrũ & ſiniſtrum vere eſt.* vt Expoſitor inquit, ſimile eſt in oĩbus aliis, quæ non hoc ipſo, quo ſunt, mutuo referuntur. veluti dextrum & ſiniſtrum in columna. cum.n. dextrum & ſiniſtrum deſignẽt principia motuum in aĩalibus, nec columnę, nec alicui inanimato attribui pñt, niſi quo aĩalia aliquo modo ſe habent ad ipſam. ſic.n. columna dicitur dextra, quia homo eſt ei ſiniſter. ſiĩe quoq; eſt de imagine reſpectu exemplaris & de nummo, quo fit emptionis præcium. in oĩbus.n. his vniuerſa referendi rõ, quæ in vtroq; extremo eſt, pendet ex altero tm̃. hæc de differentia huius generis ad cætera. ſed de fundamento nec Ariſt. aliquid expoſuit, nec Alex. Expoſitor autẽ fundamentum huius generis menſuram putat eſſe, non quidem eam, quę pertinet ad genus quantitatis, ſed eã, quæ pertinet ad dependentiam. nam ab eo quælibet res menſuratur, à quo ipſa dependet. qua rõne fit, vt menſura, quę eſt fundamentum generis huius, ſit entitatiua, aut perfectionalis, quippe cum oĩs effectus mẽſuretur entitate, atq; perfectione ſuę cauſę. vnde & ſcĩa menſuratur entitate, atq; perfectione ſui ſcibilis, & intellectus ſiue intellectio entitate atque perfectione ſui intelligibilis, & menſura perfectione, atq; entitate ſui menſurabilis. obiectiones, quæ ſunt contra hæc, petendæ ſunt à dilucidario.

At intellectus non eſt ad id, cuius eſt intellectus. id.n. bis dictum erit. ſimiliter & uiſus cuiuſdam eſt uiſus non cuius eſt uiſus, quãq́ uere hoc dici põt, ſed ad colorem, aut ad aliud quippiam tale. ſed illo pacto bis diceretur, quoniam eſſet uiſus eius, cuius eſt uiſus. ea igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur, partim hoc modo dicuntur.

Remouet hic tacitam dubitationem. nam ſcĩa dr̃ ſcientis vt Platonis vel Ariſt. & dicitur ipſius ſcibilis, quia naturæ, vel rerum naturalium, quæritur vtrum ſcĩa dicatur ſcientis vt correlatiui, veluti dicitur eius, quod ſcitur, vt correllatiui: vtriuſq;.n. dr̃, ideo quęritur vtrum vtriuſq; dicatur, vt correlatiui. reſpondet Ariſt. ſciam eſſe ſcientis, vt ſubiecti, non autem vt correlatiui, ipſius vero ſcibilis, vt correlatiui. vnde dicit {At intellectus} hoc eſt intellectio {non eſt ad id} .i. ad ſubiectum {cuius eſt intellectus} tanquam ad correlatiuũ. quod oſtendit, & per impoſſe, & dicit {id.n.} , ſ. intellectio {erit} relatiuum {bis dictum} , ſ. ad intelligibile, & ad intelligentem, ad intelligibile quidem vt ſupponit, ad intelligentem vero, vt ex conceſsis ſequitur. hoc autem eſſe abſurdum Expoſitor demonſtrat ex eo, quia eſſe relatiui eſt ad aliud quodammodo ſe habere, qua rõne fieret vt vnum, idemq; duplex eſſe haberet. Idem de viſu demonſtrat, & dicit {Similiter & viſus} hoc eſt viſio ipſa {cuiuſdam eſt} , ſ. eius, quod videtur, tanquã correlatiui {non cuius eſt viſus} , ſ. videntis tanq̃ correlatiui {Quãquam hoc vere dici poteſt} , ſ. ꝙ viſio ſit videntis, non tñ vt correlatiui {ſed} ſubaudi viſio eſt ad viſibile, hoc eſt {ad colorem, aut ad aliud quippiam tale} , i. ad lucem, vt ad correlatiuum {ſed illo pacto} viſio {bis diceretur, qm̃ eſſet viſus eius} , i. videntis {cuius eſt viſus} vt correlatiui, vt ſequitur ex conceſsis, & eſſet eius, quod videtur, vt correlatiui, vt ſupponit Ergo viſio bis diceretur. *Quæſtio.* Mouit autem Alex. hic qõnem difficillimam. nam Ariſt. probauit nihil referri ad id, in quo eſt, qm̃ fieret, vt idem bis diceretur. contra, qm̃ par vtiq; erit, vt eorum, quæ habentur in aliquo, nullum ad illud diceref, in quo eſt. At multa relatiua ad ea dici videntur, in quibus ſunt. Harmonia.n. conſonantium eſſe dicitur, quæ tñ in nullis aliis eſt, quã in conſonantius ipſis, & ad illa dicitur ſecundo habitus eius eſſe dicitur, quod ipſum habet, & in quo ipſe eſt, in quibus ſi quis recte percunctari velit idem dicetur bis. Roganti .n. quid eſt id, cuius eſt harmonia, appoſite reſpondebitur id, cuius eſt ipſa, ſiquidem harmonia ad illud dicitur, cuius eſt harmonia, hoc eſt ad conſonantia, quorum harmonia eſt. ad ea vero dici, in quibus habetur, declarant Theophraſti verba, qui ſic in. 2. Topic. ait, quorum eſſe quæq; dicuntur, in his inſunt: vt moderatio, ſiue commenſuratio, habitus, & compoſitio. Memoria vero, & ſomnus, atq; opinio in nullo habetur inanimatorum. nec alterius motus in alio, quãobrem ſigillatim eſt definiendum. Ipſe quoq; Ariſt. de his ipſis in hunc modum in. 4. lib. Topic. ait, qm̃ eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quædam in iis, & circa ea neceſſario ſunt, ad quæ dicuntur, vt diſpoſitio, habitus, & moderatio, in nihilo.n. alio q̃ in iis, ad quæ dicuntur, hæc ineſſe pñt. alia vero non neceſſario, ineſſe tñ pñt in iis, ad quæ dicuntur. Vt ſi anima ſcibile ſit, cum nihil impediat, quo minus anima ſui ipſius ſcientiam habeat, non tñ id neceſſarium eſt. Fieri.n. poteſt, vt hæc ſcientia habeatur in alio. quædam autem ſimplr̃ illis ineſſe nequeunt, ad quę dicuntur, vt contrarium in contrario haberi nequit, neq; in ſcibili ſcĩa, niſi anima vel homo ſcibile ſit. his nãq; neceſſarium eſſe ait, vt nonnulla relatiua ad ea dicantur, in quibus habentur. de quorum numero diſpoſitionem eſſe dixit. Diſpoſitio.n. diſpoſiti eſt, atq; eius, in quo habetur. item habitum, nam

habentis habitus, quæ rõ eadem in mediocritate reperitur. Sequetur ergo, vt idem bis diceretur quia habitus diceretur habentis, vt ſubiecti, & habentis, vt correlatiui. Sic autem nullum ſequitur incommodum. Id autem abſurdum eſſe puto, ſi aliquod relatiuum dicetur hoc ipſo, quo eſt ad ſubiectum, & ad aliud oĩno diuerſum à ſubiecto. Erit ergo huius qõnis ſolutio ſm me, vt ſi aliquid refertur ad vnum correlatiuum diuerſum à ſubiecto in quo eſt, non poſsit referri ad ſubiectum. non tñ ea dixiſſe videtur & quicquam. ad id, in quo eſt, dici negaret. Illud vero prætermitto ſi relatiuũ poſsit ad plura referri, nam in diſputationibus dilucidarij eſt dilucidatum. demum epilogat, & dicit {ea igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur partim hoc modo dicuntur} vt ſint ipſa, quæ referuntur, vel partim hoc mõ dicuntur} quia ipſa mutuo dicuntur correlatiua, vel q̃a ipſorũ alia ſunt, & non mutuo ſunt correlatiua.

Relatiua per accidens.

Partim ſi genera ipſorum talia ſint, ut medicina eſt ad aliquid ex eo, quia genus eius ſcientia ad aliquid eſſe uidetur.

Nunc aſsignat tres intellectus eorum relatiuorum, quæ dicuntur ad aliquid, non per ſe, ſed propter aliud, & dicit {Partim} ſubaudi relatiua dicuntur ad aliquid {ſi genera ipſorum talia ſint.} & affert exemplum & dicit, {vt medicina eſt ad aliq̃d} quia de ſanis & ægris {ex eo, quia genus eius} quod eſt {ſcientia ad aliquid eſſe videtur} ſed hoc in prædicamentis quoq; ab ipſo dictum eſt, tu vero non intelligas, quod dicitur ad aliquid, quia eius genus dicitur ad aliquid, ipſum dici per accidens. Cum.n. genus in ſpẽ ſit, fit vt ſpecies habeat aliquid in ſubſtantia, quo ad aliquid dicatur. Genus.n. ſubſtantiæ ſpeciei pars eſt. vnde Auer. & intendebat p̃ hæc declarare cãm propter quam accidit, vt aliquid genus ſit relatiuum, & eius ſpecies non. & cã huius, vt ait, eſt, quia non eſt genus in rei veritate. Scientia.n. nõ eſt genus medicinæ in rei veritate, niſi ſcientia diceretur ſm relationem ad ſcientem, & medicina ad medicum. tunc.n. ſcientia eſſet genus medicinæ, & ſciens genus medici, quæ dicta plurimam habent dubitationem, de qua alias.

Qua Auer. com. 20.

Inſuper & ea, ad aliquid dicuntur, quorum ea quæ ipſa habẽt, dicũtur ad aliquid. Vt æqualitas ad aliq̃d eſt, quia æquale ad aliquid eſt. & ſimilitudo etiã, quia ſimile ad aliquid,

Aſsignat ſcđm modũ, & dicit {Inſuper & ea} ſecũdo intellectu {dicunt ad aliquid} propter aliud {quorum ea quæ ipſa habent, dicuntur ad aliquid} ea quæ habentur, ſunt principalia, quę abſtracta Iuniores vocant, ea, quæ habent, dicuntur denominatiua, quæ dicuntur concreta. & affert exempla, & dicit {vt æqualitas ad aliquid eſt, quia æquale} quod æqualitatem habet {ad aliquid eſt. & ſimilitudo etiam}, ſ. eſt ad aliquid {quia ſimile ad aliquid} qđ ſimilitudinẽ habet.

Sed ſunt, quæ per accidens dicuntur ad aliquid, ut homo ad aliquid dicitur ex eo, quia accidit ipſi ut ſit duplum, hoc autem eſt ad aliquid, & album ſimili modo, ſi eidem accidat, ut ſit album & duplum.

Aſsignat tertium modum eorum, quæ dicuntur ad aliquid propter aliud, & dicit {Sed ſunt} tertio modo, ſ. {quæ dicuntur per accidens ad aliquid}, ſ. nec propter genus, nec propter denominatiuum, quod habẽt, ſed propter accidens. cuius exempla affert, & dicit {vt homo ad aliquid dr̃ ex eo, quia accidit ipſi, vt ſit duplũ, hoc autem}, ſ. duplum {eſt ad aliquid}, ſ. per ſe. igitur homo, cui accidit eſſe duplum, erit per accidens duplum. & hoc modo per accidens ſubiectum dicitur ad aliquid propter eius accidens {& album ſimili modo} dicetur per accidens ad aliquid {ſi eidem accidat, vt ſit album, & duplum} .i. ſi vnum, & idem erit album, & duplum. nam album rõne dupli dicetur ad aliquid. & in hoc modo accidens ob alterum accidens dicetur ad aliquid. per quæ innuit duos modos accidentis, alterum quo ſubiectum dicitur ad aliquid propter accidens, alterum, quo accidens dicitur ad aliquid ob alterum accidens, vt Alexander colligit.

CAP. XVI.

De tribus modis perfecti.

Perfectum, dicitur id, cuius nulla pars extra accipi poteſt, ut tempus id cuiuſcunq; perfectum dicitur eſſe, extra quod nullum accipi tempus poteſt, quod ſit huius temporis pars. TEX. 21.

Nunc de multiplici ſignificato eius, quod perfectũ dicitur, & diuiſionem eius proſequens dicit {Perfectũ dicitur id, cuius nulla pars extra accipi poteſt} & per partem aliquam extra accipi, intelligit partem aliquam deeſſe. Cũ.n. ab aliquo toto accipitur aliqua pars extra, tunc ei aliqua pars intelligitur deeſſe. vt cum à manu extra accipitur digitus, tunc intelligitur manui deeſſe digitus. qm̃ digitus ponitur, & non in manu ipſa. deinde affert exemplum, & dicit {vt tempus} verbi gratia annus {id cuiuſq; perfectum eſſe dicitur, extra quod nullum accipi tempus poteſt} .i. cui nulla pars temporis deeſſe poteſt {quod ſit huius tp̃is pars} verbi gratia annus perfectus eſt duodecim menſibus perfectus, & cum ei nullus menſis deerit, qui ſit eius pars, dubio procul dicetur annus perfectus. Menſis etiam dicitur perfectus, qui habet triginta dies. cum itaq; nullus dies ex triginta defuerit, dicetur menſis perfectus. Simili modo dies perfectus, erit, quoties ex vigintiquatuor horis nulla deerit. Hora etiam perfecta, cui nullũ minutum ex ſexaginta deerit. quoties ergo nulla pars ab aliquo abfuerit ex iis, quæ faciũt ad perfectionem, dicetur perfectum. & ita licet extra oẽ tp̃s ſit aliquod tempus, tñ ſi certum alicuius rei tempus definitum ſumatur, tunc demum huius tempus erit perfectum, cũ eius temporis pars nulla defuerit. vt verbi gratia, ſi alicuius hominis tempus ſint cẽtum anni, quod ſit totus vitæ terminus, tempus hominis perfectum erit, ſi ex annis centum nihil affuerit, hoc modo etiam perfectus eſt homo, perfectus eſt equus, cui nulla pars abeſt, ſic perfecta ſtatua, & cætera ſingula, quibus nulla pars abeſt. vnde & Auer. perfectum vult idem eſſe, quod totum. nam totum eſt illud, cuius nulla pars inuenitur extra, & quod non eſt totum, eſt illud, cuius aliqua pars eſt extra. Expoſuit etiam Auer. per tempus, menſuram vitæ rerum naturalium. Tempus.n. vitæ perfectum in vnoquoq: ente eſt illud, extra qđ non inuenit̃ tp̃s, quod ſit pars illius tp̃is. Quare perfectum hoc pacto dicetur ſm totalitatem apud Auerroem.

Qua Auer. Com. 21.

Secundus modus.

Et id, quod uirtute affectum eſt, atq; bene ſe habet, non habens ad genus exuperationem. ut medicus perfectus quiſpiam dicitur, modulatorq; perfectus, cum nihil ipſis in ſpecie ſuæ uirtutis deeſt.

Nunc aſsignat ſm modum, quo perfectum quippiam dicitur. & ſm Expoſitorem ſenſus eſt, vt perfectũ ſm virtutem ſint in alio genere, cui nec deeſt aliquid

quid ſm illam virtutem, nec habet exceſſum vt quicquam bene fiat. nam, vt dr̃.2.Ethicorum, illud dr̃ bene habere ſm virtutem, quod nec plus, nec minus habet quã debet ſe habere. Virtus.n.eſt, quæ habentem perficit, & eius opus bonum reddit. Quæ expoſitio pro tanto vr̃ conſona, quia dictio Ariſto. exponitur per ipſummet Ariſt. Alex. autem, vt mihi vr̃, decentius exponit. vt ſecundo modo perfectum dicatur id, ſupra quo nihil eſt ſm propriam virtutem ſuperius. Res.n. vnaquæq; tunc perfecta dr̃, cum propriam virtutem obtinet, vt homo perfectus, cui nihil ad virtutes humanas deſideratur, & ſupra quem nullum ſuperius eſt, quod ſit humanis bonis prȩditum. ſic perfectum medicum appellamus, qui medendi cognitione à nullo ſuperatur, huic autem conſonat dictio: vnde inquit {& id, quod virtute affectum eſt, atq; bene ſe habet, non habens ad genus}, ſ. ſuæ virtutis {exuperationẽ} quo in loco paulo cõius virtutis nomen vſurpat. nam virtutem accipit pro quauis perfectione operandi, aut in moribus, aut in quibuſuis generibus actionum {vt medicus perfectus quiſpiam dicitur} qui in medendi arte à nullo exuperatur, modulatorq; perfectus} & exponens verbum ad genus ſubdit {cum nihil ipſis}, ſ. medico, & modulatori {in ſpẽ ſuæ virtutis deeſt} quo ab aliquo eiuſdem generis exuperetur. nam cum virtutes complures, ac diuerſæ ſint, is perfectus eſſe dicitur per virtutem quam habet, qui nihil in ea deficit, quo ſuperari poſſit. nam genus pro ſpẽ dixit. & vt in vniuerſum dixerim, quicunq; in aliqua arte, ſcĩa, aut virtute non deficit. quo exuperetur, perfectus in ea eſt. vnde Auer. vocans hunc modum perfecti ſm qualitatem inquit, dicitur etiam perfectum ſm qualitatem, qñ nihil inuenitur dignus eo in ſuo genere. Medicus.n. perfectus eſt ille, à quo nihil diminuitur ex eis, quæ ꝑtinent ad actionem medicinæ, & quo nullus medicus eſt perfectior. Qua rõne fit, vt Auer. cum Alex. ſentiat.

Calumniatorem. συκοφάντην ſycophãtam.

Hoc pacto etiam per translationem & in malis ipſos dicere conſueuimus, calumniatorem perfectum, & furem perfectum: quandoquidem & bonos etiam ipſos dicimus, ut furem bonum, calumniatoremq; bonum.

A quo perfectorum modo, quo ea perfecta dicuntur, quȩ in ſua bonitate non excelluntur, docet ad malos etiam transferri, & dicit {hoc pacto etiam per trãſlationem & in malis ipſos}, ſ. perfectos {dicere conſueuimus} & afferẽs exempla inquit {calumniatorem perfectum, & furem perfectum} dicere conſueuimus, quia à nemine his in rebus ſuperatur. aſsignans rõnem ait {quandoquidem & bonos etiam ipſos dicimus, vt furem bonum, calumniatoremq; bonum} quaſi virtutem, ac perfectionem in his habeant. Sic enim ſeſe habent in ſuis operationibus, licet malis, ſicuti boni in bonis. & cum bonum & perfectum ſit idem, fit, vt in malis eſſe dicantur bona, & perfecta.

Et ipſa uirtus perfectio quædam eſt. unumquodq;.n. tunc eſt perfectum, ſubſtantiaq; omnis tunc eſt perfecta, cum in ſpecie propriæ uirtutis nulla pars eius magnitudinis (quæ ſecundum naturam competit) deeſt.

Hoc poteſt accommodari ad id, quod proxime dictum eſt. eſt.n. dictum per tranſlationem etiam in malis dici perfectum, quaſi aſsignans rõnem inquit {& ipſa virtus} ſiue in bonis, ſiue in malis {perfectio quȩdam eſt} quaſi velit ꝙ fur & calumniator virtutem ac perfectionem in his habeant. Hoc autem probat à pari, qm̃ ſicut perfectum ſm quantum dicitur, cui nulla pars ſuæ magnitudinis deeſt, ſic perfectum dicetur ſm virtutem, cui nihil deeſt, quod ad virtutẽ attinet propriam. Vel fortaſſe hoc referendum eſt ad id, quod dixit à principio. dixit.n. perfectum virtute eſſe, quod in ſua virtute nihil deficit, quo exuperetur ab aliquo ſui generis, vnde dicit {& ipſa virtus perfectio quædã eſt} cuius tõnem exponit à ſimili, vt dixi, & inquit {vnũquodq;.n. tunc eſt perfectum, ſubſtantiaq; oĩs tunc eſt perfecta}, ſ. ſm quantum {cum in ſpẽ propriæ virtutis}, i. propriæ magnitudinis in qua virtus, & perfectio eſt ſm ſpeciem {nulla pars eius magnitudinis deeſt, quæ ſm naturam competit} Homo.n. ſm quantum perfectus eſt, non cuius partes apte congruunt, ſed in quo eius naturalis magnitudinis nulla pars deſideratur. pari rõne equus, canis, & alia quæq; res, vt perfectũ ſm quantum ſic definiatur, cuius in ſuo genere nulla magnitudinis pars deſideratur. Quare ſicut perfectum ſm quantum dicitur, cui nulla pars deeſt quantitatis dimenſiuæ, ſic perfectum ſm virtutem erit, cui nihil deeſt de quantitate virtutis ei conuenientis ſm naturam: & ita, vt homo ſm quantum perfectus eſt, in quo nulla pars naturalis magnitudinis deſideratur, ſic hõ perfectus eſt ſm virtutem, cui nulla pars humanæ virtutis abeſt. Qua rõne fit, vt perfectum ſit duplex, vt Alex. annotauit, ſm quantum, & ſm bonum & quale, vt prior modus ſit perfectum ſm quantum, Secundus vero ſecundum bonum & quale.

Præterea in quibus ineſt ſtudioſus finis, ea perfecta dicuntur. ex eo enim, quia finem obtinent, perfecta ſunt. *Tertius modus.*

Aſsignat tertium modum, quo aliquid dicitur perfectum aſſerẽs perfectum tertio modo dici, quod iam in fine ſtudioſo, & dicit {Præterea in quibus ineſt ſtudioſus finis}, i. quæ iam ſunt in ſtudioſo fine {ea perfecta dicuntur} Cum.n. finis proprie dictus, bonum quoddam ſit. ſic vnũquodq;, quod iam eſt in fine proprie dicto, erit bonum & perfectum. Differentia vero, vt Alex. inquit, inter perfecta tertio modo, & perfecta ſecundo modo, eſt, qm̃ perfecta ſecundo modo ſunt, quæ ſunt in perfectione, quæ eſt virtus. Perfecta vero tertio modo, quæ ſunt iam in fine, qui virtute acquiritur. Aliter etiam exponit, vt hæc adiiciat, non quaſi ſignificans perfectorum aliam ſpẽm, ſed repentes ea, quȩ de his ſunt dicta, hoc retulit, non quaſi à ſuperiore diuerſum. Sed prima expoſitio placet magis ꝓpter verba, quæ ſubdit {ex eo.n. quia finem obtinent, perfecta ſunt} ergo perfecta tertio modo dicuntur, quæ iam in ſtudioſo fine ſunt. Perfecta vero ſecundo mõ, quæ ſunt in virtute, qua acquiritur finis.

Quare, cum finis extremum ſit quiddam, & ad praua etiã transferentes, perfecte periiſſe quippiam dicimus, perfecteq; corruptum eſſe, cum nihil prorſus corruptionis deficit, nihilq; mali, ſed in ipſo extremo fuerit conſtitutum. Quapropter & obitus finis dicitur per translationem, quia utraq; ſunt extrema: at finis, & id, gratia cuius cætera fiunt, extremum eſt.

Nunc quæ tranſlatiue dicuntur ſm hunc tertium modum, exponit. Nam cum declaraſſet, quæ tranſlatiue dicuntur ſm ſecundum modum, conſonum eſt, vt tranſlatitia declaret ſm tertium modum, & dicit {Quare, cum finis extremum ſit quiddam} per ſyllogiſmũ in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis {di-

cimus & ad praua etiam transferentes quippiam perfecte periſſe, perfecteq; corruptum eſſe} & aſsignans rõnem ſubdit{cum nihil prorſus corruptionis deficit, nihilq; mali, ſed in ipſo extremo fuerit conſtitutum} vnde ſylls eſt, finis eſt in extremo: perfecte periſſe, perfecteq; corruptum eſſe eſt in extremo: ergo in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, perfecte periiſſe, perfecteq; corruptum eſſe erit in fine {quapropter} ob eandem rõnem {& obitus finis dr̃ per tranſlationem} nam finis eſt extremum: obitus eſt extremum: igitur obitus eſt finis, ideo tangens vim ſyllogiſmi inquit {quia vtraq; }.ſ.finis, & obitus ſunt extrema: ergo in ſcd'a figura obitus eſt finis. Quã rõnem diluens inquit {at finis, & id, cuius grã cætera fiunt, extremũ eſt} & ſic eſt differentia, qm̃ finis eſt extremum, gratia cuius cætera fiunt: at obitus non eſt extremum, gratia cuius cetera fiunt, & ꝓpterea non ſequitur vt mors ſit finis, niſi tranſlatitie, vt dictũ eſt, quo extremũ eſt.

Ea igitur, quæ per ſe perfecta dicuntur, tot modis dicunt. alia ex eo, quia in bene ſe habendo nihil ipſis deficit, neq; exuperationem habent, neq; quicq̃ eſt extra.

In præſenti dictione primo epilogat, & dicit {Ea igitur, quæ per ſe perfecta dicuntur, tot modis dicuntur} vt oĩa redigant̃ ad duo, vt ſint {alia} perfecta {ex eo, quia in bene ſe habendo, nihil ipſis deficit} ſubaudi omnino, atq; abſolute {neq; exuperationem habent, neq; quicq̃ eſt extra} ſed dices ſi eis nihil oĩno, atq; ſimpl'r deficit, ſequitur, vt non habeãt perfectius, à quo ſuperentur. etiam ſequitur, vt nihil ſit extra, quo exuperẽtur. quare ſatis erat dicere, qua {nihil ipſis deficit} ſubaudi ſimpl'r in bonitate. videtur igitur, vt verbum iſtud ſufficiat, tñ addidit, vt nec exuperationem habeant, nec quicq̃ ſit extra, ad expoſitionem illius verbi. nam alicui nihil deficere, nihil aliud eſt, q̃ non habere aliud, à quo exuperetur, nec quicq̃ eſſe extra ipſum, quod ſit in alio, à quo ſuperetur. per quæ voluit habere id, quod eſt ſimpl'r perfectum, quale, vt inquit
Qua Auer. com.21. Auer. eſt primum principium, ſ. Deus, cui non ſolum nihil deeſt earum perfectionum, quæ in aliis generibus inueniuntur, ſed nec excogitari poteſt aliqua perfectio in aliquo, qua intelligatur perfectius Deo. nam & Deus eſt id, quo melius nihil excogitari poteſt. ad hũc modum, vt Alex. inquit, ea reducuntur, in quibus ſtudioſus finis habetur, quo perfectum aliquid propter virtutem, & plenam boni præſentiam vocatur.

Alia omnino ex eo, quia in unoquoque genere exuperationem non habent, neque quicquam eſt extra.

Aſsignat ſcd'm modum, quo ꝑfecta eſſe dixi ẜm primum modum, vtputa, quæ in proprio genere à nullo eius generis excelluntur, & quibus nihil abeſt, & dicit {Alia omnino} dicuntur perfecta {ex eo, quia in vnoquoq; genere exuperationem non habent}, i. à nullo eiuſdem generis excellũtur {neq; quicq̃ eſt extra} quo exuperari poſsint ab aliquo ſui generis. hic intellectus primo loco eſt explicatus, ad cuius expoſitionem exẽplum perfecti temporis appoſuit, quomodo perfectus homo eſt, cui nulla pars abeſt, & pari ratione equus, domus, fundamentum, ſedes, vt ſupra dixit. hac ratione, vt Expoſitor inquit, quodlibet corpus particulare eſt perfectum in ſuo genere, quoniam habet tres dimenſiones, quibus plures in corpore eſſe non poſſunt. Mundus vero eſt ſimpliciter perfectus, quia nihil extra ipſum eſt. Ex his patet duplex eſſe perfectum, aut ſimpliciter, aut in genere.

Cætera uero iam per hæc ipſa perfecta dicuntur, quia aut tale quid efficiunt, aut habent, aut talibus accommodantur, aut aliquo alio modo dicuntur ad ea, quæ perfecta primo modo dicuntur.

Cum explicaſſet ea, quæ per ſe perfecta dicuntur, nunc explicat ea, quæ perfecta dicuntur propter hæc, quęque ab his tale nomen mutuari ait, & dicit {Cætera vero iam per hæc ipſa perfecta dicuntur} quãquam dictio in græco legitur cum particula negatiua, ſic τὰ δ᾽ ἄλλα, ἢ οὐ καθ᾽ αὑτά. deinde reddit cauſam, quare hęc dicantur perfecta, propter ea, quę ſunt per ſe, perfecta, & dicit {quia aut tale quid efficiunt}, ſ. perfectũ ẜm aliquem dictorum modorum, vt doctrina, quę perfecta dr̃, qm̃ effectrix eſt perfecti cuiuſdam. Facit. n. vt quiſpiam virtutem habeat. item ars gymnaſtica, qm̃ habitudinem bonam, quæ perfectio quædam eſt. deinde affert alia, & dicit {aut habent} vt librum perfectum nũcupamus, cui nihil ſcribendum abeſt: & actionem perfectam, in qua nihil deſideratur, deinde affert alia, & dicit {aut talibus accommodantur} ſic veſtis perfecta dr̃, ſic calciamentum, ſic armatura, vt Achillis haſta perfecta, quia ipſe ſolus, qui perfectus erat, vti ea poterat. deinde affert alia, & dicit {aut aliquo alio modo dicuntur ad ea, quæ perfecta primo modo dicuntur} ſicut ludicrum certamen perfectum appellatur, quo certat perfectus athleta.

CAP. XVII.

Terminus id dicitur, quod eſt uniuſcuiuſq; ultimum. & ultra quod primi nihil accipi poteſt, & citra quod primi omnia collocantur. TEX. 22. Terminus. πέρας. Extremum.

Auerroes primam partem dictionis refert ad vnũ modum accipiendi terminum: & vr̃ ſic exponere {terminus id dr̃, quod eſt vniuſcuiuſq;}, ſ. magnitudinis {vltimum} verbi gratia ſuperficies terminus corporis, quia eſt vltimum corporis, linea terminus ſuperficiei, quia eſt vltimũ ſuperficiei, punctum vero terminus lineæ, quia eſt vltimum lineæ. Secundam vero dictionis partem refert ad ẜm modũ accipiendi terminũ, & dicit {&} terminus eſt id {vltra qđ primi nihil accipi poteſt} & per id, qđ eſt primi, intelligit id oẽ, quod eſt ante, quaſi dicat vltra quod eius, qđ eſt ante {nihil accipi poteſt, & citra qđ primi oĩa collocantur}, i. & citra quod oĩa, quæ ſunt ante collocantur. Sicut dicimus orbem, & oẽs partes eius eſſe intra ipſum, orbemq; ſtellatum ſinẽ eſſe corporum, quæ ſunt intra. qm̃ extra ipſum nihil eſt, ſimiliter cutis animalis terminus eſt partiũ aĩalis, quia ea continet: ergo ẜm Auer. dictio reſoluitur in duas acceptiones termini, vt ſit terminus primo mõ vltimum magnitudinis, ſcd'o vero mõ vltimũ continẽs. Expoſitor vero refert vniuerſam dictionem ad vnum modũ accipiendi terminũ, & dicit {terminus id dr̃, ꝙ eſt vniuſcuiuſq;}, ſ. rei {vltimum} & exponẽs vltimũ, ſubdit {&}. i. dico vltimum ꝑ negationẽ vlterioris, & affirmationẽ contentorũ, ſic {vltra qđ}. ſ. vltimũ {nihil primi}. i. nihil eorũ, quæ ſunt ante {accipi poteſt. & citra qđ} vltimum, ſ. {oĩa primi}. i. oĩa, quæ ſunt ante {collocantur} Cum. n. dicimus vltimum, dicimus plura, nihil. n. eſt vltimum ſui: ergo vltimũ dicit negationem quatenus eorũ plurium, quę ſunt ante, nihil

Qua Auer. comẽ. 22.

hil vltra accipi poteſt:dicit etiam affirmationem,quatenus ea plura omnia,quæ ſunt ante,citra ipſum collocantur. Quare vna termini acceptio hæc. Ego vero quicquid Alex.velit, nam obſcure loquitur in ſua lingua, dico in hac dictione tres acceptiones termini ſignificari,prima acceptio eſt,qua terminus dr̃ vltimum ſimpliciter,quod vltimum non eſt pars eius,quod terminatur,& tale vltimum eſt indiuiſibile reſpectu eius, cuius eſt vltimum. Hoc modo ſuperficies corporis,& linea ſuperficiei, & lineæ punctum terminus eſt. Scd̃o modo dr̃ vltimum pro vltima parte rei terminatæ, vltra quam nihil accipi poteſt. Tertio modo pro primo non eſſe rei terminatæ,citra quod omnia collocantur. vnde tangens primam acceptionem termini inquit {terminus id dr̃} rei terminatæ {vltimum},ſ.indiuiſibile in actu terminans rem terminatam, vt punctum lineæ,& linea ſuperficiei,& ſuperficies corporis.deinde tangit ſm̃ modum acceptionis, & dicit {&} dr̃ terminus {vltra quod primi},i.rei terminatæ {nihil accipi poteſt} quo modo vltima pars rei terminatæ dr̃ vltimum.nam vltra hanc nihil accipi poteſt rei terminatæ. Poteſt.n.pars aliqua ſumi, extra quam nihil ſit, non tñ ita, vt ante eam nihil ſit,qm̃ ante hanc partem eſt pars in infinitum. deinde tangit tertium modum acceptionis, & dicit {&} terminus tertio modo eſt illud {citra quod} primi,i.rei terminatæ {omnia collocantur} hoc pacto primum non eſſe,& fortaſſe obitus dicitur terminus. qm̃ citra hæc,omnia rei terminata collocantur.Quare in dictione poteſt colligi triplex terminus pro vltimo rei terminatæ,quod eſt indiuiſibile in actu, pro vltima parte rei terminatæ.vltra quã nihil rei terminatæ eſt, & pro primo non eſſe cuiuſq; rei terminatæ. ex quibus patet Ariſt. per primum rem terminatam adæquatam intelligere, quicquid Alex.& Expoſitor ſenſerint. Quo vero ad verba attinet, verbum terminus græce eſt πέρας quod extremum tranſtulit Argyropylus, tamen alij terminum dicunt,quod mihi magis placet.

Et id, quod eſt magnitudinis, uel magnitudinem habentis ſpecies.

Aſsignat quartum modum accipiendi terminum, & dicit {Et id} ſubaudi dr̃ terminus {quod eſt magnitudinis ſpecies} quo in loco ſpeciem vocat figuram, atque formam. Ab his.n.corpora ſpeciem mutuãtur. nam magnitudinem pro corpore dixit.quia figura oĩs in corpore eſt, & adiecit {vel magnitudinem habentis} propter animalia, quæ corpus & magnitudinem habent.itaq; animalium ſpecies eſt ſua cuiuſq; forma. Corporis vero figura. vnde primo modo ſuperficiem vocauit terminum, hoc autem modo figuram. Auer. autem per magnitudinem & habens magnitudinem compoſitum intelligit ex materia, & forma, ita vt alterum ſit alterius expoſitio.nam,vt inquit,forma hominis eſt finis ſuæ materiæ, vel hominis, qui componitur ex materia, & forma, ſed expoſitio Alexandri longe conuenientior eſt dictioni,Quę vero Expoſitor inquit,pace tanti viri, aliena ſunt à mentibus Græcorum expoſitorum. non tamen ſunt inconcinne dicta

Quæ Auer. com. 22.

Et uniuſcuiuſq; finis.tale autem eſt id,ad quod per motum itur, atq; actionem, & non id ex quo fit profectio.

Aſsignat quintum modum, & dicit {Et} ,ſ.terminus eſt {vniuſcuiuſq; finis} qui,ſ.finis eſt cuius gratia, exponit autem qualis finis, & dicit {tale autem eſt id, ad quod per motum itur,atq;} per {actionem} Cuius enim gratia motus cietur, actioq; obitur,& quo contingente ceſſatur, terminus appellatur. quo in modo mors non debet terminus appellari. nam licet extrema ſit, tamen quæ fiunt, non eius gratia fiunt. Et cum dixiſſet {id,ad quod per motum itur} adiecit {ſed non id,ex quo fit profectio} id enim ex quo reperitur motus,principium nuncupatur.

Interdum autem ambo, & id ex quo, & id ad quod profectio fieri ſolet, & id gratia cuius cætera fiunt.

Aſsignat ſextum modum,videlicet q̃ terminus accipi poſsit pro eo, ex quo motus incipit, & dicit {Interdum autem ambo},i.non ſolum id, ad quod, ſed {& id,ex quo,& id,ad quod profectio fieri ſolet} ſubaudi terminus dicitur, & exponens quid velit per id, ad quod, ſubdit {& id} ad quod ſubaudi eſt {gratia cuius cætera fiunt} vt ſuperius diximus. quare terminus poteſt accipi pro eo, ex quo incipit motus,& hic eſt modus accipiendi quintus.

Et cuiuſq; ſubſtantia, & quiditas item cuiuſq;: cognitionis enim hæc eſt terminus. Quod ſi eſt cognitionis,etiam rei ipſius terminus erit.

Diffinitio principium eſt cognitionis demonſtratiuæ, terminus autem intuitiuæ cognitionis.

Aſsignat ſeptimum modum, & dicit {Et} etiam terminus eſt.ſ. {cuiuſq; ſubſtantia,& quiditas item cuiuſq;} & alterum pro expoſitione alterius accepit.pro eodem.n.accepit ſubſtãtiam, & quiditatem.cuius rõnem ſubdit, {cognitionis.n.hæc eſt terminus} nam cum nouimus hoc, tunc res quid ſit, inquirere deſiſtimus. deinde ſubdit {q̃ ſi eſt cognitionis} .ſ.terminus {etiam rei ipſius terminus erit} nam quemadmodum res ſeſe habet, ſic ipſius efficitur cognitio.

Quare patet tot modis ipſum terminum dici, quot modis principium dicitur. & inſuper pluries. principium enim terminus eſt quidam. At non omnis terminus principium eſt.

Demum quonam mõ ſe habeat terminus ad principiũ deducit, & inquit {Quare patet tot modis ipſum terminum dici, quot modis principium dicitur} dr̃ autem principium de cauſa finali,de ſpecie,& de efficiẽte cauſa,vnde motus principium,de materia:quare & terminus dicetur de fine, de ſpecie,de efficiente cauſa, vt docuit. De materia vero iccirco dicitur terminus, quoniam ſubiectum vltimum eſt, vltimum autem terminus appellatur. quare terminus dicitur de quatuor, de quibus principium dici docuit, & addit {& inſuper pluries} cuius rõnem aſsignauit, & dixit {Principium .n.} .ſ.omne {terminus eſt quidam. at non omnis terminus principium eſt} Terminus.n.non ſolum quatuor modis intelligitur, quot modis dicitur principiũ, ſed alios etiam intellectus habet, qui principio congruere nequeunt, vt eſſe cuiuſq; rei vltimum, & vltra quod nil accipi poteſt, & citra quod cætera collocantur,vt merito dixerit {principiũ.n.terminns eſt quiddam. At non omnis terminus principium eſt} etſi arguatur Ariſt.de inſufficientia,qm̃ in libro Priorum dixit terminum eſſe, in quem propoſitio reſoluitur, vbi conſtat terminum accipi & pro nullo horum intellectuum. propter hanc fortaſſe obiectionem Argyropylus verbum πέρας tranſtulit extremum,& non terminum.At dici poteſt terminum propoſitionis eſſe terminum logicum,qui dicitur per ſimilitudinem ad terminum metaphyſicum, de quo hic loquitur.

CAP. XVIII.

De Secundum quod.

TEX. 23. *Ipſum autem quod pluribus dicitur modis, uno quidem modo ſpecies, & ſubſtantia cuiuſq; rei, ueluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum.*

Nunc intellectus explicat huius dictionis quo, & dicit {Ipſum autem quo pluribus dr̃ modis} & explicans primum modum dicit {vno quidem modo ſpecies}, i. forma {& ſubſtãtia cuiuſq; rei} nam res quæq; ſpecie, ſiue forma dr̃ id, quod eſt, quam formam ſubſtantiam quoq; nuncupauit. nam ſtatua per formam ſtatua eſſe dicitur, & homo pari rõne homo, & equus per formam eſſe intelliguntur, & cuius in ſubſtantia bonum eſt, eius forma proprie bonũ eſt. ideo aſsignãs exemplum inquit {veluti quo} quis {bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum} dixit autem {ipſum bonum} pro eo, quod eſt, per quod bonus eſt bonus, ipſum eſt bonum. Bonus.n. per nihil aliud eſt bonus q̃ per bonum, boniq; ſubſtantiam. Expoſitor autem ſic {veluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum}. i. ſm Platonem eſt idea boni. nam apud Platonem idea boni eſt illud, Qua Auer. com. 23. ſm quod aliquid bonum dicitur. Auer. autem breuiter ipſum quo primo intellectu exponit formam, quæ eſt ſubſtantia. nam vnumquodq; eſt ſua forma, quæ eſt ſubſtantia.

Alio modo id, in quo primo aptum eſt quippiam fieri, ut color in ſuperficie id igitur, quod primo dicitur quo, ſpecies eſt ipſa. ſecundo uero, id quod eſt ut materia cuiuſq;, ſubiectumq; cuiuſq; primum.

Aſsignat ſm intellectum, & dicit {Alio modo}. ſ. dicitur ipſum quo {id, in quo primo aptum eſt quippiam fieri}. i. ſecundo modo dicitur quo, pro ſubiecto proximo, cui primo, & ſine medio ineſt forma. nã per tale ſubiectum aliquid eſſe dicitur {vt color in ſuperficie} corpus.n. dicitur colorari colore & ſuperficie, colore quidem, vt forma, ſuperficie, vt proximo ſubiecto: qm̃ ſuperficies prima colorem excipit. & rerum tum naturalium, tum etiam artificioſarum quæq; nõ modo per formam, vt eſt, ſic eſſe dicitur, ſed etiam per materiam, primumq; ſubiectum. vt homo, non per formam ſolum, ſed etiam per ſubiectam formæ materiam homo eſſe dicitur. item ſtatua per æs etiam ſtatua eſſe dicitur, non per formam tantum, cui ſimilis rõ eſt in oĩ compoſita ſubſtantia. ſed, cum dixiſſet ipſum quo vno modo dici formam, alio modo materiã, oſtendit ipſum quo de forma dici principalius q̃ de materia, & dicit {id igitur, quod primo dicitur quo} & principaliter {ſpecies eſt ipſa} & forma ſubſtantialis {Secundo vero} atq; minus principaliter dicitur {id, quod eſt vt materia cuiuſq;, ſubiectumq; cuiuſq;} vt ſit verbum ſubiectum expoſitio verbi materia. nam materia hic vtitur pro ſubiecto proximo, & primo, cui primo, atque ſine medio forma ineſt, ita cum in ſuperficie primum color excipiatur, ſuperficies æmula erit materiæ, color vero formæ. vnde & Auer- Qua Auer. com. 23. roes exponens ſubiectum expoſuit eſſe, id cui forma ineſt ſine medio. verbi gratia, cum diximus colorem exiſtere in ſuperficie per ſe, & in corpore non per ſe: in ſuperficie enim exiſtit primo, & per ſe, ſecundo vero in corpore.

Omnino autem ipſum quo, atq; cauſa eſt. id enim quo quiſpiam acceſſit, id eſſe dicitur gratia cuius uenit. & item id, quo uitioſam quiſpiam rationem, aut ratiocinationem extruxerit, ideſt, quod ratiocinationis, aut uitioſæ rationis cauſa eſt.

Quia dixerat ipſum quo vno modo intelligi pro forma, alio modo pro materia, nunc, vt ad ſummum dicat, inquit {omnino autem ipſum quo, atq; cauſa eſt}. i. paribus modis dicitur, quibus ipſa cauſa dicitur. In ſingulis.n. rebus cauſa eſt id, quo, ſeu propter quod aliquid ineſt, & primo docet perinde dici, atq; finalem cauſam, & dicit {id.n. quo quiſpiam acceſsit, id eſſe dicitur} finalem cauſam, gratia cuius venit} verbi cauſa propter pecunias exigendas apte reſpondebit. deinde docet perinde dici, atq; efficientem cauſam, & ait {& item id, quo vitioſam quiſpiam rõnem, aut ratiocinationem extruxerit, i. quod ratiocinationis, aut vitioſæ rõnis cauſa eſt}. ſ. vt efficiens: hoc eſt ſcire vult quid paralogiſmum, aut quid ſyllogiſmum effecerit. vel quę cauſa effectrix fuerit fallaciæ, aut rectæ concluſionis. item qui bellum Troianum propter quid conſtiterit, percunctatur, is Troiani belli principium, vnde manauerit, inquirit, quæ rurſus cauſa eſt, vnde principium motus proficiſcitur, ad quod ſi propter Helenæ raptũ reſponderis, ipſum quo explicaueris.

Præterea ipſum quo poſitionem ſignificat, ueluti quo ſtetit, aut quo pergit. hæc enim omnia poſitionem, locumue ſignificant.

At nunc præter commemoratos intellectus ipſum quo poſitionem quandam, & locum, i. vbi ſignificare aſſerit, & dicit {Præterea ipſum quo poſitionem ſignificat, veluti} καθὸ ἕστηκεν. i. quo ſtetit. i. vbi ſtetit, καθὸ.n. & quo, & vbi ſignificat apud græcos. propterea qui tranſtulit, dixit quo, ſed rectius vbi dixiſſet {aut quo pergit. hæc.n. omnia poſitionem, locumúe}, i. vbi {ſignificant} ſecus apud latinos, qui vtuntur quo, cum quis pergit in locum, vbi autem, cum quis ſtat in loco.

Quare neceſſe eſt & ipſum per ſe multipliciter dici. nam unum quidem per ſe eſt quiditas unuſcuiuſq;. ut Callias, & quiditas ipſius Calliæ.

Poſtquam ipſum quo multifariam dici docuit, infert ipſum per ſe multipliciter dici, & inquit {Quare neceſſe eſt & ipſum per ſe multipliciter dici} conſequentiam deducit Alexander ex eo, quia ipſum quo prædicatur ſecundum aliquid eorum, quæ per ſe inſunt: ergo, ſi multipliciter dicitur ipſum quo, neceſſe eſt, vt ipſum per ſe multipliciter dicatur. & exponit modos, & dicit {nam vnum quidem per ſe eſt quiditas vniuſcuiuſq;} à quiditate enim cuiuſq; accipitur prædicatum, quod dicitur de eo, cuius eſt quiditas per ſe ſecundum primum intellectum. nam propria Primus eſt p ſe dicendi modus. forma, & ratio, quæ ſubſtantiam explicat, per ſe cuique ineſt, & de eo, cui per ſe ineſt, per ſe prædicatur ſecundum hunc primum intellectum: & affert exemplum, & dicit {vt Callias} ſubaudi eſt per ſe quiditas Calliæ {& quiditas ipſius Calliæ} eſt etiam per ſe quiditas Calliæ. & ita Callias prædicabitur per ſe de Callia, & quiditas Calliæ etiam per ſe prædicabitur de Callia.

Aliud id omne, quod ineſt in ratione. ueluti Callias per ſe animal eſt. in ratione enim ipſius animal ineſt. Callias enim animal quoddam eſt.

Aſsignare videtur ſcdm modum, & dicit {Aliud}. ſ. & ſecundo modo per ſe eſt {id omne, quod ineſt

in rōne} ſubaudi explicante eſſentiam rei.vt genus videlicet & differentię.nam cum partes formæ ſint,vnūquodq; per ſe ineſt Calliæ. Ideo ſubdit {veluti Callias per ſe animal eſt, in rōne.n.ipſius{,ſ.Calliæ{animal ineſt.Callias.n.animal quoddam eſt} & ita non ſolum vniuerſa quiditas per ſe dr̄ de eo,cuius eſt quiditas,ſed etiam quælibet pars quiditatis.Expoſitor autem vult, vt hi duo modi ſub vno comprehendātur.nam eadem rōne definitio & pars definitionis per ſe de vnoquoq; prædicantur. Eſt.n.hic primus modus per ſe eorum, qui aſsignantur primo poſteriorum, qui modus,vt ait reſpondet primo modo eorum,quibus dr̄ ipſum quo.

Præterea, ſi in ſe ipſo primo, aut in aliqua ſui parte ſuſceperit, quo pacto ſuperficies eſt per ſe alba, & homo uiuens per ſe. anima enim pars quædam eſt hominis, in qua eſt ipſum uiuere prima.

Aſsignat ſm vel tertium modum eorum, quæ per ſe alicui inſunt, vel quæ per ſe de aliquo prædicantur, aſſerens aliquod per ſe ineſſe alicui,vel per ſe prædicari de aliquo, quod ineſt ei primo, vel alicui parti eius,& dicit {Præterea ſi} aliquod ſubiectum {in ſe ipſo primo} aliquid {ſuſceperit,aut} primo ſuſceperit {in aliqua ſui parte} illud ſuſceptum ineſt ei per ſe,vel prædicatur de eo per ſe.& aſsignat exempla,& dicit {quo pacto ſuperficies eſt per ſe alba} qm̄ ipſa prima colorem excipit, vt dixit, cum de ipſo quod diſputaret, & hmōi quo per materiam eſſe vr̄. Corpus autem licet ipſum per ſuperficiem coloratum ſit, quæ per ſe colorata eſt, tn̄ quia ſuperficies,quæ prima,& per ſe colorem excipit,aliquid ipſius eſt.idcirco corpus coloratum eſſe dicitur.Neq;.n.id ſolum, quod in ſe primo aliquid excipit, per ſe tale eſſe dicebamus, ſed etiam id, cuius aliquid eſt primum excipiens.At ſuperficies corporis terminus eſt.deinde aſsignat aliud exemplum,& dicit {& homo viuens per ſe, anima.n.pars quædam eſt. hominis, in qua prima eſt ipſum viuere} addit autem Alex. qui quidem intellectus materiæ quoq; conuenire poſſe videtur.Pars.n.quæ in aliquo eſt,rōnem habet materiæ, & in materia vnitatem habet. nolo tn̄ te lateat alio in loco Ariſt.aſſeruiſſe, quod primum aliquid excipit id eſſe per ſe tale, quod autem per partem,ex accidenti.Sed vtcunq; ſit, modus ſecundus eſt, eius prædicati,quod alicui ſubiecto ineſt primo ſine medio,aut primo alicui parti illius ſubiecti. Vtrum vero hic modus correſpondeat alicui modorum eorum, qui dicti ſunt de ipſo quo, vel alicui eorum modorum per ſe, qui dicti ſunt in analyticis, relinquo conſiderantibus. Auer.n.inquit, & dicitur per ſe etiam de prædicabilibus de ſubiecto propter naturam ſubiecti ſine aliquo medio, ſicut dicimus ſuperficiem eſſe albam per ſe.i. primo ſine medio. Corpus autem non eſt album niſi per ſuperficiem: & paucis interpoſitis ait,ſimiliter oē, quod exiſtit in aliquo per ſe, aut exiſtit in eo tanquam accidens, aut tanquam ſubſtantia. & vtrunq; iſtorum aut per medium, aut ſine medio, ſubſtantia cum medio eſt vt homo viuus, & accidens cum medio, eſt vt corpus coloratum. Subſtantia vero ſine medio eſt, vt homo rationalis, & accidens ſine medio, vt ſuperficies colorata.

Eſt ſecūdus modus dicēdi per ſe.

Quę Auer. cōm.23.

Præterea id cuius non eſt alia cauſa ulla.hominis enim ſunt cauſæ multæ, ipſum animal, ipſum bipes. attamen ipſe homo per ſe homo eſt.

Aſsignat tertium vel quartum modum,& dicit {Pręterea id} ſubaudi per ſe dicitur tertio, vel quarto modo {cuius non eſt alia cauſa vlla} Quod quale ſit, hominis exemplo declarat, & dicit {hominis.n.ſunt cāæ multæ} eſt.n.forma,& materia,& efficiens,& finis,& quæcūq; in definitione continentur videlicet {ipſum animal} pro genere, {ipſum bipes} pro differētia {Attamen ipſe homo per ſe homo eſt} qm̄ homo, vt homo ſit, nulla cauſa exterior habetur. Si quis.n.te cur homo ſit homo percunctetur, nihil aliud reſpondere queas q̄ quia eſt homo. Vtrum vero hic modus correſpondeat alicui eorum modorū,qui dicti ſunt de ipſo, vel alicui eorum, qui dicti ſunt de per ſe in analyticis relinquatur expoſitoribus. Auer.autem ait, & dicitur aliquid exiſtere per ſe illud, quod non habet cauſam, propter quam exiſtat,niſi per ſe,ſi aliquid eſt tale. Homo.n.& ſimilia non exiſtunt niſi per ſuas cauſas, quia habent multas cauſas.In quibus verbis Auerroes propter malas tranſlationes venit ad dicendum ſi aliquid eſt tale, alludens ad ipſum Deum, qui ſolus per ſe eſt, nullam aliam cauſam habens,qua exiſtat.Quę ſententia vera eſt,non tamen conſonat præſenti dictioni.

Per ſe in quarto mō hic dicitur.vt interfectus interiit.

Quę.Auer. Cōm. 23.

Inſuper ea, quæ ſoli inſunt, & ut eſt ſolum. quo circa per ſe eſt id, quod eſt ſeparatum.

Aſsignat vltimum modum eorum, qui dicuntur per ſe,& dicit {Inſuper ea} dicuntur per ſe {quæ ſoli inſunt,vt eſt ſolum} quibus verbis propria quorundam ſignificat, quæ illis per ſe, ſiue ſolum inſunt, & exponens propriorum rationem ait {quæ ſoli inſunt, & vt eſt ſolum} dans intelligere,vt inſint omni,per verbum autem inſunt excluſit definitionem,quæ non ineſt,ſed prædicatur de aliquo ſolo, & omni. vel fortaſſe cum dixit {vt eſt ſolum} voluit ſignificare vt inſint ſoli, & conuerſim, vt in Topicis dictum eſt.Ideo ſubdit {quo circa per ſe eſt id quod eſt ſeparatum} .i.qm̄ determinate illis ſolis inſunt.dicitur.n.aliquid alicui ſoli ineſſe, quia ei, & non alteri ineſt. in quibuſdam exemplaribus, vt Alex.aduertit, legitur {quāobrem coloratum per ſe} &ſubaudiendum eſt ſuperficiei, qm̄ coloratum per ſe ſuperficiei ineſt. ſed cui modo eorum,per ſe eorum,qui in poſterioribus dicuntur,hic modus correſpondeat, curam habeat Expoſitor, etiam, cui modo eorum, quibus dicitur ipſum quo, curam habeat qui vult. ego enim puto non omnem modum eorum, qui per ſe dicuntur,correſpondere alicui eorum,quibus dicitur ipſum quo : vt patet conſiderantibus.

Tertius modus dicēdi p ſe.

CAP. XIX. De Diſpoſitione.

Diſpoſitio ordo dicitur eius eſſe,quod partes habet,aut loco,aut potentia, aut forma. poſitionem enim quandam eſſe oportet,ut & nomen etiam ipſum diſpoſitio declarat. TEX. 24.

Nunc de diſpoſitione agens primo pręmittit rationem cōem eius nominis, quo dicitur diſpoſitio, & dicit {Diſpoſitio ordo dicitur eius eſſe, quod partes habet} qua ratione fit, vt indiuiſibilis rei non ſit diſpoſitio:quoniam,cum careat partibus,etiam careat ordine,qui in partibus intelligitur,neceſſe eſt. & quia oratio, qua orator dicit, partes habet, ideo diſpōne, qua partes ordinentur.nō caret. Deinde ſpeciatim indicat tres intellectus, quibus in partibus intelligi pōt diſpō, & ait {aut loco} ,i.ſitu, qui ordo in iis conſiderari poteſt, quæ coacta in loco ſita ſunt, vt cū exercitum di-

ſpoſitum eſſe dicimus, propterea ꝙ equitatus hunc locum teneat, illum peditatus, & diſpoſitionem domus vocamus ſitum partium eius per locum ordinatum. hunc in modum Auer. & Expoſitor diſpoſitionem volunt eſſe idem, quod prædicamentum ſitus {aut potentia} ex eo, vt Expoſitor inquit quia partes alicuius habent ordinem in virtute actiua, vel paſsiua. quo in modo diſpoſitionem eſſe ait primam qualitatis ſpeciem. quæ expoſitio non vr̃ conſona dictioni, tũ quia ordo eſſe non poteſt, niſi vbi eſt pluralitas: modo nec in actiua potentia ſeorſum, nec in paſsiua potentia ſeorſum eſt pluralitas, ideo non ſic intelligi poteſt. tum etiam quia diſpoſitio, vt eſt ſpecies prima qualitatis, non differt ab habitu, niſi quia facile mobilis eſt: mõ, vt ſic non poteſt eſſe diſpoſitio ad illum intellectum. rectius ergo cum Alex. intelligas talem ordinem eſſe in partibus animæ, quarum alia eſt prima vt vegetalis. alia ſecunda, vt ſenſualis, alia tertia, vt intellectualis. ordo.n.in huiuſmodi potentiis dr̃ diſpoſitio ſecundo modo {aut forma} ſiue ſpecie. vt cum ſtatuæ, aut imaginis diſpoſitionem dicimus, diſpoſitio.n.tertio modo eſt prout ordo partium attenditur ſm figuram totius. vnde partes in ſtatua ordinem habent per rõnem relatam ad figuram totius. ſic & in animali partes habẽt ordinem per reſpectum ad figuram totius, quo in mõ diſpoſitio ponitur differẽtia generis quantitatis, prout quantitas alia ſit, quæ poſitionem habet, vt linea, ſuperficies, corpus, & locus. alia non habens, vt numerus, & tempus. vnde fit, vt ordo in huiuſmodi partibus, & membris, ſm ordinem ad figuram totius, diſpoſitio dicatur. Quòd autem diſpoſitio eius ſit, quod partes habet, ſyllogizat, poſitio eius eſt, quod partes habet: diſpoſitio eſt poſitio: igitur diſpoſitio eius eſt, quod partes habet. de ſyllogiſmo tangit minorem, & dicit {poſitionem.n.quandam oportet eſſe} ipſam diſpoſitionem {vt & nomen etiam ipſum} διάθεσις ideſt {diſpoſitio declarat} nam ſonat diuerſorum poſitionem. Alex. autem ait hoc eſſe dictum proprie de partium ordine ſm locum, & ſm formam, non de ordine ſm potentias. ſed qm̃ hæc expoſitio eſt contra primam partem dictionis, ideo Alex. ſe corrigens ſubdit, ꝗꝗ poſitio in potentis quoq; cõiter intelligi poteſt ſaltẽ ex accidenti.ſ.qm̃ ea quorum põæ ſunt, poſitionẽ hñt.

Quæ Auer. com. 24.

Eſt tamen vera eius expoſitio.

TEX. 25. *Habitus autem dicitur uno quidem modo quaſi operatio quædam habentis, & eius quod habetur, perinde atque actio quædam uel motus. nam cum alterum efficit, alterum efficitur, tunc eſt effectio media. ſic & eius, qui tunicam habet, & tunicæ, quæ habetur, habitus medius eſt.*

Nunc tranſit ad intellectus, quibus dicitur habitus: & vult, vt vno modo intelligatur habitus pro habitione: quæ habitio eſt quid cõe ad habere, & ad haberi, & dicit {Habitus autem dicitur vno quidem mõ, quaſi operatio quædam habentis, & eius, quod habetur} quæ ex parte eius, qui habet, dicitur habere, ex parte autem eius, quod habetur, dicitur haberi, communi autem nomine dici poteſt habitio {perinde atq; actio quædam vel motus} .i.vel paſsio. non.n.habere proprie dicitur actio, nec haberi dicitur proprie paſsio, ſed per ſimilitudinem, communi tamen nomine dicitur habitio. deinde affert rationem in ſimili, & dicit {nam cum alterum efficit, alterum efficitur tunc eſt} actio {media} effectio {ſic & eius, qui tunicam habet, & tunicæ. quæ habetur, habitus medius eſt} qui dicitur habitio. habitus ergo primo intellectu intelligitur pro ipſa habitione, qua habens tunicam dicitur habere. Tunica autem habita dicitur haberi.

Itaque patet fieri non poſſe, ut hic habitus habeatur, erit enim in infinitum profectio, ſi fiet, ut eius habitus, quo habetur, habitus habeatur.

Soluit tacitam quæſtionem. nam dici poſſet, ſi veſtis, quæ habetur, & eius, qui veſtem habet, medium eſt habitio, quæ eſt habitus primo intellectu, à pari, cũ habitio habeatur, erit adhuc habitionis alia habitio. breuibus negat fieri poſſe, vt quemadmodum indumenti habitus eſt, quæ dicitur habitio, ſic ipſius habitus, i. ſic ipſius habitionis habitus alter exiſtat, & dicit {Itaq; patet fieri non poſſe, vt hic habitus} quæ dicitur habitio {habeatur. erit.n.in infinitum profectio, ſi fiet, vt eius habitus, quo habetur}, i. ſi habitionis, qua tunica habetur {habitus}, i. alia habitio {habeatur} vnde Alex. dictionem ſic habebat {ſi fiet, vt eius quod habetur, habitus habeatur} quod exponens inquit, pro eo dixit, quod eſt, ſi habitus eius, qui rei habitæ nũcupatur, rurſus ſit habitus, vt liceat rurſus illum habitum habere, nam vt primi habitus, ſic etiam ſecundi, & tertij habitus erit, & ita in infinitum procedetur. ꝑ quæ colligitur regula, ꝙ cum aliquid eſt tale denominatiue per aliquid, illud per quod eſt tale denominatiue, eſt ſeipſo atq; per eſſentiam tale vel quod idem eſt, ſtandum eſt ad illud, quod eſt tale per eſſentiam. Quare cum homo habet vnicam habitione, habitio ſe ipſa habebitur, & non alia habitione, quam regulam explicauit Auicenna. *Regula.*

Alio modo habitus dicitur diſpoſitio, qua id quod efficitur, bene uel male diſponitur, & aut ad ſe, aut ad aliud, qualis ſanitas habitus quidam eſt. eſt enim diſpoſitio talis,

Aſsignat ſcdm intellectũ, quo aliquid dr̃ habitus, & dicit {Alio modo habitus dr̃ diſpoſitio, qua id, quod afficitur} .i. diſponitur habitu {bene vel male diſponitur} vt ſit huiuſmodi habitus rõ, qualitas quædã permanens, per quam actiones particulares recte, aut perperam habeantur. & addit bene vel male diſponitur {& aut ad ſe} vt firmum, & valetudinarium. nam ſm hęc quod afficitur, bene, aut perperã afficitur ad ſe, qm̃ habitus tum firmus, tum etiã valetudinarius ad ipſum referuntur, à quo habentur {aut ad aliud} nã qui virtutibus afficitur ac vitiis, ad alios diſponitur. At iuſtitia habitus eſt, quo qui affectus eſt, is recte & ad ſe, & ad alios eſt affectus. ſic artes tum honeſtæ, tum etiam prauæ habitus appellari poſſunt, qm̃ qui his affectus eſt bene vel male ſe habet, aut ad ſe, aut ad alios. Ariſt. tñ affert exemplum, & dicit {qualis ſanitas habitus quidam eſt. eſt.n.diſpoſitio talis} qua quis bene diſponitur ad ſe. hoc pacto ſcientiæ contemplatrices habitus ſunt, quibus ſciens bene ſe habet ad ſe. Artes vero habitus, quibus artifex bene ſe habet ad alios.

Inſuper habitus dicitur, ſi diſpoſitionis talis ſit pars, quapropter & uirtus partium habitus quidam eſt.

Aſsignat tertium intellectum, quo aliquid dr̃ habitus, & dicit {Inſuꝑ habitus dicitur} aliquid {ſi ſit pars talis diſpoſitionis} ſubaudi, quæ dicitur habitus. verbi cauſa, ſi quis corpore recte valeat, aut viciſsim male, pars huius totalis ſanitatis, vel huius vniuerſalis ægritudinis, q̃ eſt particularis ſanitas alicuius mẽbri, habitus dr̃ illius membri. tũc concludit {quapropter & virtus partium. habitus quidã eſt} .ſ. eius partis, cuius eſt virtus

tùs vt temperantia habitus eſt partis concupiſcibilis, fortitudo partis iraſcibilis, Prudentia vero partis rōnalis. Vniuerſa autē virtus habitus eſt totius animæ. vnde Alex. quædam etiam virtutes rerū naturalium ſeparatim, particulatimq; fiunt, q̄ habitus nuncupanſ. quin & partē ipſam artis habitus nomē vendicare certum eſt.

TEX. c. 26.

Paſsio dicitur uno modo qualitas, qua fit, ut quippiam alteretur, ut album & nigrum, & dulce, & amarum, & grauitas, & leuitas, & cætera id genus.

Nūc diſtinguit intellectus, quibus intelligitur paſſio, & dicit {Paſsio dr̄ vno modo qualitatis, qua fit, vt quippiam alteretur}, .i. qua corpora alterantur, hæc autem eſt, quæ in prædicamentis qualitas paſsiua, vel paſsio nuncupatur. & aſsignat exemplum, & dicit {vt album, & nigrum, & dulce, & amarum, & grauitas & leuitas, & cætera id genus.} Auer. autem primum paſſionis modum potentiam eſſe ait, qua aliquid transſmutatur de contrario in contrarium, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinem. Potentia enim, qua aliqua tranſmutantur ad inuicem, dicitur potentia paſsiua, vt recte inquit.

Qua Auer. comē. 26.

Alio modo operationes harum, atq; alterationes iam.

Aſsignat ſcd̄m modum, & dicit {Alio mō} paſsiones dicuntur {operationes harum}, .ſ. qualitatum, quæ enumeratæ ſunt {atq; alterationes iam} vt albeſcere, nigreſcere, calefieri, atq; refrigerari. & ſic accipiendo paſsionem erit ipſa prædicamentum per ſe.

Vbi ab his alterationes vt ſe tenēt ex parte recipientis paſsiones denominari diſcas.

Præterea harum magis alterationes. motionesue quæ detrimentum afferunt.

Aſsignat tertium modum, & dicit {Præterea harū} .ſ. alterationum paſsiones {magis} dicuntur {alterationes, motionesúe, quæ detrimentum afferunt} detrimentum, pro nocumento corporis dicit: ergo tertio modo paſsiones dicuntur alterationes, quæ afferunt detrimentum. nam alterationes hmōi ſunt temporanei quidam motus corporis, quarum alterationum paſsiones magis dicuntur alterationes noxuæ corporis, quæ detrimentum afferunt, vt morbum.

Et maxime quæ mœrorem afferunt, & detrimentum.

Aſsignat quartum modum, & dicit, & maxime dicuntur paſsiones {Quæ} cum ſint alterationes {mœrorem, & detrimentum afferunt} Detrimentum quidem corporis, mœrorem vero animi. Hæ enim per excellentiam dicuntur paſsiones. & per mœrorem orbitatem intelligit, vt mortem filiorum, & talium.

Inſuper magnitudines calamitatum rerumq; afferentium dolorem, paſsiones dicuntur.

Aſsignat vltimum modum, & dicit {Inſuper magnitudines calamitatum, rerumq; afferentium dolorem paſsiones} dicuntur. quaſi paſsio ſit in magnitudine affligentis mali, in qua filiis orbatus, patria pulſus, eſſe dr̄, aut ſi quis inſigni calamitate fuerit affectus. Sunt igitur paſsionis quinque intellectus, quorum primus eſt, quo qualitas, per quam fit alteratio, paſsio dr̄. Secundus quo intelligitur alteratio, quæ fit per talem qualitatem. Tertius quo intelligitur alteratio, quæ detrimentum affert, vt morbum. Quartus quo intelligitur alteratio, per quam affertur detrimentum, & mœror. Quintus, quo magnitudo calamitatum, atq; detrimentorum paſsio appellari ſolet. Hi enim ſunt intellectus, quibus intelligitur paſsio. Quorum intellectuum ſecundus ſolus eſt prædicamentum. Primus vero de ſpeciebus qualitatis.

Additur hunc modo exultationum magnitudo: ſæpius.n. magnum gaudium. Paſsio eſt, quia paſsionem cōfert, vt colligitur ex D. Tho.

CAP. XXII.

PRiuatio dicitur uno modo, ſi quippiam non habeat aliquid eorum, quæ apta ſunt, ut habeatur, & ſi ipſum non eſt aptum ad illud habendum. quo pacto planta dicitur oculis eſſe priuata. TEX. 27.

Nunc de multiplici acceptione priuationis loquēs, inquit {Priuatio dicitur vno modo, ſi quippiam} videlicet paries, vel planta {nō habeat aliquid eorum} quæ ex parte ſui {vt habeantur ſunt apta, & ſi ipſum}, .ſ. paries, vel planta {non eſt aptum ad illud habēdum, quo pacto planta dicitur oculis eſſe priuata} nam ex parte plantæ ineptitudo eſt, vt habeat: ex parte vero oculorum aptitudo eſt, vt habeantur. Oculi.n. apti ſunt haberi, ſed non à planta, quæ dicitur oculis priuari: qua rōne fit, vt hic modus ſumatur quo aptitudo conſideratur non ex parte ſubiecti videlicet plantæ, vel parietis, ſed ex parte rei, qua paries, vel planta dicitur priuari. vnde Auerroes priuatio dicitur multis modis. Dicitur.n. quando aliquid caruerit aliquo, in cuius natura eſt, vt ſit in aliquo, non tñ in illo, neq; in ſuo genere. *Qua Auer. cōm. 27.*

Alio modo ſi aptum ſit ad habendum aut ipſum, aut genus, & non habeat. nam alio modo cæcus homo priuatus eſt uiſu, ac talpa: hæc enim genere, ille per ſe uiſu caret.

Aſsignat ſm̄ modum, quem accipit, conſiderata aptitudine ex parte ſubiecti, & dicit {Alio modo} ſubaudi dicitur priuatio {ſi} ſubiectum {ſit aptum ad habendum, aut ipſum, aut genus} eius {& non habeat} Cuius exemplum affert, & dicit {nam alio modo cæcus homo priuatus eſt viſu, ac talpa. Hæc.n.}, .ſ. talpa {genere}, .ſ. viſum habere eſt apta, non ꝙ ipſa viſum habere ſit apta, ſed quia genus, in quo habetur, animal videlicet pedeſtre quadrupes {ille}, .ſ. {homo per ſe viſu caret} cum ipſe ſit idoneus habere.

Multa.n. repugnant alicui rōne, ſpeciei q̄ non repugnāt ratione generis. ut habere alas non repugnat homini ratione animalis, ſed hoīs.

Præterea ſi aptum ſit ad habendum, atq; non habeat, quādo eſt aptum, ut habeat. cæcitas enim priuatio quædam eſt, at cæcus non eſt omni ætate, ſed ea, in qua eſt aptus ad uiſum habendum, atq; non habet. ſimiliter & ſi in eo in quo, & quo, & ad quod, & quemadmodum aptum ſit ad habendum, & non habeat.

Aſsignat tertium modum, qui accipitur non ex parte ſubiecti tm̄, ſed ex parte cæterarum circunſtantiarum, & dicit {Prętęrea ſi aptum ſit ad hn̄dum, atq; non habeat, qn̄ eſt aptum, vt habeat} dicitur priuatio tertio modo. & aſsignat rōnem, & dicit {Cæcitas.n. priuatio quędam eſt, at cæcus non dicitur oī ætate, ſed ea, in qua eſt aptus ad viſum habendum, atq; non habet} verbi gratia, vt Auer. inquit, catulus nō dicitur cæcus, qn̄ naſcitur, licet non videat tunc, ſed cum catulus caret viſu poſt hoc tempus, dicetur cæcus, qm̄ per id tempus eſt aptus videre. aſsignat quartum modum ex parte loci, & dicit {ſimiliter} dicitur aliquid priuatum {& ſi in eo}, .ſ. loco {in quo} eſt. .ſ. aptum habere, & non habeat. Non.n. nox dicitur priuatio luminis reſpectu cuiuſcunq; loci, qm̄ non reſpectu centri, ſed reſpectu eius loci, in quo lumē eſt aptum fieri. Non.n. centrum dicitur priuatum lumine, qm̄ locus eſt, in quo non eſt aptū fieri lumē. deinde aſsignat quintū modū ex parte mēbri, & dicit {quo} .i. & ea parte, quaeſt aptū haberi. Quo.n. partē ſignificat. nā ſi qua pte aliquis aptus eſt hēre, hac nō habeat, priuatus eſſe dr̄. Neq;.n. viſu priuatus is eſt, ſi qs auribus nō videat, ſed oculis. deinde aſſi- *Qua Auer. com. 27.*

gnat ſextum modũ ex parte obiecti,& dicit{& ad qđ} .i. ſi quod viſus videre aptus eſt, id non videat. non.n. cæcus eſt,qui vocem non videt, ſed qui non videt colorem.deinde aſsignat ſeptimum modum ex parte modi,& dicit{& queádmodum aptum ſit ad habendum, & non habeat}ſignificat cæcum,& priuatum eſſe, qui vt videre eſt aptus,non videt.Nemo.n.cæcum appellabit hominem, qui illa, quæ ſunt ei à tergo non cernat, aut quæ longiſsimo interuallo abſunt. ait etiam Alex. ꝙ,ſi{in quo} adiectum fuerit, ſignificabit per quod. neq;.n. cæcus is dicitur, qui noctu non cernit, ſed qui in luce.Siquis aũt vult,poterit ex omnibus his circunſtantijs conficere tertium modum, quo dicitur priuatio proprijſsime,vt Expoſitor facere videtur.

Præterea ui cuiuſq; ablatio priuatio dicitur.

Aſsignat vltimum modum,& dicit{Præterea ablatio cuiuſq; vi}facta {priuatio dicitur} exempli cauſa, Plato quia priuatus dicitur,quo eſt ab aliquo per vim expoliatus.& bonis ſuis priuatus,qui vi allata ei à tyrãno eſt deiectus. vnde Auer. & etiam dicitur priuatum
Quæ Auer. com. 27. omne,quod caret aliquo,non tantum naturaliter,ſed violenter. Verbi gratia, quando lapis violẽter non mouetur ad inferius: carentia igitur huius motus, quæ fit per vim,priuatio dicitur.

A. In. *Atq; quot modis eæ negationes dicuntur,quæ ab hac particula A emergunt, tot modis & priuationes ipſæ dicuntur.*

Nunc aſsignat modos priuationis ex parte negationis,ꝗ deſignatur per A in dictionibus græcis, per IN vero in dictionibus latinis, & dicit{Atq; quot modis eæ negationes dicuntur,quæ}. ſ. in græcis dictionibus {ab hac particula A, emergunt} in latinis vero ab hac particula,in{tot modis & priuationes ipſæ dicũtur}negationes ab A,aut ab In, emergentes vocat deſtructiones priuatiuas. Negatio.n. proprie per particulam nõ, vel huic æquiualentem enunciatur. quot igitur modis deſtructiones, ac negationes per A, vel In de aliquibus dicuntur,totidem priuationes dici ait. negatio.n. per A, vel In, priuationem ſignificat.

Inæquale enim quippiam ideo dicitur, quia ad habendum æqualitatem eſt aptum,atq; non habet.Et inuiſibile,quia omnino colorem non habet,& quia praue.& impeditum et quia non habet omnino pedes,& quia praue. præterea etiam quia parum habet,ut in nucleoſum quod quidam modo habere.præterea quia non facile,aut quia non bene, ut inſectile,non ſolũ, quia non ſecatur,ſed etiam quia non facile,aut quia non bene.

Nunc affert exempla.per quę differentiam taliũ declarat,& vult,& ꝙ hæc particula In, vel A, vno modo dicitur de aliquo, qđ nõ habet,ſed eſt aptũ habere, vt ἄνισον. i. inæquale.inæquale.n.dicitur, quod æqualitatẽ nõ habet, ſed eſt aptũ habere, & dicit ἄνισον{.n.}.i. {Inæquale quippiam ideo dicitur, quia ad habendum æqualitatẽ eſt aptum, atq; non habet}deinde aſsignat alium modum,aſſerens A,vel In,dici ex eo quia omnino ſubiectum non habet,ſed etiam,quia praue habet. & dicit{&} ἀόρατον. i.{inuiſibile, quia omnino colorẽ non habet}& ita quia eſt omnino inuiſibile{& quia praue viſibile} particula.n. illa A, in dictione ἀόρατον & In, illa dictione inuiſibile, dicit & quia nullo modo videri poteſt,& quia praue videtur, vt cum vocem inuiſibilem eſſe dicimus,quo in loco A, vel In,priuationem videtur ſignificare, quæ impoſsibile eſſe indicat {&} ἄπουν.i.impeditum,vel depes aut expes priuationem ſignificat eodem modo &{quia non habet omnino pedes}vt ſerpens {& quia praue} inepteq; pedes habet.vt vitulus marinus. deinde affert tertium modum aſſerens A, vel In,vel particulas id genus ſignificare priuationem,qua ſubiectum dicitur parum habere, & dicit{præterea etiam}particula A,vel In,vel aliqua id genus priuationem ſignificat ex eo{quia parũ habet} vt ἀπύρηνον .i. in nucleoſum, quia nucleum exiguũ habet, ideo ſubdit{quod quidem eſt praue quodãmodo habere}nam qđ inepte habet, praue habet,,& quia praue habet,parum habet.deinde affert quartum modum aſſerens A, vel In, vel tale id genus quarto modo ſignificare priuationem,quia dicimus non facile & non bene, & dicit{præterea} A, vel In,vel id genus priuationem,quarto modo ſignificat{quia non facile, aut quia non bene,vt} ἄτμητον .i.{inſectile non ſolum}ſignificat {quia non ſecatur, ſed etiam quia non facile, aut quia nõ bene}vt adamas.priuationes igitur per In,vel A vel ꝑ aliquid id genus,aut de ijs dicũtur,quæ aliquid habere ſunt apta & non habent.aut de ijs,quæ aut habere nequeunt, aut praue,aut de ijs, quæ parum quid habent,aut de ijs,quæ nõ facile,vel non recte poſſunt. Aduerte Argyropylum hæc exempla,quę ipſe poſuit, non eſſe ea,quæ Ariſt.n.græca dictione ſcripſit,ſed ipſe ex proprio ingenio exempla finxit. inſuper particulam A, in græco aduerte,quia priuationem ſignificat, ſicut apud nos,In, ſiue, In, ex, extra, de. nam dicimus impeditum, epes, & expes, hoc eſt non habens pedes, vel habens,ſed inepte.aliam depes legitur.

Præterea priuatum aliquo quippiam ideo dicitur, quia penitus illo caret, cæcus enim dicitur, non qui eſt luſcus, ſed qui neutro in oculo uiſum habet.. Iccirco non omnis homo bonus eſt, aut malus,iuſtus,aut iniuſtus,ſed & id,quod inter hæc medium collocatur.

Ijs priuationibus,quas explicauit, adiungit vltimũ intellectum priuationis,cum. ſ.aliquid non partim habet,partim ſecus,ſed prorſus non habet.vt cęcus dicitur,qui vtroq; orbatus eſt oculo, non qui altero:& ſurdus,qui vtraq; aure ſurdus eſt, non qui altera, & dicit {Præterea priuatum aliquo quippiam ideo dicitur}vltimo intellectu{quia penitus illo caret}& affert exemplũ,& dicit{cæcus.n.dicitur,non qui eſt luſcus,ſed qui neutro in oculo viſum habet} qua ratione fit, vt qui prorſus aliquid non habent,hos illud non habere dicamus,& qui penitus habent, habere. Tunc ex ijs infert corollarium contra ſtoicos, & dicit{iccirco non omnis homo bonus eſt,aut malus,iuſtus,aut iniuſtus}malus.n.is eſſe videt,qui prorſus virtute priuatus eſt, iniuſtus,qui omnino iuſtitia.bonus autẽ & iuſtus, qui hæc ex omni parte habet.Vt igitur inter eum, qui ſimpliciter videt,& cæcũ ſimpliciter,medius eſt luſcus, ſic inter bonum, & malum, iuſtum & iniuſtum ij medium tenebunt, qui nondum omnino probis moribus præditi, nec optimos omnes virtutum habitus nacti ſunt, habent tamen ſimulachra virtutis, & rectas mentes ꝓ ſe ferunt, quibuſdamq; officijs quaſi boni viri funguntur, & plerunq; viros probos conſilijs ineundis imitantur.Auer.autem inquit, & ideo priuatio & habitus nõ Quæ Auer. com. 27.
diuidunt verum, & falſum in omnibus rebus. nõ.n.de qualibet re vera eſt priuatio, aut eius oppoſitus habitus.vt Decimo huius dilucidabitur, falſa. n. ſunt in ſimul in medijs. Com. 16.
verbi gratia, qm̃ non omnis hõ eſt aut malus aut bonus.homo enim inciuilis,qui in ſolitudine viuit,

nẽ viuit,neq; bonus,neq; malus,neq; iuſtus, neq; iniuſtus,& tu intellige de bonitate.& malitia morali & ſubdit, & quaſi intẽdebat declarare cauſam in hoc, quod priuatio & habitus diuidunt verũ & falſum in ſubiecto
Cõ. 24. proprio.verbi gratia ꝙ iuſtitia, & iniuſtitia diuidãt verũ,& falſum in homine ciuili.vt Tertio Phyſicæ auſcul Cõm.106.
Cõm. 129. tationis,& Quarto eiuſdem,& primo de Cœlo, & Decimo huius aperte tradit.verum de re hac ſuo loco. Cõm.16.

TEX.28. *Habere multipliciter dicitur.uno modo dicitur ducere ſuapte natura,aut ſuapte motu,ac appetitu. iccirco febris hominẽ,tyrannum ciuitates,induti ueſtimentum habere dicuntur.*

Nunc diſtinguit ipſum habere, vt primo modo habere ſit ducere aut pro ſua natura,aut pro ſuo arbitrio & dicit{habere multipliciter dicitur,vno modo dr̃ ducere ſuapte natura},i.pro ſua natura{aut ſuapte motu, aut appetitu},i.aut pro arbitrio.& affert exemplum,& primo de eo, quod ducit pro ſua natura,& dicit{iccirco febris}hominẽ habere dr̃,qm̃ ſua natura febris,quos habet, ducit, quippe quos ſic afficit, vt naturam ſua recipiant,ac febricitent{Tyranni ciuitates habere dicuntur}qm̃ ſuo appetitu quos habent ſubiectos,& ciuitates tractant, ipſos enim quocunq; libuerint, ducunt trahuntúe, & pro ſua libidine ſibi ſeruire cogunt{induti veſtimentum habere dicuntur} quia cum volumus,
Quæ Auer. cõm.28. vtimur,vnde Auer.inquit, & hoc habere ſignificat poſſeſsionem.nam qui poſsidet, habet aut pro ſua natura aut pro ſuo arbitrio id omne,quod poſsidet.

Alio modo id,in quo quippiam eſt,tanq̃ in ſuſceptiuo.ut æs ſtatuæ formam,corpus ægritudinem habet.

Aſsignat ſecundum intellectum, quo intelligimus vnam rem habere aliam, aſſerens ſecundo modo dici ꝓ ſuſcipere & dicit{Alio modo}dr̃{id}habere{in quo quippiam eſt tanq̃ in ſuſceptiuo} & ſic habere idẽ eſt, quod ſuſcipere.& ſubdit exempla,& dicit{vt æs ſtatuę formam habet,corpus ægritudinẽ}qm̃ æs ſuſcipit formam ſtatuæ,& corpus ſuſcipit morbum. & ad ſummã materia ad hunc modum formam habere dicitur. vn-
Quæ Auer. cõm.28. de & Auer.id quod hoc pacto habet,recipiẽs appellat.

Alio modo ut id, quod continet, ea, quæ continentur.id.n. quod in quopiam continetur, haberi ab illo dicitur: hoc pacto uas aquam, urbem homines nauem nautas habere dicere conſueuimus.totum etiam habere partes hoc modo dicitur.

Aſsignat tertium modum aſſerens tertio intellectu habere accipi pro continere,& dicit{Alio modo}dicitur & tertio habere{vt id quod continet ea, quæ continentur} deinde hoc probat per conuerſionem paſsiui ad actiuum,vt eſt locus topicus,& dicit{id. n. quod in quopiam continentur haberi ab illo dicitur} igitur cõtinere eſt habere.locus vt diximus, eſt topicus à paſsiuo ad actiuum,deinde aſsignat exempla, & dicit{hoc pacto vas aquam}& vaſa humores incluſos in ipſis habere dicuntur{vrbem homines}.i.ciues{nauem nautas}.i.vectores{habere dicere conſueuimus. totum ẽt
Quæ Auer. cõm.28. habere partes hoc modo dicitur}Auer.corrigendo dictionem,quã corruptam habebat, addit ad hunc modum locus habet locatum, & ſic eſt in prædicamento vbi,& vniuerſaliter reſpectus in hoc prędicamento eſt conuerſus illi,qui eſt in prædicamento habitus.

Id præterea,quod prohibet quippiam ſuopte nutu moueri, ac agere, habere hoc ipſum dicitur. Sic & columnæ dicuntur ea habere pondera,quæ ſuper ipſa ſunt poſita. ſic & à poetis Atlas cœlum habere dicitur,quod ni eſſet,rueret,ut inquiunt, atq; in terram cœlum caderet:ut & quidam aſſerunt naturales.Hoc quidam modo & continens habere dicitur ea,quæ continet. quia ui eſſet id, ſuopte nutu quæq; ſeparata, diſsipataq; eſſent.

Aſsignat quartum modum,aſſerens quartum modũ quo intelligitur aliquid habere aliud,eſſe,quo illud ꝓhibere dicitur à ſuopte motu,atq; à ſuopte agere,& ſic habere idem eſt quod prohibere à naturali motu.vnde dicit{Id præterea, quod prohibet quippiam ſuopte nutu}.i.ſuapte natura{moueri,ac agere,habet̃ hoc ipſum dicitur}& affert exemplum,& dicit{ſic & columnæ dicuntur ea habere pondera, quæ ſuper ipſa ſunt poſita} quia ſuſtinẽt ipſa, & ipſorũ deſcenſui naturali obſtant. Deinde aſsignat aliud exemplũ,& dicit{ſic & à poetis Atlas cœlũ hr̃e dicitur, quod ni eſſet,rueret,vt inquiũt, atq; in terram cœlum caderet}ne ruat ingentem Atlas ſuſtentat olympum. quaſi cœlũ niſi ab Atlante teneatur,fulciaturq́;, in terram ſit ſuapte natura ruiturũ{vt & quidam aſſerunt naturales}qui mundum per vertiginem conſiſtere,& ne cadat prohiberi tradũt. hi enim ſunt,qui mundum haberi à vertigine dixerunt,inquantum vertigo prohibet cœlum cadere.differt autem hic modus à primo,vt Alex.innuit, qm̃ ſecundũ primã acceptionem habens cauſa erat violẽti motus, quatenus cogebat id, quod habetur,moueri ꝓ ſuo arbitrio, vel pro ſua natura.Tyrannus.n. ciuitatem habere intelligitur,quia ſuo motui parere cogit.ſecundum vero hunc cauſa eſt violentæ quietis. quatenus prohibet ea, quæ habet moueri pro ſuo nutu. Reducit tamen ad præſentem modũ tertiam acceptionem,& dicit{hoc quidem modo & continens habere dicitur ea,q̃ continet, quia ni eſſẽt id}. ſ.continens{ſuopte nutu quæq; ſeparata, diſcipataq; eſſent}lagæna enim, quæ continet aquam, prohibet partes ſeparari,diſsipariq́;. De Atlantis fabula,deq; eius interpretatione non eſt præſentis loci diſſerere,potiſsimum cum hoc induxerit pro exemplo,cuius non quæritur veritas. *Ex eius forte ſubtili motuũ cæleſtium indagatione, Fabulabãtur hæc de illo poetæ vt d.Tho.*

In aliquo etiam eſſe ſimilibus dicitur modis,ipſumq́; comitatur habere.

Nunc aſsignat notiones, quibus aliquid intelligitur eſſe in alio, aſſerens in aliquo eſſe ſimiliter dici,atq; habere,& dicit{In aliquo etiam eſſe ſimilibus dicitur modis, ipſumq; habere comitatur}nam dicitur tot modis quot habere.quod exponens Alexan.ait, quia in ſingulis rationibus habendi ſemper habitum erit in ipſo habente. Quod enim ad alterius naturam, nutúq; ducitur, vt primo modo diximus, id ab illo haberi dicitur, vt ciuitas habetur à Tyranno, ac proinde in ipſo eſt.Et quod eſt in aliquo,vt in ſui receptaculo,vt ſecũdo modo habere dicitur,id ab illo habetur,& in illo eſt. forma enim habetur à materia, aut materia formam habet,& forma eſt in materia. contenta etiam à continentibus habentur,nam vt tertio modo diximus, quæ habentur à vaſe,hęc in vaſe ſunt.& quod ſua natura ſuoq; nutu moueri prohibetur(vt quarto modo dictum eſt) hoc habetur à prohibente,& in ipſo prohibente eſt,nõ tamen ſic intelligas ꝙ eſſe in aliquo tot modis dicatur quot dicitur ipſum habere,& non pluribus,q̃ ipſum habere. qm̃ vt.4. phyſicæ auſcultationis eſt expoſitum, Cõm. 23. octo modis intelligi poteſt aliquid eſſe in aliquo, licet Expoſitor enitatur eos omnes reducere ad hos quod vtrum effecerit,quęrendum eſt ab eo.

CAP. XXIIII. De ex aliquo

TEX.29. *EX aliquo eſſe, uno quidē modo dicitur ex eo, ex quo eſt, ut ex materia, idq́; dupliciter, aut ipſo primo genere: aut ultima ſpecie ut ſunt quidem quaſi cuncta liquabilia ex aqua ſtatua uero ex ære.*

Nunc partitur intellectus eius, quod dicitur ex aliquo eſſe & dicit{Ex aliquo eſſe, vno quidem modo dicitur ex eo, ex quo} aliquid{eſt, vt ex materia} hoc eſt, vt ipſum ex dicit habitudinem cauſæ materialis. Quod ſubdiuidens inquit{idq́; dupliciter, aut ipſo primo genere}, i. aut ex materia, quæ eſt ſm ipſum primum genus, vtputa ex materia cōmuni ad omnia ſubiecta{aut vltima ſpecie}, i. aut ex materia, quæ eſt ſm vltimā ſpe-
Qua Auer. Com.29. ciem, qualis eſt ſubiectum proximum. Auer. aūt, vidēs, q̄ primū genus poteſt intelligi tam communis materia ad omnes materias, q̄ proxima, quæ non eſt niſi vnius tantum formæ, nō curat exponere quouis dicat modo. Alex. autem per primum genus videtur intelligere ꝓximam materiam, & quouis modo intelligat, aſsignat exempla & dicit {vt ſunt quidē quaſi cuncta liquabilia ex aqua} tanq̄ ex vltima materia, quæ communis eſt omnibus talibus{ſtatua vero ex ære}tanq̄ ex prima materia proximaq́;.

Alio modo, ut ex principio, quod primum mouit. ueluti ex quo orta eſt pugna, ex contumelia, ex eo, quia hæc principium fuit pugnæ.

Nunc aſsignat ſecundū intellectum, & dicit{Alio modo}ſubaudi ex aliquo dr̄ fieri aliquid {vt ex principio, quod primū mouit} ideſt vt ex primo motore. & affert exemplum, & dicit{veluti} ſi quæratur{ ex quo orta eſt pugna}bene reſpondetur, ſi dicatur{ex contumelia, ex eo, quia hæc principium fuit pugnæ}bene. n. dicitur ex raptu Helenæ ortum eſt bellum Troianum q̄m raptus primum mouit ad vltionem, Quærit Alexā. num omni efficienti cauſæ conueniat hoc quod dicitur fieri ex aliquo: an ei ſolum, quæ ſic eſt cauſa, vt contumelia certaminis. i. ſoli ei, quod primum mouit, neque. n. ſtatua ex ſtatuario dici videt̄. eſt igitur prima ſolutio, q̄ ex aliquo fieri non vtimur niſi in efficiente, qd̄ primum mouit. vel aliter ſoluit in his omnibus rationem eandem eſſe. nam ex hoc eſt ſtatua, ex quo principium habet exiſtendi. quamobrem principium effectiuum ex aliquo nuncupari poteſt.

Carmen. ἔπος. *Alio modo ex compoſito ex materia & forma. ſicut ex toto ſunt partes, & ex Iliade carmen, atq; ex domo lateres, atq; ſaxa. nam forma quidem eſt finis, perfectum autem, quod finem habet.*

Hic aſsignat tertium modum, & dicit{ Alio modo} ſubaudi ex aliquo intelligitur vt pars {ex compoſito ex materia, & forma, ſicut ex toto ſunt partes} manus enim ex compoſito eſt, ex corpore. ſ. q̄m ipſius eſt pars ad hunc quoq; modum{& ex Iliade} ἔπος, ideſt{carmen}epicum. q̄m Ilias Homeri ex carminibus conſtat, quorum quodq; eſt ex Iliade, vt pars ex toto. Ilias. n. q̄ eſt Homeri poema, totum quoddam eſt. & cū dixiſſet {ſicut ex toto ſunt partes}ſubdit exemplū{atq; ex domo lateres, atq; ſaxa}& aſsignans rationem dicit {nam forma quidem eſt finis, perfectū aūt, quod finē habet} igitur perfectum eſt, quod habet formā. Syllogiſmus eſt in tertia figura. ex hoc ſyllogiſmo. Vlterius. omne habens formā eſt totum, perfectum habet formā: igitur perfectum eſt totum. vlterius, omne totū eſt conſiſtēs ex materia & forma. perfectum eſt totum. igitur perfectū eſt cōſiſtens ex materia, & forma. ſed domus. quid perfectum, igitur cōſiſtit ex materia, & forma. vltra ex omni conſtituto ex materia, & forma partes fiunt: domus conſtat ex materia & forma: igitur ex domo fiūt partes. Recte ergo dictum eſt ex domo lateres, atq; ſaxa fieri. nā lateres, & ſaxa ſunt partes domus. ſic. n. Alexan. reſoluit dictionem ad artē prioriſticā. cum Ariſto. non poſuerit niſi primum ſyllogiſmum.

Alio modo, ut ex parte eſt ipſa ſpecies. uelut homo ex bipede, & ſyllaba ex elemento. Alio. n modo hæc ſunt ex illis, & alio modo ſtatua ex ære. compoſita. n. ſubſtantia ex ſenſibili materia eſt ſed ipſa etiam ſpeciei ex materia ſpeciei conſtat. Quædam igitur hoc modo dicuntur.

Quartum modum aſsignat aſſerens aliquid fieri ex aliquo, vt ex parte formam, & dicit {Alio modo} dicitur aliquid fieri ex aliquo { vt ex parte eſt ipſa ſpecies} quo in loco per ſpeciem appellat totum, & perfectum, ſpeciem dicens definitionem, ac totum quiditatem, nō totum compoſitum, quod ex materia eſt, vt teſtatur, videlicet ipſum compoſitum indiuiduum. Et hoc ꝑ exēpla exponēs inquit, {velut homo}, i. velut definitio hominis, quæ ſpeciem, ac formā ſignificat {ex bipede}, ſ. eſſe dicitur, q̄m bipes in ea, quaſi pars continetur, cum ſit differentia{& ſyllaba ex elemento}quia conſtat ex elementis, cum ſyllabæ ratio compoſitionem elementorū cōplectatur. & quia hic intellectus oppoſitus eſt aliquo modo intellectui proximo ſuperiori. Illis enim pars ex toto dicebatur, vt lapides ex domo, hic autem totum ex parte, ideo inquit {alio. n. modo}, i. ſed alio modo, dixit enim {alio enim modo} pro, ſed alio modo, vt Alex. expoſuit, & recte{hæc}, ſ. partes {ſunt ex illis}. ſ. totis{& alio modo ſtatua ex ære}accepit. n. compoſitum artificiarium pro compoſito naturali, & ideo ſubdit differentiam inter compoſitum indiuiduum, & definitionem & dicit{compoſita. n. ſubſtantia} vt indiuiduum compoſitum ſubſtantiale {ex ſenſibili materia eſt}quæ pars eſt eius. vocat autem ſenſibilem materiā indiuiduam materiam{ſed ipſa etiam ſpecies}, i. ſed ipſa definitio{ex materia ſpeciei cōſtat}. i. ex genere, quæ materia ſpeciei eſt, & ex differētia. genus. n. dicitur materia ſpeciei ideſt definitionis, differentia forma eſt definitionis, vel ſaltem loco formæ. Tunc epilogat, & dicit, quædam igitur hoc modo dicuntur ſcilicet fieri ex aliquo, & quidem proprie.

Quædam autem, ſi horum modorum aliquis ſit per partē, ut eſt ex patre, ac matre proles, & ex terra plātæ quoniam ſunt ex aliqua parte ipſorum.

Addit quintum modum, quo aliquid fit ex aliquo aſſerens aliquid fieri ex aliquo, cum non fit ex vniuerſa materia, ſed ex parte materiæ eius, ex qua fit, vel non ex tota forma. i. ex vniuerſa definitione, ſed ex parte formæ, ex qua fit, & dicit{Quædam autem}ſubaudi fiunt ex aliquo{ſi horum modorum} qui dicti ſunt { aliquis ſit per partē } modi, qui dicti ſunt, ex aliquo ſunt vt ex materia, & eſſe ex aliquo, vt ex forma. i. toto. cum igitur aliquid fit ex materia, & non tota, vel ex forma, & non tota, ſed ex parte materiæ, vel ex parte formæ, dicitur fieri ex aliquo quinto modo. Aſsignat exēplum, & dicit{vt eſt ex patre, ac matre proles, & ex terra plantæ, q̄m ſunt ex aliqua parte ipſorum}ſtirpes. n. ex terra

quaſi

quaſi ex materia iccirco eſſe dicũtur,qm̃ alũtur,naſcũturq́; ex terra, non ſic tamen vt ex omni terra, ſed vt ex parte ipſius. ſtatuã vero ex ære eſſe dicebamus, qm̃ æs omne, quod ſumitur, quaſi materia ſtatuæ ſubijcitur ei. neq; æs iccirco dicitur ſtatuæ materia, qm̃ æris pars ſtatuæ ſubijcitur, ſed quia ipſum totum æs, quod eſt quaſi materia ſtatuæ, ſubijcitur ei. Rurſus filius ex patre & matre, ex illo, vt ex efficiente, ex hac, vt ex materia, ſed vtriuſq; ex aliqua parte. nam ſemen pars eſt patris, & ipſum, & id vnde ſegregatur, matris vero pars eſt, tum ſeminis receptaculum, tum menſes, qui materia ſunt fetui: igitur filius fit non ex vniuerſa materia, ſed ex parte materiæ ſicut planta non ex vniuerſa terra (non enim ex omni terra fit planta) ſed ex parte terræ.

Alio modo id, poſt quod tempore fit, ut ex die nox eſt, & ex tranquillitate tempeſtas. quoniam hoc fit poſt illud. uerum horum alia ideo ſic dicuntur, quia mutationem inter ſeſe mutuã habent, ut ea quoq;, quæ modo ſunt dicta. alia quo tempore ſint ſolum deinceps, ut ex æquinoctio nauigatio, & ex Saturnalibus Bachanalia. propterea quod poſt æquinoctiũ illa, hæc poſt Saturnalia fiunt.

Aſsignat vltimum modum, & dicit {Alio modo id} ſubaudi ex aliquo dicitur {poſt quod tempore fit}. i. vt ipſum ex, dicit ordinẽ temporis. quod.n. poſt aliquid fit ſm tempus, id ex illo fieri dicitur, & affert exempla, & dicit {vt ex die nox eſt} qm̃ poſt diem {& ex tranquillitate tempeſtas} quia poſt tranquillitatẽ. deinde ſubdiuidit hæc, & dicit {verum horum}. ſ. quæ dicuntur fieri ex alio aliud {alia ideo ſic dicũtur, quia mutationẽ inter ſeſe mutuã habent, vt ea quoq; quæ modo ſunt dicta} nox.n. in diem, dies vicisſim in noctem mutatur. tranquillitas in tempeſtatem & è conuerſo, nam mutationes ex contrarijs fiunt. hæc aũt contraria ſunt {alia quod tempore ſint ſolum deinceps, vt ex æquinoctio nauigatio, & ex ſaturnalibus bachanalia. propterea quod poſt æquinoctium illa}. ſ. nauigatio fit {hæc}. ſ. bachanalia {poſt ſaturnalia fiunt} neq;.n. ęquinoctium in nauigationem tranſit. nec Saturnalia in Bachanalia, neq; Apollinaria tranſeunt in Olympia.

C. A P. X X V.

TEX.30. *P Ars uno modo dicitur id, in quod ipſum quantum diuiditur quocunq; modo. id.n. quod à quanto, ut quantum eſt, aufertur, ſemper illius pars dicitur, ueluti duo pars quodam modo trium dicuntur.*

Nunc diſtinguit intellectus partis, & dicit {Pars vno modo dicitur id, in quod ipſum quantũ diuiditur quocunq; modo}, i. ſiue illud metiatur, ſiue nõ. deinde aſsignat rationem, & dicit {id enim, quod à quanto, vt quãtum eſt, aufertur, ſemper illius pars dicitur, veluti duo pars quodam modo trium dicuntur} & ita vno modo accipitur pars pro quanto minore, ſiue illud minus metiatur maius, ſiue non. & dixit {vt quãtum eſt} qm̃ qualitas aliqua poteſt à quanto ſeiungi, exempli gratia color, albedo, vel dulcedo. At hę non ſunt illius partes.

Alio modo quanti pars id ſolum dicitur, quod ipſum ſolum menſurat. quapropter duo tum pars, tum non pars trium dici poſſunt.

Aſsignat ſecundum modum, & dicit {Alio modo quanti pars id ſolum dicitur} ſubaudi, quod eſt minus, & {quod ipſum} quantum maius {ſolũ menſurat} Vnde & pars hoc pacto à mathematicis dicitur aliquota, quia aliquoties ſumpta reddit ſuum totum vt duo partem eſſe dicimus ipſorũ quatuor, & ipſorum ſex, & omnino parium numerorũ, quia duo numeros ipſos metiuntur {quapropter duo tum pars, tum non pars triũ dici poſſunt} pars quidem inaliquota, non pars autem aliquota.

Præterea in quæ ſpecies animalis diuiditur ſine quantitate. hæ quoq; partes huius dicuntur: iccirco ſpecies partes generis inquiunt eſſe.

Aſsignat tertiũ modum, & dicit {Præterea in q̃ ſpecies}, i. definitio {animalis diuiditur ſine quãtitate, hæ quoq; partes huius dicuntur} in dictione Alex. non legitur verbum animalis, & ideo Alex. ait ſpeciem appellaſſe definitionem, partes vero quæ ab ipſa ſpecie, & ratione continentur paulo ante partes, & materiam ſpeciei vocabat. dixit autem {ſine quantitate} qm̃ diuiſio ſpeciei ſecundum rationem abſq; quantitate fit. partitio vero in ſpecierum indiuidua cum quantitate eſt. Contra hanc expoſitionem obijcit Alexand. qm̃ ſi ad hunc modum intelligatur, tunc non ſpecies generis pars erit, vt ſubdit, Sed contra genus ſpeciei, quippe qui definitionis ſit pars, vt ipſe paulo poſt declarabit. Propterea melius exponens ait ſpeciem animalis acceptam eſſe pro genere animalis, & tunc dicit {Præterea in quæ ſpecies animalis}. i. genus animalis {diuiditur ſine quantitate, hę partes quoq; huius}, ſ. generis dicuntur, iccirco ſpecies partes generis inquiũt eſſe} & cum dixit {ſine quantitate} dedit intelligere partitionẽ vt generis fieri. animal enim poteſt diuidi, vt quãtum, vt cum in partes ſecatur caput, pectus, & cætera id genus, poteſt ẽt non, vt corpus & quãtum, ſed vt genus diuidi, q̃ partitio per differẽtias facta in ſpecies ſecat.

Inſuper ea, in quæ diuiditur quippiam aut ex quibus componitur totum, aut ſpecies, aut id quod ſpeciem habet. ſphæræ æneæ, aut teſſeræ æneæ æs quoq; ipſum pars eſt, hoc autem ex materia, in qua ſpecies ſuſcipitur, & angulus etiam pars eſt.

Aſsignat quartum modum, & dicit {Inſuper} partes {ea} dicuntur {in quæ diuiditur quippiam}, i. aliquod totum, vt puta {aut} ea dicuntur partes {ex quibus componitur totum} quale eſt corpus totũ, quod in partes diuiditur, quæ totum corpus conſtituunt {aut ſpecies} ideſt aut ea dicuntur partes, ex quibus cõponitur {ſpecies}, i. forma, qualis verbi gratia eſt anima ipſa, cuius partes ſunt potentiæ, in quas ipſa diuiditur {aut id, qđ ſpeciem habet}, i. aut ea partes dicuntur, ex quibus cõponitur ſpeciem habens, i. totũ compoſitum. deinde affert exempla partium, quæ ſunt eius, quod formã habet, & dicit {vt ſphæræ ęneæ, aut teſſerę ænee æs quoq; ipſum pars eſt, hoc autem eſt materia, in qua ſpecies}, i. forma {ſuſcipitur, & angulus etiam pars eſt}. ſ. illius cõpoſiti, quod eſt triangulus. vel ſic, vt Alex, æs materia eſt ſphæræ æneæ, & teſſeræ æneæ, in qua ſpecies ſuſcipitur {& angulus etiam pars eſt} ſcilicet vt forma teſſeræ æneæ, æs enim quadratum, ſi in æs, & angulum ſecetur, in materiam, & formam diuiditur. angulus enim formam ſignificat.

Præterea quæ in ratione declarante unũquodq; ſumuntur ea quoq; totius ſunt partes. iccirco genus pars etiam dicitur ſpeciei. Sed alio modo q̃ ſpecies pars generis eſt.

Vltimo aſsignat vltimum modum, & dicit {Præterea quæ in ratione declarante vnumquodq;}, i. quidi-

tatem explicãte}ea quoq; totius ſunt partes.ideo quaſi concludens inquit{iccirco genus pars etiam dr̃ ſpeciei} nam partes definitionis partes videntur definiti {ſed alio modo q̃ ſpecies pars generis eſt}ſpecies.n.generis pars eſt ſubiectiua, genus autem ſpeciei pars eſt quiditatiua. Auer.autem inquit,formæ, vt ſunt genera & differentię.differunt à ſeipſis,vt ſunt formæ tm̃, illas .n.eſſe genus,aut differentiam accidit eis, ſicuti reſpectus rationis accidit rebus,quæ intelliguntur.& ſicuti ſcd'o intellecta accidunt eis,quæ primo intelliguntur. *Quæ Auer. com.30.*

CAP. XXVI. De toto.

TEX.31. *TOtum dicitur, id à quo nulla prorſus pars ab eſt earum, ex quibus natura dicitur totum.*

Nunc adiungit intellectus, quibus intelligit̃ aliquid eſſe totum,& affert primum intellectum,& dicit {Totum dicitur id,à quo nulla pars prorſus abeſt earũ, ex quibus totum natura}conſtare{dicitur} nec etiam dicitur ſuperfluere,dicit {ex quibus natura dicitur totũ} qm̃ partes præter naturam ſunt infinitæ & ita infinitæ poſſunt deeſſe: quæ cum non ſint partes naturales, nõ deſtruunt rationem totius,ſi deſuerint.hoc pacto totũ & omne,& perfectũ idem eſt,vt in lib.de cœ.expoſuit.

Et id unum, quod continet ea etiam, quæ continentur, ut illa ſint unum quippiam.atq; id dupliciter,aut.n.ita ut unumquodq; ſit unum:aut ita,ut ex his ipſum unum emergat.nã ipſum uniuerſale,atq; id quod omnino dicitur eſſe, ut quippiam totum,hoc pacto eſt uniuerſale, quia plura continet hoc ipſo, quia prædicatur de uno quoq;. & illa omnia unum ſunt, ut unumquodq;:ueluti homo,equus,deus,quoniam animalia ſunt uniuerſa.

Aſsignat ſecundum intellectũ, & dicit{Et}dicitur totum ſecundo intellectu{id vnum,quod continet ea etiam,quæ continentur,vt illa}.ſ.contenta{ſint vnum quippiam}ergo ſecundo intellectu totum eſt id omne quod continet aliqua tali continentia,vt contenta ſint vnum quippiam. deinde ſubdiſtinguit,& dicit{atq; id dupliciter}.i.ea,quę continentur,dupliciter vnũ fiunt, aut vnum continentia vniuerſali, aut vnum continentia integrali,& hoc ſubſcribit{aut.n.ita, vt vnũquodq; ſit vnum}. i. ita vt vnumquodq; continentur ſub vno vniuerſali{aut ita, vt ex his ipſum vnum}ſcilicet integrale{emergat}& contineatur vnũquodq; in vno continentia integrali. deinde explicat quonam modo fieri poſsit,vt eorum q̃ ab ipſo continentur, vnumquodq; vnum ſit atq; idem.explicat igitur primum modum,& dicit{nã id ipſum vniuerſale, atq; id quod omnino dicitur eſſe,vt quippiam totum}Eſt.n.ſecundũ expoſitio primi{hoc pacto eſt vniuerſale}primo{quia plura continet hoc ipſo,quia prædicatur de vnoquoq;}.ſ. contẽtorum.ſecundo quia{& illa omnia vnum ſunt,vt vnũquodq;}.i.nõ continuitate, ſed quia eorũ vnũquodq; eandem rationem amittit{veluti homo,equus, deus} omnes vnum ſunt{ qm̃ animalia ſunt vniuerſa}. i. qm̃ eorum quiſq; animal eſt. animal igitur icciřco totum eſt qm̃ quæ ab eo continentur, cum inter ſe diſiuncta ſint,ac ſeparata,ſecundũ tamen ipſum vnum ſunt.cum vero dicitur{deus} deum accepit pro corpore cœleſti, alij pro dæmone, vt opinio Platonis eſt, alij per deum intelligunt hominem deificatum: vt vanitas veterum vſq; ad tempora noſtra dicere præſumpſit. Ex his igitur voluit habere,quid ſit totum vniuerſalitate.

Continuum autem.atq; finitum, cum unum quid ex pluribus conſtat,quæ maxime quidẽ potentia inſunt,ſi nõ aũt actu.

Nunc exponit aliud totum,quod continere dicitur integritate,& dicit{Continuum autem, atq; finitum} ſubaudi totum eſt{cum vnum quid}.ſ.eſt numero, & continuum,eſſe{ex pluribus conſtat}quod. n. vnum quiddam continuum eſt,& finitum ex partibus cõſtãs, id totum eſt, non quod partes rationem totius recipiãt ſed continuitate. & declarans quod proprie continuũ ſit,ſubdit{quæ maxime quidem potentia inſunt, ſi nõ autem actu} ea nãq; proprie continua ſunt, in quibus partes potẽtia inſunt. interdum etiam ſi partes actu in ipſo ſint, ita tamen vt vnum aliquid fiat ſm̃ formã, ex quadam ipſarum compoſitione, ẽt totum eſt,vt artificioſa, quæ compoſitione fiunt, quomodo domus & nauis vnum quiddam dicitur. Dixit aũt{atq; finitum} nam infinitum.vt recte Expoſi. inquit, non habet rõnem totius,ſed partis,vt.iij.phy.auſcul.dicitur.Ex his, *Cõm.66.* quæ dixit, demonſtrauit duplex eſſe totum integrale, alterum quod eſt vnum continuitate,& in tali toto partes inſunt potentia,alterum quod eſt vnum contiguitate, & in tali toto partes inſunt actu,veluti in omni artificioſo toto inſunt,vt in domo,& naui.

Horum autem ipſorum ea,quæ natura conſtant,magis talia ſunt,quam ea,quæ conficiuntur ab arte,quemadmodũ & in ipſo uno dicimus nam totalitas eſt unitas quædam.

Secundum Expoſitorem Ariſto. hic ſubdiuidit ſm̃ membrum poſtquam ipſum expoſuit.Mirum tñ eſt cũ dictio ſit comparatiua, vt Ariſto. velit hic ſubdiuidere ſcd'm membrũ.propterea Alex. legit dictionem comparatiue oſtendens ex ijs,q̃ vnitatem ad hunc modum habent propter continuitatẽ,& quia partes in ipſis potentia ſunt,ea magis tota eſſe q̃ natura conſtant,q̃ quæ arte conficiuntur,& dicit{ Horum autem ipſorum}.ſ. totorum{ea}.ſ.tota{q̃ natura conſtant,magis talia}.ſ. tota{ſunt,quam ea}.ſ.tota{quæ conficiuntur ab arte} homo enim eſt magis totus quam ſtatua, & huius rationem affert,& dicit{ quemadmodum & in ipſo vno dicimus}q.d.nam quod natura conſtat, quã quod arte magis vnum eſt,cuius rationem affert,& dicit{nam totalitas eſt vnitas quædam}quare. vt vnum, ſic item totum eſt. Siquis autem vult, poteſt ſic dictionem reſoluere,vnum natura eſt magis totum quam vnum ab arte:totum naturale eſt vnum natura: igitur totum naturale eſt magis totum quam cum artificiale. cum dixit{quemadmodum in ipſo vno dicimus}tetigit maiorẽ.cũ vero dixit{nã totalitas eſt vnitas quędã} tetigit minorem,ſed accepit abſtractũ pro concreto,vt patet.

Præterea cum quantum principium & medium, atq; finẽ habeat, quorum quidem poſitio differentiam non facit, in his uniuerſum dicitur. *Vniuerſum. πᾶν omne.*

Aſsignat quartum intellectum, quo aliquod totum dicitur vniuerſum,& ſic exponit Alexan.cum ait,deinde alium totius intellectum apponit, & ita vult Alexã. vt hic afferat quartum intellectum,quo aliquid dicitur totum.ego autem puto Ariſt. velle aſsignare differentiam quandã nominum, quæ ſignificãt quantũ finitũ, ſiue quæ ſignificant corpus finitum & dicit{ Præterea cum quantum} aliquod {habeat principium, & medium, atq; finem}. i. finitum ſit. finitum enim omne principium habet medium & finem, cum itaq; quantum fuerit finitum{quorum quidem}. i. cuius quidem

partium

partium {poſitio differentiam nõ facit} vel {quorũ}.ſ. medij principij,& finis{poſitio differentiam non facit, in his} πᾶν. i. {vniuerſum}aut omne{dicitur} Alexan. autem,vt diximus,vult φ cum Ariſt.dixerit intellectus quibus dicitur totum, nunc oſtendat quot modis totũ dicaẽ, & vult vt primo dicatur totũ πᾶν, cum videlicet eius partes per ſitum nullam efficiant d fferentiam,hu ius generis ſunt tota, quæ partibus conſtant ſimilibus, nec proprio termino ac forma figurantur, vt aqua, & aer,& id genus.verba tamen dictionis ſunt de quanto, quod principium habet, medium & finem.i.de quanto finito,vt diximus.De hoc.n. dici ait πᾶν,cũ poſitio in partibus nullã differentiã fecerit, qđ verũ eſſe putat Expoſitor apud græcam linguã,nõ aũt apud noſtram.

Totum. ὅλον

Quorum autem facit,in his dicuntur totum.

Deinde exponit, quod quantum finitum dicitur totum,aſſerens illud quantum finitum dici totum,cuius partes per ſitum differentiam efficiunt,& dicit {Quorum autem}.ſ.medij,principij,atq; finis poſitio diſcrimen{facit, in his dr} ὅλον.i. {totum } huiuſmodi ſunt, quæ partibus diſsimilaribus conſiſtunt, vt hõ & animal quodcũq;. nam ſitus partium in his diſcrimen efficit,quales item ſunt domus,& nauis. non.n. eſt domus quouis modo partes ordinentur, ſed ſecundũ determinatum ordinẽ partium ſimiliter nec homo,nec aĩal. In his.n. ὅλον dici putat,& non πᾶν, cum de vno ſolo loquimur,dicimus.n.totum animal, non omne animal.

In quibus autem utrũq; fieri poteſt, in ijs dicitur & totum, & omne.hæc autem ea ſunt, quorum natura quidem eadẽ manet in tranſpoſitione.forma autem non manet,ut cera, ac ueſtimentum.nam & totum dicitur, ac etiam uniuerſum. habet enim utrũq; At aqua,& humida quæq;,& numerus,uniuerſum quidem dicuntur. totus autem numerus,& tota aqua non dicitur,niſi traslatione.de quibus autem uniuerſum uti de uno dicitur,de his dicuntur uniuerſa,ut de diuiſis.uniuerſus hic numerus,uniuerſæ unitates.

Nunc tertio oſtendit, quod quantũ finitum dicitur vtroq; nomine videlicet totum,& omne, ſiue vniuerſum.aſſerens de iis totum & vniuerſum prædicari:quæ cum partibus ſimilaribus conſtent, formam quandam & figurã recipiunt.de his.n.dicitur,omne,ſiue vniuerſum propter ſubiectum.totum vero propter formam, quæ variantibus partibus ipſi perſiſtere contingit,cuiuſmodi eſt ſtatua ex materia vna conſtans,cera figurata,veſtimentum. nã & hoc aliqua forma figuratur, & vnumquodq; horum omne ſiue vniuerſum dr, atq; totum, vnde dicit{in quibus autem vtrũq; fieri põt}.ſ.& variatio partium ẜm ſitum.·& carentia variationis partium in ſitu{in his dicitur & totum,& omne} ſiue vniuerſum.& exponens ea,quæ ſint,inquit{hæc autem ea ſunt,quorum natura}.i.ſubiectum, & materia{ quidẽ eadem manet in ãtrſpoſitione}.ſ.partium {forma aũt} in tranſpoſitione partium{non manet}eadẽ. & ita ratione ſubiecti,quod in tranſpoſitione partium non variatur,de his dicitur omne,ſiue vniuerſum.ratione aũt formæ,quæ in tranſpoſitione partium variatur,dicitur de his totum.deinde affert exempla,& dicit{vt cera}.ſ. figurata{& veſtimentum}.i.& pannus figuratus{nam & totum dicitur}ratione formẹ{ac etiam vniuerſum} rõne materiæ{habet.n.vtrũq;}. ſ.in partibus variationem ſecundum ſitum,vtputa ratione formæ & inuariationem partium ẜm ſitum,vtputa ratione materiæ, ex qua veſtimentũ,& cera figurata eſt. ſed occurres, quia à pari de humidis diceretur totum, & vniuerſum,totũ ratione figuræ,omne.n.humidum figuram habet,vniverſum ratione materiæ, quæ eſt ſimilaris naturæ, cuius oppoſitum dixit. ſimili ratione quæſtio eſſe poteſt de numero, qui ratione materiæ dici poteſt vniuerſus, ratione formæ aũt dici poteſt totus.hanc tacitam obiectionẽ diluit,& dicit{at aqua,& humida quæq;,& numerus vniuerſum quidẽ dicuntur, totus aũt numerus, & tota aqua non dicitur, niſi tranſlatione}.i.niſi ſimilitudinarie.huius rationẽ Ariſt. ſecundo de generatione libro aſsignauit,ex eo quia humida,etſi diſsimilaria ex parte materiæ,non tamen ſunt diſsimilaria ex parte figuræ,formeúe,qm̃ figuram propriã non obtinẽt. nõ enim terminãtur terminis proprijs, ſed alienis.& ideo trãſpoſitio partium in eis,nihil variat,quod ſit ex parte eorum.dicitur autem tota aqua,& totus numerus metaphorice, inquantum ſaltem ratione continentis obtinent figuram quandam:quẹ variatur in poſitione nõ ratione ſui,ſed ratione continẽtis. Sed occurres etiam. vtrum de quo dicitur vniuerſum in numero ſingulari, de eodẽ dicantur vniuerſa in numero plurali. & diluẽs tacitum quæſitum inquit{de quibus autem vniuerſum dicitur,vti de vno}hoc eſt in numero ſingulari:de quo vnũquodq; dicitur,vt de vno{de his}. i. de partibus in numero plurali{dicũtur vniuerſa, vt de diuiſis}hoc eſt tanq̃ de pluribus{dicitur.n.vniuerſus hic numerus,vniuerſæ vnitates}ac vniuerſi numeri.igitur de quibus vniuerſum,quaſi vnum quiddã ſit,predicatur,de ijs quoq; vniuerſa dicuntur.ſ.ex partibus, quæ vniuerſum conſtituunt,ſi ſumantur vt diuiſæ. Vniuerſus quidem numerus dicitur, quando vnitatum vniuerſitas quaſi vnum ſumitur, vniuerſæ autem vnitates (ex quibus vniuerſus numerus cõſtat)ſi rurſus,vt diuiſæ accipiantur. ſic tamen vt vniuerſum conſtituant, prorſus, vt vniuerſa de partibus dicaẽ quaſi ſeiunctis,vniuerſum vero quaſi vnitis,ſicut vniuerſos homines dicimus, vel vniuerſus homo ſi quaſi vt vnum conſideretur. Hæc autem, quæ Ariſt.dixit pro maiore parte locum habent in ſua lingua,nam in noſtra non omnia ſic, vt dixit ſeruãtur.

TEX.32. Diminutum κολοϐόν mutilum mancum

Diminutum itaq; dicitur non quoduis quantum, ſed oportet ipſum eſſe & partibile,& totum, etenim duo diminuta nõ ſunt,ſi alterum unum auferatur.& enim nũquam id,cuius ablatione diminutum quippiã ſit et id quod reſtat, æqualia ſunt. nec omnino numerus aliquis diminutus eſt.quippe cum et ſubſtantiam permanere oporteat. Si enim cantharus eſt diminutus,oportet ipſum adhuc cantharum eſſe. At numerus non eſt ulterius idem parte ſublata.

Cantharus. κύλιξ calix.

Apud Expoſitores intẽtio Ariſt. eſt exponere, quid ſit diminutum, quod Græce dicitur κολοϐόν, quãq̃ colobon nonnulli interpretati ſunt membro diminutum vt Auer.expoſuit,Boethus vero mancũ.Sed colobon, ſi ſit oppoſitum toti, totum autem eſt vt diximus id, à quo nulla prorſus pars abeſt earum, ex quibus natura dicitur totum,fiet,vt colobon ſit id, quod aliqua parte eſt diminutum,quod & mutilũ dici poteſt. Hoc igitur deſcribens inquit{Diminutum itaq;}quod, ſ. opponitur toti{dicitur non quoduis quantum, ſed oportet ipſum eſſe,& partibile, & totum}vbi primo colligitur diminutum eſſe quantum, colligitur apud me hic diminutum,quod dicitur colobon,accipi pro toto integrali,quod conſtat diſsimilaribus partibus, vel ꝓ toto continuo,qđ conſtat ſimilaribus,quatenus eſt aptũ diminui in aliqua ſui parte,& diminutum accipitur, vt

Quæ Auer. com.32.

Quod quantũ prima cõditio.

dicit aptitudinem. aut colobon.i. diminutum accepit pro manco,ſiue mutilato, à quo aliqua pars eſt ablata,Hoc.n.eſt quantum non quoduis,ſed oportet, vt poſt diminutionem ſit adhuc partibile in partes, non quæ ſunt ſpecies, ſed quæ ſunt partes quantitatiuæ, & etiam oportet, vt poſt ablationem remaneat totum, vel continuitate,vel integralitate.igitur colobon.i. diminutum eſt quantum,à quo, poſt ablationem alicuius partis.eſt partibile in partes ſimilares,vel diſsimilares adhuc reſpectu earum remanens totum:hoc pacto, vt mihi videtur,expoſuit Alexã. deinde probat hoc,qđ dixit per quoddam ſimile in numero.& dedit intelligere quartam conditionem,& dicit{etenim duo diminuta non ſunt,ſi alterum vnum auferatur}.i.ſi altera vnitas tollatur ab ipſo duali numero.cuius rationem vlterius adiungit,& dicit{etenim nũquã id, cuius ablatione diminutum quippiam fit}.i.nũquam id,quod aufertur{& id,quod reſtat}.ſ.poſt ablationẽ{æqualia ſunt} eſſet enim potius diſsipatio quam diminutio.qui enim ab aliquo toto aufert plus vel æquale ei, quod reſtat, potius deſtruit, quam diminuit. ex quibus vult colligere quartam conditionem, videlicet vt id dicatur diminutum,à quo minus quam ipſum eſt, ablatum fuerit.deinde addens quintam conditionẽ,amplificat ſermonem,& probat, non ſolum non eſſe mutilum eũ numerum,cui dimidium fuerit ablatum,ſed ne eum quidem,cui pars alia fuerit adempta,& dicit{nec omnino numerus aliquis diminutus eſt} vel diminutus eſſe põt {quippe cũ & ſubſtãtiam permanere oporteat,}.ſ.eius, à quo fit diminutio,à quo adhuc dicatur totum. & per ſubſtantiam Alex. formam intelligit. nam quod parte dempta,formam aliam recipit,vt in numeris fit,id non dicitur mutilum,ſed deletum.hoc autem probat exemplo,& dicit{ſi enim cantharus} ſiue calix {eſt diminutus, oportet ipſum adhuc cantharum eſſe} tunc quaſi addens minorem dicit{at numerus non eſt vlterius idẽ parte ſublata}quælibet.n.vnitas addita vel dempta variat ſpeciem numeri: non poteſt igitur numerus fieri manchus.Per quæ colligitur quinta conditio, vt id dicatur diminutũ,cuius parte ſublata manet eadẽ forma.

Quod totum. Quod partibile.

Quod diminutum ſit maius, eo, quod aufertur.

Quinta conditio.

Nec inſuper ea omnia diminuta dici poſſunt,quæ partes diſſimilares habent.numerus enim aliquo modo etiam diſsimilares partes habet,ut dualitatem,trinitatem.

Quaſi ſextam affert conditionẽ, vt non omne totũ, cuius partes ſunt diſsimilares,euadat diminutũ,& dicit {Nec inſuper ea oĩa diminuta dici pñt} nec fieri mutila {q̃ partes diſsimilares habẽt} ꝓbat argumento ſumpto à numero,& dicit{numerus. n. aliquo modo etiam}.i. aliquis numerus{diſsimilares partes habet} verbi gratia{vt}quinarius{dualitatem}&{trinitatem}qui tamẽ diminutus eſſe non poteſt.igitur non omne totum, cuius partes diſsimilares ſunt diminutum eſſe poteſt.hoc aũt ideo demonſtrauit, quia præfatus eſt oportere, vt diſsimilariũ partium eſſent,q̃ futura eſſent mutila,vt dixit {& totum} quare nõ in omnibus rebus diſsimilariũ partiũ mutilũ vſurpatur,vt de quinario perſpectũ eſt.

Sed nihil prorſus eorum eſt diminutum,quorum differentiã poſitio nullam facit,ut aqua,aut ignis.ſed ſint talia oportet, ut poſitionem per ſubſtantiam habeant.

Affert quaſi ſeptimam conditionem, & vult vt nullũ eorum diminutũ fieri poſsit, in quibus poſitio non facit differentiam: & dicit {Sed nihil prorſus eorum eſt diminutum,quorum poſitio differentiam nullam facit vt aqua & ignis}in quibus poſitio differentiam nullam efficit{ſed oportet}vt{ſint talia, vt poſitionẽ per ſubſtantiam habeant}.i.vt in ratione partium eorũ ſit determinata poſitio,vt homo,aut domus.Similaria igitur non poſſunt fieri mutila,q̃m in ipſis partium tranſpoſitio non efficit diſcrimen. diſſimilaria vero poſſunt, quia partium tranſpoſitio differentiam efficit.

Præterea continua ſint,oportet. concẽtus enim ex diſsimilaribus conſtat,& poſitionem habet.diminutus uero non fit.

Affert octauam conditionem, & dicit {Præterea} q̃ ablatione partis mutila ſunt futura{cõtinua ſint oportet}& nõ diſcreta ex diſcretis,ac ſeiunctis partibus.hoc autem oſtendit argumento ſumpto ab harmonia, & dicit {concentus enim ex diſsimilaribus conſtat} ex media.ſ.& paranete, & parypate, atque hypate{& poſitionem habet}.i.& ordinem quendam cum ſitu habet eorum vnumquodq;. concentus enim in certo quodã horum inter ſe ſitu conſiſtit, quibus commutandis cõcentus variat{diminutus vero non fit}ſi aliqua pars auferatur, q̃m neq; continuus eſt,neq; totus.ſed ex diſcretis, ac ſeiunctis partibus conſtat.

Inſuper neq; quæuis tota, neq; priuatione cuiuſuis partis, hæc diminuta ſunt. non enim oportet aut ſi præcipue ſubſtantiæ partes,aut quæuis ſint, auferantur, diminutum eſſe id quod reſtat:ceu ſi perforatus ſit cantharus, non dicitur diminutus.ſed ſi auris,aut aliqua pars extrema fuerit,et hõ ſimiliter nõ diminutus dicitur, non ſi caro, aut ſplen,ſed ſi extrema pars et non quæuis,ſublata fuerit, ſed quæ tota ſublata rurſus oriri,generariq; non poteſt. iccirco calui diminuti non dicũtur.

Auris. οὖσ anſa

Poſtq̃ determinationibus ab ipſo memoratis docuit mutilum in totis quantis vſurpari.ſ.cõditionibus ſumptis ab ipſo toto nunc oſtendit qualis,aut cuius rei ablatio, & in quibus, totum reddit mutilum. ſ.conditionibus ſumptis ab ipſa parte, q̃ aufertur, & dicit {Neq; quæuis tota}.ſ. per ablationem ſunt apta reddi mutila, vt oſtenſum eſt in priori dictione, ita ſubaudi à pari {neq; priuatione cuiuſuis partis, hæc}.ſ.quæ reſtãt{diminuta ſunt}aut diminuta eſſe dicuntur.deinde exponit primam conditionem ex qualitate partis, & dicit {non.n.oportet, aut ſi præcipue ſubſtantiæ partes} q̃ eſt prima conditio {aut quæuis ſint} quæ eſt ſecunda conditio{auferantur,diminutum eſſe id, quod reſtat} Primam conditionem exponit Alexã. vt animal inquit non dicitur mutilum, ſi caput ipſi fuerit ablatum, erit enim potius deſtructio,cum ne animal quidẽ perſiſtat. ergo prima conditio eſt,vt pars, quæ aufertur, non ſit de principalibus ſubſtãtiæ,ac formæ partibus.Secundã conditionem exponit Ariſto. ipſe declarans non ex diminutione cuiuſuis partis dici mutilum id,quod reſtat & dicit{ceu ſi fortunatus ſit cãtharus}& de medio eius ſubaudi pars aliqua auferatur {nõ dicitur diminutus} ſcilicet cantharus per ablationem internæ partis{ſed ſi auris,aut aliqua pars extrema fuerit} ſubaudi quę aufertur,erit tunc, quod reſtat cantharus diminutus. Per q̃ dat intelligere,vt pars quæ aufertur,non debeat eſſe de internis,ſed de externis. fortaſſe quia ablatione partis internæ, vt plurimũ totum quantũ continuum diſſoluitur potius, & non reſtat.Quo vero ad verba attinet, auris græcæ οὖσ, quæ & anſa dicitur, nam cantharus eſt vas vtrinq; prominens, quod aures habet, quibus manibus teneri ſolet.hoc idẽ exponit per aliud exemplum,

plum,& dicit{& homo ſimiliter diminutus dicitur, nõ ſi caro}ſcilicet quæ intra viſcera eſt{aut ſplen}. i. qualis eſt ipſe ſplen,vel iecur, vel cor, aut pulmo, aut id genus auferatur, quia corrumpetur homo { ſed ſi extrema pars}ſubaudi fuerit, dicitur id,quod reſtat,diminutum. erit enim homo tunc mutilus, & non aboletus. Hactenus de ſecunda cõditione. Deinde ſubſcribit tertiam conditionem, & dicit{& non quæuis ſublata fuerit, ſed quæ tota ſublata, rurſus oriri, generariq; non poteſt}vt ſi naſum, auriculam, vel digitum abſcideris, nam nulla harum regenerari poteſt. ergo tertia conditio eſt, vt extrema pars,quæ diuellitur, renaſci nequeat:cuius probationem ſubdit, & dicit{iccirco calui diminuti non dicuntur}& per caluos Alexander intelligit eos, qui propter morbum capillos amiſerunt, nam capilli, qui ex morbo perduntur, ea ſunt natura, vt ſi fuerint à toto ablati, tamen regenerari ac rurſus coaleſcere valeant.Calui vero, qui ſenio calueſcunt,nunquam capillos reſumunt,licet, vt Alex.inquit,id capillorum natura ſit,vt ablati renaſcantur.recte etiam aduertit Alex. Ariſto. non feciſſe mutili partitionem ceu mutilum plurifariam dicatur, ſed tantũ per hæc, quæ dixit, eius intellectum explicaſſe. et nos aduertimus, hæc quæ de mutili dixit, non omnia eſſe dicta ad modum loquendi noſtrum,ſed potius græcorum: vt conſideranti perſpicuum eſſe poterit.

CAP. XXVIII. De genere.

TEX.33. *Genus dicitur partim, ſi generatio continua ſit eorum, quæ ſpeciem habent eandem,quo pacto dicitur quouſq; genus hominum ſit, id eſt, quouſq; ſit ipſorum continua generatio.*

Nunc perſequitur generis partitionem, & affert primum intellectum,& dicit{Genus dicitur partim,ſi generatio continua ſit eorum, quæ ſpeciem habent eandem}& poteſt intelligi vno modo, vt genus primo intellectu accipiatur pro ipſa generatione aliquorum cõtinua, quę ſunt eiuſdem ſpeciei. & ad hunc intellectum ſubdit rationem ex vno carmine Heſiodi, cum ſubdit {quo pacto dicitur, quouſq; genus hominũ ſit} quod exponens ipſe, ſubdit {id eſt quouſque ſit ipſorum continua generatio } vbi patet genus primo intellectu accipi pro continua generatione aliquorum,quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,dixit autem{quæ ſpeciem habent eandem}qm̃,vt Alex.inquit, non dicitur genus hominũ,ſi generatio equorum continua fuerit.Sed ſi homines ex hominibus continuo procreari perſiſtant. Alio modo intelligitur, vt genus primo intellectu accipiatur pro multitudine aliquorum eiuſdem ſpeciei, quæ perpetuã generationem habent inuicem. quo in modo Alexã. & Porphyrius intellexerunt,Porphyrius enim dixit genus primo modo accipi pro multitudine aliquorum, quæ & ad inuicem,& ad vnum principium continuam generationem habent. Auer.autem genus primo intellectu pro generatione continua eorum, quæ ſub eadẽ Quæ Auer. com.33. ſpecie ſunt,interpretatur.

Partim ſi utiq; ab aliquo quod primo ad eſſe mouit,fluxerint.ſic enim alij quidem Hellenes genere,alij autem Iones ex eo,quia illi quidem ab Hellene,hi uero ab Ione primo generante fluxerunt, atq; potius ab eo,qui genuit q̃ à materia dici ſolent. dicuntur enim et à fœmina genere, ut ij, qui à Pyrrha ſunt orti.

Aſsignat ſecundum intellectum, qui poteſt exponi dupliciter,vno modo pro eo,à quo cepit progenies,vt ſit genus principium, vnde defluxit genealogia, vt ſit Sfortiarum genus Sfortia, Alio modo, vt genus ſecundo modo intelligatur multitudo hominum, quæ cepit ab vno primo, qui primus mouit ad generationem talium:& hoc pacto intellexerunt quidam, Alex. tamen genus ſecũdo modo illud eſſe interpretatur, à quo primo motore aliqui deducuntur, & à quo ſuæ generationis principium reputant.Quod Auer.probauit, cũ dixit,& dicitur genus de primo patre,cui attribuitur tota generatio,& hoc ait{Partim} ſubaudi genus dicitur {ſi vtiq; ab aliquo,qđ primo ad eſſe mouit, fluxerint} Quæ Auer. Cõm.33. vt ſit genus ipſum id,quod primo ad eſſe mouit:& ſubdit exempla, & dicit{ſic enim alij quidem Hellenes genere}hoc eſt Græci dicuntur{alij autem Iones,quia illi quidem}.ſ.Hellenes{ab Hellene,hi vero}. ſ.Iones{à Ione primo generante fluxerunt}ergo genus Hellenũ eſt Hellen,genus autẽ Ionium eſt Ion . Hellenus enim primus genus Hellenum condidit,Ion autem Ionum. Item Heraclidæ dicuntur, quorum Hercules primus fuit author genealogiæ,Pelopidum vero Pelops.Dein de ſupponens generationẽ trahere genus magis à mare q̃ à matre aſsignat rationem, & dicit { atq; potius ab eo, qui genuit}ideſt à patre{q̃ à materia}.i. matre {dici ſolent} quoniam pater formam præbet, mater vero ſuggerit materiam, & eſſe cuiq; à forma potius ſuppeditetur,& ne tu putes non poſſe hoc aliter fieri, ſubdit {dicuntur enim & à fœmina genere, vt ij qui à Pyrrha ſunt orti}quaſi ab hac,vt eſt in fabulis,procreati.cæterum eorum generũ,quæ à loco cognominantur, quomodo Aſianus quiſpiam,aut Aegyptius,aut Africanus genere dicitur,hic mentionem non fecit, qm̃ ſic appellati non ſortiuntur nomen à primo authore.

Præterea,ut planum figurarum planarum,& ſolidum ſolidarum genus dicitur.figurarum enim unaquæq;, alia eſt plana talis,alia ſolida talis. hoc autem eſt id quod differentijs ipſis ſubijcitur.

Quoniam genus tertio modo dicitur, quod de pluribus ſpecie differentibus dicitur, hoc diſtinguit in duos intellectus,vt ſit genus prædicabile ſecundum primum intellectum quaſi ſubiectum differentiarum, quomodo plana figura ad hũc modum genus eſſe videtur, & dicit { Prꝫterea vt planum}.i.vt figura plana.cũ enim dicit { planum } figuram planam exponit Alexander. cum plana figura genus ſit planarum figurarũ, quam genus eſſe ait { planarum }.ſ.figurarum,hoc enim totum figura plana, vt Alexander inquit, accipitur pro genere trianguli,& quadrati, & omnium planarum figurarum {& ſolidum}.i.& figura ſolida figurarum {ſolidarum genus dicitur} cuius rationem ſubdit {figurarum enim vnaquæq; alia eſt plana talis}. i.alia eſt figura plana triquetra,vel quadrata {alia ſolida} ideſt figura ſolida {talis} vt globus eſt figura ſolida talis. teſſera talis,pyramis talis. & exponens tale genus inquit {hoc autem eſt id quod differentijs ipſis ſubiicitur} quaſi genus à differentijs in ſpeciem redigatur, & hac ratione ſubijciatur ipſis. hæc eſt expoſitio Alex. vbi patet Alexandrum per planum non ſuperficiem, quæ eſt ſubiectum planarum figurarum intellexiſſe, ſed planam figuram. hoc.n.totum voluit eſſe genus planarum figurarum. Similiter per ſolidum non corpus intellexit, qđ eſt ſubiectum ſolidarum figurarum, ſed corpus ſolidum. hoc.n.totũ putauit eſſe genus figurarũ ſolidarũ.

Quod mihi difficile videtur, nam tunc genus non eſſet per ſe vnum, ſed quoddam vnum per accidens. Quare rectius cum Expoſitore dicerem Ariſtotelem accepiſſe hic genus pro ſubiecto propriorum quorundam accidentium, quæ differunt ſpecie. vt planum pro ſuperficie, quæ eſt ſubiectum proprium omnium planarum figurarum, vt ſolidum, quod eſt ſubiectum proprium omnium figurarum ſolidarum. ſubiectum enim huiuſmodi dicitur genus, tum quia prædicatur de ſuis proprijs accidentibus, tum quia ſubijcitur differentijs, quibus dicuntur propria accidentia. Vnde dicit {Præterea vt planum}.i. ſuperficies ipſa {figurarũ planarũ, & ſolidum}.i. & corpus ipſum {ſolidarum} figurarum {dicitur genus} hoc eſt ſubiectum commune ſecundũ genus. Probat hæc, & dicit {figurarum enim vnaquęq; alia eſt plana talis}.i. alia eſt de qua prædicatur planum cum certa differentia videlicet triquetra, vel quadrata {alia ſolida talis}.i. alia eſt de qua prædicatur corpus cum certa differentia, & exponens illud, quod prædicatur, inquit {hoc autem}.ſ. ſubiectum, quod prædicatur {eſt id, quod differentijs ipſis ſubijcitur} quibus differunt propria accidentia. ergo genus ſm hunc intellectum eſt commune ſubiectum, quod recipit quædam accidentia, quæ nullum aliud recipere poteſt.

Præterea, ut id quod cum in rationibus inſit primum, hoc genus dicitur in eo, quod eſt quid eſt, cuius qualitates differentiæ nuncupantur. genus igitur dicitur tot modis. aliud enim p continuam eiuſdem ſpeciei generationem. aliud per id quod primum mouit ſpeciei eiuſdem. aliud ſubiectum, quod materiam dicimus.

Vltimũ aſsignat intellectum, quod videlicet genus intelligatur pro prædicato in quid de pluribus differentibus ſpecie, & dicit {Præterea} vltimo intellectu dicitur {vt id quod cum in rationibus inſit primum}.ſ. quidditatiuis & eſſentialibus {hoc genus}.ſ. quarto modo {dicitur} prædicatum de ſuis ſubiectis {in eo quod eſt quid eſt, cuius qualitates differentiæ nuncupantur} vt dictum eſt ſupra. genus enim hoc modo id eſſe intelligitur, quod de pluribus ſpecie diſcrepantibus in quid eſt prædicatur. nam eius, quod primum in definitione redditur, differentiæ qualitates eſſe dicuntur, quibus inter ſe diſcrepãt ea, quorum in definitione genus eſt idem. differentias aũt qualitates nuncupauit, qm̃ paulo ante in qualitatis partitionibus eas primo loco numerauerat. Tunc quaſi epilogãdo intellectus generis ſummatim repetit, & dicit {genus igitur tot modis} vt diximus {dicitur. aliud .n. per continuam eiuſdem ſpeciei generationẽ} ut hominum, vel equorum genus {aliud per id, quod primum mouit ſpeciei eiuſdem}.i. aliud propter primum motorem, qui poſteriorum ſpecie ſimilium eſt author {aliud ſubiectum, quod materiã dicimus} nec plus legimus in codice Græco. Tamen in tranſlatione Argyropyli, habetur cauſa huius cum inquit {cuius enim differentia qualitas eſt.i. ſubiectum, quod materiam appellamus} qm̃ enim differentiæ huius velut ſubiecti ſunt, & per ipſas in ſpecie conſtituitur, vt materia ꝑ formam, genus materia poteſt nominari.i. quia differentiæ ſunt qualitates, & genus ſubijcitur ipſis. & hoc modo ẽt legit Alexã. ſed genus quarto modo non epilogauit apud me: licet Expoſitor velit in tertio modo intelligi quartũ modum. quam ſententiã Alex. habet, volens materiam appellaſſe genus cõmune, quod de pluribus ſpecie differentibus prædicatur, etiam per materiam intellexit ſubiectum, & ſic vtrũq; genus. Ego vero puto Ariſt. nõ epilogaſſe, niſi tres intellectus, vt patet per verba dictionis. nã licet materia poſſit eſſe cõe verbũ tam generi ꝓdicato q̃ generi ſubiecto, tñ, cum ipſe dicat {aliud ſubiectum} ſubiectum non eſt cõmune verbum, ſed proprium ſoli ſubiecto.

Diuerſa uero genere ea dicuntur, quorum ſubiectum primũ diuerſum eſt, & neq; alterum in alterum, neq; in idem utrũq; reſoluitur, ut forma & materia diuerſa genere ſunt. Forma εἶδος ſpecies.

Nunc poſt generis partitionem, quæ nam genere diuerſa nuncupentur, exponit, & dicit {Diuerſa vero genere ea dicuntur, quorum ſubiectum primum materiam, nam quibus nõ eſt eadem materia ſubiecta, neq; materia vnius in alterius materiam reſoluitur, neq; amborum materia eſt eadẽ ſpecie, ea genere diuerſa ſunt. materiam autem ea dicere videtur, quæ actu ſubiecta eſt, quã & primam nuncupauit, primam vocans q̃ proxima eſt, quæ quoq; proprie prima eſt in diſcrimen vltimæ ſm reſolutionem. ergo dicit {Diuerſa vero genere ea dicuntur} quæ ſubaudi in ratione materiæ tribus modis diſcrepant primo {quorũ ſubiectum primum}.i. ſubiectum actu, & proximũ {diuerſum eſt} ſicut primũ ſubiectum colorum eſt ſuperficies, ſubiectũ vero primum ſaporum eſt humor. Icciro quantum ad genus ſubiectum ſapor & color genere ſunt diuerſi. deinde addit ſm modum, & dicit {& neq; alterum in alterum}.i. & proxima ſubiecta ſint ſic diuerſa, vt alterum in alterum non reſoluatur. hac ratione ſtatua, & poculum cryſtallinum non ſunt diuerſa genere. qm̃ ſubiectũ ſtatuæ eſt æs, poculi cryſtallini aqua. quæ materiæ licet diuerſæ ſint, materia tamẽ ſtatuæ in materiam cryſtallini poculi reſoluitur, qm̃ æs liqueſcere poteſt. & q̃cũq; liqueſcere poſſunt, ex aqua conſtant, quo fit. vt ea quæ modo in exẽplum aſſumpſi, non dicantur ad hunc intellectum genere diuerſa. deinde addit tertium modem {neq; in idem vtrũq; reſoluitur} ideſt & proxima ſubiecta ſint ita diuerſa, vt nõ reſoluantur in vnum & idem cõmune ſubiectum: atq; materiam, vt ſi huic aurum, illi argentum ſubijciatur, hæ quoq; materiæ diuerſæ erũt, nec altera reſoluitur in alteram. ſed quia ambo in vnam, eandẽq; materię ſpeciẽ reſoluuntur.i. in aquã, iccirco illa non ſunt genere diuerſa, quorum ergo ſubiectis nihil tale accidit, ea diuerſa genere dicuntur, vt lapis, & ęs quippe quorum alteri terra, alteri aqua ſubijcitur, quarũ neq; altera in alteram, neq; vtraq; in quippiam aliud ſenſibile ſubiectum idem reſoluitur. deinde exponit quænam huiuſmodi ſint & dicit {vt forma, & materia diuerſa genere ſunt} ſi, vt Expoſitor inquit. ſecundum ſuam eſſentiam conſiderentur, ſic .n. nihil cõmune eſt eis. Vel, vt Alex. inquit, corpus materiam appellans, & partes definientis rationis ſubijci quaſi materiam formæ dicere videtur. ergo per materiam intelligit corpus, cuius materia eſt proximum eius ſubiectũ & ꝑ formã, ſpeciẽ intelligit, cuius materia ſunt partes definitionis. hæc iccirco diuerſa genere ſnut, qm̃ corporis ſubiectum, & ſubiectũ formæ neq; alterum in alterum, neq; vtraq; in aliquod cõmune reſolui dicuntur. cum igitur corporis & formæ ſubiecta non ſint eadem, neque alterum in alterũ reſoluitur, neq; vtrũq; in idẽ ſit, vt hæc genere diuerſa eſſe ad hunc modum intelligantur.

Et ea, quæ per diuerſam prædicationis entis figuram dicũtur. nam entium alia quid eſt ſignificant. alia quale quid, alia aliud,

aliud, ut antea eſt diuiſum. neq;.n.hæc aut in ſeſe uiciſſim, aut in unum quid reſoluuntur.

Aſsignat ſecundum intellectum, quo aliqua dicuntur diuerſa,& dicit{Et} dicuntur genera diuerſa{ea, q̄ per diuerſam prædicationis entis figuram dicuntur}vt Que. Auer. Com. 33. ſunt decem prima rerum genera,vt Auer.expſuit, cuius rationem affert, & dicit{nam entiũ alia quid eſt ſignificant}vt ſubſtantia, & quæ in prædicamento ſubſtantię collocantur{alia quale quid}vt qualitas,& quæ in prædicamento qualitatis habẽtur{alia aliud} vt quãtum,& quæ in eius prædicamento ponuntur{vt antea eſt diuiſum}ſcilicet ens ipſum. tunc reddit cauſam, qua re decem prima genera dicuntur diuerſa genere, & dicit{neq; enim hæc aut in ſeſe viciſsim} aut in vnũ quid commune videlicet{reſoluuntur} quo quidem modo animal,& auis non erunt diuerſa genere, ſed neq; materia & forma ad hunc intellectum genere diuerſa eſſe videntur,cum hęc omnia ſub ſubſtantiam cadant. ſed non modo prima genera, ſed etiam, quæ ponuntur in diuerſis primis generibus, dicuntur genere diuerſa, vt color,& linea,& homo & ſapor.

CAP. XXIX. De Falſo.

TEX. 34. *FAlſum dicitur alio quidem modo, ut res falſa. & huius aliud ex eo, quia non componitur, aut fieri non poteſt, ut componatur, quemadmodum dicitur diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ, aut te ſedere. horum enim alterum ſemper, alterum interdum eſt falſum. ſic enim hæc non entia ſunt.*

Nunc aggreditur falſi partitionem, aſſerens falſum quoddam eſſe in rebus, aliud in ſermone verſari,& dicit{falſum dicitur alio quidem modo,vt res falſa. alio quidem modo dixit, vel quia inuſitatũ eſt in rebus falſum vſurpare,quippe ꝙ in ſermone,atq; ſentẽtijs verſari videatur. vel{alio modo dixit}pro vno modo. deinde falſum in rebus bipartito diuidit, & dicit{& huius aliud ex eo,quia non componitur},i.quia non exiſtit{aut}.i.aliud, quia{fieri non poteſt, vt componatur}.i.quia non poteſt exiſtere. compoſitionem enim vocat rerum identitatem. verũq; conuentum. harum enim huiuſmodi exiſtentia cõpoſitio eſt. Deinde affert exempla, & dicit {quẽadmodũ dicitur diametrum eſſe commenſurabilẽ coſtæ}hoc .n.neq; eſt,neque eſſe poteſt{aut te ſedere} quorum differentiam ſub ſcribens ſubdit. {horum.n.alterũ ſemper, alterum interdum eſt falſum}diametrum eſſe commenſurabilem coſtę ſemper eſt falſum,quoniam neq; eſt, neq; eſſe poteſt. te vero ſedere,ſ.cum ſtas,falſum quidem eſt,quia non ſic exiſtit non tamen quod fieri nequeat. & aſsignans cauſam, quare hæc falſa ſunt,inquit{ſic enim hæc} ſubaudi falſa ſunt,quia{non ſunt entia} quoniam vel quia omnino exiſtere nequeunt, vel quia non ſunt, ſed eſſe poſſunt. quare ſunt non entia: q̄ ſi eſſe dicantur falſa erũt. Que Auer. com. 34. Auer. autem deſcribens falſum inquit, & eſt opinari aliquid è conuerſo eſſe ei, quod eſt in re, quod duobus modis ſubdiſtinguit, aut ꝙ ſit poſsibile, vt reuertatur verum. verbi gratia,cum dicimus Socrates, ſtat quando Socrates ſedet. hoc enim falſum poteſt redire in verum, aut impoſsibile, ſicut dicimus diameter eſt ſymmeter coſtæ.



Aliud ex eo, quia eſt quidem, eſt tamen aptum apparere aut non tale eſſe quale eſt, aut id eſſe quod non eſt, ut umbra picturæ ut pictura, & ſomnia. hæc enim aliquid quidẽ ſunt, at non ea, quorum imaginationem efficiunt. res igitur hoc pacto falſæ dicuntur, aut quia non ſunt ipſæ, aut quia imaginatio, quæ ab ipſis emergit, entis non eſt.

Aſsignat ſecundum intellectum, quo aliquid dicitur falſum,& dicit{aliud},ſ.falſum dicitur{quia eſt quidem}in ſe quicquam {eſt tamen aptum apparere, aut non tale eſſe,quale eſt}pictura enim lineatum attramẽtum eſt,tamen apparet animal. ergo eſt aptum apparere non tale, quale eſt, cum ſit aliud, & aliud appareat {aut}aptum apparere{id eſſe,quod non eſt}nam pictura eſt apta apparere animal,quæ non eſt animal{ut picturæ, & ſomnia} viſa enim quæ in ſomnijs apparent, aliquæ res ſunt;nam quidam motus efficiuntur ijs, qui vident in ſomnia,non tamen ea talia ſunt,qualia videntur. aliquid.n.ambulare videtur,aut diſputare,quod tamen non eſt ita. ſimilia his ſunt,& perinde falſa,quæ videntur in ſpeculis. nam & hæc aliqui ſunt, ſed non id quod eſſe videtur. ideo ſubdit{ hæc enim aliquid quidem ſunt,at non ea,quorum imaginationem efficiũt} & dixit huiuſmodi falſitatem in rebus eſſe, quoniam ipſa eorum natura falſa eſt, noſtraq; deceptio in rebus eſt,non in compoſitione orationis, quæ de rebus habetur. tunc epilogat,& dicit{res igitur hoc pacto falſæ dicuntur,aut quia non ſunt ipſæ},i.aut quia non ſunt entia,iuxta primum intellectum {aut quia imaginatio}.i. viſum{quæ ab ipſis emergit}atq; proficiſcitur{non entis eſt}licet id à quo proficiſcitur, ſit ens. motus enim qui proficiſcitur ab actu ſenſibilibus in ipſa ſenſoria, aliquid eſt,non tamen eſt id,quod eſſe videtur:& cum dixit{non tale eſſe,quale eſt} retulit ad picturam, cum vero dixit{id eſſe, quod non eſt}retulit ad inſomnia.

Oratio uero falſa ea eſt, quæ eſt eorum, quæ non ſunt qua falſa eſt. quapropter omnis oratio falſa alterius eſt, q̄ eius cuius eſt uera. ut quæ circuli, de triangulo falſa eſt.

Alexander diuiſit falſum,qđ ſit aliud in rebus,aliud in ſermone: quare vult nunc Ariſtotelem agere de falſo in ſermone,& iuxta hãc expoſitionem verbum λόγος,pro oratione eſt legendum. quæ expoſitio poteſt verbis conſonare: tamen puto rectius verbum illud pro ratione, quæ eſt rei definitio, eſſe intelligendum. nam huic interpretationi conſona ſunt ea omnia: quæ in dictione dicuntur. Præterea hanc expoſitionem à pueritia ſemper audiui, & pro mente Ariſtotelis excepi. quare nunc recedere ab hac mihi videtur durum. ſi quis tamen vult ſequi Alexandri expoſitionem, cuius authoritas eſt cæteris præferenda,legatur ſic dictio {oratio vero falſa} quæ alio nomine dicitur propoſitio,vel enunciatio{ea eſt,quę eſt eorum,quę non ſunt} at nõ ſimpliciter,quæ non entiũ,ſed non entium { qua ipſa falſa eſt} falſa enim oratio eſt, quæ res, vt non habent,ſic ſe habere dicit, vt ſi Soc. non habet albedinẽ, quatenus non habet,eum eſſe album dicat. q̄q; non entium aliqua oratio eſt vera. ſ. quæ illa non eſſe dicit, q̄ vero non exiſtentia, vt exiſtentia dicit, vel exiſtentia,

vt non exiſtentia;eá demum oratio falſa eſt.verba autẽ {qua ipſa falſa eſt} aliter legit Alexan.ad hunc modum {oratio falſa eſt, quæ de non entibus habetur,aut non entia eſſe dicẽs} vt quæ hippocentaurũ eſſe dicit,aut q̃ oĩno falſa eſt.deinde oſtendit omnem orationẽ de iis, quę ſunt,falſam eſſe poſſet.vt eam,quæ circulum figuram eſſe diceret,planam tribus lineis rectis cõtẽtam, & dicit {quapropter omnis oratio} quæ non ſolum nõ entia eſſe dicit {falſa eſt} ſed quę {alterius eſt,quã eius, cuius eſt vera.vt quæ circuli} oratio {vera eſt,de triangulo falſa eſt} dicitur.n.de alio q̃ de eo,de quo vera eſt ſed ſi legitur{qua falſa eſt} ſenſus erit,oratio falſa eſt,q̃ de iis habetur, quæ non ſunt, illud vero {qua falſa eſt} ſignificat quatenus mentitur ea eſſe, cum non ſint,ſed ſi verbum λόγον pro ratione definitiua exponatur, vt expoſitores omnes ſentiunt,dicit {ratio vero} quæ rei definitio eſt{qua falſa eſt,ea eſt,quæ eſt eorum,quę nõ ſunt} dicit autem {qua falſa eſt} quia definitio dicitur falſa dupliciter,aut in ſe,& ſic eſt non entis ſimpliciter. aut eſt vera in ſe,ſed falſa,vt attribuitur alteri quã proprio definito. Propterea cõcludit {quapropter omnis ratio},ſ.definitiua eſt{alterius falſa q̃ eius,cuius eſt vera} non enim quo falſa eſt,alteri attribuitur,nam in ſe vera eſt,ſed eſt falſa,quo alteri definito atribuitur. nec diſſonum eſt,vt verbum{qua falſa eſt}legatur{quæ in ſe falſa eſt} nam ratio,quæ in ſe falſa eſt, nullorum eſt, cum nulli competat.ratio autem,quæ eſt in ſe vera,poteſt eſſe alicuius, cui non competit, falſa.

Cuiuslibet autem ratio tum una eſt ea, qua quiditas explicatur,tum plures.quoniam idem eſt aliqua ex parte ipſum,& ipſum atq; effectum , ueluti Socrates , & Socrates muſicus. falſa autem ratio nullius eſt ratio abſolute.

Quoniam alia eſt definitio Socratis, & alia Socratis muſici,ideo quæri poteſt,vtrũ definitio Socratis ſeorſum,& definitio Socratis muſici ſit vna,an plures? Ariſtoteles ergo obiter ſoluit hanc tacitam dubitationem & dicit{cuiuſlibet autem ratio tum vna eſt ea,qua quiditas explicatur}ſi videlicet referatur ad proprium,& per ſe definitum ſeorſum {tum plures} ſi referatur ad proprium definitum acceptum cum aliquo accidente, & exponẽs vtrunq; ſubdit {quoniam idẽ eſt aliqua ex parte ipſum} ,ſ.definitum {& ipſum atq; affectum} .i. & ipſum definitum cum aliquo accidente acceptũ {veluti Socrates, & Socrates muſicus} igit̃ definitio, qua quiditas explicatur,ſi referatur ad ea ſeorſum,videlicet ad Socratem ſeorſum,& muſicũ ſeorſum,non erit vna ſed plures, alia.ſ.Socratis,alia autem muſici,at ſi referatur ad Socratem muſicum, cum hoc ſit aliquo modo vnum, atq; idẽ, erit definitio vna.ſunt.n.illa vnum ſubiecto.ſed ne tu putes definitionem falſam,quæ omnino falſa eſt, poſſe eſſe ſubiecti , & accidentis ſeorſum & amborum ſimul,ſubdit {falſa autem ratio} quæ.ſ.eſt in ſe falſa{nullius eſt ratio abſolute}.ſ.nec ſubiecti,nec accidẽtis ſeorſum,nec eorum ſimul.dicitur.n.ratio in ſe falſa,quæ repugnantiam concludit in partibus,vt ſi dicatur animal inſenſitiuum,incorporeum,& hæc nullius eſſe poteſt. vnde Auer. q intelligit falſum,eſt duo-

Qua Auer. Com. 34. bus modis,vno modo , quod omnino in ſe falſum eſt per ſe,ac eſſentialiter,alio modo,quod non eſt in ſe falſum,ſed per accidens,inquantum attribuitur alteri.ergo ratio in ſe falſa nullius eſſe poteſt.vnde non eſt diſſonum,vt verba illa {qua falſa eſt} legatur quę in ſe falſa eſt,quoniam ratio quæ in ſe falſa eſt,nullius rei eſt,vt diximus,quæ vero in ſe eſt vera,poteſt eſſe falſa, vt attribuitur alicui, quod non eſt eius definitum.

Quapropter Antiſthenes ſtulte putabat nihil dici cenſens, niſi propria ratione unum de uno.ex quibus efficiebatur neminem contradicere poſſe . fere etiam neque dicere falſum.

Dictum eſt definitionem, quæ quiditatem explicat, dici de ſubiecto , & accidente ſimul , cum definitio ſit aliquo modo vna, aliquo modo plures, Antiſthenes vero aſſeruit definitionem non dici niſi de proprio ſubiecto , & nullo modo de ſubiecto cum accidente , cum definitio non ſit niſi vna vnius,& de vno tantum prædicans:primo ergo narrat opinionẽ,& dicit {Quapropter Antiſthenes ſtulte putabat nihil dici cenſens , niſi propria rõne vnũ de vno} .ſ.proprio ſubiecto, non aũt de ſubiecto ſimul cum accidente, cuius oppoſitum dictum eſt . nam ratio nõ ſolum dicitur de proprio ſubiecto,ſed etiã de ſubiecto cum accñte. definitio.n.hominis nõ ſolum de hoĩe, ſed de hoĩe muſico dicitur.cũ definitio ſit aliquo modo vna,& aliquo modo plures, & non vna tantũ de vno, vt Antiſthenes putabat, motus argumento eſſentiæ rei.putabat enim quia vox eſt rei ſignum,& res non habet niſi vnam propriam eſſentiam,nihil poſſe prædicari de re,niſi fuerit propria eius definitio,ita vt de vno ſubiecto non dicatur,niſi vnum prædicatum, & vnum prædicatũ non niſi de vno ſubiecto.quare nõ poterit definitio prædicari niſi de proprio definito, & non de definito cum eius accidente. contra obiicit Ariſt. vtens enthymemate ducente ad duo abſurda, ꝙ ſi ita eſſet, non contingeret contradicere,etiam nec mentiri,& dicit {ex quibus},ſ.conceſſis ab Antiſthene {efficiebatur neminem contradicere poſſe , fere etiam neq; dicere falſum} cõſequentia deducitur , quoniam ſi vnum prædicatum , non dicitur, niſi de vno, oppoſitum illius prædicati nõ poterit prædicari de illo eodem , & ſic tolletur contradictio . vt ſi animal de homine , non animal de eodem non prædicabitur,neq; accidet mentiri,quoniam prædicatũ erit verum de proprio ſubiecto,& oppoſitum eius,cũ non prædicetur de illo ſubiecto , neq; erit verum neq; falſum.& ſic non continget mentiri. Auerroes vero narrat aliter opinionẽ Antiſthenis,voluit enim Antiſthenem putaſſe nihil debere definiri, nihilq́; ſignificari,niſi per vnicam dictionem,quę ſignificet vnicam intentionem,non enim apud eum definitio erat ſermo compoſitus ex genere,& differẽtia ,ſed erat vna ſimplex dictio ſignificans ſimplicem rei eſſentiam , vnde dicit {quapropter Antiſthenes ſtulte putabat, nihil dici} .i. ſignificari {cenſens , niſi propria ratione vnum} ideſt vnam dictionem {de vno} .ſ.de vna definiti eſſentia, voluit enim ſicut vna eſt eſſentia rei , ſic vnam eſſe dictionem, quæ illam ſignificet.contra obiicit Ariſtoteles,quoniam, ſi definitio eſt vna ſola dictio, tunc non erit nec vera , nec falſa . quia ſermo , vt Auer.inquit, qui eſt genus veri,& falſi,eſt ex compoſitione,& ita cũ compoſitio non fuerit,nec erit verum,nec falſum.propterea ſubdit {Ex quibus} .ſ. Antiſthenis conceſsis efficiebatur {neminem contradicere poſſe} cum oppoſitum ſimplici dictioni ſit verum,nec falſum{fere etiam nec dicere falſum} cum falſum non ſit,niſi in compoſitione . prima tamen expoſitio eſt Alexan. quam Expoſitor olfecit .

Fit autem, ut unumquodq; dicatur non ſolum propria,ſed alterius etiam ratione , & quidem penitus falſo . fit autem ut

etiam

etiam uere quemadmodum octo dupla dualitatis ratione dicuntur: quædam igitur hoc modo falſa dicuntur.

Replicat quod dixerat de definitione ſubiecti ſeorſum, & ſubiecti cum accidente, & dicit {ſit aũt, vt vnũquodq; dicatur non ſolum propria ratione, ſed etiam alterius} vt muſicum non ſolum propria ratione dicitur, ſed etiam ratione hominis {& quidem penitus falſo}.ſ.cum dicitur ſeorſum {ſit autem etiam} vt dicatur {vere} vt cum accipitur accidens cũ ſuo ſubiecto. tunc enim accidens vere dicuntur de definitione hominis, & affert exemplum, & dicit {quemadmodum octo dupla dualitatis ratione dicuntur} & non dicuntur ſubaudi. dicũtur quidem reſpectu quatuor. ſunt. n. dupla ad quatuor. non dicuntur vero, quia reſpectu duorum nõ dicuntur dupla, ſed quadrupla. ſic accidens dicitur ratione ſubiecti, & non dicitur, vt accipitur cum ſubiecto. dicitur ratione ſubiecti, vt accipitur ſeorſum, non dicitur definitione ſubiecti, ſed propria ratione. tũc epilogat, & dicit {quædã igitur hoc modo falſa dicũtur.}

Homo autem falſus dicitur qui facilis, atq; talium rationum electiuus eſt, non ob aliud quicquam ſed propter ipſum.

Falſus homo. Poſtquam res quomodo falſæ ſint, oſtendit, & quo item modo orationes, nunc alium falſi intellectum adiungit exemplo hominis, & dicit {homo autem falſus dicitur}, ſ. nullo prædictorum modorum, ſed {qui facilis}, ſ. eſt, ac procliuis ad mentiendum {atq; talium rationum}. ſ. falſarum {electiuus eſt}, i. ac mentiendo delectatur {non ob aliud quicquam} hoc eſt lucrum, aut mercedem {ſed propter ipſum} id eſt, ſed tantum mendacij gratia. Qui enim lucrum per mendacia quærit, is non mentiendi, ſed lucrandi cupidus, hoc eſt auarus, aut ſimili vocabulo debet nuncupari.

Et qui talium rationũ alijs eſt effector, queãdmodũ & res falſas eſſe dicere conſueuimus, quæ falsã imaginationẽ efficiũt.

Iterum alium falſi intellectum exponens, exemplo hominis etiam vtens, inquit {&} homo {qui talium rationum} ſcilicet falſarum {alijs eſt effector} etiam dicitur falſus. non ꝙ efficiat, vt alij mendacijs delectentur ſed qm̃ eos adducit, vt ſuis mendacijs tanquam veris fidem habeãt, deinde hoc declarat per ſimile, & inquit {quemadmodum & res falſas eſſe dicere conſueuimus quæ falſam imaginationem efficiunt} qui enim falſorũ perſuaſores ſunt, perinde falſi homines nuncupantur, vt res, quæ falſæ eſſe dicuntur, quæ falſam ſui præbent ſpeciẽ: vt quæ fellis colore infecta ſunt, falſa nuncupantur, ꝙ auri ſpeciem repræſentent, & qui inſigniter (cũ inflati ſint) ſpeciem præbent recte valentium, & cæteræ res falſæ, de quibus ſupra dixit, ꝗ propterea falſæ ſunt, quod aliarum rerum quã ſunt, ſpeciem præferunt, vt picturæ, & inſomnia.

Quapropter in Hippia oratio, quæ fit, refutatur, quaſi eadem falſa, & uera. eum enim accipit falſum, qui mentiri poteſt, hic autem ſciens, & prudens.

Cum expoſuiſſet falſum hominem eſſe, qui mẽtiendo delectatur, ex eos ſoluit captioſam rationem, quæ fit apud Platonem in Hippia, qua ſyllogizauit eundem hominem falſum eſſe, atq; verum, in hunc modum, falſus eſt, qui mentiri poteſt: ſciens & prudens mentiri poteſt: igitur ſciens, & prudens eſt falſus. tunc vltra, ſciens & prudens eſt falſus, ſciens, & prudens eſt verus. igitur verus eſt falſus. quare idem homo eſt verus, & falſus, ergo à pari eadem oratio erit vera, & falſa. vnde inquit {quapropter in Hippia} Plato. lib. {oratio}, i. ſyllogiſmus {quæ fit, refutatur} & diluitur p ea, quę dicta ſunt. & exponens concluſionem ſyllogiſmi inquit {quaſi} ſit oratio {eadem falſa, & vera} hæc. n. erat vltima concluſio totius ſyllogiſmi: & hæc reprobatur per ea, quæ dicta ſunt. deinde exponit primum ſyllogiſmum, quia in eo ſtat tota vis, & dicit {eum enim accipit falſum, qui mentiri poteſt, hic autem eſt ſciens & prudens} id eſt ſed ſciens, & prudens mentiri poteſt, igitur ſubaudi ſciens, & prudens eſt falſus. in hoc ſyllogiſmo ſtat tota vis, ideo hoc diluto, ceſſat, captio. diluitur autem ex dictis, quoniam falſus, vt diximus, non eſt qui mentiri poteſt, ſed qui mendacijs gaudet, & pronus eſt ad mentiendum. talis non eſt ſciens, neq; prudens. ſciens. n. & prudens abhorret mendacia, nec citra fidem loquitur, nec ea vanitate delectatur. & tunc cæteri ſubſyllogiſmi non valent. quare non ſequitur, vt eadem oratio ſit vera, & falſa, ſicuti non ſequitur, vt idem homo ſit verus, & falſus.

Præterea meliorem eum eſſe dicit, qui ſua ſponte res prauas facit. hoc autem per inductionem accipit falſo. qui nãque ſua ſponte claudicat, is ſtabilior eſt eo, qui id facit inuitus: claudicare dicens imitari claudicantem nam ſi quiſpiam eſt claudus ſua ſponte, deterior eſt eo fortaſſe, qui non ſua ſponte claudus eſt, quemadmodum id ipſum etiam ad ipſos accommodatur.

Ex ijs etiam, quæ dicta ſunt, ſoluit alium cauillũ Platonis in Hippia, quo probauit eum, qui praua ſponte facit, meliorem eſſe quam qui inuitus. & dicit {præterea meliorem eum eſſe dicit}. ſ. Plato in Hippia {qui ſua ſponte res prauas facit} deinde tangit eius rationẽ, & dicit {hoc autem per inductionem} accepta à multis ſimilibus {accepit falſo} quoniam deceptoria eſt inductio. deinde explicat illud ſimile, & dicit {qui nanque ſua ſponte claudicat, is ſtabilior} hoc eſt valentior, & melior {eſt eo, qui id facit inuitus} & exponens quid Plato per claudicare intelligat, ſubdit {claudicare}. ſ. Plato {dicens imitari claudentem}, i. fingere claudum. hic enim ſic fingens valentior, ſtabilior, ac melior eſt eo, qui vere claudus eſt, quiúe inuitus claudicat: ergo à pari qui ſponte praua facit, melior erit eo, qui inuitus. Reſpondet Ariſto. ſoluendo cauillum, aſſerens eum qui ſponte claudicat, eſſe deteriorem, quo ad mores, non autem quod ad naturam. quo. n. ad naturam melior eſt, quia valentior, & ſtabilior eſt, velut qui ſpõte moribus flagitioſus eſt, deterior eſt quam qui inuitus, & dicit {nam ſi quiſpiam eſt claudus ſua ſponte} quo ad malitiam morum {deterior eſt eo fortaſſe, qui non ſua ſponte claudus eſt} & dico hoc eſſe in his {quẽadmodum id ipſum etiam}. ſ. ſponte, & inuitum {ad ipſos mores accommodatur} accommodando enim ea ad mores, qui ſponte praua agit, deterior eſt quam qui inuitus. ergo à pari qui ſponte claudicat, malitia morali deterior eſt eo, qui inuitus.

CAP. XXX. De accidente.

Accidens dicitur id, quod ineſt quidem alicui, atq; uere dici de illo poteſt, non tamen aut neceſſario, aut plerunque, ueluti ſi quiſpiam ſcrobem ob plãtam effodiens theſaurum inuenerit. neque enim hoc ex hoc, aut poſt hoc neceſſario inueniri ſolet, neque plerunq; ſit ut ſi quiſpiam plantet, theſaurum offendat, atq; inueniat. TEX. 35.

Nunc poſtremo aggreditur partitionem accidẽtis, & videtur Alex. & Expoſitori Ariſto. duos intellectus accidentis tetigiſſe, qm̃ primus eſt, quo intelligitur aliquid accidere alicui per accidens, ſecundus vero, quo intelligitur aliquid alicui accidere per ſe. Auer. autẽ col ligit in dictione tres intellectus. ſed Expoſitor ait acci dens per accidens poſſe conſiderari quantum ad fieri, & quantum ad eſſe, & loquens quantũ ad fieri vult acci dens primo intellectu accipi pro caſu, vel fortuna, i. p eo, quod euenit caſu, vel fortuna. & dicit{accidens dicitur id, quod ineſt quidem alicui, atq; vere dici de illo poteſt, non tamen aut neceſſario, aut plerũq, } & aſsignat exemplum, & dicit { veluti ſi quiſpiam ſcrobem} foſsionemq;{ob plantam}, i. plantandi gratia{effodiẽs theſaurũ inuenerit}hæc ſubaudi theſauri inuentio effodienti accidens eſt, cuius rõnem explicat, & dicit{neq; enim hoc ex hoc}. i. neq;. n. thæſauri inuentio ex fodiẽ te{aut poſt hoc}, i. poſt fodientem{neceſſario inueniri ſolet. neq; plerunq; fit, vt ſi quiſpiam plantet, theſaurum offendat atq; inueniat}quinimo raro qiuſpiã inter plantandum aut fodiẽdum theſaurum reperit. Per quæ dedit intelligere theſauri inuentionem nõ fieri ex effoſsione. nam neq; foſsio cauſa neceſſaria fuit ad inueniendum theſaurum, neq; omnino fit, vt qui effoderit ſcrobem theſaurum inueniat: itaq; theſaurum licet hoc pacto inuenire, ſed fortuito. quo fit, vt fodere ex accidenti ſit efficiens cauſa theſauri reperiendi, atque fortuita, & theſauri inuentio ad hunc modum accidens nuncupetur. Sed dices inuentio theſauri non ineſt effodienti, igitur non eſt ei accidẽs. ſed terræ foſſæ. ideo Ariſt. ſuppleuit{atq; vere dici de illo poteſt}vbi verbũ {atq;}pro vel accepit, vt ſic ſenſus{accidens dicitur id quod ineſt quidẽ alicui, vel vere dici de illo poteſt} & ita licet theſauri inuentio non inſit fodienti, tamen vere de fodiẽte dici poteſt, vera. n. dicitur fodiens eſt inueniens theſaurum. hic eſt primus intellectus ſecundũ Auer. ſecundum autem Expoſitorem hic eſt primus intellectus, & primum exemplum de accidente quantum ad fieri. nam ſubſequẽs exemplum erit quantum ad eſſe. ſecus Auer. qui ait in ſecundo exemplo colligi ſecundum intellectum.

Quæ Auer. com. vlt.

Etiam ſi aliquis muſicus fuerit albus, ſed cum non neceſſario id fiat, neq; plerũq;, accidens ipſum dicimus eſſe.

Cum aſsignaſſet primum intellectum, exemplumq; attuliſſet accidentis primi intellectus quantum ad fieri, nunc Expoſitor vult, vt eiuſdẽ intellectus exẽplum ſm afferat quantum ad eſſe, & primo quantum ad eam conditionem, quæ eſt eſſe in ſubiecto, deinde quantum ad alias conditiones. quantum quidem ad eſſe in ſubiecto dicit{etiam ſi aliquis muſicus fuerit albus}dicetur album accidens muſico, non quidem ſimpliciter {ſed cum non neceſſario id fiat, neq; plerunq;} ſed raro, album{ accidens ipſum dicimus eſſe} verum albũ ineſt muſico, & dicitur vere de muſico, at inuentio theſauri non ineſt fodienti, ſed fit à fodiente, & dicitur de fodiente, tamen vtrũq; nec ſemper, nec plerũq; fit, vel ineſt Auer. autem putans per hoc exemplum eſſe ſigni ficatum ſecundum intellectum, quo aliquid dicitur accidens dicit, & prope hanc intentionem, id eſt prope primum intellectum, quo accidẽs intelligitur, eſt quod muſicus non eſt albus, ſed niger (ſic enim habebat in ſua dictione) aſsignans differentias inter has intentiones, ſubdit, differunt tamen hæ duæ intentiones, prima enim eſt de caſu, qui ſcilicet non ineſt ei, de quo dicitur, ſed potius eſt eius effectus, hæc autem eſt de prædicabilibus per accidens, quæ inſunt, & prędicantur de eis, quorum dicũtur accidentia. propterea ſubdit differentiam, quo ad ea, quorum ſunt accidentia, dicens, & differunt in hoc, qm̃ primum, ſ. ſubiectum primi accidentis eſt cauſa, illius, fodiens. n. cauſa eſt inuentionis theſauri. hoc autem. ſ. ſubiectum ſecundi accidẽtis non eſt cauſa, ſed coniunctum cauſæ. verbi gratia fodiens, cuius eſt accidens inuentio theſauri, eſt cauſa inuentionis theſauri. ſed per accidens, ſed nõ albũ, quod eſt ſubiectum muſici ſecundum ſuam dictionem, non eſt cauſa muſici, neque per accidens, ſed eſt coniunctum homini, qui eſt ſubiectum, & cauſa muſici. hæc Auer. per quæ patet eum velle in ſecundo exẽplo eſſe intelligendum ſecundum intellectum accidentis: qui differt à primo per differentias, quas expoſuit.

Quæ Auer. com. vlt.

Quare cum aliquid ineſt & alicui, atq; horum nonnulla et aliqua in parte, atq; quandoq; quicquid ineſt quidem, ſed non quia hoc erat, aut nunc, aut hoc in loco, id accidens erit.

Aliqua in parte. τοῦ Alicubi

Cum expoſuiſſet accidens, quantum ad eam conditionem, quæ eſt eſſe in ſubiecto, nunc exponit idem accidens quantũ ad alias conditiones. & loquitur ſuſpenſiue vſq; ibi, id accidẽs erit, & dicit{quare cum aliquid ineſt, etiam alicui}ſubiecto, ſcilicet & non tantum prædicatur. quaſi dicat, quare cum fuerit aliquod accidens quod ſubiecto ineſt, vt ſecũdo exemplo patet, & quod de ſubiecto prædicatur, vt albũ muſico ineſt, & de muſico dicitur{atq; horum}. ſ. accidentium, q̃ inſunt ſubiecto, & quæ de ſubiecto prædicantur{nonnulla}ſubaudi inſunt τοῦ, id eſt alicubi habentur, id eſt{in parte eius}cui inſunt{atq; quandoq;} id eſt vt Alexan. {vel quandoq;}legit. n. Alex. atq; pro vel, fieri. n. poteſt, vt quæ alijs inſunt, in parte inſint, vel in aliquo tempore, quanquam, vt Alex. inquit, & alicubi, & aliquando ad neceſſaria etiam accõmodari poſsint, vt ad ortus, occaſuſq; aſtrorum. alicubi. qm̃ in vna mundi parte oriuntur, in alia occidunt, aliquando, qm̃ non ſemper eadẽ oriuntur, & occidunt, ſed aliquo tempore, tamen vt inquit{quicquid ineſt quidem, ſed non quia hoc erat}. ſ. cauſa determinata{aut nunc} id eſt aut cauſa determinata hoc tempore{aut}cauſa determinata { hoc in loco, id accidens eſt}per quæ docuit, non ſemper horum cauſas adeſſe, nec ſimpliciter accidentem eſſe, quæ in parte inſunt, ſed ita demum hæc eſſe accidentia, ſi non præcedat determinata cauſa, aut in determinato loco, aut in determinato tempore.

Neque igitur ulla determinata, ſed quæuis cauſa eſt accidẽtis, hæc autem indefinita eſt. accidit enim alicui in Aeginam ueniſſe, ſi non eſt ob ipſum profectus, ut illuc ueniret, ſed à tempeſtate expulſus, aut à prædonibus captus, ortum eſt igitur ipſum accidens, & eſt, ſed non, ut ipſum, ſed, ut aliud ortum eſt, tempeſtas enim cauſa fuit, ut eum ad locum ueniret, ad quem non nauigabat, hic autem erat Aegina.

Ex ijs, quæ dixit, concludit cauſam eius accidentis, quod primo exemplo eſt explicatũ, vt ex ea intelligatur, quare tale accñs ſit caſus vel fortuna: & dicit{neq; igitur vlla determinata cauſa eſt accidẽtis}quod primo exemplo eſt explicatum{ſed quæuis cauſa, hæc autem indefinita eſt}& quouis modo contingens. deinde exponit hanc exemplo, & dicit{accidit. n. alicui in Aeginam

nam veniſſe,ſi non eſt ob id ipſum ꝓfectus,vt illuc veniret} ſi. n. intendebat venire, veniſſe non fuit accidens {ſed à tempeſtate expulſus,aut à prædonibus captus}ſi ſubaudi venerat,tunc veniſſe eſt accidens.neq; . n. fortuitu digitus cõbuſtus eſſe dici debet, ſi cauſa præceſſerit eius combuſtionis,neq; in æſtate fortuitus eſt calor, cum ſit ipſius cauſa ſolis acceſſus.accidentis enim cauſa, vt dixit, non eſt determinata,ſed fortuita, ac proinde in determinata. tunc concludit, vnde accidens dicatur caſus,vel fortuna, & dicit{ ortum igitur ipſum accidens} ſcilicet ſecundum primum intellectũ, & eſt ſcilicet accidens{ſed non, vt ipſum } id eſt non quatenus per ſe eſt factum,videlicet ex ſententia, ac propria intentione{ſed vt aliud ortum eſt} id eſt ſed cum aliud ageretur.quod exponens ſubdit{tempeſtas enim cauſa fuit,vt eum ad locum veniret,ad quem non nauigabat,hic aũt erat Aegina}nam cũ ex propoſito alio nauigaretur,factum eſt,vt in Aeginam is appellaret,ꝙ non huius cauſa nauigabat.tempeſtas.n. cauſa fuit appellãdi in Aeginam,quæ curſum,quo petebatur,tenere vetuit.non igitur per ſe factum eſt,nec id erat, quod agebatur,ſed dum aliud ageretur,accidit.ex his patet,vnde accidẽs primo intellectu,dicatur caſus, vel fortuna. qua ratione euenit,vt accidens primo intellectu ſit effectus fortuitus, vel caſualis.

Dicitur etiam accidens alio modo, ut quicquid per ſe cuiq; competit, non tamen eſt in eius ſubſtantia.quo pacto triangulo cõpetit angulos æquales duobus rectis habere. atq; hæc quidem perpetua eſſe poſſunt,illorum autem nullum perpetuũ eſſe poteſt. huius autem ratio in alijs locis eſt explicata.

Aſsignat hic ſecundum intellectum ſecundũ Alex. & Expoſitorem,apud autem Auer.tertium intellectũ, & dicit{dicitur etiam accidens alio modo,vt quicquid per ſe cuiq; competit,non tamen in eius ſubſtantia}id eſt in eius definitione competit.& affert exemplum,& dicit {quo pacto triangulo competit angulos æquales duobus rectis habere}quod licet ei per ſe accidat,non tamen in eius ratione habetur,quæ ſubſtantiam exponit.ratio.n. trianguli hæc eſt, figura tribus rectis lineis cõtenta. vbi patet non in ea reperiri id, qđ eſt angulos æquales duobus rectis habere. deinde ſubdit differẽtiã inter accidentia,quæ ſunt hoc intellectu, & accidẽtia,q̃ ſunt ſm priorẽ intellectũ, & dicit{atq; hæc}.ſ. accidentia ſecundo intellectu{perpetua eſſe poſſunt} dixit aũt {perpetua eſſe poſſunt } vel quia hoc in loco nõ ex ꝓpoſito de hoc diſputans dixit,quæ ſic inſunt, ſempiterna eſſe videri,vel hoc dixit,quia fieri poteſt,vt tota aliqua ſpecies animalis,exempli gratia cicadæ, ſempiterna non ſit, & ita nec ea, quæ his inſunt ad hunc modũ, fuerint ſempiterna{illorum autem}.ſ.quæ priore modo dicuntur accidentia { nullum perpetuum eſſe põt} ergo differentia eſt, quod accidentium, quæ dicuntur ſecũdo intellectu,aliqua poſſunt eſſe perpetua, eorum vero,quæ dicuntur primo intellectu,nulla poſſunt eſſe perpetua.nam quæ nec neceſſario,nec magna ex parte vel fiũt,vel ſunt,ea ſempiterna eſſe nõ poſſunt. in quibuſdam exemplaribus,vt Alexã.annotauit, ita legitur {& hæ cauſæ propriæ ſunt}quæ lectio ſignificare videretur huiuſmodi accidentia ad demõſtrationem accõmodari,per hæc.n.fiunt demonſtrationes, cui lectioni conſentiunt verba hæc,quæ ſequuntur{huius aũt ratio alijs in locis eſt explicata } q̃m in poſterioribus reſolutorijs diſputauit,quo in loco cauſæ demonſtrationum explicãtur,quæ nam ſint. Auer.autem inquit: & iſtud accidens differt ab accidẽte pdicto in hoc,q̃m ex iſto inuenitur aliquod neceſſarium,in prædicto autem nullum eſt neceſſarium.& addit,& dixit hoc,quia accidentia,quæ dicuntur competere ſubſtantiæ, quædam ſunt neceſſaria,quædam non neceſſaria, ſcilicet ſeparabilia. & ſic eſt finis libri quinti. *Quæ. Auer. Cõm. vlt.*

Quinti Libri Methaphyſicorum Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEXTVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione

ENTIVM *cauſæue quæruntur, atque patet, quoniam quatenus entia ſunt, Eſt enim quippiam ſanitatis, bonæq; ualitudinis cauſa. & mathematicorum ſunt itidem principia, & elementa, & cauſæ, atque omnino ſcientia omnis intellectiua, aut aliquo modo etiam particeps intellectus circa principia cauſaſue, aut exactiores, aut ſimpliciores uerſatur.* TEX. 1.

IN huius libri Sexti principio talẽ ſyllogiſmum intendit,ſubiecti in Metaphyſica principia, cauſæ, & elementa quæruntur à metaphyſica: ens, quo eſt ens, eſt ſubiectũ in metaphyſica : igitur entis quo eſt ens,quæruntur principia,cauſæ & elementa à metaphyſica. De ſyllogiſmo affert cõcluſionem,& dicit{entium,atq; patet,q̃m quatenus entia ſunt,principia,cauſæúe}& ſubaudi elementa{quæruntur}.ſ. ab ipſa metaphyſica. hæc eſt concluſio.deinde oſtendit maiorem, quam non explicauit niſi inducendo in cæteris ſcientijs.& primo in medicina, cuius ſubiectum eſt ſanitas, atq; bona ualetudo.quarũ cauſas quærere certum eſt,& dicit{eſt.n.quippiam ſanitatis, bonæq; valitudinis cauſa : ſanitatis exempli gratia purgatio, ac venæ ſectio:bonæ vero valitudinis exercitatio,quas medicus in ſua facultate cõtẽplatur. Deinde inducit in mathematicis, & dicit}& mathematicorum}vt magnitudinum,& numerorum, & cæterorum ſubiectorum,quæ in mathematicis cõſiderantur{ ſunt itidem principia,& elementa,& cauſæ}quæ, ſ.conſiderantur à mathematica.& reddens inductionem vniuerſalem ſubdit{atq; omnino ſcientia omnis intellectiua, atq; aliquo modo etiam particeps intellectus},i.atque omnis practica{circa principia,cauſaſúe verſatur}cauſas ſubaudi dico{ aut exactiores,aut ſimpliciores } igitur recte maior hæc erit conſtans, videlicet ꝙ ſubiecti in metaphyſica principia,& cauſæ, & elementa quærantur ab ipſa metaphyſica . nam per inductionem ea vniuerſalis demonſtrata eſt, videlicet omnis ſcientia conſiderat ſui ſubiecti cauſas,principia,& elementa.dixit{aut exactiores},i.certiores, propter ſcientias, quæ ſubalternant, in quibus principia exquiſitiora cõſide-

rantur q̃ in ſubalternatis, in quibus principia ſimpliciora quæruntur,qm̃ ſolum quantum ad quia eſt,cum propter quidà ſubalternantibus petant. vel dixit {aut exactiores} propter naturales ſcientias,quæ verſantur circa principia,& cauſas per ſenſus exquiſitas {aut ſimpliciores} dixit propter mathematicas,quę cauſas cõſiderant, quæ ſunt notæ ſimpliciter. aut tertio {exactiores} dicit, propter ſcientias contemplatrices, quæ exquiſitius cauſas contemplantur {ſimpliciores} vero, propter morales,quę cauſas conſiderant ſuperficietenus,& ex iis,quæ ſunt,vt in pluribus. Alex.in principio primæ ſuæ enarrationis vnum declarauit, quod Ariſt. ſuppoſuit, videlicet primam philoſophiam ens in eo quod eſt ens tanquam proprium ſubiectum conſiderare: quod in multis locis Ariſt. oſtendiſſe aſſerit, ipſe tñ ex eo oſtendit, quia cæteræ diſciplinæ ens inter ſe partitæ ſunt, & vnaquæq; in ſua entis parte verſatur, non eius naturam inquirens, nec ipſam tanq̃ ens contemplans, ſed eius accidentia rimando. Aſtronomia .n.non differit de ſtellarum natura, ſed ipſarum motus,progreſſuſq́;, ac regreſſus contemplatur.hæc igitur ſæpe teſtatus ſuboſcuræ hoc in libro, apertius in conſequente,illuſtrius etiã in libris poſterioribus ipſam in entis, qua eſt ens cognitio verſari docet, ac de cuiuſq; definitione differere, & q̃uo vnumquodq; definiendũ ſit,aperire,ſiue intelligibile ſit, ſi quidue aliud, eademq; quorum habeantur definitiones, & quorum ſecus explicare.quę ſi huiuſmodi eſt,nimirum recte in entis,qua eſt ens contemplatione eã verſari,ſuppoſuit.

Expō Alex.

Qua Auer. Com. 1. Auer.vero aſsignauit cauſam, quare Ari. reſumpſit in conclusione ad hanc ſcientiã ſpectare de omnibus ſpetiebus entis, quo ſunt entia. & aſſerit, quia in hoc ſexto perſcrutaturus eſt inter ſpecies entis de ea ſpecie, quæ eſt ens per accidens, cum ens primo in hæc duo diuidatur,ſ.in ens, quod eſt per ſe, & in ens, quod eſt per accidens.Sed huic occurres,quia non vr̃ verum ens primo diuidi in ens per ſe, & in ens per accidens. Cõm. 6. qm̃ ipſemet primo libro phyſicę auſcultationis inquit, oportet neceſſario ẽm naturam diuiſionis, vt principium exiſtens in re ſit vnum, aut plura vno. vbi patet eum velle ens primo diuidi per vnum & multa, alioCõm. 3. quin hoc non aſſumeretur ab Ariſt.pro principio.tertio etiam phyſicæ auſcultationis vr̃ velle ens primo diuidi per actum,& potẽtiam,qm̃ ſunt duo genera,præter quæ non poteſt motus eſſe, aut non eſſe medium inter illa.aduerte Auer.varie loqui de prima diuiſione entis,quatenus primum aliq̃n dr̃ idem quod æquatum alicui,& ſic multæ ſunt primæ entis diuiſionis,qm̃ quęcunq; æquatur enti,quod diuiditur,dicitur prima entis diuiſio, vtputa,cum nihil ſub ente continetur,quin ſub aliquo diuidentium collocetur, & econuerſo nihil ſub aliquo diuidentium quin ſub ente. quo in modo vnum,& multa,ens per ſe,& per accidens,ſubſtantia & accidens, & id genus ſunt primæ diuiſiones entis, alio modo dicitur prima diuiſio entis primitate principalitatis,& ſic diuiſio entis per deum,& creaturam eſt prima primitate principalitatis, ſaltem rõne alterius mẽbri. tertio dicitur aliqua diuiſio prima primitate immediationis,qua rõne ea diuiſio dicitur prima, quæ fit per diuidentia ipſi diuiſo immediatiora cum igitur Auer. pluribus in locis plures diuiſiones fecit primas, primas pro adæquatis accepit.nam eiuſdem diuiſi poſ ſunt eſſe plures adæquatę diuiſiones.ſed quæ ſit prima primitate immediationis, non expoſuit. quare nec ſibi contradicit, nec eſt varius, cum ſemper ſit locutus de primis pro æquatis. etiam ſecundo Auer.exponit Ari. Cõmẽ. 1. repetere id quod dixit quarto huius,ꝙ ſcientia iſta cõſideret de omnibus entis ſpeciebus,non in particulari, ſed ẽm quod ſunt entia, vt etiam primo phyſicæ au- Cõm. 11. ſcultationis accepit. Nec ab rõne, qm̃ manifeſtum eſt conſiderationem de entibus eſſe duobus modis,aut in particulari ẽm propriam particularem rõnem, aut ẽm eam rõnem,in qua conueniunt,hoc eſt inquantum entia. & quia conſideratio de entibus ẽm particularem rõnem ſpectat ad particulares ipſas ſcientias, recte igitur accepit ad hanc ſcientiam attinere conſiderare de oĩbus entibus quatenus ſunt entia,& de cauſis entium quatenus ſunt cauſæ entis. tertio Auer.vult Ariſt.probaſſe ſuam concluſionem videlicet entis, quo eſt ens, quæruntur principia, & cauſæ, & elementa per inductionem in oĩbus ſcientiis, qm̃ in oĩbus ſcientiis ſcire aliquid conſtat ex ſcientia cauſarum.quare & in metaphyſica ſcire entia, quo ſunt entia, conſtabit ex ſcientia cauſarum entis, quo ſunt entia. verba autem illa {atq; oĩs ſcientia intellectiua, aut aliquo modo etiam particeps intellectus circa principia,cauſaſue, aut exactiores, aut ſimpliciores verſatur} exponit, primo intelligendo per ſcientiam intellectiuam, ſcientiam cõtemplatricem,& per ſcientiam,quæ aliquo modo participat intellectu,ſcientiam mathematicam,deinde dilucidius, & melius per ſciẽtiam intellectiuam omnes contemplatrices exponit, & per ſcientiam, quæ participat intellectu ſcientias morales, nam contemplatrices verſantur circa cauſas exactiores, & exquiſitores. morales autem circa cauſas ſimpliciores, quæ nõ ſunt valde certæ, nam ſciẽtiæ diuerſantur ẽm diuerſitatem naturæ ſubiectæ. tandem tertio videtur exponere adhuc certius intelligens per ſcientiam intellectiuam eã ſcientiam, quæ eſt entis,quo eſt ens, & per ſcientiam, quæ participat intellectu, ſcientias particulares, quæ particularia entia conſiderant.nam ſcientia ſimpliciter intellectiua cauſas ſimpliciter conſiderat, quæ ſunt entis,quo eſt ens, ſcientia vero, quæ participat intellectu,verſatur circa cauſas exactiores,ideſt particulariores,quæ magis ſenſibus conſtant.

Verum hæ omnes unum quid, genusq́; quoddam exceptum ſumentes de hoc, ſed non de ente ſimpliciter, neque ut ens, pertractant.

Cum expoſuiſſet explicaſſetq́; oẽs ſciẽtias in principiis,cauſiſq́; verſari,nunc differẽtiã adiungit inter particulares ſcientias,& metaphyſicã,& dicit {verũ hę},ſ. particulares ſcientię {oẽs vnum quid,genuſq́; quoddã exceptũ},ſ.certum ac ſtabilitum {ſumentes de hoc}.ſ. certo ente, certoq; entis gñe {ſed non de ente ſimpliciter} .i.ſed non de ente in cõi {neq;} de aliquo particulari ente ſubaudi {vt eſt ens pertractant} nulla.n. particularis ſcientia pertractat de ente in cõi, nec de aliquo particulari ente,quatenus eſt ens.ſicut arithmetica non determinat de numero,quatenus eſt ens, ſed quo numerus eſt. de quolibet.n.ente inq̃tum eſt ens, proprium metaphyſicæ eſt cõſiderare. particulares.n. ſciæ quãdam entis partem, & genus quoddam ſubiectũ circũſcribentes, ac velut decidentes in cauſis illius inueſtigandis ſunt occupatæ,nec entis ſimpliciter cãs, aut ens in eo qđ eſt ens conſiderãt. hęc eſt prima dr̃ia.

Neque ullam de ipſo quid eſt rationem omnino faciunt.

Aſsignat ſecundam differentiam,quę eſt,quod metaphyſica cõſiderat quod quid eſt cuiuſlibet entis cõſiderati

ſiderati à particularibus ſcientijs,& nulla ſcientia conſiderat illud,& dicit{neque}particula res ſcientiæ { de ipſo quid eſt rõnem oĩno faciunt} quod ſit ſui proprij ſubiecti. At metaphyſica conſiderat quod quid eſt cuiuſlibet generis ſubiecti particularis ſcientiæ{rõnem} Expoſitor determinationem expoſuit. Alexã. vero ait, neq; de quid eſt,& ſubſtantia quicquam ediſſerunt. & ita per rationem ratiocinationem videtur exponere. quod verum eſſe puto,quia nulla ſcientia probat quod quid eſt de ſuo ſubiecto, metaphyſicus autem ſaltem neganti ex conceſsis ab ipſo reſpondente oſtendit omne quod quid eſt de eo, cuius eſt, tã ſui ſubiecti. quam ſubiecti particularis cuiuſq; ſcientiæ.

Sed ex hoc ipſo quod quid eſt partim facto per ſenſum dilucido,partim uti ſuppoſitione ſumpto, ea deinceps hoc pacto, quæ per ſe competunt ei generi circa quod ipſæ uerſantur, aut exactius,aut mollius demonſtrant.

f Cum oſtendiſſet nullam particularem ſciẽtiam demõſtrare ipſum quod quid eſt de ſuo ſubiecto, & poſſet dici, ꝙ propter id, nec vtantur ipſo quod quid eſt, ideo ſimul duo declarat. & quod particulares ſcientiæ ipſo quid eſt vtantur,& quo modo ipſum accipiant,ſi non per demonſtrationem accipiant, & dicit { ſed ex hoc ipſo quod quid eſt, partim facto per ſenſum dilucido} vt medicina cauſas, elementaq; compoſitorum per ſenſum inueſtigat, horum.n.diſſolutionem in quatuor ſimplicia corpora conſpicata,ex ipſis ea conſiſtere apprehendit,eadem ignem calentem, & ſiccum eſſe,aquam frigentem & humidam ſenſu explorat, planumq; facit,non rõne,qm̃ phyſici eſt, aut phyſico ſuperioris munus, ignem calidum & ſiccum eſſe,terram ſiccam & frigidam,aerem callentem & humidum rõne,ac demonſtratione planum facere.medicina igitur cum ſenſuum, vt diximus, teſtimonio hæc habeat explorata,de ijs,quæ ſibi ſubiecta ſunt, conficit demonſtrationes { partim vti ſuppoſitione ſumpto } veluti arithmetica,quæ neq; ſenſus argumẽto, neq; rõne q̃d vnitas ſit, oſtendit, ſed vnitatem ſubſtantiam eſſe ſitu vacantem ponit,geometria punctum eſſe ſubſtantiam poſitionem habentem,vel cuius nulla pars eſt, & illud, quæ ſunt eidem paria,ea inter ſe quoq; paria ſunt {ea} .ſ.accidentia {deinceps hoc pacto, quæ per ſe competunt ei generi,circa quod ipſæ verſantur,aut exactius, aut mollius demonſtrant}vt arithmetica numerorum, in quibus verſatur affectiones per ſe, geometria magnitudinum demonſtrãt, ac eodem modo medicina, quæ ad ipſam priuatim pertinent, rimatur.per hæc igitur ſua quæq; demonſtrat,aut exactius,aut mollius.nã cuius principia exactiora ſunt, eius demonſtrationes maiore neceſsitate concludunt,vt geometriæ.cuius vero minus exacte. vt aſtronomiæ, ac medicinæ, eius demonſtrationes magis ſunt remiſſæ,mollioreśq;.

Iccirco patet tali ex inductione ſubſtãtiæ, atq; ipſius quid eſt demonſtrationem non eſſe, ſed quendam declarationis aliũ eſſe modum,

Ex ijs,quę declarauit,infert duas concluſiones,quarum prima eſt,ꝙ ipſius quid eſt non eſt demonſtratio, ſiue per ſenſum, ſiue ſuppoſitione accipiatur, & dicit, quia definitio non oſtenditur de ſuo definito, niſi aut per ſenſum,aut per ſuppoſitionem,cum fides facta per inductionem à ſenſu, aut per ſuppoſitionem, non ſit demonſtratio{iccirco patet tali ex inductione}.ſ.quæ fit per ſenſum,aut per ſuppoſitionem{ſubſtantiæ,atq; ipſius quid eſt demonſtrationem non eſſe} nam vt ex libro poſteriorum conſtat, inductioni cuiq; licet occurrere, nec eam permittere vniuerſale concludere,vt intelligatur ex inductione huiuſmodi minime ſubſtantiæ,& quid eſt,ac definitionis demonſtrationem conſtare. propterea ſubdit { ſed quendam declarationis alium eſſe modum. Auer.autem circa hæc dicit primo Que. Auer. Com. li. quod demonſtratio, qua artifices vtuntur in ſingulis artibus,eſt rerum eſſentialium. i. accidentium per ſe in illo genere, ſub quo continentur: quæ demonſtratio conſtat aut ex neceſſarijs propoſitionibus, aut ex ijs, q̃ ſunt plerúq;. Secundo dicit, ꝙ licet demonſtratio ſit, ad ea, quæ per ſe inſunt ſubiecto, tamen demonſtratio non eſt ad genus ipſius artis, neq; ad ſpeciem eius. vnde libro ſecundo de anima inquit, artifex non po- Cõm.27. teſt demonſtrare ſubiectum ſuæ artis,neq; ſpeciẽ illius ſubiecti. & primo phyſicæ auſcultationis ait, ſcientia Cõm.vlt. cõcedit ſuum ſubiectum eſſe, aut quia eſt manifeſtum per ſe, aut quia demonſtratum eſt in alia ſcientia. hoc idem inuenies ab Auer. aduerſus Auicẽnam pluribus in locis,quæ repetere vanum eſſe puto. inſtantia autẽ, quæ fieri ſolet contra hoc, eſt de ſubiecto libri Elenchorum,nam eo libro Ariſto. probat ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe. etiam fieri ſolet inſtantia, qm̃ Auer. libro de cœlo quarto concedit aliquam partem ſubiecti in ſcientia probari poſſe demonſtratione quia,vt de igne exponit,licet hoc raro contingat. ſed dubio procul deceptio eſt. vt in dilucidario conſtat. nam Ariſt. nõ probat ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe per habitum, qui ſit elenchicus, ſed per habitum ſuperioris artificis. nec ſcientia de cœlo probat ignem eſſe, qm̃ ignem eſſe ſenſu patet, ſed probat ſpeciem ignis congregari ſub concauo lunæ demonſtratione quia. hoc autem non eſt probare ignem eſſe.tertio Auer. dicit, eſſe quẽdam declarationis alium modum, quo declaratur quid eſt de eo cuius eſt, qm̃ plures definitiones ſubſtantiarum ſciuntur his tribus vijs,videlicet diuiſione,compoſitione,& demonſtratione ſigni. quare cum Ariſto. inquit {ſed quẽdam declarationis alium eſſe modum} illum Auer. in tribus vijs conſiſtere expoſuit, videlicet diuiſione,compoſitione,& demonſtratione quia.

Simili modo neq; ſi ſit,an non ſit genus id, circa quod uerſantur,dicere quicquam uidentur ex eo, quia eiuſdem eſt mentis quid eſt,& ſi eſt aliquid declarare.

Secunda concluſio,quam infert,eſt,quod nulla ſciẽtia demonſtrat genus ſui ſubiecti eſſe, vel non eſſe. qm̃ ſicuti nulla particularis ſcientia demonſtrat quid eſt de eo, cuius eſt, ita nulla demonſtrat ſuum ſubiectum eſſe,& dicit{ſimili modo neq; ſi ſit,an non ſit genus id circa quod verſantur,ſciẽtię particulares{dicere quicquam}.ſ.demonſtrando{videntur ex eo,quia eiuſdem eſt mentis quid eſt, & ſi eſt aliquid declarare } cum.n. de ſubiecto ipſum quia eſt ſit præcognitum, non poteſt eſſe quæſitum. Alex. autem in exemplo hominis, qui eſt ſubiectum medicinæ probat quod eiuſdem ſit mentis quid eſt demonſtrare de aliquo, & demonſtrare illud eſſe.nam ſi demonſtretur eſſe animal pedeſtre bipes, ſtatim ſequitur hominem eſſe. igitur non poteſt demonſtrari quid eſt,quin demonſtretur eſſe id, cuius eſt. Expoſitor autem aliter deducit, nam vt Secundo poſteriorum habetur, qđ quid eſt, ſupponit q̃onem ſi eſt, quo fit, vt ſi ſcientiæ particulares ſupponant quid eſt ſui ſubiecti. multo magis ſubiectum ſupponere eſſe.

qui.n.poſterius ſupponit, longe magis cogitur ſupponere prius. vnde primo poſteriorum dr̃ de ſubiecto eſſe ſupponendũ quia eſt, & quid eſt. Auer.autem eiuſdem ſcientiæ eſt ſcire aliquid eſſe, & quid eſt, quare ſi quid eſt fuerit præcognitum, etiam ſi eſt erit præcognitum. ſed Auer. non videtur ſibi conſtans, qm̃ in ſcientia naturali conſideratur ſi ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, at in metaphyſica quid ſunt, vt ſecundo phyſicæ auſcultationis ſcribit, & alibi pluries. diluiť, qm̃ Auer. intelligit eiuſdem ſcientiæ eſſe ſupponere quid eſt, & ſi eſt, quoniam omnis ſcientia, quę ſupponit quid res eſt, ſupponit quia res eſt. cum quæſtio ſi res eſt, ſit prima omnium quæſtionum.

Que Auer. tom. 1.

Com. 26

Cum autem & naturalis ſcientia circa quoddam entis genus uerſetur (circa nãq; ſubſtantiam uerſari talem uidetur, in qua principium ipſum motionis eſt, atque quietis) patet neque actiuam, neque effectricem ipſam ſcientiam eſſe. nam efficiendarum quidem rerum principium ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia quædam. in ipſo efficiente, eſt agendarum autem rerum electio in ipſo agente eſt, res enim eſt eadem, quæ ſub actionem, atque electionem cadit.

Propoſitum eſt Ariſt. vt Alex. inquit, oſtendere naturalem doctrinam contemplatricem eſſe, & non actiuam, nec effectricem, ſed cur Ariſt. hoc declaret, Alex. cauſam affert, qm̃ ex hoc oſtendet tum materiam ab ipſa, tum vel magis formam conſiderari. eſt autem cuiuſq; rei forma, quiditas rei, quod ſi magis quiditatem cuiuſq; conſiderat quam materiam, danda opera eſt, ne quiditas quid ſit, ignoretur. ſi igitur ipſa quiditatis inquiſitio neceſſaria eſt, reliqueretur eſſe ſcientiam, quæ ens, in eo quod eſt ens, conſideret: nam eius eſt proprium quiditatem inquirere. quare neceſſarium eſt oſtendere naturalem doctrinam contemplatricem eſſe, vt oſtendatur eſſe ſcientiam, quæ contemplatur ens quo eſt ens, cuius proprium ſit quiditates oĩum ſubiectorum particularium ſcientiarum inquirere. hæc neceſsitas quam Alex. aſsignauit, mihi vr̃ admodum obſcura. cum non facile ex huiuſmodi propoſito veniatur ad illud. præterea idem poſſet oſtendere, ſi Ariſto. oſtendiſſet mathematicam eſſe contemplatricẽ. quare non erat neceſſarium hoc de naturali ſcientia oſtẽdere ad oſtendendum metaphyſicam eſſe contemplatricem entis quo eſt ens, cuius propriam conſiderare quiditates, ſit. Auer. vero vult Ariſto. prius oſtendiſſe eſſe aliquam ſcientiam, quæ perſcrutetur de ente ſimpliciter, nunc vero oſtendere hanc nõ eſſe naturalem, ſed ꝙ prius oſtendat naturalem ſcientiã non eſſe operatiuam. ergo cauſa cur Ariſto. prius oſtendat naturalem non eſſe operatiuam, eſt vt oſtendat metaphyſicam non eſſe ſcientiam naturalem: cuius oppoſitum putabãt antiqui. ſed hæc cauſa eſt obſcurior illa Alex. qm̃ Ariſt. potuiſſet oſtendere metaphyſicam non eſſe naturalem ſcientiam, etiam ſi non oſtendiſſet naturalem eſſe contemplatricem. Expoſitor vero vult, vt oſtendat differentiam inter naturalem ſcientiam, & operatiuas facultates, deinde inter naturalem, & alias contemplatrices doctrinas, tertio vt ex iis veniat ad oſtendendum differentiam inter metaphyſicam & cæteras facultates omnes quantum ad conſiderandi modum. ergo neceſsitas propoſiti eſt, vt ex eo per manus veniamus ad differentiam, qua in modo conſiderandi differt metaphyſica à cæteris diſciplinis, quæ cã conſona vr̃ proceſſui, quo vtitur in dictione. tunc intendit quendam ſyllogiſmum, qui vno mõ ſic componitur, Scientia operatiua verſatur circa ſubiectum, in quo non eſt principium motus, & quietis: naturalis ſcientia verſatur circa ſubiectum, in quo eſt principiũ motus & quietis: igitur (in ſecunda figura) ſcientia naturalis non eſt operatiua. aut ſm̃ Alex. ſic, oĩs doctrina vel contemplatrix eſt, vel actiua, vel effectiua: phyſica eſt doctrina: igitur phyſica eſt vel contemplatrix, vel actiua, vel effectiua, phyſica eſt aut contemplatrix, aut actiua, aut effectiua. phyſica non eſt actiua, nec effectiua, igitur eſt contemplatrix. maior, & minor principalis ſyllogiſmi ſunt adeo in confeſſo, vt ne probationem quidem eius adhibendam curauerit. nam & phyſica ſit doctrina, & ꝙ oĩs doctrina ſit aut contemplatrix, aut actiua, aut effectiua, nemo eſt qui dubitet. quod autem phyſica neq; ſit actiua, neq; effectiua, quæ fuit aſſumptio, probat ſic, Actiua & effectiua doctrina verſatur circa ſubiectum, in quo nec motus nec qetis principium eſt: phyſica verſatur circa ſubiectum, in quo principium motus, ac quietis eſt: igitur phyſica nec actiua, nec effectiua eſt. de hac rõne tangit minorem, & dicit {cum autem & naturalis ſcientia circa quodam entis genus verſetur} & exponens quale, ſubdit {circa nãq; ſubſtantiam verſari talem videť, in qua principium ipſum motionis eſt, atq; quietis} verſatur .n. circa corpus naturale, in quo natura eſt, quæ principium motus, atq; quietis eſt. hæc eſt minor. prætermiſſa maiore, dat concluſionem, & dicit {patet neq; actiuam, neque effectricem ipſam} .ſ. naturalem {ſciẽtiam eſſe} maiorem prætermiſit, ſed affert eius probationem, agendarum efficiendarumq; rerum principia, & cauſæ motionis, & quietis non ſunt in ipſis, naturalium autem principia cauſæq; motionis, atque quietis in ipſis habentur. naturalia igitur nec agenda ſunt, nec efficienda. de hac probatione tangit maiorem, & dicit {nam efficiendarum quidem rerum principium ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia quædam} .ſ. ex generatione contracta {in ipſo efficiente eſt, agendarum autem rerum} .ſ. principium cum ſit {electio, in ipſo agente eſt} & aſſignat rõnem, & dicit {res.n. eadem eſt, quæ ſub actionem} .i. quæ agenda eſt {atque electionem cadit} .i. & quæ eligenda eſt, cũ idem ſit agẽdum & eligendum, & principium rei eligendæ eſt. in agente, etiam principium rei agendæ erit in agente. Ex his vult habere hanc concluſionem, quod naturalia nec agẽda ſint, nec efficienda. ex qua vlterius vult habere, quod ſcientia, quæ in naturalibus verſatur, neq; ſit actiua, neq; effectiua, & ſic habetur concluſio principalis. adiecit ſiue mens, ſiue ars, ſiue potẽtia, qm̃ quæ vel mente, vel arte, vel potentia efficiunt, hæc facultate, quæ à mente, & arte, proficiſcatur, officio ſuo funguntur. ſed quia in dictione Alex. legebatur {efficientium} corrigit, vt melius dicatur efficiendorum, vt in codice noſtro habemus. effectiua ſcientia vt in ethicis dictũ eſt ea, eſt, cuius opus poſt actionẽ manet, vt ars ædificandi. nam poſt ędificationẽ opus eius, hoc eſt domus ꝑſiſtit. actiua vero, vt ars ſaltandi. ſiquidẽ poſt ſaltationẽ nihil ſupereſt. cũ vero dicit {pͥcipium ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia} hoc dicit, quia hoc principium in ipſo efficiente primo eſt intellectus, qui primo artẽ adinuenit, deinde eſt ars, quæ eſt habitus intellectus, tertio eſt aliqua põa exequens, ſicut potentia motiua, per q̃ artifex exequitur conceptionẽ artis.

Alex.

Quare, ſi mens omnis aut actiua, aut effectiua eſt, aut contemplatiua

templatiua naturalis profecto facultas contemplatiua quædam ſcientia eſt,ſed circa tale ens contemplatiua,quod moueri poteſt. & circa eam ſubſtantiam plerunq;, quæ ſolum ad rationem inſeparabilem accommodatur.

Cum phyſicam contemplatricem eſſe docuiſſet, concludens nunc adiecit {quare ſi mens oĩs, aut actiua, aut effectiua eſt, aut contemplatiua, phyſica ſubaudi ſi neq; actiua eſt, neq; effectiua, naturalis profecto facultas contemplatiua quædam ſcientia eſt} deinde ſubdit ſubiectum genus entis, circa quod eſt cõtemplatrix, & dicit {ſed circa tale ens contemplatiua, quod moueri poteſt} hoc eſt,ſed circa corpus naturale. & qm̃ etiam verſatur circa materiam, & formam,& non ſolum circa corpus naturale, ideo ſubdit {& circa eam ſubſtantiam plerunq;, quæ ſolum ad rõnem inſeparabilem accommodatur} quaſi dicat, naturalis diſciplina verſatur in ſubſtantiæ materialis cognitione, ſed magna ex parte in conſideratione ſubſtantiæ {quę ſolum ad rõnem inſeparabilem accommodatur}.i. ſed magna ex parte, circa ſubſtantiam, quæ ſolum eſt forma, quæ ẽm rõnem non eſt ſeparabilis, hoc eſt,ſed magna ex parte circa formam materialem, quæ rõne non eſt ſeparabilis. in codice Alex. habetur {& circa ſubſtantiam eam plerunq;,quę ad rõnem accommodatur, & non ſeparabilem tãtum} per quæ ſignificare vr̃ naturalem doctrinam formamconſiderare plerunque,quam vocat ad rõnem accommodatam {non tm̃ ſeparabilem} ſed etiam inſeparabilem, ſed vt Alex.inquit,non eſt hoc,quod ait,diſſerere,videlicet & de ſeparabili,& de inſeparabili {ſed non ſeparabile ſolum} intelligit,i.inſeparabilem ſolum, hoc eſt ſubſtantiam ſolum inſeparabilem,quæ non poteſt à materia ſeiungi. & ſic redit ad dictionem noſtram. nam in ſumma vult dicere, naturalem ſcientiam verſari circa corpus naturale, & circa ſubſtantiam plerunque,quæ eſt forma ſolum rõne inſeparabilis à materia. & dixit, circa ſubſtantiam plerunq;,quæ eſt forma,qm̃ verſatur etiã circa materiam,ſed plerũq; circa formam,& quia forma eſt duplex ſeparabilis rõne, vt ſubſtantiæ ſeparatæ, & non ſeparabilis rõne, vt omnis forma, quæ neceſſario requirit materiam,ideo addit & plerunq; circa eam formam, quæ ſolum eſt in ſeparabilis rõne,excludendo videlicet omnes ſubſtantias ſeparatas, quas non conſiderat naturalis philoſophia, niſi demonſtrando illas eſſe.& excludendo animam intellectualem, cuius partem ſenſualem, & vegetalem conſiderat naturalis philoſophia, intellectualem vero metaphyſica, vt libro de partibus edocuit. vnde & Auer. & dixit in maiore parte propter intellectum, qui conſideratur à naturali philoſophia,& tñ rõne eſt ſeparatus ratione à materia,quod etiam Expoſitor probauit, cum inquit, & dicit {plerunq;} propter intellectum,qui aliquo modo cadit ſub conſideratione naturalis philoſophiæ, & in eius ſubſtantia ſeparabilis eſt.

Quæ Auer. cõm. 1.

TEX.2. *Non lateat autem oportet, quo nam modo quiditas, atque ratio ſeſe habeat,nam ſine hoc quærere,nihil eſt efficere.*

Cum ſeparaſſet phyſicam ab operariis facultatibus, nunc vult eandem ſeparare à cæteris contemplatricibus ſcientiis, & qm̃ hoc diſcrimen fit per differentiam definitionum, ideo proponit ſe velle differere de modo,quo definitio aſsigneť in naturalibus, vt hinc procedant ad diſcrimen naturalis philoſophiæ, & cæterarum contemplatricium,& dicit {non lateat autẽ oportet} .i.intelligere oportet {quo nam modo quiditas, atq; rõ} .i.quo nam modo definitio, quæ dr̃ quiditas, & rõ ſubaudi in naturalibus {ſeſe habeat} .i.inquirenda ſit, vtrum in re quapiam naturali definienda materiam quoque definitio ſubiectam in definitione cõplecti oporteat,nec ne, cuius rõnem ſubdit {nam ſine hoc quærere} .i.nam ſine ea qõne, vtrum in re naturali definienda num cum materia, an abſq; ipſa definiendum ſit,ignoremus {nihil eſt efficere} .i.fruſtra operam ſuſceperimus, quaſi velit oſtendere neceſſariũ eſſe rem quippiam naturalem definienti,materiam quoq; in definitione comprehendere, fieriq; non poſſe, vt abſque ipſa rei naturalis definitio conſtet. quæ omnia eo pertinent,vt ex his appareat non poſſe formam naturalem ipſam per ſe abſq; materia conſiſtere, vt idearum authoribus placebat. Expoſitor autem ſic ait {nõ lateat autem oportet,quonam modo quiditas, atq; rõ ſeſe habeat} .i.quo nam modo ſit aſsignanda in qualibet ſcientia ad videndum differentiam ſcientiarum {nam ſine hoc quærere} .i.ſine cognitione modi definiendi {quærere, nihil eſt efficere} .i.non erit inuenire differentiam ſcientiarum.cum.n.definitio ſit medium demonſtrationis, & proinde principium ſciendi, fiet, vt ad diuerſum modum definiendi, diſcrimẽ contemplatricium ſequatur. quare oporret non latere, quo nam modo ſit definiendum in vnaquaq; ſcientiarum.

Itaq; definiendarum rerum,& quarum ipſum quid aſsignamus,aliæ uti ſimum,aliæ uti concauum eſſe uidentur. hæc autem ex eo differũt, quia ſimum quidem cum materia eſt comprehenſum. eſt.n. ſimum concauus naſus, at concauitas ſine ſenſibili materia eſt.

Cum cõcluſiſſet phyſicam verſari circa corpus mobile, & circa ſubſtantiam.i.formam inſeparabilem à materia, nunc infert partitionem earum rerum, quæ definiuntur, vt habeat modum definiendi accommodatum naturali philoſophiæ,& dicit {itaq; definiendarum rerum, & quarum ipſum quid aſsignamus}.i.rerum, quæ definientur, & quarum quid eſt inquiritur {aliæ vti ſimum} nam vt ſimum definiri non poteſt, quin naſus velut ei ſubiecta materia ſumatur,ſic naturales formæ abſq; materia definiri nequeunt. & per materiam exponit Alex.genus, & diſcrimina, quæ vltimam differentiam antecedunt.quod an verum ſit,& quale ſit,promittit explicare ſuo loco.nos autem quid per materiam ſenſibilem ſit intelligendum,explicauimus libro ſecundo phyſicę auſcultationis.tamẽ ſtatim Ariſt. exponet in exemplo {aliæ vti concauum} & exponens differentiam inter hęc,dicit {hæc autem ex eo differunt, quia ſimum cum materia eſt comprehenſum.eſt.n.ſimum concauus naſus. at concauitas ſine ſenſibili materia eſt} nam inter ſimum, & concauum hoc intereſt,quod ſimi determinatum, certumq; ſubiectum ſit naſus, qm̃ ſine naſo non conſtat ſimum. ſiquidem quod ſimum dicit, is naſum cauum dicit, cauitas vero ſubm̃ certum nullum habet. quippe quæ in materia ſenſibili,quod.n.in materia ſenſibili habeatur, certum eſt.nam & terra caua eſt,& ferrum cauũ, & lignum,& pleraq; alia caua eſſe conſtat.cæterum in non ſenſibili quoq; ineſt, poſſumus.n.cauum quicquam, ſiue cauitatem intelligere, quæ neque in ferro ſit, nec in ligno,nec in aliquo alio ente ſenſibili dr̃.n.concauũ, cuius medium exit ab extremis. at ſimitas, vt modo dixi, abſque ſubiecto intelligi nequit. per quæ patet Ariſt. intelligere per materiam ſenſibilem ſubiectum naturale, vt eſt naſus reſpectu ſimi,& terra, ferrum,li-

gnum, & id genus reſpectu concaui, quod ſubiectum naturale cum forma definitur in concreto ponitur in recto, vt cum definitur animal, dicitur, quod ſit corpus ſenſitiuum, cum vero definitur in abſtracto, dicitur quod ſit actus corporis ſenſitiui.

Quod ſi naturales res omnes perinde, atque ſimum dicuntur, ut naſus, oculus, facies, caro, os, omnino animal, folium, radix, cortex, omnino planta. nullius.n. ipſorum ratio motionis eſt expers, ſed materiam ſemper habet, patet quo nam pacto naturalibus in rebus ipſum quid eſt quærere, definireq; oportet, & quamobrem etiam ad naturalem philoſophum pertinet de aliqua anima contẽplari, quæ non ſine materia eſt.

Cum propoſuiſſet partitionem rerum definiendarum, & accepiſſet res naturales dici, vt ſimum, qm̃ ſine materia intelligi nequeunt, nunc concludit quale quid eſt ſit quærendum in naturalibus, & lege ſuſpenſiue vſq; ibi {patet quo nam pacto} & dicit {quod ſi naturales res omnes perinde, atq; ſimum dicuntur} qm̃ ad rõnem à materia inſeparabilem accommodantur, vt dixit deinde per exemplum explicat res naturales, quæ vt ſimum dicuntur, & dicit {vt} .i. quales res naturales, quæ dicuntur vt ſimum, ſunt {naſus, oculus, facies, caro, os, omnino animal, folium, radix, cortex, oĩno planta} & cæteræ id genus, quod autem hæ ſint, vt ſimum, oſtendit, & dicit {nullius.n. ipſorum} quæ. ſ. nũc per exemplum explicauimus {rõ motionis eſt expers} motionem appellans materiam ſenſibilẽ mobilemq; {ſed materiam ſemper habet} tunc terminat ſuſpenſionem, & dicit {patet quo nam pacto naturalibus in rebus ipſum quid eſt, quærere, definireq;} .i. determinareq; {oportet} qm̃ in rebus naturalibus quid eſt, atq; definitio cum materia eſt inueſtiganda, vt dictum eſt de ſimo, & addit ſecundo {&} patet {etiam, quamobrem ad naturalem philoſophum pertinet de aliqua anima contemplari} non de omni {ſed de ea, quæ nõ ſine materia eſt} vt de ſenſuali, & vegetali. nam de intellectu, vt Ariſt. inquit in libro de partibus, agere debet metaphyſicus. vnde Alex. materia vſq; adeo phyſico ad definiendum accommodatur, vt is animas etiã rõnis expertes ſenſualem videlicet & vegetalem conſideret, definiatq;, propterea quod hæ abſq; materia non conſtent, neq; à ſuo ſubiecto ſeiungi valeant, qui ſi rõnis quoq; compotes animas conſiderat, in libro de anima cauſa eſt à nobis explicata. Auer. vero inquit {de aliqua anima} .i. de illa, quæ non poteſt eſſe abſq; materia. & intendebat quod naturalis debeat conſiderare in vtroq; .i. de forma, q̃ eſt in materia, & de materia propter conſiderationem de compoſito, ſed cõſideratio eius de formis naturalibus eſt prima intentione, & de materia propter formam. Expoſitor autem per materiam intelligit materiam ſenſibilem, i. affectam primis qualitatibus, quæ ſenſibilis eſt ſenſu tactus, nam in definitione carnis, & oſsis, & cæterorum id genus, oportet ponere calidum & frigidum aliquo modo contemperatum, & ſimiliter in aliis.

Naturalia & ſi non poſsint diffiniri ſine materia, tamen ſecũdum rationem abſtrahi poſsũt.

Qua Auer. Cõmen. 11.

Naturalem igitur facultatem contemplatricem eſſe, ex his perſpicuum. At ipſam mathematicam contemplatiuam ſcientiam eſſe conſtat. ſed ſi eſt immobilium, ſeparabiliumue, nunc obſcurum eſſe uidetur. ſed quod ſint aliquo mathematica, quæ quidem, ut immobilia, atq; ut ſeparabilia mathematica ſcientia contemplatur, patet.

Poſtquam phyſicam ab actiua, & ab effectiua ſciẽtia ſeiunxit, cum ipſam contemplatricem eſſe doceret. nunc eandem à doctrina mathematica diſcernit hoc pacto argumentando, Mathematica, quæ intellectualis eſt, de immobilibus ac ſeparabilibus diſſerit: phyſica, quæ & ipſa eſt intellectualis, neq; de immobilibus diſſerit neq; ſeparabilibus: igitur phyſica non eſt mathematica. talis eſt ſyllogiſmus. propoſitionum vero, quæ ait, phyſica non diſſerit de immobilibus neque ſeparabilibus, ſed de mobilibus, & iis, quæ ſecerni nequeunt, multis in locis eſt ab ipſo probata: ſed loco minoris dicit {naturalem igitur facultatem contemplatricem eſſe} ſubaudi rerum naturalium cum materia ſenſibili cõceptarum {ex his} quæ diximus {perſpicuum eſt} quæ fuit minor. deinde affert maiorem, & dicit {at ipſam mathematicam contemplatricem ſcientiam eſſe conſtat: ſed, ſi eſt immobilium, ſeparabiliumúe, nunc obſcurum eſſe videtur} quaſi dicat, nos quidem mathematicam diſciplinam in rebus immobilibus ſeparabilibusúe verſari, hoc in loco ſummimus pro conſtanti. ſed vtrum vere in his verſetur, non ſatis liquet. ſed quid in aperto ſit, ſubdit {ſed quod ſint aliqua mathematica, quæ quidem, vt immobilia, atq; vt ſeparabilia mathematica ſcientia contemplatur, patet} dixit autem quædam, ne dicamus omnia mathemata, nam de quibuſdam patet, de omnibus qõ nondum liquet. non.n. de viſibilibus, de quibus proſpectiua agit, nec de numeris ſonoris, de quibus agit muſica, iam liquet ſint ne ſeparabilia an ſecus. ex quibus patet maior, quod mathematica, quę intellectualis eſt, de immobilibus contemplatur, atq; ſeparabilibus cõtempletur. ad hunc igitur modum phyſicam à cæteris doctrinis diſiunxit.

Quòd ſi quippiam ſit in ratione rerum immobile, & ſempiternum, & ſeparabile, patet eius cognitionem ad contemplatricem ſcientiam ſpectare, non tamẽ ad Naturalem: quippe cum Naturalis facultas circa mobilia quædam uerſetur. nõ ad Mathematicam, ſed ad eam, quæ his utriſq; eſt prior. Naturalis.n. circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia uerſatur. mathematicæ uero nonnullæ circa immobilia quidem, non autem ſeparabilia fortaſſe, ſed ut in materia ſunt, uerſantur. At prima & circa ſeparabilia, et immobilia cõtẽplatur.

Nunc vero primam philoſophiam à phyſica, & Mathematica diſtinguit, & dicit {q̃ ſi quippiam ſit in rõne rerum} ſiue in rerum natura {immobile, & ſempiternum, & ſeparabile} quale eſt genus ſubarum ſeparatarũ. {Patet eius cognitionem ad contemplatricem ſcientiam ſpectare} quo in loco, vt Alex. aduertit, aliquid ſempiternum eſſe, atq; immobile ſignificauit, ſed dixit, ſi eſt, qm̃ hoc nondum eſt demonſtratũ. Deinde ad q̃ contemplatricem ſpectet, exponit, & dicit {non tñ ad Naturalem: quippe cum naturalis facultas circa mobilia quædam verſetur} non.n. conuenit eam facultatem, quæ mobilia & inſeparabilia conſiderat, ſeparabilia, & immobilia contemplari {non ad mathematicam} qm̃, vt Alexã. ſupplet, licet hęc de immobilibus diſſerat, non tñ de ſeparabilibus, vt ipſe docebit, ſed quę in ſubiecto ſunt, atq; materia {ſed ad eam, quę his vtriſq; eſt prior} hoc eſt, ſed ad primam philoſophiam. & tu intelligas hæc immobilia, & ſeparabilia pertinere ad primam philoſophiã, ſed non tm̃ hæc, ſed oĩa entia quo entia ſunt, & replicat rõnes, & dicit {Naturalis.n. circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia verſat̃} ergo non poteſt de immobilibus, & ſeparabilibus agere naturalis {mathematicæ vero nonnullæ circa immobilia quidem, non autem ſeparabilia for-

taſſe,

taſſe,ſed,vt in materia ſunt verſantur} dixit autem, ex mathematicis{nonnullæ}propter proſpectiuam,muſicam,& aſtronomiã. Proſpectiuus enim nõ diſputat de lineis ſeparabilibus,ſed quæ in materia ſunt. quæ ratio eadem eſt in muſico,& ſimilibus. verbũ aũt {fortaſſe} adiectum iccirco eſt,quia demonſtrandum eſt nullum mathematicum eſſe ſeparatũ. Plato.n.tenet oppoſitũ.

Omnes πάντα vniuerſales.

Omnes autem cauſas ſempiternas, eſſe neceſſe eſt,maxime autem iſtas:ſunt enim hæ cauſæ diuinorum his, quæ ſunt manifeſta.

Cum dixiſſet,ſi quid ſempiternum ſit, ac immobile & ſeparatum, huius cognitionem ad cõtemplatricem doctrinam pertinere,qđ qualecunq; ſit,cauſa erit ceterorum oĩum, nunc qualis ſit oĩs cauſa, qualeq; omne principium ſuggerit,et quale ſit illud ſempiternum,et dicit{oẽs aũt cauſas ſempiternas eẽ neceſſe eſt} ſenſus eſt,eſſe neceſſe,vt oĩs cauſa, & oẽ principium ſit ſempiternum.cuius rõnem explicat Alexander ex eo, quia ſi cauſa omnis generetur, profecto ex alio generabiť, idq; in infinitum progredietur. Argyropylus verbum πάντα trãſtulit{vniuerſales cauſas ſempiternas eſſe,neceſſe eſt}cui non conſonat verbum,quod ſubdit {maxime autem iſtas} propterea Alexan. omnes legit, qm̃ omnem cauſam eſſe ſempiternam oſtendit, propterea ſubdit{maxime autem iſtas}id eſt maxime autem has ſeparatas,& immotas,cauſas ſempiternas eſſe neceſſe eſt,cuius rationem affert, & dicit {ſunt enim hæ cauſæ diuinorum his, quæ ſunt manifeſta} quod Alexander ipſe ſubobſcure ob ſermonis breuitatem eſſe traditũ aſſerit,ſenſum autem,niſi decipiatur,eſſe huiuſmodi ait, vt hæc immota,atq; ſeparata,cauſæ ſint diuinorum, id eſt ſphærarum,diuinorumq; corporum, quæ quidem ſphæræ{his,quæ ſunt manifeſta} id eſt mortalibus rebus cauſæ ſunt,vt oriantur,& occidant.ſi quidem horum ortus & interitus opera ſunt cœleſtium motuum. quod ſi circumlatum corpus ſempiternum eſt nimirum cauſa corporis circũlati, multo etiam magis erit ſempiterna, & hanc expoſitionem Auer.olfecit. aliter legit{ſunt enim hæ cauſæ} pro hæc cauſa, quaſi dicat cum ſint in ſenſibilibus diuina omne, ſcilicet corpus circũlatum cauſa prima cauſa fuerit horum ſenſibiliũ, atq; diuinorum.vt ſit ſenſus,quãquam prima,& immota cauſa vtrum quorundam intelligibiliũ, diuinorũq; cauſa ſit,non ſatis exploratum habemus, ſenſibilium tamen,ac diuinorũ, circũlatorũq; corporũ cauſam eſſe conſtat.cæterum in quibuſdã exemplaribus, vt ipſe Alexander inquit, ita ſcriptum eſt { & hæc ſunt cauſæ ſenſibiliũ manifeſtis}quæ ſcriptura, ſi recte ſe habeat, vt inquit, ſenſus erit, hæc immota, & ſeparata cauſæ ſunt manifeſtis.ſ.cauſis ſenſibilium.id eſt hec immota, & ſeparata cauſæ ſunt corporibus cœleſtibus,quæ ſunt manifeſtæ cauſæ ſenſibilium.& dixit ita, quia corpora cœleſtia cauſæ ſunt,quæ ſenſu percipiuntur ſecus materia & forma,quæ cauſæ ſunt,nõ tamen ſenſu manifeſte.corpora vero cœleſtia ortus & interitus eſſe cauſas argumento ſenſuum patet.ſol.n.dum ad aquilonẽ accedit,generationis eſt cauſa, cum ad auſtrum ſeſe refert,interitus.miror Alexandrum virum alioqui doctiſſimum tantum laboraſſe circa hæc verba, cum græca ſint hæc, ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. quæ ſi interpretentur ſic,hæc enim immota & ſeparata de numero diuinorum cauſæ ſunt his, quæ ſunt manifeſta, id eſt cauſæ ſunt mortalibus,quæ ſenſu conſtant, nullam video obſcuritatem. nam ea immota de numero diuinorum ſunt,& ſunt cauſæ rebus ſenſibilibus,vt generentur,& corrumpantur.

Quare contemplatrices philoſophiæ tres erunt: Mathematica Naturalis,Theologia.

Huic non obſtat dictũ. 11. meta. cap. 3. quo naturalem & mate. d. eſſe partes ſapietiæ nam ibi uolui has eſſe illius partes eo quo conſiderant quiditates quo ad cõia oĩbus.

Nunc concludit ex dictis numerum ſcientiarũ contemplatricium,hoc pacto{quare} ſubaudi ſi entia, vt dictum eſt,trifariam diuiduntur,& partim inſeparabilia ſunt,& mouentur,quædam inſeparabilia,& immota,alia ſeparata,& prorſus immota {contẽplatrices philoſophiæ tres erunt,mathematica}quæ ea tractet, quæ inſeparabilia ſunt,& immota:Naturalis,quæ in ijs verſetur,quæ inſeparabilia ſunt,& mouentur: theologia, quæ ſeparata,& oĩno immobilia conſideret,& tu intelligas,vt dictum eſt,theologiã conſiderare ſeparata, & omnino immota,non tamen hæc tm̃.ſed etiã ſenſibilia & mathematica, quo entia ſunt, Primi.n. Philoſophi eſt conſiderare oĩa entia ſub ratione entis, Auerroes vero inquit,manifeſtum eſt igitur ex hoc ſermone,qđ modi,id eſt ſpecies philoſophiæ ſpeculatiuæ,ſunt tres, videlicet ſcientia rerum mathematicarum, & ſcientia rerum naturalium,& ſcĩa ſubſtantiarum diuinarum,in quarum definitione accipiť Deus, cuius rõnem Auer. ſubdit.& intendebat quod, quemadmodũ naturalia ſunt iſta,in quorum definitione accipitur natura,ita diuina ſunt illa,in quorum definitione accipitur deus,& voluntaria illa,in quorum definitione accipiť volũtas. & tu intelligas per diuina,in quorum definitione accipitur Deus,oẽs ſubſtãtias ſeparatas Deo ipſo excepto, hæc.n. Ariſtoteles deſcribit accepto Deo. ſicut per naturalia intelliguntur oĩa mobilia præter ipſam naturã. non.n.natura definitur per naturã, ſic nec deus definiť per deum. ſed quemadmodum naturalia definiuntur per naturam, ſic intelligentiæ ſecundę definiuntur per deum,duodecimo huius.ſunt.n.intelligentiæ ſecundæ ſubſtantiæ ſeparatæ quæ mouẽt orbes motu perpetuo gratia dei.hoc eſt vt complaceant deo, & vt ei aſsimilentur,de quo ſuo loco.

Quæ Auer. Com. 2.

Non enim obſcurum eſt, ſi uſpiam ipſum diuinum eſt in tali natura eſſe.

Aſsignat rationes, quod de ipſo diuino ſit theologia,& primam cum dicit{non.n.obſcurũ eſt, ſi vſpiã,} id eſt ſi in aliqua natura rerũ,ex ijs, quæ aſsignatæ ſunt {ipſum diuinum eſt, in tali natura eſſe} quæ videlicet eſt ſeparata,& omnino immota, vt Alexan.expoſuit. tunc ſuppleas rõnem,ſed cum de ente ſeparato & oĩno immoto ſit theologia:igitur de diuino ente agit theologia,vt ſit oĩs ſyllogiſmus, De natura ſeparata & oĩno immota eſt theologia,vt viſum eſt ipſum diuinũ eſt natura ſeparata,& ĩmota;igiť de ipſo diuino ẽ theologia.

Inſuper præſtabiliſsimam facultatem, maximeq; honorabilem circa id,quod eſt præſtabiliſsimum, maximeq; honorabile genus uerſari oportet. Contemplatrices igitur ſcientiæ cæteris facultatibus ſunt expetibiliores. hæc autem expetibilior contemplatricibus eſt.

Secundo idẽ demõſtrat, & dictio ad ſyllogiſmos ſic reſoluiť,vt ſit primus,circa genus præſtabiliſsimũ,maximeq; honorabile verſať præſtabiliſsima ſcĩa, maximeq; honorabilis:ipſum diuinũ eſt genus præſtabiliſsimũ,maximeq; honorabile:igiť circa ipſum diuinũ verſatur ſcĩa præſtabiliſsima,maximeq; honorabilis.de ratione affert maiorẽ,& dicit{inſup pſtabiliſsimã facultatem maximeq; honorabilem circa id,qđ eſt præſtabi-

liſsimũ maximeq; honorabile genus verſari oportet} hæc ẽ maior. minorẽ vero, & cõcluſionẽ tacuit vt nos eas ſuppleamus. Secũdus vero ſylls circa ipſum diuinũ verſaẽ ſcĩa pſtabiliſsima, maximeq; honorabilis, theologia eſt ſcĩa præſtabiliſsima, maximeq; honorabilis: igitur in ſecunda figura, ſed maiore conuerſa in terminis, theologia verſaẽ circa ipſum diuinum. huius ſecundi ſyllogiſmi cũ ſuppoſuiſſet maiorẽ, nihil ponit, ſed demonſtrat minorem, hoc pacto, facultas expetibilior oĩbus contẽplatricibus, quæ ſunt cæteris expetibiliores, eſt præſtabiliſsima, maximeq; honorabilis: theologia eſt expetibilior oĩbus contẽplatricibus, quæ ſunt cæteris expetibiliores, vt nunc ſupponit pro explorato igitur theologia eſt præſtabiliſsima maximeq; honorabilis. de hac ratione tangit vim minoris, & dicit {contemplatrices igitur ſcientiæ cæteris facultatibus ſunt expetibiliores, hæc autem}.ſ. theologia {expetibilior cõtẽplatricibus eſt} hæc pro minore, vñ ijs, qui nõ poſſunt plura cõſpicere, ratio breuis eſt, ipſum ens diuinum eſt honorabiliſsimum, igiẽ theologia, quæ eſt omnium ſciẽtiarũ honorabiliſsima, ẽ de ipſo ente diuino.

Aliqua ſpeculatiua eſt ſecundum quid ignobilior aliqua practica, vt ſpeculatio naturæ formicæ indignior ẽ operatione ſecundũ uirtutẽ.

TEX. 3.

Dubitauerit autem quiſpiam ſit ne Prima Philoſophia uniuerſalis, an circa genus, & naturam unam. neq; enim in ipſis mathematicis ſcientijs idem modus eſt, ſed geometria quidem, atq; aſtrologia circa propriam quandam naturam uerſantur. illa uero uniuerſalis omnium communis,

Cum docuiſſet hãc ſciẽtiam, q̃ theologiã appellauit, eſſe nobiliſsimam, nunc adiungit dubitationẽ, vtrum hæc ſcientia ſit vlis, an certi generis, & dicit {dubitauerit aũt quiſpiã ſit ne prima Philoſophia vlis} prorſus, vt oẽs complectaẽ, eiq; cætere, vt particulares vlibus ſubijcianẽ {an circa genus, & naturã vnã} ſed quẽadmodum medicina, vel aſtronomia, & doctrinæ cæteræ in vna entis parte verſantur, & vnã quandã velut ex vniuerſitate aſciſſam, ſic item theologia partem quãpiã entis conſiderat. deinde probat hoc per ſile in mathematicis, qđ metaphyſica ſit coĩs, omneſq; cõplectẽs, & dicit {neq;.n. in ipſis mathematicis ſcientijs eſt idem modus} qđ.ſ. ſit particularium ſciẽtiarũ, & vlis mathematicæ {ſed geometria quidẽ, atq; aſtrologia circa propriam quandã naturã verſanẽ, illa vero}.ſ. coĩs mathematica, quæ has continet, eſt {oĩum cõmunis} ſic quid obſtat, vt Phyſica aliq̃ eius partẽ conſideret, aliam mathematica. theologia vero oĩum cõis habeaẽ? verbum {illa} Expoſitor ad ipſam theologiam refert, Alex. aũt ad ipſam cõmunem mathematicã, nam ſic argumentum poterit accipi per ſimile in mathematicis.

Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia præter eas, quæ natura conſtant, naturalis ſane facultas prima ſciẽtiarum erit. Sin uero ſubſtantia quædam immobilis ſit in ratione rerum, hæc erit profecto prior, philoſophiaq́ue prima, & uniuerſalis hoc pacto.

Nunc ſoluit dubitationem, & dicit {ſi igiẽ nulla ſit alia ſubſtantia præter eas, quæ natura cõſtant} id eſt ſi ergo non eſt aliqua ſubſtantia præter naturales, & ſenſibiles {naturalis ſane facultas prima ſcientiarum erit} & vlis {ſin vero ſubſtantia quædam immobilis ſit in ratione rerum} quæ ſit immobilis, & ſeparata, vt nũc ſupponendum eſt pro vero {hæc}.ſ. talis ſubſtantia prior erit quam ſubſtantia naturalis {philoſophiaq;} quæ de illa cõtemplatur, erit {prima & vniuerſalis hoc pacto, hoc pacto} dixit, non quia illas complectaẽ, ſed quia alijs omnibus prior habeẽ. ex quo patet metaphyſicã eſſe vniuerſalem, & primam, & certi generis. qđ prior cæteris. eſt quia eſt de ente priore, quod autẽ certi generis, eſt quia eſt de ente immoto omnino, & ſeparato quod eſt determinatum, & ſtabilitum ens.

Et quia eſt prima, ad hanc profecto pertinebit contemplari de ente quatenus eſt ens, & quid eſt. & ea quæ uniuerſaliter inſunt ipſi, quo eſt ens. TEX. 4.

Ex ſolutione aſsignata exponit quouſq; ſe extẽdat cõſideratio vnius facultatis, & dicit {& quia} metaphyſica {eſt prima, ad hãc profecto pertinebit contẽplari de ente, quatenus eſt ens, & quid eſt} id eſt & quid ſit entis natura {& ea} propria.ſ. {quæ vlr inſunt ipſi}.ſ. enti {quo eſt ens} hæc.n. oĩa ea rõne qua eſt prima, conſiderare conuenit primæ philoſophiæ, & vſq; ad hæc ſe extendit. ex his apparet recte Alexandrũ expoſuiſſe primam philoſophiã eſſe vniuerſalẽ, nõ quidem ex eo, quia cæteras ſcĩas complectitur, ſed vniuerſalem dixit quo priore & nobiliore, & pro eo, quæ ſe extendit ad omnia, modo quo dictum eſt.

Verum cum ens, quod ſimpliciter dicitur, multifariam dicatur, quorum aliud quidẽ erat per accidens, & aliud quaſi uerum, & nõ ens quaſi falſum. præter hæc etiam ſunt prædicamenti figuræ, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, & ſi quid aliud ſignificat hoc pacto. inſuper præter hæc omnia id, quod potentia eſt, & actu. Cum itaq; ens multifariam dicatur. primo de ente per accidẽs id dicamus oportet, nullam contemplationem circa ipſum uerſari.

Caput primi ſumma ſecunda. Quod dẽtur inter entia ens p accidens, & quid nam ſit.

TEX. c. 4.

Cũ expoſuiſſet theologiã cæteris doctrinis eſſe priorem, & huius peculiare minus eſſe de ente in eo, qđ eſt ens, deq; eius accidẽtibus cõſiderare, nũc intendit excludere ens per accñs à doctrinali cõſideratione, & primo repetit partitionẽ eius, q̃ præmiſit quinto huius, & dictio eſt ſuſpenſiua vſq; ibi {cũ itaq; ens} & dicit {verum cũ ens qđ ſimpliciter diciẽ} id eſt, quod dicitur in ſua maxima cõmunitate. multifariam dicaẽ} quæ exponens ſubdit {quorum aliud quidẽ erat ꝑ accñs} vt Polycletus ſtatuæ cauſa eſt, nã per ſe cauſa ſtatuæ eſt ſtatuarius. ex accidenti vero Polycletus. accidit.n. ſtatuario, vt ſit Polycletus {& aliud}.ſ. ſecundo modo diciẽ ens {quaſi verum, &} ẽ diuerſo {non ens quaſi falſum} nam ſedente Socrate dicere Socrates, ſedet, cũ verum ſit ens appellatur. ens.n. hoc eſt ipſum ſedere eſſe dicimus {præter hæc aũt} tertio modo entia ſunt prædicamenti figuræ, vt quid} id eſt ſubſtantia {quale, quantũ vbi, quando, & ſi quid aliud ſignificat hoc pacto}.ſ. in figura alicuius prædicamẽti {inſup præter hęc omnia} quarto modo dicitur ens {id, quod potentia eſt, } & id, quod eſt {actu} vt aquam dicimus actu eſſe aquam, aerem vero, & ignem aquam eſſe aimus, propterea quod aqua fieri poſsint. tunc finiens ſuſpenſionem proponit, intentum, & dicit {cum itaq; ens multifariam dicatur primo de ente per accidens id dicamus, oportet nullã cõtemplationem circa ipſum verſari} nullamq; ſcĩam, atq; doctrinam. Addit aũt Auer. & incipiemus de hoc ente ad demoſtrandũ hanc ſcientiam nõ conſiderat de illo niſi ne noceat in cognitione entis, qđ eſt eſſentialr & tale debet pręponi, vt pręmuniaẽ homo ab illo. ergo hæc ſcientia loquiẽ de ente per accñs, vt medicina de venenis. nã, vt medicina de venenis loquiẽ, ne noceãt, ita hæc ſcĩa loquiẽ de ente per accidẽs ne noceat in cognitione entis per ſe. & ex hoc aſsignauit rationẽ, quare

Quæ Auer. Com. 4.

re propoſuit de illo, nam propoſuit de illo, vt præmuniatur homo ab illo, antequã hanc ſcientiã ingrediat.

Extruendę ὀρικῆς Extructę.

Cuius indicium ex eo nobis eſſe uidetur, quia nulli ſcientiæ prorſus curæ eſt, neq; actiuæ, neq; effectrici, neq; contemplatrici de ipſo quicquam conſiderare, neq; enim is, qui domum extruit, ea, quæ ſimul accidunt extruendæ domui, conficit. quippe cũ infinita ſint. quibuſdam.n. gratam, quibuſdam moleſtam, quibuſdam utilem eam nihil prohibet eſſe. atq; omnino à rebus omnibus eſſe diuerſam, quorum nullius eſt effectrix ædium extruendarum facultas.

Eius, quod dixit, affert ſignũ, & dicit{cuius}.ſ. qđ entis per accidens nulla ſit cõſideratio {indicium ex eo nobis eſſe videt, quia nulli ſciẽtiæ}.i. diſciplinæ {prorſus curæ ẽ} id eſt, quia nulla diſciplina accurate de ipſo ente ꝑ accidens verba facit {neq; actiuæ}.ſ. curæ eſt {neq; effectrici}.ſ. curæ eſt {neq; cõtemplatrici}.ſ. curæ eſt {de ipſo}.ſ. ente per accidens {quicquam cõſiderare} deinde manifeſtat hoc in effectrice, & dicit {neq; enim is, qui domum extruit, ea conficit} atq; omnino conſiderat {quæ ſimul accidũt extruendæ domui, cuius rationem affert, & dicit {quippe cum infinita ſint} de quibus infinitis nemo ſolicitus eſt. deinde exponit ea infinita, quæ accidunt ædificandæ domui, & dicit {quibuſdam.n. gratam nihil prohibet eſſe}.ſ. ædificandam domũ, vt Platoni, cui ſalubris futura eſt {quibuſdam moleſtam} vt Socrati, cui peſtilẽs futura eſt {quibuſdam vtilẽ.} vt Theophraſto, quibuſdam damnoſam vt Calliæ {nihil prohibet eſſe} & ſic de infinitis {atque omnino} domum ædificandam nihil prohibet {diuerſam eſſe à rebus omnibus} vt ab homine, ab æquo, & à cunctis entibus ſenſibilibus, & intelligibilibus quę cum ſint infinita, domum ædificans non conſiderat. nullus.n. qui ædificat, conſiderat diuerſa ne domus ſit ab homine, an idẽ quod homo. & ſimpliciter num diuerſa ſit à cunctis entibus: an eadẽ qđ oĩa entia {quorũ nullius eſt effectrix ædium extruendarũ facultas} cum hæc non cadant in eius conſiderationem. ex quo intelligitur, ſi nihil prædictorũ ꝑtinet ad ædificatoris conſiderationẽ, artem ædificandi non eſſe efficientẽ, vt domus peſtilens ſit, aut è diuerſo ſalubris, nec aliud quicquam ex ijs, quæ domui ædificandæ accidunt. & ſicut ens per accidens non cadit in conſideratione effectrices facultatis, pari ratione nec in conſideratione actiuæ doctrinæ. vnde Auer. ædificator enim cũ facit domum, non conſiderat facere in ea accidentia infinita, quæ ipſi accidere poſſunt. v.g. vt ſit domus fortunata habitatori, & vtilis, hæc enim accidunt ſecundo caſu, nec etiam, vt ſit infortunata, & nocens. hæc enim accidunt aduerſo caſu, & alia ſiña infinita. quod enim eſt infinitum, non eſt determinatum.

Que Auer. Cõm. 4.

Pari ratione, neq; geometriæ profeſſor ea, quæ hoc pacto figuris accidunt. neq; ſi alter eſt triangulus, & triangulus duos rectos habens contemplatur.

Idem inducit in contẽplatricibus, argumento ſumpto ab ipſo geometra, & dicit {pari ratione neque geometriæ profeſſor, quę hoc pacto} ſcilicet per accidens {figuris accidunt, contemplatur} neque ligneæ ſint, an marmoreæ figuræ conſiderat {neque ſi aliter eſt triangulus & triangulus duos rectos habens} contemplatur, ſed vt Alexander inquit, hæc dictio manca eſt, & ſupplenda additione verbi ligneus aut alterius ſimilis, quemadmodum ſuppleuit Argyropylus. vt expleta, perfectaq; ad hunc modum ſe habeat. neq; conſiderat triangulus ligneus alter ſit quam ipſe triangulus, eiuſq; natura, quod.ſ. habet tres angulos duobus rectis æquales. ſed illud tantum inquirit an cuiuſq; trianguli tres anguli ſint duobus rectis æquales. & alia cuncta, quæ per ſe figuris accidunt, vtrum vero trianguli lignei an lapidei, geometriæ nihil intereſt.

Atq; id ipſum recte fieri, & cum ratione uidetur: accidens enim ipſum quaſi nomine tantum eſt.

Cum oñdiſſet non eſſe de ente per accidẽs doctrinã per inductionẽ, nũc idem oſtẽdit ſyllogiſmo, qui componit ſic, De eo, qđ eſt ens quaſi noĩe tñ, nulla eſt doctrina: ens per accidẽs eſt ens quaſi noĩe tñ: igit de ente ꝑ accidẽs nulla eſt doctrina, huius ſyllogiſmi primo repetit concluſionẽ, & dicit {atq; id ipſum}.ſ. de ente ꝑ accidens nullã eſſe doctrinam {recte fieri, & cum rõne videtur} hęc pro concluſione, deinde aſsignat minorẽ, & dicit {accidẽs.n. ipſum quaſi noĩe tñ eſt} id eſt quaſi noĩe tantum prædicatur de eo, cuius eſt per accidẽs. & licet in dictione ſequente oſtendet minor, tamẽ Alex. hic exponit minorem ex eo, quia vt hircoceruus nomẽ ſolum eſt, & nõ res, neq; natura aliqua, neq; oĩno ens, ſic ens per accidẽs nomẽ tñ eſt. qñ domum peſtilentem, aut ſalubrẽ dicere nomẽ mõ eſt, res autẽ nequaquam, ſi.n. eſſet aliquid ſubſiſtẽs, nimirũ quemadmodum ignis obuia cũcta cõburit, ſic domus oĩbus in ipſam ingrediẽtibus morbifica eẽt, aut viciſsim ſalubris, quod nunc alter vſu venit. nam quæ his peſtilens, eadẽ illis eſt ſalubris, quo planum fit nomen id eſſe, non rẽ, quæ declaratio non eſt certa, nec in aperto. melius igit intelligatur accidẽs ipſum quaſi noĩe tñ eſſe.i. id quod prædicatur per accidens, de eo de quo prædicatur per accidens, noĩe tantum prædicari. ſtudioſum.n. prædicatur de Philoſopho non tantum noĩe, ſed re. nam Philoſophus re ẽ ſtudioſus, ſtudioſum vero de muſico, qđ Philoſopho accidit, pręđicat noĩe tñ. qñ muſicum nõ eſt re ſtudioſum, ſed noĩe, quatenus accidit Philoſopho, cui re ipſa cõpetit eſſe ſtudioſum. erit igitur ſyllogiſmus: De eo quod prædicatur de ente quaſi nomine tantum, nulla eſt ſcientia: ens per accidens prædicatur de ente quaſi noĩe tantum: igitur de ente per accidens nulla eſt ſciẽtia prorſus. maiorẽ pro explorata ſumpſit, minorem, licet ſi nunc expoſita. tamen in dictione ſequente oſtendet dilucidius.

Iccirco Plato aliqua ex parte non male ipſum non ens ſophiſticæ facultati tribuit: quippe cum rationes ſophiſtarũ circa ipſum accidens, ut ita dixerim, maxime omnium uerſari uidentur. interrogant enim eſt ne idem, an non eſt idem muſicum, atq; grammaticum.

Nunc oſtẽdit minorem, videlicet, qđ accñs ſit ens quaſi noĩe tñ, re aũt nõ ens, & primo authoritate Platonis, & dicit {iccirco Plato aliqua ex parte non male ipſum non ens ſophiſticæ facultati tribuit} cum.n. accidens nomẽ tantũ ſit, nõ aũt ens aliquod, ſophiſtica vero in accidente verſatur {iccirco Plato aliqua ex parte ipſum nõ ens ſophiſticæ facultati tribuit} id eſt iccirco Plato in nõ ente ipſam verſari ſtatuit, cuius rõnem ſubdit {quippe cũ rõne ſophiſtarum circa ipſum accidẽs, vt ita dixerim, maxime omnium} ſcilicet rationũ ſophiſticarum {verſari videtur} quod autem ſophiſticæ rationes omnes in accidenti verſentur, exemplis oſtendit, & dicit {interrogãt enim} ſcilicet ſophiſtæ, cum voluerint paralogizare {eſt ne idem, an non idem eſt, muſicum atque grammaticum} hoc enim eſt ſophiſma

ideſt interrogatio ſophiſtica, quæ ideo ſophiſma dicitur,quia pro vtraq; pte habet ſyllogiſmos ſophiſticos. ſicut.n.problema eſt interrogatio dialectica, quæ pro vtraq; ſui parte habet ſyllos dialecticos, ſic ſophiſma eſt interrogatio ſophiſtica,quę pro vtraq; ſui parte hēt paralogiſmos.i.ſophiſticos ſyllos.ſyllogiſmos aūt ſophiſticos tacuit,qm̄ pro exploratis ſupponit primo, & ſecūdo libro Elenchorum. Sed quod muſicum ſit idē, qd' grām̄aticum,ſic paralogizamus, Socrates eſt idē, quod muſicum.igiť muſicū eſt idē, qd' grām̄aticum. Qd' aūt muſicum non ſit idem,quod grām̄aticū, paralogizamus ſic,Socrates non eſt idem, quod grammaticum.qm̄ nulla ſubſtātia eſt idem,qd' accn̄s, Socrates eſt idem,qd' muſicum. igitur muſicum non eſt idem, quod grām̄aticum,& ſic muſicū erit idem, & non idē, qd' grām̄aticū his captionibus pro vtraq; parte cōpoſitis.diluitur aūt ſophiſma, qm̄ pro vtraq; parte aliquo pacto concedi poteſt.muſicum.n.ſubiecto atq; p accidēs eſt idē,qd' grammaticum.p ſe aūt, ac rōne diuerſum,atq; nō idē eſt.Quare hoc primo exēplo patet per locū ab accn̄te eſſe pro vtraq; parte paralogizatum

Et item muſicus Coriſcus,atq; Coriſcus.

Secundo interrogat{Et item muſicus Coriſcus:atque Coriſcus}hoc eſt ſm ſophiſma, vtrū idē ſit muſicus Coriſcus,qd' Coriſcus,qd' ſic paralogizamus, Coriſcus eſt Coriſcus,Coriſcus eſt muſicus Coriſcus. igiť muſicus Coriſcus eſt Coriſcus. ad oppoſitum vero ſic, ſemper Coriſcus eſt Coriſcus. nō ſemper Coriſcus eſt muſicus Coriſcus.igitur muſicus Coriſcus nō eſt Coriſcus, & ſic his captionibus muſicus Coriſcus erit idē, qd' Coriſcus,& non idē.diluiť etiā,vt prius, nā muſicus Coriſcus & Coriſcus ſubiecto ſunt idem,rōne autē, & ſubſtantia non idem. quare etiam hoc ſecundo exemplo per locum ab accidente patet eſſe paralogizatum.

Percunctantur prӕterea,ſi id omne factum eſt, quod eſt quidem,ſed nō perpetuo eſt.quare ſi muſicus grammaticus factus eſt,grammaticus muſicus factus eſt. & cӕterӕ rationes omnes tales ſunt. accidens enim non enti propinquum quippiam eſſe uidetur.

Tertium ſophiſma, vtrum id omne ſit factū, quod quidem eſt,ſed non perpetuū.& hoc dicit{Percūctantur præterea,ſi id omne factum eſt, quod eſt quidem, ſed non perpetuo eſt} & argumentatur, hoc totū,muſicum grammaticum eſt,& nō perpetuo. igitur hoc totum videlicet muſicum grām̄aticum eſt factū.ad oppoſitum,ſi hoc totum muſicum grām̄aticum eſt factum, è conuerſo totum hoc videlicet, grammaticū muſicū eſt factum:ſi totum hoc ſic,& illo modo eſt factū, vna generatione totum hoc erit factum, hoc aūt eſt abſurdum.nā alia generatione fit muſicū,& alia grām̄aticū. de ſophiſmate ſolum improbat partem ad oppoſitum, & dicit{quare ſi muſicus grammaticus factus eſt}.i. quare ſi hoc totum muſicum grām̄aticum factum eſt, è diuerſo{grammaticus muſicus factus eſt}.i.è diuerſo totum hoc grammaticū muſicū factum eſt,& ſubaudias ſi totum hoc ſic,& illo modo factum eſt,vna generatione totum hoc erit factum:quod abſurdū eſſe ſupponit,nam alia generatione fit muſicum: vtputa ſi hodie fieret,& alia grām̄aticum, ſi hinc ad annum fieret, & amplificans ſermonem ſubdit{& cæteræ rationes omnes}quibus vtunť ſophiſtæ{tales ſunt}.ſ.p locū ab accidēte,& p locū à non ente,cuius rōnem ſubdit{accidens.n.non enti propinquum quippiam eſſe videť.

Patet inſuper id ipſum, & per tales rationes. nam alio modo entium generatio eſt,atq; corruptio.entium uero,quӕ ſunt ſecundum accidens,non eſt.

Cū accepiſſet ens p accn̄s eſſe propinquū non enti, hoc ſyllogizat ſic,entis,qd' eſt alio mō, q̄ ens p accn̄s ideſt entis,qd' eſt in rerū natura, eſt generatio & corruptio:entiū p accn̄s neq; eſt generatio, neq; corruptio: igiť entia p accn̄s nō ſunt in rerum natura. dicit{Patet inſuper id ipſum}.ſ.qd' ens per accn̄s non ſit ens in rerum natura,et per tales rōnes.deinde aſsignat maiorē. & dicit{nam alio mō entiū}.ſ. q̄ ſint entia p accn̄s.i. nam entium, quæ ſunt in rerum natura{generatio eſt, atq; corruptio}hæc eſt maior.deinde affert minorem, & dicit{entium vero,quæ ſunt ſm accn̄s non eſt}.ſ.generatio neq; corruptio. igiť entia p accn̄s non ſunt in rerum natura: & ita entia p accn̄s ſunt propinqua non enti.& per alio modo entia intelligit entia in rerum natura,quæ ſunt aliter q̄ entia p accn̄s. vel intelligit entia,quæ propriæ ſunt. hæc.n.alio mō ſunt, q̄ entia per accn̄s,qūo aūt entium p accn̄s non ſit ortus,neq; interitus,ipſe paulo poſt teſtabitur.Auer.aūt,per entia alio modo,intelligit res,quæ hn̄t aliq̄ ſpeciem, cuius indiuidua ſunt generabilia & corruptibilia:modo ea, quæ p accn̄s ſunt,nullam talē hn̄t ſpēm, cuius indiuidua ſint generabilia,& corruptibilia, & addit intendebat quod nulla ſpēs inuenitur p accn̄s, quod licet verū ſit,vt ipſe inquit ſeptimo huius, &.8. auſcultationis Phyſi. tn̄ hic Auer. vult dicere nullam ſpēm inueniri inter entia per accidens,cuius indiuidua ſint generabilia, atq; corruptibilia:qm̄ ſic intelligendo ſunt ad propoſitum.

Marginal notes: *Quӕ Auer.* Cōm.4. — Cōm. 22. Cōm. 46. — TEX. 5.

Attamen ulterius de accidente dicendum eſt, quo ad dici poteſt,quӕ nam ſit ipſius natura, & quam ob cauſam eſt,ſimul & cur nulla eſt ipſius ſcientia fortaſſe patebit.

Cum dixiſſet de accidente qd' ſi prope nō ens, nūc volēs aſsignare cauſam,cur idem cū ex numero, non entium ſit,entibus annumereť,tria præponit de eo dicere, & ait{Attamen vlterius de accidente dicendum eſt quod ad dici poteſt}.i.quo vſq; licet {quæ nam ſit ipſius natura,& q̄ ob cauſam eſt,ſimul &}tertio{patebit fortaſſe,cur nulla eſt ipſius ſcīa} licet igiť accn̄s ex numero ſit quodā mō nō entiū: quatenus.n. cū generatur,eſt,hactenus nūcupať ens,quia vero ex ijs eſt, vt docebit,quę minore ex parte,raroq; fiūt,eſt nō ens,& ob hanc cauſam ſcīa de ipſo non habeť. qm̄ doctrinas eſſe conſtat eorum,quæ ſemper ſunt,aut certæ magna ex pte. Animaduerte qd' vtrū de ente p accn̄s ſic ſcīa, de ente p accn̄s, vt hic loquitur Ariſt. multa prædicata ſcientifice demonſtranť,vt qd' non ſit ſcibile, qd' ſit accidens raro,nec ſemper,nec plerunq;, etiam qd' caſus & fortuna ſint cauſæ per accn̄s, quæ præter intentionem effectus cauſales efficiunt, & alia plurima prædicata,quæ in hoc Sexto de eo determinātur, potiſsimū, definitionē,per q̄ differt ab ente per ſe. inſuper de numero ſonoro ē ſcīa muſica,de linea vero viſili eſt ſcientia pſpectiua,& tn̄ numerus ſonorus, & linea viſilis videtur entia p accn̄s. Proptera illud cōſiderandū ſcientiam,quæ de aliquo habeť, eſſe de eo aut tanq̄ de concluſione demonſtrationis,aut tanq̄ de re, quæ ſignificatur per aliquem terminū concluſionis demōſtratæ, aut demōſtrabilis.Prima rōne nec de terminis incomplexis,nec de rebus, quæ ſignificātur per terminos incomplexos ſcientia haberi poteſt, quæ ſit ex concluſione demonſtrationis. Immo hac prima ratione

ne ſcientia non eſt, niſi de propoſitionibus, & non de omnibus, ſed de veris, & neceſſarijs, & ꝑ ſe, vel ſaltē de propoſitionibus, quæ ſunt veræ plerunq;, vt in analyticis eſt exploratū. Secūda vero rōne ſcĩa eſt de omnibus rebus mundi, q̃m oēs res mundi poſſunt ſignificari per terminos incōplexos. immo & de præteritis, & de futuris, quæ nō ſunt, ſcientia haberi pōt, vt ꝑ terminos incōplexos ſignificanť. nã, vt ſic pn̄t prędicata ſcibilia de illis vere affirmari, aut negari, & nō ſolū vere, ſed neceſſario, et ꝑ ſe. vt. n. ſignificanť ꝑ iſtos terminos ens, vnū, multa, idem, diuerſum, ꝑ ſe, ꝑ accidēs, neceſſarium contingens, cauſam, cauſatum, & per alios multos hmōi, ſcientia haberi pōt. q̃m de terminis, qui res hmōi ſignãnt. multæ cōcluſiones ſtruunť, quæ ſunt ꝑ propria media demonſtrabiles. quare cōcludamus hac ſecunda ratione de entibus ꝑ accñs ſcientiam eſſe, nec ab rōne, quia entia ꝑ accidēs vniuerſa ſignãntur ꝑ iſtū terminū ens ꝑ accidens, de quo in hoc libro ſexto conficiunť cōcluſiones demōſtrabiles ꝑ propria media, qua rōne de oībus entibus ꝑ accñs quouis mō intellectis eſt ſcientia, vt etiā de caſu, atq; fortuna, & de cauſalibus, atq; fortuitis, de contingentibus, & raro, & plerunq;, & æqualibus', nã hæc oĩa ſignãntur ꝑ proprios terminos, de quibus prædicata ſcibilia plurima ꝑ demonſtrationē ſciri poſſunt, vt demonſtrauimus. Cū vero de linea viſili, numeroq; ſonoro obijcereť, diluitur obiectio, q̃m viſile rō quædam eſt cōtrahens lineam, vt euadat perſpectiuæ ſubiectum: & ſic licet linea viſilis abſolute ſit ens per accidens, tn̄ linea vt contrahitur ad rōnem ſub qua ꝑſpectiuus eā conſiderat, nō eſt ens per accñs, cū rō conſiderandi ſit viſilitas, quæ non eſt ens ꝑ accñs. ſimili modo de numero ſonoro dicēdum eſt. q̃m licet numerus ſonorus ſit ens per accñs, tamen numerus ſub ratione ſonori non eſt ens per accidens, ſed contrahitur ad conſiderationem muſicæ.

Cum igitur in entibus, alia ſemper eodem modo ſeſe habeant, neceſſarioue, non quidem ea neceſsitate, quæ per uiolentiam dicitur. ſed ea, qua rem aliter ſeſe habere non poſſe dicimus, alia neceſſario quidem nō ſint, neq; ſemper: ſed ſint plerunq;, hoc eſt principium ſane, & hæc eſt cauſa, ut ſit accidens ipſum.

Nunc determinat ea tria, quæ propoſuit. & primo aſsignat cauſam entis ꝑ accidens. & aſſerit contingēs, vt in pluribus cauſam eſſe entis ꝑ accñs, ſumendo, vt dixit, ens per accñs pro cōtingēti raro, & dicit {Cum igiť in entibus, alia ſemper eodem modo ſeſe habeant, neceſſarioue} vt homo ſemper, ac ex neceſsitate eſt animal, ſed q̃m neceſſarium, vt in ſuperiore libro explicatum eſt, id etiam dr̃, qđ vi allata ſit, iccirco adiecit {nō quidē ea neceſsitate, quæ ꝑ violētiā dr̃, ſed ea, qua rem aliter ſeſe hr̃e nō poſſe dicimus} ſiquidē hō ſemper, & neceſſario eſt animal, nō qđ animal eſſe ꝑ vim cogať, ſed quia nō pōt non eſſe animal. deinde aſsignat aliud membrū, & dicit {alia neceſſario quidem nō ſint, neq; ſemper, ſed ſint plerunq;} neq;. n. neceſſario, neq; ſemper hō quinos habet digitos, ſed magna ex parte. tunc terminando ſuſpenſionem aſsignat cauſam entis per accidens, & dicit {hoc}. ſ. contingens, qđ eſt plerunq; {eſt principium ſane, & hæc eſt cauſa, vt ſit accidēs ipſum} ergo contingens plerunq; eſt cauſa, vt ſit ipſum accidens. quod Alexander ex eo declarat, quia interiectio, qua id, qđ magna ex parte fit, interpollatur, accñs dicitur. nã, cū æſtus ſemper ſub cane infeſtare ſoleāt, ſi quando id tp̄is hyemauerit, ea cōtinui æſtus interruptio accñs appellať, & frigus ſub cane, vt fieret, accidiſſe dicemus, nō itē ſi tenor, & æſtus. ſemꝑ. n. aut magna ex parte ſub cane fit ęſtus. ꝑ quæ habemus primo tm̄ in contingentibus eſſe eis ꝑ accñs, & nō in omnibus. non. n. pōt eſſe in contingētibus ad vtrūlibet. primo, quia cōtingens ad vtrūlibet hēt diſpoſitionē materię, quę eſt in potentia ad duo oppoſita. mō cū nihil agat, quatenus eſt in potētia ad oppoſita, fit, vt in cōtingentibus ad vtrūlibet, quę ſunt ad vtrūlibet ꝑꝑ materiā, non ſit ens per accñs. minime in contingentibus, quę ſunt ad vtrūlibet, ꝑꝑ voluntatē, q̃m voluntas, vt agat, inclinať magis ad vnam partē ab ipſo appetibili, qua rōne redditur cauſa vt in pluribus. Quare fit, vt in contingenti plerunq; ſit ens per accidens, q̃m defectus contingentis vt in pluribus eſt cōtingēs in paucioribus. & hoc eſt ꝑ accñs. ſed cum Ariſt. dixit contingens, vt in pluribus eſſe principiū, & cauſam entis ꝑ accñs, pōt dupliciter intelligi, vno mō vt qđ eſt cauſa contingentis plerūq; illud idem cauſa ſit entis ꝑ accñs. Verbi cauſa natura, quę cauſa eſt, vt in pluribus, vt hō genereť cū quinque digitis, hęc autem raro ſit cauſa, vt generetur cū quatuor, qđ ens ꝑ accidens, & cauſale, raroq; eueniens dicitur. & hoc pacto Expoſitor videtur intelligere, quo in modo etiam eſt dicendum oē ens ꝑ accñs hr̃e cauſam determinatam, q̃m vnamet cauſa, quæ eſt principium effectus contingentis, vt in pluribus, illamet vt Expoſitor inquit, eſt cauſa effectus, qui raro, atq; in paucioribus contingit. cū. n. effectus, qui raro, atq; in paucioribus cōtingit, per defectum, qui raro interpollatur, emergat, fit, vt ea cauſa, quæ eſt effectus, vt in pluribus, eadem per defectum, qui interponitur raro. cauſa ſit entis per accidens. Alio modo intelligi poteſt contingens plerunq; eſſe cauſam entis per accidēs, qui eſt effectus, vt in paucioribus, argumētatiue, q̃m ſequitur argumentatiue, ſi eſt contingens, vt in pluribus, vt aliquando deficiat. non. n. contingens plerūq; eſt neceſſarium. ſi autem deficit aliq̃n, ſequitur, vt deficiat in paucioribus, & ſic per eius defectum prouenit eius oppoſitum, quod eſt contingens in paucioribus. quare contingens plerunq; videtur principium & cauſa entis ꝑ accidens, quod eſt contingens in paucioribus, nō propriæ, cum nullum oppoſitum ſit propriæ cauſa ſui oppoſiti, ſed argumentatiue, atq; per viam conſequentiæ: quam expoſitionem viſus eſt Alexander ſentire. Vnde Auer. *Quæ Auer.*
cum rerum quædam ſint neceſſariæ ineſſe, quædam in *Comen. 5.*
maiore parte tp̄is, tunc illud genus. ſ. contingentis in maiore parte, eſt cauſa eius, qđ eſt ꝑ accñs, & exponēs quod ſit cauſa argumentatiue, ſubdit, quando enim in eis, quæ ſunt in maiore parte, nō id fit, quod aptum eſt fieri maiore ex parte, fiet id, quod eſt per accidens. cuius ſignum affert, ex eo, quia ſi omnia eſſent neceſſaria, nihil eſſet per accidens. Sed huius diſputationis dilucidatio petenda eſt à Commentarijs noſtris libri Secundi auſcultationis Phyſicæ.

Quod enim neq; ſemper eſt, neq; plerunq;, id accidens dicimus eſſe. ueluti ſi cum ſol eſt in cane, hyems fuerit, atq; frigus, id dicimus accidiſſe, ſed non ſi calor fuerit, atq; eſtus: quoniam hoc ſemper, aut plerunq;, illud uero neq; ſemper, neq; plerunq; fieri ſolet.

Nunc exponit, quæ nam ſit eius, qđ per accidēs dr̃, natura, & ſiľ aſsignat cauſam, quare contingēs plerūq; eſt cā entis ꝑ accñs argumentatiua, & dicit {Quod. n. neq; ſemper eſt, neq; plerunq;, id accidens dicimus eſ-

ſe} tacuit addere neq; æqualiter contingens, quoniam cum æqualiter contingens ſit ratione materiæ, vel ratione voluntatis, illud non reducitur ad actum, niſi ab agente, quod ipſum efficit cõtingens, vt in pluribus, vel ab appetibili, quod etiam vertit contingens æquale ad contingens plerunq;. vel lege ſupplẽdo ad hunc modum {quod enim neq; ſemper eſt, neq; plerunq; } nec ſubaudi æqualiter {id accidens dicimus eẽ} præter quæ patet, quæ nã ſit natura accidentis, & cũ hoc patet contingens plerunq; eſſe principium argumẽtatiuũ eius, quod eſt contingens in paucioribus, quod eſt accidẽs. qm̃ quod nec ſemper eſt, nec plerũq; defectus eſt eius, quod eſt plerũq;, & ſic per hoc, qd' eſt contingens plerunq;, argumentamur eſſe contingens raro, cum ſit defectus contingentis plerũq; eueniens in paucioribus, & hoc accñs dicimus. deinde declarat talem eſſe naturam accidentis per plura exempla, quorum primũ eſt quatenus plura per accidens cõcurrunt rõne habita ad tempus, vt Expoſitor inquit, vnde Ariſtoteles dicit {veluti ſi cum ſol eſt in cane, hyems}. i. pluuia {fuerit, atq; frigus, id dicimus accidiſſe} qm̃ neq; ſemper, neq; plerunq; eſt {ſed non} dicimus accidiſſe {ſi calor fuerit, atq; æſtus} & aſsignat rationẽ vtriuſq;, & dicit {quoniam hoc ſemper, aut plerũq; }. ſ. calor, & æſtus {illud vero} ſcilicet hyems, & frigus {neq; ſemper, neque plerunque fieri ſolet.}

Hominem etiam accidit eſſe album. neque enim ſemper, neq; plerunq; homo eſt albus, at non per accidens homo animal eſt.

Nunc aſsignat ſecundũ exẽplũ eius accñtis, in quo concurrunt plura ratione habita ad ſubiectũ accidentis, & dicit {Hominem etiam accidit eſſe album, neq; enim ſemper, neq; plerunq; homo eſt albus. at nõ per accidens homo animal eſt} ſiquidem ſemper, & neceſſario homo eſt animal,

Aedificatorem quoque facere ſanitatem per accidẽs eſt, quoniam non eſt aptus ædificator id ipſum efficere, ſed medicus. uerum accidit ædificatorem medicum eſſe.

Nunc aſsignat tertium exemplum eius accidentis, in quo concurrunt plura ratione habita ad cauſam effectricem, vt ædificator & medicus, & dicit {Aedificatorem quoq; facere ſanitatem per accidens eſt } primo qm̃ ædificator neq; ſemper, neq; magna ex parte valetudinem affert, ſecundo, vt Ariſtoteles inquit {qm̃ non eſt aptus ædificator id ipſum efficere}. i. valetudinem afferre {ſed medicus, verum accidit ædificatorem medicum eſſe} ergo iſtud exemplum eſt eius accidentis, in quo plura cõcurrunt per comparationem ad vnum genus cauſæ efficientis.

ὀψοποιὸς Coquus ***Epularum etiam effector uoluptatem coniectans ſalubre quippiam faciet, ſed non epularum conficiendarum facultatis officio, rationeue, ob id dicimus accidiſſe.***

Nunc aſsignat quartum exemplum eius accidẽtis, in quo concurrunt plura ratione habita ad eundem effectum, ſicut in pulmento ſalubre, & delectabile, & dicit {Epularum etiam effector}. ſ. coquus { voluptatem coniectans}, ſ. facere in pulmentis, edulijſq; {ſalubre quippiam faciet, ſed non officio, rationeúe facultatis conficiendarum epularum} & { ob id dicimus accidiſſe} ideſt tum quia nõ rõne artis coquinariæ id facit, & inquantum coquus, ſed ex accidenti, vt ſi forte cibum eiuſmodi condiuerit, qui poſsit valetudinem reſtituere. tum etiam quia nec ſemper, nec plerunque coquus id ipſum efficit.

Atque aliqua quidem ex parte facit, abſolute uero non facit. nam cæterorum quidem aliæ potentiæ interdum ſunt effectrices. at horum nulla prorſus eſt ars, nulla potentia definita. eorum enim quæ per accidens fiunt, cauſa quoque per accidens eſt.

Sed quoniam in exemplo dixit coquum facere ſanitatem, & non facere ſanitatem, ideo nunc hæc duo declarat, & dicit {Atque aliqua quidem ex parte} coquus {facit} valetudinem. nam in eo, quod à coquo cibus talis conditus eſt, quo ægrotans valetudinem recipit, coquus efficit valetudinem, In eo vero quod ille non hoc agebat, vt ſalubrem, ſed vt iucundum cibum efficeret, ſalubrem non effecit. & propterea ſubdit {abſolute vero non facit} & aſsignat rationẽ, & dicit {nam cæterorum quidem}. i. eorum, quæ magna ex parte, ac neceſſario ſunt {aliæ potentiæ}. i. cauſæ, ac efficientes poteſtates {interdum ſunt effectrices} & determinatæ. tam enim effectus neceſſarius, quam effectus plerũq; cauſam effectricem habet determinatam {at horum} ſcilicet quæ fiunt ex accidenti {nulla prorſus eſt ars, nulla potentia definita} ideſt determinata {eſt} cuius rationẽ ſubdit {eorũ enim, quæ per accidens fiunt, cauſa quoque per accidens eſt} quoniam vt in librũ incidas, quẽ optabas, & pridem iam quærebas, nulla neque ars eſt determinata, neque facultas, quippe cuius poſsint eſſe cauſæ ſexcentæ, vt prodire in forum, inſectari inſectareúe, & pleraq; alia. vnde Auerroes, cauſæ enim eorũ, quæ fiunt per accidens, ſunt etiam per accidẽs. ſ. quæcunq; cauſæ ſint, immo cauſæ infinitę. Ex quibus ſequi videtur quæcunq; per accidens fiunt, penitus à cauſa p accidẽs proficiſci, nec reduci poſſe, niſi in cauſam per ſe alium finem intendentem. Quam opinionem Epicurus, Auerroes, & Alexander aſſerere vidẽtur, & eã confirmauit Themiſtius, qui aſſeruit vnam eandemq; cauſam eſſe per ſe, & fortunam vel caſum. nam, vt ordinata in finem, quem intendit, cauſa per ſe dicitur, vt vero cum illo fine coniungitur aliquis alius, non propoſitus, fortuna vel caſus appellatur. quæ ratio docet hos effectus eſſe omnino à cauſa per accidens, nec eſſe reducendos in aliam cauſam, quam in agentem particularem, quæ per ſe intendens aliquem finem per accidens alium ei coniunctum efficit. Sed hæc poſitio reprobata eſt ſecundo Phyſicæ auſcultationis, & in theologicis noſtris, & de ea poſtea diſſerendum. Quæ Auer. com. 5.

Quare, cum non omnia neceſſario, ſemperq́; aut ſint, aut fiant: ſed plurima plerunq; aut ſint, aut fiant, id, quod eſt per accidens, tale eſſe neceſſe eſt, qualis ipſe albus muſicus eſt, qui quidem neque ſemper eſt, neque plerunq;. cum antem aliquando fiat, per accidens erit. alioquin oĩa neceſſario erunt.

Cum ſuperius aſsignaſſet cauſam eius, quod eſt per accidens, dixiſſetq; eius cauſam eſſe contingens ipſum plerunq;, nunc declarat ipſum contingens plerunque non eſſe propriæ cauſam, ſed cauſam argumẽtatiuam eius, quod eſt per accidens, & dicit {Quare cum nõ oĩa neceſſario, ſemperq́; aut ſint, aut fiant. ſed plurima plerunq; aut ſint, aut fiant} ideo ſubaudi {id, quod eſt per accidens, tale eſſe neceſſe eſt, qualis ipſe albus muſicus eſt, qui quidem neque ſemper eſt, neque plerunque.} deinde declarans quod magis contingens plerunq; ſit cauſa argumentatiua quam ipſum neceſſarium eius, quod eſt per accidens, & dicit {cum autem aliquando fiat

fiat,per accidens erit},i.cum autem album aliquando fiat muſicum,& non ſemper neque plerunq;, ideo album eſſe muſicum per accidens eſt, vel potius q̃m theſauri inuentio neq; ſemper fit, neq; magna ex parte, ideo inuentio theſauri per accidens eſt {alioquin oĩa neceſſario erunt}ſi enim non fieret aliquãdo id, quod eſt in paucioribus,tunc id, quod eſt in pluribus,nũquã deficeret, ſed eſſet ſemper,& ex neceſsitate, & ſic oĩa neceſſario erunt.ergo, quia contingens plerũq; eſt, fit, vt deficiat raro, & ſi deficit raro,fit, vt ſit aliquid propter eius defectum raro:hoc autem,quod eſt raro, eſt per accidens:quare,quia contingens plerunq; eſt, aliquod per accidens eſt. ipſum ergo contingens plerũq; cauſa argumentatiua potius eſt entis per accidens, q̃ ipſum neceſſarium. recte igitur dictũ eſt ſuperius ipſum contingens plerunque eſſe cauſam entis per accidens argumentatiuam.

Quare materia ipſa erit cauſa, quæ contingens cauſa eſt eius accidentis, quod aliter euenit præter id, quod plerunq; fieri ſolet.

Cum aſsignaſſet cauſam accidentis argumentatiuã, nunc aſsignat cauſam illius argumentatiuæ cauſæ, hoc eſt propter quid cõtingens plerũq; deficiat raro. quęnam cauſa eſt,cur accidens eſſe dicaẽ. & aſſerit cauſam eſſe materiam, quæ aliter ſeſe habere poteſt, quam vt plerunq; fiat,& dicit{Quare materia ipſa erit cauſa} & exponit,quo nã modo, & dicit{quæ}.ſ.materia {contingens cauſa eius accidẽtis eſt, quod aliter euenit præter id,quod plerunq; fieri ſolet}nam cum materia hęc apta ſit admittere, vt hic quinis digitis generetur, illa non item talem naturam habeat, vt id iam fieri poſsit, vt quidam.ſ.quinis digitis oriatur,iam ſecus.i.vt quaterñis,aut ſenis,aut aliquo alio numero generetur,hæc cauſa eſt,quod accidens eſt. itaq; defectus eius, quod eſt plerunq;,ideo propter materiam eſt, quia non perfecte obnoxia eſt virtuti agentis,quod plerũq; efficit. quare materia cauſa accidẽtis eſt,quod eſt aliter quam ſit plerunq;,q̃m cauſa eſt accidentis raro, cauſam dico non neceſſariam, ſed cõtingentem propter defectum,
Que Auer. Com.5. qui occurrit.Vnde Auer.& dixit hoc.i.cauſam contingentem,quia eius cauſa,quæ eſt per accidens, eſt cauſa entis cõtingentis,quod eſt in maiore parte, q̃n ex ea non prouenit actio habenda naturaliter,ſed alia actio.

Principium autem hoc eſt ſumendum,ſit ne quicquã præter ſemper, & plerunq;? An id ipſum fieri nequit, eſt ergo quippiam præter hæc, quod æquæ per accidens, & eſſe, & non eſſe poteſt.

Cum expoſuiſſet cauſam accidentis, & quid ſit accidens,nunc viam nobis, & quaſi normam tradit, qua quidem accidẽs eſſe, demonſtrare valeamus, & dicit. {Principium autem hoc eſt ſumendum} videlicet ei, cui accidẽs eſſe demõſtrare libeat, eſſe videlicet quicquam præter ſemper,& frequenter:quod ita demũ accipiet,ſi aduerſarium percontabitur {ſit ne quicquam præter ſemper,& plerũq;}an omne,quod eſt,aut ſemper,aut plerunq; eſt.Soluit breuibus{an id ipſum fieri nequit}declaratum eſt enim aliquod eſſe præter ſemper,& frequenter,quod quidem fortuitum eſt,ſiue accidens.Propterea concludit{eſt ergo quippiam præter hæc,quod eſſe,& nõ eſſe poteſt ęque atq; per accidẽs} ideſt eodem modo,ſicut accñs eſſe,& nõ eſſe põt. quare non omnia ſunt ſemper, nec omnia ſunt frequẽter, ſed aliqua accidentia præter ſemper,& frequenter.

At eſt ne id, quod plerunq; fieri ſolet, quod autem ſemper eſt, nulli inſit? an ſunt aliqua, quæ perpetuo ſunt? uerum de his diſſerendum poſterius.

Secundo nunc quærit,num id,quod plerunq; fit, in rebus habeatur, non item quod ſemper, & neceſſario, & dicit{at eſt ne id}.ſ.in rerum natura{quod plerunq; fieri ſolet,quod autem ſemper eſt, nulli inſit}ideſt, ita ſit id,quod plerunq; fieri ſolet in rerum natura,vt nihil ſit in rerum natura neceſſarium.ſoluit,& dicit {an ſunt aliqua,quæ perpetuo ſunt}& non omnia plerunq;. ſed quia rem hanc raptim tetigit, quaſi ſe excuſans inquit {verum de his diſſerẽdum poſterius} vt libro.II. huius operis,plenius autem & accuratius in duodecimo.

Scientiam autem accidentis non eſſe patet. omnis enim ſcientia, aut eius quod eſt ſemper, aut eius quod eſt plerunq; eſt. quo enim pacto quiſpiam aut diſcet, aut alium docebit? Definitum.n.id eſſe oportet, de quo ſcientia eſt, aut hoc ipſo, quod eſt ſemper, aut hoc ipſo, quod eſt plerunq;. ueluti conducentem eſſe febricitanti plerunq; aquam mulſam. id autẽ, quod præter hoc eſt, non poterit aliquando dicere, ueluti Calendis. aut enim ſemper, aut plerunq; Calendis etiam dicat prodeſſe illud oportet. at accidens eſt præter hæc ipſa. Quid igitur eſt ipſum accidens, & quam ob cauſam eſt, ac ſcientiam ipſius non eſſe, dictum eſt. TEX.6.

Aqua mula. μελίκρα τον Calendis νουμηνία νεομηνία prima die lunæ.

TEX.7.

His expoſitis, concludit tertium, videlicet perſpicuum eſſe accidentis non eſſe doctrinam, & primo ex dictis concluſionem affert,& dicit {Scientiam autem accidentis non eſſe patet}hæc eſt concluſio. Deinde ſyllogizat hanc concluſionem ſic,id,de quo eſt ſcientia.eſt aut ſemper,aut plerunq;: accidens neq; eſt ſemper,neq; plerunq;,vt iam oſtenſum eſt, & ſtatim declarabit:igitur accidentis non eſt ſcientia. De ſyllogiſmo tangit maiorem,& dicit{omnis.n.ſcientia,aut eius,qđ eſt ſemper,aut eius,quod eſt plerunq; eſt}hæc eſt maior.minorem affert ibi{at accidens eſt præter}antequã afferat maioris declarationem, dicit {quo enim pacto quiſpiam aut diſcet} ſcilicet ab alio {aut aliũ docebit} id,ſ.quod nec eſt ſemper,nec eſt plerunq;.cuius rationem ſubdit{definitũ enim id eſſe oportet,de quo ſcientia eſt}definitum dico {aut hoc ipſo,quod eſt ſemper, aut hoc ipſo, quod eſt plerunq;} Deinde per exẽplum hoc exponit,& dicit{veluti conducentem}atq; vtilem {eſſe febricitanti plerunq; aquam mulſam} quæ Græce dicitur Melicratum,quiſpiam ſubaudi alterum docere poteſt,quoniam febre laborantibus magna ex parte ſubuenit{id autem,quod præter hoc eſt}ideſt extra frequenter accidit{non poterit aliquando dicere}.ſ. docendo. hoc eſt docere nemo valet {veluti Calendis} ſubaudi ſubuenire, cum hoc raro contingat.nemo.n. docebit Melicratũ Calendis ſubuenire febricitãtibus. cũ hoc raro cõtingat.neq;.n.magna ex p̃te,qui Calendis mulſam biberit,à febre ſubleuaẽ.ſed potius q̃m magna ex parte,qui mulſam bibit,iuuaẽ,iccirco accidit, vt id Calendis cõducat. Propterea ſubdit{aut.n. ſemper aut plerunq;}ſubaudi oportet dicere Melicratum prodeſſe,ſi{oportet dicat prodeſſe illud Calendis} ſi enim ſemper,aut plerunq; febricitantibus Melicratum vtile eſt,docere poterit etiam Calendis illud vtile eſſe. ex his perſpicua eſt maior,deinde addit minorem, & dicit{at accidens eſt præter hæc ipſa}igitur de accidente non eſt ſcinetia.Demum epilogat, & dicit{quid igitur eſt ipſum accidens,& quam ob cauſam eſt, & ſciẽtiam

ipſius non eſſe, dictum eſt} docuit enim accidentis naturam, quæ ſit, quod ſcilicet ex æquo, raroq; contingit & quam ob cauſam ſit. nimirum propter materiã, quæ aliter ſeſe habere poteſt quam frequenter. ad hæc accidentis nullam eſſe doctrinam, quoniam diſciplinę eorum ſunt, quæ ſemp̱ ſunt, aut certe, quæ magna ex parte: quod vtrunq; ab accidente alienum eſt.

Eſſe uero principia cauſaſúe generabiles, ac corruptibiles ſine generatione corruptioneúe patet.

Quid velit hic facere Ariſtoteles, non eſt clarum Alexander ait propoſitum eſſe ei demonſtrare, vt quæ per accidens ſunt, horum quoq; cauſas ex accidenti eſſe. Expoſitor vero nõ valde diſtans ab hoc, qđ Alexã. ait, vult vt Ariſtoteles. excludat quandam opinionem, quæ ſuſtulit è medio ens per accidens, argumento qđ genita cauſa, vel corrupta, neceſſario generet, vel corrumpat effectus: & cum cauſæ entium per accidens generentur, atq; corrumpantur: fit, vt entia per accidens neceſſario eueniant, vel corrumpantur. Et tũc pro ſolutio Ariſtoteles, vt Expoſitor ait, ſumit cauſas entium per accidẽs generabiles eſſe, atq; corruptibiles, ſed non quia genitæ ſunt, generẽt neceſſario, nec quia corrumpuntur, neceſſario corrumpant, & propterea entia per

Quæ Auer. Com. 7.

accidens eſſe poſſunt. Vnde Auerroes in hoc idem concidẽs inquit, quoniam autem oportet ex hoc hic in entibus eſſe cauſas, quæ generantur. deinde corrumpunť, abſq; eo quod generent alia, vt alia corrumpant, manifeſtum eſt: ergo non ſequitur, cauſæ entium generanť: igitur neceſſario entia, quæ ex eis fiunt, eueniunt. nam licet generentur cauſæ, tamen non ſequitur, vt mox generent, quia poſſunt cauſæ eſſe genitæ, & nihil prorſus generare: quare fit, vt contingenter cauſæ, poſtquã genitæ ſunt, generent, vel corrumpant, & ita euenire poſſunt entia per accidens. & huic expoſitioni videnť verba dictioni conſona, cum ait {Eſſe vero principia, cauſaſúe} aliquas. ſ. exiſtentes in rerum natura {ſine generatione} ideſt abſq; eo quod generẽt {corruptioneúe} ideſt & abſq; eo, quod corrumpant {patet} quod ſi cauſæ genitæ fuerint, & in rerum natura exiſtentes, quę nõ generẽt, & generare poſſunt: effectus aliqui contingenter euenient, vel euenire poterunt. Alexã. autem, vt dixi, vult propoſitum Ariſt. eſſe, quæ per accidens ſunt, horum cauſas quoq; ex accidẽti eſſe, & quod cauſæ horum ex accidenti ſint, ex hoc, quod Ariſto. accepit, patere poteſt, quia eiuſmodi cauſæ generãtur, & corrumpuntur, & non per generationẽ incipiunt eſſe, nec per corruptionem deſinũt eſſe, more contactuum, & temporis momentorum. Vt enim contactus, & momẽta, quæ temporum termini ſunt, ſunt & non per generationem, non ſunt etiam, & non per corruptionem, ſic cauſæ eorum, quæ ſunt ex accidenti, ſunt, & nõ per generationem, non ſunt, & nõ per corruptionem. & hoc eſt pro tanto, quia ſunt per accidens, & non ſunt etiam per accidens. Vnde apud Alexandrum hæc conſequentia valet, hæc cauſa eſt genita abſq; generatione. igitur eſt cauſa eius, cuius eſt cauſa, non per ſe, ſed per accidens. Cuius exemplum affert in ædificatore, qui quatenus cauſa domus eſt, per generationem, ſeu per diſciplinam in ipſo genitam, eo deductus eſt, vt eſſet ædificator. quia vero accidit ædificatori, qui per ſe cauſa domus eſt, vt fieret etiam domus alicui moleſta, ideo ædificator cauſa moleſtiæ eſt, ſed non huc per generationem, & doctrinam deductus eſt, vnde queadmodum ex non homine per generationem eo deductus eſt, vt eſſet homo, ſic ex non ædificatore per generationem quẽdam, & diſciplinationem, & omnino temporis moram eo peruenit, vt eſſet ædificator, ac domum valeret conſtruere, eo vero, vt domus illi eſſet grata, huic moleſta, nequaquam per huiuſmodi quicquam proceſsit: quippe quod nec curauit vnquam, nec eius quicquam interfuit: vt domum ædificaret talem, ſed abſq; tp̄e accidit ei, vt cauſa eſſet cur domus ingrata eſſet. quia. n. is, cui eſt moleſta, ſic eſt affectus, vt facile à quibuſuis offendatur, icciro ædificator, qui hanc conſtruxit, cauſa factus eſt, vt ipſa eſſet ingrata: ad quam ſi quis alter recte affectus veniſſet, non fuiſſet ei moleſta: ergo, vt ædificator, qui per ſe cauſa domus eſt, id per generationem eſt affectus, ſic viciſsim, vt cauſa domus per interitum abolebitur: & quemadmodum abſq; tempore factus eſt cauſa, vt ipſa eſſet moleſta, ſic viciſsim ſine tempore deſinit eſſe. Veteres igitur aſſerebant omnia neceſſario euenire hoc argumento, quorum cauſæ p̱ generationem fiunt, ea neceſſario ſunt: nullus eſt effectus, quin eius cauſa per generationem fiat, igitur nullus eſt effectus, quin neceſſario fiat. Maiorem expoſuit Alex. reſtat igitur diſcuſsio in minore, propterea affert hanc propoſitionem, quod ſint nonnullæ cauſæ, quæ de nouo ſunt, de nouoq; non ſunt, quæ nec generantur nec corrumpuntur, & dicit {Eſſe vero principia}. ſ. nõnulla aliquorum {cauſaſúe} nõnullas {generabiles}. i. quæ de nouo ſunt, & prius non erant {& corruptibiles}. ſ. quæ de nouo non ſunt, quæ prius erant {ſine generatione corruptioneúe}. i. abſque eo quod generẽtur, & corrumpantur {patet} nam ædificator factus eſt cauſa, vt domus ſit moleſta abſq; tẽpore, & ſine eo, quod genitus fuerit: quare ſequetur, vt moleſtia domus ſit effectus per accidens. vnde ſyllogiſmus poteſt eſſe hypotheticus ad hunc modum, ſi cauſæ aliquorũ effectuũ ſunt de nouo, quæ ſine generatione ſunt de nouo, effectus aliquis eſt per accidens, ponit antecedens pro minore, & dicit {Eſſe vero principia cauſaſúe} ſubaudi aliquorum effectuum {generabiles}. i. quæ de nouo ſunt {& corruptibiles} quæ de nouo non ſunt {ſine generatione corruptioneúe} id eſt abſq; eo, quod talia principia, taleſq; cauſæ generentur, corrumpanturúe {patet} per ea, ſubaudi, quæ ſequentur: igitur effectus aliqui p̱ accidens ſunt. hic eſt ſyllogiſmus, vt Alexander ſentit. Syllogiſmus vero, vt Auerroes, & Expoſitor intellexerunt ſic, ſi cauſæ & principia iam genita ſunt, quæ non vlterius generant, ſed generare poſſunt, aliqui effectus per accidens ſunt. Ariſto. affert minorem, quæ eſt poſitio antecedẽtis, & dicit {Eſſe vero principia, cauſaſúe generabiles, & corruptibiles ſine generatione, corruptioneúe}. i. abſque eo quod generent & corrumpant quicquam {patet}. ſ. per ea, quæ ſequentur. ergo ſubaudi aliqui effectus erunt per accidẽs. hic eſt ſyllogiſmus ſm̃ intentionẽ Auer. & Expoſitoris. Vnde Expoſitor ad hunc ſenſum loquens dicit, palam eſſe ex ſequentibus eſſe principia & cauſas generationis, atq; corruptionis aliquorum, quæ ſunt generabilia, & corruptibilia, abſq; generatione & corruptione eorum, i. abſq; eo quod ſequatur generatio & corruptio eorum. non enim oportet, ſi generatio alicuius rei, vel corruptio ſit cauſa generationis, aut corruptionis alterius, vt poſita gñatione vel corruptione rei illius, neceſſario ſequať generatio, vel corruptio alterius effectus. quia quędam cauſæ ſunt agentes plerunq; quibus poſitis, adhuc per accidens

accidens poteſt effectus impediri, vtputa propter materiæ indiſpoſitionem, aut propter occurſum contrarij agentis, aut propter aliquod tale.

Si enim res non ita ſeſe habeat, omnia neceſſario erunt, ſi eius, quod ſit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt.

Cum Ariſt. vt viſum eſt, poſuiſſet antecedens pro minore, hoc eſt dixiſſet aliquas cauſas eſſe genitas, ad quarum generationē non neceſſario ſequitur effectus, ſed quod ſequi, & non ſequi poteſt, nunc hoc demonſtrat, ducendo ad abſurdum, quod tunc omnia neceſſario euenirēt ſi illud negabitur. probatur, quia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. ſi.n. non omnia neceſſario euenirent, oportet dicere quod ſit genita cauſa, ad cuius generationem non ſequetur effectus. hoc autem eſt oppoſitum antecedentis. igitur conſequentia fuit neceſſaria, vnde dicit {Si.n. res non ita ſeſe habeat} vt dictum eſt, quod cauſæ poſſunt eſſe genitæ, ad quarum generationem non neceſſario ſequatur effectus. oppoſitum erit verum, quod videlicet quauis cauſa genita, oporteat ad eius generationem generari effectum, quod ſi oporteat ad quauis cauſam genitam, generari effectum {omnia neceſſario erūt} ſequitur.n. hæc conſequentia {ſi eius, quod ſit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt}.i. ſequitur hæc conſequentia, ſi non poteſt generari cauſa aliqua, quin ſemper ſequatur effectus neceſſario. quare recte acceptum eſt poſſe generatam eſſe cauſam, quæ non neceſſario quicquam generet. Alexander autem non recedendo à ſua interpretatione, ſic exponit {Si.n. res non ita ſeſe habeat}.i. niſi entium per accidens cauſæ per accidens ſunt, natiuæ, atque mortales ſine ortu, & interitu, ſed neceſſariæ & per ſe ſunt ipſorum cauſæ, & per generationem ac interitum naſcuntur & occidunt, niſi ergo entium per accidens cauſæ ſint ex accidenti, ipſa quoque neceſſario erunt. Quod ſi ſic eſt {omnia neceſſario erunt} hoc ſequitur dico {ſi} per te {eius, quod ſit, atq; corrumpitur, nō per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt} ergo ſm Alexandrum, ſic intelligitur {Si.n. res non ita ſeſe habeat} hoc eſt {ſi eius, quod ſit, atq; corrūpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt, oīa neceſſario erunt} illa.n. particula {ſi eius qđ ſit} & reliqua expoſitio eſt eius, quod accepit {Si.n. res non ita ſeſe habeat} vt ſit ſermo totus ſic legendus ſm Alexandrum {Si.n. res non ita ſeſe habeat}.i. {ſi eius, quod ſit}.i. ſi omnis eius, quod ſit {atq; corrumpitur, non p accidens aliquam cauſam eſſe neceſſe eſt} ſed oportet ſubaudi cuiuſlibet, quod ſit, eſſe cauſam per ſe {oīa neceſſario erunt} Auer. autem cuius expoſitionem Expoſitor ſentit, ſic exponit. Si.n. res non ita ſeſe habeat.i. ſi fuerit neceſſarium, vt omnis cauſa generabilis ſit generans, & omnis cauſa corruptibilis ſit corrumpens, cōtinget, vt omnia ſint neceſſaria. ſequitur.n. hoc, quoniam ſi illud, quod eſt generādum, non habuit cauſam accidentalem, ſed omnem cauſam ſequitur cauſatum neceſſario, tunc omnia, quæ fiunt, fiunt neceſſario, & ſic auferetur natura poſsibilitatis.

Quæ Auer. Cōm.7.

Nam erit ne hoc, an non erit? ſi hoc fiet, erit, ſi non fiet, non erit. id autem erit, ſi aliud fiet atq; hoc pacto patet, ſi tempus ſemper auferatur, ad id demum perueniendum eſſe, in quo nunc eſt.

Iis explicatis, nunc oſtendit cauſas haberi per accidens, & procedit interrogando, vt lectio ſit captu facilior. tñ poſſumus ſic argumentari, ſi nulla detur cauſa per accidens, omniaq́; vſq; ad primā cauſam euenientia neceſſario ſint, & ſignetur effectus A, qui proficiſcatur, ab ipſa B, cauſa, & quęratur, vtrum effectus A, procedat à cauſa B, neceſſario, aut per accidens. ſi neceſſario, igitur A, neceſſario eueniet. Simili ratione de B, cū ſit genita cauſa, vel neceſſario procedit à ſua cauſa, videlicet C, vel contingenter, ſi contingenter, ergo dabitur aliqua cauſa per accidens, ſi neceſſario, igitur B, neceſſario euenit. ſimili modo quæratur de C, qui effectus eſt, qui euenit ab ipſo D, & ſic vſq; ad primam cauſam, & ita à prima cauſa, vſq; ad vltimum effectum oīa neceſſario euenient. quoniam A, neceſſario euenit ab ipſo B, & B, neceſſario ab ipſo C, & C, neceſſario ab ipſo D, quare omnia neceſſario eueniunt. Ariſt. tñ procedit interrogando ad hūc modum {Nam erit ne hoc, an non erit} vt ſi obſidentes hoſtium vrbis dicamus per caſum {erit ne hoc, an non erit?}.i. interficietur Nicoſtratus nec ne, reſpōderi ſolet {ſi hoc fiet}.i. ſi egreſſus fuerit vrbem, & ſuperatus ab hoſtib⁹, interficietur. necis ergo cauſa eſt exire, exeundi rurſus, vt aquam biberet, huius quod ſitiret, ſitiēdi, quod ſalſa comederit. Quod ſi hæc cauſa per ſe eſt ſitis, ſitis vero, aquæ bibendę, aqua bibēda exeundi, exire aūt necis, oīa hęc neceſſario eueniūt: ſed, qm̄ ſalſa comedere cauſa eſt per accidens ſitis, fieri.n. poteſt, vt qui ſalſa non comederit, ſitiat, ſi multo motu fuerit vſus, ſi plurimum vini biberit, & pleriſque aliis de cauſis, at ſi ſalſa comediſſe cauſa per ſe foret ſitiendi, cibis ſalſis non aſſumptis, non ſitiret, quemadmodum niſi ædificator ſit, domus non conſtrueretur. nunc autem circa cibi ſalſi comeſtionē ſitit: non igitur eſt ſitiendi cauſa per ſe talia deuoraſſe. Quare aſsignando cauſam eius, quod dixit, & procedendo per interrogationem, dicit {Nam erit ne hoc} .ſ. Nicoſtrati interitus {an non erit} & reſpondens dicit {ſi hoc fiet} .ſ. exire hoſtium vrbis {erit} .ſ. interitus {ſi non fiet} .ſ. exire vrbem {non erit} .ſ. interitus Nicoſtrati {id autem} .i. exire vrbem {erit, ſi aliud fiet} .ſ. bibere aquam {atq; hoc pacto, ſi tempus ſemper auferatur} veniendo .ſ. ad cauſam potus aquæ {ad id demum perueniendum eſſe} .i. ad illud tempus {in quo nunc eſt} .i. præſens tempus, in quo eſt ſitiens, vel comeſtio ſalſorum. quare, ſi mors neceſſario proficiſcitur ab ipſo exire, exire à potāda aqua, potus aquę à ſiti, ſitis à comeſtione ſalſorū, fit, vt hęc neceſſario eueniant incipiendo à cauſa, quæ nunc eſt, vſq; ad effectum, qui vltimo fiet. quod ſi dixeris non eſſe perueniendum ad præſentem cauſam, quin hæc ab alia, & illa ab alia, & ſic in infinitum, abſurdum facilius eueniet, nam ſi nulla dabilis ſit cauſa per accidens, ſed ſemper ſit in infinitū omnis cauſa per ſe, dubio procul hoc A, neceſſario veniet ab ipſo B, & B, neceſſario ab ipſo C, & ſic in infinitum, tunc non ſolum finita neceſſario euenient, ſed finita in infinitum.

Quare hic homo morietur aut morbo, aut ui, ſi egreſſus fuerit. hoc autem erit, ſi ſitierit, hoc autem erit, ſi aliud fiat, atque hoc pacto ad id demum perueniet, in quo nunc eſt, aut ad aliquid eorum, quæ facta ſunt, ueluti ſi ſitierit, hoc autē erit, ſi comedit ſalſa, at hoc aut eſt, aut non. quare neceſſario aut decedet, aut non decedet.

Cum dixiſſet {atq; hoc pacto patet, ſi tempus ſem-

per auferatur,ad id demum perueniendum eſſe,in quo nunc eſt} ſubdit exemplum illius {ad id, in quo nunc eſt}& dicit {quare hic homo morietur,aut morbo,aut vi,ſi egreſſus fuerit} .ſ. vrbem:vi quidem,ſi inuaſus fuerit ab hoſtibus,morbo autem,ſi æſtu nimio inuaſus fuerit à febre {hoc autem} .ſ. exire vrbem {erit, ſi ſitierit} nam ſitis cauſa eſt vt exeat ab vrbe ad bibendum {hoc autem} .ſ. ſitire erit, ſi aliud fiet, vt ſi comederit ſalſa {atq; hoc pacto ad id demum perueniet} .ſ. tempus {in quo nunc eſt} .ſ. ipſum comedere ſalſa {aut} .ſ. demum perueniet {ad aliquod eorum,quæ facta ſunt} .ſ. in pręterito,quod cauſa fuit,vt comederet ſalſa, & ideo hoc exponens ſubdit {veluti,ſi ſitierit,hoc autem erit, ſi comederit ſalſa,at hoc} comedere ſalſa {aut eſt} .ſ. nunc, & ſic per tale exemplum peruentum erit ad id, quod eſt nunc {aut non eſt} nunc.ſ.ſed fuit iam in pręterito, & ſic peruentum ad id quod fuit in præterito.Sed quouis modo peruentũ fuerit,omnia neceſſario euenient, quoniam cauſæ inuicem generantur non per accidẽs, ſed per ſe altera ex altera donec peruentum fuerit ad primam,quæ eſt nunc,aut quæ fuit in præterito. Propterea concludit {quare neceſſario aut decedet} ſubaudi,ſi cauſæ fuerint ſic inuicem cauſæ per ſe vſq; ad primam {aut non decedet} ſi cauſæ per ſe inuicem nõ præceſſerunt. Quare oĩa,quæ eueniunt à prima cauſa vſq; ad vltima effectum, neceſſario eueniunt. Hęc.n. eſt cõcluſio dictorum,quaſi dicat quamobrem ſic ſeſe rebus his habentibus,ſi bibitum egreſſus fuerit, neceſſario morietur,ſin minus egredietur, non interibit.

Eadem etiam erit ratio,etſi quiſpiam ad ea, quæ ſunt facta,ſaltauerit. Eſt.n.iam idipſum in aliquo,atq; dico id quod factum eſt. Neceſſario ergo uniuerſa erunt quæ ſunt futura ueluti moriturum eſſe uiuentem,quoniam iam quippiam factum eſt,ceu contraria in eodem corpore. Sed morbo ne, an ui moriturus ſit, nondum emergit, ſed ſi hoc fuerit factum.

His explicatis,orationem reſumit,& exempla affert factorum,& dicit {Eadem ẽt erit rõ,etſi quiſpiã ad ea, quæ facta ſunt} .ſ.in præterito {ſaltauerit} .i. exemplũ vertet.nam hic effectum pręſentem reducet ad cauſam præteritam,ſicut in priore exemplo effectum futurum in cauſam præſentem. Quare dixit {eadem etiam ratio non quo ad omnia,ſed quo ſemper cauſa reſoluitur in cauſam,donec venerimus ad primam cauſam, & aſſignat cauſam, quare eſt eadem ratio, & dicit, {eſt.n. iam idipſum } præteritum .ſ. {in aliquo} .i. aliqua ratione in præſenti,pro quanto omne præteritum, quod fuit,eſt verum nunc ipſum fuiſſe. nam nũc verum eſt Cæſarem vixiſſe {atq; dico id, quod factum eſt} nam id,quod eſt factum in præterito, eſt nunc verũ eſſe factum:ergo recte dictum eſt eſſe eandem rationem, ſi aliquis ad ea,quæ facta ſunt,ſaltauerit. nam illa inquãtum nunc vera ſunt fuiſſe,ſunt in aliquo nunc præſenti.Ex his redit ad exemplum, quod valet in futuris, & dicit {ergo vniuerſa,quæ futura ſunt, neceſſario erũt} quoniam cauſa quæ nunc eſt, eſt cauſa per ſe alterius, & illa adhuc alterius, donec venerimus ad vltimum effectum. Quare omnia futura neceſſario erunt, cum nullum ſit futurum,niſi à cauſa per ſe. deinde ponit exẽplum,& dicit {veluti viuentem} qui nunc eſt {eſſe moriturum} hoc.n.neceſſario erit {quoniam iam quippiã factum eſt} .ſ. in præterito {ceu} factum eſt {contraria eſſe in eodem} Omne .n. factum ex contrariis neceſſario decedet, & licet neceſſario morietur, incerta, eſt ſpecies mortis,& non poteſt ſciri, niſi conditionaliter,& hoc exponit,& dicit {ſed morbo ne,an vi moriturus ſit, nondum emergit} & ſic incerta eſt ſpecies mortis {ſed} ſubaudi poteſt ſciri ex conditione {ſi hoc fuerit factum} vt ſi exierit vrbem & incidet in hoſtes,vi morietur,ſi non incidet in hoſtes,ſed nimio æſtu alteretur,morietur morbo,& ſic mortis ſpecies ſciri non poteſt,niſi ex conditione.Per quę patet pręterita aliqñ in præterito neceſſario fuiſſe futura, Vt interfectio Cæſaris,quæ iam præterita eſt,in pręterito neceſſario fuit futura.Interfectus.n.fuit Cæſar, quia præceſsit futura occupatio Reipubl. præceſsit futura occupatio Reipubl. quia præceſsit futura poſtulatio triumphi, quia .n. poſtulauit triumphum,emerſit ciuile bellum.Præceſsit futura poſtulatio triumphi,quia Gallos vicit.vel quia pręceſsit futura victoria Gallorum:ergo præterea aliqñ in præterito neceſſario fuerunt futura, quoniã nullus effectus eorum fuit futurus à cauſa per accidens.Patet ẽt futura neceſſario fore,quoniam alia cauſa erit neceſſario cauſa alterius,& illa adhuc alterius, donec peruentum fuerit ad cauſam,quæ eſt nunc effectus præſentis. Alexander vero ſic exempla mortis per ægrotationem aſsignat,morietur,quoniam contraria in eodẽ cõiere. Diſcurſus vero iſte,morietur,ſi ęgrotabit,accidit.n.iis, quæ contrariis conſtant,vt ob ipſorum pugnam ægrotent.Aegrotabit autem hydrope exempli gratia, quod fiet ſi aquam biberit. Itaq; ſi aquam potauerit, in hydropem incidet,quo morbo ſi cõflictabatur, mortem obibit. Eſtq; potio aquæ hydropis cauſa, vt morbus ipſe moriẽdi,Quòd ſi per ſe,omnia neceſſario eueniẽt, quia vero non per ſe,propterea non omnia neceſſario euenient.Quòd vero non per ſe,patet,fieri.n.poteſt,vt qui aquam non biberit, ægrotet hydrope. atq; quidẽ ſunt exempla,quæ ſunt mortis per ægrotationem.mortis nãque violentæ,de qua ſupra mentionem fecit,exẽplum,ſi ab hoſtibus ſuperaretur.

Patet igitur uſq; ad aliquod principium reductionẽ hanc proficiſci,quod quidem non ulterius in aliud proficiſcitur. Erit igitur principium illud eius,quod ſit per accñs, & eſſe, & non eſſe poteſt, cauſaq; generationis illius non erit ulla. Igitur. Et.

Ex his,quæ dixit,concludit veritatem, & dicit {Patet igitur vſq; ad aliquod principium hanc reductionẽ} quæ fit aliqñ de cauſa per ſe in cauſam per ſe {proficiſci,quod quidem non in aliud proficiſcitur} .ſ. principium per ſe. Quaſi dicat,ex dictis eſſe planum nõ eſſe progreſſum infinitum aliam alij cauſam tribuendo, ſed cauſæ cuidam,principioq; occurri,cuius nõ ſit alia cauſa.exempli gratia ſalſa comediſſe.& exponens quale principium, dicit {erit igitur} .i. eritq; {principium illud eius, quod fit per accidens &} ſubaudi tale quod {eſſe,& non eſſe poteſt,cauſaq;} .i.& tale ꝙ cauſa {generationis illius} principiis {non erit vlla} Salſa.n.comediſſe fortuitæ rei moriendi principiũ eſt,ſi.n.egreſſus fuerit,occumbet,ſin minus,non morietur.rei ergo fortuitæ,ſiue accidentis cauſa per accidens eſt.Accidit enim,vt qui ſalſa comediſſet,ſitiret.vnde Auer. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ omne, quod generatur, & corrumpitur,habet cauſas, & ꝙ illæ cauſæ perueniunt ad primã cauſam.Sed tñ,vt inquit,differunt,quia corruptio fit de neceſsitate, cũ omne corruptibile neceſſario corrumpetur:generatio autem non, & ſi hoc eſſet.ſ.generatio omnis eſſet de neceſsitate, omnia euenirent neceſſario, vt deductum eſt: & ſi omnia euenirent

rent neceſſario, tunc generatio eſſet in ſubſtantia rerũ earum, in quibus eſt generatio, tunc generatio fieret neceſſario, ſicuti fit corruptio. quare cum non quodlibet, quod generatur, habeat cauſam per ſe. Perſpicuũ eſt in futuris contingentibus reductionem futuri affectus de cauſa per ſe in cauſam per ſe procedere vſq; ad principium aliquod, quod vlterius non reducetur ad huc in aliquod principium per ſe. Sed ad principium per accidens, cuius non erit vlterius aliqua alia cauſa. quoniam vt dictum eſt, ens per accidens neq; cauſam habet, neq; generationem. verbi gratia, qui interficit ab hoſtibus, habet cauſam per ſe, videlicet vulnerationes, & hę ẽt cauſam per ſe, vt quia inuenitur ab hoſtibus, ſed hoc non habet cauſam, niſi per accidens, quæ eſt exire ab vrbe. vt aquam bibat, quæ per accidens eſt cauſa inuentionis hoſtium & ſi exire habet adhuc cau ſam videlicet ſitim, & ſitis cauſam, videlicet comediſſe ſalſa, tandem veniemus ad cauſam per accidens, quæ nec habet cauſam, nec generationem. ergo oportet inueniri aliquod, cuius nõ eſt aliqua cauſa, niſi per accñs.

Tex. 8. *At conſiderandum eſt ad quod principium, atq; cauſam talis reductio proficiſcitur, ut ad materiam ne, an ut ad id, gratia cuius cætera fiunt, an ut ad id potius, à quo motio pro fluit. Sed conſiderationem eius quidem, quod eſt per accidens omittamus: de ipſo nãque iam ſatis eſt definitum.*

Cum dixiſſet cauſas entium reduci in aliquod principium tandem, cuius non eſt vlterius aliud principiũ, ideo quærendo dicit {At conſyderandum eſt ad quod principium, atq; cauſam talis reductio proficiſcitur}.i. vtrum huiuſmodi cauſa per accidẽs {ad materiam ne} .ſ. proficiſcatur {an vt ad id, gratia cuius cætera fiunt} .i. an in cauſam finalem {an vt ad id potius, à quo motio profluit} .i. an in cauſam effectricem. Tacuit formalẽ cauſam, quoniam forma coincidit in generatione cum fine. & quia quæſtionem ſoluit. 2. Phy. dicit {ſed conſiderationem eius quidem, quod eſt per accidens} .ſ. in quod genus cauſæ reducendum ſit {omittamus. de ipſo nãque iam ſatis eſt definitum} .ſ. 2. Phyſi. Ibi. n. oſtenſum eſt caſum atq; fortunam, & omnem cauſam per accideus reduci ad genus cauſæ efficientis. Diſputat autem Expoſitor ſit ne aliqua cauſa per accidens, quæ ita ſit per accidens, ꝙ eius effectus à nulla ſit cauſa per ſe, an omnis effectus etiam per accidens reducatur in cauſam per ſe. Etiam diſputat tollat ne fatũ, & prouidentia à rebus ipſis contingentiam, an cum fato, & prouidentia ſtet rerũ contingentia. Quę cũ in theologicis ſint diſputata, ab eis horum dilucidatio eſt petẽda.

CAP. II.

De Ente vero & falſo.

Q Voniam autem id, quod, ut uerum, eſt ens, id autẽ, quod, ut falſum, eſt non ens: in compoſitione diuiſioneúe, atq; in cõtradictionis omnino partitione conſiſtit. nã uero quidem affirmatio ob id, quod adiungitur, negatio ob id quod ſeiungitur. Falſo autem huius partitionis contradictio accommodatur.

Cum egiſſet de ente per accidens, nunc agit de vero & falſo, & vno antecedente aſſumpto, infert duo: quorum vnum eſt ꝙ ens, quod eſt verum, & ens, quod eſt falſum, circa diuiſionem, cõpoſitionemúe conſiſtunt, ſiue quidem compoſitio & diuiſio ſit vocum, ſiue con ceptum, ſm̃ ꝙ verum & falſum diuidũt contradictionem, quatenus ſemper contradictionis altera pars vera, altera falſa eſt. aſſumit autem antecedens ſic {quoniam id quod vt verum eſt ens, id autem quod vt falſum, eſt non ens}.i. quoniam ens, vt ſuperius diximus, eſt vt verum, & non ens, vt falſum. hoc eſt dicere; quoniam ens vno modo accipitur pro vero, & nõ ens pro falſo, vt in partitione entis dictum eſt. hoc eſt antecedens, dat tunc duo cõſequentia, & primo primum dicens, ens hoc pacto acceptum {in compoſitione, diuiſioneúe} .ſ. {conſiſtit} deinde ſm̃ dicens {atq; omnino in partitione contradictionis} ſic ꝙ ſemper altera pars vera, altera falſa ſit. Deinde exponit qũo ens pro vero conſiſtat tum in compoſitione, tum in diuiſione, & dicit {nam vero quidem affirmatio} & negatio accommodantur, cum aliqua affirmatio ſit vera, aliqua ẽt negatio. ergo vero vtraq; accommodatur {affirmatio quidem ob id, quod adiũgitur} .ſ. aliquod alicui, vt ſedere Socrati. hoc. n. Socrates ſedet, eſt ens, & verum, quoniam quod ineſt, componitur cum ſubiecto, ſeu prædicatur de ipſo {negatio ob id, quod ſeiungitur} hoc. n. Socrates non eſt equus eſt ens, & verum, quoniam quod non ineſt Socrati, ab eo diſiungitur. Deinde declarat ſm̃, & dicit {falſo autem accommodatur contradictio huius partitionis} v. g. ei, quod, ineſt, accommodatur hoc falſum, quod non ineſt, ei aũt, quod non ineſt hoc faſum quod ineſt. & ſic oportet, vt ſemper contradictionis altera pars ſit vera altera falſa. Cũ .n. contradictio ex affirmatione, & negatione conſtituatur, vtraq; autem harum ex prædicato ſit, & ſubiecto, prædicatum & ſubiectum dupliciter poſſunt ſe habere, aut cõiuncta, ex parte rei, vt homo & animal, aut diſiuncta, vt homo, & equus: ideo contradictionis, cuius ſubiectum & prædicatum ſunt coniuncta ex parte rei affirmatio eſt vera videlicet homo eſt animal, negatio falſa. Contradictionis vero cuius ſubiectum, & prędicatum ſunt abiuncta, negatio eſt vera homo non eſt equus, affirmatio falſa, homo eſt equus. quare hæc duo perſpicua.

Sed quonam pacto ſit, ut ſimul quædam, ac ſeorſum intelligãtur, alia ratio eſt, dico autem ſimul, ſeorſumq; non, ut ſint, aut non ſint deinceps, ſed ut unũ quid fiãt, aut nõ fiant.

Alexander videtur velle queſtionem hanc eſſe obiter inductam: nam, cum quædam ſint, quæ tum ſeparatim, tum ſimul dicta intelligi poſſint, vt animal, & pedeſtre, & bipes, ſeparatim ſi animal primo ſeorſum, deinde ſeorſum pedeſtre, & demum ſeorſum bipes intelligatur. Simul vero ſi intellexero animal eſſe pedeſtre bipes, ideo quærendo Ariſt. dicit {Sed quonam pacto ſit, vt ſimul quædam} videlicet animal, & pedeſtre, & bipes {& ſeorſum} diuerſiſq; intellectionibus {intelligantũ} quaſi ſe excuſans ſubdit {alia ratio eſt} .i. alia quæſtio eſt, quam in proximo libro diſputaturus meri to hoc in loco prætermittit. vel {alia ratio} .i. alius ſermo {eſt} quia tertio libro de anima diſquirenda eſt. Expoſitor autem hãc dubitationem adaptat ei. quod dixit, dixit. n. verum & falſum eſſe in compoſitione & diuiſione: ſed, cũ omnis compoſitio vel diuiſio ſit plurium, emergit dubitatio, quonã modo intellectus intelligit hæc plura, quæ componuntur, & diuiduntur, vtrum ſimul, aut ſeorſum. Deinde exponit dubitationem, & innuit ſolutionem dubitationis, & dicit {dico autem ſimul ſeorſumq; non vt ſint, aut non ſint deinceps} .i. non ſimul dico, quæ ordine quodam ſe conſe-

quuntur, vt illas, cuius primũ librum, ſequitur ſecũdus, & pari rõne cæteri, non ſimul aũt, quæ huiuſmodi ordinẽ non ſeruant {ſed vt vnum quid fiant, aut non fiãt} .i. ſed dico ſimul ſm vnitatem. nam quæ vnum effici poſſunt, ea, ſimul dico, quæ minus, ea nõ ſimul. per quæ innuit ſimul nonnunquam ſignificare vnitatem, vt cũ dicimus aliqua ſimul ſm tempus, quæ ſimul ſunt in eodem momento tẽporis, aliqñ ſignificare eſſe deinceps, veluti cum dicimus duos homines eſſe ſimul, quia locus vnius ſtatim ſequitur locum alterius, vel quia tempus vnius eſt propinquum tempori alterius. Vult igitur eum, qui componit, vel diuidit, plura intelligere prima ratione, non autem ſecunda ratione. nam ſi homo intelligit animal & pedeſtre, & bipes ſeorſum, ea pluribus conceptionibus intelligit, non tñ componendo, nec diuidẽdo. At ſi ea componit, aut diuidit, ea, vt vnum intelligit, vtputa, vt vnum affirmatione, aut negatione.

Quæ Auer. Com.8. Auer. autem, & intendebat inquit, per hũc ſermonem declarare diuerſitatem duorum entium .ſ. entis, quod eſt in intellectu, & entis, quod eſt extra intellectum. Quod .n. eſt in anima, contingit, vt recipiat duo oppoſita inſimul, quod autem eſt extra animam, non. quaſi dicat, & quouis modo, ſit, ſiue accidat, vt anima intelligat duo oppoſita inſimul, quod non poteſt eſſe extra animam, quia materia recipit contraria ſucceſsiue, ſiue non accidat, loquendum eſt de eo in alio loco, et innuit librum tertium de Anima. & cum ait Auer. id quod eſt in anima, recipere duo oppoſita, intelligendum eſt eſſe quoddam complexum ex diuerſis videlicet ex ſubie-

Com.4. cto, & prædicato, quæ ſunt diuerſa. Alioquin aduerſaretur Auer. ei, quod dictum quarto huius, vbi declarauit oppoſita non poſſe eſſe in anima. Ex his patet ſolutio, nam ſi aliquis intellectus intelligat animal & pedeſtre vnumquodq; ſeorſum, & per ſe videlicet quo ſunt duo quædam, intelligit ea conſequenter duabus intellectionibus ſimplicibus, incomplexiſq;, non formando ex eis affirmationem, aut negationem. Cum vero idem intellectus compoſitionem, aut diuiſionem confecerit, ea ambo, vt vnum intelliget, quo videlicet ex eis aliquod vnum fit & intellectione vna complexione concipiet ſimile accidit in intellectionibus totorum. nam cum intellectus intelliget ſeorſum fundamentum, parietem & rectum, hæc diuerſis conceptionibus ordine quodam intelliget, vtputa prius fundamentum, deinceps parietem, poſtea tectum. Cum vero partes intellexerit, vt vnum, totum vna intellectione intelliget, eaq; omnia ſimul intelliget, quo ex eis vnum factum fuerit. Similiter cum intellexerit ſubiectum & prædicatum, quo ex eis facta fuerit vna vel affirmatio, vel negatio, ſimul ea intelliget. quo vero illa ĩtelligit ſeorſum, vt plura, pluribus intellectionibus intelligit. Sed hęc eſt differentia inter intellectionem per quam intelligimus vnum ſimplex, & intellectionem, per quam intelligimus vnum complexum. ꝙ illa ſit vna ſimplicitate, hęc ſit vna complexione. Simili modo intellectio, qua intelligitur vnus ſyllogiſmus, vel vnum exemplum, vel omne id genus. Semper .n. vna eſt complexione, non autem vna vnitate ſimplicitatis. Sed vtrum intellectio, qua intelligitur propoſitio ſit æque ſimplex, atq; intellectio, qua intelligitur ſubiectũ vel prædicatum eiuſdẽ

In fine tertii enucleati. Enucleato.13 ſeorſum, petendũ eſt à ludicris. Inſuꝑ correſpondeat ne ꝓpoſitioni verę aliud ſignificatũ q̃ ſignificatũ ſubiecti an idem: in ludicris dilucidatũ eſt, & in prioribus, & nõ nihil diximus, in hoc libro. Quare de his hactenus.

Falſum enim uerumq; non ſunt in rebus, ut bonum quidem ſit uerum, malum autem falſum, ſed ſunt in mente. Circa autem ea, quæ ſunt ſimplicia, ipſumq; quid eſt, neq; in ipſa ſunt mente. Quæ igitur circa ſic ens, atq; non ens contemplari oportet, poſterius diſſerendum eſt.

Quoniam ſupra dixerat ens, quod accipitur pro vero, & nõ ens, quod accipitur pro falſo, in compoſitione diuiſioneq; verſari, quæ mentis operationes ſunt, quibuſdam interiectis, cauſam ſuggerit, & dicit {Falſum enim verumq; non ſunt in rebus} ad hunc ſubaudi modum {vt bonum quidem ſit verum, malum aũt falſum, ſed ſunt in mente} In quibus verbis Alexander colligit talem rationem, aut verũ & falſum ſunt in mente, vt dictum eſt, aut in rebus. non in rebus, qñ tunc dicendo bonũ ſtatim verum dicere oporteret è contrario dicendo verum oporteret dicere bonum. Similiter oporteret dicendo malum dicere falſum, & è contrario dicendo falſum dicere malum. At neq; bonum dicentes verum dicimus, aut falſum, neq; ſi malum dixerimus dicemus falſum, aut verum. nõ igitur in rebus verum & falſum ineſt, in mente igitur ſunt verum atq; falſum. Sed dices, vtrum ſolum in rebus non ſint verũ, & falſum. Reſpondet & dicit {circa autem ea, quæ ſunt ſimplicia, & circa ipſum quid eſt, neque in ipſa ſunt mẽte} quo in loco ſimplicia res vocat, quæ ipſę per ſe circa compoſitionem diuiſionemúe intelliguntur. ꝑ quæ dedit intelligere verum & falſum non eſſe in rebus, ſed in mente, & non in mente ſm eius omnem operationẽ, ſed in mente ſm eam operationem, quę eſt compoſitio atq; diuiſio. Auer. vero dicit, verum & falſum ſunt Quæ Auer. Com.8.
in cognitione, bonum autem & malum in materia, & nullum entium, quæ ſunt in cognitione, dicitꝰ eſſe ſimpliciter ſm quod eſt extra animã. Sed tertio de anima ſic dicit, bonum & malum, & verum & falſum ſunt in eodem genere. Sed Auer. ibi ſeipſum exponens ſubdit, Com.34.
quia vtrunque eſt cognitio, & accepit cognitionem pro fine, quaſi dicat, quia vtrũque eſt finis. Sed non eiuſdem potentiæ. nam verum & falſum ſunt finis intellectus, bonũ & malũ finis voluntatis. Vltimo Ariſt. affert id quod adhuc eſt conſiderandum, & dicit {quæ igitur circa ſic ens, atq; non ens contemplari oportet, poſterius diſſerendum eſt} quaſi dicat, cum ens verũ, & non ens falſum in compoſitione, & diuiſione verſari dictum ſit, quæ ad huiuſmodi entis, & non entis, conſiderationem pertinent, poſterius diſſerendum eſt, vtputa libro huius operis nono. Circa finẽ huius dictio- Quæ Expoſitor.
nis Expoſitor digrediendo primo declarat quid requiritur ad hoc, vt aliqua cognitio dicatur vera, & aliqua falſa, & breuiter putat ad hoc vt aliqua cognitio ſit vera, requiri, vt cognoſcens ſimilitudẽm rei, quã cognoſcit, hẽat. Falſa aũt, vt deficiat à tali ſimilitudine eamq; non habeat. Hoc probat ex eo, quia ſicuti aliquid dicitꝰ bonum, quia habet formam, quæ ſibi conuenit, malũ vero ex eo, quia deficit à tali forma, ita cognitio dicetꝰ vera ex eo, quia cognoſcens habet ſimilitudinẽ rei cognitæ, falſa aũt ex eo, quia deficit à tali ſimilitudine. Sed obiicies, quia tunc ſenſatio poſſet dici vera, falſaúe, qm̃ ſentiens põt habere ſimilitudinem rei ſenſatæ, & deficere ab illa. Concedit Expoſitor ſenſationum aliquam eſſe veram, & aliquam falſam. ad ſenſum tñ talẽ cognitionẽ cognoſcere, vel talẽ ſimilitudinẽ cognoſcere non pertinere, ſed ad intellectũ. Iterũ obiicies, qm̃ ĩtellectus per receptionẽ ſimilitudinis rei intellectæ non concipit, niſi

pit,niſi ſimplicia, nec cōponit,neq; diuidit: igitur non ſufficit habere ſimilitudinem rei intellectæ ad hoc, vt intellectio vera ſit,aut falſa.Innuit expoſitor ſolutionē & ait,ꝙ licet intellectus receperit rei cognitæ ſimilitudinē,non tñ ſimilitudinem diiudicat.ſed ſolū cum cōponit,atq; diuidit.nam vt inquit, cum intellectus concipit hoc,quod eſt aīal rationale mortale,apud ſe ſimilitudinē hominis hēt,ſed cum cognoſcit ſe hanc ſimilitudinē habere, iudicat hominē eſſe aīal rationale mortale.& ideo in hac ſola ſecunda operatione intellectus, eſt veritas & falſitas,ſm quam non ſolum intellectus rei intellectæ ſiſitudinem habet, ſed etiam ſuper ipſam ſiſitudinem reflectitur,cognoſcendo,& iudicando ipſam,Ex his patere dicit veritatē, atq; falſitatem nō eſſe in rebus,ſed in intellectu, & non in eius qualibet operatione,ſed in ea,quæ eſt compoſitio, & diuiſio. Bonū vero & malum propter duo in rebus eſſe aſſerit,tū quia ſunt obiecta appetitus,quæ aut res ſunt præter animā, aut in rebus ipſis,quæ ſunt præter animam,tum vel maxime,quia bonū & perfectum idem,malū vero, & imperfectū eſſet idē.Perfectū aūt eſt res præter aīam, vel in rebus præter aīam.ſiquidem perfectio rei in eo conſiſtere videtur,quod formam res ipſa habet,per quam
Cōtra Thomā eſt in actu.Recte igitur dictum eſt bonū,& malum eſſe in rebus,verū aūt & falſum in mente. Ego vero ambigo circa hæc,& primo contra primū.nam intellectus componit,& diuidit multa,quorum non recipit ſiſitudines. Cōponit.n.ſubſtantiam cū ſubſtantia in ea propoſitione, homo eſt aīal, quorum ſpecies non recipit cum ſubſtantia nec in ſenſu, nec in intellectu ſpeciem efficiat propriam. quare cōpoſitio & diuiſio eſſe poterunt in intellectu eorū, quorum nullam intellectus recipit ſiſitudinē. Deinde dubito circa id, quod de ſenſu concedit,aſſerit.n.ſenſationem eſſe veram, & falſam, non tñ ad ſenſum pertinere cognoſcere ſenſationē eſſe veram,vel falſam.hoc mihi videtur impoſſe,qm̄, ſi ſenſatio eſſet vera,vel falſa,ſenſus poſſet componere & diuidere,Dictum eſt.n.verum in compoſitione vel diuiſione cōſiſtere.& falſum ſimili rōne.At dicere ſenſum cōponere vel diuidere non eſt auditum in libris Ariſt. quicquid ſit de cogitaria virtute. Tertio dubito circa tertiū, dicit.n. tertio vltra ſiſitudinem receptam in intellectu, requiri cognitionē reflexam illius ſiſitudinis. Non ſolū.n.ait requiri ſiſitudinem,ſed eſſe neceſſariū, vt intellectus reflectaẗ ad illam ſiſitudinem: modo hic dubito,qm̄ per talem reflexionem nō habetur cognitio,niſi ſimilitudinis.nam primo erat ratio cognoſcēdi, in reflexione autem ſimilitudo redditur obiectum cognitum: vbi nihil aliud cognoſcit mens, niſi ſe per talē ſimilitudinem cognoſcere hominē, vel id quod per eā cognoſcebat.nō ergo per talem reflexionem pōt cōponere aīal cum hoīe, vel diuidere hominē ab equo.
Dilucidatio. Quare pro dilucidatione illud primo accipiēdū Ariſt. eſſe locutum de vero & falſo, quibus oratio dicitur vera,aut falſa. Multis.n.modis dicitur verū. hic tñ Ariſt. loquitur de vero & falſo, quibus orationes vero dñr atq; falſæ.deinde accipiendum Ariſt.intellexiſſe per verum & falſum eſſe in intellectu,nihil verum aut falſum dici poſſe,niſi per comparationem ad intellectum. nā bonum & malum eſſe poſſunt in rebus,& non per cōparationem ad intellectum.nam bonū idem eſt, quod perfectum,malum vero idem,quod imperfectum. At perfectum atq; imperfectum ens eſſe poteſt etiā ſi non comparetur ad intellectum.cū,vt dicitur libro quarto Meteororum,perfectum dicitur inquantū poteſt exire in ſuam propriam operationem. modo ens poteſt exire in propriam operationem etiam, ſi non cōparetur ad intellectum.Ex iis patet dilucidatio, qm̄ cum Ariſt. ait verum & falſum eſſe in intellectu,intelligit nihil verum, aut falſum eſſe poſſe, niſi per attributionē ad intellectū,qui per compoſitionē vel diuiſionē quædā intelligit.Bonum aūt & malum eſſe in rebus, qm̄ aliquid dici poteſt bonum, vel malum, & non per comparationem ad intellectum,vtrum vero aliquid dici poſsit bonum,aut malum abſolute,hoc eſt non per comparationem ad aliquam potentiam,dignū foret diſſertione nam quidam volunt non eſſe dicendum quicquā bonum,vel apparens bonū,quin ſit appetibile, nec quicquā malū,aut apparens malum,quod non ſit refutabile ab appetitu.Sed hæc diſputatio in aliud tempus differatur.Satis aūt nobis ſit nihil eſſe,aut verū aut falſum niſi,per comparationem ad intellectum,at bonum eſſe poſſe & malum etiam ſi ad intellectum non cōparenẗ. hæc ſatis pro dilucidatione. Sed circa hæc, quæ dicta *Dubitatio de cauſa veritatis*
ſunt,quæritur,vtrum ad veritatem propoſitionis affirmatiuæ requiratur compoſitio in rebus ſignificatis,ad veritatē vero negatiuæ requiratur diuiſio.Pro ſolutione dico primo ad veritatē affirmatiuæ non requiri cōpoſitionē in rebus ſignificatis.Quod probo primo,qa hæc eſt vera Deus eſt Deus, & tñ in rebus ſignificatis non eſt cōpoſitio,ſi quidē in rebus ſignificatis non eſt, niſi Deus,qui eſt ſimpliciſsimus.deinde hęc eſt vera,nauale bellum erit magnum,vel nauale bellū pōt eſſe magnum,& tñ in rebus ſignificatis nulla eſt compoſitio, cū res ſignificata non ſit. Quod aūt non eſt, nec compoſitum,nec ſimplex eſt.Secundo dico ad veritatē negatiuæ nullam requiri diuiſionem,nec diſiunctionē in rebus ſignificatis.Oſtenditur,qm̄ hæc eſt vera,Chimera non eſt homo qm̄ etiam ſi nunquam fuiſſet, aut eſſet,aut foret Chimera,vel homo,tñ illa eſſet vera, Chimera non eſt homo.vbi autem nec Chimera eſſet, nec homo,in eis nulla compoſitio, aut diuiſio eſſe poteſt. Ex his primo colligitur Ariſt.per compoſitionem non intelligere vnam eſſe cū alio,nec per diuiſionē eſſe aliquid diſtinctum ab alio. Secundo colligitur Ariſt. per compoſitionem intelligere eſſe idem illud,pro quo termini accipiuntur, vel pro quo termini ſupponuntur in propoſitione,vel nō accipi pro diuerſis rebus,& ꝑ diuiſionē non eſſe idē illud, pro quo termini ſupponuntur in propoſitione. Ex his patet dilucidatio. Ariſt. enim cum ait veritatem affirmatiuæ eſſe circa compoſitionē vel diuiſionē, intelligit per cōpoſitionē id,pro quo termini accipiuntur,eſſe idē.vel intelligit quod requiratur ꝙ termini ſupponantur pro eadem re,nam nauale bellum erit magnum,vel Socr. generandus erit homo, eſt vera,qm̄ termini ſupponuntur pro eodē,vel ſaltem requiritur ꝙ termini non ſupponant pro diuerſis,ſicuti in illa,generandum erit homo.Generandū.n. & homo termini pro non pro diuerſis rebus ſupponunt. Secundo addas ꝙ termini non ſupponant pro diuerſis rebus vel in propoſitione,quæ ex illis ſit,vel in ꝓpoſitione,ad quā reſoluiẗ, vt in hac Socr. eſt equus. nam hæc reſoluiẗ in illā Socr.eſt aliquid,cuius eſt equus.vbi termini.ſ. prædicatum & ſubiectum non ſupponūtur pro diuerſis rebus.Secundo colligitur ad veritatem negatiuæ ſufficere ꝙ termini non accipiātur pro eodē.hinc ſit,vt negatiua ſit vera,cuius aliquis terminus pro nullo accipitur,qm̄ ſi aliquis terminus pro nullo ſupponit,

termini non poſſunt accipi pro eodem . Ergo pro in-
tẽtione Ariſt.cum dicit veritatem eſſe in compoſitio-
ne, vult dicere prædicatum,& ſubiectum propoſitio-
nis affirmatiuæ pro eodem accipi, vel non pro diuer-
ſis,propoſitionis vero negatiuæ,non pro eodem.vt ſit
compoſitio,acceptio terminorum pro eodem,vel non
De veritate propoſitionis. pro diuerſis. diuiſio autem , non pro eodem. Iterum
quæritur vtrum propoſitio vera ſit ex eo , quia quęli-
bet ſignificat ita eſſe in rebus ſignificatis ſicuti ẽ,obiici
ſolet primo de Antichriſto,nã hæc eſt vera, Antichri-
ſtus erit,& tñ non eſt ita in re ſignificata , ſicut ipſa ſi-
gnificat,qm̃ res ſignificata nihil eſt.ſ.Antichriſtus,& ſi
Antichriſtus nihil eſt,tunc in eo non eſt ita,neq; aliter.
Secundo obiici ſolet de negatiua , nam hæc vera Chi-
mera non hippocentaurus,& tñ non eſt ita in re ſigni-
ficata,ſicut ꝓpoſitio ſignificat, qm̃ Chimera nihil eſt .
Inſuper poſito etiam quod nunquam fuiſſet equus ,
vel bos, nec etiam de cætero eſſet, tunc hæc eſt vera
equus non eſt bos , & tñ non eſſet ita in re ſignificata
ſicut propoſitio ſignificat, immo nec aliter , cum nihil
ſint.Quinimmo ſi ita eſſet in rebus ſignificatis , ſicuti
per dictas propoſitiones ſignificatur , quæro vbi hæc
eſſent.v.g.vbi eſſet Antichriſtum fore.Inſuper vbi etiã
eſſet equum non eſſe bouem , ſi videlicet vnquã fuiſ-
ſet equus,nec bos.Non.n.poſſet aſsignari ita eſſe in ali
qua parte mundi,nec ita eſſe extra mundum. Amplius
ſi ita eſſent ſignificatæ res vt propoſitiones ſignificant,
vel ab æterno,vel de nouo.non poteſt dici nouo,quia
ab æterno propoſitiones illæ fuiſſent veræ , ſi fuiſſent
propoſitæ,ſi aũt ab æterno, tunc aliquid erit coæternũ
Deo,quod nõ eſt Deus.Quare oportet dicere illud nõ
plus eſſe ꝗ̃ Chimeram.Sed Ariſt.oppoſitũ tradit in prę
dicamentis,cũ ait ab eo quod res eſt .i. ab eo quod ita
eſt in re ſignificata,ſicut propoſitio ſignificat, dr̃ vera.
& ab eo quod res non eſt.i.non eſt,ita in re ſignificata,
ſed propoſito ſignificata , ſicut ꝓpoſitio ſignificat, dr̃
falſa.Inſuper cõiter ab oĩbus dr̃ veritatem eſſe adæqua
tionem,vel conformitatem intellectus.i. ꝓpoſitionis,
quam intellectus conficit,& in voce,vel ſcripto expli-
catur,ad rẽ intellectã.Modo hæc adæquatio,vel cõfor-
mitas nõ põt eſſe,niſi ex eo, quia ita eſt in re ſignifica-
ta,ſicut ꝓpoſitio ſignificat.vñ Ariſt. in hoc ſexto velle
vr̃,veritatem affirmatiuæ vel negatiuæ ex eo eſſe,quia
ita eſt ĩ re ſignificata,ſicut ꝓpoſitio ſignificat , & ita vr̃
hæc vera Antichriſtuserit,quia ita eſt,qm̃ Antichriſtus
erit.& illa vera Chimera non eſt Chimera,quia ita eſt,
ꝙ Chimera non ſit Chimera.Verum hæc cõiter conce
duntur , primum ꝙ non oĩs propoſitio vera ex eo eſt
vera,quia ita ſignificat ſicut eſt in re ſignificata, vt per
rõnes ad oppoſitum ſufficienter demonſtratũ eſt.De-
inde.vt in ludicris diximus,ſm eſt,ꝙ oĩs propoſitio ve
ra de ineſſe,quę eſt de præſenti,ex eo eſt vera,quia quę-
libet ſignificat ita eſſe in re ſignificata,ſicut ipſa ſignifi
cat.veluti ſi hæc eſt vera homo eſt aĩal,ideo eſt vera,qa
eadẽ res, quæ eſt hõ eſt aĩal. Propoſitio vera de præte-
rito ex eo eſt vera, qa qualitercũq; ſignificat fuiſſe, ita
fuit,ꝓpoſitio de futuro vera, ex eo , quia qualitercũq;
ſignificat fore,ita erit.Propoſitio de poſſi vera,quia qua
litercũq; ſignificat poſſe eſſe,ita põt eſſe.quibus patet,
ꝙ quæcũq; ſunt cauſæ veritatis,eædẽ ſunt cauſæ falſita
tis,ſiue contradictoriæ.hinc fit,vt cuiuſq; propoſitio-
nis veræ ſua contradictoria ſit falſa. Fit ẽt,vt oĩs nega-
tiua falſa de ineſſe,quæ eſt de præſenti,ſit falſa ex eo,qa
qualitercunq; ſignificat affirmatiua ſua cõtradictoria,
ita eſt in re ſignificata.Patet quia eædẽ ſunt cauſæ ve-
ritatis affirmatiuæ , & falſitatis negatiuæ ſuæ cõtradi-
ctoriæ.Simili rõne dicat̃ de illis de præterito,& de fu-
turo,quæ ſunt de ineſſe, & de ea,quæ eſt de poſſi. Hæc
.n.eſt falſa Antichriſtus non erit,quia qualitercũq; ſua
affirmatiua , Antichriſtus erit , ſignificat fore, ita erit.
Tertio conceditur ad falſitatem negatiuæ nullã cãm
requiri in re ſignificata,ſed ſufficere, vt ſit formata, &
non vera.nã ſi ſit formata,& non vera,ſtatim ſequitur
vt ſit falſa. Non .n. oportet aliquid eſſe ex parte rei ſi-
gnificatæ,ſed ſufficit non eſſe cãm,propter quam eſſet
vera.hoc per argumentum probatum eſt quia ſi vnꝗ̃
fuiſſet, vel foret equus , vel bos, adhuc eſſet hæc falſa ,
equus eſt bos,& tñ cauſa eius falſitatis nõ eſt in reb⁹ ſi-
gnificatis:nihil.n.in eis eſt:tũ nihil ſint.ex his ſtatim ſe-
quit̃ ad veritatẽ negatiuæ nullã cãm requiri ex parte re
rũ ſignificatarũ.Dictũ.n.eſt ꝙ quęcũq; cauſę requirun
tur id veritatem alicuius propoſitionis,illæ eædem re-
quirantur ad falſitatem ſuæ contradictorię, & è cõuer
ſo,ſed dictum eſt nihil requiri ac falſitatẽ affirmatiuæ
ex parte rerũ ſignificatarum:igitur nihil requirit̃ ad ve
ritatẽ negatiuæ.ſed occurres , nõ eſſe affirmatiua falſa
de ineſſe,quæ eſt de ꝑſenti,ex eo eſt falſa,quia nõ quæ
libet ſignificat ita eſſe in re cõcedendũ eſt,ſed nõ vt illa
dictio ex eo quia deſignet cauſalitatẽ aliquã eſſe extra,
ſed,vt deſignet cauſalitatẽ cõſequẽtiæ vnius ꝓpoſitio-
nis ad alterã,quia bona cõſequentia eſt,nõ quęlibet ſi-
gnificat ita eſſe,igit̃ ꝓpoſitio eſt falſa, ex his pñt rõnes
pro vtraq; parte reconciliari. multæ aliæ dubitationes
fieri poſſent,quæ cũ attineant ad logicam,omittantur.

Cum autem complexio , diuiſioq́; non in rebus ſit ſed in mente , id autem , quod hoc pacto eſt ens , diuerſum ſit ab iis quæ proprie entia ſunt. Mens.n. aut quid eſt,aut qualitatem,aut quantitatem,aut ſi quid aliud coniungit,aut abiungit:id quidem ens,quod eſt,ut accidens, & ens, quod eſt ut uerum,omittendum eſt.

Vltimo nunc Ariſtoteles excipit à Metaphyſica con
ſideratione tam ens per accidens,ꝗ̃ ens verum accipiẽ
do ens verum,id,quo oratio dicitur vera , & dictio eſt
ſuſpenſiua vſq; ibi{Id quidem ens,quod eſt,accidens}
nam in ſuſpenſione affert cauſam , quare ens verũ de-
bet abiici à Metaphyſica conſideratione,& dicit{Cũ
autem complexio}.i,verum{diuiſioq́;}.i. falſum {non
in rebus ſit,ſed in mente}.i. non ſit niſi per compara-
tionem ad ipſam mentem,{id autem,quod hoc pacto
eſt ens} .ſ.quaſi verum in compoſitione , diuiſioneq́;
conſiſtens{diuerſum ſit ab iis,quę propriæ entia ſunt}
.i.ab indiuiduis ſubſtantiæ.hæc.n.appellat propriæ en
tia.ſic.n.exponit Alex.melius autem puto Ariſt. intel-
ligere per ea,quæ ſunt proprie entia , decem prædica-
menta,quæ entia ſunt abſoluta,& non per cõparationẽ
ad ipſam mentem,& ꝙ hæc expoſitio ſit conſona, per
hæc quę ſubdit,dat intelligere,& dicit{Mens.n.aut qd
eſt}.i.ſubſtantiam {aut qualitatem , aut ſi quid aliud }
ſubaudi eſt de numero entium prædicamentaliũ , quæ
proprie entia dicuntur{coniũgit}.ſ. affirmationes for
mando{aut abiungit}negationes conficiendo,deinde
terminando ſuſpenſionem affert concluſionem, & di
cit{id quidem ens,quod eſt,vt accidẽs.& ens,quod eſt
vt verum,omittendũ eſt}& excludendum à pręſenti cõ
ſideratione.Quòd ens,quod eſt quaſi verum, ſit omit
tendũ,in ſuſpenſione propoſita aſsignauit duplicẽ cau
ſam,tũ quia dicitur, per comparationẽ ad ipſam men-
tem,

tem & ſic de eo attinet ad librũ de anima, tum vel maxime, quia eſt diuerſum ab ente, quod proprie eſt ens attinẽs ad pſentẽ cõſiderationẽ, quę reſumet deinceps.

Nam cauſa illius quidem indefinita eſt, huius autem affectus eſt quidam mentis.

Nunc reſumit cauſas, quare illa ſunt comittenda, & dicit {Nam cauſa illius quidem} .ſ. entis per accidens indefinita, indeterminataq; eſt, de indeterminatis autem non debemus eſſe ſolliciti {huius autem} .ſ. entis quaſi veri cauſa eſt {quidam mentis affectus} quæ dicitur compoſitio vel diuiſio, & ſic attinet ad librum de anima, hæ rationes tactæ ſunt iam ſuperiore dictione.

Etiam utraq; circa reliquum genus ipſius entis, & nihil præter naturam aliquam, quæ eſt ipſius entis, ſignificant: quapropter hæc omittamus. Sed entis ipſius, quatenus eſt ens, cauſas, principiaq;, conſideremus oportet. patet autem per ea, quæ dicta ſunt eo in loco, quo quot modis dicitur unumquodq;, declarabamus, ens dici pluribus modis.

Nunc aſſignat rationem communem, quare tam ens quaſi verum, q̃ ens per accidens eſt omittendum, & dicit {etiam vtraq;} .ſ. tam ens quaſi verum, q̃ ens p accidens verſantur ſubaudi {circa reliquum genus ipſius entis, & nihil ſignificant præter naturam aliquam, quę eſt ipſius entis} & intelligit per reliquũ genus entis & per ipſum ens, quod continetur in decem prædicamentis, quod dicitur proprie ens. nec. n. ens, quod accipitur pro vero, eſt pręter ens prędicamentarium, nec ens per accidẽs eſt præter ens prædicamentariũ. Quod ens, quod accipitur pro vero, nihil ſignificat aliud, q̃ ens prædicamentarium, patet, quoniam nihil componit, aut diuidit mens, niſi ens prædicamentarium cum ente prædicamentario: & ſic ens verum nihil eſt præter ens prædicamentarium. Quòd vero ens per accidens nihil ſignificat præter ens prædicamentarium, patet ẽt, quoniam ex entibus diuerſorum prædicamentorum fit ens per accidens. Quare non oportet ſeorſum agere de his, quoniam qui agit de decem prædicamentis, etiam agit de his, cum hæc nihil ſignificent præter decem prędicamenta. Propterea ſubdit {quapropter hęc omittamus} .ſ. ſeorſum contemplari {ſed entis ipſius, quatenus eſt ens, cauſas, principiaq; conſideremus, oportet} nam ſic conſiderabimus de principiis, & cauſis entis p accidens, & entis quaſi veri. Hoc probat ex quinto huius, & dicit {patet autẽ, per ea, quæ dicta ſunt eo in loco quo quot modis dicitur vnumquodq;, declarabamus} .i. Quòd qui tractat de ente quo eſt ens, etiã tractet de ente quaſi vero, & de ente per accidens, patet ex quinto huius, vbi in partitione entis pertractauit de ente quaſi vero, & ente per accidens. ergo non oportet facere capitula ſeorſum de his, cum pertractentur ſimul, vbi pertractatur de ente. Hæc, quæ Ariſt. ait hic, diſputata ſunt ſuperius, vbi diximus de ente per accidẽs nec Metaphyſicam, nec aliquam ſcientiam pertractare per ſe, accipiendo ens per accidens pro propoſitione contingenti vt in paucioribus. Sed accipiendo ens per accidens pro re, quæ ſignificatur per terminum, ſic conſideratur & à Metaphyſico, & à particularibus ſciẽtiis. Eodem modo de ipſo vero pro concluſione demonſtrata conſiderat omnis ſcientia, cuius eſt coclusio demonſtrata. De vero autem pro termino cõſiderat Logicus, & Metaphyſicus. Hactenus de Sexto Libro.

Libri Sexti Metaphyſicorum finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione

ENS ipſum multipliciter dicitur, quemadmodum diſtinximus in iis, quæ dicta ſunt de unoquoq; quot modis dicatur. Partim enim quod eſt et hoc aliquid, partim quale, aut quantum, aut cæterorum unumquodq;, quæ hoc modo prædicantur, ſignificat. TEX.1.

ALexander enititur aſſignare cauſam, cur Ariſto. in principio huius Libri commemorat de ente, ipſumq; multipliciter dici tradit, vt lib.5. per partitionem docuit, cum ens quot modis dicatur, cõſtitueret. & cauſam eſſe ait, quia diſſerturus eſt de definitionibus in hoc libro, & eo qui, hunc proxime cõſequit̃. Definitiones aũt, vt in progreſſu teſtabit̃, accñtiũ ꝓprie non hñr, ſed de eis ex accñti hñr, quemadmodũ & ipſa per accñs ſunt. qm̃, vt res ſunt, ſic ẽt definiuntur. vñ quid eſt in ſubſtantiis proprie, ac ſimpliciter dr̃, non item in accñtibus, ſed cũ aliquo additamento, vt ſuo loco declarabit. vt. n. non eſſe dicimus non ipſum eſſe dicentes, ſed eſſe quidẽ, eſſe tñ non ens, ſic quale gratia exempli eſſe dicimus, non tñ ſimplr̃, ſed eſſe quale, ſic ipſorum definitiones eſſe aiimus, at non ſimplr̃, ſed quodã alio mõ. Quia igitur oñſurus ẽ cuius entis eſt definitio ꝓpria, & cuius nõ ideo cõmemorat quot modis dr̃ ens, vt illud ens eligat, quod principale & ꝓprie ens, dr̃, qm̃ illius ꝓprie, & principaliter eſt definitio. Sed anteq̃ ad verba dictionis veniamus, quæ Auer. inquit in proemio huius libri referamus in calce itaq; proemij hanc partitionẽ innuit, ꝙ quædã in hoc Metaphy. volumine tractent̃ ꝑ ſe ac principalr̃, quędã ꝑ accñs, quatenus ſunt diſpoſitiones, ac ꝑparationes ad ea, quæ hic per ſe ac principalr̃ cõſiderant̃. Quæ ꝑ ſe ac principalr̃ in hoc volumine cõſiderant̃, ſunt quinque. primũ eſt de ſuƀa, & accñte. nã prima entis diuiſio eſt in ſuƀam, & accñs. Secundũ vero de actu, & potentia, ſi quidẽ ſecũda entis partitio eſt in ens actu, & ens põa. Tertiũ ẽſt de vno, & multis, quippe cũ tertia entis diuiſio fit in vnũ & multa. Quartũ eſt de ſuƀa materiali, & ĩmateriali, potiſſimũ de Deo, qm̃ quarta partitio entis, quod eſt ſuƀa, eſt per materialẽ, & immaterialẽ, & qm̃ quinta entis partitio eſt ſuƀarũ immaterialium ẽm veritatem & ẽm opiniones, ideo quintum eſt de his. De ſuƀa quidem & accñte conſideratio eſt in hoc libro, & eo qui hũc ſequit̃. De actu vero, & põa lib.9. de vno vero & multis lib.10. de ſuƀiis materialibus agitur lib. 11. de ſubſtãtiis immaterialibus ẽm veritatem lib.12. de ſubſtantiis immaterialibus ẽm opiniones agitur. 13. & 14. libris, ſi libri illi ſunt legitimi Ariſt. quod ideo dico, qm̃ non eſt mihi exploratũ. nã de ſubſtantiis immaterialibus ẽm opiniones pertractauit lib.1. & pertractabit in hoc libro. Quare nõ fuit neceſſariũ de illis agere ĩ libris ſeparatis, cũ nihil de opinionibus dicat illis ĩ libris,

Quæ Auer. in proemio.

De libris.13. & 14.

quod non ſit in his dictum.Omiſit autem Auer. inten-
tionem libri vndecimi,qui habetur apud nos,aut quia
ipſe eum non vidit,aut quia eum non putauit eſſe legi
timum.Ariſt.vt nonnulli exiſtimauerunt etiã.aut quo-
niam eo libro recolligit tam ea , quæ hoc in volumine
dñr,q̃ quæ in libris naturalibus . Omnia dico recolli-
git,vt Expoſitor ibi inquit,quæ diſponũt in cognitio-
nem ſubſtantiarum immaterialiũ, de quibus aget li-
bro.12.ideo illum prætermiſit.quia nihil agit in eo,qđ
non fuerit pertractatũ. hæc igitur quinque in hoc vo-
lumine pertractantur,potiſsimũ à præſenti libro inde.
Quæ vero vt diſpoſitiones conſiderantur,in ſex priori
bus libris aguntur. nã libro primo, vt viſum eſt, oñdit
quid priſci de rerũ principiis tradiderunt. Libro vero
ſecundo pertractat ea quæ pertinent ad vniuerſalẽ mo
dũ conſiderandi veritatẽ.Libro.3.mouet oẽs quæſtio-
nes,quæ de veritate ipſa,& de cauſis illius,q̃ri poſſunt.
Libro.4.procedit ad ſolutionem pro magna parte ea-
rum q̃onum,cœpitq; oſtẽdere ea,quæ pertinẽt ad cõ-
templationẽ huius ſcĩæ.Libro.5.fecit partitiones eorũ
nominũ,quæ in huius ſcĩæ conſideratione cadunt.Li-
bro vero.6.abiicit ea quæ non ſunt de conſideratione
huius ſcientiæ,vt ens per accidens,& ens quaſi verum.
In hoc igitur lib.7.incipit pertractare ea,quę per ſe ſpe
ctant ad conſiderationem huius ſcientiæ,vt de ſubſtã-
tia,& accidente,quæ eſt prima entis diuiſio,vt Auer.in
quit,ex quibus patet recte Auer.dixiſſe, ea quæ dñr in
cæteris prioribus libris,non eſſe per ſe,ac principaliter
intenta,ſed eſſe præparationes, ac diſpoſitiones ad ea,
quæ vltimis libris pertractantur.ſunt.n.veluti pręludia
quædam,vt ita dixerim ad hæc,quæ à lib.7.vſque in fi-
nem conſiderantur. Tunc redeo ad dictionem.vbi
ſciendũ eſt.Ariſt.hanc concluſionem intendere, ente
multipliciter dicto,& in decem prædicamenta diuiſo,
ſubſtantia eſt primum ens.Circa quam concluſionem
primo reſumit partitionẽ entis,quam diffuſe lib.5.ex-
poſuit,& dicit{ens multipliciter dicitur,quemadmodũ
diſtinximus ĩ iis,quæ dicta ſunt de vnoquoq;,quot mo
dis dicat̃}.i. quemadmodũ dictũ eſt lib.5. {multiplici-
ter}dicit,non quidem æquiuocatione , vt quinto hu-
ius dictũ eſt,ſed proportione,quæ eſt ſm prius, & po-
ſterius.Deinde exponit id,quod quinto huius dictum
eſt de partitione entis, & dicit{partim enim} .i. vno
modo.n.ens{ſignificat quod eſt & hoc aliquid}.i.ſub-
ſtantiam.conſueuit.n.Ariſt.pro ſubſtãtia hoc aliquid,
&,quid eſt accipere {partim quale} .i. alio modo ens
ſignificat quale {aut quantum,aut cæterorum vnum-
quodq;,quæ hoc modo prædicant̃} intelligit, vt Alex.
innuit,& cæterorũ prædicamẽtorũ vnumquodq; quæ
prædicãtur hoc modo de eis, quæ ſub ipſis ponuntur,
vt ſubſtantia prædicat̃ de iis quæ ponuntur in ſuo prę-
dicamento.& cũ dixit{quid eſt, & hoc aliquid} Auer.
per quid eſt intelligit quiditatem ſubſtantiæ indiuiduę,
& per quiditatem Auer. non ſermonem definitiuum
intelligit,quia de illo, dialectica agit, ſed oẽm ſubam;
quæ de indiuiduis ſubſtantiæ prædicatur in quid. ergo
per quid eſt intelligit ſubas ſecundas, & ꝑ hoc aliquid
intelligit ſubas indiuiduas,de quibus ſecundæ ſubę prę
dicantur in quid,igitur ens ſignificat primo ſubam .ſ.
primam & ſecũdam.Alex.aut per quod eſt & hoc ali-
quid ſubſtantiam intelligit.qm̃,vt inquit,Ariſto.con-
ſueuit pro ſubſtantia hoc aliquid, & quid eſt accipere.
hæc de primo ſignificato.De ſecundo vero ſignificato
Auer.ſubintelligit accidens, quaſi dicat ꝙ ſecũdo ens
ſignificat accedens in iſtis ſubſtantiis, quorũ aliud eſt
quantum,aliud quale,& id genus.Sed contra Auer. di Cõm.8.
ces, qm̃ decimo huius aſſerit ens, & vnum ſignificare
decem prædicamenta ſine medio, hic autem dicit, ꝙ
ens ſignificat primo ſubſtantiam, deinde accidens, &
per medium accidens ſignificat alia nouem prædica-
menta. Tollitur autem contradictio per ea, quæ dñr Cõ.19.et.20
duodecimo huius, vbi aſſerit ens non ſignificare ele-
mentum commune nouem prædicamentis,& ſic ſigni
ficat immediate illa per carentiam communis naturæ
ſignificatę.Accidens.n.non eſt elementum commune
aut communis natura per quam ens deſcendat in no-
uem prædicamenta.Hic vero vult, vt ſignificet primo
accidens,non ꝙ ſit elementum,vel natura cõis,ſed ſm
quendam modum prædicandi,quatenus omnia nouẽ
prædicamenta prædicantur extra eſſentiam ſubſtãtiæ.
Sed ſiue ſic,ſiue aliter, Ariſt.aſſignat ſm ſignificatum
nominis ens,& dicit{Partim quale,aut quantum} de-
mum per abbreuiationem dicit { aut cæterorum vnũ-
quodq; ſubaudi prædicamentorũ,quæ hoc modo prę-
dicantur}ſubaudi de ſubſtantia,vt prædicantur quale,
aut quantum.ſ. quæ prædicantur præter eſſentiam, &
per accñs. hoc.n. pacto cætera prædicamenta, videli-
cet relatio,vbi,ſitus, actio, paſsio, & q̃ñ prædicantur,
nullum prædicatur in quid, veluti prędicatur ſubſtan-
tiam de ſuis ſubiectis.ſed dices.non ne cætera predica-
menta prædicãtur de propriis indiuiduis in quid. ſi.n.
quæratur quid album ſit,recte rñdetur, ꝙ ſit color, vel
qualitas, & ſi quæratur quid corpus ſit, dicitur recte,
ꝙ ſit quantum.igitur cætera prædicamenta prædican-
tur in quid de propriis indiuiduis.innuit Auer. ſolutio-
nẽ quia Ariſt.intelligit{ſic prædicantiũ}ſubaudi de in-
diuiduis ſubſtantiæ, qm̃ de propriis indiuiduis prædi-
cantur per modum ſubſtantiæ. Sed circa dictionẽ du-
bitatur,quare Ariſt.non expoſuit continuationem hu- Dubitationes.
ius libri ſeptimi ad proximum videlicet ſextum.iã pa-
tet ſolutio,qm̃ in Sexto excluſit à conſideratione Me-
taphyſica ens verum,& ens per accñs & voluit eſſe cõ-
ſiderandum ens per ſe, de quo nunc exequitur, igitur
continuatio fuit intellecta ex proximo libro. Poſſet ẽt
dici Ariſt.ſic ſine continuatione incepiſſe ex induſtria,
vt innueret hũc librum eſſe primum in quo incipit de
rebus metaphyſicis agere, nã cęteri preparatorij ſunt.
Secundo dubitatur, cur Ariſt. enumerando prædica-
menta accidentium primi ponit quale,vt albus eſſe plu
ries fecit, cum in prædicamentis primo ponat quantũ.
hoc fortaſſe fecit,quia hic fuit ordo enumerationis, &
non doctrinæ.aut fortaſſe, quia quale ineſt ſubſtantiæ
ratione formæ,quantum ratione materiæ, & quia for-
ma vno modo eſt prior materia, ideo nunc propoſuit
quale,& q̃a materia alia ratione eſt prior forma, ideo
in prædicamẽtis propoſuit quantũ. Tertio quæres,cur
Ariſt. enumerando prædicamenta, illa enumerat per
terminos concretos,videlicet per quale,& quantũ, &
nõ ꝑ terminos abſtractos.dilutio eſt,qm̃ per terminos
abſtractos nõ ſunt accidentia,quæ poſsint de ſuba præ
dicari,ſed ſe habent,vt ſubſtantiæ. etiam per terminos
abſtractos nõ ſunt prædicamenta, vt poſtea dicemus.

Cũ aũt ens tot modis dicatur, patet ens primum horum TEX.2.
eſſe ipſum quid eſt,quod quidem ipſam ſubam ſignificat.

Reſumpta entis ꝑtitione,q̃ lib.5.aſsignata eſt,nũc aſ-
ſert cõclõnẽ,q̃ talis eſt,cũ ens diuidat̃ in decẽ p̃dĩta,ſuba
eſt primũ,& principale ens,& dicit{Cũ aũt ens tot mo
dis dicatur}.i.decẽ modis,{patet ens primũ horum eſſe
ipſum

ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiã ſignificat}.i. patet ſubſtantiam eſſe primum ens,& per quid eſt, q̃d ſubſtantiam ſignificat, voluit intelligere ſubſtantiam,
Qua Auer. Com.1. vt Alex.exponit. Auer.autem ſic continuando dicit, ꝙ cum declaraſſet hoc nomen ens ſignificare ſubſtantiã, & accidentia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamẽta,intendit declarare ꝙ hoc nomen ens ſignificet principaliter,& ſimpliciter prædicamentum ſubſtantiæ,ſecundario,& determinate.ſ.relatiue ad ſubſtantiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicunt eſſe, niſi quia accidunt ſubſtantiæ.quod eſt ens per ſe:igitur ẜm Auer.concluſio eſt,ꝙ dicto ente decẽ modis, ſubſtantia ſit primũ ens,& principale.& per relatiue ad ſubſtãtiã, non intelligit Auer.alia accidentia referri ad ſubſtantiã relatione prædicamentali. quæ eſt ad terminũ, ſed relatione,quæ eſt ad cãm. Quo vero ad verba attinet,Auer.{per quid eſt, quod quidẽ ſubſtantiã ſignificat}intelligit ſubſtantiã ſecundã,quæ dr̃ in r̃ſione ad quid eſt hoc indiuiduum demonſtratum per ſe exiſtẽs. Quare erit concluſio, cum ens dicatur decem modis, ſubſtantia ſecunda eſt primũ ens.& iuxta hanc expoſitionem tacuit ſubſtantias primas,aut quia,vt Auer.inquit,indiuiduũ ſubſtantiæ ꝙ ſit prius alijs indiuiduis accidentiũ, eſt manifeſtũ per ſe cum deſtructis primis ſubſtantiis,nihil aliorũ remaneat. aut qa poſterius parte illa{quapropter non iniuria}idem de primis ſubſtãtiis oñdet.ergo cũ ait{patet ens primũ horũ eſſe ipſum quid eſt,q̃d quidẽ ipſam ſubſtantiã}.ſ.ſecundã{ſignificat}cũ ipſum quid eſt,prędicatũ ſit,& non ſubiectum.

Nam cum dicimus quale quid eſt hoc, aut bonum dicimus,aut malum,ſed non tricubitum, aut hominem. At cum quid nam eſt dicimus,non album,aut calidum,aut tricubitũ, tum dicimus,ſed hominem,aut Deum.

Cum Ariſt.accepiſſet ipſum quid eſt ſubſtãtiam ſignificare,nunc,vt Alex.exponit,oñdit, ipſum quid eſt ſubſtantiam ſignificare.& ſic quod accepit,demõſtrat per locũ ab oppoſitis,ſiue per exemplũ ſũmptũ ab oppoſitis,& dicit{nã cum dicimus quale quid hoc}.i.qualis eſt Socrates, vel Plato, aut alius talis{aut bonum}ſubaudi eſſe{dicimus,aut malũ}aut album,aut nigrũ: aut aliud tale{ſed non tricubitum}.i. ſed non omnino quantum{aut hominem}.i. aut omnino ſubſtantiam, ſed quale dicimus{At cum quidnam eſt}Socrates vel Plato,vel alius id genus{dicimus,non album,aut calidum}.i.nõ omnino quale{aut tricubitum}.i. omnino quantum{tum dicimus, ſed hominem, aut Deum}.i. ſed omnino ſubſtantiam r̃ndemus.per quę dedit intelligere quid eſt in ſubſtãtia ſolũ vſurpari. ergo his exẽplis patet ipſum quid eſt ſubſtantiã ſignificare,vt acceperat.& per abbreuiationem non adduxit exempla in
Qua Auer. Com.2. aliis prædicamentis.Auer.aũt vult.Ariſt.probare eam concluſionem,quam propoſuit, videlicet, ꝙ ſubſtantia ſit primum, & principale ens per ſignum ex modo interrogandi,& r̃ndendi acceptũ. verum nonnulli aſſignant primã rõnem hic.Secundo vero ibi{cętera aũt ex eo,& deinceps alias.& iuxta hos hæc prima ratio ad hunc modũ conficitur.Quod prędicatur in quid de primis ſubſtantiis,eſt prius ens eo,quod prædicaẜ in quale,aut in quanto,aut ẜm alium modum prædicãdi: Secunda ſubſtantia prędicatur in quid de primis ſubſtantiis,accidens vero in quale, aut quãtum aut ẜm aliquẽ alium prædicandi modum: igitur ſecunda ſubſtantia eſt ens prius cæteris entibus. De ſyllogiſmo præſenti aſſignauit minorem,& dixit{nam cum dicimus quale quid eſt hoc}.ſ. Socrates, & omnino prima ſubſtantia aut bonum dicimus,aut malum}aut tale quicquã prædicamenti qualitatis{ſed non tricubitũ}aut tale quicq̃ prędicamẽti quãtitatis{aut hoĩem}aut tale quicquam prędicamenti ſubſtantiæ{at cum quidnam eſt}.ſ. Socrates aut prima ſubſtantia{dicimus, non album, aut calidũ}.i.non aliquod prædicamẽti qualitatis{aut tricubitum}.i.aut aliquid prædicamenti quantitatis{tum dicimus,ſed hominem,aut Deum}.i. ſed ſecundã ſubſtantiã & ſic patet minor. Quod aũt id, q̃d prædicatur in quid,ſit prius eis,quę prædicantur ẜm alium prædicamenti modum, ex dialectica ſupponit eſſe exploratum.& cum dixerit{aut Deum} per Deum cœlum intelligit more Empedoclis, qui cœlum Deũ eſſe dixit, Sic.n.Auer.expoſuit.

Cætera autem ex eo dicuntur entia,quia eius, quod hoc pacto eſt ens,quædam quantitates,quædã qualitates,quædã paſsiones ſunt,quædam autem id genus.

Alexander vult ꝙ Ariſtoteles compleat concluſionẽ ad hunc modum,ente decem modis dicto{Patet horũ primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtãtiam ipſam ſignificat.Cætera aũt ex eo dicuntur entia, quia eius,quod hoc pacto eſt ens}.i. eius, quod eſt ens ſimpliciter,& proprie,hoc eſt quia ſubſtantiæ{quædã quantitates,quædam qualitates,quædã paſsiones ſunt, quædam autem id genus}nam tricubitum idcirco ens appellatur,q̃m proprie entis quantitas quædã eſt.Albũ vero,& calidũ,& omnino affectiones, q̃m eiuſdẽ qualitates ſunt. Similiter alia dicuntur entia, q̃m proprie entis aliquid ſunt.Eſt igitur apud Alex. vniuerſa concluſio,ente, decem modis dicto ſubſtantia eſt primũ, & proprie ens,cætera vero entia,quia aliquid ſubſtantiæ.Alij hic aſsignant ſecundam rationem.quoniam legunt{autem}pro et,vt in Arabicis trãſlationibus inuenitur:quæ ad hunc modũ habeẜ,Ens cuius comparatione certa dñr ens,eſt proprie,& principale ens:Subſtantia eſt ens,cuius comparatione cætera dñr entia: igitur ſubſtantia eſt proprie,& primum ens.De ratione aſsignat minorem & dicit{& cætera ex eo dñr entia, quia eius,quod hoc pacto eſt}.ſ. proprie videlicet ſubſtãtiæ {quædã quantitates, quædã qualitates, quædã paſsiones ſunt,quędã aũt id genus}vt qñ, vbi,ſitus,& poſitio. Hæc.n.entia ſunt,quia quicquam ſunt ſic entis.i. talis entis,quod dicitur ſubſtãtia,& ens proprie.Vel fortaſſe per ſic ens intelligit ſubſtantiã primã,quæ eſt ſubſtantia demonſtrata, vt Auer. dixit. per quæ patet minor. Sed huic occurres q̃m tunc ſecunda ſubſtantia non eſ- Obiectio.
ſet ens ſimpliciter.nam etiã ſecunda ſubſtantia eſt ens quia primæ ſubſtantiæ quicq̃ eſt, ſi quidem deſtructis primis ſubſtantiis impoſẜe eſt aliquid aliorum remanere,& ſic etiam interimitur ſecunda ſubſtantia. quo fit, vt ſecunda ſubſtãtia eo ſit,quia eſt quicq̃ primę ſubſtãtiæ.Sed diluitur hæc ambiguitas, q̃m licet ſecũda ſubſ eſſe nõ poſsit,primis ſubſtãtiis abolitis,nõ tñ ſequitur, vt ſit quicquã primarum ſubſtãtiarum, immo eſt vniuerſa eſſentia earum,vt poſtea declarabitur. Auer.vero Qua Auer. com.2.
ex his vtriſq; teſtibus,vnam concluſionem accipit videlicet,ꝙ ente multipliciter dicto, ſubſtantia ſecunda eſt proprie ens.& vnã rationẽ aſsignat talẽ,Id quod r̃ndetur ad interrogationem,quę fit per quid de prima ſubſtantia,& non per quale,aut quantum,aut per aliud id genus,eſt primum,& principale ens:Secunda ſubſtantia reſpondetur ad interrogationẽ, quæ fit per quid de

prima ſubſtãtia, & cętera reſpondentur ad interrogationẽ, quæ fit per alios modos: igitur ſecunda ſubſtantia eſt primum, & principale ens. De rõne tangit primã partẽ minoris in priore textu. Secundã vero in præſenti textu. Quare Auer. ex vtroq; textu vnam rõnem cõficit, alij duas. nos aũt cum Alexãdro dicimus Ariſt. in præſenti textu accepiſſe ſecundam partẽ concluſionis, quoniam tota concluſio eſt, cum ipſum ens tot modis dicatur, patet horum primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidẽ ſubſtantiam ipſam ſignificat. Cætera autẽ eſſe entia, quia ſunt quicquam ſubſtantiæ. Interpoſuit autem probationem, qua oſtendit ipſum quid eſt ſubſtantiam ſignificare: quod accepit ex modo interrogandi, & ſic apud Alexandrum nullam rõnem aſsignauit ad concluſionem. Solũ. n. poſuit concluſionem, & vnum, quod ſuppoſuit in concluſione expoſuit, videlicet ſubſtantiam hoc aliquid ſignificare. Quæ expoſitio dubio procul, eſt Ariſt. vt proxima dictione patebit. Quia vero hæc ratio, qua vſus eſt Ariſt. eſt logica, ideo quærit primo quonã modo hæc ratio ſit logica. Secundo quæritur, quare Ariſt. in hac ſcĩa vtitur rõnibus logicis ſæpe ſæpius. Innuit Auer. ſolutionẽ, ꝙ logica vti conſueuerint authores ſcĩarum, aut, vt inſtrumento, ac regula, qua rõne vtimur multis regulis logicę in hac ſcĩa, atq; in cæteris. veluti illa ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis ĩ prima figura cõcluſio ẽ vlis affirmatiua. Vtimur. n. hac regula, cum ipſam applicauerimus materię naturali ad hunc modũ. Omne aĩal eſt ſenſitiuũ, oĩs teſtudo eſt animal: igitur oĩs teſtudo eſt ſenſitiua. Alio modo per ſubalternationẽ, veluti cũ acceperimus propoſitiones declaratas in logica tanquam principia & per eas argumentemur in aliis ſcientiis. verbi cauſa in logica hæc propoſitio eſt perſpicua. omne qđ prædicatur de primis ſubſtantiis in quid, eſt prius ens aliis, q̃ prædicantur in quale, vel alio modo. Iterũ hæc eſt alia perſpicua, omne, quod rñdet ad ĩterrogationẽ, quę de primis ſubſtantiis fit per quod, eſt prius cæteris, ꝓ quæ non ſic rñdemus. Hæ igiť rões ſunt logicæ, quatenus vim hñt per eas propoſitiones, quæ perſpicuæ ſunt in logica. Diluit ẽt Auer. aliam quæſtionẽ, aſſerens rationes Metaphy. ex eo eſſe logicas, qm̃ Metaphyſica cõſiderat de ente ſimpľr, & propoſitiones logicæ ſunt entis ſimpliciter, ſicut definitiones, & deſcriptiones, & id genus. Sic igitur Metaphyſicæ ſunt hoc pacto logicę ꝑꝑ affinitatẽ harum ſcientiarum, cum vtraq; ſint communiter de ente. licet Logica de ente rationis, Metaphyſica de ente reali.

TEX. 3. *Quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit, ſit ne ambulare, & ualere, atq; ſedere, cæterorumq; ſimilium unumquodq;, ens, an non ens: nihil. n. ipſorum aut aptum eſt per ſe eſſe, aut ſeparari ſubſtantia poteſt, ſed ſi ſint entia, magis ambulans, & ſedens, & ualens ſunt entia. hæc autem magis entia eſſe uidentur, propterea quia quoddã ſubiectum eſt eis definitum. definitum atq; hoc eſt ſubſtãtia, ſingulareq; ipſum quod quidem in tali prædicatione nimirum apparet. bonũ. n. et ſedens, cæteraq; iſtiuſmodi non ſine hoc ſubiecto dicuntur.*

TEX. 4. *patet igitur ob hanc ipſam & unumquodq; illorum eſſe. Quibus efficitur, ut ſubſtantia ſit id, quod primo eſt ens, & non ens quoddam, ſed ens ſimpliciter.*

Cum accepiſſet ſubſtantiam eſſe proprie ens cætera vero dici entia, quia ſeſe quodammodo hñt ad ipſam, ideo mouet quæſtionẽ, & dicit {Quapropter non iniuria quiſpiã dubitauerit, ſit ne ambulare, & valere, atq; ſedere cęterorumq; ſiĩum vnũquodq;, ens, an nõ ens} cuius quæſtionis cauſam ſubiicit, & dicit, & vř ꝙ nullũ eorũ ſit ens {nihil. n. ipſorũ}. i. qm̃ nullũ accidentiũ eorũ {aut aptum eſt per ſe eſſe}. i. ideo nullũ eorum vř eſſe ens, quia nullũ aut aptum eſt ſubſtãtia, hoc. n. intelligit per ſe eſſe {aut ſeparari à ſubſtantia poteſt} At cũ nullum eorum ſit ſubſtantia, nec ſeparari à ſubſtãtia poſſit, cur debent de numero entium haberi, nulla videtur ratio. Deinde ſoluit, & dicit {hæc autem}. ſ. accidentia prædicta non ſunt entia, quia ſint ſubſtantiæ, aut quia ſine ſubſtantia eſſe poſsint, ſed potius, quia eis eſt aliqđ ſubiectũ, cuius ſunt affectiones, & dicit {hæc aũt} accidẽtia prædicta {entia eſſe videnť magis}. i. potius {propterea quia quoddam ſubiectum eſt eis definitũ} magis. n. non comparationẽ dicit, ſed pro potius accepit, & exponens quid, ſit dicit {atq; hoc}. ſ. ſubiectum {eſt ſubſtantia, ſingulareq; ipſum, quod quidẽ in tali prædicatione nimirũ apparet} quaſi dicat in tali prædicamento, qđ proprie eſt ens, ac in ſuba apparet. ſuba. n. ſingularis, quæ eſt ſubiectũ in prædicamento ſubſtãtiæ, magis apparet, & magis eſt, apparet. n. pro eſt, accepit. & aſsignans cauſam eius, qđ dixit, ait {bonũ. n. & ſedens, cæteraq; iſtiuſmodi}. ſ. accidentia {non ſine hoc ſubiecto dicũtur}. ſ. quod ſubiectũ eſt ſuba ſingularis. vnde concludens inquit {patet igitur ob hanc ipſam}. ſ. ſubſtantiã ſingularem {& vnũquodq; illorum}. ſ. accidentiũ {eſſe} eſt igitur ſolutio, cætera nouem prædicamenta non eſſe ſimpliciter entia, ſed entia quædam, quatenus ſunt affectiones ſubiecti, quod eſt ſubſtantia ſingularis. ſoluta dubitatione, redit ad propoſitum, & concludit ſubam eſſe primũ, & principale ens, & dicit {quibus efficitur} quaſi dicens ꝙ ſi horũ eſſe in hanc ineſt, aliorum vnũquodq; ob ipſa eſt, nec illorũ quicq̃ abſq; hac conſiſtere valet, ſed abſq; illis hęc, ſatis intelligitur {vt ſubſtantia ſit id, quod primo eſt ens, & nõ} ẽt intelligitur, vt ſit {ens quoddã} ſicuti eſt ipſum accñs {ſed ens ſimpľr} vt ſit ſylľs ẜm hãc expõnẽ in hunc modum, ſi eſſe cæterorũ prædicamentorũ eſt in ſuba, & vnũquodq; eorũ eſt ob ipſam ſubam, nec illorũ quicq̃ abſq; hac conſiſtere valet, ſuba eſt primũ & principale ens: Sed per ſolutionẽ dubitationis eſſe cæterorũ prædicamentorũ eſt in ſubſtantia, & vnumquodq; eorum eſt propter ſubam, & nullum eorũ eſſe poteſt ſine ſubſtãtia: igitur ſequiť poſitio cõſequentis videlicet ꝙ ſubſtãtia ſit primũ: & prĩcipale ens. Sic vř Ale. expoſuiſſe, ad cuius expõnis intẽtionẽ nos ſylľm hypotheticũ cõficimus. Auer. aũt vult Ariſt. primo mouere qõnem: ſecũdo vult vt ex ſolutione ſubintelligẽda declaret ſubas primas eſſe maxime entia. tertio, vt oſtẽdat vniuerſales ſubſtantias eſſe ſubſtantias. quarto vt ex declaratis inferat ſubſtãtias eſſe cauſas accidẽtiũ. Mouẽdo itaq; quęſtionẽ vtrum accidẽtia ſint entia, an nõ, aſsignat Auer. cauſam, qm̃ Ariſto. accepit pro explorato ens in rei veritate eſſe ſubſtantiã, vt veteres omnes conceſſerunt, ideo emerſit q̃ſtio ſint ne accidẽtia entia, an non. Verbi gratia vtrum ambulatio, & ſanitas, & ſeſſio ſint entia ſimpliciter, an non. cuius rationẽ affert Auer. ex verbis Ariſto. ex eo, quia nullũ eorum exiſtit per ſe, aut poſsit ſeparari à ſubſtãtia, quę ſola eſt ens per ſe. Hęc eſt quęſtio, & q̃ſtionis cauſa. ſolutio vero, quæ ſubintelligi debet apud Auer. eſt ꝙ accidentia ſint aliquo mõ entia, ex qua argumentanť Ariſt. & ipſe ſic, ſed ſi cõceſſerimus, vt hoc nomẽ ens ſignificet iſta accidẽtia, tũc ſubſtantia eſt dignior, vt ſignificetur hoc noĩe ens ẜm qđ Quæ Auer. com. 3.

apparet

apparet ſenſui.ſ. qm̃ eſt manifeſtior apud ſenſum. eſt igitur ratio,ſi ens ſignificat accidentia, maxime ſignificabit ſubſtantiam primam,quę eſt explorata ſenſibus, Auerroes aſsignat cauſam cõſequentiæ ex eo, quia ſubiecta quidditatum ſubſtantiarum,& vniuerſaliorum eorum.i.& cæterorum accidentiũ vniuerſalium, ſunt indiuidua ſubſtantiæ,quæ ſunt determinata per ſe à locis,& ſuperficiebus. Igitur maxime ſignificabit ens primas ipſas ſubſtantias.Sed dices, ſi ſubſtantia prima eſt ſubiectum accidentium,& ſecũdarum ſubſtantiarum, tunc ſecundæ ſubſtantiæ erunt accidentia. reſpondet, & dicit, & quidditas iſtius ſubſtantiæ, ideſt & ſubſtantia ſecunda,quæ prædicatur in quid de ſubſtantia prima,eſt pars eorum, quæ ſunt indiuidua ſubſtantiæ. cũ enim ſubſtantia ſecunda ſit pars ſubſtãtiæ primæ, non erit eius accidens,quibus infert prædicamentum ſubſtantiæ dici ẜm hæc duo,videlicet primã, & ſecundam ſubſtãtiam, vt innuat falſam eſſe eorum opinionẽ, qui aſſeruerunt indiuidua ſubſtantiæ non eſſe in prædicamento ſubſtantiæ, quia ſunt aggregata per accidens, aut infinita.infert etiam Ariſtotelẽ intellexiſſe per ſubiectum,ſubſtantiã primã,quæ eſt aliud à quiditate ſubſtantiarum vniuerſalium, hoc eſt aliud à ſubſtantijs ſecundis,quæ ſubſtãtia prima eſt ſubiectum ſecundarũ ſubſtantiarũ ẜm prædicationẽ,accidentiũ vero ẜm inhærentiam. Quòd vero ſubſtantiæ ſecũdæ ſint ſubſtantiæ,oſtendit Auer. tum quia ſunt partes ſubſtantiarũ particularium,quæ ſunt ſubſtantiæ in rei veritate, tum quia iſta vniuerſalia,quæ ſunt ſubſtãtiæ ſecundæ, ſignificant prædicamentum ſubſtãtiæ. cuius cauſam ex verbis Ariſt.aſsignat ex eo,quia accidẽtia videlicet ſtans, & ſedens non dicuntur eſſe entia ſine iſtis ſubſtantijs ſecundis, cum ſubſtantiæ ſecundę ſint totum eſſe ſubſtantiarum primarũ,ſine quibus ſubſtantijs primis nullum accidens eſt.& quia vſus eſt in exemplo iſtis concretis ſedens,& ambulans, dixit & accipit hoc nomen denominatiuum pro accidente tñ.i.loco omnium accidentium demum. vult ꝙ Ariſtoteles inferat ſubſtantias eſſe cauſas accidentium,ex eo, quia qñ aliquod dicitur de duobus,de altero dignius,de altero minus digne,illud de quo dignius dicitur,cauſa eſt eius, de quo minus digne dicit̃:& quia ens de ſubſtantia quidem dignius,de accidẽte vero minus digne dicitur,ideo ſubſtantia accidentium eſt cauſa. Sed occurres huic regulæ.nam calidum dicitur magis de calido vt octo, ꝗ̃ de calido,vt quatuor, & tamen calidum, vt octo non eſt cauſa calidi vt quatuor. inſuper ſubſtantia dignius de homine minus digne de equo dicitur,& tamẽ homo non eſt cauſa equi.demum ſubſtantia magis digne dicitur de ſubſtantia compoſita,minus vero digne de materia,& tamen materia cauſa eſt ſubſtantiæ compoſitæ.diluitur,quoniam regula intelligi debet de cauſa efſectricæ, vel intelligi debet, quando aliquid æquiuoce dicitur magis digne de vno, & minus digne de altero, vt ſe Auerroes expoſuit libro Deſtructio deſtructionum,per quæ ceſſant rationes,nam calidum de calidis,& ſubſtantia de ſubſtantijs vniuoce prædicãtur. etiam ens dicitur de toto, & materia vniuoce. hæc eſt expoſitio Auer.quæ quantũ differat ab illa Alexandri, oĩbus patet.conſueuimus etiã exponere hæc verba aliter,nam cum oſtendiſſet ſecundas ſubſtãtias eſſe entia potiora accidentibus, conſonum eſt vt nunc oſtendat primas ſubſtãtias eẽ prima & principalia entia,& iuxta hanc expoſitionem ſyllogiſmus ſic componit̃,id, propter quod cætera accidentia ſunt, eſt primum & principale ens:ſubſtantia prima eſt id,propter quod cætera accidentia ſunt:igitur prima ſubſtantia eſt primum, & principale ens. maiorem Ariſtoteles ſupponit pro explorata,minorem probat, quoniam ſubſtantia prima eſt id,quo ſunt accidentia abſtracta, & quo ſunt accidentia concreta: ſed omnia accidentia ſunt aut abſtracta,aut concreta,vt pro explorato ſupponatur: igit̃ ſubſtantia prima eſt id,per quod cętera accidẽtia ſunt. De hac ratione tangit minorem, quæ primo loco accepta eſt,pro vtraq; ſui parte procedendo dubitando,& dicit {quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit, ſit ne ambulare,& valere,atq; ſedere,cæterorumq́; ſimilium vnũquodq;,ens,an non ens?} & intelligit, per ambulare,& valere,& ſedere accidentia abſtracta,quę ſubiectum non circũcernunt, deinde oſtendit nullum tale abſtractum accidens poſſe eſſe ſine ſubſtantia prima,& dicit{nullum.n.ipſorum}.ſ.accidentiũ,quę ſunt abſtracta{aut aptum eſt per ſe eſſe}.i.aut eſt ſubſtãtia {aut ſeparari à ſubſtãtia}ſ.prima{põt}& ſic habet̃ prima pars minoris antedictæ, ꝙ abſtracta accidẽtia eſſe nequeant ſine prima ſubſtantia. Quod vero nec concreta,oſtendit & dicit{ſed ſi ſint entia}.i.ſed, ſi aliqua accidentia ſint entia{magis}accidentia , ſcilicet concreta,quæ ſunt{ambulans,& ſedens & valens ſunt entia}cuius cauſam ſubdit dicens{hæc autem ideo magis entia eſſe videntur,quia}id {quod eſt ipſis ſubiectũ eſt definitum}& determinatum , quod ſubiectũ exponẽs ſubdit,& dicit{atq; hoc eſt ſubſtantia}& exponẽs quæ ſubſtantia,ſubdit{ſingulareq́; ipſum, quod quidem in tali prædicatione}.i. quod quidem in prædicamento ſubſtantiæ{nimirum apparet}vt puta Socrates,& Plato,& cæteræ ſubſtantiæ, quæ apparent, atq; ſenſibiles ſunt.& tunc reddit cauſam, & dicit{bonũ.n. & ſedẽs, cæteraq; iſtiuſmodi non ſine hoc ſubiecto dicuntur} ideſt ſine ſubſtantia ſenſibili.igitur habemus duo,& ꝙ accidentia abſtracta nõ ſint in rerum natura,quia non intelliguntur in ſubſtantijs primis,& accidẽtia concreta ſint.quia in eorum intellectu includunt ſubſtantias primas,quibus duobus expoſitis infert minorem,& dicit{patet igitur & vnumquodq; illorum}.ſ.accidentiũ tam abſtractorum, quã cõcretorum {ob hanc ipſam} ſcilicet ſenſibilem ſubſtantiam {eſſe} Quæ propoſitio fuit minor proſylli,quo ẽ minor principalis ſylli,oĩa, demum de vtriſq; ſubſtantijs infert primitatem. nam, cum primitas ſit oſtenſa de ſubſtantijs ſecundis, & de primis hanc eandem nunc oſtendit,generatim inferẽs inquit{quibus efficitur,vt ſubſtãtia ſit id, quod primo eſt ens.& non quippiam ens,quale ens eſt accidẽs, ſed ens ſimpliciter}nam de vtriſq; iam demonſtratum eſt. hæc ẽ vna expoſitio,quæ valde cõſonat verbis dictionis,eſtq́; acuta ꝗ̃ olim nos excogitauimus. Sed dubitatur in hac expoſitione,quia videtur implicatio cõtradictionis,qꝛ hæc expoſitio ſupponit, aſſerit.n.abſtractum accidens,quod in ſui intellectu non cõnotat ſubſtantiam primam,nec eſſe,nec poſſe eſſe, & tamen ipſum affirmat poſſe intelligi: qꝛ implicare videtur contradictionem,nam quod nec eſt,nec eſſe poteſt, non intelligitur.dilutio petenda eſt à dilucidario eo titulo, qui eſt de inhærentia, vbi diximus, ꝙ licet ẜm opinionem Ariſtotelis nullum accidens eſſe poſsit ſine ſubiecto, tamen hæc eſt differentia inter abſtractum & concretũ, ꝙ abſtractũ in ſui intellectu non includit ſubiectum determinatum, niſi fortaſſe in obliquo. At acci

Diſputatione ſeptima. Solutione dubij ultimi.

dens in concreto includit in ſui intellectu ſubiectum, & in recto. ſed hæc in dilucidario.

Natura φύσει *Multis igitur modis dicitur primum. omnium tamen eſt ipſa ſubſtantia primum, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura.*

Cum accepiſſet ſubſtantiam primum ens eſſe, atq; propriæ ens, quia primum pluritariam, vt. 5. huius expoſuimus, dicitur, ratione, & cognitione, ac tempore, his tribus modis ſubſtantiam cæteris priorem eſſe confirmat, & hoc proponit, & dicit {Multis igitur modis dicitur primũ} vt quinto huius in partitione primi expoſitum eſt {omnium tamen}. ſ. nouem prædicamentorum {eſt ipſa ſubſtãtia primum, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura} in codice Alexandri non reperitur verbum {natura} in noſtro tamen græco codice reperitur καὶ φύσει. i. {& natura} ſed ſi reperit̃, prius natura pro priore tempore accepit. nam licet prius natura pro priore ſm̃ cauſam interdum accipi conſueuerit, hic tamen idem quod prius tempore accepit: & per prius ratione, prius definitione intelligit, per prius vero cognitione, non prius ordine cognoſcendi intelligit, ſic enim acciẽdtia ſunt nobis prima. ſed prius intimitate, ac perfectione cognoſcendi intellexit, vt exponetur poſt modum.

Nam cæterorum quidem prædicamẽtorum nullum prorſus eſt ſeparabile, ipſa autem ſola ſeparabilis eſt.

Cum propoſuiſſet ſubſtantiam eſſe priorem cæteris tribus modis prioritatis, primum tempore ipſam eſſe priorem oſtendit, & eius ratio ſic componitur, quod eſt ſeparabile ab accidentibus, & accidentia non ſeparabilia à ſubſtantia, eſt prius eis. ſubſtantia eſt ſeparabilis ab nouem accidentibus, accidentia vero non ſeparabilia à ſubſtantia. igitur ſubſtantia eſt tẽpore prior accidentibus. De ratione tangit minorem, quia cõcluſionem iam acceperat, & dicit {Nam cæterorum quidem prædicamentorum nullum prorſus eſt ſeparabile} ſubaudi ab ipſa ſubſtantia {ipſa autem ſola} ſubaudi ſeparabilis eſt à nouem prædicamentis accidentium. maior autem ſubintelligatur. Alexander hanc minorem exponit ex eo, quia licet ſubſtantia nunq̃ abſq; cæteris prædicamentis exiſtat, nulla enim vnq̃ mortalium ſubſtantiarum ſine qualitate, vel quantitate, alijſúe huiuſmodi conſiſtit, licet igitur nunq̃ ſine alijs conſtet, tamen quoniam illa ſe iunguntur ab ipſa, & alia hodie in ipſa ſunt q̃ heri, & cras erunt diuerſa, & ſingulis prope dixerim diebus euariant, dubitari non debet, quin ipſa tẽpore cæteris prior habeatur. vt enim amphora exempli gratia prius eſt tẽpore q̃ vinum, quodq; in ipſa contentum: ſic ſubſtantia q̃ ſingulis diebus accidentia ipſi abeuntiaq; accidentia. quinetiam eo prior cæteris habetur, ꝙ alia ſecum tollat, & quaſi ruina ſua inuoluat, nõ autem ab illis tollatur, & ſic patet minor, vt poſtea. Quæ Auer. Cõm. 4. Auerroes autem intelligit hanc Ariſtotelis concluſionem de cunctis accidentibus & vniuerſalibus, & particularibus, quoniam etiam accidentia vniuerſalia dicuntur in ſubiecto.

Ratione quoq; hoc eſt primum, quoniam in uniuſcuiuſq; ratione neceſſe eſt ſubſtantiæ rationem eſſe.

Nunc oſtendit ſubſtantiam priorem eſſe accidentibus definitione, & non tm̃ tempore, & componitur ratio ſic, quod ponitur in definitione accidentium, & accidentia non in definitione eorum, ipſum eſt prius definitione accidentibus. Subſtantia ponitur definitione accidentium, & non è contrario, igitur ſubſtantia eſt prior definitione accidentibus, vel, vt Alexander magis ad verba, ſic quæ ponuntur in definitione alicuius definiti, hæc priora ratione ſunt, quam definitum. ad definitionem accidentium ſumitur ſubſtantia, vt ad definitionem ſimi naſus aſſumitur, ad iræ rationem ſanguis. igitur ſubſtantia accidentibus ratione prior habetur. de ratione primo proponit concluſionem, & dicit {Rõne quoq; hoc}. ſ. ſubſtãtia {eſt primũ} deinde aſsignat minorẽ, & dicit {qm̃ in vniuſcuiuſq; ratione} ideſt qm̃ in cuiuslibet accidentis definitione {neceſſe eſt rationem ſubſtantiæ eſſe}, i. neceſſe eſt accipi ſubſtantiam. Quod non ſimi tm̃. & ſanguinis exẽplis, quæ modo appoſui, planum eſt, ſed etiã. vt ipſe in progreſſo teſtabitur, quoniã album, & reliqua accidentia definientes, cum non exactæ ipſorum definitiones reddantur, ſubſtantiam in ratione non aſſumimus, acceptari neceſſario, ſi accuratius definitionem quæreremus, & per rationem ſubſtantiæ intelligit definitionẽ ſubſtantiæ, aut conceptum ſubſtantiæ. Auer. aũt aſsignat cauſam quare ſubſtantia accipitur in definitione accidentis, & nõ è cõtrario ex eo, quia ſicut res ſe habet ineſſe, Quæ Auer. Comen. 4. ita in definitione. accidentia autem in eſſe conſiſtunt per ſubſtantiam, igitur per illam definiuntur. at cõtra minime. non enim ſubſtantia conſtituitur in eſſe per accidentia, nec per illa conſiſtit, & propterea cũ ſubſtantia definitur, definitur per ſuas cauſas, quibus conſiſtit. vnde Auerroes aſſerit partes definitionis eas eſſe, quibus res ipſa cõſiſtit. vt. 1. Phyſicæ auſcultationis ipſe expoſuit, & libro de anima primo, etiã eſt exploratum. Cõm. 28. Cõm. 5.

Et ſcire unũquodq; maxime arbitramur, cum quid ſit homo magis, aut ignis quam cum quale, aut quantum, aut ibi cognoſcimus. nam & horũ ipſorum unũquodq; tum ſcimus. cum quidnam ſit, aut quantum, aut quale cognoſcimus.

Nunc tertio demonſtrat ſubſtantiã cognitione præſtare accidentibus, intelligendo per prius cognitione illud, per quod indiuiduum ſubſtantiæ vnumquodq; intimius, ac perfectius, vel, vt ita dixerim, eſſentialius ſcituri. & hoc oſtendit exemplo quaſi ab oĩbus explorato, & dicit {Et ſcire vnumquodq; maxime arbitramur, cũ quid ſit homo magis, aut ignis, q̃ cum quale, aut quantum, aut vbi cognoſcimus} & Alex. per {quid ſit} ſubſtantiam intelligit, q. d. cum ſubſtantiam hoĩs, aut ignis {magis q̃ cum quale aut quãtum, aut vbi} aut aliquod aliorum prædicamentorũ {cognoſcimus} põt etiam legi quid, pro ꝙ, hoc pacto {& ſcire vnũquodq; ſcilicet indiuiduum ſubſtantiæ} maxime arbitramur, cũ ꝙ. ſ. Socrates vel Plato, vel aliud quoduis ſubſtãtię indiuiduum ſit homo aut ignis {magis q̃ cũ}. i. magis q̃ ꝙ ſit {quale, aut quãtum, aut vbi cognoſcimus} nam cum cognoſcimus ꝙ Socrates ſit homo, vel ignis, tũc nobis eſt nota eius ſubſtantia, cũ vero ꝙ ſit quale, aut quantum, aut ibi, tunc non eius ſubſtãtiam ſcimus, ſed aliquid exterius. Et Auer. affert cauſam ex eo, quia ſcire indiuiduum ſubſtantiæ per ſua vniuerſalia, eſt intimius perfectius, ac eſſentialius q̃ ſcire idem per vniuerſalia accidentiũ. verbi cauſa, cũ voluerimus ſcire hunc Quæ Auer. Comen. 4. hoĩem & ſciuerimus ipſum eſſe aliq̃ naturã ſubſtantialem, vt hoĩem, aut ignẽ, pfectius, intimius, ac eſſentialius cognoſcimus, q̃ ſi ſciuerimus ipſum eẽ quantũ, aut quale, aut vbi, aut aliquod prædicamentorũ accidentium. vnde Auer. volẽs exponere quid Ariſt. ꝑ hoc voluerit intelligere, accepit primo ꝙ accidentia non ſint

per

per ſe quæſita de indiuiduis ſubſtantiæ, ſed per accidẽs quatenus ſunt diſpoſitiones, ac propria accidẽtis ſubſtantiæ demonſtratæ. accepit ſecundo ꝙ primũ quæſitum ſit ſubſtantia demonſtrata, atq; indiuidua. Sed dices, indiuidua ſubſtantiæ nõ ſciuntur, igitur nõ quęruntur. nã quæſita ſunt mõ æqualia ijs, quæ ſcimus. 2. Analyticorũ poſteriorum. diluiť ꝙ indiuidua non ſint quæſita de alijs, ſed ſunt ea, de quibus quærunť prædicata vniuerſalia, quæ ſunt propria accidẽtia, quoniam licet de indiuiduis nõ ſit ſcia, quatenus ſunt ſingularia, eſt tamen de eis ſcia, quatenus vniuerſaliter cõcipiuntur. ex his concludit tertium, ꝙ quia ſcire indiuiduum ſubſtantiæ per diſpoſitiones ſubſtantiales. i. per prædicata ſubſtãtialia perfectius, intimius, ac eſſentialius eſt q̃ ſcire ipſum per diſpoſitiones accidẽtales. i. prædicata accidentalia, fit, vt ſubſtantia præcedat accidentia cognitione. Ariſtoteles vero eius, quod dixit, aſsignat rationem quaſi à ſimili, & dicit {nam & horum}. ſ. accidentium {ipſorum vnũquodq;}. i. indiuiduũ oẽ {tum ſcimus, cũ quidnã ſit}. i. cũ cuiuſq; ſubſtantiã {cognoſcimus, aut quantum} quod eſt ſubſtãtia corporis {aut quale} quod eſt ſubſtantia albi. magis. n. ſcimus album per colorem, qui eſt eius ſubſtantia, q̃ per quantũ, cauſa autem, qm̃ ſemper genus, vel ſpecies proprijs indiuiduis intimius eſt, q̃ quodcunq; accidẽs. Quare à ſimili indiuiduum ſubſtantiæ magis ſcitur per ſubſtãtiam q̃ per quoduis accñs. vñ Auer. aſſerit Ariſtotelem id, qđ acceperat, hic demonſtrare ꝑ ſignũ acceptũ ab indiuiduis accidẽtiũ. nam vt illa ſciunť magis ꝑ propria vniuerſalia q̃ per aliena, vt album magis per quale, q̃ per quantum, & tricubitũ magis per quantum, q̃ per vbi, ſic indiuidua ſubſtantiæ magis cognoſcuntur per ſubſtantiam, q̃ per quoduis accidens. Sed huic occurres, quonam pacto ſubſtantia ſit prior accidente, cum accidens proprium ſit coæuũ ſuo ſubiecto. reſpondet, ꝙ ſubſtantia, quæ eſt corpus, & ſubiectum in actu eſt prius tempore ſuo proprio accidẽte ratione materiæ, ex qua tale ſubiectum fit. veluti ignis eſt tẽpore prior calore, quia materia, ex qua fit ignis, eſt prior tempore forma, & calore ignis. Accidẽte vero ꝑ accñs eſt prius tp̃e ẜm ſe, quoniã totũ vt ignis eſt prior motu violento, qui eſt ei accidens eo modo, quo expoſuit Alexander. verũ rei huius dilucidatio petẽda eſt à dilucidario.

Quæ Auer. Com. 4.

TEX. 5. *Igitur & id etiam, quod olim, & nunc, & ſemper quæritur, ſemperq́; dubitatur, quidnam ſit ens, hoc eſt profecto quænam ipſa ſubſtantia ſit.*

Nunc ex dictis cõcludit perſpicuũ eſſe id, qđ olim, ac ſemꝑ à Platone, cęteriſq́, Philoſophis, & nũc à nobis inueſtigať, ac inquiriť in ea qõne, qua quæriť quid ſit ens, nihil aliud quæri q̃ quid eſt ſubſtantia, & dicit {igiť & id etiam quod olim}. ſ. à Platone {& nũc}. ſ. à nobis {& ſemper}. ſ. à Platone, quia hęc qõ nunq̃ cadebat ab illius mente {quæritur, ſemperq́;} ab eodẽ Platone {dubitatur} in ea qõne {quid ſit ens, hoc eſt profecto} ſubaudi quærere, & nihil aliud q̃ {quænã ipſa ſubſtãtia ſit} nã cũ ſuƀa, vt Alex. reſumit, ſit ꝓpriæ ens, primũq́; tp̃e rõne, cognitioneq́; quid ſit ens inueſtigare nihil ẽ aliud q̃ ſubſtãtia, quæ ſit, inquirere, vt innuat ꝑ verbũ {igiť} quod græce eſt δὴ quod hic affert, eſſe excerptũ, ac veluti corollariũ, quod ex dictis ſequitur, nam, ſi ſubſtantia eſt primũ, & principale, & ſolũ ens, ſequitur, ꝙ antiqui, qui olim fuerunt, & Iuniores, qui nũc ſunt, quęrentes quidnã ens ſit, nihil aliud voluerũt quęrere q̃ quidnam ſubſtantia ſit. Tenet excerptũ, quia ens nihil ferè aliud eſt. niſi ſubſtantia. Cum vero dixit {quod olim & ſemper} Alex. ad Platonem retulit {& nunc} retulit ad Peripateticos, qui nunc. Poteſt etiam {quod olim} referri ad Parmenidẽ, & Meliſſum, qui diſſeruerunt de ente multo tempore prius Ariſt. verbũ {& quod nunc} põt referri ad Socratẽ, & Platonẽ, qui fuerũt tp̃e Ariſt. hi. n. differentes de ente, & vno in Parmenide, non niſi de ſuƀa intellexerũt, & cũ dixerit {ſemꝑ quęriť, ſemꝑq́; dubitať} habuit reſpectũ ad veteres, qui fuerunt ſuo tempore, & ad poſteriores oẽs, qui ſuccedent. Auer. autem putat Ariſtotelem mouere hanc quæſtionẽ, quę ſit quiditas ſubſtantiarum indiuiduarum, & aſsignat cauſam, quæ auget deſiderium ſciendi hmói quæſtionem, ex eo, qm̃ cum fuerit ſcitum illud, quod eſt quiditas indiuiduæ ſubſtãtię, tunc erit ſcita prima cauſa omnium entium. vbi fortaſſe per primam cauſam omniũ entium intelligit formam, quæ eſt prima, & principalis cauſa omnium compoſitorum. aut fortaſſe per primam cauſam omnium entium intelligit, primum motorem, ſed tunc ambigua eſt eius conſequentia, ſcitur quiditas ſubſtantiæ indiuiduæ: igitur ſcitur prima cauſa oĩum entiũ ideſt primus motor. fortaſſe deduceť ad hũc modũ. ſciť quiditas ſuƀæ indiuiduæ, igiť ſciť definitio ſuƀæ indiuiduæ, ſed nõ ſcitur definitio ſuƀæ indiuiduæ, niſi ſciantur accidentia eius, vt ꝙ ſit genita, & corruptibilis, ſed non poſſumus ſcire indiuidua generari, atq; corrumpi, niſi ſciuerimus cœlum moueri motu perpetuo, qui eſt cauſa gñationis, & corruptionis, vt Secundo de Generatione patet, & non poſſumus ſcire cœlum moueri motu perpetuo, niſi ſciamus primum motorem eſſe, qui eſt cauſa omniũ entium, igitur ſcita quiditate ſubſtantiæ indiuiduę, ſcietur prima omnium entium cauſa. Sed quicquid ſit de hac conſequentia, hæc Auerrois expoſitio non eſt conſona dictioni græcæ, quia, vt viſum eſt, Ariſtoteles ex ijs, quæ declarauit intulit tanq̃ excerptum ſenſum qõnis diu diſputatæ.

Quæ Auer. Com. 5.

Hoc enim quidam unum eſſe dicunt, quidam plura quam unum, & horum quidam finita, quidam infinita inquiũt eſſe.

Nunc exponit quod dixerat per hoc, quia & qui dixerunt ens eſſe vnum, & qui dixerunt ens eſſe plura, & tam qui plura finita, q̃ qui plura infinita, ſemꝑ de ſubſtantia voluerunt intelligere. vnde dicit {Hoc. n.} ſ. ens {quidam vnum eſſe dicunt} vt Parmenides, & Meliſſus {quidã plura q̃ vnũ} vt philoſophi naturales {& horum} ſ. Philoſophorũ naturaliũ, qui dixerũt plura quã vnum {quidã finita} vt Empedo. {quidã infinita inquiunt eſſe} vt Democritus, & Anaxagoras, & oẽs hi ꝑ ens ſubſtantiam voluerunt intelligere, tam qui dixerũt ens eſſe vnum, q̃ qui dixerunt plura, & tam qui finita, q̃ qui infinita. ergo excerptũ recte eſt deductũ. Alexã. ait {hoc. n.} ens Ariſt. inquit, i. ſubſtãtiam quidam vnũ eſſe dicnnt. etenim qui principium vnũ eſſe ſtatuebãt, vt Thales, & cæteri, quos nouimus, Phyſiologi, ens quoq; vnũ eſſe tradebant, qui vero infinita, vt Anaxagoras, & Democritus, ij etiam entia infinita eſſe aſſerebant, igitur recte per ens ſubſtantiam eſt intelligẽdum. Auer. aũt vult, ꝙ hic Ariſt. ſoluit quæſtionem. primo, quia hæc quęſtio ſemper fuit deſiderata, deinde quia eſt quæſtio difficilis. deceptus eſt aũt Auer. qm̃ illa particula {. n.} demõſtrat hic reddere cauſam excerpti. Soluit etiam Auer. dubitationem, quoniam cum Ariſt. in Phyſicis has opiniones narraſſet, nõ debebat hic eas repetere, quæ dubitatio licet non ſit ad propoſitum, tamen non eſt inutilis, quia etiam in hoc libro nõ ſemel

Quæ Auer. Com. 5.

repetit has poſitiones. & ita licet ſolutio dubitationis non ſit cōueniens loco præſenti. eſt tamē vtilis ratione aliorum locorum, in quibus Ariſt. narrat has poſitiones, aſſerit Auer. tam in naturalibus q̄ egiſſe de rerum naturalium principijs, non tamen eadem ratione, qm̄ in naturalibus agit de talibus principijs, quatenus ſunt principia corporum, quæ mouenť, & quieſcūt, in præſenti, ſcīa agit de eiſdē, quo ſunt principia ſubſtātiarū, quo ſubſtantiæ ſunt. cuius rōnem affert ex eo, qm̄ prima diuiſio entis eſt in ſubſtantiam, & accidens: quare hic conſiderandum eſt de rerū naturalium principijs, quatenus ſunt principia ſubſtātiarum, vel accidētium. non igitur ſuperfluit hæc cōſideratio, cū alia rōne hic, & ibi habeať, & quia Auerroes putat hic Ariſt. mouiſſe quæſtionem de quiditate ſubſtantiarum ſenſibilium, ideo hanc quæſtionem differre ait ab eadem, cum fuerit mota in naturali ſcīa ex eo, quia ad alium finem hic quæſtio mouetur, & ad aliū finem in naturalibus. qm̄ hic inducitur, vt per eius ſolutionem proficiſcamur ad ſciendam primam formam oīum entium, & primū finem, in naturalibus vero induciť, vt per eius ſolutionē proficiſcamur ad ſciendum primam materiam, & formas naturales, & primū motorē, Quo vero mō ex ſolutione huius quæſtionis, quæ diluitur hic, proficiſcamur ad ſciendū primā formā, & primū finem, poſtea dicemus. ſed qūo ex ſolutione eius, quæ pertractatur in naturalibus, proficiſcamur ad ſciēdum primā materiā, & formas naturales, & primū motorē, dictū eſt hic pro parte, & plenius in naturalibus, & quia putauit Auer. Ariſto. hic mouiſſe quæſtionem, putauit etiam vt hic incipiat ſoluere, inducatq́; primo opiniones veterū de qōne, quæ expoſitio quātum ſit aliena à verbis dictionis, explicatum eſt. verum quo ad verba attinet, per eos qui dixerunt ens eſſe vnum, vno modo exponit Parmenidem & Meliſſum, qui dicētes vnū eſſe ens, aſſeruerūt illud, qđ eſt præter ſubſtantiā, nihil eſſe, ēt ſubām ſimplicem nō eſſe compoſitā, immo nihil eſſe p̄ter ſubām ſimplicē. Alio mō exponit eos, qui in rebus cōpoſitionem cōcedunt. hoc eſt multitudinē. ſunt. n. nonnulli qui in reb⁹ multitudinē affirmāt, & tn̄ aſſerūt aliquod vnū ex quatuor elementis eſſe rerum principium, aut aliquod medium inter elementa. nam, vt inquit, iſti in rebus cōcedunt multitudinē prouenientē à cōpoſitione, hoc eſt ab illo vno principio multipl'r variato, quatenus vt rareſit. generať aer, condenſať fit terra, & cætera id genus eodē mō. & per eos, qui poſuerunt plura q̄ vnū, Auer. intelligit Democritū qui infinitas atomos rerum principia affirmauit, & Anaxagoram, qui infinitas partes ſimilares rerū principia aſſeruit, & Empedoclem, qui quatuor elementa putauit, quorum conuenientiam reſumens hos eos eſſe tradit, qui de principijs non præceperunt niſi tantū materiale. Sed dices, Anaxagoras nouit mentem, quā poſuit mouētem cauſam & Empedocles amorem, & odium, quæ ex parte cauſæ mouentis ſtatuerat, diluitur ex eo, quia licet Empedocles, & Anaxagoras cauſam mouentē nouerint, non nouerūt eam ſub ea rōne, qua moueret atq; ageret, qm̄ agens agere nō pōt, niſi rōne, qua corpus eſt. mō mens nō eſt corpus, nec amor, aut odiū ē corpus. materiā vero perceperūt ſub ea rōne, qua ex ea fiūt res naturales.

Quapropter & nos maxime, primoq́;, ac ferè ſolum de eo, quod ita eſt ens, quidnam ſit, conſideremus, ac contemplemur oportet.

Nunc ipſe quoq; ex ijs, quæ dixerat, infert de ſubſtantia ſola, & primo eſſe ſibi agēdū, & dicit {Quapropter} .ſ. quia ſubſtantia eſt propriæ, & principale ens {& nos maxime, primoq́;, ac ferè ſolū de eo, qđ ita eſt ens}. i. de ſubſtantia {quidnā ſit, conſideremus, ac contemplemur oportet} dixit aūt {maxime} quia de ſubſtātia principaliter, dixit {primo} quia per eā de cæteris accidentibus contemplandū eſt. dixit {ferè ſolū} quia quodāmodo de ipſa ſola, quatenus determinando de ipſa, de cæteris per ipſam determinat. Quodāmodo vero non ſola. quia etiam de accidētibus agit, quæ non ſunt ſubſtantia. Hoc. n. voluit dicere {ferè ſolū} vt recte aduertit Expoſitor, Auer. vero putat Ariſt. velle aſſignare cauſam cōponenda ſit cōſideratio in principio, ſubſtantię .ſ. indiuiduę, qđ oēs hoīes dicunt eſſe primū, & vnū, & dicere quid ſit, & vult huius rei cauſam eſſe diuerſitatē opinionum accidentem inter antiquos de illa re, & ita vult ꝙ qn̄ Ariſtoteles dicit in textu ſuo eſſe conſiderandum primo de eo, quod eſt primum, & vnū, intelligat principium indiuidui ſubſtātiæ. cuius rōnem affert ex eo, quia oēs conueniunt ꝙ indiuidua corporū ſubſtantialium ꝑ ſe ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ in talibus indiuiduis ſit dare aliqđ, quod ſit eorum principiū. Hæc eſt expoſitio Auer. quæ q̄ ſit delira, nō oportet diſputare.

Subſtantia autem manifeſtiſsime quidem corporibus uidetur competere. quamobrem & animalia, & plantas, & partes ipſorum ſubſtantias dicimus eſſe. & item corpora naturalia, ut ignem, & aquam, & terram, & talium ſingula: quæ aut ſunt horum partes, aut quæ ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus. cœlum inſuper, ac partes ipſius ſtellam, ſolem, & lunam. Autem dr̄ Itaq;

Cum propoſuiſſet quia nam ita ens ſit, nūc, vt placet Alexandro, reſpondet, vel cum propoſuiſſet dicere de ſubſtantia, nunc proſequitur, & primo accepit ea, quæ manifeſtiſsime ſunt ſubſtātiæ, vbi dictio {autem} legitur in alijs codicibus itaq; ad hunc modū {Subſtantia itaq; manifeſtiſsime quidē corporibus videť competere} & per competere nō intelligit inhærere, mō quo accidentia ſubſtantiæ inhærent, ſed intelligit competere ſm̄ prædicationem, modo quo genera prædicanť de ſpēbus {videtur} autem inquit, non qđ dubitans, ſed affirmans. aut certe {videtur} dicit, qm̄ id multis verbis oſtenſurus eſt, hoc itaq; dixit, vt qui nondum demonſtraſſet. quāq̄ prior expoſitio illatis verbis lōge accommodatior eſſe videtur. ſubſtantia igitur inquit propriæ ens eſſe videtur, ſed in corporibus, i. ſed corpora manifeſtiſsime. corpora. n. dubio procul ſubſtantiæ ſunt, cū ab oībus concedatur corpora naturalia eſſe ſubſtātias, cū ferè ſenſibus pateant. non aūt dixit veriſsime, quia verius ſubſtantiæ ſunt intellectuales. deinde cōcludit quæ dicantur manifeſtiſsime ſubſtantiæ per exemplū, & dicit {quamobrem & animalia, & plantas, & partes ipſorum}. ſ. integrales {ſubſtantias dicimus eſſe} & ſignanter integrales expoſui, qm̄ partes integrales corpora ſunt. vel quia manifeſte patent, eſſentiales aūt, vt materia, & forma nō patent {& item} corpora naturalia etiam manifeſtiſsime ſubſtantias eſſe dicimus {vt ignē, & aquā, & terrā, & ſingula} alia de numero {taliū} quia & vaporem, & aerem, vt Heraclitus dixit, & etiam intermedia elementorum, vt alij dixerunt, & complens ſermonem ſubdit {& quę aut ſunt horum partes}. i. elementorū {aut quæ ex his}. ſ. elemētis {ſunt} vt mixta, animalia videlicet & id gen⁹. addit ex his elemētis {aut partib⁹, aut oībus}. i. aut ex quibuſdā, aut oībus. Expo

ſitor

ſitor.intelligit aut ex partibus,vt mixta,quæ generanť quę non ſunt ex totis elementis, ſed ex elemẽtorũ par tibus.non.n.in ligno quatuor elementa tota ſunt, ſed partes illorum {aut omnibus}.i. totis, vt hic inferior mundus,qui conſtat ex quatuor elementis,& quidem totis.vel{aut ex partibus}ideſt quibuſdam intelligit, vt mixta imperfecta,quæ non ſunt ex quatuor elementis {aut omnibus} vt mixta perfecta, quæ cõſtant ex quatuor elemẽtis.oĩa.n. hęc manifeſtiſsime ſubſtãtias dicimus eſſe. Alex. legit ſic{aut ex partibus, aut oĩbus} ex partibus,vt dicit corporũ ſimpliciũ animalia conſtant. ex omnibus vero corporibus,cõſtant{vt cœlũ,& partes ipſius aſtra,& luna,& ſol}ſic legitur in græco. nam cœlum & aſtra ex quatuor elementis conſtare dicere videtur,quod tamen non dicit,& propterea lęgať hoc pacto{ cœlum inſuper ac partes ipſius ſtellam, lunam, & ſolẽ}ſubaudi manifeſtiſsimas ſubſtãtias eẽ dicimus, quanquã Alex.cœlum oẽ mundũq; ex oĩbus corporibus ipſorũq; partibus conſtare dicit,ſed mundũ ſublunarem.quia intra lunarẽ globũ continetur, ex mortalibus corporibus,ac ipſorum partibus cõſiſtere. oẽ vero circũlatum corpus ex vniuerſitate circũlati corporis,eiuſq; partibus ex vniuerſitate ſphærarum, & partibus.i.aſtris in eis contentis. Auer. autem exponit quæ ſubſtantia ſit,de qua Ariſt.proponit perſcrutari, & aſſerit illam eſſe formam,quam formam putat Ariſto. voluiſſe eſſe primam & præcipuam ſubſtantiã,qm̃ eſt cauſa ſubſtantiæ demonſtratæ,cum ſubſtantiæ demõſtratæ non ſint ſubſtantiæ demonſtratæ ac indiuiduæ,niſi propter illam,quam etiã Ariſt. eam dixiſſe eſſe vnã affirmat, quia ſubſtantia demonſtrata non eſt vna, niſi per formam,quæ omnia diſſona ſunt verbis græcis, vt patuit in noſtra expoſitione. nec ſolum hæc ſunt diſſona,ſed etiã cætera oĩa, quæ dicit exponẽdo hanc partem,ſunt extra verba,& mentem Ariſtotelis.

Que Auer. Cõmen. 5.

Vtrum uero hæ tantummodo,an & aliæ ſubſtantiæ ſint, an horum quidem nihil,aliæ uero ſint ſubſtantiæ quædam, conſideremus oportet.

Poſtq̃ corpora in cõperto ſubſtãtias eſſe ſupra dixit, & cætera,quæ recenſuit,nunc inquirit vtrum hæ tantum, quæ cõmemoratæ ſunt, ſubſtantiæ ſint, an aliæ præterea quædam habeantur,an cæterę magis ſubſtantiæ ſit quam hæ, & dicit {Vtrum vero hæ tantũmodo} ſubaudi ſubſtantiæ ſint,& nullæ præter has, vt Heraclitani dixerunt,qui ſolum ſenſibiles ſubſtãtias aſſerebãt, negabantq; intellectuales{an & aliæ ſubſtantiæ}ſubaudi præter has,vt dicunt Peripatetici,& Platonici, qui vltra ſenſibiles ſubſtantias ponunt intellectuales, Deum videlicet & intelligẽtias {an horum}.i.ſenſibilium, & intellectualium{quidem nihil,aliæ vero ſint ſubſtantiæ quædam}vt mathematica, videlicet magnitudines & numeri. Auer. aũt ſenſum quęſtionis putat eſſe talẽ, vtrum tantum indiuidua ſubſtantiæ ſint ſubſtantiæ,an præter illa dentur aliæ diſpoſitiones de indiuiduis ſubſtantiæ prædicantes,quarum diſpoſitionum quædam ſint ſubſtantiæ,quædam nõ, an nullæ harum ſint ſubſtantiæ.Sed diſpoſitiones oẽs, quæ de indiuiduis ſubſtantiæ prędicanť,ſint non ſubſtantiæ. Quæ expoſitio vt patet conſideranti verba,nullatenus eſt conſona.

Que Auer. Cõmen. 5.

Atqui corporis fines,ut ſuperficies,linea punctũ,ac unitas ſubſtantiæ, & magis quam corpus,ſolidumq; quibuſdam eſſe uidentur.

Propoſita quæſtione,nunc exponit ea, quæ de tali qõne Philoſophi dictitarunt. & primo quoſdam fuiſſe tradit,qui de qõne illa dixerũt corporis terminos eſſe rerum ſubſtantias,vt ſunt ſuperficies,& linea. & punctum,& vnitas,& hæc magis ſubſtantias q̃ corpus, & ſolidum dicentes, vnde dicit{Atqui corporis fines}magis q̃ ipſa corpora{quibuſdam eſſe videntur} qui vero corporis fines ſint,exponit,& dicit{vt ſupficies,linea, punctum,& vnitas}addit{& magis q̃ corpus,ſolidũq; quibuſdam eſſe videntur} nonnulli ergo tradũt terminos ſic quam corpora magis eſſe ſubſtãtias. & vt Alex. exponit,deſignauit Platonem eiuſq; ſequaces.fortaſſe deſignauit nonnullos de ſchola Pythagoricorũ.& per ſolidum idem intelligit,quod corpus, vt quaſi alterum alterius ſit expoſitiuum. vel dixit corpus more Phyſicorum,ſolidum vero mathematicorum. dicuntur aũt hæc termini fineſq; corporis, qm̃ corpus ſupficiebus, ſuperficies lineis, lineæ vero punctis terminantur. At vnitas numerorum eſt finis.cur vero hæc rerũ ſubſtantias factitauerint Libro de cœlo Tertio dictũ eſt. cur vero magis ſubſtantiæ hæc quam corpora ſint,eſt, qm̃ ſunt principia ſubſtantiæ, & principia ſubſtãtiæ magis ſubſtantiæ ſunt quam corpora,& ſubſtantiæ: vt Auer. ait,etiam,vt idem Auer.hoc eſt, qm̃ termini corporum ſunt priores corporibus.nam pũcta ſunt priora lineis, lineę vero ſuperficiebus,ſuperficies deniq; corporibus. Dicit ſecundo ſic dicentes aſſeruiſſe indiuidua iſtorum priora eſſe indiuiduis ſenſibilis corporis, & vniuerſalia iſtorum etiam priora vniuerſalibus corporis ſenſibilis. Intellexit aũt Auer. per corpus proprie ipſum corpus, per ſolidum vero corporeũ quippiam. qm̃ de corpore dupľr ſentiunt. nam alij voluerunt tres dimenſiones eſſe formam ſubſtantialem corporis ſenſibilis, & iſti ſic opinantes id,cuius tres dimenſiones ſunt forma, appellant corpus.nam corpus proprie eſt id,qd' conſiſtit talibus dimenſionibus. Alij vero dicũt corpus eſſe propter coniunctionem ſuperficierum inuicẽ,immo corpus nihil aliud eſſe q̃ ſuperficierũ cõiunctionem, & hi ſic aſſerentes corpus ſolidũ dicunt hoc eſt vnitum,ſiue corporeum,quod idem eſt.modo ſm ambas has poſitiones dimẽſiones ſunt priores, & magis ſubſtãtiæ quã ſolidum,& corpus.Secundum primã quidem, qm̃ forma eſt prior cõpoſito ex materia & forma. & dimẽſiones ſunt forma corporis.ergo priores & magis ſubſtantiæ ipſo corpore.Secundũ vero ſecundã,qm̃ partes ſolidi ſunt ex eis cõpoſiti, & partes toto priores ſunt igiť dimẽſiones ſunt priores,& magis ſubæ q̃ corpus, & ſolidũ.corpe quidẽ,cuius ſunt formæ,ſolido vero, cuius ſunt ptes,& ſic dixit corpus,& ſolidũ. Alex. vero cuius authoritas eſt magna, p corpus,& ſolidũ idẽ intelligit.

Que Auer. Cõm. 5.

Præterea quidã præter ſenſibilia, nihil tale eſſe exiſtimant. quidã plura, & magis entia ſempiterna, uelut Plato & ideas ipſas, & res mathematicas duas ſubſtantias eſſe. Tertiam uero corporum ſenſibilium ſubſtantiã eſſe cenſuit.

Hic narrat ſecundã põnẽ de qõne aſſerẽs eſſe quoſdam,qui præter ſenſibilia nihil ponunt, vt Hippon cognomento Atheos, & poſt ipſum Epicurei. Alij vero præter ſenſibilia ponunt ſubſtantias numero plures,& magis entia,qa ſempiterna :& hi ſunt de ſchola Pythagoricorũ,vñ dicit{Præterea quidã præter ſenſibilia}.ſ. corpora{nihil tale}.i.nullã aliã ſubſtãtiã{exiſtimãt} vt Hippon cognomẽto Atheos,& Epicurei {quidã plura ſempiterna & magis entia}.ſ.q̃ corpora {veluti Plato & ideas ipas}ponit{& res mathematicas} videlicet numeros,& magnitudines{duas ſubſtantias eſſe} vnã intelligibilia mathematica, alteram intelligibiles ideas.

{Tertiam vero corporum ſenſibilium ſubſtantiã eſſe cenſuit} quã ſubſtantiam concretam vocabat. igitͤ Plato oẽs ſubſtantias partitus eſt in tres ordines, quorũ primus dicebatur idearum, ſecundus mathematicorum, tertius concretarum ſubſtantiarũ.i.ipſorum ſenſibiliũ Quæ Auer. Com. 5. corporum. Et addit Auerroes, eos, qui opinabanͭ mathematica eſſe ſubſtantias, bipartitos eſſe, quõ quidã dicebant ea eẽ alia ab ideis, formiſq; ipſis, quidã vero numeros, & formas eſſe eiuſdẽ naturæ, vt poſt dicet. & exponens qui fuerint iſti, dicit iſtos eſſe, qui perceperũt cauſam formalem propriam ei, cuius eſt forma. iſti.n. intendebant dare ſubſtantias proprias rebus ex formis vniuerſalibus, quia.ſ.ponebãt ea eſſe principia ſubſtantiarum ſenſibilium. voluerunt enim ideas eſſe datrices formarum ſubſtãtialiũ, per quas corpora ſenſibilia generantur. ſiquidẽ ponebant hmõi ideas principia agentia ſubſtantiarum ſenſibilium, quatenus ſunt formarũ ſubſtantialium creatrices, per quas res ſenſibiles ſunt: & ita Auerroes vult, vt iſti ſint Plato, & eius ſequaces.

Speuſippus aũt & plures ſubſtantias ab uno ipſo incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtantiæ eſſe dixit, aliud quidẽ numerorum, aliud autem magnitudinem, deinde animæ, atq; hoc pacto extendere ſubſtantias, accumulareq; uidetur.

Hic narrat poſitionẽ Speuſippi, qui, vt Alex. inquit, auditor Platonis fuit, vel, vt Expoſitor ſucceſſor Platonis ex ſorore nepos, hic pluſq̃ triplicem ſubſtantiam intelligibilem eſſe ſtatuit, primam ipſum vnum, alterã numerorũ principium, tertiã magnitudinum, quartã aĩæ, & ſic genera ſubſtãtiarum in multitudinem producebat vſq; ad corpora & in quolibet ſubſtantiarum ordine aſſeruit vnitatẽ principiũ eſſe. vñ inquit {Speuſippus autem & plures ſubſtantias}.i.plures ſubſtantiarum ordines {dixit} ſubaudi quã Plato {ab vno incipiens} .i.ponens in vnoquoq; ordine vnitatem principium {& dixit} vnitates {principia cuiuſq; ſubſtantię eſſe}.i.cuiuſlibet ordinis. & quia non idem vnũ dicebat eſſe principium cuiuſlibet ordinis, ideo ſubdit {aliud quidem}.ſ.vnum numerorum {aliud autem}.ſ. vnum {magnitudinum. deinde animæ}.ſ. aliud vnum principium ponebat {atq; hoc pacto extendere ſubſtantias, accumulareq; videtur}.ſ.vſq; ad corpora ſenſibilia. Prætermiſit ideas eſſe, quia illas poſuit primas, & quia ea, quæ poſuit, recõduntur in quinque ordinibus, ideo dixit {plures ſubſtantias}, i.plures ſubſtantiarum ordines quam Plato, qui tm̃ ſubſtantiarum tres ordines poſuit, Quæ Auer. com. 5. obiter vero Auer. addit, ꝙ quia ſubſtãtię, quæ ſunt effectus, ſunt diuerſæ, vt grauitas, magnitudo, & aĩa, ideo ſubſtantiæ, quę ſunt cauſæ, ac principia, ſunt diuerſæ. & probat exemplis ipſis, quia vnitas, quæ eſt principium numeri, eſt aliud à principio magnitudinis, & aliud etiam à principio aĩæ. igitur effectus ſubſtantiales diuerſi arguunt cauſas diuerſas. & vt dicit etiam è contrario, quia cauſæ diuerſæ ſunt, effectus ſunt diuerſi, & pro numero, ac diſtinctione ſuarum cauſarum.

Quidam inſuper ſpecies quidem & numeros eandem naturalium habere inquiunt, cætera uero lineas, planaq; uſq; ad cœli ſubſtantiam, & res ſenſibiles.

Hic narrat vltimam poſitionem eorũ videlicet, qui ſubſtantias in duos ordines tm̃ diſſecarunt. nã ideas & numeros ad vnum ordinẽ reduxerunt. lineas vero ſuperficies, cœleſtia corpora, & ſenſibilia omnia reduxerunt ad ſecundum ordinẽ, & dicit {Quidã inſuper ſpẽs quidẽ & numeros eandem naturam habere inquiũt} & ſic hæc vtraq; reduxerunt ad primum ordinem {cætera vero} videlicet {lineas, planaq; vſq; ad cœli ſubſtantiam} hoc eſt enumerando etiam cum his cœleſtia corpora {& res ſenſibiles} omnia hæc reduxerunt ſubaudi ad ſecundum ordinẽ. quare hi oẽs res in duos ordines Quæ Auer. Com. 5. reduxerunt. Auer. autem narrans poſitionẽ vltimã, dicit primo fuiſſe nonnullos qui reduxerunt ideas, & numeros in vnam naturam, verum dicebant ideas ac numeros cauſas eſſe linearum atq; ſuperficierum, lineas vero atq; ſuperficies cauſas eſſe corporum cœleſtium, atq; cæterorum ſenſibilium. Quæ ſunt Auer. Cõmẽta, nam ex verbis Ariſt. non habemus niſi eos, qui vltimo de quæſtione diſſeruerunt, reduxiſſe omnes res in duos tantum ordines. ideas quidem & numeros in primum ordinem. Magnitudines vero, & cœleſtia corpora, & ſenſibilia in ſecundum. hæ ſunt poſitiones de qõne mota, circa quas pulchrum eſſet diſquirere earum interpretationes, atq; argumẽta, ſed quia hæ põnes veræ eſſe nõ poſſunt, niſi ad opinionẽ Ariſto. eas reduxerimus, ideo earum interpretatio ad aliud tempus differatur.

TEX. 6. *Sed de his quid recte dicitur, quidúe non recte, & quæ ſubſtantiæ ſint, & utrum ſit quædam præter ſenſibiles, an non ſint, & eæ quomodo ſint, & utrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia, & cur ſit, & quo pacto ſit, an nulla ſit præter* TEX. 7. *ipſas ſenſui ſubiectas ſubſtantias. Conſiderandum deinceps eſt, cum definierimus prius, quid nam ſit ipſa ſubſtantia.*

Cum cõmemoraſſet tum priorum tum ſuorum coætaneorum ſententias de ſubſtantia, nũc vult de eis veritatẽ inueſtigare, & ideo primo proponit oĩa, quę intendit diſquirere, & dicit ſe velle primo pſcrutari quid ab iſtis recte dicitur, quidúe perperam, & ait {Sed de his cõſiderandum deinceps eſt, quid recte} ſubaudi ab iſtis dicitur {quidúe non recte} & verbum conſiderandum affert in vltimo clauſulæ, quoniam clauſula eſt ſuſpenſiua. Secundo proponit ſe velle conſiderare, quæ ſint ſubſtantiæ, & dicit {& quæ ſint ſubſtantiæ} & exponens ſe ſubdit {& vtrũ ſint quædam præter ſenſibiles, an non ſint} & dixit {ſint} propter Platonicos, & Pytagoricos, & {an nõ ſint} dixit propter Hipponẽ Atheon, & Epicureos. Tertio proponit dato ꝙ ſint aliquę ſubſtantiæ prçter ſenſibilia, quærit {& eæ quomodo ſint} vtrum per modum, quo ipſas Platonici poſuerunt, qui ſubſtantias, quæ ſunt præter ſenſibiles, collocarunt in duobus ordinibus, an per modũ, quo ipſas poſuit Speuſippus, qui, eas poſuit in quatuor ordinibus, an per modum quo ipſas poſuit vltima poſitio, quæ voluit numeros & ideas conſtitui in vno ordine. & fortaſſe cum dixit {& eæ qũo ſit} hoc retulit ad proxime dictum, quaſi dicat {an non ſint}.ſ.ſubſtantiæ præter ſenſibiles, ſed omnes ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles, & tunc quærit, & ſi omnes ſunt ſubſtãtiæ ſenſibiles {qũo ſint} ſubaudi tales ſenſibiles ſubſtantiæ vtrum compoſitæ, aut ſimplices {& vtrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia} Sed dices nonne eſt idem quærere vtrum aliqua ſit præter ſenſibilia, & vtrum ſit aliqua ſeparata ſubſtãtia? & cum hæc ſint eadem, videtur hæc quæſtio ſuperflua. Auer. velle videtur ꝙ hæc quæſtio non ſit addita, vt diuerſa à prædicta, ſed eſt illamet quæſtio vniuerſalius mota ad hunc modum, & vt vniuerſalius dicam, vnum ſit quædam ſeparata ſubſtantia, aut fortaſſe prima quæſtio mota eſt pro mẽte mathematicorum, quos Plato ſecutus eſt. hæc autem mota eſt pro veritate, quaſi dicat, quicquid ſit de poſitionibus veterum, vtrum in rei veritate ſit aliqua ſubſtantia ſeparata: vt Libro. 12. dicetur {& cur ſit} vtrum, vt cauſa finalis verum, an adhuc ipſa ſit

propter

propter cauſam aliã ſuperiorem{& quo pacto ſit} vtrũ ita in corpore cœleſti, quomodo naturales formę ſunt in corporibus, quorum ſunt formę, an alio modo videlicet ſeparata ſm eſſe à corpore, vt duodecimo huius dicetur{an nulla ſit}. ſ. ſubſtantia{præter ſubſtantias ipſas ſenſui ſubiectas} vt Hippon Atheos, & Epicurei tradiderunt. hi. n. aſſerentes intellectum eſſe ſenſum, dixerunt nihil eſſe intelligibile, niſi ſenſibile, & ſic præter ſenſibilia ponunt nihil. ait hæc eſſe conſiderandum{cũ definierimus prius, quid nam ſit ſubſtantia}. Quo hoc ſeptimo, & octauo libro facturus eſt. Quo vero ad verba attinet, Ariſt. proponit diſſerere de his opinionibus, quæ earũ rectæ, quæúe non recte dictæ ſint. Cuius cau-

Quæ Auer. Com. 6. ſam aſſerit Auer. quia nec omnes recte, nec omnes omnino perperam dictæ ſunt. & cum dixerit {& quæ ſubſtantiæ ſint} Auer. exponit, quæ ſint formæ indiuiduorum, quæ indiuidua conſenſu omnium ſunt ſubſtantiæ. & tunc iuxta hanc expoſitionem non eſt legendũ {&} pro ideſt.

CAP. I.

Subſtantia quot dicatur modis, & quæ propriæ ſubſtantia ſit.

Tex. c. 7. *Dicitur itaq; ſubſtãtia, ſi nõ pluribus, quatuor tñ modis maxime dici ſolet, etenim quiditas, et uniuerſale, et genus ſuba cuiuſq; eſſe uidetur, et quartũ horũ ſubiectũ.*

Summa ſecunda de ſubſtantia. Præmiſſa intentione, proſequitur, & primo affert ſubſtantiæ partitionem aſſerens ſubſtantiam ad minus quatuor modis dici. primo modo quiditatem, ſecundo modo vniuerſale, tertio modo genus, quarto vero modo horum ſubiectũ, hoc eſt ſubſtantia prima. Vnde inquit{Dicitur itaq; ſubſtantia, ſi non pluribus, quatuor tamen modis maxime dici ſolet}. quos exponẽs ſubdit {etenim quiditas} dicitur ſubſtantia{& vniuerſale} dicitur ſubſtantia{& genus ſubſtantia cuiuſq; eſſe videtur, & quartum horum ſubiectum} Quo vero ad verba attinet, Ariſto. vno modo per vniuerſale intelligit ideas, quod magis putat Alex. & Expoſitor. Alio modo vt Alex. inquit Ariſt. intelligit id, quod à multis, vt multa ſunt, diuerſum eſt, illud dico quod per ſingulorũ abſtractionem abducitur. dixit vero genus intelligens primum genus. ſ. ens, vt Expoſitor inquit, quia per hũc modum vnum & ens dicuntur ſubſtantiæ omnium rerum tanq̃ ſint omnium prima genera, dixit{non pluribus} propter opiniones eorum, qui ẽt numeros, & ma-

Quæ Auer. com. 7. gnitudines ſubſtantias dixerunt. Auer. aũt per vniuerſale vř intelligere vniuerſale ꝑdicabile in quid, hoc eſt genus generaliſſimum ſubſtantiæ. & per genus, ſubalternum genus: qđ ipſe propinquũ genus vocat. Sed dices, cur fecit differentiã inter generaliſſimũ, & ſubalternũ genus, videtur. n. ꝙ nõ debuerat facere, q̃m reducũtur in vnum modũ. ſiquidem vtrũq; dř ſubſtãtia ſcđa. Auer. Ariſt. feciſſe differentiam dicit inter hęc, q̃m quidam dixerũt vniuerſale cõe, hoc eſt generaliſſimũ eſſe dignius nõe ſubſtantiæ, q̃ vniuerſale propinquũ, quod eſt genus ſubalternũ, vt opinatus eſt Plato. quia igitur hæc differunt ſm magis & minus, & prius & poſterius, non potuerunt poni in vno mõ. Propterea poſuit ſeorſum hæc. per horum {ſubiectum} intelligit ſubſtãtiam eam, quę omnibus ſubijcitur, & de quo cętera dicũtur. & ipſa de nullo alio, vt Alexan. expoſuit. Auer. intelligit indiuiduũ ſubſtantię, qđ idẽ eſt, qđ prima ſubſtantiæ.

Eſt autem ſubiectum id, de quo cætera dicuntur, ipſum uero id de nullo rurſus. Quare de hoc antea determinemus opor tet. maxime nãq; ſubiectum primum ſubſtantia eſſe uidetur.

Quia dixit quarto modo ſubſtantiam dici{horum ſubiectũ} exponens quid ipſe intelligat per ſubiectum horum, ſubdit{Eſt autem ſubiectum id, de quo cætera dicuntur}, i. de quo cæteræ ſubſtantiæ videlicet quiditas, vniuerſale, & genus dicũtur{ipſum vero id de nullo rurſus} dř ſubaudi prędicatione naturali. hoc eſt nec de quiditate, nec de vniuerſali, nec de genere. Expoſitor putauit, vt Ariſt. hic ꝓſequatur, & nõ eſt ita, q̃m ſtatim ſubdet ordinẽ, & ꝓſequetur, ſed hic exponit quartum membrum ſubſtantiæ ſolum, vt diuiſio cõcipiatur aliquo modo, q̃m poſtea de ſingulis facit cõtẽplationem ſeorſum. & per{cætera} nonnulli intelligunt ſecũdas ſubſtantias, & accidentia. ſubſtantiæ. n. ſecundę de prima dicuntur, vt ſuperiora de inferioribus hoc eſt eſſentialiter, accidentia vero non eſſentialiter. & cum ait {ipſum vero id de nullo rurſus} intelligendum eſt prędicatione naturali. nam prędicatione naturali ſubiectũ de his omnibus prædicatur. hæc. n. eſt vera animal eſt Socrates, album eſt Socrates, riſibile eſt Socrates, & id genus. Verũ, vt primo poſteriorum dicitur, de his prædicatur non naturali prædicatione. hæc autem de ipſo naturaliter. Quare dicunt Ariſt. per ſubiectũ intelligere id quod in prædicamentis primã ſubſtantiã vocauit, & per vniuerſale, & genus, illa, q̃ eodem libro ſubſtantias ſecundas dixit. per q̃ vř hic de ſubſtantia eandẽ partitionem facere, quã in prędicamentis fecerat, vt puta in primas, & ſcđas ſubſtãtias. hic aũt in vniuerſale, & genus, intelligens per hæc ſecundas ſubas, & in ſubiectũ, intelligens primã ſubſtantiã, q̃ dixit in prædicamentis. verũ hic ſuperaddit quiditatem, quã ibi prætermiſit, cũ non cadat in prædicamẽto nec vt genus, nec vt dřia, nec vt ſpecies. hic aũt eã inter ſubſtãtiæ notiones enumerauit, quia eſt formale principium ſubſtantiæ primæ, de qua eſt principalis intentio, vt dicemus. cõpleta partitione ſubſtantiæ, affert ordinẽ, quẽ vult tenere in tractanda ſubſtantia, & dicit{quare de hoc}. ſ. ſubiecto{antea determinemus oportet} quid nã ſit definiendũ eſt. Cuius rõnem affert, & dicit {maxime nãq; ſubiectum primũ ſubſtantia eſſe videtur} q̃m omnibus ſubſtat, & maxime ſubſtantia eſt. ſuppoſuit aũt Ariſt. ſubiectũ hoc eſt primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam q̃ ſecundas, vt in prædicamentis oſtendit, tum primo, q̃m omnibus ſubſtat, & accidentibus, & ſecundis ſubſtãtijs. tũ vel maxime, q̃m ſubſtantiæ primæ ſubſtant accidentibus per ſe, ſecundæ ſubſtantiæ quatenus ſunt in primis. homo. n. albus eſt, quatenus hic, vel ille hõ albus eſt, animal quoq; muſicũ, quia Callias muſicus eſt. Auer. aũt dicit de ſubiecto. i. de cauſa, quæ eſt iſtius ſubiecti, eſſe primo agendum. q̃m ſubiectũ aliarũ rerũ concedit eſſe ſubſtãtia magis q̃ aliud. hęc de intẽtione & ordine. Quæ Auer. Com. 7.

Tale autem modo quodam ipſa materia dicitur, alia uero modo forma, tertium id, quod ex his conſtat. atq; materiam quidem dico, ut æs: formam autem figuram ſpeciei: ipſum uero totum ſtatuam, quæ ex his componitur.

Cum propoſuiſſet eſſe primo agendum de ſubiecto, hoc eſt de prima ſubſtantia, nunc ſubiectum, ſeu primã ſubſtantiã ſubdiuidit, vt in materiã, & formam & compoſitum ex his. quodlibet enim horum ſubiectum eſt, & prima ſubſtantia. Verum, vt Expoſitor inquit, hæc diuiſio non generis in ſpecies, aut vniuoci in vniuocata eſt, ſed analogi in analogata. nam ſubſtantia prima ſiue ſubiectum per prius de forma, quã de cęteris prædicatur, vt poſterius dicetur, dicit{Tale autem}

.ſ.ſubiectum {modo quodam ipſa materia dr̄,alio vero modo forma,tertium id,quod ex his conſtat} & dixit {modo quodam ipſa materia dicitur} qm̄ ſubiectum,ſiue ſubſtantia prima nō dicitur de materia, niſi aliquo modo, quatenus ſuſtinet formam, atque compoſiti pars eſt. de forma vero atq; compoſito dr̄ ſimpliciter,deinde huius diuiſionis membra per exempla exponit, & dicit {atq; materiam quidem dico, vt æs} .ſ.in operibus artis {formam autem figuram ſpeciei} videlicet aut Mercurij, aut Iouis,aut Apollinis,aut alterius ſpeciei {ſtatuam vero, quæ ex his componitur, ipſum totum} & ſignanter dixit {vt æs} & non æs,qm̄ vt Expoſitor aduertit,æs non ſubiecta materia ſubſtātiæ eſt,nec figura eſt ſubſtantialis forma, nec tota ſtatua eſt compoſita ſubſtantia. ſed æs eſt, vt materia, & figura, vt forma, & tota ſtatua vt compoſita ſubſtantia. Sed hæc conſideratio non multum neceſſaria eſt. quia vbiq; Ariſt. materiam naturalem per materiam artificialem declarat, & formam naturalem per formā artificialem, & totum naturale per totū artificiale, & ſic verbum {vt non diminuit,ſed vt,nota exēpli ponit.

Et eo καὶ τοῦ & id. *Quare ſi forma prior ſit, & magis ens q̄ materia, & eo quod ex utriſq; conſtat, prius ob eandem rationem erit. nunc igitur dictum eſt quaſi figura, quid nam ſit ipſa ſubſtantia. ubi diximus id eſſe, quod non de ſubiecto dicitur, ſed de quo cætera prædicantur.*

Ex iis,quæ dixit,infert comparationem, quæ eſt inter mēbra partitionis ſubſtantię primæ,& dicit {Quare ſi forma prior ſit,& magis ens quam materia,& eo, quod ex vtriſq; conſtat, prius} & ſubaudi magis ens {erit propter eandem rōnem} .ſ.qua eſt prior ipſa materia, & magis ens. forma quidem prior eſt materia, quatenus forma eſt actus,& materia potentia.& quia actus eſt prior potentia tempore, & natura,& rōne, vt nono huius videbitur, fit, vt forma ſit prior materia tempore, & natura, & rōne. Eſt etiā forma magis ens quam materia, qm̄ quatenus materia eſt ſubſtantia in actu propter formam, forma eſt magis ens q̄ materia, propter quod.n. vnumquodq; tale, & illud magis eſt. eſt vero forma prior compoſito, quod ex materia, & forma conſtat, & magis ens propter eandem rōnem, nam quatenus forma eſt cauſa, qua compoſitum eſt ens, & ſubſtantia actu, eſt magis ſubſtantia quam cōpoſitum. quatenus vero forma eſt actus, & compoſitū propter materiam,ex qua conſtat, eſt potentia,forma eſt prior compoſito natura,& tempore,& rōne.quare propter eandem rationem,qua forma eſt prior,& magis ſubſtantia quā materia, erit prior,& magis ſubſtātia, quam compoſitum.In codice Alex.verbū{& eo} legitur {& id} vt etiam Argyropylus tranſtulit,vt ſit dictio {quare ſi forma prior ſit,& magis ens quā materia,& id profecto,quod ex vtriſq; conſtat, prius per rationem eandem erit} ſubaudi quam materia.eſt aūt forma prior quam materia natura quidem,vt Alex. dicit,at non hac ſolum,ſed etiam t pe,cuius rationē ſubdit ex eo,quia forma quædā,vt Deus, qui bonitas ipſa eſt,cunctis temporibus prior,& effector,& author eſſe demonſtrabitur. formam autem quam materiam magis eſſe ens in promptu,vt Alexander inquit,eſt intelligere conſiderantibus per formam,& non per materiam vnūquodq; nuncupari. quin etiam,quoniam à forma ordinatur,& definitur, iccirco forma magis eſt ens quàm ipſa. Quomodo vero compoſitum ſit prius materia,propter eandem rationem, Alex. non expoſuit,qm̄ apertum eſt. Auer.autem expoſuit primo modo,vbi facit hanc conſequentiam,forma eſt prior cōpoſito,& compoſitum eſt ſubſtantia, igitur forma eſt magis ſubſtantia quàm compoſitum. ſed hęc conſequentia obſcura, vt puto,non valet niſi de materia ad hunc modum,forma eſt prior cōpoſito prioritate cauſæ formalis, quoniam eſt cauſa, qua compoſitum eſt ens,& ſubſtantia.& compoſitum eſt ſubſtantia,igitur forma eſt magis ſubſtantia quam compoſitum. addit autē Auer.illam propoſitionem,& compoſitū eſt ſubſtantia.quoniam ſi forma eſſet prior compoſito, & cōpoſitum eſſet qualitas,forma eſſet prior compoſito in qualitate,& ſi compoſitū eſſet quantitates,forma eſſet prior in quātitate.quoniam ſemper cauſa formalis eſſet prior eo,cuius eſt cauſa,in ea ratione,qua illud cauſatum eſt,quoniam ſemper propter quod vnūquodq; tale,illud magis eſt. Vnde patet vim rationis Auerrois eſſe hanc,forma eſt cauſa compoſiti in ratione ſubſtātiæ,igitur forma eſt compoſito magis ſubſtantia,deducit à primo ad vltimum ad hunc modū,forma eſt prior compoſito, ergo forma eſt cauſa formalis compoſiti, forma eſt cauſa formalis cōmpoſiti, igitur forma eſt id,propter quod compoſitum eſt id, quod eſt. forma eſt id, propter quod compoſitū eſt id,quod eſt,& cōpoſitum eſt ſubſtantia. igitur forma eſt id,propter qd compoſitum eſt ſubſtantia. ſed propter quod vnumquodq; eſt tale, illud eſt magis tale: igit̄ forma eſt magis ſubſtantia quam compoſitum.tunc epilogat, & dicit {nunc igitur dictum eſt quaſi figura}.i. ſuperficietenus {quid nam ſit ipſa ſubſtantia,vbi diximus id eſſe,quod nō de ſubiecto dicitur,ſed de quo cætera prædicantur}.ſ.vniuerſale,& genus,& quiditas.vel cætera.i.ſubſtantiæ ſecundæ,& accidentia prædicantur. Qua Auer. Com.7.

Non ſolum autem hoc pacto dicere de ipſa oportet, quippe cum non ſit ſatis, nam & hoc ipſum obſcurum eſt. TEX.8.

Cum epilogaſſet definitionem primæ ſubſtantiæ, quæ ſubiectū dicitur,& poſſet quis credere nihil aliud de ſubſtantia prima eſſe differendum, putans ex definitione aſsignata patere ſufficienter quid illa ſit,quaſi refellendo hunc errorem dicit oportere non ſolū ita definiſſe primam ſubſtantiam, vt paulo ante figuraliter eſt definita, ſed vlteriore contemplatione de ipſa pertractare, cum definitio figuralis,quæ dicta eſt,non ſatis ſit, quod oſtenditur, quia illa non ſufficiens eſt, cuius ratio eſt,qm̄ ipſum hoc ſubiectum per eam figuralem definitionem deſcriptum,adhuc eſt obſcurum, quare oportet vlterius nouum capite de prima ſubſtantia aggredi, vt exactius pateat quid ſit. Vnde dicit {Non ſolum autem hoc pacto de ipſa dicere oportet} .ſ.per definitionem figuralem aſsignatam,cuius rationem ſubdit {quippe cum non ſit ſatis} pro exacta.ſ. ſubſtantiæ cognitione, cuius vlterius rationem ſubdit. {nam & hoc ipſum} quod ſubaudi de ea figuraliter aſsignatum eſt {obſcurū eſt} cuius rōnem aſsignat Alex. ex eo, quia dubium eſt, quid nam id ſit, quod cunctis ſubiicitur,& quod de nullo alio prædicatur. vel vt Expoſitor inquit,ex eo,qm̄ definitio aſsignata eſt logica, cum ſit data per prędicari,non pertingēs ad rei ſubam, nec eſt propria metaphyſico,quare oportet eā altius repetere. Auer.autē vno mō exponit referendo hęc verba ad diuiſionem, quam fecit de ſuba vt velit dicere Ariſt.nos nō debere eſſe contētos ea ſubſtantiæ diſtinctione, Qua Auer. Com. 8.

ctione, quam paulo ante dixit, quod alia ſit materia, alia forma. Qm̄ non ſufficit, nec eſt benedictum, cum ipſa forma ſit immanifeſta, iuxta quam expoſitionem lege {non ſolum autem hoc pacto dicere}, ſ. diuiſionem {de ipſa oportet} videlicet qua diuidebat in materiam & formam, cuius rōnem affert, & dicit {quippe cum non ſit ſatis}. ſ. diuiſio illa. non. n. eſt ſufficienter aſsignata {nam & hoc ipſum}. i. forma {obſcurū eſt} & addit Auer. Ariſt. dixiſſe formam eſſe obſcurā, quia materia primo aſpectu in rōne ſubſtantiæ eſt notior forma, cum ratio ſubſtantiæ, quæ eſt ſubiici omnibus, magis de materia q̄ de forma appareat. & iuxta hanc expoſitionem ait Auer. Ariſt. adduxiſſe rōnes, vt oſtēderet materiam eſſe ſolam & magis ſubſtantiam, & q̄ ſit cauſa ſubſtantiæ demonſtratæ, & q̄ ſola facta ſit ſubſtantia à veteribus eo quia ſi materia non ponitur, nulla ponitur, & ſi aliæ non ponantur, adhuc materia ipſa poteſt poni. Alio modo exponit referendo hæc verba ad definitionem figuralem, quæ eſt, vt ſit id, qđ de nullo prædicatur, & cætera omnia de ipſo, hæc. n. eſt definitio logica, & communis. & qm̄ ex hac definitione ſequitur, vt materia ſit, magis ſubſtantia. ipſa. n. de nullo dr̄, & omnia alia de ipſa prædicantur, ideo dixit {non ſolum hoc pacto dicere}. ſ. definitionem {de ipſa oportet} quam aſsignauit {quippe cum non ſit ſatis}. ſ. id, quod pro definitione aſsignatum eſt {nā & hoc ipſum}. ſ quod per illam definitionem eſt deſcriptum {obſcurum eſt} vtrum ſit materia, vel indiuiduum ſubſtantiæ, nam ſequitur, vt materia ſit magis & ſola ſubſtantia per illam definitionem. & quia ita eſt, ideo inducit rōnes ad oſtēdendū materiam magis eſſe ſubſtantiā, & ſolam. hæc Auer. de expoſitionibus.

Et inſuper materia ſubſtantia ſit. ſi enim ipſa non ſit ſubſtantia, quæ nam ſit alia nos præterit atq; fugit. cæteris nāq; ſublatis, nihil præter ipſam permanere uidetur. nam cætera quidem corporum paßiones, & affectiones ſunt, potentiæq;.

Propter verba illa {Et inſuper} Ariſt. cenſetur, vt aſsignet ſecundam rōnem per quam oſtendat id quod dictum eſt de ſubſtantia, non eſſe ſufficiens, & eſt ſecunda rō, quia nonnulli dixerunt materiam eſſe ſolam ſubſtantiam, & hoc propter rōnem tactam, quia de ipſa prædicantur omnia, & ſubiiciatur omnibus, ipſi autem nihil. ſi ergo eſſet id, quod dictum eſt, ſufficiēs, oporteret dicere materiam eſſe ſolam ſubſtātiam, qm̄ ipſa omnibus ſubiicitur, & ei nihil. non tñ hæc expoſitio conſona eſt cæteris verbis, quæ ſequuntur. Vel fortaſſe verba hæc referenda ſunt non ad proxime dicta, ſed ad id, quod ſuperius dictum eſt, dixit. n. ſubſtātiam multipliciter dici, qm̄ quatuor modis, formamq; eſſe cæteris magis ſubſtantiam, nunc vero narrat opinionē veterum, qui aſſeruerunt nullam ſubſtantiam eſſe, niſi materiam, eamq; ſolam eſſe ſubſtantiam, & dicit {Et inſuper materia ſubſtantia ſit} ſubaudi à veteribus Philoſophis, immo vt concludet, materia eſt magis ſubſtantia cæteris, & ſola ſubſtantia, vt nec forma, nec cōpoſitum ſit ſubſtantia: verbum {ſit} pro aſſeritur dixit. nam veteres dixerunt materiam eſſe ſubſtantiam. Deinde oſtendit materiam eſſe ſubſtantiā, & quia hiſmet rōnibus oſtenditur materiam eſſe ſolam ſubſtantiam, ideo primo oſtendit materiā eſſe ſubſtantiam, deinde concludit eam eſſe ſolam ſubſtantiam: qn̄ eiſdem rōnibus conſtat. de prima parte dicit {ſi. n. ipſa non ſit ſubſtantia, quę nam ſit alia}. ſ. ſubſtantia ab ipſa materia {nos præterit, atq; fugit} quaſi dicat, ſi materia non ſit ſubſtantia, nulla alia eſſe poteſt. Quod autem nulla alia eſſe poſſit, oſtendit ex eo, quia materia ablata, cætera auferuntur, contra vero cæteris ablatis, non tollitur è medio materia. Quare recte dictum eſt, nullam aliam ſubſtantiā eſſe poſſe, ablata materia, & dicit {cæteris nāq; ablatis, nihil præter} materiam {ipſam permanere videtur} at ſubaudi materia ablata, nihil aliud remanere videtur: vt ſit ſyllogiſmus, Id quod cæteris ablatis remanet, eſt ſubſtantia: materia eſt id, quod cæteris ablatis remanet: igitur materia eſt ſubſtantia. & cum de ſyllogiſmo ſolam minorem tetigiſſet, aſsignat eius rōnem, & dicit {nam cætera quidem corporum paſsiones, & affectiones ſunt, potētiæq;} vt ſyllogiſmus ſit, Corporum paſsionibus, affectionibus, & potentiis ablatis, materia remanet: cætera, quæ ſunt, paſsiones, & affectiones ſunt, & potentiæ corporum: igitur cæteris, quæ ſunt, ablatis, materia remanet. & ſic patet minor. & per paſsiones corporum intelligit alterationes, vel paſsibiles qualitates, & per affectiones intelligit generationes, & motus, & per potentias intelligit qualitates ſecundæ ſpeciei, quæ naturales potentiæ dicuntur, de quibus in prædicamentis.

Longitudo uero, & latitudo, & profunditas, quantitates quædam, ſed non ſubſtantiæ ſunt quantitas. n. non ſubſtantia eſt, ſed cui primo hæc inſunt, id potius ſubſtantia eſt. at uero longitudine, & latitudine, & altitudine ſublata, nihil præter id, quod ab his definitur, reſtare uidemus.

Auerroes videtur legere {vero} pro etiā, quia vult, vt hæc ſit ſecunda ratio ad oſtendēdum materiam eſſe ſubſtantiam: quæ talis eſt, corpora ſenſibilia videntur eſſe ſubſtantiæ, aut propter tres dimenſiones, aut propter materiam, non propter dimenſiones, cum dimēſiones non ſint ſubſtantiæ, ſed quantitates, quæ non ſunt ſubſtantiæ. igitur propter materiam. igitur materia eſt ſubſtantia, & magis. Verum hæc ratio deriſibilis eſſet, qm̄ ſenſibilia corpora nec propter dimenſiones, nec propter materiam, ſed propter ſubſtantiales formas ſubſtantiæ ſunt. ſic. n. dilucretur argumentū. Melius igitur vr̄ nobis eſſe dicendum Ariſt. hic ſoluere tacitam dubitationem, quia diceret aduerſarius paſsiones corporū, & affectiones, & pōas auferri ablatis dimēſionibus, non tñ contra ablatis qualitatibus dimenſiones auferentur: igitur dimenſiones ſunt ſubæ, & non aliud pręter eas. rn̄det hoc eſſe verum, non rōne dimēſionum, cū dimenſiones ſint quantitates, quæ non ſunt ſubſtantiæ, ſed rōne materiæ, quæ tribus dimenſionibus definitur, ac deſignatur, cum primum eorum, quæ recipiuntur in ipſa materia, ſint tres dimenſiones, vt Auer. hic aſſerit, & in libello de ſubſtantia orbis. Vnde dicit {Longitudo vero, & latitudo, & profunditas} ad quarum. ſ. ablationes qualitates prædictæ auferuntur {quantitates quædam, ſed nō ſubæ ſunt} cuius rōnem dicit {q̄titas. n. non ſubſtantia eſt} & hoc ideo, quia nō rōne dimenſionum auferuntur, ſed rōne materiæ, cui primo inſunt, & hoc ſubdit {ſed cui primo hæc inſunt, id potius ſubſtantia eſt} & rōne illius qualitates auferunſ, cum id ipſum auferreſ. Deinde redit ad propoſitū, & dicit {at vero longitudine, & latitudiue, & altitudine ſublata nihil præter id, qđ ab his definiſ}. i. pręter materiā, quæ tribus dimēſionibus deſignaſ {reſtare videmus} igitur rōne illius oīa illa auferuntur, & non rōne dimenſionum proprie, ac principaliter. Vnde Alex. Que Auer. Com. 8.

cum Ariſt. ait {nam cætera quidem corporum paſsiones} inquit, cætera vocat quantitates, qualitates, duritæs, mollitudines, & reliqua id genus, & cum dicit {nihil præter ipſam materiam ſupereſſe vr̃} hoc dicit, vt intelligatur ipſam cũctis eſſe ſubiectam. at ſi omnium ſubiectum eſt ſubſtantia, materia profecto ſubſtantia erit. Albedo.n. motuſq;, ac cæteræ affectiones effectus ſunt, atq; potentiæ corporum, nec ſubſtantiæ debent appellari, cum ſit ſubſtantię per ſe conſiſtere, ipſa vero per ſe conſtare nequeant. ſupereſt igitur, vt cui hæc primo inſunt, & quod quantitatibus, affectionibuſq; ſublatis remanet, id ſubſtantia nuncupetur, quod quidem eſt materia, & ſic ſecundum Alexandrum ſolum oſtenſum eſt materiam eſſe ſubſtantiam.

Quare ſi hoc modo conſiderauerimus, materiã ſolam ſubſtantiam uideri neceſſe eſt.

Ex hiſmet rationibus concludit materiam eſſe ſolã ſubſtantiam. eædem.n. rationes, quibus oſtendit materiam eſſe ſubſtantiam, oſtendit materiam eſſe ſolam ſubſtantiam. ſi.n. quia omnibus aliis ablatis, ipſa non aufertur, ſed ipſa ablata cætera auferuntur: ſequitur, vt ſit ſubſtantia, eadem ratione ſequitur, vt ſit ſola ſubſtantia, qm̃ ipſa ſola omnibus ſubiicitur, & ei nihil, igitur materia ſola eſt ſubſtantia, & dicit {Quare ſi hoc modo} argumentando {conſiderauimus} vt argumẽtati ſumus ad oſtendendum materiam eſſe ſubſtãtiam {materiam ſolam ſubſtantiam videri neceſſe eſt} qm̃ eadem ratione idem oſtẽditur. Quo vero ad rationem attinet, aduerte hanc non multum valere, qm̃ ſolum oſtendit materiam eſſe ſubſtantiam reſpectu nouem prædicamentorum, non autem reſpectu formarum ſubſtantialium, cum his ablatis, materia non remaneat niſi in mente Dei. formas autem ſubſtantiales non perceperunt veteres, & ita apud eos ſequebatur, vt ſola materia ſit ſubſtantia.

Materiam autem eam dico, quæ neq; quid per ſe ipſam, neq; quantum, neq; aliud quicquam eorum dicitur, quibus definitur ens. Eſt enim quid de quo uniuerſa hæc prædicantur, cuius ratio à cuiuſq; prædicamenti ratione diuerſa eſt. nam cætera quidem de ſubſtantia, hæc autem de materia prædicatur Quare ipſum ultimum neq; quid, neque quantum, neque aliud quicquam per ſe eſt.

Sed quia quod à qualitatibus, & cæteris quæ commemorauit, determinatur, materiam eſſe dixerat, nũc materiam non eſſe ſubſtantiam ſubiungit, vt ſit quaſi reſponſio ad argumentum inductum, & dicit {Materiam autem eam dico, quæ neq; quid}, i. ſubſtantia {p ſe ipſum}, i. ipſa per ſe conſiderata per negationem ſeiunctionemq; formarum nulla prorſus cointellecta forma {neq; quantum, neq; aliud quicq̃ eorum dicitur, quibus definitur}, i. diuiditur {ens} deinde hoc oſtẽdit, & dictio ſic reſoluitur ad artem prioriſticam, Oẽ, quod eſt aliquid, de quo cætera prædicamenta prædicantur, cuius ratio à cuiuſq; prædicamenti ratione diuerſa eſt, neq; eſt quid, neq; quantum, neq; aliud prædicamentorum, ſaltem cum ſumuntur in abſtracto, nam licet homo ſit album, tñ humanitas non eſt albedo. tunc affert minorem, & dicit {Eſt.n. quid, de quo vniuerſa hæc prædicantur, cuius rõ à cuiuſq; prædicamenti rõne diuerſa eſt} hęc eſt minor. Quod autem rõ materiæ à rõne cuiuſq; prædicamenti ſit diuerſa, oſtẽdit, & dicit {nam cætera quidẽ}, ſ. nouem prędicamẽta {de ſubſtantia} dicuntur {hæc autem}, ſ. ſubſtantia {de materia prędicatur} igitur rõ materię differt à rõne cuiuſq; prędicamenti. à rõne ſubſtantię quidem, qm̃ ſubſtantia de materia, & non è contrario prædicatur. à rõne cæterorum vero, qm̃ cætera de ſubſtantiæ dicuntur, materia autem de nullo, igitur rõ materiæ à cuiuſcunq; prædicamenti rõne diuerſa eſt. tum affert concluſionem, & dicit {quare ipſum vltimum}, i. ipſa materia, quæ vltimum ſubiectum eſt {neq; quid, neq; quantum, neq; aliud quicq̃ per ſe eſt} & ſic licet materia videatur ſubſtantia, & ſola ſubſtantia, tamen neq; eſt ſubſtantia, nec aliquod prædicamentum. cum rõ materiæ à rõne cuiuſq; prædicamenti diuerſa ſit, Auer. autem oſtẽdit materiam eſſe diuerſam à quolibet prædicamento ex eo, quia materia eſt in potentia ad omnia prædicamenta: non igitur eſt aliquid eorum. *Quæ Auer. Cõm. 8.*

At neq; etiam negationes. etenim hæ per accidens ſunt.

Alexander ſic intelligit hunc locum, vt velit negationes prædicamentorum nõ eſſe ſubſtantiam. non.n. negatio quantitatum, qualitatumúe, vt non quantum, aut nõ quale, ſubſtantia eſt, & hoc dicit {at neq; etiam negationes} ſubaudi ſubſtantia ſunt: cuius rõnem ſubdit {etenim hæ}, ſ. negationes {per accidens ſunt} non per ſe, at quod per accidens eſt, non eſt ſubſtantia. Auer. autem ſimul oſtendit duo, & ꝙ materia non ſit aliquod prædicamentum, & ꝙ nec priuatio alicuius prædicamenti. & ſupponit duo, & ꝙ materia ſit ſubiectum omnium prædicamentorum atq; priuationum eorundem. qm̃ nouem prædicamenta, priuationes eorum dicuntur de ſubſtantia, & hæc ſubſtantia de materia: igitur omnia de materia dicunrur. & ꝙ eſſe ſubiecti ſemper ſit ab eſſe cuiuſlibet eorum, quibus ſubiicitur, diuerſum. ex his infert primam materiam, quæ eſt vltimum ſubiectum, nec eſſe quid, nec quale, nec id genus, item nec eſſe aliq̃ priuationem alicuius eorum, cũ tam prædicamenta quam eorũ priuationes inſint materiæ per accidens. quare materia ẜm ſe ipſam conſiderata, nullaq; forma cointellecta nec prædicamentũ eſt, nec priuatio alicuius prædicamenti. Quod autem formæ, & formarum priuationes inſint materiæ per accidens, oſtendit ex eo, quia ſi aliqua aut forma, aut priuatio eſſet eſſentialiter in materia, materia non reciperet oẽs formas, nec oẽs priuationes, quod eſt cõtra primum ſuppoſitum. non.n. reciperet eam formam, vel eã priuationem, quæ eſſet ei eſſentialiter coæterna. etſi occurres de forma corporis, quæ eſt coęterna materię, & tñ materia recipit omnes alias. iam alibi diximus materiam habere formam corporis ſibi coæternam, non tñ ita, vt ſit de eius eſſentia, ſed diſpoſitio, qua omnes ſpecificas recipit, & concedo, ꝙ materia nõ omnes recipiat de nouo, ſed ſolum ſpecificas forma corporali diſponente. Vnde Auer. rõ eſt, ſi aliqua forma ſpecifica, vel priuatio ſpecifica eſſet materiæ coæterna, tunc nõ omnes ſpecificas reciperet, quod abſurdum putat. *Quæ Auer. Cõm. 8.*

Ex iis igitur conſideratis fit, ut materia ſubſtantia ſit. At eſſe non poteſt: etenim ſeparabile, atq; hoc aliquid ſubſtantiæ maxime uidentur competere, quapropter ſpecies, & id, quod ex utriſque conſtat, ſubſtantia magis q̃ materia uidebitur eſſe.

Cum demonſtraſſet ex iis, quæ ſubſtantiæ proprie intellectæ inſunt, materiam videri eſſe ſubam: vtputa quia ſubiicitur cunctis, quod maxime competit ſubæ, nunc concludit primo materiam eſſe ſubam, deinde oſtendit eſſe impoſsibile, vt materia ſit ſubſtantia ea videlicet, quæ proprie magiſq; ſubſtantia eſt, & dicit

cit

cit {Ex iis igitur conſideratis} ſubaudi quæ ſubſtantiæ proprie intellectę inſunt {fit, vt materia ſubſtantia ſit, at eſſe non poteſt} ſi conſiderentur ea, quæ maxime videntur ſubſtantiæ competere: & ſic vna ex parte vr̃ materia eſſe ſubſtantia, ex altera non vr̃ materia eſſe ea ſubſtantia, quæ proprie, magiſq; ſubſtantia eſt: ſic.n. Alex. dictionem hanc ordinauit. Quod autem materia non videatur ea ſubſtantia eſſe, quæ proprie intelligitur, in hunc modum argumẽtatur, ſubſtantiæ, quæ proprie intelligitur, hoc datum eſt, vt ſeparari valeat, & per ſe eſſe, ac vt ſit hoc aliquid.i. vt indicari queat. materia autem neq; ſeparari, aut per ſe eſſe, nec demõſtrari poteſt. materia igitur non eſt proprie ſubſtantia. De hoc ſyllogiſmo tangit maiorem, & dicit {etenim ſeparabile, atq; hoc aliquid ſubſtantiæ maxime vidẽtur competere} ſubaudi, ſed hæc non competunt materiæ: igitur materia non eſt proprie ſubſtantia. Sed ſubaudi, hæc videntur competere formæ, & compoſito ex materia & forma. hanc itaq; minorem ſupponẽs affert concluſionem, & dicit {quapropter ſpecies}, i. forma {& id, quod ex vtriſq; conſtat, ſubſtantia magis q̃ materia videbitur eſſe} ecce ꝙ ſub vna maiore acceptis duabus minoribus, duo inferri poſſunt, & ꝙ materia non ſit proprie ſubſtantia, & ꝙ forma, & cõpoſitum ſubſtãtia magis q̃ materia videa. Alexander autem, ꝙ forma multo magis ſubſtantia videri poſſit q̃ materia ex eo patere oſtendit, quia materiam definit, in ordinemq; redigit. Quod etiam compoſitum magis ſubſtantia quam materia ſit, ex eo etiam oſtendit, qm̃ & per ſe eſſe, & digito monſtrari valet. & cum dixit {etenim ſeparabile} pro per ſe eſſe dixit. Sed dubitatur, qm̃ licet eſſe hoc aliquid, & ſeparabile videntur magis conuenire compoſito, tñ nec materia, nec forma vr̃ eſſe hoc aliquid, & ſeparabile. forma.n.non eſt, niſi quatenus eſt in materia, & eſt aliquid compoſiti. Sed diluitur, quia ſeparabile. & hoc aliquid bifariã eſt, aut formaliter, aut cauſaliter: formaliter quidem nihil eſt hoc aliquid, & ſeparabile, niſi ipſum compoſitum, quod eſt per ſe ſubſiſtens. eſt.n.ens actu præter ſuas effectiuas cauſas, & nullius aut pars, aut accidens, cauſaliter vero illud eſt hoc aliquid, & ſeparabile, quod eſt alicui cauſa, vt ſit hoc aliquid, & ſeparabile: & quia forma eſt cauſa ipſi compoſito, vt ſit hoc aliquid, & ſeparabile, materia vero nec formaliter, nec cauſaliter eſt tale: ideo forma, & compoſitum ſunt magis ſubſtãtiæ, & ſeparabilia, & hoc aliquid, forma quidem cauſaliter, compoſitum formaliter. Auer. autem parte illa {at eſſe non poteſt} vult ꝙ Ariſt. poſtq̃ adduxiſſet rõnem, qua probaſſet materiam eſſe ſubſtantiam, nunc velit argumentari in contrarium ad hunc modum, ſubſtantia eſt ſeparabilis, & hoc aliquid: materia non eſt ſeparabilis, neq; hoc aliquid, ſed forma & compoſitum: igitur non materia eſt ſubſtantia, ſed forma, & compoſitum. dicit etiam rõnes, quæ pro vtraq; parte inductæ ſunt, eſſe logicas, atq; probabiles. cuius ſignum affert ex eo, quia adductæ ſunt ad deſtruendum formam eſſe ſubſtãtiam, quales rõnes ſunt prius factæ, & ad oſtendendum formam eſſe ſubſtantiam, vt rõ nunc facta, & quia ita eſt, ideo de re hac perſcrutabitur poſtea demonſtratiue. per quæ patet Auer. velle rationem hanc factam contra antiquos non eſſe demonſtratiuam. & fortaſſe non perperam dicit, quoniã Ariſt. ſupponit formam, & compoſitum eſſe ſeparabilia à materia materiam vero non eſſe ſeparabile, qđ non demonſtrat, ſed ſupponit. qm̃ qua rõne materia eſt inſeparabilis à forma, atq; compoſito, eadem ratione forma eſt inſeparabilis à materia, & compoſitum ſimiliter. non.n.poteſt eſſe forma quin ſit in materia, nec compoſitum quin habeat materiam tanquam partem ſui. quare hæc ratio non videtur demonſtratiua, ſed de his hactenus.

An forma ſit hoc aliquid.

Quæ Auer. Com. 8.

Ea igitur ſubſtantia, quæ ex utriſq; conſtat, materia uidelicet atque forma, omittenda eſt. Eſt enim poſterior, atq; in aperto. perſpicua etiam aliqua eſt parte & ipſa materia eſt. De tertia uero conſiderare oportet. hæc.n.eſt maxime dubia. TEX. 9.

Cum diſſeruiſſet pro vtraq; parte de forma ipſa ſit ne inter ſubſtantias enumeranda, an inter accidentia, nunc proponit dicere de ipſa ſumens primo non eſſe dicendum de ſubſtantia compoſita, tum quia eſt poſterior materia, atq; forma. igitur prius de materia, & forma agendum eſt quam de ſubſtantia compoſita. tũ vel maxime, qm̃ eſt in aperto. ideo tanquam res, quæ eſt in aperto, eſt omittenda, & dicit {ea igitur ſubſtantia, quæ ex vtriſq; conſtat materia videlicet atq; forma, omittenda eſt}.ſ. ad præſens, qm̃ ſuo loco de ea eſt diſſerendum. & aſsignat rõnes duas, quarum primã affert, & dicit {eſt.n.poſterior} ſubaudi tam materia, quam forma, igitur eſt omittenda ad præſens, non autem ſimpliciter, cum ſit poſterius conſideranda. & ita prius de materia, & forma conſiderandum. & intelligit per ſubſtantiam compoſitam particularem ac indiuiduam ſubſtantiam. quod autem indiuidua ſubſtantia ſit poſterior tã materia quam forma ex eo patet, quia quod ex aliquibus cõſtat, hoc poſterius eſt iis, ex quibus conflatur, modo quo effectus eſt poſterior cauſis. ſecundam vero affert, & dicit {atq; in aperto} eſt.n.indiuidua ſubſtantia quaſi per ſe nota. ſubiacet.n.ſenſibus. præterea veteres ipſam conſenſim fatentur eſſe. igitur aut omnino omittenda tanquam per ſe nota, aut de ipſa agendum poſterius tanquam de re poſteriore. etiam vt Alex. inquit, ſubſtantia indiuidua eſt oĩno aperta in ratione ſubſtantiæ, & longe magis quam materia vel forma. addit autem Auer. aliam rationem præter has, qm̃ in hoc libro non eſt agendum, niſi de cauſis ſubſtantiæ, & nõ de effectibus. quare cum ſubſtantia compoſita ſit effectus, de ipſa non eſt agẽdum ad præſens. quod autem hic liber agat de cauſis ſubſtãtię, tanquam per ſe notum omittit. deinde ſumit ꝙ nec de materia ſit ad præſens diſſerendum ex eo, quia materia eſt aliqua ex parte perſpicua, & dicit {perſpicua etiam aliqua ex parte, & ipſa materia eſt} igitur etiam ſermone de ea ad præſens eſt omittendus. dixit autem aliquo modo perſpicua, quoniam analogia.i. proportione eſt manifeſta, & nunquam ipſam ſine forma cõſiſtere liquet. tamen ẜm quid obſcura eſt, vt quæ aſcititia argumẽtatione innotuerit, ſi quidem negatione, & formarum velut expoliatione intelligitur. vel quia apud veteres materia ipſa eſt ſola ſubſtantia. igitur ſaltem conſenſu veterum nota ommittenda eſt. Auer. autem ait Ariſtotelem dixiſſe aliqua ex parte, quia de materia veteres non omnes eodem modo ſentiunt. nam alij materiam dixerunt eſſe atomos, vt Democriti: alij ſimilares partes, vt Anaxagorei: alij aliter, vt ignem, vel aquam, vel aliud quicquam id genus. ergo dixit materiam eſſe notam aliquo modo, non tamen ſimpliciter, qm̃ non omnes eodem modo ipſam afferunt, vel dixit aliqua ex parte, quoniam omnes de materia eodem

Quæ Auer. Com. 9.

Quæ Auer. Com. 9.

modo ſentiunt ſm rationem generis, vt puta ꝙ ſit id ex quo entia fiunt, non autem ſm rationem ſpeciei ſimpliciterq́;, qm̃ differunt in poſitionibus de materia. differt autem hęc expoſitio à prima, qm̃ prima vult, vt omnes de ipſa materia conueniant quãtum ad quia eſt, cũ omnes fateantur materiam eſſe, differãt vero quo quid eſt, quoniã alij ipſam atomos, alij ſimilares partes, alij aliud quippiam materiam eſſe dixerunt. ſecũda autem expoſitio vult quod omnes poſitiones conueniant de materia quo ad quid eſt ſm genus, vtputa ꝙ ſit id, ex quo alia fiunt. & differant quo ad quid eſt ſm ſpeciem & ita conueniunt ꝙ ſit ſubſtantia diminuta. & differũt quantum ad quid ſm ſpeciem. quia alij dixerunt eſſe ſubſtantiam diminutam, quæ eſt atomi, alij ſubſtantiã diminutam, quæ eſt partes ſimilares. patet igitur eſſe recte dictum eſſe notam aliqua ex parte, qm̃ apud omnes eſt nota, vel quo ad an ſit, vel quo ad quid ſit ſm rationem generis. tunc de qua ſubſtantia ſit ad præſens conſiderandum ſubdit {de tertia vero conſiderare oportet}. ſ. de forma {hæc enim eſt maxime dubia} nam veteres ipſam negarunt aſſerentes ſolam materiam eſſe ſubſtantiam. vel dixit {maximę dubia} qm̃ num ipſa ꝑ ſe ſit, vt Platoni viſum eſt, nec ne, maxima quæſtio eſt, Auer. autem vult eſſe agendum dę forma ſenſibili, cũ .n. ſubſtantiæ cõpoſitæ ſenſibiles ſint per ſe notæ, ideo primo de harum formis eſt agendum, quæ ſunt harum cauſę ſine medio, & nõ de formis inſenſibilibus, hoceſt de intelligentijs, quę ſunt cauſæ ſubſtantiarum ſenſibilium interuenientibus corporibus cœleſtibus. ſed dubitatio occurrit qm̃ hic proponit agere de formis ſubſtãtiarum ſenſibilium, egit etiam de materia, & iterum poſtea aget, ſed cum de his egiſſet in naturali philoſophia, videbitur ſuperfluus, & non agere de ijs, quæ conueniunt huic ſcientiæ. propterea ſoluens dicit primo ꝙ conſideratio de materia in phyſicis quatenus materia eſt cognitio, an materia ſit. conſideratio vero de materia hic eſt quod ſit ſubſtantia, vel quatenus eſt ſubſtantia. ſecundo dicit, ꝙ conſideratio de formis in naturalibus eſt cõtracta ſolum ad formas naturales, quæ ſunt generabiles, & corruptibiles. at conſideratio de formis in his libris eſt communis ad formas, vt abſtractæ ſunt per indifferentiam ad formas ſenſibiles, & intellectuales. inſuper conſideratio de formis in libris phyſicorũ eſt contracta ad formas, vt ſunt termini generationis, non autem, vt ſubſtantiæ, at conſideratio, quæ eſt de formis hic, eſt vt formæ ſunt ſubſtantiæ. dicit tertio ex his faciendo excerptum ꝙ conſideratio de formis, vt ſunt naturales, non inducit ad primam formam, qm̃, vt inquit, conſideratio de forma, quæ inducit ad primam formã eſt conſideratio de forma, quatenus forma eſt ſubſtantia. modo ſcientia naturalis non conſiderat de formis, vt ſunt ſubſtantiæ. ſed occurres, qm̃, vt dictum eſt ſuperius, conſideratio naturalis de forma inducit ad primum motorem. ſed primus motor, prima forma & primus finis idem ſunt duodecimo huius. igitur ſi conſideratio de forma in libris phyſicorum ducit ad primum mouens, ducet etiam ad primam formam, & primum finem, quod Auer. hic negat. diluitur vero, qm̃ prima forma, & primus finis, & primum mouens idem ſunt ſubiecto ſm Auer. non autem ratione, atq; definitione. & ſic concederet ꝙ naturalis conſideratio de forma ducat ad primam formam, & ad primum finem, & ad primum motorem ſm ſubiectum, nõ aũt ſm rationem, qm̃ licet hæc tria ſubiecto eadem ſint, ratione tñ differunt, & ſic conſideratio naturalis de forma ducit ad primum motorem, qui eſt prima forma, nõ tamen ducit ad primũ motorem ſub ratione, qua, eſt prima forma. conſideratio .n. naturalis de forma ducit ad primum motorem per hoc ꝙ non ſit proceſſus in infinitum in mouentibus, & motis. cum .n. naturalis forma generetur, oportuit preæſſe motum, & mouens, & cum non ſit proceſſus in infinitum in mouentibus, & motis, oportet venire tãdem ad primum motorem. at conſideratio metaphyſica de forma ducit ad primã, & vltimam formam, per hoc ꝙ non eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus, vt oſtenſum eſt ſecundo huius: & ſic rationes ſunt diuerſæ, dicit quarto Auer. ꝙ de prima materia conſideret vtraq; ſcientia videlicet phyſica, & metaphyſica, ſed phyſica, quatenus eſt principium tranſmutationis: philoſophus .i. metaphyſicus, quatenus eſt ſubſtantia in potentia. & iſtud quod hic dicit, eſt contra Auicẽnam, cuius opinionem narrauit Auer. ſecũdo phyſicæ auſcultationis. dixit .n. Auicẽnã voluiſſe ꝙ de materia prima agat metaphyſicus. phyſicus vero de ſola materia ſecunda, contra hoc Auer. aſſerit vtranq; ſcientiam agere de prima materia, licet alia ratione. ſed tunc in his, quę Auer. ait, eſt magna cõtradictio, qm̃ hic aſſerit metaphyſicum agere de prima materia, vt eſt ſubſtantia in potentia. modo agere de materia, vt eſt ſubſtantia in potentia, non eſt agere de materia, niſi reſpectu formæ. non .n. materia eſt ſubſtãtia in potentia niſi ad formas: igitur agere de prima materia, vt eſt ſubſtantia in potentia, eſt agere de ipſa reſpectu formarum. ſed hæc conſideratio eſt phyſica, vt Auer. inquit ſecundo phyſicæ auſcultationis. diluitur vero hæc contradictio, qm̃ per potentiã poſſumus duo intelligere, aut potentiam, quæ eſt differentia entis, quę cum actu diuidit omne ens, vt Auer. ait libro de anima primo, & ſic materia, vt ſubſtantia in potentia conſideratur à metaphyſico, & hoc pacto loquitur hic, aut potentiam, quæ idem eſt, quod priuatio, ſm quem modũ accepit eam Auer. nono huius cum ait actum, & potẽtiam eſſe opoſita relatiue, quatenus quod eſt in potentia. eſt oppoſitum ei, quod eſt actu, & hoc pacto conſiderare primam materiam vt eſt in potentia, & in reſpectu formarum, eſt phyſica conſideratio. & ſic loquitur Auer. phyſicorum ſecundo, vt patet per noſtras enarrationes ibi. Quinto Auer. ſic remouet tres dubitationes, quarum prima eſt cur non retractauit hic de materia. ſecunda cur in naturalibus non potuit declarare primam formam. tertia cur ex conſideratione de forma in naturalibus peruenit ad primum motorem. diluit itaq; primam, aſſerens hic non retractare materiam, quia eſt contentus ea declaratione, quam de ea egiˀ in phyſicis. quare cum ſufficienter dę ea locutus ſit, hic de ea aut nihil, aut parum, agere debet, addit inſuper eũ non acceſſiſſe ad conſiderandum hic de formis naturalibus, aut de materia, qm̃ de his agere non potuit, niſi ex operationibus materiæ & formæ. at cum operatio materiæ ſit generatio, aut tranſmutatio, de ea agere non potuit hic, cum de tranſmutatione nihil agat hæc facultas. formæ vero cum ſpecie, ac genere ſint diuerſæ, non poſſunt habere vnam cõmunem operationem, quam poſſit metaphyſicus conſiderare, & ita de illis per talem cõmunem operationẽ non poterit cõmuniter agere. quare hic nec de formis naturalibus, nec de materia eſt agendum. ex his diluit ſecundam dubitationem aſſerens metaphyſicũ non potuiſſe primã formã decla-

Quæ Auer. com. 9. — Cõm.6. — Cõm. 22. — Cõm. 21. — Cõm.6. — Cõm.11. — Cõm.21.

declarare ex conſideratione formarum naturalium in phyſicis. qm̃ ex actionibus formarum naturalium deuenimus non ad primam formam,ſed ad primũ motorem.ex actionibus.n. formarum naturalium cum ſint motiones,deuenimus ad primum motum,& ſic ad primũ motorem, non aũt ad primam formã ratione, qua eſt prima forma, nec ratione, qua eſt prima ſubſtãtia, non.n.phyſicus cõſiderat naturales formas,quatenus ſunt formæ,nec quatenus ſunt ſubſtantiæ. per quæ tandem diluitur tertia,qm̃ ex conſideratione formæ naturalibus bene ad primum motorẽ deuenimus, non aũt ad primam formam.ex his vero colligit ſexto intentionem huius ſcientiæ,& ordinem,aſſerens intentionẽ huius ſcientiæ eſſe quærere de principio primæ ſubſtantiæ.ſ.ſimpliciter primo, qui eſt motor primus, & forma prima,& finis primus.& quia hæc eſt huius ſcientiæ intentio ideo concludens ordinem poſuit principium perſcrutationis ex hoc, quod eſt de principijs ſubſtantiarum ſenſibilium,vt hinc veniat in cognitionem primæ formę. Demum colligit vtilitatem perſcrutationis tum ex hac intentione, quã de formis hic agit,tum vel maxime ex eis,quæ in phyſicis ſunt pertractata, aſſerẽs ex his duobus ſequi,vt forma primi corporis ſit vltima ſubſtantia, & principium vltimæ ſubſtantiæ ſenſibilis, quæ eſt vltimum corpus,qm̃,vt inquit,cum fuerit declaratum hic principia ſubſtantiarum ſenſibilium eſſe ſubſtantias, & fuerit oſtenſum in naturalibus hic eſſe ſenſibile corpus,ſ.cœleſte,quod ſit cauſa generationis & interitus ſubſtantiarum ſenſibilium,& prius eis, declarabitur quod cum forma iſtius corporis ſit principiũ cœleſtis corporis,quæ eſt vltima ſubſtantia ſenſibiliũ, erit principium talis vltimæ ſubſtantiæ ſenſibilis, quæ eſt prior alijs ſubſtantijs.i. cæteris corporibus cœleſtibus,& etiam vltima ſubſtantia, & declarabitur ẽt illud corpus primum, quod eſt prima corporea ſubſtantia, dare alijs compoſitis generabilibus ſubſtantias, quæ ſunt formæ ſubſtantiales generabiles, & corruptibiles. ſed dices,ego non video vnde ex dictis hæc ſequantur ſed ſequuntur,qm̃ in his.quæ in naturalibus dicta ſunt, habemus eſſe deueniendum ad primum corpus ſenſibile,quod cauſa eſt generationis omnium. & cum cuiuſlibet corporis ſenſibilis ſit aliqua forma, q̃ eſt cauſa illius, habebimus huius ſenſibilis corporis eſſe aliquã formam,& cum ex his,quæ hic diximus,fiat,vt forma corporis ſenſibilis ſit ſubſtãtia,habebimus eſſe vltimã ſubſtantiã,quæ eſt cauſa primi corporis,per quod omnia generantur,& corrumpuntur.vnde ratio eſt hæc,p ea,quæ in phyſicis dicta ſunt, eſt aliquod primum ſenſibile corpus. ergo per ea, quæ hic habentur, eius erit aliqua prima forma.iterum per ea, quæ hic habentur, erit aliqua vltima,& prima ſubſtantia, quæ eſt cauſa talis corporis, per quod omnia generantur, & corrumpuntur.hactenus de vtilitate.

Atq; cum ſubſtantiæ quædam ſenſibilium rerum conſenſu omnium ſint,in his quæramus primum oportet.

Sed qm̃ ſubſtantiæ quædam ſunt ſenſibilium rerũ formæ, quædam ſeparatæ adiunctæq; ab ipſa materia, ideo de quibus primo ſit agendum proponit, & dicit {atq; cum ſubſtantiæ quædam cõſenſu omnium ſint} ſubaudi formæ { rerum ſenſibilium, in his quæramus primum oportet}deinde ſubaudi in ſubſtantijs ſeparatis.nam primæ ſunt conſenſu omnium:aliæ vero ambiguæ. vñ Alex.diſputaturus Ariſt.de formis, poſſintne ſeparabiles, ac per ſe, abſque materia eſſe, an ſecus,de formis,quæ in materia habentur, nobiſq; notæ quodã modo ſunt,in primis diſſerere oportet.ex his.n.intelligi poſſe,ſint ne illæ, vt Platoni videbatur,an non . hactenus de intentione,& ordine.

Quoniam aut in principio quot modis ſubſtantiam definimus,diſtinximus, atq; horum unus quidam eſſe ipſa quiditas uidebatur,de ipſa nunc contemplandum eſſe uidetur. TEX.10.

Cum dixiſſet eſſe primo agendum de ſubſtantijs cõpoſitis atq; ſenſibilibus,& de earum formis,nunc ſpecificat intentionem.nam,cum forma poſſit conſiderari, vt quiditas,& vt altera pars compoſiti, quemadmodũ ſuperius dictum eſt,ideo nunc proponit dicere de forma,quatenus eſt quiditas,& dicit{qm̃ autem in principio},ſ.huius ſeptimi{quot modis ſubſtantiam definimus,diſtinximus}vt quiditas, & vniuerſale , & genus, & ſubiectum dictę ſunt ſubſtantiæ { atq; horũ vnus},i. modus { quidam eſſe ipſa quiditas videbatur, de ipſa nunc contemplandum eſſe videtur},i.de ipſa forma, q̃ in ſenſibilibus habetur,nec ſeiungi poteſt. cuius rationem aſsignat Alexã.ex eo, quia in cognitio noſtra ſerpet ad vniuerſalia,ſiue ideas, vt appareat ſint ne,an perperam aſſerantur.& cum dicit{qm̃ autem in principio} verbũ{qm̃ non accepit,vt reddat cauſam,qm̃ non quia ſubſtãtia quatuor modis dicitur,quorum vnus eſt quiditas,atq; forma, propterea primum oportet agere de forma, atq; quiditate, ſed propter rationes ſuperius, vtputa quia compoſita ſubſtantia eſt tum poſterior,tũ in aperto.etiam quia materia aliqua ex parte eſt manifeſta,& forma ipſa ambigua. verbum enim quoniã potius,vt continuationis nota iungitur.

Operæpreciũ enim eſt ad id,quod notius eſt,tranſire.diſcunt enim omnes hoc modo proficiſcentes ex minus notis naturæ ad magis nota.

Argyropylus illa verba, πρὸ ἔργον γὰρ τὸ μεταβαίνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον, tranſtulit ſic { Operæprecium .n.eſt ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter proficiſci,quæ tamen ad verbum ſunt {Operæpræciũ enim eſt ad id,quod notius eſt tranſire } igitur aſsignat cauſam ordinis,dixit.n.eſſe incipiendum à formis ſenſibilibus, vt ex eis veniamus ad formas inſenſibiles. nunc huius ordinis cauſam affert,& dicit {operæprecium.n. eſt ad id,quod notius eſt tranſire}vt ad ſenſibiles ipſas formas,quæ nobis ſunt familiares notioreſq;,vt ex his ad obſcuriora,ignotioraq; reducamur,vt ad formas inſenſibiles. igitur ordo procedendi cum ſit ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter proficiſci, & formæ ſenſibiles ſint nobis notiores, formæ vero inſenſibiles ignotiores,naturæq; notiores.igitur à ſenſibilibus formis eſt procedendum.vt ſit vniuerſus ſyllogiſmus,Ex notioribus nobis à notiora ſimpliciter eſt proficiſcendum:formę ſenſibiles ſunt nobis notiores,inſenſibiles vero ſimpliciter notiores : igitur à formis ſenſibilibus ad formas inſenſibiles eſt proficiſcendum. Cuius ſyllogiſmi tetigit maiorem,quam demonſtrat ſtatim exemplo eorum qui diſcunt,& dicit{diſcunt. n. omnes hoc modo proficiſcentes ex minus notis naturæ ad magis nota}.ſ.naturæ, comparauit nobis nota ijs,q̃ ſunt nota naturæ. nam quæ nobis nota ſunt, naturæ quoq; ſunt cognita,ſed minus quam nobis . diſcimus ergo ex notioribus nobis ea, q̃ naturæ ſunt cognita.nobis autem ignota,& ſic patet maior.

Et hoc opus eſt. uerbi gratia in rebus agendis, ut ex ijs, quæ ſingulis bona ſunt, ea, quæ ſunt omnino bona unicuique bona efficiuntur, ſic ex cuique notioribus, ea, quæ ſunt nota naturæ, cuiq; efficienda ſunt nota. ea uero, quæ ſingulis nota, primaq; ſunt, parum perſæpe ſunt nota, & parum aut nihil entis habent. attamen ex ijs, quæ praue quidem ſunt nota, ipſis autem nota, enitendum eſt ea, quæ omnino ſunt nota, cognoſcere ad hæc ipſa per illa proficiſcenti, quemadmodum diximus.

cuique. αὐτῶν ipſis ſingulis entis ὄντα veritatis

Nunc eandem maiorē oſtendit. per ſimile in rebus agendis. nam ſicut in rebus agendis, ſicut ex ijs, quæ ſunt bona huic, & illi, fiunt ſimpliciter bona, & nō tantum ſimpliciter, ſed tandem huic & illi, & ſingulis. verbi gratia, vt Alexā. inquit, diuitiæ per ſe bonæ ſunt, aliquis tamen ciuis opibus fretus, eis, ad omnium contumeliam abutebatur, qui captus à magiſtratibus ex lege punitus notaq; affectus eſt, pœniſq; datis, ad ſanitatem rediuit, vt omnes coleret, ac obſeruaret. Punitio ergo, quæ per ſe non eſt bona, illi bona facta eſt: quippe qua temperans ac bonus eſt effectus. nec is tantum, ſed locupletiſsimus quiſq; ſi quem diuitijs confiſus deſpiciebat, aut abuſu diuitiarum opprimebat, reſipiuit, & ab iniuria temperauit. quemadmodum igitur ex punitione, quæ nocenti & cōtumelioſo bona fuit, diuitiæ, quæ per ſe locupletibus ſingulis bonæ ſunt, factæ fuerunt bonæ, ſic ex ijs, quæ ſunt nota huic. & illi, & ſingulis fiunt nota quædam, quæ ſunt ſimpliciter nota, poſtea vero, mihi, & tibi nota. vel ſimile ſit ad hunc modum, ſicut dux ex ſingulis victorijs, quibus hic, & ille, & cæteri potiuntur, peruenit ad cōmunem victoriam, qua potitur vniuerſus exercitus, quæ eſt quoddam cōmune bonum, eodem modo ex notis mihi, & tibi, & ſingulis peruenimus ad notitiam ſubſtantiarū in ſenſibilum quæ vobis ſunt ſimpliciter ignotæ, poſtea vero effectę ſingulis notæ per ea, quæ cuiq; erant nota: hoc eſt ex ſenſibilibus, q̄ ſunt cuiq; nota. vnde dicit {& hoc opus eſt}. ſ. omnibus, vt ex ſibi cognitis naturæ familaria diſcant {verbi gratia in rebus agendis, vt ex ijs. quæ ſingulis bona ſunt ea, quæ ſunt omnino bona} atq; ſimpliciter {vnicuiq; bona} tandem {efficiūtur} verbi gratia ex punitione, quæ nocenti, & contumelioſo bona eſt, diuitiæ, quæ per ſe locupletibus ſingulis bonæ ſunt, factæ fuerunt bonæ tandem vnicuiq; {ſic ex cuiq; notioribus ea, q̄ ſunt nota naturæ, cuiq; tandem, ſ. efficienda ſunt nota} pręceptor. n. meus ex ijs, quæ erant mihi nota, quæ naturæ cognita ſunt, mihi nota reddidit. dixit autē {ex cuiq; notioribus} q̄m fortaſſe ex ijs quæ ſunt vni homini nota, non poſſunt fieri omnino illa entia

Cōm. 14. nota, ſed requiritur concurſus multorum. vnde Auer. Secundo huius dicit, complementum hominum non

Cōm. 36. compleri, niſi per congregationem: tertio etiam de aīa autumat ex inuentionibus multorum fieri ſcientiā earum rerum, quare Ariſto. velle videtur ex ijs ſenſibilibus, q̄ ſunt cuiq; nota ea innoteſcere, quæ poſtea ſunt nobis omnibus nota, non autem ex ſolis mihi vel tibi notis, ſed ex ijs q̄ & mihi, & tibi, & alijs ſunt nota, vtrū vero ex ijs ſenſibilibus, quæ ſunt tantum vni diſcipulo nota, præceptor facere poſsit ea nota, quæ ſunt naturæ nota, certum eſt ita eſſe, modo præceptor ſit ſufficien-

Quæ Auer. Com. 10. tiſsimus, & diſcipulus bene affectus. Auer. autē ex textu putat duas rationes eſſe conficiendas, quibus oſtenditur de ſenſibilibus formis eſſe prius agendum, & ex ijs procedendum ad formas inſenſibiles. quarum prima via comparationis ſtruitur ad hunc modum, ſicuti in artibus, ita in ſcientijs contemplatricibus, ſed in artibus, ac artium comparationibus artifex ſemper procedit, ex ijs, quæ ſunt primo nota diſcipulo, & artifici ad ea, quæ ſunt ipſis poſterioribus nota. ita in contemplatricibus, ac doctrinis, mathematicis, vt inquit, excepto. nam in mathematicis proceſſus eſt à prius nobis notis, & naturæ notis eſt. quia in mathematicis eadem ſunt nobis & ſimpliciter nota. ſecunda ratio etiam cōparatione ſic fit, ſicut in actionibus humanis, quæ ſunt in gubernatione rei publicæ, & in arte medendi cōmune & ſimpliciter bonū colligitur ex particularibus bonis, quæ ſunt cuiq; bona, ita in ſcientijs ſimpl'r cognitū colligit' ex ijs, quæ ſunt cuiq; cognita, quod tandem fit mihi, & tibi cognitum. ſed in dictis Auer. oritur cōtradictio, quia ex his, quæ dicit Auer. velle videtur ſingularia eſſe nobis notiora quā magis vniuerſalia, cuiq; oppoſitū habet primo phyſicæ auſcultationis, vbi vniuerſalia prius nobis nota eſſe ſingularibus tradit. quæ cōtradictio oritur ex malo intellectu verborum Auer. nam per vniuerſale, non prædicamentale vniuerſale intelligit, ſed idem, quod ſimpliciter bonum, vel ſimpliciter notum: quod etiam naturę notum Ariſt. vocauit, & per ſingularia non indiuidua prædicamentalia intelligit, ſed quæ in dictione cuiq; bona, vel cuiq; nota dicuntur. & ſic contradictio non eſt ad propoſitum.

Sed ea, quæ ſingulis nota, & prima ſunt, parum perſæpe nota ſunt, parum etiam aut nihil entis habent. attamen ex ijs, quæ praue ſunt nota, ipſis autem nota, enitendum eſt ea, quæ omnino ſunt nota, cognoſcere ad hæc ipſa per illa proficiſcenti, quemadmodum diximus.

Recte Auer. exponit Ariſt. remouere dubitationem in præſenti loco, quia non videtur ex cuiq; notis fieri poſſe nota entia ipſa diuina, quæ ſunt veriſsima, atque ſimpliciter ſibi ipſis nota, nobis autem omnino ignota. q̄m ea, quæ ſunt cuique nota, plerunq; ſūnt exiguæ cognitionis, atq; exiguæ veritatis, & ſic per talia nō poterimus ſufficienter peruenire ad ſcientiam rerum diuinarum. hanc igitur dubitationem tangens inquit {ſed ea, quæ ſingulis nota, & prima ſunt, parum perſæpe nota ſunt, parum etiam aut nihil entis} id eſt veritatis {habent} nam pleriſq; in locis ens pro vero ipſe ſolet vſurpare. viciſsimq; non ens pro falſo dixitq; {perſæpe} pter mathematica, q̄ ſunt nobis primo nota, non autē debiliter nota, hoc autem Alex. exponit exemplo puerorum. pueri enim, vt ipſe Ariſt. in phyſica dixit, omnes viros quaſi patres agnoſcunt, & hoc nomine ipſos appellant, quod parum, aut nihil habet veritatis. quatenus puer, q ab homine eſt genitus, homines, nō equos, aut boues patres vocat, hactenus parum habet veritatis, qua vero cunctos ſic appellat, nihil veritatis obtinet. igitur ex ſenſibilibus quæ parum, aut nihil veritatis obtinent, non poſſumus deduci in cognitionem ſubſtantiarum diuinarum, quæ ſunt veriſsima, atq; ſimpliciter notiſsima. ſoluit, & per ſimile in pueros, aſſerens quod ſicut pueri ex ijs, quæ perperam nota ſunt (perperam. n. cūctos homines patres ſuos eſſe putant) ipſis tamen notis poſtea ad veritatem reuocantur, ſuumq; patrem à cæteris hominibus dignoſcunt, ſic nos quod infantibus vſu venit, imitantes, ex male nobis obſcureq; notis, quæ omnino, ac naturæ cognita ſunt nouiſſe conabimur, ab his, vt diximus, nobis cognitis ad illa tranſeuntes, & dicit {attamen ex ijs, quę praue ſunt nota} nobis {ipſis autem nota, enitendum eſt ea, quę omnino ſunt nota, cognoſcere ad hæc per illa}. ſ. parum nota

Quæ. Auer. Comē. 10.

nota{proficiſcenti,quemadmodum diximus} id eſt ab his,vt diximus,nobis cognitis ad illa,quæ ſunt ſimpliciter cognita tranſeuntes.dixit autem{enitendum}q̄m licet quæ cuique nota ſunt, ſint perſæpe exiliter, nota, & parum veritatis obtinentia, tñ per hæc quo ad fieri poteſt eniti debemus illorum cognitionem acquirere, non autem omnino, atq; quouſq; illa ſunt cognoſcibilia.per quæ patet nos ex ijs, quæ nobis nota ſunt, non poſſe peruenire ad intuitiuam diuinarum ſubſtantiarũ cognitionem,q̄m tunc deueniremus ad tantam cognitionem,quanta de illis haberi poſſet:cuius contrarium putauit Auer.in libro de aīa tertio,& in libro de beatitudine.dixit autem Ariſto.eſſe enitendum peruenire in Cōm. 36. notitiam earum per hæc eadem, quæ ſunt cuique nota & non per alia propter Platonem, qui in Timæo vult eſſe perueniendum in notitiam rerum illarum ex pura fide maiorum,vel ex reuelatione, vt viri catholici tradiderunt.At Ariſt. ex puris naturalibus tantum autumat illarum rerum notitiam eſſe venandā. vnde Auer. Quæ Auer. Cōm. 11. aſſerit ex tam paruis entibus,tam parum cognitis non poſſe cognoſci omnino tam vera entia, & tam ſimpliciter ſibi ipſis cognita, verum enitendũ per hæc quo ad fieri poteſt,per hæc dico,quæ cognitionē habent particularem,hoc eſt quæ ſunt cuiq; nota, vt per illa perueniamus ad ea,quæ cognoſcuntur per vniuerſalē cognitionem,hoc eſt ſimpliciter, ſcilicet transferendo de cognitione iſtarum ſubſtantiarum ſenſibilium ad cognitionem ſubſtantiæ ſimplicis, quæ continet omnes ſubſtantias virtute,& cauſalitate,quę ſubſtantia modo vniuerſali, id eſt ſimpliciter cognoſcitur. ſed tunc eſt Cōm. 36. dubium,quia Auer.videtur ſibi ipſi contrarius.nā tertio libro de anima aſſerit ex ijs,quæ cuiq; nota ſunt, deueniri poſſe ad intuitiuam rerum diuinarum cognitionem,quæ eſt earum perfectiſsima cognitio. aſſerit.n. ꝑ adeptionē eius intellectus, qui dicitur ſpeculatiuus, non poſſe peruenire ad intuitiuā notitiam illarũ. intellectus autē ſpeculatiuus eſt ſcientia omnium rerũ ſenſibilium,atq; naturalium, qua ſcimus omnes res naturales. Auer. fingit in cognitionem intuitiuam illarum peruenire intelligi poſſe bifariam,aut via diſciplinæ,eo modo videlicet quo per demonſtrationes deuenimus in cognitionem effectuum naturalium, aut via copulationis,qua copulatur nobis intellectus agens vt forma via quidem diſciplinæ non poſſumus peruenire ad il- Cōm. 36. larum rerum intuitiuam cognitionem.non.n.vt Auer. inquit in libro de beatitudine, & in libro de anima talis intuitiua notitia haberi poteſt demōſtrationibus, q̄ fiunt ex ijs,quæ ſunt cuiq; tota, vt ratio tacta oſtendit, via autem copulationis, qua intellectus agens copulatur nobis vt forma, ex ijs, quæ ſunt cuiq; nota illarum rerum intuitiua notitia haberi poteſt, q̄m in nobis vt fingit,acquiri poteſt vniuerſus intellectus contemplatorius,qui eſt medium,quo nobis intellectus agens copulabitur,vt forma. & ſic copulatione in nobis orta ꝑ eſſentiam illius intelligemus notitia intuitiua,& ipſum & cætera diuina, hoc pacto intelligit Auerroes tertio de anima, & libro de beatitudine, quo in modo hic nec Ariſtoteles, nec Auerroes.hic loquitur. nolo tamen te ignorare totum hoc eſſe commentum. Ariſtoteles. n. nullibi de alia notitia loquutus eſt niſi de ea, quæ habetur de ſubſtantijs diuinis ex ijs, quæ ſunt cuiq; nota via doctrinæ,quoniam haberi de illis notitiam intuitiuā Ariſtoteles nullibi explicauit: ſed fuit cōmentum Auerrois.

Et primo de ipſa logice dicamus quædam, q̄ ſit quiditas id, quod dicitur unumquodque per ſe. non enim eſſe tui eſſe muſici eſt, quippe cum non per te ipſum muſicus ſis. TEX. 11.

Cum dixiſſet operæpreciũ eſſe diſſerere de hoc, q̄d ipſe τὸ τί ἦν εἶναι,id eſt quid erat eſſe vocat, & hinc ad omnino cognita gradum facere,primo proponit ſe velle loqui de ipſa logice, & dicit{ & primo de ipſa logice dicamus quædam} ſed antequam ad verborum expoſitionē venerimus,illud accipere oportet,aliud ab Ariſtotele τὸ τί ἦν εἶναι id eſt quiditatem,aliud rationē, ſeu definitionem appellari.nam quiditatem vocat rem ipſam, eiuſq; naturam ſimul intellectiuam, ſiue in concreto complicatam,quæ nomine ipſo concreto ad ſuppoſita ſignificatur.homo.n.nomē eſt quiditatem, hoc eſt ipſam rei naturam ſignificans, quæ nomine homo ſignificatur,ſed in concreto ad eius ſingularia, quæ ſuppoſita dicuntur.quiditatem igitur vocat hominis,vt in huius exemplo perſiſtamus naturam comprehenſim ſimulq; ac per dictionem intellectam.definitionem vero intellectum,qui partibus,ex quibus forma conſiſtit explicandis,recēſendiſq; percipitur. quiditas ergo differt à definitione quod illa ſit confuſa q̄dam intellectio & quaſi dictio,& quæ rem velut vnam contemplatur, definitio autem explicatio quędam rei eſt, & partium eius enarratio. Propoſuit autem dicere de quiditate logice,q̄m ſic de ipſa dixit primo Topicorum, ſupponēs enim ipſum quid erat eſſe prædicatum eſſe, vt Primo Topicorum eſt dictum, nunc exponit ipſam quiditatē logice,q̄m quatenus eſt prædicatum, & vno modo facile dictio ſic exponitur{quod ſit quiditas id,quod dicitur}. i. prædicatur {vnumquodq; per ſe}ideſt, vt ſit quiditas vnumquodque id, quod per ſe prędicatur de eo, ſcilicet cuius eſt q̄ditas. ſic enim logice primo Topicorum expoſuit ipſum quid erat eſſe Alexan. vero Alex.Expo. ſic { quod ſit quiditas id, quod dicitur vnumquodq; per ſe}nam ſingulorum hominum vnuſquiſque per ſe quiditas dicitur,quod vt clarius appareat,quiditatis loco nomē homo,quod ipſam ſignificat,accipiatur.quiditas ergo,id eſt homo, eſt id, quod ſingulorum vnũquodq; per ſe dicitur.Socrates.n.nomē, illud id eſt hō dicitur,quod ſi Socrates dicitur homo, nimirum & illud dicitur,illud dico, quod nomine homo ſignificatur:illud autem eſt quiditas, callias. n. vocatur homo, quod nomen ſignificat quiditatem. ergo ſ̄m hanc expoſitionem quiditas eſt ſimplex ſignificatum nominis ſimplicis, cuius prædicationem ſuſcipiunt omnia ſuppoſita illius quiditatis,quę ꝑ nomen illud ſignificatur: quare idem eſt, ac ſi dicatur, quiditas eſt ſignificatum alicuius nominis, quod prædicatur per ſe de vnoquoque ſuppoſito ſignificatæ quiditatis. & ſic hæc expoſitio coincidit cum prima noſtra. nam eſt quiditas ꝓ nomine,& quiditas pro re:quiditas pro nomine prædicatur de ſuppoſitis quiditatis pro re.quiditas pro re eſt ſignificatum nominis,quod dicitur de ſuppoſitis,quāquam in ſuis verbis Alex.confuſe loquitur. Auer. autē Quæ Auer. cōm. 11. volens Ariſt.pro maiore parte de ipſo quid erat eſſe ꝑſcrutari per propoſitiones dialecticas(quarum vna eſt quod ſubſtantia rei ſiue quid erat eſſe ſit illud, quod datur in reſpōſione ad quid eſt, ſcilicet ad quid eſt indiuiduum ſubſtantię)ideo deſcribens ipſum quid erat eſſe,vt alibi etiam deſcripſit inquit ipſum quid erat eſſe illud eſſe,quod ſignificat ſermo,qui dat eſſentiam rei, cuius eſt ſermo. deinde declarans quale prædicatum ſit ipſum quid erat eſſe,aſſerit ipſum quid erat eſſe præ-

dicatum eſſe per ſe, quod prædicatur eſſentialiter. & quidem ſm primum modum eorum, quæ prædicantur per ſe.qm̃,vt inquit,prædicata primi modi ſunt tria videlicet genus,differentia,& definitio, quæ componitur ex eis.qm̃,vt inquit,definitio eſt idem quod rei ſubſtantia.ſic igitur ipſum quid erat eſſe eſt pr ędicatũ primi modi, vtputa definitio, vel definitionis ſignificatũ. & dixit Auer. quæ definitio eſt ſubſtantia rei. qm̃ non omnis definitio eſt prædicatum primi modi,niſi ſit idẽ cũ rei ſubſtantia, hoc eſt niſi ſit ſubſtantialis definitio. non.n. deſcriptiua definitio eſt prædicatum primi modi.& exponendo prædicata primi modi aſſerit prædicata primi modi generatim eſſe ea,quæ per ſe,atque in eſſentia vniuntur cum ſubiecto,cuius ſunt, atq; etiam inter ſe,vnum,ſcilicet per ſe faciendo. ſecus accidentalia ipſa prædicata.nam nec per ſe vniũtur cum ſuo ſubiecto,nec faciunt inuicem vnum per ſe. animal. n. rationale vniuntur cum homine per ſe,& faciũt inuicem vnum per ſe.qm̃ alterum ſe habet, vt potentia,& contrahibile,alterum vt actus,& cõtrahens,vt Porphyrius inquit.At prędicata accidentalia contra,nec cum ſubiecto,nec inter ſe faciunt vnum p ſe.Sed occurres,qm̃
Cõm. 14. genus dicit formã duodecimo huius, & differentia formam. ex duabus autem formis non fit vnum per ſe. & diluitur,qm̃ ſiue genus dicat formam diuerſam,ſiue eãdem cum differentia eſt quęſtio dialectica, ſatis eſt aũt
Cõm. 17. vt Auer. inquit. primo huius, & in hoc ſeptimo, & in
Cõm. 43. & 46. octauo, quod genus potentialem formam dicat,differentia vero actualem: nam formæ, quæ ſic ſe habent,
Cõm. 6. efficiunt per ſe vnum.quæ Auer.expoſitio, an conſona ſit dictioni,facile potes conſiderare.ſcio.n. bene verba Ariſt. eſſe per priores expoſitiones dilucide expoſita,quia tñ nõnulli ſunt noſtris temporibus, qui barbaricis Auer. blacteritijs afficiuntur, cogor nonnulla referre,quæ ex eis,quæ ipſe dicit, videntur vtiliora. cum vero quiditatem id eſſe dixit quod vnumquodque per ſe dicitur,exponens cur illud per ſe addidiſſet, ſubiungit{non enim eſſe tui eſſe muſici eſt}. i. licet Socrates muſicus appelletur, tñ Socratis eſſe non eſt eſſe muſici,nec eius natura eſt muſicum eſſe.neque.n.per ſe muſicus eſt,nec quiditas,quę dicitur Socrates,eſt muſicũ, ſed quod Socrates eſt per ſe, id Socratis eſt quiditas,& ſingulorum hominum Vel dicere poſſumus Ariſt.oſtẽdere,cur illud per ſe addidiſſet,ſcilicet à contrario ſenſu,qm̃ quod prędicatur per accidens non eſt quid erat eſſe.igitur quod prædicatur per ſe, erit quod erat eſſe, & dicit {non enim eſſe tui eſſe muſici eſt}, i.non enim tu per ſe es muſicus {quippe cum non per teipſum muſicus ſis}.i.tui propria natura.Et quia illud,quod ſignificat muſicum, non eſt quiditas tui. quia tu non es muſicus per ſe, fit, vt quiditas ſit id, quod per ſe es. verbi cauſa homo, aut animal. Quo ad verba attinet, verbũ {quippe cũ}in græco legitur ὃ ἄρα κατὰ σαυτόν,ad verbum{quod ergo ſm te ipſum } & tunc ſenſus eſt{non enim eſſe tui eſſe muſici eſt} id eſt non.n.muſicum eſt quiditas tui,quia tu nõ es muſicus per ſe {quod ergo} ſubaudi dicitur quiditas, eſt id,qđ tu es {ſm te ipſum} .i.per ſe. & ſic in græco legitur illatiue, Argyropylus
Quæ Auer. autem tranſtulit,vt reddat cauſam. Auer.autem blacte
Cõm. 11. rizando ait Ariſt. in hac vltima dictionis parte declarare ſermones, qui demonſtrant aliquid extrinſecum, quod non inducitur in reſponſione facta de quiditate, non eſſe definitionem,nec partem definitionis. qm̃, vt dictum eſt, eſſe tui non eſt eſſe muſici, quod dicitur extrinſecus de te{quod ergo ſm te ipſum}dicitur,hoc eſt quid erat eſſe.hæc concluſio oſtendit Auer.expoſitionem non eſſe ad propoſitũ, non. n. concluderet quod concludit,niſi vellet Ariſt.argumentari à contrario ſenſu,vt dictum eſt. cum hoc etiam eſt quod verba, quæ exponit Auer. nullo pacto ſint Ariſtotelis.

Neque itaque id omne. non enim ſic per ſe, ut ſuperficies alba. non enim ſuperficiei eſſe eſt eſſe ipſius albi.

Cum explicaſſet quiditatem eſſe, quod ſingulis per ſe ineſt, & quod vnumquodque dicitur, qm̃ albedo per ſe ineſt ſuperficiei,iccirco infert ſolutionem tacitæ dubitationis,qua poſſet quiſpiã dicere ita qđ quid erat eſſe ineſſe eis,quibus per ſe ineſt, ſicuti album ineſt ſuperficiei,& ita vnumquodq; per ſe eſſe quiditatem,ſicuti ſuperficies eſt alba, ſoluens infert{neq; itaq; id omne}q d.non omne, qđ per ſe alicui ineſt, quiditas eius eſt cui ineſt,neq;.n. perinde quiditatem in ſuis indiuiduis ineſſe dicimus,vt album in ſuperficie. propterea ſubdit{non.n.ſic per ſe} ſubaudi vnumquodq; eſt quiditas{vt ſuperficies eſt alba}vel ſic{nõ.n.ſic per ſe}ſubaudi quiditas eſt in ſuis indiuiduis { vt in ſuperficie eſt album. non.n. ſuperficiei eſſe eſt eſſe ipſius albi}.i.non .n.album ita ineſt ſuperficiei ſicuti quiditas ineſt indiuiduis.qm̃ ipſorum vnumquodq; quiditas eſt: & quoniam hęc in vnoquoq; perfecta natura ineſt.albedo autem ſuperficiei per ſe.i.primum ac ſine medio ineſſe dicitur. vnde quia albedo in ſuperficie primum habetur, quæ ſuperficies in corpore eſt, iccirco albũ corpus eſſe dicitur.album igitur non ſic in ſuperficie per ſe eſt, vt quiditas in ſuis indiuiduis. itaq; Socrati eſſe dixit, eſſe homini eſſe, dicens homini eſſe in datiuo caſu quiditatem, quæ per nomen homo ſignificatur. eſſe autem ſuperficiei non eſt eſſe albo.alia eſt.n.ſuperficiei quam albedinis natura.non item Socratis natura,& eius quiditatis,quæ nomine homo ſignificatur, diuerſa, ſed eadẽ eſt.ergo ſm expoſitionem hanc,quæ Alex. eſt, Ariſto. infert quiditatem, quæ ſingulis per ſe ineſt, non ineſſe eis per ſe,vt per ſe accipitur pro immediate: eo modo, quo album per ſe ineſt ſuperficiei,& quod non ſit idem quiditatem per ſe ineſſe indiuiduis,& album per ſe ineſſe ſuperficiei, oſtendit, alioquin eſſe ſuperficiei eſſet idem quo eſſe albo,veluti eſſe Socratis eſt idẽ quod eſſe homini:quod falſum eſſe ſupponit, cum album & ſuperficies ſint in diuerſis prædicamentis. vel aliter dici poteſt quod cum concluſiſſet ipſum quid erat eſſe prædicatum eſſe per ſe,& cum prædicatũ per ſe ſit aut primo,aut ſecundo modo dicendi per ſe, nunc ex declaratis inferat quid erat eſſe,non eſſe prædicatum per ſe ſecundo modo,& hoc infert dicens {neque itaq; id omne}. i. neq; quiditas eſt prædicatum per ſe ſm omnem modum per ſe eorum, de quibus prædicatur: quia nõ prædicatum per ſe ſecundo modo, & hoc oſtendit per exemplum, quia non ſit per ſe,vt album de ſuperficie, de qua prædicatur per ſe ſecundo modo, vnde inquit {non enim ſic per ſe} ſubaudi vnumquodq; indiuiduũ eſt quiditas{vt ſuperficies eſt alba}quę per ſe ſecundo modo eſt alba. quod autem quiditas non inſit indiuiduis,ſicut album ſuperficiei, oſtendit, qm̃ quiditas ſic ineſt indiuiduis, vt vnumquodq; ſit idem illi ſm eſſe. tunc quaſi minorem addens dicit {nõ enim ſuperficiei eſſe eſt eſſe ipſius albi}.i.ſed ſuperficies non idem albo ſm eſſe.igitur quiditas non eſt indiuiduis, ſicut album ſuperficiei, ſed ſm hanc expoſitionem oporteret ſup-

ponere album ineſſe ſuperficiei per ſe ſecundo modo, quod ipſe non aſſerit quinto huius, vbi dicit album per ſe ineſſe ſuperficiei, quatenus in ea primum eſt aptum fieri, vbi Auer. ait albũ p ſe ineſſe ſuperficiei, quia ineſt illi ſine medio: & ſic videtur tutior Alex. expoſitio. põt etiam defendi hæc expoſitio dicendo album ineſſe ſuperficiei per ſe ſecundo modo dupliciter, & vt quinto huius loquitur de per ſe ſecundo modo pro eo, quod ineſt ſine medio, & per ſe ſecundo modo, vt loquitur primo analyticorum poſteriorum pro eo, quod ineſt alicui ſubiecto, quod ponitur in eius definitione, nam ſuperficies etiam ponitur in definitione albi. dicitur. n. album extremitas perſpicui in corpore terminato, vbi per extremitatem ſuperficiẽ intelligitur, & ſic vtroque modo expoſitio poteſt verbis conuenire. Auer. autem velle videtur Ariſt. intendere, quod ſermo conſtans ex aliquo vno ſolo accidente per accidens non ſit definitio, & hoc oſtendit, qm̃ eo conceſſo omnia accidentia per accidens, quæ de eodem ſubiecto prædicantur, eſſent eiuſdem naturæ conſequentiam oſtendit, ſupponendo de eodem ſubiecto plura accidentia per accidẽs prædicari poſſe, vt de Socrate prædicantur eſſe muſicum, & eſſe in loco. & ſupponendo etiam quod definitio declaret ſubſtantiam rei, & quod partes definitionis ſint vnum ſubſtantialiter, & per ſe, & inter ſe, et cũ definito. tunc argumentatur, ſi accidentia per accidẽs ſint definitiones ſubſtantiæ, tunc eſſent eadem ſpecie cum ſubiecto, & inter ſe, & ſic eſſent eiuſdem naturæ. argumentum patet ex ſuppoſitionibus. & ita fiet, vt eſſe muſicum, & eſſe in loco eſſent eiuſdẽ naturæ, & omnino eadem inter ſe. immo fiet, vt nouem prædicamẽta ſint eiuſdem naturæ cum ſubſtantia. qm̃ ſm hanc poſitionem nouem prædicamenta erunt vel differentiæ ſubſtantiales, vel definitiones ipſæ. ſic igitur Auer. vult, vt Ariſto. oſtenderit definitionem non eſſe ſermonem compoſitum ex aliquo vno per accidens accidente. & qm̃ hæc nullo modo videtur conſona verbis Ariſt. addit talia accidentia per accidens nec eſſe definitiones, nec vniuerſalia per ſe prædicata, vel forte, vt inquit, intendit Ariſt. dicere prædicata per accidens non eſſe vniuerſalia ſubſtantialia hoc eſt ſecundas ſubſtantias, de quibus in prædicamentis, quæ omnia ſunt ſua commẽta, non autem ad dictionem Ariſtotelis.

Com. 32.

Qua. Auer. Com. 11.

At uero neque eſſe eſt id, quod ex utriſque conſtat, ſuperficies alba uidelicet. propter quid? quoniam ineſt hæc. in qua igitur ratione dicente ipſum non inerit ipſum, hæc ratio quiditatis erit uniuſcuiuſque. quare ſi eſſe ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei ſemper eſſe albo leuiq; unum & idem eſt.

Cum expoſuiſſet quiditatem non ineſſe indiuiduis, ſicut album ineſt ſuperficiei, nunc exponit quiditatem nõ eſſe id, quod ex vtriſq; conſtat, hoc eſt ſicut ſuperficies alba: quæ eſt quoddam cõpoſitum ex ſubiecto, & accidente. quare autem Ariſt. hoc oſtendat, eſt quia quiditas explicatur ſermone compoſito, igitur ipſa videtur eſſe compoſitum quippiam, vt ſuperficies alba compoſitum quoddam videtur. oſtendit ergo quiditatem non eſſe compoſitum quippiam ex ſubiecto, & accidente, ſicut eſt ſuperficies alba, & primo proponit hoc, & dicit {at vero neque eſſe}. i. quiditas ſuperficiei {eſt id, quod ex vtriſq; conſtat}. ſ. ex ſubſtantia & accidente, quale compoſitum {videlicet} eſt {ſuperficies alba} vel poteſt clarius exponi, ꝙ velit Ariſto. oſtendere quiditatem alicuius non eſſe compoſitum ex ſubiecto cuius eſt quiditas ſiue ex definito, & aliquo accidente illi ſubiecto definito, verbi gratia ꝙ quiditas ſuperficiei non ſit ſuperficies alba, & quod quiditas hominis non ſit homo diſciplinæ capax: ſicuti poſſet alicui videri, ex eo, quia ſæpe explicamus quiditatem alicuius ſubiecti definibilis per ſubiectum definibile, & accidens illius ſubiecti, veluti cum dicimus naſum Socratis eſſe naſum cauum. intendit igitur oſtendere Ariſt. quiditatem alicuius ſubiecti definibilis non eſſe compoſitum quippiam ex ſubiecto definibili illo, & accidente ſubiecti, vt quod quiditas ſuperficiei non ſit ſuperficies alba hoc eſt quod ſuperficies non ſit ſuperficies alba, nec homo ſit homo diſciplinæ capax: hæc intentio aperte patet in dictione, ideo Alex. exponens inquit {at vero neq; eſſe} ſcilicet ſuperficiei {hoc eſt quod eſſe ſuperficiei albæ} qm̃ ſuperficies nõ idem eſt, quod ſuperficies alba. igitur ſm hanc expoſitionem Ariſt. intendit oſtendere quiditatem alicuius ſubiecti definiti nõ eſſe illud ſubiectum cum aliquo accidente illi ſubiecto. hæc. n. eſt expoſitio intentionis. deinde aſsignat rationem, & procedit interrogando, & reſpondendo more dialectico, vt innuat ſe loqui dialectice, & dicit {propter quid} ſcilicet quiditas ſuperficiei non eſt illud compoſitum, ſuperficies alba. i. propter quid definitio alicuius ſubiecti definibilis non eſt cõpoſitum ex illo ſubiecto & aliquo accidente illius ſubiecti, verbi gratia propter quid definitio naſi Socratis non eſt hoc compoſitum naſus cauus, vel naſus ſimus, vel tale quippiam compoſitum ex naſo, & accidente naſi. hæc eſt interrogatio. deinde reſpondet, & dicit {qm̃ ineſt hæc}. ſ. ſuperficies in definitione illius compoſiti, ſuperficies alba. nam ſuperficies alba ſic definitur, quod ſit ſuperficies colorata colore diſgregatiua viſus, vel quod ſit ſuperficies diſgregatiua viſus: at fieri nõ poteſt, vt ſubiectum definiatur p id, in cuius definitione ipſum ſubiectum ponitur: & quia ſuperficies ponitur in definitione illius compoſiti, ſuperficies alba, igitur ſuperficies non poteſt definiri p illud cõpoſitum, & ſicuti dico de ſuperficie, ita quoq; de omni alio id genus intelligo. & per verbum {hæc} ſuperficiẽ, quæ definitur, innuit, & omne definibile ſubiectum id genus. qm̃ cum hominem definimus, non aſſumimus hominẽ ad hominis definitionem. neq;. n. hominem definiẽtes dicimus, homo eſt homo animal pedeſtre bipes, vt ſuperficiẽ albam definientes ad eius definitionem ſuperficiem ipſam accõmodamus. nam ſuperficiem albam ſuperficiem in ſe colorem viſionis diſcretiuum habentem eſſe definimus. itaq; ſuperficiẽ in ſuperficiei albæ definitione complectimur errat. n. ſiquis nõ aſſumpta ſuperficie, ſuperficiem albam definiri poſſe putat ad hunc modũ: ſuperficies alba eſt color viſus diſgregatiuus viſus. hæc. n. albedinis, non ſuperficiei albę definitio eſt. His explicatis, cõcludit duo. Primum, vt ea definitio cuiuſq; ſit in qua ratione dicẽte, ac explicante ipſum definitum, non ineſt ipſum definitum. in hominis. n. ratione, quæ homo quid ſit exponit, non ineſt homo. & dixit {in qua igitur ratione dicente ipſum}. i. explicante ipſum definitum per ſe, & eſſentialiter. i. eſſentiali & quiditatiua {nõ inerit ipſum} ſcilicet definitũ {hęc ratio quiditatis erit vniuſcuiuſq;} cuius videlicet aſsignatur. & cum dixit ἐν ᾧ λόγῳ. i. in qua ratione intellexit in cuius rõne, accepit. n. {qua} pro cuius: & hoc ſecundum modum loquendi græcorum, quo etiam modo in elegantijs vtimur nos latini, vt Terentius.

Expoſitio certior.

Quas credis has, non ſunt veræ nuptiæ,

Hoc eſt hæ quas credis, non ſunt veræ nuptiæ. Vtimur .n. relatiuo eodem in caſu, quo ſubſtantiuum ponitur, licet ſenſus ſit alius. Hæc quo ad conſtructionē. Secundum quod concludit eſt vna cõditionalis, videlicet quod ſi eſſe ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei ſemper, ideſt, ſi quiditas ſuperficiei ſit illud compoſitum ſuperficies alba, tũc eſſe albo, & leui idem eſt, & dici {quare ſi eſſe ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei ſemper}.ſ. ſimpliciter, & abſolute, ita vt alba ſuperficies ſit quiditas ſuperficiei omnino, itaque ſimpliciter { eſſe albo & leui vnũ & idem eſt} oſtenditur, quoniam leuitas eſt ita prædicatũ de ſuperficie, ſicuti album de eadem: igitur qua ratione ēt ſuperficiei ſimpliciter, erit eſſe ſuperficiei leuis idē vnũq; cum eſſe ſuperficiei ſimpliciter & ſic albo & leui idem & vnum eſſe erit tenet argumentũ, quia ambo illa ſunt eadē eidem ſuperficiei ſimpliciter: igitur eadem inter ſe. hæc dictio ſi ſic legitur, vt in græcis Boethij codicibus ſcribebatur, nullam obſcuritatem continet. Sed in codice noſtro, quem Alex. habebat ſic legitur {quare ſi eſſe ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei leuis, eſſe albo, & leui vnum, & idem eſt} Et licet Alex. laboret in exponenda hac dictione, ego puto Ariſt. vnum ſupponere, & alterum inferre, ſupponit. n. quiditatem ſuperficiei albæ & quiditatem ſuperficiei leuis eſſe vnam, & eandem, & hoc ſupponit tanquam ſequens ad eos, qui dicerent quiditatem ſuperficiei albæ eſſe eandē cum quiditate ſuperficiei ſimpliciter. nã ſi quiditas ſuperficiei albæ eſt eandem cum quiditate ſuperficiei ſimpliciter pari ratione quiditas ſuperficiei leuis erit idē cum quiditate ſuperficiei ſimpliciter, quod ſi hæc erunt eadem eidē ſuperficiei ſimpliciter, erunt eadem inter ſe, ſupponit ergo tanquam ſequens eſſe ſuperficiei albæ eſſe idem cum eſſe ſuperficiei leuis, vt deductum eſt ad eos, qui dicerēt eſſe ſuperficiei albæ eſſe idem & vnum cum eſſe ſuperficiei ſimplr. Hoc ergo ſuppoſito, dat ſcd'm & inferet conditionalem, & dicit {quare ſi eſſe ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei leuis } ſubaudi ſicut oportet eos aſſerere, qui putant eſſe ſuperficiei albæ eſſe vnum & idem cum eſſe ſuperficiei ſimpliciter, tunc {eſſe albo & leui vnum, & idem eſt} & ſic patet conditionalis, cuius conſequens ſi deſtrueretur, ſequitur primum videlicet antecedens eſſe deſtruendum, vt quod non ſit eſſe albæ ſuperficiei idem quod eſſe ſuperficiei ſimpliciter: quod eſt intentum. Auer. autem propter malas tranſlationes non eſſet referendus, tñ in dictione, quæ correſpondet huic noſtræ, balbutire videtur. primo quod prædicatum ſecundi modi, qualia prædicata ſunt per ſe accidentia, non ſunt definitiones ſubiecti, cuius ſunt per ſe accidentia. & primo oſtendit vnum per ſe tale accidens non eſſe quiditatem ſubiecti, cuius eſt. quoniam cum dixerimus, ſuperficies eſt alba, albedo non eſt quiditas ſuperficiei, veluti cum dicimus animal eſt rationale, rationalitas eſt quiditas animalis. i. hominis, animal. n. pro homine dixit. deinde oſtendit quod nec ſermo compoſitus ex pluribus accidentibus per ſe, nec ex vno per ſe accidente & eius ſubiecto ſit quiditas ſubiecti. Et breuiter ſua ratio eſt, ſi quiditas eſſet quid compoſitum ex ſubiecto illius, & per ſe accidente ſubiecto, vt ſuperficiei, ſuperficies alba, tunc in definitione eſſet nugatio. quoniam ponendo rationes loco nominum ſubiectum poneretur bis. nam in ratione albi ponitur ſubiectum ſemel & ponitur etiam alios per ſe igitur ponet etſi loco ſubiecti ponetur ſua definitio, ponetur definitio ſubiecti bis, ſemel loco ſubiecti, ſemel in definitione albi. Si. n. diceremus, quod ſuperficies alba ſit ſuperficiei quiditas. cum loco albi poneretur ſua definitio, dicendo album eſt ſuperficies diſgregatiua viſus, tunc vniuerſa ſuperficiei ſuperficies eſſet, ſuperficies ſuperficies, diſgregatiua viſus, & ſic eſſet nugatio. Etſi dubitaueris, quod à pari poſſet accidere nugatio in definitione illa, quæ eſt animal rationale, reſpondet negando argumētum. quoniam licet definitio hominis ſit ex animali & rationali. non tamen accidit nugatio, quoniam nec animal per rationale, nec rationale per animal definitur. Eſt rationale homo aptus ratiocinari, hæc Auer. Quæ quàm aliena ſint à mente verborum, non opus eſt exponere, quoniam qui parũ fuerit eruditus in græcis verbis, aperte noſcet hæc eſſe omnino remota: & à verbis, nec à verborum intentione: bene tñ dubitatione dignum fuerit vtrum in definitione proprij accidentis cadat ſubiectum. nã ex hoc argumento Auer. relinquetur, ſi ſubiectum poneretur in definitione accidētis, eſſe nugationem dicere naſum ſimum, cũ ſimũ naſum includat. & ita naſus eſſet bis dictus, ſemel quidē in ſe, & ſemel in ſimi definitione. Sed hoc petēdum eſt à dilucidario Septimo libro. Colligit autem Auer. perfectam definitionem eſſe, quæ conſtat ex prædicatis, quæ dicuntur in quid de definito, cũ hoc quod in ea nihil ſit poſitum per additamētum, per hoc. n. vt inquit differt definitio ſubſtantiæ à definitione accidentis. vnde breuiter tandem ait ſermonē, in quo non inuenitur ens, de quo interrogetur per quid. i. in quo nõ reperitur ſubſtantia ſingularis, de qua interrogatio fit per prædicata in quid, hunc ſermonē eſſe definitionē perfectam, modo det cauſam rei quiditatiuam, & eſſentialem rei cuiq;, Quæ omnia ſunt præter verba Ariſto. vt conſideranti patet volui tamen ea referre errore eorũ, qui afficiuntur verbis Auerrois.

Qua Auer. com. 11. — *Diſputatione tertia cap. 5. In ſolutione ad tertium.*

CAP. III.

De Quodquid eſt ſubſtantiarum.

Cum autem ſint & in cæteris prædicamentis compoſita, eſt enim aliquod ſubiectum unicuiq;, ut quantitati, & qualitati, & quando & ubi, & motui: conſiderandum nimirum eſt, ſi quiditatis uniuſcuiuſq; ipſorum ratio ſit, & ſit ipſorum etiam quiditas, ueluti albo homini quiditas albi hominis. Sit itaq; nomen ipſi poſitum ueſtimentum, quidnam ſit ueſtimenti eſſe. TEX. 12.

Cum cæpiſſet diſſerere vtrum ſubſtantiarum ſenſibilium, quæ compoſitæ ſunt, ſit aſsignare quiditatē, & logice diſſereret, quod ſic. nunc quærit vtrum ceterorum nouem prædicamentorum ſit quiditas. & cauſam dubitationis aſsignat, quia dictum eſt ſubſtantiarũ eſſe quiditatē, quoniam ſunt compoſitæ: at cætera eſſe compoſita, exponetur. Secundo vtrum talis quiditatis ſit ratio definitiua. Alex. continuat ſic, poſtquam ſuperficiem idē, quod ſuperficiem albam eſſe negauit, neq; ſuperficiei eſſe, & eſſe ſuperficiei albæ idē eſſe dixit, quæſtionē proponit dicens, & ſuſpenſiue legas vſq; ibi { conſiderandum, cum autem ſint & in cæteris prædicamētis compoſita} cuius rationem interponit, dicens {eſt enim aliquod ſubiectum vnicuiq;}.ſ. talium prædicamentorũ {vt quantitati & qualitati, & quando, & vbi, & motui} .i. actioni, & paſsioni, quod ſubiectum ſubaudi ſe habet, vt materia, & eſt ipſum accidens, quod ſe habet, vt forma: ergo in cæteris prædicamentis poſſumus aſsignare quædam compoſita, vt ſit ſyllogiſmus, compoſitio-

ſitorum eſt quiditas:quantũ,quale.& id genus eſt cõpoſitum:igitur concludens quæſtionem dicit{conſiderandum nimirum eſt, ſi quiditatis vniuſcuiuſq; ipſorũ ratio ſit}.ſ.quæ exponat quiditatem{&} ſi{ſit ipſorũ}.i.cuiuſq;{ipſorum quiditas.veluti albo homini quiditas}ſit{albi hominis} melius dictio legeretur tranſpoſitæ ad hunc modum conſiderandum nimirum eſt, ſi ſit cuiuſq; ipſorum quiditas,& ſit cuiuſq; quiditatis ipſorum ratio} vt ſint duæ quæſtiones, & vtrum cuiuſq; ipſorum ſit quiditas, & vtrum quiditatis cuiuſq; ratio quæ quiditatem explicat.& pro parte affirmatiua tetigit rationem,quia compoſitorum eſt quiditas,& quiditatis ratio. vnumquodq; prædicamentorum eſt compoſitum : igitur cuiuſq; prædicamenti eſt quiditas,&quiditatis ratio.Sed qm̃ definitiones nominũ ſunt, nõ orationum,ne quis albi hominis definitionem negare poſſit,propterea ꝙ oratio id ſit, non nomẽ idcirco ait {ſit itaq; nomen ipſi}.ſ.albo homini{poſitum veſtimẽtum}& tunc quæratur{quidnam ſit veſtimenti eſſe}.i. quiditas.i.vtrum veſtimenti hoc eſt hominis albi quiditas eſt, & quiditatis etiam ratio, an nec hæc habetur, nec illa.Auer.autem licet multa verba protulerit, vult tãdem has quæſtiones eſſe,quas Ariſt.intendit,& vtrũ compoſitum ex ſubiecto & accidente habeat definitionem,& vtrum ſit definibile. & quia has quæſtiones intendere Ariſt.arbitratur,ideo putat Ariſt.velle declarare compoſita ex ſubiecto & accidente non eſſe definibilia, & ob hoc nec accidẽtia eſſe definitiones ſuorum ſubiectorum.Mouiſſe vero has quæſtiones aſſerit,qm̃ ſicut in compoſitis ſubſtantijs ſunt hæc duo videlicet definitio,& definibile,ita & in compoſitis ex ſubiecto & accidente hæc duo competere videntur. Si quis aũt poterit has qõnes dictioni applicare,faciat ꝓ arbitrio. Nobis aũt viſum eſt exponere eo modo, quo diximus.

Quæ.Auer. Com. 12.

At uero neque hoc eſt ex eorum numero, quæ per ſe eſſe dicuntur.

Alex.cum quo expoſitores concordant,putat Ariſt. hic ſoluere quæſtionem de veſtimento : nam cum dixiſſet Ariſt.homini albo eſſe imponendùm vnum nomen.ſ.veſtimẽtum, quæſiuiſſetq; vtrum veſtimenti ſit quiditas,& quiditatis definitio,nunc vult Alex.vt ſoluat, & dicat ꝙ non etiam ſi homini albo vnum nomen poſitum eſſet,& rationem explicans dicit{at vero neq; hoc}.ſ.veſtimentum {eſt ex eorum numero quę per ſe dicuntur}cum ſignificet ens per accidens.Cum.n.veſtimẽtum non ſignificet ens per ſe, non videtur eſſe ex eorum numero,quæ definiuntur, Cum.n.homo albus per ſe non ſit, nec per ſe conſiſtere valeat, ſed perinde ſit in homine, vt Socrates muſicus in Socrate, quonã modo hominis albi poteſt eſſe definitio, cuius ſi qua ſit definitio,quiditas quoq; habeatur oportet.i.natura quæ ipſa per ſe conſiſtat, & per definitionem explicetur. Ego vero pace tantorum virorum dixerim, puto Ariſt.hic argumentari ad oppoſitum,nam cum argumentatus ſit ꝙ homo albus, quod nomine veſtimenti dicitur,ſit compoſitum,intulit eius eſſe quiditatem, & quiditatis rationem, nunc argumentatur ad oppoſitũ ex eo,quia veſtimentum, quod ſignificat hominem album, nec ſit ens per ſe nec pars ſit entis per ſe : igitur eius non eſt quiditas,& dicit{at vero neq; hoc}. ſ. veſtimentum{eſt ex eorum numero quæ per ſe eſſe dicũtur}licet ſit vnum nomen: igitur eius non erit quiditas & quiditatis ratio.& ſic pro vtraq; parte argumentatus eſt ad quæſtionem. Deſignat hanc expoſitionem verbum{at vero}q̃ nota aduerſandi eſt, & verbũ ſequens {an}quę nota eſt ſoluendi,quare melius ſic exponitur.

An id,quod non per ſe eſt,dupliciter dicitur,& huius aliud quidem eſt ex additione, aliud uero non ex additione. nam quod definitur, aliud quidem dicitur ex eo, quia ipſum alteri additur ut ſi albo eſſe definiens, albi hominis rationem dicat. aliud ex eo, quia alterum ipſi. ueluti ſi ueſtimentum hominem album ſignificet,ipſum autem ueſtimentum,ut album definiat. Albus igitur homo eſt quidem albus, nõ tamen ipſius quiditas eſt albi hominis, ſed ueſtimenti.

Per verbum illud{An}denotatur Ariſt.nunc ſoluere quæſtionem:& primo præmittit diſtinctionem eius, quod non dicitur ens per ſe,& dicit{an id,quod non ꝑ ſe eſt, dupliciter dicitur, & huius aliud quidẽ eſt ex additione,aliud vero non ex additione}ex additione quidem eſt homo albus. quod alio nomine dicitur aggregatum per accidens,& concretum expreſſum,ſiue explicatum.Aliud vero nõ ex additione,vt album, quod dicitur concretum implicitum, vel connotatiuum aut intelligitur diſtinctio ad hunc modum {an id quod non per ſe eſt}ideſt quod non eſt ſimplex {dupliciter dicitur, & huius}quod non eſt ſimplex{aliud quidem eſt ex additione}.i. definitur per additamentum{aliud vero non ex additione}compoſitum accidentale definitur ex additione,compoſitum vero in ſubſtantia definitur non per additionem. per id enim quod non eſt per ſe,cõpoſitum intelligit, nam ſimplex hic per ſe dicit,compoſitum vero dicit non per ſe.deinde exponit membra & dixit{nam quod definitur,aliud quidem dicitur ex eo,quia ipſum alteri additur}.i. quia ipſum nõ definitur per additamentum, ſed potius alterum definitur additamento ſui. & affert exemplum,& dicit {vt ſi albo eſſe}.i. vt ſi ipſum album definiens {albi hominis rationem dicat}. i. ipſum hominem addat in eius definitione ad hunc modum album eſt homo diſgregans viſum. vel rationem hominis addat ad hunc modum, album eſt animal bipes rationale diſgregans viſum. hoc pacto homo dicitur id quod definitur non ex additione,quia in eius definitione non additur aliquid alterius prædicamenti,ſed potius hõ additur in ratione rei alterius prædicamenti, vt in ratione albi. vno igitur modo aliquid definitur non per additamentum, hoc eſt non per rem alterius prædicamenti, & hoc pacto definiuntur compoſita in ſubſtantia, vt homo, leo, & cætera id genus. deinde aſſignat ſecundum membrum, & dicit{aliud}ſubaudi definitur{ex eo,quia alterum}.i.quia res alterius prædicamenti{ipſi}ſubaudi additur. & ſic definitur omne accidentale concretum, vt album,vt lucidum,vt dulce, & cætera id genus.vnũquodq;.n.horum definitur per additamentum.i. additione ſubſtantiæ:quæ eſt res alterius prædicamenti. ipſe tamen per exemplum veſtimenti exponit, quod ſignificat idem,quod album,& dicit {veluti ſi veſtimentum hominẽ albũ ſignificet} ſic.n. idem erit quod album{ipſum autem veſtimentum,vt album. definiat} nã in hoc caſu veſtimentum definietur per additamentum,veluti ipſum album. recte igitur patet duplex eſſe compoſitum vel concretum, aut in ſubſtantia, & hoc non definitur per additamentum, ſed per res ſui generis,aut in accidente, & hoc definitur per additamentũ ſubſtantię.explicata hac partitione.reſpondet ad quæſtionem, & vult quòd aggregatum per accidens non habeat quiditatem,nec definiatur, ſed bene concretũ,

& dicit {albus igitur homo} quod eſt aggregatum per accidens {eſt quidem albus} ſed non ſolum. eſt.n. accidens & ſubſtantia { non tamen quiditas eſt ipſius albi hominis}.ſ.aggregati per accidens {ſed veſtimenti}. i. ſed concreti.eſt. n. differentia inter concretum aggregatum per accidens.nam aggregatũper accidens ſignificat vtrũq; æqualiter.ſ.ſubſtantiam & accidens. concretum autem ſignificat ſolam formã accidentalem, connotando tamen ſubiectum.eſt igitur ſolutio, ꝙ cæterorum prædicamentorum ſit quiditas, & definitio, quatenus vnumquodq; eorum accipitur in concreto, non autem quatenus accipitur,vt aggregatum per accidens. Verum hæc eſt differentia.inter ſubſtantias, & accidentia,ꝙ concretum ſubſtãtiale non definitur per additamentum,concretum accidentale vero per additamentum.hæc videtur mihi expoſitio, licet Alex. obſcure ſit locutus,nec per eius verba dictio aperte intelligatur.

Qua Auer. Comẽ 12. Auer. autem in calce ſuæ enarrationis præſentis dictionis declarat cauſam, quare in definitione hominis.i.in definitione cuiuſq; ſubſtantiæ cõpoſitæ non addatur alterum.i.res alterius prædicamenti,& cauſam affert ex eo,qm̃ ſignificatum hominis, vel cuiuſq; ſubſtantiæ compoſitę eſt quoddam compoſitum ex duobus,quorum alterum eſt commune ſcilicet genus & alterum propriũ ideſt differentia, de qua dicitur genus, vel eſt compoſitum,in quo alterum de altero prædicatur,ita vt natura primi hoc eſt generis ſit natura ſecũdi.ſ.differentiæ, & congregatum ex illis erit totum, & per ſe vnum, quia igitur ſignificatum hominis eſt hoc pacto compoſitum,& per ſe vnum,ideo definitur per prædicata proprij generis, & non per additionem. & addit hoc non inueniri niſi in ſubſtantijs, & propterea ſolæ ſubſtantiæ per ſe definiuntur. Quæ licet hæc,quæ

Cõm. 37. Auer.ait,non faciant ad expoſitionem dictionis,tamẽ etiam ſunt ambigua, qm̃ Auer. in hoc ſeptimo aſſerit eſſe formarum,& non cõpoſitorum ex materia, & forma.

Diſputatione quinta. Solutione dubii tertii. Cõm. 37. Soluimus lib. Deſtructio deſtructionum ꝙ ſit triplex definitum,per ſe primum, & hoc eſt forma vniuerſalis concretiue ſumpta, quam hæc ſignificant homo, animal, equus, & id genus.de huiuſmodi definito loquitur in hoc ſeptimo, cum ait definitionem eſſe formæ vniuerſalis, & non congregati ex materia, & forma quoddam eſt per ſe non primo, & ſic omnia compoſita ſingularia,vt p terminos cões ſignificãtur, ſunt per ſe definibilia,non tamen primo,ſunt autem hæc vt mixtum ex elementis, compoſitum, & id genus, & de

Cõm. 40. Cõm. 21. Cõm. 9. hoc loquitur ipſe in hoc ſeptimo,cũ ait,nõ ꝙ ipſa definitio,quæ eſt forma, ſit ipſum definitum, quod eſt hñs formã,quod & octauo huius repetit. Tertio modo accipitur definitum pro eo, quod definitur per accidens & ſic ſingularia ipſa compoſita,vt per ſingulares terminos ſignificantur,definiuntur per accidens,vt Socrates

Cõm. 35. & Plato,vt dicet ipſe poſtea,& ſic tollitur cõtradictio.

Quiditas enim quiditas eſt. ὅ περ γὰρ τὶ ἐστὶ τὸ τὶ ἦν εἶναι. quod enim aliquid eſt,hoc eſt quiditas. Proprie. ὅ περ. Quodquidem.

Eſt ne igitur quiditas quædam, aut ſimpliciter? an non eſt. quiditas enim quiditas eſt. cum autem aliud de alio dicitur,non eſt proprie hoc aliquid, ut albus homo non eſt proprie hoc aliquid, ſi ipſum hoc aliquid ſubſtantijs tamtummodo competit.

Multifariam hæc dictio poteſt intelligi, vno modo vt Alex.eam intelligit,nam cum in lib.Poſter.traditum ſit quęſtionem an eſt præcedere quæſtionem quid eſt, idcirco Alex.vult, vt quærat vtrum aliqua entium quiditas habeatur,aut aliqua aut ſimpliciter,an nulla prorſus:vnde dicit {Eſt ne igiť quiditas} ſubaudi de numero entium aut {quædã,aut ſimpliciter,an nõ eſt} ſubaudi quiditas in numero entiũ nec ſimpliciter, nec q̃dam vt ſit quæſtio,vtrum quiditas aliquo modo ſit,an prorſus nullo modo eſt quiditas inter entia. Secundo modo poteſt exponi,vt referatur hoc,quod quærit,ad ꝓxime dictum, nam ſit albi hominis non eſſe quiditatẽ, ſed bene albi:quærit nunc { eſt ne igitur aggregati per accidens,vt albi hominis} quiditas quædam, quæ non ſit ſimpliciter quiditas {aut ſimpliciter}.i.vtrum aggregati per accidens ſit quiditas ſaltem aliquo modo, aut eſt quiditas ſimpliciter, & tunc verba illa { an non eſt} ſunt nota ſolutionis.q.d. ꝙ nec eſt quiditas quædã albi hominis nec quiditas ſimpliciter, & ita nullo pacto aggregati per accidens eſt,quiditas. poſſet exponi alijs modis,ſed non curo. Si ſequemur expoſitionem Alex. ſoluit Ariſt. hanc quæſtionem parte illa {quiditas enim eſt quiditas} q̃ vis in dictione Alexan. ſic legatur ὅ περ γὰρ τὶ ἐστὶ, τὸ τὶ ἦν εἶναι.i. {quod enim aliquid eſt,hoc eſt quiditas} & ipſe exponit. i. {quiditas eſt cuiuſq; ſubſtãtia } per quæ vult habere pro reſponſione, ꝙ quiditas ſit in numero entium.nam ſi quiditas eſt ſubſtantia ſingularium,cum ipſa ſingularia ſint in rerum natura,dubium eſſe non debet,quin de numero entium quiditas habeatur.deinde ſequitur illa particula {cum aũt aliud de alio dicitur} & Alex.vult,ꝙ cum ex hac ſolutione habeatur quiditatem omnem,quæ ſubſtantiæ eſt,eſſe entis ꝑ ſe,ideo ſubdit {cum autẽ aliud de alio dicitur}. i. cum autem aggregatũ per accidens ſit ex duobus quorum aliud de alio dicitur. i. diuiſum de diuerſo, ſed ſit ens per accidens,& non per ſe,tale aggregatum per accidens {non eſt proprie hoc aliquid}.i.quiditas,& definibile ꝑ ſe {vt albus homo,nõ eſt proprie hoc aliquid} .i.proprie quiditas, & per ſe definibile {ſi ipſum hoc aliquid}.i.ſi ipſa quiditas,& definibile {ſubſtantijs tãtum competit} Hoc enim ſequi ex ſolutione oſtendit Alex. ſic argumentans,ſi hoc aliquid ſubſtantijs ineſt.i.ſi quiditas eſt ſubſtantia,homo albus non eſt ſubſtantia, ſed accidens.homo albus igitur non eſt quiditas. At ſi ſequamur expoſitionem ſecundam,dicemus Ariſt. ſoluere quęſtionem ibi {an non eſt} vt ſit ſolutio,ꝙ aggregati per accidens nullo pacto ſit quiditas, nec ſimpliciter,nec quędam.& aſſignans rationem dicit {Quiditas enim quiditas eſt} .i. ratio ſolutionis eſt ꝙ ſit ſubſtantia ipſa quiditas:& non accidens {Cum autem aliud de alio dicitur}.i.cum autem aggregatum per accidens,in quo aliud de alio dicitur {non eſt propriæ hoc aliquid} .i.ſubſtantia {vt albus homo non eſt hoc aliquid proprie}.i.ſubſtantia {ſi}.i.quia {ipſum hoc aliquid ſubſtãtijs tantummodo competit} ſit, vt albi hominis nullo pacto ſit quiditas. &, vt dico de albo homine,ita dico de quolibet aggregato per accidens. vtraq; expoſitio conſonat dictioni.

Quare quiditas eſt eorum, quorum oratio definitio eſt. TEX. 13.

Prima expoſitio. Ex cunctis,quæ dixit.manifeſto concludit. vt Alexan.inquit,quiditatẽ eſſe eorum,quorum eſt definitio & dicit {Quare quiditas eſt eorum quorum oratio}.i. explicatio,& commemoratio eorum,quæ per ſe,ac eſſentialiter ipſis inſunt { definitio eſt } & qm̃ hæc entia ſubſtantiæ proprie ſunt, ſit vt Alex.concludit, vt in ijs entibus tantum ſit quiditas, quæ ſubſtantiæ ſunt, aut

Secũda expoſitio. fortaſſe dici poteſt Ariſto. inferre ſolutionem ad argumentum, quo oſtendebatur, compoſitorum ex ſubſtantia,& accidente eſſe quiditatem.erat.n.argumentũ quorũ eſt oratio, eorum eſt quiditas. cõpoſitorum ex ſub-

ſubſtantia & accidēte eſt rō. ergo cōpoſitorum ex ſub ſtantia & accidere eſt quiditas.ſoluit negando maiorē dicens { quare quiditas eſt eorum, quorum oratio eſt definitio}& ſic negatur maior.non enim omniū,quorum eſt ratio,eſt quiditas,ſed omnium,quorum ratio eſt idem,quod definitio. ſic maior eſt ſimpliciter falſa ſed ſi limitetur, erit vera, ſed tunc minor neganda eſt. vtraq; expoſitio conuenit dictioni.

Definitio uero eſt, non ſi nomen idem, quod oratio ſignificat. omnes enim orationes eſſent utiq; termini. ſit enim cuilibet orationi idem. quare & Ilias definitio erit. ſed ſi alicuius ſit primi. talia uero ſunt ea, quæ dicuntur nō ex eo, quia aliud de alio dicitur.

Cum dixiſſet, quorū eſt quiditas, nam dixit eorum eſſe quorum oratio eſt definitio,nunc exponit definitionem,& vt Alex.inquit,ſenſus eſt, non omnis oratio idem, quod nomen aliquod ſignificans, eſt definitio: & hoc proponit,& dicit{Definitio vero eſt,non ſi nomen idem,quod oratio ſignificat}qui,vt Alex.inquit, cum dicere debere,definitio eſt,non ſi oratio idem.qđ nomen ſignificet,dixit{non ſi nomen idem, quod oratio ſignificet}tamen ſenſus eſt, non omnis oratio idē, quod nomen aliquod ſignificans eſt definitio, oſtēdat hanc concluſionem ex oppoſito inferendo oppoſitū q.d.ſi non eſt concluſio aſſignata vera, detur oppoſitum, & ſic, omnis oratio idem, quod nomen aliquod ſignificans erit definitio,& ita fiet,vt omnes orationes eſſent definitiones:& hoc ſubdit { omnes enim orationes eſſent vtique termini}. i. definitiones. qm̄ omnes orationes idem,quod nomen aliquod ſignificant, ſaltē ex impoſitione.cuius rationem ſubdit {ſit enim idem} .ſ. nomen impoſitum { cuilibet orationi}. i. ſit ex impoſitione, ꝙ omnis oratio ſignificet idem, quod nomen aliquod,& vbi ita eſt,fiet,vt omnis oratio ſignificans idem, quod nomen aliquod ſit definitio & ſic patet conſequentia. deinde deſtruit hoc conſequens ducens ad abſurdius,& dicit{quare & Iliades}.i.totū carmen de bello Troiano{definitio erit} nam totum illud carmen ſignificat idem,quod nomen illud Ilias. Patet igitur concluſio videlicet ꝙ non omnis oratio idem, quod nomen aliquod ſignificans ſit definitio, alioquin vniuerſum carmen de bello Troiano eſſet definitio, nam vniuerſum illud carmen idem ſignificat,quod nomen Iliadis. & per Iliadem vniuerſum carmen Homeri ſumpſit.deinde affert cōcluſionem affirmatiuam, & exponit orationem,quæ eſt definitio & dicit { ſed ſi alicuius ſit primi}.ſ.explicatiua, hæc oratio eſt definitio. nam ea oratio,quæ explicat prædicata eſſentialia, quæ ſpeciei eſſentiam conſtituunt, definitio eſt, vt animal bipes.Hæc.n.oratio ideo definitio eſt, quia explicat ea prima prædicata, quæ conſtituunt eſſentiam hominis. deinde qnænam prima vocet,exponit,& dicit{talia vero}.ſ.prima {ſunt ea,q̄ dicuntur non ex eo, quia aliud de alio dicitur} Sed quidem ei,de quo dicitur, eſt.nam cum dicimus album non primum de ſubſtantia prædicatum dicimus,quia non ipſam per ſe albedinem ſignificamus,ſed ſubſtantiam albedine præditā exempli gratia niuem,Socratem,aliudúe quippiam tale quod non eſt idem ſubſtantiæ, de qua dicitur, At cū dicimus animal vel bipes idem homini dicimus:igitur oratio,quæ talium prędicatorum eſt explicatiua,hæc eſt definitio. propterea ait{quæ dicuntur non ex eo,quia aliud}prædicatum{de alio} ſubiecto ſibi diuerſo {dicitur}vt album de ſubſtantia, ſed, vt animal vel rationale de homine. nam hæc oratio prima prædicata explicat.

Auerroes autem,ſic inquit,& definitio nō eſt omnis ſermo ſignificans illud, quod ſignificat nomen rei.i.& non omnis ſermo ſignificans illud, quod ſignificat nomen rei,eſt definitio,ſed neceſſe eſt cum hoc ꝙ ſermo conuenit nomini,vt ſignificet prædicabilia eſſentialia per quæ conſtituitur definitum. igitur vult, vt omnis ſermo, qui æqualis eſt nomini in ſignificando, & qui complectitur prædicata primi modi ex quibus conſtituitur ſignificatum nominis, hic ſit definitio. *Qua Auer. com. 13.*

Nulli ergo ſpecierum, quæ non ſub genere ſunt, quiditas competit, ſed his ſolum. hæ nanque non per partitionem, paſſionemue, neque ut accidens dici uidentur.

Ex ijs,quæ dixit,infert quorum non eſt quiditas, vt Alex.exponit,& dicit{Nulli ergo ſpecierum, quæ non ſub genere ſunt,quiditas competit } & per ſpecies, res intelligit, vt ſit ſenſus, nulli ergo rerum, quæ non ſunt ſub genere ſunt,quiditas competit, qm̄ præter generis ſpecies nullius eſt quiditas,deinde exponit quorum eſt quiditas,& dicit{ſed his ſolum}ſubaudi quiditas habetur, quæ generis ſpecies ſunt.non tn̄ ſequitur, vt omnium ſpecierum, quę ſub genere ſunt, ſit quiditas.qm̄ ab excluſiua non ſequitur vniuerſalis, niſi de terminis diſpoſitis.& ideo ſequitur,vt omnis quiditas ſit ſpecierum,quę ſub genere ſunt:& quia non omnium ſpecierum,quæ ſub genere ſunt, eſt quiditas, ideo exponit, quarum ſpecierum ſit quiditas,& dicit{hæ nāq; } ſpecies.ſ. quarum quiditas eſt { non per participationem, paſſionemúe dicuntur}.i. non quaſi accidentia prædicantur,& quaſi affectiones.quemadmodum album, & nigrum,aut calidum & frigidum{neq; vt accidens dici videntur}.i.neq; prædicantur,vt accidens.vnde Alexan.per ea, quæ prædicantur per participationem, & per paſſionem,& vt accidens,eadem intelligit ſm vnā expoſitionem quaſi dicat ſpecies quarum eſt quiditas, non eſſe ea,quæ prædicantur,vt accidens. Quod enim prædicatur,vt accidens, dicuntur prædicari per participationem inquantum prædicantur ſm quid, & non ſimpliciter. dicuntur etiam prædicari per paſſionem, quia non prædicantur ſm ſubſtantiam ſubiecti,ſed ſm id,quod eſt affectio ſubiecti. Inſuper dicuntur prædicari vt accidens, inquantum prædicantur extrinſecus & non per ſe. igitur ſpecies, quarum eſt quiditas, ſunt ea,quæ non ſunt accidentia. Quāquam illud { non ſm participationem}intelligi poteſt, vt Alexā. inquit, pro eo,non ſeparatæ ſunt ſpecies,vt Platoni viſum eſt. nec ipſarum participatione ſingularia quęq; cōſiſtunt,ſed ſubſtantiæ ſunt, quæ in ſingularibus habentur, ſeiunctę quodammodo,alias inſeparatæ.Seiunctę quatenus in ſingularibus ſunt.i.qua ſunt ipſa ſingularia, indiſcretæ vero in eo ꝙ natura, quæ in omnibus reperitur, eadem eſt,ad hunc modum Alexā.expoſuit. Facilius vero ſit{nulli ergo ſpecierum,quæ non ſub genere}.ſ.ſubſtantiæ{ſunt,quiditas,competit, ſed his}.ſ. ſpeciebus, quæ ſunt ſub genere ſubſtantiæ{ſolum}.ſ. quiditas cōpetit.Infert autem hoc ex ijs, quæ dixit, quia ſolæ ſpecies de genere ſubſtātiæ ęędē ſunt definitioni: igitur ſolum ſpecierum de genere ſubſtantiæ eſt quiditas.& per genus per excellentiā intellexit genus ſubſtantiæ, quia ſubſtantia principaliter,& ſola eſt ens. Alia aūt prædicamenta potius ſunt diſpoſitiones generis, q̄ in genere & ꝙ quiditas inſit ſolis ſpeciebus, quæ ſunt in genere

ſubſtantiæ,oſtendit dicens{hæ nanq;}quæ ſcilicet ſunt ſpecies ſubſtantiæ {non per partitionem dicũtur}.i.appellantur,vt indiuidua ſubſtantiæ,quæ entia, & compoſita ſunt, quatenus participant forma {paſsionéue}.i.neq; per paſsionem, vt ſunt compoſita ex ſubiecto & proprio accidente,vt naſus ſimus,non.n.ſpecies ſubſtantiæ ſunt cõpoſita,vt naſus ſimus{neq; per accidẽs} vt ſunt homo albus,& homo niger,quæ ſunt compoſita,vt accidens.Sed dicuntur compoſitæ, vt dictũ eſt, ex genere,& propria differentia.& ideo talium ſpecierum,quæ ſub genere ſubſtantiæ ſunt, proprie eſt quiditas.Auer. autem dicit quiditatem non eſſe formarum, quæ carent genere.ſ.formarum accidentalium concretiuæ ſumptarum,quarum ſubiectum non eſt eis genus quæ accidentia concreta ideo carent genere, quia eorum genus eſt ſubiectum:At ſubiectum nõ proprie genus eſt,cum ſit alterius prædicamenti. Quod vero eorum genus ſit ſubiectum, patet ex eo,quia cum concreta accidentia deſcribuntur, ſubiecta accipiuntur ꝓ generibus. Hinc concludit ſolas ſubſtantias habere quiditatem,qm̃ illæ ſolæ genus obtinent, quod eſt de natura earum,ſed circa ea,quæ Ariſt. dixit,dubitatur,quoniam quarto huius Ariſt. ait ſic, ratio, quam ſignificat nomen eſt definitio, hic autem dicit non omnem ſermonem,qui idem ſignificat,quod nomen, eſſe definitionem. Quare Ariſt.non videtur ſibi conſtans. Inſup dubitatur circa commentum,quia dicit concretũ accidens non habere genus,contra, qm̃ dicitur in prædicamentis quale eſſe genus omnium qualitatum, quantũ vero omnium quantitatum, igitur accidens cõcretum habet proprium genus. Diluitur prima dubitatio ꝑ ea, quæ Auer.dicit ibi,cum aſſerit rationem ſignificatam per nomen eſſe definitionem, quando nomẽ eſt in ſpeciebus, & non in indiuiduis, modo ſpecies ſignificent quid.Diluitur etiam ſecunda,qm̃ Auer. intendit nullũ accidens cõcretum habere genus omnino abſolutum. qm̃ omne accidens concretum habet genus, quod habitudinem eſſentialem dicit ad ſubſtantiam.at ſpecies ſubſtantialis ſola habet genus abſolutum omnino, cũ non dicat habitudinem eſſentialẽ ad ſubſtantiã aliam.

Qua.Auer. Com. 13.

Cõm.22.

TEX. 14. *Sed oratio quidem & cuiuſque cæterorum erit, quid nomen ſignificat, ſi ſit nomẽ. quoniã hoc huic ineſt, aut ꝑ oratione ſimplici magis exacta. Definitio uero non erit, nec quiditas ſane.*

Cum expoſuiſſet quorum eſt quiditas,nũc exponit, vtrum aggregatarum per accidens,vt hominis albi, ſit definitio,vt placet Alex. & aſſerit talium eſſe definitionem,quæ ſignificet aggregatum per accidens,vt hominis albi,quæ ſignificet hominem album,modo illi aggregato ſit vnum nomẽ impoſitum.& dicit{ſed oratio quidem & cuiuſq; cæterorum}.ſ.aggregatorum per accidens{erit,quia nomen ſignificat,ſi ſit nomen}.ſ. impoſitum cuiq; talium. vt ſi homini albo veſtimentum nomen imponatur {qm̃ huic ineſt}.i.quæ oratio ſignificat hoc huic ineſſe hoc eſt aggregatum ex accidente & ſubiecto. appellat aggregatũ per accidens hoc huic ineſſe,quia in omni tali eſt accidens,quod inhæret ſubiecto {aut} ſubaudi ſi non ſit nomen vnum tali aggregato impoſitum {pro oratione ſimplici} illa videlicet hõ albus definitio erit oratio {magis exacta} vt hæc, homo habens colorem viſus diſgregatiuum, vel animal pedeſtre bipes album. Quælibet.n. harũ exactior eſt q̃ quæ ait homo albus{definitio vero non erit, nec quiditas ſane}vel aliter poteſt exponi hic locus vt diximus,ꝙ poſtq̃ dixit quiditatem non eſſe,niſi ſpecierum quæ ſunt in genere ſubſtantiæ,nunc declaret ſit ne aliquo modo definitio ipſorum accidentium, an tantum ſubſtantiarum. nam ex hoc habebitur vtrum accidentium ſic aliquo modo quiditas. & reſpondet eſſe accidentium aliquo modo definitionem, & pro dilucidatione eorum,quę dicit,ſupponamus accidentia accipi poſſe, & per modum nominũ, & per modum orationum.album quidem,nigrum,& id genus per modum nominum accipiuntur. albus homo, philoſophus homo,& id genus per modum orationum. Tunc aſſerit, cum accidens accipitur per modum nominis, ſic eius eſſe rationem quid nominis,quæ explicat,qm̃ hoc accidens ineſt huic ſubiecto, vt ſi velimus aſsignare, quid ſignificat hoc nomen album,dicemus ꝙ ſignificet diſgregatiuum viſus ineſſe corpori, hoc eſt dicemus albũ eſſe corpus diſgregatiuum viſus. At cum accidens accipitur per modum orationis,eius nec eſſe rationẽ, nec deſcriptionem,ſed interpretationem, quæ eſt pro oratione ſimplici oratio certior,ac exactior, veluti cũ vna oratio ꝑ aliam interpretatur,vnde dicit{ſed oratio quidem}.i.definitio{& cuiuſq; cæterorum}.ſ.nouẽ prædicamentorum{quid nomen ſignificet,erit, ſi ſit nomẽ}.i.ſi accidens accipiatur per modum nominis {qm̃ hoc huic ineſt}.i. quæ oratio ſignificat hoc accidens ineſſe ſubiecto huic,vt album,ꝙ diſgregatiuũ viſus inſit corpori{aut}ſubaudi ſit non vt nomen,ſed,vt oratio accipitur{hoc oratione ſimplici}quæ nõ facile intelligitur, definitio erit oratio {magis exacta}.i. definitio erit interpretatio nam cum dico homo albus, ſimplicem orationem profero, quæ album ineſſe homini ſignificat, cum vero aio eſt homo hunc colorem viſus diſgregatiuum,vel animal pedeſtre bipes album, orationem dico exactiorem, quàm quæ ait homo albus {definitio vero non erit,nec quiditas ſane} ſubaudi nec illa ratio nominis,nec hæc orationis interpretatio.Sic igitur accidentis nec definitio eſt,nec quiditas,ſed nominis quidem ratio,orationis vero interpretatio.Hæc expoſitio valde conſona eſt verbis.

An ut & ipſum quid eſt,ſic & definitio multipliciter dicitur.etenim ipſum quid eſt uno quidem modo ſubſtantiam, & hoc aliquid ſignificat. alio uero modo unumquodque eorum, quæ prædicantur,quantum uidelicet quale,& alia huiuſmodi. ut enim & ipſum ens omnibus competit, non tamen ſimiliter, ſed alicui primo,cæteris autem ſecundo loco:ſic & ipſum quid eſt.ſimpliciter quidem ſubſtantiæ,cæteris autem aliqua ex parte competit.nam & ipſum quale, quid nam ſit interrogamus, quare eſt quidem & ipſum quid eſt, ſed non ſimpliciter. Sed ut in nõ ente logice nonnulli dicunt nõ ens eſſe,non ſimpliciter ſed non ens, ſic & ipſum quale.

Poſtquam ad hunc modum quiditatem in ſolis ſubſtantijs ineſſe, & harum duntaxat haberi definitiones docuit, nunc exponit quonam modo accidentium ſit definitio:& quonam modo ſubſtantiarum, argumento ſumpto ab ipſo quid eſt. Et breuiter aſſerit accidentium eſſe definitionem ſm̃ quid,non ſimpliciter, ſicut & ipſum quid eſt accidentium eſt ſm̃ quid, non ſimpliciter.Color.n.quid albedo eſt eſſe videtur.qm̃ ſi quæritur quid albedo ſit, recte reſpondetur ꝙ ſit color:igitur color eſt quid eſt ipſius albedinis. non tamen eſt ſimpliciter quid eſt, ſicuti non ſequitur non ens eſt nõ ens:igitur non ens eſt.dicit, vnde dicit{an vt & ipſum quid

quid eſt}ſub audi dicitur multipliciter, non æquiuocatione quidem, ſed proportionis ratione, {ſic & definitio multipliciter dr̃}.ſ.non æquiuocatione, ſed proportionis rõne. deinde exponit quonammõ quid eſt multipliciter dicatur, & ait{etenim ipſum quid eſt vno quidem modo ſubſtantiam, & hoc aliquid}.i.quæ ſubſtãtia eſt hoc aliquid{ſignificat, alio vero modo}ſubaudi ſignificat{vnumquodq; eorum, quæ prædicantur}ſub audi in quid.i. quæ dantur in reſponſione ad interrogationem factam per quid:quæ exemplis explicat, & dicit {quantum videlicet, quale, & alia huiuſmodi} nam vt ipſe primo corporum dixit, qui homine propoſito, qđ propoſitum eſt, hominem eſſe ait, aut animal, ijs quid eſt dicit, ſubſtantiáq; ſignificat. Qui vero propoſita albedine, quod proponitur albedinem, aut colorem eſſe affirmãt. quid eſt dicit, & qualitatem ſignificat, idem ſi cubitali magnitudine ante oculos poſita, id qđ obijcitur, dicat eſſe cubitale, quid eſt dicit, & quantitatem ſignificat. pari ratione cæterorum eſt quid eſt, non contentus exẽplis, nunc ipſum quid eſt dici dupliciter oſtẽdit argumento ſumpto ab ipſo ente, cui ipſum quid eſt æquale eſt, & dicit{vt enim & ipſum ens, omnibus cõpetit, non tamen ſimiliter, ſed alicui primo}vt ſubſtantiæ{cæteris autem aliqua ex parte competit}.ſ.accidentibus, ſubaudi ſic ipſum quid, eſt, primum ac proprie ſubſtantiæ, alijs autem nouem prædicamentis aliquo certo modo. Et non contentus hanc rationem ſumpta ab ente, oſtendit ratione ex eo, quia ipſum quale, aut quantum datur in reſponſione ad interrogationem factam per quid de indiuiduis, vel de ſpeciebus ſui generis.& dicit{nam & ipſum quale}. i. nam & indiuiduũ vel ſpeciem qualitatis{quidnam ſit, interrogamus} vt quid eſt hæc albedo, & reſpondemus, ꝙ ſit color, propterea concludens dicit{quare} ſubaudi ipſum quale {eſt quidẽ ipſum quid eſt}non.n.recte reſponderemus per colorem, niſi color eſſet quid eſt albedinis{non tamen ſimpliciter}propterea ſubdit, & declarat quomodo ipſum quale eſt quid eſt, & dicit {ſed vt hi non ente logice}.i.probabiliter{nonnulli} ſubaudi argumentantes{dicunt non ens eſſe}ad hunc modum ratiocinãtes, non ens eſt non ens:igitur non ens eſt à tertio adiacente ad ſecundum adiacens, quod tamen {non eſt}verum{ſimpliciter}quia non ens ſimpliciter eſt {ſed} eſt {non ens} ſed non ſequitur non ens eſt non ens, ergo non ens eſt, ſicut non ſequitur chimæra eſt figmentũ. igitur chimæra eſt, bene ꝙ chimæra ſit ens figmẽtum {ſic & ipſum quale} ſubaudi dicimus ipſum quid eſt, ſed non ſimpliciter. non. n. ſequitur color eſt quid eſt albedinis, igitur eſt quid eſt. Sic igitur patet ipſorum accidẽtium definitiones eſſe ſm̃ quid, veluti ipſorum eſt ipſum quid eſt ſm̃ quid. Auer. autem loquens de definitione, definitionẽ multipliciter dici aſſeuerat, non quidem, vt diximus, æquiuocatione, ſed analogia, dicitur quidem multipliciter, qm̃ pro numero predicamentorum atq; interrogationum, quæ fiunt per quid eſt. vniverſa tamen multiplicitas reducitur ad duo, quatenus omnis definitio aut eſt ſimpliciter, vt ſubſtantiarum, qua ſm̃ quid, vt cæterorum prædicamentorum, quoniam qualis ratio quiditatum eſt, talis definitionum eſt quæ declarant quiditates. rationes vero reductionis aſſignat, primo argumento ſumpto ab ipſa interrogatione qm̃ ſicut in interrogãdo per quid eſt, ita erit ipſum quid eſt, ſed de ſubſtantijs interrogamus per quid eſt ſimpliciter, & de cæteris ꝑ quid eſt aliquo modo. igitur

Que Auer. cõm. 14.

ſubſtantiarum erit quid eſt ſimpliciter, cæterorum autem quid eſt aliquo modo. deinde argumento ſumpto ab ipſa priuatione, qm̃ ſicut de priuatione, ita in accidentibus. ſed priuatio non dicitur ens ſimpliciter, necnon ens ſimpliciter, ita quid eſt in cęteris accidentibus non dicetur ſimpliciter ſed aliquo modo. in prædicamento enim qualitatis non eſt ipſum quid eſt ſimpliciter, nec in cæteris, cur vero ſignãter in ꝑdicamẽto qualitatis ſit locutus, cauſam affert Auer. ex eo, qm̃ nullum aliorum videtur magis ſubſtantiæ ſimile quàm qualitas qm̃ per quale interrogamus de ſpeciebus, quæ ſignificant ſubſtantiam, & de indiuiduis, & reſpondemus ꝑ differentias, nam differentiæ ſubſtantialis prædicantur in quale. Sed dices, Auer. non videtur ſibi conſtans, cũ dicat hic priuationem nec eſſe ſimpliciter ens, nec ſimpliciter non ens, qui tamen primo phyſicæ auſcultationis aſſerit priuationem eſſe per ſe non ens. At per ſe nõ ens, & ſimpliciter non ens idem eſt. diluitur, qm̃ priuatio pro formali carentia, qua calidum corpus caret frigido, nihil omnino eſt pro ſubiecto, vero carente ens, eſt ſaltem aliquo pacto. primo modo loquitur in phyſicis, ſecundo autem modo in præſenti loco. *Cõm. 75. cõm. 79.*

Oportet igitur conſiderare, & quonam pacto de unoquoque dicere oportet, non tamen magis quam quomodo ſe habet. TEX. 15.

Poſtquam dixit ipſum quid eſt in ſubſtantia ſimpliciter dici, quodam vero modo in cæteris, nunc quid velit facere Ariſto. non eſt protritum. Alexan. enim intentionem præſentis dictionis non expoſuit, ſed tantum verba conſiderauit. Expoſitor Ariſto. oſtendere aſſerit quonam modo ipſum quid eſt, & definitio prædicentur de ipſo quid eſt & definitione, q̃ ſunt in ſubſtantia, & de ipſo quid eſt & definitione, quæ ſunt in accidentibus, vtrum æquiuoce, an vniuoce, vel analogice. Alij putauerunt Ariſto. docuiſſe quonam modo definitio inuenitur in ſubſtantijs, & accidentibus, nũc vero velle oſtendere, quonam modo ipſum quid eſt inuenitur in eis. Quæ expoſitio non conuenit ijs, quæ dixit. Dixit.n.& expoſuit, quonam modo ipſum quid eſt inuenitur in entibus terminando quæſtionem ſi eſt ipſum quid eſt, etiam expoſuit ipſum quid eſt eſſe in eis, quorum eſt definitio, & tandem oſtendit ipſum quid eſt in ſubſtantia ſimpliciter dici, quodam vero modo in cæteris. Quare puto melius eſſe dicendum velle exponere amplius id quod dixit de ipſo quid eſt, atq; de definitione. nam cum dixiſſet ipſum quid eſt in ſubſtãtia ſimpliciter reperiri, in cæteris vero aliquo modo, cum ſit hoc raptim fere traditum, nunc hoc idem dilucidius, atq; plenius vult exponere. & primo ſm̃ vnã Alex. præmittit intentionem, & dicit { Oportet igitur conſiderare, quonam pacto oportet dicere}.i.aſſignare ipſum quid eſt, atq; definitionem ipſam { de vnoquoq; }. ſ. ſubiecto, cuius ſunt quiditas, & definitio, vtrum vniuoce, an æquiuoce, vel analogice. Et quia tu poſſes dicere vſque quo oportet dilucidare hoc, quod raptim eſt traditum, quaſi reſpondens dicit{non tamẽ magis}.ſ. oportet dicere de re hac{quã quomodo}res ipſa{ſe habet}Hoc eſt quam patitur natura rei. Aliter exponit Alexã. vt præmittat quantum, & vſq; quo eſt dicturus de re, quã ſtatim dicere enititur, & dicit{oportet igitur conſiderare, & quonam pacto } ideſt quantum{de vnoquoq;}.ſ.dicibili, de quo author aliquis eſt pertractaturus { dicere oportet } & quantum materiæ

natura patitur, ac vt poſcit dici, intelligiq; {non tamen magis quàm quo modo ſe habet}. i. q̃ rei natura patitur. Quare dicturus Ariſtoteles de ipſo quid eſt, atq; de definitione tantum dicet, quantum videbitur neceſſariũ. Sed prima Alex. expoſitio melior videtur, quoniam Ariſto. videtur proponere, duo, & quid ſit conſiderandum, & vſq; quo de illo contemplandum. De primo, vult eſſe conſiderandũ de ipſo quid eſt, atq; de definitione, quonam pacto ſint in omnibus prædicamentis, & hanc primam Alex. & Auer. prætermiſerunt. De ſecundo vero aſſerit, q̃ ſit de eo conſiderãdũ ſufficienter non tñ magis q̃ res ipſa patitur: quod ideo dicere Ariſt. autumat Auer. qm̃ qui dicit accidentia habere definitiones & ipſum quid eſt, dicit ea habere magis q̃ habeant. Qui vero dicit de accidentibus nec ens, nec quid eſt, nec definitionem dici, affirmat ea non habere id, quod debent habere. ſed quorſum hæc dicat Ariſt. rurſus Auer. cauſam affert, quia antiqui habebãt de ijs duas opiniones, nam quidam dixerunt accidentia nullo pacto habere quiditatem, nec definitionem, vt Platonici, qui idearum ſolum quiditatem, ac definitionem eſſe aſſerebant. Alij vero dixerunt accidẽtia habere veriſsimas definitiones, & quiditates, vt phyſici, qui præter accidentia, & materiam nihil aliud poſuerunt. Quo fit vt Platonici minus dixerunt q̃ illis competat, phyſici vero magis. Ariſt. autem, vt Auer. inquit poſitionem mediam ſecutus eſt, dixit enim eorum eſſe definitionem atque quiditatem ſecundum quid, ſubſtantiarum autem ſimpliciter.

Qua Auer. Com. 15.

Quapropter & nunc cum id quod dicitur, pateat, & quiditas ſimiliter inerit primo quidem ſimpliciter ſubſtantiæ, dein de quoq; cæteris, quemadmodum & ipſum quid eſt, non ſimpliciter quiditas, ſed qualis aut quanti quiditas.

Propoſita intentione, nunc exequitur, & duos modos aſsignat, quibus quiditas eſt in ſubſtantia, & in cæteris prædicamentis: quorum primus accipitur ab ipſo quid eſt, & dicit {Quapropter & nunc cum id quod dicitur}. i. ipſum quid eſt {pateat} ſubaudi quomodo eſt in ſubſtantijs, & accidentibus, patebit q̃ {& quiditas ſimiliter inerit primo quidem ſimpliciter ſubſtantiæ, deinde quoq; cæteris}. ſ. nouẽ prædicamentis {quẽadmodum ipſum quid eſt} ſubaudi cõpetit primo ſubſtantiæ, deinde cæteris. quæ ſubaudi quiditas licet inſit cæteris deinde eis tñ {non ſimpliciter quiditas} ineſt {ſed quiditas} huius, aut illius entis, vt {qualis, aut quãti} hoc eſt cũ additamento, vt aliquid eſt quale, ſic quiditas cum additamento, vt quiditas qualis, & quiditas quanti. qualis quidem, vt albi, aut nigri. quanti autem cubici, vel rotundi. Vt enim color eſt quid eſt albi, aut nigri, non tamen ſequitur, vt ſit quid eſt, & corpus eſt quid eſt cubi aut rotundi, nõ tamẽ ſequitur, vt ſit quid eſt, eodem modo quiditas erit quali aut quanto videlicet albo, vel nigro, cubo, aut ſphæræ, nõ tamen ſequitur, vt ſit quiditas. eſt ergo primus modus, quo quiditas eſt in omnibus prædicamentis, in ſubſtantijs quidem ſimpliciter, in accidentibus vero ſm̃ quid. Sed quid Ariſt. intelligat per ipſum quid eſt, cum dicit quiditatẽ ſic ineſſe prædicamentis, vt ipſum quid eſt ineſt prædicamentis. non eſt pertritum. Auer. per ipſum quid eſt, intelligit definitionem, vt ſit ſenſus, quemadmodum ipſum quid eſt. i. ipſa definitio ineſt decem prædicamẽtis, ſubſtantiæ ſimpliciter cæteris autem ſm̃ quid, ita quiditas ineſt decem prædicamentis, ſubſtantiæ quidẽ ſimpliciter. cæteris autem ſm̃ quid. Alex. vt ſuperius diximus per ipſum quid eſt, intelligit illud quid eſt, quod quæritur, & reſpondetur ad interrogationem factam p̃ quid, vnde ſicut huiuſmodi quid eſt inuenitur in omnibus prædicamentis, in ſubſtantia primo, & ſimpliciter, in cæteris deinceps, & ſm̃ quid: ita ipſa quiditas ineſt omnibus prædicamentis, ſubſtantiæ quidem ſimpliciter, cæteris vero ſecundum quid.

Qua Auer. Com. 15.

Oportet enim aut æquiuoce dicere hæc eſſe entia, aut addentes, et auferentes, quẽadmodũ & non ſcibile dicitur ſcibile.

Alexander putat dictionem eſſe obſcuram, & ideo eam legit biſariam, & in ſecunda lectione accipit {.n.} pro autẽ ad hunc modum {Oportet autem aut æquiuoce} & reliqua mihi dictio, videtur cõtinua {ſi enim} legatur pro etiam, vel pro deinde. nam hic aſsignat ſm̃ modum, quo quiditas ideſt decem prędicamentis, qui accipitur ab ipſo ente, nam, vt ipſum ens ineſt decem prædicamentis, ſic quiditas eis ineſt, ſed ens nec vniuoce. nec æquiuoce eis, ſed prius ſubſtantiæ, ac ſimpliciter, poſterius cæteris prædicamentis, ac ſm̃ quid. igitur quiditas nec æquiuoce, nec vniuoce ineſt decẽ prædicamentis, ſed prius ſubſtantiæ, ſimpliciter, poſterius accidentibus, & ſm̃ quid: & dicit {oportet ẽt aut æquiuoce dicere hæc eſſe entia} hæc. ſ. decem prædicamenta, aut ſubaudi vniuoce {aut addentes & auferentes}. i. aut quædam per additamentum quædam auferẽtes. i. ſimpliciter entia ſubſtantiæ dicuntur, per additamentum cętera. dico per additamentum {quemadmodum non ſcibile dicitur ſcibile} non ſcibile enim non ſimpliciter dicitur ſcibile. ſ. quia eius habetur ſcientia, ſed per additamentum quia ſcientia eſt, quæ docet ipſum non eſſe ſcibile. Non. n. ſequitur non ſcibile eſt ſcibile, quia eius non eſt ſcientia: igitur non ſcibile eſt ſcibile Socrates. n. dictitabat hoc vnum ſcio, quia nihil ſcio, & tamen aſſerebat ſe non ſcire, quia non ſequitur ſcio me nihil ſcire: igitur ſcio. hæc igitur eſt interrogatio, quam proponit.

Et quoniam hoc eſt rectum, neq; æquiuoce dicere, neq; eodem modo, ſed ut medicum, quod quidem ad unum dicitur, atq; idem, non autem idem eſt, atq; unum. Attamen non æquiuoce dicitur. corpus enim & opus, & uas, neq; æquiuoce. neq; ſecundum unum, ſed ad unum. hæc igitur ſiue hoc modo, ſiue alio quiſpiam dicere uelit, nihil refert.

Cum propoſuiſſet interrogationẽ q̃ videlicet oporteat decem prædicamenta dicere æquiuoce eſſe entia, aut vniuoce aut analogice, nunc reſpondet, qđ oportet dicere, & ait {Et quoniam hoc}. ſ. quod dictum eſt, quod decem prædicamenta ſint æquiuoce entia, aut vniuoce, aut analogice {eſt rectum} & probabile ideo ſubaudi {neq; æquiuoce dicere} ſubaudi oportet ea eſſe entia {neq; eodem modo}. i. vniuoce {ſed} oportet dicere ea ex ijs eſſe, quæ ab vno & ad vnum appellantur {vt medicum, quod quidem ad vnũ dicitur, atq; idẽ}. i. qđ quidem ex eorũ numero eſt, atq; vnum, attamen non æquiuoce dicitur} q̃ ſi in numero plurali legãtur, rectius legentur, vtputa ad hunc modum: ſed oportet dicere ea ex ijs eſſe, quę ab vno, & ad vnũ appellantur, vt medica quæ quidem ad vnum dicuntur, & idem, nõ aũt ſunt eadem, atq; vniuoca, attamen non æquiuoce dicuntur. deinde exẽplo exponit hoc, & dicit {Corpus enim} ſubaudi medicum dicitur {& opus} quo medicus vtitur in ſanando corpore {& vas} quo vtitur medicus

dicus in propinanda potione medicũ dr̃ {neq; æquiuoce, neq; ſm̃ vnum}.i.vniuoce {ſed ad vnum}.i.attributione atq; analogia ad vnum. Poteſt etiam legi ἰατρικὸν pro medicatiuo, & tũc vult ita ens dici de decem prædicamentis, vt dr̃ medicatiuum, de corpore.i. herba medicinali, & de opere, & vaſe, & dicit {& qm̃ hoc eſt rectum}.i.& qm̃ interrogatio propoſita ſubdiſiunctione eſt conueniens, ideo ſubaudi {neq; ęquiuoce dicere} ſubaudi oportet {neq; eodem modo}.i. vniuoce {ſed} oportet dicere ita ens dici de decem prędicamentis {vt medicatiuum} de medicatiuis {quod quidem ad vnum dr̃, atq; idem}.i.quod quidem analogum eſt {nõ autem idem atq; vnum}.i.vniuocum, & licet analogice dicatur {attamen non æquiuoce dr̃} hoc quod dixit de medico, exemplo demonſtrat, & dicit {Corpus.n.}.i.herba ipſa {& opus, & vas} ſubaudi medicatiuum dr̃ {neq; ſm̃ vnum}.i.vniuoce {ſed ad vnũ}.i.ſed analogice attributioni videlicet ad ipſum corpus, quod eſt ipſa medicina rhabarbarum, vel aliquid id genus. & ſic per {corpus} non ipſum animal, ſed ipſam medicinam rhabarbarum & id genus intelligit, per {opus} vero intelligit præparationem, qua rhabarbarum ab aromatario præparatur, per {vas} autem intelligit cyathum, ſiue calicem, quo præparatur. nam omnia hæc medicina dicuntur, licet medicina ipſa principaliter. per quæ vult habere ꝙ ita ſit de quiditate, ſicut eſt de ente, & quia ens ſimpliciter dicit̃ de ſubſtantia, ſecundario de cæteris, ſic quiditas ſimpliciter eſt in ſubſtantiis, ſecundario in cæteris. addit, & cõcludit {hæc igitur}.ſ.decem prædicamenta {ſiue hoc modo}.i.vniuoce {ſiue alio}.i.æquiuoce, ſeu, quod verius eſt, ex eorum numero, quæ ab vno, & ad vnum dicuntur entia, eſſe dicas {nihil refert}.i.non eſt magnum diſcrimen. eadem eſt.n.rõ, nam nunq̃ quiditas dr̃ ſimpliciter in accidentibus, ſed in ſolis ſubſtantiis. Hoc pacto exponit Alex. poteſt tñ aliter dici {hæc igitur}.ſ.quæ de quiditate dicta ſunt {ſiue hoc modo}.ſ. argumento ſumpto ab ipſo ente {ſiue alio}.ſ.argumento ſumpto ab ipſo quid eſt {quiſpiam dicere velit} de ipſa.ſ.quiditate {nihil refert} quia vtroq; modo habebitur quiditatem eſſe ſimpliciter in ſubſtãtiis, & ſm̃ quid in accidentibus. Auer. autem ait ꝙ cum ſit declaratum ſubſtantiam eſſe ſimpliciter ens, accidentia vero eſſe alia entia, quia entia ſm̃ quid, ſit vt hoc nomen ens non dicatur de eis pure æquiuoce, vt ſunt quædam nomina, quæ dicuntur de affirmatione, & negatione, & vniuerſaliter de oppoſitis, veluti in ſua lingua ceharam, quod dicitur de luce, & obſcuritate, & halum, qđ dicitur de magno, & paruo. & ideo tandem dicit, ſermonem, qui de ente verus habetur, eſſe vt ens dicatur analogice de ſubſtantia, & accidente, qm̃ non modo æquiuoco, ſed per attributionem ad vnum, veluti hoc nomen medicina, aut medicinale. nã & herba dicitur medicinalis, & inſtrumentum etiam dicitur medicinale, non tñ eadem rõne. qm̃ ſi ita eſſet, ita medicinale diceretur de herba, & inſtrumento veluti animal de multis viuis.ſ.equo, & cane, & homine, hoc eſt, quia tunc ens eſſet genus ad ſubſtantiam, & ad accidens. apud.n. Auer. hæc conſequentia eſt neceſſaria, aliquid prædicatur vniuoce ſm̃ eandem rõnem de aliquibus. igitur eſt genus ad illa, vt ſeptima diſputatione libri Deſtructio deſtructionum patuit. Hoc igitur nomen ens nec vniuoce, nec æquiuoce dicitur de ſubſtantia, & accidente, dicitur.n.ens de ſubſtantia, & accidente, vt medicinale dicitur de corpore.ſ.herba, & de actione, ſiue præparatione. At medicinale nec vniuoce, nec æquiuoce de illis dicitur. Quare ens de ſubſtantia & accidẽtibus dicitur nec vniuoce, nec æquiuoce, ſed analogice, & aſſerit Auer. hoc Ariſt. dicere ex eo, quia ens dicitur de vnoquoq; prædicamentorum, quatenus hoc nomen ens accipitur ab eſſe. At eſſe ipſum non eſt eiuſdem rõnis in omnibus illis, quemadmodum nec medicinale dicitur ſm̃ eandem rõnem de corpore, & opere, & vaſe, ſed quatenus corpus, opus, & vas ordinantur ad vnum finem, & proueniunt ab vno agente.ſ. medico. Hæc Auer. de ente. Concludit itaq; tandem Auer. cum ens hoc pacto dicatur de ſubſtantia, & accidente, hominem poſſe vocare ſermones, qui ſignificant accidentia, quouis modo voluerit videlicet aut definitiones, aut ſi voluerit, poterit vocare deſcriptiones. Sermones vero, qui ſubſtantiam ſignificant, definitiones tm̃. hæc Auer. quæ licet non multum conueniant verbis dictionis, tñ non ſunt aliena à veritate.

Que Auer. Com. 15.

Illud perſpicuum iam euaſit, definitionem, quiditatemue primo quidem, atq; ſimpliciter ſubſtantiarum ipſarum eſſe, cæterorum autem eſſe quidem, ſed non primo. TEX. 16.

Expoſitores putauerunt Ariſt. velle probare ſolutionem poſitam, & ita Ariſt. hic putant primo reſumere ſolutionem, deinde in proxima dictione eã probare. Alex. legit illatiue ad hunc modum. vt hęc igitur nõ dicuntur ſimpliciter entia, ſed primum, & proprie ſubſtantia, ſecundo loco reliqua prædicamenta, ſic primũ & ſimpliciter definitio & quiditas ſubſtantiarum eſt, quãquam aliorum quoque, vt dictum eſt, habeantur. Quare videtur Ariſt. reſumere quaſi per modum epilogi id quod dictum eſt, & quid pateat ex iis, quæ dixit: & dicit {Illud perſpicuum iam euaſit, definitionẽ, quiditatemúe primo quidem, atq; ſimpliciter ſubſtãtiarum eſſe, cæterorum autem eſſe quidem, ſed non primo} ſic igitur videtur mihi Ariſt. epilogaſſe quid ex dictis pateat, quidúe declaratum relinquitur. Quod Auer. olfeciſſe videtur, cum ex iis, quæ dicta ſunt, concludat quid declaratum ſit: per quæ bene expoſitum eſſe videtur, cum verbum illud {quapropter & nunc cum id quod dicitur pateat} quod ſuperiore dictione habetur, per ipſum quid eſt, poſſe intelligi definitionẽ, nam hic epilogat definitionem eſſe primo ſubſtantiarum, ſecundo loco cæterorum. quod non feciſſet, niſi hoc prædeclaratum eſſet. Que. Auer. Comẽ. 16.

Non.n.eſt neceſſe, ſi hoc ponamus, huius definitionem eſſe id quod orationi idem ſignificat. ſed quod orationi cuidam, hoc autem eſt, ſi unius ſit non continuatione, ut ilias, aut quæ coniunctione ſunt unum. Sed ſi quot modis ipſum unum dicitur, unum tamen dicitur perinde atq; ens. At ens partim hoc aliquid, partim quantum partim quale ſignificat. quapropter & alibi hominis erit oratio, definitioq; alio uero modo & albi & ſubſtantiæ erit.

Expoſitores hic putant Ariſt. oſtendere per rõnem ſolutionem aſsignatam moti ex illa particula {.n.} quæ eſt aſsignatiua rationis. Quæ expõ, venia ſit dicto, non videntur verbis conſona, cum Ariſto. non probet, ſed tacitam quæſtionem ſoluat, cuius ſolutionis nota eſt ipſum {.n.} dubitatio vero oritur ex eo, quia dictum eſt quiditatem, atq; definitionem eſſe primo & ſimpliciter ſubſtantiarum. cæterorum vero eſſe ſecundo loco, atq; ſm̃ quid. ideo ſi ita eſt, quærit vtrum

definitio, quæ ſimpliciter eſt primo ſubſtantiæ, accidentium vero ſecundo loco, & ſecundum quid, ſi idẽ omni orationi, quæ ſignificatur per nomen ſubſtãtiæ vel accidentis, cuius eſt definitio, an tm̃ cuidam orationi: quæ per nomen ſubſtantiæ vel accidentis ſignificatur, cuius eſt definitio. Quam expoſitionẽ expreſſit Alexander, vt patet conſideranti verba ſua. vnde Ariſtoteles inquit {Nõ.n.eſt neceſſe, ſi hoc ponimus} .i.ſi aſſerimus ſubſtãtiæ eſſe ſimpliciter definitionem, & primo, accidentis ſm quid, & ſecundo loco {huius} ſcilicet ſubſtantiæ, vel accidentis {definitionem eſſe id quod orationi} ſignificatæ per nomen ſubſtantiæ vel accidentis omni videlicet {idem ſignificat, ſed} neceſſe eſt ſubaudi definitionem eſſe id {quod orationi cuidam} idem ſignificat: & non omni. Non enim ſi ſubſtantiæ eſt ſimpliciter definitio, accidentis vero ſecundum quid, ſequitur, vt definitio ſubſtantiæ vel accidentis ſit idem omni orationi, quæ ſignificatur per nomen ſubſtantiæ, aut accidentis. Alioquin definitio Iliados eſt idem, quod oratio vniuerſa, quæ ſignificatur per nomen Iliados Homeri. Alexand. vero legit {enim} pro, igitur, ad hũc modum {non igitur eſt neceſſe} ideſt non accidit, ſiue ſequitur neceſſariũ {ſi hoc ponimus} ideſt ſi poſuerimus quodcunque nomen idem, quod oratio ſignificauerit, illam orationem, eſſe rei definitionem. hoc eſt licet nomen aliquod ſignificet idem, quod aliqua oratio, non ſequitur igitur vt omnis oratio, quæ ſignificatur per nomen quoduis, ſit definitio. Sed ſi hoc modo exponitur præſens dictio, non eſt continuanda cum proximo epilogo, ſed cum iis, quæ ſuperius dixit de definitione, cum quæſiuit vtrum omnis oratio per nomen ſignificata ſit idem, quod definitio illius nominis. Si autem continuetur proximo epilogo, ſic exponitur {non igitur eſt neceſſe} .i.nõ igitur ſequitur neceſſario {ſi hoc ponimus} .i.ſi poſuerimus nomen ſubſtantiæ, vel accidentis ſignificare idem, quod oratio ſignificat, vt omnis oratio, quam nomen ſubſtantiæ, vel accidentis ſignificat, ſit definitio. Et qm̃ non omnis oratio, quam nomen ſignificat, eſt definitio, ſed quædam, exponit quæ oratio ſignificata per nomen eſt definitio, & quæ non, & dicit {hoc autem eſt} .i.hæc autem oratio eſt {ſi ſit vnius} .i.ſi nomen ipſum orationem vnam ſignificat, vniuſq; orationis ſit ſignificatiuum. vnam autem dico {non continuatione, vt Ilias} .i.vt vniuerſum carmẽ Homeri, quod dicitur Ilias. Iliadem.n.pro vniuerſo carmine accepit: quod quidem vnum eſt cohærentia {aut quæ coniunctione eſt vnum} neq; dixit vel coniunctione, vt aliud q̃ coherentiam ſignificaret, ſed quaſi diceret cohærenti, ſeu continua coniunctione. oratio igitur, quæ à nomine ſignificatur, definitio erit, ſi ſit vna, vnam dico nõ coniunctione {ſed ſi quot modis ipſum vnum dicitur, vnum tñ dicitur perinde atq; ens} .i.vnam dico non coniunctione, ſed vnitate propria & per ſe, qualis vnitas eſt generis differẽtiæq;, ex quibus ſit vnum per ſe, vel qualis vnitas eſt rei, quæ eſt in vno genere. Et cum dixiſſet quot modis dicitur vnum, adiecit tot modis vnum dici, quot ens.i.decem modis {at ens partim hoc aliquid} .i.ſubſtantiã {partim quale} & cætera alia {ſignificat} Quare & vnum etiam tot ſignificat. nam tertio huius demonſtratum eſt vnum & ens huiuſmodi eſſe, vt alterum conſequatur. quamobrem ita demum orationem fore at, ſi vna fuerit. ſi naturam vnam, vnãq; ſubſtantiam ſignificauerit, non etiam ſi copula vna fuerit. Deinde, vt concluſionem ſupradictorum ſubdit {quapropter & albi homini erit oratio, definitioq;, alio vero modo} oratio, & definitio {erit & albi} ſeorſum {& ſubſtantiæ} .i.hominis ſeorſum. Albi quidem ſeorſum, & hominis ſeorſum definitio, & oratio, vt ſimplicium erunt. albi hominis autem, vt compoſiti. Auer. autem aſſerit Ariſtotelem in prima parte dictionis velle dicere, ꝙ non ſit neceſſe, ſi aliquid eſt, vt ipſum habeat definitionem ſignificantem ipſum ad modum ſignificationis definitionis ſimplicis, ſed tantum eſt neceſſe ſi eſt, & non habuerit definitionem ſimplicem, vt habeat aliquam definitionem. ergo vult, ꝙ Ariſt. velit hanc conſequentiam non valere, aliquid eſt, igitur habet definitionem ſimpliciter, ſed tantum valere, aliquid eſt, & non habet definitionem ſimpliciter. ergo habet definitionem ſm quid: quam expoſitionem puto Ariſt. nunq̃ ſomniaſſe, vt ei patet, qui conſiderat ea, quæ diximus. Quo vero ad verba attinet, cum dicit {hoc autem eſt} Auer. exponit ꝙ cum Ariſt. dixiſſet illud, quod habet definitionem, debere eſſe vnum, velit excipere id quod dicitur vnum per ligationem, & contactum. qm̃ huiuſmodi vnum nec ſimpliciter, nec ſm quid habet definitionẽ, & non placet. qm̃ verbum {hoc autem} expoſitiuum eſt eius, quod dixerat. dixit.n.definitionem non eſſe omnem orationem per aliquod nomen ſignificatam, ſed aliquam, ergo conſentaneum rationi eſt, vt nunc exponat orationem, cui definitio eſt idem, & cui non. Expoſitores exponunt {hoc autem eſt} .i.hæc autem oro eſt. {ſi vna ſit} ſic.n.legit Alex. {ſi vna ſit} in græco codice legitur {hoc autem eſt, ſi vnius ſit} & tunc poteſt intelligi {hoc autem} .ſ.quod dictum eſt. nam eſt definitionem eſſe idem alicui orationi, quam nomen ſignificat. propterea intellige {hoc autem} .ſ.definitionem idem eſſe alicui rationi {eſt} verũ {ſi vnius ſit} naturæ ſimplicis illa oratio, vt ſubſtantiæ, vel quãti, aut qualis, aut alicuius definiti prædicamenti. non continuatione, vt Ilias, aut quę coniunctione ſunt vnũ, Alex. expoſuit, vt diximus. Voluit.n.non dixiſſe vel coniunctione vt aliud q̃ cohærentiam ſignificaret, ſed quaſi diceret cohærenti ſeu continua coniunctione. nam oratio, quæ à nomine ſignificatur, definitio erit, ſi ſit vna, vna vero non coniunctione. alij dixerunt {hoc autem} .ſ.nomen {eſt} cuius oratio eſt idem definitioni {ſi vnius} .ſ.rei in vno genere exiſtentis {ſic} ſignificatiuum {non continuatione} vnius, vt.ſ.ſic cõtinuitate vnum {vt} hoc nomen {Ilias cuius ſignificatum eſt bellum Troianum, quod vnum eſt ſm vnitatem temporis {aut} ſubaudi vnitate eorum {quæ cõiunctione ſunt vnum} vt oratio, quæ verbali copula eſt vna, aut propoſitio copulatiua, quæ coniunctione eſt vna. Sed prima expoſitio eſt verior. Cum dixiſſet quale vnum non debeat eſſe oratio, cum qua concidit definitio, ſtatim exponit quale vnum debeat eſſe, & dicit {ſed ſi quot modis ipſum vnum dicitur} ſubaudi tot dicitur ens, & viciſſim {vnum tamen dicitur perinde atque ens} & ſic debet dici vnum vnitate entis, & naturæ prædicamentariæ. {At ens partim hoc aliquid, partim quantum, partim quale ſignificat} ergo vna debet eſſe oratio, cum qua concidit definitio, vt naturam vnam, vnamq; ſubſtantiam in vno prædicamento exiſtentem ſignificet: & non ſi copula vna fuerit. Et ſic patet ſoutio tantæ dubitationis.

Quæ Auer. Com. 16.

Quæ Auer. Com. 16.

CAP.

CAP. IIII.

Dubitata quædam circa copulatorum definitiones, & eorum quæ ex additione dicuntur: ſubſtantiarumq́ primo & ſimpliciter, aliorum vero ſecundum quid definitionem eſſe.

TEX.17. *Habet autem dubitationem, ſi definitionem quiſpiam non eſſe dixerit eam rationem, quæ ex additione conficitur, ſit ne definitio alicuius non ſimplicium, ſed coniunctorum. per additionem enim declarentur, neceſſe eſt.*

Cum dixiſſet proxime, quare etiam hoīs albi rō erit, ac definitio, nunc vult, vt Alex. inquit, inueſtigare cām, cur compoſitorum etiam rōnes, ac definitiones haberi videantur. nam, vt Alex. inquit, ex additione, ſiue ex appoſitione vocat, quæ ſubiecto, & prędicato conſtat, vt hominem album, perinde ac ſi dicat, ſiquis hominis albi rōnem, definitionemq; eſſe negauerit, quærat aliquis ab ipſo, cum eorum, quæ ex additione, ſiue appoſitione dicuntur, rōnes abſq; dubio ſint, vt hominis albi illa aīal pedeſtre bipes habens colorem viſus diſgregatiuum, cuius nam hæc erit definitio. & vt breuiter dicam, eorum oīum, quæ ex appoſitione dicuntur rōnes, cuius erunt rōnes, ſi minus ipſorum ſint. non ſimplicia autem, ſed coniuncta ex additione vocauit, & iuxta hanc expoſitionem lege {Habet autem dubitationem, ſi definitionem non eſſe dixerit eam rōnem, quæ ex additione conficitur} videlicet hominis albi illam, aīal pedeſtre bipes habens colorem viſus diſgregatiuum, quaſi dicat ſi quis hanc rōnem, quę ex appoſitione eſt, non dixerit eſſe alicuius compoſiti, vt hominis albi {cuius nam non ſimplicium, ſed compoſitorum erit} verbum.n. τίνος {cuius} legit Alex. cur vero coniunctorum rōnes habeantur, cām ſubiungit & dicit {per additionem.n.} ſubaudi hæc coniuncta {declarentur neceſſe eſt} .i. neceſſe eſt, vt cum loquimur de iis, quæ ſunt ex additione, ipſorum definitiones ex declaremus, exempli gratia & naſus, & eſt concauitas, & ſimitas, eſt quod ex his duobus naſo.ſ. & ſimitate dr̄, quod quidem eſt ſimitatem in naſo eſſe. cuius definitio erit ex additione, ſicut ipſum, quod definitur, eſt ex additione. poteſt aliter intelligi dubitatio, qm̄ per accidentia coniuncta intelligere poſſumus ea, quæ ſignificant formam in determinato ſubiecto, vt ſimum, & aquilum. ſimum.n. ſignificat concauitatem in naſo, aquilum vero gybberoſitatem. accidentia vero ſimplicia intelligere poſſumus ea, quæ ſignificant formam ſuba, non tn̄ in determinato ſubiecto, vt concauum, & curuū. Curuum.n. ſignificat curuitatem in ſuba, ſed non in definito ſubiecto. ſimiliter concauum ſignificat formam in ſuba, ſed non inſtabilita ſuba & inde ſimplex, abſolutumq; dr̄, non quia non conſignificet ſubam, ſed quia non determinatam ſubſtantiam dicit. quærit ergo Ariſt. vtrum accidentium coniunctorum ſit definitio aſsignanda: & prima fronte vr̄ ꝙ non, qm̄ rō, quæ datur per additamentum, non eſt definitio. ſed horum rō eſſe non poteſt, niſi per additamentum. ergo rō horum non eſt definitio. quo fit, vt ipſorum nulla ſit definitio, dicit {habet autem dubitationem, ſi definitionem quiſpiam non eſſe dixerit eam rōnem, quæ ex additione conficitur, ſit ne definitio alicuius non ſimplicium, ſed coniunctorum} vt ſit dubitatio, dato ꝙ ratio, quæ per additionem ſit, non ſit definitio, vtrum alicuius accidentium coniunctorum, quę accidentia cōiuncta ſunt non ſimplicia, ſit definitio. & vr̄ ꝙ non, cuius cām affert, & dicit {per additionem.n.} hæc ſubaudi coniuncta accidentia {declarentur, neceſſe eſt} & cum rō, quæ per additionem eſt, non ſit definitio, talium nullius definitio erit. hæc eſt dubitatio, quæ ſatis conſona dictioni vr̄.

Dico autem, ut eſt naſus, & concauitas, & ſanitas, id quod ex utriſq; dicitur ex eo, quia hoc in hoc eſt.

Quia quæſiuit an accidentium coniunctorū ſit definitio, exponit nunc quid ſit accidens coniunctum, & dicit {Dico autem, vt eſt naſus, & concauitas, & ſimitas, id quod ex vtriſq; dr̄} .i. {dico autem} vt id qđ ex vtriſq; dr̄, eſt naſus, & concauitas, & ſimitas. id autem quod ex vtriſq; dr̄, ex eo eſt naſus, concauitas, & ſimitas {quia hoc} .ſ. ſimum {in hoc} .ſ. naſo {eſt} vel ſic {dico autem id quod ex vtriſq; dr̄} .i. accidens coniūctum {vt eſt naſus. & concauitas, &} tertium, quod accidens dr̄ coniunctum, eſt {ſimitas} & dr̄ {ex eo} accidens coniunctū ſimitas {quia hoc} .ſ. ſimitas {in hoc} .ſ. naſo determinato ſubiecto {eſt} eſt.n. accidentium alterum cōnotatiuum, & hoc ſignificat principaliter formam connotando ſubiectum, non tn̄ determinatum ſubiectum, vt album, quod ſignificat albedinem principaliter, connotando corpus, non tn̄ determinatum corpus. alterum, quod Ariſt. vocat coniunctum, & hoc principaliter formam ſignificat, ſed connotando ſubiectum determinatum, vt ſimum, quod ſignificat primo, & principaliter concauitatem, cōnotando ſubiectum determinatum videlicet naſum. Ariſt. ergo quærit de accidente coniuncto, & non de accidente ſimplici cōnatiuo. Alex. autem putat Ariſt. quærere de accidēte compoſito, vt de hoīe albo, & hoc coniunctū accn̄s Ariſt. appellaſſe autumat, vt ſuperius eſt explicatū. Auer. aūt arbitratur Ariſt. quærere, vtrum rō, quæ aſsignatur per additamentum, ſit definitio? & ſi dicetur, ꝙ non ſit definitio, vult Ariſto. inferre hoc abſurdum, ꝙ definitiones ſint accidentium ſimplicium & non compoſitorum, quæ expoſitio diſſona, cum ſit dictioni, relinquatur. Quæ Auer. Com. 17.

Et non per accidens concauitas, aut ſanitas affectus naſi eſt, ſed per ſe. neq; ut album Calliæ competit, aut homini ex eo, quia Callias eſt albus, cui accidit, ut ſit homo.

Cū accepiſſet ſimū ſignificare hoc in hoc eſſe. ſ. formam in ſubiecto, exponit quonā modo ſignificat hoc in hoc eſſe, & primo hoc per negationē declarat, deinde per affirmationem, per negationem quidem, quia vult ſimum ſignificare hoc in hoc eſſe, non per accidēs, & dicit {Et non ꝑ accidens, concauitas, aut ſimitas affectus naſi eſt, ſed ꝑ ſe} quo vero ad verba attinet in dictione græca legit̄ {neq; cōcauitas, neq; ſimitas} tn̄ ſolet Ariſt. eas denotare ꝑ diſiūctione, ſic {aut cōcauitas, aut ſimitas} & dixit {aut cōcauitas, aut ſimitas} nō intelligens ꝑ concauitatē aliud q̄ ſimitatem: nā diſiunctio eſt in noīe, & non in re. deinde idē exponit ꝑ aliam negationē, & dicit, nec ſimū naſo ineſt ꝑ accidens {vt albū Calliæ ineſt} .ſ. per accidens {aut} vt album ineſt homini per accidens. nam homini per accidens competit {ex eo, quia Callias eſt albus} .i. rōne Calliæ {cui accidit} .i. per ſe competit {vt ſit homo} & cum dicit {cui accidit, vt ſit homo} accidit dixit non vt album accidit Calliæ, quod Calliæ accidit vt affectio, ſed vt ſubſtantia, & forma. Homo.n. accidit Calliæ, quia per ſe ineſt, & prædicatur de Callia. patet igitur per negationem quonam modo ſimum, & id genus ſignificant hoc huic ineſſe, quoniam non per accidens.

Sed ut mas animali, atq; æquale quanto competit, omniaq; omnino, quæ per ſe ineſſe dicuntur. Hæc autem ea ſunt, in quibus aut nomen, aut ratio ineſt eius, cuius affectus ſunt. & quæ fieri non poteſt, ut declarentur ſeorſum, quemadmodum album declarari ſine homine poteſt. fœmina uero ſine animali non poteſt.

Nunc illud idem per affirmationem exponit aſſerens ſimum ſignificare hoc huic ineſſe eo modo quo mas animali, & æquale quanto ineſt, & omnino eo modo, quo omnia prædicata per ſe ſecundo dicendi per ſe propriis ſubiectis inſunt & dicit {Sed} ſimum.ſ.ineſt naſo {vt mas animal atq;} vt {æquale quanto cõpetit, omniaq;} .i.ac vt {omnia omnino, quæ per ſe ineſſe dicuntur} ſubaudi propriis ſubiectis. & quia quæ per ſe competunt, bifariam ſunt, ideo quæ qualia ſint, exponit, aſſerens hæc eſſe prædicata ſecundi modi dicẽdi per ſe, in quorum definitionibus ſubiecta inſunt, de quibus prædicãtur, & quibus competunt, & dicit {hęc autem ea ſunt, in quibus}.i.in quorum rõnibus {aut nomen, aut rõ ineſt eius} .ſ.ſubiecti {cuius affectus ſunt} & de quo prædicantur. & quia interdum in definitionibus additur aliquid, non ad eſſentialem neceſsitatem, ſed ad abundantem doctrinam, ne tu putes hoc pacto ſubiectum addi in rõne talium per ſe prædicatorum, addit {& quæ fieri non poteſt, vt declarentur, ſeorſum} qui in eorum rõne ſubiectum, cuius ſunt, addatur: aut ſubiecti rõ. quod per expoſitum & ſimile expoſitiones inquit {quemadmodum album declarari ſine homine poteſt} per ſimile vero, addit {fœmina vero ſine animali non poteſt} nec mas, & ideo mas, & fœmina ſimilia ſunt ſimo. quo vero ad verba attinet dixit {aut nomen, aut ratio} vel, vt Expoſitor inquit, quia ſemper loco nominis poteſt poni ratio, potiſsimum cum nomen fuerit ignotum. aut dixit, hoc quia in definitione proprij accidentis poteſt poni nomen ſubiecti, & ratio. nomen quidem in definitione, non omnino reſoluta. Ratio vero in definitione, quæ ad vltima reſoluit, vt in Topicis diximus. Auer. autem verba illa {ſed vt mas animali, atq; æquale quanto competit} exponens autumat Ariſt. velle dicere ita naſum diuidi per ſimum, & non ſimum, veluti animal per maſculum, & fœmininum, & quantum per æquale, & inæquale, quæ expoſitio cum ſit veluti inſomnium, dimittatur, & cum dixerat {& quæ fieri non poteſt, vt declarentur ſeorſum} hoc ex eo dixit, quia ſimitas cauitas in naſo eſſe definitur, & ſimitas definitione naſi nomen continetur. in aliis etiam fieri poteſt, vt non tñ ſubiecti nomẽ, ſed definitio etiam aſſumatur, vt in maſculo definiendo ſi quis dicat, mas eſt animal, quod aptum eſt in alio generare, nomen accipit animalis, quod mari ſubiectum eſt idem ſi dicat, mas eſt ſubſtantia animata ſenſualis in alio generare apta, non nomen accipiat, ſed definitionem eius, quod mari ſubiicitur.

Quæ Auer. Com. 17.

Quare aut horum nullius quiditas eſt, definitioq;, aut ſi eſt, alio modo, ut iam diximus.

Recolligit nunc ſolutiouem per diſiunctionem, aſſerens talium coniunctorum accidentium aut non eſſe definitionem, tenendo ꝙ ratio, quę datur per additionem, non ſit definitio, quali rõne hæc definiuntur. aut ſi ſit definitio, non tñ vniuoce, & per ſe, ſed per analogiam, & ſecundarie, vt dictum eſt: & dicit {quare aut} .ſ.coniunctorum accñtium {nullius quiditas eſt, definitioq;} & hoc ſi dixerimus rationem, q̃ datur ꝑ additionem nullo pacto eſſe definitionem nec de primario nec de ſecũdario ſignato {aut ſi eſt}.ſ.talium accñtium quiditas atq; definitio, dicendo eſſe quiditatem & definitionem, ex eo, quia definitio ex additione eſt definitio {alio modo, vt iam diximus} eorum videlicet definitio & quiditas erit, q̃m ſecundarie, & principaliter. Ex quibus poſſumus amplificare ſolutionem ad omnia accidentia, ꝙ.ſ.omnium ſit definitio ſed per additionem, licet ſit differentia ex eo, quia accidentia coniuncta per ſubiectum determinatum definiuntur. Cætera vero, quę Ariſt. hic ſimplicia appellauit, per ſubiectum indefinitum. Quam rem Auer. innuit, cũ inquit & hoc eſt ita, & verum eſt, ꝙ definitiones talium non ſint ꝓprie definitiones, q̃m ſubiecta definita, quæ accipiuntur, vt eorum genera, non ſunt eiuſdem prædicamenti cum differentiis. Sunt.n.ſubiecta cum differentiis genere, & natura diuerſa, cum.n.dicimus ſimum eſſe naſum cauum naſus, qui accipitur, vt genus, & cauum, quod accipitur vt differentia, genere, & natura differunt, cum differant prædicamento, quod non contingit in genere, & differentia ſubſtantiarum, quæ ſunt eiuſdem prædicamenti. Secundo idem oſtendit ex eo, q̃m definitio accidentis, quæ componitur ex eis.ſ.ſubiecto & differentia, non eſt vnum in actu, ſicut illud, quod congregatur ex genere, & differentia in definitione ſubſtantiæ, quæ conſtituunt vnam formam totam ſpeciei. Propterea infert ꝙ ſubſtantiarum ſint primo & principaliter quiditates, & definitiones, cęterorum autem de ſecundario ſignificato, quæ non diceret Auer. niſi vellet omnium accidentium modum definiendi eſſe vnum videlicet per additamentum, licet ſit aliqua differentia, vt dictum eſt.

Quæ Auer. Com. 17.

TEX. 18.

Emergit etiam de ipſis alia dubitatio, nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauũ erit. ſin uero non idem ex eo ſit (quia fieri non poteſt, ut ſimum abſq; ea re dicatur, cuius per ſe eſt affectus, eſt.n. ipſum ſimum in naſo concauitas) aut naſum ſimum dicere non licet, aut dictum bis idem erit naſus naſus concauus. naſus enim ſimus naſus concauus erit.

Alex. vult, vt Ariſt. contra hæc accidentia, quæ per ſe inſunt, & quæ coniuncta dicuntur, aliam moueat dubitationem. Aſſerit.n. vt quęrat, ſi ſimum & cauum naſo per ſe conueniunt. vtrum naſus ſimus idem ſit, ꝙ cauus naſus, quæ dubitatio æqualis eſt huic, ſi riſibile, & diſciplinæ capax homini ꝑ ſe inſunt, vtrum homo riſibilis, & homo diſciplinæ capax idem ſint: & primo oſtendit ꝙ non ſint idem, q̃m ſi naſus ſimus, & naſus concauus idem ſunt, profecto ſimum idem, quod concauum eſſe videbitur: tenet argumentum auferendo naſum, qui eſt communis vtriq;. Conſequens eſt falſum, q̃ñ cõcauum latius pateat, q̃ ſimitas, quippe quod in ligno, aere, terra, & pleriſq; aliis eſſe notatur. Si autem dicatur, ꝙ naſus ſimus, & naſus cauus non ſint idẽ, hoc eſt, quia ſimum differt à concauo ex eo, quia ſimũ circũcernit naſum in ſui intellectu, concauũ vero non modo hoc eſt falſum, q̃m tunc cum dicerem ſimum, nihil aliud quam ſimum naſum dicerem, quare ſi dixero ſimum naſum. perinde erit, ac ſi dicam ſimus naſus, ſiquidem cum ſimũ dixi, naſum quoq; dixi. Quare ſi ſimo naſum quoq; adiiciam, efficeretur, vt bis dicatur naſus. Quod cum ſit abſurdum, fiet, vt dici nequeat ſimus naſus, ſed ꝙ ſolum ſimum dici poſsit non addendo naſum. quare dici non poteſt, vt naſus ſimus,

mus, & naſus concauus differant. & ſic dubitatio pro vtraq; ſui parte eſt ambigua, eo quia quicquid dicetur, ſequetur abſurdũ. vnde dicit {emergit etiam de ipſis} .ſ. accidentibus coniunctis, quæ per ſe inſunt eidem ſubiecto {alia dubitatio} vtrum, ſi ſimum & concauum naſo per ſe conueniunt, naſus ſimus idem ſit q́d naſus concauus: quæ dubitatio non tm̃ de ſimo, & concauo, quæ per ſe naſo competunt, ſed de cæteris accidentibus oĩbus, quæ per ſe eidem ſubiecto conueniunt. Intelligenda eſt. Et primo oſtendit, ꝙ non ſint idem, deinde, ꝙ non differant, vt monſtret dubitationem pro vtraq; parte eſſe dubiam. Quòd itaque non ſint idem, demonſtrat deducendo ad abſurdum, & dicit {nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit} tenet argumentum auferendo naſum, qui communis vtriq; eſt. Conſequens vero eſſe falſum derelinquit, qm̃ perſpicuum eſt concauum fuſius eſſe ipſo ſimo, quippe quod in ligno, aere, terra, & pleriſq; aliis eſſe notatur. Non igitur ſimus naſus idem eſt, quod cócauus naſus. Deinde oſtendit ſimum naſum, & concauum naſum differre non poſſe, etiam ducendo ab abſurdum, & dicit {ſi vero non idem} .i. ſi vero dicatur ſimum naſum, & concauum naſum differre, & {ſit} hæc differentia {ex eo, quia fieri non poteſt, vt ſimum abſq; ea re, cuius per ſe eſt affectus} .i. & ſit hæc differentia ex eo, quia ſimum circuncernit naſum, & affert rationem, & dicit {eſt.n. ipſum ſimum in naſo concauitas} igitur differentia eſt ex eo, quia ſimum circũcernit naſum, concauum non, verbum {.n.} in græco καὶ, ſed Alex. & Argyropylus legunt .n. Si itaq; ſimum differt à concauo, quia ſimum circuncernit naſum, concauum vero non, tunc ducens abſurdum ait {naſum ſimum dicere non licet} ſed tantum ſimum {aut} ſi licet dicere ſimũ naſum {dictum bis idem erit naſus naſus concauus} & ita bis naſus dicetur, quia vero loco illius, naſus naſus ſimus dixit naſus naſus concauus, cur pro ſimo concauum dixerit, cauſam affert, & dicit {naſus.n. ſimus naſus concauus erit} nam cum ſimum ſub concauum cadat, qui naſus naſus ſimus ait, is naſus naſus cócauus dicit. non igitur dici poteſt, ꝙ naſus ſimus, & naſus cauus differant alioquin non poſſet dici ſimus naſus, ſed ſimus tantum ſine additione naſi. Aliter vniuerſa hæc dictio exponi poteſt, vt quæreat Ariſt. vtrum hæc accidentia, quæ coniuncta vocauit, poſsint definiri, & argumentatur ꝙ non ex eo, quia in ſuis definitionibus idem bis diceretur, immo idem infinities diceretur. & pro deductione conſequentiæ ſic procedit, qm̃ primo exponit differentiam inter concauum, & ſimum loco quorum intelligit omnia ſimilia accidentia, aſſerens ſimum circũcernere determinatum ſubiectum, concauum vero non. Procedit autem ad hanc differentiam argumentando per diuiſionem vnum deſtruendo, alterum conſtruendo ad hunc modum, aut eſt idem dicere ſimum naſum, & concauum naſum, vel non eſt idem. Primum deſtruitur, quoniam tunc ſimum, & cócauum erunt idem, tenet argumentum ex eis auferendo naſum: qui eſt communis vtrique. At conſequens eſſe falſum, patet, quia concauum fuſius eſt: vt diximus. Sin autem differunt, differentia eſſe non poteſt, niſi quia ſimum circũcernit naſum propriumq; ſubiectum. Concauum vero nequaquam naſum circũcernit. quibus vult habere differentiam inter accidens coniunctum, & accidens ſimplex, atque abiunctum, quod videlicet accidens coniunctum circũcernit ſubiectum verbi cauſa ſimum naſum. Accidens vero ſimplex, abiunctumq; nequaquam ſubiectum circũcernat. Vnde inquit {Emergit etiam de ipſis} .ſ. accñtibus coniunctis alia dubitatio, poſsint ne definiri, aut non. Hæc.n. dubitatio licet, ſic de eiſdem accidentibus, tñ differt ab illa in fundamento, vt patebit poſtea, deinde procedit ad diuiſionem, & primo oſtendit non eſſe idem dicere ſimum naſum, & concauum naſum, & dicit {nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit} Conſequens falſum eſſe ſupponit, quia proritum eſt concauum latius patere quàm ſimum. Argumentum vero tenet, ſi auferatur naſus, quibus vult habere ſimum & concauum differre, deinde procedit ad oſtendendum hæc differre ex eo, quia ſimum circũcernit naſum, concauum vero non: & dicit {Sin vero non idem ex eo ſit} ſimum videlicet cum concauo {quia fieri, non poteſt, vt ſimum abſq; ea re dicatur} .i. explicetur {cuius per ſe eſt affectus} .ſ. abſq; naſo, cuius cauſam affert dicens {eſt.n. ipſum ſimum in naſo concauitas} vt ſuperius dictum iam eſt: tunc vult habere differentiam videlicet ꝙ ſimum dicat naſum, concauum non. Deinde ex hac differentia terminando ſuſpenſionem dicit {aut naſum ſimum dicere non licet} ſed ſolum ſimum, non addendo naſum {aut erit idem bis dictum} videlicet {naſus naſus concauus} & ſic bis naſus bis dicetur, quia vero loco illius naſus naſus ſimus, naſus naſus concauus, cur pro ſimo concauum dixit, cauſam affert, & dicit {naſus.n. ſimus naſus concauus erit} nam cum ſimum ſub concauum cadat, qui naſus naſus ſimus ait, is naſus naſus concauus dicit, per quæ vult habere ꝙ naſus ſimus, & naſus concauus non differant. Alioquin non poſſet dici ſimus naſus, ſed ſimum ſine additione naſi: & ſi concedatur hæc differentia, habebitur eum, qui dicit ſimum naſum, bis dicere naſum. Expoſitio tamen Alexandri eſt conuentior: vt conſidenti dictionem patet.

Quapropter abſurdum eſt quiditatem eſſe in talibus. Quod ſi ſit, in infinitum erit profectio. Naſo.n. naſo ſimum adhuc aliud inerit.

Cum adduxiſſet abſurdum, quod ſequitur ad eas, qui dicunt ſimum differre à concauo ex eo, quia ſimũ circuncernit naſum, concauum vero non, dixiſſetq; ſequi nugationem, cum quis dixerit naſum ſimum: nunc oſtendit propter eandem cauſam ſequi, vt talia nequeant definiri, in quibus fiunt huiuſmodi nugationes. & hoc oſtendit ſyllogiſmo ducente ad impoſsibile hoc pacto, ſi in talibus fieri poſſet definitio. in additionibus abſq; fine procedetur. At in infinitum procedi non poteſt, non igitur horum definitio habebitur, vnde inquit {Quapropter} .ſ. quia dicere ſimum naſum eſt dicere ſimum naſum naſum {abſurdum eſt quiditatem} .i. definitionem, quæ quiditatem explicat {eſſe in talibus} ſubaudi in quibus fiunt huiuſmodi nugationes {& ſi ſit} .ſ. in talibus definitio, quæ quiditatem explicat {in infinitum erit profectio} .ſ. in nugationibus, atque additionibus, & nugationibus. & ſupponens huiuſmodi conſequens eſſe abſurdum, ſubdit deductionem conſequentiæ, & dicit {Naſo.n. naſo ſimum adhuc aliud inerit} .i. alia ſimi definitio rurſus inerit, & ſic in infinitum. Vel ſic, ſi naſus ſimus poteſt definiri, cum ſimum circũloquatur na-

ſum, naſus naſus ſimus poteſt definiri, eo quia ſimum addit naſum rurſus vltra additionem primam,& ita naſus naſus ſimus.ſ.hoc totum poteſt definiri, nam naſo prima vice expreſſo, & naſo expreſſo ſecunda vice, & ſic {naſo naſo} ſimum tertio loco {adhuc aliud}.ſ.tertio loco {inerit} & emerget ſm definibile: videlicet naſus naſus ſimus, qui eadem definitione definietur, qua totum illud naſus ſimus definiebatur. Alexander vero deducit proceſſum in infinitum dicens, effici autem ad hunc modum, vt in infinitum habeatur,aperte hic intelligi poteſt,nam cum ſimus naſus idem ſignificet, quod naſus naſus ſimus, neceſſe eſt, vt ſi quis ſimum naſum definierit, dicat ſimus eſt naſus naſus ſimitas in naſo, quare qui definit naſum naſum cauitatem in naſo, neceſſe eſt,vt dicat, naſus naſus naſus cauitas in naſo naſo, & hoc in infinitum, Quod ſi quis, vt inquit, neget id naſus naſus cauitas in naſo definiri oportere.Id cãm reddat,ſi põt,cur hoc definire prohibemur, ſi naſum ſimum permittimur. Quæ deductio pace Alexandri eſt obſcura, & non intelligibilis, & ignoratur ſequatur ne profectiò in infinitum ex parte definitionis, an ex parte definiti. Aliter propterea videtur poſſe dici, ꝙ ſequatur profectio in infinitum ex parte definitionis,duobus videlicet conceſsis, & ꝙ loco nominis rei, quæ definitur, ſemper poſsit addi ratio illius nominis, & ꝙ loco differentiæ, quæ ponitur in definitione, ſemp accipi poſsit nomen rei,quæ definitur, cuius illa eſt differentia, quæ duo in Topicis dilucide ſunt explicata. Tunc definiatur hoc compoſitum ſimus naſus, & erit eius definitio, naſus ſimus eſt naſus cauus.& qm̃ loco differentiæ, quæ eſt cauus poteſt addi nomen rei, quæ definitur, poterimus dicere naſus ſimus eſt naſus ſimus, & cum loco nominis ſimus poteſt addi ratio eius, poterimus dicere naſus ſimus eſt naſus naſus cauus. Nam naſus cauus eſt ratio ſimi naſi.& cum loco differentiæ,quæ eſt cauus poſsit accipi nomen rei, quæ definitur, poterimus dicere naſus ſimus eſt naſus naſus ſimus, & cum loco nominis ſimus poſsit accipi eius ratio, erit definitio naſus ſimus eſt naſus naſus naſus cauus, & ſic mutando differentiam in nomine,& nomẽ in rationem, & viciſsim è conuerſo, profectio ex parte definitionis erit in infinitum & propterea dicit {naſo.n.naſo ſimum}.ſ.loco caui {adhuc aliud inerit} nam cum dicebamus naſum cauum in definitione ſimi naſi loco caui ſimum adhuc aliud à cauo inerit.i.addi poteſt, cauſa eſt, quia ſemper loco differentiæ nomen, cuius differentia ipſa eſt.addi poteſt,& loco nominis ratio eius, & cum hæc mutatio infinities fieri poſsit, accidat, vt in eadem definitione idem naſus infinities dicatur. Hæc deductio ſi placet, non eſt aliena à verbis dictionis. Verum eſt ambigua ex eo, quia idem abſurdum poſſet ſequi in definitione ſubſtantiæ, niſi dicatur ꝙ in definitione ſubſtantiæ non poteſt loco differentiæ accipi nomen rei, quæ definitur. Licet rõ hoc particularum definitionis accipi poſsit.ex hoc tñ non ſequitur idem abſurdum in definitione ſubſtantiæ. ſed planus videtur, vt profectio in infinitum ſequatur ex parte rei, quæ definitur & ex parte definitionis nam ſit id quod definitur.naſus ſimus, & ſequitur, vt eius definitio ſit, naſus cauus. nam naſus accipitur loco generis, cauus vero loco differẽtiæ.& qm̃ ſimum circũcernit naſum, ex parte definiti erit totum explicatum definibile,naſus naſus ſimus,cuius definitio erit naſus naſus cauus.& quia ſimus circũcernit naſum, poteſt explicari tertio naſus, & erit vniuerſum definibile naſus naſus naſus ſimus, cuius definitio erit naſus naſus naſus cauus, & quia ſimum circũcernit naſum,poteſt quarto naſus explicari ex parte definiti,& erit quarta definitio naſus,naſus,naſus naſus cõcauus, & ſemper fieri poteſt in infinitum, quare naſus ſimus definiri non poteſt alioquin tam ex parte definiti q̃ definitionis profectio in infinitum ꝓgredietur.& propterea dicit {naſo.n.naſo}.ſ.ex parte definiti bis explicato {adhuc aliud ſimum inerit}.i. addi poterit, vt ſit vniuerſum definibile naſus naſus ſimus, cuius, vt dictum eſt, tunc definitio erit, naſus naſus cauus. & huius ratio eſt, quia ſimum, & ſimus naſus idem ſignificant, cum ſimum à cauo differat circunlocutione naſi.

Patet igitur ſolius ſubſtantiæ definitionem eſſe.Nam ſi cæterorum quoque prædicamentorum ſit, ex additione illam eſſe neceſſe eſt,ut æqualis, & imparis,non enim ſine numero,neque fœminæ ſine animali. At ex additione dico, in quibus ſit, ut bis idem dicatur, perinde atque in iſtis. Quod ſi hoc ſit uerum,neque coniunctorum,ut numeri imparis erit. TEX.19.

Cum narraſſet abſurdum, quod ſequitur eos, qui autumant accidentium coniunctorum eſſe definitionem,concludit cuius ſit definitio tñ, & dicit,quia accidentium coniunctorum non poteſt eſſe definitio ꝓpter aſsignatum abſurdum {patet igitur ſolius ſubſtantiæ definitionem eſſe} & quia aliquis dicere poſſet,licet accidentium coniunctorum non ſit definitio, abiunctorum tamen poſſe eſſe, ideo oſtendit nec cæterorum definitionem poſſe eſſe dicit {nam ſi cæterorum quoq; prædicamentorum} ſubaudi definitio {ſit} quæ non coniuncta,ſed abiuncta accidentia dicuntur {ex additione illam eſſe neceſſe eſt} nam etiam abiuncta accidentia connotant ſubiectum, licet non determinatum.Omne.n.accidens quo accidens eſt,connotat ſubiectum,hæc tamen eſt differentia,vt dictum eſt, ꝙ accidentia coniuncta ſubiectum connotent determinatum,abiuncta vero indeterminatum.deinde affert exempla, ſed in accidentibus coniunctis, qm̃ pro ea intelligi poteſt ſimile eſſe in accidentibus abiunctis, & dicit {vt æqualis}.i.paris, æquale.n.par vocat {& imparis} & ſubaudi & fœminæ definitio per additionem eſt {Non.n.}definitio ſubaudi paris,aut imparis {ſine numero} habetur, neque definitio {fœminæ ſine animali} qm̃ nec paris, neque imparis, neque fœminæ, neque quanti, aut albi, aut talium definitiones eſſe poſſunt, quin ſint ex additione. deinde exponit quid ipſe intelligat definitionem ex additione, & dicit {At} definitiones ſubaudi {ex additione dico} in quibus tam ex parte rei,quæ definitur, quàm ex parte definitionis {ſit, vt bis} immo infinities {idem dicatur} idem.ſ.ſubiectum {perinde atque in iſtis} quæ .ſ.dicuntur accidentia coniuncta: & ſic abſurdum eſt in omnibus accidentibus, ſi definiantur, vt tam ex parte definitionis quàm rei, quæ definitur, ſubiectum bis, immo infinities dicatur. Si enim qui fœminam dicit, animal dicit, profecto qui fœminam definit, animal fœminam definit, & ad hunc modum animal fœmina eſt fœmina animal aptum generare in ſe ipſo. & quia fœmina circuncernit animal, licebit iterum ſic definire. Fœmina animal animal eſt fœmina animal animal aptum generare in ſeipſo. & profectio ibit ad infinitum.Simili rõne dici poteſt de impari,

pari,& de omnibus accidentibus tam coniunctis, quã abiunctis. Tunc quaſi epilogans dixit{Quod ſi hoc ſit verum}vt.ſ.ſequatur ad taliũ definitiones ſubiectum bis,immo infinities dici{neq; coniunctorum vt nume ro imparis}& hominis albi & animalis fœminæ,& nul lorum talium{erit},ſ.definitio, cõiuncta vocat,vt ho minem album,naſum ſimum, & cætera id genus. nam licet ſimum & fœmina ſint ita coniuncta vt ſimus naſus,& fœmina animal,tamen hęc dicuntur gemino no mine explicito,illa vero implicito.Nulla tamen ex par te ſignificationis differentia eſt. & cum dixiſſet{neq; coniunctorum}intelligas,neq; abiunctorum, quoniã eadem ratio eſt. Auer. vero ſuper eo textu{ emergit etiam de ipſis alia dubitatio} explicans intentionem Ariſt.quam intendit habere ex ſolutione huius ſecũdæ dubitationis putat Ariſto.ex ſolutione huius ſecundæ dubitationis velle enumerare abſurda, quæ contingũt dicentibus coniuncta accidentia habere veram defini- tionem modo quo ſubiectæ ipſæ habent, & huius cau ſam affert ex eo, quia aliquis poſſet dicere cõiuncta ac cidentia definiri vera definitione, quemadmodum ſubiectæ ipſe definiuntur: quarum definitio ex genere conſtat,& differentia,quoniam in definitione talium ſubiecta pro generibus,formæ,quas ſignificãt,pro dif- ferentijs habẽtur.vt in definitione ſimi pro genere naſus,pro differentia cauitas habetur, quia itaq; dici poſ- ſet coniuncta accidentia eodẽ modo definiri,quo ſub- ſtantiæ ipſæ definiuntur,ideo Ariſt. vt Auer. inquit, in ſolutione ſecundæ dubitationis enumerat abſurda oĩa, quæ contingunt ijs,qui ſic opinarenť.hoc pacto Auer. dubitationem ſecundam inducit, verum narrãdo hãc eſſe intentionẽ Ariſt.& ob hanc cauſam,oĩa,quę Ariſt. ptractauit repetit necnon & ea,quæ ſequũtur ad pertra ctata,& ſunt ſex,quorũ primũ eſt,ꝙ Ariſt.declarauerit veram ac quiditatiuã definitionẽ tm̃ ſubarum eſſe, tũc propria genera, propriaśq; differentias obtinent,tum vel maxime quoniam in definitionibus ſubſtãtiarum nõn inuenitur additio.Secundum quod dicit,eſt, acci dentia nõ habere definitiones ex eo, quia in definitio- nibus taliũ ſuborum rõnes.aut ſubiecta ipſa accipiun- tur,quæ talium accidentium genera non ſunt, ſed alte- rius naturæ.Quare cum non dentur per verum genus, ſit vt nec ſint propriæ, ac veræ definitiones. Tertium quod dicit,eſt,accidentia, quæ in ſubiectis ſunt, biſa- riam eſſe,aut accidentaliter,vt albedo in homine, aut eſſentialiter,vt ſimitas in naſo, & maſculinitas in aĩali- bus.quartum eſt,ꝙ accidentia primo modo nullo pa- cto definitionem obtinet ex eo,quia definitio rem de- terminatam hoc eſt formam propriam eius,quod defi nitur,ſignificat.at album licet albedinẽ ſignificet, aut qualitatem,tamen qualitas nõ albi forma eſt, ſed ſub- iecti,cuius per accidens forma eſt.igitur cum definitio albi non habeat formam, niſi propter ſubiectum. albũ definiri non poterit.at ſubſtantia vt homo definitionẽ habet,qm̃ definitio habet formã hoĩs, eamq; propriæ ſignificat,quæ non eſt per accidens hominis. ſed dices huius oppoſitum dixit Auer.ſuperius,noli dicere ſicut nos olim in iuuenta diximus,hoc qd᷑ Auer.ait,eſſe in- telligẽdum reſpectu ſubiectorũ, quibus per accñs in- ſunt,qm̃ ſi reſpectu ſubiectorũ,quibus p ſe inſunt defi nitiones haberent,tũc nullũ eſſet accidẽs etiã p accñs, quin ſubiectum p ſe haberet,quod non eſt exploratũ alioquin omne accñs eſſet cõiunctũ, & nullũ ſimplex, atq; abiunctum:cuius contrarium aperte ſuperius aſ-

Quae Auer. Com.18.

ſeruit Ariſto. quare melius dicendũ eſt vno modo hæc habere definitiones,alio modo non habere, definitio- nes quidem habent per ſubiectum indefinitũ. vacant vero definitionibus, quæ dantur per ſubiectum defini tum.nõ.n.hñt ſubiectum definitũ, vt maſculinum, & ſimum.ſed indefinitum.album.n. ſubiectũ obtinet mi- ſtum,verum miſtum ſubiectum indefinitum eſt. cum ergo ſuperius dixiſſet accidentia per accidens habere definitiones,intellexit eas,quæ dantur per ſubiecta in- definita,cum vero hic dicit ea non habere definitiones intelligit,qui dantur per ſubiecta definita.quintum ve ro,qd᷑ ait,eſt ſiquis conſiderauerit hoc genus acciden- tium,quæ accidentaliter inſunt ſubiectis,& nõ cõſide- rauerit eorũ accidentiũ genus,quod habet per ſe ſubie ctum,eum eſſe negatiuũ generatim accidentia habere definitionẽ,qui vero ad ea accidentia, quæ per ſe ſub- iecta hñt, inſpexerit & non ad ea, quæ ſubiecta per ſe non habent,generatim accidentia oĩa definitiones ha- bere,cõcedet.ſextũ deniq; ait Ariſt.propter hmõi dif- ferentiã ſuperius concluſiſſe primo ſubſtãtiarum eſſe definitiones,ſecundo etiam aliquo pacto accñtiũ, ſol- uiſſeq; propter hæc dubitationem eam, qua quæſiuit vtrum accidentium oĩum ſit definitio, atq; dixiſſe non oĩum,ſed coniunctorum eſſe,quæ accipiũtur reſpectu ſubiectorum eſſentialium,vt ſimi,& maſculini, & cæ- terorum id genus, cæterorum vero nõ eſſe definitio- nes,quæ.ſ.dentur per ſubiectũ eſſentiale hoc eſt defi- nitum,atq; determinatum.hæc Auer.pro repetitione eorum,quæ ab Ariſtote.iam ſunt explicata. tũc Auer. ex verbis Ariſt.primo argumentatur.ſi accidentiũ con iunctorum eſt definitio eo mõ,quo ſubſtantiæ defini- tio eſt,ſimitas erit differentia ſubſtantialis naſi. deduci tur,qm̃ cũ ſimũ nõ definiať niſi p naſum, naſus erit ge nus ſimi,& ſi naſus erit genus ſimi,ſimitas erit eſsẽtialis dña naſi. nã naſus diſſecať p ſimũ & aquilũ,quẽadmo dum aĩal p maſculinũ,& fœmininũ, vlterius argumẽta tur,ſimitas eſt differẽtia eſſentialis naſi, igitur naſus ſi- mus & naſus cauus erunt idẽ,deduciť ex eo,quia caui- tas eſt dña eſſentialis naſi, qua diuidiť etiã naſus, ſicuti ſimitate diuidebať,quare naſus ſimus, & naſus cauus erunt idem.tunc ſequitur,vt crus concauum,& naſus ſimus ſint idem, eiuſdemq; ſpeciei, & deduciť ex eo, quia ea,quorũ dña eſt eadẽ, hæc ipſa ſpẽ eadẽ ſunt. at naſi ſimi,& cruris concaui dña eadem eſt cõcauitas vi delicet,quare ſit,vt crus concauũ, & naſus ſimus ſint eadẽ,eiuſdemq; ſpẽi,quia vero quis negare poſſet pri- mam conſequentiã aſſerendo ſimitatẽ non eſſe dñam eſſentialẽ naſi,licet diuidať naſus per ſimũ, propterea Auer.eſſe impoſsibile ait ſimitatem eſſe ſine ſubiecto ſuo,quare relinqueť eã eſſe eſſentialem naſi dñam, ſe- cundo argumentatur etiam,vt putat,ex verbis Ariſt.ſi ſimũ & accidentia coniuncta definirentur eo mõ,quo ſubſtantia,tũc ſimum ſignificaret concauitatẽ in naſo, ſicuti nomẽ ſpẽi ſignat dñam in genere, veluti homo rõnale in aĩali, quo fiet, vt ſimus naſus dici nequeat, qm̃ aut diceretur idem bis, aut ſimum ſignificaret ali- quid oppoſitum ei,qd᷑ naſus ſignificat,vt nõ oporteat bis dicere naſum aut ſimitas non eſſet naſi eſſentialis dña,cum poſsit eſſe ſine naſo:& ſic minime dicetur bis naſus.quo vero caſu dicere ſimum naſum ſit nugatio, quo vero non,exponit Auer.aſſerens tunc accidere nu gationem, cum cõcedeť cauũ dñam ſubſtantialẽ eſſe naſi diuiſiuã.ſ.cõſtitutiuam vero ſimi.nã tũc naſus erit tãq̃ gen' ſimi,qppe cũ tũc naſus cõtinere videať ipſum

ſimum modo,quo genus ſpeciem continet,quæ ex ipſo genere,atq; dr̃ia conſiſtit.erit.n. tunc ſimũ compoſitum quippiá ex naſo tanq̃ ex genere, & cõcauo tanq̃ dr̃ia qua rõne fit, vt dicere ſimũ naſum ſit nugatio, ſiquidẽ in ſimo actu naſus intelligitur, vt ſit dictus bis naſus,ſemel in ſe:& ſimul in ſimo,vt dicere hoĩem aĩal eſt nugatio.tunc vero non erit nugatio, ſi accipiat̃ cauum non eſſe differentiam,ſed accñs naſi,nam tunc nõ erit ſimum compoſitũ ex naſo tanq̃ ex genere, & concauo tãq̃ ex dr̃ia.& cum naſus non eſt genus ſimi, nõ intelligitur in ſimo,& ſic nõ erit nugatio dicere ſimũ naſum,& ſi obijceres ſimum eſſe accñs cõiunctũ, ergo dicit naſum cuius eſt accñs cõiunctũ. quare dicere ſimum naſum erit nugatio,qñ naſus eſt bis dictus ſemel in ſe,ſemel in ſimo.innuit Auer. ſolutionẽ, ꝙ tenendo concauum eſſe accidentalẽ naſi dr̃iam, nõ ſit nugatio dicere ſimũ naſum. qñ ſimũ actu nõ ſignificat naſum, & concauitatẽ,ſed ptãte.& ita licet naſus ſit bis dictus, non tñ eodẽ modo,quippe cũ ſemel actu dicat̃,cũ exprimit̃, ſemel ptãte in ſimo qua rõne fiet, vt non accidat abſurdũ dicere ſimum naſum qm̃ euenit, vt actu ſemel tm̃ ſit dictus,at vbi cauitas fuerit naſi ſubſtãtialis dr̃ia,naſus erit propriũ ſimi genus, vt hoĩs aĩal. qua rõne fiet,vt hoc nomẽ ſimũ ſignificet per ſe actu ſimul naſum tanq̃ proprium genus,& concauum tanq̃ propriam dr̃iam,quẽadmodum hõ actu ſignificat aĩal, & rõnale,& ita dicere ſimũ naſum erit bis dicere naſum, ſemel in ſe ꝑ explicationẽ,ſemel in ſimo, & vtroq; mõ actu,ſicut dicere hoĩem aĩal,eſt bis dicere actu aĩal, ſemel in ſecũ exprimit̃,ſemel actu in hoĩe.per quę Auer. innuit diſtinctionẽ hmõi (vbi naſus non fuerit verũ ſimi genus,nec concauum vera naſi dr̃ia) qđ aliquid eſſe de intelľu alicuius ſit bifariã,vno mõ actu, & ſic aĩal, & rõnale actu ſunt de intellectu hoĩs, qm̃ nullo intellectu hõ intelligi põt,quin intelligat̃ aĩal,atq; rõnale alio mõ potentia,vt qñ aliquid põt intelligi aliquo intelľu ſaltem imperfecto altero non intellecto. & ſic, vbi naſus non eſt verum genus ſimi, nec cõcauum naſi vera dr̃ia,naſus eſt de potẽtiali intellectu ſimi,qm̃ ſimũ poteſt intelligi actu ſaltẽ intellectu imꝑfecto ꝑ ſui prædicamenti rem,vt quatenus concauũ alicuius corporis naſo actu nõ intellecto.at hõ actu nullo intelľu intelligi põt,nõ intellecto aĩali.& rõnali, cũ homo hæc actu formali ſignificet,& ſi diceres hoĩem poſſe intelligi,vt ens,& vt ſubãm non intellectis aĩali,& rõnali:verũ eſt, ſed tunc hõ nõ intelligit̃ qua hõ. at vbi ſimũ nõ eſt ſub naſo tanq̃ ſub ꝓprio gñe,ſed fuerit naſi accñtalis dr̃ia, vel accñs ꝑ accñs,poterit quo ſimum eſt,intelligi ſaltẽ intelľu imperfecto ꝑ ſui prædicamẽti rẽ non intellecto naſo,vt cũ intelligeret̃ quatenus concauũ alicuius corporis.ex his Auer. vigorat rõnẽ Ariſt. oſtendẽtis ſimũ non hr̃e verã definitionẽ,qm̃ ſi hr̃et,eius definitio eſſet naſus cauus,& qm̃ ſimũ,qđ definit̃,dicit actu naſum, ex ꝑte definiti erit id,qđ definit̃,naſus ſimus,cuius definitio erit naſus cauus,& qm̃ ſimũ ex ꝑte ipſius definiti ſignat naſus,actu erit definibile tertiũ naſus naſus ſimus,& definitio huius naſus naſus ſimus. & ſic in infinitum.& rõnis vis eſt,quia naſus eſt genus ſimi, & ſimi naſi.& ita cũ multiplicat̃ naſus ex ꝑte definiti,oportet, vt multiplicet̃ ex ꝑte definitionis.hęc Auer.ſed quo nã mõ cõſonẽt dictioni,nõ erit difficile intelligere:ſunt.n. dicta ſuo modo,nõ aũt ad conſonantiam verborum.

Sed latet quoniam rationes non exacte dicuntur, ꝙ ſi horum quoq; ſint definitiones,aut ſunt alio modo,aut (ut dictũ eſt) multipliciter definitio, atq; quiditas eſt dicenda. Quare partim nullius horum præterquam ſubſtantiæ definitio,quiditas ſúe erit,partim autem erit.

Alexã.vult Ariſt. hic ſoluere dubitationẽ, qm̃ poterat ei in hunc modum occurri qũo negas Ariſto. affectiones abſq; reb⁹ ſubiectis dici,ac iccirco qui has definiunt cogi,vt bis ipſarum ſubiectũ dicant, cum liceat impar abſq; ſubiecto definiri.dicam.n.impar eſt,quod in duo æqualia diuidi nequit,numero nequaq̃ aſſumpto,qđ ipſum in albo apertius patebit. dicimus enim albũ eſt color viſus diſgregatiuus bulla ſubiecti mentione facta,eſt ergo occurſoria dubitatio,ꝙ Ariſt.non recte determinauit, cum aſſeruerit accidentia definiri non poſſe abſq; ſubiecto, nam impar,& album & cætera id genus complura definiri pñt abſq; ſubiecto, vt monſtratum eſt.reſpondet nonnulla accidentia definiri poſſe ſine ſubiectis, ſed obſcuris definitionibus, ac dubijs & dicit{ſed latet}ſubaudi eos,qui ſic dicunt, tales definitiones eſſe recte aſsignatas{qm̃ rõnes}ſubaudi tales,quæ ſine ſubiectis aſsignantur {nõ exacte}ſed obſcure{dicuntur}iſti.n. non animaduertunt definitiones horum à ſe abſq; ſubiecto fieri, propterea non exacte ipſorum reddunt definitiones. qua rõne oportet dicere definitiones taliũ nequaq̃ fieri poſſe, nullũq; horum eſſe definibile, hinc ſubdit {ꝙ ſi horum quoq; ſint definitiones} q.d.mihi quidẽ prorſus non placet horum eſſe definitiones{ꝙ ſi horum quoq;}.ſ.accñtiũ {ſint definitiones,vel alio modo ſunt} ſubaudi ab his, quas diximus ſine ſubiectis fieri{aut, vt dictũ eſt, multipliciter definitio,atq; quiditas eſt dicẽda} qm̃ talium eſt aſsignanda definitio ex additione ſubiecti vt dictũ eſt: ſubſtãtiarum vero ſimpliciter.tunc cõcludit{quare partim nullius horum}.ſ.entium {præter q̃ ſubſtãtiæ definitio,quiditas ſúe erit,partim autem erit} quia ſaltẽ accidentium erit ex additione ſubiecti.& ſic accidentium vno modo non erit,qm̃ eorum definitio abſoluta non erit,alio mõ erit,quia ex additione ſubiecti erit: ad hunc modum expoſuit Alex.aliter exponi põt,ꝙ cũ mouiſſet dubitationem nunc ſoluat, & non ad formã, ſed ſolum ad materiam, aſſerens coniunctorũ accidentium non proprię eſſe definitiones,ſed aut alio modo, ſcilicet ex additione ſubiecti,aut æquiuoce,& cõtinuetur ſic{ꝙ ſi hoc ſit verum,neq; cõiunctorum, vt numeri imparis erit.ſed}ſubaudi ſi erit{latet}nos ea habere ſubaudi definitiones,cuius cãm affert,& dicit {qm̃ rationes}.ſ.talium cõiunctorũ {nõ exacte dñr}.i. vniuoce & aperte cum rõnibus ſubſtantiarũ.nã oẽ multiplex vt dicit̃ primo elenchorũ,latet,tunc explicãs quales rationes ſint taliũ coniunctorum accidentium, dicit{ ꝙ ſi horum quoq;}.ſ.coniunctorum accñtium{ſint definitiones,aut ſunt alio mõ}.ſ.ab eis definitionibus, quæ ſubſtantiarum ſunt,vtputa ex additione{aut vt dictũ eſt,definitio atq; quiditas eſt dicenda multipliciter}.i. æquiuoce de definitione talium,& de definitione ſubſtãtiarũ,quæ diſiũctiua eſt vera pro vtraq; ꝑte, & ideo æquiualet copulatiuæ.nã & cõiunctorum accñtiũ definitiones ſunt alio modo.ſ.ex additione, & definitio,& q̃ditas.dr̃ multiplr̃ de definitiõe,atq; quiditate taliũ;& de definitiõe,atq; q̃ditate ſubãrũ. & q̃a hæc diſiũctiua eſt vera pro vtraq; ꝑte,iõ inferẽs quaſi concľonẽ, q̃ eſt ſoľo ad materiã ſubdit{quare partim nullius horũ}.ſ. entiũ,quib⁹ diuidit̃ eos{definitio,quiditas ſúe erit ꝑter q̃ ſubſtantiæ}eo quia ſolius ſubæ definitio propriæ, ac abſolute eſt {partim erit}.ſ.omnia entium ſaltẽ æquiuoce,

uoce, q̃m accidentium ex additione, ſubſtantiarũ aũt ſimpliciter, quæ expoſitio videtur magis dictioni conſentanea q̃ illa Alexandri, tñ ex his non habetur ſolutio ad formam. non enim ex his ſoluit argumentũ, quo dicebat ad proceſſum in infinitũ in additionibus ſubiecti. ideo de ſolutione ad formam poſterius differendũ. quo vero ad verba attinet, cum Ariſto. ait {q̧ ſi horum quoque ſint definitiones. Auerroes per {horum} intelligit tam accidentium, quæ concreta dicuntur, quam compoſitorum ex ſubſtantia, & accidente, verbi cauſa, tam albi q̃ hoĩs albi, q̃m vtrorũq; eorũ aut non ſunt definitiones, aut alio modo, & licet q̧ Auer. ait, verum ſit, tñ Ariſto. cum non dubitaſſet, niſi de coniunctis accidentibus, conſonum rationi videtur, vt nunc in ſolutione dubitationis, de eiſdem intelligat. præterea cum Ariſt. dixerit {quare partim nullius horum præter quã ſubſtãtiæ definitio, quiditas ſue erit} Auer. per {partim} intelligit definitionem propriam, quæ conuenit rei ſine additione, & ſine negatione, nam partim. i. ſic ſolius ſubſtantiæ eſt, & nullius aliorum. addit tñ alia entia præter ſubſtãtiã. ſ. noue alia prædicaméta cũ fuerint accepta, quatenus ſunt entia, habere definitiones. ſed hoc, qđ Auer. addit, videtur ambiguũ primo, quia nihil videt̃ definiri, quatenus eſt ens, alioquin oẽ ens definiret̃. deinde ens quatenus ens abſtrahit à definibili, & deſcriptibili, & interpretabili. quare nihil definitur inquantũ ens. propterea dicendũ Auer. non intellexiſſe nouem prædicamentorum eſſe definitiones ſub rõne, qua ſunt entia, & nõ ſub rõnibus proprijs. ſic. n. rões cogerét, ſed voluiſſe dicere ſic accidẽtibus cõpetere definitionem, q̃uo eis cõpetit eſſe ens, & quia eſſe ens competit eis, & ſubſtantijs ſm ordinem analogiæ, iõ ſit, vt ipſis, & ſubſtãtijs, & competat definitio ordine analogiæ. & ſic ceſſant rões. ſupponens aũt Auer. hanc ſolutionẽ ſubdit, & cũ cõcedet̃ definitionẽ dici multipliciter ſicuti ens ipſum dicitur, diſſoluet̃ qõ, aſſerendo vno mõ accidentium eſſe definitionem, alio modo nõ eſſe. rurſus ſuppones hanc definitionẽ ſubdit demõſtrationẽ cũ logicis rõnibus conuenire, q̃m ſicut demonſtratio diſtinguit partem verã à falſa, ſic logice rões, quæ pro vtraq; pte ſiũt, diſtinguũt partẽ verã à falſa. nõ tñ eodẽ mõ, nã demonſtratio diſtinguit verũ à falſo oñdendo verũ eſſe verũ, & falſum eſſe falſum. rões aũt dialecticæ, quæ ſiunt pro vtraq; parte diſtinguũt verũ à falſo conſiliãdo cõtrarias opiniones per ſubcontrarias, inquantum dant contrarias eſſe falſas, ſubcontrarias autem eſſe veras. & ad hũc modũ facere nr̃ rões dialecticæ, quæ hic pro vtraq; parte ſunt inductæ. nã rões, quæ probant accidẽtia nullo mõ hr̃e definitionem, verũ probãt in parte ea videlicet nõ habere definitiones ſimplr̃. quę aũt probãt accidẽtia habere, ẽt verũ probãt in parte, q̃m verũ eſt ea habere definitionẽ ex additione, & ſic diſcernũt verũ à falſo, ſed alio mõ q̃ demõſtratio, diſcernũt. n. ſolum quia ex eis habetur contrarias opiniones eſſe falſas, ſubcontrarias autem veras.

Que Auer. com. 19.

Patet igitur definitionẽ, quæ quiditatis eſt ratio, ipſamq́; quiditatem aut ſubſtantiarum tantum aut ipſarum maxime, & primo, atq; ſimpliciter eſſe.

Siue hic Ariſt. concludat, ſiue epiloget, dicit {patet igitur definitionem, quæ quiditatis eſt ratio, ipſamq́; quiditatem, aut ſubſtantiarum tantũ} vt in prima dubitationis ſolutione eſt explicatum {aut ipſarum maxime, & primo, ac ſimplr̃ eſſe} accidentium vero ſm quid, poſterius, & ex additiõe. rõnem aũt appellauit, vt ſępe dictum eſt, explicationem, ac dinumeratione eorum, quæ ad definitorum conſtitutionem aſſumuntur. quiditatem vero naturã comprehenſum, & ſimul per ſe exiſtentem intellectam, ac indiuiduis diſperſam, quæ natura definitione declarauit. ſed vt diximus, Ariſtoteles non ad formam rationis, ſed ad materiam reſpondit: ſed ratio adhuc ſtare videtur. q̃m ſi loco differentiæ nomen ſemper accipi poteſt, cuius eſt differentia, & loco nominis ratio ſemper: cum hæc permutatio infinities vice verſa fieri poſsit, infinities videt̃ in definitione poſſe addi naſum. iuniores dixerunt loco noĩs non ſemper addi poſſe ſuam rationem, niſi ratio illa ſit eſſentialis, & ita loco ſimi nõ poteſt addi naſus. q̃m naſus nõ ponitur in definitione ſimi tãquam id, quod eſt de illis eſſentia. bene tamen concedunt loco ſimi addi poſſe concauum, cum cõcauum ſit de eſſentia ſimi. ſed contra hoc eſt id, quod dixit Ariſt. ſimum ex eo diſcrepare à concauo, quod ſimum circũcernat naſum, concauum autem non ergo loco ſimi videtur accipi poſſe ſuam rationem. ideo pro me, & ipſius dilucidando dicerem vt Auer. explicauit proximo commento, quod eſſe de eſſentia alicuius bifariam cõtingit, aut actu, modo videlicet quo aĩal rationale eſt de eſſentia hoĩs, q̃m nõ poteſt actu definiri homo, quin definiatur per animal rationale. aut potentia, & ſic naſus eſt de eſſentia ſimi. non. n. naſus eſt actu de eſſentia ſimi. q̃m poſſum definire ſimum ſaltem definitione continente naſum potentia non ponẽdo naſum actu, vt ſiquis diceret ſimum eſſe cõcauum alicuius corporis: vbi patet naſum ibi intelligi potnetia, quatenus ſub ipſo corpore continentur. ex his patet ſolutio, cum. n. dicit̃ loco noĩs rationem poſſe poni, concedo cum ratio illa actu intelligatur in nomine. ſed quia naſus non actu intelligitur in ratione ſimi, hinc ſit, vt in hoc compoſito non ſit nugatio naſus ſimus, cum loco ſimi non poteſt poni naſus. q̃m naſus nõ eſt de eſſentia ſimi actu. ſed bene, cum diceretur corpus ſimum, q̃m corpus actu intelligit̃ in ſimo. ſed quæres vtrũ dicere animal homo ſit nugatio, dicendum eſſe nugationẽ rei in talibus, q̃m illa res, quæ eſt animal bis dicitur, non autem intentionis, q̃m alia intentione animal intelligitur in hoĩe, alia autem in ſe. in homine. n. intelligitur, vt in ſuo contractiuo. at in ſe, vt eſt cõtrahibile quoddam, quare erit rei, nõ intentionis nugatio. ex his colligitur differentia inter accidẽs coniunctũ, & abiunctum. nam abiunctum accidẽs nõ circũcernit ſubiectum ſibi determinatũ in ſpecie, nec actu, nec potentia, vt album, limitat ſibi corpus ſm genus, nõ autem corpus in ſpecie nec actu, nec potentia. at coniunctum accidẽs circũcernit ſibi ſubiectũ determinatum ſaltem potẽtia, vt ſimum, quod circũcernit corpus, quatenus potentia continet naſum.

Queſtio de nugatoriis definitionibus.

CAP. V.

Quomodo & in quibus quodquid eſt idem ſit cum eo cuius eſt: & contra ſophiſta.

VTrum autem quiditas, & unumquodq; ſint eadem, an diuerſa, conſiderandum eſt. ad ſubſtantiæ namque conſiderationem hoc non parum fructus affert. TEX. 20.

Cũ docuiſſet quidnã ſit quiditas, & quid eius rõ, & quæſiuiſſet, nũ fieri poſsit, vt accñtiũ quiditates, ac definitiones habeant̃, tũ ꝓpriæ quiditatẽ, ac definitiones ſubſtantiarũ eſſe oſtẽdiſſet, cæterorũ vero quodãmo-

do,nunc illud inquirit, vtrum res quæq; idẽ ſint,quod ipſius quiditas,an diuerſum,& dicit{vtrum aũt quiditas,& vnumquodq; ſint eadem,an diuerſa,conſiderandum eſt}qua quæſtione mota,Ariſto.aſsignat eius vtilitatem,& dicit{ad ſubſtantiæ nãq; conſiderationem hoc}.i.dilucidatio huius dubitationis{nõ parum fructus affert}exponit aũt Expoſitor per vnumquoq; id, cuius eſt quiditas,vt ſit ſenſus, vtrũ quiditas hominis, & homo ſint eadem,an diuerſa, & ſimiliter in cæteris
Que Auer Com. 20. quorum eſt quiditas,eadem quæſtio quæri põt. Auer. autem per vnũquodq; exponit, ſingulare. nam quiditas ſingularium eſt, quando ſm Auer.quiditas eſt forma,& habẽs quiditatem, ac formam eſt ſingulare, vt
Cõm.12. Com.ultimo. ſuperius eũ explicatum. & dilucidius diceẽ octauo huius.differt autem hæc expoſitio à priori,quia Expoſitor per vnũquodq; intelligit definibile vnũquodq;, quod eſt ſpẽs,vt eſt homo,aut equus, aut id genus.Auer. aũt definibile,quod eſt indiuiduum.quod ſi occurres aſſerendo ſingularium nec ſciam,nec definitionẽ eſſe,dicas ſingularium eſſe ſciam atq; definitionem, non quidem vt ſignificantũr ꝑ terminos ſingulares, ſed vt ſignificantur per terminos vniuerſales. non.n.de Socr. quo eſt hic homo,ſcientia,aut definitio eſt,ſed quo Socrates eſt homo,aut animal,aut corpus,aut quo ꝑ aliquem alium vniuerſalem terminum ſignificabitur. & cum dixit hanc perſcrutationem eſſe vtilem ad ſubſtantiæ conſiderationem,per ſubſtantiam Auer. intelligit ideam.nam ſm opinionem Platonis quiditas eſt idea, quæ ſeparata eſt à ſingularibus, quorum eſt idea,atque quiditas.nam ſi oſtendetur quiditatem non eſſe aliud à ſingularibus,quorum eſt quiditas, relinquetur contra Platonem ideam nõ eſſe ſeparatam à ſingularibus, quorum eſt quiditas.Expoſitor vero per ſubſtantiã intelligit ſubſtantiam,cuius conſiderationem intẽdit facere in ſequentibus.Poſterius enim intendit diſſerere vtrum vniuerſalia ſint ſubſtantiæ rerum,& vtrum partes rerum,quæ definiũtur,intrent in definitionem earum,& ad hæc valet cõſideratio.quam proponit, quæ expoſitio quaſi concidit in illam Auerrois.

Vnumquodq; enim non aliud à ſubſtantia ſua eſſe uidetur, & quiditas uniuſcuiuſq; ſubſtantia dicitur eſſe.

Nunc ſoluit,& ſoluendo oſtendit quid prima facie circa quæſtionem propoſitam verum eſſe videatur.aſſerens rem vnamquãq; nihil eſſe aliud,quam ſuã quiditatem,& ſyllogizat ad hunc modum, vnaquæq; res nihil eſt aliud quam ſua ſubſtantia. quiditas eſt ſubſtantia igitur quiditas nihil aliud eſt q̃ ſua res:& dicit{vnũquodq; enim non aliud à ſua ſubſtantia eſſe videtur} hæc eſt maior,deinde tangit minorem,& dicit{& quiditas dicitur ſubſtantia eſſe vniuſcuiuſq;}ſubaudi ergo quiditas nihil aliud eſt q̃ ſua res. verũ in legendis ver-
Que Auer. Com.20. bis eſt diſcrimẽ.nã Auer.putat Ariſto.eſſe loquutum ꝑ conuerſionem ad hunc modum ſoluens,nullum indiuiduum eſt aliud à ſui ſubſtantia hoc eſt à ſui quiditate & nulla quiditas eſt aliud à ſuo indiuiduo, & ita vult pro ſolutione quiditatem,& id,cuius eſt quiditas, eſſe ſimpliciter eadem. & tota expoſitio pendet ab illo verbo ſubſtantia,nam Auer.per ſubſtantiam vult eſſe intelligendũ id, quod greci dicũt τὸ τί ἦν εἶναι latini interpretes quiditatem. nos vero diximus Ariſt. aſsignare pro ſolutione id, quod prima facie circa quæſtionem propoſitum verum eſſe videtur.& vtitur ſyllogiſmo in ſecunda figura,ad hunc modũ, vnaquæq; res nihil eſt aliud quam ſua ſubſtãtia. quiditas eſt ſubſtantia.igitur quiditas nihil aliud eſt quam ſua res.

In iis igitur,quæ per accidens dicuntur,diuerſa utiq; eſſe uidebuntur, ut albus homo, & eſſe albo homini diuerſa ſunt.nam ſi ipſi homini eſſe & albo homini eſſe eadem ſint (idem enim eſt homo,& albus homo,ut inquiunt)ſit etiam, ut idem ſit hominis albi,atq; hominis eſſe.

Nunc vt expoſitor inquit oſtendit, in quibus ſolutio,quæ prima facie eſt aſsignata,non videatur vera.& quia hoc oſtendit per modum conſequentiæ, ideo dicit{In his igitur,quæ per accñs dicuntur} ſubaudi quiditas,& id,cuius eſt quiditas{diuerſa vtiq;} & non eadem{eſſe videbuntur,vt albus homo, & eſſe albo homini diuerſa ſunt{homo.n.albus aliud eſſe videtur, q̃ eſſe hominis albi:cuius rationem affert, argumentans ex impoſsibili,& dicit{nam ſi ipſi homini eſſe}.i.nam ſi quiditas hominis{& albo homini eſſe}.i. & quiditas albi hominis{eadem ſint.idẽ enim}.i. propterea quia {idem eſt homo,& albus homo,vt}ſophiſtę{inquiũt} qui dicunt ꝙ Socrates idem ſit, qđ Socrates albus, & Coriſcus,& veniens Coriſcus.ſi itaq; idẽ eſt{ ſit etiam vt idem ſit hominis albi} ſubaudi eſſe{atq; hoĩs}.ſ.ſeparatim,qđ eſſe abſurdum oñdit Alex.ex eo, quia hominis eſſe ſubſtantia eſt,hoĩs aũt albi eſſe eſt accidens. nam ipſi hoĩs eſſe accidit eſſe hoĩs albi. ſed qm̃ nõnulli hoĩs eſſe,& hoĩs albi eſſe idem eſſe dicebant,ipſorũ rationem, qua id affirmabant, apponit q̃ poſtea refellit, & componitur in tertia figura ad hũc modũ, homo eſt idem,quod hominis eſſe. homo eſt idem, quod homo albus.igitur homo albus eſt idem, quod hominis eſſe. de ratione attulit primo minorem contentus ſola authoritate ſophiſtarum,dicit{idem enim eſt homo.& albus homo,vt inquiunt}ſcilicet ſophiſtæ, deinde concluſionem,& dicit{ſit etiam, vt idem ſit hominis albi. atq; hominis eſſe}.i.ſit,vt homo albus ſit idem, quod hominis eſſe. ſed quæres videtur eſſe hominis albi ſit idem,quod homo,Alexander aſſerit quod non,qm̃ homo ſubſtantia eſt,albi hominis eſſe accidens. nam ipſi homini accidit eſſe hominis albi. oppoſitum huius videtur eſſe cõcedendum,nam ſubſtãntia albi hominis, & quiditas,& eſſe idem eſt,ſed ſubſtantia albi hominis eſt(nihil enim illius aggregati eſt ſubſtantia præter hominem.igitur albi hominis eſſe eſt idem quod homo, ſed de re hac in ludicris,& elenchis dilucide dictũ eſt.

An non eſt neceſſe ea,quæ ſunt per accidens, eadem eſſe. non enim extrema modo eodem fiunt, ſed illud accidere fortaſſe uidebitur,ut extrema eadem per accidens fiant,ut albo eſſe, & muſico eſſe.ſed non uidetur.

Alexander vult, qđ Ariſtoteles diluat proximum ſyllogiſmũ,quod in tertia figura eſt formatus ad hũc modum,concedendo maiorem ſit, homo eſt idẽ, qđ eſſe hominis ſcilicet per ſe. minorẽ vero ſit, homo eſt idem,quod homo albus per accidens,ideo non ſequiẽ, vt homo albus ſit idem, quod hominis eſſe. non enim eſt neceſſe,cum alterum extremorum ſcilicet maior inſit ſubiecto per ſe,& alterum extremorum ſcilicet minor inſit per accidẽs eidem ſubiecto,vt extrema vniantur,quia ex propoſitionibus ſic acceptis nihil ſequitur eum peccet ſyllogiſmus per locũ accidentis, dicit{an non eſt neceſſe ea,quæ ſunt per accidens,eſſe eadẽ}cũ ſua quiditate.nõ.n.albus homo idem eſt cũ quiditate

albi

albi hoīs: quemadmodum homo cum quiditate hominis: quia vt Alexan. inquit, non eſt neceſſe vt ea, quę per accidens ſunt, ita ſe habeant, vt ea, quæ per ſe ſunt. homo.n. idem eſt per ſe, quod hominis eſſe, nō tamen homo albus idem, quod eſſe hominis albi. tunc ad formam ſyllogiſmi reſpondet {non.n. extrema} maius videlicet & minus {modo eodem fiunt}.i. modo eodem comparanť ad terminum medium. vel aliter {non.n. extrema}.i. maior propoſitio, & minor ꝓpoſitio {eodem modo fiūt} qm̄ maior videlicet illa homo eſt idē, quod hominis eſſe, eſt vera per ſe, minor vero propoſitio, homo eſt idem, quod homo albus, eſt vera per accidēs. ergo cum ſyllogiſmus peccet per locum accidentis, non videtur concludere. ſed dices, ſequitur vt extrema ſaltem per accidens vniantur, vt quod ſaltem ꝑ accidens homo albus ſit idem, quod hominis eſſe: & hāc affert, & dicit {ſed illud accidere fortaſſe videbitur, vt extrema} ſubaudi ſaltem {eadem per accidens fiant, vt} ſunt per accn̄s {eadem eſſe albo, & eſſe muſico} obijcit contra, quod licet videatur extrema per accn̄s coniungi {ſed} re vera {non videtur} coniungi.ſ. quoniam paralogiſmus, qui peccat per locum accidētis, nihil omnino concludit. quare ex talibus terminis ſic ſe habentibus ad medium nihil oīno ſyllogizatur, alioquin efficeretur, vt color eſſet homo ad hūc modum, Socrates eſt albus, album eſt color. igitur Socrates eſt color. quæres, ſi homo, & albus homo ſunt per accidens eadem, ꝓp quid quiditas hoīs, & quiditas albi hoīs non poſſunt eſſe eadem ſaltem per accn̄s. quanq̄ albus homo nō habet quiditatem, & ſic albi hominis quiditas nulli eadē aliquo modo eſſe pōt. tamen ſuppoſito qd' albus homo quiditatē habeat, dico quiditatē hominis, & quiditatem hoīs albi ex eo idem per accidens eſſe non poſſe, quia quiditas, cum ſit tm̄ ipſa, cuicunq; eadem eſt, non niſi per ſe eadē erit. quare ſtat extrema in tertio eſſe per accn̄s eadem, & tamen illorum quiditates eidē tertio nec per ſe, nec per accn̄s poterunt eædē eſſe. quo vero ad exemplū attinet animaduerte, quod Ariſt. in reſpondendo per extrema ſumpſit maiorem & minorem terminum in ſyllogiſmo tertiæ figurę. deinde in exemplo accepit eſſe albi, & eſſe muſici, quæ nō fuerunt extremi termini in dicto ſyllogiſmo. cauſa eſt, qm̄ quantum ad ſenſum nō refert. nam eodem modo homo & albus homo ſunt eadem, quo album & muſicum ſunt eadem. licet ſit nonnihil diſcriminis: quando homo & albus hic ſunt eadem, quia alterum per accidens alteri idem eſt. album vero & muſicū eadē, quia accidunt eidem tertio. ergo quo ad ſenſum non refert. ſatis enim eſt habere non ſequi extrema ſunt eadem ꝑ accidens aut inter ſe aut ad tertium. igitur quiditates eorum ſunt eædem. non enim oportet quiditates eſſe eaſdem, ſi extrema quorū ſunt, aliquo pacto ſunt eadem. Auer. autem aſsignauit rationē, quare Ariſto. in exemplo mutauit terminos aſſerens hāc permutationem eſſe iure factam, quia in his eſt manifeſtius ſyllogiſmum nihil colligere. non enim quia album & muſicum ſunt eadem homini, ſequitur, vt quiditates albi & muſici ſint eædem aut inter ſe, aut homini.

Quæ Auer. Cōm. 20.

In ijs autem, quæ per ſe dicuntur, neceſſe eſt eadem eſſe: veluti ſi nonnullæ ſubſtantiæ fuerint, quibus aliæ ſubſtantiæ non ſunt, neq; priores aliæ naturæ, quales inquiunt quidam ipſas ideas eſſe. nam ſi ipſum bonum, ac bono eſſe, & ipſum animal, ac animali eſſe. & ipſum ens, atq; enti eſſe diuerſum ſit, erunt & aliæ ſubſtantiæ, & naturæ, & ideæ præter eas, quas dicunt, & illæ erunt priores ſubſtantiæ, ſi quiditas rationem ſubſtantiæ ſubit.

Poſtq̄ dixit in ijs, quæ per accidens dicūtur, vnumquodq; diuerſum videri à quiditate, cū in eis propriæ quiditas non habeatur, & hoc oſtendiſſet demonſtrando hoīem diuerſum eſſe ab eſſe hominis albi, nunc vt Alexan. exponit, in hunc modum interrogat {in ijs autem, quæ per ſe dicuntur}.i. in ideis, vt Alexan. exponit {neceſſe eſt ne eadem eſſe}.ſ. quiditatē, & id, cuius eſt quiditas. eſt ergo ſm̄ Alexā. interrogatio, vtrū in ideis quæ dicuntur eſſe per ſe, quiditas, & id, cuius eſt quiditas, ſint eadem, an diuerſa. cauſam vero interrogationis aſsignat Alexander ex eo, quia ſi eis idem ſit quiditas, & id, cuius ē quiditas, vt quiditas hoīs, & ipſe homo. perinde atq; quiditas boni, & ipſum bonum, in his quoq; ſenſibilibus, quæ apud nos ſunt. idem erit homo, quod hominis eſſe, & bonum quod boni eſſe, ac viciſſim, hæc diuerſa, ſi illa diuerſa fuerint. & ad ſummā vtcunq; ideæ illæ ſeſe habere reperte fuerint, ſic ſenſibilia, quæ apud nos ſunt, ſeſe habebunt etiam. hæc igitur eſt cauſa, quare interrogat vtrum in ideis idē ſit quiditas, & id cuius eſt quiditas. deinde affert exemplū eorū, in quibus interrogatio cadit, & dicit {veluti ſi nonnullæ ſubſtantiæ fuerint}, ſ. per ſe ſeparatæ vt Platoni viſum eſt {quibus aliæ ſubſtantiæ nō ſunt} priores, ſ. {neque aliæ naturæ priores} ſed quæ ipſæ ſunt primæ ſubſtantiæ, primæq; naturæ {quales inquiunt quidam ipſas ideas eſſe} nam ſi tales ſubſtantiæ ſunt, in talibus cadit interrogatio ſit ne quiditas idem cum eo, cuius eſt quiditas, an diuerſum. vt vtrum bonū ipſum id eſt idea boni, & eſſe boni.i. & quiditas ideæ boni diuerſa ſunt, an ſecus. deinde argumentatur in talibus hæc non eſſe diuerſa, & dicit {nam ſi ipſum bonū}.i. nam ſi idea boni {& bono eſſe}.i. & quiditas ideæ boni {& ipſum animal}.i. idea animalis {ac animali eſſe}.i. & quiditas ideę animalis {& ipſum ens}.i. ideæ entis {atq; enti eſſe}.i. atq; quiditas ideæ entis {diuerſum ſi erunt & aliæ ſubſtantiæ, &} aliæ {naturæ, &} aliæ {ideæ præter eas, quas dicunt, & illæ erunt priores ſubſtātiæ}.i. quæ aliæ ſubſtantiæ, & aliæ naturæ, & aliæ ideæ præter eas, quas dicunt, erunt priores ſubſtantiæ ſubaudi ipſis ideis, quas dicunt, cuius rationē ſubdit {ſi quiditas}.ſ. rei cuiuſq; {rōnem ſubſtātiæ ſubit} & cū dicit {& illæ erūt priores ſubæ} intelligit. & illæ erūt magis ſubſtātiæ. nā ſi quiditas potiſsimum eſt ſubſtantia, quiditas aūt eſt hoīs eſſe, profecto hoīs eſſe magis eſt ſuba. qd' ſi verū eſt, nimirum eſſe ideæ hoīs magis erit ſuba q̄ idea hoīs: hoc aūt nō placet idearū aſſertoribus, vel aliquæ ſubę ideis priores habeanť, & magis ſubſtātię. ad hūc modū. Alex. expoſuit, Expoſitor non minus eleganter exponēs aſſerit Ariſto. manifeſtare ſolutiones aſsignatas, & primo manifeſtat primam. dictum eſt.n. in ſubſtantijs quiditatem non eſſe diuerſam ab eo, cuius eſt quiditas. nūc vult hoc idē manifeſtare & primo, proponit intētū. & dicit {in ijs aūt, quæ ꝑ ſe dicunť} hoc eſt in ſubſtantijs {neceſſe eſt} quiditatē, & id, cuius eſt quiditas {eadē eſſe} eſt igiť cōcluſio in ſubſtantijs quiditas, & id, cuius eſt quiditas, eadē ſunt. Ariſt. oñdit hāc cōcluſionem authoritate Platonis, qui poſuit ſubas ſeparatas, & voluit in eis nō eſſe diuerſa quiditatē, & id cuius eſt quiditas, & dicit {veluti ſi nōnullæ ſubæ fuerint, quib⁹ aliæ ſubſtantiæ nō ſunt} ſcilicet priores {neq; alię naturæ} ſcili-

cet ſunt{priores, quales inquiunt quidam ipſas ideas. eſſe}in his enim quiditas & id,cuius eſt quiditas, idem eſt.ecce quō authoritate Platonis ſaltem in quibuſdam ſubſtantijs patet quiditatem, & id, cuius eſt quiditas, non differre.quod autem in ideis quiditas nō differat ab idea,cuius eſt quiditas oñdit, qm̄ tūc primis, & abſtractis ſubſtantijs adhuc dareť ſubſtantia alia,& prior & magis abſtracta,& ita ideæ eſſet idea,& ſic in infinitum,& dicit{nam ſi ipſum bonū}ideſt nam ſi idea boni,quæ eſt ipſa bonitas{ac bono eē}.i.& quiditas ideæ boni{& ipſum animal}.i.& idea aīalis{ac animali eſſe}.i.& quidditas ideæ aīalis{& ipſum ens}.i.& idea entis {ac enti eſſe}.i. quiditas ideæ entis {diuerſum ſit,erunt & aliæ ſubſtātiæ,& aliæ naturæ, & aliæ ideæ pręter eas, quas dicunt,& illæ}ideſt quæ aliæ ideæ {erunt priores ſubſtantiæ}ſubaudi ideis,quas ponūt. & hoc ſequitur {ſi quiditas rationem ſubſtantiæ ſubit}patet igiť in ſubſtantijs,quas Plato poſuit ſaltem ipſam quiditatē non eē diuerſam ab eo,cuius eſt quiditas.nec curauit Ariſt. demonſtrare concluſionem hanc ratione magis vniuerſali, qm̄ ſatis ſuperius hæc concluſio fuit expoſita. nunc ei ſatis eſt oſtendere authoritate Platonis ſaltē in particularibus,vt in ideis illam fateri. Auer.aūt rōnem dirigit ad ſingulares ſubſtātias,quæ ſunt primę ſubſtantiæ,& indiuiduæ,& ſenſibiles,& facit hmōi conſequentiam,ſi primæ ſubſtantiæ,quæ ſingulares ſunt,non ſint eædem cum ſuis quiditatibus,hmōi ſubſtantię nō erūt primæ,ſed quonam modo valeat hæc cōſequentia, nō eſt probatum.poteſt tñ hoc pacto primo deduci, ſi primæ ſubſtantiæ non ſint eædem ſuis quiditatibus, erit pro tanto,quia vnaquæque ſubſtantia prima eſt aggregatum ex ſubiecto,& accidēte: & ita Socrates erit idē, quod Socrates albus. at Socrates albus ſm ſophiſtas eſt idem qđ Soc.ſed Soc.eſt ſubſtantia Soc. albi. igitur Socr. albi eſt aliqua ſuba, quæ eſt prior, & magis ſuba q̄ Socrates albus,& ſic ſubſtātia prima adhuc erit aliqua ſubſtantia prior.vel aliter, & ſecundo pōt deduci ſupponendo quiditatem rei ſingularis eſſe ſingularē, tunc argumentor,ſi prima ſubſtantia non eſſet eadem ſuæ quiditati,tunc prima ſubſtātia, & ſua quiditas erūt duæ res ſingulares. quare bonū ipſum, & ſua quiditas erunt duæ ſubſtantiæ ſingulares, & ſic ſubſtātia prima habebit adhuc ſubſtantiam ſingularem vel ſub ſe, aut æqualem ſibi, quod videtur abſurdū. aut fortaſſe verba Auerrois ſunt corrupta,& legēda ſunt, quod ſi ſubſtantiæ ſenſibiles ſint primæ, erunt eædem ſuis quiditatibus alioquin non erunt primæ, ſed erunt adhuc ſubſtantiæ illarum priores,& ſic totum patet. & licet hoc pacto hæc conſequentia deduci poſſit, tamē expoſitio hæc,vt patet,verbis Ariſto. non conſonat.nō.n.Ariſt. de ſubſtantijs primis loquitur, quæ ſunt ſingulares ſubſtantiæ,ſed de ideis,quæ ſecundum Platonem ſunt primæ ſubſtantiæ.

Qua Auer. Com. 20.

Et ſi abſoluta quidem ſunt inuicem, horum quidem ſcientia non erit,illa uero non erunt entia,abſoluta autem eſſe dico,ſi neque ipſi bono inſit eſſe, quod bono ineſt, neque huic ipſum eſſe bonum.

Cum ſm Alexandrum propoſuiſſet hanc interrogationem vtrum in ideis quiditas,& id,cuius eſt quiditas ſint eadem,& argumentatus etiam in talibus nō eſſe diuerſa argumento ſumpto à primitate idearum, nūc argumentatur ſecundo argumento ducente ad abſurdū ad hunc modum ſi in ideis quiditas & id,cuius eſt quiditas,eſſent diuerſa,idearum nulla eſſet ſcientia,& quiditates earū non erunt entia,& inquit{& ſi abſoluta quidem ſunt inuicem}id eſt & ſi in ideis quiditas,& id,cuius eſt quiditas,eſſent diſiuncta,atq; diuerſa,& mutuo diſtincta{horum quidem}id eſt idearum {ſcientia nō erit}.i.de ideis nulla erit ſcientia {illa vero}.i. quiditates idearum{non erunt entia} ſi ergo quiditates idearum eſſent diuerſæ ab ideis,de ideis nulla ſcientia eſſet, & quiditates talium nihil eſſent: quod eſſet cōtra idearum aſſertores.hoc pacto expoſuit Alexan.vel intelligi pōt ad hunc modum,ſi quiditas nō modo ſit diſtincta, ſed ſeparata ab eo,cuius eſt quiditas, tunc ea, quorum eſt quiditas,nec ſunt ſcibilia, nec formaliter entia, & ſic verbum horum,& verbū illa ad eadē refert Ariſto. & dicit{& ſi}ſubaudi quiditas,& id. cuius eſt quiditas {abſoluta quidem}abiūcta,ac ſeparata {ſunt inuicem. horum quidem}ſcilicet quorum ſunt quiditates{ſcientia non erit,illa vero}.i.& eadem, quorum ſunt quiditates{non erunt entia} & ita hæc ambo referuntur ad ea,quorū ſunt quiditates. Auer. vero refert hæc ad diuerſa,vt ſit ſenſus,ſi quiditas & id cuius ē quiditas, ſit ſeparata,tunc primæ ſubſtantiæ, quæ ſingulares ſunt, non erunt ſcibiles,& ideæ non erunt entia. ſed vtrū ad eadem, vel ad diuerſa hæc referantur, dicemus poſtea. deinde Ariſto.exponit quid intelligat per abſoluta, & Auer.exponendo vult Ariſtotelem intelligere abſoluta,vt quiditates ſint ſeparatæ ab illis, quorum ſunt, & vniuerſaliter,& à particularibus illorum, & dicit{abſoluta autem eſſe dico}.ſ.quiditatē ab eo, cuius eſt quiditas{ſi neq; ipſi bono.ſ.vniuerſaliter inſit eſſe, quod bono ineſt,neq; huic}.ſ.bono particulari inſit {ipſum eſſe bonum}& per abſolutum intelligit,quando quiditas ſeparatur,& ab ipſo vniuerſaliter bono,& à particulari bono.aliter & magis ad verba,dicamus per abſoluta inuicem eum intelligere quiditatem,& id cuius eſt quiditas eſſe mutuo diuerſa,ita, vt quiditas ſit diuerſā ab eo,cuius eſt quiditas,& econtrario,& hoc ait {abſoluta autem dico.ſ.quiditatem, & id, cuius eſt quiditas {ſi neq; ipſi bono inſit eſſe,quod bono ineſt}.i.ſi neque ipſi ideæ boni inſit quiditas ideæ boni{neq; huic}ſcilicet quiditati ideæ boni inſit {ipſum eſſe bonum}.i.inſit idea boni,ad hunc modum Alex. ſed ſi hæc non ad ideas referas,intelligas ſic{abſoluta autem} quiditatē, & rem,cuius eſt quiditas{dico ſi neq; ipſi bono}quod eſt res.cuius eſt quiditas{inſit eſſe,quod bono ineſt}.i. inſit quiditas boni{neq; huic}.ſ.quiditati boni inſit{ipſum eſſe bonum}.i.inſit ipſum bonum,cuius eſt quiditas, nam hęc mutuo inuicem ſunt abiuncta, atq; diſtincta.præmiſit igitur,vt Alexā.inquit, quid intelligat per abſoluta antequam demonſtret illa abſurda ſequi.

Scientia enim uniuſcuiuſq; hæc eſt, quæ per quidditatem ineſt illi, & in bono, & in cæteris ſimiliter ſe habet.

Interiecta expoſitione illius verbi abſolutas, docet cur ſi quiditates ab ideis abſolutæ adiunctæq; ſint,non ſit idearum ſcientia futura,quod erat primum abſurdū ſm Alex.& contra Platonem,& pro deductione ſupponit ſcientiam rei cuiuſq; tunc eſſe,cum quiditatem, & ſubſtantiam eius cognoſcimus.ſi ergo quiditas & ſubſtantia ſit diuerſa ab idea, profecto dicere cognitionē quiditatis eſſe cognitionē ideę ſimile eſt,vt ſi dicas cognoſcere quid ſit equus eē cognoſcere quid ſit homo, ſi quidem,vt natura hominis diuerſa eſt ab equi natura,ſic idea boni, & quiditas eius diuerſa eſſe ponūtur.

at ſi

at ſi fieri nequit vt equi cognitio hominis cognitio eſſe dicatur, ne illud quidem fieri poteſt, vt cognoſcere qui ditatem ideæ boni ſit ipſam boni ideam cognoſcere, cui ſimilis eſt cæterarum idearum ratio. quare idearũ nulla erat ſciẽtia, quod ſi hoc eſt impoſsibile cum ipſarum habeatur ſcientia, nimirum, & poſitio, ex qua hoc ſequitur, erit impoſsibilis, illa.ſ. quę ideam boni, & eius quiditatem diuerſa eſſe dicit. quod quidem rebus, quę ſunt apud nos, neceſſario perinde congruit. nam ſi hominis habemus ſcientiam, hõ ab hominis eſſe non eſt diuerſus, ſed idem, quod ipſum. alioquin fieret, vt eius non eſſet ſcientia, quod eſt impoſsibile, ac perinde ne bouis quidem, & equi, ac cæterorum vnde dicit{ſcientia.n. vniuſcuiuſq; hæc eſt, quæ per quiditatẽ ineſt illi} .i. quæ habetur, cum quiditatem, & ſubſtantiam rei co gnoſcimus{& in bono} .i. quod quidem eſt verum in bono {&} ſicut in bono {in cæteris ſimiliter ſe habet} & ſic vniuerſaliter, vt ſcimus ideã boni per eius quiditatem, ſic in cæteris eſt aſſerendum. aliter poteſt exponi, vt ſuppoſitio ſit, quod ſcientia cuiuſque non ſit per aliud quam per ſuam quiditatem : quæ ſuppoſitio eſt vera in omnibus, quę quiditatem habent: & hoc ex eo, quia tam definitiua ſcientia, quam demonſtratiua habetur per cognitionem quiditatis. quare cum ſuppoſitio ſit vniuerſaliter vera, ideo Ariſt. vniuerſaliter videt loqui, & ſic non tam in ideis, ſi darentur, q̃ in cæteris rebus omnibus: & dicit{ſcientia.n. vniuſcuiuſq; hæc eſt, quæ per quiditatem ineſt illi}.i. quæ per quiditatem .i. per cognitionem quiditatis habetur de re, cuius eſt{& in bono & in cæteris} vniuerſaliter{ſe habet ſimiliter} quare cum loquatur vniuerſaliter, non videtur tantum hoc quod dixit, oſtendere in ideis.

Quare ſi eſſe bono bonum non eſt, neq; eſſe enti erit ens neq; uni, unum: atq; omnes ſimiliter quiditates ſunt, aut nulla. quare ſi eſſe enti eſt non ens, neq; cæterorum ullum.

Cum demonſtraſſet ex hac poſitione, de qua loquimur, effici non poſſe, vt ſcientia idearum habeatur, nunc docet ex eadem poſitione fieri non poſſe, vt idearũ quiditates entia futura ſint, ſi ab ipſis ideis fuerint diuerſæ. & primo ſupponit ex illa poſitione, vt quiditas ideæ boni non ſit bonum, & hoc tanq̃ ſequens, nam ſi quiditas ideę boni eſt diuerſa ab ipſo bono, quiditas boni non erit bonum, nihil.n. eſt illud, à quo eſt diuerſum. quare ſi quiditas boni eſt diuerſa ab ipſo bono, quiditas eius non erit bonum: ſuppoſito ergo ꝙ eſſe bono .i. quod quiditas boni, bonum non ſit, infert quod neq; quiditas entis ſit ens, neq; quiditas vnius, ſit vnum, & ſic in cęteris. quod autem hoc ſequatur, in hunc modũ planum fiet, ſi quod à bono diuerſum eſt, no eſt bonũ, profecto & quod ab ente diuerſum erit, non erit ens, & quod ab vno, non vnum eſt.n. quiditas boni diuerſa ab ipſo bono. & quiditas entis ab ipſo ente, & quiditas vnius ab ipſo vno. patet igitur quiditatẽ ipſius boni eſſe nõ bonũ, & quiditatem entis non ens, & quiditatem vnius non vnum. vnde dicit{quare ſi eſſe bono}.i. quare ſi quiditas boni { non eſt bonum } pari ratione {neq; eſſe enti} .i. neq; quiditas entis { erit ens, neque vni}.i. neq; quiditas vnius erit { vnum } ſed ne quis in hunc modum occurrat quiditatem entis, cum ab ipſo ente ſit diuerſa, merito concludi non eſſe ens. nam qđ ab ente diuerſum eſt, id non eſt ens. in cæteris autẽ nõ ſequitur: quia licet quiditas hominis non ſit homo, nõ tñ ſequitur vt non ſit ens. quia ab inferiori negatiue nõ licet argumentari ad ſuperius, vt in topicis eſt expoſitum. ideo ſubdit{atq; omnes ſimiliter quiditates ſunt, aut nulla}.i. vel idearũ quiditates eſſe affirmare oportet, vel omnino nullam. cur.n. aliquas eſſe dicere permittamur, alias vereamur, nulla videtur ratio, propterea ſubdit {quare ſi eſſe enti}.i. ſi quiditas entis{eſt nõ ens, neq; cæterorum vllum}.ſ. eſſe erit ens, & ita ſi quiditas entis non eſt, ne cæterarum quidẽ idearum quiditates erunt. nam vt quiditas ideæ entis ſeſe habet ad ipſum ens, ſic quiditas aliarũ idearum ad ipſas. qui vero non referunt hoc argumentum ad ideas, ſed vniuerſaliter ad omnia, quorũ ſunt quiditates, facile poſſunt ad hunc modum legere, applicando omnia, quæ Ariſt. dicit ad res, quarum ſunt quiditates, & non tantũ ad ideas. Auer. autem putat Ariſt. incepiſſe oſtendere, qđ ſeparata quiditate à re, cuius ẽ quiditas, res illa nõ ens. dicit.n. ꝙ Ariſt. inceperit oſtendere omnia, quæ quiditatem habent, quiditates habere coadunatas cum ſe.i. identificatas ſecum, & bis rationis ſm Auer. eſt, ſi per ſe bonum, quod eſt vniuerſale bonum, non habet quiditatem boni ſibi identificatam à pari nullum ens vniuerſaliter habebit quiditatem entis & nullum vnum quiditatem vnius, & ſic de omnibus aliis oportet dicere. ſ. quod vel habeant quiditates ſibi coadunatas, ac identificatas, aut quod nulla res habeat aliquo modo quiditatem. quare ſi ens non eſt idem ſuæ quiditati, nihil erit idem ſuæ quiditati, ſicut illud, quod nõ habet quiditatem boni, non eſt bonum. hæc eſt expoſitio Auer. *Quæ Auer. com. 20.*

Præterea cui eſſe bono non ineſt, id non eſt bonum.

Alexander vult, vt oſtẽdat id, quod ſuppoſuit, ſuppoſuit.n. quiditatem ideæ boni non eſſe bonam, nunc oſtendit hoc eſſe ita, & dicit{præterea} ſubaudi id, qđ ſuppoſitum eſt recte ſuppoſitum eſt, nam {cui eſſe bono}.i. quiditas boni {non ineſt}.i. cui quiditas boni eſt diuerſa {id non eſt bonum} quiditas autem ideæ boni diuerſa eſt ab ipſo bono, quod vero à bono diuerſum eſt, id non eſt bonum. quiditas ergo boni nõ eſt bona: & ſic oſtenſum eſt id, quod ſuppoſuit.

Vnum ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum, & bono eſſe, & honeſtum, et honeſto eſſe, et quæcunque omnino non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur. etenim hoc ſatisfacit, ſi ſit, quãuis ſpecies non ſint. magis autem forſitan ſi ſpecies ſint.

Alexander ſic introducit, quod cum demonſtraſſet in ideis idem eſſe quiditatem, & ideam, cuius eſt quiditas, nunc concludat vniuerſaliter in omnibus rebus, etiam, quæ ſunt apud nos, modo non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicantur. hoc eſt modo ſint ſubſtantiæ, & non accidentia, aut per accidens entia idem eſſe quiditatem, & id, cuius eſt quiditas, & dicit{vnum ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum, & bono eſſe} .i. & quiditatem boni{& honeſtum, & honeſto eſſe}.i. & quiditatẽ honeſti. ſemper.n. ipſum eſſe cum conſtruitur cum datiuo caſu. apud Ariſt. quiditatem ſignificat, idem.n. eſt dicere honeſto eſſe, & quiditatem honeſti, vt Alex. ſuperius annotauit. & per bonum & honeſtum poteſt intelligere ideas bonorum, & honeſtorum, & tunc erit ſenſus concluſionis{vt vnum ſit bonum}.i. idea boni {& bono eſſe}.i. & quiditas ideæ boni { & honeſtum} .i. & idea honeſti {& honeſto eſſe}.i. quiditas ideæ honeſti{& quæcunque}.i. & non ſolum neceſſe eſt ſic dicere in ideis, ſed in omnibus { quæcunque omnino nõ per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur}.i. ſed in om-

nibus ſubſtantiis, etiam quæ apud nos ſunt: quæ non ꝑ aliud, ſed prima, & per ſe dicuntur. nam in accidentib⁹ hoc non eſt verum, cum accidentia quiditatem nõ habeant, aut per bonum, & honeſtum intelligere poteſt communia ad bona, & honeſta, quæ ſunt apud nos, vt ſit ſenſus {vnum ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum} quouis modo ſit bonum ſiue ſeparatum, ſiue apud nos {& bono eſſe}.i.& quiditas boni {& honeſtum, & honeſto eſſe} quouis modo ſit honeſtum ſeparatum, aut apud nos {&} non ſolum in bono & honeſto quiditas, & res cuius eſt quiditas ſunt eadem, ſed in omnibus {quęcũque omnino non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur}.i.ſed in omnibus ſubſtantiis idem eſt quiditas, & res cuius ẽ quiditas. Cuius rõne ſubdit, & dicit {etenim hoc}.i.prædicta demonſtratio {ſatisfacit} ſatisq́; eſt ad faciendam fidem ꝙ in rebus, quæ apud nos ſunt, idem ſit quiditas, & id, cuius eſt quiditas {ſi ſit} vera, vt dictũ eſt {quãuis ſpecies}.i.ideæ {non ſint} magis autem forſitan demonſtratio prædicta ſatis fidem faciet ad oſtendendum idem eſſe quiditatem & rem, cuius eſt quiditas {ſi ſpecies ſint} qm̃ ſine controuerſia ĩ ideis ſubſtantiisq́; ſeparatis idem eſt quiditas, & id cuius eſt quiditas, vel poſſunt hæc verba legi comparatiue ad hũc modum {etenim hoc}.i.dicta demonſtratio {ſatisfacit} ad faciendam fidem ꝙ in rebus, quæ apud nos ſunt, idem ſit quiditas, & id, cuius eſt quiditas {ſi ſit} ſubaudi talis, vt dictum eſt. fuit.n.demonſtratio ꝙ ſi quiditas ſit diuerſa à re, cuius eſt, nec res erit ſcibilis, nec ens. ſi ergo hæc demõſtratio ſit ſufficiens, habebitur in omnibus, quæ ſunt per ſe entia, & ſubſtantiæ, idem eſſe quiditatẽ, & rem cuius eſt quiditas {quãuis ſpecies non ſint, magis autem}.i.immo magis {forſitan} ſubaudi ǭ {ſi ſpecies ſint} ſubaudi ſequũtur illa duo, nam ſi ſpecies ſunt, quiditates erunt ſeparatæ à rebus, quæ apud nos ſunt, quo fiet, vt res, quæ apud nos ſunt, nec ſciãtur, nec ſint entia. magis.n.res ipſæ ſcibiles ſunt, & formaliter entia magis ſunt per id, quod eſt ſibi coniunctum, & inexiſtẽs, ǭ per ea, quæ ſunt ſeparata. Auer. autem per {quęcunq; omnino non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntu} intelligit ſubſtantias primas, quæ ſunt indiuiduæ ſubſtantiæ, qm̃ etiam in primis ſubſtantiis quiditas, & habens quiditatem ſunt eadem. Secundo dicit, ꝙ ſiue fuerint, ſiue non fuerint ideæ. ad hoc ꝙ res ſciantur, ſufficitur quiditas ſit eadem ei, cuius eſt quiditas. Tertio dicit, ꝙ ſi ideæ ſint, vt Plato dicit, eſt rectum, vt ſint vtiles ad ſcientiam noſtram, vt per eas homo ſciat ſubſtantias, quarum ſunt. demum dicit ꝙ non neceſſario patet eas eſſe, nec quo nam modo ſe habeant cum rebus ſenſibilibus, vt fingunt Platonici. quæ conueniãtne verbis, an nõ, relinquo conſiderantibus, illud tamẽ eſt dubitatione dignum, vtrum quiditas, & habẽs quiditatem ſint eadem: non enim hoc verum videtur. nã habens quiditatem eſt compoſitum, quiditas vero forma apud Auer. infra, diluitur tñ dubitatio. nã, vt infra dicet, quiditas, & hñs quiditatẽ ſunt eadem identitate inſeparabilitatis, non aũt ſimpliciter, vt in dilucidario copioſius eſt expoſitum.

Quæ Auer. Com. 20.

Cõ. 40. et 37

TEX. 21. *Simul autem patet & ſubiectum ſubſtantiam non eſſe, ſi ſint ipſæ ideæ tales, quales inquiunt quidam eſſe. has enim ſubſtantias quidem eſſe de ſubiecto autem nõ dici neceſſe eſt. alioquin erunt ſecundum participationem. ex his igitur rationibus perſpicuum iam euaſit ipſum unumquodque quiditatemq́; eius unum & idem non per accidens eſſe, & unũquodque etiam ſcire, idem eſſe, quod quiditatem ſcire. quare per expoſitionem unum quid ſint ambo, neceſſe eſt.*

Expoſitionem ἔκθεσιν rationes & inductionem.

Cum iis, quę de ideis ſuperius expoſuit, ſm̃ Alexandri expoſitionem concludit aduerſus idearum aſſertores, ꝙ particulares, & indiuiduæ ſubſtantiæ, non ſint ideis illis ſubiectæ. Et huius ratio eſt, qm̃ qui ideas induxerunt, ipſas per ſe conſiſtere dicebant, vt ſæpe docuerat, & proprie entia, atq; ſubſtantias à rebus ſenſibilibus noſtris diuerſas. ſiquidem hominem vniuerſalẽ, quem intellectus noſter abſtrahit à ſingularibus, & cui beneficio mentis eſſe cõtingit, ſimilitudinem eſſe aiebant hominum particularium, idemq́; quod ſingulos homines, & cognitione tantum obtinere. at ipſum hominem ideam, quæ quidem per ſe eſt, & in ſubſtantia, non eſſe idem, quod ſingulares homines. qm̃ igitur hęc illi tradebant, iccirco ait {Simul autem patet & ſubſtantiam}.ſ.ſingularem, & indiuiduam {non eſſe ſubiectũ} ſubaudi ideis ipſis. cuius ratio eſt. quia ſubſtantia non ſubiicitur ſubſtantiæ diuerſæ ab ipſa, & alienæ, & ideo ſubdit {ſi ſint ipſæ ideæ tales, quales eſſe inquiunt quidam}.i.ſi ſubſtantiæ per ſe ſeparatæ, & diuerſæ ſunt à ſubſtantiis noſtris indiuiduis: quales Platonici aſſerunt. Deinde affert rationem, & dicit {has.n.ſubſtantias quidem eſſe}.ſ. ſeparatas, & diuerſas à ſubſtantiis noſtris {de ſubiecto autem non dici neceſſe eſt} vt ſuppleatur maior ſic, ſubſtantiæ, quæ ſunt ſeparatæ, & à noſtris diuerſæ omnino, non habent has noſtras pro ſubiectis neq; de ipſis ſubiectis dicentur, hanc maiorẽ ſuppoſuit, minorẽ verbis antedictis expreſsit. ſed ideæ ſunt ſubſtantię ſeparatæ, & omnino à noſtris diuerſæ, igitur ideæ non habent has noſtras pro ſubiectis, neq; de ipſis ſubiectis dicentur. maiorem probat, ducendo ad impoſsibile hoc pacto dicens alioquin ſi ſubſtantię, quæ ſunt ſeparatæ, & à noſtris omnino diuerſæ, haberent has noſtras pro ſubiectis, & de his prædicarentur {eſſent vtiq; per participationem}.i.eſſent noſtris ſubſtantiis ſenſibilibus communicatæ.i.haberentur in noſtris ſubſtantiis, vt animal habetur in Socrate, & in me: quod iſti negant, aſſerentes ideas non eſſe in nobis: ſed ſeparatas, atq; omnino diuerſas à nobis, noſtrisq́; ſubſtantiis. Vocat autem eſſe per participationem eſſe cõmunicatum, communicatum vero eſſe, vt in ſubiectis, veluti animal eſt in Socrate, & Callia, & cæteris ſingularibus ſubſtantiis. patet igitur ideas eſſe fruſtra. nam quis erit vſus idearum, ſi à ſubſtantiis noſtris diuerſæ ſunt. neq;.n.de ipſis prædicantur, neq; ipſorum cauſæ ſunt, vt ſæpe demonſtratum eſt. Poteſt autem abſurdũ aliter intelligi, vt ꝙ ſi ponantur ideæ eo modo, quo Plato eas poſuit, ſequatur ſubſtantiam primam non eſſe ſubſtantiam: & deducitur, quoniam ſubſtantia prima non eſt ſubſtantia, niſi quiditas ſubſtantiæ ſit in ea, & prædicetur de ea. non enim Socrates eſt homo, niſi quiditas hominis ſit in Socrate, & prædicetur de Socrate, nec Socrates eſt ens, niſi quiditas entis ſit in Socrate, & prædicetur de Socrate. Sed apud Platonem idea ſubſtantiæ primæ non eſt in ſubſtantia prima, nec prædicatur de ſubſtantia prima. igitur ſubſtantia prima non eſt ſubſtantia. Vnde dicit {Simul autem}.ſ.cum iis, quæ dicta ſunt contra Plato. {patet & ſubiectum}.i.ſubſtantiam primam {non eſſe ſubſtantiam: ſi ſint ipſæ ideæ tales}.i. ſeparatæ, & omnino diuerſæ à ſubſtantiis primis {quales inquiunt quidam eſſe}.ſ.Platonici. eſt ergo argumentum ad hunc modum, ſi ideæ

ſunt ſubſtantiæ ſeparatę,& omnino diuerſæ à ſubſtantia prima,ſubſtantia prima non erit ſubſtantia.Demonſtrat conſequentiam per ea,quæ dixit,quaſi argumento ad hominem,& dicit {has.n. ſubſtantias quidẽ eſſe} .ſ.ſeparatas per ſe exiſtentes,atq; omnino diuerſas.ſ. à ſubſtantiis primis apud Platonem {de ſubiecto autẽ} .i.de ſubſtantia prima{non dici}nec prædicari, nec in illa eſſe{neceſſe eſt}apud Platonem. Quod autem ſic ſit apud Platonem oſtendit,& dicit {alioquin erũt ſm participationem}.i.alioquin erunt communicatę ſubſtantiis primis illis inexiſtentes,vt animal in ſingularibus hominibus,& de illis prędicantes:quod eſt contra poſitionem. Quare cum non ſint cõmunicatæ primis ſubſtantiis prædicatione, aut inexiſtentia, primæ ſubſtantiæ non erunt ſubſtantiæ,& propter eandẽ rationẽ nec ſunt entia. Auer. oſtendit de mente Platonis ideas non eſſe primis ſubſtantiis cõmunicatas nec per inexiſtentiam,nec per prædicationem ex eo, quia tunc eſſent corruptibiles, quod eſt contra Platonem, qui eas ponit omnino æternas. conſequentiam deducit, quõ omne communicatum per inexiſtentiam, atq; prædicationem rei per ſe corruptibili,eſt corruptibile. eſt.n. maior mixtio vuiuerſalis cum ſingulari,cui per ſe communicatur q̃ accidentis cum ſubiecto.vt Auer.inquit primo huius,ergo ſi accidentia corrumpuntur corruptis ſubiectis,vniuerſalia quoq; corrumpentur,& quidem magis,quatenus magis illis communicantur.Sed dices,tunc nec ſm Ariſt.vniuerſa vniuerſalia erunt primis ſubſtantiis communicata,qm̃ erunt corruptibilia. fortaſſe apud Ariſt.nihil prohibet vniuerſalia eſſe corruptibilia per accidens. qñ corruptis primis ſubſtãtiis, nihil aliorum remanet.at apud Platonem nec per ſe, nec per accidens ideæ ſunt corruptibiles.Ideo nullo pacto poſſunt primis ſubſtantiis communicari.Tunc epilogat,& dicit {ex his igitur rationibus perſpicuum iam euaſit ipſum unumquodq; quiditatemq; eius vnum,& idem non per accidẽs eſſe}.i. vnumquodq; idem eſſe, quod quiditatem ipſius non ex accidẽti, ſed per ſe. hoc eſt primum, & principale. deinde epilogat ſm, quod obiter occurrebat,& dicit {& vnũquodq; etiam ſcire idem eſſe,quod quiditatem ſcire} qm̃ per quiditatem ſcitur res,cuius eſt,& definitiue,& demonſtratiue. deinde repetit epilogando principalem concluſionem, & dicit {quare per expoſitionem}.i. inductionem, & rationẽ ſuperius aſsignatam {neceſſe eſt, vt vnũ quid} & idem{ſint ambo}.ſ.quiditas,& res, cuius eſt quiditas.alioquin nec rerum ſcientia, nec rerum eſſentia ſeruari poterit.Auer.vero,cum dicit Ariſt.{quare per expoſitionem vnum quid ſint ambo,neceſſe eſt} per ambo intelligit Platonem & Ariſt.quaſi dicat { quare per expoſitionem} Ariſt.& Plat.conuenire neceſſe eſt, & eſſe vnum quid, & ad vnam ſententiam conuenire quantum ad hoc,ꝙ ſcientia ſit per quiditatẽ,& entitas. alio modo exponit ꝙ neceſſe ſit per rationes inductas dicere ambo quiditatem & vnumquodq; eſſe vnum quid,& idem:& hæc eſt vera expoſitio.

Quæ Auer. Com.21.

Com.31.

Quæ Auer. com.21.

Id autem,quod per accidens dicitur,ut muſicum,aut album,& quiditatem idem eſſe uere dicere nõ licet ex eo,quia duplex ſignificat.etenim id cui album accidit,et ipſum quod accidit. Quare partim idem, partim non idem eſt. eſſe enim homini,& albo homini non idem eſt,tamen idem affectui.

Poſtquam eorum,quæ per ſe dicuntur,vnũquodq; idem eſſe docuit,quod eius quiditatem de iis, quæ per accidens dicuntur, hoc verum eſſe negat, & hoc proponit,& dicit{Id autem,quod per accidens dicitur, vt muſicum & albũ}quæ pro concretis accepit ſm Alex. non aũt pro aggregatis per accidens, vt muſicum pro Socrate muſico,& album pro Callia albo {& quiditatem idem eſſe vere dicere non licet}& aſsignans rationem ſubdit{ex eo,quia}muſicum ipſum{duplex ſignificat}& album ſimiliter duo{etenim}ſignificat id{cui album accidit}.ſ.corpus vel ſcytham {& ipſum, quod accidit}.ſ.albedinem,quę accidit ſcythæ.Similiter muſicum ſtatim affectionem ipſam muſicam dico ſignificat, quæ in Socratis anima ineſt, deinde Socr. ipſum. Tunc Alexander ſupplet rationem,ꝙ videlicet nõ vere dicere liceat muſicum idem eſſe, quod quiditatem muſici.tunc.n.ſequeretur muſicum hoc eſt affectionẽ idem eſſe,quod hominem,cui accidit.ſi ergo eſſe muſici ſignificat vniuerſalem muſicam,muſicum autem ſignificat hominem,cui accidit muſica,quo nam modo muſicum,& muſici eſſe.i. ſubſtantia & accidens idem eſſe poſſunt? Propterea concludit{quare partim idẽ} .i.quodam modo animal album,& aĩalis albi eſſe idem erit{partim non idẽ eſt}.i.alio modo non idem.ſubaudi per ſe{.n. eſſe homini}.i.quiditas hominis{ & albo homini}quod eſt geminum albi ſignificatum {nõ idẽ eſt.eſt tñ idem affectui}quatenus enim patitur ab albo .i.dealbatur,eſt idem. Aliter introduci poteſt, ꝙ cum declaraſſet in iis,quæ per ſe dicuntur,idem eſſe quiditatem,& id,cuius eſt quiditas, nunc declaret ſecundã ſolutionem,vel ſecundam ſolutionis partem,vt ꝙ in iis quæ dicuntur per accidens, non ſint idem quiditas, & id cuius eſt quiditas,& primo proponit intentum,& ſimul cum intento tangit rationem eius:& dicit {Id aũt, quod per accidens dicitur,vt muſicum, & album} & ꝑ muſicum,muſicum hominem,& per album,album hominem accepit.pro aggregatis.n. per accidens intellexit{& quiditatẽ idem eſſe vere dicere non licet}vtrũq; .n.eorum dicitur ſm accidens, licet alterum ſm muſicum dicatur,vt muſicus homo,alterum ſm album, vt albus homo,tale itaq;, quod dicitur ſm accidens non eſt idem ſuæ quiditati{quia duplex ſignificat}muſicus .n.hõ, & albus hõ duo ſignificat. deinde explicat cãm, quã ſuccincte accepit,cũ ſubdit,et.n. ſignat {id cui accidit albũ}vel muſicũ videlicet ſubiectũ {& ipſum, qđ accidit} ergo album ſumpſit pro aggregato per accidens.ſ.pro homine albo,& muſicum pro homine muſico,& quia vnumquodq; horum duo ſignificat, nullum eorum eſt idem ſuæ quiditati. Animaduerte ſm hanc expoſitionem Ariſt.ſupponere ꝙ ſi alicui eorum ſit idem ſua quiditas,maxime ſua quiditas erit quiditas affectus,vt albi hominis quiditas albi, muſici hominis quiditas muſici.vt ſit ratio ſi muſicus homo ſit idẽ ſuæ quiditati,maxime erit idem quiditati muſicæ.ſed quiditas muſicæ non poteſt eſſe idem toti aggregato. Igitur nullum eorum habet quiditatem.ſupponendo itaq; ſi aggregato per accidens aſsignaretur quiditas, hanc eſſe quiditatem affectus,infert talem affectus quiditatem eſſe aliquo modo idem toti aggregato, aliquo modo non idem.idem, qm̃ eſt idem affectui, qui eſt pars aggregati.non idem, qm̃ nec homini idem eſt,nec toti aggregato.quiditas.n.albi nec homini idem eſt, nec albo homini. Vnde dicit{quare} ſubaudi quiditas affectus,v.g.albi{partim idem}eſt toti aggregato{partim non idem} eſt toti aggregato{eſſe.n. homini}.i. nam quiditas albi{non eſt idem homini} qui eſt ſubiectum

{& albo homini}.i. neq; albo homini, quod eſt aggregatū per accñs {eſt tñ idem affectui}.i. albo ipſi, quod eſt affectus hominis, & ſic eſt aliquo mdo idem toti aggregato, quatenus eius parti eſt idem. Quo vero ad rationem attinet, animaduerte Ariſt. ita potuiſſe dicere de quiditate hominis, ſicuti de quiditate albi. ſupponēs .n. albi hominis eſſe quiditatem aliquam, voluit illam eſſe quiditatem albi, quæ affectus eſt. potuit etiam ſupponere illam eſſe quiditatem hominis, qui ſubiectum eſt, ſed quia non refert quantum ad vim rationis ſiue accipiat hanc, ſiue accipiat illam, ideo pro exemplo accepit quiditatem albi: quaſi dicens, cum homo albus, atq; nullum aggregatum per accidens. quiditatem propriam habeat, cum nullum tale ſit per ſe ens, nec per ſe vnum ex eo, quia duo ſignificat, tñ ſupponamus, ꝙ ſi aliquod horum habeat, ſit illud quiditas affectus, vt albi, vel muſici, qm̄ idem ſequetur, ſi ſuppoſuerimus q̄ditatem albi hominis eſſe quiditatē hominis, vnde poteſt ratio ſic deduci, ſi albus homo, aut muſicus homo habet quiditatem, aut illa erit quiditas affectus .ſ. albi, aut quiditas hominis .ſ. ſubiecti. non .n. poteſt eſſe quiditas totius aggregati hominis albi, cum illud quiditatē nequaquam habere poſsit, qm̄ nec eſt ens per ſe, nec vnum per ſe. Sed ſiue quiditas ſit ſubiecti, ſiue ſit quiditas affectus, non poteſt eſſe idem toti aggregato, ſed alteri partium. ergo recte dictum iam eſt in iis, quæ dicuntur per accidens, non eſſe idem quiditatem, & ipſum, cuius eſt quiditas. ſiquis autem vult, aliter exponere poteſt, vt dicamus Ariſt. primo demonſtrare nihil, quod dicitur ſm accidens eſſe idem ſuæ quiditati, qm̄ nihil quod dicitur ſm accidens, quiditatem habet ex eo, quia duo ſignificat, & ſi non habet, non poteſt eſſe idem ſuæ quiditati. Quod autem non habeat, ex eo patet, quia cum plura ſignificet, nec eſt vere ens, nec vere vnum. deinde parte illa {quare partim idem, partim non idem eſt} oſtendit nec quiditatem affectus, nec q̄ditatem ſubiecti poſſe eſſe idem ei, quod dicit̄ ſm accidens. expoſuit autem ſolum, quo nā modo quiditas affectus non ſit idem toti, nam idem potuiſſet oſtendere de quiditate ſubiecti, quod breuitatis cauſa reliquit & hoc via corollarij expoſuit, vt conſideranti perſpicuum eſt.

Quæ Auer. Com. 21. Auer. aūt corollarium aliter intellexit, vult .n. Ariſt. non eſſe locutum de quiditate affectus, ſed de affectu ipſo, quaſi velit Ariſt. vt album ſit idē ſubiecto, & non idem. idem quidem, vt prædicatur de ſubiecto. non idē vero, quatenus natura affectus, & natura ſubiecti non eſt eadem. per quæ colligit affectus, quo ſubſtātiarum ſunt affectus, ſm nomina poſſe de ſubſtantiis prædicari. per ſe autem & quiditatiue nequaq̄. Quæ expoſitio non conuenit verbis Ariſt. Ariſt. enim explicat id, de quo loquitur, dicens {eſſe enim} .ſ. albi non eſt idem homini, neq; albo homini. igitur loquitur de quiditate albi, & non de ipſo albo. Quāuis Alex. vt viſum eſt corollarium huioſmodi de quiditate hominis intelligat, vt viſum eſt.

Abſurdum autem eſſe uidebitur, & ſi quiſpiam unicuiq; quiditati nomen impoſuerit, erit. n. & præter illam alia quiditas ſane, ut præter quiditatem equi alia equi quiditas. atq; quid prohibet & nunc eſſe ſtatim quiditates idem, quod ea, quorum ſunt quiditates, ſi quiditas eſt ſubſtantia.

Statim εὐθὺς continuo

Hoc quoq; pertinet ad demonſtrandum per reductionem ad impoſsibile idem eſſe vnumquodq;, quod ſuam quiditatem, quæ demonſtratio ſm Alex. rurſus in ideis procedit, & ita ſm Alex. Ariſt. redit ad demonſtrandum in ideos idem eſſe quiditatem, & id, cuius eſt quiditas: & hoc per reductionē ad impoſsibile ad hunc modum, ſi idea equi, & quiditas eius non ſunt idem, ſed diuerſa, illi quiditati, quæ ab idea diuerſa eſt, imponatur nomen, & vocetur veſtimentum, cum omne nomen ſignificet aliquam quiditatem, veſtimenti quoq; quiditas erit ab ipſo diuerſa, quæ veſtimenti quiditas rurſus appelletur planta, & erit quiditas plantæ à quiditate veſtimenti diuerſa, quæ & ipſa, ſi nomen nacta fuerit aliam habebit diuerſam à ſe quiditatē, & hoc in infinitum, vnde dicit {Abſurdum eſſe videbitur} ſubaudi, vt in ideis quiditas ſit diuerſa ab eo, cuius eſt quiditas {& ſi quiſpiā vnicuiq; quiditati} quę diuerſa eſt ab eo, cuius eſt {nomen impoſuerit} eſt ergo abſurdū ſi ſuppoſitum fuerit cuiq; quiditati datum eſſe nomen. nā cum omnis nominis ſubſtantiam ſignificātis quiditas habeatur, præter nomen illud, & eius quiditatem {erit alia quiditas ſane. vt præter quiditatem equi alia equi quiditas} at quiditas equi equi, natura eſt. quare ſi quiditas equi ſit alia q̄ditas, erunt equi duæ naturæ, duæq; ſubſtantiæ, nec duæ tantum, ſed infinitæ, ad hunc modum .n. deducitur ſm Alex. vel dicendum Ariſt. nunc redire ad oſtendendum in ſubſtantiis idem eſſe quiditatem, & id, cuius eſt quiditas, non perſtringendo rationem ad ideas, vt Alex. autumat, cauſa vero cur redeat ad hoc oſtendendum, cum ſit oſtenſum, eſt ſm aliquos, quia ſuperius hoc oſtendit ſuppoſitis ideis Platonis. nunc redit ad hoc oſtendendum ſiue ſupponantur ideæ, ſiue non ſupponantur. aut melius fortaſſe dici poteſt prius hoc oſtendiſſe, vt deſtrueret ideis Platonis, nunc vero hoc idem demonſtrat pro veritate ipſa eſt ergo cōcluſio in ſubſtantiis, quæ ſunt primo, & principaliter entia, quiditas, & id cuius eſt quiditas eadem ſunt. & hoc oſtendit prima ratione ducente ad abſurdum ad hunc modum, ſi in ſubſtantiis quiditas diuerſa ab eo, cuius eſt, dicatur illa diuerſa quiditas A, & cū A ſit res quædam, A habet quiditatem diuerſam à ſe, quæ ſit B, & ſic vel oportet peruenire ad aliquam quiditatem, quæ habet quiditatem ſibi eādem, & tunc pari ratione ſtandum erat in prima re, vel erit proceſſus in infinitum, quod eſt impoſsibile. Vnde dicit {Abſurdū autem eſſe videbitur} ſubaudi in ſubſtantiis quiditatē eſſe diuerſam à re, cuius eſt quiditas, eſt {&} abſurdum dico {ſi quiſpiam vnicuiq; quiditati nomen impoſiti. erit enim & præter illam} ſubaudi quiditatem, cui nomen A eſt impoſitum {aliam quiditas ſane, vt præter quiditatem equi} cui A nomen eſt impoſitū {alia equi quiditas} & ſic vel proficiſcemur in infinitum, vel perueniemus ad aliquam rem, cuius ſua quiditas eſt ipſa. & qua ratione in illa, eadem ratio erit in omnibus rebus. Sed huic occurrendo diceret aliquis, non eſt neceſſe, vt in infinitum procedatur, peruenietur .n. ad aliquam quiditatem, cuius quiditas non erit ipſi diuerſa, ſed idem, & ſic non erit neceſſe, vt alia quiditas habeatur. nā ſi ex eo quia res vna quæq; diuerſa eſt à ſua quiditate, fit vt illius quiditas ſit altera quiditas, ſi fuerit ꝑuentum ad aliquam, quæ ſit eadem atq; ſua quiditas, non erit iterum illius quiditas alia. Quod ſi ita eſt, proceſſus non erit in infinitum. quia igitur hæc aliquis dicere poſſet, ſubiecit {atq; & nūc quid prohibet ſtatim} .ſ. à principio in primis rebus & primis quiditatibus {eſſe quiditates idem, quod ea, quorum ſunt quiditates}.i. quid obſtat, vt ſtatim vnaquæq; res idem ſit,

quod

quod ſua quiditas{ſi quiditas eſt ſubſtantia}eius,cuius eſt quiditas.qua.n. ratione ſubſtantia vna poſt multa eſt eadem ei,cuius eſt ſubſtantia,pari ratione in primis rebus ſubſtantia eſt eadem ei,cuius eſt ſubſtantia,& cũ quiditas ſit ſubſtantia,fiet,vt quiditas, & res, cuius eſt quiditas in vnaquaq; re ſint idem. Auer. autem aliter exponit vniuerſam hanc lectionem,putat.n.Ariſt.velle oſtendre,non omne habens nomen definitionem habere ſm illud nomen,qm̃ ſi omne habens nomen, habet definitionem ſm illud nomẽ,fieret,vt quiditas rei, quæ eſt rei forma,cum habeat nomen ſaltem ex noua impoſitione,habeat definitionem ſm illud nomen: & ſi ita eſſet,contingeret quiditatem equi eſſe diuerſam ſm definitionem ab ipſo equo,cum quiditas,& habẽs quiditatem diſcrepent.at hoc nõ eſt ita, quia nihil prohibet in ſubſtantiis eſſe aliquid,quod non habet definitionem.quiditas.n.ſubſtantiæ definitionem habere nequit.Verum hæc expoſitio Auer. nullo modo conſonat verbis Ariſt.vt patet conſideranti verba.

Que Auer. Com. 21.

At uero non ſolum ſunt unum,ſed etiam ratio ipſorũ eadem eſt,ut ex iis, quæ dicta ſunt, patet non .n. eſſe unius ac unum per accidens unum ſunt.

Cum per rationem concluſiſſet quiditatem, & id cuius eſt quiditas,ſubiecto eadem eſſe,amplificat concluſionem non ſolum ad eadem ſubiecto, ſed vel ad eadẽ ratione,& dicit{At vero non ſolum}ſubaudi vnaquæque res,& ſua quiditas{ſunt vnum} .i. idem ſubiecto ſunt{ſed etiam ratio ipſorum eadem eſt}.i.ſed ẽt ratione eadem ſunt{vt ex iis,quæ dicta ſunt,patet}neq; .n. alia eſt hominis ratio,alia quiditatis eius, ſed eadem. ſimiliter vnius,& quiditatis vnius eadem ratio eſt. deinde hoc oſtendit in exemplo vnius & quiditatis vnius vtens argumento ad oppoſito ad hunc modum, ratio vnius,& ratio quiditatis vnius ſunt idem,& nõ per accidens tantum.i.& non ſubiecto tantum. igitur per ſe .i.igitur ſubiecto,& ratione,de ratione tangit ſecundã partem minoris,& dicit{non enim eſſe}.i.ratio{vnius, & vnum}.i.& ratio quiditatis vnius{per accidens}.i. ſubiecto tantum{vnum ſunt} & idem. ergo ſunt idem per ſe.ſ.ſubiecto, & ratione. Sed occurres, qm̃ quiditas,& res,cuius eſt quiditas,ſunt diuerſæ res, ſiquidem quiditas eſt forma,res,cuius eſt quiditas,eſt compoſitum ex materia & forma.at rerum diuerſarum rationes non poſſunt eſſe eædem. diluitur, qm̃ res diuerſæ poſſunt eſſe ratione eædẽ apud Peripateticos,& ſubiecto.vt homo & Socrates qm̃ homo forma eſt. Socrates vero compoſitum ex materia,& forma: quæ ſunt diuerſæ res,quæ tñ ſubiecto, & ratione ſunt eadẽ.ſubiecto quidem, qm̃ vel ambo prædicantur de eodem, & vel alterum de altero.ratione vero,qm̃ Socratis & hominis eadem eſt ratio. quare ratio quiditatis, & ratio eius,quod quiditatem habet, eadem eſt.licet quiditas & res,cuius eſt quiditas,res ſint diuerſæ.

Præterea ſi aliud erit,in infinitum erit profectio,nam altera quiditas erit eſſe uni,alterum autem ipſum unum.quare & in illis ratio eadem erit.patet igitur in iis,quæ prima & per ſe dicuntur,ipſum cuiuſq; eſſe,ac unumquodq; unum & idem eſſe.

Vult Alexander Ariſt. illud ipſum incommodũ repetere,apertiusq, reſumere, atq; exponere, quod ſupra innuerat ad oſtendendum non eſſe aliud quiditatem à re,cuius eſt quiditas & dicit{Præterea ſi}ſubaudi quiditas{aliud erit}ſubaudi à re,cuius eſt{in infinitum erit profectio}deducitur, nam ſi quiditatis vnius nomen fuerit impoſitũ,alia erit quiditas nominis impoſiti,& ſic quiditatis erit quiditas.quod ſi fiat,in infinitum procedatur neceſſe eſt.nã vnius quiditatis erit rurſus alia quiditas,& iterum horum ratio erit eadem. accepit autem exemplum in vno, & quiditate vnius, vt intelligatur idem eſſe in cæteris aliis.nam qua ratione quiditas vnius non eſt alia ab ipſo vno,ſic in cæteris omnibus eſt dicendum. Quod autem quiditas vnius non ſit aliud ab vno,oſtendit,& dicit{nam altera quiditas erit eſſe vni,alterum ipſum vnum}ſit ergo quiditati vnius nomen impoſitum, tunc illius nominis erit quiditas,alia,cui iterum ſit nomen impoſitum {quare & in illis}ſemper{ratio eadem erit}per nouam nominis impoſitionem,& ita profectio ad infinitũ erit. Sũt qui legunt verba comparatiue ad hunc modum{nam alterum veluti ipſum eſſe vnius quiditas eius erit, alterum autem,vt ipſum vnum}& tunc ratio ſic intelligitur,ſi in iis,quæ prima, & per ſe dicuntur, quiditas eſt alia à re,cuius eſt quiditas,in infinitum erit profectio. conſequentia deducitur.nam ſi quiditas eſt alia à re, cuius eſt,tunc quiditas,& id,cuius eſt, erunt duæ res, quarum altera erit exempli gratia,vt quiditas vnius,altera vero,vt ipſum vnum,& tunc quæro de ſecunda re videlicet,quæ eſt quiditas vnius,quæ cũ ſit res, ad huc habebit quiditatem,& ita rurſus erunt duæ res, & ſic profectio in quiditatibus vnius erit in infinitum.Quod ſi in quiditatibus vnius,& vnis erit profectio in infinitum,ſimili ratione in cæteris rebus,quarum ſunt quiditates erit ꝑfectio infinita,ſi quiditas ſit alia à re, cuius eſt:dicit{nam alterum}videlicet quiditas cuiuſq; rei {veluti ipſum eſſe vnius quiditas eius erit, alterum autem}.i.quæuis res erit{vt ipſum vnum}ſed ſi in his quiditas ſit alia ab vno.erit proceſſus in infinitum in rebus & quiditatibus{quare & in illis}.i.quare & in cæteris rebus{ratio eadem erit}vt ſit profectio.ſ.infinita in rebus,& quiditatibus,ſi quiditas ſit alia à re in cæteris.nam prima quiditas,cum ſit res quædam, habebit ſuam quiditatem,quæ ſecunda quiditas,cum ſit res,habebit tertiam quiditatem:quæ tertia cum ſit res,habebit ſuam quiditatem,& ſic ibitur in infinitum in rebus & quiditatibus,quemadmodum in quiditatibus vnius & vnis dictum eſt.quod cum ſit abſurdum, totum ſermonem concludit,& dicit{patet igitur in his,quæ prima,& per ſe dicuntur,ipſum cuiuſque eſſe}.i. quiditas {ac vnumquodq; vnum & idẽ eſſe} Auer. vero refert ſermonem ad definitiones, & reſumens intentionem Ariſt.ait Ariſt.intendere, ꝙ ſi tam forma ꝗ materia haberet definitionẽ,in definitionibus,& definitis procedetur in infinitum.Et Auer.per formam potuit intelligere differentiam,& per materiam genus. quoniam ſm eum definitio non ex materia,& forma, ſed ex genere,& differentia conſtat.aut fortaſſe hæc accepit,vt exempla partium definitionis,quorum non veritatem. ſed manifeſtationem quæſiuit.

Que Auer. com. 21.

Sophiſticæ uero redargutiones aduerſus iſtam poſitionem,eadem,ut patet,ſolutione ſoluuntur,& ſi idem eſt Socrates & Socratis eſſe. Ea.n. ex quibus quiſpiam interrogauerit,& ea ex quibus ſoluens rem ipſam attigerit, differũt nihil. quo pacto igitur quiditas,& unumquodq; eſt idem,& quo pacto non eſt idem,dictum iam eſt,

Poſtquam oſtendit in iis,quæ per ſe dicuntur,idem eſſe vnumquodque,& eius quiditatem, in iis vero quæ per accidens,partim,ſic,partim vero ſecus,& hoc quale ſit explicauit nūc docet ſoluere ſophiſticā captionē Antiſthenis, qui ſophiſtice non eſſe idē quiditatē, & id cuius eſt quiditas,ſyllogizabat ad hūc modū ſm Alex. ſophiſtice quærendo, vtrum Socrates idem eſt, quod Socr.eſſe an diuerſus ab ipſo.ſi diuerſus,cum Socr.eſſe ſit Socr.quiditas,eiuſq; natura, Socr.à ſe ipſo diuerſus erit.ſin autem idem eſt,Socr.vero eſt etiam albus, nimirum in tertia figura Socr.eſſe idem erit, quod Socr, albi eſſe,& ſubſtantia idem,quod accidens,quod videtur abſurdum,dicit{Sophiſticæ vero redargutiones}.i. captiones {aduerſus iſtam poſitionem} ſiue Antiſthenis fuerit,ſiue Protagorę,ſiue alterius{eadem,vt patet, ſolutione ſoluūtur}vt ſoluitur{&} illa interrogatio { ſi idem eſt Socr.& Socr.eſſe}an diuerſus:quæ fuit quæſitum principale. hæc.n.principalis interrogatio diluitur aſſerendo proprie,ac per ſe non eſſe eadem Socr.& Socr.eſſe.ſed per accidens eadem eſſe.Quod autem captiones diluantur eadem ſolutione,qua ſoluitur interrogatio illa,oſtendit,& dicit{Ea .n.ex quibus quiſpiā interrogauerit,& ea ex quibus ſoluens rem ipſam attigerit,differunt nihil} nam interrogant de accidētibus, ergo occaſionem præbent ſolutionibus, vt ſint de accidentibus.quare cōcedamus vt Socrates ſit ſuum eſſe proprie,ac per ſe,verum quo Socrates eſt ſuum eſſe proprie,ac per ſe,accidit Socrati, vt ſit albus. quo fit,
Qua Auer. com. 21. vt captio peccet per locū accidentis.Auer. autem vult cauillum eſſe talē,homo eſt vnus : homo eſt animal & rationale.igitur aīal, & rationale ſunt vnum animal & rationale eſt vnum,animal & rationale ſunt duo;igitur duo ſunt vnum.ſolutio eſt per ea,quæ dñr ad interrogationem principalē, ꝙ homo & ſua definitio ſint vnū in actu,& plura potentia.ante.n.ꝗ homo reſoluať, eſt vnum actu poſtꝗ ad genus & differentiam diſſoluitur, eſt plura actu. Aliter cauillus eſt apud Auer. ad hunc modum,homo habet quiditatem.quiditas hominis eſt homo.igitur quiditas hominis habet quiditatem. Reſpondetur ad minorem per diſtinctionem videlicet ꝙ quiditas hominis ſit homo,capiendo hominē pro forma hominis, quæ ſignificatur per illud nomen concretum homo.Capiendo vero hominem pro compoſito, ſic quiditas hominis non eſt homo.Vnde quamadmodum conceditur albedo eſt album pro qualitate,& negatur illa albedo eſt album,accipiendo album pro aggregato ex corpore & albo,ſic hæc conceditur quiditas hominis eſt homo,accipiēdo hominem pro forma hominis,& negabitur,capiendo hominem pro aggregato ex forma,& materia.ex his colligitur de mēte Auer. ſolam formam rei.compoſitæ eſſe quiditatem.compoſitum vero ex materia,& forma, eſſe habens quiditatem,vt poſtea dicetur hoc eodem Libro,& dicet idem
Cōm.14. duodecimo huius.Et pro hac poſitione argumentor:
Cō.33.et 34 & 44. quiditas eſt eſſendi principium,eſt.n. id quo formaliter res eſt, vt proximo Textu, & Commento patuit. Sed materia non eſt eſſendi principium, niſi per accidens.igitur materia nec eſt quiditas,nec pars quidita-
Cōm.37. tis.colligitur hæc ratio infra. Secundo forma ſola eſt principium intelligendi,& ſciendi id,cuius eſt. & materia eſt principium imaginandi,& ſentiendi rem. ergo ſola forma eſt quiditas. colligitur hæc ratio primo
Cōm. 37. huius. Tertio quiditas eſt principium, quo res concipitur vniuerſaliter.& materia eſt principium, quo res cōcipitur ſingulariter.ergo ſola forma eſt quiditas colligitur hæc ratio primo huius, & duodecimo huius.De Cōm.18.
his rationibus locuti ſumus Libro deſtructio deſtructionum diſputatione quinta.Demum Ariſt.epilogat, Cōm.14.
& dicit{quo pacto igitur quiditas,& vnumquodq; eſt idem,& quo pacto non eſt idem,dictum iam eſt.}

CAP. VI.

Entium alia natura, alia arte,alia caſu: omnia vero ab aliquo, ex aliquo,& aliquid fieri.

Eorum, quæ fiunt, alia natura, alia arte, alia caſu fiunt. TEX.22.

Cum refutaſſet ideas ex eo,quia non ſunt neceſſarię ad rerum ſcientias,nec exiſtentias nunc intendit eas refellere propterea quia non ſunt neceſſariæ ad rerum generationes,vt Plato putabat.qm̄ ad rerum generationes ſatis ſunt agentia particularia.Et hoc pacto Auer. Qua Auer
introducit.aſſerit.n.Ariſt.in pręſenti textu velle decla- Cōm. 22.
rare.Plat.ideas ad rerum generationes nihil prodeſſe. nam cum oſtēdiſſet eas inutiles eſſe tum ad rerū ſcīas, tum ad rerum exiſtentias etiam ſi fuerit.Vult hic demōſtrare eas inutiles eſſe ad rerum generationes. qm̄ pro rerū generatione ſufficiunt agentia particularia.Alex. autem Ariſt.propoſitum hoc in loco eſſe aſſerit,vt doceat formam non generari.forma .n. & quiditas globi .i.globus ipſe vniuerſalis,qui de particularibus globis prædicatur,non gignitur. ſed neq; forma huius globi per generationem ad eſſe procedit. ſed dum æs certo quodam modo ab artifice mouetur,in ipſo citra tempus.i.in iſtanti ingeneratur. ſimilis eſt formæ domus ratio.nam cum vltima tegula impoſita eſt, tunc dicimus domū eſſe.ſi quid.n. eorū, quæ ad domum conſtruendā faciunt,qualecūq; illud ſit,deſideratur, nōdū eſt domus.tegula aūt poſtrema abſq; tēpore, & in inſtanti ponitur in domo.itaq; ne formę quidem particulares generantur,propterea ꝙ licet cum materia diſtendantur,partiū tñ ex partes ſunt.Quod aūt partibus vacat,id generari non poteſt.cum ſit omne, quod generatur,partium compos.diuiditur.n.in partem prius generatam,& in partem poſterius generandam. nam qđ de domo diximus,quæ vltima tegula impoſita fit, idē licet in æneo globo notare,hunc.n. vltimus ictus, qui æri ab artifice incutitur, in formam redigit. ipſe vero puncto temporis efficitur. quippe cum globus abſq; tpe æs ipſum attingat.cum.ſ.ipſum informat.itaq; neque forma globoſa,ſeu forma vniuerſalis globi,hoc eſt globus ipſe vniuerſalis,cum nullus ſit, genitus eſt. neq; forma huius globi per gñationē & tēpus in ipſo gignič, vel omnino generatur.ſed cum ſit, in ipſo ponitur ab artifice.nam cū globi forma ſit in artificis aīa,in ære ab artifice ipſo imponič.ſed cur formas non generari demonſtrat. Alex.cauſam dicit ex eo,quia hinc planū fiet vtrum formæ naturales ipſæ per ſe abſq; materia cōſiſtere valeant,vt Platoni viſum eſt,an non. ſed ante demonſtrandum formam non generari per diuiſionem oſtendit quicquid generatur ex ſubiecto aliquo generari,vt hinc colligat,formam,ſi gignať,ex ſubiecto eſſe generandā.Quare hæc Alex.introductio in idem venit cū illa Auer. qm̄ ſi propoſitum Ariſt.eſt oſtendere formam non generari,hoc ideo eſt, vt oſtendat ideas iuutiles eſſe ad generationem,& ſic in idem venit,quia igitur propoſitum eſt oſtendere formam non generari, ideo ex diuiſione primo demonſtrat,quicquid gignič, ex ali-

ex aliquo generari. præmittit ergo primo diuiſiones, quarum prima eſt, vt Auer. inquit, ꝙ id, quod generaẜ, generetur omne ab aliquo trium, aut à natura, aut ab arte, aut à caſu, & dicit {Eorum, quæ fiunt, alia natura fiũt} vt animalia, ſtirpes, et ſimilia {alia arte} vt domus, vt ſtatua, ac omnino artificioſa {alia caſu} vt valetudo, ſi quis forte cum ſitibundus aquam bibiſſet, non vt cõualeſceret, ſed vt ſitim expleret, valetudinem recipit, & Per verbum ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου intelligit tam ea, quæ fiunt à fortuna, q̃ ea quæ proficiſcuntur à caſu. Expoſitor hanc diuiſionem hoc pacto reducit ad normam, ꝙ omnis generationis cauſa, aut per ſe, aut per accidẽs ſit. ſi per ſe, aut principium motus eſt in eo, in quo eſt motus, & ſic eſt natura, aut extra id, in quo motus eſt, & ſic eſt ars. non. n. ars eſt in domo, quæ ſit, ſed in ædificatore, qui ædificat. ſin aũt eſt cauſa per accñs, ſic eſt caſus, & fortuna, & ſic habetur numerus. Sed huic occurrunt iuniores, qm̃ hæc ſufficientia aut aſsignatur ꝑ effectiuã, aut per materialẽ cauſam. ſi per effectiuã, non ergo bene dicit vno modo aliquid fieri à natura, quia ſit à cauſa, quæ eſt in re, qm̃ cauſa, quæ eſt in re, eſt materialis, & non effectiua. ſin aũt per cauſam materialẽ, tunc non bene dicit, ꝙ cauſa, quæ eſt extra rem, ſit ars. qm̃ ars pertinet ad genus cauſę effectiuę. propterea ipſi ſic diuiſionem ad normã reducunt, ꝙ ſit aſsignanda penes cauſam effectiuam. nã effectrix generationis cã, aut eſt per ſe, aut per accñs. ſi per accñs, ſic eſt caſus vel fortuna. ſi per ſe, aut agit de neceſsitate, aut à propoſito. ſi de neceſsitate, ſic eſt natura. ſi à propoſito, ſic eſt ars. ſed hæc norma ambigua vr̃, primo quia tunc hæc norma nõ eſſet de iis, quæ fiũt, ſed de cauſis, quæ agũt. at diuiſio Ariſt. eſt de iis, quæ fiunt, & nõ de cauſis effectiuis. Deinde, quia fortuna reduciẜ ad agens, qđ agit à propoſito. agens. n. à propoſito, cũ agit ꝑꝑ finem propoſitũ, qui non euenit, fortuna dr̃, vt. 2. Phy. Auſcultationis dr̃. caſus aũt reducitur ad agens ex neceſsitate naturæ, qñ non euenit finis, qui intendebatur, vt ibidem patet. ergo norma hæc non erit per membra omnino abiuncta. melius ergo hoc pacto aſsignari poteſt, vt oẽ quod ſit, fiat aut ab agẽte naturæ, aut ab agente ꝑ propoſitũ: vt per voluntatẽ, & intellectum. ſi quod ſit, proceſſerit ab agẽte naturæ, aut pro intentione eius, & ſic eſt id, quod ſit à natura, aut præter eius intentionẽ, & ſic eſt id, qđ ſit caſu. at ſi quod ſit, proceſſerit ab agẽte per voluntatẽ & propoſitum, aut proceſſerit ẜm intentionem eius, & ſit eſt id, quod ſit arte, aut præter intentionem eius, & ſic eſt id. quod ſit fortuna. & per hæc dici poteſt pro defenſione Expoſitoris, ꝙ ipſe reduxerit diuiſionẽ ad normam penes numerũ cauſarũ effectricið, & cum dr̃ falſum eſſe id, quod dicit, qm̃ effectrix cã non eſt in eo, in quo eſt motus. Dicatur naturale agens id eſſe, quod agit per impetũ, qui eſt in agente. & talẽ naturalem impetum motũ appellat. at in eodẽ eſt talis motus & agentis naturalis virtus. Quod aũt impetus ad agendũ ſit motus, Auer. 1. Phyſi. Auſcultationis expreſsit, ait. n. & intelligit hic per appetitũ illud, quod habet materia de motu ad formam. ergo ſi appetitus materiæ ad formam dr̃ motus materiæ ad formã à pari appetitus, ſiue impetus agentis naturalis ad agendum, dr̃ motus agentis naturalis. norma ergo diuiſionis ſic intelligenda eſt, vt cauſa generationis effectrix, ſit aut ꝑ ſe, aut ꝑ accñs. ſi per ſe, aut principiũ motus eſt in eodem, in quo eſt & motus. i. impetus, & ſic id, quod ſit à tali principio, dr̃ fieri à natura. aut principiũ motus. i.

Com. 59.

Com. 60.

Com. 81.

inclinationis non eſt in eodem, in quo eſt inclinatio, & ſic eſt ars. nam ars eſt in anima artificis, in qua non eſt inclinatio, ſeu impetus, vt fiat domus, aut id genus. ſed talis inclinatio eſt in rebus, ex quibus conficitur opus. non. n. ex quibuſcunq; opus efficit, ſed ex iis, in quibus eſt ſaltẽ aptitudo, vt ĩ eis opus fiat. hęc pro defenſione.

Atq; uniuerſa, quæ fiunt, ab aliquo, & ex aliquo atq; aliquid fiunt. aliquid autem dico, in uno quoq; prædicamento. nam aut hoc, aut quantum, aut quale, aut ubi.

Cum aſsignaſſet primam diuiſionem eorũ, quæ fiũt penes modos, quibus res fiunt, nunc aſſignat ſecundã penes ea, quę cõcurrunt ad generationem. & ſunt tria videlicet id, quod ſit ſiue ſit compoſitum ex materia et forma, ſiue ſit forma ipſa. nam quicquid ſit, eſt terminus generationis. Secundum eſt agens, à quo ſit, quicquid ſit illud ſiue naturale, ſiue à propoſito, ſiue per ſe, ſiue per accidens. Tertium eſt materia, ex qua ſit, vt ſemen humanum, ex quo ſit homo, & ſemen oliuæ, ex quo ſit olea: & dicit {Atq; vniuerſa} videlicet & quæ natura, & quæ arte, & quæ caſu efficiuntur {ab aliquo}. ſ. efficiente {& ex aliquo}. ſ. ſubiecto, ac materia {atq; aliquid}. i. aliqua forma {fiunt} quæ forma terminus generationis eſt. tacuit aũt priuationẽ qm̃ nõ generationis, ſed corruptionis terminus eſt, reducitur etiã ad materiam, vel ad formã. tacuit etiã finem, qm̃ finis in gñatione eſt id, quod ſit. i. forma. deinde exponit quid ipſe intelligat per aliquid, cũ dixit {atq; aliquid} & dicit {aliquid autem dico} ſubaudi vniuerſalius q̃ ſuperius diximus. nam ſuperius per aliquid ſolam ſubſtantiam intellexit, hic autem dico {in vnoquoq; prædicamento, nã aut hoc}. ſ. ſubſtantiam {aut quãtum, aut quale, aut vbi} & expoſuit quid ipſe intelligat per aliquid, qm̃ ſuperius aliquid accepit preſsius, videlicet pro ſubſtantia tantum, ne igitur quis credat eodem modo hic eſſe intelligendũ, addit per aliquid eſſe intelligendũ fuſius oẽ prædicamentale. & cauſa eſt, vt Auer. inquit, qm̃ omne quod ſit, eſt aliquid decem prædicamentorum, quanq̃ non eadem ratione. nam quod in ſubſtantia generaẜ, ſimpliciter generatur. in cæteris autem prædicamentis generatur ẜm quid, vt quantum, aut quale, aut aliquid horum quaſi forma. cauſa autem, quare hæc tria concurrunt, ab Expoſitore recte aſsignatur, qm̃ in omni generatione aliquid tranſit de potentia in actum. & cum nihil tranſire poſsit de potentia in actum, niſi ab agente, ideo tria ſunt, agens, à quo tranſit, potentia, ex qua tranſit, quę materia eſt, ex qua vnũquodq; ſit, & id, quod tranſit, qui & terminus eſt, & forma, quæ ſit.

Quæ Auer Com. 22.

Generationes aũt, quæ quidem naturales ipſæ ſunt, illorũ uidelicet generatorum ſunt, quorum generatio à natura eſt.

Cum explicaſſet tria eſſe, quæ in generatione neceſſaria ſunt agens videlicet, materiam, & terminum, qui ſit: nunc illud per exempla vult exponere, quaſi in omni generatione inducendo, & primo in generatione naturali, & quia ex ignoratione terminorũ facile in errores dilabimur, ideo primo exponit quid ipſe velit per naturales generationes, & ait per naturales generationes ſe intelligere eorũ generatorum, quæ generanẜ ab agente naturali, vt eſt ignis generatio ex igne, & aquę ex aqua, vel ab aliquo alio naturali agente. & dicit {Generationes aũt, quæ quidem naturales ipſæ ſunt, illorũ videlicet generatorũ ſunt, quorũ generatio à natura}. i. ab agente naturali {eſt} vt animalium, & ſtirpium, &

mixtorum,& elementorum.hec.n.nec ab arte,nec à caſu, neq; ab intellectu fiunt, ſed à propriis naturalibus agentibus. In græcis Alexã. codicibus dictio ſic legitur {naturales aũt generationes ſunt,quarum generatio ex natura eſt}ideo mouet Alexã.dubitationem, cum ipſe in Phyſica docuerit generationis non eſſe generationẽ, neq; mutationis mutationem, quo nam modo nũc ait generationes naturales eſſe, quarũ generatio ſit ex natura,vt fateri videaẽ generationis haberi generationẽ. reſpondet,verbum {quarum generatio ex natura eſt} non eſſe referendum ad generationes, ſed ad ipſarum fines,exẽpli gratia ad animalia,& ſtirpes. Quod ſi verũ ſit,non quarũ interpretandum eſſe putat,ſed quorũ,vt ſit ſenſus,generationes aũt naturales ſunt ſubaudi ſtirpium & aĩalium,quorum ſtirpium,& animalium gñatio nõ ab arte,ſed à natura proficiſcitur. vel aliter{quarum gñatio ex natura eſt}.i.quarum generationũ ſubſtantia,& eſſe non ab arte,neq; caſu,ſed à natura proficiſcitur.nam potentia,atq; natura in ſemen cõiecta cã efficiens gñationis eſt,hæc Alex. quæ non ſunt neceſſaria,ſi dictio legitur in græcis codicibus,vt nos tranſtu-
Quæ Auer. Cõm.22. limus.Auer.aũt non generationes,ſed quę ſint naturalia generabilia vult Ariſt.expoſuiſſe.ait.n. generabiliũ quædã eſſe naturalia,& ſunt ea,quæ ſunt à natura. Quæ expoſitio verbis non conſonat, cum Ariſto.naturales generationes exponat,& non generabilia naturalia. Verum occurrit dubitatio,quia non videtur, vt generatio dicatur naturalis, quod ſit ab agente naturali.Dicit.n.
Cõm.48 & 54. Auer.2. Phyſi.auſcultationis rerum naturalium tranſmutationem denominari à termino ad quem . Artificialium vero ab agente quo. &.5. Phyſi.auſcultationis huius differentię cauſam affert ex eo,quia naturalis motus nihil aliud eſt,q̃ acquiſitio partis poſt partem eius, ad quod res mota mouetur, donec id perfecte acquiratur:quod idem tertio libro eiuſdẽ repetit. diluitur autẽ ambiguitas, qm̃ gñationes dicuntur naturales vtroq; modo,& qm̃ ſunt viæ in naturales formas, & qm̃ ſunt ab agente naturali.ſemper .n. naturale agens agit, vt ſibi paſſum aſsimilet.quo fit,vt ab vtroq; generatio naturalis dicatur. Artificialis autem non dicitur, niſi ab agente,& per raro à fine,vt ſanatio,& hoc,cum non tãtum artifex effectrix cauſa eſt, ſed ſimul cum artifice natura etiam.

Id uero ex quo fiunt,eſt quam materiam eſſe dicimus, & id,à quo fiunt,aliquid eſt eorum,quæ natura conſtant ipſum autem aliquid,homo,aut ſtirps, aut aliud quippiam talium eſt,quæ quidem maxime ſubſtantias eſſe dicimus.

Cum expoſuiſſet naturales generationes,nunc per exempla oſtendit in omni naturali generatione eſſe illa tria videlicet agens,à quo, materiam ex qua, & id, quod fit,& dicit{Id vero,ex quo}ſubaudi res generabiles{fiunt,eſt}ſubaudi res quædã {quam materiã eſſe dicimus}.v.g.hominum materia proxima ſunt menſes muliebres,ex quibus tanq̃ ex proxima materia per generationẽ homines fiunt{& id,à quo fiunt}.ſ. res.quæ per generationem oriuntur{aliquid eſt}.i. efficiẽs eſt quod eſt aliquid {eorũ, quæ natura cõſtant} vt homo, vel equus.hi.n.ſunt efficientes cauſæ propterea ꝙ ſemen ex ipſis ſecernitur, & cum dixit { aliquid eorum, quę natura conſtant}adiectum eſt,qm̃ in Phyſica tam formam q̃ materiam naturam eſſe dixerat,quod autem ex vtraq; concretum eſt,non eſſe naturam, ſed natura conſtare, & ſic quod Socratem genuit,non eſt natura, ſed eorum eſt,quæ natura conſtant { ipſum autem aliquid}quod ſubaudi vt terminus ſit{eſt homo,aut planta,aut aliud quippiam talium eſt}& hęc ſunt compoſita ex materia & forma{quæ quidem maxime ſubſtantias eſſe dicimus}nam,vt teſtatur in prædicamentis & in Phyſica,& in hoc ipſo opere,ſolæ primæ ſubſtantiæ generantur,& hæ ſolæ ſunt maximæ,& primæ ſubſtãtiæ ſtirps.n.& homo & cæteræ ſecundæ ſubſtantiæ nõ generantur,niſi ad generationem primarum ſubſtantiarum.Auer.autem diminute exponit, qm̃ duo tantũ requiri ad naturalem generationem affirmat materiã videlicet,& agens:addens ſermonem Ariſt. ſolum verum eſſe in generatione ſubſtantiarum. quia cæteris in prædicamentis nihil proprie generatur. ſed magis dicitur ſubiectum pati ſm̃ illa.& hæc ſunt duo errata, nã Ariſt.exemplificat in tribus requiſitis, & nõ in duobus vt patet legenti verba . Præterea Ariſtoteles intelligit in omni generatione naturali tam ſubſtantiæ, q̃ cæterorum, quia de omnibus propoſuit. licet exemplum non ſit,niſi in ſubſtantiis,dans intelligere in cæteris eſſe eodem modo accipiendum.cum.n. propoſuiſſet ſuperius loqui de generatione,vt eſt in quolibet prædicamento,conſentaneum rationi eſt, vt de omni generatione naturali hic loquatur. Quæ Auer. Cõm. 22.

Vniuerſa inſuper,quæ aut arte,aut natura fiunt, materiam habent. eſſe.n.et non eſſe unumquodq; ipſorum poteſt: quod quidem à materia proficiſcitur,quæ in ſingulis eſt.

Cum accepiſſet per exempla in omni naturali generatione reperiri agens,à quo,materiam,ex qua,& formam,quæ fit:nunc per rationem oſtendit in omni generatione tam naturali q̃ artificioſa reperiri materiam & primo proponit concluſionem,& dicit{Vniuerſa inſuper,quæ aut arte,aut natura fiunt,materiam habẽt} hæc eſt concluſio.deinde cauſam huius ſubiiciens ſyllogizat,quod eſſe & non eſſe poteſt, habet materiam, vnoquodq; eorum,quæ natura aut arte fiunt, eſſe, & non eſſe poteſt:ergo vnumquodq; eorũm,quæ aut natura,aut arte fit,materiam habet.de ſyllogiſmo primo accepit minorẽ,& dicit{eſſe.n. & non eſſe vnũquodq; ipſorum}quæ.ſ.aut natura,aut arte fiunt {poteſt } hæc fuit minor.deinde tangit maiorem,& dicit{quod quidem à materia proficiſcitur} quaſi dicat, omne quod eſſe , & non eſſe poteſt, habetur materiam, quæ fiunt maior, concluſio vero propoſita eſt. Hanc maiorem Alexander oſtendit ex eo,quia materia verſatilis eſt,& alterabilis,quæ modo hanc, modo formam illam recipit,quia non ſemper vnam,eandemq; retinere poteſt, & procliuis eſt ad formas recipiendas. Qua ratione fit vt materia cauſa ſit vnicuiq; eorum , quæ natura, vel arte fiunt,vt ſit, & nõ ſit. ex quo intelligere vult Ariſt. quæ ex natura , vel ab arte efficiuntur , hæc ex aliqua materia,ſubiectoq; fieri.

Vniuerſaliter autem & id ex quo,natura eſt, & id quo natura eſt. Id enim quod fit, naturam habet, ut ſtirps, aut animal. & id à quo natura dicitur,quæ eſt per formam quæ eiuſdem ſpeciei eſt hæc autem eſt in alio. homo enim hominem generat. hoc igitur modo fiunt ea quæ per naturam fiunt,ac oriuntur.

Cum expoſuiſſet materiã eſſe cauſam,cur & naturę, & artis opus vnũquodq; eſſe & non eſſe valeat, nũc vt mihi videẽ,oſtendit,quonam modo natura dicatur de illis quatuor, quorum ſuperius meminit, videlicet de materia,

materia, de forma, de eo, quod fit ex materia, & forma & de efficiente cauſa. hæc. n. quatuor ſunt quæ natura dicuntur, ſed non eodem modo, ideo demonſtrat, quõ de his quatuor dicatur natura, & vult primo de materia & forma dici naturam, quia tã materia, q̃ forma eſt ipſa natura proprie, ac per ſe: & dicit {Vniuerſaliter autem & id, ex quo} ſubaudi res fiunt {natura eſt} nam vt ſæpe diximus, naturam vocat materiam, quæ per formã efficitur {& id, quo} ſubaudi res fiunt {natura eſt} nam & formam, per quam ipſa materia fit, ſuperius ẽt naturam vocauit. etiam quod ſuperius dixit aliquid, qđ fit, hic per quod res fit vocat. tñ idem eſt. ergo ſecundo modo natura dicitur de forma. deinde oſtendit, quo modo natura dicitur de eo, quod fit ex materia, & forma & vult naturam dici de eo, quod fit, non proprie, & per ſe in recto, ſed in obliquo, quoniam id, quod fit, non eſt natura, ſed naturam habens, & dicit {id. n. quod fit} non proprie, & per ſe in recto natura eſt {ſed naturam habet, vt ſtirps, aut animal} nullum enim horum natura. eſt in recto proprie, ac perſe, ſed naturam habens. Alexander propter verbum {enim} quod cauſam reddit, putat pro cauſa ſuggeſtum eſſe cur forma natura ſit. quaſi dicat recte forma dicta eſt natura proprie, & per ſe in recto, qm̃ id quod generatur, per naturam generatur: & naturam dicitur habere: quo in loco vult, vt naturam appellet viam, qua itur à materia in formã, ꝙ ſi hæc via natura nuncupatur, forma etiam, quo ducit huiuſmodi via, dubio procul natura eſt. recte ergo forma dicta eſt natura. hæc eſt expoſitio Alexandri. Quarto oſtendit, quo modo natura dicatur de efficiente cauſa, & vult, vt dicatur natura non proprie, & per ſe in recto, ſed quatenus eſt principium naturæ, quæ generatur ab ipſo: & dicit {& id, à quo, natura dicitur, quæ eſt per formam}. i. & cauſa effectrix dicitur natura capiendo naturam pro forma {quæ eiuſdem ſpeciei eſt}, ſubaudi cum agente cauſa. nam agens cauſa, & forma quæ in materia eſt, eiuſdem ſpeciei ſunt. ergo agens cauſa eſt natura per aſsimilationem, quatenus eſt principium naturæ. Et ne tu putes formam, per cuius aſsimilationem cauſa effectrix dicitur natura eſſe eã formam, quæ eſt in materia agentis, ſubdit {hæc autẽ}. ſ. forma, cuius aſsimilatione cauſa effectrix dicitur natura {eſt in alio}. ſ. ſubiecto, q̃ ſit materia agentis. Cuius rationem affert, & dicit {homo enim hominem generat} non eundem numero, ſed eundem ſpeciem. qm̃, vt dicitur ſecundo Phyſicæ Auſcultationis, licet forma & finis coeant in idem numero. Generans & agens cum forma & fine coit in idem ſpecie, vel in idem vniuocum. Alexander vero vult vt Ariſtoteles hic docet aliter formam appellari naturam. nam & compoſitum natura vocatur, vt Sophroniſcus, qui quidem Sophroniſcus non dicitur natura, quatenus eſt compoſitum, ſed per formam, per quam fit, quod ab ipſo generatur. Per formã enim quæ in ipſo eſt, efficitur id quod generatur ab eo. nam hic eſt ſenſus illorum verborum {& à quo ipſa natura, quæ per formam dicitur} quæ eiuſdem eſt ſpeciei. Quomodo autem quod generatur, eiuſdem ſit ſpeciei, cuius eſt id, à quo gignitur. docet his verbis {homo. n. generat hominem} At homines oẽs eiuſdem ſpeciei ſunt. hæc eſt expoſitio Alex. vbi patet Ariſtotelem oſtendiſſe non quatuor, ſed dico tantum eſſe naturam. ſ. materiam, & formam. Forma quidem tum quia quod fit, dicitur naturam habens, cum habet formam, tum etiam quia agens dicitur generare naturam, cum generauerit formam, in qua eſt ſimile ei, à quo fit. Auerroes autem vult Ariſtotelem aſsignare conuenientiam inter omnes res naturales. qm̃ cum poſuiſſet conuenientiam inter res naturales, & artificiales conſentaneum rationi eſt, vt nunc ponat conuenientiam inter res naturales, quæ conuenientia eſt, vt res naturales omnes materiam habeant & formã, quæ ſunt naturæ. Quæ expoſitio, vt patet, nullo modo verbis conſona videtur. demũ epilogando concludit {hoc igitur modo fiunt ea, quæ per naturam fiunt, ac oriuntur}. i. generationes naturales igitur fiunt hoc modo. ſ. concurrentibus agente, & materia, & aliquo, quod fit. i. & forma.

Com. 30. (left margin, beside "vt dicitur ſecundo Phyſicæ Auſcultationis") — Quæ Auer. Com. 22. (right margin, beside "Auerroes autem vult Ariſtotelem aſsignare")

Cæteræ uero generationes effectiones dicuntur, omnes autem effectiones aut ab arte, aut à potentia, aut à mente proficiſcuntur.

Cum docuiſſet generationes naturales, nunc docet alias generationes, quæ effectiones dicuntur. & primo differentiam inter naturales generationes, & non naturales affert quo ad nomen, volens generationes naturales per excellentiam dici generationes: Cæteras aũt quæ non naturales dicuntur, vocari effectiones, quæ græce ποιήσεις appellantur. & dicit {cæteræ vero generationes} ſubaudi quæ non ſunt naturales {effectiones dicuntur} At naturales generationes nõ dñr effectiones, niſi de licentia, verbo abutendo. deinde affert differentiam, quantum ad rem afferens generationes, quę effectiones dicuntur, proficiſci aut ab arte, aut à potentia, aut à mente. quæ vero generationes ſunt, proficiſci ab agentibus naturalibus: & dicit {omnes autem effectiones aut ab arte, aut à potentia, aut à mente proficiſcuntur} ſed generationes ab agentibus naturalibus. ea quæ fiunt ab arte, artificioſa ſunt. ea vero, quæ fiunt à mente, virtutes. nam virtutes formæ quædã ſunt, quippe quæ animam reddant perfectam. ea autem quæ à potentia fiunt, ſunt quæ contingenter fiunt, vt lauari, non lauari, ſedere non ſedere, & ſimilia. Sed dices non ne quæ fiunt ab arte, etiam efficiuntur à mente, certum eſt ꝙ ſic: igitur quæ fiunt ab arte, & quæ fiunt à mente, non ſunt membra diuerſa. Alex. reſpondet ꝙ licet artificioſa pleraq; fiant à mente, non tñ omnia. nam vt docebit, artificioſa quædam fiunt fortuitu. Inſuper ars non eſt prorſus mens. Sunt. n. virtutes à mente, & non ab arte. Sunt quidam qui hæc verba copulatiue legũt, qm̃ ad opera artis tria concurrunt, videlicet mens operans, ars dirigens, & potentia quæ exequitur. Hæc. n. tria conſtituunt perfectum principium in operibus artis. Auer. legens hæc verba vt iacẽt, aſſerit omne quod fit, & non ab agente naturali, fieri aut ab arte, aut à potentia animali vel naturali per violentiam, aut ab intellectu ſine arte. Poteſt. n. aliquis agere quædam intellectu arte affecto, & nonnulla intellectu ſiue arte. Quam expoſitionem. Expoſitor ſecutus eſt. Fiunt. n. ab arte domus, arca, lectulus, lectica, & cætera id genus. fiunt potentia violentante tonitrua, terræ motus, & id genus. fiunt nonnulla ab intellectu ſine arte, vt quæ à fortuna fiunt: de quibus ſtatim.

Quæ Auer. Com. 28. (right margin, beside "Auer. legens hæc verba")

Harum autem quædam et à caſu fiunt, atq; fortuna, perinde atq; in iis, quæ fiunt à natura. Etenim illic nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt: ſed de his quidem poſterius eſt conſiderandum. TEX. 23.

Nonnulli putant Ariſtotelem remouere tacitã ambiguitatem, nam cum dixiſſet nonnulla effici ab arte,

cum quiſpiam quærere poſſet, vtrum in iis, quæ ab arte fiunt, quædam fieri poſsint à fortuna, & caſu: ideo ſoluens aſſerit, in his, quæ ab arte fiunt, nonnulla fieri à fortuna, & caſu, vt ſi aliquis ſe balneauerit, vt ſe abluat, veniatq; inde ſanitas præter intentionem, hæc dicetur caſu, aut fortuna accidere. Alexander vero vult, vt ſubdiuidat ea, quæ ab arte fiunt, & legit {horum autem}.ſ. quæ ab arte fiunt {quædam & à cauſa fiunt, atq; fortuna} & nos pauloante diximus valetudinem & ab arte, & fortuitu generari, ſed de his poſtea diſſeremus {perinde atq; in iis, quæ fiunt à natura, etenim illic}.i. in iis, quæ à natura fiunt, aliqua fortuitu fiunt, quoniam {nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine} ſubaudi caſu {fiunt} ſi quidem herbæ tum ex ſemine, tum abſq; ſemine generantur, quippe quarum bona pars caſu abſq; ſemine naſcatur. ſed quia poſterius exponet, quonam modo quædam artificioſa à fortuna fiant, ideo dicit {ſed de his quidem poſterius eſt conſiderandum} Quo vero ad verba attinet, cum Ariſt. ait {etenim illic nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt} per eadem non intelligit eadem numero, vel eadem ſpecie, vel genere, ſed eadem naturalia, vt eædem herbæ ex ſemine, & ſine ſemine fiunt. vtrum vero eadem ſpecie, in dilucidario expoſuimus, ſed verius libro de Generatione animalium. Auer. contra textum dicit generabilibus per naturam nihil fieri caſu, quoniam, vt inquit, nulla ſpecies fieri poteſt caſu. cuius oppoſitum Ariſtoteles, & Alexander teſtantur. poteſt tñ Auer. defendi per id quod ſubdit, ſed inuenitur aliquod ſimile ei, quod fit caſu.ſ. ſpecies, quæ fiunt ex ſe ſine agente per putrefactionem: quæ cum non fiant à ſimili, videntur fieri caſu, non tñ fiunt reuera caſu. Vel clarius poſſet rñderi, ꝙ nihil prohibet aliquam generationem eſſe. per ſe caſualem & per accidens relata ad diuerſas cauſas: ſicuti ex confricatione generata ſanitas præter intentionem confricantis, ſi referatur ad naturam regitiuam corporis, non eſt caſu nec per accidens, ſed per ſe intenta. Ad eius autem intentionem eſt per accidens & à caſu ſimiliter in propoſito dicamus. Generatio alicuius animalis generati ſine ſpermate, puta, ex putrefactione ſi referatur ad cauſam particularem, euenit per accidens & à caſu. nam calor qui eſt in putrefacto non intendit naturaliter generationem talis animalis quemadmodum intendit virtus quæ eſt in ſpermate, ſed relata ad cauſam vniuerſalem: quæ eſt virtus cœli regitiua omnium quę fiunt naturaliter hic inferius non euenit à caſu, ſed eſt per ſe intenta: Nam de intentione vniuerſalis cauſæ eſt: vt omnes formæ quæ ſunt in potentia materiæ ad actum deducantur. recte igitur Philoſophus comparat ea quæ ab arte fiunt his quæ à natura generantur. vltimo dicamus ſm Auer. nullam ſpeciem perfectam fieri poſſe, natura & caſu: nec ſpecies vniuoca. ſecus vero dicendum ſi de Analogica ſpecie: & ſic patet quatuor modis ſedatio contradictionis.

Qua Auer. com. 28.

Ab arte autem ea fiunt, quorum ſpecies in anima eſt. Speciem autem dico quiditatem uniuſcuiusq;, primamq; ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt. ipſa nãque oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt, ut ſanitas morbi. morbus.n. ipſe illius abſentia oſtenditur. Sanitas autem eſt ea ratio, quæ in anima ſcientiaq;.

Expoſitor arbitratur Ariſt. velle dare modum, quo artificioſa fiunt. Ego vero cum Auer. arbitror Ariſto. exponere ea, quæ ab arte fiunt. Propoſuit.n. tria, quædam fieri à natura, quædam ab arte, & quædam à caſu. Quare cum declaraſſet illa, quæ fiunt à natura, conſentaneum rationi eſt, vt nunc exponat ea quæ fiunt ab arte. Et, vt Auer. ait, Ariſt. hoc facit, vt oſtendat id quod fit ab arte fieri à ſibi ſimili, quemadmodum id quod fit à natura, fit à ſibi ſimili in ſpecie, & dicit {ab arte autem ea fiunt, quorum ſpecies}.i. forma {in anima eſt} deinde exponit quid per formam, & ſpeciem intelligat, & dicit {ſpeciem autem dico quiditatem vniuſcuiuſque primamq; ſubſtantiam} & Alex. videtur intelligere per quiditatem vniuſcuiuſq;, & primam ſubſtantiã idem, vel intelligit per ſpeciem formam cuiuſlibet compoſiti artificialis, vt formam domus, & per primam ſubſtantiam, intelligit ipſum artificiale compoſitum ex forma, & materia artificialibus, vt domum ipſam, vel arcam ipſam. nam licet nullius artificialis ſit proprie quiditas, nec aliquod eorum ſit ſubſtantia prima, tñ eo modo, quo in illis hęc ſunt, de his loquitur. & dixit quiditatem, & ſubſtantiam primam, ſm diuerſas opiniones, quarum altera aſſerit formam proprie fieri. Altera vero cõ poſitum ex materia, & forma: per quæ patet Ariſt. intelligere per ſpeciẽ, quæ eſt in anima artificis, id quod dicunt ideam, quæ idea, cum ſit in anima artificis, poteſt accipi aut formaliter, aut obiectiue. Formaliter domus in anima eſt ſimilitudo domus eius, quæ eſt extra animam. & hæc communiter dicitur ſpecies intelligibilis, quæ formalis ſimilitudo eſt rei, quæ intelligitur quam Themiſtius libro de anima primo formalem notionem vocat. Iuniores vero Metaphyſici formalem conceptum. aut accipi poteſt obiectiue, & ſic eſt ipſamet res, quæ fit ab artifice, ſiue id quod fit, ſit forma ſiue compoſitum ex materia, & forma: non ſimpliciter, ſed quatenus intelligitur, ac intellectui repræſentatur per ſpeciem intelligibilem, & hoc pacto Ariſt. accepit ſpeciem, cum dixit {ſpeciem autem dico quiditatem vniuſcuiuſq;, primamq; ſubſtantiam. accepit.n. ſpeciem pro idea, quæ eſt res, quæ ab artefice producitur, quatenus intelligitur, ac repræſentatur intellectui per ſpeciem intelligibilem rei, quæ producitur. Quę expoſitio eſt Auer. qui licet multa dicat propter corruptas tranſlationes, dicit tñ & generabilia ex artificio ſunt illa, quorum formæ, & quiditates ſunt in anima.ſ. & in prima ſubſtantia, & illę formę ſunt quodammodo eadem forma.ſ. quæ eſt in anima, & quę eſt in prima ſubſtantia: & quibuſdam interpoſitis ſubdit, & ſanitas dicitur de duobus. Dicitur.n. de forma, quę eſt in anima, & de habitu, qui eſt in corpore, & ambo ſunt idem. & ſic videtur Auer. intelligere per ſpeciem, quæ eſt in anima, non formalem notionem, ſed rem obiectiue apprehenſam ab anima, quam in primo de anima ideam Peripateticã eſſe diximus, etſi adducerentur verba Auer. duodecimo huius, quod ſanitas in anima, & extra animam non ſit eadem, dicerem verba Auer. eſſe hæc, medicina.n. alia eſt à ſanitate, & ab infirmitate, & quia forma ſanitatis non eſt in anima medici in materia, ſicut eſt forma ſanitatis, ideo forma ſanitatis, quæ eſt in anima medici non facit ſanitatis actionem. quoniam ſi ita eſſet, tunc medicus eſſet ſanus. Hæc Auer. per quæ patet eum dicere ſanitatem non eſſe in anima medici, vt eſt in propria materia. Non enim anima eſt materia ſanitatis, ſed corpus, quare nulla eſt contradictio. Patet quiditatem apprehenſam ſpeciem eſſe in

Qua Auer Com. 28.

Qua Auer. Com. 23.

Qua Auer. Com. 23.

Cõm. 23.

anima artificis. Quòd autem quiditas apprehenſa ſit ſpecies exiſtens in anima artificis, oſtendit, & ſyllogiſmus componitur ſic, Quod eſt idem contrariorum, ſpecies eſt in anima: quiditas rei artificialis apprehenſa eſt eadem contrariorum: igitur quiditas rei artificialis apprehēſa eſt ſpecies in aīa artificis. De rōne tangit maiorem, & dicit {etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt} ergo maior eſt, quod eſt idem contrariorum, eſt ſpecies in anima medici. deinde oſtendit minorem videlicet ꝙ quiditas apprehenſa ſit eadem contrariorum, & dicit {ipſa nāque oppoſita ſubſtantia priuationis} ſubaudi oppoſitæ {ſubſtantia eſt} quaſi dicat ꝙ ſubſtantia habitus, atq; ſanitatis corporis, quatenus apprehenſa ſub oppoſita ratione eadem eſt ſubſtantia apprehenſa ægritudinis, vt ſit vna ſubſtantia apprehenſa contrariorū, ſanitatis principalr & ægritudinis deinceps. Quòd aūt quiditas apprehēſa ipſius habitus ſit quiditas apprehenſa priuationis, per exemplum demonſtrat, & dicit {vt ſanitas morbi} Sanitas enim quæ eſt quiditas apprehenſa ſani eſt quiditas apprehenſa morbi, qui eſt priuatio ſanitatis. Quòd autem quiditas apprehenſa ſani ſit quiditas apprehenſa morbi, oſtendit, & dicit {morbus enim ipſe illius} ſcilicet ſanitatis eſt, ac {oſtenditur} & exponens ſanitatem, de qua loquitur, ſubdit {ſanitas autem} ſubaudi de qua loquor {eſt ea ratio, quę in anima, ſcientiaq;} medici {eſt} vt obiectum, hæc enim eſt abſentia apprehenſa ſani: hoc eſt abſentia ſanitatis quæ apprehenditur in anima, per quæ patet minor ꝙ quiditas apprehenſa ſit eadem contrariorum. Alexander aliter legit, nam cum Ariſtoteles dixiſſet formam, & quiditatem primam ſubſtantiam eſſe, vult, vt Ariſtoteles cauſam ſubiiciat ex eo, quia priuatio materiæ ineſt, priuatio autem à forma eſſe ſuſcipit: quippe cuius abſentia priuatio exiſtit. Si ergo priuationi, quæ in materia eſt, eſſe, & ſubſtantia à beneficio formæ contingit, & ipſa forma ordinat, definit, & exornat materiam, merito forma prima, & proprie ſubſtantia eſſe dicitur. vnde dicit {etenim contrariorum quodammodo ſpecies} ſiue forma {eadem eſt} & per contraria priuationes intelligit, quaſi dicat ꝙ forma ſiue ſpecies eſt priuationum forma eadem, quæ materiam informat, & eſſe largitur. Quo fit, vt forma ſit cauſa ſubſtantiæ ac omnino, vt entia ſint, &, vt priuationes inter entia annumerentur. quoniam abeunte forma, protinus priuatio eſſe habetur, & ſic forma cauſa priuationis eſt. Quod vero forma ſit cauſa priuationis, ipſe declarauit dicens {ipſa nāque oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt} ideſt ſubſtantia, quæ per formam intelligitur, eſt ſubſtantia. & exiſtentia priuationis, eiq; tribuens eſſe. Quare ſi ſubſtantia ideſt forma ſubſtantia eſt, largitrixq; & cauſa priuationis, dubium non eſt, quin forma ſit priuationis forma. Illud autem {quodammodo} vt Alexander inquit adiectum eſt, quoniam forma non eſt per ſe cauſa priuationis, ſed per accidens, accidit enim vt decedente forma, priuatio fiat. itaq; valetudo, cum formæ ſit æmula, cauſa eſt, & forma morbi, qui quidem eſt priuatio. Per quæ patet formā & quiditatem eſſe primam ſubſtantiam, vt accepit. hæc eſt expoſitio Alexandri, ad quam expoſitionem fuit coactus, quoniam in codice ſuo ſic dictio habebatur {etenim contrariorum quodammodo eadem eſt} vbi ipſe expoſuit per eadem, id eſt forma, vt ſit ſenſus {etenim contrariorum} .i. priuationum {quodammodo eadem eſt} .i. forma eſt. nam forma eſt forma priuationum, vt longis verbis expoſitum eſt. & quia forma eſt priuationum forma, fit, vt forma ſit principaliter ſubſtantia: in codicibus noſtris ſic habetur {etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt} & propterea expoſitio eſt, vt diximus. vbi animaduerte ꝙ id, ratione cuius contraria ſunt eadem in anima, non poteſt eſſe, niſi ſpecies intelligibilis exiſtens in anima, quæ primo, & per ſe repræſentat alterum contrarium videlicet habitum, ſecundario & per accidens priuationem. quoniam, vt Auerroes ait, formæ contrariæ exiſtentes in anima ſunt quodammodo eadem forma. & hoc pacto anima recipit contrarias formas, nō, quia, vt inquit, congregantur in anima duæ contrariæ formæ inſimul, ſicut non congregantur extra animam. nam & in anima, & extra animam ſemper vnius contrarij generatio eſt corruptio alterius: & è conuerſo. Quare duo contraria ſunt in anima non per ſpecies contrarias, ſed per vnam ſpeciem, quæ amborum eſt. per quæ patet alterum contrariorum corrumpi propter præſentiam alterius, non autem ignorari propter ſcientiam alterius, cum per eandem ſpeciem cognoſcantur ambo. hoc idem ait ſuperius ſexto huius. vbi ponit differentiam inter ens, quod eſt in intellectu, & ens, quod eſt extra intellectum. nam intellectus, qui eſt in anima, poteſt recipere contraria. corpus vero, quod eſt extra animam, ſimul recipere non poteſt duo oppoſita. & exponens quomodo in intellectu, qui eſt in anima, poſſunt eſſe duo oppoſita, ait id eſſe, quatenus accidit, ꝙ anima intelligat duo oppoſita inſimul, quod eſſe non poteſt extra animam, quandoquidem materia recipit contraria ſucceſsiue. & ſic anima recipit contraria ſ̄m cognitionem, quatenus per ſpeciē habitus intelligit habitum, & priuationem, & per ſpeciem calidi calidum, atq; frigidum. Alij vero dixerunt ꝙ per eandem ſpeciem bene poſſumus intelligere habitum, cuius eſt illa ſpecies, & priuationem habitus eius qui per ſpeciem, repræſentatur. non autem per eandem ſpeciem intelligi poſſunt duo contraria, vt calidum, & frigidum, quoniam ambo propriam ſpeciem faciunt in ſenſu, ergo & in intellectu, ſed hæc petantur à libro de anima. Nunc autem ſatis ſit accipere ꝙ ſaltem priuatiue oppoſita intelligantur per eandem ſpeciem. nam hoc ſufficit ad Ariſtoteles ſyllogiſmum. Quæ Auer. Com. 23. Com. 8.

At ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex hoc intellexerit modo, quoniam hoc eſt ſanitas, ſi futurum ſit ſanum, hoc eſſe neceſſe erit, uelut æqualitatem. Quod ſi hæc efficienda eſt, caliditas oriatur oportet, et hoc pacto ſemper intelligit, quouſq; ad id ultimum accedatur, quod ipſe facere poteſt.

Cum declaraſſet ea, quæ fiunt ab arte, quæ ſint, nunc vult declarare ea, quæ ab arte fiunt, aliquo modo fieri ab agentibus ſimilibus veluti ſanum à medico, qui aliquo pacto eſt ipſi ſano ſimilis. & ad hoc oſtendendum declarat in opere artis duos eſſe motus, alterum in anima, alterum vero extra animam, per motum quidem in anima fit ordinatio, & deliberatio, quæ dicitur propoſitum. Per motum vero extra animam fit executio eius, quod in mente erat propoſitum, atque ordinatum. Quia igitur dixerat ſanitatem, quæ eſt in anima, rationem eſſe, ac ſpeciem, ſtatim exponens primum motum, ſubdit {at ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex hoc intellexerit modo} quaſi dicat ꝙ

licet ſanitas in mente ſit ratio, ac ſpecies tñ ſanitas in re fit à medico, qui eam intelligit modo, quo exponetur. & exponẽs modum, quo fit, dicit {qm̃ ſanitas eſt hoc} .i. æqualitas calidi cum frigido, ſic. n. ſupponamus exẽpli gratia {ſi futurum ſit ſanum, hoc eſſe neceſſe erit, velut æqualitatem} .ſ. calidi cum frigido. Non. n. poteſt eſſe ſanitas niſi calidi cum frigido æqualitas ſit, & quoniam ſupponebas ægritudinem eſſe exceſſum frigidi ſupra calidum, ideo dicit { Quod ſi hæc}. ſ. æqualitas {efficiẽda eſt, caliditas oriatur, oportet} nec ſic euadet æqualis frigiditati, quæ æqualitas eſt ſanitas {& hoc pacto} ſubaudi medicus {ſemper intelligit} alterum videlicet poſt alterum {quouſq; ad id vltimum accedatur, quod ipſe facere poteſt} videlicet vſq; ad fricationem, quam poteſt efficere, vt per fricationẽ caliditas oriať, & fiat æqualis frigiditati, vt inde corpus ſanum reddať. Quare hoc primo motu medicus primum ſanitatẽ intellexit, deinde æqualitatem, tum calorem, poſtremo confricationem. nã confricatio calorem efficit, calor æqualitatem, æqualitas ſanitatem. ergo in primo motu confricatio vltimo intelligitur: Quæ in ſecundo motu erit prima, vt dicemus. Alex. vero vult vt Ariſt. doceat quonam modo corpus ſanum efficiatur. idq; non temere, ac ab re, vt dicit, quia hinc planum fiet, quę ab arte fiunt, ea qñq; fieri fortuitu. ergo exponens quonã modo corpus ſanum fit, dicit {at ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex} .ſ. medicus {hoc modo intellexerit} & quo modo intelligat exponit dicens exempli gratia {qm̃ hoc eſt ſanitas} .ſ. æqualitas calidorum ac frigidorum {ſi} corpus ſubaudi {futurum ſit ſanum, hoc eſſe neceſſe erit} .ſ. æqualitatem calidorum, atq; frigidorũ. ad hoc. n. vt frigidorum & calidorum inæqualitas veniat ad æqualitatem, ne alterutrum excedatur, ſed ambo mediocritate contineantur, oportet, vt caliditas augeatur. At ſi caliditas eſt futura, opus eſt fricatione, quare medicus cum ſanare voluerit, incipiet à cõfricatione, quam poteſt efficere, quæ quidem confricatio, vltima, eſt poſterior valetudine, ęqualitate, atq; calore. Medicus. n. primum valetudinem intellexit, deinde æqualitatem, tum calorem, poſtremo confricationem, nam confricatio. vt diximus, calorem efficit, calor æqualitatem, æqualitas valetudinem.

Deinde eam iam motio, quæ ab hoc incipit, effectio nuncupatur, quæ eſt ad ſanandum.

Cum docuiſſet Alexander, quonam modo corpus ſanum efficiatur, oſtendit Alex. quo modo ſanitas ab arte facta, qñq; fortuitu eueniat, aſſerẽs accedere qñq;, vt fricatio fiat in parte affecta, vtputa in ventriculo, & ita ea parte calefacta, ęqualitas emerget, & inde ſanitas. Qua ratione fit, vt ſanitas nonnunquam fortuitu eueniat. deinde ſm Alex. Ariſt. oſtendit, quid ſit effectio, & dicit {deinde ea iam motio, quę ab hoc} .i. à fricatione {incipit, effectio nuncupatur, quæ eſt ad ſanandũ} nam à fricatione emergit caliditas, à caliditate æqualitas, ab æqualitate valetudo. Quare ea motio, quæ eſt à fricatione, effectio ſanitatis eſt. Secundum tamen expoſitionem noſtram, cum declaraſſet motum mentalem, qui eſt deliberatio, atq; propoſitũ in omni actione artificioſa, nunc exponit motum realem, qui dicitur executio, oſtendens huiuſmodi motum fieri è contrario. nam primum, è quo executio incipit, eſt vltimum primi motus, vt ſit in ſecundo motu primum fricatio, per quam caliditas emergit & per caliditatem æqualitas, & per æqualitatem ſanitas. & propterea ait {deinde ea iam motio, quæ ab hoc} .i. fricatione {iam incipit, effectio nuncupatur, quæ eſt ad ſanandum} ergo executio è contrario incipit ipſi motui mentali: & procedit è contrario vtputa à fricatione in caliditatem, & à caliditate in æqualitatem, & ab æqualitate in valetudinem.

Quare fit, ut ex ſanitate quodammodo ſanitas, & ex domo ea, quæ eſt abſq; materia, domus ea, quæ materiam habet oriatur. Facultas. n. medendi, atq; ars extruendi ædes, ipſa eſt forma ſanitatis, ac domus. Subſtantiam autem ſine materia dico quiditatem ipſam.

Hic patet Ariſtotelem declaraſſe duos illos motus aſsignaſſe, non, vt oſtenderet aliquod idem arte fieri poſſe, & caſu, ſed etiam in arte omne, quod fit, fieri à ſibi ſimili, & dicit {quare fit, vt ex ſanitate} ſubaudi ea, quæ eſt abſque materia {quodãmodo ſanitas} .ſ. ea, quę eſt in materia { & ex domo ea, quæ eſt abſque materia, domus ea, quæ materiam habet oriatur} quodomus, quæ eſt in materia, fit ab ædificatore propter domum, quæ obiectiue eſt in domificatore. & ſanitas, quæ eſt in materia, fit à medico propter ſanitatẽ, quæ obiectiue eſt ſui mente. Cõtingit ergo quodammodo, vt valetudo fiat ex valetudine, eiuſq; forma, quę in medici anima eſt. Valetudo. n. quæ efficitur in ægrotante, fit ex valetudinis forma rationeq; in medici anima exiſtente. Pari ratione domus hæc, quæ cum materia conſiſtit, efficitur ex domo ex parte materiæ, quæ habetur in ædificante, Vt. n. viſus in ſe formas colorũ habet, atq; ipſis ſubiecta materia eſt, ſic anima formas in ſe ſcientiarum habet. nam locus formarum, vt dictum eſt libro de anima. anima ipſa eſt. Quod autem ex forma domus & valetudinis forma domus, & valetudo fiant, demonſtrat ad hunc modum. Facultas medendi, & facultas extruendarum ædium eſt forma ſanitatis, & forma domus. Sed domus in materia, & ſanitas in materia fit à facultate medendi, atq; extruendarum ædium: igitur domus in materia, & ſanitas in materia fiunt à forma domus, & à forma ſanitatis. De ratione tangit maiorem, & dicit { facultas. n. medendi, atque ars extruendarum ędium ipſa eſt forma ſanitatis, ac domus } hæc fuit maior. Sed dubitatio eſt non parua, ſitne ars medendi ſanitatis forma, & ars extruendarum ædium forma domus, vt in maiore accipitur. Videtur .n. quòd non. Ars enim medendi eſt recta ratio medendi, forma ſanitatis eſt ſanitas obiectiua, quæ concipitur à medico. Reſpondetur ꝙ ars medendi formaliter non eſt forma ſanitatis, nec ars efficiendi domus eſt formaliter forma domus. Sed ſatis eſt, vt ars ſanandi ſit ſanitas virtualiter, & ars faciendi domum ſit forma domus virtualiter. Etiam dici poteſt artem ſanandi eſſe ſanitatem, vt quo, qm̃ licet ſanitas apprehẽſa non ſanet, tamen ars medendi vel medicus ipſe ſanat per ſanitatem apprehenſam, & hoc ſatis eſt. Quia vero ſuperius dixit, ex domo ea, quæ eſt abſque materia, domum eam oriri, quæ materiam habetur, ideo exponit quid intelligat per domum, quæ eſt ſine materia, & dicit { ſubſtantiam autem puta domus, vel ſanitatis, vel id genus { dico quiditatem ipſam } .i. formam ipſam domus, & valetudinis, q̃ eſt rõ ſanãdi vel ædificandi, qua ars medendi medetur, & ars ædificãdi ædificat. Hanc. n. diximus eſſe ſanitatẽ, vel domũ obiectiuã.

Alex.

Alexander autem dicit, Ariſt. exponere domum, quæ eſt in materia,& ſanitatem, quæ eſt in corpore,fieri ex materiæ expertibus,vt ſuperius acceperat, vnde Ariſt. ait { atque ſubſtantiam ſine materia dico ipſam quiditatem }.i.formam ipſam domus, & valetudinis. Ex hac.n.quæ ſine materia eſt,fit domus,vel ſanitas, quę in materia eſt.per quæ patet ea,quæ arte fiũt,fieri à ſibi ſimilibus. qm̃ fiunt ab artifice, qui propter ideam apprehenſam eſt ſimilis rebus, quæ efficiuntur.

Generationum autem motionumúe alia intellectio, alia effectio nuncupatur. quæ quidem à principio, ſpecieq́; incipit, intellectio appellatur: quæ uero ab intellectionis, ultimo, effectio dicitur.

Nonnulli, qui in dictione loco verbi autem, habebant igitur,voluerunt Ariſt.ex ijs, quæ dixerat,inferre differentiam generationum in artificialibus, quæ nomine,atq; re differũt.nomine quidem, quatenus altera intellectio,altera effectio dicitur. Re autem,qm̃ illa generatio,quæ dicitur intellectio, incipit à principio, quæ eſt ſpecies, hoc eſt res facienda obiectiue apprehenſa. Quæ vero nuncupatur effectio, ab eo incipit, quod fuit vltimum in intellectione. nam quod eſt in executione atque effectione, ipſa primum, in intellectione,atque deliberatione fuit vltimum, v.g.fricatio ventriculi in intellectione vltima, in effectione primũ eſt. Alexander vero, qui in dictione ſua habebat, aũt, vult Ariſtotelẽ velle declarare qũo cauſarum nonnullæ non ſolum à mouentibus efficiantur, ſed etiam fortuitu: & qm̃ hoc eſt demonſtraturus, ideo vult Alex. vt Ariſt. prius generationem diuidat in intellectionẽ, & effectionem,vnde dicit { Generationem autem motionumúe, alia intellectio, alia effectio nuncupatur } deinde exponit membra,& dicit { Quæ quidem à principio } quod fuit primũ in intellectione ipſa { ſpecieq́; } .i.idea apprehenſa, vt à domo,vel à ſanitate ipſa apprehenſa { incipit } hæc generatio { intellectio appellatur: quæ vero } .ſ.generatio { incipit ab intellectionis vltimo } vt à fricatione ventriculi, quæ fuit vltima in ipſa intellectione { effectio dicitur } exempli cauſa faber cæmentarius intelligit formam domus eſſe huiuſmodi operimentum, poſtea intelligit ſi hoc futurum eſt, parietes fieri oportere, deinde intelligit parietib⁹ futuris, neceſſe eſſe fundamentum iaci, ac etiam intelligit poſtea ſi fundamentum eſt iaciendũ, fodi oportere.hoc igitur in intellectione fuit finis, atq; vltimum.In affectione vero hoc eſt primum. nam hinc exordiens fodit,cum fodit,fundamentum iacit, hoc vbi iecerit,parietes erigit. Poſtremo tectum imponit,& formã perficit. Generatio igitur ſiue motus à principio & forma vſque ad foſsionem intellectio nũcupatur. A foſsione autem,quæ finis erat intellectionis, quæ principium generationis domus erat vſq; ad tecti impoſitionẽ, effectio nominatur.Medicus item valetudinis formam eſſe talem intelligit,at ſi futura valetudo eſt,ęqualitatem fieri oportere. Eſt autem æqualitatem fieri ſiccitates, humiditates,calores,& frigora animalis ad mediocritatem redigere, quod fiet, ſit calefactus fuerit ventriculus.Caleſcet autem,ſi fricatio facta fuerit,quę quidem fricatio facultate in medico ineſt, vtpote, qui fricare poſsit ægrotantem. Fricat igitur,& fricationem conſequitur calor, calorem æqualitas, æqualitatẽ valetudo. Motus igitur à valetudine ad fricationem vſq; intellectio nuncupatur. A fricatione vero ad valetudinem effectio. Auerroes autem primam generationẽ, *Quæ Auer.* quam Ariſt.vocati intellectionem, vult eſſe diſſolutionem, *Com. 23.* qm̃ incipit ab effectu, & procedit in cauſas: quæ proceſsio diſſolutio eſt.Eam vero,quę incipit ab vltimo intellectionis,vt à fricatione,appellat cõpoſitionẽ: qm̃ eſt ire à cauſa ad effectum per compoſitionem.Sed ſi dices Auerroem non ſibi conſtare.nam ſecundo me- *Cõm. 11* taphyſicæ videtur aſſerere diſſolutionem fieri à priore ad poſterius, diluitur ex eo, quia duplex proceſſus eſt, effectiuus alter, & alter doctrinalis: Auerroes ergo loquitur in proceſſu effectiuo,qui dicitur executio, nã in tali proceſſu ſemper qui procedit, ad effectum componendo cum illo cauſam, proficiſcitur. In proceſſu doctrinali, In definitiuo quidem,ſemper qui procedit diſſoluendo,à ſuperiore incipit,nam eo diuiſo, partem alteram componit, alteram diuidit, & ita procedit in diſſolutione à ſuperiore.& in compoſitione etiã,quippe cum ſemper componat alteram partem,quæ ſuperior eſt,cum definitio.At ſi proceſſus fuerit demõſtratiuus,diſſolutio incipit ab effectu, & compoſitio à cauſa.Non igitur ſibi aduerſatur.

Similiter etiam unumquodq; mediorum fieri ſolet. dico autem, quoniam ſi ſanabitur, ad æqualitatem redigatur oportet. Quid igitur eſt ad æqualitatem redigi,hoc.hoc autẽ erit, ſi calefactum fuerit.Sed hoc quid eſt,hoc.eſt autem hoc potentia.Hoc autem iam in ipſo.

Alexander copulat hunc textum cum illo { Quare fit, vt ex ſanitate quodammodo ſanitas, & ex domo ea,quæ eſt abſq; materia,domus ea,quæ materiam habet,oriatur } & ita, vult vt Ariſt. declaret ꝙ quemadmodum valetudo efficitur ex valetudine, ſic æqualitas ex ea æqualitate, quæ eſt in medici anima, & ſimiliter calor ex calore, & vnumquodq; mediorum, quibus itur ad ſanitatem ex ſibi ſimili fit medio, quod in anima eſt,vt ſit ſenſus ꝙ non modo principale opus fiat ex ſibi ſimile,ſed etiam vnumquodq; mediorum, quę ſunt ordinata ad opus: & ſic eſt amplificatio eius, qđ dixit: non tm̃ ad opera, ſed ad media,quibus artifices perficitur opera: vnde Ariſt. dicit { ſimiliter etiã vnũquodq; mediorum fieri ſolet } ſubaudi à ſibi ſimilibus in mente artificium quemadmodum opera ipſa vltima, ad quæ media ordinantur. deinde aſsignat rationem ex eo,quia ita medium fit æb artefice, licet non principaliter, quemadmodum ab eodẽ fit principale opus: & dicit { quoniã ſi } aliquis ſubaudi ægrotus { ſanabiť } à medico ipſo { ad æqualitatem redigatur oportet } .ſ. ab eodem medico prius,ſed quia obſcurum eſt quid ſit ad æqualitatẽ redigi,ideo quærit { quid igitur eſt } ſubaudi corpus ægrotum { ad æqualitatem redigi } reſpondet quod ſit { hoc } ſubaudi vel illud, deinde exponit quid ipſe velit per hoc, vel illud,& dicit { hoc autẽ erit, ſi } corpus ægrotum præ nimia ventriculi frigiditate, ventriculo { calefactum fuerit } deinde quærit quid ſit ventriculo eſſe calefactum, & reſpondet ꝙ ſit hoc vel illud.i.fricatum eſſe,vel aliud,quo caleſcat ventriculo, & dicit { ſed hoc } .ſ.vẽtriculo eſſe calefactũ { quid eſt } reſpondet ꝙ ſit { hoc } .ſ.fricatum eſſe. Eſt.n.hæc definitio cauſalis. deinde ſm̃ Alex.Ariſt. exponit fricationem.& dicit { eſt autem hoc } .ſ.fricatio { potẽtia } ſubaudi valetudo ipſa. nam ſi confricatio principium eſt, primaq; valetudinis cauſa,dubio procul fricatio facultate valetudo eſt { Hoc autem iam in ipſo } .i. confricatio autem potentia eſt in medico: vt qui poteſt ipſam

efficere: quaſi dicat, valetudo potentia eſt in fricatione,& fricatio potentia in medico,& ſic opera principalia & media omnia ſunt in poteſtate medici. Quare cũ fricatio, quæ calorem efficit,& principium valetudinis eſt, ab arte, vel ab artifice fit, valetudo non fortuitu effici dicitur, quæ fricationem eſt conſecuta, ſed à forma valetudinis, quæ habetur in anima medici, proficiſcitur. Eſt.n. valetudo, quæ in anima medici eſt, cauſa huius vel illius valetudinis, quæ in corpore eſt: cum fricatio ab arte proficiſcitur: ad hunc itaq; modum doctiſsimus Alex. expoſuit, ſed non eſſe alienum puto Ariſtotelẽ velle declarare duas generationes, quas proximo textu dixit, reperiri etiam in effectione cuiuſlibet medij eorum, quibus itur ad finale opus: & ideo aſſerit in effectione cuiuſlibet medij oportere eodem modo procedere ab vltimo primæ generationis, quæ dicebatur intellectio, quemadmodum in effectione extremorum, videlicet domus, & ſanitatis. Quæ expoſitio mihi videtur longe magis conſona quàm illa Alexãdri. qm̃ ſemper quod dicitur, videtur magis conſonũ proximis quàm remotioribus. vnde dicit {Similiter etiam vnumquodq; mediorum} quibus itur ad principale opus {fieri ſolet} duplici generatione videlicet intellectione,& effectione, quemadmodum fit ipſum finale opus. & aſsignans cauſam dicit {dico autem} ſubaudi hoc ita eſſe {qm̃ ſi} ſubaudi ęgrotus arte ſanabitur {ad æqualitatem redigatur, oportet} ergo ad æqualitatem redigi erit opus medici, quemadmodũ ipſum ſanari: & erunt pro eius productione neceſſariæ duę generationes.& hoc, quod dixit, exponens ſubdit {quid igitur eſt ad æqualitatem redigi} reſpondens dicit {hoc} eſſe, vel illud. deinde exponens quid velut intelligere ꝑ hoc, ſubdit {hoc autem erit ſi calefactum fuerit} deinde qa hæc reſponſio eſt obſcura, iterum quærit {ſed hoc}.ſ. calefactum eſſe {quid eſt}& reſpondens dicit {hoc}.ſ. fricatum eſſe. deinde complens rationem dicit {eſt autem hoc}.ſ. fricatum eſſe {potentia} valetudo ipſa, vt quod poteſt valetudinem efficere {hoc autem}.ſ. qd' poteſt valetudinẽ efficere {iam in ipſo}.ſ. medico {eſt} nam medicus poteſt valetudinem efficere. Quare vnũ quodq; mediorum duplici generatione produci poteſt: cum & finale opus & medium & poſſe valetudinem efficere omnia ſint in poſſe medici tanquã in cauſa, & principio omnium. Quare ſicuti medicus finale opus perficit duplici generatione, ſic medium vnumquodq; perficit duplici generatione. nam finale opus eſt in poſſe mediorum,& poſſe mediorum in poſſe artificis: igitur ſicut finale opus perficit duplici motione, ſic vnumquodq; medium. Hæc.n. expoſitio valde conſonat verbis Ariſtotelis.

Id igitur, quod efficit, & unde incipit motio, qua ad ualetudinem itur, ſi per artem quidem efficit, forma profecto ea eſt, quæ eſt in anima. Sin autem à caſu, ab eo incipiet, quod tandem principium faciendi eſt ei, quod arte efficit. quemadmodum & in medendo fortaſſe à caliditatis impreſsione principium ſumitur. hoc autem fricatione efficit.

Cum declaraſſet ea, quæ ab arte fiunt, quot generationibus fiant, nunc declarat eadem fieri quandoq; à caſu, & quomodo fiant à caſu, & exponendo iſtud, primo innuit quid ſit efficiens, deinde dat intelligere eius diuiſionem in id quod arte efficit,& id quod caſu facit: & membra exponit per ordinem, exponẽdo vero membra patebit eadem nonnulla fieri poſſe arte, & caſu: quonam modo eadem.& Alexan. ſi recte in græcis ſuis verbis percepi, exponit ad hunc modum {id igitur quod efficit} ſanitatem ducendo ventriculum ad æqualitatem caloris {&} id {vnde incipit motio} quę dicitur effectio {qua} motione ſcilicet {ad valetudinem itur} ſubaudi tu fricatio eſt, quę {ſi per artem quidem} ſanitatem {efficit} non ipſa eſt primum, & principale principiũ valetudinis {ſed forma profecto ea eſt, quæ eſt in anima}.ſ. valetudo obiectiua per quã artifex, cũ artifex, cum deuenerit ad effectionem valetudinis, quę dicitur executio, fricationem, quæ fuit vltima in intellectione efficit primo, & ſic habetur quid ſit efficiens ſimpliciter, ac vniuerſaliter, habeť.n. ꝙ ſit id quod efficit,& vnde incipit motio, habetur etiam diuiſio ꝙ ſit & per artem, & à caſu: per artem quidem principium effectionis ꝙ ſit fricatio. Principium vero ſimpliciter, atq; intellectionis ꝙ ſit valetudo, quæ eſt in anima. deinde exponit id quod eſt principium valetudinis, quæ eſt à caſu,& dicit {Sin autem} valetudinis principiũ valetudinem efficit {à caſu, ab eo incipiet} ſubaudi effectio {quod tandem principiũ faciendi eſt ei}.ſ. efficienti {quod arte efficit}& exponẽs tale principium faciendi, vnde caſu fit valetudo, eſſe fricationẽ, dicit {quemadmodum & in medendo fortaſſe à caliditatis impreſſione principium ſumitur, hoc autem}.i. q̃ quidem caliditatis impreſsionẽ {fricatione efficit}.ſ. medicus. Ergo primum principium effectionis, quæ artificialis ſanitas fit, eſt fricatio partis affectę,& fricatio hęc eadem eſt principium ſanitatis, quæ fit à caſu. quaſi ergo dicat vt valetudo ab arte affecta ex confricatione fit, ſic & valetudo quæ fortuitu contingit, efficitur ex cõfricatione. Vt enim medicus ægrotantis ventriculo confricatio calorem efficit. Calor vero æqualitatem, æqualitas valetudinem, ſic vſu veniet. vt ægrotans ipſe ventriculum ſibi confricet, non generandi caloris gratia, ſed caſu,& ita caſu fiet, vt ea confricatio calorem efficiet, hic æqualitatem, à qua valetudo generetur. itaq; licet retro agere, ſi valetudo ex confricatione profecta caſu fit, confricatio quoq; fortuitu fuit effecta. Contra etiam ſi cõfricatio caſu fit, valetudo quoq; fortuitu accidit. propterea ait {ſin autem à caſu} ſubaudi valetudo fiat {ab eo incipiet}.i. à cõfricatione fieri incipiet {qd'}.i. quæ {tandem principium faciendi eſt ei}.ſ. artifici {quod} ideſt qui {arte} valetudinem {efficit}& exponens tale principium eſſe fricationem, dicit {quemadmodum & in medẽdo fortaſſe à caliditatis impreſsione principium ſumitur}.ſ. illud quod eſt pars ſanitatis. Calor enim vt Alex. inquit & Ariſto. poſtea dicet, aut pars valetudinis eſt, aut id ad quod ſequitur æqualitas, quæ pars valetudinis eſt {hoc autem}.i. quem quidem calorẽ artifex {fricatione efficit} eius partis, quæ morbo affecta eſt. Quare cõfricatio in vtraq; effectione valetudinis principium eſt. Auerroes aũt ait cauſalem ipſam ſanitatem, quę ſine arte eſt, eſſe à caliditate, *Quæ Auer. Com. 21* quæ eſt in corpore ſanabili licet interdum ſit remiſſa adeo, vt indigeat arte, qua perficiať, & addit Ariſt. hoc dicere, vt declaret naturalia ipſa agẽtia eẽ ſimilia agentibus ex arte. qm̃ in vtriſq; eſt agere per ſe,& caſu.

Caliditas igitur, quæ eſt in corpore facta, aut ſanitatis eſt pars, aut ipſam aliquid ſequitur tale, quod ſanitas eſt pars, aut ſtatim, aut per plura: & hoc ultimum, illud eſt, quod ſanitatis partẽ efficit, atq; ut ibi caliditas, aut aliquid, quod ipſam ſequitur, ſanitatis eſt pars, ſic & lapides domus, & alia aliorum ſunt partes.

Ex

Ex iꝭs,quæ dixit, infert primo, id quod eſt vltimum efficiens,eſſe partẽ effecti operis. & hoc infert in exemplo ſanationis,& dicit{caliditas igitur, quæ eſt in corpore facta} ſubaudi à confricatione {aut ſanitatis eſt pars}valetudiniſq; ipſius effectæ {aut} ſi minus pars eius eſt, certe{ipſam aliquid ſequitur tale}.i.æqualitas conſequitur{quod}.i.quæ{ſanitatis eſt pars} Et quia id quod caliditatẽ ſequit, poteſt pluribus modis ſequi, ideo ſubdit, ipſum vero,quod caliditatem ſequitur,& valetudinis eſt pars{aut ſtatim}.ſ. ſequitur caliditatem {aut}ſi non ſtatim,certe{per plura,& hoc vltimam}.i. & inter illa plura,illud, quod eſt vltimum videlicet fricatio{illud eſt, quod ſanitatis partem efficit}eſt.n. fricatio vltima,qm̃ poſterior calore eſt,& æqualitate,atque cæteris,quæ in ipſa intellectione habentur.& amplificans ſermonẽ ad omnia artificialia dicit{& vt ibi} ſcilicet in ſanatione{caliditas, aut quod ipſam ſequit ſanitatis eſt pars,ſic & lapides domus}& æs ſtatuæ {& alia aliorũ ſunt partes} videlicet ligna lectuli, vel arcę.

Quare,quemadmodum dicitur,impoſsibile eſt quicquam fieri,ſi nihil fuerit prius.

Concludit nunc id quod ex dictis ſatis intelligitur, & intelligendum eſſe voluit,& dicit{quare, queadmodum dicitur}& cõmuniter habetur omnibus ferè philoſophantibus{impoſsibile eſt quicquam fieri, ſi nihil fuerit prius}.i.ſi nulla præfuerit materia, ex qua fit id quod efficitur.nam, vt deducetur, quicquid fit, ex aliquo fiat,neceſſe eſt.

T. C. 24. *Patet igitur partem aliquam neceſſario eorum, quæ fiũt, eſſe. materia nanq; pars eſt.quippe cum inſit, & fiat hæc*

Ex eo,quod proxime concluſit, nunc etiam concludit rebus efficiendis aliquam partem in eſſe,quę materiam æmuletur:& dicit{Patet igitur partẽ aliquam neceſſario eorum,quæ fiunt, eſſe}& exponens huiuſmodi partem, quæ rebus efficiendis ineſt, dicit{materia nãq; pars eſt.quippe cum inſit}.ſ.rebus efficiendis{& fiat hęc}.i.& ipſa eſt quę fit,& nõ intelligas ꝙ ipſa fiat terminatiue, ſed vt ſubiectũ. qm̃ materia eſt ſubiectũ, qđ generationem ſuſcipit omnium eorum, quæ fiunt. Quare hæc ipſa eſt, quæ fit ſubiectiuæ,& non, vt terminus generationis.

Et aliquid itaq; eorum,quæ in ratione ſumuntur. Vtroq; enim modo circulum æneum dicimus quid eſt, & materiam dicentes,quoniam æs,& formam,quoniã figura talis, atq; hoc eſt genus, in quo ponitur primo. Aeneus igitur circulus in ratione materiam habet.

Vero δὲ Igitur, δὴ Secundo etiam concludit in partibus definitionis eſſe aliquid,quod materiæ rationem habet. nam genera materiam æmulãtur.& hoc oſtendi põt ex eo,quia circulus æneus duas materias habere dicitur, æs, & figuram. Aes videlicet vt materiã quæ eſt altera pars compoſiti.Figuram vero,vt materiã formæ ſiue definitionis. Quare circulus æneus non ſolum compoſiti materiam habet,ſed etiam materiam, quæ in ratione eſt videlicet genus.vnde dicit{& aliquid itaq; eorum, quæ in ratione ſumuntur}vt materiam eſſe conſtat, videlicet genus.Genus.n.materiam æmulatur.deinde oſtendit hoc argumento ſumpto ab ipſa interrogatione, & reſponſione, & dicit{Vtroq;.n.modo} interrogati & de materia, & de forma circuli ænei{circulum æneum dicimus quid eſt,& materiam dicentes}& reſpondentes{quoniam æs}dicimus.n.æneum circulum eſſe æs: & ſic reſpõdemus per materiam compoſiti{& formã} dicentes dicimus{qm̃ eſt figura talis} videlicet rotunda{atq; hoc}.i.figura talis{eſt genus, in quo ponitur primo}& ſic eſt materia definitionis.tunc concludit,& dicit{circulus igitur æneus} non ſolum materiam habet,quæ eſt altera pars compoſiti videlicet æs, ſed etiã {materiam habet}quæ eſt{in ratione}.i.ſed etiam materiam habet,quæ eſt altera pars definitionis videlicet genus. Quo vero ad verba attinet,animaduerte in noſtro codice legi{æneus vero} Alex. autem legit {æneus igitur circulus} quod mihi longe magis conſonum eſt. nam Ariſt. concludit æneum circulum habere materiã, quæ eſt altera definitionis pars videlicet genus. Auer.autem miſcens textus Nicolai Peripatetici, cum teſtibus Ariſt.quantum ad expoſitionem nihil boni dicit,tamen diſgrediendo aſſerit materiam non prædicari de eo,cuius eſt materia,niſi denominatiue. Circa quæ verba eſt multiplex difficultas primo ,quia materia eſt magis intima compoſito ꝗ ſubiectum ſuo accidente,ſed ſubiectum eſt de definitione accidentis. ergo materia de definitione compoſiti. Quo fit, vt materia prædicetur per ſe primo de cõpoſito.deinde quia materia nec per ſe, nec denominatiue prædicatur de eo,cuius eſt materia,vt Auer. ait libro de generatione ſecundo,ſed hæc diluuntur, primo dicendo Auer. velle materiam,cũ in abſtracto accipitur. non prædicari de eo,cuius eſt materia, quia non vere dicitur Socrates, aut homo eſt caro,aut os:& hoc pacto loquitur ſecundo generatione.Secundo aſſerendo materiã vere prædicari de eo:cuius eſt materia denominatiue,hoc eſt in concreto,non tamen ſic denominatiue,quod non per ſe primo prædicetur.qm̃ licet materia nõ ſit pars quiditatis.quæ eſt forma,eſt tamen eſſentialis pars compoſiti ex materia,& forma.Hæc enim ẽ prædicatio in concreto,ſed per ſe iecur eſt ſanguineum, aut carnoſum. Tertio dicendo materiam prædicari de forma,quę eſt quiditas, vt de homine prædicatione denominatiua, atq; eſſentiali,ſed non eſſentiali prædicamentaria. Non enim hæc eſt eſſentialis prædicamẽtaria, homo eſt carneus,vel oſſeus,ſed illa homo eſt animal:& ſic diluũtur obiectiones, licet dilucidius deinceps ſit diſſerẽdum. Nunc vero quæramus,cum materia ponatur in definitione,vt Ariſt.in præſenti textu aſſerit,vtrum,vt genus an vt differentia ponatur. Secundo determinatum eſt materiam ſm Auer. non prædicari de forma, nec de compoſito,niſi denominatiue:igitur non quiditatiue, cuius oppoſitũ dicit Ariſtoteles hic, cũ aſſerit {vtroq; enim modo circulum æneum dicimus quid eſt} diluit prima ex eo,quia ſi id quod definitur, eſt forma, & per modũ abſtracti ſumptum,ſic materia ponitur in definitione illius,vt ſubiectum illam deferens, & ex parte differentiæ.At ſi id quod definitur,eſt forma, & definitur,vt concretus,atq; totum,ſic materia ſe tenet cũ genere.Cum.n.dicimus hominem eſſe animal rationale, animal eſt, vt materia. nã animal eſt corpus ſenſitiuũ, quod eſt hominis materia.Sed ſi id quod definitur,eſt compoſitum ex materia,& forma,ſic materia eſt de eſſentia compoſiti,& in definitione eius ponitur ex parte generis,vt cum dicimus mixtum eſſe compoſitum ex quatuor elementis,compoſitum eſt materia, & alia particula,vt forma. Cum elementa ſe habeãt vt formæ reſpectu mixti: & ſic tollitur cõtradictio inter textum,

Quæ Auer. Com. 23.

Com. 4.

& commentum. nam cum dicitur ꝙ materia prædica tur denominatiue: intelligitur materiam prædicari in concreto. Materia enim prædicatur de homine denominatiue.i.per modum concreti.vt cum dicitur homo carneus,vel oſſeus eſt,cum quo tamen ſtat eam prædicari eſſentialiter de re,cuius eſt materia

At qui quædam cum orta ſunt, non illud dicuntur, ex quo,ut ex materia fiunt, ſed illiuſmodi, ceu ſtatua non lapis, ſed lapidea dicitur. Homo autem ſanus non dicitur illud, ex quo factus eſt ſanus.

Quidam volunt ꝙ Ariſt. moueat hic dubitationem & eam ſoluat ibi{Cauſa aũt} quæ expoſitio non videt̃ verbis conuenire.alij,vt nos olim legunt {Atqui} pro et: & aſſerunt Ariſto.inferre tertiam,aut quartam con cluſionem,nũc cum Alexãdro dico ꝙ poſtq̃ Ariſt.docuerat omne,quod fit, ex aliquo fieri,nũc doceat id ex quo aliquid fit,eſſe bifariam,aut tale,vt poſsit denomi natiue prædicari de eo,quod fit, aut tale, vt nullo mo do denominatiue poſsit prædicari in recto de eo quod fit: & dicit{atqui quædam cum orta ſunt, non illud di cuntur ex quo fiunt,vt ex materia}& intelligit non dicuntur illud,e x quo fiunt,vt ex materia prædicatione formali{ſed illiuſmodi}.i.ſed prædicatione denomina tiua{ceu ſtatua nõ lapis,ſed lapidea dicitur}homo etiã qui fit ex carne,non dicitur caro,ſed carneus:neq; ſan guis,ſed ſanguineus.& hæc,vt inquit, ea ſunt, ex quibus orta fiunt, veluti ex materia. Quædam vero ſunt, ex quibus aliquid fit,quæ nec denominatiuã, nec formali prædicatione de eo prædicantur,quod fit ex ipſis, & hæc ſunt oppoſita.Homo.n.ſanus, qui fit ex ęgroto, nulla prædicatione dicitur ægrotus, & dicit{homo au tem ſanus nõ dicitur illud ex quo factus eſt ſanus} nõ enim dicitur ægrotus nec denominatiua prædicatione nec formali, quoniam homo ſanus fit ex ægroto tanq̃ ex oppoſito . hanc etiam expoſitionem olfecit Auer. vt patet legenti verba ſua.

TEX. 25. *Cauſa autem hæc eſſe uidetur, quoniam ex priuatione fiunt,atq; ſubiecto, quod quidem materiam dicimus, uelut & homo, & ægrotans fit ſanus. magis tamen ex priuatione fieri dicitur: ut ex ægrotante magis quam ex homine ſanus. qua propter ſanus ægrotans quidem non dicitur, homo autem dicitur,homoq; ſanus.*

Nũc affert cauſam eius,qđ dixit,vt ſit ſenſus huiuſmodi{Cauſa}quamobrem nõnulla dicũtur id, ex quo fiunt,alia non item{hęc eſſe videtur.qm̃ ex priuatione fiunt,atq; ſubiecto,quod quidem} ſubiectũ {materia dicimus}q.d.ideo id quod fit ex materia, denominatur à materia,ex qua fit.Id vero, quod fit ex priuatione non denominatur à priuatione, qm̃ materia manet in

Quæ Auer. Com. 24. compoſito.Priuatio aũt non manet, vt Auer. exponit. Ideo pro expoſitione cauſæ accipit primo id quod fit, fieri & ex priuatione, & ex materia{velut & homo, & ægrotus fit ſanus}ergo ſanus fit ex ægrotante, & ex ho mine, quia tam hõ, q̃ ægrotus fit ſanus, Scđo accipit, ꝙ licet oẽ, ꝙ fit, fiat ex materia, & priuatione, magis ex priuatione fieri dr̃, & ait{magis tñ}ſanus{fieri dicit̃ ex priuatione vt ex ægrotante magis quam ex homine ſanus}.ſ.fieri dicitur. Tunc concludit,quod accepit, & dicit{quapropter ſanus}qui fit ab ægrotãte,vt ex priuatione{ægrotans quidem non dicitur}.i.non denomi natur ab ægrotante, cum ægrotãs ſit priuatio, quæ nõ permanet{homo autẽ dicitur, homoq; ſanus}.i.bene autem denominatur ab homine, qui eſt ſubiectum, & materia,& nõ ſolum ſanus dicitur homo,ſed etiam dicitur homo ſanus:cum ſubiectum,atq; materia perma neat.Sit igitur ex hiſce patet id omne quod ſit,denomi nari magis à materia quã à priuatione, cuius cauſa eſt, vt Auer.inquit,qm̃ materia manet,priuatio abeſt.

Quorum autem priuatio manifeſta non eſt, & nomine caret,ut in ære cuiuſq; figuræ,aut in lateribus,lignisúe domus,ea ex his fieri, ut illic ex ægrotante, uidentur. Quapropter,ut illic non id,ex quo fit, dicitur. ſic & hic ſtatua non lignum, non æs,non lapis,ſed lignea deriuatiue, ænea, lapidea. & domus itidem non lateres,ſed lateritia dicitur.

Quæret fortaſſe quiſpiam,vtrum ſemper id qđ fit, fiat ex priuatione:tanq̃ ex termino à quo:hoc quæſitũ Ariſt.ſoluit aſſerens in illis effectionibus,in quibus pri uatio eſt perſpicua, atq; nomen habens, ſic in talibus omne quod fit,fieri dicitur tam ex materia,quã ex priuatione,vt ſanum tam ex homine, quam ex ægrotãte. In quibus vera priuatio non eſt manifeſta, & noĩe caret, in talibus id quod fit, dicitur fieri ex materia tñ, ex qua fit etiam tanquam ex priuatione. eſt enim materia.ex qua fit ſubiectũ ex quo fit, & vicem habet pri uationis.hoc pacto ſtatua fit ex ære, & nõ ex priuatione aeris,cum priuatio non ſit manifeſta, & nomine ca reat. & æs vicem habeat ſubiecti, atq; priuationis.vnde ait{Quorum autem priuatio manifeſta nõ eſt,& no mine caret,vt in ære cuiuſq; figuræ}.i.vt in effectione cuiuſq; figuræ,quæ fit ex ære{aut in lateribus,lignisúe domus}.i.aut effectione domus,quæ fit ex lateribus,lignisúe{ea}.ſ.figura,& domus{ex his fieri videntur}.ſ. figura ex ære,& domus ex lateribus,lignisúe{vt illic}.ſ. in effectione ſani{ex ægrotante} nam materia in effectione talium,licet ſit ſubiectum, vicem cũ habet priuationis.& propterea ex materia dicuntur fieri,ceu ſanum ex ægrotante.dixi autem {videntur} quia reuera ex priuatione fiunt, ſed propter latentiam priuationis dicunt̃ fieri ex materia,& non ex priuatione. Alex.aũt vult,vt Ariſto.aſsignet cauſam,quare aliquando quod fit dicat̃ fieri ex priuatione,& nõ ex materia, aliquando ex materia,& non ex priuatione,& dicit, cum priuatio nomen ſortita eſt,tunc dicimus ex hoc.ſ.priuatione effectum eſt, vt recte valentem ſiue ſanum dicimus ex ægrotante fuiſſe factum. propterea quia valetudinis priuationi nomen eſt impoſitum. Appellatur enim morbus,ſiue ægritudo nec dicimus ex homine, quod materiam æmulatur,recte valentem fuiſſe effectum ſed ex ęgrotante.qm̃ priuationi,vt dixi,nomẽ eſt impoſitum.In quibuſdam vero,vt in ſtatua & domo, quia priuatio nomine caret, vt hic valens ex ægro fieri dicitur, ſic ſtatua,& domus ex ſtatuæ, atq; domus pri uatione fiunt,ſed quia priuatio nomine caret, ſtatua & domus ex ære,ac lapidibus fieri videntur, vt recte valẽs ex ægrotante: ac idcirco dicimus ex ære ſtatuam, ex lapidibus domum fuiſſe factam,deinde ex his, quæ di xit,concludit id quod ſuperius eſt dictum, & ait {quapropter,vt illic}.i.in valẽte{non id dicitur, ex quo fit} ideſt non dicitur æger: ex quo fit{ſic & hic} ſcilicet in effectione ſtatuæ, & domus {ſtatua non lignũ,non æs, nõ lapis,ſed lignea. deriuatiue,ænea,lapidea, & domus non lateres, ſed lateritia dicitur}nam,vt recte valẽs efficitur ex ægrotante, ſic ſtatua ex ære,vel lapide, ſed va lens non dicit̃ id ex quo fit,nõ enim dicitur æger, ergo nec ſtatua quidẽ lapis vocatur, aut æs, ſed lapidea, vel ænea.

ænea. Quòd autem priuatio, quæ in ære habetur, nomine careat, oſtendit Alex. nam ſi definitioni locus ſit, & dicere liceat huius figuræ priuationem æs habere exempli gratia priuationem figuræ ſtatuæ, vt dicamus æs priuationem habens ſtatuæ, tunc ſtatua ex huiuſmodi priuatione. i. ex non ſtatua facta erit, ſi quis igitur ita dicat æs priuationem habere figuræ ſtatuæ, mihi quoque in promptu erit dicere, non ſtatuæ, ſed lebetis, aut tripodis, aut arculæ, vel equi figuræ priuationẽ æri ineſſe. itaq; ob infinitatem ſeu incertitudinem qualis figuræ priuationem æs habet, & quia perinde noīe vacat, (Indeterminata enim nomine carent) non dicimus priuationem, ſed materiam, cui ſimilis eſt in lapidibus ratio, vtpote quorum priuatio nomen non habet, vt domum ex non domo fieri dicamus. Sed contra nam primo Phyſicorum dictum eſt domum ex non domo fieri. Ideo Alex. reſpondens dicit neq; hoc dicimus, quaſi domum negemus ex non domo fieri. Hoc. n. pugnaret cum iis, quæ in Phyſica conſtituta ſunt, & certe domum ex non domo fieri conſtat, ſed dici poſſe negamus ipſam fieri ex priuatione domus, quæ ſit in lapide, cum in hoc non domus tantum, ſed etiam ſtatuæ, & mille aliarum rerum priuationes habeantur. Videť aũt Auer. hic aſſerere generationẽ cuiuſlibet rei magis priuationi q̃ ſubiecto eſſe attribuendã, cuius oppoſitũ ipſe videtur dixere primo phyſicæ Auſcultationis, cũ ibi dicat id quod vere generatur, eſſe ſubiectum, nõ tamẽ ita eſt, Auer. enim non hic generationem magis eſſe attribuendam priuationi ait q̃ materiæ, ſed generatũ fieri ex aliquo magis priuationi q̃ materiæ eſſe attribuendum. nã priuatio eſt magis id, ex quo aliquid fit, q̃ materia. Cum materia ſit id quod fit. Priuatio vero magis id, ex quo aliquid fit. Sed quæret aliquis, cum proxime demõſtratũ ſit, oẽ, quod fit, ex aliquo fieri, quonã modo eſt ad hoc propoſitum hoc: qđ ait {quædam cũ orta ſunt, hõ illud dñr, ex quo fiunt, ſed illiuſmodi} Nõ. n. videť facere ad illud propoſitũ. Reſpondet Alexã. hoc facere ad illud propoſitum ex eo, quia demonſtrauerat omne, qđ fit, ex aliquo fieri, & ita exprimere etiam voluit, quonam modo ea, quæ fiunt, nuncupentur.

Que Auer. Com. 24. Com. 60.

Nam ſi quiſpiam diligenter, exacteq; inſpexerit, nõ utiq; ſimpliciter dicet ex ligno ſtatuam fieri, aut ex lateribus domum, quoniam mutatur id, ex quo quippiam fit. non tamẽ manere oportet. propter hoc igitur iſto dicitur modo.

Alex. putat Ariſt. aliam cauſam reddere. cur ſtatua non diciť ex lapide fieri, & ſi intelligit nullo modo dici poſſe ex lapide fieri ſtatuam, expoſitio falſa eſt, nam ſtatua fit ex lapide ſaltem, vt ex materia. At ſi intelligat ſtatuam non fieri ex lapide reuera tanquam ex priuatione, recte dicit, dictum eſt enim ligna & lateres in factura domus ſe habere, vt priuationem: & cuprũ ſimiliter in factura ſtatuæ, ideo ne quis decipiatur, declarat neq; lateres eſſe priuationẽ domus, neq; cuprũ ſtatuæ, & dicit {nam ſi quiſpiam diligenter, exacteq; inſpexerit, non vtiq; ſimpliciter dicet ex ligno ſtatuã fieri aut ex lateribus domum} ita intelligendo, vt lignum ſit priuatio ſtatuæ, lateres vero domus. nam reuera nec lignum eſt priuatio ſtatuæ, nec lateres domus, niſi quatenus priuatio non eſt manifeſta, & nomine vacet. ſed vt dixit, lignum videtur ſtatuæ priuatio & lateres domus. quoniam, vt dixit priuatio non eſt manifeſta, & nomine caret. Quòd autem neq; lignum ſit reuera priuatio ſtatuæ, nec lateres domus, demonſtrat, quoniam omne, quod, fit ex aliquo, tanquam ex priuatione, ab ea natura diſcedit, in qua erat, & aliquid aliud efficiť. At lapis, ex quo fit ſtatua, rurſus manet lapis, quod de aqua, dici non poteſt, ſi ex ea aer fuerit effectus. nõ igiť fit ex lapide ſtatua, neq; hoc de ſtatua dicetur ꝙ ſcilicet ex lapide tanquam ex priuatione fuerit effecta. vnde dicit {quoniam id, ex quo quippiam fit} ſcilicet tanquam ex priuatione {mutatur}. i. ab ea natura diſcedit in qua erat, & aliquid aliud efficitur {non tamen manere oportet} At lapis ex quo fit ſtatua, manet lapis {propter hoc igitur iſto dicitur modo} vt ſuperius diximus, ſtatua eſt lapidea, domus vero lateritia. Non enim id quod fit, denominatur à priuatione, niſi quatenus priuatio non eſt manifeſta, & nomine caret, nam ſic videtur concidere cum materia

CAP. VII.

Formam non fieri, ſed compoſitum.

CVm autem id quod fit, ab aliquo generetur, hoc autem id eſſe dico, unde eſt principium generationis. et ex aliquo, quod quidem non, ut priuatio ſumatur, ſed, ut materiam. iam enim determinatum eſt quo modo iſtud dicitur, & aliquid etiam fit, atq; hoc, ut ſphæra eſt, aut circulus, aut quoduis cæterorum, quẽadmodum nec ſubiectum æs efficit, ſic neq; ſphæram. TEX. 26.

Duo ex ijs, quæ dixit, patent, & quod omnis generatio ex aliqua materia fit, & ꝙ omne, quod generatur, generetur à ſimili, cum itaq; ſibi demonſtrandũ propoſuiſſet formã & quiditatem non generari, ſed compoſitum, nam ex hoc patebit ideas nihil facere ad rerũ generationẽ, & intelligere rẽ in expedito fore, ſi prius omne, quod fit, ex aliquo fieri demonſtraſſet, ideo hoc demonſtrato, iam ad oſtendendum reuertitur formã, & quiditatem non generari, ſed compoſitum: & Ariſtoteles reſumit tria, quæ ſuperius propoſuit, aſſerens in omni gñatione ſubæ eſſe tria id videlicet à quo fit, id ex quo fit, & id qđ fit: & dictio ſuſpenſiue legenda eſt vſq; ibi {quẽadmodũ nec ſubiectum æs} & dicit {cũ aũt id quod fit, ab aliquo genereť} & exponit hoc primũ, & dicit {hoc autem id eſſe dico, vnde eſt principiũ generationis}. i. hoc autem eſt cauſa efficiens, & ſic habetur primum. deinde aſsignat ſecundum, & dicit {& ex aliquo} ſcilicet efficitur. & exponens iſtud dicit {quod quidem nõ, vt priuatio ſumatur, ſed, vt materia} cuius rationem affert, & dicit {iam enim determinatum eſt quomodo iſtud dicitur} quia dictum eſt ꝙ aliter fit aliquid ex materia, aliter ex priuatione, nunc autem fit id ex quo aliquid fit, nõ priuatio, ſed materia, hoc eſt ſecundum. deinde aſsignat tertiũ, & dicit {& aliquid etiã fit} & exponens hoc ſubdit {atque hoc, vt ſphæra eſt} videlicet quid compoſitum ex ære, & figura {aut circulus} ſcilicet æneus {aut quoduis cæterorum} homo videlicet vel æquus. igitur in oī generatione tria ſunt id, à quo fit videlicet effectrix cauſa, id ex quo fit ſcilicet materia. & tertium id quod fit, ſolum itaq; reſtat diſſerere quid ſit id quod fit, & terminando ſuſpenſionem, aſſerit nec eſſe formam, nec materiam, & perſiſtendo in eodem exemplo ait {quemadmodum} agens cauſa {nec ſubiectum æs efficit, ſic neq; ſphæram} ideſt figuram ſphæricam. eſt igitur concluſio efficiẽtem cauſam nec efficere ſubiectum videlicet æs, neq; formã, videlicet figuram ſphæricam.

Niſi ſecundum, accidens ex eo, quia ſphæra ænea ſphæra eſt, ſed illam facit. nam hoc aliquid facere eſt hoc facere ex eo, quod eſt omnino ſubiectum. dico autem æs rotundum facere eſſe non rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliud quippiam, uelut hanc formam in alio.

Cum concluſiſſet efficientem cauſam nec formam efficere, nec materiam, nunc exponit concluſionem aſſerens agens ſi globum efficere dicitur, per accidens hoc dicitur, propterea quod æneum globum facit, nõ quod globi formam, & quiditatem, quam ponit in ære, hæc enim non generaẽ, niſi per accidens. vnde dicit {niſi ſm accidẽs} ſcilicet ſphæram facit. & aſſerens rationem ſubdit {ex eo quia ſphæra ænea ſphæra eſt, ſed illã facit} ſcilicet ſphæram æneam, ergo ſphæram facit per accidens. Locus enim dialecticus eſt. quia agens cauſa, quæ facit compoſitum per ſe, facit eius formam per accidens. deinde oſtendit compoſitum per ſe fieri, & ſyllogiſmus componitur ſic, quod fit ex materia, eſt compoſitũ. Omne quod fit, ex materia fit. ergo omne qđ fit, eſt compoſitum: dicit {nam hoc aliquid facere}. i. efficere hunc particularem globũ {eſt hoc facere eo, quod eſt omnino ſubiectum} Hæc erat minor, quam per exemplum exponit, & dicit {dico autem æs rotundum facere eſſe nõ rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliud quippiam}. i. compoſitum {velut hanc formam in alio}. i. velut rotunditatem quæ in ſingularibus eſt, nõ facit. neq; globi formam, hæc enim iam eſt, ſed hãc formam globi in ære facit, ipſamq; in ære ponit, & hoc eſt efficere compoſitum. Auerroes vero ait Ariſtotelem declarare propter illa, quę dicta ſunt, omne quod generatur, eſſe compoſitũ ex materia, & forma. qm̃ nec forma tantum, nec materia tantum, ſed compoſitum ex materia, & forma generatur & aſſerit Ariſtotelem ex eo cauſam afferre, quia generans non generat, niſi tranſmutauerit materiam, donec efficiat in ea formam corrumpendo priorem diſpoſitionem. At hoc facere non poſſet, niſi id quod generatur, eſſet compoſitum ex materia & forma. Quæ vtrum conſona ſint verbis Ariſtotelis, tu intelligere facile poteris legendo verba.

Que Auer. Com. 26.

Si enim facit, ex quodam utiq; alio facit, hoc enim ſupponebatur, ueluti ſi æneam ſphæram facit, hoc ita facit, ut ex hoc, quod quidem eſt æs, hoc faciat, quod eſt ſphæra. Si igitur hoc ipſum faciat, identidem profecto faciet, uti patet: & generationes ipſæ in infinitum proficiſcentur.

Cum demonſtraſſet formam fieri per accidens ex eo, quia fit factura compoſiti, quod per ſe fit, nunc idẽ oſtendit deductione ad impoſsibile, hoc pacto ſi forma per ſe fit, erit proceſſus in infinitum in generationibus. Pro deductione conſequentiæ accipit id quod oſtenſum eſt, omne quod per ſe fit. ex aliquo fieri tanquam ex propria materia. Tunc argumentatur ſi forma per ſe fit, fiet ex propria materia, & ita erit compoſita ex propria materia, & propria forma, tunc iterum quæratur de illius propria forma, vtrum per ſe fiat, etſi dicat ita generationes erunt infinitæ. Primo igitur accipit ſuppoſitionem, & dicit {Si enim} effectrix cauſa per ſe {facit} ſcilicet formam, ita vt forma per ſe generetur {ex quodam vtiq; alio} ſcilicet ſubiecto vtiq; {facit} talem formam {hoc enim ſupponebat} dictum eſt enim omne, quod per ſe fit, ex materia fit. Cuius expoſitionem per exemplum ſubdit {veluti} ſi effectrix cauſa {æneam ſphæram facit, hoc} ſcilicet æneã ſphæram {ita facit, vt ex hoc, quod quidem eſt ęs, hoc faciat, qđ eſt ſphæra} ſcilicet ænea. Hac ſuppoſitione ſibi conſtituta, argumentatur, & dicit {ſi igitur hoc ipſum}. ideſt ipſam formam, quæ eſt ſphæra formaliter, cauſa effectrix faciat, idẽtidem}. ideſt eodem modo eam {faciet profecto} ſcilicet ex propria materia {vti patet} & tũc quæretur de forma formæ {& generationes ipſæ in infinitum proficiſcentur} cum omne per ſe generatũ formam propriam habeat: cuius erit ſemper propria generatio, ſic igitur ſi quis dixerit formam quoq; globi, vt compoſitum ipſum fieri, cum omne, quod fit, quemadmodum demonſtratum eſt, ex aliquo fiat, hæc forma fiet ex altera, & illa rurſus ex alia, & hoc in infinitum, quod fieri nequit. vt enim qui æneã ſphæram ſiue globum facit, ex hoc ente ipſum facit. i. ex ære & ex hac figura hunc compoſitum globum facit, ita ſi formam, & quiditatem. Globi efficit. & ex aliquo ſubiecto efficiet propriaq; forma & ſic generationes abſque fine progredientur.

Patet ergo neque ſpeciem, neq; quodcunq; utiq; uocare oportet in re ſenſibili formam, fieri, neq; generationem ipſius eſſe, neq; hanc eſſe etiam quiditatẽ. hæc enim eſt id quod in alio, aut ab arte, aut à natura, aut à potentia fit. TEX. 27.

Nunc ex ijs, quæ demonſtrauit, infert cõcluſionem per modum epilogi: aſſerens eſſe perſpicuum formam per ſe non generari, ſed per accidens, quatenus fit in alio, & dicit {Patet ergo neq; ſpeciem, neq; quodcũq; oportet vocare vtiq; in re ſenſibili formã fieri} forma, quæ eſt in re ſenſibili ideſt in materia ſenſibili. nam forma, quæ in ſenſibilibus efficitur, dicitur aliquando ſpecies, aliquando forma, quæ inheret materiæ ſenſibili, & propterea dixit ſpeciem, ſeu formam in re ſenſibili. & cum dixerit formam non fieri, addit {neque generationem ipſius eſſe} vt hoc ſit illius expoſitio: vt ſit ſenſus formam non adduci in eſſe per generationem, ſed natura, quæ in materia eſt, materiam alterante, ac efficiente puncto temporis, ac indiuiduo momento in ipſa ingenerari. nec ſolũ inquit palam eſt formam, quæ habetur in ſenſibili non generari, ſed {neq; hanc} ſcilicet formã, quæ habetur in ſenſibili, eſt quiditas. Quiditas enim vniuerſalis eſt, & intelligibilis. Hæc autem ſenſibilis eſt, & particularis, quæ in materia generatur à natura, vt forma in me, & in ſingulis. & aſsignans cauſam horum vtrorũq; dicit {hæc enim eſt id quod in alio fit} puta in materia, & vt pars compoſiti ſingularis {aut ab arte} vt æneus globus {aut à natura, vt anima vegetalis, ac ſenſualis {aut à potẽtia} vt virtutes. Anima enim ſenſibilis, & anima vegetalis in me, & in ſingulis habetur ab ipſa natura. globus ab arte habetur in ære. Virtutes vero à potẽtia rationabili, ac voluntate fiunt in alio hoc eſt in anima. Argumentor ergo nihil, quod fit in alio, per ſe generatur, vel eſt quiditas. forma, quæ habetur in materia ſenſibili eſt in alio, nam virtutes ſunt in anima, ęneus globus in ære, anima in nobis, igitur forma, quę habetur in materia ſenſibili, nec per ſe generatur, nec eſt quiditas. Maiorẽ Ariſtoteles ſupponit, quoniam quod fit in alio, ſit factura compoſiti, cuius eſt pars. Auerroes aſſerit formas non per ſe generari, quia non apparet in quibus ſenſibilibus debeant dici exemplaria. Senſibile enim eſt ipſum compoſitum. At forma non eſt exemplar compoſiti, quo fit, vt forma non generetur. etiam aſſerit formam quiditatem non habere. nam forma eſt ipſa quiditas.

Quæ

Quæ ſi conueniant verbis,tu conſidera. Quo vero ad verba attinet, per formam, quæ eſt in ſenſibili, intelligit formam particularem, quæ vt dixi, ideo non per ſe generatur,quia generatione compoſiti fit, cuius ipſa eſt pars,per quiditatem vero intelligit formam vniuerſalem,& intelligibilem:quę nec per ſe generatur,cũ generetur generatione rerum ſingularium, quarum ipſa eſt quiditas.

Efficit autem ſphæram æneam eſſe, nam ex ære, ſphæraq; efficit. In *hoc enim hanc formam efficit,& hoc eſt ænea ſphæra.* Hoc *uero eſſe ſphæræ.*

Cum demonſtraſſet agentem cauſam non efficere formam per ſe,nec materiam, nunc exponit quid eſt id quod generans cauſa efficit per ſe, aſſerens id quod agens cauſa efficit per ſe,eſſe compoſitũ, & continuatio ſit ad hunc modum,agens cauſa nec materiam efficit,nec formam{efficit aũt ſphæram ęneam eſſe}ideſt ſed efficit,vt hoc compoſitum ſphæra ænea ſit. & exponens æneam ſphæram ſubdit{nam ex ære,ſphæraq;}.i. figura circulari componendo cauſa ipſa effectrix æneã ſphærã {efficit} Sic igit̃ concl'o eſt,efficiẽs cauſa per ſe globum quidem æneum facit ex ære, & forma globi. deinde repetit cauſam,& dicit{in hoc.n.}.ſ.ære{hanc formam}.i.globi formam{efficit,& hoc eſt ænea ſphæra}.i.& quod ab eo efficitur eſt æneus globus {hoc vero}.ſ.forma globi eſt{eſſe}ideſt quiditas{ſphęræ}ideſt ænei globi. Quãquam hæc verba{hoc vero eſſe ſphæræ}in codicibus Alexandri nõ legũtur. Et ſic puto nõ eſſe legenda,potiſsimum. cum paulo ante dixerit formam, quæ eſt in ſenſibili materia, non eſſe quiditatem. Eſt igitur argumentum agens facit per ſe formam in materia, forma in materia eſt compoſitum: igitur agens per ſe facit compoſitum, in tertia figura. Auerroes autem aſsignat cauſam, quare agens facit compoſitum in exemplo æneæ ſphæræ ex eo, quia artifex cum facit ſphæram cupri, non dicitur facere hoc, niſi quia facit ex hoc cupro demonſtrato ſphæram faciendo hanc formam demonſtratam, & ex hoc cupro demonſtrato.

Que Auer. Com. 27.

Si uero ipſius eſſe ſphæræ omnino ſit generatio, quippiã è quopiam erit. Id *enim quod fit, ſemper diuiſibile eſſe oportebit: ac illud hoc,aliud hoc eſſe.* Dico *autem, quoniã aliud materia,aliud ſpecies eſt. Si itaq; ſphæra eſt æqualis è medio figura,huius aliud erit,in quo id erit, quod efficiẽs facit in ipſo,aliud id quod erit in illo.* Totum *autem id erit,quod eſt effectum,uelut ænea ſphæra.*

Cum oſtendiſſet compoſitum eſſe id quod effectrix cauſa efficit, nunc oſtendit quiditatem omnino agentem cauſam non facere in exemplo ſphæræ: argumentans,ſi quiditas eſt generanda, ex aliquo generabitur, cum omne, quod generatum eſt, diuidatur in id ex quo fit,& in id quod fit.Quare ſi globus eſt figura vndiq; pariter diſtans à cẽtro,huius figuræ altera pars erit ſubiectum:in quo forma ſit,quæ in ipſo fit ab efficiente.altera forma,quæ in ſubiecto eſt, quod vero ex his exiſtit,erit ænea ſphæra,quæ facta eſt.dicit{ſi vero ipſius eſſe ſphæræ}ideſt ſi quiditatis ſphæræ{omnino ſit generatio, quippiam è quopiam. erit}.i. quiditas erit aliquid, quod ex aliquo generabitur.·& aſsignans rationẽ conſequentiæ dicit{id enim quod fit}.ſ.propriæ & per ſe{ſemper diuiſibile eſſe oportebit, ac aliud. hoc aliud hoc eſſe}& exponens quid per aliud, atq; aliud intelligat,ſubdit{dico autẽ}aliud atq; aliud eſſe oportere eius,quod generatur{qm̃ aliud materia,aliud ſpecies}ſiue forma {eſt} tunc vltra concludens ſubdit {ſi itaq; ſphæra eſt figura è medio æqualis}.i.à cuius centro ad circunferentiam omnes lineę ductæ ſunt æquales quæ quidem ſit quiditas ænei globi{huius}.ſ.figurę {aliud erit in quo}ideſt ſubiectũ atq; materia { in quo id erit,quod efficiens facit in ipſo}.i. aliud erit forma ſubiectum,in quo forma fit {aliud id quod erit in illo} ideſt aliud erit forma:quę fit in ipſo{totum aũt id erit, quod eſt effectum, velut ænea ſphæra} & ſic quiditas ænea globi erit compoſita diuiſibilis in formam & materiam.huius autem abſurdum nõ explicauit, quoniã ſuperius eſt explicatũ. dixit enim ſequi generationes formæ poſt formam proficiſci in infinitum.

Patet igitur ex his, quæ dicta ſunt id quidem non fieri, quod ut forma,aut ut ſubſtantia dicitur. Concurſum *autem, qui per hanc dicitur,fieri,& in omni re generata materiam eſſe:atq; hoc quidem eſſe hoc,hoc autem hoc.* Concurſus. Conuentus. σωόδοσ Coniunctio.

Tunc rurſus epilogando concludens ſubdit{Patet igitur ex ijs,quæ dicta ſunt,id quidem non fieri}ſubaudi per ſe propria generatione{qđ vt forma,aut vt ſubſtantia dicitur} per formam autem & ſubſtantiam idẽ intelligit{concurſum autem, qui per hanc dicitur}.i. compoſitum ex materia & forma {fieri}.ſ.per ſe propria generatione, deinde concludit ſecundum, & dicit {et}patet item{In omni re generata materã eſſe} item tertio concludit{atq;}patet{hoc quidem eſſe hoc} ſcilicet materiam{hoc autem hoc.i.patet tertio partium compoſiti alteram eſſe materiã, alteram eſſe formam. Hæc ſunt, quæ relinquuntur demonſtrata. Auerroes autem præter textum dicit primo aſſerit formam ſimpliciter nequaq̃ generari. quoniam tunc generatio eſſet ex nihilo hoc eſt ex non forma, quod pro abſurdo habet,ſed videtur hoc abſurdum non eſſe, quoniam ſi forma non fit,oportet ex non forma fieri.Sed dicendũ Auerroem intelligere pro abſurdo formã fieri ex non forma ſimpliciter:cuius nihil actu aut potentia præceſſerit,vt ipſe expoſuit libro de gñatione primo: Secũdo dicit oportere, vt omne generatũ ſit diuiſibile in materia,& forma,quod ipſe intelligit nõ actu diuiſum ſed poteſtate.quoniam omne generatum eſt actu vnũ tertio ait ꝙ ſi ſphæra generetur,non generetur, niſi ab illo,quod eſt in figura medij, ideſt niſi à compoſito ex materia & forma. nam ſicuti ſphæra eſt compoſitum quippiam ex materia,& forma, ſic oportet, vt ſphæra generetur ab eo, quod eſt compoſitum quaſi ſimile medio. demum ait hæc omnia eſſe declarata, vt ſciamus ſpeciem, quæ ſit, medium mixtum eſſe ex materia & forma.hæc Auerroes licet præter dictionem.

Que Auer Com. 27. Com. 40.

CAP. VIII.

Non dari aliquam formam a ſingularibus ſeparatam.

Eſt ne igitur præter has aliqua ſphæra, aut præter las teritias domos aliqua alia domus. An ſi ſic eſſet,nunquam hoc aliquid eſſet ortum, ſed hoc quidem tale ſignificaret,definitumq; non eſſet. Sed efficit,atq; producit,ex hoc tale. & quãdo eſt ortũ,eſt hoc tale. totumq; hoc Callias eſt,aut TEX. 28.

Socrates, perinde atq; hæc eſt ſphæra ænea. homo uero ac animal, ut ænea ſphæra omnino.

Cum demonſtraſſet tertium videlicet id quod generatur, eſſe cõpoſitum ex eo, quia forma, & quiditas non generatur, ſed eſt, & fit in ſubiecto, nũc quæſtionem mouet de ideis, vt oſtendat ideas ponendas nõ eſſe propter generationem, interrogat ergo vtrum præter hos globos ſit alius globus, & præter lateritias domos alia domus, quæ ipſa per ſe conſiſtat, & omnino prẹter hos homines ſit homo: & dicit {Eſt ne igitur prẹter has. ſ. ſphæras ſingulares {aliqua ſphæra }. ſ. ſeparata, & abiuncta, quæ per ſe conſiſtat {aut præter lateritias} atq; ſingulares {domos aliqua alia domus}. ſ. ſeparata, & abiuncta, quæ per ſe conſiſtat. hæc eſt quæſtio. Quo vero ad verba attinet animaduerte Platonem in artificialibus ideas non poſuiſſe, Ariſtoteles tamen vtitur artificialibus pro exemplis, vt per huiuſmodi artificialia quæſtio in naturalibus intelligatur. Ariſto. igitur percunctatus huiuſmodi quæſtionem reſpondet aſſerens, ſi idea ſeparata generans eſſet, id quod fieret ab illa, nunquam eſſe hoc aliquid, ſed quale, ac vniuerſale, & indefinitum, cuius cõtrarium patet ad ſenſum. nam id quod fit, eſt hoc aliquid videlicet Socrates, aut Callias. Conſequentia oſtẽditur ex ea ſuppoſitione, quam præmiſit, ꝙ videlicet generans ſemper ſibi effectum aſſimilet. Quare ſi idea eſſet quale, atq; oĩno. vniuerſale quippiam effectus nõ erit hoc aliquid, ſed quale, atq; omnino vniuerſale. Ariſt. igitur primo affert cõſequẽs ſecunda ibi {ſed afficit, atq; producit} deſtruit conſequens. de prima parte, dicit {an ſi ſic eſſet} ſcilicet idea ſeparata, quæ generaret {nũquam hoc aliquid eſſet ortum, ſed hoc quidem}. ſ. quod fieret {tale}. ſ. vniuerſale {ſignificaret, definitumq́; non eſſet} & ſic id qd' fieret à tali idea, eſſet tale commune, ac vniuerſale. & per hoc aliquid conſueuit Ariſto. de ſenſibilibus dicere, deq́; ijs, quæ digito monſtrari valere: & omnino de ijs quæ conſiſtere poſſunt, vt ipſe docet in prædicamentis, tũc Alex. abſurdum aliter intelligit {ſi ſic eſſet} ideſt ſi formæ ſecretæ per ſe eſſent {nunquam hoc aliquid eſſet ortum} ſic vt per alterationem alicuius forma in alterato puncto temporis ingeneraretur, immo ſi deberet generari in materia, per compoſitionem hoc efficeretur. eſt ergo abſurdum, ꝙ ſi formæ naturales eſſent ſecretæ per ſe, generatio eius, quod dicitur hoc aliquid non fieret per alterationem, ſed in materia, per cõpoſitionem efficeretur. Quã conſequentiã oſtendit Alex. exẽplis primo quidem, qm̃ vt lateres ipſi per ſe exiſtẽtes per compoſitionem, non per generationem, & omnino alterationẽ partes domus efficiuntur, ipſamq́; conficiunt, ſic ſi formæ per ſe conſiſteret, cum materia nimirum compoſitæ efficerentur indiuidua, & nõ ꝑ generationem, & alterationem. Secundo vero, nã vt hoc vinum, & hoc mel per ſe exiſtentia, poſtquã multũ efficere, non poſſunt alijs reperiri, ſic homo, ſi ꝑ ſe conſiſteret, poſtq̃ cum materia compoſitus Socratem conficiſſet, non poſſet in alia materia fieri, vt homine alium efficeret, donec ſecretus eſſet à materia, cum qua Socratem effecerat. quod incommodum non accidit eis, qui formas ſeparatas eſſe negant. neq;. n. per ſe hominem, eiuſq; formam eſſe aiunt, ſed ipſum ex multis cogitatione fecerunt. In particularibus vero talem naturam eſſe tradunt. & iuxta hanc expoſitionẽ Alex. legit verba {an ſi ſic eſſet}. i. an ſi forma ꝑ ſe ſint {nunq̃ hoc aliquid eſſet ortũ}. ſ. ꝑ alterationem {ſed hoc quidem} ſubaudi quod eſſet ortum {ſignificaret tale} nõ tamen ſimpliciter tale {definitũq́; non eſſet}. i. ſed id qd' eſſet ortum, eſſet forma quę præexiſtebat, quę adueniẽs materię compoſitũ effeciſſet, & ſic dicit {ſed hoc quidẽ}. ſ. forma, quod eſſet orta {ſigificaret tale. i. ſubſtantiam quandam qualitatem habentem {definitumq́; non eſſet}. i. diſcretũ, & quod per ſe valeret exiſtere, & ſic generatio non fieret per alterationem, ſed in materia per compoſitionem efficeretur, deinde exponit quonam modo, agens ageret, ſi formæ, quę fiũt in materia præexiſterent, & dicit {ſed} ſubaudi efficiens ac genitor {efficeret, atq; produceret ex hoc}. i. ex forma {tale} ideſt cõpoſitum ex materia, & forma {& quãdo eſſet ortũ} & forma cum eſſet orta in materia. ſ. per aduentum, & non per alterationem {hoc tale}. i. ſubſtantia ex materia & forma compoſita eſſet {totũq́; hoc}. ſ. forma cũ materia {Callias eſſet, aut Socrates, perinde atq; hæc ſphæra ænea} quę componiť ex forma & materia {Homo vero ac aĩal, vt ænea ſphæra omnino} ideſt hic homo vero & hoc animal erit omni {vt} hæc {ænea ſphæra} ſic Alex. Ego vero puto melius eſſe dicendum, vt diximus, vt Ariſto. argumenteť, ſi ideæ ſeparatæ eſſent generantes, nunq̃ fieret hoc aliquid, ſed ſemper quale quid, & vniuerſale, & propterea dicit {ſed hoc quidẽ} ſcilicet qd' fieret ab ideis illis {tale} ideſt vniuerſale {ſignificaret definitumq́; non eſſet}. i. diſcretum, ac vnũ numero hæc de prima parte. idẽ oſtendit hoc eſſe contra ſenſum inducens id quod agẽs efficit, & dicit {ſed} agens ſubaudi non vniuerſale efficit, ſed {atq; producit tale} ſcilicet compoſitum {ex hoc} ideſt ex definita materia, vel ex definita forma {& quãdo eſt ortum} tale compoſitum ab agente ipſo {eſt hoc tale} quod exponens ſubdit {totumq́; hoc} ſcilicet quod agens efficit {Callias eſt, aut Socrates, perinde atq; hæc eſt ſphęra ænea, homo vero ac animal} ſcilicet vniuerſale non eſt hoc aliquid, ſed {vt ænea ſphæra omnino}. ſ. vniuerſalis. Sic igitur eſt contra ſenſum, quia ad ſenſum patet id quod per ſe generatur {eſſe} hoc aliquid videlicet Calliam aut Socratem, non autem animal aut hominem, quæ ſunt vniuerſalia. & qualia, quæq; non niſi per accidens generantur generatione ſingularium: igitur ideæ non generant.

Patet ergo ſpecierum cauſa, ut quidam dicere ſpecies cõſueuere, ſi ſint quædam præter ſingularia, ad generationes, atq; ad ſubſtantias non eſſe utiles, neq; ob hæc ſubſtantias per ſe eſſe ponendas.

Nunc ex dictis concludit contra Platonicos ideas, quas ponebant ad rerum generationes vtiles, eſſe inutiles ex parte ipſarum. dico ex parte ipſarum, quia fortaſſe ex parte effectuum, qui fiunt, poſſent eſſe vtiles, ſed ex parte ipſarum ſunt inutiles, quoniam ex parte ipſarum non ſunt aptæ producere hoc aliquid, & ſingulare, ſed tantum vniuerſale, cũ ſolum vniuerſali ſint ſimiles: vt longa enarratione eſt demonſtratum. & dicit {patet ergo ſpecierum cauſa}. i. ideas quãtum eſt ex parte naturæ ipſarum {vt quidã} ſcilicet Platonici {ſpecies} ideſt ideas {dicere conſueuere, ſi ſint quædam} ſeparatæ {prẹter ſingularia, ad generationes, atq; ad ſubſtantias} ſcilicet producendas {non eſſe vtiles} quoniã, vt dictum iam eſt, ideæ ſuapte natura non producunt hoc aliquid {neq; ob hæc}. i. & propter hæc quia non

ſunt aptæ efficere hoc aliquid, patet ipſas {non eſſe} ponendas {ſubſtantias per ſe}.i. non eſſe ponendas in ratione rerum ſeparatas ſubſtantias. nam Platonici ideas ponebant, vt ſeruarent rerum generationes proficiſci à ſimili, quia igitur ab ideis quãtum eſt ex parte ſua nõ producitur hoc aliquid, fit vt propter hoc non ſint ponendæ. Quidã in ſuis codicibus legunt {patet ergo ſpecies, vt quidam dicere ſpẽs conſueuere} & ſic dictio facilior eſt. Auerroes vero oſtendit formas ſeparatas eſſe inutiles ex eo, quia formæ ſeparatæ materiam tranſmutare non poſſunt, Materiam vero eas tranſmutare non poſſe oſtendit ex eo, quia nihil tranſmutat materiam, niſi ipſum ſit in materia. Et ex hoc infert contra ſuos Saracenos mundum non eſſe genitum. qm̃ ſi eſſet genitus, oportuiſſet, vt generans fuiſſet indiuiduum, & corpus particulare. Nos vero dicimus mundum nõ eſſe genitum, ſed ex nihilo creatũ, & propterea nõ oportuiſſet Deum eſſe corpus, ſed hæc petenda ſunt à dilucidario, & à theologicis noſtris. Quæ Auer. Com. 28.

In quibuſdam igitur & luce clarius extat id quod generat talem quidem eſſe. quale eſt id quod ab ipſo producitur, non tamen numero, ſed ſpecie idem, ac unum, ut in ipſis naturalibus cõſtat. Homo nãq; hoĩem generat, & equus equũ.

Si conſiderauerimus verbum {Igitur} quod græce eſt δὴ vt legitur in codice noſtro, videtur Ariſtotelem inferre ex declaratis in quibuſdam eſſe luce clarius ſimile ex ſimili fieri ſicuti eſt pro ſuppoſitione acceptũ, vt patet in rebus naturalibus, in quibus perſpicuum eſt ſimile fieri ex ſimili, vt hominẽ ex homine, & equum ex equo. & dicit {in quibuſdam igiẽ & luce clarius extat id quod generat tale quidem eſſe, quale eſt id quod ab ipſo producitur} v.g. in me, & in particularibus hominibus patrẽ, qui me genuit, vt me ex materia & forma conſiſtere, & ita eſſe mihi ſimilem, non autem ſeparatam eſſe formam. At ſi ideæ eſſent generationis cauſæ, neceſſe eſſet, vt patre meo non exiſtẽte, ergo tamen gignerer. & quia generans non eſt omnino ſimilis genito, neq; ei omnino idem, ideo ſubdit {non tamen numero, ſed ſpecie idem ac vnum} Pater enim meus non eſt omnino mihi ſimilis, ſed idem ſpecie, numero non item. & ideo ſubdit {vt in ipſis naturalibus} ſcilicet rebus {conſtat} in quibus genitor genito ſimilis eſt {homo, nãq; hominem generat, & equus equum} non tamen numero idem. Sed quia in quibuſdam codicibus legitur loco δὴ γὰρ .i. enim videẽ Ariſt. reddere cauſam eius, quod dixit, vt placet Alex. & Auer. dixit enim non eſſe ſubſtantias ſeparatas, quales Plato poſuit, vult igiẽ nũc, vt aſsignet cauſam ex eo, quia ſi eſſent, nihil generabunt. Quòd aũt nihil generabũt, oñdit ex eo, quia oẽ generãs gñat ſibi ſiẽ, vt patet in naturalibus. At tales ideæ nullũ ſibi ſimile generare poſſunt. ideo nõ ſunt. Quæ Auer. Com. 28.

Niſi præter naturam quippiam fiat, ut fit, cum equus generat mulum. Verumetiam hæc ſimilem ſubeũt legem. Proximum enim genus, quod commune eſt equo & aſino, nomine caret. Fortaſſe autem ambo ſunt ueluti mulus.

Verbum {Niſi} ſic poteſt adaptari, nam cum ſit dictum ſemper ſimile generare ſibi ſimile, & inſtantia ſit de equo, qui ex aſina generat mulum, qui equo ſpecie ſimilis non eſt: reſpondet dupliciter, & primo ꝙ ſimile generet ſimile in his, quæ generantur ẽm generantis intentionem, propterea, ait ſibi ſimile generare omne, quod generat {niſi præter naturam} ab eo {quippiam fiat, vt fit, cum equus generat mulum. Equus enim nõ ſemper equum generat, ſed ſi equam impleuerit, equũ: mulum vero, ſi ſalierit aſinam. ergo equus ſui natura equum gignit, præter naturalem intẽtionem gignit mulum. Sed dubitaueris ex eo, quia mulus videtur naturaliter genitus, vt in libro de generatione animaliũ expoſuimus: igitur non eſt genitus præter naturam. Expoſitor non imperite ait huiuſmodi muli rationem eſſe præter intentionem naturę particularis. nam virtus genitiua in ſemine equi intendit producere naturaliter ſimile equo in ſpecie, quia tamen non poteſt propter ineptitudinẽ materiæ, ex qua in aſina gignit, efficit mulum, quo fit, vt mulus genitus ſit preter intentionẽ naturæ particularis, non autem præter intentionem naturæ vniuerſalis, hæc eſt prima ſolutio Ariſt. vt Auer. exponit etiam. Deinde Ariſt. affert ſecundam ſolutionẽ aſſerens equum generãdo mulum, etiam ſibi ſimile generare. non quidem in ſpecie ſpecialiſsima, ſed in genere propinquiſsimo, qm̃ equus, aſinus, & mulus conueniunt in quodam genere propinquiſsimo, quod caret nomine, licet, vt Expoſitor inquit, poteſt dici iumentum. vnde dicit {verum etiam hæc ſimilem ſubeſſent legem} & exponẽs quo nam modo ſimilia ſint, ſubdit {proximũ.n. genus, quod cõe eſt equo, & aſino, noĩe caret, fortaſſe autem ambo ſunt} ſubaudi iumentum, {quod veluti mulus}.ſ. in genere propinquiſsimo eſt. Ex his patet propoſitionem eſſe vniuerſalem, vt Auer. inquit, qm̃ omne quod gignitur, gignitur à ſibi ſimili, aut in ſpecie, aut genere propinquiſsimo: & quæ dicit Auerroes de natura media, licet ſint vera, non tamen ſunt ad verba Ariſtotelis. Quæ Auer. Com. 28. Quæ Auer. Com. 28.

Quare patet non opus eſſe ſpeciem, ut exemplar extruere. in iis enim maxime ſpecies inquirerentur, atq; utiles eſſent. quippe cum hæ maxime ſubſtantiæ ſint. Sed id, quod generat, ſufficiens ſane productionis eſt cauſa, & ut ipſius ſpeciei cauſa ſit in materia. tota autem iam talis in his carnibus, atq; oſsibus ſpecies Socrates eſt, atq; Callias: & quidẽ diuerſa ob materiam. etenim diuerſa, eadem autẽ ſpecie: quippe cum ipſa ſpecies indiuidua ſit,

Cum Ariſtoteles quaſi ex dictis demonſtraſſet ideas non eſſe vtiles ad generationem ex parte, qua ſunt cauſæ agentes, nunc, vt Alex. inquit, quem expoſitores ſequuntur, infert non oportere vt idea quaſi exemplar eſſe conſtituatur, & ſic intelligitur ideã non eſſe vtilẽ ad generationẽ, quatenus eſt cauſa exemplaris: & iuxta hanc expoſitionem Ariſto. ratio eſt, ſi ideæ, vt exẽplar ſint ſubſtantiarum cauſæ, maxime, vt exemplar, cauſæ eſſent primarum ſubſtantiarum, quæ ſunt magis ſubſtantiæ quam cæteræ. Sed nõ ſunt cauſæ primarũ ſubſtantiarum, vt exemplar. qm̃ earũ cauſæ ſunt generantia particularia: nulla exemplaris habita ratione. nõ.n. generans, dum gignit, exẽplar intuetur. igitur ideæ non ſunt ſubſtantiarum cauſa, vt exẽplar. vnde dicit {Quare patet nõ opus eſſe} pro generationibus ſubſtantiarũ.ſ. {ſpeciem}.i. ideam {vt exẽplar extruere} deinde tangit maiorem, & dicit {in iis enim}.i. in ſenſibilibus indiuiduiſq; ſubſtantiæ, quæ ſunt primæ ſubſtãtiæ {maxime ſpecies}.i. ideæ inquirerentur {atq; vtiles eſſent} cuius rõnem affert, & dicit {quippe cum hæ}.ſ. ſubſtãtiæ primæ indiuiduæ, atq; ſenſibiles {maxime ſubæ ſint} & ſic patet maior, deinde ſubintellecta minore, ſubdit eius oñſionem, & dicit {Sed id, qđ generat} ideſt ſed geni-

tor{ſufficiens ſane productionis eſt cauſa} nec ſolum productionis ſufficiẽs cauſa eſt genitor, ſed etiã eſt cauſa ſufficiens{vt ipſius ſpẽi cauſa}.i.vt forma { ſit in materia}quæ forma eſt cauſa,qua indiuiduum genitũ reponatur in ſpecie: & propterea formam vocat ſpeciei cauſam.ſic igitur ſufficiens cauſa generationis ſubſtantiarum primarum eſt genitor nulla exemplaris habita ratione,quoniam genitor,dum gignit,ad exemplar nõ intuetur,& ipſe cauſa proxima eſt,vt forma ſit in materia,cum ab ipſo per media natura faciat, vt in materia ſit,& non ab exemplari,deinde exponit quid ſit Socrates,vel Callias,& ſubſtantia prima , cuius cauſa eſt genitor nulla exemplaris habita ratione , & dicit {tota autem iam talis in his carnibus atq; oſsibus ſpẽs}id forma{Socrates eſt,atq; Callias}eſt .n. Socrates vel Callias forma exiſtens in materia ſignata, quã ipſe has carnes,& hæc oſſa vocat: quæ quidem forma à genitore nulla exemplaris ratione habita,in his carnibus , in his oſsibus.ac neruis generata eſt. & addit {& quidem diuerſa ob materiam}nam forma differt à forma numero pp materiam {etenim diuerſa}.ſ.forma Socratis, à forma Calliæ eſt numero propter materiam {eadẽ aũt ſpecie}.ſ.propter formam{quippe cum ipſa ſpẽs} qua Socrates & Callias conueniunt{indiuidua ſit}& ſpecialiſsima,ſic igitur Callias,& Socrates ſpecie quidẽ ijdẽ, numero vero diuerſi ſunt. diuerſa eſt.n. cuiuſq; materia,quorum aũt eſt diuerſa materia. ea numero diuerſa

Quæ Auer Com. 28. ſunt. Auer.autẽ putauit Ariſt. in præſenti dictione refellere rationẽ Platonis,quæ ſumit̃ ex animalibus , quæ ſponte fiunt.videbat.n.hæc animalia gigni, & non ab apparenti genitore,hinc cõcludebat hæc ab ideis igni: alioquin aĩal naſceretur ſine genitore.Secundum ergo Auer. Ariſt.obijcit ex eo,quia ſi pro generatione taliũ eſſent neceſſariæ ideæ, tunc ea,quæ ex ſemine propriæ generantur,quæ ſunt noĩe,& rõne digniores ſubſtãtię, longe magis egerẽt ideis.hoc aũt eſt cõtra ſenſum, qm̃ pro generatione horũ ſufficiens eſt genitor, nulla rõne habita ad ideam , quam hic vocat exemplar . Vñ dicit {Quare patet nõ opus eſſe ſpeciem , vt exẽplar}.i.ideã {extruere}ſubaudi pro generatione eorum,quæ propriæ ex ſemine,& ab agentibus generantur,& p{ſpẽm vt exẽplar}ideã intelligit,deinde oſtẽdit hoc , qđ concludit,& dicit{in his .n.}.ſ. quæ propriæ ex ſemine,& ab agẽtibus generant̃ {maxime ſpẽs inquirerent̃ , atq; vtiles eſſent.quippe cum hæ maxime ſubſtãtiæ ſint} & longe magis q̃ animalia, quæ ſponte oriuntur . Deinde deſtruit conſequens,& dicit{Sed id,quod generat} .ſ.genitor{ſufficiẽs ſane productionis eſt cauſa,&}etiã ſufficiens eſt cauſa{vt ipſius ſpeciei cauſa}.i.forma{ſit in materia,tota autẽ iam talis}.i. quæ forma tota talis {iam in his carnibus atq;}in his {oſsibus ſpẽs}.i. forma eſt,quæ{Socrates eſt,atq; Callias, & quidẽ}.i. quæ quidem formam{diuerſa}eſt{ob materiã, etenim diuerſa eſt}nam Socrates forma diuerſa eſt à Callia.ſ.numero propter materiam ſignatã{eadẽ aũt ſpecie, quippe cũ ipſa ſpẽs} ſubaudi in qua conueniunt {indiuidua ſit} hæc eſt expoſitio Auerrois, licet aliquo pacto violẽta.

CAP. IX.

Cur nonnulla ab arte & a caſu fiant: quædam uero minime.

TEX. 29 *Dubitauerit autem non iniuria quiſpiam , cur quædã fiunt & arte atq; etiam caſu,ut ſanitas,quædam nõ fiunt , ut domus.*

Mouet nunc Ariſto.dubitationem circa ea, quæ dixit de artificialibus, dixit enim multas res fieri ab arte, & eaſdem caſu effici , vt dictum eſt de valetudine, & quædam ab arte quidem fieri,vt domum,caſu vero minime,nũquam enim abſque motore lateres àd domũ conſtituendam ſua ſponte colere: ideo cauſam inquirit,cur hoc ſic vſu veniat. Vnde dicit{ Dubitauerit aũt non iniuria quiſpiam,cur quædam}de numero artificialium{fiunt & arte , atque etiam}eadem{caſu , vt ſanitas}quæ eadem interdum beneficio medici, inter fricatione præter intentionem fricantis fit{quædam}eadem & caſu,& arte{nõ fiunt:vt domus}vt ſtatua,quę ſolum ab arte fiunt.oritur autem hæc dubitatio ex eo, quia artificialia omnia fiunt ex principio , quod eſt in anima,iccirco quæritur , cum omnia artificialia fiant ex principio,quod eſt in anima, cur quædam fiunt ab arte tantum,interdum eadem ab arte,& ſine arte. Auerroes vero putat Ariſtotelem accepiſſe omne, quod fit, gigni à ſibi ſimili,iccirco vult Ariſtotelem mouere ſecundam dubitationem , nã cum prima dubitatio contra hoc fuerit illa de mulo,nunc contra idem mouet ſecundam ex eo , quia in artificialibus videmus id,quod fit,non ſemper fieri à ſuo ſimili . nam eorum quæ arte ſtruuntur , quædam fiunt ab arte tantum , vt domus, & ſtatua,& hæc ſemper fiunt à ſuo ſimili , quoniam à ſpecie, quæ in anima artificis eſt,quædam eadem fiunt ab arte,& ſine arte ſpõte,vt valetudo.at valetudo,quæ ſponte fit, non fit à ſuo ſimili, igitur non omne, quod fit, à ſuo ſimili gignitur . Ergo hæc eſt ſecunda dubitatio contra illud idem , contra quod mouit Ariſtoteles dubitationem de mulo.hæc eſt expoſitio Auerrois, quæ ſi placet , bene eſt. Quæ Auer. Com. 29.

Cauſa uero eſt ex eo , quia materia , quæ generationis eſt princeps . ut efficiatur , & fiat aliquid eorum , quæ ab arte proficiſcuntur , in qua pars eſt aliqua rei , alia talis eſt , ut à ſe ipſa moueantur , alia talis non eſt . & huius alia hoc modo moueri poteſt, alia non poteſt. complura nãque moueri quidem à ſe ipſis poſſunt,at non hoc pacto , uelut ſaltare .

Quæſtione propoſita , nunc aſsignat cauſam eius, quod quæſierat , & in ſoluendo ſupponit in omni materia,ex qua fit aliquod artificiale,eſſe aliquam partem rei artificialis,quæ ex illa materia fit. Sed quid per partem rei artificialis intelligat, Auerroes intelligit partem potentiæ naturalis , quæ eſt ſimilis arti , hoc eſt virtutem naturalem remiſſam,quæ eſt arti ſimilis. verbi cauſa in materia,ex qua. vel in qua valetudo inducitur, eſt calor naturalis , qui eſt virrus actiua valetudinis ſicut ars in mente artificis ſe habens : quam expoſitionem Alexander habet authoritate ſuperius, cũ dixit , calor in corpore aut valetudo eſt, aut ipſum cõſequitur pars aliqua valetudinis. Et tu non intelligas in omni re artificiali calorem eſſe partem rei artificialis . hoc enim Ariſtoteles & Alexander intellexerunt tantum in exemplo conualeſcentiæ,ſed intelligas aut calorem,aut aliquid ſimili calori eſſe partem rei artificialis.aut eſſe id, quod conſequitur res artificialis. Expoſitor autem per partem rei artificialis intelligit aptitudinẽ, ratione cuius res artificialis eſt apta magis ex hac quam ex illa materia fieri,quæ dicit̃ tum naturalis inclinatio,tum rei artificialis inchoatio . Videmus.n.nõ qđlibet artificiale fieri poſſe ex qualibet materia,ſed ex determinata. nõ enim

Quæ Auer. Com. 29.

enim ſerra ex lana, aut ſtuppa fieri poteſt, ſed ex ferro, in quo eſt durities, per quam ex ferro apta eſt fieri ſer ra. igitur per partem rei artificialis Ariſtoteles aptitudi nem intelligit, quæcunq; ſit illa aptitudo ſiue durities, ſiue mollities, ſiue grauitas, ſiue leuitas, ſiue calor, ſiue virtus alia id genus. Quicquid enim eſt, videtur eſſe ali-qua pars rei artificialis, quæ ex illa fit. nõ enim ſine apti tudine res artificialis fieri poteſt. quare eſt veluti pars præexacta ad rem artificialem hæc de ſuppoſitione: q̃ ſimul ponit cum diuiſione materiæ, & dicit {Cauſa ve ro} huius quod quærebat {eſt ex eo, quia materia, quæ generationis eſt princeps} idest principium, & cauſa ſubiecta {vt efficiatur, & fiat aliquid eorum, quę ab ar-te proficiſcuntur, in qua} ſcilicet materia {pars eſt ali-qua rei} ſubaudi quæ ab arte fit, hic terminatur ſuſpen ſio, in qua ſuppoſitionem expreſsit: deinde ſubdit ma-teriæ diuiſionem, & ſubdiuiſionem, & dicit, materiæ, quæ dicta eſt principium & cauſa rei dum illa efficitur, ac generatur {alia} ſcilicet materia {talis eſt, vt à ſe ipſa moueatur} ideſt apta ſit moueri ad cõſtitutionem rei artificialis {alia talis non eſt} ſcilicet vt apta ſit moueri ad conſtitutionem rei artificialis. vt eſt ſtuppa, quæ nõ apta eſt, vt ex ea fiat ſerra, vel ſecuris. talis enim mate-ria omnino eſt inepta ad conſtitutionem rei artificialis ad eo, vt ne rei artificialis materia dicatur. Deinde ſub-diuidit materiã primo modo dictã, quæ videlicet apta eſt, vt ex ea generetur res artificialis, & dicit {& huius} ſcilicet materiæ, quæ apta eſt, vt ex ea generetur res ar tificialis {alia hoc modo moueri poteſt} vt ſcilicet res ipſa artificialis eſt apta fieri, hæc enim eſt, quæ moueri poteſt à ſe, quemadmodũ ab artifice moueretur. & hęc eſt cuius aptitudo eſt virtus actiua, vt calor naturalis in valetudine {alia non poteſt} ſcilicet moueri à ſe, vt ab arte moueretur. Cuius rationem explicat, & dicit {com plura naq; moueri quidem à ſe ipſis poſſunt} quia ſcili cet apta ſunt, vt ex eis fit res artificialis {at non hoc pa-cto} ſcilicet quo res artificialis eſt apta fieri {velut ſalta re} lateres enim & ligna deorſum moueri poſſunt natu raliter, non item ſic, vt domum perficiant: niſi ab ædifi catore moueantur. ignis etiam à ſe ſurſum moueri va-let, ſic autem, vt æs incendat nequaquam, niſi ab æra-rio fabro. Ergo licet huiuſmodi materiæ aptæ ſint, vt ex ipſis fiant res artificiales, non tamen vt ſic fiant, vt aptæ ſunt fieri. & hæc materia eſt, cuius aptitudo non actiua, ſed paſsiua virtus eſt, vt ex ipſa fiat res artificia-lis. hæc de diuiſionibus materiæ artificialis. Vñ Auer. primam diuiſionem eſſe talẽ tradit, quod altera ſit ma-teria, in qua ſupponitur pars formæ artificialis, & hæc eſt idonea materia artis, alia in qua nihil formæ ſuppo-nitur omnino, & hæc non eſt idonea materia artis: vt ſtuppa reſpectu ſerræ. & ſubdiuidens primam materiã in qua pars formæ ſupponitur, alteram eſſe aſſerit, quæ ſine externo motore. poteſt ſe deducere ad formam, al teram, quæ vt veniat eſt perfectionem, indiget exter-no motore: quæ ſatis verbis accommodantur.

Que Auer. Com. 29.

Quorum igitur talis eſt materia. ut lapides, impoſsibile eſt ſic moueri, niſi ab alio, ſic tamen & ignis profecto, ideo alia non erunt ſine eo, qui artem habet. alia autem erunt. nã ab iis mouebuntur, qui quidem non habẽt artem. poſſunt au tem ipſa aut ab aliis nõ habẽtibus artẽ, aut ex parte moueri.

Suppoſitione, atq; materiæ diuiſionibus præmiſsis nunc accedit ad cauſæ quæſiti aſsignationem, & pri-mo ex dictis facit quaſi vnum excerptum videlicet qđ talis materia, qualis eſt, vt lapides reſpectu domus, qui aptitudinem habent, vt ex eis fiat domus, non tamen talem, vt per eam moueri poſsint ad conſtitutionẽ do mus, omnino indiget motore externo ſine artifice: ſi ex ea debeat fieri res artificialis. Vnde dicit {Quorum igitur talis eſt materia, vt lapides} qui ſic moueri non poſſunt, niſi ab alio, talem hanc materiam {impoſsibi-le eſt ſic moueri, niſi ab alio} lapides enim licet aptitu-dinem habeant, vt ex eis fiat domus, quia tamen nõ ha bent aptitudinem ſic, vt ex eis fiat domus, ideo impoſ-ſibile eſt ſic moueri, niſi moueantur ab artifice ad con ſtitutionem domus. & vt di xi de lapidibus {ſic tamẽ & ignis profecto} materia eſt, vt lapides, ignis enim à ſe ſurſum moueri valet, ſic autem, vt æs incendat nequa-quam, niſi ab ærario fabro. hactenus de excerpto, tũc ſoluit quæſitum, & dicit {ideo alia non erunt ſine eo, qui artem habent} vt domus & nauigium {alia autem erunt} vt valetudo, & triticum. cauſam autẽ, quare va-letudo & triticum erunt, aſsignat, & dicit {nã ab iis mo uebuntur, qui quidem non habent artem} nõ enim ſo-lum ab artificibus mouebuntur, ſed etiam ab iis, qui carent arte. confricatio enim vt ſæpe diximus, & ab ar tifice fiet, & ab eo, qui arte caret. ergo quia materia do mus non eſt apta moueri à ſe, vt ab arte moueretur, fit, vt ſine artifice fieri nequeat. quia vero materia valetu dinis eſt apta à ſe moueri, quẽadmodũ ab artifice mo ueretur, fit, vt eadem arte, atq; ſpõte fieri poſſet. De-inde legens Alexander verba illatiue dicit {poſſunt igi-tur} hæc eadem {ipſa moueri aut ab aliis non habenti-bus artem aut ex parte} ideſt aut à ſe ipſis. q̃m eorũ ma teriæ ſunt aptæ moueri, & ſic, vt mouerentur ab artifi ce. nam cum poſsint à ſe moueri, iam ab artifice moue buntur, iam ab artis experte, quãdoq; etiam à ſe ipſis. Vnde dictio noſtra, quæ legitur ſic {poſſunt autem ip-ſa} non recte legitur. niſi verbum {autem} legatur pro igitur, vt Alex. legit. aut fortaſſe, quia dixerat eſſe quæ-dam, quæ moueri poſſunt ad formam ab eo, qui nõ ha bet artem, id eo hoc exponens ſubdit {poſſunt autẽ ip-ſa} ſcilicet artificialia, quæ videlicet fiunt ex materia, quæ poteſt ſeipſam mouere {moueri aut ab aliis nõ ha-bentibus artem, aut ex parte} ideſt aut ſe ipſis, vt ſit ver bum {autem} expoſitiuum. Animal enim poteſt mo-ueri ad ſanitatem ab eo, qui non habet artem, nam po teſt eius ventriculus fricari, motuq; fricatiuo moueri ab eo, qui caret arte medendi {aut ex parte} ideſt aut à ſe ipſo nullo extrinſecus motore concurrente omnino ſed ſolum ex parte illa, quam præ habet videlicet à ca-lore natiuo, quem in ſe habet. Auerroes autem dicit primo ea non moueri à ſe ad formam artificialem, in quibus non eſt pars potentiæ motus rei. Secundo di-cit, nec hæc omnia moueri à ſe ad formam artificialẽ, in quibus eſt pars potentiæ motus rei. quia nõ illa, quæ hanc potentiam habent diminutam. ferrum enim qđ eſt materia ſerræ, licet habeat partem potentiæ mo-tus rei videlicet duritiem. non tamen mouetur à ſe ad formam ſerræ. nam durities non ſufficit. Tertio ait eas materias ſe poſſe mouere ad formam, quarum naturas artes iuuant, vt materia valetudinis, quæ iuuatur ab arte medendi. vt materia tritici, quæ iuuatur ab agri-cola. Quarto exemplum de igne refert ad artificialem rem, vt Alexander fecit. ait enim nequaquam cultel-lum efficere poſſe ſine fabro, ſine fabro tamen alium ignem efficere poſſe. Verum hoc, quod Auer. ait, eſſe

Que Auer. Com. 29.

aliquas materias rerum artificialium, in quibus nõ eſt pars formæ, videtur aperte falſum. nam Ariſtoteles ſup ponit nullam eſſe materiã in artificialibus quibuſcunque, in qua non ſit pars formę, hoc eſt ſaltem aptitudo, vt ex ipſa fiat res artificialis, vt ſuperius eſt explicatum, & ipſemet Auer. ait primo phyſicæ auſcultationis. ait enim tam in naturalibus q̃ in artificialibus, cum res gi gnitur ſupponi priuationem in ſubiecto apto nato, cu ius oppoſitum ait hic aſſerens eſſe aliquam rem artificialem, cuius generatio nihil in materia præſupponit. Sed tunc emerget dubitatio, q̃m ſi in omni generatione rei artificialis præſupponeretur aptitudo in materia, vt ex ea res fieret, tunc omnis generatio artificialis eſſet naturalis. Et licet de huiuſmodi dubitatione multa dixerimus primo phyſicæ auſcultationis, tamen nũc primo accipiamus in omni generatione rerũ artificialium præſupponi partem rei, hoc eſt aptitudinem, per quam ex materia apta eſt res ipſa fieri. & hoc patet tũ verbis Ariſt. tum etiam ratione, quæ tacta eſt, q̃m res artificialis non eſt apta fieri ex quauis materia. Secundo accipiamus etiam in omni generatione naturali eſſe ſuppoſitã huiuſmodi aptitudinẽ, ſiue generatio naturalis ſit el'nti, ſiue miſti, patet q̃m res naturalis nõ fit ex quauis materia. Tertio accipio in quibuſdam rebus artificialibus hanc aptitudinem ſe tenere cum materia, & eſſe principium paſsiuum, per quod ex materia eſt apta fieri res ſolum tãquam ex principio paſsiuo apto: vt de generatione ſerræ ex ferro, & de generatione domus ex lateribus, & lignis dictum iam eſt. eodem etiã modo in rebus naturalibus. nam in quibuſdam hæc aptitudo ſe tenet cum materia, eſtq; paſsiuum principium, vt in generatione ſimplicium, & in generatione miſtorum ſimilarium, vt Auer. ait ſecundo phyſicorum. Quarto accipio in quibuſdam artificialibus huiuſmodi aptitudinem ſupponi in materia tãquam actiuum principiũ, vt in valetudine, in qua ſupponit̃ principium actiuum valetudinis in corde, quod non poteſt eſſe ægrum: & de huiuſmodi materijs Ariſtoteles dixit hic aliquas eſſe materias, quę poſſunt ſe mouere ad formas. Quinto accipio in quibuſdam rebus naturalibus eſſe eodẽ modo. nam in generatione omnium viuentium ſupponitur hæc aptitudo tãquam principiũ actiuum. nam in generatione animalis calor naturalis delatus ad ipſa menſtrua per ſemen genitale agit ad generationem animalis ex apta materia. Sed tunc reſtat dubitatio in quo generatio naturalis differt ab artificiali. vbi mox patet ſolutio. nã generatio artificialis eſt, cũ aptitudo reducetur ad actum ab artifice, naturalis vero, cum reducit̃ ab agente naturali. ex parte enim aptitudinis nulla eſt differentia, ſed ſolũ ex parte modi, quo aptitudo ipſa reducitur ad actum. Valetudo enim naturalis, & valetudo artificialis ex parte aptitudinis non differunt, q̃m vtraq; ſupponit calorem, & virtutem ſanandi in corde ſano. differunt autem ex parte modi, quo aptitudines reducuntur ad actum. nã in naturali valetudine aptitudo reducitur ad actum ſolum virtute cordis. in artificiali vero à medico eam virtutem iuuante, aut reducente ad actum. hactenus de his.

Cõm. 46. (margin, beside "& ipſemet Auer.")
In expoſitione Cõm. 46. (margin)
Cõm. primo. (margin)

CAP X.

Quod omnia ab uniuoco generantur.

T.E X. 30. *Patet autem ex ijs, quæ diximus, & uniuerſa quodam modo (ſi non per accidens fiant) ex uniuocis fieri, ut res naturales. aut aliqua ex parte ex uniuoco, ut domus ex domo, aut à mente. eſt enim ars ipſa ſpecies, aut ex parte, aut ex habente aliquam partem.*

Nonnulli, qui ſunt non parua authoritate viri arbitrantur hic Ariſtotelem remouere ſecundum dubium contra ea, quæ dicta ſunt, per viam corollarij. dictũ eſt enim omne, quod generatur, fieri ab vniuoco in ſpecie, ideo quæri poteſt, verũ omne, quod fit, fiat ab vniuoco eadem ratione. ex dictis ergo reſpondet qd' non & imaginatur ea, quæ generantur, trifariam ab vniuoco fieri primo quidem modo, quando generans & genitum & in forma, & in modo eſſendi formæ ſimiles ſunt: & hoc pacto naturalia, dum fiunt à naturalibus, plerunq; ab vniuoco fiunt. vt ignis ab igne, & homo ab homine. nam ignis generans: & ignis genitus habent eandem formam, & eundem modum ſe habendi formæ. vterque enim ignis formaliter, & exiſtenter ignis formam habet. Secundo vero modo eum generans & genitum ſimilem formam habent, non tamen ſecundum eundem modum eſſendi. ceu domificator & domus, quam efficit. vterq; enim eandem formam habet, non tamen ſ̃m eundem modum. nam forma domus in domificatore intentionale eſſe habet. in domo autem eſſe reale, atq; exiſtens. Tertio denique modo quando generans & genitum nec in forma, nec in modo eſſendi formæ ſunt ſimilia: ſed in parte formæ. hoc pacto ſol generans ranam ex putri materia eſt ſimilis ranæ genitæ, nam ſol continet virtutem, qua poteſt ranam generare, quæ licet non ſit forma ranæ, eſt tamen pars illius. Similiter in corpore ægro generatur valetudo, & tamen corpus ægrum & valetudo, nec ſunt ſimiles forma, nec modo eſſendi formæ, ſed ſolum in parte formæ. quia corpus ægrum continet calorem naturalem, qui eſt pars valetudinis. Vnde dicit {Patet autem ex ijs, quæ diximus, & vniuerſa quodam modo (ſi non per accidens fiant) ex vniuocis fieri} dixit {quodã modo} & vt paulo poſt dicet {aut ex parte, aut ex habente aliquam partem} vniuoco, propter artificioſa. neq; enim perinde ex domo exiſtente domus efficitur, vt ex homine homo. domus nãq; quodam modo ex vniuoco fit, vel ex parte vniuoca. quia domus ex qua fit, non per ſe ſubſiſtit. ſed eſt domus in mente, quæ eſt quodã modo domus, aut ex parte domus, ergo recte dictum eſt, omnia fieri quodam modo, aut ex parte ab vniuocis, quoniam non omnia fiunt à ſimilibus ſecundũ formam, & ſecundum modum eſſendi formæ. dixit etiam {ſi non per accidens fiant} quoniam illud, quod fit ex accidenti, nemo ex vniuoco fieri dicet, exempli cauſa domus, cum per ſe fiat, ex accidenti tamen huic moleſta. illi iocunda efficitur. at moleſtum iocundumúe nõ dicimus ex moleſto & iocundo vniuoco fieri, quippe quorum nec ars habetur, nec forma. tunc tangens primum modum eorũ, quæ fiunt à ſimilibus, dicit { vt res naturales} quarum plures cum generãtur, efficiuntur ſibi ſimilibus ſecundum formam, & ſecũdum modum eſſendi formæ, vt homo ab homine, & equus ab equo. Deinde tangit ſecundum modum eorum, quæ generantur à ſibi ſimilibus, aſſerens hunc modum eſſe eorum, quæ fiunt ab vniuoco ſecundum formam, nõ autem ſecundum ſimilem modũ eſſendi formæ, & dicit {aut ex vniuoco aliqua ex parte} & non omnino, quia fiunt à ſibi ſimilibus ſ̃m formam, non autem ſ̃m ſimilem modum eſſendi formę {vt domus ex domo}. ſ. mẽ- tali

tali{aut à mente}.ſ.habente domum, vt rationem agē di. non.n.domus exiſtens in re eſt ſimilis tomo mentali,niſi in forma,non autem in modo exiſtendi.ſed cū dixiſſet domum ex domo fieri,quia domus ab arte fit, non à domo,cauſam ſubſcribit cur hoc ad hunc modū dicatur,& dicit{eſt.n.ars ipſa ſpecies}.i. forma domus mentalis. ars.n. ex qua domus efficitur, nihil aliud eſt quam domus.forma enim domus, quæ in anima ædificatoris immaterialiter ineſt,eſt ars, vt in ſecundo libro de anima demonſtratur.& tu non intelligas per artem collectionem regularum,quibus dirigimur ad agē dū,ſed rationem,qua artifex agit.hoc.n.pacto domus, quæ eſt in mente,ratio eſt,qua ædificator domū ſtruit: & efficit,vel per artem intelligere poteris mentem,quę formam artificialem habet. nam ars nihil aliud eſt quam mens ſpecie rei faciendæ formatus.Deinde tangit tertium modum eorum quæ fiunt ab vniuoco non ſimpliciter ſm formam & modum eſſendi formæ, vel ſm formam tantum, ſed eorum,quæ fiunt ab vniuoco ſm partem formæ,& dicit{aut}.ſ. tertio modo dicuntur ab vniuoco fieri ea,quæ fiunt{aut ex parte}.ſ. formæ{aut ex habente aliquam partem}.ſ.formæ.hoc pacto ſanitas efficitur à calore vel à corpore ægro, tanquam ab vniuoco. nam calor ex quo efficitur ſanitas pars eſt ſanitatis,corpus autem partem eius habet.Alexander vero verba dictionis ad hunc modum expoſuit, ſed alio modo dictionem continuat, cum dicit, poſtquam multis verbis oſtendit non ſolum hominē ex homine fieri,ſed domum etiam ex domo,nunc palam eſſe ait ex dictis, omnia quæ fiunt, fieri aliquo triū modorum ex vniuoco.non ergo vult Alexander Ariſtotelem via corollarij diluere dubitationem, ſed ex dictis inferre corollarium. Verum quo ad dictionis expoſitionem non differt. quibus patet ſufficientia, qm̄ oīa quæ fiunt,aut fiunt ab vniuoco ſm totam formam,aut ſm partem formæ. ſi ſm partem formæ, ſic eſt tertius modus eorum,quæ fiunt ab vniuoco. Pars.n. formæ, ex qua fiunt,eſt aut in agente, quod eſt procul à materia,ex qua fit id.quod gignitur. & hoc modo animalia ex putri materia fiunt à ſole:nam in ſole eſt virtus generatiua eorum,quæ virtus eſt pars formæ eorum, aut in agente,quod eſt materiæ coniunctam,& hoc pacto ex tali parte ea artificialia fiunt, quorū materia mouetur per ſe ipſam ad formam.ſin autem ea,quę fiunt ab vniuoco,fiunt ab vniuoco ſm totam formam,hoc eſt bifariam,aut ſm totam formam ſimilē in eſſe, & in modo eſſendi,aut ſolum ſimilem in eſſe, ea vniuoca, quæ fiunt à ſimilibus in eſſe,& in modo eſſendi,ſunt vniuoca primo modo,ea autem,quæ ſunt vniuoca in eſſe tātum,& non in modo eſſendi,ſunt vniuoca ſecundo modo.cur vero addidit in dictione{aut ex habente aliquā partem}qm̄ poſſet fieri inſtantia dicendo partem formæ non eſſe id,quod generat, ideo quaſi ſe corrigens ſubdit{aut ex habente aliquam partem}nam habens eā partem eſt agens, vt ſol, aut ſemen.Auer. autem vult, Ariſt.hic epilogare rememorando ea,quæ dixit, & diuiſionem.hoc pacto orditur, ꝙ alia fiat ab vniuoco ſm totum compoſitum,vt quæ fiunt à patre, & matre. nā id,quod generat, & id,quod generatur ſunt ambo tota,& compoſita,& eiuſdem nominis & rationis. Alia vero ab vniuoco ſm alteram partem compoſiti,& hoc pacto domus fit ab artifice,cum quo conuenit ſolum in forma,quæ eſt altera pars domus.in mente.n. artificis eſt forma, domus per quam artifex conuenit cum domo.alia autem fiunt ab vniuoco ſm partem rei,quæ fit,& hoc pacto corpus ſanatur à medico propter aliquam partem ſanitatis,quæ eſt in corpore, & artes tales ſunt illæ, quarum actiones ſunt miſtæ eſt opere artis,& opere naturæ,vt medicinalis,& agricultura. hæc Auerroes.Poteſt tn̄ vniuerſa diuiſio fieri ad hunc modum,quod alia per accidens,alia per ſe fiant, & eorum quæ per ſe:alia fiant ab vniuoco ſm totam formam, alia ab vniuoco ſm partē formæ.& quæ fiunt ab vniuoco ſm totam formam, aut ſm totam formam ſm eſſe, & ſm modum eſſendi,aut ſolum ſm eſſe.Patet igitur ea ſolum non fieri ab vniuoco,quæ per accidens fiunt. vt inuentio theſauri à fodiente fit,qui fodere,& non inuenire theſaurum,intendebat.

Qua Auer. Cōm. 30.

Cauſa.n. faciendi prima per ſe pars eſt. nam caliditas, quæ eſt in motione, caliditatem in corpore fecit. hæc aūt ſanitas eſt,aut pars ſanitatis, aut ipſam pars ſanitatis aliqua, aut ipſa ſanitas ſequitur. quapropter et facere ex eo dicitur, quia illud facit ſanitatem, cui accidit, atq; ſequitur caliditas.

Vna huius dictionis inductio eſt, quod cum expoſuiſſet, partem formæ efficere, vt quo, agentem vero cauſam,in qua eſt pars illa formæ,agere vt quod, nunc oſtendat,& aſsignet cauſam quare pars illa,quæ eſt in agente,agit,vt quo,& ait ideo partem formæ, quæ in agente eſt,agere, vt quo,qm̄ eſt per ſe prima efficiendi cauſa.Vnde iuxta hanc inductionem ſyllogiſmus componitur ad hunc modum, cauſa per ſe prima faciendi eſt agens,vt quo.pars,quæ eſt in agente, eſt per ſe prima cauſa faciendi.ergo pars quæ eſt in agente, eſt per ſe prima cauſa faciendi:huius ſyllogiſmi tangit minorem.& dicit{Pars.n.} quæ eſt in agente, eſt per ſe prima faciendi cauſa,hæc eſt minor,& per cauſam per ſe primam faciendi cauſa,hæc eſt minor,& p cauſam p ſe primam faciendi intelligit eā,quæ eſt ratio agendi aliis, vt agant,vt albedo eſt prima cauſa eſſendi album, qm̄ aliis eſt ratio eſſendi album,& ipſa per eſſentiam eſt alba.Alexander vero aſſerit Ariſtotelem eorum,quæ dixit,manifeſta ad modum apponere exempla, & intelligit verba ſic{Cauſa.n.faciendi pars eſt prima per ſe} & exponens huiuſmodi partem per ſe primam Ariſtotelis ſubdit{nam caliditas,quæ eſt in motione}.i. quæ per motum,& confutationem extrinſecus effecta eſt {caliditatem in corpore facit, hæc autem}. ſ. caliditas in corpore generata{ſanitas eſt, aut ſanitatis pars} & hæc eſt pars prima per ſe, quæ ideo dicitur ſanitas, aut ſanitatis pars per ſe prima,quia non eſt tota ſanitas,ſed pars contemperantiæ calidorum cum frigidis, quæ eſt ſanitas tota.Et quia fortaſſe hæc prima per ſe caliditatis pars,nec ſanitas tota,nec pars totius ſanitatis ē,ideo ſubdit{aut ipſam pars ſanitatis aliqua, aut ipſa}.ſ. tota {ſanitas ſequit̄}ſatius.n.illud eſt dicere poſt caliditatē ipſam partem conſequi ſanitatis, vel non partem ſanitatis poſt caliditatem ſequi, ſed ipſam ſanitatem, vt ſit orationis concluſio,huiuſmodi caliditas,vel ipſa eſt ſanitas,vel ſi non eſt,certe ipſam conſequitur pars ſanitatis,vel ipſas. ac ſenſus quidem huiuſmodi eſſe videtur ſm Alexandrum. ſed cum dixiſſet caliditatem à motu expreſſam ſanitatem eſſe,vel partem ſanitatis,vel poſt ipſam ſanitatis partem conſequi, aut ipſam ſanitatem, cauſam ſubiecit, cur caliditas in motu expreſſa ſanitatem efficere dicatur.non enim videtur ſanitatem effi-

cere,ſi pars illa ſit ſanitas, aut pars ſanitatis, aut ſi partem illá ſequitur ſanitas, aut pars ſanitatis,& dicit{quapropter & facere ex eo dicitur, quia illud facit ſanitatẽ caliditas}dico {cui accidit atq; ſequitur (ſubaudi ſanitas} vt ſit ordo hic {quapropter & caliditas ex eo facere dicitur}.ſ.ſanitatem{quia illud facit ſanitatẽ, cui accidit,atq; ſequitur ſanitas}& quia poſt caliditatem à futatione expreſſam ſequitur vel accidit ſanitas, ideo talis caliditas dicitur facere ſanitatem,accipiendo videlicet facere pro eo , ad quod ſequitur aliquid. ad hũc .n. modum caliditas illa dicitur facere ſanitatem.Auer.autem aliter dictionem intelligere videtur.nam cũ Ariſt. dixiſſet aliqua fieri ex eo,quia materia mouetur per ſe ipſam ad formam propter aptitudinem, ac virtutem actiuam,addidit,niſi fiant per accidens.& quia aliquis dicere poſſet partem illam,quæ eſt in agente, per accidens agere ad formam,ideo Ariſt.hanc tacitam dubitationem refellens demonſtrat partem illam,quę eſt in agente,per ſe agere,& non per accidens . & quod per ſe efficiat,oñdit,& dicit{pars.n.}ſubaudi,quæ in agente eſt{eſt cauſa per ſe prima faciendi} igitur nõ per accidens agit. deinde oſtendit antecedens ita eſſe,& dicit {nam caliditas,quæ eſt in motione, caliditatem in corpore facit,hæc autem}.i.quæ quidem caliditas facta in corpore{ſanitas eſt}actu.ſ.atq; completa{aut pars ſanitatis,aut}ſi nec eſt tota ſanitas,nec pars ſanitatis, eſt ſanitas in potentia , qm̃ {ipſam ſequitur pars ſanitatis aliqua.aut ipſa ſanitas}.ſ.tota.Tunc perficias ſyllogiſmum,ſed caliditas,quæ in motione eſt,eſt pars in agẽte,igitur pars in agẽte non per accidens,ſed per ſe agit. Deinde Ariſtoteles ex his,vt exponit Auerroes, infert quonã modo fricatio,aut exercitium ſanitatem ipſam efficiat,& vult fricationem vel exercitium efficere ſanitatem, quatenus caliditatem efficit,ad quam ſequitur ſanitas,& dicit{quaproter } fricatio, motus, & exercitium{& facere ſanitatem} ſubaudi{ex eo dicitur, quia illud facit ſanitatem,cui accidit,atq; ſequitur caliditas} quæ de proximo ſanitatem efficit. Hæc expoſitio ex verbis Auer.colligitur,quę pulchra eſt.

Quæ Auer. Com.30.

TEX. 31. *Quare, ut in ſyllogiſmis ſubſtantia principium omnium eſt (nam ex ipſo quid eſt ſyllogiſmi proficiſcuntur) ſic ſunt hic generationes.*

Nunc per quandam ſimilitudinem inferẽdo exponit quid ſit principium in artificialibus,& Alex. intelligit ſic{Quare,vt in ſyllogiſmis}.i. demonſtrationibꝰ {ſubſtantia}.i.termini, per verbum .n. ſubſtantia , & quid eſt terminos intellexit {principium omnium eſt} cuius rationem interponit. & dicit {nam ex ipſo quid eſt}.i. nam ex ipſis terminis { ſyllogiſmi proficiſcunt: ſic ſunt hic}.ſ.in artificialibus{generationes}.i.ſic artificioſorum cauſæ ſunt generationes,vel ſic {Quare, vt in ſyllogiſmis}ſubaudi qui fiunt ab intellectu ſpeculatiuo{omnium}talium ſyllogiſmorum {principium eſt ſubſtantia}quæ eſt ipſum quid eſt, aut definitio alterius extremi,cuius cauſam interponens dicit { nam ex ipſo quid eſt ſyllogiſmi}.i. demonſtrationes { proficiſcuntur,ſic ſunt hic}.i.in artificialibus {generationes } nam artificialia fiunt ex ipſo quid eſt, quod eſt forma exiſtens in anima artificis:per quæ dedit intelligere cõuenientiam inter cõtemplatiuum, & practicum intellectum.nam quemadmodum contemplatiuus intellectus conficit demonſtrationem per hoc quod habet ipſum quid eſt in ſe, ita intellectus practicus, qui eſt ars,vel artifex,conficit rem artificialem per hoc, quod habet ipſum quid eſt,& ſpeciem illius in ſe ipſo. Quare tam res artificiales quam demonſtrationes fiunt ab agentibus vniuocis ſm̃ formam, licet non ſm̃ modum eſſendi formæ. Auer.autem per ſyllogiſmos intelligit quiditates rerum artificialium,quæ ſunt in anima artificis,& vult,vt comparatio fiat inter res artificiales, & res naturales ad hunc modum . Vt quemadmodum in artificialibus principium eſt ſyllogiſmus,qui eſt in anima artificis.i.quiditas rei artificialis, ita eſt in naturalibus,vt vnumquodq; generetur à quiditate præcedẽte in agente.Quæ expoſitio,cum ſit impropria, verbis Ariſt.non conuenit.

Quæ Auer. Com.31.

Modo autem ſimili res ſeſe habet & in hiis: quæ natura conſtant. Semen enim perinde facit, atq; ea quæ ab arte. habet.n.potentia ſpeciem ipſam.Et id,à quo eſt ſemen,uniuocum quodammodo eſt.

Nunc id,quod in artificialibus expoſuit,& in naturalibus oſtendit,& hoc proponens dicit{Modo autem ſimili res ſeſe habet, & in iis,quæ natura conſtant}vt ſeſe habere expoſitum eſt in artificialibus . nam , vt quæ conſtant arte,fiunt ab vniuoco, vt expoſitum eſt,ita & quæ conſtant natura,fiunt ab vniuoco . & hoc oſtendit, tum ex parte agentis proximi, quod eſt ſemen , tũ ex parte agentis remoti,quod eſt agens , ex quo ſemen ſecernitur,& dicit{ſemen.n. perinde facit, atq; ea} faciunt{quæ ab arte}agunt,deinde cauſam explicans dicit{habet enim} ſemen .ſ. {potentia ſpeciem ipſam} atq; formam. Vt enim artifex in ſe domus,aut cuiſpiam alterius,cuius artifex eſt.formam habet,ſic ſemen in ſe poteſtate formam habet.eſt enim virtus in ſemine , vt ſpẽs in aĩa artificis.Hęc ex parte agentis proximi.Deinde hoc idem oſtendit ex parte agentis remoti, & dicit {&}etiam{id,à quo ſemen eſt,vniuocum quodammodo eſt}ei.ſ.quod fit à ſemine.ergo in naturalibus effectus eſt ſimilis tam agenti proximo .ſ. ſemini. quam agenti remoto.ſ.patri.

Non.n.omnia ita ſunt flagitanda, ut ex homine naſcitur homo. etenim ex mare fœmina oritur, quocirca non ex mulo naſcitur mulus.ſed ſi non orbatio fuerit.

Alexander legit dictionem ad hunc modum {Et id à quo eſt ſemen, vniuocum eſt quodammodo, niſi ipſum ortum ſit læſum , quo circa non ex mulo naſcitur mulus.non enim ita omnia ſunt flagitanda, vt ex homine naſcitur homo.etenim ex viro mulier oritur{ſic etiam hanc dictionem legit Argyropylus: iuxta quam ſeriem videtur Ariſtoteles limitare id , quod dixit, nam cum dixiſſet id,à quo ſemen eſt, eſſe vniuocum, addit limitando , & dicit {niſi ipſum ortum ſit læſum} nam vbi ortum ipſum fuerit læſum, non oportet id , à quo ſemen ſecernitur, eſſe vniuocum ei, quod oritur . & hanc ob cauſam ſubdit{quo circa non ex mulo naſcitur mulus}neq; enim equus , à quo ſemen procedit mulum efficiens,vniuocus eſt mulo.Immo ne nominis quidem illius eſt particeps , cum equus non appelletur.mulus eſſe autem mulum læſionem, certum eſt , cum mulus ex mulo non generetur. qui niſi læſio eſſet (ſed ex iis, quæ natura conſiſtunt) nimirum generare poſſet.Sed cum dixiſſet id,à quo ſemen ſecernitur,vniuocum quodam modo eſſe ei , quod per ſemen generatur,cum illud{quodam modo}adiecerit, exponit dicens{non enim ita omnia ſunt flagitãda,vt ex homine

naſcitur

naſcitur homo. etenim ex viro mulier oritur} quaſi dicat, non oportet in omnibus quærere vniuocum. nam mulier ex viro generatur, nõ tñ mulier appellatur vir. itaq; recte {quodammodo} appoſitum eſt, cum nonnulla iis, ex quibus fiunt, vniuoca ſint, alia ſecus. Vnde ſupra cum dixit {palam autem ex iis, quæ diximus, & vniuerſa quodammodo ex eo, quod eſt vniuocum fieri, aut aliqua ex parte tali} illud quodãmodo, & ex parte, ob hoc adiectum fuiſſe reor. Vir .n. atq; mulier, vt homines vniuoci ſunt, vt autem vir & mulier nequaquam. itaq; ex parte vniuoci ſunt, vir autem, qui ex viro naſcitur non ex parte, ſed omnino ei, ex quo naſcitur, vniuocus eſt. qm̃ & vt homines, & vt viri ſunt vniuoci. Per quę Alexander quaſi ſe corrigens ſuperuacaneam fuiſſe ait ſuperiorem ſuam expoſitionem horũ verborum, quæ, vt modo explicauimus, ſunt accipienda. Auerroes autem putat Ariſtotelem hic remouere tacitam dubitationem, dixit .n. {& id à quo eſt ſemen, vniuocum quodam modo eſt} videt̃ .n. id, quod ſemen emittit, ſemper eſſe vniuocum ei, quod ex emiſſo ſemine gignitur. quaſi reſpondens aſſerit id, quod ſemen emittit, ſemper eſſe vniuocũ, modo id, quod fit, non ſit læſum. nam ſi id, quod generatur, fuerit læſum non oportet, vt id, quod ſemen emittit, cum eo vniuocum ſit omnino, vt fœmina, quæ fit ex viro propter defectum, & mulus ab equo ſimiliter. vnde ait {non enim omnia ita ſunt flagitanda, vt ex homine naſcitur homo} quaſi dicat, dixi aliquo modo vniuocum, quia non omnia, quæ fiunt, ſic ab vniuoco fiunt, vt fit homo ab homine, cuius cauſam affert, & ait {etenim ex mare fœmina oritur, quo circa}. i. & {ex non mulo naſcitur mulus} accepit .n. δὲ pro & apud Auerroẽ {ſed} vt inquit, omnia oportet dicere fieri ab vniuoco proiiciente {ſi non orbatio fuerit} ſubaudi in eo, quod generatur, vt in fœmina & mulo, quæ generantur per læſionem: vt ſuperius de mulo dictum eſt. quo vero pacto fœmina à mare, & mulus ab equo per læſionem generentur, petendum à libro de generatione animaliũ.

Quæcunq; autem à caſu fiunt, ut ubi quorum materia poteſt & à ſe ipſa eo motu moueri, quo ſemen moueret. quorũ uero nõ põt, hæc nullo alio modo q̃ ex ipſis fieri poſſunt.

Cum diſputaſſet de artificioſis, quæ fortuitu fiunt, de iis, quæ à natura efficiuntur, verba facit, & oſtendit, quæ naturalia eadem fiant ex ſemine, & à caſu, & quæ ex ſemine tantum, & ait {Quæcunq; à caſu fiunt}. i. ea à caſu fiunt, accepit .n. quæcunq; pro ea, vt ſit ſenſus, ex iis, quæ à natura fiunt, ea dicimus à caſu fieri {quorum materia vt ibi}. i. vt in artificioſis {poteſt & à ſe ipſa moueri}. i. quorum materia non ſolum ab efficiẽte ſemine, ſed etiam {à ſe ipſa moueri poteſt eo motu, quo ſemen} eam {moueret} vel quo à ſemine moueretur. herba .n. ex ſemine naſcitur, & abſq; ſemine ex eo, quia materia herbę moueri poteſt motu, quo à ſemine moueretur {quorum vero} naturaliũ materia {nõ poteſt} ſe mouere, vt moueret̃ à ſemine, vt in homine, & equo, & cęteris talibus {hęc nullo alio mõ q̃ ex ipſis}. i. quã ex ſibi ſimilibus genitoribus {fieri poſſunt} & non à caſu, neq; fortuitu gignuntur. per quæ videtur dicere ea vtroq; modo fieri poſſe, quæ fiunt ex putri materia, cum hæc ſe mouere poſsint ad formam eo motu, quo mouerentur à ſemine. ea autem, quorum materia non aliter quã à ſemine moueri poſſunt, hæc nullo alio modo fieri poſſunt quã à genitoribus ſimilibus. Quibus ẽt vlterius patet ea, quæ fiunt ex putri materia, eadẽ fieri poſſe ex ſeminẽ. & non intelligas vniuerſaliter rẽ hanc. ſunt .n. quædam, quæ fieri non poſſunt, niſi ex putri materia ſine ſemine, vt nonnulla ex inſectis generibus muſcæ, & cætera id genus, vtrum autem ea quæ ex ſemine fiunt, & eadẽ ſine ſemine, ſint eadẽ ſpecie indiuidua. an ſpecie ſubalterna? quæſtio eſt petenda à librò de generatione aĩalium. Auer. autem perperam hęc vltima verba exponere videtur. Vult .n. Ariſto. inferre conuenientiam inter modum, quo generantur accidentia, & modum quo generantur animalia, quæ non fiunt ex ſemine. aſſerit .n. vtraq; fieri nõ à ſibi ſimilibus in ſpecie. Quando nec animalia, quæ ſolum ex putri materia naſcuntur, naſcuntur à ſibi ſimilibus in ſpecie, nec accidentia ipſa omnia. Secundo dicit animalia, quæ ſolum ex putri materia oriũtur diſcrepare tũ ab accidentib', tum ab animalibus, quæ vtroq; modo fiunt, quatenus accidẽtia nec fiunt ex ſemine, nec ex aliquo proportionali ſemini. at aĩalia cuncta à ſemine fiũt, aut à proportionali ſemini. Tertio epilogat Auer. ea quæ Ariſt. declarauit, quorum primum eſt, ideas ẽt ſi fuerint, ad generationem non prodeſſe. Secundum aũt, ꝙ oẽ, quod fit, ex ſibi ſimili fiat in ſpecie, ſed differẽti numero. Quę quantum verbis conueniant, inſpicito. Deinde Auer. digrediendo mouet, vt ait, quæſtiones difficiles, & primo pro ideis argumentatur ad hunc modum, omne, quod exit de potentia ad actum, non exit de potentia ad actum, niſi ab aliquo ſui generis, vel ſuæ ſpeciei exiſtente in actu. ſed, vt in aperto eſt, plura animalia, pluresq́; plantę exeunt abſq; ſemine de potentia in actum. igitur oportet eſſe formas: ideasq́; ipſas, per quas ſunt huiuſmodi animalia, & plantæ. Quod argumentũ magnifaciens aſſerit ipſum eſſe rationem potiſsimã inter eas, quæ Platoni attribuunt̃. Secundo argumentat̃ ſupponendo formam ſubalem eius mixti, quod fit, eſſe ad ditã, atq; inductã in illius mixti materia vt extrinſecus accedẽtẽ, & nõ vt eductã de põa materiæ, veluti formã leuitatis in materia ignis, & formã grauitatis in materia terræ, & per leuitatẽ & grauitatem, ſubales elementorum formas vult intelligere, & hoc maxime verum videtur de anima, quæ non educitur de potẽtia materiæ, ſed extrinſecus accedit materiæ affectæ mixtione, atq; temperatione, & vt breuiter dicam Auer. ſuppoſitio eſt formam eſſe id, quod per ſe fit, & nõ compoſitum, extrinſecusq́; accedere, & non de potentia materiæ. tunc argumentatur, quærendo à quo generatur forma videlicet aĩa, aut ab agente interno, aut ab agente externo, ſi ab agente interno, hoc nihil aliud eſſe poteſt, niſi ſemen, at ſemen non eſt, ſemen .n. compoſitũ corpus eſt, quod nec ſpecie, nec genere conuenit cum aĩa, quæ gignitur. non ergo eſt agens internũ. ſi ab agente externo, hoc non põt eſſe indiuiduũ compoſitũ eiuſdẽ generis, vel eiuſdem ſpeciei, cum animali, cuius eſt anima, qm̃ nullum compoſitum eſt vniuocum rei ſimplici, vt animæ: quæ in materia inducitur. ergo non poterit fieri, niſi à forma ſeparata. Quare cũ formæ eorum aĩalium, quæ fiunt ex ſemine, fiant ab agente externo, & non à compoſito ſimili aĩali, cuius ſunt formæ, fient ab ideis, quæ dant tales formas. Amplificat aũt Auer. huiuſmodi argumentum tã ad aĩalia, quæ ſine ſemine generant̃, quã ad aĩalia ex ſemine orta. & quod hoc argumentũ valeat in aĩalibus, quæ fiunt ſine ſemine, oſtẽdit ex eo, quia in materia putri, quæ eſt proportionalis ſemini, non eſt anima actu, & ita non erit animæ ſimi-

Marginalia: Quæ Auer. cõm. 31. — Cõm. 28. — Cõm. 31. — Digreſsio, & q̃ones Auer.

lis,quæ ex illa fit,præterea materia putris,quę eſt ſemini proportionalis,potentia aĩam continet,& ita indiget aliquo agente actu, è quo aĩa actu fiat in tali materia.& tale agens non poterit eſſe,niſi idea. Quod ẽt valeat in iis,quę fiunt ex ſemine,oñditur ẽt,quia nec in vero ſemine eſt actu aĩa,& ſic idẽ,quod prius. Tũc Auer. remouet tacitam ſolutionem,quæ dari poſſet ad hoc argumentum,nã poſſet dici animas huiuſmodi oriri à tẽperaturis materiarũ,in quibus recipiuntur nullo agente præſuppoſito,& ita poſſet dici formas, ac aĩas fieri à temperatione,& ab agente interno.Contra obiicit, & oñdit, eas fieri non poſſe ab agente interno, & hoc vt cõpleat argumentũ, aſſerens id dici non poſſe, niſi ſm eorum opinionem,qui tementes aĩas eſſe temperationes,aſſerunt eas fieri neceſsitate materiæ.Tunc demũ propter has rõnes creditum eſſe ait formas ſeparatas eſſe,quæ dñr ideæ.Deinde Auer.narrat opinionem iuniorum Philoſophorum quam attribuit Auic.Alex.& Themiſtio.hi.n. tradunt non eſſe neceſſarias pro rerũ generatione tot formas ſeparatas eſſe. iccirco aſſerunt primo formã ſeparatã,quę oẽs rerum formas producit, eſſe eum intellectũ,quem agentem vocant. ſecundo dicunt talem agentem intellectũ eſſe vniuerſalem rerum cauſam,qñ non ſolum viuentiũ animas producit, ſed etiã miſtorum formas videlicet ſimilarium vt carnis, atq; oſsis,atq; diſsimilarium, vt brachij,oculi, & cæterorum taliũ,& formas etiã elñtorum. quo fit,vt velint vniuerſalem rerum cauſam eſſe intellectum agentem. deinde pro ac poſitione argumentatur primo ſupponẽdo elñta non mutuo agere, atq; pati, niſi ob qualitates quatuor ipſas actiuas, atq; paſsiuas, non autẽ propter ſubãles ſuas formas.ſignum aũt,quia non dicimus grauitatem,quæ eſt forma terræ,agere,nec leuitatem,quę eſt forma ignis, ſecundo ſupponendo illud, quod exit de potentia ad actũ,nõ exire ad actum, niſi ab aliquo extrahente ipſum,quod eſt ſuæ ſpeciei, aut ſui generis. tertio ſupponendo formas ſubſtãtiales materiales, nec actiuas eſſe,nec paſsiuas,vt libro de ſenſu Ariſt.demonſtrauit.quarto deniq; ſupponẽdo ſolas primas qualitates actiuas eſſe,aut paſſiuas.ex his ſeq autumat ea,quæ rerum ſubãles formas efficiunt,non eſſe materialia,ſed ſeparata quædam vnũ,aut plura. formas.n. materiales generari cernimus,& quidem non à formis materialibus,cũ illæ non ſint actiuæ,nec à qualitatibus, ſunt.n. illæ alterius generis.igitur oportet ponere ſubſtantiam ſeparatam vnam,vel plures,quę effectiue cauſę ſint earum rerũ,quæ naturales dicuntur.deinceps Auer.narrat ſpeciatim opinionem Auic. aſſerens Auicennã his ſuppoſitionibus adhæſiſſe,& ob eas conceſsiſſe formas rerũ omnes ab intellectu agente proficiſci,quẽ formarum datorẽ appellauit.ſubiungit deinde Themiſtij opinionem,aſſerens eum cum Auic.conuenire.nam libro de aĩa,qui eſt ſextus liber ſuæ paraphraſis,primo videlicet libro aperte de iis,quæ ex ſemine fiunt illud,quod Auic.affirmauit,aſſerit.pręterea & in cęteris formis in quibus apparet hoc fieri ex hoc, etiam idem autumat. inſuper primo de aĩa ait animã non eſſe id, in quo ſunt oẽs formæ tantum videlicet intelligibiles, & ſenſibiles ſaltem intentionaliter,atq; obiectiue, ſed eſt id, quod ponit oẽs formas in materia,eaſq; creat.vbi patet eum intelligere per hanc aĩam,formam,ſeparatam,quæ eſt intellectus agens,atq; mundi aĩa.narrat præterea opinionem Alex.non aſſerendo,ſed coniecturando,& ait Alex.opina tum eſſe conformiter iis quæ Ariſt. autumat in libro de generatione aĩalium, ꝙ videlicet aĩalia fiant à virtute,quę eſt in ſemine,vel in eo,quod eſt proportionale ſemini.imaginatur.n.in ſemine,aut in materia putri eſſe virtutẽ,à qua forma extrahitur de põa ad actum demum pro Auic.argumentatur ex eo, quia videmus generari ignẽ ex motu,quo ferrum cũ lapidę excutitur.& cum ſic eſt, non poterit dici motum huiuſmodi ſubãlem formam ignis efficere,cum motus nõ ſit de principiis actiuis. quo fit, vt forma ignis, quæ à motu fieri vř à datore formarum,formaq; ſeparata gignatur.hæc Auer.depoſitionibus,& de argumentis poſitionum.demum Auer.ſoluit quęſtiones accipiens ex verbis,& ex demonſtratione Ariſto. formas naturales eſſe,quæ naturales formas generent.& tu intelligas, vt quo,compoſitum.n.eſt id,quod generat,ad id, quo cõpoſitum generat,eſt ſua naturalis forma, quemadmodũ quod gñatur,eſt cõpoſitum,ſed non gignitur, niſi ratione formæ naturalis. tunc ex hac ſuppoſitione infert primo in gñatione animalium,quę ex ſemine fiunt, generans ipſum eſſe ſemen à patre ac matre ſecretũ & hoc ab formam, hoc eſt propter virtutẽ formatiuã, ac gñatiuam,quæ datur ſemini à parentibus.hæc.n.virtus eſt.quæ ſimul corpus format,& aĩas animalium de potentia ad actum in materia formata educit. ſic igitur primum quod infert,eſt aĩas,quæ aĩalium formæ ſunt, à virtutibus fieri ſeminalibus,quæ ſeminibus tribuunť à parentibus:ſecundo infert in aĩalibus,quę fiunt ex ſe, hoc eſt ex putri materia ſine manifeſto generante,iterum aĩæ gignuntur ex illis pluribus materiis, quæ ſunt proportionales ſeminibus,quatenus in eis ſunt virtutes formatiuę,ac generatiuæ,quę ſunt à ſtellis.ſtellę.n. miniſtrãt his aĩalibus aliquid loco ſeminũ, & nonnulla,quæ ſunt loco virtutum ſeminaliũ.habet.n. materia putris virtute ſtellarum aliquid loco virtutis ſeminalis, quo fit,vt huiuſmodi materia proportionalis ſemini dicatur.tertio infert oẽs tales tam quæ in veris ſeminibus ſunt,quã quæ ſunt in materiis,quæ ſunt proportionales ſemini,eſſe virtutes diuinas,quę ſibi ſimilia gñant eo modo,quo artifex per virtutem formæ,quam habet in mente,gñat rem artificialem. quod quidẽ huiuſmodi virtutes,quæ in vtroq; ſemine ſunt,ſint diuinæ,demõſtrat autoritate Ariſt.qui libro de gñatione aĩalium ait huiuſmodi virtutes eſſe intellectui ſimiles in agendo,ꝗ intellectus eſt quid diuinum,& ꝙ in agẽdo intellectui ſimiles ſint oñdit Auer.qm̃ virtus ſeminalis,ꝗ in vtroq; ſemine eſt,agit ſine inſtrumento corporeo, veluti intellectus,qui intelligit,aut intellecta efficit ſine corporeo inſtrumento.quod autem ita ſit,affert ſignum, qm̃ virtutes formatiuæ,ac generatiuæ,quæ ſunt in ſeminibus differunt à naturalibus virtutibus, quæ ſunt in aĩalib⁹, genitis,ac perfectis,qm̃ virtutes naturales, quæ ſunt in aĩalibus,agunt per certa,atq; determinata inſtrumẽta, certaq; mẽbra,vt nutritiua per iecur,aut cor, ſenſitiua per cor aut cerebrũ, virtus vero ſeminalis non agit ꝑ mẽbrum proprium.eſt.n.ſemen corpus ſimilare, atq; vniforme,nullã habens partẽ,per quam magis quã per aliã agit.illud vero,quod deſideraret in his, quæ Auer. hic ait,eſſet,ſit ne virtus ſeminalis,calor naturalis,an virtus quædã præter calorem.ſed qm̃ res hac dilucide traditur in libris de generatione aĩalium, ideo ab eo libro quæſtio hæc eſt petenda: licet nonnihil ſtatim differet. deinde Auer.obiicit contra hanc virtutem, vt Galenus dubitauit,quidnam ſit hæc virtus, vtrum creator, vt deus,an non,ſed creatura. & reſpondens aſſerit huiuſmodi

Opinio Philoſophorum iuniorum.

Cap.13.

Cap.13.

Quæ Auer. Com. 19.

iuſmodi virtutem nec eſſe creatorē videlicet deum,cū hęc agat per calorē tanq̄ per inſtrumentum,quo fit,vt non ſit deus,agens.n.creans agit ſine inſtrumento.per quæ aperte Auer. monſtrat virtutem ſeminalem eſſe quippiam præter calorē ſæminalem,cum dicat virtutē ſeminalem agere per calorem tanq̄ per inſtrumentū.& errat,nam Ariſt.in libris de generatione aïalium aperte aſſerit virtutem ſeminalē formaliter nihil aliud eſſe quam calorē ſeminalē.ait.n. ſemē corpus eſſe quoddā, quod calorem animalem fert in vterum,vbi menſtrua ibi inuenta calefacit deinde partes ſeminalis corporis tenuiores in vapores tranſeūt,craſsiores vero regni fo ris.ergo virtus ſeminalis nihil aliud eſt, quā calor formaliter ſeminalis.ſed de his in literis de aïalibus. deinde mouet ſecundam dubitationē quo nam pacto aïa eſt in ſeminibus,& reſpondens ait animam non eſſe in ſeminibus eo modo,quo aïa eſt in corpore calido formaliter,ſed eſſe in eis virtualiter contentam quemadmodum aïa aïalium, quæ fiunt ex putri materia, continetur virtualiter in ſtellis.& quia virtus ſeminalis continet aïam virtualiter,quod diuinis corporib⁹ propriū vř,ideo concludit Ariſt. rectè dixiſſe hanc virtutē eſſe diuinam,tum quia ſimilis eſt intellectui in agendo, tū etiam quia ſimilis eſt principiis diuinis.i.ſtellis in continendo aïam, his ſuppoſitis, oſtendit virtutem generatiuam nō poſſe eſſe formam ſeparatam ideam, videlicet aut intellectū agentem,primo quidē,qm̄ tunc talis idea nō efficeret,niſi formam, & ſic generatio eſſet ſine materia,& ita eſſet creatio. fieret.n. forma per ſe, & non ex materia tanquam ex parte ſui.quare ex nihilo.ſecundo idem oñdit ex eo,quia ſi generatum ita ſit, vt ſuppoſitum eſt,tunc idem eſſet formans.& generās, quo eueniret, vt idea eſſet generans. ergo idea eſſet illud,quod mouet,& alterat,& diſponit materiā,donec materia recipit formā,hoc eſt,eſſet illud,quod extrahit formā de potentia ad actū. hoc aūt falſum eſt, qm̄ mouens materiā,& diſponens,& alterans eſt corpus habēs qualitatē actiuam,vt calidū,aut frigidū,aut ſaltem habens potentiam generandi has qualitates,vt ſtellę,cœlumq; ipſum,quod habet lumen,aut motum,quę vim habent generandi colorem. quare non pōt generans eſſe forma ſeparata.cum generans oē ſit diſponens, ac alterans,quod quidem eſt corpus.tertio ad idem argumentatur,& argumentando remouet quandam ſolutionem ad argumentū nunc adductum. poſſet.n. dici duplex eſſe generans,alterum,quod ſubiectum formæ generat & hoc eſt id, quod materiam diſponit, alterū quod formam efficit,& ita dici poſſet generans formā eſſe ſubſtantiam ſeparatam,generās vero ſubiectū hoc eſt diſponens eſſe miſtū cum materia, qualis eſt pater, aut ſeminalis virtus.contra obiicit, qm̄ ſi generans ſubiectū formæ hoc eſt diſponens eſſet aliud à generante formā,tunc ſubiectū iam diſpoſitū,& ſua forma eſſent duo in actu:quod eſt impoſsibile.& conſequentia patet qm̄ ſua forma per ſe genita eſſet ens in actu,& ſubiectū formę eſſet ens in actu.igitur eſſent duo in actu.aut aliter argumentatur, & coincidit in idē ſupponēs ſubiectū formæ non habere eſſe, niſi propter formam. & cauſam affert ex eo,qm̄ actio agentis non pendet à forma.neq; à ſubiecto ſine forma.i. qm̄ actio agentis nec terminatur ad ſubiectum ſine forma, nec ad formam ſine ſubiecto, ſuperius.n. oſtenſum eſt id, quod fit in actu,eſſe compoſitum ex materia & forma hac ſuppoſitione ſtante argumentatur,actio agentis terminatur ad ſubiectum,quia terminatur ad formam.i. ad actum compoſitum.igitur generās ſubiectū formæ eſt illud, quod generat formam in vno,& ſimul totum cōpoſitum,quia per ſuppoſitionem non generat ſubiectum, niſi quia generat formam. tunc reducit̃ argumentum ſic,ſi ſubiectū formæ generaretur ab aliquo agente, & forma ab alio,ſic vnius actus.i.vnum compoſitum generaretur à duobus agētibus quod eſt impoſsibile. eſt igitur vis rationis hæc,non poteſt generari ſubiectum formæ,niſi cōpoſitum ex materia,& forma gignatur. nec pōt forma effici, niſi ſubiectū eius fiat, ergo ſi duo eſſent agentia,quorū alterū formā,alterū ſubiectū formæ efficeret,vnum compoſitum eſſet à duobus generantibus.quia & à generante formā, & à generāte ſubiectū formæ,quod eſt abſurdū.demū affert cauſam erroris illorū & primo ex eo,quia non intellexerunt demonſtrationem Ariſt.addit tñ Auic.non eſſe ſibi admirationi,quia errare ſæpius ſolet ſed Alpharabium,qui in libro de duabus Philoſophiis rē hanc reuocauit ſibi in dubiū.deinde ex eo,qa Platonis opinio vř magis cōuenire veritati Theologorū, qui aſſerunt id, quod oïa agit,eſſe vnū videlicet deū, quippe cū agentia hic non operent̃ inuicē ita aut alterū, alterum efficiat,ſic.n.eſſet in infinitū progreſsio.fieret.n.filius ex patre, & pater ex alio,& ſic in infinitum. quare ad euitandū infinitū poſuerunt vnum agens incorporeum videlicet deū qui oïa efficiat.deinde obiicit contra hos ex eo,qa impoſſe eſt ſubam ſeparatam tranſmutare materiā,niſi interuentu cuiuſdam corporis,quod non eſt genitū,nec corruptibile.i.niſi interuentu corporū cœleſtiū, quæ loco quidē ſunt tranſmutabilia. ſuba vero intraſmutabilia.ex hoc concludit nullā intelligentiam ſeparatam efficere poſſe aliq̄ formā materialē, quæ cum materia coaleſcit,niſi interuentu corporum cœleſtiū, ſed hæc an vera ſint,petēda ſunt à dilucidario, vbi declarauimus hæc,quæ Auer.ait,non eſſe vera, licet videantur peripatetica.illic.n. explicauimus, quonā modo ab intelligentiis,& ab ipſo deo effici poſsit forma ſine interuentu corporis cœleſtis,& aliqñ cœlo ipſo interueniente. deinde aſsignat cauſam.quare Ariſto.poſuit intellectū agentē ſeparatū.aſſerēs Ariſt.non poſuiſſe intellectum agentē ſeparatū,vt ſi creator oïum formarū materialium,ſed quia eſt effectrix cauſa intellectionū,quę ſunt immateriales.eſt.n.peripatetica dignitas, vt immateriale,& impermiſtum cū materia fiat ab immateriali, & ab impermiſto cum materia,quemadmodū contra miſtum cum materia fit à miſto cum materia.quia ergo intellectiones ſunt immateriales, quæ fiunt ab intellectu agente,ideo oportet intellectum agentem eſſe immaterialem.verum quæſtio non parua eſt,vtrum intellectus agēs ſit effectrix cauſa intellectionis, ſed quia hæc quæſtio attinet ad librum de aïa, ab eo libro ſolutio petenda eſt,ex his igitur patet ſolutio ab obiecta, q̄ pro opinionibus contrariis Auer. induxit, ad primum quidem,qm̄ animatum,quod fiet ex putri materia, fit à virtute, quæ continet̃ in huiuſmodi materia, à ſole, ſtelliſq; mota,atq; ad eius gñationem inſtituta. declaratū eſt.n.virtutē hanc eſſe potentia aïam, & hoc ſufficit.ad ſcd̄m vero,qm̄ ſupponit falſum videlicet formā generari, cum oſtenſum ſit id,quod generatur, eſſe cōpoſitum.ad tertiū, qm̄ etiam falſum ſupponit. ſupponit.n.calidum non poſſe ſubſtantiam agere,quod verū eſt,vt calidum.ſed,vt inſtrumentum ſubſtantiæ,calidū ſubſtantiam efficere,nemo dubitare debet: vt in dilu-

Error Auer.

cidario expoſitum eſt non ſemel. ad quartum etiam patet ſolutio. dicere.n. poſſumus motũ excuſsionis lapidis cum ferro, non eſſe cauſam principalẽ effectricẽ ignis. ſed vt inſtrumentum lapidis, & ferri, quæ inuicẽ concuſſa ignem agunt. hęc de Auer. digreſsione, circa q̃ eſſent multa diſputanda, quæ ideo ſub ſilentio tranſimus, q̃m in dilucidario ampliſsime ſunt diſputata.

CAP. XI.

Formam non generari non tantum in ſubſtantia verum eſſe, ſed in cæteris prædicamentis.

TEX. 32. *formam* εἶδος *ſpeciem.*

AT *uero ratio non de ſubſtantia ſola formam nõ fieri declarat, ſed de omnibus ſimiliter primis communis eſt ratio: ut de quantitate, qualitate, cæteriſq; prædicamentis. nam ut ænea ſphæra fit, ſed non ſphæra, nec æs, & in ære fit, ſemper. n. oportet materiam, formamq; antecedere, ſic & in ipſo quid eſt, & in quali, & quanto fit, cæteriſq; prædicamentis ſimili modo. non. n. fit ipſum quale, ſed quale lignum, neq; quantum, ſed quantum lignum, aut animal.*

Cum declaraſſet in ſubſtantiis id, quod generatur eſſe cõpoſitum, & non formam ſolam, neq; materiã ſolam, nunc vt Auer. innuit, amplificat hoc, quod dixit, ad alia prædicamenta, oſtendens etiam in cæteris prædicamentis id, quod fit, eſſe compoſitum, & nõ formã ſolam, neq; materiam ſolam, & hoc proponit, & dicit {at vero ratio} ſubaudi quæ iam dicta eſt de ſubſtantiis, quæ erat, vt in ſubſtantiis compoſitum fieret {non de ſubſtantia ſola formam non fieri declarat} neq; ſubaudi materiam ſolam {ſed eſt communis ratio de omnibus ſimiliter primis} .ſ. ganeribus. & exponens quid intelligat per prima gña, ſubdit {vt de quantitate, qualitate, cæteriſq; primis prædicamentis} deinde aſſignat rõnem, quæ magis conſiſtit in exemplo, & debet legi ſuſpenſiue vſq; ibi {ſic & in ipſo quid eſt} & dicit {nam vt ænea ſphæra} .i. nã vt hoc cõpoſitũ, quod eſt ęnea ſphęra fit, ſed nõ ſphæra .i. ſed nõ forma ęneę ſphęræ {nec æs} .i. nec materia, quæ eſt æs. ſed {& in ære fit} .i. ſed & cõpoſitũ fit, formam.n. fieri in materia, eſt idẽ quod compoſitũ fieri, vt ſuperius eſt expoſitũ. deinde affert rationẽ, quare cõpoſitum fit, quã antea explicauit, & dicit {ſemper enim} ſubaudi in generatione ipſa {oportet materiam, formamq; antecedere} vt ex his gignatur cõpoſitũ. pręexiſtit.n. materia, vt in ea forma recipiatur, & præexiſtit forma in agente, ex qua fit id, qđ fit. tunc terminando ſuſpenſionẽ ſubdit {ſic & in ipſo quid eſt} .i. in ipſa ſuba} & in quali, & quanto fit, cæteriſq; prædicamentis ſimili modo} & hoc oſtendit quaſi inductione, & dicit {non.n. fit ipſum quale, ſed quale lignum, neque quantum, ſed quantum lignum, aut} quãtum {animal} quare patet non ſolum in generatione ſubſtantiarum cõpoſitũ eſſe id, quod fit, ſed in cæteris prædicamentis, vt Auer. amplificauit. Alex. ſic exponit, poſtquam ſubſtantiarum formam, qua forma eſt, non generari docuit, ſed fieri in ſubiecto hoc eſt in materia rationem affirmat, quæ formam ſubſtantialem .i. ſubſtantiam non generari demonſtrat, idem quoq, de cæteris prędicamentis demonſtrare quali, quanto, & reliquis. eſt autem Ariſt. ratio, vt Alex. exponit, q̃m vt globus æneus efficitur, non tamen forma globi, ſic album lignum, & bicubitale fit, non autem albedo, neq; quantitas. atq; hoc ęs efficitur ex aliquo ſubiectn exempli gratia ex qua. forma vero & quiditas non efficitur æs. quę expoſitio differt ab illa Auer. q̃m illa Auerroes vult Ariſt. amplificare illud, quod de ſubſtantia dixit, vt ꝙ compoſitum tantum generetur, non forma, nec materia. at Alex. vult vt Ariſt. oſtendat ſolum formam non fieri per ſe, ſed in materia: mouetur autem Alexan. ad hanc expoſitionem ex primis verbis, quæ ſic in dictione leguntur {at vero ratio non de ſubſtantia ſola, ſed formam nõ fieri declarat} & reliqua, verum exemplũ Ariſt. eſt contra expoſitionem hanc, vt patet conſideranti, ideo Expoſitor ait ꝙ cum Ariſt. declaraſſet id qđ fit, eſſe compoſitum, & poſſet eſſe dubitatio de accidẽtibus, nunc quaſi ſoluens dubitationem idem oſtendit in accidentibus, & recte exponit.

Qua Auer. Com. 32.

Verum proprium ſubſtantiæ ex his accipi poteſt, quoniã neceſſe eſt aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ efficiat, ut animal, ſi animal naſcitur, quale autem, aut quantum nõ neceſſe, niſi potentia ſolum.

Alexander exponens hunc locum, vult Ariſt. quęrat, ſi neq; ſubſtantia fit, neq; quale, neq; quantum, quo de mum ſubſtantia diſcrepet à cæteris. & vult, vt ſoluat ex eo, quia in ſubſtantia .i. quia in generatione ſubſtantiæ neceſſe eſt vt præexiſtat altera ſubſtantia actu, quæ efficiat, exempli cauſa neceſſe eſt, vt Alex. qui ſubſtantia eſt, pręter ipſius præexiſtat. in albo aũt nihil eſt neceſſe, vt album actu præexiſtat, ex quo efficiatur, ſed poteſtate tantum. Auer. autem vult, vt Ariſt. afferat quoddam proprium ſubſtantiis. melius autem dicerem ꝙ cum Ariſt. inter generationem ſubſtantiæ, & generationem accidentium accepiſſet conuenientiam, vt ex aſsignata amplificatione patuit, nunc aſsignat differentiã, quã expoſitionem innuit illa particula {verum} quæ aduerſatiua eſt, vt ſit ſenſus licet conuenientia ſit, vt diximus {verum} tñ {proprium ſubſtantiæ .i. generationi ſubſtãtiæ {ex his} quæ ſubdit {accipi poteſt} quo proprio habeatur differentia inter ſubſtantias, & cætera genera. deinde exponens illam propriam differentiã dicit {q̃m neceſſe eſt aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ} in generatione ſubſtantiæ {efficiat} .ſ. eius generationem, cuius exemplum affert, & dicit {vt animal} neceſſe eſt ſubaudi actu præcedere quod efficiat {ſi animal naſcitur, quale autem, aut quantum} ſubaudi ſi quale, aut quantum naſcitur {non neceſſe eſt} ſubaudi actu præcedere {niſi potentia ſolum} & Auerroes intelligit ſic ꝙ ante generationem ſubſtantiæ oporteat præexiſtere alteram ſubſtantiam agentem quæ eſt actu de ſpecie eius, quod naſcitur. ante vero generationem qualitatis, aut quantitatis non oporteat, vt præexiſtat qualitas agens de ſpecie qualitatis, quæ naſcitur, ſed ſolum neceſſe eſt, vt præexiſtat materia, quæ potentia eſt qualitas genita. quam expoſitionem Alexan. etiam ſentit cũ ait. ſed poteſtate tantum, q̃m non album lignum poteſtate album eſt. igitur per illud, quod præcedit in generatione accidentis, intelligit materiam, vt Auer. expoſuit. Sed his occurres, & primo aduerſus id, quod primo loco dixit, quoniam proprium eſt, quod omnibus competit. at non omnibus ſubſtantiis hoc, quod proprium ſubſtantiis dixit, competere videtur, generatur .n. ignis, & non ſemper ante ignem præcedit aliquid de ſpecie ignis, cum aliq̃n à motu, aliq̃n à lumine generetur. contra vero ſecundum, q̃m pro generatione accidentis non ſufficit materia ſola, alioquin fieret neceſsitate materiæ, ſed requiritur agens, quod accidenti ſaltem ſm virtutem ſit ſimile. Expoſitor innuit ſolutionem ad primum, exponens Ariſtotelẽ per ſubſtantiam intelligere

Qua Auer. Com. 32.

Qua Auer. Com. 32.

Dubitatio.

intelligere non oẽm ſubſtantiam, ſed ante oẽm ſubſtantiam, quæ ſit ex ſemine. & ſic excluduntur animalia ex putri materia orta, & elementa, & miſta imperfecta. Ariſt. n. loquitur ſolum de ſubſtantiis, quæ ex ſemine fiunt. q̃m de eis exemplum affert. & cum dr̃ hoc proprium eſſe ſubſtãtiæ, intelligas non quia omni, ſed quia ſoli ſubſtãtiæ competit, ceu ſimum naſo, & ſemper, non ſimpliciter, ſed cum fit. & fortaſſe Ariſt. intelligit proprium eſſe ſubſtãtiæ, cum generatur, vt præexiſtat ſubſtantia, quæ principaliter efficiat, non quidem ſubſtantia eiuſdem ſpeciei, ſed vel eiuſdem ſpeciei, vel eiuſdem generis prædicamenti. non. n. fieri poteſt ſubſtantia aliqua, quin præexiſtat ſubſtantia tanquam efficiens principale, quæ ſit ſaltem eiuſdem generis prædicamenti. ignis. n. ꝙ fit à motu, aut à lumine, non fit à motu, aut à lumine, quin præexiſtat id, qđ mouetur tanq̃ agens principale, vt ferrum, & lapis, quæ concuſsione mouentur ad generationem ignis. aut quin præexiſtat corpus lucidum tanquam. agens principale, quod multiplicat lumẽ ad generationem ignis. at corpus lucidum, & ipſum mobile ſubſtantiæ ſunt, quæ licet non ſint eiuſdem ſpeciei cum igne, ſunt eiuſdem prædicamenti ſubſtantiæ. at cum generatur quale, aut quantum, non oportet vt præexiſtat agens nec eiuſdem prædicamenti, nec eiuſdem ſpeciei. ſecundam vero obiectionem diluunt quidam, aſſerentes Ariſto. per id, quod potentia præexiſtit, eſſe intelligendum tã virtutem in agente quam potentiam in materia. non .n. fieri poteſt accidens, quin ſupponatur potentia in materia, & quin ſupponatur aliquid, in cuius virtute productiua ſit, velut agens, non quidem de ſpecie accidentis, ſed virtualiter ipſum continens ſed hæc ſolutio ambigua eſt. nam multa accidentia fiunt nullo agẽte præexiſtente, vt temperatura, qua corpus dr̃ temperatum, miſtio, qua caro, aut neruus dr̃ miſtus. ex quatuor elementis, relatio, qua ſimile quippiam dr̃ alteri ſimile, & id genus. hæc. n. accidẽtia non fiunt, ſed ſequuntur facta. propterea Auer. ait Ariſt. id ſignanter

Quæ Auer. Com. 32. de accidentibus aſſeruiſſe, q̃m qualitas alia generatur à ſibi ſimili qualitate ſaltem plerũq; vt calidum à calido, & frigidum à frigido. alia eſt, cuius generatio ſequitur formam miſtionis primarum qualitatum, vt temperatura, quæ non fit, ſed ſequitur id, quod factum, eſt vt miſturam qualitatum. ſimili modo relatio non fit, ſed ſequitur id, quod factum eſt videlicet fundamentum, & terminum. hæc. n. accidentia, & cætera huiuſmodi non fiunt ab agente per ſe, ſed ſolum ſupponunt potentiam in materia, ex qua, vel in qua fiunt neceſsitate eius. quare conceditur hæc fieri neceſsitate materiæ nullo præexiſtente agente, quod per ſe ea efficiat.

CAP. XII.

Num partium rationes in totius ratione ponantur: & an partes toto ſint priores.

TEX. 33. *Cum autem omnis definitio ratio ſit, & omnis ratio partes habeat, atq; ut ad rem ſeſe habet ratio, & pars rationis ſeſe habeat ad rei partem, dubitatur iam utrum oporteat partium rationem in totius ratione ineſſe, an non.*

Iis exploratis, ac diligenter expoſitis, nunc redit ad definitionem, de qua intendit oſtendere ea, ex quibus conſtituitur definitio, & mouet quæſtionem, quæ ẽm

Quæ Auer. com. 33. Auer. talis eſt, vtrum definitio cuiuſlibet partis earum partium, quæ in definitione totius ponuntur, debeat poni in definitione totius, vt ſi animal, & rõnale ponantur in hominis definitione, debeant poni loco earum definitiones animalis, & rationalis. ſed quia hæc q̃ő ſupponit duo, quorum primum eſt, definitionem rei cuiuſlibet habere partes, ẽm vero eſt vt ita ſe habeat pars definitionis ad partem rei, & tota definitio ad totam rem. ideo primo ſumit primam ſuppoſitionem, & dicit {cum autem omnis definitio oratio ſit, & omnis ratio} .ſ. quæ ſignificat quid erat eſſe {partes habeat} ſit vt prima in figura ſequatur, oẽm definitionem habere partes, quæ fuit prima ſuppoſitio. & cum dicit in maiore oẽm rationem partes habere, accepit rationem, non pro interpretatione, quæ eſt declaratio obſcuræ orationis, vel obſcuri termini per clariorem orationem, nec accepit rationẽ pro deſcriptione, quæ licet fiat ex ſimilibus iis, ex quibus fit definitio, non t̃n fit ex eiſdem. deſcriptio. n. fit non ex genere, & differẽtia, ſed ex ſimilibus his. quare accepit rationem pro oratione, quæ ſignificat, quid erat eſſe. deinde ſumit ſecundam ſuppoſitionem, & dicit {atq; vt ad rem} .ſ. quæ definitur {ſeſe habet ratio, & pars rõnis ſeſe habeat ad rei partem} ſed cum definitio ſit ratio, ſit, vt pars definitionis ita ſeſe habeat ad partem rei, vt vniuerſa definitio ad vniuerſam rem. hæc eſt ſecunda ſuppoſitio, nec demonſtrauit has ſuppoſitiones Ariſt. ſed ex libro Topicorum, & libro Poſteriorum tanquam perſpicuas accepit. his ſtantibus, mox, dubitat, & terminat ſuſpenſionem, & dicit {dubitauit iam, vtrum oporteat partium rõnem in totius ratione ineſſe} ita, vt rationes partium ponantur in definitione totius loco partium, quarum ſunt rationes. hæc eſt expoſitio Auer. & cæterorum iuniorum. deinde ſubdit {an non} & primus ſenſus, quem Auer. & Alex. & Expoſitor ha Com. 33. bent, eſt vt altera pars diſiunctiuæ ad hunc modum, vtrum rationes partium rei, quæ definitur, debent loco partium rei poni in definitione totius rei, vt definitio rei ſit verior, & expreſsio {an non} ſubdi definitiones partium debent poni in definitione totius rei. hæc eſt quæſtio ẽm Auer. alij, vt dicemus, volunt vt verba Com. 33. illa {an non} ſint principium ſolutionis ambiguæ, quã primo aſsignat, antequam afferat veram ſolutionem: Alex. aliter exponit, vult. n. vt quærat, vtrum quæcũq; ſunt partes rei, eædem ſint partes rationis. i. definitionis: & dicit {cum autem omnis definitio ratio ſit, & oĩs ratio partes habeat} ſubaudi ſit, vt oĩs definitio partes habeat, quæ fuit prima ſuppoſitio. deinde explicat ſecundam {atq;, vt ad rem} .ſ. quæ definitur {ſeſe habet ratio} .i. ſeſe habet tota definitio ad totum definitum {ſic & par rationis} .i. definitionis {ſeſe habeat ad rei partem} .i. ad partem definiti: tunc terminando ſuſpenſionem affert quęſtionem ſuo ingenio dignam, & dicit {dubitatur iam vtrum oporteat partium rõnem} .i. ipſas partes rei, ratio. n. partis ipſa pars eſt {in ratione totius ineſſe, an non oportet} .ſ. in eſſe, vt ſit exempli gratia hominis definitio huiuſmodi, animal, pedeſtre, bipes, manus habens, atq; caput. eſt igitur ſenſus q̃ōnis, vtrum quæcũq; ſunt partes definiti, debeant eſſe partes definitionis, vt q̃m animal, pedeſtre bipes, manus habẽs, atq; caput, ſunt hominis partes, hæc eadem debeant eſſe partes definitionis hominis, aut non debeãt eſſe partes definitionis hominis. hæc. n. eſt quæſtio ẽm Alex. quo vero ad ſuppoſitiones attinet, vr̃ ſecunda ſuppoſitio ſuperflua, q̃m ſine illa poteſt quęſtio habere locum ex ſola prima ſuppoſitione. quare ſecunda ſuppoſitio vr̃ ſuperflua. dicendũ ꝙ licet ſecunda ſuppoſi-

tio videatur ſuperflua quantum ad qõnis ſenſum, tñ eſt vtilis quantum ad rationabilitatem qõnis.qm̃ ſi ita ſeſe habet pars definitionis ad partem rei, ſicuti tota definitio ad totam rem.ſequetur, vt quemadmodum tota definitio conſtat ex tota re, ſic partes definitionis erunt partes rei,i.ſic aggregatum ex partibus definitionis erit aggregatũ ex partibus rei, quo fiet,vt quæcunq; rei partes ſint, eædem ſint partes definitionis. quare ſuppoſitio ſecunda erit vtilis ad rationabilitatem quæſtionis.

Partium τμημάτων incisionum ſegmentorum.

In quibuſdam.n.ineſſe, in quibuſdam non ineſſe uidentur, ratio nãq; circuli partium rationem non habet.at ſyllabæ ratio rationem habet elementorum. & tamen circulus ſuas in partes perinde atq; ſyllaba in elementa diuiditur.

Expoſitio quorundam eſt non ab rõne aſsignata ꝙ Ariſt.ſoluat motam qõnem, & primo per ambiguam ſolutionem, vt ex hac ſolutione cauſam, qua quiſquã in eam dubitationem inductis fuerit, colligat. & iſti legunt partem illam {an non} pro nota ſolutionis, vt ſit ſenſus an non ſemper oportet in ratione totius poni eius partes. Alex.autem vult, vt Ariſt.aſsignet cãm, qua quiſpiam in hanc dubitationem duci poſsit,quam expoſitionem Auer.ſequitur, (Quæ Auer. Cõm. 33.) aſſerens Ariſt.aſsignare cauſam, quare qõ mota ſit rationabiliter, & dicit {in quibuſdam.n.} .ſ.definitionibus {in eſſe videntur} .ſ. partes rei {in quibuſdã} videlicet definitionibus {non vidẽtur in eſſe} .ſ.partes rei,quæ definitur. quod cum ita ſit, merito hanc qõnem proponit, deinde exponit in quibus definitionibus partes rei inſunt,& in quibus non inſunt, vt merito dubitatio habeatur, & dicit {rõ nãq; circuli} .i.qm̃ definitio circuli {partium rationem non habet} .i.partes circuli non recipit. non.n. dicimus circulus eſt figura plana habens duo ſegmenta,ſed dicimus circulus eſt figura è cuius centro ad circunferentiam omnes lineæ ductæ ſunt æquales {at ſyllabæ ratio} .i.definitio {rationem habet elementorum} .i.elementa ipſa, quæ ſunt partes ſyllabæ habet. dicitur.n.ſyllaba eſt vox ex literis conſtans. deinde complens rationem qõnis,ſubdit,& tñ circulus ſuas in partes perinde atque ſyllaba in elementa diuiditur} (Quæ Auer. Cõm. 33.) Auer.autem dicit Ariſt.per hæc innuere eas partes poni in definitione, quæ ſignificant partes quiditatis rei, hoc eſt quæ ſunt partes formæ, & non partes quæ ſignificant partes materiæ. ſecundo ait in definitione ſyllabæ generatim poni partes quales ſunt literæ.dr̃.n. ſyllaba eſt vox, quæ componitur ex vocali, & conſonante,& in definitione breuis ſyllabæ etiam literæ ponuntur, cum ſit breuis ſyllaba, quæ ex vocali, & conſonante breuibus conſtat. longa vero, quæ conſtat ex longis.at in definitione circuli non ponuntur dimidia, & quartæ, ſed contra. dr̃.n.ſemicirculus arcus circuli, quem diuidit diameter. vbi patet circulum acceptum eſſe in definitione ſemicirculi. non autem è contrario. hinc patet qõnis rõnabilitas, nam cum ſyllabæ partes ſint in ratione ſyllabæ, & circulus perinde in ſegmenta diuidatur,vt ſyllaba in elementa,hinc emergit quæſtio cur in ſyllabæ ratione partes ſunt, in circuli non item.

Præterea ſi pars prior eſt toto,& recti anguli pars eſt acutus, & digitus animalis, prior utiq; recto acutus angulus, & homine digitus erit.uidentur tamen illa eſſe priora.ratione.n. ex illis ſane dicũtur,& inſuper eſſe ſine ipſius uidẽtur priora.

Cũ nouiſſet primam qõnem,& illius rõnabilitatem expoſuiſſet, antequam eius ſolutionem inferat, proponit aliam qõnem, videlicet vtrum partes toto priores ſint, an ſecus, & argumentatur ꝙ non adhunc modum, ſi pars ſit prior toto,cum angulus acutus ſit pars recti,acutus.n.minor eſt recto,& digitus ſit pars hominis, ſequetur in prima figura, vt angulus acutus prior ſit recto,& digitus prior homine.de dubitatione aſsignat ſyllogiſmum, & ſupponit qõnem, & dicit {præterea ſi pars prior eſt toto} hæc eſt maior {& recti anguli pars eſt acutus, & digitus} pars eſt {animalis} .i. hominis, hæc eſt minor, deinde affert concluſionem & dicit {prior vtiq; recto} .ſ.angulos {acutus angulus,& digitus} prior {homine erit} quod pro abſurdo relinquit. quare partes non videntur toto priores. deinde ſequitur illa particula {videntur tñ illa eſſe priora} vbi Auer.& Expoſitor velle videntur,vt Ariſt.torqueat problema ad oppoſitum, (Quæ Auer. Cõm. 33.) tum quia partes huiuſmodi definiuntur per illa tota,vt digitus per hominem, & acutus angulus per rectum. tum etiam quia prius eſt, quod poteſt eſſe ſine alio, & aliud non ſine ipſo,& cum homo poſsit eſſe ſine digito,& rectus ſine acuto,fit, vt totum ſit partibus prius. Alex.autẽ Ariſt. in hac parte ait ſoluere qõnem proximam, quæ eſt ſecunda in ordine, iuſta quam ſolutionem Ariſt.primo proponit ſolutionem, & dicit {videntur tñ illa} .ſ.angulus rectus acuto, & homo digito {eſſe priora} hæc eſt ſolutio,deinde ea eſſe priora dupliciter exponit, tũ prioritate definitionis, tum prioritate naturæ, & dicit {ratione.n.ex illis ſane dicuntur} .i.quia in definitione partium accipiuntur tota,at quæ in alicuius definitione ſumuntur, priora ſunt illo ꝙ ſi ſic eſt, totum profecto prius eſt parte,ſuppoſuit autem pro explorato tota ſumi in partium definitione,ſic.n.angulũ acutum definimus, angulus acutus eſt angulo recto minor. itaq; angulus rectus ſumitur in definitione acuti. digitum etiam definientes partem hominis talem eſſe dicimus. ergo totũ eſt definitione prius partibus. deinde exponit qũo totum ſit prius partibus prioritate naturę,& dicit {& inſuper eſſe ſine ipſis videntur priora} quaſi dicat hæc quoq; fides eſſe poteſt,vt tota partibus ſint priora, ꝙ hæc illas ſecum tollant. nam non exiſtẽte parte,totum tamen conſiſtit, licet imminutũ, ſublato vero toto, pars nullo pacto conſiſtit. ad hunc igitur modum Alex.Ariſtotelem ait ſoluiſſet quæſtionem, & quam paulo poſt multis aliis rationibus ſoluturum eſſe affirmat,vt ſuo loco videbitur.

An pars multis dicitur modis, atque uno modo ea pars dicitur, quæ q̃titate menſurat. Verum hæc omittatur. ſedb oc eſt conſiderandũ ex quibus ſubſtantia cõſtat,tanq̃ ex partibus. TEX. 34.

Cum qõnem poſterius poſitam ſoluiſſet, quam & paulopoſt multis aliis rõnibus diſſoluet,redit ad priorem, qua quæritur cur in quibuſdam totorum definitionibus partes rei inſunt, vt de ſyllaba dictum eſt, in aliis non item,vt in circulo,in cuius definitione nõ habentur ſegmenta,hanc multifariam ſoluit,ſed ante ſingulorum dictorũ explicationem operæpreciũ erit breui totũ ſolutionis ꝓpoſitum cõmemorare,quo fiat ſolutio qõnis expeditor.ſolõ igitur talis eſt,vt partiũ,quę materiales ſunt,materiæq; rõnem ſortiuntur,vt oſſa,& nerui, hæ partes nõ ſumunt̃ in formæ definitione,quæ vero nõ ſunt materiæ partes,ſed formæ,vt pedeſtre, & bipes (nõ.n.hæ materiales nõ ſunt,vt manus,& pedes) hæ formæ partes accipiantur in definitione totius.itaq; ex partis æquiuocatione exorta dubitatio eſt. alia.n. pars eſt,vt materię,alia vt formæ. Ariſt.ergo, vt quæſtionis

ſtionis ſolutionem dilucide moliatur, partis diuiſionē præ accipit, & dicit {an pars multis dicitur modis} & exponens eos, ſubdit {atq; vno modo ea pars dicitur, quæ quantitate menſurat} quæ pars quantitatiua dr̃. vt numerus tria metitur nouem.& vt cubitus bicubitum. deinde excludens hunc modum ſubdit {verum hæc} .ſ.pars quantitatiua {omittatur} deinde exponēs partes, quas vult proſequi dicit {ſed hoc eſt conſiderandum ex quibus ſubſtantia conſtat} ſubſtantiam appellans formam {tanquam ex partibus} quaſi dicat nunc eſſe agendum non de partibus quantitatiuis, ſed de partibus quiditatiuis. Auer.autem dicit partes bifariam dici, nam aliæ quantitatiuæ,aliæ qualitatiuæ dicuntur. tunc ait partes qualitatiuas eſſe poſteriores definitione toto, quantitatiuas vero priores. ſed hoc vr̃ dubium.qm̃ partes quantitatiuæ non ingrediuntur definitionem totius,ergo non poſſunt dici definitione priores toto. fortaſſe verba Auer.ſunt corrupta, & qđ dicit de quantitatiuis, debet legi de qualitatiuis, & è conuerſo. qm̃ proximo loco dixit ſemicirculum per circulum, & non circulum per ſemicirculum definiri.

Si igitur quoddam eſt materia, quoddam forma, quoddam quod ex his conſtat, & materia, & forma, & id quod ex utriſq; conſtat, ſubſtantia eſt, fit, ut & materia quidem partim cuiuſdam dicatur, partim non dicatur, ſed ea, ex quibus ratio formæ conſtat, ueluti caro pars quidem concauitatis non eſt. hæc.n.eſt materia, in qua ſit, ſimitatis autem quædam eſt pars. æs etiam totius quidem ſtatuæ pars eſt. eius autem formæ, quæ dicitur, ut ſtatua, non eſt dicenda.

Cum reieciſſet partem quantitatiuam à præſenti cõſideratione,& innuiſſet de partibus qualitatiuis eſſe agendum,vt Auer.ſubaudiuit,nūc declarat cuius ſubſtantiæ materia.i.pars materialis pars ſit, & cuius non, & vult quod tribus exiſtentibus ſubſtantiis, materia non formæ pars ſit, nam formæ partes ſunt ex quibus ratio formæ conſtat, ſed compoſiti ex materia & forma.Ariſt.ergo primo diuidit ens in materiam,formā, & compoſitum,ſecundo accipit vnumquodq; horum trium eſſe ſubſtantiam: & legatur dictio ſuſpenſiue ad hunc modum {ſi igitur} ſubaudi entium {quoddam eſt materia, quoddam forma, quoddam, quod ex his conſtat} ex materia videlicet & forma,hoc eſt primū. deinde accipit ſ̃m,& dicit {& materia,& forma, & id, quod ex vtriſq; conſtat,ſubſtantia eſt} & hic finitur ſuſpenſio,tunc infert cuius ſubſtantiæ materia ſit pars,& cuius non ſit pars,& dicit {ſit,vt materia quidem partim cuiuſdam dicatur} .i.ſit,vt materia pars cuiuſdam dicatur {partim non dicatur} .i.& cuiuſdam non dicatur pars. compoſiti.n.pars eſſe dr̃, formæ non item. deinde exponens quæ partes formæ ſint, ſubdit {ſed ea} .ſ.ſunt partes formæ {ex quibus ratio} .i.definitio {formæ conſtat} quæ quidem ſunt genera, & differētiæ: quæ ſunt partes eſſentiæ, ac quiditatis, & per formam intelligit ſpecialiſsimam, quæ accipitur in concreto per modum totius, vt ſunt homo, & equus, & vnaqueq; forma ſpecifica, quæ accipitur in concreto per modum totius. non.n.homo eſt aliud, niſi forma hominis,quę accipitur in concreto per modum totius. nec equus eſt aliud q̃ forma equi,quæ accipitur in cõcreto per modum totius, ſicut nec animal, aliud eſt q̃ forma animalis, quæ accipitur ſimili modo. huius.n. partes, non materiales partes ſunt, ſed formales. quæ rationis partes dicūtur.deinde cum dixiſſet materiam alicuius partem appellari, cuiuſdam ſecus, hoc ipſum exemplis exponit, vbi animaduerſione dignum Ariſt. per ſimum, ſiue ſimitatem: compoſitum intellexiſſe, quod ex naſi carne cõſtat. & cauitate ex carne quidem vt ex materia,in qua ſit cauitas,ex cauitate vero, vt ex forma, & per cauitatem formam accepit, quæ in naſi carne habetur, vnde dicit veluti caro pars quidem cõcauitatis non eſt} quæ in ipſo ſimo obtinet vicem formæ {hæc.n.eſt materia,in qua ſit} .ſ.cauitas.nam licet caro naſi materia ſit,in qua cauitas effici nata eſt, non tn̄ eſt pars cauitatis, quia non eſt id,quod determinate ſubiicitur cauitati. cum in lapidibus, lignis ære, breuiter in omnibus aut pleriſq; corporibus cauitas eſſe notetur {ſimitatis autem quædam eſt pars} qm̄ ſimitatē extra carnem non eſt reperire.omnis.n.ſimitas in carne obtinet eſſe, ac iccirco caro ſimitatis eſt pars, hoc eſt prim um exemplum.deinde aſsignat ſ̃m exemplū, & dicit {es etiam pars eſt totius quidem ſtatuæ} quæ eſt ſenſibilis,& particularis ſtatua.hæc.n.eſt,quæ componitur ex ære,& figura {eius autem formæ,quæ dr̃,vt ſtatua, non eſt} ipſum æs {dicenda} pars. Auer.autem addit materiam non eſſe partem formæ,& ita non poni in definitione formæ vt partem, ſed eſſe ſubiectum formæ, ſine quo forma eſſe non poteſt. & propterea ait materiam collocari in definitione formæ vt vehiculum deferens quiditatem,vt ſuperius dixit,& poſtea dicetur.tu vero animaduerte formam materialē poſſe dupliciter definiri, vno modo vt abſtractum, & hoc pacto anima definitur ſecundo de anima definitur libro ſecundo de anima, alio modo concreto,& ſic definitur animatum in libro de animalibus, ꝙ habeat principium augmenti,decrementi,& generationis intra ſe. ſimili modo homo poteſt definiri in concreto, & ſic definitur vbiq; ꝙ ſic animal rōnale mortale. alio modo definitur in abſtracto,& hoc pacto libro ſecundo de anima deſcribitur anima intellectiua,ꝙ ſit principium intelligendi in corpore humano. cum itaque forma definitur in concreto,materia ponitur in recto, & loco generis,& hoc pacto,animal,quod eſt materia animæ intellectiuæ, ponitur in definitione hominis. cum vero definitur in abſtracto, materia ponitur in obliquo, & ſic accipitur, vt deferens formam, & hoc pacto loquitur Auer.& addit Auer.ꝙ materiam poni, vt ſubiectum deferens in definitione non eſt verum, niſi quando forma eſt materialis, quæ cum materia facit compoſitum.nam in definitione formæ immaterialis nec ponitur materia,vt pars,nec vt deferens.

Que Auer. Cōm.34.

Cōm. 21. Cōm.43.

Eſt enim ipſa forma, & ut formam quæq; res habet, ſed materiale nunquam per ſe eſt dicendum.

Cum expoſuiſſet differentiam inter materiam,& formam dixiſſetq; materiam non eſſe partem quiditatis. formam vero eſſe, nunc vt Auer.ait, Ariſt.hoc ita eſſe oſtendit ex eo, quia forma prædicatur de vnoquoq; indiuiduo inquantum habet formam, hoc eſt per ſe.at materia, vel materiale de nullo illorum prædicatur per ſe, & iuxta hanc expoſitionem dicit {eſt.n.& vt formā quæq; res habet} dicenda {ipſa forma} .i.dicendum eſt,ꝙ de vnaquaq; re indiuidua prædicetur forma cõcretiue ſumpta, quatenus vnumquodq; indiuiduum formam habet, hoc eſt prædicatione per ſe, dicitur.n. forma cõcretiue ſumpta de vnoquoq; indiuiduo prædicatione per ſe, ſed materiale nunquam per ſe eſt dicendum de vnoquoq; indiuiduo, qm̄ materiale nec in abſtracto nec in cõcreto prædicatur de indiuiduo præ-

Que Auer. Cōm. 34.

dicatione per ſe.quo fit,vt nec materia, nec materiale ſit pars quiditatis, cum nūquam p̄dicetur per ſe de indiuiduo.hæc de mente Auer.Alex.vero ſic exponit,cū non modo ſtatuæ formam appellaſſet ſtatuam, ſed etiam hanc æneam & particularem ſtatuam eodem ſtatuæ nomine nuncupaſſet, q̄m in hunc modum cōtradici poſſet, concedamus ſtatuæ formam rectè nuncupari ſtatuam,compoſitum tn̄ & particulare cur ſtatuam appellemus,& non potius æneam.iccirco huiuſmodi obiectioni occurrens ait {dicenda.n.eſt ipſa forma} ſubaudi ſtatuæ ſtatua {& vnaquæq; vt formam} .ſ.ſtatuæ {habens} etiam dicenda eſt nomine ſtatua {materiale autem nunquam per ſe eſt dicendum} nomine ſtatua.eſt.n.ſenſus,q̄m res à forma denominatur, non à materia, iccirco in omnibus forma dici, & res quatenus forma ſunt, appellari debent. vt ſi forma ſit ſtatuæ,res ſtatua nuncupetur,ſi tripodis,tripos,& cætera ſimiliter, nō autem materia nuncupanda eſt,neq; res ab ipſa nominandæ. nam ſi æs efficitur ex aqua,nō erit par ipſum æs aquā nominari, ſed æs ab ipſius forma. quare rectè tam forma ſtatuæ, quam particularis ænea ſtatua, nomine ſtatuæ nuncupanda eſt, quæ expoſitio placet.

Quapropter circuli quidem ratio fruſtorum rationem non habet. At quæ ſyllabæ eſt, rationem habet elementorum. elementa.n.orationis partes ſunt formæ,ſed non materia. fruſtra autem circuli ſic ſunt partes,ut materia, in qua circulus fit.

Cum materiam iam partem alicuius appellari dixiſſet, iam ſecus, & obiter q̄onem, quæ obiici poſſet, explicaſſet nunc ex his ſoluit primam q̄onem, ſubſcribens cauſam cur in ſyllabæ definitione elementa eius ſumuntur, in circuli rōne non perinde ſegmenta, aſſerens in ſyllabæ rōne iccirco elementa ſumi, quia elementa ſunt partes formales ſyllabæ. in rōne vero circuli non ſumi ſegmenta, q̄m ſegmenta ſunt partes materiales circuli, & dicit {quapropter circuli quidem rō fruſtrorum rōnem non habet} .i.non habet fruſtra tanquam partes rationalis.i.formales. ſed materiales, partes.n.formales circuli ſunt figura, & plana, & vna linea contenta, & omnes lineas à centro ad circunferentiam ductas eſſe inter ſe pares {at} ratio {quæ ſyllabæ eſt, rōnem habet elementorum} .i.elementa habet tanquam partes rōnis, atq; formales. deinde affert cām, & dicit {elementa.n.orationis} .i.ſyllabæ {partes ſunt formæ} .i.formales {ſed non materia} .i.& nō partes materiales {fruſtra autem circuli ſic ſunt partes vt materia, in qua circulus fit} vti æs, in quo circulus fit. rectè ergo dictum eſt elemēta ſumi in ratione ſyllabæ, ſegmenta vero nequaquam in rōne circuli. ſed quæret aliquis, cur cum non ſegmenta circuli partes materiales ſint, elementa non ſunt partes materiales ſyllabæ. Reſpondet obſcure, ſed eius ſecunda dilutio eſt, iccirco ſegmenta eſſe materiales partes, q̄m forma circuli, & omnino forma omnis ipſa per ſe partibus vacat,& eſt incorporea, quāquam materię, in qua ineſt, coextendatur, & propter ipſam in interuallo fiat. formæ itur interuallis omnino vacant,& partibus omnino carent. ſegmenta vero quanquam à ſenſibilibus abducantur, tn̄ interuallum quoddā eſt intelliguntur circunferentia,& linea recta contentum. interuallum autem non eſt alterius q̄ materię, cum interim nullum interuallum in elemētis liceat intelligere. facilius tn̄ dicerem cauſam diuerſitatis eſſe, q̄m literæ ſunt de ratione

Dubitatio.

ſyllabæ tam ſ̄m eſſe indiuiduale, quam ſ̄m eſſe ſpecificum. non.n.poteſt intelligi ſyllaba, nec hæc ſyllaba ſine literis. at ſegmenta, & fruſtra non inſunt circulo, niſi quo diuiditur, & ſic ſ̄m eſſe indiuiduale. accedit etiam q̄ circulus intelligi poteſt ſine ſegmentis. poſſumus enim intelligere circulum, quo eſt figura, à cuius centro ad circunferentiam omnes lineæ ductæ pares ſunt,qua tamen conceptione circulus non intelligitur, quo diuiditur in ſegmenta.

Propinquiora tamen ſunt formæ quàm æs, tum rotunditas in ære fuerit orta.

Sed circa ea, quæ dicta ſunt, emergūt dubitationes, quarum prima talis eſt, dictum eſt.n.ſemicirculum non eſſe partem rōnis circuli, quia non pertinet ad formam circuli, eſt igitur dubitatio vtrum eodem modo ſemicirculi ſint extra rōnem circuli, ſicuti æs eſt extra rōnem circuli facti in ære. hæc dubitatio eſt vt Auer. exponit.& reſpondens aſſerit partes circuli hoc eſt ſemicirculos propinquiores eſſe formæ circuli quam ęs, quoties in ære circulus ortus fuerit. cauſa autem eſt, q̄m ſemicirculi ſunt materia neceſſaria circuli, æs autem vel ferrum nequaquam. nullus.n.circulus eſſe poteſt ſine ſuis ſemicirculis, licet vt dictum eſt, intelligi poſſit. at ſine ære, vel ferro, & eſſe, & intelligi poteſt circulus. vnde dicit, quanquam ſegmenta circuli ſunt partes,vt materia {propinquiora tn̄ ſunt formæ quam æs,cum rotunditas} .i.circulus {in ære fuerit orta} ad ipſam.n.proprius accedunt quam æs, eſt.n.æs materia circuli præter neceſſaria.ſemicirculo vero materia neceſſaria: & non intelligas per ſegmentum, oē ſegmentum.nam interuallum,quod eſt in æneo ſegmento, nō eſt idem,quod illud, quod intelligitur in ſeparato.itaq; ſegmētum ſeparatum magis accedit ad formam quam inſeparatum,quod in materia quadam habetur, atque ſubiecto. ſic.n.ſuppleuit Alex.nam ſegmentum, quod eſt in materia ſenſibili, eſt ita remotum à forma circuli,quemadmodum materia ipſa ſenſibilis videlicet, æs, aut ferrum.quare rectè ſuppleuit Alexander. Quę Auer. Com. 34.

Atqui neq; elementa omnia aliqua ex parte in ſyllabæ ratione inerunt,ut hæc cerea, aut ea, quæ ſunt in aere. iam enim & hæc partes ſunt ſyllabæ ut materia ſenſibilis.

Secunda vero dubitatio eſſe poteſt talis, dictum eſt .n.elementa eſſe partes rationis ſyllabæ, ideo quæret quiſpiam, vtrum omnia elementa ſint partes rationis ſyllabæ,an quædam ſic,quædam ſecus.reſpondet non omnia elementa eſſe pariter ſyllabarum partes rōnis, q̄m non literæ cereæ, aut literæ, quæ ſunt in ipſo aere, per quem fit vox.q̄m hæc elemēta cerea, vel aeria ſunt veluti materia ſenſibilis videlicet æs eſt materia circuli.vnde dicit {neq; elementa omnia aliqua ex parte} ſubaudi pariter in ſyllabæ {ratione inerunt,vt hæc cerea} .ſ.elementa {aut ea} .ſ.elemēta {quæ ſunt} in voce,quæ fit {in aere} non.n.hæc pertinent ad rationem ſyllabæ,cuius cauſam affert,& dicit {iam.n.& hæc partes ſunt ſyllabæ, vt materia ſenſibilis} quæ indiuidua eſt, & præter neceſſaria, ac præter rationem ſpeciei. nam cum vox ſit percuſsio aeris, vel aer percuſſus, dubio procul cum loquimur, aer verbis conformatur, & quodammodo B C A, & cætera id genus efficitur. ſed quomodo aer dictis configuretur, accuratius petendum eſt in ſecundo de anima, vbi Ariſtoteles de voce mentionem fecit.

Etenim

Etenim non ſi linea cum in dimidia, aut homo cum in oſſa, & neruos, carneſq; diuiditur, corrumpatur, propterea & ex his, ut ex ſubſtantiæ partibus conſtant: ſed ut ex materia. Atq; totius quidem illa ſunt partes. formæ autem, ac eius, cuius eſt ratio, nō ſunt partes. Iccirco neq; in ipſis rationibus inſunt.

Cum docuiſſet ſegmenta ad circuli rōnem non aſſumi, nec æs ad ſtatuæ ex eo, quia ſunt quaſi materia, cum ea aſſumi debeant ad formarum rōnes, ex quibus formæ conſiſtunt. expoſuiſſetq; circulum non quo forma eſt, conſiſtere ex ſegmentis, neq; ex ære ſtatuam, ipſam dico ſtatuæ formam, ſimiliter hominis quiditatem non carnibus, & oſsibus conſtare, neq; lineam ex medietatibus, hæc cum effatus eſſet, qm̄, vt Alex. inquit, poſſet aliquis in hunc modum obiicere, ſi linea nō conſtat ex ſegmentis, neq; homo ex carnibus, neruis, & oſsibus, cur ſi linea diuidatur in medietates, interit, & homo ſi in neruos, & oſſa, ſimiliter. quare certum fiet, hominem ex carnibus, & neruis, lineam ex medietatibus conſtare, & omnino rem quāq; ex iis, in quę cum diuiditur, corrumpitur. quod ſi verum eſt, illa ꝓfecto ad ipſorum definitionem ſumentur. ergo ſm̄ Alex. Ariſto. hic ſoluit dubitationem, quæ obiter iis, quæ explicata ſunt occurrere poteſt. etiam dici poſſet, & fortaſſe rectius Ariſt. diluere rōnem, quæ in contrarium tacta eſt, dictum eſt. n. ita circulū cum in ſegmenta diuiditur, corrumpi, ſicuti linea, cum in dimidia. ergo, vt elementa ſunt de rōne ſyllabæ. ſic ſegmenta videntur de ratione circuli. reſpondet id non ſufficere, qm̄ ſtat lineam, cum diuiditur in dimidia, corrumpi, & hominem cum diuiditur in oſſa, neruos, & carnes, & tn̄ nec dimidia ſunt de ratione, lineæ, nec oſſa, & nerui de ratione hominis. cauſa eſt, qm̄ illa ſunt partes totius compoſiti, quod eſt indiuiduum, non autē partes ſpeciei, & formæ, quæ proprie eſt id, quod definitur. & quia ad diuiſionem totius in partes quaſcunq; totum corrumpitur, fit, vt forma ſaltem per accidēs corrumpatur, vel ſaltem deſinat eſſe forma eius, cuius erat forma. vnde dicit {etenim non ſi linea cum in dimidia, aut homo cum in oſſa, & neruos, carneſq; diuiditur, corrumpatur, propterea & ex his, vt ex ſubſtantiæ partibus conſtant, ſed vt ex materia} & ſic non ſequitur, vt illæ ſint partes rationis hominis, ſed vel partes, vt formæ, vel partes, vt materiæ: & quia ſunt partes, aut vt formæ, aut vt materiæ, ideo ſequitur, vt corrumpatur linea, aut homo, cum diuiditur illa quidem indiuidua, hic autem in oſſa, & reliqua. nam ad corruptionē materiæ ſequitur corruptio formæ. eſt. n. materia non pars quiditatis, ſed ſubiectum deferens quiditatem. deinde exponit cuius proprie ſint partes, & dicit {atq; totius quidem illa ſunt partes} quod totum eſt indiuiduum ſenſibile {formæ autem, ac eius, cuius eſt ratio} .i. quæ forma eſt quiditas {non ſunt partes} .ſ. proprie ſed ſunt ſubiectū deferens partes eſſentiales: quæ ſunt genus, & differentia, quibus explicatur, forma {iccirco neq; in ipſis rationibus inſunt} .ſ. vt partes, ſed ſi inſunt, vt ſubiectum deferens partes formales inſunt. ergo dimidia lineæ compoſitæ cum materia, & oſſa, & carnes, & nerui hominis compoſiti partes ſunt materiales, formæ autem eorum, vt ſubiectū ſunt. quare ſi quis compoſitum per accidēs definierit (nam proprie formarum definitiones ſunt) illæ partes in compoſiti rōne accipientur. non autem in rōne formæ, quæ proprie eſt id, qđ definitur. vnde Auer. aſſerit, id quod ꝑ ſe definitur, eſſe formam, nam interdum in concreto per

Que Auer. Com. 34.

modum totius, nonnūquam in abſtracto per modum partis definitur. & quia forma per ſe definitur, & materia non eſt pars formę: ideo nec pars definitionis eſt. quia vero eſt pars compoſiti ex materia, & forma, ideo eſt pars rōnis, qua definitur compoſitum ipſum, quod ſaltem per accidens definitur. eſt. n. compoſitum ſingulare, cuius non eſt definitio per ſe, & propterea dici poteſt materiam non eſſe partem definitionis ſimpliciter, ſed ſolum eius, quod per accidens definitur. vnde Alex. in rōne inquit compoſitorum inerit rō talium, manus dico & oſsium, & ſimilium. non autem in rōne formarum. & cauſam afferens, aſſerit, quia compoſita ex his tanq̄ ex principiis conſtituuntur, & in ipſa decedūt, & ſi dices, ſi homo, & linea non conſtant ex his, qūo diuiduntur in hęc, & reſponſio patet, quoniam forma, quæ nomine hominis appellatur, & forma, quæ nomine lineæ, non diuiditur in hæc, ſed compoſitum ex forma hominis, & materia. ſimiliter linea cōpoſita ex forma, & ære, vel ligno in hæc diuiditur.

In quibuſdam igitur huiuſmodi partium ratio inerit, in quibuſdam uero non oportet ipſum ineſſe, niſi ſit ipſius ratio ſimul ſumpti. propter hoc enim nonnulla quidem ex his ſunt, ut ex principiis, in quæ corrumpuntur. nonnulla aūt non ſunt.

Ex iis, quæ dicta ſunt, per modum cuiuſdam excerpti concludit, in quibuſdam rōnibus partes quæ ſe habent, vt materia ineſſe, in aliquibus autem rōnibus nō oportere ineſſe, & dicit {in quibuſdam igitur} ſubaudi rōnibus {huiuſmodi partium rō inerit} .i. huiuſmodi partes, quæ ſunt, vt materia inerūt {in quibuſdam vero} ſubaudi rōnibus {non oportet ipſam} .ſ. rōnem partium ineſſe. i. ipſas partes materiales ineſſe, & exponens quod dixerat, ſubdit {niſi ſit ipſius rō ſimul ſumpti} .i. niſi definitio ſit compoſiti indiuidui, nam in tali rōne partes, quæ ſunt, vt materia videlicet oſſa, nerui, & id genus inſunt. in rōnibus vero formarum non inerunt. & quia dicere quis poſſet, propter quid nōnulla definiuntur ex iis principiis, in quæ cum diuiduntur, corrumpuntur, nonnulla vero non. ideo ſolutionem ſubdens dicit, quia nonnulla conſtant ex illis ſm̄ rationem, vt compoſita, nonnulla vero non conſtant, vt ſimplicia. i. formæ, & dicit {propter hoc. n. nonnulla quidem ex his} .ſ. partibus materialibus {ſunt, vt ex principiis, in quæ corrumpuntur} vt compoſita, quæ vocauit ſimul ſumpta {nonnulla autem non ſunt} .ſ. ex talibus partibus materialibus, in quæ cum diuiduntur, corrumpuntur. ea quidem, quæ ex talibus partibus ſunt, indiuidua ſunt, quæ ex oſsibus, neruis, & carnibus ſunt, quæ vero non ſunt ex talibus, ſunt vniuerſalia, quæ ſecundum rationem accipiuntur.

Quæ igitur ſimul ſumpta forma ſunt & materia, ut ſimum, aut æneus circulus, ea in hæc corrumpuntur, & ipſorum pars eſt materia. Quæ uero non ſimul ſunt cum materia, ſed ſine materia ſumpta, ut rationes ipſius formæ duntaxat, ea non corrumpuntur, aut omnino, aut non ſaltem hoc pacto.

Cum dixiſſet quædam in hæc interire, alia nequaquam, docet nunc quæ ſunt ea, quæ in hæc intereunt, & quæ ſecus, & dicit {quæ igitur ſimul} .i. collectiue {ſumpta forma ſunt, & materia} .i. quæ ex materia, & forma conſiſtunt {vt ſimum} hoc enim ne ratione quidem licet à materia ſeparare, aut æneus circulus} nam & hęc ſimul cū materia ſumitur, hæc. n. nihil aliud ſunt, q̄ materia & forma collectiue ſumpta. quippe cū ſimū nihil aliud ſit q̄ naſus, & cōcauitas, ęneus vero cir-

culus æs,& forma circuli ſimul ſumpti {ea in hæc} corrumpuntur,vt ſimum in naſum,& concauitatem, circulus vero æneus in figuram circularem,& æs{& ipſorum pars eſt materia} nam æs eſt pars, vt materia ænei circuli,& naſus pars vt materia ſimi, & tu intelligas, vt materia,quia cauitas eſt pars, vt forma ſimi, & figura circularis pars,vt forma circuli ænei{quæ vero non ſimul ſunt cum materia, ſed ſine materia ſumpta, vt rationes ipſius formæ duntaxat}.i.vt formæ,quarum ſolum ſunt rationes,nam compoſitorum vt docebit,non habentur definitiones, eorum ſubaudi id eſt taliũ formarum neq; partes ſunt hæc oſſa videlicet & carnes,& {ea non corrumpuntur}ſubaudi in hæc { aut omnino, aut non ſaltem hoc pacto}quo corrumpuntur copoſita,quæ ex illis conſiſtunt. dixit{aut omnino, aut ſaltẽ non hoc pacto}qm̃ vt Alex.inquit, omnino non perit homo me pereunte,qm̃ poſt meum interitum alius viciſsim hõ exiſtit. ſed qm̃ ego ſubijcior illi. ac eius ſum pars,ille me intereũte interit ex accidẽti. vnde & Auer. ait vniuerſalia quæ formæ ſunt ſine materia, aut non corrumpuntur omnino,aut non ſic. i. aut non per ſe, vt compoſita,ſed per accidens corruptione compoſitorum ſingularium.Ex his,quę Ariſt.ait hic,colligitur primo materiam non eſſe partem ſpeciei, nec alicuius vniuerſalis,ſed ſolum compoſiti ſingularis,quod ſingulari nomine nuncupatur, aut quod per cõmune nomẽ ſignificatur,vt in dilucidario diximus.colligitur ſecũdo compoſitum nihil aliud eſſe quam materiam,& formam collectiue ſumptas:quod nõnulli negant arbitrantes totum vltra materiam, & formam collectiue ſumptas addere quid tertium diuerſum ab eis. verum ſit ne ſic an ſecus,petendum eſt à dilucidario.

Quæ Auer. com.44.

De diſtinctione totius, & partium.

Quare illorum quidem, quæ ſub his ſunt,hæc principia ſunt & partes formæ autem ipſius hæc neq; partes ſunt,neq; principia.& propterea ſtatua lutea in lutum, & ſphæra in æs, & Callias in carnẽ & oſſa corrumpitur, & inſuper circulus ſua in fruſta.eſt enim quippiam,quod cum materia ſimul eſt ſumptum.æquiuoce nãq; dicitur circulus,et qui ſimpliciter dicitur, & qui ſingulares ſunt:qñ ſingulares proprio nomine carent.

Demum nunc concludit differentiam,quæ eſt inter partes indiuiduorum,& partes formæ,quæ eſt ſpecies, quæ concipitur,vt totum,& dicit{quare illorum}ſcilicet compoſitorum indiuiduorum{quæ ſub his}.ſ. formis,atq; ſpeciebus ſunt{hæc}ſcilicet oſſa,nerui, & carnes,& æs, & ſegmenta{principia ſunt,& partes}.ſ. vti materia{formæ autem ipſius}vel ſpeciei{hæc neq; partes ſunt,neq; principia} ſubaudi nullo modo ſunt. qm̃ nec materiales,neque formales partes.deinde affert ſignum,quod accipitur ex corruptione,& dicit{&} ſubaudi quia compoſitorum partes ſunt{propterea in lutum ſtatua lutea}.ſ.corrũpitur {& ſphæra}.ſ.ænea {in æs,& Callias in carnem,& oſſa corrumpitur}nec ab ratione, qm̃ ſtatua lutea eſt ex luto tanquam ex materia, ſphæra ænea ex ære,Callias ex carne,& oſsibus. nec ſolum ſphæra ænea.i.circulus æneus. corrumpitur in æs, ſed {& inſuper circulus ſua in fruſta } ẽt corrumpitur. qm̃ ex fruſtis conſtat. cuius rationem affert,& dicit{eſt enim}circulus.ſ.{quippiam, quod cum materia ſimul eſt ſumptum}id eſt, eſt enim aliquid in ſegmentis, qđ in ipſis concipitur,vt in materia.ſunt.n. ſegmenta materia,quam intelligimus eſſe contentam,vt dictum eſt, à recta linea,& circumferentia,ſed cum ſphæram.i.circulum in æs interire dixiſſet, qm̃ tum particularis & cõpoſitus appellatur circulus,tum forma ipſa circuli, iccirco adiecit{æquiuoce nãq; dr̃ circulus,& qui ſimpliciter dicitur. & qui ſingulares}.ſ.circuli{ſunt}q.d.vt recte Alex.expoſuit,cum circulum interire dicimus, nemo putet vniuerſalem circulum vt formam à nobis dici,ſed circulum particularem . nam in ſingulis hominibus,qm̃ præter hominis appellationem omnibus communem ſuum cuiq; nomẽ tributum eſt,vt callias, vel micallus,non dicimus hominem interire, ſed Calliam, vel Michallum. in circulis autem { quando ſingulares proprio nomine carent}ſed tam vniuerſalis,quam particularis appellatur circulus, iccirco dicimus circulum perire. at ſi circulus æneus exempli cauſa vocaretur veſtimentum profecto non circulum perire diceremus, ſed veſtimentum,quemadmodum Calliam,aut Micallum,non hominem interire dicimus. & cum Ariſt. dicit{æquiuoce nãq; dicitur circulus}intelligit.i. diuerſimode, quatenus circulus dicitur de vniuerſali circulo,qui eſt ſpecies, & de ſingularibus circulis, qui ſunt indiuidua.nam cum particulares circuli vacẽt proprijs nominibus,omnes dicuntur nomine ſpeciei circuli, & ſic hoc nomen circulus videtur multiplex, cum dicatur de communi circulo,& de ſingularibus.ex his,quæ Ariſt.dixit in tota hac dictione, habetur primo materiam non eſſe vniuerſale quippiam,nec partem vniuerſalis,nec ſpeciei.qm̃ eſt vna numero & ex ſe ſingularis habetur inſuper nullã ſpeciem, nullũq; vniuerſale eſſe compoſitum ex materia, & forma, ſed eſſe ſolam formam,vt ſignificatur per nomen concretum. homo.n. nihil aliud eſt quam forma hominis, vt ſignificatur nomine concreto. tertio habetur materiam propter hæc non eſſe partem definitionis,qm̃ non eſt pars rei, quæ per ſe primo definitur. deinceps habetur vniuerſale ſiue ſpeciem, vt hominem diuidi in materiam, & formam non per ſe,ſed quatenus accipitur pro indiuiduo homine habetur quinto qđ licet materia ſit pars interna compoſito ſingulari,tamen nec ipſa,nec concretum,quod ſibi correſpondet, per ſe prædicatur de illo compoſito.qm̃ ad hoc, vt aliquid prædicetur per ſe de aliquo,requiritur ſecundum Ariſto. vt ſit prædicatum ſumptum à forma, & propter hoc ſola forma, aut id, quod accipitur à forma in concreto, prædicatur de indiuiduis per ſe, qm̃ ſolum id prædicatum formale eſt. hinc fit vt hæc prædicata oſſeum, carneum, nerueum per ſe de homine non prædicentur, nec æneum de circulo, ſed animal,& rationale de homine per ſe,de circulo figura prædicetur.

Excerpta.

TEX. 35.

Dictum eſt igitur & nunc ipſum uerum.attamen quibuſdã repetitis, dilucidius dicamus. Quæ nãq; rationis ſunt partes, & in quas ratio ipſa diuiditur, eæ aut omnes, aut aliquæ ſunt priores.non autẽ anguli recti ratio in rationem acuti,ſed acuti ratio in rectum diuiditur.qui nãq; acutum definit,utitur recto. acutus.n.minor eſt recto. ſimiliter & circulus,& ſemicirculus ſeſe habent.ſemicirculus enim circulo definitur,& digitus toto.digitus enim talis eſt hominis pars. quare partium eæ quidem,quæ ut materia ſunt,et in quas,ut in materiam totum diuiditur, poſteriores ſunt. eæ uero.quæ ut rõnis ipſius, eiuſq; ſubſtantiæ,quæ rationi accommodatur ſunt, priores aut omnes,aut nonnullæ ſunt.

Differit nũc ſecundã quæſtionem,qua quærebatur ſint ne partes priores, an tuta. nam licet hãc quæſtionẽ quo ad veritatem ſit ſoluta, tamen nunc eam diluet ad formam,& hoc proponit, & dicit{dictum eſt igitur & nunc

nunc ipſum verum}. i. dicta eſt ſolutio ſecundæ quæſtionis quo ad veritatem,& ad materiam{attamẽ quibuſdam repetitis}vt repetita diſtinctio partium{dilucidius dicamus}.i.ſoluamus ad formã, deinde ſoluens aſſerit,partes,quæ formæ ſunt,vt genus, & differentiæ videlicet animal,pedeſtre,& bipes,quæ partes ſunt formæ hominis, hæ priores ſunt homine, quæ vero . non formæ,ſed vt materia totius compoſiti partes ſunt, vt nerui,& oſſa,hę homine ſunt poſteriores, & dicit{quę nãq; rõnis ſunt partes, & in quas ratio ipſa diuiditur}.i.quæ nãq; partes formales ſunt,vt animal,& pedeſtre & bipes,quæ ſunt formæ habẽs partes{eæ aut omnes, aut aliquæ ſunt priores} ſubaudi ſuis totis, quæ vero ſubaudi non formæ, ſed totius compoſiti partes ſunt, vt materia, ſunt poſteriores ſuis totis. Caro. n. & oſſa poſteriora ſunt toto.i.ſimpliciter homine, propterea ſubdit{nõ autem anguli recti ratio in rationem acuti, ſed acuti ratio in rectum diuiditur. qui nãq; acutũ definit,vtitur recto,acutus.n.minor eſt recto} quare angulus acutus licet ſit pars recti, non tamẽ eſt prior,ſed poſterior recto.eſt.n.pars,vt materia,non autem pars, vt forma.& cum dicit totũ eſſe prius parte,vel partẽ priorem eſſe toto,intelligit prioritate definitionis. rectũ.n. definitione eſt prius acuto,& homo etiam oſſibus, ac carnibus. deinde affert aliud exemplum,& dicit{ſimiliter & circulus,& ſemicirculus ſeſe habent} veluti rectus & acutus angulus{ſemicirculus enim circulo definitur}dicitur.n.ſemicirculus figura diametro,& circũferentia circuli contenta,vel dicitur ſemicirculus dimidium circuli.deinde affert tertium exemplum, & dicit {& digitus toto},ſ.definitur{digitus enim talis eſt hominis pars} videlicet manus, aut pedis hominis pars. cum igitur partes à totis definiantur,tota non item per partes,efficitur vt tota partibus definitione priora ſint. nam definitum poſterius ijs eſt,per quæ definitur. tũc ſoluit ſecundam quæſtionem ad formã, & dicit{quare partium eæ quidem,quæ vt materia ſunt, & in quas vt in materiam totum diuiditur,poſteriores}definitione{ſunt}ſuo toto{eæ vero,quæ vt rõnis ipſius,eiuſque ſubſtantiæ ſunt, quæ rationi accommodatur} hoc eſt formæ partes{priores ratione aut omnes,aut nonnullæ ſunt}ſuo toto dixit{aut omnes aut nõnullæ ſunt} vt

Quæ Auer. Com. 35.

Auer.inquit quia ſunt definitiones aliæ, in quibus materia apparet,ſaltem vt ſubiectum deferens. aliæ in quibus materia non apparet,nec vt ſubiectũ deferens, nec vt pars eſſentiæ.dixit ergo omnes,aut nonnullæ, propter definitiones, in quibus apparet materia, ſaltem, vt ſubiectum deferens.nam in talibus materia non eſt prior.ſed hæc expoſitio eſt ſuperflua, & non ad mentẽ Ariſt.nam in proxima dictione Ariſto.declarabit, cur dixerit aut omnes, aut nonnullæ,vbi non dicet, vt expoſuit Auerroes.

Cum autem animalium anima(id enim ſubſtantia animantis eſt)ſecundum rationem ſubſtantia ſit,et forma, atque quiditas corporis talis (nam pars uniuſcuiuſq; ſi recte definiatur, non ſine munere,officioq; definietur,quod quidẽ ei non competet abſq; ſenſu)huius profecto partes aut omnes, aut quædam ipſo toto animali priores ſunt,& in ſingulis ſimili modo.Corpus autem, eiuſq; partes hac ſubſtantia poſteriores ſunt & in has,ut in materiã non ſubſtantia, ſed totũ ipſum diuiditur.

Alexander Ariſtotelem diſputare arbitratur nũ de toto,& partibus.ego puto Ariſt.velle declarare, cur dixerit partes,quæ formæ ſunt,eſſe omnes, aut nonnullas priores ſuis totis.dixit.n.partes formales,in quas ratio ipſa diuiditur,omnes,aut quaſdam eſſe priores ſuis totis,ideo puto Ariſt. velle ſe exponere,cur dixerit omnes, aut nonnullas. & intendit huius rei rationem eſſe, quia ſunt quædam partes formales, quæ licet pertineãt ad perfectionem rei, quæ definitur, non tamen pertinent ad eſſentiam illius,vt partes animæ, vel partes ſolius ſenſitiuæ,quæ pertinent ad perfectionem animalis non tamen omnes ad eſſentiam animalis. vel intendit huius rei rationem eſſe, qm̃ animantium anima partes habet,quæ non omnes,ſed aliquæ priores ſunt toto animali. nam alere, & appetere totius compoſiti ſunt, & ideo altrix,& appetitiua partes ſunt formales animalis quæ non ſunt priores toto animali. contemplari vero non item,ſed animæ ſolius eſt, ideo intellectiuum pars prior eſt animali. quo vero ad conſtructionem attinet animaduerte verba eſſe ſuſpenſiua vſque ibi {huius ꝓfecto partes}ſunt etiam ſuis parentheſibus diuiſa,vt patet legenti verba, vnde dicit{cum autem animaliũ aĩa} ſupplet Alex.{forma ſit ipſorum}vel fortaſſe in ſupplẽdum non eſt,ſed ſic legendum {cum aũt animaliũ anima ſecundum rationem ſubſtantia ſit,& forma, atque quiditas corporis talis}. i. actus ſit corporis naturalis, inſtrumentarij,facultate vitam obtinẽtis,vt dictum eſt in ſecundo libro de anima, cuius rationem per parentheſin innuit dicens{id.n.}.ſ.anima {ſubſtantia animãtis eſt}igitur recte dictum eſt animam eſſe actum corporis naturalis inſtrumentarij potentia vitam habẽtis. ꝙ vero ſubſtantia ſit ſenſitiui corporis,oſtendit prius q̃ terminet ſuſpenſionem,ex partibus animalium ipſis,& dicit{nam pars}.ſ.inſtrumentaria {vniuſcuiuſq; } animalis,ſcilicet{ſi recte definiatur, non ſine munere officioq;}ad quod deputatur{definietur,qđ}. ſ. munus officiũq;{qiudem ei non competet abſq; ſenſu } ſic igitur vult habere quamlibet partem inſtrumentariã definiri ſua parte animæ ſenſitiuæ, vt ſit oculus pars, qua videmus,naſus pars.qua olfacimus,pes pars, qua ambulamus. etiam ſiquis manum hominis recte definiat, non abſque officio definiet. officium autem ipſius abſq; ſenſu animæ non ei competet. ſi ergo manus, aut pars id genus hoc informatur, quod proprio munere fungitur. hoc autem abſque ſenſu & anima ei ineſſe nequit, ſit, vt abſque dubio forma manus ſit ſenſus, aut potentia ipſi ab anima ſuggeſta ad proprio munere fungendum, quo demum ſequetur animam eſſe ſubſtantiam ſm̃ rationem, atq; formam animaliũ. nam vt libro ſecundo de anima dictum eſt, ſicut pars animæ ad partem corporis.ſic tota anima ad totũ corpus.ſed pars anime eſt forma partis corporis.ergo tota anima ſenſitiua eſt forma totius corporis animalis.tũc terminat ſuſpenſionem,& dicit{huius}.ſ.animæ, quæ eſt forma animalis{profecto partes aut omnes, aut q̃dam ipſo toto animali priores ſunt}omnes partes,quæ animæ ſunt ꝑ ſe,& quatenus ſunt animæ corporis ſunt, priores toto animali ſunt,vt intellectiuum, & volitiuũ. aut quædam,vt altrix, & generatrix, aut auctrix, quæ cum ſint totius animalis,non priores ipſo toto animali ſunt{vel quædam}vt Alexã.inquit, adiectum eſt propterea,quæ dicuntur ad cõuertentiam . rationale nãq; & mortale dubium non eſt, quin homine priora ſint. quippe quæ latius pateant, quam ipſe. mentis vero ac ſcientiæ capax non latius, ſed æque patet, ac proinde non eſt prius.ſiquid enim eſt homo,id mentis,ac ſcientiæ capax eſt: ac viciſſim ſiquid eſt mentis, ac ſcientiæ

capax,id homo eſt,quia vero, vt in animalibus ſeſe res habet,ſic & in cæteris,ideo ſubdit {& in ſingulis ſimili modo } deinde exponit quo ordine partes, vt materia ſe habeāt ad totum animal,& dicit{corpus aūt, eiuſq; partes poſteriores hac ſubſtātia ſunt} ideſt ipſa forma {& in has}.ſ.corpus, atq; corporis partes { vt in materiam nō ſubſtantia}.i.forma animalis{ſed totū ipſum} animal {diuiditur} & tales partes compoſiti ſunt, hoc enim ſignificat verbum totum.patet igitur cur dictum eſt,aut omnes.aut nonnullæ,qm̄ nonnullæ partes,quæ ad formam attinent,non ſunt toto priores. Auer. autē aſsignat cauſam, quare partes ſm̄ materiam ſint poſteriores ratione ſuo toto, partes vero ſm̄ formam priores,ex eo, quia prioritas totius ad partem materialē eſt prioritas formæ ad materiam.eſt.n.totū ipſum vt forma reſpectu partis materialis prioritas vero partis materialis ad totum eſt prioritas materiæ ad formam. at partes formales ſemper ſuo toto priores ſunt prioritate formæ ad materiam, & ideo dicuntur ſimpliciter priores.

Quæ Auer. Cōm. 35.

Toto igitur ipſo priores has eſſe: eſt ut ſic, eſt autem, ut nō. nō.n.poſſunt eſſe ſeparatæ. quoniam non quocūq; modo ſe habet digitus eſt animalis.ſed æquiuocus eſt,qui eſt mortuus.quædam uero ſimul quæcūq; principales,& in quo prima ratio et ſubſtantia eſt.ut ſi hoc,cor aut cerebrum ſit,differt enim nihil utrum bis tale ſit.

Cum dixiſſet partes materiales non eſſe priores toto:nunc quaſi ex dictis deducit quandam differentiam partium materialium,& eſt,ꝙ partes materiales aliquę ſint,quæ ſunt vno modo priores,alio mō non priores, quædam ſunt partes materiales quæ ſunt cum toto ipſo ſimultaneæ. partes quidem quæ ſunt vno mō priores, alio modo non poſteriores ſunt partes animalis nō principales,vt digitus & pes, & oculus, & id genus. hæ .n.partes,quo ſunt materia totius,& ſimpliciores toto. ſunt priores.quo vero totum poteſt eſſe ſine ipſis, ipſæ vero non ſine toto : ſunt poſteriores toto partes autē ſimultaneæ ſunt partes principales, vt cor vel cerebrū: in quo vel quibus reſidet anima,quæ prima totius ſubſtantia.inquit{toto igitur ipſo has partes}.ſ.materiales {eſſe priores,eſt vt ſit} hoc eſt contingit vno modo ita eſſe { eſt autem vt non } hoc eſt alio modo non contingit eſſe.ſunt ergo partes materiales vna ratione, quæ ipſo toto vno modo priores,alio mō poſteriores ſunt. vt partes,minus principalis.exponit autem quo modo ſint poſteriores,qm̄ ipſas eſſe priores aliquo mō quatenus ſimplices,& materia totius,patet.& inquit{non.n. poſſunt eſſe ſeparatæ}à toto at totum poteſt eſſe ſine ipſis.quod autem non poſsint eſſe ſeparatę,exponit de digito,& inquit{qm̄ nō quocūq; modo ſe habet digitus, eſt animalis, ſed qui mortuus } hoc eſt quod ſeparatus eſt ab animali{eſt æquiuocus } patet ergo tales partes eſſe poſteriores vno modo,alio modo priores. hæc de primo membro differentiæ.deinde aſsignat ſecundum membrum,& inquit{quędam vero}partes materiales, ſunt cū ipſo toto{ſimul}vt{quæcūq; principales} partes totius ſunt {&} potisſimum illud membrum eſt cū ipſo toto ſimul { in quo eſt prima ratio & ſubſtantia} hoc eſt,in quo eſt ipſa anima:quæ eſt prima ratio,& prima animalis ſubſtantia. & exponit quod eſt tale membrum,& inquit{vt ſi hoc}membrum,in quo eſt anima {ſit cor aut cerebrum,differt.n.}vt inquit, nihil{vtrūuis tale ſit} ſemper enim quocūq; dato : ſimultaneum eſt cum ipſo animali, qm̄ ſemper ſimul cum animali oritur,& ſimul moritur.

Homo autem & equus,et quæ ita ſunt,in ſingularibus ſunt. uniuerſaliter autem non ſunt ſubſtantia,ſed ipſum totū quodam ex hac ratione & propria materia,ut uniuerſaliter. ſingulare autem ex ultima materia Socrates iam eſt, & in alijs ſimiliter.pars igitur eſt & ſpeciei (dico autem ſpeciem, quod quid erat eſſe)et ipſius totius quid ex ſpecie.et materia ipſa eſt.

Cum dixiſſet, ſpecies & vniuerſale non eſt niſi forma: nunc remouet quoddam dubium, vtrum hō compoſitus ex materia & forma poſsit eſſe vniuerſale. reſpondet ꝙ non eſt vniuerſale, ſed ſignificatur per nomen vniuerſale.vnde inquit { homo autem & equus & quæ ita ſunt}compoſita ex materia & forma,vt ſunt homo,& equus{in ſingularibus ſunt} & quidem ſingularia,non.n.poteſt eſſe compoſitum:niſi ſingulare : materia.n. eſt per eſſentiam ſingularis, & ſic quicquid eſt compoſitum ex materia & forma:eſt per participationem ſingulare.quare homo compoſitus vel equus cōpoſitus eſt ſingularis{vniuerſaliter aūt non ſunt ſubſtātia,ſed ſunt ipſum totum}quoddam compoſitum { ex hac ratione,& propria materia vt vniuerſaliter} qm̄ ſecundum rem ſunt ſingularia: ſed ſignificantur per nomina communia. deinde exponit quid ſit ſingulare, & inquit { ſingulare autem ex vltima materia Socrates iā eſt,& ſimiliter in alijs}ſingularibus.ſic igitur differentia eſt, ꝙ homo compoſitus vt ſignificatur per terminum communem,eſt reuera ſingulare, tamen eſt acceptus per modum vniuerſalis, cum conſideretur materia,non vt vltima.At Socrates eſt ſimpliciter ſingulare qm̄ eſt ex propria materia,& propria forma. ex his concludit ꝙ forma ſit pars ſpeciei, & indiuidui : & inquit, forma igitur eſt pars & ſpeciei,intelligendo, vt inquit, per ſpeciem,quod quid erat eſſe,& eſt etiam pars ipſius totius,quod eſt ex ſpecie,& materia ipſa.ſed dices,forma eſt tota ſpecies,non ergo pars ſpeciei.dicendum ꝙ eſt tota ſpecies.& pars ſpeciei,tota quidem ſm̄ rē, pars vero quatenus ſpecies accipere per modum totius, & in concreto. alij vero de materia locutum eſſe Ariſto. dicunt,legūt.n.hoc pacto{pars igitur } materialis quæ materia eſt{& ſpeciei} pars {eſt, & ipſius totius, quod ex ſpecie}hoc eſt forma{& materia eſt}non tamen eodem modo,nam eſt pars ſpeciei per accidens, vt ſupponitur pro ſingularibus compoſitis, eſt pars indiuidui per ſe.& vtroq; modo verum eſt.

Sed rationis partes,quæ ſpeciei ſolum ſunt (ratio uero eſt ipſius uniuerſalis.Circulo enim eſſe,& circulus,& animæ eſſe,& anima idem eſt)totius autem iam circuli huius, ſingularium alicuius,aut ſenſibilis, aut intellectualis.dico autem intellectuales quidem, ut mathematicos.ſenſibiles autem,ut æreos, et ligneos.horum autem,non eſt definitio,ſed intelligentia, aut ſenſu cognoſcuntur. Abeuntes uero ex actu, non palam eſt, utrum quidem ſunt,aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur & cognoſcuntur uniuerſali ratione.

uero δὲ. enim γάρ.

Cum dixiſſet,quod partes materiales ſint ſpeciei,& indiuidui,ſpeciei quidem per accidens,indiuidui vero per ſe,nūc exponit quales ſint partes formales, & vult ꝙ partes formales ſint per ſe ſpeciei, per accidens vero,ſingularium,& inquit{ſed rationis partes} ſunt partes{quæ ſpeciei ſolum ſunt}& per ſe, & exponit, quid intellligat per rationem,& inquit{ratio vero eſt, ipſius vniuerſalis } hoc eſt per rationem intelligo formā vniuer-

uerſalemq; : eſt ergo concluſio partes formæ vniuerſalis per ſe ſolum ſunt ſpeciei. quod autem ratio ſit ipſum vniuerſale, probat, & inquit {circulo enim eſſe} hoc eſt ratio circuli, quod eſt eſſe circulo {& circulus} vnuerſalis ſubaudi idem eſt {&} etiam {animæ eſſe} hoc eſt ratio animæ {& anima} ipſa vniuerſalis {idē eſt} ergo bene dictum eſt ꝙ ſit vniuerſale quippiam: & rei vniuerſalis. deinde ſubdit qualiter ratio ſit ſingularium, & inquit {totius autem iam circuli vnius ſingularium alicuius eſt} ſed non primo, ſed per accidens. dico rationem eſſe alicuius ſingularis, {aut ſenſibilis aut intellectualis} exponit autem, quid per hæc intelligat, & inquit {dico autem intellectualis quidem, vt mathematicos} ipſos circulos, qui conſiderantur, non vt in hac, vel illa materia {ſenſibiles autem vt æreos, & ligneos} his expoſitis, redit ad declarandum bene eſſe dictum ꝙ ratio ſit rei vniuerſalis, & non talium ſingularium, niſi per accidens {horum autem}. ſ. ſingularium, ſiue intellectualiū, ſiue ſenſibilium {non eſt definitio} ſiue ratio, niſi ꝑ accidens {ſed intelligentia} hoc eſt imaginatione {aut ſenſu cognoſcuntur} & hoc, quando ante oculos noſtros poſita ſunt {abeuntes vero ex actu} & ab oculis noſtris {non palam eſt vtrum quidem ſunt, aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur} ac de illis dicimus & diſputamus {& cognoſcuntur vniuerſali ratione} & ſic illorum eſt ratio per accidens. ex his vult habere, quod partes formę per ſe ſpeciei ſunt, qm̄ per ſe ſunt partes rōnis vniuerſalis, per accidens autem ſunt rerum ſingularium, ad partes materiales contra: per ſe quidem ſunt rerum ſingu-

Quæ Auer. Com. 35.

larium per accidens vero ſpeciei: Auer. autem hoc pacto legit verba {ſed rationis partes} ſunt partes {quæ ſunt ſpeciei ſolum} per ſe primo {totius autem iam circuli huius, ſingulariū alicuius} ſunt {aut ſenſibilis, aut intellectualis ſaltem ſecundario, & per accidens. ꝙ aūt partes rationis ſint ſpeciei, probat Ariſto. per illa vera {ratio vero eſt ipſius vniuerſalis} & ſic verbum vero, pro. n. legatur hoc pacto, partes rationis ſunt ſpeciei, quia ratio eſt rei vniuerſalis, & quod ratio ſit rei vniuerſalis, probat Ariſt. iterum, qm̄ ratio circuli, & circulus vniuerſalis idem ſunt, & hoc inquit {circulo. n. eſſe & circulus} vniuerſalis {idem} eſt {& animæ eſſe & anima idem eſt} & hoc pacto legunt quidam iuniores, & non diſplicet, licet videantur verba corrumpere. non. n. vero pro enim accipiendum eſt, niſi vrgeat neceſsitas, vt Philoponus inquit in libris de generatione.

Materia autem ignota eſt ſecundum ſe materia uero alia ſenſibilis, alia intellectualis eſt. Senſibilis quidem, ut æs, & lignum, & quælibet mobilis materia. Intellectualis uero, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non inquantum ſenſibilia, ut ſunt mathe-

TEX. 39.

matica. Quo igitur ſe habet de toto & parte, & priore, & poſteriore dictum eſt.

Quidam volunt Ariſt. aſsignare cauſam eius, quod dixerat, dixit. n. ſingularia cum abſunt, non cognoſci an ſint ſed ſolum per rationes vniuerſales, nunc aſsignat cauſam, & eſt quod ideo ſingularia non cognoſcuntur per ſe, qm̄ ſingulare non eſt ſingulare, niſi ꝓpter materiam: quæ eſt per ſe ignota. & hæc eſt ignota ſiue ſit ſenſibilis materia: ſiue intellectualis. ſed qm̄ in græco legitur aduerſatiue, propterea videtur ꝙ Ariſt. remoueat tacitum dubium. nam cum dixiſſet ſingularia abſentia non cognoſci niſi per rationem vniuerſalem, poſſet quis dici ea cognoſci propria ratione, qm̄ ꝑ materiam, quæ eſt de ratione ſingularium. vnde ſicut ſpecies cognoſcitur propria ratione, quia propter formā, q̄ eſt de ratione ſpeciei, ſic videntur ſingularia cognoſci propria ratione propter materiam, quæ eſt de rōne ſingularium, reſpondet ꝙ hoc eſſet verū, quando materia eſſet per ſe cognoſcibilis {ſed materia} vt inquit {eſt per ſe ignota} & ne quis credat ſolam materiam rerum phyſicarum eſſe per ſe ignotam, addit {materia vero, alia ſenſibilis, alia intellectualis, ſenſibilis quidem, vt} exemplo vtar {vt æs & lignum} quæ ſunt materia ſtatuæ {& quælibet mobilis materia} mobilis dico motu alterationis, vel augumentationis, vel generationis, vel locali. & dedit exemplum de artificialibus vt innueret idem in naturalibus {intellectualis vero, quæ in ſenſibilibus exiſtit} ſ̃m rem {non} tamen ſ̃m rationem {inquantum} videlicet {ſenſibilia} ſunt. vt ſunt res mathematicæ, quæ ſunt materia figurarum, vt linea, ſuperficies, & corpus, quæ ſunt materia figurarum, & numeri, quæ ſunt materia paſsionū numerorum, & hoc pacto exponit Auer. ſic igitur materia intellectualis eſt materia paſsionum mathematicarum, quæ ſ̃m rem eſt in rebus ſenſibilibus, & materia rerum ſenſibilium, nō tamē quatenus rerum ſenſibilium, ſed quatenus per imaginationem, & mentem abſtrahuntur à ſenſibilibus. patet ergo quod quouis modo accipiatur materia, nūquam eſt ratio cognoſcēdi rem, cuius eſt materia, qm̄ ipſa eſt per ſe ignota, & non cognoſcitur, niſi ratione formæ, cuius eſt materia. hoc pacto expoſuit Auer. demum epilogat, & inquit {quomodo igitur ſe habet de toto, & parte, & priore, & poſteriore, dictum eſt}

Ad interrogationem uero obuiare eſt neceſſe, quando quis TEX. 36. *interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal prius, an partes ſunt, in quas diuiditur, aut ex quibus: quoniam non ſimpliciter. Siquidem enim eſt & anima animal, aut animatum: aut uniuſcuiuſq; unumquodq;. & circulus idem quod circulo eſſe: & rectus, quod recto eſſe: & ſubſtantia recti: dicēdum eſt quid quidem & quo modo poſterius, puta his, quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim hic quidem eſt cum materia qui æneus rectus, & qui in lineis ſingularibus. hic autē ſine materia, his, quæ in ratione poſterior. eis uero quæ in ſingularis partibus prior, ſimpliciter autē non eſt dicendum. Si uero alterum, & non animal animal, & ſic hæc quidem dicendum, hæc autem non dicendum ut dictum eſt.*

Cum Ariſtoteles abſoluiſſet quæſtiones, & veras ſolutiones ad illas attuliſſet, in parte hac docet reſpondere dialectice obuiando, & ſoluēdo per diſtinctionem. ad interrogationem. n. reſpondere, vt Ariſto. inquit in octauo Topicorum, & in libro de interpretatione, eſt ſimplici interrogationi ſimplicem dare reſponſionem. ſimplicem vero dare reſponſionē eſt aut negando, aut concedendo, aut diſtinguendo reſpondere. quærebatur. n. vtrum partes rationis ſint priores toto ipſo definito;. & fuit dictum formales omnes aut quaſdam priores eſſe, materiales vero nequaq;. nunc docet diſtinguere, qm̄ vel ipſum definibile eſt idem ſimpliciter, quod forma, vel eſt compoſitum ex materia, & forma. ſi eſt idem, quod forma, ſic ipſum eſt poſterius partibus ſuę rationis, & prius partibus quæ ſunt in ſingularibus. poſterius quidem partibus ſuæ rationis, quoniam partes ſuæ rationis, non ſunt, niſi partes formales, quibus ipſum definitum eſt poſterius. prius verò partibus: quæ ſunt in ſingularibus, ſemper. n. vniuerſale eſt prius ſuis ſingularibus. ſin autem fuerit compoſitum ex materia, & orma, ſic vno modo eſt poſterius ſuis partibus, alio

modo prius.formal ibus quidem poſterius, materialibus vero prius, quoniam prioritas totius ad partes materiales eſt prioritas formæ ad materiam, vt Auer. dxit cōmen.proximo.vnde inquit {ad interrogationem vero, obuiare eſt neceſſe,quando quis interrogat,vtrum rectus,& circulus,& animal prius, an} contra {partes in quas diuiditur:aut ex quibus}cōſtant{ſint}priores. ad hāc inquam interrogationem obuiare eſt neceſſe {quoniam non ſimpliciter}dicendum eſt,hęc priora vel poſteriora eſſe ſuis partibus. ſed per diſtinctionem reſpondendum eſt{nam ſi animali aut animatū} quidem eſt anima,aut vnūquodq; illorum ſit forma{vniuſcuiuſq;}vt {& circulus, idem quod & circulo eſſe} hoc eſt circulus idem quod ſua forma {& rectus idem, quod recto eſſe,&}idem quod{ſubſtantia recti}hoc eſt rectus idē quod ſua forma,& vniuerſaliter definibile ſit aliud nihil quam ſua forma:ſi inquam vniuerſaliter definibile nihil aliud ſit,quam ſua forma,tunc{dicendum}eſt{quid quidē, & quomodo poſterius puta} vtrum ſit poſterius {his partibus,quæ ſunt in ratione, &}etiā poſterius { aliquo recto} ſingulari.& reſpondet,quod rectus ſit poſterior partibus rationis ſuæ, quia non ſunt niſi partes formales: quibus rectus eſt poſterior. & eſt prior aliquo recto atq; partibus ſingularibus alicuius recti. & hoc exponit:& inquit {etenim hic quidem eſt cū materia, & qui æneus rectus eſt} ſingularis cum materia ſenſibili { & qui in lineis ſingularibus}. ſ.& qui cū materia intellectuali, vterq,.n.eſt ſingularis{hic autem} eſt vniuerſalis{ſine materia}tunc quaſi innuens ſolutionem,ſubſcribit,quod hic vniuerſalis qui eſt ſine materia eſt{his partibus poſterior,quæ in ratione} quoniam non ſunt niſi partes formales: quibus circulus vniuerſalis poſterior eſt {eis vero partibus quæ ſunt in ſingulis,prior.ſimpliciter autem non eſt dicendum}quod ſit prior. ergo accipiēdo definibile pro forma, definibile eſt poſterius partibus ſuæ rationis,prius vero,partibus contractis ad indiuidua.hæc igitur ſunt dicenda,ſi definibile ſit idem,quod forma.tunc dat ſecundum membrū, & inquit{ſi vero animal alterum ſit} ab anima & non anima ipſa, ſed compoſitum ex anima & corpore:tunc {& ſic hæc quidem dicendum}. ſ. quod ſit poſterius partibus formalibus { hæc autem non dicendum eſt}eſſe poſterius, quoniam nō eſt poſterius{vt dictum eſt}partibus materialibus immo prius.quando.n.definibile non eſt idem, quod forma,ſed compoſitum ex materia,& forma,tunc definitur ſecundaria intentione, & definitio conſtat ex materia,& forma,& ſic erit vno modo prius partibus rationis, quia partibus materialibus, eſt enim totum prius ſuis partibus materialibus prioritate formæ ad materiam alio modo poſterius: quoniam poſterius partibus formalibus.quoniam formales partes ſemper per ſe ſunt ſuo toto priores.& ſic patet ſolutio per diſtinctionem.ex his nullus ſumat quod definitio ſit cōpoſiti, niſi vt Auer. dixit commento proximo,eſt. n. illud quod per ſe primo definitur forma, concretiue ſumpta. quod vero per ſe non primo,eſt compoſitum.quo vero ad diſtinctionem attinet,animaduerte, quod apud Platonicos differt dicere hominem, & humanum animal. & animal & corpus animatum.nam apud Platonicos homo formaliter eſt anima rationalis, ſiue intellectus. humanū animal, eſt quid compoſitum ex materia ſiue corpore & anima.& propterea Ariſto. fortaſſe ad mentem Platonis reſpondit per diſtinctionem.quoniam ad veritatem ſuperius reſpondit, & dixit ſimpliciter ipſum definibile eſſe formam concretiue ſumptam, & poſterius partibus ſuæ rationis.quia vero Plato diſtinctione viſus eſt, propterea nunc reſpondet diſtinctionem. Auer.autem aliam cauſam aſsignat in commento cur reſpondendū ſit per diſtinctionem.aſſerit.n.ad interrogationem per diſtinctionem eſſe reſpondendum, quando interrogatio eſt æquiuoca. & ita eſt in propoſito, nam quiditas recti aliquando eſt idē,quod rectum,aliquando eſt forma exiſtens in recto:ſimiliter anima aliquando eſt animal, aliquando eſt forma in animali.ſimiliter, vt inquit prius & poſterius ſunt multiplicia,quatenus poſſumus intelligere aliquid eſſe prius, vel poſterius partibus definitiuis, vel partibus materialibus quantitatiuis. amplius dicit, quod angulus rectos dicitur de ſingulari, qui eſt in materia,& de angulo recto vniuerſali, ſimili modo & circulus dicitur.amplius animal bifariam dicitur, & ſic vno modo dicere animal eſſe animam eſt falſum vt ſi ſumatur animal pro compoſito, & animal eſſe animatum eſt verum,quia compoſitum animal eſt animatum.demū Auer. concludit partes definitionis quaſdā prædicari per ſe de definito,vt partes formales ſiue ſubſtantiales,quædam autem non prædicantur per ſe, ſed per accidens præter eſſentiam,vt partes materiales.quæ licet vera ſint, verbis Ariſto. vt viſum eſt, nullo pacto conueniunt. Quę Auer. Com. 36.

CAP. XIII.

Quæ nam partes ponantur in definitione.

Dubitatur autem merito, & quæ ſpeciei ſunt partes, & quæ non ſed ſimul compoſita:hoc enim non manifeſto exiſtente:nō eſt definire unumquodq;.uniuerſalis.n.et ſpeciei eſt definitio:quæ igitur ſunt partes,ut materia. & quæ non:ſi non fuerint manifeſtæ,nec ratio erit manifeſta,quæ rei. TEX. 37.

Cum dixiſſet partes materiales non eſſe priores re quam definitur:ſed partes formales: nunc mouet quæſtionē, quæ nam ſit partes formales, quæúe materiales, cauſa vero,quoniam his ignoratis,non poteſt ſcire,quę partes priores,& quæ poſteriores ſint. vnde inquit{dubitatur autem merito & quæ ſpeciei } hoc eſt formæ ſunt partes {& quæ non}ſunt partes ſpeciei {ſed} cōpoſiti {ſimul ſumpti}aſſignat cauſam quæſtionis, & inquit{ hoc.n. non manifeſto exiſtente,non eſt definire vnūquodq;} cum.n. dictum ſit definitionem conſtare ex formalibus partibus:niſi ſciamus,quæ nā partes formales fuerint rei:quę definitur,& quæ materiales,nunquā definire poterimus.veluti ignoratis lapidibus,& lateribus, ex quibus domus ſit, nūquam poterimus domum conficere.ſed dices,cur potius partes ſpeciei oportet ſcire,ſi debeamus definire.rationem affert Ariſto.& inquit {vniuerſalis. n. & ſpeciei eſt definitio } ergo partes ſpeciei oportet præſcire.Ex his infert,quod non ſolum partes formales præſcire oportet,ex quibus definitio ſit,ſed partes materiales:& inquit{quæ igitur ſunt partium,vt materia}hoc eſt,quæ ſunt partes materiales { & quæ non, ſi non fuerint manifeſtæ,nec ratio quę eſt rei,eſt manifeſta}non.n.poterimus ſcire ex quibus partibus ſic, & ex quibus partibus non: definitiones fiant. Auer. hic aſsignat cauſam, cur ex partibus materialibus definitiones non conſtant,ſed ex formalibus, & ait hoc eſſe, quia partes definitionis eſſe debent partes & principia eſſendi, at forma & partes formales eſſendi principia ſunt. materia vero, & partes materiales ſunt principia non eſſendi,& ſic non poſſunt eſſe partes definitionis, quare Quę Auer. Com. 37.

quare ignoratis partibus,quæ materiales, quæ ne formales ſint,ignorabitur definitio.

Quæcũq; igitur facta eſſe uidentur in diuerſis ſpecie:ut circulus in ære,& lapide,& ligno:hæc manifeſta eſſe uidentur, q nihil ſubſtantiæ circuli ſit es,neq; lapis. propterea quod ſeparetur ab ipſis.

Pro ſolutione præmittit diſtinctionem formæ, qm̃ forma bifariã eſt,altera, q̃ apta eſt fieri in materijs differentibus ſpeciei.altera,quæ non niſi in determinata materia,tunc ponit duas concluſiones,prima eſt, quando forma eſt apta fieri in materijs ſpecie differentibus,materia apertiſſime nõ ponit̃ in definitione ſua. vnde inquit{quæcũq; igitur} definibilia {facta eſſe vidẽtur in diuerſis}materijs{ſpecie,vt}forma quæ eſt{circulus in ære,lapide,& ligno,hæc} ſiue hæ materiæ {manifeſtæ eſſe videntur} quod{nihil ſubſtantiæ circuli æs, neq; lapis, propterea ꝙ } forma circuli {ſeparetur ab his}eſt ergo prima concluſio, ꝙ in definitione formæ nulla earum materiarum debet poni,à quibus eſt ipſa forma ſeparabilis. patet quia ex quo eſt à qualibet illarum ſeparabilis, non videtur quæ illarum materias quam altera,ſit apta poni in definitione.

Quæ uero, non uidentur ſeparari, nihil prohibet ſimiliter his ſe habere.ut ſi circuli omnes uideantur ænei.nihil enim minus erat æs ſpeciei. difficile tamen auferre hoc mente. ut hominis ſpecies ſemper in carnibus uidetur & oſſibus, & talibus.partibus utrum igitur & hæc ſunt partes ſpeciei, & rationis.An non,ſed materia.uerum quia non,& in alijs ſit, nõ poſſumus ſeparare.

Nunc ponit ſecundam concluſionem, in definitione formæ,quæ non poteſt fieri in diuerſis materijs minime materia debet poni, vt ꝓpria & quiditatiua pars rationis.probatur,qm̃ licet eſſe non poſſit,niſi in determinata materia,tamen mẽte intelligi poteſt ſine determinata materia,& ita definiri.vnde inquit {Quare vero}formę{nõ vidẽtur ſeparari} ſed ſemꝑ eſſe in determinata materia, vt homo ſemper in carnibus, & oſſibus{nihil prohibet ſimiliter ſe habere his}quę poſſunt eſſe in diuerſis materijs.& oſtendit hoc exemplo {vt ſi circuli omnes videantur ænei}nihil prohibet ſaltẽ mẽte eos intelligere ſine ære:& ita definiri ſine ęre.cauſam affert,& inquit{nihil. n. minus erat, ſpeciei} ſuperfluit autem negatio illa{minus}more græco. ſed ſenſus eſt. dato ꝙ circulus eſſe non poſſit niſi in hære:adhuc mente intelligi poteſt ſine ære, qm̃ ipſum æs nihil erat ſpeciei circuli:nec de eſſentia,neq̧ pars eſſentiæ.quia vero dixit mente circulum intelligi poſſe,ſine ære,addit{difficile tamen eſt auferre hoc mente}& ita licet non ſit impoſſibile,tamen eſt difficile:veluti ſubaudi ſi {hominis ſpecies}hoc eſt forma, {ſemper in carnibus videtur & oſſibus,& talibus determinatis partibus}ex quibus hõ eſt,difficile eſſet ipſum intelligere ſine illis, non tñ impoſſibile: Sed dices cum ſpecies hominis nõ poſſit eſſe, niſi in carnibus & oſſibus cõmuniter ſumptis{ vtrũ igitur & hæc} ſine quibus hominis ſpecies eſſe non poteſt{ſunt partes ſpeciei}hominis{& rationis } hominis ita,vt carnes & oſſa communiter ſumpta ſint partes rationis hominis.Reſpondet{an non, ſed materia } ſpeciei hominis{verum quia non in alijs ſit}hæc hominis ſpecies:ipſam{non poſſumns ſeparare}per quæ innuit carnes & oſſa bifariam accipi poſſe ſignate videlicet ꝓ his carnibus,& his oſſibus:& communiter vult igitur hominem poſſe intelligi ſine his carnibus & oſſibus ſignatis, non tamen commnniter ſine carnibus & oſſibus. Vult etiam ꝙ licet homo non poſſit intelligi ſine carnibus,& oſſibus communiter ſumptis,non propter hoc carnes & oſſa communiter ſumpta ſunt partes rationis hominis. qm̃ ad huc partes materiales ſunt ſpeciei nec valet ſpecies hominis non poteſt intelligi ſine carnibus & oſſibus. ergo carnes & oſſa ſunt partes rationis hominis. Auer.autem,ait ꝙ naturales formę differunt à formis mathematicis,qm̃ formæ mathematicæ intelligi poſſunt facile ſine materia ſenſibili,qm̃ nullam ſibi ſenſibilem materiam limitant. At formæ naturales, licet poſſit intelligi ſine materia,nõ tamẽ facile, qm̃ eſſe non poſſunt ſine determinatis, ac proprijs materijs,quarum ſunt. Nec eſt verum, quod Auer. dicat naturales non poſſe per intellectum abſtrahi à proprijs materijs.ait.n. ꝙ in mathematicis intellectus comprehendat diuiſionẽ inter formas,& materias,facile, quia abſtrahit eas in imaginatione à materia. in naturalibus vero difficile,quia non poteſt abſtrahere eas imaginatione à materia: ſed bene abſtrahere eas poteſt per intellectum, qui eſt magis abſtractiuus ipſa imaginatione.Innuit enim Auer.differentiam inter formas naturales, & geometricas, ꝙ geometricæ abſtrahi poſſint tam à materijs ſm̃ ſpeciem:q̃ à materijs ſecundum numerum,vt tam à ligneis his, quam à ligno. at homo licet abſtrahi poſſit ab his carnibus,& his oſſibus, non tamen à carnibus & oſſibus ſimpliciter amplius figuræ geometricæ facile abſtrahuntur à materia ſenſibili. at formæ naturales non facile abſtrahuntur à particularibus materijs. Quæ Auer. Com. 37.

Quoniam autem hoc uidetur contingere,immanifeſtum autem quando. Dubitant quidam iam & in circulo & in triangulo,quaſi non ſit competens, lineis definiri & continuo: Sed omnia hæc ſimiliter dici ac ſi ſint carnes aut oſſa ominis.et æs, & lapis circuli.& referunt omnia ad numerum:& lineæ rationem eam,quæ duorum eſſe dicunt. TEX. 38.

Dictum eſt ꝙ materia non ſit pars ſpeciei: non tamen clare patet,qm̃ eſt quædam materia, à qua forma inſeparabilis eſt, ideo quidã dubitauerunt in mathematicis ſicut nos dubitauimus in naturalibus vtrum videlicet materia ſit pars ſpeciei,& rationis.qm̃ formæ mathematicę vidẽtur inſeparabiles à materia, velũt naturales.eſt ergo ſecũda dubitatio in mathematicis.Dicit{Quoniam autem hoc}. ſ. formam non poſſe ſeparari à materia,cuius eſt forma{videtur cõtingere}ſubaudi in aliquibus{immanifeſtum autem}in quibus {& quando}hoc contingit, ideo ſicut dubitatum eſt in naturalibus{Dubitant quidã iam & in circulo,& in triangulo } & vniuerſaliter in omnibus mathematicis, an materia rerum mathematicarum ſit pars definitionis illarum. Tunc clam inducit ſolutionem quorundam, qui dixerunt res mathematicas non definiri per materias ſuas,vt nec triangulus,nec circulus per lineas,& ꝑ continuum.qm̃ hæc ſe habent ad illa veluti caro & os ad hominem,& æs,& lapis ad circulum. & propter hãc cauſam omnia hæc referunt ad numerõs, & definiunt per numeros.dicit{quaſi non ſit competẽs} circulum & triangulum {lineis & continuo definiri } ſubſcribit cauſam,& propterea cogimur legere verbũ {ſed} cauſaliter pro quoniam, cum eius quod dixerat, aſſignet cauſam,& dicit{qm̃ omnia hæc}aſſerunt ſubaudi { ſimiliter dici, ac ſi ſint carnes, aut oſſa hominis}& ac ſi

ſint{& æs lapis circuli}hoc eſt partes materiales, & cũ partes materiales nõ ſint partes ſpeciei,nec rõnis, eius: cuius ſunt partes materiales,fit vt lineæ,& continuũ nõ ſint partes rõnis ac ſpeciei circuli & triãguli. Quo vero ad rõnẽ attinet,animaduerte, ꝙ lineæ & continuũ ſunt materia omnium formarum geometricarum, vt omnium figurarum, verũ non ſunt materia ſenſibilis, qm̃ abſtrahunt à motu,ſed dicuntur materia intelligibilis. & propterea videntur non eſſe partes rõnis.Tunc ſubſcribit,quę partes ſint apud ipſos rationis partis,& dicit {& referunt omnia ad numerum} & ita volunt partes rationis omnium talium formarum eſſe numeros {& dicunt lineæ rationem eſſe eam,quæ duorum} qm̃ eſt ratio duorum punctorum. cauſa autem eſt, qm̃ ſi à figuris auferunt continuum, vt ſi circulo auferunt lineam, nihil reſtat pro ſua ſubſtantia niſi vnitas, & ſi à triangulo auferunt lineas,nihil reſtat niſi trinarius,quare rationis partes coguntur ponere numeros. Hæc eſt opinio Platonicorum.

Et ideas dicentium:hi quidem ipſammet lineam, dualitatẽ: hi autem ſpeciem,lineæ,quidam ſpeciem eandem, & cuius eſt ſpecies:ut dualitatem,& ſpeciem dualitatis. in linea uero non adhuc eſſe.

Quia poſitio ſuperius recitata eſt Platonicorum,qui dixerunt ideas,& numeros,inter ſectatores ponit differentiam,& dicit{Et ideas dicentium} & etiam numeros{hi quidem ipſammet lineam} quæ eſt ipſa idea, & tãtum ipſa {dualitatem} quæ eſt ratio linearum particularium, dicunt, & ſic iſti nullam fecerunt differentiã inter ideam linearum & dualitatẽ quæ eſt ratio lineæ {hi autem}fecerũt differentiam,qm̃ dixerunt dualitatẽ eſſe{ſpeciem}hoc eſt ideam{lineæ}& hi ſunt, qui non poſuerunt lineam eſſe ideam,ſed ideatum, & ſolã dualitatem ideã eſſe dicunt.reddit cauſam primæ poſitionis,& dicit{quidam enim ſpeciem eandẽ,&}id { cuius eſt ſpecies}eſſe dicunt{vt dualitatem, & ſpeciem dualitatis} & ſic lineam & numerum concidere in idem autumant.& ideam & dualitatem{in linea vero}.ſ. particulari{non adhuc eſſe}hæc eadem, ſed ſolum lineã vniuerſalem, & dualitatem ponebant eſſe eadem.q.d. ꝙ iſti qui dixerunt lineã & dualitatem eſſe idem,non dixerunt hoc de linea particulari,ſed de linea vniuerſali.

Accidit itaq; unam multorum eſſe ſpeciem,quorum ſpecies uidetur eſſe altera: quod quidem & Pythagoricis accidit.

Obijcit contra hanc poſitionem,& probat ꝙ numerus nõ poteſt eſſe ſubſtantia rei,nec idem quod ſpecies rerũ,primo, qm̃ ſi numerus eſſet ſubſtantia rei,ea quæ ſpecie differunt, erunt eiuſdẽ ſpecie, qm̃ ea quæ ſpecie differunt,ut corpus,triangulus,& id genus:numero eadem ſunt,eſt.n.corpus trina dimenſio,& triãgulus trinitas angulorum.quare erunt ſpecie eadem.dicit{Accidit itaq;}his, qui dicunt rerum ſubſtantias eſſe numeros{ vnam ſpeciem eſſe multorum,quorum ſpecies videtur eſſe altera}& ſic corpus, & triangulus ſpecie eadem erunt,quia trinitate eadem ſunt: & amplificando ſermonem ait hoc abſurdum etiam accidere Pithagoricis,& dicit{quod quidẽ & Pythagoricis accidit}qm̃ & Pythagorici dixerunt numeros eſſe rerum ſubſtantias.Per quam rationem,vt Auer.inquit,Ariſto. innuit hoc nomen vnum non dici æquiuoce, apud hos nec multipliciter,ſed vniuoce: & tu intellige quia non vniuoce ſimpliciter, ſed ſm prius de ſubſtantia, q̃ de cæ- Que Auer. Com. 38.

teris prædicamentis,vt dictum eſt.4. huius,ipſum vnũ dictur de decem prædicamentis.

Et contingit in omnibus eadem facere ſpeciem, alia uero non ſpecies.

Secundo argumentatur ad hominem, nã iſti ponũt vnitatem ex parte formæ dualitatem autem & cęteros numeros ex parte materię.tunc dicit{Et}ſm iſtos{contingit in omnibus}entibus{ eãdem facere ſpeciem } vt vnitatem: quam ponunt ex parte formæ { alia vero } hoc eſt alios numeros contingit ſm iſtos{non}facere {ſpecies} & ſic ſibi contradicunt, nam hic dicunt numeros eſſe ſubſtantias rerum,alibi ſolam vnitatem: & cæteros numeros ſe tenere ex parte materiæ.

Præterea etiam ſic unum omnia erunt. Quod igitur habeant dubitationem quandam quæ ſunt circa definitiones: & propter quam cauſam:dictum eſt. TEX. 39. καὶ τοι Præterea etiã & tamen quamuis.

Tertio argumentatur,ꝙ hac poſitione data, omnia vnum erunt, quoniam omnium vnitas eſſe poteſt, & ſic omnia erunt vnum & idem.dicit{Prętera etiam ſic omnia}entia{erunt vnum}qm̃ omnia in vnitate conueniunt, & ſic omnia erunt idem. differt autem hęc tertia ratio à prima, quia illa fuit particularis de his quæ ſpecie differunt,ꝙ ſint eadem. hæc autem eſt vniuerſalis.qm̃ ſequitur vniuerſaliter omnia eſſe eadem, & quæ ſpecie, & quæ genere differunt. Auer. autem non fecit niſi vnam rationem,& non recte legit verba,vt intelligenti patet.tunc epilogat, & dicit{Quod igitur habeãt dubitationem quandam}ea {quæ ſunt circa definitiones,& propter quam cauſam}ea,quæ pertinent ad definitiones:habeant dubitationem{dictum eſt.} Que Auer. Cõm. 38.

Quapropter omnia reducere ita:& auferre materiam: ſuperfluum eſt.quædam enim forſan hoc in hoc ſunt,aut ſic, hoc habentia.

Cum reprobaſſet opinionem Platonicorum, nunc vult determinare veritatem circa quæſitum. & primo determinat veritatem circa naturalia.& dicit{Quapropter omnia reducere ita}ſubaudi ad numeros{& auferre materiam } ſubaudi ab ipſis vniuerſalibus naturalibus{ſuperfluum eſt } & falſam. cauſam affert, & dicit {quædam enim}.ſ. vniuerſalia naturali, hoc eſt quædã enim formæ naturales{forſan ſunt hoc in hoc}hoc eſt formæ in materia{aut habentia ſic hoc} hoc eſt aut ſaltem habent materiam. Quod dicit propter corpora cœleſtia, quæ habent formam in materia, aut ſaltem habent materiam {ſic} hoc eſt aliquo modo per æquiuocationem.Per quę vult habere formas naturales,aut omnes,aut plures,vt Auer.dicit,non eſſe extra materia quin dependeant in eſſe, & conſeruari à materia: & ſic quæ Plato dicit, de ideis, falſa ſunt de naturalibus formis, cum ſaltem quędam ſine materia eſſe nõ poſſint. Que Auer. Cõm. 39.

Et parabola de animali, quam conſueuit Socrates iunior dicere,non bene ſe habet.abducit enim à ueritate, & facit ſuſpicari quaſi contingens ſit hominem eſſe ſine partibus,ſicut ſine ære circulum.ſed hoc non eſt ſimile. ſenſibile nãq; forſan aliquid, eſt animal, & ſine motu non eſt definire.

Cum determinaſſet veritatem circa naturalia: nunc Ariſt. ſoluit argumentum parabolicum Platonis. Argumentabatur enim ſicut contingit circulum eſſe ſine ære: ita hominem ſine partibus. quare datur idea hominum:quæ eſt homo ſeparatus. Reſpondet negando ſimilitudinem,qm̃ animal eſt aliquod ſenſibile: qđ

non

non eſt definire ſine motu: circulus eſt quid intelligibile, quod eſt definire ſine motu, & ſine materia ſenſibili. dicit{Et parabola de animali) hoc eſt argumentũ quod accipitur à ſimili de circulo & animali, hoc eſt de circulo & de homine{quam) parabolam{ conſueuit Socrates iunior) hoc eſt Plato dicere{ non bene ſe habet) nec currit quatuor pedibus. & hoc exponit, & dicit{abducit enim à veritate) & declarat quomodo abducit à veritate, & accipit{&) pro. i. & dicit, & { facit ſuſpicari quaſi) ꝙ {contingens ſit hominem eſſe ſine partibus) videlicet ſine carnibus & oſſibus {ſicut ſine ære circulum) tunc deſtruit ſimilitudinem, & dicit{ſed hoc non ſimile) cauſam autem diſſimilitudinis aſſignat, & dicit{etenim animal ſenſibile aliquod eſt, & ſine motu non eſt definire) animal enim ſenſu & motu definitur: vt in Libro de anima patet. at circulus non eſt aliquid ſenſibile, & propterea ſine motu definiri poteſt. Per q̃ patet non eſſe ſimile de forma naturali, & de circulo. Quo vero ad verba attinet, parabolam Ariſt. vocat in Rhetoricis orationẽ ſimilitudinariam, in qua aliud in ſuperficie ſonat, aliud in intellectu innuit, vt parabolæ ſapientium. parabolam. n. Cicero collationem vocat. Alij ſimilitudinem, hic autem Ariſto. pro argumento à ſimili accepit, quo Plato facere ſolitus hominem in carneum, & in oſſeum finxit. Appellauit autem hic Platonem, Socratem iuniorem: qm̃ in omnibus Libris ſuis, vt Expoſitor dicit, introducit Socratem interlocutorem, & determinatorem cuiuſlibet quæſiti, propterea ꝙ fuerit ſuus præceptor.

Quapropter nec ſine partibus ſe habentibus qualitercunq;. non enim omni modo hominis pars eſt manus, ſed potens opus facere. Quare animata exiſtens pars. non animata uero, non pars.

Ex his concludit, ꝙ non modo ſpecies non eſt ſine partibus, verum etiã partes quæ ſunt neceſſariæ ad ſpeciem, non quæcũq; ſunt, ſed illæ, quibus ſpecies poteſt exercere propriam operationem, & dicit, quapropter {nec ſine partibus ſe habentibus qualitercũq;) ſpecies eſt, cuius cauſam aſſerit, & dicit{ non enim omni modo manus eſt pars) hominis {ſed potens opus perfacere) quod homini proprium eſt, vel ad illud miniſtrare: & ideo cõcludit quomodo pars manus ſit hominis: & dicit{quare) manus eſt{pars) hominis quatenus {exiſtit animata) anima hominis: quia ſic ſeruit operationibus hominis. Manus{vero nõ animata, non eſt pars) qm̃ non ſeruit operationibus hominis: hæc Ariſto. de formis naturalibus, per quæ vult habere has non eſſe præter materias, vt Plato dixit.

Circa mathematica autem propter quid rationes non ſunt partes rationum, ut circuli ſemicirculi, non. n. ſunt ſenſibles.

Nunc declarat veritatem quantum ad mathematica, & primo repetit dubitationem. & cauſam dubitationis, vt Auer. exponit, & dicit{ Circa mathematica autem) quæritur{ propter quid rationes) ſubaudi partiũ rei definitæ {non ſunt partes rationum) totorũ{vt), ꝓpter quid{ſemicirculi non ſunt) partes rationis {circuli) deinde aſſignat cauſam, & quaſi dicat, videtur quòd ſemicirculi debeant eſſe partes definitionis circuli{ non enim) vt inquit{ſunt ſenſibiles) & propterea videntur poſſe eſſe partes. ſi enim non eſſent partes, maxime eſſet, quia ſemicirculi eſſent ſenſibiles, vt fuit ſuperius dictum de ære, & ligno. at ſemicirculi non ſunt ſenſibiles, ergo poſſunt eſſe partes: hæc eſt quæſtio: & cauſa quæſtionis.

Qua Auer. Cõm. 39.

An nihil differt. erit enim materia quorundam & non ſenſibilium, & cuiuslibet, quod non eſt quod quid erat eſſe, & ſpecies ſecundum ſe, ſed hoc aliquid. circuli igitur non erunt eius qui eſt uniuerſalis. ſingularium uero erunt partes, ſicut dictũ eſt prius. eſt enim materia, hæc quidem ſenſibilis, hæc autem intellectualis.

Reſpondet ad quæſtionem, & vult ꝙ ſiue partes materiales ſint ſenſibiles, ſiue intelligibiles nihil refert ad ꝓpoſitum, qm̃ nec ſenſibiles, nec materiales partes intelligibiles ſunt partes ſpeciei, vel rationis & dicit{ An nihil differt) cuius cauſam affert, & dicit {erit. n. materia quorundam, quæ & non ſenſibilia ſunt) vt lineæ & continuum quæ ſunt materia figurarum geometricarum, quæ non ſunt ſenſibiles. & addit, ꝙ hæc materia quæ eſt non ſenſibilium, eſt materia { cuiuſlibet quod nec eſt quod quid erat eſſe, nec eſt per ſe ſpecies, ſed) eſt{hoc aliquid) & indiuiduum intellectuale, vt hic circulus, vel ille triangulus. Ex his concludit cõcluſionẽ, & dicit, partes materiales{igitur) hæ, quæ non ſunt ſenſibiles: non erunt{cuius circuli, qui eſt vniuerſalis) & forma{ſingularium vero) circulorum{erunt partes, ſicut dictum eſt prius) ſic igitur patet eodem modo eſſe in mathematicis, & in naturalibus, qm̃ partes materiales ſiue ſenſibiles, ſiue inſenſibiles nũq̃ erunt partes rõnis, ac ſpeciei. Sed quia quis poſſet dicere materiã omnem eſſe ſenſibilem: hoc remouendo, dicit{eſt. n. materia, hæc quidem ſenſibilis, hæc autem intellectualis,)

Palam autem ꝙ, & anima quidem ſubſtantia prima: corpus autem materia. homo autem aut animal, quod ex utriſq; ut uniuerſale. Socrates autem, & coriſcus ſiquidem anima, ſit, duplex eſt: alij nãque, ut animam, alij uero, ut totum, ſi uero ſimpliciter anima, hæc & corpus hoc, ut quidem uniuerſale, & ſingulare.

Nunc quaſi epilogando recolligit ſolutionem in exemplis de homine, & animali: dicit{ Palam autem ꝙ & anima quidem ſubſtantia prima) & forma ſubſtantialis eſt{ corpus autem materia) cuius anima eſt ſubſtantialis forma{homo aũt aut animal, quod eſt ex vtriſq;) eſt{vt vniuerſale) dico{vt vniuerſale) quia vna ratione poteſt eſſe vniuerſale, alia ratione, nõ eſt enim vniuerſale ſecunm vnam opinionem, nõ vniuerſale ſecundum aliam opinionem. & hoc exponit in ſingularibus, & dicit{ Socrates autem, & Coriſcus ſiquidem anima ſit) ſ̃m vnam opinionem, quæ vult ſingularem, hominem eſſe animam ſingularem, & vniuerſalem hominem eſſe aĩam vniuerſalem, vt Plato ſentit. ſi in quã Socrates & Coriſcus anima ſit, Socrates & Coriſcus duplex eſt, ſ̃m duas opiniones de ipſis{nam alij) dicũt Socratem & Coriſcum eſſe, vt{animam. alij vero) dicunt Socratem & Coriſcum eſſe{vt totum) ex hac anima, & hoc corpore compoſitum {ſi vero) vt dictũ eſt Socrates & Coriſcus non ſunt anima, ſed{ ſimpliciter hæc eſt anima, & hoc eſt corpus) & Coriſcus ſubaudi ex hac anima, & hoc corpore{ vt quidem vniuerſale) ſeſe habet{& ſingulare) ſeſe habet: & contra etiam vt ſingulare, ita & vniuerſale. nam ſi alterum poteſt accipi pro anima, & alterum, & ſi alterum pro compoſito, & alterum, verum quouis modo accipiant̃ materiales partes licet ſint partes compoſiti, vnquam tamen ſunt partes rationis formalis. qm̃ partes rationes formales ſunt partes formæ, vel quæ ſe tenent ex parte formæ.

Vtrum autem præter materiam & ſubſtãtias tales aliqua quædam ſubſtantia ſit, & quærere oporteat ipſarum ſubſtantiam quandam alteram: ut numeros, aut aliquid tale: perſcrutandum eſt poſterius. huius enim gratia & de ſubſtantijs ſenſibilibus tentamus definire, quoniam modo quodam phyſicæ & ſecundæ philoſophiæ opus. circa ſenſibiles ſubſtantias ſpeculatio. non enim ſolum de materia oportet ſcire phyſicum, ſed & de ea, quæ ſecundum rationem, & magis.

Recte expoſitores dixerunt ea hic Ariſt. reſumere, quæ poſt hæc declaranda ſunt. & primo reſumit eſſe declarandũ vtrum præter materiam, ac ſenſibiles ſubſtantias, ſit aliqua ſubſtantia, vel aliquid aliud, vt ideę vel numeri. & dicit {Vtrum autem præter materiã &) præter {tales ſubſtantias) quæ ex materia ſunt {aliqua quædam ſubſtantia ſit, &) vtrum {oporteat quærere ipſarum) ſenſibilium ſubſtãtiarum {quandam alteram) ſubſtantiam inſenſibilem {vt numeros, aut aliquid tale) videlicet ideas {perſcrutandum eſt poſterius) Quo vero ad verba attinet, animaduerte hæc verba in codicibus Latinis ſic legi {Vtrum autem eſt aliquid, præter materiam talium. quędam ſubſtantiarum alia: & oportet quærere ſubſtantiam ipſarum aliam quandam, vt numeros aut aliquid talium, perſcrutandum poſterius) quæ verba in codicibus etiam Græcis quibuſdã ſic leguntur. verum quo ad rem non differunt à primis verbis. Dicit enim {Vtrum eſt aliquid præter materiam talium) ſenſibilium quod ſubaudi ſit {quædam alia ſubſtantiarum) hoc eſt quædã alia ſubſtantia ſeparata {&) vtrum {oportet quærere ſubſtantiã ipſarum aliã quandam, vt numeros, aut aliquid tale) vt ideas {perſcrutandum poſterius) quare in idem concidunt. deinde exponit quomodo ſe habeat hæc perſcrutatio ad eam, quæ facta eſt, & fiet de ſenſibilibus ſubſtantijs, & dicit {huius enim gratia & de ſubſtantijs ſenſibilibus tentamus definire) per quæ demonſtrat hanc perſcrutationẽ eſſe principaliter intentam in hoc Libro: illã vero: quæ de ſenſibilibus ſubſtantijs eſt, eſſe per accidens, & huius gratia. Sed dices an phyſicus circa totas materiales ſubſtantias ſpeculetur: an circa formam, vel ſolum. de materia ſenſibilium, quaſi ſoluendo dicit {qm̃ modo quodam phyſicæ, quæ eſt ſecunda philoſophia, opus ſpeculatio eſt circa ſenſibiles ſubſtantias) ſubaudi & metaphyſicæ opus eſt ſpeculatio circa primas ſubſtãtias. & propterea bene dictum eſt hic agi de ſenſibilibus ſubſtantijs per accidens. & dicit {quodam modo) quia ſecunda philoſophia non agit de his quatenus ſubſtantiæ ſimpliciter, ſed quatenus materiales. Philoſophia vero prima agit de his quatenus ſunt ſubſtantiæ ſimpliciter. appellauit autem phyſicam ſecundam philoſophiam, vt Auer. dicit, ſecundum ordinem, & non ſecundum eſſe, quia in ordine diſtincte congnoſcẽdi eſt vltima. in ordine eſſendi, & confuſe cognitorum eſt prima. aſſignat cauſam eius, quod dixit, & dicit {non enim ſolum de materia oportet ſcire phyſicum, ſed & de ea) ſubſtantia {quæ eſt ſ̃m rationem) quę eſt forma, & ſic phyſicus de omnibus tribus ſubſtantijs agit, addit tamen. ꝙ {& magis) de forma, quoniam agit magis de eo, quod eſt magis natura, quare magis de forma quoniam eſt magis natura. hæc Ariſtoteles de primo quod reſtat conſiderandum.

TEX. 40. *In definitionibus uero quomodo partes ſunt, quæ in ratione, & quare definitio una ſit ratio. palam enim quod res una ſit. res uero quomodo una ſit partes habens, ſpeculandum eſt poſterius.*

Secundo reſumit ea, quæ de definitione, atq; re defintia reſtant dici, & inquit {In definitionibus vero, ſpeculandum eſt poſterius) primo {quomodo partes ſunt, quæ in ratione) ſubaudi accipiuntur: an actu, anúe poteſtate. Secundo ſpeculandum eſt poſterius {& quare, definitio ſit vna ratio) qm̃ ſi partes ſunt in definitione actu, iure reſtat videre, quare definitio ſit vna ratio. & ſignanter de definitione reſtat hoc dicere {quia) vt ſubdit {palam eſt ꝙ res) quę definitur {vna ſit) ideo de definitione reſtat vnitatem inquirere. quia de ipſa re vnitas patet. quid vero de re ſit dubiũ ſubdit, & dicit {res vero quomodo vna ſic partes habeat) hoc eſt quomodo res, vna exiſtens partes eſt habens {hoc ſpeculandũ eſt poſterius) ergo ſunt inquirenda de definitione tria, primum an partes in definitione actu, ſecundo dato ꝙ in ratione partes ſint actu: quomodo definitio eſt vna ratio. tertium, cum res definita ſit vna, quomodo poſſit eſſe partes habens. non oportet aũt inquirere, quomodo res quæ definitur ſit vna, quia ipſam eſſe vnam, patet.

Quid quidem igitur eſt quod quid erat eſſe, & quomodo ipſum per ſe, uniuerſaliter, & de omni, dictum eſt.

Recapitulat omnia, quæ diſputata ſunt, & primo ea quæ dicta ſunt de ipſo quod quid erat eſſe quo ad deſcriptionem, & quo ad modum prædicandi, & dicit {Quid quidem igitur eſt quod quid erat eſſe) qm̃ eſt id, quod ſignificat definitio {& quomodo ipſum) quod quid erat eſſe ꝑdicatur {per ſe) de eo, cuius eſt, & quomodo prędicatur {vniuerſaliter) & quomodo prædicatur {de omni dictũ eſt) hæc quo ad ipſius quod quid erat eſſe deſcriptionem ac prædicationem ſic recapitulata hoc pacto.

Et quare horum quidẽ ratio, quæ eſt eius quod eſt quod quid erat eſſe, habet partes definiti, horum autem non.

Nunc epilogat ea quæ dicta ſunt de ipſa definitione, ac definitionis partibus. & dicit {Et quare horum). ſ. definitorum {ratio) quiditatiua videlicet {quæ eſt eius, quod eſt quod quid erat eſſe habet partes definiti) vt ratio ſyllabæ continet literas {horum autem, non) vt definitio circuli non continet ſemicirculos, ſubaudi dictum eſt.

Et ꝙ, in ſubſtantiæ quidem ratione, quæ ſic partes ſunt, ut materia, non inerunt. neq; enim ſunt illius partes ſubſtãtiæ, ſed totius, cuius quidem eſt aliquo modo ratio, & ne eſt. nam cum materia, nõ eſt (indeterminatum enim eſt) cum prima autem ſubſtãtia, eſt. ut hominis ratio eſt, quæ animæ eſt. ſubſtãtia nãq; eſt ſpecies, quæ ineſt, ex qua & materia tota dicitur ſubſtãtia. ut concauitas. nam ex hac & naſo ſimus naſus, & ſimitas eſt. bis enim & in his inerit naſus. In tota uero ſubſtantia aut naſo ſimo, aut Callia ineſt materia. ταύτης *ſunt huius aũt cuius quidẽ.* κατὰ *cum ſecundum.* TEX. 41.

Epilogat tertio quæ partes rei definitæ in quiditatiua ratione ponuntur, & quæ non ponuntur, & dicit {Et ꝙ in ratione quidem ſubſtantiæ) hoc eſt, & qui in quiditatiua ratione, quæ eſt formæ ac ſubſtantiæ {partes, quæ ſunt ſic) partes {vt materia, non inerunt) non enim lignum cuprum & id genus in ratione quiditatiua circuli ponuntur, cuius cauſam aſſignat, & dicit {neque enim illius) ſubſtantiæ, quę eſt forma, & quod quid erat eſſe {ſunt partes, ſed) partes vt materia ſunt partes {totius) indiuidui compoſiti, ſubſcribit autem quomodo indiuidui ſit rõ, & quomodo, & dicit {cuius quidẽ) ſub-

ſubſtantiæ indiuiduæ compoſitæ {eſt aliquo modo ratio,}& alio modo{non eſt}ratio.& exponit quomodo ratio ſit aliquo modo,& quomodo non ſit ratio aliquo modo indiuidui:& dicit{nam} compoſiti concepti cum ipſa{materia,non eſt}ratio,nec definitio, hoc eſt indiuidui quatenus eſt hoc per materiam determinatum,nõ eſt ratio,nec definitio.cuius cauſam ait{indeterminatum enim eſt}& incertum ipſo abſente à ſenſibus noſtris, cum non habeat eſſe ſtabile, vt ſuperius diximus{cum prima autem ſubſtantia}hoc eſt,vt accipitur ſub ratione vniuerſali {eſt} ratio:& definitio indiuidui {vt hominis ratio} ea ratio eſt {quæ eſt animæ} homo.n. vniuerſalis eſt anima hominis, & nihil aliud ſignificat niſi animam per rationem totius,& concreti vt diximus.& aſſignat cauſam,& dicit{ſubſtantia aũt} quę ex quod quid erat eſſe,& ipſum definibile {eſt ſpecies}& forma {quæ ineſt} materiæ, ex qua & materia {ſubſtantia tota} hoc eſt ſingularis{dicitur} compoſita,ac conſtituta.& ponit exemplum in accidentibus, vt idẽ in ſubſtantijs intelligatur, & dicit{vt cõcauitas} ſubaudi eſt forma naſi {nam ex hac & naſo} fit {ſimus naſus,&} fit ſimum, ſiue ſimitas.& quia aliquis poſſet dicere naſum eſſe partem concauitatis, veluti eſt pars ſimi,hoc refellẽdo dicit{bis.n.& in his inerit naſus}ſubaudi ſi in definitione cõcauitatis poneretur: qm̃ ſemel poneret ratione concauitatis,ſemel aut ratione ſimi.& tu intellige ſi poneretur in definitione concauitatis, vt pars eſſentiæ illius, non autem ex additione, vt fuit dictum. Addit tamen, ꝙ licet non ponatur eſſentialiter naſus ſiue materia in definitione concauitatis, vt pars eſſentiæ,tñ eſt pars ſimi,& pars Calliæ.& dicit {In tota vero ſubſtantia}compoſita,& indiuidua {aut} in toto {naſo ſimo,aut}in{Callia ineſt & materia}ipſa vt pars.

Et quod ipſum quod quid erat eſſe,& unum quodq; in quibuſdam quidem idem ſit:ut in primis ſubſtantijs,ut curuitas,et curuitati eſſe,ſi prima eſt. Dico autem primam,quæ non dicitur ex eo quia aliud in alio eſt,ut in ſubiecto,uel materia. Quæcũq; autem, ut materia, aut concepta cum materia, non ſunt idem,niſi ſecundum accidens unum:ut Socrates, & muſicum. hæc enim eadem ſecundum accidens ſunt. εἰ μὴ niſi

Vltimo epilogat quomodo ipſum quod quid erat eſſe,& vnũquoq; cuius eſt quod quid erat eſſe ſint idẽ, & quomodo non idem:& dicit {Et} etiam dictum eſt {ꝙ ipſum quod quid erat eſſe, & vnumquodq;} cuius eſt quod quid erat eſſe {in quibuſdam quidem eſt idẽ vt in primis ſubſtantijs} hoc eſt ſm vnam expoſitionẽ vt in ſubſtantijs immaterialibus, quæ ſunt primæ ſubſtãtiæ natura,& cauſalitate{vt curuitas,& curuitati eſſe}ſunt idem{ſi}curuitas{eſt prima} ſubſtantia, quod dicit, quia non eſt ita:ſed pro exemplo ſic intelligatur vt prima ſubſtantia & immaterialis.& exponit ſe,& dicit{Dico autem,primam}ſubſtantiam{quæ non dicitur ex eo,quia aliud in alio eſt}hoc eſt dico primã ſubſtantiam.quæ non dicitur forma in materia {vt in ſubiecto, & materia}ſic igitur in ſubſtantijs immaterialibus quod quid erat eſſe,& id cuius eſt idem ſunt.exponit autem ea,in quibus non ſunt idem,& dicit,ſubaudi in his{autem quæcũq; ſunt, vt materia}reſpectu ſubſtãtiarum ſeparatarum{aut concepta cum materia}quod quid erat eſſe,& id cuius eſt{non}ſunt {idem.niſi}idẽ accipiatur vt{vnum ſm accidens,vt Socrates, & muſicum}dicuntur vnum ſm accidens{hæc.n.eadem}dicũtur{ſm accidens}quare in ſubſtantijs materialibus qđ quid erat eſſe,& id cuius eſt non ſunt idem ſimpliciter ſed idẽ ſm accidens:quomodo forma,& compoſitum, cuius eſt forma ſunt idem ſm accidens. Quo vero ad verba attinet, animaduerte in tranſlationibus veteribus verba hæc legi hoc pacto{neq; ſm accidens vnũ} & ſic intelligitur,ꝙ nec in ſubſtantijs materialibus nec in his,quæ ſunt per accidens vnum,quod quid erat eſſe,& id cuius eſt,ſunt idem. exponit autem quæ ſunt p accidens vnum,& dicit{vt Socrates,& muſicum. hæc .n. eadẽ ſm accidens ſunt}& ideo in talibus ipſum qđ quid erat eſſe,& vnumquodq; non ſunt idem. In Græcis autem codicibus legitur εἰ μὴ & ita pro niſi interpretatus ſum, qm̃ eſt ſenſus in conceptis cum materia quod quid erat eſſe,& cuius eſt,non eſſe, niſi per accidens. Auer. autem, aliter iſtud vltimum exponit, vult enim ꝙ Ariſt.intelligit per ſubſtantias primas, formas vniuerſales,quæ ſunt per ſe primo definita.In his enim quod quid erat eſſe,& id cuius eſt idem, eſt, qm̃ quod qd erat eſſe eſt forma, & ipſum, cuius eſt qđ quid erat eſſe,eſt forma.Per concepta vero cum materia intelligit indiuidua contracta per materiam. In his.n.quod quid erat eſſe,& ipſum indiuiduum nõ ſunt idem. qm̃ quod quid erat eſſe eſt forma,indiuiduum vero habẽs formam.& iuſta hanc expoſitionem bene verba Ariſto. legi poteſt. Dicit enim {Dico autem primam}ſubſtantiam vniuerſalem ſubſtantiam{quæ non dicitur ex eo quia aliud in alio eſt} quia ſic eſſet indiuiduum, ſed dicitur ex eo,quia vniuerſaliter conceptum non intelligitur in alio vt in materia, & ſubiecto. cætera perſpicua ſunt. Quæ Auer. Com. 41.

CAP. XIIII.

Quomodo ex partibus definitionibus vnum fiat.

NVnc autem dicamus primum inquantum in analyticis de definitionibus non dictum eſt. in illis enim dubitatio dicta,præopere rationibus de ſubſtantia eſt. Dico autem hanc dubitationem,quare unum eſt definibile:cuius rationem definitionem eſſe dicimus.ut hominis:animal bipes.(ſit.n. hæc ipſius ratio) quare igitur utiq; hoc unum eſt,ſed non multa,animal,& bipes. TEX. 42. ἐφ᾽ὅσον inquantũ qđ.

Cum egiſſet de partibus definitionis, ex quo eſt manifeſtum,ꝙ definitio habet partes multas, nunc inquirit de vnitate definitionis.& primo mouet dubitationem,& dicit,nunc{autem dicamus primum inquantum}hoc eſt illud,quod {in analyticis} hoc eſt ſecundo poſteriorum{de definitione,non eſt dictum}ibi.n. mota fuit quęſtio de vnitate definitionis,& nõ fuit ſoluta.& hoc dicit{in illis enim}hoc eſt in ſecundo enim poſt {dubitatio dicta} eſt, quæ eſt πρὸ ἔργου, hoc eſt {præopere}ac præutilis,& neceſſaria{rationibus,quę} ſunt{de ſubſtantia} in hoc Libro. ideo recapitulanda, & ſoluenda eſt illa dubitatio. exponit autem illam, & dicit {dico autem hanc dubitationem, quare vnum eſt definibile, cuius rationem definitionem eſſe dicimus} hoc eſt quare definibile reſolutum in partes definitionis ſit vnum. Eſt autem annotatione dignum, ꝙ definibile, cuius ratio eſt definitio: eſt definibile actu ſolutum in partes definitiuas, definibile autem reſolutum in partes definitiuas eſt ipſa met definitio: qm̃ definitio eſt ſermo actu continens partes rei definitæ Quare dubitatio eſt, hæc propter quid definitio eſt vna:cũ partes actu definiti habeat & hoc exponit, per exemplum,& dicit{vt hominis,aïal bipes}& quia poſ-

ſet dici hanc non eſſe hominis definitionem,ſubdit,ſit enim hæc ipſius hominis {ratio} tunc reſumit dubitationem,& dicit{quare igitur vtiq; hoc vnum eſt,ſed nõ multa,animal & bipes}Quo vero ad dubitationem at
Que Auer. Com.42. tinet.Auer.dicit primo,ꝙ Ariſto. mouit & ſoluit hanc dubitationem, verum non aſſignauit cauſam ſolutionis, hic autem intendit ſoluere, & aſſignant cauſam illius ſolutionis.Secundo dicit,ꝙ Logicus,& Metaphyſicus de definitione conſiderat, non tamen eodem modo,qm̃ Logicus,ut Topicus,& Analyticus conſiderant vt eſt ſermo, inſtrumentarius, quo intellectus ducitur in cognitionem quiditatum rerum. Metaphyſicus vero,conſiderat definitionem, vt ſignificat quiditatẽ rei. hoc eſt per accidens gratia quiditatis, quam per ſe conſiderat.Metaphyſicus enim per ſe quiditates conſiderat,per accidens autem ſermonem definitiuum, vt illas oſtendit. Animaduerte tamen,ꝙ Topicus definitionem ſpectat, vt eſt vnum prædicatorum problematicorum,Analyticus vt eſt medium & cauſa in demonſtratione. Dicit tertio ꝙ dare cauſam de vnitate definitionis, eſt magis proprium metaphyſico. Et rationẽ affert, qm̃ cauſa vnitatis definitionis eſt vltima differẽtia,quam conſiderat metaphyſicus,qm̃ accipitur à forma per quã ipſum definitum eſt ens, & vnum in actu. Quod autem ita ſit,probat, quia cæteræ differẽtiæ ſunt potentia contentæ indefinito,ſignum affert, qm̃ definitum non multiplicatur propter partes definitionis, quod non eſſet, niſi quia vltima differentia eſt vltimus actus,à quo eſt vnitas,& cæteræ differentiæ ſunt potentiæ:quæ cum illa vnum faciunt.

In hoc enim homo & album,multa quidem ſunt,cum alterum non inſit alteri:unum uero,quando ineſt, & patitur aliquid ſubiectum homo. tunc enim unum fit, & eſt albus homo. hic autem, non participato alterum altero,genus enim non uidetur participare differentijs:ſimul enim contrarijs idem participaret.nam differentiæ cõtrariæ ſunt,quibus differt genus.

Mota quæſtione, nunc argumẽtatur ꝙ ex partibus definitionis non fit vnum.& ſyllogizat hoc pacto: ea quorum alterum alteri non ineſt,non fit vnum. partiũ definitionis altera alteri non ineſt, non ergo faciunt vnum.De ratione ſumit quædam,ex quibus patet maior, & dicit{In hoc enim}.ſ. aggregato ex homine & albo{homo & album multa quidem ſunt,cum alterũ non inſit alteri} hoc eſt cum ſumerentur, vt duæ ſubſtantiæ per ſe ſtantes,quarum altera non eſſet eſſentia-
Que Auer. Com. 42. liter altera, nec altera alteri ineſſet, vt Auerr. exponit {vnum vero}eſſent{quãdo}album{ineſt}homini{&} quando{homo ſubiectum patitur aliquid}hoc eſt reciperet album{tunc enim}ex albo & homine{vnũ fit, & eſt albus homo}Ex his colligitur maior,ꝙ videlicet ea quorum alterum alteri non ineſt.nõ fit,vnum.Dat minorem,& dicit{hic autẽ}.ſ.in definitione{non participat alterum altero}nec alterum ineſt alteri, cuius rationem dicit{genus enim non videtur participare differentijs,ſimul.n.contrarijs idem participaret.nã differentiæ contrariȩ ſunt,quibus differt genus}ex his ſequitur quod partes definitionis non fiant vnum.

Si uero & participat.eadem ratio erit,ſiquidem ſunt differentiæ plures,ut greſſibile,bipes,non alatum. quare nãq; hæc unum,ſed non multa: non enim quia inſunt,nam ſic ex omnibus erit unum.

Quia aliquis poſſet dicere genus participare differentijs & propter hoc definitionem eſſe vnam, obijcit contra,& dicit{Si vero &}genus{participat} differentijs,ita vt propter hoc definitio vnum ſit,contra obijcit,& dicit{eadem ratio erit}de differentij ipſis: quomodo ex differentijs fiat vnum.& dicit{ſiquidem ſunt differentiæ plures,vt greſſibile,bipes,nõ alatum.quia} vt inquit ſtatim quæretur {quare nãq; hæc vnum ſunt, ſed non multa}& quia aliquis poſſet dicere hæc facere vnum,quia inſunt generi vni,vel homini vni: hoc ſtatim refellit, & inquit{non enim quia inſunt} ſubaudi vni homini hæc vnum faciunt{nam ſic ex omnibus}accidentibus{erit vnum} qm̃ omnia accidẽtia inſunt vni patet igitur,ꝙ eadem ratio ſtabit de differentijs. Auer. Que Auer. Com. 42.
autem, dicit, ꝙ ſi aliqua eſſent vnum eſſentialiter hoc eſt per ſe,quia ſunt in vno: contingeret ꝙ totus mundus eſſet vnus eſſentialiter,quia omnia ſunt in cœlo,qđ eſt vnum.Sed hoc quod Auer.dicit, non eſt ad propoſitum,quoniam quæ ſunt in cœlo:non inſunt cœlo, vt ſubiecto, & propterea exponatur vt diximus.

Oportet autem unum eſſe quæcunq; in definitione, definitio enim ratio quædam eſt una, & ſubſtantia una quare unius alicuius oportet ipſam eſſe rationem. etenim ſubſtantia unum quidem & hoc aliquid ſignificat,ut diximus.

Ariſt. argumentatur ad oppoſitum, & primo concludit ꝙ partes definitionis ſint vnum,tum quia definitio eſt ratio vna:tum quia ſubſtantia, cuius ſunt, eſt vna.& dicit{Oportet autem vnũ eſſe quæcũq; in definitione}ſunt partes,& tangit duas rationes, & dicit{definitio.n.eſt quædam ratio vna} ergo partes definitionis ſunt vnum,tangit ſecundam rationem, & dicit{& ſubſtantia} q̃ definitur eſt{vna} ergo partes ſunt vnũ. Et his concludit,quaſi conuerſam,& dicit{quare vnius alicuius oportet}definitionem{eſſe rationem} qđ ꝓbat, & inquit{etenim ſubſtantia vnum quidem & hoc aliquid ſignificat,vt diximus}& ſic perſpicuum definitionẽ eſſe rõnẽ eius rei:q̃ vna eſt.& ſuba,& hoc aliquid. Auer. autem dicit, ꝙ Ariſt. per hæc voluit probare ꝙ ea quæ per definitionem ſunt vnum: ſint vnum numero, & ratio eſt quia definitio,cuius ſunt partes, eſt ſermo vnus, qui ſignificat ſubſtantiam vnam. cum enim illud,quo definitio ſignificat,ſit vnum. etiam definitio erit vna. Sed dices, totum contrarium ſuperius eſt dictum.Dixit.n.rem eſſe vnam,qm̃ eius definitio eſt vna at nunc dicit,definitionem eſſe vnam,quia res eſt vna. Reſpondet Auer.ꝙ hoc Ariſt. dicit hic ad oſtendendũ Que Auer.
reciprocam rationem vnitatis, nã & definitio eſt vna Com. 42.
ꝓp rem,tanq̃ propter cauſam materialẽ. & res eſt vna propter definitionem, tãq̃ propter cauſam formalem.

Oportet autem primum intendere de his quæ ſecundum diuiſiones definitionibus.nihil enim aliud eſt in definitione quam TEX.43.
primum dictum genus, & differentiæ, alia uero genera ſunt primum, & cum hoc comprehenſæ differentiæ, ut primum, animal,habitum uero:animal,bipes,& iterum animal, bipes, non alatum.ſimiliter autem,et ſi plura dicantur.

Nunc ſoluit,& primo vult accipere,ꝙ vera definitio non conſtet, niſi ex generȩ propinquo & dr̃ia vltima vel ex multis ad hæc duo reducibilibus, vt exponit Auer.& hoc ꝓponit,& dicit{Oportet aũt primũ intẽdere de his definitionibus,quȩ ſunt ſ̃m diuiſiones}hoc eſt,quæ conſtãt ſecũdum duas partes,per {diuiſiones} enim duas partes intelligit, genus videlicet proximũ, & differentiam propriam, vel plura ad hæc reducibilia. Quo vero ad verba attinet {ſ̃m diuiſiones} græce eſt.

eſt, κατὰ τὰς διαιρέσεις, & quidam exponit hoc eſt ſm differentias eſſentiales, qm̄ tales definitiones dantur ſecundũ diuiſiones generis in differentias. tales ſunt neceſſariæ præaccipi pro inueſtiganda vnitate definitionis. & cauſam huius videtur ſubſcribere, & dicit, nihil enim aliud eſt in definitione, ꝗ primum dictum genus & differentiæ, quæ genus eſſentialiter diuidunt. nã definitiones, quæ dantur per accidentalia non ſunt ad ꝓpoſitum: quam expoſitionem non vituperamus: cum ſit expoſitio Expoſitoris. Auer. autẽ balbutiendo ſentit Ariſt. per diuiſiones intelligere partes duas: & ꝑ definitionem, quæ eſt ſm diuiſiones intelligit, eam, quæ continet genus propinquum, & differentiam eſſentialem illi generi, & per primum genus intelligit genus ꝓpinquum. quia in defiuitione ponitur primũ. quare iuxta hanc expoſitionem, proponit, dicere de definitionibus, quæ conſtare ex diuiſionibus, hoc eſt ex duabus partibus genere videlicet primo, & differentia. aut ex pluribus ad hæc duo reducibilia. & aſſignat cauſã, quare vera definitio conſtat duabus partibus, vel pluribus ad has duas reducibilibus: & dicit {nihil enim aliud eſt in definitione} hoc eſt dico eſſe intendendum de definitionibus, quæ conſtant ex duabus partibus, quia nihil aliud eſt in definitione { ꝗ primum dictum genus} hoc eſt ꝗ genus quod primũ dicitur {& differentię} vna vel plures ad vnam reducibiles. Quo vero ad verba attinet, per {primum genus} Expoſitor generaliſſimũ ac remotum genus intelligit. Auer. vero propinquũ, qđ dicitur primum poſt ſpeciẽ, in quod ſpecies primo reſoluitur. generaliſſimum vero dicitur primum via compoſitionis, ac diuiſionis: quia ab illo diuiſio incipit. Ego vero ſic intelligerem ꝙ Ariſt. primo dicat de definitionibus in quibus eſt primum genus, & multæ differentiæ. Secundo de definitionibus, quæ conſtant vno genere, & vna differentia. De primo dicit {Oportet autem primum intendere de his definitionibus quæ ſm diuiſiones ſunt} hoc eſt, quæ conſtant ex primo genere & multis differentijs, quod probat, & inquit { nihil. n. aliud eſt in definitione ꝗ dictum primum genus}. ſ. generaliſſimum {& differentiæ} multæ vſq; ad vltimam. Sed dices, nonne in definitione aliqua, ſunt multa genera differentię: quaſi reſpondens, dicit {alia vero genera} cum multa ponuntur in definitionibus {ſunt primũ genus, & cum hoc} vel ſub hoc multæ { comprehenſæ differentiæ} & ſic ſolum vnum eſt genus primum, qm̄ cætera ſe habent vt differentiæ ſub illo genere. & hoc per exemplum declarat. & dicit {vt} in definitione hominis, quæ eſt animal, bipes, non alatum {primum} genus eſt animal, genus {habitum} hoc eſt cõſequens ſub illo eſt {aĩal bipes, & iterum} tertium eſt aĩal bipes, non alatum {ſimiliter autem} & quartum & quintum {& ſi plura dicantur} omnia præter primum, vt differentiæ ſunt. patet ergo in definitione non eſſe niſi vnũ genus qm̄ cætera quocũq; ſunt, differentiæ habeatur: ꝗ ſub illo genere continẽtur. hæc de definitione primo mõ.

Omnino uero, nihil differt per plura, aut per pauciora dici. quare nec per pauca, aut per duo. duorum uero, hoc quidem differentia: illud ue ro, genus. ut eius, quod eſt animal bipes: animal quidem genus, differentia uero alterum eſt.

Ex ſupradictis patet vnam definitionem eſſe, quæ conſtat ex primo genere, & omnibus differentijs vſq; ad vltimam: & hæc definitio tunc euenit, cum genus proximum innominatum fuerit, nam tunc circunloquimur ipſum per genus remotum notum, & differentias omnes communes vſq; ad vltimam. tenet. n. tunc genus remotum cum omnibus differentijs cõmunibus locum generis proximi. nunc aſſignat ſecundã definitionẽ, quæ fit ex proximo genere, & vltima differentia, & hæc fit quando proximum genus nominatũ eſt, & vltima differentia nota. Veluti, cum dicitur, ꝙ hõ eſt animal rationale. & dicit { Omnino vero, nihil differt} definitionem {dici per plura, aut ꝑ pauciora, quare nec per pauca aut per duo } & ſic definitio ſecundo eſt quando conſtat ex duobus, vt ex genere proximo, & vltima differentia, qm̄ ita bene hæc ſicut prima videtur bene definitio. exponit autem quando duorũ conſtat definitio: qualis ſit. & dicit {duorum autem, hoc quidem} eſt {differentia, illud vero, eſt genus, vt eius, quod eſt animal bipes, animal quidem eſt genus differentia vero eſt alterum}. ſ. bipes quare duplex eſt definitio, altera, quæ conſtat primo genere, & multis differentijs, altera quæ conſtat proximo genere & vna differentia: hæc pro ſuppoſitione.

Si ergo genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ ſunt, ut generis ſpecies: aut ſi eſt quidem, ut materia eſt (uox enim genus & materia eſt, differentiæ autem ſpecies, & elementa ex hac faciunt) palam ꝙ definitio ſit ex differentijs ratio.

Quia dixit duplicem eſſe definitionem, nunc primo oſtendit quomodo ex genere & differentia fiat vnum, quando definitio non conſtat niſi genere & differentia. deinde oſtendit quomodo ex genere & differentijs fiat vnum: quando definitio conſtat ex genere, & pluribus differẽtijs. De prima parte tangit duas cauſas, quibus definitio primo mõ ſit vna ratio, vel quia genus nõ eſt præter generis ſpecies, & ſic differẽtiæ & genus ſunt vnum in ſpecie. vel quia genus in aliquibus ſe habet, vt materia, & differentiæ, vt formæ, ex quibus & genere fit vna ſpecies, & ſic vtroq; modo definitio primo modo vna eſſe poteſt. dicit {Si ergo genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ ſunt, vt generis ſpecies } veluti in prædicamento ſubſtantiæ, in quo genus & ſpecies ſunt eiuſdem naturæ {aut ſi eſt quidem } genus præter generis ſpecies, vt in prædicamentis accidentium in talibus { vt materia eſt } ſiue ſic ſiue ſic, infert { palam ꝙ definitio ſit ratio} vna {ex differentijs} quæ cum genere faciunt vnum aut in ſpecie, aut in compoſitione. Interpoſuit autem exemplum, in quibus genus ſe habet vt materia, & differentiæ vt formæ, & conſtitutum vt compoſitum ex materia & forma, & dicit { vox. n. genus & materia eſt } ſubaudi elementorum ſyllabarũ & dictionem {differentiæ aũt} ſubaudi vocum, additæ voci, vt formæ {faciunt} & conſtituunt {ſpecies} vocũ {& elementa} ſyllabas, & dictiones. veluti naſus vt materia eſt, differentiæ vero additæ naſo, ſunt vt formæ, quæ conſtituunt ſpecies naſi, vt aquilum & ſimũ. Curuitas. n. addita naſo aquilum, depreſſio vero ſimum facit. Quare definitio primo modo eſt vna, vel vnitate ſpeciei, in quo genus & differentia concludunt, aut vnitate vnionis, quia genus eſt vt materia, differentia vero, vt forma, & ſpecies, vt ex his compoſitum. Dixit autem hæc propter ſubſtantiam & propter accidens, nam in ſubſtantia genus & differentia ſunt eiuſdem naturæ in ſpecie: in accidentibus genus & differentiæ ſunt diuerſarum naturarum aliquando, quia genus eſt in prædicamento ſubſtantiæ, differentiæ in prædicamento accidentis. Ex his patet ſolutio ad primum argu-

mentum, qm̃ licet differentia non inſit generi: tamen cũ eo facere poteſt vnum, aut vnitate naturæ, aut vnitate vnionis. Auer. autem verba illa {aut ſi eſt quidem, vt materia} cum male tranſlata habuiſſet, male expoſuit. dicit. n. vno modo, ꝙ vult intelligere genus eſſe ſimul materiæ. Secundo dicit, ꝙ genus reuera nõ eſt materia, ſed quia eorũ quæ ponuntur in definitione, quædam formæ, quædam materiæ aſſimilantur: ideo eſt vt materia: quæ non quadrant verbis Ariſto. Exemplũ vero de voce exponit ſuo modo: & quidem non ad mẽtem Ariſtotelis.

At uero & oportet diuidi differentiæ differentiam, ut animalis differentia eſt bipes. Item animalis habentis pedes differentiam ſcire oportet inquantum habens pedes: ut non ſit dicẽdum habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum: ſiquidem bene dicit, ſed propter non poſſe: facit hoc, ſed ſi aliud habens ſciſſos pedes, aliud non ſciſſos pedes. Hæ nãq; ſunt differentiæ pedis.. Nam ſciſſio pedis pedalitas quædam eſt, & ſic ſemper uult procedere donec utiq; uenerit ad non differentia. tunc autem erunt tot ſpecies pedis, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs. (Quare. Vt.)

Nunc vult declarare quomodo definitio, quæ conſtat vno genere, & multis differentijs. ſit vna: & primo p̃mittit quomodo per diuiſionẽ & ſubdiuiſiones differentiæ multæ inueniantur: & in definitione ponantur. & dicit {At vero} conſtituto primo genere, & prima differentia {& diuidere oportet differentiæ differẽtiam} vſq; ad vltimã {vt animalis differentia eſt bipes} hr̃e itaq; oportet diuidere {item animalis hñtis pedes ſcire oportet differentiam} qua ſcita, hanc oportet diuidere {inquantum habens pedes} dico inquantum habens pedes {vt non ſit dicendum habentis pedes aliud alatum, aliud non alatum} dico non eſſe ſic diuidendũ ipſum habens pedes {ſiquidem} diuidẽs {bene} recteq; {dicit} addit, ꝙ licet ſic ſit faciendum {ſed} pro tamen {propter non poſſe} aliquando aliter fieri & per accidens {facit hoc} & diuidit habens pedes per alatum, & inalatum, per ſe autem eſt ſic faciendum: vt diximus: & dixi per accidens aliquando per tales differentias fieri diuiſionem, vt ſi propriæ & eſſentiales differentię ignotæ ſint, tunc. n. per accidens per extraneas diuidimus. tunc exponit, quomodo recte diuidat, & dicit {ſed} recte diuidendo dicit {ſi aliud habẽs ſciſſos pedes, aliud} habens {non ſciſſos pedes} dicat, cuius cauſam affert, & dicit, hæ nãq; ſunt differentiæ pedis. & quia indiuiſionem pedis eſſe pedem nemo dubitat, probat ſciſſionẽ pedis eſſe pedem pedalitatemq;, & dicit {nam ſciſſio pedis pedalitas quædam eſt} & dicit quouſq; differentiæ diuidendæ ſint. & dicit {& ſic ſemp} diuidens {vult} hoc eſt debet {procedere} in ſubdiuiſionibus {donec vtiq; venerit ad non differentia} vlterius, nam cũ tunc prouenerit ad hæc, habebit differentias vltimas: quæ vlterius non diuiduntur. & addit quomodo ſe hñt ſpecies, & differentiæ, cum factæ fuerint diuiſiones, & ſub diuiſiones vſq; ad vltimas, & dicit {autem} pro & erunt tunc tot ſpecies pedis, quot differentiæ {& animalia habentia pedes} erunt etiam {æqualia} numero {differentijs} & tot quot differentiæ: & ſic vnaquæq; ſpecies habebit propriam differentiam. ſiquidem differentiæ pedis erunt tot quot ſpecies pedis, & ſpecies animalis etiã tot. Quo igitur mõ p diuiſiones, & ſubdiuiſiones ſub vno primo genere inueniantur plures differẽtiæ, ex hiſce perſpicuũ eſt. Quo vero ad verba attinet, animaduerte Auer. reddere cauſam, cur præmiſit Ariſto. hanc ſuppoſitionem, & dicit hoc feciſſe: quia diuiſio largitur tales ſermones: & ſic præmiſit hoc, vt innueret per diuiſionem eſſe definitiones ipſas inueniendas. præterea exponit quo ordine diuiſiones hæ fiant, & dicit, ꝙ non eſt intelligendum ꝙ primo differentiæ differentiam diuidamus, ſed ꝙ primo genere diuiſo in primam differẽtiam & ſuam oppoſitam, deinde diuidere oportet illam differentiam in ſuam primam differentiam: & ſuam oppoſitam, vt prius non id primo diuidatur genus in differentiam ſuæ differẽtiæ: cum hoc non ſit intelligibile.

Si itaq; hæc ſic ſe habent, palam quoniam finalis differentia ſubſtantia rei erit, & definitio, ſi non oportet multoties eadem dicere in terminis. ſuperfluum enim accidit hoc. Nam quãdo dicit animal habens pedes bipes, nihil aliud dicit, q̃ animal pedes habens duos pedes habens: etſi hoc diuidat propria diuiſiones: multoties dicet, & æqualiter differentijs. Si igitur differentiæ differẽtia fiat: una erit, quæ finalis ſpecies, et ſubſtãtia.

Auer. velle videtur, ꝙ hic ſoluat quæſtionem, quoniam ſequitur definitionem eſſe vnam ab vnitate vltimæ differentiæ. Ego vero arbitror, q̃ Ariſto. accipiat quaſi ſecundam ſuppoſitionem, & eſt, ꝙ cum per diuiſionem repetitur differentia vltima, fruſtra cæteræ differentiæ ponuntur, ĩmo ſi ponantur, in definitionibus erit nugatio, vt exemplo oſtẽdit, & ratione patet, quia omnes in vltima includuntur. & qm̃ differentiæ bifariã ſunt eſſentiales, & accidentales, oſtendit, ꝙ quando in definitione habetur vltima eſſentialis differentia, fruſtra ponantur cæteræ eſſentiales, & dicit {ſi itaq; differentiæ ſic ſe habẽt} eſſentialiter, & ſm ordinem, & ſub diuiſiones, & diuiſiones, ita vt peruentum ſit ad vltimã {palam ꝙ finalis differentia ſubſtantia rei erit, & definitio} quaſi tota, dico quaſi tota, qm̃ non eſt genus, vt dicemus. vult dicere palã eſſe, ꝙ ſola in definitione ſufficiat, & fruſtra ponãtur cæteræ intermediæ: probat & lege ſic, dico ꝙ fruſtra ponuntur cæteræ, & ſola ſufficit {ſi non oportet in terminis} hoc eſt in definitionibus {multotiens eadem dicere} quod non videtur rationabile, cuius cauſam affert, & dicit {ſuperfluum. n. accidit hoc, vt idẽ toties dicatur. deinde probat conſequentiã {nam quando} quis {dicit} hominem eſſe {animal habens pedes bipes} fruſtra videtur addi habens pedes, & nugatorie. nam, vt inquit, in ipſo bipede includitur. quia {nihil aliud dicit} q̃ animal pedes habens, duos pedes habens} ponendo. n. loco nominis bipedis, rationem, ſenſus eſt, homo eſt animal habens pedes, duos pedes habens. & pedes bis dicitur, ſemel quidem in vltima differentia, & ſemel in differentia cõmuni. & addit ꝙ {ſi & hoc} videlicet bipes {diuidat propria} & eſſentiali {diuiſione, multoties} idẽ {dicet, & æqualiter differentijs} hoc eſt toties dicet ipſum pedes, quot erũt differentiæ ipſæ, in quas diuidet qm̃ in omnibus includitur. tunc epilogat ſuppoſitionem & dicit {ſi igitur differentiæ differentia fiat} donec venerimus ad vltimam {vna erit, quæ finalis ſpecies, & ſubſtantia eſt} & ita fruſtra ponuntur aliæ. eſt ergo ſecunda ſuppoſitio, ꝙ cũ vltima differentia ponitur in definitione, fruſtra cæteræ ponuntur. Sed dices à pari fruſtra ponitur genus: qm̃ genus formaliter includitur in differentia: verum de hoc erit quæſtio in dilucidario. (Que Auer. Com. 43.)

Sin autem fuerit ſecundum accidens: ut ſi diuidat habentis pedes, aliud album, aut nigrum: tot quot utique ſectiones fuerint.

Cum

Cum dixiſſet fruſtra cõmunes differentias, ſi ponitur vltima, nunc oſtendit non poni fruſtra, ſi differentiæ erunt per accidens, & dicit {ſin autem} differentiæ {fuerint ſm accidens, vt ſi} aliquis {diuidat} & dicat {habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot ſectiones ſuerint} tot ſubaudi ponendæ, nam ſic non addentur fruſtra: verum hoc pacto, non per ſe vna definitio eſt, ſed per accidens. & per hoc volunt ſolutam eſſe rationem factam, cum dicebatur definitionem ex hiſce non eſſe vnam. nam ita eſt & verum concludit, ꝙ non eſt vna per ſe, niſi ſubiecto. Auer. autem aliter intelligit, legit.n. ſic {ſi vero differentiæ fuerint ſm accidens: erunt tot quot ſectiones} hoc eſt infinitę, & ſic nõ fuerunt ad definitiones, nec ad ſcientiam. Prima tamẽ expoſitio melior eſt.

Quæ Auer. Cõm. 45.

Quare palam ꝙ definitio ratio eſt, quæ eſt ex differentijs, & harum ex finali ſecundum rectum.

Nunc concludit ſolutionem, & dicit {quare palam eſt ꝙ definitio ratio eſt} vna {quæ eſt ex differentijs tãtum, qm̃ genus non eſt præter differentias, & hoc in ſubſtantijs, & licet ponerẽtur multæ differẽtiæ in definitione. tamen {& harũ ex finali ſm rectum} & ſic definitio eſt vna ab vnitate vltimæ differentiæ. & tu intellige hæc in definitionibus ſubſtantiarũ, qm̃ in definitionibus accidentium, definitio eſt vna, quia ex genere & differentia fit vnum, cum in illis genus, vt materia ſic, differentia, vt forma. Quo vero ad verba attinet, cum dicit {ſm rectum} Expoſitor intelligit quando fit diuiſio ſm rectum hoc eſt à cõmuniori ad minus cõmune deſcendendo per ſe differentias, & non accipiendo differentias per accidens quaſi à latere. Auer. aũt intelligit, ꝙ definitio conſtet ex vltima {ſm rectũ} hoc eſt, ſi definire volumus recte. per quæ patet definitionem eſſe rationem vnam, qm̃ ſiue definitio detur per plures ſiue per vnam differentiam, ſemper ab vltima differentia erit vnitas. qm̃ cætere aut fruſtra, & nugatorie ponũtur, aut ad circũloquendum vltimam differentiam.

Palam autẽ erit, ſi quis tranſponat tales definitiones, ut eã quæ eſt hominis, dicens animal, bipes pedes habens. Superfluũ enim eſt habens pedes dicto bipede. Sed ordo non eſt in ſubſtantia. quonam modo enim oportet intelligere hoc quidem poſterius, illud uero prius. de definitionibus quidem igitur ſecundũ diuiſiones, tot dicantur primum, quales quædam ſunt.

Quòd in definitione ſufficiat vltima differentia, nũc probat ex eo, quia aliter in definitione eſſet nugatio. ſi enim in definitione ponerentur plures differentiæ, vltra vltimam, nugatio eſſe videtur tranſponendo differentias, ſicut.n. ad priores differentias addendo vltimam erit nugatio, vt dictum eſt, ita contra: ad vltimã addendo priores. Indifferenter.n. tranſpoſitio fieri poteſt differentiarum, cum in definitiua ratione non eſt ordo. dicit ꝙ autem in definitione ſubſtantiarum ſufficiat vltima differentia {palam erit, ſi quis tranſponat tales definitiones} ac definitionum differẽtias {vt eam, quæ eſt hominis, dicens animal bipes pedes habens, ſuperfluum enim eſt} tũc & nugatorium {dicto bipede} addere differentiam illam, quæ eſt {pedes habens} vt cuilibet patet: ſed dices ꝙ nõ eſt ſic nugatio, ſed cum poſtponitur vltima differentia, vt dixit ſuperius, quaſi reſpondens dicit {ſed ordo non eſt in ſubſtantia} hoc eſt in definitione ſubſtantiali, non enim refert differẽtias præponere, & poſtponere. & probat, & dicit} quonam modo enim oportet intelligere hoc quidem poſterius, illud vero prius} non enim videtur modus, neque ratio. vbique enim differentia vltima poſita erit vltima, & cæteræ intermediæ etiam erunt intermediæ, vbicũq; ponantur. demum epilogat, & dicit {de definitionibus quidem igitur} quæ {per diuiſiones} fiunt, vel quæ via diuiſiua inueniuntur, vel quæ conſtant per multas differentiarum diuiſiones {quales quædam ſint, tot dicãtur primum} quoniam poſtea etiam quædam dicentur. aut ſic, de definitionibus quidem igitur, quæ per diuiſiones fiunt, tot dicantur dico de definitionibus {quales quędam primum ſunt} vt definitiones formales, quæ per partes formales dantur, non autem per materiales quaſi dicat de definitionibus formalibus tot ſint dicta. Diſputant hic an ex verbis Ariſt. colligi poſſit vnitas formæ in cõpoſito. ſed de hoc in dilucidario.

CAP. XV.

Qđ vniuerſalia ſubſtantiæ non ſint.

QVoniam uero de ſubſtantia perſcrutatio eſt, iterum redeamus. Nam dicitur ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quod quid erat eſſe, & quod ex his, & uniuerſale. De duobus quidem igitur dictum eſt, etenim de qđ quid erat eſſe: & de ſubiecto, ꝙ dupliciter ſubijciatur, aut hoc alquid ens, ut animal paſſionibus, aut ut materia actui. TEX. 43. γὰρ. Enim. Nam. δὲ. Autem.

Videtur autem & uniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, & eſſe principium uniuerſale. quapropter & de hoc tractemus. TEX. 45.

Quia intentio Ariſto. eſt diſputare an vniuerſalia, quæ Plato poſuit, ſint rerum ſubſtantiæ, ideo reſumit quæ de ſubſtantia dicta ſunt, & quæ dicenda. & dicit {Quoniam vero de ſubſtantia perſcrutatio} principaliter eſt in metaphyſica, & maxime in hoc libro {iterum redeamus} & dicamus de ſubſtantia. & repetit diuiſionem, & quæ ſint de illa dicta: & dicit {Nam} vno modo {dicitur ſubſtantia eſſe, ſicut ſubiectum} ſecundo modo dicitur {& quod quid erat eſſe} hoc eſt forma {&} dicitur tertio id {quod ex his, &} quarto dicitur {vniuerſale} tunc quæ dicta ſint, repetit, & dicit {de duobus quidẽ igitur dictum eſt, etenim de quod quid erat eſſe} eſt dictum {&} eſt dictum {de ſubiecto quòd dupliciter ſubijciatur, aut hoc aliquid exiſtens, vt animal} indiuiduũ exiſtens actu {quod paſſionibus} ſubijcitur {aut, vt materia actui} veluti corpus organicum animæ. hæc dicta ſunt in hoc ſeptimo libro, quæ dicẽda ſint ſubſcribit, & dicit {Videtur autem & vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime} quibuſdam videlicet Platonicis, his.n. videtur {& vniuerſale} cauſa eſſe {& principium} & propterea proponit quid dicendum, & dicit {quapropter & de hoc tractemus} hæc de intentione. ſupra his verbis dicit Auer. eſſe neceſſarium agere de vniuerſalibus, an ſint rerum ſubſtantiæ, qm̃ in indiuiduo nihil eſt præter materiam & formam particulares. propterea oportet ſcire vtrum ſit verum, an vltra materiam & formam particulares ſit aliqua ſubſtãtia vniuerſalis. Ex hoc loco colligi cõſueuit ꝙ non detur tertia entitas diſtincta à partibus cõponentibus: aſſerit .n. ꝑter materiam & formã particulares nihil aliud eſſe ſed ſi adducatur auctoritas Auer. quinto huius dicentis, & dicit hoc, quia in compoſitis eſt natura addita naturæ componentium. ſ. illud quod fit ex compoſitione. & aliæ multæ authoritates etiam adducantur. di- Cõm. 6.

cendum ꝙ,vt diximus in dilucidario, duplex eſt compoſitum, quoddam cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatæ, vt compoſitum ex materia & forma, quoddam cuius partes non ſunt eſſentialiter ordinatæ, vt aceruus lapidum. Tunc Auer. vult duo, primum compoſitum cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatæ eſſet aliquid additum componentibus, non intelligẽdo ita, vt ſit tertia ſubſtantia, ſed tertium additum, quatenus ſuperaddit partibus ordinẽ eſſentialem. Illud.n.quod fit ex compoſitione eſt compoſitum, quod vltra partes dicit ordinem eſſentialem vt infra dicemus. Secundo dicit, ꝙ compoſitum ex partibus non eſſentialiter ordinatis, vt aceruus, non eſt tertium addens aliquid ſupra componentia. q̃m nec addit ordinem eſſentiales, vt eodem loco dicemus. Ex quibus patet Auer. per illud, quod fit ex compoſitione intelligere eſſentialem ordinem partium, qui actu fit ex actuali vnione illarũ. hic.n.actualis ordo partium eſt, qui fit ex compoſitione partium: verum de his in dilucidario.

Cõm. 60.

Videtur.n.eſſe impoßibile, ſubſtantiam eſſe quodcunq; uniuerſaliter dictorum. Primum.n.ſubſtantia, quæ uniuſcuiuſq; eſt, propria eſt uniuſcuiuſq;, quæ non ineſt alij. Vniuerſale uero commune. hoc enim dicitur uniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt.

Propoſita intentione, exequitur, & primo proponit illud, quod vult probare, & dicit {Vr̃.n.eſſe impoſſibile, ſubſtantiam eſſe quodcũq; eorum quæ vniuerſaliter dicuntur} vt ꝙ homo ſit ſubſtantia ſingularium hominum, hoc probat primo ſyllogiſmo in ſecunda figura, ſic {ſubſtantia vniuſcuiuſq; propria vniuſcuiuſq; eſt, quæ non ineſt alij} hæc eſt maior, deinde ponit minorem, & dicit {vniuerſale vero, commune} & non proprium eſt eis. quorum eſt vniuerſale, quod ꝓbat, & dicit {hoc.n.dicitur vniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt} ergo vniuerſale non eſt ſubſtantia eorum: quorum eſt vl'e. Quo vero ad rõnem attinet, animaduerte ꝙ Ariſt. maiorem probauit. ſupponit.n. ſubſtantiam cuiuſq; eſſe formam cuiuſq;, forma autem eius, cuius eſt, eſſe non põt, niſi ſit propria, & eſſentialis.

Igitur. 87. Etiam.

Etiam cuius ſubſtantia hoc erit, aut.n.omnium, aut nullius. At omnium non eſt poßibile. Vnius autem ſi erit, & alia hoc erunt. quorum enim una ſubſtantia eſt, & quod quid erat eſſe unum: & ipſa unum eſt.

Secundo argumentatur. & dicit {Etiam cuius ſubſtantia hoc} .ſ.vniuerſale {erit? aut omnium} ſingularium {aut nullius} aut alterius: hoc nullius ſubſtantiam eſſe non probauit, quia eſt contra opinionem Platonicorum. probat ergo ꝙ non omnium & dicit {at omnium} eſſe ſubſtantiam {non eſt poſſibile} nõ .n.poteſt vna ſubſtantia indiuiſibilis eſſe ſubſtantia multorum. & propter hoc non poteſt vnus intellectus numero eſſe ſubſtantialis forma omnium hominum. vt Auer. finxit. deinde probat, ꝙ talis ſubſtantia nõ poſſit eſſe alterius quia ſit oĩum, & dicit {vnius autẽ ſi erit} ſubſtantia {& alia} omnia {erunt hoc} hoc eſt omnia erunt vno numero, cuius cauſam affert & dicit {quorum.n. vna ſubſtantia, &} vnum {quod quid erat eſſe eſt, & ipſa vnum} ſunt. Ex his patet ꝙ non poſſet intellectus eſſe ſubſtantialis forma humanorum corporum, & eſſe vnus numero, q̃m, vt Ariſt. infert, oẽs homines eſſent vnus homo numero, q̃m omnia quorum ſubſtantia vna eſt, vnum ipſa ſunt. Et ideo videmus nõ

Cõtra Auerroem de vno intellectu.

Cõtra Auerroem.

nullos Auer. fugientes hoc dixiſſet intellectum nõ eſſe ſubſtantiam hominis, ſed formam hominis aſsiſtentẽ: & incidunt in peiorem errorem. vt in commentariis de anima abunde diſputauimus.

Amplius ſubſtantia dicitur, quæ non de ſubiecto, uniuerſale autem de ſubiecto aliquo dicitur ſemper. TEX. 46.

Tertio ſyllogizat, ſubſtantia dr̃, quæ non de ſubiecto, & tu intelligas de ſubſtantiis, quas Plato ponit, illæ .n.non de ſubiecto dicuntur cum ſint ſubſtantiæ ſeparatæ ſingulares. hæc eſt maior {Vniuerſale autem de ſubiecto aliquo dicitur ſemper} ergo in ſecunda figura, vniuerſale non eſt ſubſtantia.

Sed an ſic quidem non contingit, ut quod quid erat eſſe. Sed ut animal exiſtit in ipſo homine & equo. ergo palam ꝙ ipſius quædam ſit ratio.

Ad rationes prædictas, & maxime ad primam ponit quandam euaſionem, q̃m dici poteſt vniuerſale, qđ Plato ponit: non eſſe ſic ſubſtantiam eorum, quorum eſt vniuerſale, vt quod quid erat eſſe: ſed eo modo, quo animal vniuerſale eſt in equo & homine. & dicit {ſed an ſic quidem non contingit} ipſum vniuerſale eſſe ſubſtantiam eorum, quorum eſt vniuerſale {vt quod quid erat eſſe, ſed vt animal exiſtit in ipſo homine & equo} & ſic argumentum ſupponit falſum, ſupponit .n.vniuerſale eſſe quod quid erat eſſe, & ſic ſuppoſito, ſequitur, vt ſit propria ſubſtantia. ſed negatur vniuerſale eſſe, vt quod quid erat eſſe, ſed eſt, eo modo vniuerſale eorum quorum eſt vniuerſale, qũo animal eſt in ipſo homine, & equo. Modo animal non eſt propria ſubſtantia hominis, & equi. Contra obiicit, & probat ꝙ animal ſit quod quid erat eſſe: q̃m illud, cuius eſt rõ, & definitio, eſt quod quid erat eſſe, vt ſuperius diximus. Dictum eſt.n.ipſum quod quid erat eſſe nihil aliud eſſe q̃ ipſum definibile, cuius eſt propria definitio, ac ratio. tunc addo minorem, ſed ipſius animalis, quod eſt in equo & homine, quædam eſt ratio, ergo animal eſt quod quid erat eſſe. de rõne tãgit minorem, dicens {ergo palam, ꝙ ipſius} animalis {quædam ſit ratio} & per conſequẽs erit quod quid erat eſſe: quod negabatur: quare oportet, vt ſit forma, & ſubſtantia propria, & non cõmunis, & ſeparata, vt Plato poſuit.

Differt autem nihil, ſi non omnium ratio ſit, eorum quæ ſunt in ſubſtantia: nam nihil minus ipſum alicuius ſubſtantia erit. ut homo hominis, in quo exiſtit. quare idem accidit iterum. Erit enim ſubſtantia in illius ſubſtantia ut animal in quo eſt ſpecies, ut proprium exiſtit.

Remouet tacitam obiectionem, poſſet.n.dici, non omnium eorum, quæ ſunt quod quid erat eſſe, rõnem & definitionem eſſe, q̃m eſſet proceſſus in infinitum, ſi .n.animalis eſſet ratio, ſit illa animalis ratio corpus animatum ſenſitiuum. Si vlterius corporis eſſet ratio, ſic ibitur in infinitum. quaſi reſpondens vult, ꝙ licet non omnium ipſorum quod quid erat eſſe ſit ratio, tamen quod quid erat eſſe dicitur, vel id, cuius eſt aliqua rõ: vel id quod eſt alteri ratio propria, q̃m quod quid erat eſſe, ſubſtantia, & forma idem eſt, & ſic oportet, vt ꝓpria ſubſtantia ſit alicuius. & ita non poteſt eſſe vniuerſale ſeparatum, vt Plato poſuit. dicit {Differt autem nihil, ſi non omnium ratio ſit eorum} quod quid erat eſſe {quæ ſunt in ſubſtantia} hoc eſt eorum quæ ſunt in capitulo ſubſtantiæ, & in capitulo ipſorum quod quid erat

erat eſſe. Dato.n.ꝙ non omnium quod quid erat eſſe ſit ratio, nihil differt ad propoſitum qm̄ ſaltem ipſum erit alteri ratio & ſubſtantia propria. quod probat, & dicit {nam} licet ipſius quod quid erat eſſe, non ſit ratio {ipſum erit ſubſtãtia} propria {alicuius} qm̄ quod quid erit eſſe, forma, & eſſentia idem eſt, & ſit videtur propria ſubſtantia alicuius. & dat exemplum {vt homo} licet non haberet rationem {hominis in quo eſt} ſubſtantia erit, & quod quid erat eſſe {Quare vt concludit, idem} abſurdum {accidit iterum} videlicet ꝙ commune, & ſeparatum ſit propria ſubſtantia alicuius {Erit.n.ſubſtantia in illius ſubſtantia} in quo eſt qđ quid erat eſſe. {vt animal, vt proprium} quippiam ſubſtantiale {exiſtit} eius {in quo eſt ſpecies} forma,& quod quid erat eſſe.quod contra rationem rei vniuerſalis, & communis eſt. & ſic ratio adhuc ſtare videtur.

Quæ Auer. Cõm.46. Quo vero ad rationem attinet, Auer. dicit ipſa quod quid erat eſſe ita ſe habere vt viſibilia. nam vt viſibilia non minus ſunt viſibilia quando videntur, quàm quãdo non videntur: ita ipſa quod quid erat eſſe non minus definibilia ſunt quando nõ definiũtur quàm quãdo definiuntur. Animaduertendum ꝙ cum Auer.dicit vniuerſalia habere aliquam diſpoſitionem ſubſtantiarum exiſtentium extra animam, & qualitatem accidentem eis, non intelligit hoc eſſe dictum de mente propria, ſed vt ſequens contra Platonicos, ſumus.n. in parte argumentatiua: vt patet legenti verba. Quo autem ad vim rationis attinet, animaduerte etiam, ꝙ Ariſt. ſupponit duo in hac refutatione. Primo ꝙ vniuerſale quod eſt,vt animal,ſit quod quid erat eſſe, qm̄ vel ipſius eſt ratio aliqua: vel quoniam ipſum eſt alteri ratio:& ſic ſi vniuerſale Platonicum eſt, vt animal,erit quod quid erat eſſe. Secundo ſupponit, ꝙ tale quod quid erat eſſe,quod eſt vt animal:eſt ſubſtantia ſingulariſſima de mente Platonis, eſt.n.ſubſtantia ſeparata, & ſingularis per eſſentiam.Ex his ratio eſt efficax:nam ſi vniuerſale Platonicum eſt vt animal,erit quod quid erat eſſe: & cum non poſſit eſſe commune, quoniam ſm Platonem, eſt ſubſtantia ipſa ſingulariſſima, ergo erit vna ſubſtantia ſingulariſſima, & vnum quod quid erat eſſe numero omnium eorum,quorum eſt vniuerſale, & tunc ſequuntur omnia abſurda ſuperius enarrata. hæc de ratione contra Platonicos: quæ, vt mihi videtur,non ſimpliciter,ſed ad hominem valet.

TEX. 47. *Amplius autem, & impoſsibile, & inconueniens eſt aliquid eſſe hoc, & ſubſtantiam, ſi contingat eſſe ex quibuſdam,* **ἐστν.** *non ex ſubſtantiis: nec ex eo quod eſt hoc aliquid, ſed ex quali.* **Eſt.** *prius.n.erit non ſubſtantia & quale quàm ſubſtantia, & hoc:* **Contingit.** *quod quidem eſt impoſsibile. nec enim ratione, nec tempore, nec generatione paſsiones poßibile eſt eſſe priores ſubſtantia. erunt enim ſeparabiles.*

Quarto contra Platonicos obiicit, & innuit Platonicos fateri abſurdum, non autem affert abſurdum, ſed ſolum hypothetice loquens præparat nos ad intelligendum ad opinionem Platonicorum ſequi abſurdum.& dicit {Amplius autem,& impoſsibile,& inconueniens eſt aliquid eſſe hoc, & ſubſtantiam,ſi contingat tale eſſe ex quibuſdam ex non ſubſtantiis: nec ex eo: quod eſt hoc aliquid,ſed ex quali} eſt ergo hypothetica ſi ex aliquibus non ſubſtantiis, ſed ex quali fiat hoc & ſubſtantia: hoc videtur abſurdum. Et ꝙ hoc videatur abſurdum,declarat, & dicit {prius.n.erit ſubſtantia & quale quam ſubſtantia,& hoc,quod quidem eſt impoſsibile} quod autem prius erit non ſubſtantia, & quale quàm ſubſtantia & hoc, patet: quia partes ſunt non ſubſtantiæ, ſed quale: ſi tale fieret ex non ſubſtantiis, & quali. Quod vero non ſubſtantiam & quale eſſe prius ſubſtantia & hoc,ſit abſurdum,probat, & dicit {nec.n.rõne,nec tempore,nec generatione} quod idem eſt, quod tempore {paſsiones poſsibile eſt eſſe priores ſubſtantia,erunt.n.ſeparabiles} eſt .n.prius tempore idem, quod prius ſeparatione. Ex his patet hæc hypothetica, ſi ex quali & non ſubſtantiis fit hoc, & ſubſtantia: tunc quale & non ſubſtantiæ erunt priores hoc & ſubſtantia, quod eſſe abſurdum probatum eſt.& ſic ex verbis Ariſt.non abſurdum,ſed præparationem ad abſurdum habemus.Poteſt tamen ratio compleri, hoc pacto: ſed ponendo vniuerſalia eſſe ſubſtantias rerum, tunc ex quali & non ſubſtantiis fit hoc, & ſubſtantia. ergo quale & non ſubſtantiæ erunt priores ſubſtantiam & hoc.Quo vero ad rationem attinet.Animaduerte ꝙ ponendo vniuerſalia eſſe rerum ſubſtantias, eo modo, quo Plato poſuit, cogimur ponere vniuerſalia eſſe ſubſtantias extrinſecus manentes, & ſic eſſe reſpectu indiuiduorum veluti nõ ſubſtantias & qualia, quare ſtatim ſequitur non ſubſtantias & qualia eſſe priora ſubſtantiis:ſi ex talibus extrinſecus accidentibus fuerint indiuidua.

Amplius Socrati ſubſtantiæ ſubſtantia inerit. quare duorum erit ſubſtantia. **TEX.48.**

Quinto contra Platonicos obiicit, & argumentatur ſic, ſi animal eſt ſubſtantia hominis, & homo ſubſtantia Socratis,tunc animal erit ſubſtantia hominis & Socratis, & ita duorum erit vna ſubſtantia.veluti animal ſubſtantia hominis & Socratis. dicit {Amplius Socrati ſubſtantiæ} animal ipſum {ſubſtantia inerit} & ſic inerit homini,& Socrati {quare duorum erit vna ſubſtantia} vt hominis,& Socratis. Animaduerte hanc rationem valere ad hominem, ſi.n.animal ſit ſubſtantia ſeparata, & ſingulariſsima: & eſt ſubſtantia hominis & Socratis,tunc vna ſubſtantia ſingulariſsima erit ſubſtantia duarum ſubſtantiarum. Sed dices hoc non eſſe abſurdum, quando ſubſtantiæ fuerint ſubordinate,vt homo & Socrates,dicendum has ſubſtantias non eſſe ſubordinatas, quoniam ſm Platonicos homo eſt ſubſtantia ſingulariſsima ſicut Socrates, cum ſit idea per eſſentiam ſingularis. & ſic ſequitur animal, quod eſt ſubſtantia ſingularis, eſſe duarum ſubſtantiarum ſingularium ſubſtantiam vnam numero.

Totaliter autem accidit ſi homo ſubſtantia ſit, & quæcunq; ita dicuntur: eorum quæ in ratione ſunt, nullius ſubſtantiam eſſe. nec ſine ipſis exiſtere, neq; in alio eſſe. Dico autem non eſſe quoddam animal præter aliqua: neq; aliud quicquam eorum,quæ in rationibus inſunt. Ex his itaq; ſpeculantibus palam ꝙ nullum uniuerſaliter exiſtentium ſit ſubſtantia, ꝙ nullũ uniuerſaliter prædicatorũ ſignificat hoc aliquid, ſed quale. **τοιοῦτο. Tale. Quale.**

Amplificando rationem quaſi ſexto argumentatur,& dicit {Totaliter autem accidit ſi homo ſubſtantia ſit} vt Platonici dicunt ſeparata & ſingulariſsima, & totaliter accidit ſi { & quæcunq; ita dicuntur} vt homo ſubſtantia ſeparata per eſſentiam & ſingulariſsima: hominem ipſum {nullius} .ſ.indiuiduorum {eſſe ſubſtantiam} dico eſſe ſubſtantiam de numero {eorum quæ ſunt in ratione} .q.d.ſi homo eſt ſubſtantia more Platonico abſtracta & ſingulariſsima, homo nõ erit aliqua ſubſtantia, de numero ſubſtantiarum, quæ

ſunt in ratione ſingularium, hoc eſt homo non erit quod quid erat eſſe ſingularium hominum {nec ſine ipſis) .ſ.ſingularibus hominibus accidit hominẽ {exiſtere·nec in alio eſſe) indiuiduo q̃ in indiuiduis hominis. Quare ſi homo eſt ſubſtantia ſeparata & ſingulariſsima more Platonico homo non erit quod quid erat eſſe ſingularium hominũ, nec erit ſeparata à ſingularibus hominibus. qm̃ non erit ſeparata à ſe, quæ eſt homo ſingulariſsimus. nec erit in alio q̃ in homine vno ſingulari. exponit autem ſe & dicit {dico autem, non eſſe quoddam animal præter aliqua) hoc eſt dico ꝙ ſequitur non eſſe animal præter ſingularia, ſubaudi ſi animal eſt ſeparata ſubſtantia, & ſingulariſsima, qm̃ non præter ſe, cũ ſit aliquod animal: & dico ſequi {non eſſe quicq̃ eorum, quæ in rationibus inſunt) hoc eſt, & non eſſe quod quid erat eſſe indiuiduorum. Tunc epilogat de eis, quæ probauerat, & dicit {ex his itaq; ſpeculantibus palam quod nullum vniuerſaliter exiſtentium ſit ſuba) .ſ.ſeparata, & ſingulariſsima, vt eſt idea. & palam etiam { ꝙ nullum vniuerſaliter prædicatorum ſignificet, hoc aliquid) hoc eſt ſubſtantiam ſingularem & ideam {ſed quale) hoc eſt ſed cõe, & prædicabile. Appellat autem cõe & vniuerſale, quale, qm̃ eſt ratione & intellectu tale, non autem re. nam vt
Quæ Auer. Com. 48. Auer. dicit, nullum vniuerſalium prædicabilium in quid de re demonſtrata ſed ſm quandam ſimilitudinem communem omnibus indiuiduis, quæ eſt præter naturas proprias ſingularium: quam vt dicit duo-
Com. 4. decimo huius, intellectus colligit, & facit vniuerſale. & quia ſimilitudo eſt qualitas, ideo vniuerſale & commune videtur quale.

Si autem non: & alia plura accident, & tertius homo.

Septimo argumentatur ꝙ ſi darentur vniuerſalia Platonica: accident adhuc plura abſurda, q̃ ea, quæ dicta ſunt, & accidet tertius homo: & dicit {Si autem nõ} hoc eſt ſi prædicta concluſio non concedatur: quæ eſt vniuerſalia non eſſe rerum ſubſtantias {& alia plura abſurda accident) quàm illa quæ dicta ſunt {&) accidet {tertius homo) aut quia præter duos homines, q̃ ſunt Socrates, & Plato: accidat tertius homo cõis, qui cum ſit idea, nec Socrates eſt, nec Plato. aut quia præter hominem ſingularem & cõem ponatur tertius: qui ſm eandem rationem prædicetur de homine ſenſibili,
Quæ Auer. Com. 60. & ideali. Auer. autem exponit, ꝙ contingat, vt ſit hic homo tertius, qm̃ ſi ex homine intellecto, qui idea eſt, & ex homine ſenſibili, fiat vnum congregatum, continget vt hoc congregatum ſit homo tertius: qui nec erit homo ſenſibilis, nec homo intellectualis. quod eſſe falſum probat, quoniam vniuerſaliter vt inquit, omnis natura congregata ex duabus naturis conuenientibus, neceſſe eſt, vt ſit de natura componentium.

TEX. 49. *Amplius autem & ſic manifeſtum Impoſsibile.n. ſubſtantiam ex ſubſtantiis eſſe inexiſtentibus ſic ut actu. duo nãq; ſic actu nunquam ſunt unum actu. Sed ſi poteſtate duo fuerint: erunt unum: ut quod duplum eſt, ex duobus dimidiis poteſtate eſt. nam actus ſeparat. Quare ſi ſubſtantia unum eſt, non erit ex ſubſtantiis inexiſtentibus.*

Octauo argumentatur, ꝙ ſi vniuerſalia ſint ſubſtãtiæ ſeparatæ, ex vniuerſalibus non fiat vna ſubſtantia ſingularis actu, vt So. vel Plato. & ſyllogiſmus eſt. nulla ſubſtantia ſit ex actu ſubſtantiis, Vniuerſalia ſunt actu ſubæ. ergo ex vniuerſalibus non fit actu ſubſtantia aliqua. quare nec So. nec Plato. de ratione tãgit ſolam maiorem, cætera autem, quia clara ſunt, omittit: & dicit {Amplius autem & ſic manifeſtum, ꝙ) vniuerſalia non ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, qm̃ tunc ex illis non fieret ſubſtantia aliqua actu: & probat conſequentiam, & accipit maiorem, & dicit {Impoſsibile.n. eſt ſubſtãtiam) .ſ.actu {ex ſubſtantiis eſſe inexiſtentibus ſic vt actu) eſt ergo maior nulla ſubſtantia actu ſit ex ſubſtantiis actu exiſtentibus. probat hanc maiorem, & dicit {duo nãq; ſic actu, nunquam ſunt vnum actu, ſed ſi poteſtate duo fuerint: erunt vnum) actu {vt quod) actu {duplum eſt, ex duobus dimidiis poteſtate eſt) nõ .n. dimidia actu ſunt in duplo, ſed potentia, veluti partes in continuo. Quòd autem actu dimidia non ſint in duplo, probat, & dicit {quia actus ſeparat) & ſic in duplo actu eſſent, duplum eſſet ſeparatum, & diuiſum, & ita non eſſet actu vnum: & continuum. tunc epilogat maiorem, & dicit {quare ſi ſubſtantia) indiuidua {vnũ eſt) actu: {non erit ex ſubſtantiis inexiſtentibus) eſt ergo maior nulla ſubſtantia actu exiſtens eſt ex ſubſtantiis actu exiſtentibus. cui adde minorem, ſed vniuerſalia ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ actu exiſtentes. Ergo ex vniuerſalibus non eſt ſubſtantia actu exiſtens: quod eſt contra Platonicos.

Et ſecundum hunc modum quidem dicit Democritus recte. Impoſsibile.n. eſſe ait ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. magnitudines indiuiſibiles ſubſtantias facit. Similiter igitur manifeſtum quia & in numero ſe habebit, ſi eſt numerus cõpoſitio unitatum, ſicut dicitur à quibuſdam, aut enim non unum dualitas eſt, aut non eſt unitas in ipſa actu.

Quam maiorem dixerat, authoritate Democriti confirmat, dicta.n. maior eſt, ꝙ ex ſubſtantiis in actu ſubſtantia actu non ſit: authoritate Democriti probat, & dicit {Et ſm hunc modum quidem dicit Democritus. recte, ait.n. impoſsibile eſſe ex duobus) .ſ.actu exiſtẽtibus {eſſe vnum, aut ex vno) actu {fieri, duo) actu. & propter hoc, vt inquit {magnitudines indiuiſibiles ſubſtantias facit) & non ob aliud vt Auer. dicit: niſi q̃a mixtum quod ex his eſt, non eſt actu vnum. Democritus ergo ſuppoſita ſua poſitione, qua ponebat magnitudines indiuiſibiles eſſe rerum ſubſtantias, recte dixit illas eſſe in compoſito ſemper in actu: & ita ex eis non fieri actu vnum. Ex his infert obiter eorum errorem, qui dixerũt numerum eſſe compoſitionem vnitatum, & dicit {Igitur manifeſtum, quia & in numero ſimiliter ſe habebit, ſi, vt dr̃ à quibuſdam, numerus eſt compoſitio vnitatum. Aut.n. non vnum) actu erit {dualitas: aut non eſt vnitas in ipſa actu) ſi dualitas eſt vnum actu. hæc de confirmatione. Quæ Auer. Com. 49.

CAP. VI.

Quæ inconuenientia ſequantur aduerſus dicentes Ideas eſſe ſubſtantias, & ſeparatas, & ex genere & differentia conſtare.

Habet autem quod accidit, dubitationẽ. Si.n. neq; ex uniuerſalibus poſsibile eſt eſſe ullam ſubſtantiam: propterea quod quale. non autem, hoc aliquid ſignificant. nec ex ſubſtantiis actu contingit eſſe ullam compoſitam ſubſtantiam: Incompoſita utiq; erit ſubſtantia omnis. quare nec ratio utiq; erit ullius ſubſtantiæ. At uero uidetur omnibus, & dictum eſt dimidium, aut ſolius ſubſtantiæ eſſe terminum, aut maxime. nunc autem neque huiuſmodi. nullius igitur erit definitio. An modo quodam erit, modo autem quodam non. Manifeſtum autem erit, quod dicitur magis in poſterioribus. TEX. 50.

Sed contra ea quæ dicta ſunt, mouet quæſtionem, & dicit. {Habet autem quod accidit, dubitationem) id qđ

id quod accidit, eſt ex vniuerſalibus non fieri ſubſtãtias, hoc, vt inquit, habet dubitationem, & mouet dubitationem, & dicit {Si.n.neq; ex vniuerſalibus poſſibile eſt eſſe vllam ſubſtantiam) vt concluſum eſt {ꝓpterea quod quale, non autem hoc aliquid ſignificant) & etiam {neq; ex actu ſubſtantiis contingit eſſe vllam compoſitam ſubſtãtiam) vt etiam probatum eſt {incompoſita vtiq; erit ſubſtantia omnis, quare) vt inquit uoec rõ vtiq; erit vllius ſubſtantiæ) non.n.poteſt eſſe rõ ſubſtantiæ, quin ſit oratio longa compoſita. & hoc ſubſcribit {at vero vr̃ omnibus, & dictum eſt dudum, aut ſolius ſubſtantiæ eſſe terminum) hoc eſt definitionem {aut maxime) ac principaliter {nũc autem neq; huiuſmodi) ſubſtantiæ eſt terminus, vel definitio aliqua compoſita, ideo vt concludit {nullius igitur erit definitio) ſoluit & remittit ſe, & dicit {an modo quodam erit, modo autem quodam non erit) ſubſtantia ipſa compoſita {manifeſtum autem eſt quod dr̃ in poſterioribus) dicemus.n.ſubſtantiam eſſe ex ſubſtantiis in potentia: non autem ex ſubſtantiis in actu.

TEX. 51. *Manifeſtum autem ex his ipſis quod euenit & ideas dicentibus ſubſtantias & ſeparabiles eſſe ſimul, & ſimul ſpeciem ex genere facientibus & differentiis. Si.n.ſpecies ſunt, & animal in homine & equo aut unũ & idẽ numero eſt, aut alterũ.*

Nunc vult probare ꝙ vniuerſalia non ſint ſubſtãtiæ ſeparatæ, quæ dicuntur ideæ. & primo proponit abſurdum, quod poſtea explicabit. & dicit, id {Autem quod euenit & dicentibus ideas ſubſtantias & ſeparabiles eſſe ſimul, & ſimul facientibus ſpeciem ex gñe & differentiis, manifeſtum eſt ex his ipſis) quæ ſtatim dicemus. Ad euidẽtiam vero abſurdi proponit diuiſionem, & dicit {Si.n.ſpecies ſunt) quæritur {& animal in homine & equo aut vnum numero & idem eſt, aut alterum eſt) in homine, alterum in equo. Poſitus ergo ideis quæritur hæc diuiſio, an animal vnum idemq; numero ſit in homine, & equo, an alterum numero ſit in altero, atq; altero. Quo vero ad vim abſurdi attinet, animaduerte plura poſuiſſe ſpecierum, non generum ideas, ideo Ariſt. enitetur probare ꝙ qua ratione ſpecies ideæ ſeparatæ ſunt, eadem ratione & genera.

Ratione nãq; palam, ꝙ unum ſit. rationem.n.dicens, eandem exhibebit in utroq;. ergo ſi aliquis homo, ipſum ſecundum ſe hoc aliquid & ſeparatum, neceſſe & ex quibus, ut animal & bipes, hoc aliquid ſignificare, & eſſe ſeparabilia & ſubſtantias. quare & animal.

Primo declarat, ꝙ qua rõne homo eſt cõis & ſubſtantia per ſe exiſtens, eadem rõne, & animal in equo & homine. qm̃ qua rõne hõ, quia prædicatur de pluribus ſm idem numero, & eandem rõnem, eſt ſubſtantia cõis, & ſeparata: eadem rõne animal, cum prædicetur ſm idem nomen & eandem rõnem de homine & equo. Amplius & qua rõne homo, eadem rõne quælibet pars definitionis erit ſubſtantia communis & ſeparata, & ita animal, & bipes. dicit {Ratione nãq; palam ꝙ) animal in homine & equo {vnum ſit: rationem.n.) animalis {dicens eãdem exhibebit in vtroq;) .ſ. in homine, & equo. quare qua ratione homo eſt cõis & ſeparata ſubſtantia quia nomine & ratione prædicatur de pluribus eadem ratione & animal. Concludit concluſionem, & ſimul addit ſecũdam rõnem, & dicit {ergo ſi aliquis homo, ipſum ſm ſe hoc aliquid & ſeparatum) ens eſt, eadem rõne {&) ea {ex quibus) ſua definitio eſt, ſeparata eſſe oportet {vt animal, & bipes) neceſſe eſt {hoc aliquid ſignificare, & eſſe ſeparabilia & ſubſtantias quare & animal) erit ſubſtantia ſeparata, ſicut homo tum quia prædicatur ſm idem nomen, & eandem rõnem ſicut homo, tum quia eſt pars rationis, hoĩs, quę eſſe debet ita ſeparata, ſicut hõ, qui definitur.

Siquidem igitur & in equo ſicut tu es in te ipſo, quomodo in ſeparatis exiſtentibus unum erit. & quare non & ſine ipſo erit animal hoc.

Cum deduxiſſet animal eſſe ita in homine & equo ſubſtantiam & hoc aliquid, ſicut eſt homo in Soc. & Platone: nunc obiicit contra, qm̃ vel animal eſt in homine & equo idem numero, vt quilibet homo eſt in ſeipſo idem numero: aut non idem numero, ſed cõe in vtroq;. & dicit {ſiquidem igitur & in equo) ſubaudi & homine animal eſt {ſicut tu es in te ipſo) & ꝗlibet homo idem numero in ſeipſo eodem numero, quærit quõ in homine & equo {ſeparatis exiſtentibus vnum erit.) quaſi dicat hoc eſſe abſurdum: nõ.n.poteſt vnum numero eſſe in pluribus. deinde oſtendit ꝙ ſi eſt cõe, erit ita ſuba ſeparata ab homine & equo, veluti bona Soc. & Plat. & dicit {&) ſubaudi. ſi eſt commune homini & equo {quare non ſine ipſo) equo & ipſo homine {erit animal hoc) ſeparatum, & cõmune, & idea, vt homo, vr̃.n.eadem ratione eſſe dicendum vtrunq;.

Deinde ſiquidem participatione bipedis, & multipedis: impoßibile quoddam accidit. Contraria nãq; ſimul inerunt ipſi uni & eidem. Si autem non: quis modus erit, quando dicit quis animal eſſe bipes, aut greßibile? Sed forte componitur aut copulatur, aut miſcetur. Verum omnia incõueniẽtia ſunt.

Refellit tacitam ſolutionem, poſſet.n.quis dicere animal & bipes eſſe ſubſtantiam ac rõnem hominis, quatenus animal eſt ſubiectum participans bipede, vel multipede: vt corpus participat albo, & nigro: & ita ex animali & bipede fit vnum veluti ex corpore, & albo: & per conſequens ſicut nec corpus, nec album eſt ens ſeparatum: ita nec animal, nec bipes. & dicit {Deinde ſiquidem participatione bipedis, & multipedis) animal eſt definitio hominis, vel equi: hoc eſt per hoc qđ ſubiicitur bipedi, & multipedi: cõtra ſic dicentes {impoſſibile quoddam accidit) quod ſtatim ſubſcribit, & dicit {contraria nãq; ſimul inerunt ipſi vni & eidem) vt animali inerunt ſimul bipes, & multipes, ſimul.n.animal participando ipſo bipede eſt hominis definitio: & participando ipſo multipede eſt definitio equi, quare ſimul contraria eidem vt ſubiecto inerunt. Fortaſſe dices animal non participare his differentiis, cum ponitur in definitione hominis, & equi. & dicit {ſi autem non) ſubaudi ſic contrariis participando animal eſt definitio hominis, & equi: obiicit, cõtra, & dicit {quis modus erit, quando) quis definiens hominem {dicit) ipſum {eſſe animal bipes, aut greſſibile) oportet enim animal & bipes eſſe vnum, ideo quæritur quis modus erit. quo hæc vnum ſint, dat vnam reſponſionem, & dicit {ſed forte) animal cum bipede {componitur) hoc eſt, fit vnum compoſitione ſicut domus ex lapidibus & lignis {aut copulatur) hoc eſt, aut fit vnum copulatione ſicut arca cum lignis mediantibus colla & clauibus. {aut miſcetur) aut fit vnum mixtione, vt electuarium ex pluribus ſpeciebus, vel vt oxymel, contra obiicit, & inquit {verum) hæc {omnia ſunt inconuenientia) non.n.videt̃ genus cum differentia facere vnũ

aliquo modo vnitatis ſic dictarum. nec probat Ariſto. quoniam per ſe manifeſtum eſt. nam definitio tunc non erit vere vna, quia ex pluribus exiſtentibus in actu non fit vere vnum.

Sed ſi alterum eſt in unoquoq;, infinita utiq; erunt, ut eſt conſequens dicere, quorum ſubſtantia eſt animal. non enim ſecundum accidens eſt animal homo.

Redit ad primum membrum, & probat, ꝗ animal eſſe non poſſit alterum atq; alterum. In altero atq; altero. qm̄ tunc erunt infinita ea: quorum animal erit ſubſtantia altera, atq; altera. qm̄ cum ſpecies infinitæ ſint, quarum animal alterum atq; alterum eſt, animal in infinitis erit ſubſtãtia altera atq; altera, & dicit {Sed ſi) animal ſit {alterum in vnoquoq;, vt eſt conſequens dicere) hoc eſt, vt ita dixerim {infinita vtiq; erũt, quorum animal eſt ſubſtantia) altera atq; altera dico {vt eſt conſequens dicere) qm̄ ſpecies reuera non ſunt infinitæ, ſed ſunt, vt ita dixerim infinitæ, hoc eſt innumeræ, quarum animal eſt ſubſtantia altera atque altera. Sed dices, animal non eſſe alteram atq; alteram ſubſtantiam infinitarum ſpecierum, ſed accidens illarum, hoc refellens dicit {non.n.homo animal eſt ſm accidens) ſed per ſe primo modo. Quo vero ad vim rõnis attinet, animaduerte ꝗ Ariſt. habet pro abſurdo animal eſſe alteram atq; alteram ſubſtãtiam in ſpeciebus infinitis, pro tanto quia tunc illæ ſpecies non conuenirent in vna ſubſtantia ſecundum rationem eandem.

Amplius multa erit ipſum animal. ſubſtantia enim in unoquoq; animal eſt: non enim per aliud dicitur. Si autem non, ex illo erit homo: & genus ipſius illud.

Secundo argumentatur, ſi animal in altero atq; altero ſit {Amplius multa erit ipſum animal) cuius rationem affert, & dicit {ſubſtantia.n.in vnoquoq; animal eſt) & ꝗ ſit ſubſtantia in vnoquoq;: probat {non.n.) animal {dr̃) alterum in altero {per aliud) ſed per ſe, & ſm ſubſtantiam. & propterea ſubdit {ſi autem nõ) ſubaudi animal per aliud dicitur de homine, & de equo {homo erit ex illo) vt ex ſubſtantia {& genus ipſius) hominis erit {illud). ſ. animal, quare animal erit altera ſubſtantia atq; altera in altero atq; altero, & ſic ſequitur, vt ipſum animal ſit multa ſecundum ſubſtãtiam. Quod quidem Ariſt. exiſtimat abſurdum.

Et amplius ideæ omnia ex quibus erit homo. igitur non alterius quidem erit idea, alterius uero ſubſtantia. Impoßibile nãq;, Ipſum igitur animale erit unumquodq; eorum: quæ in animalibus.

Tertio obiicit, & dicit {Et amplius omnia) ſuperiora {ex quibus erit homo, ideæ erunt) ſubaudi ſi animal ſubſtãtia ſit altera in altera. qm̄ ſi homo erit idea, animal, quod ſubſtantia eſt in homine, idea erit, & eadem rõne omnia ſuperiora ideæ erunt. tunc concludit contra Plat. oppoſitum eius, quod dixit, & dicit {igitur non alterius quidem erit idea, alterius vero ſubſtãtia) & ſic non verum erit dicere ꝗ vniuerſalium alterum ſit idea, alterum ſubſtantia ſic: ſed omnia erunt ideæ & ſubſtantiæ ſeparatæ: quod eſt contra Platonicos, qui dixerunt genera eſſe ſubſtantias ſpecierũ, ſpecies vero ideas indiuiduorũ. & hoc eſſe impoſsibile ſumit, & dicit {impoſsibile nãq;) ſubaudi eſt ita dicere, & contra eos. tunc concludendo dicit {ipſum igitur animal erit vnumquodq; eorum, quæ in animalibus) ſunt, & ſic alterum in altero, & ſubſtantia altera in altera erit: quod eſſe abſurdum probatum eſt.

Amplius ex quo hoc, & quo modo ex ipſo animali, aut quo modo poſsibile eſt eſſe animal, qui eſt ſubſtantia ipſa præter ipſum animal.

Quarto obiicit, & dicit, cum homo ſit ex hoc animali, eſt.n. animal ſubſtãtia altera in altero {Amplius) quęritur {ex quo hoc) .i. ex quo tali animali ſit homo, cum.n. plura ſint animalia, quia alterum in altero eſt, ideo quæritur ex quo horum homo ſit {& quomodo ex ipſo) hoc eſt & quomodo ex tali {animali) homo ſit, veluti ex idea, vel veluti ex parte ideæ {aut quomodo poſsibile eſt eſſe animal) hominem ipſum {qui eſt ſubſtantia, & idea ipſa præter ipſum animal) non enim videtur idea ſeparata præter animal ipſum.

Amplius autem in ſenſibilibus hæc accidunt, & his abſurdiora. Si itaq; impoßibile eſt ſic ſe habere, palam quia non eſt idea ipſorum ſic ueluti quidam dicunt.

Vltimo obiicit, & dicit {Amplius autem hæc accidunt) hoc eſt tales ideæ accidunt {in) ſingularibus {ſenſibilibus &) accidunt {his) abſurdis adhuc {abſurdiora) vt etiam intellectualis ſint ideæ, vt hominis & equi animal idea ſit. tunc epilogat, & dicit {ſi itaq; impoſsibile) eſt {ſic ſe habere) ea quæ illata ſunt {palam quia non eſt idea ipſorum) ſingularium {ſic) hoc eſt eo modo {quo quidam dicunt.)

CAP. XVII.

Singularium definitiones non eſſe, & ideo nec idearum.

Quoniam uero ſubſtantia altera & totum ipſum, & ratio eſt: dico autem, quoniam illa quidem ſic eſt ſubſtantia cum materia concepta ratio: hæc uero ratio omnino: quæcunq; quidem ita dicuntur, earum eſt corruptio. Etenim generatio eſt, rationis autem non eſt ita, ut corrumpatur. neq; enim generatio eſt. non enim fit domui eſſe, ſed quod huic domui: ſed ſine generatione & corruptione ſunt, & nõ ſunt. Oſtenſum eſt.n. quia nullus hæc generat, nec facit. TEX. 53.

Hic oſtendit, ꝗ ideæ, quæ à Platonicis ponuntur nõ poſsint definiri. Et primo ſumit ꝗ ſubſtantiæ compoſitæ ſint corruptibiles, formæ vero, quæ ſunt formales partes ſubſtantiarum compoſitarum, non ſint corruptibiles, & præmittens diuiſionem ſubſtãtiarum, dicit {Qm̄ vero ſuba altera & totũ ipſum) compoſitum eſt, ſubaudi {&) altera {eſt rõ) hoc eſt forma: exponit mẽbra, & lege ſuſpenſiue {dico aũt qm̄ illa quidem ſic eſt ſuba cũ materia concepta rõ) hoc eſt, ꝗ ſic ſuba compoſita ex materia & forma {hęc vero rõ oĩno) hoc eſt, & pura forma: tunc terminans ſuſpenſionẽ dicit {quæcunq; quidem) ſubæ {ita dicuntur) vt rõnes & formę conceptæ cum materia, hoc eſt vt ſubæ cõpoſitæ {earum eſt corruptio) cuius cãm aſsignat, & inquit {etenim gñatio earum eſt, quare & corruptio {rões autem) & formæ {non eſt ita) ſubſtantia {vt) rõ ipſa ac forma {corrumpatur) & cauſam aſsignat, dicit {neq;.n. eſt generatio) ita vt corrumpatur. Quæ per exempla exponens dicit {non.n.fit domui eſſe) hoc eſt ratio, & forma {ſed) fit id {quod) eſt eſſe {huic domui) hoc eſt domus compoſita cum materia ſingulari {Sed) formæ & rationes {ſunt ſine generatione, & non ſunt ſine corruptione) qm̄ incipiunt & deſinunt generatione & corruptione compoſitorum, quæ per ſe generantur & corrumpuntur. & cauſam aſsignat, & dicit {oſtenſum eſt.n. quia nullus) .ſ. motor efficiens {hæc generat, nec facit) .ſ. per ſe, ſed per accidens. Quare patet formas eſſe per ſe incorruptibiles, ac ingenerabiles, & ꝗ non niſi per accidens generent, & corrũpantur.

Propter

Propter hoc autem & ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium nec definitio, nec demonſtratio eſt. quia habent materiã, cuius natura talis eſt, ut contingat & eſſe & non eſſe. quapropter corruptibilia ſunt oĩa ſingularia ipſorũ. Si ergo demonſtratio neceſſariorũ, & definitio ſcĩetifica, & nõ contingit, ſicut nec ſcĩam qñq; ſcĩam, qñq; ignorantiã eſſe, ſed opinio tale quid eſt: ita nec demonſtrationẽ, nec definitionẽ, ſed opinio eſt cõtingentis aliter ſe habere: palã quia nõ erit utiq; ipſorũ nec definitio, nec demonſtratio. non.n. ſunt manifeſta corrupta ſcĩam hñtibus, & cũ à ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rõnibus in aĩa eiſdem, nec definitio erit amplius, nec demonſtratio. propter qđ oportet ad terminũ eorũ ſtudentẽ, cũ aliquis definiat aliqđ ſingulariũ non ignorare, quia ſemper auferre eſt nõ itaq; contingit definire, neq; itaq; idearũ ullam eſt definire, ſingularium.n. idea, ut dicunt, & ſeparabilia.

γάρ. Enim. Itaq;.

His acceptis, nunc trãſit ad probandum ꝙ idearum non ſint definitiones, & primo accipit ꝙ ſingularium non ſint definitiones, & dicit {Propter hoc autem & ſubſtantiarũ ſenſibiliũ ſingulariũ, nec definitio, nec demõſtratio eſt) & aſsignat cãm. & dciit {qa hñt materiã cuius natura talis eſt) vt oẽ cõpoſitũ ex ipſa {contingat & eſſe, & non eſſe) & ꝙ cõpoſita ea materia, contingat eſſe & nõ eſſe, probat, & dicit {quapropter corruptibilia ſunt oĩa ſingularia ipſorũ) cõpoſitorũ ex materia. patet ergo ſingulariũ nec demrõnẽ eſſe, nec definitionẽ. Tunc quaſi epilogãdo, & clarius rõnẽ repetẽdo, iterũ probat ꝙ ſingulariũ nõ ſit definitio, & dicit {ſi ergo demrõ, & definitio ſciẽtifiea) eſt {neceſſariorũ: & ſicut nõ cõtĩgat ſcĩam qñq; ſcĩam qñq; ignorãtiã eẽ, ſed opinio eſt quid tale) contingẽs eſſe, & nõ eſſe {ita nec) cõtingit demrõnẽ {nec definitionẽ,) nũc ſcĩam, nũc ignorãtiã eſſe {ſed opinio eſt cõtingentis alr ſe hẽre) ſi inquã ita fuerit {palã quia nõ vtiq; erit ipſorũ) ſingulariũ {nec definitio, nec demrõ) cauſam repetit, & dicit {non.n.) cum {corrupta) ſunt {manifeſta ſunt, ſcĩam) eorũ {hñtibus: &) etiam {cũ à ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rõnib⁹) & ſpeciebus {in anima eiſdem) & ſeruatis memoriis ipſorum {non erit nec definitio amplius, nec demonſtratio) cum non ſit manifeſtũ an ſint vel nõ. propterea pręcipit oportere, vt qui ſtudet ad terminũ hoc eſt ad definitionem eorum ſingularium, veluti, cum aliquis definierit aliquod ſingulariũ, non ignorare, quia ſemper ſingularia eſt auferre, & ꝙ corrũpi poſsint. tunc cõcludit propoſitũ & dicit {non itaq; contingit) definire ſingularia. Tunc probat principale intentum ex his, & ratio eſt ſingularium non eſt definitio, vt probatum eſt, ideæ ſunt ſingulares, ergo idearum non eſt definitio. de ratione accipit concluſionem, & dicit {neq; itaq; idearum vllam eſt definire) hæc eſt concluſio. addit minorem, & dicit {ſingularium.n. idea, vt dicunt, & ſeparabile) quare non erat definitio.

TEX. 54 *Neceſſariũ uero et noĩbus eſſe rõnem. nomẽ.n. non faciet, qui definit. erit.n. ignotũ: cũ uero ponãtur, cõia oĩbus ſunt. ergo neceſſe in eſſe & alij hæc. ut ſi quis te definiet, aĩal dicet greſsibile, aut album, aut aliquid, quod in alio ſit.*

γάρ. Enim. δέ. Autem. Τὰ δὲ κείμενα. Poſita autem. Cum vero ponantur.

Obiiciet quiſpiam contra rõnem factã, ꝙ rõ illa habeat locũ ĩ ſingularib⁹ materialib⁹: modo ideæ nõ ſunt ſingulares materiales: & ideo idearũ põt eſſe definitio. Cõtra obiicit, & innuit hãc rõnem. Rõ quæ conſtat ex plurib⁹ noĩb⁹, cõſtat ex noĩb⁹ cõib⁹, definitio rõ eſt, q̃ conſtat ex plurib⁹ noĩb⁹: ergo conſtat ex cõibus noĩb⁹. accipit minorẽ, & dicit {neceſſarium vero ex noĩb⁹ eſſe rationem) eſt ergo minor, ꝙ definitio ſit rõ, quæ conſtat ex noĩb⁹ plurib⁹. & ꝙ ita ſit, probat, & dicit {nomẽ .n.) vnũ ſolũ {non faciet, qui definit) ſed plura noĩa aggregat, cuius cãm aſsignat, & dicit {erit.n.) illud nomẽ vnũ ignotum, ſi ponaŕ ſolũ ad definiendũ. vel forte ad ipſum definitũ referŕ hoc, & ideo lege ſic {erit.n. definitũ ipſum, cũ per vnum tm̃ nomen definiŕ, ignotũ. ergo patet minor, ꝙ videlicet definitio rõ ſit, quæ cõſtat ex noĩb⁹ plurib⁹: tunc accipit maiorẽ, vel aliquid loco maioris, & dicit {cũ vero ponanŕ) plura noĩa in definitione {cõia oĩb⁹ ſunt) eſt ergo maior, ꝙ rõ quæ conſtat ex plurib⁹ noĩb⁹, conſtet ex noĩb⁹ cõib⁹, non tm̃ vni, ſed multis, & oĩb⁹. per quæ ſequitur ꝙ definitio conſtet, ex cõibus noĩb⁹. & ita inferẽdo, dicit {ergo neceſſe eſt ineſſe & alij hæc) non contentus rõne, hæc exponit exemplis, & dicit {vt ſi qs te definiat, aĩal dicet greſsibile, aut albũ, aut aliquid, quod in alio ſit) q̃ in te. ex his vult habere ꝙ nullorũ ſingularium ſit definitio, nec videlicet materialiũ, nec immaterialiũ. qm̃ quod definiŕ ꝑ cõia noĩa, nõ eſt ſingulare, ſed oĩa quæ definiunŕ, per cõia nomina definiuntur. non ergo ſunt ſingularia.

Siquis aũt dicat nihil prohibere ſeparatim quidẽ oĩa multis ſimul uero, huic ſoli ineſſe. Primũ quidẽ, quia et ambobus ut aĩal bipes, aĩali & bipedi, & hoc quidem in ſempiternis.

Dat quandam ſolutionem, & eam refellit, & dicit {Siquis autem dicat nihil prohibere ſeparatum quidẽ omnia) quæ ponuntur in definitione ideæ cõia eſſe pluribus {ſimul vero, huic ſoli ideæ ineſſe) veluti dicitur. 2. Poſter. quælibet pars definitionis ſe habet in plus q̃ definitum, & totum in equo. & ſic quælibet pars huius definitionis, quæ eſt animal bipes, eſt in plus q̃ idea hominis, tota tamen in equo, Contra obiicit {primo, quidẽ) vt inquit {quia de ambobus) ineſt {vt) ſubaudi ipſum {aĩal bipes) ineſt {animali & bipedi) mortali {& hoc) idem {quidem) aĩal bipes ineſt ẽt {in ſempiternis) & ſic ambob⁹ ineſt, aĩali bipedi mortali, qđ eſt ſingularis hõ. & aĩali bipedi immortali, quod eſt idea hominum.

Et neceſſe eſt eſſe priora exñtia et partes cõpoſiti. Amplius & ſeparabilia ſunt, ſi hõ ſeparabilis eſt. Aut.n. nihil, aut ambo. ſiquidem nihil, non erit genus præter ſpecies, ſin autem erit, & differentia.

Secundo contra eandem ſolutionem obiicit, & dicit {Et neceſſe eſt eſſe) ſubaudi communia homini corruptibili, & ſempiterno {cum ſint priora & partes compoſiti) Animal.n. bipes ſunt priora ideæ, & partes cõpoſiti definiti, ergo oportet vt competant non ſolum ideæ, ſed etiam homini mortali. Tertio obiicit, & dicit amplius) animal bipes {ſunt & ſeparabilia, ſi homo) qui definitur {eſt ſeparabilis) cuius cauſam ſubdit, & dicit, quia cum hæc communia ſunt, vt homo {aut nullũ cõmune) eſt ſeparabile {aut ambo) hoc eſt aut omnia, nõ .n. videtur maior ratio de vno cõi, q̃ de altero {ſiquidẽ nullum) cõe eſt ſeparabile {non erit genus præter ſpecies, ſi aũt) omne cõe {erit) ſeparabile {& differentia) videlicet bipes & genus ſeparabilia, quare communia hæc erunt homini mortali & ęterno.

Deinde quoniam priora ſunt ſecundum eſſe. hæc .n. non contra auferuntur. δέ. Autem. Enim.

Quarto obiicit, & dicit {Deinde) animal bipes cõia ſunt homini mortali & ęterno {quoniã ſm̃ eſſe priora ſunt) homine & ꝙ ſint priora homine, probat, & dicit

{hæc.n.non contra auferuntur) non.n.conuertitur cõ ſequentia: quia licet ablatus animal & ipſo bipede homo auferatur: contra non fit. ergo ſunt communia homini mortali, & æterno.

TEX. 55. *Præterea etiam ſi ex ideis ideæ ſunt. Sunt .n. magis incompoſita ea ex quibus.*

Quinto obiicit, & dicit {Præterea etiam ſi ideæ ſunt ex ideis) ſubaudi homo immortalis erit animali bipedi, quæ eſt idea ſimplicior, probat conſequentiam, & dicit {ſunt.n. magis incompoſita ea ex quibus) aliquid fit, q̃ illud quod ex ipſis fit. ergo animal bipes erit ſimplicius idea, quę cõponitur, & ꝑ cõſequens prius & cõmunius & competens tam homini mortali q̃ immortali.

Amplius de multis oportebit & illa prædicari, ex quibus eſt idea, ut aĩal & bipes. Si aũt non q̃uo cognoſcentur. Erit .n. idea quædam, quã impoſsibile eſt de pluribus prædicari q̃ de uno. non uidetur aũt, ſed omnis idea eſt participabilis.

Quĩto obiicit, & dicit {amplius de multis oportebit & illa prædicari ex quibus eſt idea, vt aĩal & bipes) oportet, vt prædicentur de multis, ſi ex eis eſt idea. & probat, & dicit {ſi autem non) prędicentur de multis {quo modo cognoſcẽtur) eſſe genus & differentia ideæ. q.d. nulla alia ratione niſi quia ſunt communia. Et aſsignat cauſam, & dicit {erit.n. idea quædam) videlicet animal bipes, {quam impoſſe eſt de pluribus prædicari q̃ de vno) & ita animal bipes erit idea non prædicabilis niſi de homine ſingulari ideali: quod eſt cõtra rõnem ideę, & rei vniuerſalis. & ꝓpterea deſtruit cõſequẽs & dicit {nõ vr̃ aũt, ſed oĩs idea) eſt cõis {& participabilis) & tũ intelligas ꝙ Ariſt. ſupponit animal bipes eſſe ideam, ſi non eſt idea. & propterea infert, illud eſſe cõe pluribus.

Quemadmodum ergo dictum eſt, latet ꝙ impoſsibile ſit definire in ſempiternis: maxime uero quæcunq; unica, ut Sol & Luna. Non ſolum.n. peccant addere talia quibus ablatis adhuc erit Sol, (puta terrã gyrans, aut nocte abſconditum. ſi .n. ſteterit aut apparuerit, non adhuc erit Sol) ſed abſurdum ſi non erit. Sol.n. quandam ſubſtantiam ſignificat. Amplius quæcunq; in alio cõtingunt, ut ſi alter fiat talis, palam quia ſol erit. Communis ergo ratio erit. Sed erit ſingularium ſol, ut Cleon aut Socrates. quoniam propter quid nullus ipſorũ terminum profert ideæ. Fiet.n. manifeſtum tentantibus, quia uerum eſt quod modo dictum eſt.

[Marginal notes: περὶ γῆν ἰόν. terrã gyrãs. Circa terram vadens. νυκτικρυφές. Nocte abſconditum. Nocte celatũ. γὰρ Sed. Enim]

Nunc aſsignat tertiam rationẽ principalem, qm̃ prima ratio quæ ex coruptione ſingularium procedit nõ valet contra Platonem, nec ſecunda quæ procedit ex cõitate partium definitionis, nã qñ eſſet vnum tantum ſingulare in ſua ſpecie, cõia ſumpta in definitioni non conueniunt niſi vni ſoli. Ariſt. ergo obiicit tertio principaliter qñ ſupplendo rõnibus factis, & vult ꝙ quouis modo ſingulare definiať ẽt dato ꝙ ſit in ſpẽ vnicũ illa definitio peccaret primo quia ſi dareť per accñtalia, dareť per talia, quibus ablatis, ipſum definitũ maneret: ſecundo quia ſi dareť per eſſentialia. Si ſub illa ſpẽ fieret aliud indiuiduũ, ſicut non repugnat rõne formæ, tunc illa definitio eſſet cõis vtriq;, & cũ nullo illorũ cõuertibilis. ergo non eſſe conueniens, qm̃ bona definitio cõpetit definito, non alteri nec actu, nec aptitudine cõpetere põt dicit. {Queadmodũ ergo dictũ ẽ, latet ꝙ ĩpoſſe ſit definire in ſempiternis) & licet lateat, tñ nullum ſingulare ſempiternum eſt definibile {maxime vero) latet in his ſempiternis ſingularibus {quæcunq;) in ſua ſpecie {vnica) ſunt {vt Sol & Luna) deinde oñdit, ꝙ hæc ſingularia definiri nõ poſsint per accidẽtalia, & dicit {non ſolum.n. peccant) qui definiunt talia ſingularia {addere talia) accidentalia {quibus ablatis adhuc erit Sol) & lege ſuſpenſiue vſq; ibi {amplius quæcunq;) interponit.n. per parentheſin, quæ ſint definitiones de Sole, quæ per accidentalia dantur, & dicit {puta) ſi quis dixerit ſolẽ eſſe περὶ γῆν ἰόν. i. corpus circa terrã proficiſcẽs. aut νυκτικρυφές, hoc eſt nocte cælatum. Quòd autem hæ definitiones nullæ ſint, probat, & dicit {ſi.n. Sol ſteterit) vt ẽm veritatem aliqñ ſtetit, vt ſancti viri teſtati ſunt {aut apparuerit) de die vt reuera apparet {non adhuc erit Sol) Ceſſante.n. definitione ceſſat definitum. hoc conſequens deſtruit, & dicit {ſed abſurdum) eſt {ſi non erit) Sol {Sol.n. quandã ſubam ſignificat) quę non auferť, illis ablatis. deinde terminans ſuſpenſionẽ probat, ꝙ nec ꝑ eſſentialia poteſt Sol definiri, & dicit {amplius) peccant. addere eſſentialia {quæcunq; in alio cõtingunt) Quod exponit & dicit {vt ſi alter) Sol {fiat talis) qualis eſt Sol, qui nunc eſt, eſt.n. poſsibile ratione formæ, & aptitudine, defectu.n. materiæ non fit. Si inquam alter Sol talis fiat {palam, quia Sol erit) ſicut qui nunc eſt {ergo ratio erit communis) Soli qui nunc eſt, & illi, quæ ponitur de nouo factus {erit.n. Sol ſingularium) tunc {Sol) qui nunc eſt, vel ille, qui de nouo ponitur {vt Cleon & Socrates) quare aptitudine definitio hæc per eſſentialia data, pluribus competit, & non illi ſoli. Quòd autem talia ſempiterna ſingularia non definiantur, probat, quia nullus vnq̃ tentauit illa definire, & dicit dico talia ſempiterna ſingularia non definiri {qm̃) dic mihi {propter quid nullus ipſorum) Platonicorum {profert ideæ terminum). i. definitionẽ? dat cauſam, & dicit {Fiet.n. manifeſtum tentabimus) definire hæc ſempiterna {quia verum eſt, quod modo dictũ eſt) hoc eſt, quia verum eſt ipſa nec per accidentalia, nec per eſſentialia definiri poſſunt: & ideo nullus tentauit.

CAP. XVIII.

Potentias & partes eſſe quæ ſubſtantiæ videtur.

Maniſeſtum eſt autem, ꝙ & ſubſtantiarum quæ exiſtimatæ ſunt, plurimæ poteſtate ſint: ut ipſe partes animalium, nulla.n. ipſarum ſeparata eſt. Sed quando ſeparatæ fuerint tunc omnes ut materia ſunt: terra, ignis, et aer, nihil.n. ex ipſis unum eſt, niſi ut cumulus anteq̃ digerantur. & ex ipſis aliquid unum fiat. TEX. 56.

His contra Platonem diſputatis, eam nõñ dubitationem diſputat, quã ſuperius inſolutam omiſit, quo modo videlicet ſubſtantia ex partibus componatur. Demonſtrauit.n. nullam ſubſtantiam fieri poſſe ex partibꝰ actu exñtibus; nec ex paſsionibus. & breuiter declarat ꝙ partes ex quibus ſubſtantiæ cõponunť, ſint ſubæ poteſtate exñtes. & dicit {Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ & ſubarũ, quæ exiſtimatæ ſunt) quales ſunt ſubæ ſenſibiles {plurimæ poteſtate ſint: vt ipſe partes aĩalium) Quod probat & dicit {nulla.n. ipſarum ſeparata eſt) ſubaudi altera, ab altera {ſed qñ ſeparatæ) inuicem {fuerint, tũc oẽs vt materia ſunt) qm̃ ſunt in potentia ad formam totius: dico omnes eſſe in potentia {vt) ſunt {terra, ignis & aer) & ſubaudi aqua: ꝙ autem cum hæ ſeparatæ ſint, vt materia in potentia ad formam totius ſint, probat, & dicit. {nihil.n. ex ipſis vnum eſt) poſtq̃ ſunt ſeparata {niſi vt cumulus) & non vnum per ſe: dico nihil ex his vnum eſſe {anteq̃ digerantur) & alterentur {&) anteq̃ {ex ipſis) alteratis {vnum fiat) patet ergo partes has in toto eſſe poteſtate, vt propoſuit probare.

ἐν τοῖς καμπτοῖς. *Iniuncturis in deflexionibus* πήρωσις. *Orbatio. Leſio. Leſum.*

Maxime autem utiq; aliquis animatorum partes ſuſpicabitur, & eas, quæ animæ propinquæ ambas fieri entes, & actu & potentia. propterea q; habent principia motus ab aliquo in iuncturis. propter quod quædam animalia ſeparata uiuunt. Sed tñ potentia oĩa erunt, qñ unũ fuerit, & continuũ natura. non autem ui, aut populatione. tale. n. orbatio eſt.

Sed mouet contra dicta dubitationem, videntur. n. ꝙ quædam partes in compoſito ſint actu ſimul & potẽtia: vt partes animaliũ annuloſorum, atq; inſectorũ, quia ſeparatę viuũt. dicit {Maxime autem vtiq; aliquis animatorum partes ſuſpicabitur & eas, quæ animę, proponiq; ſunt, ambas fieri & actu entes & potẽtia) entes, dico quæ animæ propinquæ ſunt, videlicet qñ non diuiduntur mẽbra principalia, in aĩalibus ipſis annuloſis. hæ. n. vñr actu propterea ꝙ hñt principia motus ab aliquo, ſuperiori mẽbro {in iuncturis) cuius ſignũ affert, & dicit {propter qđ quædam animalia ſeparata viuũt) & hoc pro tãto quia partes actu erant in toto. Rñdet, & q. d. licet ita ſit {ſed tñ potentia omnes tales ꝑtes erũt qñ) animal {vnũ fuerit, & continuũ natura) dico natura {non autem ſi fuerit vnum vi aut copulatione) Si. n. partes vi aut copulatione fuerint colligatæ {tale) vnum {erit læſum) veluti accidit poſt vulnera neruorum, qui poſt copulationem remanent læſi.

CAP. XIX.

Ens & vnum non eſſe rerum ſubſtantias.

TEX. 57. *QVoniam uero unum dicitur ſicut & ens, & ſubſtantia unius unà, & quorum una numero, unum numero: palam quia nec unum nec ens contingit ſubſtantiam eſſe rerum, ſicut elemento eſſe, aut principio. Sed quærimus quidẽ principiũ ut ad notius reducamus. Magis igitur ſubſtantia eſt ens, & unum, q̃ principiũ, et elementũ, et cauſa.*

Plato non ſolum ſpecies ideas fecit, ſed vnius & entis dixit eſſe ideas. & ita dixit vnum & ens ita eſſe rerum ſubſtantias, ſicut ratio principij & elementi eſt, rerum ſubſtantia. probat ergo Ariſtotelis, ꝙ vnum & ens non ſint ita ideæ, ac rerum ſubſtantiæ, vt ratio elementi & principij eſt rerum ſubſtantia. & primo proponit hoc, & dicit {Quoniam vero vnum dicitur ſicut & ens, &) qm̃ {ſubſtantia vnius) rei eſt {vna, &) qm̃ {quorum) ſubſtantia eſt {vna numero) ea eſt {vna numero: palam quia nec vnum, nec ens contingit ſubſtantiam eſſe rerum) eo modo {ſicut eſſe) hoc eſt ſicut ratio elementi, aut ratio principij eſt ſubſtantia rerũ. ecce ꝙ proponit contra Platonem vnum & ens non eſſe idearum eorum quorum ſunt: quę ideę ſunt rationes elementi & principij. Sed dices non ſic elementum, & principium quærimus & certum eſt ꝙ ſic, modo non videntur hæc quæri niſi vt ſint rerum ſubſtantiæ, & ideæ. Reſpondet & dicit {ſed quærimus quidem principium) & elementum, non ꝙ ſint ideæ & rationes rerum {ſed vt) ipſum principium {reducamus ad notius) ita vt per ipſum ſciamus res, quarum eſt principium. Infert tamen, ꝙ dato ꝙ ens & vnum ſint rerum ſubſtantiæ, & principium & elementum etiam rerum ſubſtantiæ magis ens & vnũ ſunt rerũ ſubſtantiæ q̃ elementum principium & cauſa. & dicit {magis igitur horum) quæ ſunt {ſubſtantia eſt ens & vnum, q̃ principiũ & elementum & cauſa) quia principium elementum & cauſam dicunt reſpectum. ens & vnum non dicunt reſpectum, abſtrahunt. n. ab abſoluto & reſpectiuo.

Verum nec hæc: ſiquidem neque aliud quicquàm commune ſubſtantia ſit. nulli. n. ſubſtantia ineſt, niſi ſibi ipſi, et ei qđ ipſum habet, cuius eæ ſubſtantia.

Cum dixiſſet, ꝙ magis ens, & vnũ vñr rerum ſubæ, q̃ principiũ & elñtum & cauſa: oñdit ꝙ licet magis videantur ſubæ: tñ, non ſunt ſubæ, & hoc proponit, & dicit {verũ nec hæc). ſ. ens & vnũ ſunt rerũ ſubæ: licet magis videantur. probat hoc pacto, nulla ſuba eſt cõis pluribus, ens & vnũ ſunt pluribus cõia. non ergo ſunt ſubſtantiæ, & dicit {ſiquidẽ neq; aliud quicq̃ cõe ſuba ſit) eſt ergo maior, nulla ſuba eſt cõis pluribus. probat hãc, & dicit {nulli. n. ſubſtantia ineſt, niſi ſibi ipſi, & ei, quod ipſam habet) hoc eſt {cuius eſt ſubſtantia.)

Amplius ipſum unum pluribus in locis ſimul non erit. Commune aut ipſum multis in locis eſt ſimul. quare palam, quia nullum uniuerſaliũ exiſtit præter ſingularia ſeorſum.

Adhuc argumentatur: & dicit {Amplius ipſum vnũ) ſubaudi ſi eſt ſubſtãtia {pluribus in locis ſimul nõ erit) Subſtantia. n. cum ſit propria vna tantum, non poteſt eſſe pluribus in locis: quemadmodum nec illud, cuius eſt propria eſt in pluribus locis {Commune aũt ipſum multis in locis eſt ſimul) tunc concludendo dicit {quare palam, quia nullum vniuerſalium exiſtit præter ſingularia ſeorſum) cuius contrarium Plato poſuit.

Sed ſpecies dicentes, partim quidem dicunt recte ſeparantes eas, ſiquidem ſubſtantiæ ſint. partim autem non recte. quia unam in multis ſpeciem dicunt. TEX. 58.

Nunc diſcurrit circa Platonicorum opinionem & dicit {Sed ſpecies dicentes, partim quidem recte dicunt, ſeparantes eas, (ſiquidem ſubſtantiæ ſint) nam de ratione ſubſtantiæ eſt præexiſtere ſeorſum, cum ſubſtantia, vt Auer. inquit id ſit, qđ in ſubiecto non eſt, præterea de rõne ideæ eſt, vt ſit ſeparata à ſingularibus, quorum eſt idea. ergo quantum ad hoc quod ponũt ſpecies eſſe rerũ ſubſtantias, recte dixerunt illas eſſe ſeparatas {partim aũt nõ recte, quia vnã in multis ſpeciẽ dñt) vr̃. n. implicari ꝙ ſpecies ſit ſeparata, & ſit ĩ multis ſingularib⁹. *Quæ Auer. Com. 58.*

Cauſa uero, quia non poſſunt reddere quænam ſint tales ſubſtantiæ incorruptibiles, quæ præter ſingularia & ſenſibilia ſunt. faciunt igitur ipſas ſpecie eaſdem corruptibilibus, αὐτὸ ἄνθρωπον ipſum hominem, αὐτὸ ἵππον ipſum equum. Hæc. n. cognoſcimus addẽtes ſenſibilibus uerbũ αὐτὸ ipſum.

Cur vero eas ſeparatas fecerint, & eiuſdem rationis cũ corruptibilibus, quorũ ſpecies ſunt, exponit, & dicit {Cauſa vero quia non poſſunt reddere quęnam ſint tales ſubſtantiæ incorruptibiles, quę præter ſingularia & ſenſibilia ſunt, faciunt igitur) propter hoc {ipſas ſpẽ) & rõne {eaſdem) rebus {corruptibilibus) quarum ſunt. faciunt dico has videlicet αὐτὸ ἄνθρωπον hoc eſt ipſum hominem, αὐτὸ ἵππον hoc eſt ipſum equũ, & affert cauſam cur addant verbum αὐτὸ ipſum, & dicit {hæc. n.) ſeparata cognoſcimus ac ſenſibilibus diſcernimus addentes verbum αὐτὸ ipſum. & ſic Plato voluit ſubſtantias ſeparatas eſſe eiuſdem ſpeciei cum iſtis ſenſibilib⁹, propterea quia nõ poſſunt reddi quæ ſint, niſi per hęc ſenſibilia. Differre tñ in hoc tantum, quia illis ſeparatis addebant hanc dictionem αὐτὸ ipſum ad deſignandũ ſeparationem in illis, vt homo ſeparatus dicatur ipſe homo, & equus ſeparatus, ipſe equus.

Veluti quãuis aſtra non uideremus, non minus, ut exiſtimo, ſubſtantiæ ſempiternæ eſſent præter eas, quas nos uidemus. Quare & nunc etſi non habemus quænam ſint,

eſſe tamen aliquas fortaſſe neceſſe eſt. ꝙ igitur eorum quæ vniuerſaliter dicuntur nullum ſubſtantia ſit, nec ulla ſubſtantia ſit ex ſubſtantiis, manifeſtum eſt.

Quæ dixit de opinione Platonis probat per quendã caſum ſimilem, & dicit {Veluti quáuis aſtra non videmus, non minus, vt exiſtimo} aſtra {eſſent ſubſtantiæ ſempiternę ꝑter eas} ſenſibiles ſubſtãtias {quas nos videmus} tunc redit ad propoſitũ, & dicit {quare & nũc} de ſubſtãtiis ſeparatis {etſi non habemus quęnam ſint, eſſe tñ aliquas} vt Deum & intelligentias {fortaſſe neceſſe eſt} dico fortaſſe, quouſq; per rationes declarentur. Epilogat & dicit {ꝙ igitur eorum, quæ vniuerſaliter dicuntur nullum ſubſtantia, ſit, nec vlla ſubſtantia ex ſubſtantiis actu ſit, manifeſtum eſt.}

CAP. XX.

Qđ vere ſubſtantia ſit, eamq; non elementum non compoſitum, ſed principium eſſe.

TEX. 55. *Quid aut & quale quid oporteat dicere ſubſtantiam, rurſus aliud quaſi principium facientes dicamus.*

Cum de dixiſſet de ſubã ac quod quid erat eſſe logice, nunc vult dicere de ſubã, & quod quid erat eſſe ſ͂m rem & magis Metaphyſicæ, & proponit primo proponit intentionem, & dicit {Quid autem, & quale quid oporteat dicere ſubſtantiam} & quod quid erat eſſe {rurſus aliud quaſi principium facientes dicamus} dico quaſi aliud principium facientes quia nunc de ſubſtantia ipſa, ac ipſo quod quid erat eſſe, magis dicemus Metaphyſicæ, qm̃ dictum eſt de ipſo logice.

Quod ergo ſubſtantia, principium & cauſa quædam ſit hinc procedendum.

Propoſita intentione, nunc proſequitur: & primo proponit concluſionem, quã intendit, & dicit {Quod ergo ſubſtantia, principiũ, & cauſa quædã ſit, hinc procedendũ} quæ ſtatim afferemus. & intelligit ſubãm & quod quid erat eſſe; principiũ eſſe eorum accidentiũ, quæ per ſe ſubĩo inſunt, proponit ergo probare ipſum qđ quid erat eſſe ac ſubſtantiam eſſe principiũ & cãm eorum accidentium, quæ ſubiecto qui ſe inſunt.

Quæritur autem ipſum propter quid ſemper ſic, propter quid aliud alteri cuidam ineſt. Nam quærere propter quid muſicus homo, muſicus homo eſt, aut eſt quod dictum eſt, quærere propter quid homo muſicus eſt, aut aliud. Id igitur quod eſt, propter quid ipſum eſt ipſum, nihil eſt quærere.

Propoſuit probare, ꝙ quod quid erat eſſe, & ſubſtantia ſit principium & cauſa eorum quæ alteri per ſe inſunt, nunc exequitur, & primo declarat, quid quæritur cum quæritur propter quid, & dicit {quæritur autẽ ipſum propter quid ſemper ſic} videlicet {propter quid aliud alteri cuidam inſit} vt propter quid eclipſari lunæ nunc inſit, vel propter quid tonat, exponit, quod dixit, & dicit {nã quærere propter quid muſicus homo, muſicus homo eſt, aut eſt quod dictum eſt quærere} videlicet {propter quid homo muſicus eſt homo muſicus} hoc eſt propter quid hoc totum eſt hoc totũ {aut eſt} quærere {aliud} hoc eſt aut eſt quærere aliud cur alteri ineſt, vt cur homini muſicum inſit. deſtruit primum, & dicit {id igitur quod eſt propter quid ipſum eſt ipſum} vt propter quid ipſum totum ſit ipſum totum {nihil eſt quærere.}

Oportet. n. ipſum quia, et ipſum eſſe, eſſe manifeſta entia. dico autem, ut quia luna patitur eclipſin. Ipſius autẽ, qui a ipſum. una eſt ratio, & una cauſa in omnibus propter quid homo eſt homo, aut muſicus, muſicus. niſi quis dicat quia ad ſeipſum unumquodq; indiuiſibile eſt. hoc autem erat unum eſſe. Sed hoc commune de omnibus eſt, & breue.

Nunc probat, qđ quærere ꝑꝑ quid ipſum eſt ipſum nihil ſit quærere, & dicit {Oportet. n. ipſum, qa & ipſum eſſe manifeſta entia eſſe} quęſtio. n. quia eſt, etſi eſt, omnibus aliis ſupponitur. quæſtio. n. ſi eſt ſupponitur ante quæſtionem quid eſt, & quæſtio quia eſt, ſupponitur ante quæſtionem propter quid eſt {dico autem vt quia luna patitur eclipſim} oportet eſſe manifeſtum ante q̃ſtionẽ propter quid, aliter quæſtio eſſet nulla. eſt ergo vis rationis, propter quid ipſum eſt ipſum nihil eſt quærere, quia ipſum eſſe ipſum eſt per ſe notum. Sed dices, licet ipſum eſſe ipſum ſit ꝑ ſe notũ, tñ propter quid ipſum ſit ipſum non eſt per ſe notũ, vt licet lunam pati eclipſim ſit per ſe notum: non tñ eſt notũ propter quid luna patitur eclipſim. Obiicit cõtra hoc, & dicit {ipſius aũt quia ipſum} eſt ipſum {vna eſt ratio & vna cauſa in oĩbus} cũ ea quæ eſt {propter quid homo eſt homo, & muſicus eſt muſicus} & cum quærere propter quid hõ eſt homo nihil ſit quærere, igitur nihil eſt quærere propter quid ipſum eſt ipſum. Quo vero ad vim rõnis attinet, animaduerte, ꝙ quia eſt, & propter quid eſt idem ſunt in re incomplexa: idem. n. eſt quia hõ eſt, & hoĩem eſſe propterea quia hõ eſt. in cõplexis vero differunt, non. n. eſt idẽ lunã eclipſari, & propter quid luna eclipſatur & ꝓpterea bene dixit Ariſt. qđ quęrere ꝓpter quid ipſum eſt ipſum nihil eſt quęrere, qm̃ ſupponitur, cũ ſit idẽ qđ eſſe, quod ſupponiť in omni qõne. Sed dicet quiſpiam ꝙ dari poſſit cã, ꝑꝑ quid ipſum ſit ipſum, & eſt, quia vnũquodq; eſt ad ſe ipſum indiuiſibile, qđ eſt eſſe idẽ ſibi & vnũ. vñ dicit, niſi qs dicat {quia vnũquodq; ad ſeipſum indiuiſibile eſt, hoc aũt erat vnũ eſſe} & ſic põt dari cã, cur aliquid eſt ipſum videlicet quia eſt vnũ indiuiſibile ad ſe ipſum. Contra obiicit, & dicit {ſed hoc cõe de oĩbus eſt} hoc eſt, ſed hęc cauſa eſt cõis oĩbus, & non propria, tã. n. cõpoſitis q̃ ſimplicibus, tam per ſe entibus q̃ per accñs entibus cõpetit, vnũquodq; . n. eo modo, quo eſt, indiuiſibile eſt, & vnum. Præterea hoc eſt {breue} & friuolum ac leue dicere, qm̃ quilibet talem cauſam poterit reddere.

Quærit itaq; propter quid homo eſt animal tale: hæc aũt palam, quia non quærit propter quid qui eſt homo, eſt homo, aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid eſt. Quod autem ſit, oportet manifeſtũ eſſe. Nam ſi non ita eſt, nihil quærit, ut propter quid tonitat, quia fit ſonitus in nubibus: aliud. n. ſic de aliquo eſt, quod quæritur. & propter quid hæc puta lateres, & lapides domus ſunt. Al. Autem. Al. Itaq;.

Cum probaſſet ꝙ quærere propter quid ipſum eſt ipſum, nihil ſic quærere, nunc concludit, quid quæritur per quæſtionem factam per propter quid, & dicit {quærit itaq; propter quid homo eſt animal tale} videlicet diſciplinæ capax, ſubaudi qui quærit propter quid de homine {hoc aũt palã, quia non quęrit propter quid qui homo eſt, homo eſt} ille qui quærit propter quid homo eſt animal tale {aliqđ ergo de aliquo quærit} ipſum {propter quid eſt} vt quæſitum propter quid inſit conceſſo {Quod autem ſit} hoc eſt hominem eſſe animal tale {oportet manifeſtum eſſe} cuius cauſam affert, & dicit {nam ſi non ita eſt} quærens propter quid {nihil quærit} non enim poteſt quæri propter quid de eo, quod non eſt exemplo exponit, & dicit {vt propter

propter quid tonitat} reſpondetur quia fit ſonitus in nubibus,& hæc reſponſio eſt per formalem cauſam, & eſt aliud ab eo,quod ſupponitur, quod probat, & dicit {aliud.n.ſic de aliquo eſt,quod quærit} ſubaudi ab eo quod ſupponitur,affert ſm exemplum,& dicit{& propter quid hæc puta lateres & lapides domus ſunt} reſponſio eſt,vt prohibeant nos caloribus & frigoribus. vbi etiam patet aliud ſupponi,& aliud quæri.Ex his colligitur ꝙ quærere ꝑpter quid,eſt,quære propter quid, aliud ineſt alteri.

Palam igitur quoniam quærit cauſam.hoc autem, ut ſit dicere logice,erat quod quid erat eſſe:quod quibuſdam quidem eſt cuius cauſa.ut forſan in domo,aut lecto. In quibuſdam uero:quod mouit primum.nam & hoc ipſum cauſa eſt, ſed talis quidem cauſa in fieri quæritur, & corrumpi. Altera uero, & ineſſe.

Ex his propoſitum concludit, & ſyllogizat, propter quid quærit cauſam.propter quid,vt logice loquar,eſt ſubſtantia & quod quid erat eſſe,ergo ſuba & qđ quid erat eſſe quærit & eſt cauſa quare alterum alteri ineſt. dicit {Palam igitur qm̃} propter quid ipſum {quærit cauſam,hoc autem}.ſ.propter quid eſt ipſum{vt logice ſit dicere, eſt quod quid erat eſſe} ergo qđ quid erat eſſe eſt cauſa, non tamen omnibus eodem modo. qm̃ {quibuſdam eſt cuius cauſa}.ſ.finalis cauſa {vt forſan in domo & lecto}cum quæritur propter quid lapides & ligna ſunt domus {in quibuſdam vero} eſt cauſa effectrix,quæ eſt illud{quod mouit primum. nam & hoc ipſum cauſa eſt} addit tñ quandam differentiam inter finem,& agentẽ,& dicit{ſed talis quidem cauſa} quæ agens eſt {quæritur in fieri & corrumpi.Altera vero} quæritur in fieri & corrumpi, {& ineſſe} qm̃ concidit cum forma,quæ quæritur in re exiſtente.

Latet autem maxime quod quæritur in his, quæ non de ἀλλὰ μὴν. Neq;. Sed non. It non.
aliis dicuntur.ut homo quid eſt quæritur, propterea ꝙ ſimpliciter dicitur, & non definitur,quia hoc aut hoc.

Mouet hic dubitationem,& dicit{Latet autem maxime quod quæritur in his,quæ non de aliis dicuntur} vtrum videlicet quid eſt ſit propter quid eſt {vt} cum {quæritur quid eſt,homo latet dico in his propterea ꝙ ſimpliciter dicitur,& nõ definitur} homo eſt{hoc aut hoc}Quare in talibus latet quo modo quid eſt ſit propter quid:& ſi latet hoc, etiam latebit in talibus quo modo quod quid erat eſſe,ſit cauſa & principium.vnde dubitatio eſt, quid eſt,non eſt cauſa, & principium quod quid erat eſſe eſt quid eſt. ergo quod quid erat eſſe non eſt cauſa & principium.

Sed oportet corrigentes quærere, ſi autem non: commune eius quod eſt nihil quærere, & eius quod eſt quærere ali-
TEX.60. *quid,fit. Quoniam uero oportet habere, & exiſtere ipſum eſſe,palam quia quærit materiã,propter quid eſt, ut domus hæc propter quid eſt,quia hæc exiſtunt,quod erat domui eſſe, & homo hoc, & corpus hoc tale habens.quare cauſa quæritur materiæ.hoc autem eſt ſpecies,qua aliquid eſt,hæc autem ſubſtantia eſt.*

Reſpondet,& vult quod quid eſt ſit quod quid erat eſſe & ſubſtantia,& ſit cauſa:& propter quid. eſt quod quid erat eſſe,& ſubſtantia reſpectu rei, quæ definitur, eſt cauſa & propter quid reſpectu eorum, quæ inſunt definitæ rei. vnde dicit {ſed oportet corrigentes} hoc eſt mutantes quęſtionem ad accidentia{quærere} propter quid.& ſupponere definito. Ineſſe talia accidentia,quorum quæritur propter quid.Quod autem oporteat in quæſtione propter quid de accidentibus,ſupponere accidentia ineſſe rei, quæ definitur:probat, & dicit{ſi autem non}ſupponitur accidentia ineſſe rei:quæ definitur{fiet commune eius quod eſt nihil quęrere.& eius quod eſt quærere aliquid}hoc eſt.Si non ſupponatur accidentia ineſſe,nulla differentia erit inter quærere propter quid ineſt,& nihil quærere. Immo hoc non ſuppoſito,nihil erit quærere.declarat quod dixerat, & dicit{qm̃ vero oportet} præ{habere, & exiſtere ipſum eſſe} vt ꝙ lateres, & lapides ſint domus {palam quia} hoc ſuppoſito{quærit materiam}hoc eſt lapides & lateres{propter quid eſt} domus{vt}propter quid {hæc} videlicet lateres & lapides{eſt domus}in hac.n.quęſtione ſupponitur hæc eſſe domum & reſpondetur {quia hæc exiſtunt,quod erat domui eſſe} hoc eſt reſpondet quia hæc ſunt propter illud,quod erat domui eſſe,ratio & finis,& quod quid erat eſſe{&} amplius cum quærit propter quid homo eſt hoc, ſupponitur {& homo eſſe hoc}& iterum cum quæritur, propter quid corpus eſt hoc tale habens,ſupponitur {ꝙ corpus ſit hoc tale habens}tunc concludit,& dicit{quare cauſa quæritur materiæ} quæ eſt forma, vel finis, & quod quid erat eſſe {hoc autem eſt ſpecies,qua aliquid eſt,hęc autem ſubſtantia eſt}patet igitur quid eſt eſſe quod quid erat eſſe & ſubſtantiam reſpectu rei:quę definitur,& propter quid & cauſa reſpectu eorum,accidentiũ, quæ inſunt rei definitæ.& ſic ſoluta eſt dubitatio.

Palam igitur quoniam in ſimplicibus nõ eſt aliqua quæ- διδαξισ. Doctio. Doctrina.
ſtio,nec doctio,ſed alter modus quæſtionis talium.

Ex his quæ dixit,infert corollarium,& dicit {Palam igitur,qm̃ in ſimplicibus nõ eſt aliqua quæſtio, nec doctio,ſed eſt alter modus quæſtionis talium} ſimpliciũ. & per{ſimplicia} Expoſitor,ſubſtantias ſeparatas intelligitur,in illis.n.non eſt aliqua quæſtio,qm̃ oĩs quæſtio eſt cauſæ.At in illis non eſt ratio vera cauſæ, propterea non eſt vera ratio opinionis.Sed ſi ibi eſt, tñ eſt alter modus,qm̃ ibi eſt ſcientia ac doctio per effectus, qm̃ non ſunt cauſę & propter quid,aut per{ſimplicia} intelligit,incomplexa:in talibus.n. non eſt aliqua quæſtio.ſ.propter quid,nec doctio,hoc eſt doctrina demõſtratiua,ſed ſi eſt,ibi erit quæſtio ſi eſt,& quid eſt,non autem quæſtio propter quid quæ quærit cauſam cur hoc huic ineſt.

Quoniã uero compoſitũ ex aliquo ſic eſt,ut unũ ſic eſt,ut unum ſit oẽ,ſed non ut cumulus,ſed ut ſyllaba:et ſyllaba nõ eſt elementa,neq; idem quod B, & A,nec caro idem,quod et ignis & terra. (Diſſolutis.n.hæc quidem non amplius ſunt, ἄρα.
ut caro, & ſyllaba. Elementa uero ſunt,ignis & terra)ſyllaba Ergo.
ba profecto eſt non ſolum elementa,uocalis, & conſonans, Proiecto.
ſed & alterum aliquid, & caro non ſolum ignis & terra, aut calidum & frigidum,ſed alterum aliquid.

Cũ concluſum ſit, qđ ipſum quod quid erat eſſe ſit cauſa & principiũ,vult nũc declarare cuius ſit cauſa, & principiũ,& declarabit,ꝙ eſt cã & prĩcipiũ partiũ materialiũ, & qđ quid erat eſſe totius cõpoſiti,& declarãdo hoc ꝑmittit diſtinctionẽ,ꝙ totũ eſt duplex,alterũ qđ ẽ vnũ ſimplr,vt caro & ſyllaba.Alterũ eſt vnũ ſm qd, vt cumulus.Secundo accipit,ꝙ hæc tota differãt, nã totũ qđ eſt ſimplr vnũ:vltra partes materiales addit aliquid quod eſt cã vnitatis ꝑ ſe talium partiũ: totum vero qđ eſt ſm quid vnum.nihil addit, vltra partes materiales, cum tale totum non ſit vere & ſimplr vnum.De prima parte dicit{quoniam vero, compoſitum} ſiue totum

{ex aliquo ſic eſt, vt omne}hoc eſt{vt}totum aggregatum ex partibus materialibus{ſit vnum}vere & ſimpliciter, & per hæc innuit primum membrum: quod eſt eſt totum vere & ſimpliciter vnũ, deinde innuit ſcd̃m membrum, & dicit{ſed non cumulus} qui eſt totũ nõ ſimpliciter & vere vnũ{ſed vt ſyllaba} quæ eſt totum ſimpliciter & vere vnum hæc de diſtinctione. deinde tangit differentiam inter hæc, & dicit{& ſyllaba}quod eſt totum artificialiter factum ex literis tanquam ex partibus materialibus{non eſt elementa} præciſe, & nihil aliud: hoc eſt{neq; eſt idem quod B & A}præciſe{nec caro}quod eſt totum per ſe, & ſimpliciter vnum naturaliter factum{eſt idem quod & ignis & terra} probat & loquitur ſuſpenſiue: & dicit{diſſolutis.n.} .ſ. partib⁹ materialibus{hęc quidem non amplius ſunt, vt caro & ſyllaba, elemẽta vero ſunt, ignis} videlicet{& terra} cũ inquam ita ſit{ſyllaba profecto eſt non ſolũ elementa} videlicet{vocalis & conſonans, ſed & alterum aliquid, & caro non ſolum ignis & terra, aut calidũ, & frigidũ, ſed & alterũ aliquid}patet ergo differentia. vñ rõ Ariſt. hæc eſt, ea differunt, quorũ alterum remanet, alterũ vero non remanet; at manentibus elementis caro non remanet, & manentibus literis non manet ſyllaba ergo caro eſt aliquid præter elñta, & ſyllaba aliquid præter literas. per quæ patet differentia inter compoſitũ quod eſt ſimplr̃ vnum, & compoſitum, quod non eſt ſimplr̃ vnum. Totum.n. ſimpliciter vnum eſt aliquid præter partes materiales totum vero quod eſt vnum ſ̃m quid nihil eſt præter partes materiales. Quę vero ad verba attinet, per{ſyllabam} intellexit exemplum in omnib⁹ artificialiter factis, quibus ineſt ſimpliciter vnitas per {carnem} vere intelligit exemplum, in omnibus naturaliter genitis, quib us etiam ineſt ſimpliciter vnitas.

Si igitur neceſſe eſt illud, aut elementum aut ex elementis erit. Si quidem elementum eſt, iterum eadem ratio erit. Ex hoc.n. & igne & terra erit caro. & adhuc ex alio. quare in infinitum ibit. Sin autem ex elemento, palam quia non ex uno, ſed pluribus, aut illud ipſum elementum erit. quare rurſum in hoc eandẽ dicemus rõnẽ, ſicut in carne et ſyllaba. [*εἶναι. Eſſe. Erit. Eſſe oportet.*]

Mouet dubitationem pro inueſtigatione veritatis, dictum eſt.n. ꝙ quando totum eſt ſimpliciter vnum: eſt aliquid præter partes materiales. Nunc quærit quid eſt illud, quod eſt præter partes elementarias ac materiales, & dicit{Si igitur neceſſe eſt illud}.ſ. quod totum ſimpliciter vnum ſit aliquid præter partes materiales, quæritur quid eſt illud ſuperadditũ partibus materialibus, ac elementis {aut tale ſuperadditum eſt, elementum, aut erit} mixtum ac compoſitum {ex elementis} ꝙ non ſit elementum, probat, & dicit {ſi quidem elementum, iterum eadem ratio erit}vt ex illo cum cæteris partibus fiat vnum ſimpliciter mixtũ{ex hoc .n. &} igne & terra erit caro{& adhuc ex alio} aliud {quare in infinitum ibit}non ergo illud additum eſt elementum. Quòd non ſit ex elemento, probat, & dicit{ſin aũt ex elemento, palam qm̃ non ex vno, ſed ex pluribus, aut ſi}eſt ex vno elemento tantum{illud}mixtum{erit ipſum} elementum ex quo ſolo eſt. vt ſi glacies non eſt, niſi ex aqua, glacies non eſt niſi aqua{quare}vt inquit ſi tale mixtũ non etit niſi elñtũ videlicet aqua vel ignis { in hoc eandẽ rationẽ dicemus, ſicut, in carne & ſyllaba}dicta eſt, videlicet ꝙ ex iſto, & ex aliis fiet caro vel tale quid, & ibitur in infinitum, vt prius. Tacuit autem probare, ꝙ tale additum partibus materialibus non ſit mixtum. qm̃ eſt per ſe notum tale additum non eſſe mixtum. Sic.n. non eſſet additum.

Videbitur autem utiq; eſſe aliquid hoc, & non elementum: & cauſa eſſendi, hoc quidem carnem, hoc uero ſyllabã: ſimiliter autem et aliis. Sed ſubſtantia quidem hoc eſt uniuſcuiuſq;. Hoc.n. eſt cauſa prima eſſendi.

Soluit, & primo dat ſolutionem, deinde & exponit ſolutionẽ, de prima parte dicit {Videbit̃ aũt vtiq; hoc} .ſ. qđ ſuperaddit̃ partibus materialib⁹ { eſſe aliquid} & exponit, qđ non, & quid ſic, & dicit{& non}vr̃ eſſe elementum{& cauſa}.ſ. materialis{eſſendi, hoc quidẽ carnem, hoc vero ſyllabam. Similiter aũt & in aliis}hoc.n. nõ erit elñtum & materialis cauſa eſſendi. deinde exponit, quid eſt, & dicit{ſed hoc quidem } ſuperadditũ {eſt ſubſtãtia}& forma, & quod quid erat eſſe {vniuſcuiuſq;}cuius rõnem aſsignat, & dicit{hoc .n. eſt prima cauſa eſſendi}& ſic eſt forma. Sic igitur ſuperadditum partibus materialibus, & elementis eſt ſubſtantia, quare totum quod eſt ſimpliciter vnum, ſuperaddit elementis, ac partibus materialibus, ſubſtantiam.

Quoniam uero quædam rerum, non ſubſtantiæ ſunt, ſed ſubſtantiæ quæ ſecundum naturam, & quæ conſtant natura: uidebitur utiq; quibuſdam & hæc natura ſubſtantia, quæ eſt nõ elementum, ſed principium. Elementum enim eſt in quod diuiditur inexiſtens, ut in materiam: quale eſt ſyllabæ A, ipſum & B. [*γάρ. Enim δέ. Autem.*]

Nunc exponit ſolutionem, & vult ꝙ illud additũ ſit non elñtum ſubſtantiarũ compoſitarũ ſed & principiũ hoc eſt forma, & quod quid erat eſſe. & dicit{qm̃ vero quædã rerum non ſunt ſubſtantiæ} hoc eſt formæ {ſed ſubſtantiæ}.ſ. compoſitæ{quæ ſunt ſ̃m naturã, & quæ conſtant natura}vt caro, & os, & omne compoſitũ naturale. hæc.n. non ſunt naturæ, ſed entia naturalia, quæ conſtat natura. Cum inquam ita ſit {videbit̃ vtiq; quibuſdam & hæc natura}quæ additur partibus materialib⁹ {ſubſtãtia quæ eſt non elñtum}nec pars materialis ſed principium}hoc eſt ſed forma. Quòd aũt hæc ſubſtantia addita partib⁹ materialibus, non ſit elñtum, probat, & dicit{elñtum.n. eſt, in quod diuiditur} compoſitum{inexiſtẽs}hoc eſt inſitum{vt in materiam, quale eſt ſyllabæ A, ipſum, & B,}ipſum. At hæc ſubſtantia ſuperaddita, non eſt id, in quod inſitum diuiditur mixtũ vt in materiam. ergo in ſecunda figura, hoc additũ non eſt elñtum. Ex his perſpicuũ, ꝙ Ariſt. hic locutus eſt de toto ſimpliciter vno non in cõparatione ad omnes partes, ſed ſolũ in cõparatione ad partes materiales, quas vocat hic elñta. De hoc.n. toto, verũ eſt, ꝙ iſtud ſit aliquid præter partes materiales, quia tale totũ addit partib⁹ materialibus formam & ſubſtantiã, quæ eſt cauſa, & principium, quo illæ partes ſunt vnũ ſimplr̃, à forma .n. eſt eſſe & vnitas ſimplr̃. At totum quod non eſt ſimpliciter vnũ, vt cumulus, non eſt aliud q̃ ſuę partes materiales ſimul iunctæ. Ex his põt fieri dilucidatio qõnis motæ in diſputationib⁹, ꝙ cũ quæritur vtrum totũ ſit aliquid præter partes, dicamus ꝙ vel loquimur de toto in cõparatione ad partes materiales, vel in cõparatione ad materiales, & formales ſimul. ſi in comparatione ad materiales tantũ, vel tale totũ eſt ſimplr̃ vnum, vel ſ̃m quid, ſi eſt vnum ſ̃m quid: ſic tale totum nõ eſt aliquid præter partes materiales. vt cumulus non eſt aliud ꝙ lapides in vno loco poſitæ. Si vnũ ſimplr̃, ſic eſt aliquid pręter partes materiales, qm̃ ſuperaddit ſubſtantiam & formam, [*De toto et partibus an differant.*]

formam, quæ eſt principium, quo illæ partes ſunt, & quo ſunt vnum ſimpliciter. Sin autē loquimur, in comparatione ad omnes partes tam formales, quam materiales, ſit totum eſt ſuæ partes collectiuæ, non autē diuiſiue, vt in dilucidario dictum eſt. Ex his ſequitur tabulam & vnumquodq; continuum. ſi comparetur ad partes materiales tantum, eſſe aliquid præter illas, q̄m ſuperaddit formam. Sin autem ad omnes partes, comparetur, vt ad formales, & materiales, ſic tale nihil aliud eſt quam ſuæ partes collectiuæ ſumptæ. Hæc de dilucidatione, & de toto ſeptimo Libro.

Septimi Libri Metaphyſicorum Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER OCTAVVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione

TEX. 1. E*x prædictis itaq; ſyllogizare oportet, & colligentes capitulum finem imponere.*

Cvm Ariſtoteles de ſubſtantia ſenſibili logicę, & metaphyſicę multa egiſſet in. 7. in hoc Lib. 8. intēdit agere de ſenſibilibus ſubſtantijs phyſicæ determinando de illis ſēm propria principia. & primo præmittit intentionem generatim, & dicit {Ex prædictis itaq;} quæ de ſubſtantia ſenſibili logicæ dicta ſunt in. 7. {ſyllogizare oportet} ſubaudi ad ea, quæ dicenda ſunt de ſubſtantia ſenſibili phyſicæ. ſunt enim ea quæ dicta ſunt de ſubſtantia ſenſibili in. 7. vt ſuppoſitiones, atq; principia ad ea: quæ dicenda ſunt de ſubſtantia ſenſibili phyſicæ, & propterea dicit ex prædictis ſyllogizandum eſſe ad hæc. & addit {& colligentes capitulum} ſcilicet ſummatim de ſubſtātijs ſenſibilibus {oportet finem imponere} Sed ſtatim dubitabis, q̄m in. 11. Lib. adhuc dicet de ſubſtantijs ſenſibilibus ergo non imponet finē in hoc Lib. 8. de ſubſtantijs ſenſibilibus. præterea non videtur conueniens, vt hic agatur de ſubſtantijs ſenſibilibus phyſicæ, alioquin eſſet tranſcendere de genere in genus. dicendum pro ſolutione vt Auer. innuit in. 7. huius in Procemio, ꝙ duplices ſint ſubſtantiæ, aliæ ſenſibiles, quæq; inſeparabiles dicuntur, q̄m cum materia concipiuntur. aliæ inſenſibiles, quas non omnes confitentur: quæq; ſeparabiles dicuntur, ꝙ ſine materia eſſe & concipi poſsint. Ariſt. ergo agit de ſubſtantijs ſenſibilibus inſeparabilibus à. 7. huius per totum. 8. Lib. verū in. 7. agit de his logicæ & metaphyſicæ. in hoc. 8. agit de his phyſicæ reſoluendo eas ad principia, cauſas, & elementa: & ſic videtur compleri ſermo de ſubſtantijs inſeparabilibus, tunc ad obiectiones, ad primam dicēdum ꝙ in. 11. lib. non agitur de ſubſtantijs huiuſmodi, niſi procemialiter, vt per illas tranſeamus ad inſenſibiles ſubſtantias intelligendas. At in his lib. agitur de huiuſmodi ſubſtantijs inquiſitiue ſēm proprias intentiones. Ad ſecundam dicendum hic agi de ſenſibilibus ſubſtantijs phyſicæ per accidens, quatenus facit ad cognitionem ſubſtantiarum metaphyſicæ. Auer. autem ait quod Ariſt. velit rememorare quæ de ſubſtātia dicta ſunt in libro 7. & complere ſermonem de ſubſtantia, quæ dicitur forma. ſed contra quia agit de ſubſtantia compoſita reſoluendo eam ad principia, cauſas, & elementa, ergo non intēdit complere ſermonem de forma. Quaſi ſolutionem innuēs, inquit, q̄m omne de quo perſcrutatus eſt de ſpeciebus ſubſtantiæ, & de principijs in hoc Libro non eſt, niſi propter ſubſtantiam, quæ dicit̄ forma. Quæ Auer. Com. 1.

Dubitatio.

Dictum eſt itaq; ꝙ ſubſtantiarum quærantur cauſæ, & principia, & elementa.

Quia intendebat rememorare quædam eorū, quæ proximo Lib. dixit, non enim omnia recapitulat, ſed ſolum ea, ex quibus ſyllogizat quæ dicenda ſunt de ſubſtantijs, ideo, dicit {Dictum eſt itaq; ꝙ ſubſtantiarum quærātur cauſæ, & principia, & elemēta} & dixit {ſubſtantiarum} quia accidentium quærūtur principia cauſæ, & elementa per attributionem ad ſubſtantiā. Auer. per principia intelligit tam ea: quæ ſunt in re, vt ſunt materia & forma, q̄ ea quę ſunt extra rem, vt ſunt agēs, & finis, & per cauſas, intelligit agētem & finem, & per elementa ſolum cauſas exiſtentes in re videlicet materiam & formam. ſed ſic exponendo eſſet vana eorundem repetitio. & ideo arbitror Ariſtotelem hic per cauſas intelligere formam & finem, per principia agentes cauſas, per elementa vero, materias. ſic enim non eſt in verbis vana eorundem repetitio. Quæ Auer. Com. 1.

Subſtantiæ uero, hæ quidem cōceſſe ſunt ab omnibus. ſed de quibuſdam propria opinione quidam enunciarunt. conceſſe quidem ſunt phyſicæ, ut ignis, terra, & aqua, & alia ſimplicia corpora. deinde plantæ, & partes earum: & animalia, & partes animalium. & tandem cœlum, & partes cœli. propria uero opinione quidam ſubſtantias dicunt eſſe ſpecies, & mathematica.

Conceſſe. ὁμολογούμεναι conceſſe

propria opinione ἰδίᾳ ſingulariter priuatim diuiſim ſeparatim.

Iſtud eſt ſecundum quod reſumit ex eis, quę. 7. Lib. dicta. Et, vt Auer. inquit quod reſumit, eſt quod duplices ſint ſubſtantiæ, aliæ ab omnibus conceſſæ, vt phyſicæ, aliæ non ab omnibus, ſed à quibuſdam ſic, à quibuſdam non, vt ideæ, & mathematica, quæ à Platonicis conceduntur, à Peripateticis negantur. Amplius & intelligentiæ à quibuſdam conceduntur, vt à Peripateticis, & Platonicis, à Phyſicis vero negātur: qui ſolum naturam ſenſibilem cognouerunt. Vnde inquit {Subſtantiæ vero hæ quidem conceſſæ ſunt ab omnibus, ſed de quibuſdam propria opinione quidam enunciarunt} hoc eſt, hæ vero, de quibus aliqui ſecūdum propriam opinionem tradiderunt. Quo vero ad verba attinet, verbum ſecundum propriam opinionem græce eſt ἰδίᾳ, latine & priuatim, & ſeparatim, & diuiſim, & ſingulariter. q̄m non omnes illas confitentur, ſed ſolū qui intellectum ſupra ſenſum conſtituerunt. Deinde per exempla diſtinctionem exponit, & dicit {conceſſe quidem} ab omnibus {ſunt} ſubſtātiæ {phyſicæ, vt ignis & terra, & aqua, & alia ſimplicia corpora} & Auer. per alia ſimplicia corpora, intelligit ea, quæ ſunt conſimiliū partium. & ait quod vocat ea ſimplicia, in reſpectu partium officialium, & organicarū. ergo per alia ſimplicia corpora intelligit partes ſimilares, vt partes carnis, vel partis oſsis, quæ ſimplicia ſunt reſpectu organicorum, videlicet reſpectu oculi auris, & id genus. Quæ expoſitio non placet, quia trāſiret de elementis ad miſta. me- Quæ Auer. Com. 1.

lius ergo per alia ſimplicia corpora intelligit aerē, vaporem,& quę media poſuerunt veteres inter ignem & aerem, vel inter terram & aquam{deinde}ordine quo ad nos{ſunt plantæ,& partes earum}videlicet rami,radices,& id genus, ſunt enim plantæ quo ad nos poſteriores,dignitate vero priores. Deinde ordine quo ad nos ſunt{& animalia, & partes animalium} plantæ.n. quo ad nos priores ſunt,dignitate vero poſteriores{& tandem}ordine quo ad nos,ſunt{& cœlum, & partes cœli} videlicet ſtellæ, & orbes. deinde exponit, quæ ſubſtantiæ ſunt ſm propriam opinionem aliquorum, & dicit{propria vero opinione quidam ſubſtantias dicunt eſſe ſpecies,& mathematica.nam Platonici poſuerunt ſm propriam opinionem ideas, & mathematica ſubſtantias ſeparatas. Iterum ſm propriam opinionē intelligentiæ & Deus ſunt ſubſtantiæ, qm̃ ſm opinionē Peripateticorum, & Platonicorum intelligentiæ ſunt ſubſtantiæ. Ex his patet duplices eſſe ſubſtantias, qm̃ aliæ conceſſæ ab omnibus, aliæ conceſſę à quibuſdam.

Dubitatio. Sed dubitatur, qm̃ hæc diſtinctio, nec eſt per eſſentialia, nec per accidentalia. ergo vana eſt, omnis.n.diſtinctio,vt Boethius inquit, eſſe debet aut per eſſentialia, aut per accidentalia. Dici poteſt quod hæc diſtinctio reducitur ad diſtinctionem aſsignatam per eſſentialia, qm̃ reducitur ad hanc,quod aliæ ſubſtantiæ ſint ſenſibiles,& materiales,aliæ inſenſibiles, & immateriales: quæ eſt per eſſentialia. Vel fortaſſe eſt hæc diſtinctio ꝑ accidentalia,loquendo de accidente, vt loquuntur ſophiſtæ,qui ſumunt accidens pro omni extraneo: nam accidit quidam ſubſtantijs,vt ſentiantur, ac ab omnibus ſint conceſſæ,alijs vero, ꝙ nec ſentiantur, nec ab omnibus ſunt conceſſæ.

TEX. 2. *Alias uero accidit ex rationibus ſubſtantias eſſe quod quid erat eſſe, & ſubiectum. adhuc aliter genus magis ſpeciebus, & uniuerſale magis ſingularibus. Vniuerſali uero & generi & ideæ copulantur. nam ſecundum eandem rationem ſubſtantiæ uidentur eſſe.*

Cum ſubmemoraſſet modos accipiendi ſubſtantias ſm conceſsionem,vel non conceſsionem,nūc ſubmemorat modos accipiendi ſubſtantias ſm rationes.& dicit{Alias vero ſubſtantias accidit} acceptas {eſſe ex rationibus}& ſunt quinq; modis, vno modo{qđ quid erat eſſe}quod eſt ipſa quiditas ſeu forma,ſecundo modo{& ſubiectum}hoc eſt materiam.Quidam vero per ſubiectum intelligunt ſuppoſitum quiditatis, vt ſit diuiſio ꝙ ſubſtantia ſit alia quiditas, alia quiditatis ſuppoſitum. *Que Auer. Com.2.* Auer.autem,per ſubiectum intelligit ſubiectum formæ,quod eſt ipſa materia. Deinde ſubſcribit quot modis accipiaẗ ſubſtantia ex rationibus ſm opinionem aliorum, & dicit{adhuc aliter} hoc eſt adhuc ſubſtantia acccipitur ex rationibus ſm opinionē aliorum,ſm q̃ opinionem {genus} tertio modo diciẗ ſubſtantia{magis ſpeciebus. &}ſm quā opinionem {vniuerſale}dicitur{magis}ſubſtantia{ſingularibus}affert & quintū modum, & dicit {Vniuerſali vero & generi} ſm opinionem eorum {& ideæ copulantur} hoc eſt dicuntur eſſe ſubſtantiæ, q.d.& quinto modo generi & vniuerſali ideæ coniunguntur eſſe ſubſtātiæ. cuius cauſam affert,& inquit {nam ſm eandem rationē} qua genus,& vniuerſale ſunt ſubſtantiæ, ideæ etiam {videntur eſſe}ſubſtantiæ.ergo ex rationibus ſubſtātia quinq; *Que Auer. Com.2.* modis dicitur pro forma,pro materia,pro genere, pro vniuerſali,& pro ideis. Auer.autē dicit duo,primum ꝙ ex rationibꝰ hoc eſt celebritate,ac, vt vtar verbis ſuis, ex famoſitate ſubſtantia diciẗ quatuor modis,vno modo pro forma,ſecundo modo pro ſubiecto formæ, tertio pro genere, quarto pro vniuerſali. Secundum .n.celebritatem opinantium genus dicitur ſubſtantia, & quidem magis quam ſpecies, & vniuerſale magis quam ſingularia.exiſtimarunt enim id eſſe magis ſubſtantiam, quod ad plures ſubſtantias ſe extendit. Secundum vero quod dicit, eſt,ꝙ ideæ collocentur vniuerſalia, & ſic ideæ non ſunt quinto modo ſubſtantiæ, ſed concidunt cum vniuerſalibus, cū ideæ ſint vniuerſalia,& vniuerſalia ſint ideę,& hoc dicit Ariſt.cum inquit { vniuerſali vero & generi & ideæ copulantur} ſcilicet in identitatem,ſunt enim idem quod vniuerſalia.cuius cauſam ſubdit, & dicit{nam ſm eandem rationem videntur eſſe}quoniā ſicut vniuerſalia videnẗ eſſe ſubſtantiæ per abſtractionem,ita & ideæ. Auer.igitur per rationem intelligit celebritatē. Ego vero per rationem,intelligo,quia non per ſenſum, forma enim quod ſit ſubſtantia ratione, & non ſenſu compertum eſt,vt ex operatione materia quod ſit ſubſtantia, non ſenſu ſed ratione etiam compertum eſt,qm̃ ex tranſmutatione.& ſic de genere,& de vniuerſali,non enim hęc ſenſu conſtat eſſe ſubſtantias,ſed ratione eſt inquiſitū. tacuit autem ſubſtantiam compoſitam, quoniam hæc non ratione,ſed ſenſu conſtat.

Quoniam autem quod quid erat eſſe ſubſtantia eſt:huius autē ratio eſt definitio:propter hoc de definitione, & de ipſo per ſe determinatum eſt. Quia uero definitio ratio eſt, ratio autem partes habet, neceſſe erat & de parte conſiderare, quæ ſubſtantiæ partes, & quæ non. & ſi hæ definitioni opus ſint. Amplius autem nec uniuerſale ſit ſubſtātia, nec genus. De ideis uero, & mathematicis poſterius perſcrutādum eſt. nam præter ſenſibiles ſubſtantias quidam dicunt eas eſſe. nunc de conceſsis ſubſtantijs tractabimus, hæ uero ſenſibiles ſunt.

Nunc epilogat omnia, quæ pertractauit in ſeptimo & ordinat ſe ad ſequentia, vt faciat in libris ſuis continuationem,epilogat autem primo quæ dixit in.7.Lib. de ipſa definitione in ſe.& dicit{Quoniā autem quod quid erat eſſe ſubſtantia eſt, huius autem ratio} quæ illam explicat{eſt definitio}quæ, & cuius partes per ſe prædicantur de re definita{propter hoc de definitione & de ipſo per ſe}in.7.lib.{determinatum eſt}de definitione quidē,quatenus eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe.de per ſe vero, quatenus & definitio ipſa, & ſuæ partes prædicantur per ſe de definito. deinde epilogat ea,quæ in.7.lib.dixit de partibus definitionis, & dicit {quia vero definitio ratio eſt,ratio autē partes habet, neceſſe erat}in.7.libro{& de parte conſiderare} vtputa{quæ partes}ſint{ſubę, & quę non}nam dictū eſt ꝙ materiales partes, non ſint partes definitionis, formales vero ſunt{&}dato ꝙ partes materiales nō ſint partes rationis,ac definitionis,dictum eſt{ſi hæ definitioni opus ſint}vbi declarauit ꝙ licet partes materiales non ſint partes per ſe definitionis, ſunt tamen neceſſariæ,vt differentes formam. Tertio epilogat, quæ dicta ſunt in.7.de vniuerſalibus,& dicit{Amplius autem} dictum eſt,ꝙ{nec vniuerſale ſit ſubſtātia,nec genus} hęc fuerunt inquiſita in.7.lib. Deinde quæ reſtant, affert, & dicit{de ideis vero,& mathematicis, poſterius perſcrutandum eſt} videlicet Lib.13.&.14.{nā præter ſenſibiles ſubſtantias quidam dicunt eas eſſe}demum affert,

fert,quæ nunc in Lib.8.agere intendit, & dicit {nũc de conceſsis ſubſtantijs tractabimus} hoc eſt de ſenſibilibus,nam{hæ}ſubſtantiæ quæ ab omnibus conceduntur{ſenſibiles ſunt} ergo diſſerendum nobis eſt de ſenſibilibus ſubſtantijs. Quo vero ad epilogum attinet: animaduerte quod Auer.aſsignat cauſam,cur epilogauit ea,quæ dicta ſunt de ſubſtantia,& ait hæc epilogaſſe vt daret cauſam,propter quam locutus fuit de definitione, ne exiſtimetur quod loqui de hoc pertineat ad logicum. *Que Auer. Com. 2.*

Cap.2. TEX.3. δὲ autem δὴ itaq;

Senſibiles itaq; ſubſtantiæ omnes materiam habent. ſunt autem ſubſtantia,quæ ſubijciuntur, aliter quidem materia, aliter autem forma. materiam autem dico,quæ cum non hoc aliquid actu ſit,poteſtate eſt hoc aliquid. aliter uero ratio, & forma,quod cum hoc aliquid ſit,ratione ſeparabile eſt. Tertium uero eſt quod ex his cuius ſolius generatio, & corruptio eſt,& ſeparabile ſimpliciter. nam ſecundum rationem ſubſtantiarum,hæ quidem ſeparabiles,illæ uero non.

Nunc proſequitur,& primo declarat hanc concluſionem,ſubſtantiæ ſenſibiles materiam habent. & accipit primo,ꝙ omnes ſenſibiles ſubſtantiæ materiã habeant,& dicit{Senſibiles itaq; ſubſtantiæ omnes materiam habent} ſecundo accipit, ꝙ omnes ſubſtantiæ, quæ.9.prædicamentis ſubijciuntur,ſint ſubſtantia. & dicit{ſunt autem ſubſtantia,quæ ſubijciuntur} ſubaudi accidentibus, & ſic materia, & forma, & compoſitum ſubſtantiæ ſunt,qm̃ accidentibus ſubijciuntur. & quia accepit omnia quæ accidentibus ſubijciũtur, eſſe ſubſtantias,exponit qualiter,& dicit {aliter quidem materia}ſubſtantia eſt{aliter autem forma} & ſubaudi aliter ſubſtantia compoſita.exponit quomodo aliter, & dicit{materiam autem dico,quæ cum nõ hoc aliquid actu ſit,poteſtate ē hoc aliquid}deinde exponit, qualiter forma ſubſtãtia ſit,& dicit{aliter vero ratio, & forma}nam forma eſt{quod cum hoc aliquid ſit, ratione ſeparabile eſt}& dicitur forma ratio, quia ex ipſa ſumitur ratio ſpeciei. dicitur hoc aliquid non ſimpliciter, ſed quaſi hoc aliquid,quia actu ens, & dicitur ratione ſeparabile à materia,quia nõ ſm rem.exponit ſubſtantiam compoſitam,& dicit{Tertium vero eſt, quod ex his,cuius ſolius generatio & corruptio ē }.ſ.per ſe,qm̃ nec forma,nec materia corrumpitur,niſi per accidens {& ſeparabile ſimpliciter}hoc eſt & ſeparatim exiſtere potens in rerum natura. Ego vero verbum {ſeparabile}corrupte legi arbitror, nam in quibuſdam græcis codicibus legiť ἀχώριστον, hoc eſt inſeparabile.nec ab ratione,qm̃ forma eſt ſm quid inſeparabilis, qm̃ ſm eſſe dependens à materia,& ſm quid ſeparabilis,qm̃ ratione ſeparabilis:at ſubſtantia compoſita ſimpliciter eſt inſeparabilis à materia, qm̃ neq; re, neq; ratione. Et quia dixit ſubſtantiã compoſitã eſſe ſimpliciter inſeparabilem,aſsignat cauſam,& dicit{nam ſubſtantiarum quæ ſunt ſecundum rõnem}hoc eſt nam ſubſtantiarũ, quæ ſunt formæ{hæ quidem ſeparabiles}vt intelligentiæ{hæ autem non}vt naturales formæ: quæ ſolum ratione ſeparantur,non autem re. per quæ vult habere, ſubſtantiam compoſitam ſimpliciter inſeparabilem eſſe,qm̃ forma naturalis ſm eſſe inſeparabilis eſt. Animaduerte,qm̃ Ariſt.vnum accepit, & aliud declarauit: accepit enim ſenſibiles ſubſtantias habere materiã,declarauit autem,quo modo materia,forma,& compoſitum differenter ſubſtantia ſint:accepit autem ſecundum,vt declaret primum,nam cum dixit omnes ſenſibiles ſubſtantias materiam habere,neceſſarium erat declarare quid materia ſit,& quomodo ad formam & ad compoſitum ſe habeat, quæ eſt ſenſibiles ſubſtantia, vt ex his colligeret ſenſibilem ſubſtantiam habere materiam.Quare videtur mihi,quod verba legenda ſunt ſic{ſenſibiles itaq; ſubſtantiæ omnes,materiam habẽt, nam quæ ſubijciuntur,ſubſtantia ſunt, aliter quidem materia,aliter autem forma}& ſubaudi aliter ſubſtantia compoſita quæ ſenſibilis eſt: & declarando quomodo aliter,colligit ſubſtantiam compoſitam habere materiam,cum ſit id,quod ex his eſt. Quare ſyllogiſmus eſt,omnis ſubſtantia compoſita materiam habet, vt p differentiam patet ad formam,& ad materiam:omnis ſubſtantia ſenſibilis eſt ſubſtãtia compoſita, vt tanquã manifeſtum derelinquit:omnis igitur ſubſtantia ſenſibilis materiam habet,quod erat concluſio. Auer.autẽ nihil intelligens de verbis Ariſtotelis, velle videtur, ꝙ Ariſto.primo definiat ſenſibilem ſubſtantiam, & quæ ſit prima ſubſtantia, quæ dicitur indiuiduum. deinde, ꝙ diſtinguat ſubſtantias in ſubſtantiam compoſitã, materiam,& formã,definiens vnumquodq; horum. Quo vero ad vltima verba attinent, animaduerte illa ſic in græco codice ſcribi, nam ſm rationem ſubſtãtiarum, αἱ μὲν, αἱ δὲ, hoc eſt,hæ quidem, hæ autem,nõ.Et Auer. intelligit,ꝙ formæ vno modo ſint ſubſtantiæ, alio modo non:eſt ſubſtantia,quatenus actu eſt, non eſt ſubſtantia,quia in alio eſt.Secũdo exponit, vt ſit ſenſus ꝙ ſubſtantiarum,quæ ſignificantur à definitione, ſubaudi partes,hæ quidem ſunt formales, hæ vero materiales:ſed,ſi ſic exponerentur, non redderet cauſam eius. quod dixit,immo tranſiret ad aliam rem. Propterea videtur,ꝙ cum dixiſſet ſubſtantiam tertiam eſſe ſimpliciter inſeparabilẽ,quia re,& ratione, aſsignat cauſam, qm̃ formæ ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles, cũ aliæ ſint ſimpliciter ſeperabiles,vt intelligentiæ,aliæ re quidem inſeparabiles, ratione autem ſeparabiles, vt naturales. & ſic illis verbis{hæ quidem}ſupplendum eſt ſeparabiles {ille vero,non} ſcilicet ſeparabiles ſunt.nam ſic reddit cauſam eius,quod dixit. *Que Auer. Com.3.*

Quod uero ſubſtãtia ſit materia, palam nam in omnibus oppoſitis mutationibus eſt aliquid, quod ſubijcitur mutationibus.ut ſecundum locum,quod nunc quidem hic, iterum autem alibi. & ſecundum augumentum,quod nunc quidem eſt tantum: iterum autem minus,aut maius. & ſecundum alterationem,quod nunc quidem eſt ſanum, iterum autem ægrotat.ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiã, quod nunc quidem eſt in generatione,iterum autem,in corruptione, & nũc quidem ſubiectum eſt hoc aliquid,iterum autem, quod ſubijcitur,ut ſecundum priuationem. TEX.4.

Hic ſm Auer.Ariſt.declarat ꝙ materia ſit ſubſtantia.Nam materiã eſſe ſubiectum eſt declaratum in naturalibus.& vis rationis eſt ſecundum Auer. materia eſt ſubiectũ generationis & corruptionis:ergo eſt ſubſtantia in potentia.quod autem materia ſit ſubiectum generationis & corruptionis, probat per inductionem in alijs,qm̃ in omnibus mutationibus oppoſitis oportet intelligere materiam:igitur in mutationibus oppoſitis ſubſtantialibus oportet intelligere materiã & ſubſtantiam, quæ illis ſubijcitur. Vnde dicit {Quod vero ſubſtantia ſit materia, palam. nam} ſubaudi vt{in omnibus oppoſitis mutationibus,eſt aliquid,quod ſubijcitur mutationibus}ſic ſubaudi in mutationibus in ſubſtantia,eſt quædam ſubſtantia, quæ ſubijcitur mutationibus

tationibus ſubſtantialibus.quod autem in cæteris mutationibus aliquid ſit,quod ſubijcitur mutationibus,declarat,& dicit,vt ſecundum locum,quod nũc quidem, hic,iterum autem albi,& ſm augmentum, quod nunc quidem eſt tantum{vt pedale) iterum autem minus, aut maius,& ſm alterationem, quod nunc quidem eſt ſanum, iterum autem ægrotat. Similiter autem & ſm ſubſtantiam{quaſi dicat quare eodẽ modo & ſm ſubſtantiam,non enim verbum)autem{aduerſatiue accepit,ſed potius illatiue,& exponit quõ ita ſit in ſubſtantia:& dicit)quod nunc quidem eſt in generatione, iterum autem in corruptione, & nunc quidem ſubiectum eſt hoc aliquid{& ſubſtantia in actu) iterum autem, quod ſubijcitur{ſubaudi erit) vt ſm priuationẽ quare patet materiam eſſe ſubſtantiam, quæ eadem potentia nunc generationi,nunc corruptioni,nunc formæ, nũc priuationi formæ ſubijcitur. & ſic perſpicuum eſt materiam eſſe ſubſtantiam.Sed dices cur accepit in primo
Quæ Auer. Com. 4. loco oppoſitionem in motu locali. Auer.rationem aſſignat,quoniam oppoſitio primo,& eſſentialiter inuenitur in eis,quæ opponuntur in loco.& tu intelligas,ꝙ licet oppoſitio primo & eſſentialiter inueniat̃ in loco, propterea ꝙ oppoſitio ſit maxima diſtantia, quæ primo eſt in loco,non tamen notum eſt per ſe eam inue-
Cõm.16. niri in loco,Vt Auer.ait.8.Phyſi.auſculta.quoniam inuentio cõtrarietatis eſt via actionibus, & paſſionibus, quæ primo ſunt notæ in qualitatibus.

Et hanc igitur ſequuntur aliæ mutationes, aliarum uero aut unam, aut duas, hæc non ſequitur. non enim neceſſe eſt ſiquidem materiam habet localem, hoc & generabilem & corruptibilem habere.quæ enim differentia ſit eius quod eſt ſimpliciter fieri,& non ſimpliciter,in phyſicis dictum eſt.

Ex his,quæ dixerat,quaſi corollariæ infert differentiam inter tranſmutationẽ in ſubſtantia, & alias tranſmutationes & dicit{& hanc igitur},ſ.tranſmutationẽ in ſubſtantia{ſequuntur aliæ mutationes} ſequitur.n. hoc eſt tranſmutabile in ſubſtantia:igitur & in loco,& in qualitate,& in quanto {aliarum vero aut vnam},ſ. in loco{vel duas},ſ.in loco,& qualitate{hæc}tranſmutatio,quæ eſt in ſubſtantia{non ſequitur}cuius rationẽ affert,& dicit{nõ enim neceſſe eſt ſiquidem habet materiam{ac tranſmutationem localem:hoc & generabilem,& corruptibilem habere} ſimiliter ſubaudi nõ eſt neceſſe,hoc habere generationẽ, ſi habet alterationẽ.
Quæ Auer. Com. 4. Nam vt Auer. inquit, cœlum habet materiam localem & tranſmutationem localem, & tamen non habet materiam generabilem,& corruptibilem : nec generationem,nec corruptionem.ſimiliter cœlum habet alterationem ſaltem ſm lumen,& tamen non habet generationem. Per quæ patet hanc conſequentiam non valere,hoc eſt mobile de loco ad locum, igitur eſt generabile.& nec valet,hoc eſt alterabile,igitur generabile:valet tamen,hoc eſt augmẽtabile vel diminuibile, igitur
Quæ Auer. Com. 4. eſt generabile,qm̃ auctio quædã generatio eſt. Ex his infert Auer.qđ cœlum nec ex materia, quæ eſt in potentia,nec ex forma,quæ eſt in actu componitur. Sed dices cœlum componitur ex intelligentia & orbe, igit̃ ex materia in potentia, & formam actu. niſi enim orbis eſſet in potentia ad intelligentiam, non componeretur cœlum ex illa,& niſi intelligentia eſſet forma in actu,cœlum non eſſet ens in actu.Dicendum,quod cœlum bene componitur eſt materia in potentia ad intelligentiam,verum illa potentia eſt ſm dimidium contingentiæ,qm̃ eſt ad illam tantum & non ad oppoſitũ illius,& intelligentia eſt forma cœli actu,ſed non actu terminante potentiam, quæ erat ad vtrunq;, ſed actu perpetuo perficiente orbem. Verum de his diximus in multis locis.Sed dices,ſi cœlum mouetur ſecundum locum.igitur fit ſecundum locum. fit ſecundum locum. igitur fit.Reſpondet Ariſto.hinc tacitæ obiectioni, & dicit{Quæ enim differentia ſit eius quod eſt ſimpliciter fieri,& non ſimpliciter, in phyſicis dictum eſt} per quæ vult habere quod neganda ſit hæc conſequentia: quia non ſequitur hoc fit in loco:igitur fit, ſicut nõ valet,hoc fit album,igitur hoc fit, dicta enim eſt differentia inter fieri ſimpliciter, & fieri ſecundum quid: dixit enim quod ſecundum cætera prædicamenta id, quod fit,ſecundum quid fit,ſecundum vero ſolam ſubſtantiam id quod fit,ſimpliciter fit.

Cop.2 *Quoniam quæ quidem ut ſubiecta & materia ſubſtantia* TEX.5. Cap.3.
eſt,cõceſſa eſt,hæc autem eſt,quæ poteſtate: reliquum eſt eã, quæ ut actus eſt,ſubſtantiam ſenſibilium, dicere, quæ nã ſit.

Secundum Auer.Ariſto.proponit dicere de forma, Quæ Auer.
hoc eſt de primis differentijs, quibus diuiditur forma. Cõm. 5.
nam.7.Lib.declaratum eſt,quod formæ ſint ſubſtãtiæ ex hoc,quod definitionis ſignificatum ſit ſubſtantia. & etiam in.7.Lib. declaratũ eſt.quod definitio ſignificet formã,per hoc quod ad interrogationem factam per quare reſpondetur per formam. Quare nunc agendum de differentijs, quibus vniuerſalis forma diuiditur,nam materiam eſſe ſubſtantiam conceditur ab omnibus antiquis. Ariſto.ergo continuando ſuam intentionem dicit{Qm̃ quæ quidem,vt ſubiecta,& materia ſubſtantia eſt,conceſſa eſt} ſubaudi ab omnibus {hæc autem}ſubſtantia{eſt,quæ poteſtate} eſt omnia {reliquum eſt eam ſubſtãtiam ſenſibilium dicere,quæ nam ſit, quæ actus}& forma{eſt } hæc eſt intentio & continuatio.

Democritus igitur tres differentias ſimul eſſe exiſtimauit. nam ſubiectum corpus ſecundum materiam, unum & idem eſſe:differre autem,rhythmo,quod eſt figura: aut trope,quod eſt poſitio,aut diatage,quod eſt ordo.

Cum propoſuiſſet dicere de differentijs, quibus forma diuiditur,atq; quibus differunt res naturales: nunc proſequitur,& primo narrat poſitionẽ Democriti.Democritus.n.ex parte materię poſuit vnũ corpus in atomos infinitas diuiſum eſſe omnium rerum naturaliũ materiam:per quam omnes res videntur eiuſdem naturæ.differentias vero ex parte formæ,quibus res differunt,eſſe tres,aut ad tres reducibiles.vt ſunt figura,poſitio, & ordo. Nam nonnullæ res differunt figura, vt triangula,vel quadrangula: nonnullæ vero poſitione, quatenus differũt per ſurſum, & deorſum, dextrum & ſiniſtrum,ante & retro.nonnullæ deniq; ordine,vt ſm prius & poſterius.dicit {Democritus igitur tres differentias}ex parte formę{ſimul eſſe exiſtimauit}ad quas omnes alias reduci credidit{ nã ſubiectum corpus) diuiſum in infinitas atomos{ſm materiam vnũ & idem eſſe)exiſtimauit{differre autem rhythmo)quod eſt figura{aut trope,quod eſt poſitio.aut diatage, quod eſt ordo)Dixit enim res ipſas differre ꝑ hoc, quod atomi in miſtura rerũ differunt aut ordine,aut poſitione, aut figura aut omnibus his, vel quibuſdam horum. Vnde Quæ Auer.
Auerroes inquit, quod Democritus opinetur qđ ma- Cõm.5.
teria hoc eſt partes indiuiſibiles, quæ atomi dicuntur,

ſit vna

ſit vna materia ſpecie omnium rerum,& quod hæc materia ex parte formæ diuidatur in tres differentias maximas,& primas,quibus entia differunt. Eſt autem prima differentia ſm diuerſitatem atomorum in figuris, quam differentiam Democriti vocāt rhythmū, quod eſt figura.Secunda differētia eſt propter diuerſitatem atomorum in ſitu ac poſitione, quam vocant tropen, hoc eſt poſitionem.Tertia eſt propter diuerſitatē atomorum in ordine.& hanc diatigen:hoc eſt ordinē.Dixerunt.n.res differre aut aliqua harum, aut omnibus, aut pluribus harum.nam naturales res his differre debent.quibus conſtant,& cum atomis conſtent,atomis differre debent.& cum nō poſsint differre atomis eadem ratione ſe habentibus,qm̄ ſic nō differrent, relinquitur,vt differant atomis aliter in miſtis ſe habentibus,aut ſm figuram,aut ſm poſitionem, aut ſecundum ordinem,aut his omnibus,vel quibuſdam.

Videntur autem plures differentiæ eſſe, ut alia quidem compoſitione dicantur materiæ, ſicut quæcunque Craſi: ut Melicratum.alia ligatione,ut capitis ligatura.alia uiſco,ut liber.alia clauo,ut arca.alia pluribus horum. alia poſitione,ut limen,ac ſuperliminare,hæc enim poſitione aliqua ex parte differunt.alia tempore,ut cœna, & prandium.alia loco,ut uenti.alia ſenſibilium paſſionibus,ut duritiæ,& mollitie, & ſpiſsitudine, & raritate, & ſiccitate, & humiditate. & hæc quidem horum in quibuſdam,alia autem omnibus his. & omnino alia ſuperabundantia,alia defectu.

Limen οὐδὸσ eſt limē quod ex tranſuerſo in ianua eſt, quod ſub pedibus ingreſſu calcari ſolet. ſuperliminare vero hyperthyron dicitur, quod limen ſuperū dicitur.

Obijcit Ariſtoteles contra Demo.per hoc,vt Auer. dicit,quia videntur longe plures differentiæ eſſe, quibus res differunt quam ſint illæ, quas Democritus aſsignauit,& hoc proponit{Videntur autem plures differentiæ eſſe)quibus res differunt, quam ſubaudi ſunt illæ,quas Demo.aſsignat {vt alia quidem compoſitione dicantur materiæ, ſicut quæcunque Craſi) hoc eſt complexione,dicūtur materiæ,vt ſunt mel & aqua, ex quibus videtur fieri aliquod miſtum {vt Melicratum. alia)dicuntur materiæ{ligatione)quæ etiam multifariam ſunt,nam alia ligamento materiæ ſunt, vt ea ex quibus fit ornamētum mulierum{vt capitis ligatura) quæ eſt quoddam compoſitum ex illis {alia)ſunt materiæ ligatione, quæcunq;{viſco) ac glutine ligantur, velut ſunt illa ex quibus fit miſtum, quod eſt{vt liber. alia)ſunt materiæ ligatione,quæcunq;{clauo)componuntur,ex quibus fit miſtum quoddam{vt arca . alia) ſunt materiæ ligatione,quæcunq;{pluribus horū)componuntur.vt ſi eſſet aliquod miſtum cuius partes copularentur glutine,& ligamento,aliud clauo tantum. hęc enim pluribus differrēt horum.hæc ſunt materiæ,quæ ligatione dicūtur.Quo vero ad verba attinet,animaduerte quod Melicratum appellat,materias quibus conſtat,& capitis ligaturam,etiam materias, quibus conſtat.& cætera ſimiliter,& hoc, vt innuat in talibus miſturis nihil aliud eſſe præter materias miſcibiles.Deinde dat alias materias penes poſitionem, & dicit {alia) materiæ ſunt{poſitione,vt limen)domus,quod deorſum eſt{&)limen ſuperius,quod{ſuperliminare) dicitur hæc differunt poſitione materierum,ex quibus conſtant{alia)differunt per materias,quæ ſumuntur ſm diuerſa tempora{vt cœna)quæ in veſpere{& prandium) quod mane fit{alia)differūt{loco) hoc eſt propter materias,quæ differunt loco {vt venti) quorum aquilo à ſeptentrione fauonius ab occidente, auſter à meridie, ſubſolanus ab oriente ſpirant{alia) differunt {ſenſibilium paſsionibus,vt duritie,& mollitie, & ſpiſsitudine & raritate,& ſiccitate, & humiditate, & hæc) quæ his differunt, vt inquit, alia {in quibuſdam horum differūt,alia autem in omnibus his} verbi cauſa, aqua & terra differunt mollitie,& duritiæ,& ſpiſsitudine,& raritate,& humiditate,& ſiccitate.& ſic differunt omnibus his {& omnino alia) differunt {ſuperabundantia, alia defectu)& vt Auerroes dicit,ſm qualitatem ꝑ magis & minus, & ſm quantitatem per maius & minus,& multum & paucum, accipit enim ſuperabundantiam & defectum,vt communia his omnibus, quæ differūt ſecundum qualitatem . & ſecundum quantitatem.

Quare palam,quia & eſſe toties dicitur.limen enim eſt, quia ita ponitur,& eſſe ſic ipſum poni ſignificat. & cryſtallum eſſe,eſt ſic ipſam inſpiſſari. quorundam uero eſſe & omnibus his definietur.quia alia ſunt miſtione,alia complexione,alia ligatione,alia inſpiſſatione, alia alijs differentijs iuncta,ut aut manus,aut pes.

Limen οὐδὸσ nia ſolum

Ex his infert quomodo dictæ differentiæ ſe habent ad ea,quorum ſunt,& dicit{Quare palam, quia & eſſe toties dicitur)quoties ſubaudi differentia dicitur.cauſa autem eſt.quia differentia eſt conſtitutiua eius, cuius eſt differentia, & propterea quoties differentia dicitur,toties dicitur & eſſe. Auer.autem per eſſe intelligit formam,& aſsignat duas rationes,quod quoties dicitur differentia,toties dicaſ eſſe,& forma. Primo quidem,quia differentia conſtituit nomē, & definitionē: igitur & eſſe,& formam,& ita quoties differentia dicitur.toties dicetur eſſe,& forma . Secundo, quia differentiæ ſequuntur formas ſubſtantiales rerum:igiſ quot erunt differentiæ,tot erūt formæ, & eſſe. Sed dices differentiæ,quas expoſuit Ariſtoteles ſunt accidentia, accidentaleſq; differentiæ:non igitur eſt neceſſe vt eſſe & forma toties dicatur,quoties tales differentiæ. Reſpondet Auer.ꝙ licet hæ differentiæ ſint accidentia, tamen accipiuntur loco differētiarum eſſentialium, qm̄ differentiæ ſubſtantiales latent, & illarum hæ accipiuntur.cum ipſe definiens in definitionibus non ponet nomina ſubſtantialium differentiarum, ſed loco illarum vtitur his.& quia exempla magis mouēt quam verba, id quod dixit per exemplum exponit,& dicit{limen.n. eſt,quia ita)deorſum ponitur{& eſſe)liminis {ſignificat ſic ipſum poni)igitur ex differentia accipitur eſſe. Auerroes loco liminis legit via, nam græcum verbum οὐδὸσ,etiam dicit:ecce quod primum exemplum accipitur à poſitione.Deinde dat ſecūdum, & dicit{& cryſtallū eſſe eſt ipſam ſic inſpiſſari) eſt.n.ſpiſsitudo propria grandini illi eſſe,& propria differentia . & innuens quandam rerum diuiſionem dicit{quorundam vero) entium{eſſe,& omnibus his modis definietur).ſ.poſitione,& ſpiſsitudine ſimul,& alijs huiuſmodi. Quorundam vero eſſe definitur vno horum tantum{quia) vt dicit{alia)entia{ſunt miſtione) & hæc miſtionis differentia differunt{alia ſunt complexione)quæ differentia complexionis differunt.Et dicit Auer.quod per miſtionem intelligit quid cōmunius complexione, nam genera rerum dicuntur miſta in eodem ſubiecto, quæ non dicuntur complexa:& Atomi dicuntur miſtæ, & non complexæ.& elementa dicuntur miſta in toto miſto:& non complexa:cauſa autem,quia miſtio eſt elementorum ac ſubſtantiarum, complexio qualitatum, & ideo Ariſtoteles non vtitur nominibus ſynonymis {alia)dicunt{ligatione)& horum differentia ligatio,ac

Quæ Auer. Cōm.5.

Quæ Auer. Cōm.5.

vinculum eſt{alia)dicuntur{inſpiſſatione)& horũ differentia eſt inſpiſſatio{alia) dicuntur {alijs differentijs iuncta,vt aut manus,aut pes)quæ differunt figuris, & operationibus,ad quas ordinãtur. Patet igitur per hæc exempla quotiens dicitur differentia, totiens dici eſſe: & formam. Quo vero ad verba attinet, animaduerte hæc quæ hic dicit de differentijs non eſſe dicta in his, quæ dicit contra Democritum,niſi aliqua,verum cum hæc accipiantur pro exemplis,non eſt curandum: aut fortaſſe poſſunt reduci ad illa,quæ dixit cõtra Demo. & hoc ſufficit.

Sumenda igitur ſunt genera differentiarum: hæc.n.erũt principia eſſendi,ut quæ magis,& minus, aut ſpiſſo & raro,& alijs talibus. omnia enim ſuperabundantia & defectus ſunt.ſi quid autem figura, aut leuitate, aut aſperitate, omnia recto & curuo.his autem eſſe erit miſceri, oppoſite uero non eſſe.

Secundum Auer. Ariſtoteles vult concludere quid debet facere qui vult cognoſcere rerum principia & declarat, quod debet reducere poſteriores differentias ad primas. nam illæ primæ differentiæ ſunt primæ rerum cauſæ,è quibus eſt incipiẽdum in rerum cognitionibus.& dicit{Sumenda igitur ſunt genera differentiarum)quæ ſunt primæ rerum cauſæ, & ad illas reducendæ poſteriores differentiæ:& huius rationem aſſerit,& dicit{hæc enim erunt principia eſſendi)ac primæ rerum cauſæ.exponit per exempla, & dicit{vt quæ magis & minus)talia ſunt{aut ſpiſſo,& raro,&)quæ{alijs talibus) talia ſunt, vt quæ ſunt talia magno & paruo, hæc omnia ſubaudi ad primas differentias genere reducenda{omnia enim)hæc{ſuperabundantia & defectus ſunt)& ita ad hæc reducenda ſunt.Affert ſecundũ exemplum in alio genere,& dicit{ſiquid autem figura)ſubaudi fuerit tale, vt{aut) lenitate{aut aſperitate, omnia)hæc{recto & curuo)talia erunt, & ſic ad rectũ & ad curuum ſunt reducenda.Affert & tertium exemplum,& dicit{his autem eſſe erit miſceri) vel miſtum eſſe{oppoſitæ vero)ſe habens, hoc eſt non miſtum eſſe, erit{non eſſe) hæc autem cum non habeant priores differentias,non ſunt ad illas reducenda. Auer. autem, dicit primo,quod primę differentiæ paſsibilis qualitatis ſunt ſuperabundantia,& defectus.figuræ vero,quæ eſt qualitas in quantitate,ſunt rectum & curuum. Secundo dicit,quod quædam ſunt,quorum eſſe eſt in miſtione,quædam vero ſunt,quorũ eſſe eſt in priuatione:vt omnia imperfecta,ſed hoc ſecundũ verbis Ariſtotelis non conuenit,vt conſideranti patet.

Quæ Auer. Com. 5.

Palam itaque ex his, quoniam ſi ſubſtantia cauſa eſſendi unumquodq; ſit,quod ex his ſit quærendum cauſam eſſendi horum unumquodq;.

Secundo ex his dictis infert, quod ſubſtantia, hoc eſt forma ſit quærenda pro cauſa eſſendi vnumquodque,cuius eſt forma,& dicit palam{itaq; ex his)eſt{qm̃ ſi ſubſtantia)hoc eſt forma{ſit cauſa eſſendi vnũqdq;, quod ex his),ſ.formis ſit quærendum cauſam eſſendi horum vnumquodq;,& non ex differentijs his,quæ dicta ſunt,qm̃ nulla illarum eſt ſubſtantia, & hæc eſt expoſitio Auerrois,non tamen mihi placet, qm̃ Ariſtoteles declarauit ſuperius toties dici eſſe,quoties dicit̃ differentia,& hoc quia differentia eſt cauſa eſſendi. Melius igitur dicamus,qđ Ariſtoteles velit inferre, quod

Quæ Auer. Com. 5.

cauſa eſſendi ſit quærenda ex his differentijs,quæ dictę ſunt: qm̃ vnaqueq; eſt ſubſtãtia eius,cuius eſt differentia.& dicit{Palam itaq; ex his)eſt{qm̃ ſi ſubſtantia cauſa eſſendi vnumquodq; ſit, quod ex his)differentijs {ſit quærendum cauſam eſſendi horum,vnumquodq;) cuius eſt differentia,qm̃ hæ differentiæ ſunt ſubſtãtiæ earum rerum,quarum ſunt differentiæ.

Subſtantia igitur quanq̃ nihil harum eſt, neq; combinatum,proportionale tamen in quolibet eſt.

Quanquam verbum adduum.

Remouet dubium, dictum eſt enim ꝙ ex his differẽtijs accipiẽda eſt cauſa eſſendi,qm̃ differentiæ huiuſmodi ſunt ſubſtantiæ,modo hoc videtur falſum, qm̃ nulla harum ſubſtantia eſt.Reſpõdet & dicit{Subſtantia igitur quanq̃ nihil horum)hoc eſt nulla harum differentiarum{eſt)nec ſeorſum accepta, nec combuſta, ac cum alio ſumpta{tamen) vnaqueque earum eſt qđ proportionale ſubſtantiæ in quolibet, cuius eſt differentia,& ponitur loco illius:maxime cum illa ſit ignota.Quam partem Auer. propter malas tranſlationes, nõ bene rimatus eſt. Auer. digreditur hic & probat ꝙ paſsiuæ qualitates in elementis ſint ſubſtantiæ.qm̃ aliqua harum qualitatum ablata ab elemento aliquo, aufertur illud,vt ſit calor aufertur ab igne, non remanebit ignis.igitur calor eſt ſubſtantiæ, tenet.n.argumentum,qm̃ illud ad cuius ablationem aufertur ſubſtãtia, eſt ſubſtantia.Deinde inducit opinionem Expoſitorũ, vt Alexandri,qui aperte dixit ꝙ ſubſtantiæ elementorum ſunt in his qualitatibus.Sed Auer.obijcit, quoniã ex hoc ſequitur ꝙ aliquid ſit in ſe qualitas, & reſpectu alterius ſit ſubſtãtia:quod videtur abſurdum, cũ ſubſtantia non dicatur in reſpectu alterius.& conſequentiam probat,qm̃ calidum in igne eſt ſubſtãtia, & in miſto eſt qualitas.Secũdo obijcit,qm̃,ſi calor in igne erit differentia ſubſtantialis,per quam ignis definitur, tũc compoſita,hoc eſt miſta, habebunt definitionẽ ignis, qm̃ aliquod miſtum definitur per calidum, vt cholericum,aliquod per frigidum, vt phlegmaticum. & cum calidum ſit differentia ſubſtantialis ignis,tale miſtũ poterit definiri per ignem,vt cholericũ,& aliud per aquã, vt phlegmaticum. & conſequentia patet: nã calidum componitur ex ſubſtantia & qualitate, hoc eſt ex materia ignis & ſue qualitate,aut cõponitur ex ſubſtantia .ſ.materia,& accidẽtibus duobus, quæ erũt duo in potentia.& vnũ in actu,vt ignis ex calido & ſicco,& aqua ex frigido & humido.& hæc in igne erũt vnũ in actu, & duo in potentia,& illa in aqua ſimiliter: tunc argumentor,aliqđ miſtũ definitur per calidum, & ſiccũ, vt cholericũ,& calidũ & ſiccũ ſunt ignis omnino,igit̃ definitur per ignẽ,qđ eſt cõtra medicos.apparet igitur,ꝙ calor nõ ſit differentia ſubſtantialis. eſt ergo breuiter ratio,ꝙ ſi qualitas.vel qualitates ſunt forma elementi, tunc aliqđ miſtũ definiret̃ per ignẽ,aliquod per aquã, & aliquod per aliud,deducitur,qm̃ miſtũ cholericũ definitur per calidum & ſiccũ: & hæc ſunt præciſe ignis, igitur miſtũ cholericũ definitur per ignem:ſimili modo de phlegmatico & alijs.tunc Auer. reſpondet ad rationẽ Alexã. Argumentabat̃.n.illud eſt ſubſtantia alicuius,ad cuius ablationẽ,auferẽ illud.Rñdet Auer. qđ hoc eſt verum cũ aufert̃ illud ablatione prima.ad ablationem.n.riſibilitatis aufertur homo,non tamẽ riſibilitas eſt forma hoïs,qm̃ homo non aufertur ablatione prima,ipſa riſibilitate ablata,ſed ablatione ſuæ formę, quæ aufert̃ ablatione riſibilitatis:ita in propoſito ignis aufertur

aufertur ablato calore,ſed non primo & per ſe,ſed mediante ablatione formæ ignis. Sed contra,quoniam data hac ſolutione, tunc riſibilitas eſſet ſubſtantia formæ hominis,deducitur, quoniam ablatione prima ablata riſibilitate aufertur forma hominis. igiť riſibilitas erit illius ſubſtantia,defenditur quod debet intelligi quod Auer.dixit ablatione prima, & per viam antecedentis. modo forma hominis aufertur ablata riſibilitate ablatione prima, ſed per viam conſequentis. Poſtea Auer. facit tertiam rationem contra Alex. hoc modo ſi qualitas eſſet in miſtis accidens,& in elementis ſubſtantia, tunc calor,vel humidum dicitur ęquiuoce de calore in igne,& in miſto,veluti ens de ſubſtantia & accidente. modo hoc non eſt verbis Ariſto.conſonum.Et propterea ait Auer.quod actio ignis eſt calor maximus, hoc eſt maxime calefacere, & motus ad ſuperius. & ideo calor,hoc eſt ipſum calefacere erit in igne veluti abſciſio in cultello: & actio man⁹ in manu, & nō quaſi ablatio in ablato,hoc eſt,& non velut ſubſtantia, in materia.vocat enim ablationem ſubſtantiam, quoniam per ipſam aufertur compoſitum, materiam autem ablatū, quoniam ipſa eſt,quæ aufertur.Gandauenſis dixit non eſſe poſitionem Alexādri illam,quā ei Auer. attribuit, tum primo quoniam in Libro de ſenſu,vbi Alex.poſitionem ſuam protulit,non Categorice, ſed Hypothetice dixit qualitates eſſe ſubſtantias elementorum.Præterea hæc propoſitio, nulla qualitas eſt ſubſtantia eſt per ſe nota,igitur fuit nota Alexandro.non.n.videtur rationi conſonum. vt propoſitio per ſe nota ſit tanto viro ignota.& propterea aſſerit de mente Alex. huiuſmodi qualitates non eſſe elementorum ſubſtantias, ſed propter ignorātiam nominum formarum elementorum ab eo eſſe ſubſtantias illorum vocatas. Sed errauit vt mihi videtur Gandauenſis, quoniam verba illa libri de ſenſu non complete legit. Immo Alex.per illa verba,quæ ipſe adducit,dubitauit, & demum ſoluēdo manifeſte ait primas qualitates eſſe ſubſtātias elementorum. Præterea Themiſtius, Simplicius, & Philoponus vbiq; hanc poſitionem ſemper tribuerunt Alex. modo hi melius q̃ Ioānes libros Alexandri perlegerūt. Verum de his in quinto Phyſicorum,nunc hæc ſatis ſint, *Expōnt textu com.10.*

TEX.6 *Et ut in ſubſtantijs id, quod de materia prædicatur, eſt actus ipſe, ſic & in alijs definitionibus maxime. ut ſi limen oporteat definire,lignum aut lapidem ita poſitum dicemus, & domum lateres, & ligna ſic poſita. aut adhuc & cuius cauſa in quibuſdam. ſi uero cryſtallum, aquam congelatam, aut ſpiſſatam. Symphonia autem acuti & grauis commiſtio talis eſt. eodem quoque modo & in alijs.*

Secundum Auer.Ariſt. nunc vult declarare,qđ partes compoſiti,quod definitur, ſint partes definitionis, & quod perfecte definitiones illæ ſint,quæ omnes partes continent,ex quibus conſtat compoſitum, videlicet formam,& materiam.& hoc proponit,& dicit {Et vt in ſubſtantijs id,qđ de materia pędicatur, eſt actus ipſe, ſic & in alijs definitionibus maxime) rerum artificialiū,& accidentiū naturalium, & non intelligas verba hæc eſſe ẜm comparationem dicta, ſed ẜm copulationem hoc pacto, qđ tam in ſubſtantijs naturalibus, q̃ in artificialibus,& accidentibus differentia,quæ ponitur poſt genus,& materiam,eſt actus,ſiue ſumiť ab vltimo actu.& per prædicatum de materia, intelligas illud quod in definitione poniť poſt materiā, & vltimo loco,qđ eſt differentia vltima.& hoc per exempla exponit,& dicit {vt ſi limē oporteat definire, lignum aut lapidem ita poſitum),ſ.in pede domus {dicemus) vbi patet,quod {lignū)vel {lapis)materia eſt, quæ in hac definitione,vt genus eſt {ita poſitum)actus eſt,quæ loco vltime differentiæ accipitur.Deinde in artificialibus aſſignat ſecundum exemplum,& dicit {& domum lateres & ligna ita poſita)vbi {lateres & ligna) vt genus & materia ſunt {ita poſita)forma, quæ vt differētia eſt.& addit {aut adhuc & quod cuius cauſa eſt,in quibuſdam eſt)nam vltra formam additur finis etiam aliquando. dicimus enim domus eſt lateres & ligna ita poſita, vt prohibeāt nos à caloribus & imbribus. Tertium exemplum affert in naturalibus,& dicit {Si vero cryſtallū} definimus,dicemus {aquam cōgelatam aut ſpiſſatam) Vbi patet aquam,quæ ponitur loco generis eſſe materiam.& congelatam vel ſpiſſatam, poni loco differentiæ. Affert quartum exemplum,in artificialibus,& dicit {Symphonia autem acuti & grauis cōmiſtio talis eſt) vbi acutum & graue materia eſt,cōmiſtio talis forma.

Palam itaq; ex his,quoniam actus alius alterius materiæ eſt ratio, aliorum enim compoſitio, aliorum miſtio, & aliorum aliud quid dictorum.

Ex his dat corollarium,& dicit {Palam itaq; ex his, quoniam actus alius,alterius materiæ eſt ratio) & differentia,quæ complet definitionē compoſiti, cuius cauſam dicit {aliorum enim compoſitio} ſubaudi actus & differentia eſt,vt ipſius domus {aliorū miſtio} vt ſymphoniæ {& aliorū aliud quid dictorum)vt liminis poſitio talis. Auer.aſsignat cauſam veri textus, quem non habebat,vt propter quid intulit hoc corollarium,& aſſignat duas cauſas,prima eſt,quoniam non vniuerſaliter verum eſt ꝙ forma ſit ratio materiæ, niſi quando fuerit nota,vbi autem ſit ignota, loco eius vtimur accidentibus proprijs: ſecunda cauſa eſt, quoniam in aliquibus vtimur loco differentiæ eis quæ ſumunť ex parte materiæ,vt cum definitur ſimitas in abſtracto, diciť enim ꝙ ſimitas ſit cauitas naſi:vbi differentia accipiť à materia.animaduertit hic Auer.quæ diximus,ꝙ cū definiuntur cōpoſita ex ſubſtantia, & accidente,ſ.in abſtracto vt ſimitas,qđ ſe habet,vt materia, ponitur loco differētiæ,quod vero ſe habet,vt forma, ponit vt genus,dicitur enim quod ſimitas ſit cauitas naſi. contra vero,cum definiuntur in concreto. Simili ratione res. quæ ſunt in ſubiecto,cum definiuntur, in concreto, illud,quod ſe habet vt materia, ſumunt vt genus, illud, quod ſe habet vt forma,ſumunt, vt differentiam dicimus enim,quod homo ſit animal rationale,cum vero in concreto,cōtra,materia, vt differentia, forma,vt genus dicitur,dicimus enim quod intellectiua anima eſt principium intelligendi in corpore rationali. ſecundo tollit contradictionem, nam nono dicitur,quod materia non prædicatur de eo,cuius eſt materia, neq; ſecundum nomen,neq; ſecūdum definitionem, hic autem dicit,quod definitio conſtat ex materia, quod non eſſet,niſi materia ipſa prædicaretur de eo cuius eſt materia, & ſecundum nomen, & ſecundum rationem. reſpondet ꝙ ibi loquitur de materia,vt materia, hic loquitur de materia,vt eſt ſimile generi,hoc eſt de genere materiali,& ſic tollitur contradictio. *Quæ Auer. Cōm.6.* *Cōmen. & textu.12.*

Propter quod definientium,hi quidem dicētes quid eſt domus, quoniam lapides,et lateres, & ligna, poteſtate domum dicunt,materia nanq; hæc ſunt. Hi uero, uas protectiuum pecuniarum,et corporū,aut aliquid & aliud tale addentes,

actum dicunt. Alij autem ea ambo componētes: tertiam, & eam, quæ eſt ex his ſubſtantiam. uidetur enim quæ quidem per differentias ratio ſpeciei, & actus eſſe: quæ uero eſt ex inexiſtentibus, materiæ magis. Similiter autem & quos Archyta approbauit terminos, ſimul.n. utriuſq; ſunt. ut quid eſt ſerenitas, quies in aeris pluralitate. aer quidem materia, actus & ſubſtantia, quies eſt. Quid eſt tranquillitas, Maris equitas. ſubiectum quidem ut materia, mare, actus autem & forma æquitas. Palam itaq; ex dictis, quæ & quomodo ſit ſenſibilis ſubſtantia: nam hæc quidem, ut materia eſt, illa uero, ut forma, & actus, tertia eſt, quæ eſt ex his.

Iterum ex his infert ſecundum corollarium, & declarat differentiam eorum, qui definiunt res. & dicit, propter quod definientium{hi quidem dicentes, quid eſt domus, qm̄ lapides, & lateres & ligna)eſt {poteſtate domum dicunt)cuius cauſam aſsignat, & dicit{materia nanq; hæc ſunt)quæ poteſtate eſt domus {hi vero vas protectiuum pecuniarũ & corporum, aut aliquid & aliud tale addentes, actum)& formam {dicunt, alij autem ea ambo componentes)dicunt{tertiam & eam ſubſtantiam, quæ eſt his) aſsignat cauſam differentiæ primarum definitionum, & dicit{videtur.n. quæ quidem per differētias ratio)eſt{ſpeciei, & actus eſſe, quæ vero eſt ex)partibus{inexiſtentibus)videtur {materiæ magis)& ſic patet differētia talium definitionum, deinde approbat Archytam, & dicit {ſimiliter autē & termini, quos approbauit Archyta)bene ſe habēt. Cuius cauſam aſsignat, & dicit{ſimul enim vtriuſq; ſunt}qm̄ materiã, & formã complectunt̃ {vt quid eſt ſerenitas) rñdet ꝙ{eſt quies in aeris pluralitate) & dixit in aeris pluralitate qm̄ ſi quies eēt in aere in dolio intracluſo, cum ſit paucus, non eſſe tranquillitas. vbi cõſtat ꝙ{aer quidē materia eſt, actus autē, & ſuba quies) iterum cũ quęritur quid eſt tranquillitas, rñdet ꝙ ſit{maris æquitas)vbi patet, ꝙ {ſubiectum quidē vt materia)eſt {mare: actus autem, & forma eſt æquitas)tunc epilogat, & dicit{palam itaq; ex dictis, quæ & quomodo ſit ſenſibilis ſubſtantia. nam hæc quidem vt materia eſt, illa vero vt forma & actus, tertia vero ex his)per quæ pōt intelligi qđ omnes hæ tres ſint ſenſibiles ſubſtãtię, & pōt intelligi, quod tertia ex his ſola ſit ſenſibilis ſubſtantia.

CAP. IIII.

TEX. 7. *Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet, utrum nomen ſignificet ſubſtantiam, aut actum & formam. ut domus utrum ſignum communis, quia tegmentum ex lateribus, & lignis, & lapidibus ſic compoſitis, aut actus, & ſpecici, quia tegmentum. Et linea, utrum dualitas in longitudine ſit, aut quia dualitas. & animal utrum ſit anima in corpore, aut anima. hæc enim ſubſtantia & actus corporis alicuius eſt.*

Quæ Auer. Com 6.

Mouet Ariſtoteles hic quæſtionem. verum hæc quęſtio non eodem modo intelligitur ab omnibus. Auer. enim vult, ꝙ, cum nomen ſpecie ſignificet formam, & ſubſtantiam compoſitã ex materia & forma, ideo vult ꝙ Ariſtoteles quærat quid prius, dignius, ac principalius ſignificet, formam ne, an ſubſtantiam compoſitã. Sed reuera quæſtio Ariſto. eſt abſoluta. quærit enim, vtrum nomen ſpeciei, vt hominis, aut animalis ſignificet formam, aut ſubſtantiam compoſitam, vnde dicit {Oportet autem non ignorare, quia aliqñ latet vtrum nomen). ſ. ſpecie{ſignificet ſubſtantiam compoſitam, aut actum & formam) ecce ꝙ quæſtio eſt abſoluta, & non comparatiua, vt Auer. exponit. exponit aũt quæſtionem per exemplum, & dicit{vt vtrũ} hoc nomen domus ſit ſignum communis, hoc eſt rei compoſitæ {quia)videlicet ſignificat{tegmentum ex lateribus & lignis & lapidibus ſic compoſitis)ac conſtructis, vt decet{aut)eſt ſignum{actus, & ſpeciei)hoc eſt formæ domus, vtputa{quia)ſignificet {tegmentum) deinde affert ſecundum exemplum, & dicit{& linea, vtrum ſit dualitas in longitudine, aut quia dualitas)ſit tãtum. vtitur autem hoc exemplo Platonico. nam Plato poſuit numeros formas in magnitudine, & ita voluit lineam nihil aliud eſſe, q̈ dualitas in longitudine: ita vt dualitas forma, longitudo materia ſit. & propterea quærit, an linea ſit dualitas, hoc eſt forma: an dualitas in longitudine. hoc eſt forma in materia. deinde affert tertium exemplum, & dicit{& animal, vtrum anima in corpore)ſit, hoc eſt ſubſtantia compoſita ex anima, & corpore{aut anima)tantum. nec ab ratione eſt ita quærere {nam hæc ſubſtantia, quæ eſt anima, & actus corporis alicuius eſt)ex his patet, ꝙ quæſtio non comparatiua, vt Auer. voluit, ſed abſoluta eſt.

Sicut.n. dualitas eſt prima numeri ſpēs et interuallũ, ita linea ĩ magnitudinibus.

Erit autem utiq; & in utriſque animal. non ut una ratione, ſed quaſi ad unum.

Expoſitores volunt hic Ariſtotelē ſoluere quæſtionem, ſed non ſecundum propriam intētionem, ſed ſm opinionem Platonis. voluit enim Plato, ꝙ, cum forma ſeparata, ſit tota rei ſubſtantia, ideo nomen ſpeciei per prius formam, & ſecundario compoſitum ſignificet. & cauſa eſt, quoniam homo compoſitus ex materia, & forma non eſt homo, niſi participatione ideæ, quæ eſt homo per eſſentiam, & propterea nomen ſpeciei, licet de vtriſq; dicatur, non tamen de illis dicitur æqualiter, nec vniuoce, ſed ſecundum prius, & poſterius, ac per quãdam attributionem ad vnum. Auer. autem vult ꝙ Ariſtoteles ſoluat quæſtionem ſecundũ intentionem propriam, & ꝙ nomen ſpeciei ſignificet vtrunq;, & ꝙ prædicetur de vtroq;, non tamen vniuoce, ſed principaliter de forma. ſecundario vero de cõpoſito ex materia, & forma. Hoc autem probat primo, quia nomen ſignificat aliquid, niſi ſecundum quod illud eſt in actu, nam nihil per nomē ſignificatur: niſi intelligatur, quod autem intelligitur eſt in actu: igitur nomen nihil ſignificat, niſi quia in actu, quare nomen principalius formã, quæ eſt ipſe actus ſignificabit, q̈ compoſitum, quod eſt in potentia. Secundo cum duo fuerint, quorum alterũ alterius cauſa eſt, illud, quod eſt cauſa, dignius habebit nomen. verbi cauſa dignius calidum de igne, quam de cæteris dicitur: quoniam ignis eſt cauſa, quare cætera ſunt calida. & propterea dicit Auer. ꝙ cum fuerint plura, quæ idem nomen habent, & alterum propter alterum nomen habet, illud propter quod cætera nomen habent, dignius nomen habebit. & erit cauſa cæterorum. hæc Auer. de quibus primo poſteriorũ diximus, & ſeptimo huius,

TEX 8. *Sed hæc ad aliquid aliud quidē differunt, ad quæſtionem uero ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. quod quid erat eſſe enim ſpeciei, & actui ineſt. nam animæ quidem, & animæ eſſe idem eſt, hominis uero eſſe, & homo nõ eſt idem, niſi & anima homo dicatur. Sic itaq; alicui quidem, alicui uero non.*

differunt διαφέρει conferunt. δὴ itaq; δὲ autem.

Duæ erant quæſtiones. altera, an nomē ſpecie ſignificet vtrunq;, ſ. formam, & compoſitum. altera, an qđ quid erat eſſe, & id, cuius eſt quod quid erat eſſe, ſint idem. Ariſt. ergo, cũ mouit qõnem, & ſoluit, hic oſtēdit

ꝙ illa

ꝙ illa, quæ dicta ſunt de prima quæſtione, non ſunt ad propoſitum ſecũdæ quæſtionis, cum illa ſint extra metaphyſicam, quæſtio enim de ſignificatione nominum & vocum logica eſt, at quæſtio ſecunda metaphyſica eſt, cum ſit de eodem & diuerſo: dicit {ſed hæc} ſubaudi quę dicta ſunt de prima quæſtione {ad aliquid aliud quidem differunt} vt ad ea, quæ dicuntur de ſignificatione nominum & vocum in dialectica. nam in talibus ſic vel aliter dicetur, multum refert {ad quæſtiones vero ſubſtantiæ ſenſibilis} quæ eſt, vtrum in ea idem ſit quod quid erat eſſe, & id cuius eſt {nihil differunt hæc, ſi ſic vel aliter dicantur. & ideo reſpõdens ad quæſtionem ſecundam metaphyſicalem dicit, ꝙ ipſum, quod quid erat eſſe, idem eſt cũ actu, & forma, & dicit {qđ quid erat eſſe enim ſpeciei & actui ineſt} per identitatem. eſt ergo ſolutio, ꝙ ipſum quod quid erat eſſe eſt idem formæ, & actui. non autem compoſito ex materia & forma. & hoc declarat, & dicit {nam anima quidem) quæ eſt forma hominis {& animæ eſſe, idem eſt, hominis vero eſſe}. ſ. qui eſt cõpoſitus ex anima, & corpore {& homo non eſt idem, niſi & homo dicatur anima} vt Platonici dicunt {ſic itaq;) vt concludit ipſum quod quid erat eſſe {alicui quidem} eſt idem, videlicet formæ {alicui vero, non} videlicet compoſito ex materia & forma.

Non uidetur itaq; quærentibus ſyllaba ex elementis eſſe, & compoſitione, nec domus lateres, & cõpoſitio. Et hoc *recte. Non enim compoſitio & miſtio ex his eſt, quorum eſt compoſitum, & miſtum: ſimiliter autem nec aliorum quicquam: ut ſi limen eſt ex poſitione, ex limine non poſitio. ſed magis hoc ex illa. neq; itaq; homo eſt animal & bibes, ſed aliquid oportet eſſe, qđ præter hæc eſt. ſi hæc materia ſunt. neque elementum eſt, neque ex elemẽtis, ſed ſubſtantia, quod auferentes materiam, dicunt.*

Duo dixerunt Platonici. Alterum, ꝙ forma rei compoſitæ nõ ſit pars materialis illius, nec inter partes materiales connumeranda. Alterum, ꝙ forma rerũ compoſitarum ſit omnino ſubſtantia ſeparata, ac omnino præter materiam. Ariſtoteles igit̃ conſequenter poſtq̃ demonſtrauit ea quæ dicta ſunt de prima quæſtione non eſſe ad propoſitum, nunc declarat quatenus platonici in primo horum bene dixerunt, in altero male. & dicit {non videtur itaq; quærentibus ſyllaba ex elementis eſſe) hoc eſt ex literis {& ex cõpoſitione) quæ eſt forma literarum, vtriſq; tanq̃ ex partibus materialibus {nec domus videtur lateres & compoſitio} tanq̃ materialia. tunc commendat hoc primum, & dicit {& hoc bene} & recte dicunt {non enim cõpoſitio} quæ eſt forma domus {& miſtio) quæ eſt forma hydromelis {ex his eſt, quorum eſt compoſitum, & miſtum} nõ enim ſunt de numero partium materialium, ſed formę ſunt eorum, quorum ſunt. & amplificans ſermonem dicit {ſimiliter aũt nec aliorum quicquã. vt ſi limen ex poſitione} eſt, tanquam ex forma, nõ ex limine aliquo pacto {poſitio eſt} nec tanq̃ ex forma, nec tãquam ex materia {ſed magis hoc}. ſ. limen {ex illa} tãquã ex forma eſt. ex ijs concludit ꝙ ſimili ratione {neq; homo eſt animal & bipes, ſed aliquid oportet eſſe, quod præter hæc eſt, ſi hæc materia ſunt} neq; {etiã) homo eſt {elementum, neq; ex elementis, ſed ſubſtantia} diſtincta ab his. tunc tangit ſm̃ quod Plato dicebat, & inquit {quod) Platonici {dicunt, auferentes) omnino {materiam) & ponentes formam non ſolum diſtinctam, ſed ſeparatam penitus à materia, & quantum ad hoc, vt videbitur, male dicunt. nam licet forma ſit diſtincta à materia. non eſt omnino ſeparata, vt ſtatim videbitur.

Si igitur hæc cauſa eſt ipſius eſſe, & eſt ſubſtantia hæc, hanc utiq; ſubſtantiam non dicent.

Sed reprobat ſecundũ. dixerunt. n. Platonici & non ſolũ forma eſt diſtincta à materia, & à cõpoſito, ſed etiã ſeparata, ac oĩno abiũcta à materia. Cõtra hoc obijcit, & dicit {ſi igitur hæc), ſ. forma {eſt cauſa ipſius eẽ} tam cõpoſiti, q̃ ipſius eſſe materię {& hęc} forma {eſt ſub̃a) qua & compoſitũ, & materia ſunt {hanc}. ſ. formam {vtiq; ſub̃am). ſ. penitus ſeparatam {nõ dicent} ſed formam in materia. Auer. autem, legit, hoc pacto {ſi igit̃ *Que Auer. Com. 8.* hæc cauſa ẽ ipſius eſſe} videlicet ſub̃ę ſenſibilis {& hęc}. ſ. forma {eſt ſubſtantia, hanc vtiq;} formam {non dicent ſubſtantiam) compoſitam, & ſenſibilẽ. ſed ſic exponendo, tunc Ariſto. non reprobaſſet ſm̃ Platonis dictum, ſed tranſiret ad aliud propoſitum, quod non placet, nec eſt verbis conſonum.

Sed neceſſarium eſt hanc, aut ſempiternam eſſe, aut corruptibilem ſine corruptione, aut factam eſſe ſine generatione. Demonſtratum *eſt autem in alijs, & declaratum, quoniã nullus ſpeciem facit, neq; generat, ſed efficitur hoc, atq; fit quod ex his eſt.*

Cum probaſſet contra Platonicos formam non eſſe penitus à materia ſeparatam, atq; abiunctam, nunc qualis ſit ſubſcribit, & dicit {ſed neceſſarium eſt hanc}. ſ. formam per quã ſubſtantia ſenſibilis eſt {aut ſempiternam eſſe, aut corruptibilem ſine corruptione, & factam eſſe ſine generatione} cum. n. non ſit ſeparata, vt deductũ eſt, oportet ipſam eſſe aut ſempiternã in materia, aut generabilem ſine generatione, & corruptibilem ſine corruptione. quod non ſit ſempiterna in materia, tanquam perſpicuum omnibus derelinquit: quod vero ſit corruptibilis ſine corruptione, & orta ſine generatione. probat, & dicit {demõſtratum eſt autem in alijs, & declaratum, qm̃ nullus ſpeciem {hoc eſt formam {facit) per ſe {neq;} ſpeciem ac formã per ſe {generat, ſed efficitur hoc). ſ. ſingulare {atq; fit) per ſe compoſitũ {quod ex his eſt) ſcilicet forma, & materia. forma igitur non generatur per ſe, ſed generatur per accidens generatione compoſiti, nec corrumpitur per ſe, ſed corrumpitur corruptione compoſiti. igitur bene dictum eſt, formam fieri ſine generatione, ſcilicet per ſe, & corrumpi ſine corruptione ſcilicet per ſe.

Si autem ſint corruptibilium ſubſtantiæ ſeparabiles, nõdum palam eſt, attamen quod quorundam non contingat, palam eſt, quæcunq; non poſsibile eſt præter ipſa alia eſſe, ut domum, & uas.

Ijs declaratis ſumit quod non manifeſtum, & quid manifeſtum ſit, & dicit {ſi} ipſorum {corruptibilium} ſingularium {ſubſtantiæ) hoc eſt ſpecies {ſeparabiles ſint} vt Plato poſuit {nondum palam eſt}. ſ. in hoc libro, quoniam in. 7. fuit aliquibus rationibus diſputatum, & in. xiij. & xiiij. libris iterum diſputabitur. deinde exponit, quid manifeſtum ſit, & dicit {attamẽ, ꝙ quorundam} corruptibilium ſingularium {non cõtingat} formas ſeparatas eſſe {palam eſt) quorundam dico eorum {quæcunq; non poſsibile eſt eſſe alia, præter ipſa, vt domum, & vas} præter hæc enim corruptibilia, quæ ſunt vas. & domus nõ poſſunt eſſe alia. ſ. domus & vas ſeparata à materia: & ſic artificialiũ nõ dant̃ formę ſeparatæ: & quãtum ad hoc eſt manifeſtum. ſed dubitatur,

quoniam ſicut in naturalibus datur homo præter hominem,quia datur homo intelligibilis præter hominẽ ſenſibilem.& ideo apud Platonem ſequitur, vt detur homo ſeparatus,quid eſt idea hominum, ſic datur domus intelligibilis præter domum ſenſibilem,vt domus in mente præter domum ſenſibilem quæ eſt in re,ergo dabitur idea domus, quoniam cuilibet intellectioni apud Platonem correſpondet aliquid in re.dicendum, ꝙ regula Platonica eſt intelligenda hoc pacto, cum in aliquibus datur intelligibile præter ſenſibile ex parte rei,illud intelligibile eſt idea rei ſenſibilis,vt qm̃ ex parte rei datur homo intelligibilis, præter ſenſibiles homines,ideo datur homo intelligibilis, qui eſt idea hominum.in artificialibus aũt ex parte rei nõ datur domus intelligibilis præter ſenſibiles, ſed ex pte noſtra quatenus domum in mente conficientes, facimus domum in re. ſed niſi illã in mente conficeremus, non eſſet domus intelligibilis præter ſenſibiles. ergo domus intelligibilis pręter ſenſibiles nõ daẽ niſi ex parte noſtra,non aũt ex parte rei, ideo nõ oportet eſſe ideam in talibus.

TEX.9 *Forſan quidem igitur nec ſubſtantiæ ſunt,nec aliquid ipſa hæc, nec aliquid aliorum, quæcunq; non natura conſtituta ſunt. naturam enim ſolam utiq; quis ponet eam,quæ in corruptibilibus,ſubſtantiam.*

Vt placet Auerroi,Ariſt. intendit declarare,ꝙ nulla forma artificialis ſit ſubſtantia, vt habeat, ꝙ minus poſsit eſſe ſubſtantia ſeparata.nã cum induxiſſet exemplum in artificialibus,& dixiſſet,ꝙ in talibus non ſint aſsignandæ ideæ,nunc vult declarare,ꝙ hoc ideo eſt, quoniam nulla forma artificialis eſt ſubſtantia. & ſic verbum {quidem igitur} legendum eſt cauſaliter pro quoniam,vel enim.& ſi legiẽ,vt iacet,tũc Ariſt. ex his, quæ contra Platonem dixit,infert,nullam formam artificialem eſſe ſubſtantiam.vt ſit ſenſus, cum in artificialibus non ſint ideæ{igitur ipſa hæc).ſ.vas & domus {nec ſubſtãtiæ ſunt,nec aliquid) in prædicamẽto ſubſtantiæ,& non ſolum vas & domus non ſunt ſubſtantiæ,ſed{nec aliquid aliorum) artificialium eſt ſubſtantia,dico nec artificialium {quæcunq; nõ ſunt conſtituta natura)& cauſam affert,& dicit{quia ſolam eã naturam tenet ſubſtãtiam, quæ eſt forma naturalis)in compoſitis{corruptibilibus} forma.n.naturalis eſt potiſsimum ſubſtantia.at in artificialibus materia eſt ſubſtantia.vnde ſicut in naturalibus forma eſt ſubſtãtia,& materia ſubſtantia eſt propter formam, ita in artificialibus materia eſt ſubſtantia,ꝙ forma eſt ens propter materiã.Quo vero ad verba attinet, dixit{forſan) qm̃ hic non eſt proprius locus diſcutiendi rem hanc, ideo, vt ſui moris eſt,per verbum dubitandi loquitur.

Quare dubitatio, quam Antiſthenij & ſic indocti dubitauerunt,habet quoddam tempus ſoluendi,quoniam nõ eſt ipſum quin eſt definire. terminum enim rationem eſſe longam dicebant,ſed quale quid eſt poſſe doceri:ſicut argẽtum quidem quid eſt,non,ſed quoniam quale ſtannum.

Nunc inducit dubitationem Antiſtheniorũ, & vult declarare,ꝙ illa dubitatio valet contra Platonem, & non contra ſe.erat enim dubitatio, ſimplicium nõ eſt definitio:qm̃ definitio eſt ratio longa,quæ ſimplicis eſſe non poteſt.quod quid eſt, eſt ſimplex: igitur ipſius quod quid eſt non eſt definitio.vnde dicit{quare dubitatio, quã Antiſthenij & ſic indocti) ac inerudití in dialectica,vt erãt Antiſthenij{dubitauerũt, habet quodam tempus ſoluendi}in præſenti loco magis q̃ alibi. deinde exponit dubitationem, & dicit, dicebant enim {quoniam nõ eſt ipſum quid eſt definire} & hoc ideo, quia{dicebant terminum)hoc eſt definitionem {eſſe rationem longam}quæ rei ſimplicis eſſe non poteſt. & ſi dicebatur cõtra eos,qm̃ nos docemus res ſimplices dicebant quiditates ſimplices poſſe doceri per ſimilitudinem. veluti ſiquis doceat argẽtum,& dicat, ꝙ ſit ſimile ſtanno: ita res ſimplices poſſunt exponi per quandam ſimilitudinem ad res compoſitas non autem definiri cum definitio ſit ratio longa, quæ componitur ex parte & parte:quibus caret res ſimplex. vñ dicit {ſed) dicebant rem ſimplicem {poſſe doceri} per quãdam ſimilitudinem,& ponit exemplum,& dicit {ſicut argentum quidem quid eſt non}poſſe definire dicebant, & hoc ſi argẽtum accipitur pro re ſimplici {ſed) poſſe doceri{quoniam}eſt tale{quale ſtannum)& ita per ſimilitudinem ad rem compoſitam. & acccepit argentum pro exemplo rei ſimplicis,& ſtãnum pro exemplo rei compoſitæ, per cuius ſimilitudinem cognoſcitur res ſimplex.nec cura de exemplis,cum exempla ponãtur, non vt ita ſint,ſed vt ſentiant,qui diſcũt.ſic igitur colligendum eſt,ꝙ rerum ſimplicium non ſint diffinitionis,ſed bene doctrinæ aſsignatæ per ſimilia. appellauit autem hos indoctos, quia erant imperiti in dialectica. Secundo libro Priorum. Auerroes autem aliter rationem Antiſtheniorum formauit,dicit enim ꝙ ſi omnium ſit definitio, tunc partium definitionis erit definitio, & vlterius partium illarum & partium,& ſic in infinitum. & hæc dubitatio non conuenit verbis Ariſtotelis ſed bene ſolutioni,quã poſtea aſsignabit. Quæ Auer. Cõm. 9.

Quare ſubſtantiæ eſt quidem,cuius contingit eſſe terminum & rationem,ut compoſitæ,ſiue ſenſibilis fuerit,ſiue intellectualis.primorum aũt, ex quibus hæc eſt, non eſtſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio definitiua: & oportet hoc quidem,ut materiam eſſe,illud uero ut formam.

Reſpondet nunc ad rationem Antiſtheniorum, & demonſtrat dubitationem non habere locum contra ſe,ſed bene contra Platonem.& dicit {quare ſubſtantiæ eſt quidem}definitio,ſubſtantiæ dico,eſt definitio {cuius contingit eſſe terminum & rationem} longam {vt}ſubſtantiæ{compoſitæ.ſiue}talis compoſita ſubſtantia fuerit{ſenſibilis}vt ſubſtantia phyſica{ſiue intellectualis}vt mathematica, vtriuſq; enim eſt definitio:modo vtraq; ſit compoſita{primorum autem}hoc eſt primarum partium{ex quibus hæc) ſubſtantia eſt {nõ eſt definitio}non enim generaliſsimorum eſt definitio:cuius cauſam dicit{ſiquidẽ aliquid de aliquo) hoc eſt genus de differẽtia{ſignificat ratio definitiua) dico genus de differentia non enunciatiue,vt in propoſitionibus,ſed conſtitutiue:cauſam rurſus affert,& dicit{& oportet}hoc eſt,quia oportet {hoc quidẽ vt materiam eſſe)ſcilicet genus{illud vero vt formã}.ſ.differentiam, & ſic definitio ſignificat rationem compoſitam ex duobus.& quoniam talis compoſitio reperiri non poteſt in primis generibus ideo illorũ non eſt definitio.dubitatio ergo hæc non valet contra Ariſto. valet autem cõtra Platonẽ:qui ideas ſimpliciſsimas ſubſtantias eſſe fatebatur.& ita illarum nec erit definitio: nec ipſæ alijs eſſe pñt definitiones. quo verbo ad verba attinẽt,Auer.per prima, intelligit primam materiam, Quæ Auer. & primam formã:nam prima materia, & prima forma Cõm.9. ſimplices ſunt,& vtraq; ſignificat idẽ,hoc eſt naturam ſimplicem,

ſimplicem,non reſolubilem in conceptus priores.fortaſſe enim prima forma eſt corporeitas,à qua accipiť generaliſsimum cuius conceptus in nullos priores reſoluitur.melius autem per prima intelligere debemus, prima genera,ad quæ ſtat vltima reſolutio conceptus ſpecifici:illorum enim non eſt definitio:quia ſunt prima prædicata quiditatiua, quorum vt Ariſto.dicit primo poſteriorũ,nõ ſunt prædicata quiditatiua priora.

CAP. V.

Quo pacto ſubſtantiæ numeri ſunt.

TEX. 10. *Palam autem, & quoniam ſi ſint quidem aliquo modo numeri ſubſtantiæ,ſic ſunt, & non ſunt ut quidam dicunt,unitatum multitudo. Eſt enim definitio numerus quidam.nam & diuiſibilis eſt,& ad indiuiſibilia. non enim infinitæ rationes ſunt. talis autem, & ipſe numerus eſt.*

Inter Platonis ſectatores aliqui fuerũt, qui dixerũt formas rerum naturalium eſſe ideas,aliqui vero,qui dixerunt formas rerum eſſe numeros: cum igitur diſputaſſet contra primos, nunc diſputat contra ſecundos, & declarabit quomodo poteſt intelligi formas rerum, hoc ẽ quiditates,& definitiones eſſe numeros. & proponit primo,quomodo ſint numeri,& dicit{palam autem,& qm̃ ſi ſubſtantiæ ſint quidem aliquo modo numeri,ſunt ſic}numeri,hoc eſt ſimilitudinarie per quandam aſsimilationem ad numerum{& non ſunt vt quidam dicũt}numerus,qui eſt{vnitatũ multitudo } hoc eſt vere,& abſolute numeri.deinde declarat primã aſsimilationem,per quam ſubſtantia, quæ eſt definitio,eſt numerus.& dicit{definitio enim numerus quidam eſt} non ſimpliciter,ſed per aſsimilationem ad verum numerum.qm̃,vt verus numerus eſt multitudo diuiſibilis,quæ reſoluitur ad indiuiſibilia, videlicet ad vnitates indiuiſibiles,ſic definitio eſt diuiſibilis ad genus & differentiam,quæ via reſolutionis tandem ad indiuiſibilia reſoluuntur. veluti ſi hominis definitio diuideretur in animal,& rationale,& definitio animalis in animatum,& ſenſitiuum,nõ procedet hoc in infinitum, cum nec in formalibus,nec in materialibus cauſis ſit procedere in infinitum,nec in prędicatis quiditatiuis,quare diuiſio definitionis nõ diuiſioni continui aſsimilatur, quæ procedit in infinitum,ſed diuiſioni numeri,quæ reſoluitur ad indiuiſibilia.dicit igitur{definitio enim numerus quidam eſt,nam & diuiſibilis eſt, & ad indiuiſibilia}tandem reſolubilis{non enim infinitæ rationes ſunt}ſed ſtandum eſt ad hæc, quæ amplius non definiuntur{talis autem}vt definitio{& ipſe numerus eſt} eſt enim diuiſibilis,& ad indiuiſibilia.

Et quemadmodum à numero ablato aliquo, aut addito, ex quibus numerus eſt,non adhuc idem numerus eſt, ſed alter,quãuis minimum auferatur,aut addatur: ſic nec definitio.nec qđ quid erat eẽ,erit adhuc ablato aliquo,aut addito.

Nunc aſsignat ſecundam aſsimilationem definitionis ad numerũ.& dicit{& queãdmodũ à numero ablato aliquo,aut addito}eorum{ex quibus numerus eſt, non adhuc idem numerus eſt,ſed alter, quãuis minimũ auferatur,aut addatur} veluti eſt vnitas, quę eſt nume-
Quæ Auer. ri minima pars: quaternario enim, vt Auer. inquit, ſi
Com. 10. vnitas additur,non eſt amplius quaternarius, ſed quinarius,qui differt ſpecie à quaternario.& ſi diminuitur vnitas,erit ternarius,qui etiam differt ſpecie à quaternario{ſic nec definitio,nec quod quid erat eſſe}adhuc {erit} eadẽ {ablato aliquo aut addito} verbi cauſa cũ dixerimus in definitione animalis, ꝙ ſit corpus vegetatiuum ſenſibile:ſi diminuerimus ſenſibile,quæ erat vltima differentia,non animal,ſed plãta erit, ſi addemus rationale,erit homo.

Et numerum oportet eſſe aliquid quo unus ſit, quod nũc non habent dicere,quo unus ſit,ſiquidem eſt unus, aut enim non eſt,ſed ut aceruus eſt,aut ſiquidem eſt,quid eſt, quod eſt faciens ipſum unum ex multis. Et definitio una eſt. ſimiliter autem neq; hanc habent dicere, & hoc merito accidit, eiuſdem enim rationis & ſubſtantia unum eſt ita:ſed non(ut dicunt quidam)ut unitas quædam exiſtens, aut punctum, ſed actus, & quædam natura una.

Hic tangitur tertia ſimilitudo, ꝙ videlicet ſicut numerus eſt per ſe vnus,nõ ſicut aceruus, ſed per ſe vnus ab vltima vnitate,ſic definitio ac quiditas eſt ꝑ ſe vna ab vltima differentia,quæ eſt vt actus. & forma reſpectu generis.vnde dicit{& numerũ oportet eſſe aliquid, quo vnus ſit}hoc eſt oportet eſſe per ſe vnum ab vltima vnitate.oſtendit tamen,ꝙ Platonici neſciant vnde numerus ſit vnus,& dicit{quod nunc non habent dicere,quo}numerus{vnus ſit.ſiquidem eſt vnus} dico ſiquidem eſt vnus{quia aut non eſt vnus} ꝑ ſe{ſed}eſt vnus{vt aceruus}per aggregationẽ, & non per ſe {aut ſiquidem eſt}vt rei veritas profitetur{dicẽdum}eſt ab eis{quid eſt, quod facit ipſum vnum} certe nõ poſſunt dicere:aut neſciũt dicere. Per quæ vult habere, ꝙ numerus ſit per ſe vnus,& quidem ab vltima vnitate, deinde complendo ſimilitudinem,dicit{& definitio}etiã ex multis vna eſt per ſe: affert tamen, ꝙ etiã vnitatem definitionis ignorauerint,& dicit{ſimiliter autẽ neq; hanc hñt dicere}neq; ſciunt dicere,aſsignat tamẽ ipſe verã cauſam vnitatis definitionis, & dicit, {& hoc},ſ. definitionem eſſe per ſe vnam{merito accidet: nã vnũ ita}vt definitio eſt vna,eſt{& ſubſtãtia eiuſdem rationis}ſubaudi ab vltima differentia,vt ſubintelligit Auer. {ſed non}eſt vltima differentia{vt dicũt quidam} qui aſſerunt,ꝙ vltima differentia ſit{vt vnitas quædam exiſtens}qua numerus eſt vnus{aut vt punctus} quo continum eſt vnum.continuum enim vnum eſt,quia partes copulantur ad vnum punctum, & numerus vnus eſt ab vnitate.nõ ſic igitur differẽtia eſt vna {ſed actus & natura}hoc eſt forma{quædam vna}quę generi adueniens,facit definitionem vnam.Patet igitur tertia ſimilitudo,ꝙ ſicut numerus eſt ꝑ ſe vnus ab vltima vnitate,ſic definitio ꝑ ſe vna ab vltima forma, ac differentia.Iuniores probant,ꝙ ab vltima vnitate non ſit numerus vnus in ſpecie.Primo quidẽ, qm̃ ſi ita eſſet, tũc illa tranſlata ad primum, numerus ſubſtantialiter mutareť. Secundo,quia vnitates conſtituentes numerũ, omnes poſſunt eſſe æque primæ natura, & tempore. Tertio forma eſt,formaliter in materia, vnitas vltima non eſt formaliter in prioribus vnitatibus.igitur nõ eſt id,à quo numerus diciť vnus formaliter. In contrariũ eſt Auer.qui dicit ſic,quemadmodũ qñ alicui numero Com. 10.
addiť vnum,aut diminuiť, trãsfertur ad aliã naturã, ac ſpeciem numeri, ſiř definitiones cõpoſitæ ex primo genere & pluribus differẽtijs,qñ diminuiť aliqua differentia,vel addiť,definitio transfert ad aliam naturam. hæc Auer.igitur ſicut ratio formalis, & vnitas formalis definitionis eſt vltima dr̃ia, ſic vnitas formalis numeri

erit ab vltima vnitate: eſt tamē animaduertēdum, ꝙ numerus eſt formaliter vnus ab vltima vnitate, non quatenus eſt vnitas, ſed quatenus eſt vltima. tunc ad primam dicendum, ꝙ licet vltima vnitas transferatur ad primam quo ad materialem rationem, quo ad formalem remanet in vnitate tranſlata. erit enim ratio formalis vltimitas, quæ manet in vnitate tranſlata, ſicut in vnitate prima. Ad ſecundū dicēdum, ꝙ oēs poſſunt eſſe æque primæ ſm rationem materialem hoc eſt quatenus vnitates, non autem ſecundum ratione formalē: quæ eſt vltimitas. vt ita loquar. Ad tertium dicēdum ꝙ licet nulla vnitas ſm ratione formalem ſit in alijs, ſecundum tamen rationem formalem vltima eſt ſemper in præcedentibus, cum denominentur ab illa.

Et quemadmodum nec numerus habet magis aut minus, nec quæ ſecundum ſpeciem ſubſtantia, ſed ſi quidem, quæ cum materia. De generatione igitur, & corruptione dictarum ſubſtantiarum quomodo contingat impoſsibile ſit, & de reductione ad numerum, ſit uſq; ad hoc determinatum.

Hic ponitur quarta aſsimilatio, ꝙ videlicet vt in numero non eſt magis, & minus, ita nec in ſubſtantia formali, ac ſpecifica: verbi cauſa, trinitas & quatrinitas nō ſuſcipit magis, & minus, non. n. altera trinitas eſt magis trinitas altera trinitate, nec dualitas eſt magis dualitas altera dualitate, ita ſubſtātialis forma ſm eſſentiā non ſuſcipit magis & minus, non. n. homo ſm formam eſt magis homo altero homine. addit tamen, ꝙ ſi forma ſuſcipit magis & minus hoc habet, vt eſt in materia, hoc eſt vt eſt indiuiduum, nam vt ſic per accidens aliter altero perfectior eſſe poteſt. vnde dicit {& quemadmodum nec numerus) formaliter {habet magis aut minus ſm formam {nec ſubſtātia, quæ eſt ſm ſpeciē,} & formam {ſed) ſi ſubſtantia {quidem) ſuſcipit, ea ſubſtantia ſuſcipit {quæ eſt cum materia) hoc eſt ſubſtantia indiuidualis, cum. n. ſit in materia, accidentia conſequiť materialia, rōne quorum poterit participare magis & minus de perfectione illorum. demum epilogat, & dicit {de generatione igiť & corruptione dictarū ſubſtarū) .ſ. formalium {quomodo cōtingit) quia per accidēs ratione cōpoſiti {& quomodo impoſsibile) quia ꝑ ſe {& de reductione) earum {ad numerū) per viam aſsimilationis {vſq; ad hoc ſit determinatum.}

CAP. VI.

De materiali principio, Eodem ac diuerſo agenteq; etiam, & quo pacto ad quærentem cauſam per oīa cauſarum genera reſpondendum eſt.

TEX. 11. *DE materiali autem ſubſtantia oportet non latere, quoniā utiq; ex eodem primo, aut ex eiſdem quaſi primis omnia ſunt, & eadem materia eſt. ut principium his, quæ fiūt: licet aliqua propria cuiuslibet, ſit, ut phlegmatis prima materia ſunt dulcia, aut pinguia. Choleræ uero, amara, aut alia quædam. At hæc etiam forſan ex eodē ſunt.*

Cum egiſſet de formali principio, nunc agit de materiali: & primo accipit quomodo omnium ſit vna materia, ſecundo quomodo ē conuerſo vnius ſint plures materiæ. de primo dicit {de materiali autem ſubſtantia oportet nō latere quoniam vtiq; ex eodem primo, aut ex eiſdem quaſi primis omnia ſunt, & eadem materia eſt, vt principium his) omnibus {quæ fiūt) & quæ corrumpunť {licet} vt inquit {ſit aliqua} materia {propria cuiſlibet, vt phlegmatis prima materia ſunt, dulcia, aut pinguia} hoc eſt vnctuoſa cibaria {choleræ vero} prima materia {ſunt amara, aut alia quædam} hoc eſt cibaria amara, & acuta, vt Auer. exponit. eſt ergo propoſitio, ꝙ licet cuiuſlibet compoſiti ſit propria prima materia, tamen omnia fiunt ex eadem prima materia, vel ex eiſdem quaſi primis principijs materialibus. & addit {aut ex eiſdem quaſi primis} propter elemēta, ex quibus quaſi primis oīa miſta ſunt, & fiunt. & quia dixit phlegma ex propria, & choleram ex propria materia fieri, ne quis credat, omnia non reſolui in primā materiam, addit, at hæc etiam forſan .ſ. dulcia & amara ex eodem ſunt} materiali principio primo. patet igitur quomodo omnium ſit vna prima materia. & dixit {forſam qm̄ duæ hic dixit, non probauit, ſed accepit tantū: Ariſt. autē mos eſt, cū non probarit loqui dubitatiuæ.

Fiunt autem plures materiæ eiuſdem quando alterius altera fuerit. ut phlegmatis ex pingui, & dulci, ſi pingue ex dulci ſit. ex cholera uero propterea ꝙ in materiam primam cholera reſoluatur. Dupliciter. n. hoc ex hoc, aut quia principium erit, aut ex eo, quod reſolutum eſt in principium.

Vel forſan dixit, quia quorundam ſic eſt diuerſa materia qꝺ eorum materia nō reducūtur in aliquā priorem materiam ſicut materia corruptibiliū & incorruptibilium.

Nunc declarat quomodo plures materiæ poſſunt eſſe eiuſdem, & vult ꝙ aliquid ex pluribus materijs eſſe poteſt, ordine quodam, & per reſolutionem extremi ſui contrarij in primam materiam. & dicit {Fiunt autē plures materiæ eiuſdem} miſti {quando alterius altera fuerit materia, vt phlegma ex pingui & dulci, ſi pingue ex dulci} phlegma igitur ex duabus materijs eſt, ordine tamen quodam. eſt enim ex pingui, hoc eſt vnctuoſo cibo: & ex dulci, quatenus vnctuoſum eſt ex dulci tanq̄ ex materia. cum enim vnctuoſum ſit medium ſapor inter amarū, & dulce: & mediū ſit ex extremis, vnctuoſum erit ex dulci, & addit {ſi pingue eſt ex dulci} qm̄, vt Auer. inquit, hoc nō eſt manifeſtū in hoc loco: ſed in libro de ſenſu. ſic igiť patet phlegma fieri ex pluribus materijs ordine quodam, fit etiam ex ſuo cōtrario per reſolutionem illius in primā materiā, & hoc exponit, & dicit {ex cholera vero} fit phlegma ipſum, qꝺ choleræ extra materiale contrariať {propterea ꝙ in primam} ipſam {materiam cholera reſoluatur} ex qua prima materia cholera abiecta fit phlegma & ꝙ ita ſit, probat, & dicit {dupliciter. n. hoc ex hoc} fieri dicitur {aut} aliquid dicitur fieri ex hoc, quādo illud {principium} materiale proximū ac propriū {erit} vt phlegma fit ex vnctuoſo cibo {aut ex eo, qꝺ eſt reſolutū in principiū} primū, qꝺ eſt vtriſq; cōe, & hoc pacto phlegma dicitur fieri ex cholera, qm̄ fit ex materia eadē ex qua fuit cholera, & in quam cholera eſt reſoluta: patet igiť qūo plures materiæ poſſunt eſſe eiuſdem.

Cōtingit autem una exiſtente materia, fieri diuerſa propter mouentem cauſam, ut ex ligno, et arca: & lectus. quorundam uero altera materia ex neceſsitate alteris exiſtentibus, ut ſerra non utique fiet ex ligno, quoniam in mouente cauſa hoc non eſt, non enim faciet, ſerram ex lana, aut ligno. Si ergo idem contingit ex alia materia facere, palam quoniam ars, & principium, quod eſt ut mouēs eſt idem. nam & ſi materia eſt altera, & mouens, & factum etiam eſt. TEX. 12.

Remouet Ariſto. hic quæſtionē. dictū eſt. n. diuerſa eſſe poſſe ex eadē materia, & plures materias poſſe eſſe eiuſdem: ideo quæriť. ꝑꝑ quid in aliquibus diuerſa immediate fieri pñt ex eadem materia: vt ex ligno, arca, & lectus,

& lectus,in aliquibus vero non pñt diuerſa fieri ex eadem materia,ſed vnumquodq; ex propria materia, vt ſerra non niſi ex ferro,vel ære, & non ex alia materia. Soluit in aliquibus hoc eſſe propterea ꝙ in agente ſit facultas agendi diuerſa ex eadẽ materia,vt ſi agens fuerit vnũ diuerſa opa conſiderãs facere ex illa vna materia.in aliquib⁹ vero nõ eſt in poſſe agentis ex vna materia facere diuerſa,vt qñ res nõ eſt apta fieri niſi ex certa cõſtitutaq; materia , vt ſerra non niſi ex ferro. dicit {cõtingit aũt vna exñte materia fieri diuerſa pp mouẽtem cãm)vt quia in poſſe mouentis cauſæ eſt plura ex eadem materia facere, vt ,ppter cõceptiones diuerſas: quas hẽt in mente{vt ex ligno, & arca & lectus) cõtingit fieri,propter diuerſa idola:quę artifex in mente habet{quorundã vero altera)materia exñte ex neceſsitate,nõ contingit ex eadẽ materia fieri aliqua,ipſis{alteris)ac diuerſis exñtibus{vt ſerra non vtiq; fiet ex ligno qm̃ in mouente cauſa hoc non eſt) cum poſſe artificis non ſit hęc ratio,ac ſimilitudo,qua ex ligno facere poſſit ſerrã{nõ.n.faciet ſerrã ex lana,aut ligno)eſt ergo ſolutio,ꝙ ideo in aliquibus diuerſa fieri poſſunt ex eadẽ materia , qm̃ illa ſunt in poſſe agentis , vt videlicet qm̃ agens habet diuerſa idola,quibus poteſt ex eadẽ materia diuerſa facere,in aliquibus non qm̃ non eſt in poſſe agentis,vt ex eadẽ materia diuerſa faciat , qm̃ non hẽt diuerſa idola,quibus poſsit diuerſa facere ex eadẽ materia,ſed ſolum in poſſe agentis eſt ex propria, & determinata materia facere propriũ ac determinatum effectum.Et ſi quæritur quare quædã ſunt in poſſe agentis vt ex eadem fiant materia, & quædã nõ. dicendũ, hoc eſſe propter diuerſas aptitudines rerum , quæ fiunt . ſunt.n.quædam res,quæ non ſunt aptæ fieri niſi ex determinata,aliqua vero ex eadẽ cõi materia.& ſi quærit vñ eſt differentia harũ aptitudinũ:dicendum talẽ aptitudinum differentiam eſſe propter differentiam finiũ, ad quos ordinantur.& quia ſerra ordinat̃ ad ſecandũ dura, ideo nõ niſi ex ferro eſt apta fieri.quædã aũt fieri poſſunt ex eadẽ cõi materia,qm̃ ordinantur ad fines, q non requirunt diuerſas materias , & quia finis mouet agens,ideo in aliquibus agens poteſt facere diuerſa ex eadẽ materia,in aliquibus vero non. Auer.aũt in cõmẽto,aſſerit hæc non eſſe vera,niſi in artificialibus,in artificialibus.n.agens facere põt diuerſa ex eadem materia immediate,in naturalibus aũt negat hanc propoſitionẽ.ſed pace Auer.dixerim, hoc quod dicit falſum eſt, qm̃ in naturalibus etiam diuerſa fieri poſſunt ex eadem materia immediate,vt ex igne immediate fieri põt,& aer,& aqua,& terra:nam contingit quodlibet elementum immediate fieri ex quolibet. fortaſſe quiſpiam diceret pro defenſione Auer. ꝙ quæ dicit Auer. intelligenda ſunt de ſubſtantiis perfectis,vt ſunt miſta, in talibus.n.diuerſa immediate non poſſunt fieri ex eadem materia,ut Auer.aſſerit octauo li. Auſcultationis Phyſicæ. Cõm.46. Sed contra, nam ex eodẽ pane immediate generãtur quatuor humores,vt medici dicunt.conſtat aũt humores eſſe ſubſtantias miſtas, ac perfectas. propterea dicendum,ꝙ propoſito Auer.eſt ſolum intelligẽda de ſubſtantiis animatis, & quidẽ perfecta animatione , vt de homine,& boue,& id genus,vt in cõm.lib.8. Phyſi. expoſuimus.deinde corollarium deducens,dicit{ſi ergo)agentem cauſam{contingit idem facere ex alia)ac alia materia, hoc eſt ex diuerſis materiis , vt Cyphũ ex ære,& ligno{palam eſt qm̃ ars,& principium,quod eſt vt mouens,eſt idem)& probat ex oppoſito deducendo oppoſitum,& dicit{nam ſi & materia ſit altera)atque altera { & mouens) alterum ſubaudi , atque alterum { & quod factum eſt) etiam ſubaudi erit alterum atque alterum.quare non poteſt idem fieri ex diuerſis materiis, niſi quia agens eſt idem , & ſm vnum idolum ſe habens.Auer.autem ex malis tranſlationib⁹ velle videtur,ꝙ corollarium ſit,in tribus conſiſtens, & ꝙ ars ſit principium mouens,& agens,& ꝙ ſi materia, ſit aliud ab arte, motor ſit aliud à materia , & ꝙ artificiatum ſit aliud à materia,& motore:quę vt patet,verbis græcis omnino diſſona ſunt,nec ad propoſitum . Quæ Auer. Cõm. 12.

Quando itaq; aliquis quæſierit quænam cauſa ſit (quoniam multis modis dicuntur cauſæ)omnes cauſas oportet dicere,quæ cõtingunt. ut hominis,quæ nam cauſa,ut materia, menſtrua utiq;. Quid autem, ut mouens, ſperma utiq;. quid ut ſpecies,quod quid erat eſſe. quid ut cuius cauſa,finis. forſitan autem hæc ambo idem ſunt.

Expoſitores volunt, ꝙ hic Ariſt.determinet de materia ipſa per comparationem ad cæteras cauſas : quæ expoſitio non eſt diſſona,verum Auer.vult,ꝙ Ariſt.declaret, ꝙ quando voluerimus aliquid cognoſcere per ſuam cauſam ſciamus omnes modos cauſarum, quos illud habet,nam tunc ſcientia erit perfecta.deuenit aũt Ariſt.in hanc declarationem,qm̃ cum declaraſſet materiam & formam eſſe rerum materialiũ cauſas , ne quis credat rerum non eſſe cauſas alias,niſi has,exponit, ꝙ effectus naturales,cum habeãt quatuor cauſas,per oẽs, debeant cognoſci.& dicit{quando itaq; aliquis quæſierit,quæ nam cauſa ſit)rei alicuius{qm̃ multis modis dicuntur cauſæ)nam quatuor ſm Ariſt. quinque autẽ ſm Platonem.addit.n.Plato cauſam exemplarem{oẽs cauſas oportet dicere,quæ contingunt) eſſe illius effectus.dicit,quæ cõtingunt fortaſſe propter res diuinas, quæ ſm nonnullos non habent niſi finalem cauſam. vel dicit,hoc propter ea,quæ materiæ neceſsitate contingunt,quæ nullam habent cauſam præter materialẽ. & quæ dixit exponit exemplis,& dicit{vt hominis quę nam cauſa vt materia)eſt{menſtrua vtiq;) quid vero per ſanguinem menſtruum ſit intelligendum in diſputatione patuit,non.n.intelligendum eſt ſanguinẽ , qui omni menſe fluit,ſed eum ſanguinem,quem mulier in delectatione emittit:qui eiuſdem ſpeciei eſt cum illo,licet non ſm illum modum,cum ſit albior,ac magis cõcoctus{quid autem vt mouens ſperma vtiq;) nam ſemen maris actiue concurrit, menſtruus ſanguis paſsiue ſm Ariſt. {quid autem) cauſa ſit {vt ſpecies) ac forma, eſt ipſum {quod quid erat eſſe) quod ſignificatur per definitionem{quid vt cuius cauſa,finis eſt)finis.n. eſt cuius cauſa fit,quod fit & ne quis credat has cauſas omnes eſſe penitus diuerſas, ſubdit{forſitan autẽ hæc ambo idem ſunt) nam vt Auer.inquit, forma, quæ eſt terminus generationis,eadem eſt finis generationis, & forma eius materiæ,in qua inducta eſt, quare ſubiecto quidem idem ſunt,ratione differunt. Quæ Auer. Cõm. 12.

Oportet autem & proximas cauſas dicere, quæ ut materia ſunt,non ignem,aut terram,ſed propriam. Circa naturales igitur ſubſtantias, & generabiles neceſſe eſt ſic uerſari ſiquis recte uerſatur,ſi profecto hæ cauſæ & tot, & oportet cauſas cognoſcere.

Quia dixit res cognoſci per omnes cauſas , & cauſæ ſunt propinquæ , & remotæ , nunc declarat per quas cauſas res cognoſcuntur, & dicit{Oportet autem) ad cognoſcendum res ipſas perfecte { proximas cauſas

dicere, quę vt materia ſunt nõ ignem, autẽ terram, ſed propriam) dixi ad cognoſcendum res ipſas perfecte qm̃ per cauſas remotas res cognoſci poſſunt, imperfecte, vt dicitur primo poſteriorum. perfecte autem res cognoſci non poſſunt, niſi per cauſas proximas, & exẽplum attulit ſignanter de materia, non ꝙ ſolum de materia hoc quod dicit, intelligat, ſed per exemplũ in materia, voluit intelligere idem in omnibus aliis cauſis, nã per nullam cauſam remotam res poſſunt perfecte cognoſci. tũc epilogat, & dicit{circa naturales igitur ſubſtantias, & generabiles, neceſſe eſt ſic verſari, ſiquis rẽcte verſatur}nam qui imperfecte verſatur, non oportet proximas cauſas cognoſcere, dico quòd oportet ſic verſari{ſi profecto hæ cauſæ) ſint, quas diximus {& tot, & ſi oportet cauſas cognoſcere) pro rerum ſciẽtia. addit ſi {hæ & tot cauſę illius ſint) cuius perfectam ſcientiam quęrimus, propter res, quæ non tot cauſas habent vt res fortuitæ, quæ fiunt neceſsitate materiæ, addit{& ſi oportet cauſas cognoſcere) propter ſcientiam perfectã, quam dij habent de ſe, quæ nõ per cauſas eſt.

In naturalibus autem ſubſtantiis, ſempiternis quidẽ, alia ratio eſt, forſan. n. quædam non habent materiam, aut non talem, ſed ſolum ſecundum locum mobilem.

Siue velit declarare vtrum materia ſit in omnibus ſubſtantiis eodem modo, vt quidam exponunt, ſiue velit nunc agere de materia per comparationẽ ad ſubſtantias ſempiternas, Ariſt. declarat quõ materia ſit in ſubſtantiis ſempiternis. Deuenit autem ad hanc declarationem, qm̃ cõcluſit proximo textu eum, qui vult ſubſtantias generabiles cognoſcere, oportere omnes cauſas cognoſcere, & potiſsimũ proximas: & ne quis credat hoc eſſe vniuerſale in omnibus, declarat in ſempiternis non eſſe materiam, & hoc, vt innuat illa non eſſe cognoſcenda, per omnes modos cauſę, ſed ſolum per eos, quos habet. vnde dicit {in naturalibus autem ſubſtantiis, ſempiternis quidem alia ratio eſt) ſubaudi cognoſcendi per omnes cauſas, ab ea ratione, quæ eſt cognoſcendi res generabiles, & ꝙ ſit alia ratio cognoſcendi, declarat, & dicit{forſan. n. quædam) ſubſtantiæ ſempiternæ{non habent materiam) aliquo pacto{aut) ſi habent materiam aliqua ratione, habent materiam {non talem) qualem habent ſubſtantiæ generabiles, quæ materiam habent, quæ eſt in potentia ad tranſmutationem{ſed) materiam habent{ſolum ſm̃ locum mobilem}hoc eſt quę eſt in potentia ad motum, atq; ad diuerſa vbi. cum. n. tranſmutatio fecit cognoſcere materiã, vt Auer. dicit hic, eo modo ſubæ ſempiternę materiam habent, quo ſunt tranſmutabilia, & cum non ſint tranſmutabilia, niſi ſecundum locum, qm̃ ſunt in potẽtia ad diuerſa loca, ideo ſolum materiam habent ſm̃ locum mobilẽ. ſed dices, cum dixit quædã nõ habere materiam, nonne omnia non habent matetiam, nullum corpus cœleſte habet materiam. Auerroes reſpondet ꝙ per ſempiternas ſubſtantias intellexit vniuerſaliter tã corpora cœleſtia, quæ ſunt ſempiterna ſm̃ totum & partes, q̃ elementa, quæ ſm̃ totũ quidem ſempiterna ſunt, ſm̃ partem vero corruptibilia. & quia dixit in ſempiternis eſſe aliam rationem cognoſcendi, ne qs credat in omnibus ſempiternis eſſe aliam rationem cognoſcendi, dixit{forſan. n. quædam non habent materiam) dico quædam, qm̃ aliqua habent materiam, vt elementa, quæ ſunt ſempiterna ſm̃ totum, quædam non, qm̃ non cœleſtia corpora: hæc. n. non habent materiã quæ ſit in potentia ad tranſmutationem. ſed ſolũ materiam mobilem: quæ eſt in potẽtia ad diuerſa. vbi ſed dices omnis materia intelligit per hoc qđ eſt in potentia ad formam & ad illius priuationem, modo materia cœli non eſt in potentia ad motum, & ad priuationem motus. igitur non debet dici materia ſm̃ locũ mobilis. & dicendum ꝙ corpus cœleſte eſt in potentia ad motum, & ad priuationem motus, quæ eſt quies, vt Auer. ait. 12. lib. huius. qm̃ cœlum mouetur reuolutione hodierna, & eſt in potentia ad reuolutionem craſtinam, et ad priuationem reuolutionis hodiernæ. & ſic recte dicitur materia mobilis. verum de re hac alibi diſputauimus. animaduerte ꝙ Auer. ait cœlũ cõponi. ex anima & corpore non tñ viuere ac animata eſſe per animam. non. n. viuunt vitam quæ eſt alia ab anima, vt viuunt mortalia. ſed viuunt vitã, quæ eſt eſſentia aĩæ, & proptere a laudat Them. quod ſtellæ aut non habeãt materiã, aut habeant per ęquiuocationem. hæc ſunt. quæ dicit. Cõm. 41

Qua Auer. Cõm. 12. Communiter tenere à Peripateticis eſſe in cœlis, vero materiam alterius tamẽ rationis à materia horum inferiorum.

Nec quæcunq; itaq; natura quidem ſunt, non autem ſubſtantia, eſt in his materia, ſed quod ſubiicitur ſubſtãtia, ut quæ cauſa eclipſis, quæ materia: non. n. eſt ſed luna eſt id, quod patitur. Quæ cauſa ut moueos, et corrumpens lumen terra eſt. Quid autem, cuius gratia, forte non eſt. Quid uero, ut ſpecies, ratio eſt, ſed non manifeſta, niſi cum cauſa ratio fuerit, ut quid eclipſis priuatio luminis, ſi uero addatur à terra in medio obiecta, etiam cum cauſa ratio hæc eſt. TEX. 13.

Cum dixiſſet in ſempiternis ſubſtantiis non eſſe materiam. niſi quæ dicitur ſubiectum motus, amplificat ſermonem etiam ad accidentia naturalia, vt innuat, ꝙ etiam in talibus ſit altera ratio cognoſcendi per oẽs modos cauſæ. & dicit{nec quæcunq; itaq; natura) hoc eſt ſm̃ naturam ſunt { non autem ſubſtantia) hoc eſt ſm̃ ſubſtantiam {eſt in his materia:) q. d. nec in accidentibus naturalibus eſt materia, quæ eſt in potentia ſimpliciter ad eſſe, & ad non eſſe{ſed quod ſubiicitur eſt ſubſtantia) ſed bene ſuba, quæ ſubeſt accidentib⁹, eſt ſubiectum: differt autem ſubiectum à materia, qm̃ ſubiectũ eſt ens in actu ſimpliciter, & in potentia ſm̃ quid, materia vero eſt ſimpliciter in potẽtia, & in actu ſm̃ quid, quatenus eſt ſub forma contraria. declarat quæ dixit per exempla, ꝙ dicit{vt quæ cauſa eclipſis) ſubaudi ſi quæratur, non quæritur{quæ materia, non. n. eſt) materia eclipſis{ſed luna eſt id quod patitur) & ſic nõ materia, ſed ſubiectum aſsignatur. deinde diſcurrit ꝑ alias cauſas, & dicit{quæ cauſa, vt mouens, & corrumpens lumen) reſpondet{terra eſt) videlicet interpoſita inter ſolem, & lunam{quid autem cuius gratia) reſpondet {forte non eſt) nam ea, quæ ad defectum pertinent, nõ ſunt propter finem, ſed magis proueniunt neceſsitate materię, aut neceſsitate agentis. & dixit{forſan) qm̃ cauſa finalis eclipſis adeſt, cũ accidat ꝑpter bonũ vniuerſi, nam ex eclipſibus oriuntur multi boni effectus in hoc mundo ſublunari, vt Ptolomæus declarat libro apoteleſmacum, quæ cauſa finalis cũ ſit latens, dixit {forſan. quid vero) cauſa ſit{vt ſpecies) & forma, reſpondet{ratio eſt, nõ manifeſta, niſi ratio fuerit) aſsignata {cũ cauſa). ſ. effectiua{vt quid eclipſis) reſpondit { priuatio luminis) & hæc ratio non manifeſta eſt, qm̃ non eſt aſsignata cũ cauſa effectiua{ſi vero addatur à terra in medio obiecta etiam cum cauſa) effectiua {ratio hæc eſt) & manifeſta. ſed dices, ſi ratio aſsignetur cũ cauſa effectiua, tunc ſpecies non erit ratio. dicendum ꝙ ſpecies erit ratio ſm̃ modũ loquendi logicorum, qui omnẽ definitionẽ vocãt rõnem qđ eſt, & hoc ſufficit. Auer. aũt

voluit

voluit Ariſt. locutũ eſſe de accidentib' q̃ accidũt corporib' cœleſtib', vt p exemplũ vr. ſed reuera, licet exéplum primũ ſit in accidentib' cœleſtiũ corporum. tñ aliud exemplũ eſt in accidentibus corporũ mortalium.

Somni uero non eſt manifeſtum quid ſit primum patiens ſed q̃ animal ſit, uerum eſt. ſed hoc ſecundum quid, & quid eſt primum? cor ne, an aliquid aliud? deinde à quo? Poſtea quæ illius. & non ipſius totius paſsio eſt, q̃ ſit immobilitas talis, ſit utiq;, ſed hæc eſt per aliquid quod patitur primum.

Secundo declarat in alio accidente, q̃ ſit altera ratio cognoſcendi p quatuor cauſas, quã erat in rebus naturalibus, & exéplificat de ſomno, cuius non eſt aſsignare materiam, ſed ſubiectũ, licet de ſuo ſubiecto ſit dubitatio, & dicit {ſomni vero non eſt manifeſtum quid ſit primũ patiens} quod habetur loco materiæ & ſubiecti {ſed q̃ animal ſit} patiens ſomnum {verũ eſt, ſed hoc} .ſ. animal {ſm quid} patitur {& quid eſt primũ} patiens {cor ne, an aliquid aliud} immanifeſtũ eſt. nã alij dicũt primũ patiẽs eſſe cerebrũ, alij cor. & dato q̃ notũ ſit primum ſubiectũ, vt q̃ ſit cor, oportet {deinde} conſiderare {à quo} ſit ſomnũ, vt ab efficiẽte cauſa, vtrũ ab euaporatione cibi, an à frigiditate cerebri, quæ vapores cõprimit ad cor {poſtea quę illius} .ſ. cordis {& non ipſius totius paſsio eſt} .ſ. animalis, hoc eſt tertio dubium eſt de eo, quod habet rõnem formæ in ipſo ſomno: vtrum ſit quies oĩum ſenſuum, & ſi dicat̃ {q̃ forma ſomni ſit immobilitas talis} qua quieſcunt ſenſus {ſit utiq;} ita {ſed hæc eſt, per aliquid, quod patitur primũ} vt p cor, vel cerebrũ, & ſic non ſufficit dicere, q̃ ſit immobilitas ſenſuũ, niſi addat̃ illud, qđ eſt primũ ſubiectũ. per quæ vult hẽre, q̃ ẽt in ſomno materia nõ vera materia, ſed eſt ſubiectũ, qđ patitur primũ. Auer. aũt in his duobus exemplis aliter exponit. vult. n. q̃ Ariſt. in primo exemplo de eclipſi oñdat q̃ forma, & cauſa propter quã eſt forma. ſ. cauſa effectrix non ſint eadẽ. nam ſiquis definiet eclipſim lunæ dicendo q̃ ſit priuatio luminis in luna, aſsignauit materiã, & formã, non tñ erit perfecta definitio, qm̃ in ea non ponitur cauſa effectiua, quę eſt interiacentia terræ. in ſecũdo vero exẽplo vult, qđ Ariſt. declaret quod definitio data per formam, ſit diminuta, niſi addat̃ propriũ ſubiectũ, & cauſa effectrix propria, vt ſi dicimus quod ſomnus ſit immobilitas aĩalis, & nõ dicatur cordis, nec dicatur quod ſit cauſata ab inſpiſſatione vaporũ, quę fit à frigiditate cerebri, diminuta eſt. quare per hæc exẽpla vult habere ſm Auer. quod definitio perfecta rei generabilis conſtare debeat ex oĩbus cauſis proximis, quæ expoſitio nullo pacto conſonat verbis Ariſt. Ariſt. n. propoſuit declarare, quod nec in accidentibus naturalibus ſit materia proprie dicta, & ita nec aliæ cauſæ proprie dictæ, & ſic altera ratio cognoſcendi eſt in talibus, q̃ fuit in rebus generabilibus.

Que Auer. Com. 13.

CAP. VII.

Declaratur non omnia contraria viciſsim fieri, nec omnium eſſe materiã. & q̃uo cuiuſq; materia ad cõtraria ſe hẽat.

TEX. 14 *Quoniam uero quædam ſine generatione, & corruptione ſunt, & non ſunt, ut puncta, ſiquidẽ ſunt, et omnino ſpecies, et forma (non. n. album fit, ſed lignum album, ſi ex aliquo, & aliquid fit, omne quod fit) non omnia utiq; contraria fient ex inuicem, ſed aliter albus homo ex nigro homine, & album ex nigro.*

Iis declaratis infert corollariũ primo, quod non oĩa contraria fiant ex inuicem, qm̃ non formæ contrariæ, ſed cõpoſita contraria ex inuicem fiunt. Probatur, quę non fiunt, non fiunt ex inuicẽ: formã cõtrariæ nõ fiũt, ſed cõpoſita contraria: igitur formæ contrarię ex inuicẽ nõ fiunt, ſed cõpoſita contraria. in textu declaratur minor exẽplis, & ratione, & infertur concluſio: declarando minorem dicit {qm̃ vero quędã ſine generatione, & corruptione ſunt, & nõ ſunt, vt puncta} et cætera indiuiſibilia {ſiquidẽ ſunt} quod addit, qm̃ quidã negabant indiuiſibilia {& oĩno ſpecies, & formæ} indiuiſibilia. n. ſunt non per gñationẽ propriã, ſed per gñationẽ eorum quorũ ſunt. & formæ ſunt non per propriã generationẽ, ſed per gñationem compoſitorum, quorũ ſunt. præterea indiuiſibilia nõ ſunt, non per propriam corruptionem, ſed per corruptionem rerum diuiſibilium, & formæ ẽt corrumpuntur corruptione cõpoſitorum: hanc probat antequam inferat concluſionem, & dicit {non. n. album fit} hoc eſt albedo {ſed lignum album} fit, cuius cauſam aſsignat {ſi ex aliquo} vt ex materia {& aliquid} .ſ. compoſitum {fit, omne quod fit} per quæ vult habere hanc minorem, quod formę contrariæ non fiant. tunc infert concluſionẽ, & dicit {non oĩa vtiq; conrraria fient ex inuicem} qm̃ non formę cõtrariæ {ſed aliter albus homo} fit {ex nigro homine, &} aliter {album} hoc eſt albedo {ex nigro} hoc eſt nigredine. albus. n. homo fit ex nigro homine per ſe albedo vero ex nigredine fit per accidens, quatenus compoſitũ fit ex compoſito. Auer. autem vult, quod Ariſt. inferat non omnia contraria fieri ex inuicem, qm̃ non contraria vniuerſaliter, ſed determinata ex determinatis, vt homo albus fit ex homine nigro, & album ex nigro. qđ autem nõ contraria vniuerſaliter: declarat, qm̃ rerum aliæ ſunt per veram generationem & non ſunt per veram corruptionem, aliæ ſunt generabiles, & corruptibiles per accidens, vt puncta, & formæ vniuerſales. qm̃ vt dicit, nõ generatur album vniuerſale, ſed generatur lignum album ſingulare, aut lapis albus. cauſa eſt qm̃ omne quod per ſe generatur ex ſubſtantia, ex aliquo generatur, ſcilicet ex materia, & ipſum eſt aliquid compoſitum, & totum quod generatur. & ſic vniuerſales formæ contrariæ non generantur. tunc ex hoc infert nõ omnia contraria ex inuicem fieri qm̃ non vniuerſalia, ſed contraria determinata ex determinatis, quæ expoſitio nulla tenus verbis Ariſt. conuenit, vt legenti verba græca patet. Que Auer. Com. 14.

Neq; cuiuslibet materia eſt, ſed quorum generatio, atq; mutatio ex inuicẽ eſt. Quæ uero ſine mutatione ſunt, aut non ſunt, non eſt horum materia.

Aſsignat ſecundum corollarium, & ait non omniũ eſſe materiam, qm̃ non eorum, quæ non habent generationem, ſed eorum, quorum generatio eſt, & dicit {neq; cuiuſlibet} rei {materia eſt, ſed quorum generatio, atq; mutatio eſt ex inuicem} vt compoſitorum cõtrariorum {quæ vero ſine mutatione ſunt, aut nõ ſunt} vt formæ accidentales {non eſt horum materia} ſed vice materiæ eſt ſubiectum. Sed dubitatur, qm̃ tunc formarum ſubſtantialium non eſſet materia: qm̃ formæ ſubſtantiales nec per ſe generantur, nec per ſe corrumpuntur. dicendum quod licet formarum ſubſtantialiũ non ſit generatio, tñ generatio per ſe eſt compoſiti, cuius forma eſt pars: at ipſius compoſiti ex ſubſtantia, & accidente non eſt generatio ſimpliciter dicta, ſed ſm quid, & ideo accidentis non erit materia ſimpliciter dicta. ſed ſubiectum vice materiæ. Auer. autem velle Dubitatio pulchra. Que Auer. Com. 14.

videtur quod Ariſt.concludat non eſſe vnam communem materiam eiuſdem rationis omnium, niſi quorũ eſt generatio,& corruptio.& cum ipſorum cœlorum nec ſit generatio,nec corruptio, materia non erit eiuſdem rationis in illis,& in his.quæ expoſitio non conuenit textui, q̃m Ariſt. vult eorum non eſſe materiam, quæ ſine generatione ſunt,& non ſunt: qualia ipſa corpora cœleſtia eſſe non poſſunt,cum ſint æterna.

De materia cœli ſecundũ Auerroes.

Habet autem dubitationẽ q̃uo uniuſcuiuſq; materia ſe habet ad contraria. Vt ſi corpus ſit potentia ſanum, contrariũ uero ſanitatis infirmitas ſit,tunc ambo potentia eſt. Et aqua potentia, & acetum,& uinũ ſit. An huius quidẽ ſecundum habitum, & ſecundum ſpeciem materia,illius uero, ſecundũ priuationem,& corruptionem præter naturam eſt.

Mouet duas quæſtiones.& prima eſt, q̃uo materia ſe habeat ad contraria, vt vtrum omnia contraria reſpiciat æquæ primo,vt corpus humanum æque primo reſpiciat ſanitatem & ægritudinem, & aqua æque primo reſpiciat vinum,& acetum.poteſt.n.aqua tranſmutari in vinum & acetum,ideo quærit, vtrum æque primo reſpiciat vtrunq;.& iuſta hanc expoſitionem lege verba {habet autem dubitationem q̃uo vniuſcuiuſq; materia}hoc eſt q̃uo communis materia{ſe habeat ad contraria, vt ſi corpus ſit potentia ſanum, contrarium vero ſanitatis infirmitas ſit, tunc ambo potentia eſt} ideo quæritur vtrum æqualiter ſit potentia ambo, ita vt reſpiciat æqualiter vtraq;{& aqua potentia & acetum & vinum ſit}poteſt.n.aqua tranſmutari in vtrũq;, & in vinum,& acetum,ideo quęritur vtrum aqua ęque primo reſpiciat ambo.Auer.autem aliter quæſtionem exponit.vult.n.quod Ariſt.quærat, vtrum communis materia ſit in potentia ad vtraq; cõtraria æqualiter ſm mutuam ac reciprocam ſucceſsionem.ita vt cum fuerit ſub vno contrario ſit immediate in potentia ad alterũ. veluti cum corpus fuerit ſanum, immediate ſit in potentia ad ægritudinem,& cum fuerit ægrum,immediate ſit in potentia ad ſanitatem:& cum aqua fuerit vinũ, ceſſet potentia ad vinum, & immediate ſit in potentia ad acetum,& cum fuerit acetũ,ceſſet potẽtia ad acetũ, & ſit immediate in potentia ad vinum.Hæc eſt expoſitio Auer.& placet.reſpondet Ariſt. ſm primam expoſitionem,ꝙ communis materia non æque primo reſpicit hæc,nam alterum reſpicit vt formam, & habitum, videlicet vinum,alterum vt priuationem,& corruptionem,vt{acetum}eſt.n.acetũ vini corruptio,& ita aqua non poteſt reſpicere acetum niſi prius reſpiciat vinum q̃m non poteſt aqua fieri acetum,niſi prius fiat vinum, cum acetum ſit corruptio vini, & per aquam intelligit communem materiam vini,& aceti, quæ poteſt reſpicere vinum,& mediante vino reſpicit acetum,& communi nomine dicatur liquor vuarum,qui cum ſit humidus,dici poteſt aqua,vt dicitur.4.Meteo. eſt tñ multũ vt patet.& dicit{An huius quidem ſm habitum,& ſm ſpeciem materia eſt}videlicet vini,& ſic per prius reſpicit vinum{illius vero ſm priuationem & corruptionẽ præter naturam}& ſic ſecundario,q̃m non niſi mediãte forma vini, q̃m nihil fieri poteſt acetum, niſi prius ſit vinum.melius autem Auer. exponit. innuit.n. ipſe hanc diſtinctionem,quod contraria bifariam ſint, alia vere contraria,quæcunq; ex equo ſunt inuicem cõtraria,vt ſanum,& ægrum circa animal,non .n. ſanum eſt magis via in ægrũ, quã ægrum in ſanum:alia ſunt contraria,quorum alterum ſaltem per accidens eſt via in alterum,vt vinum & acetum.eſt.n. vinum via in acetũ q̃m nihil fieri poteſt acetum,niſi prius fuerit vinum. at acetum non poteſt fieri vinum, q̃m acetum nõ poteſt verti in vinũ,cum ſit vini priuatio, & corruptio. tunc Ariſt.reſpondet,quod materia ſm mutuam potentiarum ſucceſsionem ſe habet æqualiter ad contraria primo modo.nam cum corpus humanum eſt actu ſanum mox, ceſſat potentia ad ſanitatem, & erit potentia ægrum.& cum actu ægrum fuerit,ceſſat ſtatim potentia ad ægrum,& erit potentia ſanum. ad contraria ſecundo modo,materia non ſe habet ęqualiter;non.n. cum materia vini eſt ſub forma aceti,ſtatim erit in potentia ad vinum,nam cum acetum ſit corruptio vini, non poteſt reuerti in vinum,vnde dicit{an huius quidẽ ſm habitum & ſpeciem materia eſt} videlicet vini {illius vero}.ſ.aceti{ſm priuationem, & corruptionem præter naturam eſt}quare cum non ſint vere contraria,ſed ſm priuationem,& habitum, nõ oportet vt materia reſpiciat vtraq; ſm mutuam potentiarum ſucceſſionem æqualiter,ſed vinum per prius,& mediante vino reſpiciat acetum.

Quæ Auer. Com.14.

Dubitatio autem quædam eſt & propter quid uinum nõ eſt materia aceti:neque potentia acetum.et tñ fit ex ipſo acetum. & uiuens potentia mortuus.

Hic affert ſecundam dubitationem, & eſt, propter quid vinum aceti materia non eſt,nec potentia acetũ, & propter quid viuens non eſt potẽtia & materia mortui.videtur quod debeant eſſe, nam illud eſt materia, ex quo fit res:ſed acetum ex vino, & mortuum ex viuente fit:igitur vinum aceti,& viuens mortui materia eſt.dicit{dubitatio autem quędam eſt,& propter quid vinum non materia aceti eſt,nec eſt potentia acetum} & tangit vim rationis,quod debeat eſſe, & dicit{& tñ ex ipſo fit acetum}ergo eſt aceti materia.ſimili ratione dubitatio eſt,cur{viuens}non eſt{potentia mortuus} nam ex viuente etiam fit mortuus. Auer. autem quæſtionem intelligit hoc modo{propter quid vinum nõ eſt materia aceti,nec potentia acetum} ita vt quemadmodum ex vino acetum,ex aceto vinum fiat{&}propter quid{viuens}non eſt{potẽtia mortuus} ita vt quẽadmodum ex viuo fit mortuus,ex mortuo fiat viuens, non.n.vr̃ maior ratio de vno,quã de altero.quæ expoſitio eſt parũ violenta:vt cõſideráti græca verba patet.

Quæ Auer. Com. 14.

An non,ſed ſecundũ accidens corruptiones? Animalis.n. materia hæc ſecundum corruptionem mortui potentia et materia eſt: & aqua aceti. fit.n. ex his ut ex die nox.

Reſpondet,& dicit{an non} vinum eſt aceti materia,nec viuens mortui{ſed}acetum & mortuum ſunt {corruptiones}illorum{ſm accidens}materiæ vero,ex qua illa ſunt corruptiones per ſe.quo vero ad ſolutionẽ attinet,animaderte,quod mortuum & acetum cũ ſint corruptiones,atq; priuationes proprie & per ſe,vt ſubiecti ſunt materiæ ex qua fit viuens, & ex qua vinum fit.vini autem & viuentis per accidens,vt ſubiecti ſunt priuationes & hoc probat,& dicit{animalis.n.} ipſa {hæc materia ſm corruptionem}ſubaudi ipſius animalis{eſt}per ſe{potentia,& materia mortui, & aqua vini}nam huiuſmodi materiæ ſunt per ſe ſubiecta priuationum:viuum autem, & viuens ſunt ſubiecta per accidens ratione qua conſtant ex ea materia, quæ recipit illorum corruptiones. & cum dicebatur ex vino fieri acetũ, & ex viuo mortuum:igitur vinum eſt aceti ma-

teria,

teria,& viuens mortui:negat conſequentiam, & cauſam aſsignat,& dicit{ſit.n. ex is).ſ.acetum ex vino,& mortuum ex viuente,non vt ex materia,quæ eſt per ſe ſubiectum illorum{ſed vt ex die nox)hoc eſt,ſed vt ex termino à quo.Patet igitur,quod acetum eſt vini corruptio,vt termini à quo, materiæ autem vini, & per ſe ſubiecti.ſimiliter mortuum eſt corruptio viuentis, vt termini à quo,materiæ autem viuentis,vt per ſe ſubiecti.hæc ſm Auer.non ſunt ſolutio dubitationis, ſed eſt quædam ſuppoſitio,ex qua in textu ſequenti ſoluit dubitationem.

Et quæcunq; itaq; ſic transmutãtur ad inuicem,ad materiã oportet redire.ut ſi ex mortuo aĩal,in materiã primum, deinde ſic aĩal,erit.et acetum in aquam,deinde ſic uinũ erit.

Ex his concludit,quod ſi in talibus debeat fieri reditus ſaltem in idem ſpecie, oportet fieri reſolutionem vſq; ad primam materiam.vt ſi ex mortuo debet fieri viuens dabet fieri reſolutio vſq; ad elementa, quæ ſunt communis materia viuentis & mortui,& ſi ex aceto debet fieri vinum,debet fieri reſolutio vſq; ad aquam, dato,quod aqua ſit communis materia vtriuſq;,dicit {& quæcunq; itaq; ſic tranſmutantur ad inuicem)vt ex vino acetum,& ex viuente mortuum,& è contrario {ad materiam)communẽ eis{oportet redire vt ſi ex mortuo)debeat fieri animal ipſum viuens,ſaltem idem ſpecie{primum in materiam) communem debet mortuũ redire{deinde ſic)reſolutione facta{animal erit, & acetum in aquam)quæ eſt vini & aceti communis materia redire debet{deinde ſic) reſolutione facta {vinũ erit) dixit autem {quæcunq; ſic tranſmutantur)qm̃ quę nõ tranſmutantur inuicem, vt vinum & acetum, ſed, vt contraria poſitiua, non oportet fieri reſolutionem ad communem materiam primam,ſi ex altero alterum,et è conuerſo fiat.põt.n.calidum ex frigido,& frigidũ ex calido fieri non facta reſolutione ad primã materiã.& cum dixit {trãſmutantur inuicem}intelligit nõ quod redeat idem numero,qm̃ ſm Ariſt. redire idem numero per naturam non poteſt,ſed idem ſpecie.Auer.autẽ

Quæ Auer. Com.14. voluit quod Ariſt.ſoluat quæſtionem,qm̃ facta ſuppoſitione,nunc ſoluit,& vult quod ea quæ in hunc modũ tranſmutantur,vt ex vino acetum & ex viuente mortuum,non fiat reciprocus reditus,niſi per medium. nã primum mutatur in medium, & medium in vltimum, vt cum ex viuente mortuum fit,ex mortuo non fiet viuens,donec mortuum reuertetur in quarta elementa, & deinde formę quatuor elementorum per admiſtionem reducentur in medium, & rurſus fiet viuens hæc eſt ſolutio ſm Auer.

CAP. VIII.

TEX.15. *De dubitatione uero dicta & circa definitiones, & numeros,quæ nam cauſa eſt,ut unum ſint,deinceps dicendum eſſe uidetur. Omnium.n. quæcunq; plures partes habent,& non ſunt totum,ut cumulus, ſed ſunt aliquod totum præter partes,eſt aliqua cauſa. quoniam & in corporibus his quidem tactus cauſa eſt, ut ſint unum. Aliis uero uiſcoſitas, aut aliqua alia paſsio talis: definitio uero ratio eſt una, non coniunctione, quemadmodum Ilias, ſed quia unius eſt: quid igitur eſt quod facit unum hominem, & propter quid unum, & non multa ſunt, utputa animal bipes?*

Cum in ſeptimo libro diſputaſſet de vnitate numeri,& de vnitate definitionis,nũc proponit diſputare de cauſa vnitatis definitionis,& rei definitæ,& dicit{de dubitatione vero dicta circa & definitiones,& numeros) videlicet in ſeptimo huius{deinceps in hoc libro dicendum eſſe videtur quæ nam cauſa eſt, vt ſint vnum)in quibus duo ſupponit,& aliud quærit: ſupponit.n. primo numerũ eſſe vnum,& definitionem eſſe vnam. ſecundo quod vnitatis definitionis ſit aliqua cauſa.quærit autem de definitione prætermittens numerum,cur vna ſit,quæúe cauſa ſuæ vnitatis.& quia ſecundo ſuppoſuit ipſius definitionis vnitatis eſſe aliquam cauſam, hoc ſyllogizat hoc pacto.Omnium,quæ plures partes habent,& ſunt totum non vt cumulus,ſed ſunt totum præter partes,eſt aliqua cauſa ſuæ vnitatis.declarat hãc exemplo corporum, quę non ſunt vnum totum, niſi aut contactu, aut glutine, aut clauo, aut id genus: ſed definitio eſt quoddam totum vnum,non vt cumulus:igitur eius eſt aliqua cauſa ſuæ vnitatis: non igitur fruſtra quęritur.de ratione tangit maiorẽ,& dicit{omnium.n.quæcunq; plures partes habent,& non ſunt totum,vt cumulus,ſed ſunt aliquod totum)& vnum{pręter partes eſt)ſuæ vnitatis{aliqua cauſa)hæc eſt maior. deinde probat eam argumento ſumpto à corporibus, & dicit{qm̃ & in corporibus his quidem tactus cauſa eſt,vt ſint vnũ:aliis vero viſcoſitas aut aliqua alia paſſio talis)vt clauus,hæc eſt probatio maioris.deinde accipit minorem,& dicit{definitio vero ratio eſt vna,nõ coniunctione,vt Ilias)Homeri,quæ eſt cumulus multorum carminum per copulationem coniunctorũ{ſed quia vnius eſt)rei definitæ, & per ſe, concluſio debet eſſe quod vnitatis ipſius definitionis ſit aliqua cauſa: quæ fuit ſecũda ſuppoſitio,qua ſuppoſita quærit{quid igitur eſt quod facit vnum hominem)vnum per ſe definibile{& propter quid vnum,& non multa eſt) ea definitio,quæ eſt {vtputa animal bipes) hæc eſt quæſtio, quæ ſupponit duo,& quærit tertium.

Aliterq; & ſi eſt(ut aiunt quidam)ipſum quid animal,et ipſum bipes, propter quid nam non illa ipſa homo eſt, & erunt ſecundum participationẽ homines,non hominis unius, ſed duorum & animalis & bipedis. Omnino itaq; non erit homo unum,ſed plura,animal,& bipes.

Secundo dubitat in doctrina Platonis, & iterum in tali dubitatione aliud ſupponit.& aliud quærit. ſupponit.n.genus & differentiam, ex quibus conſtat definitio,eſſe ideas ſeparatas,& tantũ ipſa, & quærit propter quid homo non eſt illa ipſa ſeparata. & dicit{aliterq;) ſubaudi dubitatur{& ſi eſt(vt aiunt quidã) ipſum quid animal,& ipſum bipes} hoc eſt ſi genus, & differentia vt animal & bipes ſunt tantum ipſa, & ideæ ſeparatæ, quæ dicuntur ipſa græce αὐτὰ, vt dictum eſt ſeptimo huius.hæc eſt ſuppoſitio.deinde ſubdit, quod quærit, & dicit{propter quid nam non illa ipſa homo) ſingularis{eſt)& probat quod homines eſſe non poſſunt illa. & dicit{& erunt homines ſm participationem nõ hominis vnius)ſi ſunt illa ipſa{ſed duorum)ſeparatorum {& animalis & bipedis)& tunc concludit, quod ſi ita eſt homo non erit quid vnum, & dicit {omnino itaq; non erit homo vnum,ſed plura)illa ipſa videlicet{animal & bipes)patet igitur quod ſi genus, & differentia ſint ideæ,ſpecies,quæ per illa definitur non poterit eſſe vnum.eſt autem hæc dubitatio valida,ſuppoſita opinione Platonis de ideis poſſunt autem,quæ Auer.dicit, Quæ Auer.
trahi ad has quæſtiones, licet cum magna difficultate, Com.15.
tu vero verba ſua conſidera.

Palam itaq;, quoniam ſic quidem acceptantibus, ut conſueuerunt definire & dicere non contingit reddere, & ſolue re dubitationem. Si autem (ut dicimus) hoc quidem materia, illud uero forma eſt, et hoc quidem potentia, illud uero actu, non adhuc dubitatio uidebitur eſſe, quod quæritur.

Pro ſolutione quæſtionum, ſupponit duo: Primum quod Platonici dicentes genus & differentias ideas, ac ſubſtantias. ſeparatas, nec poſſunt reddere cauſam vnitatis hominis, nec ſoluere quæſtionem de vnitate definitionis. nam hoc pacto dicentes, coguntur dicere genus & differentiam eſſe eſſentia actu vtraq;, & cum ex duobus exiſtentibus in actu non fieri poſsit vnum, iſti ita dicentes aſsignare non poſſunt cauſam vnitatis hominis, nec ſoluere quęſtionem de vnitate definitionis. Secundo ſupponit quod in definitione aliquid vt materia, & potentia, aliquid vt forma, & actus ſit, & ſic dicẽtes reddere poſſunt cauſam vnitatis hominis, & ſoluere quæſtionem. dicit {palam itaq; qm̃ ſic quidem acceptantibus, vt conſueuerunt definire & dicere) Platonici, quod genus, & differentia ſint ideę, atq; ſeparatę ipſæ ſubſtantiæ {non contingit reddere) cauſam vnitatis hominis {& ſoluere dubitationem) de vnitate definitionis. deinde tangit ſecundam ſuppoſitionem, & dicit {ſi autem) vt dicimus, in ipſa re quæ definitur {hoc quidem materia, illud vero forma eſt, &) in definitionibus ſubſtantiarũ atq; ſpecierum eſt {hoc quidem potentia, illud vero actu) vt peripatetici aſſerunt {non adhuc dubitatio videbitur eſſe, quod quęritur) hęc de ſuppoſitionibus. Quæ Auer. Com. 15. Auer. aũt vnam ſuppoſitionem faciens, ait, quod ſi quis dixerit definitionem componi ex pluribus ſimpliciter, & non diſtinxerit pluralitatem, quæ eſt in potẽtia ab ea, quæ eſt in actu, non põt quæſtionẽ ſoluere. qui vero dualitatem, quæ in definitione eſt, in materiã & formam diſtinxerit, in materiam dico, quæ potẽtia eſt, & in formã, quæ eſt actus, hic poterit ſoluere quæſtionẽ. Auer. igitur non in Platonẽ hæc retulit, ſed in eos, qui partes definitionis nõ bene diſtinguunt.

Eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus ueſtimenti ſit rotundum æs. Erit. n. hoc nomen huius orationis ſignũ. quare, cum quæritur quæ nam cauſa eſt, ut æs, & rotundum ſit unum, nõ ulterius itaq; dubitatio uidetur, propterea quod hoc quidem materia, illud uero forma eſt. Quid igitur huius cauſa eſt, ſcilicet, ut id quod erat potentia ens, actu ſit, præter id, quod fecit, in quibus generatio eſt. nulla .n. eſt alia cauſa, ut ea, quæ potentia erat ſphæra, actu ſit ſphæra, niſi quia hoc erat quod quid erat eſſe utriq;.

Factis ſuppoſitionibꝰ ſoluit, & primo ſupponit vnũ exemplum, vt ſolutio clarior ſit, & dicit {eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus) hoc eſt definitio {veſtimenti ſit) rotundum æs. nam caſu iſto poſito, quod veſtimenti definitio ſit rotundum æs {erit hoc nomẽ) veſtimentum {ſignum huius orationis) quæ eſt rotundum æs, veluti hoc nomen homo eſt ſignum ſignificãs hanc rationem animal rationale. eſt ergo exemplum quod pro ſolutione ſupponit, vt definitio veſtimẽti ſit, rotundum æs. & ſupponit exemplum in artificialibus, qm̃ primo quæſtionem ſoluit in naturalibus, quæ intelligi poſſunt per ipſa artificialia, & accepit exemplum fictum, ne fiat contentio in exemplis Ariſt. ergo ſuppoſito hoc exemplo, ſoluit quæſtionem, primo in naturalibus, ſecundũ in Mathematicis, & demum in Metaphyſicis, vt ſuis locis videbitur. deinde ſoluens dicit {quare cum quæritur, quæ nam cauſa eſt, vt æs & rotũdum ſit vnum) nõ vlterius {itaq; dubitatio videtur, propterea quod hoc quidem materia) videlicet æs {illud vero) videlicet rotundum {forma eſt) ex quibꝰ fit vnũ. non. n. alia cauſa aſsignanda eſt cur compoſitum illud, videlicet æs rotundum ſit vnum, niſi quia alterum materia & potentia eſt, alterum forma, & actus. at quod eſt actus, cauſa eſſendi vnũ eſt, & materię, & eius quod ex forma, & materia eſt, vt ſecundo de anima patuit. ſed dices cum materia ſit in potentia, quæ nam cauſa eſt vt tranſeat de potentia in actũ, rñdet ꝙ in naturalibus nulla alia cauſa eſt præter agens. vnde dicit {quid igitur huius cuius cauſa eſt. ſ. vt id quod erat potentia ens actu ſit) & poteſt intelligi de materia, & de compoſito. vtrunque. n. antequam actu ſit, eſt in potentia, materia quidem, vt ſub actu fiat compoſitum, vt actu ſit, ideo quærit {quid igitur huius cauſa eſt. ſ. vt id, quod erat potentia ens, actu ſit) reſpondet {præter id quod fecit, in quibus generatio eſt} quaſi dicat nulla alia præter agens, in rebus generabilibus. nam in rebus æternis, in quibus non eſt agens, alia ratio quærenda eſt. et aſsignat cauſam, & dicit {nulla .n. eſt alia cauſa, vt ea, quæ potentia erat ſphæra, actu fit ſphæra, niſi quia hoc erat qđ quid erat eſſe vtriq;) hoc eſt nulla alia niſi agẽs, quod in mente artificis eſt forma, & quod quid erat eſſe vtriq;. ſ. compoſito artificiali, quod eſt ex ære, & figura. Eodem modo in naturalibus agens eſt cauſa, vt id, qđ eſt põa actu ſit. Quo vero ad verba attinet, animaduerte verbũ ἀλλὰ non ſemel Ariſt. accepit pro niſi quia, vt in pſẽti textu. Amplius agens in artificialibus vocat qđ quid erat eſſe, qm̃ eſt forma in mente artificis, at forma vbiq; ab Ariſt. quod quid erat eſſe dicitur, vt omnibus perſpicuum eſt. Ex his patet ſolutio in naturalibus, quod cauſa vnitatis formæ, quæ eſt actus, à quo eſt vnitas, cauſa vero quare id quod erat põa reducatur in actũ, eſt agens in generabilibus. hæc ex verbis Ariſt. quæ male intelligentes nonnulli, in aliam expoſitionem digreſsi ſunt ab Ariſt. mente remotiſsimam. Auer. præſenti commento dicit hoc modo, eſt igitur Quæ Auer. Com. 11. hic aliquid vnum, quod primo eſt in potentia, & poſt transfertur de potentia in actum. tranſlatio. n. hæc nõ largitur multitudinem, ſed perfectionem ineſſe: quia in toto hoc eſt vnum in actu. ex quibus verbis nonnulli colligunt materiam rei non eſſe niſi rem in potentia, vt materia ignis eſt ignis in potẽtia. ignis. n. in potẽtia eſt illemet, qui fit in actu, nã agens trãsferens ignẽ de põa ad actũ, non præbet multitudinem, ita vt ignis actu ſit diſtinctus à materia, quæ erat potentia, ſicut ſubiectũ à ſua forma, ſed ſolum prębet perfectionem, facitq;, vt illemet ignis, qui erat potẽs eſſe ſit actu, qm̃ materia ſm hos non eſt niſi ipſæ æs, quæ poteſt eſſe eſt materia Socratis. {verum de re hac alibi diſputauimus, nunc vero ſatis ſit annotaſſe verbum Auer.

Eſt autem materia alia intellectualis, alia ſenſibilis, & rationis ſemper hoc quidem materia: illud uero actus eſt. ut circulus figura plana.

Auerroes in ſuis verbis innuit duas expoſitiones, prima eſt, vt per hæc, quæ in Mathematicis dicit, velit argumentari à minore ad maius, nã ſi in mathematicis definitio cõſtat ex materia & forma, & forma ĩ illis eſt cã quare definitio eſt vna, quãto magis naturalis definitio cõſtabit ex materia, & forma, & forma erit qua definitio eſt vna. innuit etiam & ſecundam expoſitionẽ, vt di-

vt dicamus quod Ariſt.velit per hæc remouere tacitã dubitationem, poſſet.n.dici non omnes definitiones componi ex materia, & forma, vt ſuppoſitum eſt, qm̃ non definitiones rerum mathematicarum, cum res mathematicæ non ſint in materia, cui reſpondens diſtinguit de materia, & aſſerit in rebus mathematicis eſſe materiam intellectualem, quæ eſt ipſum cõtinuum, non materiam ſenſibilem, quod eſt corpus qualitatibus tactilibus affectum. & ſic definitiones poſſunt cõſtare ex materia intellectuali. & forma intellectuali. hæc Auer. Melius autem dicamus, quod cum ſoluit in naturalibus qõnem motam, nunc ſoluit eam in mathematicis, nam definitiones mathematicæ etiam conſtant ex pluribus, & ita quæri poteſt cur definitio mathematica ſit vna, & quæ ſit ſuæ vnitatis cauſa. ſoluit, & dicit {eſt autem materia) duplex {alia intellectualis) qualis eſt materia figurarum, quas mathematicus conſiderat, & eſt ipſum continuum in geometria, & ipſum diſcretum in arithmetica. omnium.n.figurarum geometricarum materia eſt ipſum continuum, quod continet lineam, & ſuperficiem, & corpus. omniũ autem paſſionum, quas conſiderat arithmeticus, materia eſt ipſum diſcretum, ſiue numerus. ſic igitur materia alia eſt intellectualis, alia ſenſibilis, & eſt materia formarum naturalium, quæ ſubſtantia eſt primis ac tactilibus qualitatibus affecta. & facta diſtinctione dicit {& rationis ſemper) hoc eſt tam phyſicæ, q̃ mathematicæ definitionis {hoc quidem) .i.altera pars eſt {materia hoc vero).i.altera pars {eſt forma) & quod in mathematicis altera pars ſit materia, altera forma, exemplo exponit, & dicit {vt) in definitione hac, quæ eſt {circulus eſt figura plana) vbi Auer. figuram dicit eſſe materiam, & planam ſuperficiem formam, & non bene dicit, qm̃ non ſemper differentia eſt forma, cum enim ipſum accidens definitur in abſtracto, differentia eſt materia, dicimus.n.quod ſimitas ſit cauitas naſi, vbi differentia materia eſt, & genus forma. quare melius dicamus quod figura ſit forma, & plana hoc eſt ſuperficies materia: per quæ patet vnam eſſe definitionem ab vnitate materiæ, qm̃ in accñtibus materia eſt principalis pars, & ſe habet, vt forma in definitionibus ſubſtantiarum. hæc de mathematicarum rerũ definitionibus.

TEX. 16. *Quæcunq; uero non habent materiam nec intelligibilem, nec ſenſibilem: quod quidem ſtatim unum aliquid eſſe eſt, eorum unumquodq; eſt: quemadmodum & quod quidem ens aliquid eſt hoc, quod quantum, aut quale eſt quapropter & non ineſt in definitionibus, nec ens, nec unum, & quod quid erat eſſe ſtatim unum aliquid, eſt ſicut & ens aliquid.*

Soluit qõnem nunc in diuinis ſubſtantiis: habebat autem quæſtio duas partes, altera erat, quæ ſit cã, qua res, quæ definitur, ſit vna: altera, quæ ſit cauſa, qua ſua definitio ſit vna. ſoluit nunc qõnem quo ad primam partem, & aſſerit nullam eſſe cauſam, qua ſubſtantia ab omni materia ſeparata ſit vna, præter ſuam eſſentiã, qm̃ vnaquæq; talis ſubſtantia eſt vna per eſſentiam, & non per formam aduenientem materiæ, quæ ſit cauſa compoſito vt ſit ens, & vnum. dicit {quæcunq; vero non habẽt materiam) omnino, vt {nec intelligibilem) qualem habent figuræ mathematicæ {nec ſenſibilem) qualem habent formæ naturales: vt ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt, quæ oĩ materia penitus carent {eorum vnumquodq; eſt) id {quod quidem ſtatim eſt vnum aliquid eſſe) hoc eſt vnumquodq; eorum eſt id, quod eſt per eſſentiam aliquid vnum eſſe. accepit.n. {ſtatim) pro eo quod eſt per eſſentiam, nam quod eſt vnum per eſſentiam, ſtatim eſt vnum, qm̃ ſe ipſo eſt vnum, & non expectat vnitatem aliunde, veluti à forma, quæ materiæ ſuæ adueniat, cum non habeat materiam, ſed ſit ipſa forma. exponit quod dixerat exẽplo fortaſſe obſcuriori, vbi annotatione dignum, omne quod eſt aut quantum, aut quale, ſtatim eſſe ens. qm̃ non eſt ens mediante differentia. Album.n.eſt ens, non mediante differentia, ſuperficies etiam eſt ens ſine cauſa media, qua eſt ens. deſcendit.n.ens in omnia, quæ ſub decem prædicamentis ſunt ſine mediis differentiis. & ſic omne quod ſub aliquo prædicamento eſt, ſtatim eſt eas, qm̃ non deſcendit ens in illud mediante differentia. veluti animal, & vnumquodq; genus deſcendit mediante differentia in hominem: vel ſuam ſpeciem. vt igitur vnumquodq; ens eſt ens ſtatim hoc eſt ſine cauſa media, ita vnaquæq; ſubſtantia ſeparata ſtatim eſt vna ſine cauſa media. inquit {quemadmodum hoc, quod quantum aut quale eſt) vt ſuperficies, aut album {eſt) id {quod quidem ens aliquid) quaſi dicat ita ſubſtantia ſeparata ſtatim ſine cauſa media eſt quid vnum, ſicut hoc indiuiduum quod eſt quantum aut quale, ſtatim ſine cã media eſt ens. & tu intellige exemplum non eſſe omni ex parte ſimile, nam quælibet ſubſtantia ſeparata eſt quid vnum ſtatim ſine cauſa media, qm̃ eſt quid vnum per eſſentiam. at id quod quantum aut quale eſt, licet ſit ſtatim ens, qm̃ ſine cauſa media, tñ non eſt ens per eſſentiam: ſed participatione diuinæ ſubſtantiæ. eſt ergo ſimilitudo ſolum quantum ad hoc, ꝙ ſicut id quod eſt quale aut quantum eſt ens ſine cauſa atq; differentia media, ita ſubſtantia ſeparata eſt ens, & vnum ſine media cauſa. hanc expoſitionem olfecit Auer. dicit.n. ꝙ quæ omnino materia carent, eorum vnumquodq; eſt idem cum illo, quod dat ſuum eſſe.ſ.quod quiditas & eſſentia ſint in eis idem, igitur nulla alia eſt cauſa, qua vnaquæq; ſubſtantia talis ſit quid vnum præter eſſentiam. veluti quod eſt ens, non eſt ens per aliquid additum eſſentiæ, vt per differentiam qua ens contrahatur ad illud: cum ens non ſit genus contrahibile per differentiam. ecce ꝙ olfecerit expoſitionem. ex his concludit duo, primum ꝙ nec in definitionibus ſubſtantiarũ ſeparatarũ, nec cæterarum rerum ens, aut vnum ponatur vt genus. & hoc dicit {quapropter & non ineſt in definitionibus) talium ſubſtantiarum ſeparatarum, nec cæterarum rerum {aut ens aut vnum) ſubaudi vt genus, cã patuit, qm̃ ſubſtantia ſeparata eſt ens aut vnũ per eſſentiam, & res prædicamentales ſunt ens, aut vnũ ſine mediis differentiis, quare in definitionibus rerum nec ens, nec vnũ, vt genus ſtatui poteſt. ſm quod concludit eſt, ꝙ quod quid erat eſſe, & ipſa forma quę eſſet definibilis, ſtatim vnum aliquid eſt, ſicut ſtatim eſt ens aliquid: & dicit {& quod quid erat eſſe) in ſubſtantiis ſeparatis, quæ eſt eſſentia definibilis {ſtatim) hoc eſt per eſſentiam {eſt vnum aliquid, ſicut) eſt & {ens aliquid) per eſſentiam. per quæ patet non eſſe quærendã aliam cãm præter eſſentiã vnitatis eius, quod definitur. Auer. autem male intelligens primum illatum intelligit ꝙ ex dictis pateat nec ens, nec vnum, nec aliquod genus altiſsimorũ quæ dicuntur tranſcendentia: eſſe definibile, cũ hæc ſint ſimplicia, & definitiones ſint cõpoſitorum peius intelligẽs ſm ait, ꝙ ex dictis pateat nec formam habere definitionẽ, in qua ſit ens aut vnum, vt genus. q̃ ſunt extra ꝓpoſitũ, vt legẽti græca verba patet.

Quæ Auer. Cõm. 16.

Quæ Auer. Cõm. 16.

Quapropter non eſt aliqua alia cauſa alicui eorum, ut ſit unum, aut ſit ens aliquid. ſtatim.n. unumquodq; eſt ens aliquid, & unum aliquid, non in ente & uno, ut in genere, aut ut in his, quæ ſeparata præter ſingularia ſunt.

Ex his concludit ſolutionem primæ partis quæſtionis, quæ erat de cauſa vnitatis eius, quod definitur, & dicit {quapropter non eſt aliqua alia cauſa alicui eorũ) diuinorum entium {vt ſit vnum, aut vt ſit ens aliquid) ſubaudi præter eſſentiam, & repetit rationem: & dicit {ſtatim.n. vnumquodq; eſt ens aliquid, & vnum aliquid) hoc per eſſentiam {& non) eſt aliquod eorum {in ente aut vno, vt in genere, aut vt in his quæ ſeparata ſunt præter ſingularia) vt Platonici dixerunt. & hæc expoſitio eſt Auer. melius autem exponi poteſt, vt dicamus quod Ariſt. ex dictis ſoluat interpoſitam qõnẽ, quæ ſuperius de vnitate rerum naturalium fuit tacta, vtrum videlicet ſit aliqua cauſa effectrix ex qua ſubſtantia ſeparata ſit vnus, & ens, reſpondet ex dictis & inquit {quapropter non eſt aliqua alia cauſa) effectrix {alicui eorum) entium ſeparatorum {vt ſit vnum, aut vt ſit ens aliquid) aſsignata eandem cauſam, per quam ſoluit primam partem quæſtionis, & dicit {ſtatim.n.) eorum {vnumquodq; eſt ens aliquid, & vnum aliquid) ſtatim dico qm̃ per eſſentiam, & per nullam aliam cauſam nec formalem, nec effectiuam, eſt dico ens aliquid, & vnum {non in ente, & vno, vt in genere, aut vt in his, quæ ſeparata ſunt præter ſingularia) patet ergo ſolutio interpoſitæ quæſtionis.

Verum καὶ &c. *Propter hanc uero dubitationem hi quidem participationem dicunt, uerum cauſam aliquam participationis. & quid eſt participare dubitant. hi autem conſubſtantialitatem animæ, ſicut* Lycophron *ait eſſe ſcientiam eius, quod eſt ſcire, & animæ: alij uero compoſitionem, aut coniunctionem animæ cum corpore ipſum uiuere.*

Cum ſoluiſſet qõnem ſm̃ veritatem, nunc inducit ſolutiones aliorum non ad totam qõnem, ſed ad eam partem qõnis, quæ erat quæ ſit cauſa, qua definitum eſt vnum: fuerunt.n. duæ qõnis partes, altera quidem de definitionis vnitate, altera autem quæ ſit cauſa, qua res, quæ definitur, ſit vna. inducit ſolutionis aliorum ad hanc partem, & ſunt tres poſitiones. prima eſt Platonicorum, qui dixerũt rem, quæ definitur, vt homo, eſſe vnam participatione ideæ hominis, quæ eſt vnitas, & eſſentia hominis. Nec ab ratione quidem, qm̃ id, quod eſt vnitas per eſſentiam, eſt cauſa aliis eiuſdem denominationis, vt vnumquodq; illorum vnum ſit participatione. veluti quia ignis eſt per eſſentiam calidus eſt cauſa per participationem, vt cætera, quæ denominantur calida, ſint calida. verum hi ſic dicentes dubitant quæ nam ſit hæc participatio, & quid particeps eſſe. dicit {propter hanc vero dubitationem hi quidem participationem dicunt) ſubaudi cauſam, qua res definita ſit vnum, aſſerentes rem definitam, vt hominem eſſe vnam, participatione ideæ hominis, quæ eſt vnitas per eſſentiam {verum) iſti vt Ariſt. inquit {dubitant cauſam aliquam) eſſe ipſius {participationis, & quid eſt participare) & ita dubitant de cauſa cauſæ, nam dubitant quæ nam cauſa ſit, vt res definita participet idea, & quid ſit particeps eſſe ideæ. hæc de prima poſitione. Deinde narrat ſecundam, & dicit {hi autem) dicunt non animam ipſam eſſe cauſam vnitatis hominis, nec formam ipſam eſſe cãm vnitatis compoſiti ex materia, & forma {ſed conſubſtantialitatem animæ) hoc eſt, ſed aliquid conſubſtantiale ipſi animæ: & exponit Ariſt. hoc exemplo Lycophronis, & dicit {ſicut Lycophrõ ait eſſe) cãm vnitatis {eius quod eſt ſcire cum anima, ſcientiam) quæ eſt quid conſubſtantiale ipſi ſcire: Eodem modo dicunt cãm vnitatis hominis eſſe aliquid conſubſtantiale animæ hominis, non expreſsit autem iſtud conſubſtantiale, ſed poteſt dici animatio. ergo ſicut ſcire cum anima facit vnum ſciens per aliquid conſubſtantiale ipſi ſcire, vt mediãte ipſa ſcientia, ita anima cum corpore facit vnũ animal mediante aliquo conſubſtantiali ipſi animæ, vt mediãte animatione. deinde aſsignat tertiam poſitionem, & dicit {alij vero) dicunt cauſam vnitatis hominis eſſe {compoſitionem animæ cum corpore, aut cõiunctionem) quæ coniunctio dr̃ apud eos ipſum {viuere) nam tãdiu homo vel animal eſt vnum q̃ diu viuit, quare vr̃ homo vel animal eſſe vnum mediante vita, & ſic vita erit cauſa, qua homo, vel animal eſt vnũ. & accepit hominem in exemplo, loco cuiuſlibet definiti, cuius definitionem quærimus. Auer. autem dicit, quod qui ſupponit animam eſſe actum corporis, & formam eſſe perfectionem materiæ nõ habet qõnem, qm̃, vt dr̃ in ſecundo de anima, nulla alia cauſa eſt, niſi quia hoc eſt perfectibile, & illud perfectio. & intellexit Auer. per participationem communicationem, quæ eſt inter corpus, & animam, & vult poſtea ꝙ Ariſt. induxerit duas expoſitiones circa verbum cõmunicatio, quarum prima eſt, ꝙ per communicationem intelligendum ſit cooperationem, quatenus nec anima ſine corpore, nec corpus ſine anima operari poteſt, niſi ſint congregata. Alij per communicationem, intellexerunt compoſitionem, vt ipſum viuere. Quare ſecundum Auer. cauſam vnitatis Ariſtotelis dixit vnã eſſe videlicet communicationem, ſed quia erat communicatio res dubia, adduxit duas expoſitiones pro intellectu illius. Tu vero conſidera. *Quæ Auer. Cõm. 16.*

Sed eadem ratio in omnibus erit. etenim ſanum eſſe erit aut conſubſtantialitas, aut compoſitio ſiue coniunctio animæ & ſanitatis. & æs eſſe triangulatum, compoſitio æris, & trianguli, & album unum eſſe, compoſitio ſuperficiei & albedinis.

Contra has cauſas obiicit, dimittit autem primam tanquam reprobatam ſuperius & ſeptimo huius, & reprobat alias duas cauſas, vel forte reprobat duas cãs, qm̃ non ſunt niſi duæ cauſæ, qm̃ hæ duæ cauſæ fuerunt expoſitiones participationis. Vt voluit Auer. ſed vtcũq; reprobat eas duas cauſas, & dicit {Sed eadem ratio in omnibus compoſitis erit) quod exponit, & dicit {etenim ſanum eſſe erit) vnum quid, quia erit {aut conſubſtantialitas, aut compoſitio ſiue coniunctio animæ & ſanitatis) & dixit {animæ) quia ſunt etiam animæ ægritudines, vt melancholia, & phrenitis, & id genus, & ita qua ratione anima & corpus erant vnũ aut propter conſubſtantialitatem vel coniunctionem, eadem ratione ſanum eſſe erit vnum propter conſubſtantialitatem ſanitatis cum anima, vel coniunctionem ſanitatis cum anima. Similiter {& æs eſſe triangulatũ) erit {compoſitio æris & trianguli, & album vnum eſſe) erit {compoſitio ſuperficiei & albedinis) hæc autem tanquã abſurda derelinquit, & ideo vult cauſas aſsignatas abſurdas eſſe. Auer. vero aliter intelligit, & non indocte, vult.n. quod Ariſtoteles accipiat hanc ſuppoſitionem, quod ſimile eſt de vnione animæ cum corpore, & formæ cum materia, & de vnione ſanitatis cũ anima, & trianguli cũ ære, & albedinis cum ſupficie. tunc argu-

argumentatur, vltra, ſed nulla quærenda cauſa eſt vnitatis ſanitatis cũ anima, nec trianguli cum ære, nec albedinis cum ſuperficie, niſi quia ſanitas eſt perfectio & actus animæ. & triangulus æris, & albedinis ſuperficiei, igitur nec quærenda eſt cauſa vnitatis animæ cum corpore, vel formæ cum materia, niſi quia forma eſt actus materiæ, & anima eſt actus corporis, à qua eſt vnitas totius. & non diſplicet hæc expoſitio.

Cauſa uero quia potentiæ & actus quærunt unum faciens & differentiam eſt autem, ut dictum eſt, ultima materia atq; forma idem, & hoc potentia, hoc actu. quare ſimile eſt quærere unius, quæ cauſa, & unum eſſendi. Eſt enim unumquodq; quid unum, inquantum quod potentia eſt, & quod actu eſt, unũ aliquo modo ſunt. quare cauſa nulla alia eſt, niſi ea, quæ eſt quaſi mouens ex potentia ad actum. quæ autem non habent materiam, omnia ſimpliciter quid unum, & ens aliquid ſunt.

Cum reprobaſſet poſitiones, nunc aſsignat cauſam erroris, & vult, quod iſti errauerint, quia ſuppoſuerunt falſum, & quæſiuerunt cauſam falſi, ſuppoſuerunt. n. materiam, & formam eſſe res diuerſas, & quæſiuerunt cauſam, cum materia & forma ſint res diuerſæ, quæ nã cauſa eſt, vt vnum ſint. At vt dicit, falſum eſt materiam & formam eſſe res diuerſas, ſunt. n. vna res, & non differunt, niſi vt terminatum & interminatum, & ſic materia eſt forma, & forma eſt materia, pro quanto res eadem eſt, quæ cum erat potentia, vt fieret, erat materia, forma vero, vt facta. & iuſta hanc poſitionem nullum eſt compoſitum ex materia & forma tanquam ex re, & re: ſed nihil eſt actu niſi formæ, quæ antea erat materia, & potentia, vt fieret actu. Vnde dicit {Cauſa vero) ſubaudi erroris, eſt {quia potentiæ & actus quærunt differentiam, & ſupponant) materiam & formam eſſe res diuerſas, & quærunt quid eſt {vnum faciens) ipſa, ergo ſupponunt materiam & formam eſſe res diuerſas, & quærunt, quid eſt illud, quod facit ea vnum. tunc oſtendit quod ſuppoſitio ſit falſa: & dicit {eſt autem, vt dictum eſt, materia vltima) quæ non amplius eſt in potentia {& forma idem, & hoc) ſubaudi idem potentia, & {hoc) idem ens {actu) & ita vnamet res eſt materia & forma, ſicut vnamet res eſt, quæ prius fuit in potentia, & poſtea in actu. & ſic vnamet res eſt forma & materia, & non differunt, niſi vt ens, & potẽs eſſe. Propterea concludit quid ſit quærere cauſam vnitatis; & dicit {quare ſimile eſt quærere quæ nam cã ſit vnius, & eſſendi vnum) modo quærere propter quid vnum eſt vnum nihil eſt, ſicut nihil eſt propter quid homo eſt homo. quod autem quęrere propter quid vnum eſt vnum, nihil ſit quærere, probat, ex eo quia nihil eſt quærere propter quid idem eſt idem, & dicit {vnumquodq;. n. vnum aliquid eſt, inquantum quod potentia. & quod eſt actu, vnum) & idem {aliquo modo eſt) quod. n. eſt potentia eſt idem ei quod eſt actu, quatenus non differunt ſicut duæ res diuerſæ, ſunt tñ idem, quia illamet res quæ erat potẽtia, & materia erit actu, & forma. ergo ſolum differunt, vt ens potentia & ens actu, quæ differunt vt interminatum & terminatum, ex his concludit quod nulla cauſa ſit vnitatis, niſi illa, quæ eſt cauſa entitatis, cauſa autem entitatis eſt cauſa agens, quæ facit, vt ens potentia ſit actu ens, & hoc dicit {quare cã nulla alia) eſt {niſi) illa quæ eſt {vt quaſi mouens) & educens materiam {de potentia) vt ſic forma {ad actum) qui eſt forma. Ex his patet poſitio Riccardi Mediauillenſis acutiſsimi doctoris, qui de intẽtione Ariſt. & Auer. aſſeruit materiam & formam non eſſe duas partes compoſiti reales re diuerſas, ſed differre, ſicut interminatum, & terminatum. Imaginatur . n. formam non aduenire materiæ tanquam perfectionem ſuperaduenticiam illi, cum qua conſtituat compoſitum, ſed materiam, quæ prius erat ens potentia, fieri formam, quæ eſt ens actu. Quam poſitionem innuit Auer. & hic & proximo textu. Verum de hac poſitione in recognitionibus Phyſicis multa diximus. Vltimo redit ad diuinas ſubſtantias, & dicit {quæ autem non habent materiam) vt diuinæ ſubſtantiæ {omnia ſimpliciter) hoc eſt per eſſentiam {quid vnum & ens aliquid ſunt) quare nulla alia eſt cã, qua ſit vnaquæq; illarũ vna præter eſſentiã. hæc de libro octauo. *Quolib. 3. quæſtione. 5. arti. primo.*

Octaui Libri Metaphyſicorum Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER NONVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione.

CAP. PRIMVM.

In quo proponuntur dicenda.

DE PRIMO *igitur ente: & ad quod omnes aliæ Categoriæ entis referuntur, dictum eſt, uidelicet de ſubſtantia, nam ſecundum ſubſtantiæ rationem dicuntur alia entia: & quantum, & quale, & cætera ſic dicta. omnia nanque habebunt rationem ſubſtantiæ, ut diximus in primis ſermonibus.* TEX. 1.

VT placet Auer. cęteriſq; expoſitoribus, Ariſt. in hoc nono Libro intendit agere de ente quatenus diuiditur per potentiam & actum. Nam, vt Auer. inquit, cum hæc ars conſideret ens ſimpliciter, & differentias entis ſimpliciter, atq; illius gña, cum egiſſet de generibus entis, hoc eſt de decem prædicamentis in ſeptimo libro, nunc agit de differẽtiis entis, q̃ ſunt actus, & potẽtia: & incæpit loqui de ſpeciebus potentiæ, & actus, vt declaret rões ſubales potentiæ & actus. & contradicat iis, quæ potentiã à rebus ſuſtulerũt: & primo reſumit ea, q̃ dicta ſunt, & dicit {De primo igiĩ ente, &) pro: i. {ad quod oẽs aliæ Categoriæ entis) hoc eſt prædicamenta {referunĩ dictũ eſt videlicet de ſuba) dictum eſt dico in ſeptimo, & in octauo, in ſeptimo de ſuba ſimpliciter: in ſeptimo vero de ſubſtantia ſenſibili, quia dixerat ſubſtantiam eſſe primum ens, ad quod cætera prędicamenta referuntur, vr aſsignare duas cãs, quas in Libro ſeptimo dixit, prima eſt, quia quantum & quale, & cætera prædicamenta dicuntur ſñm rõnem ſubſtantiæ. nam quantum dr̃ quatenus eſt menſura ſubſtantiæ, quale vero, vt eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, ſimili ratione cætera dicuntur. Secunda vero ratio eſt, qm̃ quodlibet accidens habet rationem ſubſtantiæ, hoc eſt definitur per ſubſtantiam. Auer. autem legit hæc verba pro vna ratione, vt dicatur ſubſtantia primum ens, qm̃ in definitionibus eo- *Quæ Auer. Com. 1.*

rum apparet ſubſtantia, & hęc expoſitio conſonat verbis Ariſt. dicit.n. {nam ſm ſubſtãtiæ rationem).i. definitionem {dicuntur alia entia & quantum, & quale, & cætera ſic dicta) hoc eſt, quod ſubſtãtia ſic primum ens, patet, qm̃ cætera definiuntur per ſubſtãtiam. & ꝙ omnia definiantur per ſubſtantiam, probat, & dicit {omnia nãq;) cum ſubaudi definiuntur {habebunt rationem) hoc eſt definitionem {ſubſtantiæ) hoc eſt ab ipſa ſubſtantia, cum in cuiuſlibet accidentis definitione appareat ſubſtantia. Quo vero ad verba attinet, genitiuus ille {ſubſtantiæ) qui græce eſt, τῆσ οὐσίασ, pro ablatiuo accipitur, vt ſit ſenſus {omnia nãq; habebunt rationem à ſubſtantia) placet autem mihi hæc expoſitio, quoniam leguntur verba non cum copulatione, ſed cum nota cauſæ, vt quaſi in hac parte aſsignetur ratione proximæ partis, nam cum dixiſſet omnia alia dici ſm ſubſtantiæ rationem, ſubſcribit cauſam, quia videlicet omnia rõnem ſuam, ac definitionẽ habent ab ipſa ſubſtantia, cũ in cuiuſlibet rõne appareat ſubſtãtia.

Sed cum ens dicatur, aliud quidem quid, aut quantum, aut quale, aliud autem ſecundum potentiam, & actum, & operationem: determinabimus & de potentia & actu: & primum de potentia, quæ quidem dicitur maxime proprie, & licet non ſit utilis, ad quod uolumus nunc (in plus.n. eſt potẽtia & actus q̃ ea, quæ dicuntur ſolum ſecundum motum) tamen cum dixerimus de hac, in determinationibus de actu, oſtendemus quidem & de aliis.

Cum reſumpſiſſet ea, quæ dicta ſunt, nunc declarat ea, quæ ſunt dicenda. & præmittit duas diuiſiones entis, vt eligat eam, quam eſt pertractaturus, & verba legantur ſuſpẽſiue vſq; ibi {determinabimus) hoc pacto {ſed cum ens dicatur) duobus modis {aliud quidẽ quid) hoc eſt ſubſtantia {aut quantum aut quale) .i. vno modo vt diuiditur in decem prædicamenta {aliud autem ſm potentiam & actum, & operationem) .i. alio modo, vt diuiditur per actum & potentiam. addit autem, & ſm operationem, non ꝙ velit vt ſit diuiſio tri membris, ſed quia actus intelligitur per operationem, & ſuum nomen habuit ab operatione: tunc terminando ſuſpenſionem præmittit id, quod eſt dicendum, & dicit {determinabimus & de potentia & actu) hæc de intentione, deinde de ordine dicendorum inquit {& primum) determinabimus {de potentia, quæ quidem dr̃ maxime proprie) & hæc eſt potentia, qua aliquid
Cõm. 1. dr̃ poſsibile tranſmutari atq; moueri, vt Auer. inquit, reperiuntur.n. actus & potentia in rebus mobilibus ꝓprie, & maxime, in ſubſtantiis vero immobilibus improprie, & quaſi per ſimilitudinem: & quia aliquis poſſet dicere de potentia tranſmutabili agere nunc non eſſe ad propoſitum, cum ſpectet ad naturalem, quaſi ſoluens, dicit {& licet non ſit vtilis ad quod volumus nunc) .i. ad ſcientiam de actu, & potentia, quibus diuiditur ens ſimpliciter, & quæ ſunt in ſubſtantiis immobilibus: cuius cauſam interponit, & inquit {in plus .n. eſt potentia & actus) quibus ens ſimpliciter diuiditur {q̃ ea) .i. quàm potentia & actus {quæ ſolum dicuntur ſm motum, tñ cum dixerimus de hac) .ſ. potentia quæ reperitur in motibus {in determinationibus) quas de potentia {& actu) faciemus {oſtendemus) .i. tranſibimus ad oſtendendum actum & potentiam {quidem, & de aliis) .ſ. quæ reperiuntur in ſubſtantiis ſeparatis. Nam, vt Expoſitor inquit, hic eſt ordo conueniens, cum ea, quæ ſunt in motu nobis prius manifeſta ſint, è quibus deuenire debemus in cognitionem ſubſtantiarum immobilium, eorum, quæ eis attribuuntur, cum illa intelligi non poſsint, niſi ex his, quæ nobis primo occurrunt. Quo vero ad verba attinet {& licet) Græce legitur, οὐ μὴν, Latine etiam non tamen, verum hic {& licet non) legimus, vt ſæpe aliis in locis legendum eſt, μὴν pro licet.

Quod igitur dicantur multipliciter potentia & poſſe, determinatum eſt à nobis in aliis. harum autem quæcunq; quidem dicuntur potentiæ æquiuoce, prætermittantur. nonnullæ .n. quadam ſimilitudine dicuntur, quemadmodum in geometria: & poſſibilia, & impoſſibilia dicimus eo q, aliquo modo ſunt, & non ſunt. quæcunq; autem ad eandem ſpeciem omnes principia quædam ſunt, & ad primum unum dicuntur: quod eſt principium tranſmutationis in alio inquantum aliud eſt. TEX. 2.

Cum propoſuiſſe intentionem huius libri eſſe agẽdum de potentia & actu, nunc exequitur, & primo explodit à præſenti conſideratione potentias, quæ dicũtur æquiuoce, & proponit ſe dicere de potentiis, quæ dicuntur per attributionem ad vnum, ſimulq; de illis dicit. de prima parte animaduerſione dignum potentiam dici trifariam, vt quinto huius accipitur, vno mõ Cõm. 17.
pro potentia metaphorica, qualis eſt in rebus mathematicis, vt in linea, quę poteſt eſſe quadratum. linea.n. quæ ducta in ſe fit quadratum. & in ternario: nam ternarius ductus in ſe fit nouenarius, qui eſt quadratum ſuum. modo hæc potentia in linea, & numero metaphorica eſt, quatenus linea aſsimilatur materiæ, & numerus etiam. per quandam.n. ſimilitudinem ex linea quadratum, & ex trinario nouenarius fieri poteſt. Alio modo pro potentia logica, & ſic poſsibile dr̃, cuius oppoſitum non eſt neceſſarium, vt Deum eſſe, & hominem currere. horum.n. oppoſita non ſunt neceſſaria. hoc modo potentia dr̃, qua aliquid eſt poſsibile, quia non repugnet. vt in prioribus dictum eſt. hæc duo explodit à præſenti conſideratione, & dicit {Quod igitur dicãtur multipliciter potentia & poſſe, determinatum eſt à nobis in aliis). ſ. quinto huius capitulo de potẽtia, Cõm. 17.
tunc exponit, quæ explodendæ ſint, & inquit {harum autem, quæcũq; dicuntur æquiuoce potentiæ) vt metaphorice, & logice {prætermittantur) in præſenti cõſideratione, exponit, quæ ſint hæ: & dicit {nonnullę.n. dicuntur quadam ſimilitudine) & metaphorice {quẽadmodum in geometria) linea, & trinarius potentiæ dicuntur quadrata {&) in logica {dicimus poſsibilia, & impoſsibilia, eo quod aliquo modo ſunt, & nõ ſunt) dr̃.n. omne quod eſt poſsibile eſſe, qm̃ non repugnat eſſe, & dr̃ eſſe quod non eſt, impoſsibile eſſe, qm̃ dum non eſt, repugnat eſſe, potentiæ igitur his duobus modis prætermittantur. deinde exponit, quæ potẽtiæ ſunt ꝑtractandæ, & aſſerit de his oĩbus eſſe agendũ, quæ dicuntur ꝑ attributionem ad vnã, vt de potentiis paſsiuis, quæ dicuntur ꝑ attributionem ad potentiã actiuã: & dicit {quæcũq; autem ad eandẽ ſpeciem potentiæ) relatæ {oẽs principia quædam ſunt, & ad primũ vnum dñr, quod eſt) actiuũ {principium tranſmutationis in alio inquãtum aliud eſt) hæ ſubaudi oẽs in præſenti libro ꝑtractandæ ſunt. potẽtiæ igitur, quæ dñr per æquiuocationem, nunc prætermittendæ, quæ vero dñr per attributionẽ ad potẽtiam actiuã, nunc ꝑtractandę ſunt. Quare de paſsiuis potentiis agẽdum eſt. hæ.n. propriæ potentiæ dñr, & per attributionem ad potentiam actiuam. Auer. autem velle videtur ꝙ Ariſto. proſequa- Quæ Auer. Cõm. 2.

tur

tur propoſitam intentionem, & ꝙ diſtinguat potentiam in duos modos, metaphoricam, qualis eſt in linea, vt poſsit eſſe ſuperficies, vel quadratum, & propriam, quæ dr̃ vno modo actiua, per quam aliquid poteſt tranſmutare aliquid inquantum aliud, & dico inquantum aliud: qm̃ idem poteſt ſe tranſmutare, ſed nõ inquantum eſt idem, ſed inquantum eſt aliud. nihil.n. vt Auer.inquit, agit in ſe ipſum, vt idem ſibi. Et ſic ſm̃ Auerroem textus non eſt exploſiuus, ſed determinatiuus: vt vero expoſitionem hanc conſidera: quoniam in textu ponuntur verba exploſiua.

Nam hæc quidem patiendi potentia eſt, quæ in ipſo patiente principium mutationis paßiuæ ab alio inquantum aliud eſt. hæc autem habitus impoßibilitatis eius, quæ in deterius eſt, & corruptionis ab alio inquantum aliud principio tranſmutationis. in his.n.omnibus terminis ineſt primæ potentiæ ratio.

Nunc declarat duo ſimul, & potentias quæ ſint, & quõ dicantur per attributionem ad actiuam: & dicit {Nam hæc quidem patiendi potentia eſt, quæ) in ipſo {patiente) exiſtens {principium paſsiuæ mutationis eſt ab alio inquantum aliud) ecce quõ deſcribitur per actiuam potentiam {hæc autem) potentia eſt {habitus impaſsibilitatis eius, quæ in deterius eſt) vt virtus, per quam officioſus poteſt reſiſtere volenti ipſum ducere ad vicia {&) tertio modo potentia eſt impaſsibilitas {corruptionis, ab alio principio tranſmutationis, inquantum eſt aliud) dr̃.n. virtus potentia: & impaſsibilitas corruptionis etiam potentia: virtus quidem dr̃ potentia, qua ſtudioſus poteſt manere in virtute, vt nõ corrumpatur ab agente vitia. impaſsibilitas vero corruptionis, dr̃ potentia, qua cœlum poteſt ſemper manere, vt ab agente corruptiuo non corrumpatur. quare vtraq; deſcribitur per potentiam actiuam, & hoc inquit {in iis.n.omnibus terminis) hoc eſt definitionibus {ineſt ratio primæ potentiæ) .ſ.actiuæ. Nam quælibet harum deſcribitur per actiuam potentiam. Auer. autem vult ꝙ Ariſt.definiat duas potentias, eam, quæ eſt materiæ, & eam, quæ eſt habitus, & formæ. diffiniẽs eam, quæ eſt materiæ, dixit, ꝙ ſit principium trãſmutandi ab alio. definiens eam, quæ eſt formæ, dixit ꝙ ſit impaſsibilitas tranſmutandi ab alio. & huius cauſam aſsignauit, qm̃ formæ bifariam ſunt, aliæ quidem, quæ ſunt in materia, & hæ ſunt paſsiuæ & tranſmutabiles per accidens, non autem per ſe: qm̃ ratione materiæ, in qua ſunt. non autem, qua formæ ſint. Aliæ omnino à materia abiunctæ, & hæ ſunt ſimpliciter intranſmutabiles, qm̃ neq; per ſe, neq; per accidens. Sed dices intellectus eſt forma abiuncta à materia ſm̃ Auer. & tñ patitur. hæc obiectio puerilis eſt, qm̃ Auer. loquitur in tranſmutatione corruptiua, non autem in tranſmutatione perfectiua: qua intellectus poteſt pati ab obiectis. Et dicit Auer. ꝙ in definitionibus harum potentiarum, accipitur prima potentia referẽdo ſingula ſingulis: qm̃ in definitione paſsiuæ potẽtiæ ponitur ratio primæ potentiæ: quæ eſt materia, & in definitione potentiæ actiuæ ponitur ratio primæ formæ: & male dicit Auer. quoniam Ariſt. per rationem primæ potentiæ, intelligit rationem potentiæ actiuæ. nam tam potentia materiæ, quàm impaſsibilitas deſcribitur per actiuam potentiam, vt patet in verbis Ariſto.

Qua Auer. Com. 2.

Iterum autem hæ potentiæ dicuntur aut ſolum faciendi patiendiue, aut bene. quare & in harum rationibus aliquo modo inſunt priorum potentiarum rationes.

Cum declaraſſet ꝙ in omnibus potentiis ſimpliciter dictis ponatur ratio potentiæ actiuæ, nunc declarat, ꝙ etiam in modis potentiarum intelligantur rationes potentiarum ſimpliciter quarum ſunt modi. Sunt autem modi potentiarum, poſſe bene agere, & poſſe bene pati. poſſe bene agere eſt modus potentiæ actiuæ, quæ eſt ſimpliciter poſſe agere, poſſe bene pati eſt modus potentiæ paſsiuæ, quæ eſt poſſe ſimpliciter pati. & dicit {Iterum autem hæ potentiæ dicuntur aut ſolum faciendi patiendiúe) hoc eſt ſimpliciter, quibus ſimpliciter hoc currere, illud diſſecari poteſt {aut) dicuntur hæ potentiæ faciendi, patiendiúe {bene) quibus hoc facile currere poteſt, vt caprea, illud facile, & bene diſſecari, vt lignum. Teſtudo vero dicitur poſſe non bene currere, ferrum autem poſſe non bene ſcindi. hi ſunt modi potentiarum ſimpliciter. facta ac præmiſſa diuiſione, concludit in rationibus modorum potentiarum intelligi rationes potentiarum ſimpliciter, & dicit {quare & in harum rationibus aliquo modo inſunt rationes priorum potentiarum) .ſ. quæ ſimpliciter dicuntur. nam in poſſe bene facere intelligitur facere, & in poſſe bene pati intelligitur pati. ſimiliter in poſſe male facere intelligitur facere, & in poſſe male pati intelligitur pati.

Palam igitur quoniam eſt quidem, ut una potentia faciendi & patiendi nam poßibile eſt aliquid, & ipſum habere potentiam patiendi, & aliud pati ab ipſo. eſt autem ut alia, nam hæc quidem in patiente eſt (propter id.n.quia habet quoddã principium, & eſt materia quoddam principium patiens patitur. & aliud ab alio. pingue enim & combuſtibile eſt, & cedens ſic, preſsibile eſt: ſimiliter autem & in aliis) hæc autem, in faciente, ut calor, & ædificatiua, illa quidem in calefactiuo, hæc autem in ædificatiuo eſt.

Ex iis concludit primo potentiam actiuam & potẽtiam paſsiuam vno modo eſſe vnam, alio modo plures. reſpectu diuerſorum eſſe poteſt vna ſubiecto, nam qđ patitur ab vno, poteſt agere in aliud reſpectu eiuſdem, non poſſunt eſſe vna nec ſubiecto, nec definitione. qm̃ potentia actiua eſt in agente, paſsiua vero in patiente: quæ reſpectu eiuſdem non cõcidunt in idem nec ſubiecto, nec rõne. dicit {Palam igitur qm̃ potentia faciẽdi & patiendi eſt quidem vt vna) .ſ.ſubiecto. & ꝙ ſubiecto ſint vna, probat, & inquit {nam poſsibile eſt aliquid, & ipſum habere potentiam patiendi, & aliud pati ab ipſo) vt aer habet materiam, quæ eſt potentia patiendi ab igne, & agere poteſt in aquam, per potẽtiam agendi.ſ.calorem, qui eſt in ipſo. & hoc pacto potentia agendi, patiendi ſubiecto erunt vna potentia: quatenus idem reſpectu diuerſorum eſt agens & patiens, vel poteſt agere, & pati. Com. 2 Auer. etiam addit, ꝙ reſpectu eiuſdem potentia actiua & paſsiua ſunt idem ſubiecto in aliquibus, vt in his quæ mouentur in loco. in his vero, quæ alterantur vel gñantur, aut augentur non ſunt idem, niſi reſpectu diuerſorum, quod quõ ſit, in diſputationibus dilucidatur. Et cum declaraſſet ꝙ reſpectu diuerſorũ potentia actiua & paſsiua ſubiecto idẽ ſunt, nunc declarat ꝙ reſpectu eiuſdẽ nec ſubiecto, nec rõne ſint idem, & dicit {eſt autẽ, vt alia) .ſ.reſpectu eiuſdem {nam hæc quidem in patiente eſt) cuius cãm affert, & dicit {propter id.n.quia) patiens {habet quoddam principium, &) illud {quoddam principiũ) quod habet {eſt materia, patiens patitur, & aliud ab alio) vt ab habente formam, & principium actiuum {pingue enim & combuſtibile eſt) quoniam habet materiam

aptam inflammari ac comburi{& ſic cedens)vt cera,q̄ facile cedit,habet principium materiale videlicet mollitiem{qua preſſibile eſt, ſimiliter autem & in alijs) in omnibus enim patiens patitur, quia habet materiam, & ſic patet ꝙ potentia actiua quidem in patiente ſit, quatenus patiens habet materiam{hæc autem),ſ.actiua potentia eſt{in faciente)& ratione formæ{vt calor, & ædificatiua)facultas{ille quidem).ſ.calor{in calefactiuo eſt,hæc autem eſt in ædificatiuo) Quare reſpectu eiuſdem potentia actiua,& paſſiua nec ſubiecto,nec ratione ſunt vna.

Determinatio Ariſt.

Ex his poteſt colligi,hanc diſtinctionē, ꝙ potentiam actiuam & paſſiuā eſſe idem intelligi poteſt, aut ſubiecto aut ratione, ſi ratione ſic nec reſpectu eiuſdem, nec reſpectu diuerſorum poſſunt in idem incidere,ſi vero ſubiecto, hoc pacto reſpectu diuerſorum in idē incidere poſſunt, reſpectu eiuſdē minime.

Quapropter inquantum ſimul natum eſt nihil patitur ipſum à ſe ipſo,unum enim & non aliud eſt.

Secundum quod concludit eſt, ꝙ dato, ꝙ patiens & agens eſſent vnum connatum,ita vt agenti eſſet cōnatum patiens, & patienti eſſet connatum agens, hoc aggregatum ſic à natura conſtitutum, non pateretur à ſeipſo, cauſa eſt, q̄m tale aggregatum ſic connatum eſſet vnum,& non plura,ac diuerſa:& ſic nec idem patitur à ſe ipſo, nec vnum aggregatum ex agente & patiente, quod à natura eſt ſic aggregatum patitur à ſe ipſo,& tu intellige per ſe,q̄m per accidens poteſt tale aggregatum pati à ſe ipſo. Calidum enim connatum humido eſt,& agit in humidum, nō per ſe quatenus vnū ſunt, ſed per accidens.quatenus humidum & calidum ſm partes diuerſa ſunt:vt in diſputatione dictum eſt.& intellige de paſſione corruptiua, ac proprie dicta: dicit{quapropter inquantum)agens patienti {ſimul natum eſt) & inquantum ſunt à natura vnum aggregatū {nullum tale ipſum à ſeipſo patitur, vnum.n.) tale aggregatum naturale{eſt,& non aliud)hoc eſt & non plura diuerſa.At dictum eſt,nullum vnum vt idem vnūq; pati à ſe ipſo.

Que Auer. Com. 2.

Auer.autem dicit duo præter propoſitū, primum, ꝙ quia quędā potētiarum actiuarum ſunt in agente:ideo neceſſe eſt, vt agens nihil agat, donec ſic ſimul cum patiēte in eodē loco. & hoc ideo quia omne agens naturale agit per contactum. ſed non poteſt agere per contactum, niſi vltima agentis & patientis ſint ſimul in eodem loco.& hoc eſt primum, quod nō reperitur in textu græco,Secundum eſt,ꝙ nihil patitur per ſe inquantum eſt vnum cum ipſo agente, ſed oportet vt illic ſit aliud ex quo trāſmutatur, & probat hoc, q̄m ſi patiens pateretur ab agente inquantū eſſent vnū & idem,tunc idem eſſet in actu & in potentia,& ſic eſſet in potētia quatenus eſſet in actu.& ideo cōcludit,ꝙ in ſimplici non eſt potentia omnino.ſ.qua patiatur à ſe ipſo.Sed bene potentia eſt in compoſito,qua poteſt pati in ſe ipſo,& à ſe ipſo.& quia hoc videtur contra textum,tu intellige de compoſito miſto ex partibus diſſimilaribus, vt ſecundo phyſicorum exponitur. q̄m de compoſito ſimilari,vt eſt aurum, vel caro:non eſt verum aliquid per ſe poſſe pati à ſe ipſo.De compōſito vero,quod cōponitur ex mēbris diuerſis,vt aīal, verū eſt idem pati à ſe ipſo ſm diuerſas partes, q̄m ſm cor agit, & ſm cerebrum patitur: & in cæteris eadem ratione.

Et impotentia & impoſſibile,& quæ tali potentiæ contraria eſt,priuatio eſt. quare eiuſdem, & ſecundum idem,omnis potentia eſt impotentia.

Cum dixiſſet de potentia, nunc agit de impotentia, atq; de impoſſibili:& q̄m multiplex eſt impotentia ſiue impoſſibile,aut logicum,quo in modo Deum non eſſe eſt impoſſibile, & ſolem aliquando non ingredi arietem,eſt impoſſibile,aut metaphoricum, quomodo ex linea ducta in ſe ipſa reſultare nouenarium numerum eſt impoſſibile,& ex ternario numero in ſe ducto reſultare corpus quadratum eſt impoſſibile: aut naturale, quo in modo dicimus cæcum non habere potentiam ad videndum,& eſſe impoſſibile vt videat.quia itaque multiplex eſt impotentia & impoſſibile, veluti & ipſa potentia & poſſibile, ideo præmittens de qua īpotentia,ac de quo impoſſibili vult loqui,inquit{Et impotētia & impoſſibile,&)pro.i. {quæ tali) naturali{potentiæ contraria eſt, priuatio eſt) hoc eſt carentia formæ in ſubiecto apto nato.eſt igitur impotentia naturalis,à qua deducitur impoſſibile naturale, carentia formæ in ſubiecto apto nato:quo in modo cæcitas dicitur impotentia vidēdi,& ſurditas impotentia audiendi,& cæcū impoſſibile videre,& ſurdū impoſſibile audire. & q̄m priuatio eſt duplex ꝓ nunc,ante rē,quali priuatione catulus dr̄ cæcus, cum naſcitur:& vrſulus ſurdus cū in lucem editur:& cum ipſe per impotentiā voluerit intelligere eſſe priuationem,non poſt rem,ſed ante rem,catulus enim impotens eſt videre,& vrſulus impotens audire,& videre:ideo cōcludit{quare eiuſdem & ſm idē, omnis potentia)ſubaudi antequam exeat ad actum, & antequam veniat tempus,in quo exit ad actum{impotentia eſt)vt potentia,qua catulus non videt,& vrſulus non audit,eſt impotentia videndi,& audiendi:dū non venerit tempus idoneū videndi,aut audiendi.Per quę patet impotentiam,quæ contraria eſt potētiæ naturali, eſſe priuationem formæ, antequam venerit forma: ſic .n. intelligendo potentia eſt impotentia, & è conuerſo.

Que Auer. Com. 2.

Auer.autem hunc locum non intelligens. dicit primo ꝙ impotens eſt non habere potentiam, q̄m dicere non potentiam,ſiue impotētiam eſt dicere aliquid, qđ caret illa potentia. & addit hoc, quod eſt contrarium potentiæ,eſſe priuationem.Demum dicit, ꝙ potentia & impotentia ſunt eiuſdem,q̄m ſunt compoſiti.q̄ omnia ad verba Ariſt. non faciunt: niſi hæc traxerimus ad verba Ariſt.& dicamus ꝙ Auer.per primam partē velit intelligere ꝙ impotentia, q̄ eſt contraria potentiæ,ſit priuatio ante aduētum formæ,quæ apta eſt fieri in tali ſubiecto.& ꝙ per ſecundam partem,velit, ꝙ potentia & impotentia ſint eius ſubiecti compoſiti apti recipere primo priuationem. & demum formam: hoc pacto intelligendo verba ſua,poſſunt eſſe vera.

TEX. 3.

Priuatio autem dicitur multipliciter, etenim non habens: & quod aptum eſt habere,ſi non habeat,aut omnino, aut quādo aptum eſt habere.& aut ſic ueluti perfecte,aut ſaltē quouis modo.in quibuſdam uero ſi apta ſint habere, non habeant ui,hæc priuata eſſe dicimus.

Nunc agit de priuatione, & Auer. aſſignat cauſam quare qui loquitur de potentia, debet loqui de priuatione,& ait hoc eſt,q̄m potentia eſt aliquo modo, priuatio, cum dicitur aliquid eſſe in potentia ad aliquid, quoties caret eo.quare cū primus Philoſophus loquatur de potentia,oportet,vt dicat de priuatione.& eodē libro de vtraq;. & eadem parte libri, cum potentia ſit quodam modo priuatio. aliter cauſa aſſignari poteſt, cum. n. deſcripſiſſet impotentiam per priuationem, oportet.vt cum de impotentia dixiſſet, nunc de priuatione

tione dicat.& proponit priuationem multipliciter,dici,& dicit{Priuatio autem dicitur multipliciter,etenim non habens) hoc eſt vno modo dicitur per negationẽ omne illud, quod non habet aliquid, vt lapis, qui non habet viſum:dicitur priuatus viſu per negationem {&) dicitur ſecundo modo{quod aptum eſt habere) ſi non {habet)& ſic omne quod non habet aliquid,quotiens eſt aptum habere illud dicitur priuatum.& hoc ſubdiſtinguit,qm̃ ſi aptum eſt habere,& non habet {aut) nõ habet{omnino)vt cæcus,qui non habet viſum,& omnino non aptus eſt habere,qm̃ nullo tempore habebit {aut)non habet, non ſimpliciter,ſed {quando aptum eſt habere)vt.xx. annis ſiquis aptus ſit habere barbam, & non habeat,hic dicit̃ priuatus barba{&)iterum hoc ſubdiuiditur,qm̃{aut ſic veluti perfecte)hoc eſt omnino.xx.annis nõ habet barbam,cũ eo tempore ſit aptus habere{aut ſaltem)nõ habet,quouis modo.ſ.aliqua ex parte: qm̃ non habet eam aliquo pacto: & aliquo pacto habet.Qui.n.tempore. xx.annorum eſt aptus habere barbam,& non habet,poteſt eam non habere dico omnino ſic ꝙ ſit ita ſine barba, vt erat tẽpore. xiiij. annorum aut poteſt eam non habere perfecte, qm̃ habet nonnullos pilos,ſed non perfecte, & vtroq; modo dicitur priuatus. Sed ſiue ſic,ſiue ſic non dicitur ſimpliciter priuatus,vt primo modo dicebatur, qui omnino amplius non habebit ſicut cæcus, qm̃ licet non habeat barbam tempore.xx.annorum, quo tẽpore debet habere, eam habebit tempore. xxv. annorum. qm̃ licet propter aliquod impedimentum tempore. xx. annorũ non habuerat. tamen tempore.xxv. annorũ deleto impedimento,habebit,Auer. loco verbi {quouis modo) habebat,raro,& laborat exponere, & non potuit exponere verbũ quod non dicitur in textu. Deinde aſſignat tertium modũ priuationis principalem,& dicit{In quibuſdã vero ſi apta ſunt habere,vi)aliqua{non habeãt, hæc priuata eſſe dicimus)vt ſi graue vi detineatur surſum,dicitur priuatum motu deorſum. qm̃ eum habere poteſt omni tempore,ſed vi priuatur.igitur generatim priuatio trifariam dicitur,aut per negationem,aut per aptitudinem, aut per violentiam. etſi non habet, & aptum eſt habere,vt nullo tempore habebit, vt cæcus, aut non habebit eo tempore, quod debebat habere,& hoc aut nullo modo,aut non perfecte. Deſcripſit autem priuationes per concreta,vt ſermo eſſet clarior.

Quæ Auer. Com. 3.

CAP. III.

Potentiarum diuiſio per rationales & irationales.

Quoniam autem hæc quidem in inanimatis inſunt principia talia,alia uero inanimatis,& in anima, & anima, in rationem habente: palam quia & potentiarum, aliæ erunt irrationabiles, aliæ cum ratione. Quapropter omnes artes,& ſcientiæ factiuæ potentiæ ſunt principia năq; permutatiua ſunt in alio inquantum aliud.

Cum eſſet locutus de potentijs generatim,nunc trãſit ad loquendum de ſpeciebus potentiarum, & Auer. velle videtur, ꝙ loquatur de ſpeciebus potentiæ actiuæ,poſſumus autem dicere, ꝙ loquatur de ſpeciebus potentiarum tam actiuarum, q̃ paſſiuarum per cõparationem ad ſubiecta,in quibus ſunt eiuſmodi potentiæ,vt recte Expoſitor inquit,& diſtinctio, quam aſſignat,eſt,ꝙ potentiarum aliæ ſint tationales, aliæ irrationales.& ſyllogizat hoc pacto,principia talia.ſ. agen

Quæ Auer. Com. 3.

di, aut ſunt in rebus inanimatis, aut in rebus animatis, intelligendo per animata ſola ea,quæ animata ſunt anima rationali:hoc eſt antecedens, quod ponit, & dicit {Qm̃ autem principia talia).ſ.agendi aut patiendi{hęc quidem ſunt in)rebus{inanimatis,alia vero in) rebus animatis,& exponit quid per animata intelligit,& vult omnia ea eſſe intelligenda hic animata, quæ ſola anima rõnali dicuntur animata,vt homines, cætera omnia,ſiue habeant animam vegetatiuam vel ſenſitiuam, ſiue non, omnia ea vocat inanimata, facit autem hoc more veterum: qui nullam aliam animam cognouerunt niſi rationalẽ, & ſolos homines dixerunt eſſe animatos:vt ergo loqueretur, vt plures,inquit{alia vero) principia agendi vel patiendi ſunt{in)rebus{animatis, & in anima)talium, qm̃ non ſunt in corpore humano, ſed in anima corporis humani.& exponit,quid per animam velit,& dicit{& in anima) hoc eſt{in ea quæ rõnem habet)per quę innuit,quæcũq; alia non habent rationem,dici inanimata,& ſic diſtinctio eſt,ꝙ principia agendi vel patiendi alia ſint in rebus animatis rationali anima,alia in rebus inanimatis, quæ carent rõnali anima: ſiue habeant alias animas,ſiue non habeant. Tũc dat conſequens,& inquit{palam quia & potentiarum aliæ erunt irrationabiles)quæcunque ſunt principia in rebus carentibus anima rationali{ aliæ cum ratione) quæcũq; ſunt in habente animam rationalem,& in ipſa anima rationali.Ex his infert omnes artes,& omnes ſcientias practicas eſſe potentias,quæ aptæ ſunt mouere exteriorem materiam,& dicit{quapropter omnes artes,&)omnes{factiuæ ſcientiæ)vt mechanicæ{potentiæ ſunt) quæ aptæ ſunt mouere exteriorem materiam, & hoc pacto excluduntur morales, quoniam non ſunt artes factiuæ, ſed actiuæ. probat, & dicit{principia nanque ſunt permutatiua in aliud, inquantum,aliud) igitur ſunt potentiæ aptæ mouere materiam exteriorem & non modo artes, & ſcientiæ factiuę ſunt potentiæ exterius factiuæ ſed ſunt rationales, qm̃ omnes ſunt in anima rationali.

Et quæ quidem cum ratione ſunt,omnes cõtrariorum ſunt eædem.irrationabilium autem,unius eſt ut calidum calefaciendi ſolum.medicatiua autem infirmitatis,& ſanitatis.

Cum diſtinxiſſet de potentijs,nunc aſſignat differẽtiam,& dicit, ꝙ rationales potentiæ vtriuſq; contrarij factiuæ ſint,irrationales vnius tantum:& dicit{Et quę quidem cum ratione ſunt, omnes ſunt contrariorum) factiuæ{eædem.irrationabilium autem,vna vnius)factiua{ eſt. vt calidum calefaciendi ſolum) vim habet {medicatiua autem)eſt factiua{infirmitatis,& ſanitatis)Auer.autem intelligit hanc differentiam, ꝙ rationales potentię agant ambo contraria in ſimul irrationale vero alterũ ſeorſum tm̃, & cũ dicit inſimul non intelligas ſimultatem temporis,non.n.eodem tempore rationalis potentia agit ambo contraria,ſed intelligas ſimultate virtutis,ac intentionis,vt dicemus, qm̃ ea virtute, qua petentia rationalis agit alterum contrariorũ, agit & alterum eadem intentione,ſi voluerit.

Quæ Auer. Com. 3.

Cauſa autem, quoniam ratio eſt ſcientia, ratio autem eadem, rem oſtendit,& priuationem.

Aſſignat cauſam differentiæ,& ſyllogiſmus primus eſt, ratio rem oſtendit,& priuationem rei: Scientia eſt ratio: igitur ſcientiam rem oſtẽdit, & priuationem rei. Tunc vltra,vt Auer.ſupplet,ſed potentia rõnalis facit,

quæ facit,per ſcientiam: igitur eſt factiua contrariorũ vt ſit vltimus ſyllogiſmus, omnis facultas, quæ facit p ſcientiam,facit contraria : Potẽtia rationalis facit quæ facit per ſcientiam:igitur facit contraria. De ratione tãgit primum ſyllogiſmum,qu o habetur minor principalis ſyllogiſmi,& dicit{Cauſa aũt,qm̃ ratio eſt ſciẽtia, eſt}ergo minor,ſcientia eſt ratio { ratio autem eadem, rem oſtendit,& priuationem}hæc eſt minor,igitur ſub audi,ſcientia oſtendit rem & priuationem , & per priuationem intelligit alterum contrariorum imperfectũ, quod ſe habet,vt priuatio,vt poſtea dicet.

Non tamen ſimiliter & eſt ut amborum,& eſt ut exiſtentis magis Quare neceſſe eſt & tales ſcientias eſſe quidem contrariorum,eſſe uero,huius quidem per ſe,illius uero , non per ſe.etenim ratio huius quidem per ſe eſt, illius uero quodam modo,& per accidens nam negatione , & ablatione oſtenditur contrarium , etenim priuatio prima contrarium hæc autem ablatione alterius.

Remouet dubitationem , ſumpſit enim ꝙ ratio ſit amborum cõtrariorum.ſ.rei,& priuationis. ideo quæritur vtrum eodem ſit rei.& priuationis?Reſpondet,ꝙ non eodem,qm̃ ratio eſt rei exiſtentis magis,& per ſe, priuationis vero,minus,& per accidens. & dicit { Non tamẽ ſimiliter}ratio eſt rei & priuationis{& eſt,vt amborum}.ſ.rei & priuationis { & eſt vt exiſtentis magis} & per ſe.eſt.n.vt amborum oſtenſione , eſt rei exiſtentis,vt per ſe & magis,tunc concludit quod eodem modo ſcientia ſit vt amborum,& vt alterius magis,& per ſe,& dicit{quare neceſſe eſt & tales ſcientias}. ſ. factiuas{eſſe quidem contrariorum} per communem oſtẽſionem{eſſe vero huius quidem per ſe}.ſ.rei,ac formæ {illius vero nõ per ſe}.ſ.priuationis,& repetit cauſam, & dicit{etenim ratio huius quidem per ſe eſt}.ſ. rei{illius vero}.ſ.priuationis eſt{quodam modo & per accidens } ſed ſubaudi ſcientia eſt ratio : igitur ſcientia eſt amborum ſm̃ cõmunem oſtenſionem, rei autem p ſe, priuationis vero per accidens. Sed dices,ſi vna ſcientia eſt rei,& priuationis, vtrum vna ſcientia ſit contrariorum,reſpondet quod ſicut vna eademq; ſcientia eſt rei & priuationis, ſic vna eademq; ſciẽtia eſt contrariorũ, vt calidi,& frigidi,albi,& nigri,grauis, & leuis, & ſupponens ſolutionem tacitam tacitæ queſtionis,aſſignat cauſam tacitæ ſolutionis,& dicit{nam contrariũ oſtẽditur negatione,& ablatione} ſubaudi alterius contrarij:quod non eſſet,niſi vna ſcientia eſſet contrariorum. & quod contrarium oſtendatur negatione & ablatione alterius contrarij,probat,priuatio, quæ eſt primum principium oſtẽditur negatione , & ablatione rei cuius eſt priuatio.contrarium eſt priuatio , quæ eſt principiũ primum.igitur contrariũ oſtenditur negatione,& ablatione,tangit igitur primo minorem,& dicit { etenim cõtrariũ}ipſum{eſt prima priuatio} hoc eſt, contrariũ ipſum eſt priuatio,primum principium.Deinde tangit maiorem,& dicit{hæc aũt}.ſ.priuatio prima {ablatione alterius } ſubaudi oſtenditur. igitur contrarium ipſum ablatione,& negatione oſtenditur : & ſic patet ꝓbatio tacitæ ſolutionis.Quo vero ad rationem attinet, animaduerte,ſemper alterum contrariorum eſſe impfectum,vt ſuperius dictum eſt , & quia eſt imperfectũ, ideo ſubit rationem priuationis , & poteſt dici quædã priuatio . Sed dubitatur quoniam potentia irrationalis eſt oppoſitorum etiam eodem modo ſicut rationalis, quoniam ſicut rationalis , eſt amborum , alterius per ſe,alterius per accidens, ſic potentia calefaciendi calefacit per ſe,per accidens infrigidat.aut per antiperiſtaſin,aut trahendo humidum per hoc quod poros corporis aperit,per quos exhalat humidum, & conſequenter calidum,& ita refrigeſcit corpus à calido per accidens: quare hæc differentia nulla eſt . Dicendum ꝙ hæc eſt differentia ꝙ potentia rationalis intentione prima poteſt in ambo oppoſita , qm̃ agit electione , & ita poteſt prima intẽtione agere quoduis contrariorium.Potentia irrationalis prima intentione non poteſt agere niſi vnum:cum non agat electione . conuenit autem , qm̃ dum agit prima intentione vnum contrariorum rationalis potentia,errore poteſt agere alterum,vt dum medicus intendit ſanare, poteſt errore infirmare.& ſic differt,& conuenit,differt quidẽ quo ad intentionẽ agendi, conuenit quo ad executionem. quo quidem ad intentionem differunt , quia potentia rationalis ſecundũ intentionem primam eſſe poteſt vtriuſque contrarij . Potentia irrationalis ſm̃ primam intentionẽ eſt vnius tantum:quo vero ad executionẽ conueniunt , qm̃ quo ad executionem potentia rationalis eſt alterius oppoſitorũ per ſe,alterius per accidens:potentia vero irrationalis ſimili ratione eſt alterius per ſe,alterius ꝑ accñs,

Quoniam autem contraria non fiunt in eodem,ſcientia autem eſt potentia in habente rationem , & anima motus habet principium:ſalubre quidem ſanitatem ſolum facit, & calefactiuum caliditatem,& frigefactiuum frigiditatem:ſciens uero ambo.eſt enim amborum quidem ratio, (non tamen ſimiliter) & in anima,quæ habet motus principium. quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipſum copulans.quapropter ſecundum rationem potentia ſine ratione potentibus faciunt contraria.unum enim principium ratione continetur. TEX.4.

Quæ ſuperius dixerat,nunc probat, dixit.n.duo, & ꝙ rationalis potentia ſit oppoſitorum, & ꝙ irrationalis potentia ſit vna vnius. hæc probat enthymematice, & in antecedente ſumit tres propoſitiones ſatis claras, prima eſt ꝙ contrariæ formæ naturales non fiunt in eodem ſubiecto nec eſſe poſſunt eiuſdem compoſiti , & hanc ponit,& lege ſuſpẽſiue vſq; ibi {ſalubre quidem} & inquit{qm̃ autem contraria}hoc eſt formæ naturales contrariæ{non fiunt in eodem}ſubiecto eſt.n. naturalis forma vna vnius ſubiecti, & vna vnius compoſiti: hæc eſt prima propoſitio { ſcientia autem eſt potentia in habente rationem}& tu intelligas hanc propoſitionem cauſaliter hoc modo,& potentia quæ eſt cum ratione,agit per ſcientiam,hæc eſt ſecũda propoſitio.aſſignat tertiam,& dicit{& anima motus habet principiũ} hoc eſt,& anima habet ſcientiam, quæ principium agẽdi : hæc eſt tertia propoſitio:ex his tribus vult habere, vt mihi videtur,duas propoſitiones,& prima eſt , omne compoſitum naturale, quod per vnam tantum formam eſt,agit vnum tantum.naturalis.n.forma eſt vna vnius.Secunda vero,omne agens per ſciẽtiam,quæ eſt eadem oppoſitorum,agit oppoſita:has.n.duas propoſitiones voluit habere per illas tres,ex his duabus infert duas concluſiones,primam cum inquit {ſalubre quidẽ ſanitatem ſolum facit,& calefactiuum}ſolam{caliditatem,& frigefactiuum}ſolam{frigiditatem}& vniuerſaliter omne compoſitum naturale vnum ſolum facit. & ſyllogiſmus erit,omne compoſitum naturale,quod per vnam ſolam formam eſt,vnum tantum facit,ex prima propoſitione.omne compoſitum naturale,vt ſalubre,frigefactiuum,calefactiuum,& id genus vnam ſolam,

lam formam habet, igitur vnum contrariorum ſolum facit. Secundam concluſionem infert cum dicit {ſciens vero ambo) oppoſita facit, & ſyllogiſmus eſt, omne agens per ſcientiam agit ambo: ſciens agit per ſcientiã, igitur ſciens agit ambo. Quod omne agens per ſcientiã agat ambo, probat, & dicit, eſt.n. amborum quidẽ ratio {&) exiſtens {in anima quæ habet) ſcientiam { quæ eſt motus principium) addit {non tamen) ratio eſt { ſimiliter) amborum, ſm intentionem quidem eſt amborum, ſm executionem vero eſt alterius per ſe, alterius per accidens. Tunc ex his dat concluſionem, & dicit {Quare anima quæ eſt ſciens, & agens per ſcientiam, & rationem {ambo) contraria {mouebit ab eodem principio) quæ eſt ſcientia & ratio {copulans) ambo contraria {ad ipſum) hoc eſt ad ſcientiam & rationem: copulans dico p ſimilitudinem, agit enim anima medici ſciens medendi artem ſanitatem, & ægritudinem, per hoc ꝙ tam ſanitas ꝙ ægritudo copulatur per ſimilitudinem rationi & ſcientiæ, quæ eſt in anima. vnde ſicut agens naturale agit ſibi ſimile per ſimilitudinem realẽ, quæ eſt forma naturalis, ita medicus agit ſanitatem, & ægritudinem per ſimilitudinem intentionalem, quam habet in anima per ſcientiam & rationem medendi: eſt ergo concluſio, anima igitur ſciens agit ambo contraria: & ſyllogiſmus totus erit, omnes agens per ſcientiã, quæ eſt eadem oppoſitorum, agit ambo contraria, anima ſciens agit per ſciẽtiam, quæ eſt eadem oppoſitorũ, igitur agit ambo oppoſita. Tunc ex his infert differentiam potentiarum rationalium, & irrationalium, & dicit {quapropter ſm rationem potentia).i. ea quæ poſſunt agere ratione {contraria faciunt his, quæ ſine ratione poſſunt) nam ea quæ ratione poſſunt, factiua oppoſitorum ſunt, quæ vero agunt naturali impetu, & ſine ratione, factiua ſunt vnius tantum, & ſic econtrario potentiæ naturales, & potentiæ rationales ſe habent, & ꝙ ea quæ poſſunt ſm rationem ſint oppoſitorum, probat, & dicit, vnum.n. principium quod eſt oppoſitorũ {cõtinetur ratione) hoc eſt continetur in rõne ipſa, q̃ eſt eadem oppoſitorum: patet ergo differentia pontentiarum. Auer. autem praue intelligens verba Ariſt. reducit antecedens ad duo, ꝙ videlicet cum anima agit ratione, agit duo oppoſita, qm̃ ſcientia, & ratio eſt oppoſitorum, cum agit naturali impetu, & non ratione, agit vnum. verbi cauſa, humana aĩa, cum agit per rationem, & ſcientiam agit ſanitatem, & ægritudinem, cũ agit quatenus nam eſt, auget corpus tantum, & non facit ſimul auctionem & diminutionem. Quæ licet vera ſint, verbis Ariſt. tamen nullatenus conueniunt. Secundo dicit, ꝙ ſciens agit contraria, quia agit ea, quæ fieri poſſunt ſine ratione, & ea etiam, quæ fieri poſſunt per rationem, verbi gratia, qm̃ facit ſanitatem, quæ fieri poteſt natura, & arte. Et hoc rurſum licet verum ſit, non eſt ad propoſitum, Ariſt. enim dicit animã ſcientem, ideo oppoſita facere, qm̃ agit ſcientia, & ratione, quæ eſt eadem poſitorum.

Quæ Auer. Cõm. 4.

Palam autem & quoniã ipſius bene potẽtiam ſequitur ſolum faciendi aut patiendi potentia: hanc uero, illa: non ſemper neceſſe enim bene facientem facere, ſed ſolum facientem non neceſſe eſt bene facere.

Nũc obiter declarat, quo modo ſe habent poſſe facere vel pati, & poſſe bene facere, vel bene pati, & aſſerit hæc ſe habere vt cõmune & minus commune, nam vt Auer. inquit quicunq; poteſt bene facere, vel bene pati, poteſt facere, vel pati, & non conuertitur: & dicit, palam autem {& qm̃ potentiam ipſius bene) ſubaudi faciendi, vel bene patiendi {ſequitur potẽtia) quæ {ſolum) eſt {potentia faciendi vel patiendi) qm̃ valet, poteſt bene facere aut bene pati, igitur poteſt facere, aut pati {hanc vero illa, non ſemper) non enim ad poſſe facere aut pati ſequitur ſemper poſſe bene facere, aut bene pati. Quòd ita ſit probat ex ipſo facere, & bene facere, & dicit {neceſſe.n. benefacientem facere, ſed ſolum facientem non neceſſe eſt bene facere) Quare per regulam prioriſticam, Aliquo addito vtrobiq;, eadem ſequentur, Si enim ſequitur bene facit, igitur facit, codẽ addito vtrobiq; nec diminuente, nec diſtrahente, valebit, poteſt bene facere, igitur poteſt facere. & non ecõtrario. dixit autem {non ſemper) qm̃ in agentibus perfectis, valet facit, igitur bene facit, & etiam valet, poteſt facere, bene igitur poteſt facere, cauſa eſt, qm̃ in agentibus perfectis, vt in diuinis: idem eſt facere & bene facere. Præterea valet in agentibus quæ agunt ratione, ſequitur.n. medicus poteſt ſanare, igitur poteſt bene ſanare, & Dion poteſt nauigare, igitur poteſt bene nauigare. cum.n. agens ratione agat per id quod eſt oppoſitorum, ideo poteſt agere bene & male. Simpliciter autem non valet, qm̃ eſt aliquid agens, quod poteſt agere & non poteſt bene agere, vt agens quod agit per habitum vitij, vel per formam ſimpliciter imperfectam. patet igitur cur dixit non ſemper.

CAP. IIII.

Agruit contra negantes potentiam niſi cum res fit in actu.

SVnt autem quidam, qui dicunt: ut megarici, quãdo quis operatur, ſolum poſſe, quando uero non operatur: non poſſe, ut non ædificantem non poſſe ædificare, ſed ædificantem, quando ædificat: ſimiliter autem & in alijs, TEX. 5.

Cum dixiſſet, vt Auer. inquit, ꝙ potentia duplex ſit, Cõm. 5. actiua & paſſiua, & deſcripſiſſet & numeraſſet has, dediſſetq; differentiam inter rationales, & irrationales, nunc vult diſputare cum ijs qui negarunt potentias eſſe, videlicet cum eis, qui negarunt ipſum poſſibile eſſe. Sed dices nunquid metaphyſicus debeat de his diſſerere, quaſi reſpondens Auer. inquit, Primus.n. philoſophus debet loqui de re hac, qm̃ eſt opinio ſophiſtica, & falſa: eſt enim vna eademq; ſcientia recti, & obliqui, quare ſi pertinet ad metaphyſicum agere de potentia ſm veritatem, pertinet etiam refellere falſas opiniones quæ habentur de illa. Ariſto. igitur narrat opinionem Megaricorum, & dicit {ſunt autem quidam, qui dicũt, vt Megarici, quando operatur quis) eum tunc {ſolum poſſe) operari {quãdo autem) quis non operatur, cum {non poſſe) operari {vt non ædificantem non poſſe ædificare, ſed ædificantem, quando ædificat) tunc ſubaudi poſſe ædificare {ſimiliter autem) vt inquit { & in alijs) Hi.n. vt Auer. inquit, negant potentiam præcedere tẽpore id quod quis poteſt, dicũt.n. potentiã, & id quod quis poteſt, ſunt ſimul: & ſic contingit nullam potentiã eſſe ante actum. Contra tñ Auer. obijcit, ex eo quia potentia & actus ſunt differentiæ entis valde oppoſitę, vt primo de anima aſſeruit, ergo non poſſunt eſſe inſimul. dicit tamen Auer. quoſdam loquentes ſuæ ſectæ concedere hanc opinionem, dixerunt.n. id eſſe poſſe ꝙ deus facit, aut fecit, quod vero nec facit, nec fecit, dicũt eſſe impoſſibile. Megarici vero philoſophi, qui fuerunt de ſecta Stoicorum dixerunt poſſibile non eſſe ante

Quæ Auer. Cõm. 5.

Cõm. 5.

Quæ Auer. Cõm. 5

actum, qm crediderunt omne quod eſt poſsibile, neceſſario euenire:& ſic ex oppoſito conſequentis argumentantes concluſerunt, quod non euenit, nō eſt poſſibile, quare ante actum non eſt aliquid poſsibile.

Quibus accidere incōuenientia non eſt difficile uidere. Palā .n. quoniam non erit ædificator, niſi ædifices, nā ædificatorem eſſe eſt eſſe potētem ædificare, ſimiliter aūt & in alijs artibus.

Contra hanc poſitionem obijcit Ariſt. & dicit {Quibus accidere inconuenientia non eſt difficile videre) ponit autem abſurdum primum, ꝙ tūc ędificator non erit, niſi ædificet, & tunc primum ædificator erit, cum ædificet. probatur conſequentia, qm̄ per eos ædificator non eſt, niſi cum actu ædificat, & cum actu non ædificat, non eſt. dicit {palam .n. qm̄ non erit ædificator, niſi ædificet. nam ædificatorem eſſe, eſt potentem ædificare, ſimiliter autem, & in alijs artibus) vt medicū eſſe erit potentem ſanare. eſt ergo primum abſurdum, ꝙ hac poſitione conceſſa, ædificator incipiet eſſe ædificator ſolum cum ædificat, & cum non ędificat, deſinit eſſe ædificator. Auer. autem opinatur, ꝙ hoc non aſſerit Ariſtoteles, vt abſurdum, ſed ſupponat de mente Megaricorum. Eſt enim ſuppoſitio quòd ædificator incipiat eſſe ædificator, cum ædificat, deſinatq; eſſe ædificator, cum deſinat ædificare.

Si igitur non erit poſſibile tales habere artes, non diſcentē aliquando, & accipientem: & non habere, non abijcientem aliquando, aut obliuione, aut paſſione aliqua, aut tempore. nō enim utiq; re corrupta: ſemper enim eſt quando ceſſabit: non habebit artem. iterū qui ſtatuit ædificabit, aliquo mō accipiet.

Nunc ponit ſm abſurdum, quod forte non differt à primo, ſed eſt explanatio primi abſurdi. & primo præmittit duas ſuppoſitiones quaſi ab omnibus cōceſſas. quarū prima eſt, ꝙ nullus artem aliquā habere poſſit, niſi aut didicerit à præceptore, aut inuenerit per ſeipsū hæc ſuppoſitio patet, qm̄ noſtrum ſcire non eſt reminiſci, vt voluit Plato, ſed de nouo, vt probauit Ariſt. & dicit {ſi igitur non erit poſsibile tales artes habere) ideſt ſi igitur non poteſt quiſpiam has artes quaſuis habere {non diſcentem aliquando) hoc eſt niſi eas didicerit à præceptore {&) pro aut {accipientem) hoc eſt, aut niſi acceperit eas per ſe ipſum propria intentione. eſt .n. vt Philoponus dixit .1. Poſt. dupliciter ſcire, aut dicendo à præceptore, aut inuentione per ſeipſum: hæc eſt prima ſuppoſitio. debet autem textus legi ſuſpēſiue vſque ibi {quando ceſſabit) deinde ponit ſecundam ſuppoſitionem, & eſt hæc, nullus poteſt artibus carere, niſi aliquando eas abiecerit, atq; perdiderit, aut obliuione, vt multi qui artes didicerint, prætermiſsis ſtudijs in illis, obliuione eas amiſerunt. Multi .n. ſcientias mathematicas, & Dialecticam didicerunt, qui cū in eis non ſe exercuerint. obliuione eas amiſerunt {aut paſsione aliqua) hoc eſt morbo. Obſeruauimus multos doctiſsimos viros, qui poſt morbos doctrinas fere omnes perdiderunt {aut tempore) hoc eſt ſenectute, & diuturnitate. Senes enim plerūq; artes, quas in iuuenta calluerunt, perdunt, vnde dicit {& non hr̄e non abiicientē aliquando) hoc eſt, & non eſt poſsibile, vt quis careat artibus niſi abiecerint eas {aut obliuione, aut paſsione aliqua) ægrotatiua {aut tempore) atq; ſenectute. hæc eſt ſecunda ſuppoſitio. Sed contra hanc ſuppoſitionem eſt dubitatio: qm̄ re corrupta, cuius rei ars eſt, vr̄ ars corrūpi: vt de opinione, cum .n. quiſpiam opinatus fuerit Socratem eſſe ſummum Pontificem, opinio ſeruabitur quandiu ille erit ſummus Pontifex: Socrate vero corrupto, opinio non ſeruabitur, quaſi reſpondens, dicit {nō .n.) corrumpuntur artes {re) circa quā verſantur {corrupta, ſemper) enim ars {eſt) dato ꝙ res circa quā errat corrupta fuerit, vt dato ꝙ domus ruat, ars ædificandi ſeruabitur, & ſic aliter eſt de opinione, & aliter de arte, opinio .n. corrumpitur corrupta re, cuius erat, qm̄ opinio proficiſcitur à re, at ars non à re fit, ſed ipſa eſt cauſa rei. Tunc argumentatur, ſi, vt dicunt Megarici, ædificator eſt, cum tunc ædificat, & non eſt, cum non ædificat {quando) vt inquit {ceſſabit) ædificare {non habebit artem) ædificandi, quod eſt contra ſecundā ſuppoſitionem {iterum, qui ſtatim ædificabit, aliquo modo accipiet) artem tunc, cum ædificabit, quod contra primam ſuppoſitionē. hanc expoſitionem olfecit Auer. cum dicit: deinde declarauit hoc, quaſi velit ꝙ Ariſto. aſsignauerit, quoddam abſurdum, & nunc velit illud clarius exponere, quo vero ad hanc rationem attinet, Auer. dicit, ſed ipſe Ariſt. dimiſit hoc eſt poſuit in textu cōſequēs, & deſtruxit ipſum per ſuppoſitiones aſsignatas: per quæ Auer. innuit. Ariſto. hic accepiſſe conſequens, & prætermiſiſſe antecedens, nec ab ratione id fecit, qm̄ antecedens eſt poſitio Megaricorum. quam quia poſuit à principio, non curauit eam hic repetere. Sed ſolum intulit abſurdum, quod ſequitur ad eam. Quæ Auer. Cōm. 5. Quæ Auer. Cōm. 5.

Et inanimata utiq; ſimiliter, neq; enim frigidum, neq; calidum, neq; dulce, neq; omnino ſenſibile quicquam erit, non ſentientibus. Quare Protagoræ ſophiſtæ rationem eis dicere contingit.

Cum argumentatus eſſet contra Megaricos argumento ſumpto ab artibus, artificibusq; ipſis qui aīati ſunt, nunc argumentatur argumento ſumpto à rebus inanimatis. & argumentū eſt, ſi ſolum res ſunt potētes, cum in actu ſunt, & ceſſant à poſſe, cū nō actu fuerint, & {Inanimata vtiq; ſimiliter) erunt potentia tunc ſolū, cum actu agent, ceſſabunt vero, cū nō actu agent {.n.) ꝑ & ita {neq; frigidum, neq; calidum, neq; dulce, neq; omnino ſenſibilie quicq̄) inanimatum {erit) nobis ea ꝑ ſenſus actu {non ſentientibus) & ſic ſenſibilia non erūt ſenſibilia, cum ceſſauerint agere in ſenſus ſuos. tūc deſtruit conſequens & dicit, {quare Protagoræ ſophiſtæ rationem eis dicere cōtinget) Protagoras. n. ſophiſta, vt quarto huius dicitur, opinatus eſt, res eſſe ita, quia nos opinamur eas eſſe tales, vt quia opinamur hominē eſſe rationalem, homo eſt rationalis, & quia opinamur hominem non eſſe equum, homo non eſt equus. Contra quem obiecit Ariſt. quarto huius ꝙ hac poſitione conceſſa, accideret contradictoria ſimul eſſe vera, cum diuerſos circa idem contradictoria contingat opinari. Quare ſi iſti volunt tunc eſſe ſenſibile, cum monet ſenſum, & tunc nō eſſe ſenſibile cū non monet, contingit idem eſſe ſenſibile, & non ſenſibile, eſſe quidem, cum mouet ſenſum Platonis, nō eſſe vero, cum non mouet ſenſum Socratis. & ſic idem ſenſibile contingit eſſe calidum, & non calidum, & vertetur opinio Protagoræ ſophiſtæ. Fuit autem Protagoras is, cuius libri, vt Cicero dixit, ab Athenienſibus decreto publico fuerunt cōbuſti, quod videlicet reuocauerint deos in dubium.

At uero nec ſenſum quicquam habebit, ſi non ſentiat, nec operetur. Si ergo cæcum eſt non habens uiſum aptum uero natum, & quando aptum natum eſt, & adhuc ijdem erunt ſæpe die uno, cæci & ſurdi.

Hic

Hic aſſignat tertiam rationem, & eſt, ſi potentia tũ eſt, cum aliquod actu agit, & ceſſat, cum non actu agit, tunc{nec ſenſum quicquã habebat, ſi non ſentiat, nec operetur) & ita animal deſinens actu ſentire, deſinet habere ſenſum, & epilogans rationem hanc in terminis clarius, & dilucidius, dicit{ſi ergo cæcum) ſm Megaricos{eſt non habens viſum) aptum{vero natum) habere{& quando eſt aptum natum) habere, hoc eſt ſi ſm Megaricos cæcum eſt animal, cum actu non videt, & ſi tunc aptum natum eſt videre{& adhuc).i. iterũ vtiq; {iidem) homines{ſæpe die vno erunt cæci, & ſurdi) qm̃ idem homo eodem die ſæpe videt, & non videt: & ſic ſæpe erit cæcus, & videns. Auer. autem diuidere videtur textum in duas rationes, quarum prima ponitur in prima parte textus, ſecunda ibi{ſi ergo cæcum) prima ratio eſt, ꝙ ſi animal deſinit habere ſenſum, cum deſinit ſentire vt Megarici fingunt, tunc animal deſinens ſentire, deſinet eſſe animal, qm̃ deſinet habere ſenſum per quem animal eſt animal. Secũda eſt, ꝙ ſi eſt, vt Megarici dixerunt, tunc eodem die idem animal erit ſæpe cæcum, & ſæpe videns. & deſtruens conſequens dicit Auer. eſſe differentiam inter cæcum, & animal habẽs viſum, quando non videt. qm̃ cæcum caret viſu actu & potentia, Animal habens viſum, quando non videt, caret viſu actu: non autem aptitudine.

Quæ Auer. Com. 5.

TEX. 6. *Amplius, ſi impoſſibile eſt, quod caret potentia: quod non fit, impoſſibile erit factum eſſe: Sed ſi impoſſibile erit factum eſſe. Dicens autem eſſe, aut futurum eſſe mentietur. nam impoſſibile hoc ſignificauit, Quare hæ rationes auferunt motũ, & generationem, ſemper enim ſtans ſtabit, & ſedens ſedebit. non enim ſurgit, ſi ſedet. Impoſſibile nanq; erit ſurgere, quod non poteſt ſurgere.*

Quarto argumentatur contra Megaricos deductione ad impoſſibile hoc pacto, Quod caret potentia, impoſſibile erit factum eſſe: quod non fit, caret potentia. igitur quod non fit, impoſſibile erit factum eſſe. Minor patet, nam quod non fit, ſm Megaricos caret potentia. eſt.n. apud eos tum res in potentia, vt fiat, cum fit. Maior vero ab omnibus conceditur. de ratione igitur tangit maiorẽ, & dicit{Si quod caret potentia, impoſſibile eſt factus eſſe) ſubaudi minorem, quod non fit, caret potentia. igitur{quod non fit, impoſſibile erit factum eſſe) & quia hæc ratio eſt deductio ad impoſſibile, declarat concluſionem eſſe impoſſibilem, & dicit {ſed ſi impoſſibile erit factum eſſe) hoc eſt ſi cõcluſio eſt vera videlicet quod nõ fit, impoſſibile erit factum eſſe: ſi inquam hæc concluſio ſit vera: {dicens) aliquid quod nunc non fit{aut eſſe, aut futurum eſſe, mentietur, nam hoc) quod dictum eſt{ſignificauit impoſſibile) diximus enim illud eſſe impoſſibile quod non fit. Quare ſi quis dicet quod non fit, eſſe aut futurum eſſe, mendacium erit, quoniam dicet impoſſibile, eſſe aut fore aliquando. Secundo probat eandem concluſionem eſſe impoſſibilem alia ratione & dicit{quare hæ rationes) & ſyllogiſmi ſi veri ſunt{auferunt motum, & generationem) & quod auferunt motum. probat, & dicit{ſemper enim ſtans ſtabit, & ſedens) ſemper{ſedebit) & ſic non poteſt fieri motus. & ꝙ ſedens ſemper ſedebit, probat, & dicit{non enim ſi ſedet, ſurget) aliquando{Impoſſibile enim erit ſurgere, quod non poteſt ſurgere) Motus igitur deſtruetur: nõ enim qui ſtat, mouebitur, qm̃ qui ſtat caret potentia ad motum. & ſic non poterit moueri. nec qui ſedet, poterit moueri: qm̃ qui ſedet, caret potentia ad motum. quare nullus horum mouebitur. Simili ratione deduci poteſt de generatione. Sed quæritur hic, vtrum ſtans poteſt moueri: & ſedens poteſt moueri. videtur ꝙ non: qm̃ ſi ſtans poteſt moueri, tunc ſtans aliquando erit motum & ſi ſtans aliquando erit motum: tunc idem ſimul ſtabit, & mouebitur. Dicẽdũ ꝙ ſtans, & ſedens pñt accipi diuiſæ; & ſic accipiũtur aut ꝓ ſubto aut ꝓ forma: & ꝓ ſubiecto, hæ ambæ veræ ſunt. qm̃ qui ſtat, & qui ſedet, poteſt moueri, aut poſſunt accipi compoſite, & ſic idẽ eſt ſtans, & qui ſtat ſub ratione qua ſtat, & hoc pacto negantur: hoc Alexan. dicit primo Elenchorum. Cum enim dicitur contingit ſedentem currere, verum eſſe dicit ſm diuiſionem accipiendo ipſum ſedentem. Eſt enim terminus connotatiuus, qui poteſt accipi ꝓ ſubiecto, ſine forma, & pro vtroq; aggregato ex ſubiecto & forma etiam accipi poteſt ſm compoſitionem. Primo modo pro ſubiecto concedit illam ſedentem contingit currere. Secundo modo pro vtroq;, negat. Quæ non intelligentes Iuniores venerunt in libello infinitos de re hac inſcriptos, verum de his in ludicris.

Si ergo non contingit hæc dicere, palam quoniam potentia & actus alterum ſunt. At illæ rationes potentiam & actum idẽ faciunt. Quapropter et nõ parũ aliquid deſtruere quærũt.

Ex dictis concludit ſuam intentionem quaſi epilogando ea abſurda: quæ ſequuntur ad Megaricorum rationes, & dicit{Si ergo non contingit hæc dicere, palam qm̃ potentia & actus alterum ſunt) circa quæ verba Auer. dicit, deinde poſuit omnia iſta impoſſibilia quaſi antecedens, & poſitionem ſuam quaſi conſquẽs. deinde Ariſto. epilogat abſurda, quæ ſequuntur opinionem Megaricorum, & dicit{At illæ rationes) atq; ſententiæ Megaricorum{potentiam & actum idem faciunt. Quapropter & non parum aliquid quærunt deſtruere) nam, vt Auer. inquit, deſtruunt primam materiam & omnes motus, & generationem, & corruptionem, & omnes artes, quæ agunt per cogitationem, & voluntatem ad expellendum nocumentum, & ducendum iuuamentum: vt medicinalem artem. Sed cum hic ſyllogiſmus Ariſto. contra Megaricos ſit ducens ad impoſſibile, quæritur quid ſit hypotheſis in hoc ſyllogiſmo, & quid coaſſumpta propoſitio, ex quibus componitur deductio ad impoſſibile. dicendum quod hypotheſis eſt opinio Megaricorum videlicet quod non fit, caret potentia vt fiat. Coaſſumpta vero propoſitio eſt, omne quod caret potentia, vt fiat, impoſſibile erit eſſe factum. Deductio autem eſt, omne quod caret potentia vt fiat, impoſſibile eſt fieri, qđ non fit, caret potentia, vt fiat: igitur quod non fit, impoſſibile eſt fieri. hæc eſt deductio ad impoſſibile. Regreſſus vero eſt, hæc concluſio eſt impoſſibilis, tum quia dicens aliquid quod non fit, poſſe fieri, dicet falſum, tum quia deſtruerentur motus, generationes, & artes factiuæ. Vltra hæc concluſio eſt impoſſibilis, ergo altera propoſitionum. & non coaſſumpta: qm̃ ab omnibus conceditur, igitur impoſſibilis eſt hypotheſis. Tunc vltra impoſſibilis eſt hypotheſis, igitur potentia, & actus differunt. hoc ergo pacto ratio Ariſto. reducitur ad artem prioriſticam.

Quæ Auer. Com. 6.

Quare contingit poſſibile quidem aliquid eſſe: non eſſe autem: & poſſibile non eſſe, eſſe autem. Similiter autem & in alijs prædicamentis, poſſibile eſt uadens eſſe, & non uadere. Et non uadens poſſibile eſt uadere. TEX. 7.

Secundo concludit quonam modo, poſſibile & in-eſſe ſe habeant,& vult ꝙ ſe habeant ſecundum oppoſitam qualitatem,qm̃ contingens eſſe, eſt quod non eſt, & contingens non eſſe,eſt quod eſt. non autem econtrario, licet enim poſſibile eſſe ſit quod non eſt,non tamen omne quod non eſt, eſt poſſibile eſſe.Cã autem, quoniam, vt diximus primo Priorum, ineſſe eſt contingens poſitum in actu. dicit{Quare contingit poſſibile quidem aliquid eſſe, non eſſe autem, & poſſibile non eſſe autem} eſt enim contingens eſſe,quod nõ eſt, & poteſt eſſe,& poſſibile non eſſe, quod eſt, & poteſt non eſſe. Se enim habent ſecundum oppoſitam qualitatem.& quia hæc exempla locum habent in ſubſtantijs,nam eſſe ſimpliciter prolatum intelligitur de ſubſtantia:diſtribuens, atq; reddens vniuerſale quod dixerat, inquit{ſimiliter autem & in aliis prædicamentis, poſſibile eſt vadens eſſe,& non vadere} hoc eſt,quod non vadit{& non vadens poſſibile eſt vadere}& tu intelligas hæc ſumendo vadens, & non vadens ſm diuiſionem,pro animali quod vadit vel non vadit, non autem ſm compoſitionem pro animali vadente, quatenus vadit. Auer.vero implicat ſe in tranſlationibus:& tandem vult ꝙ corollarium ſit, vt ſit aliquod poſſibile eſſe, cum non ſit ens Cum vero non ſit ens impoſſibile eſt vt ſit, & non ſit ſimul. Secundo vult, ꝙ ſi aliquod non fuerit in potentia ad aliquid, impoſſibile ſit diſponi per illud,vt ſi aliquod animal non poterit ambulare, impoſſibile eſt, vt in aliqua hora ambulet. & propterea concludit nullam actionem ab aliquo proficiſci poſſe, quod non habet potentiã ad illam actionem: Quæ ſunt omnino remota à verbis Ariſtotelis, cum tranſlationes, quas affert, ſint barbaræ, non autem fideles.

Eſt autem poſſibile hoc cui ſi extiterit actus, cuius dicetur habere potentiam:nihil erit impoſſibile. Dico autem,ut poſſibile ſit ſedere,& contingit ſedere,huic ſi ineſt ſedere:nihil erit impoſſibile,et aut moueri,aut mouere,aut ſtatui,aut ſtatuere, aut eſſe,aut fieri,aut non eſſe,aut non uteriſimiliter.

Vt vero ea, quæ dicta ſunt, & quæ dicenda, melius intelligantur, proponit definitionem ipſius poſſibilis: quod & contingens dicitur primo Priorũ,& dicit{eſt poſſibile hoc, cui ſi extiterit actus,cuius dicetur habere potentiam}.i. quo poſito ineſſe{nihil erit impoſſibile}hoc eſt, ex tali poſito nullum euenit impoſſibile, dixit autem{cuius dicetur habere potentiam} quoniam debet poni in actu ſuo, non autem in actu alterius potentiæ. Quoties ergo poſſibile ponitur in actu ſuo, & ex illo poſito, non ſequitur impoſſibile, hoc dicitur vere poſſibile. Exponit hæc per exempla,& dicit {dico autem, vt poſſibile ſit ſedere & contingat ſedere, huic ſi ineſt ſedere nihil erit ĩpoſſibile,&} amplius ſi aliquid contingat moueri,{aut mouere,aut non eſſe aut non fieri ſimiliter)nõ accidet impoſſibile,ſi vnumquodq; horum ponatur ineſſe. Dixit autem poſſibile, & contingat, vt innuat hæc æquipollere, & ꝙ pro eodem accepit in proceſſu iſto. Auer. autem dicit Ariſtotelem per hæc voluiſſe quærere, vtrum quãdo aliquis agit aliquam actionem,eam agat, ad quam habet potentiam, vel eam ad quam non habet potentiam, & reſpondet Ariſto.eam actionem agere ad quam habet potentiam,& quam poteſt, qm̃ ſi ageret eam,ad quam non habet potentiam, ageret impoſſibile ſibi. deinde ponit opinionem Theologorum ſuorum, & dicit eos

Quæ Auer. Com. 7.

aſſeruiſſe Deum agere omnia, quæ cauſæ ſecundæ videntur agere ſine medio:& quod cauſæ ſecundæ nihil agunt,ſed diſponunt:vt Auicenna tradit de Colcodea: Contra obijcit, quoniam tunc nulla cauſa ſecunda haberet propriam actionem, & ſic nec ignis calefaceret, nec aqua humectaret, & ſi cauſæ ſecundæ non habent actiones proprias,nec habent potentias ac virtutes ꝓprias,etſi non habent proprias virtutes, nec proprias habebunt eſſentias,ab eſſentijs enim proficiſcuntur virtutes, & à virtutibus actiones, ergo ſi carent proprijs actionibus, carebunt proprijs eſſentijs.propterea dicit hanc opinionem eſſe valde extraneam à natura hominis,& qu recipiunt huiuſmodi non habent bonum cerebrum. Sed animaduerte virtutes eſſe bifariam aut q̃ fluunt ab eſſentia,vt riſibilitas hominis,& rationabilitas.aut quæ inſunt rebus propter qualitates, quæ non ſunt eſſentiales. Tunc Theologi noſtri dicunt Deum non poſſe virtutes tollere quæ fluũt ab eſſentia, ſed bene,quæ fluunt ab accidentaliter inhærentibus. Tunc dicendũ ꝙ dato ꝙ Deus poſſit ĩmediate facere actiones ſecũdarũ cauſarum,vt calefacere, & id genus, non ſequitur deleri,virtutes à rebus qm̃ licet præueniat virtutem cauſæ ſecundæ, non tamen agendo actionem eius: aufert virtutem agendi eandem ab illa:& hoc pacto deceptus eſt Auerroes.

Venit autem actus nomen, qui & ad entelechiam compoſitus eſt, & ad alia: ex motibus maxime, uidetur enim actus maxime motus eſſe. Quapropter & non exiſtentibus, non aſſignant moueri,ſed alias quaſdam prædicationes, ut intellectualia, & concupiſcibilia eſſe non entia, moueri uero non. hoc autem, quoniam non entia actu:erunt actu. non entium enim quædam potentia ſunt, non ſunt autem, quoniam non actu ſunt.

Secundo loco declarat vnde nomẽ actus originem dixerit: aut melius, vt mihi videtur, exponit vnde nos deuenimus in cognitionem actus. & dicit{Venit autem nomen actus qui & ad Entelechiam} hoc eſt perfectionem{& ad alia.} ſcilicet ad formam, & operationem{compoſitus}ac attributus{eſt, ex motibus}ipſis {maxime} quaſi dicat, nos deueniſſe in cognitionem eius quo, quod actus nominetur ex ipſis motibus maxime cuius: cauſam aſſignat,& dicit{videtur. n. actus maxime motus eſſe} Imponitur enim nomina ex ijs, quæ primo nobis apparent, ac ex actu id quod nobis primo apparet,motus eſt, igitur à motu originem habuit nomen actus. & per conſequens nos venimus in cognitionem eius: quod actus dicitur, ex ipſis motibus. deinde affert ſignum,& dicit{quapropter & non exiſtentibus,non aſſignant}hoc prædicatum quod eſt {moueri} non enim dicimus Socratem, qui non eſt moueri{Sed} non entibus aſſignant{alias quaſdam prædicationes vt non entia}bene dicimus{intellectualia & concupiſcibilia eſſe,moueri vero non}& cauſam aſſignat,& dicit{hoc autem} ideo eſt{quoniam non entia actu, erunt actu} Si enim non entia poſſint dici moueri, tunc quæ actu non eſſent, actu eſſent, quatenus enim non entia,non ſunt actu:quatenus mouerentur, eſſent actu. Sed dices vtrum non entia poſſint dicere entia, reſpondet, & dicit ꝙ non poſſunt dici entia: & cauſam affert,& dicit{nõ entium enim quædam potentia ſunt}vt nauale bellum,& ludi olympiaci {nõ ſunt autem, quoniam non actu ſunt}per quæ patet nomẽ ens naſci ab ipſo actu.quoniam id ens dicitur,quod

Quæ Auer. Com. 7. actu eſt, & quod non actu: non ens dicetur. Auerroes autem dixit hoc nomen ens apud vulgus non dici niſi de eo, quod eſt in actu: per quæ innuit ens dici apud Sapientes tam de ente in actu quàm de ente in potentia. Dubitatio. Sed dubitatur, quoniam ſi in notitiam actus venimus ex ipſo motu: tunc quod non moueretur, non eſſet actu, & ſic Deus, & intellectus, quæ non mouentur, non eſſent actu. Reſpondendum eſt per motum Ariſtotelem intellexiſſe tam actionem quàm paſſionem: & ſic licet Deus non moueatur, quia ſemper mouet, ſemper eſt in actu. Sed dices adhuc quid ſecundũ Platonem qui aſſerit, Deum eſſe antequam mouerit, quoniam Plato mundum generat, & motum, ergo cũ in illo priori Deus nec actiue, nec paſſiue moueretur: Deus nõ eſſet. Dicendum in illo priori Deum moueri, non quidem motu corporeo: cum non ſit corpus, ſed motu intentionali, cum Deus ſe ipſum intelligat, ac ſe ipſum moueat motu intellectuali: nam ſemper ſe ipſum intelligit.

CAP. V.

Arguit aſſerentes omnia poſſibilia.

TEX. 8. *SI autem eſt quod dictum eſt poſſibile quatenus ad ipſum ſequitur, palam quoniam non contingit uerum dicere, quoniam poſſibile quidem eſt hoc, non autem erit. nam impoſſibilia eſſe ſic diffugiet.*

Secunda poſitio de ipſo poſſibili fuit, quòd poſſibile illud ſit, quod non oportet aliquando fore. Et iſti ſunt, qui dicunt omnia eſſe poſſibilia: quam poſitionẽ Auerroes attribuit Platoni: Hi enim aſſerũt omnia eſſe poſſibilia, & non oportere, vt poſſibilia aliquãdo fiãt. Contra obijcit Ariſtote. & dicit {Si autem poſſibile eſt quod dictũ eſt, quatenus ad ipſum ſequitur) actus, hoc eſt ſi poſſibile eſt quo poſito ineſſe, nullum ſequitur impoſſibile {palam quoniam nõ contingit verum dicere, quoniam poſſibile eſt quidem hoc, non tamen erit} hoc eſt, quod tamen nunquam erit. Eſt ergo Ariſtotelis conſequentia, ſi poſſibile eſt quo poſito ineſſe, nullum ſequitur impoſſibile, igitur falſum eſt dicere eſſe aliquid poſſibile, quod nunquam erit. & quòd ſit falſum dicere aliquid eſſe poſſibile quod nunquã erit, probat, & dicit {nam ſic} dicendo Plato vel alius quicũq; {diffugiet impoſſibilia} hoc eſt tollet è medio impoſſibilia ipſa. Ex ijs poteſt ratio Ariſtotelis abbreuiari ſi poſſibile non reducitur ad actum, tunc in rerum natura nihil erit impoſſibile.

Dico autem, ut ſi quis dixerit poſſibile diametrum commenſurari, non tamen commenſurabitur: nõ cogitans impoſſibile eſſe, quoniam nihil prohibet poſſibile aliquod ens eſſe, aut fieri, non eſſe uero, aut non futurum eſſe.


Fecit Ariſtoteles talem conſequentiam, ſi poſſibile eſt qđ non debet reduci ad actũ tunc poterit dici nihil eſſe impoſ'e in rerum natura. Nunc probat hanc conſequentiam, quoniam poterit dici Diametrum commenſurari coſtę eſſe poſſibile, quoniam ſi illud eſt impoſſibile, pro tanto erit impl'e pro quãto non põt reduci ad actum. Per hoc enim differt poſſibile ab impoſſibili, nam impoſſibile eſt, quod nõ poteſt reduci ad actum: poſſibile vero, quod poteſt reduci ad actum. Si ergo poſſibile non debet reduci ad actum, non poterit probari aliquod impoſſibile eſſe impoſſibile. In quo enim differt ab ipſo poſſibili, ſi neutrũ debet reduci ad actũ: dicit {dico autem vt ſi quis dixerit poſſibile diametrũ commenſurari} coſtæ {non cogitans} illud {eſſe impoſſibile} ſed aſſerens eſſe poſſibile. ſic enim dicens poterit defendere Diametrum poſſe cõmenſurari coſtæ {qm̃} ſecundum eos {nihil prohibet aliquod ens eſſe poſſibile, aut fieri, non eſſe vero, aut non futurum eſſe} ſic igitur defendi poterit nihil eſſe impoſſibile, quoniam per nihil poteſt differre impoſſibile à poſſibili, cum neutrũ debeat reduci ad actum.

Sed illud neceſſe ex poſitis ſit, ſi et ſupponamus eſſe, aut fieri, quod non eſt quidem, poſſibile autem, quoniam nihil erit impoſſibile. Non. n. eſt idem falſum, et impoſſibile: nam te nũc ſtare, falſum quidem eſt, & non impoſſibile.

Cum confutaſſet opinionem, nunc quaſi ſoluens quæſtionem obiter exponit quouſq; poſitio illa vera ſit, quouſque falſa. Eſt enim quæſtio vtrum omne poſſibile, quandoque erit: ad quam reſpondet Ariſtoteles, & innuit hanc diſtinctionem, quod omne poſſibile quandoque fore poteſt intelligi bifariam, natura, & poſitione, ſi intelligitur natura: non omne poſſibile quandoque erit, quoniam multa poſſibilia poſſunt impediri. Forma enim quæ fieri poteſt in materia tempore futuro infinito poſt hoc, eſt res poſſibilis, quæ tamẽ nunquam erit, propter infinita impedimenta, quæ illam præcedunt. Si autem intelligitur poſitione, ſic omne poſſibile quandoque erit, quoniam omne poſſibile eſt illud, quo poſito ineſſe nullum ſequitur abſurdum. dicit {ſed illud} ſcilicet poſſibile quandoque fore {ſit neceſſe expoſitis} quaſi dico quod poſſibile omnino erit, non quidem natura, ſed poſitione {ſi quod non eſt quidem,} poſſibile autem, ſupponimus eſſe {aut fieri, quoniam nihil erit impoſſibile} ſic igitur omne poſſibile quandoque erit, non quidem natura, ſed poſitione, quoniam ipſo poſito, nihil erit impoſſibile. Sed contra, quoniam, poſſibile poſitum in eſſe eſt falſum, igitur impoſ'e, nã idẽ eſt falſum, & impoſſibile: reſpondet, & dicit {non enim eſt idem falſum & impoſſibile, nam} te ſedente {nunc ſtare falſum quidem eſt} ſi ponatur ineſſe {& non impoſſibile} & ſic non eſt idem falſum, & impoſſibile. Quare poſſibile omne quandoq; erit per poſitionem, quoniam eſt quo poſito ineſſe, licet accidat falſum: non tamen accidit impoſſibile. Ex ijs patet ſolutio cum quærebatur vtrum Diametrũ cõmenſurari ſit poſſibile, patet ꝙ non: quoniam ipſo poſito, ſequitur impoſſibile.

Simul autem palam & quoniam ſi A ente, neceſſe eſt B eſſe: & poſſibili ente A, & B neceſſe eſt eſſe poſſibile. Si TEX. 9. *enim non neceſſe eſſe poſſibile, nihil prohibet non eſſe poſſibile eſſe.*

Cum concluſiſſet ꝙ omne poſſibile quando erit, aut per naturam, aut per poſitionem, nunc concludit vnam regulam prioriſticam, quæ eſt, ꝙ, quando ad antecedens eſſe ſequitur conſequens eſſe, etiam ad antecedens poſſibile ſequitur conſequens poſſibile: Sumit autem A antecedẽs, & B conſequens: Regulam aũt probat, quæ eſt, ꝙ ſi A antecedens ſit poſſibile, B conſequens ſit poſſibile,



qm̃ ſi non, detur oppoſitum, & ſic B non eſt poſſibi-

le: & ſi B non eſt poſſibile, ergo B eſt impoſſibile per regulam æquipollentiarum. Tunc vltra, B eſt impoſſibile, ergo A, quoniam ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis: ſed poſitum erat A eſſe poſſibile, ergo oportet quòd ſi A ſit poſſibile quòd etiam B ſit poſſibile, & hoc vniformiter, vt ſicut A, & quando eſt poſſibile, ſimiliter & B. dicit {ſimul autem palam, quoniam & ſi A ente, neceſſe B eſſe, & poſſibili ente A, & B neceſſe eſt eſſe poſſibile) probat regulam, quoniam ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, ergo conſequentia fuit bona: & dicit {ſi enim non neceſſe eſt) B {eſſe poſſibile, nihil prohibet) ipſum B {non eſſe poſſibile eſſe) ſed ſubaudi tunc erit impoſſibile B eſſe per regulam æquipollentiarum. quare ſi B eſt impoſſibile eſſe, & A erit impoſſibile eſſe, quoniam ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, & ſic regula fuit bona, vel lege ſic {ſi enim non neceſſe eſt) B {eſſe poſſibile, nihil prohibet) ipſum A non eſſe poſſibile, ſed ſupponatur eſſe poſſibile. Quo vero ad verba attinet {dixit ſimul autem palam) quoniã ex definitione ipſius poſſibilis patet non eſſe poſſibile fore, & patet etiam hæc regula ſimul.

Sit itaq; A poſſibile: ergo quando A poſſibile erit eſſe, ſi ponatur A, nihil impoſſibile eſſe accidit. B itaq; neceſſe eſſe, ſed erit impoſſibile.

Secundo, vt mihi videtur, probat eandem regulam per definitionem poſſibilis: & probatio ſua eſt, ad A ſequitur B: igitur, ſi A eſt poſſibile, B non erit impoſſibile, Alioquin ex poſſibili ſequeretur impoſſibile, qđ eſt contra definitionem ipſius poſſibilis, quæ eſt, quòd poſſibile ſit, quo poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile: dicit {Sit itaque A poſſibile, ergo quando A poſſibile erit eſſe, ſi ponatur A) ſcilicet in eſſe {nihil impoſſibile accidit) ſed B ſubaudi ſequitur ad A {B itaque neceſſe eſt eſſe poſſibile} ſi A ipſum eſt poſſibile ſed ipſum B {erat impoſſibile) poſitum, ergo falſum eſt B eſſe impoſſibile, A antecedente exiſtente poſſibili.

Sit itaque impoſſibile, & ſi impoſſibile neceſſe ſit B eſſe: et A neceſſe eſt eſſe. Quare ſi erat impoſſibile B, & A ergo.

Hic textus legitur corrupte apud omnes Expoſitores latinos, tñ in græco codice, è quo textum hunc tranſtulimus, ſic ad verbum legitur, vt vides: & ſi verba leguntur hoc pacto, videtur mihi Ariſtoteles quaſi epilogare primam rationem, & dicit {Sit itaque} ipſum B {impoſſibile) tunc vltra {& ſi impoſſibile neceſſe ſit B eſſe, & A eſſe) impoſſibile ſubaudi {neceſſe eſt) tenet argumentum ex oppoſito conſequentis {Quare) vt inquit {ſi erat impoſſibile B, & A ergo} erit impoſſibile, cuius oppoſitum ſupponebatur: & ſic patet regula, vt prius.

Si igitur ſit A poſſibile, & B erit poſſibile, ſiquidem ſic ſe habebant: ut A ente, neceſſe ſit B eſſe. Si itaque ſic ſe habentibus A B, non ſit poſſibile B ita: nec A B ſe habebunt ut poſitum eſt.

Nunc epilogat regulam, quæ eſt, ſi ad A eſſe ſequitur B eſſe, ergo ad A poſſibile, ſequitur B poſſibile quoniam ſi non ſequitur ad A poſſibile, B poſſibile, nec A B ſe habent vt antecedens, & conſequens. & dicit {Si igitur ſit A poſſibile, & B erit poſſibile, ſiquidem ſic ſe habebunt, vt A ente, neceſſe ſit B eſſe) quaſi dicat, ſi A ente, neceſſe ſit B eſſe, ergo ſi A ſit poſſibile, & B erit poſſibile. repetit vim probationis, & dicit {ſi itaque ſic ſe habentibus A B, non ſit poſſibile B ita: nec A B ſe habebunt, vt poſitum eſt) ſcilicet vt antecedens & conſequens.

Et ſi A poſſibili ente, neceſſe eſt B poſſibile eſſe, ſi eſt A, neceſſe eſt B eſſe. Nam poſſibile, eſſe ex neceſſitate B eſſe, ſi A ſit poſſibile, hoc ſignificat ſi ſit A, & quando, & ut erat poſſibile eſſe: & illud tunc eſſe, & ita eſſe neceſſe.

Nunc conuertit regulam, probauit enim huc uſq; ꝙ ſi ad antecedens eſſe ſequitur conſequens eſſe, etiam ad antecedens poſſibile ſequatur conſequens poſſibile: nunc probat, quòd ſi ad antecedens poſſibile ſequitur conſequens poſſibile, ad antecedens eſſe ſequetur conſequens eſſe. nam vt inquit, nihil aliud eſt ad antecedens poſſibile ſequi conſequens poſſibile, quàm ad antecedens quomodolibet ſumptum ſequi conſequens eodem modo, vt ſumitur antecedens: & dicit {Et ſi A) antecedẽte {poſſibili ente) neceſſe {eſt B poſſibile eſſe) hoc eſt conſequens, ſi {eſt A, neceſſe eſt B eſſe) probat regulam per hoc, quia nihil aliud eſt ad antecedens poſſibile ſequi conſequens poſſibile quàm ad antecedens quomodolibet ſumptum ſequi conſequens eodem modo, & dicit {nam poſſibile eſſe ex neceſſitate B eſſe, ſi A ſit poſſibile) hoc ſignificat, & nihil aliud quàm {ſi ſit A, & quando) ſit A {& vt erat) A {poſſibile eſſe. & illud) ſcilicet B, neceſſe ſit {tunc eſſe, & ita neceſſe eſſe) vt A erat: & ſic patet regula: Auerroes autem in præſenti commento digrediendo extra propoſitum ponit duo. Primum quòd eſſe generabile neceſſario generabitur, ſecundum quòd omne corruptibile neceſſario corrumpetur. Secundam partem probat, quoniam ſi eſt aliquid eſt corruptibile, quod nunquam corrumpetur, vt mundus de Platonis mente: hoc erit poſſibile corrumpi, ſi erit poſſibile corrumpi, ponatur in eſſe, & tunc non erit. argumentor in tertia figura hoc pacto, corruptibile non corrumpitur per te: corruptibile corrumpitur per caſum poſitum in eſſe. ergo quod corrumpitur, non corrumpitur. Cõcluſio eſt impoſſibilis, & non pro minore quod erat caſus, ergo pro maiore, quæ erat hypotheſis tua. Quare falſum eſt corruptibile non corrũpi. Sed hæc Auerrois ratio peccat, quoniam qui diceret aliquid eſſe corruptibile, quod nunquam corrumpetur negaret caſum quoniam repugnat poſito, eſt enim poſitum corruptibile eſſe, quod nunquam corrumpetur. contra vero primam concluſionem Auerrois quoniam poteſt eſſe aliquod generabile, quod nunquam generabitur, vt forma animalis, quæ poſſet fieri infinito tẽpore poſt hoc. Verum de hac materia ſcripſimus primo de Cœlo in expoſitione textus {Si igitur aliquid plurium potentiam habet) ideo quæras eo loco.

CAP. VI.

Quæ nam potentiæ præcedant, vel actum ſubſequantur & quomodo ad actum reducantur.

Omnibus autem potentijs exiſtentibus, his quidem cognatis: ut ſenſibus: his autem conſuetudine, ut quæ fiſtulandi alijs uero, diſciplinatu, ut quæ eſt artium: has quidẽ neceſſe eſt eos, qui præexercitati fuerint, habere quæcũq; TEX. 10.

con-

conſuetudine & ratione: non tales autem, & eas, quæ in patiendo ſunt, non neceſſe eſt.

Excluſis falſis poſitionibus, quæ fuerunt de potentia, & actu: nunc accedit ad veritatem: & primo declarat quæ potentiæ actum ſequantur, quæue actum præcedant, ſecũdo declarat quomodo potentiæ, quæ actũ præcedunt, reducantur ad actum. Circa primam partem primo præmittit diſtinctionem potentiarum, & verba legenda ſunt ſuſpenſiue, ſecunda ibi {has quidẽ neceſſe eſt) terminando ſuſpenſionem declarat propoſitum, videlicet quæ potentiæ actus ſequantur, quæue actus præcedant, De prima parte, ait potentias trifariã dici, trifariamq; nobis ineſſe, nam aliæ inſunt nobis natura, vt potentiæ ſenſitiuæ: Aliæ nobis inſunt aſſuetudine, vt virtutes, & vitia, & modulandi facultas, & id genus. Aliæ inſunt ratione atq; diſciplina, vt ſcientiæ, & artes rationales. Tunc concluſio eſt, potentiæ, quæ aſſuetudine, & ratione ſiue diſciplina inſunt, actus ſequũtur: quoniam generantur in nobis ex frequentatis actibus, potentiæ vero, quæ nobis inſunt natura, actus præcedunt. vnde dicit {Omnibus autem potentijs) quę nobis inſunt {exiſtentibus) trifariam {his quidem cognatis) hoc eſt natura {vt ſenſibus) hoc eſt potentijs ſenſitiuis, quæ nobis inſunt natura {his autem conſuetudine) vt quæ acquiruntur per conſuetudinem: {vt) potentia {quæ eſt fiſtulandi) atque modulandi, {Alijs vero, diſciplinatur} ac doctrina {vt) ea potentia {quæ eſt) de numero {artium) veluti medicinalis, & cæteræ facultates Theoreticæ, & practicæ: tunc terminando ſuſpenſionem declarat quæ potentiæ actum ſequantur, quæue actum præcedant, & dicit {has quidem neceſſe eſt eos qui præ exercitati fuerint habere, quæcunque conſuetudine, & ratione) atq; diſciplina, doctrinaq; acquiruntur {non tales autem &) pro ideſt {eas, quæ ſunt in patiendo, nõ neceſſe eſt) ſequi actus, nec neceſſe eſt generari ex actibus: ſed magis ipſæ pręcedunt actus. Non enim videndo fit in nobis potentia viſiua, nec audiendo, fit in nobis potentia audiendi, ſed contra, quia habemus has potentias, audimus, vel videmus. patet igitur quænam potentiæ præcedunt, quæue actus ſequantur. Sed occurres, quoniam etiam potentiæ, quæ ſunt habitus, præcedunt actus, ex habitibus enim virtutum actus fiunt ſtudioſi. Dicendum quòd differant actus qui præcedunt habitus & qui ſequuntur: qui enim ſequuntur actus eliciti ſunt ab habitibus, qui aũt pcedũt actus ſunt, qui non eliciuntur, ſed qui habitus generant, verum de re hac ad morales. Amplius occurres, quoniam non videtur diuiſio completa: quoniam potentiæ quæ non natura nobis inſunt, trifariam ſunt, nã aliæ nobis inſunt aſſuetudine, aliæ ratione, aliæ vtroq; videlicet ratione, & aſſuetudine, vt Auerroes innuit in commento, & dicendum ꝙ Ariſto. principaliter intendit diuiſionem bimembrem, vt ꝙ potentiæ aliæ ſint natura nobis inexiſtentes, aliæ vero extrinſecus, quæ ſiue ſubdiuidantur in duo, ſiue in tria, propoſitum non deſtruit: quoniam ſatis nobis eſt habere, quod naturales potentiæ actus præcedant, cæteræ omnes quæcunque, & qualeſcunque actus ſequantur. non ergo curauit ſubdiſtinguere, quoniam propoſitum non variat, Tertio occurres, cum dixit {& eas, quæ ſunt in patiendo) cum etiam actiuæ per actus acquirantur: dicendũ ꝙ omnes potentiæ acquiſitæ dum acquiruntur, ſunt in patiendo, poſtea cum fuerint acquiſitę, redduntur actiuæ, atque elicitiuæ actuum naturales vero ſunt actiuæ & paſſiuæ, & ſemper Ariſtotelẽ ergo dixit, & in patiendo quoniam de actiuis patet. Minus enim videtur de paſſiuis. dixit ergo de paſſiuis tanquam de ijs, de quibus minus videtur.

Prima dubitatio. *Secunda dubitatio.* *Quæ Auer. Com. 10.*

Quoniam autem poſsibile ſecundum aliquid eſt poſsibile, & quando, & quomodo, & quæcunq; alia neceſſe eſt adeſſe in definitione: & hæc quidem ſecundum rationem poſſunt mouere, & potentiæ ipſorum cum ratione, hæc autem irrationabilia, & potentiæ irrationales: & illas quidem neceſſe eſt in animato eſſe, has uero, in ambobus: Tales quidem potentiæ neceſſe eſt, quando ut poſſunt paſsiuum & actiuum appropinquant, hoc quidẽ facere, illud uero pati, at illas non neceſſe eſt.

Hoc quidem. Hæc quidem. Illud vero. Illam uero.

Nunc declarat quonã modo potentiæ, quæ actum præcedunt, ad actum reducantur: & hoc facit, vt oſtendat etiam has potentias aliqua ratione ſequi ad actus, præmittit tamen ad hoc declarandum differentiam inter rationales potentias, & irrationales: & vtitur vna conſequentia, in cuius antecedente accipit tres propoſitiones, deinde infert differentiam harum potentiarũ, vt conſequens. De primo accipit ꝙ ipſum poſſibile ad hoc vt ſit poſſibile, debet eſſe poſſibile multis circunſtantijs determinatum, prima circunſtantia eſt ad operationem, ita vt ſit aut ad ſcribendum, aut ad legendũ. Secunda ad tẽpus, vt cras, vel hodie, aut heri: non enim mas omni tempore poteſt generare, nec fœmina omni tempore concipere. Tertia ad modum, non enim quocunque modo poteſt aliquid aut agere, aut pati. aliquis enim poteſt ſcribere tarde, non autem velociter, aliquis bene aliquis male, ſunt aliæ circunſtantiæ, vt ad locum, ad perſonam, ad inſtrumentum, & cætera id genus: Sic igitur vult habere, illud eſſe poſſibile ſimpliciter, cui nulla circunſtantia deeſt, vt exeat ad actũ, vt patet ex definitione ipſius ſimpliciter poſſibilis. & textus legendus eſt ſuſpenſiue vſq; ibi {tales quidẽ potentiæ) & dicit {quoniam autem poſſibile ſm aliquid) ideſt ſecundum certum actum {eſt poſſibile, & quando) hoc eſt, & ſecundum determinatum tẽpus {& quomodo} hoc eſt, & ſecundum certum modum {&) ſecundum alias circũſtatias {quæcũq; alia neceſſe eſt adeſſe in definitione) ipſius poſſibilis. Hæc eſt prima ꝓpoſitio, poſſibile non eſt poſſibile, niſi pluribus circunſtantijs fuerit determinatum atque niſi id ſit, cui nulla deeſt conditio, vt exeat ad actum. Deinde ponit ſecundam propoſitionem, & dicit {& hæc quidem ſecundum rationem poſſunt mouere) vt animalia rationalia {& potentiæ ipſorum} quibus mouent {ſunt cum ratione) atque rationales {Hæc autem ſunt irrationabilia, & potentiæ etiam) quibus mouent {ſunt irrationabiles) eſt ergo ſecunda propoſitio, quòd potentiarum aliæ ſint rationales, aliæ irrationales, quoniam ea quæ mouent, aut cum ratione, aut ſine ratione mouent. deinde accipit tertiam propoſitionem in qua exponit ſubiecta harum potentiarum: & dicit {& illas quidem) ſcilicet potentias rationales {neceſſe eſt eſſe) in corpore {animato) nullum enim inanimatum poteſt ratione vti, quare bene dixit illas eſſe in corpore animato {has vero) ſcilicet irrationales neceſſe eſt eſſe {in ambobus) nam & animatum, & inanimatum contingit agere aut pati ſine ratione. Eſt ergo tertia propoſitio quòd rationales potentiæ ſolum animatorum ſint, irrationales vero vtrorũq;. Tunc ijs acceptis pro antecedente terminando ſuſpenſionem, infert differentiam inter has potentias, & dicit {tales quidem potẽtias). ſ. quæ irrationales ſunt {qñ actiuum & paſſiuum

appropinquant,vt poſſunt} & ſecundum omnem rationem, qua poſſunt, & ſecundum omnes cõditiones, quibus poſſunt{ neceſſe eſt hoc} ideſt hanc { quidem facere)ſi fuerit actiua{illud vero pati}hoc eſt illam vero pati,ſi fuerit paſſiua{illas vero} ſcilicet rationales ſiue actiuæ,ſiue paſſiuę ſint{non neceſſe eſt}aut facere, aut pati. vnde Auer. dicit, potentiæ vero,quæ ſunt ſine ratione, quando agens appropinquat paſſo : & non eſt illic aliquod impediens extrinſecum,neceſſe eſt, vt agens agat, & patiens patiatur . verbi cauſa, vt ſi ignis alicui combuſtibili appropinquaret, & non eſſet illic impedimentum,neceſſe comburet. Aliæ vero potentiæ, quæ cum ratione ſunt, non neceſſe eſt quando appropinquant ſuis paſſis,vt agant.

Quæ Auer. Com. 10.

Hæ quidem enim omnes, una unius factiua eſt, illæ autem, contrariorum. Quare ſimul facient contraria. hoc autem impoſſibile eſt.

Nunc aſſignat cauſam prædictæ differentiæ,nam licet ex illis propoſitionibus patet cauſa,tamen explicatius cauſam hic aſſignat, & dicit { Hæ quidem.n.omnes}potentiæ irrationales ſunt, quarum { vna vnius factiua eſt} ad vnũq; agendum tantum limitata : & ideo præſente paſſo, neceſſe eſt id vnum tantum agere, cuius factiua eſt.{Illę autem.} ſcilicet potentiæ rationales vna & eadem eſt{contrariorum} vt ſuperius diximus, ſi igitur ea præſente paſſo,neceſſe eſt facere, quorũ eſt factiua:cum ſit factiua contrariorum {contraria ſimul faceret,hoc autẽ}vt inquit{impoſſibile eſt} veluti abſurdum eſt medicum ſanare,& ægrotare.

Principale. κύριον. Princeps. Cui auctoritas eſt.

Neceſſe ergo alterum aliquid eſſe,quod principale eſt: dico autem hoc appetitum aut proæreſim. Vtrumuis enim deſiderabit,hoc principaliter faciet, quando ut poteſt, extiterit, & appropinquauerit paſſiuo. Quare potens ſecundum rationem omne,neceſſe eſt quando deſiderat,cuius habet potentiam, & ut habet,hoc faciat. Habet autem præſente paſſiuo, & ita ſe habente,ut faciat,ſi autem non,facere non poterit.

Cum accepiſſet differentiam inter potentiam rationalem,& irrationalem , nunc docet quomodo rationalis potentia reducitur ad actum:non enim poteſt reduci ad actum à ſe:cum enim rationalis potentia communiter ſit ad contraria , & à communi effectus determinatus non proficiſcatur,ideo docet quod eſt illud, qđ talem potentiam ad actum ducit,& inquit {neceſſe ergo alterum aliquid eſſe } deducens ad actum potentiã rationalem atq; intellectiuam,quæ indifferenter eſt cõtrariorum{quod principale eſt } non enim id quod eſt indifferens, poteſt ſe reducere ad actum determinatũ. Tunc exponit quid eſt illud principale,quod ad actum deducit talem potentiam,& dicit{dico autem hoc, appetitum}hoc eſt voluntatem{& proereſim}hoc eſt electionem,quæ eſt ſyllogiſmus coſultorius:vel illius concluſio:& dicit{appetitum, aut proæreſim} qm̃ potentia rationalis aliquando ad actum deducitur ſyllogiſmo cõſultiuo, voluntate conſentiẽte:aliquãdo reducitur ad actum contra conſilium,voluntate ſic iubente. per quæ dat intelligere voluntatem eſſe per eſſentiam liberam,qm̃ etiam contra conſilium eligit,deinde probat ꝙ voluntas vel prohæreſis ſi principale : quod deducit potẽtias tales ad actum , & dicit{Vtrumvis enim appetit,hoc principaliter faciet}aliter tamen,& aliter, qm̃ proæreſis id faciet conſilio,voluntas id faciet iuſſu. Sed contra , quoniam ſi ita eſſet ſemper agentia rationalia poſſent facere, quoniam ſemper habent potentiam,quæ eſt cõtrariorum,& voluntatem , quæ poteſt eam determinare ad alterum.Quaſi reſpondens, exponit ꝙ licet voluntas ſit principalis in deducendo, tamen non deducit tales potentias ſine alijs requiſitis, quæ requiſita debent intelligi in ratione potentiæ , vt dictum eſt.& ideo exponit alia quæ requiruntur, & dicit , dico voluntatem reducere ad actum tales potentias{quando extiterit vt poteſt} non enim puer poteſt generare,qm̃ non eſt in diſpoſitione ,qua poſſit generare.nec ſufficit hoc, ſed reducit ad actum quando fuerit in diſpoſitione{& appropinquauerit paſſiuo}vnde omnibus requiſitis,quæ requiri debent,ad rationẽ potentiæ ſimpliciter:vt poſſit potens per eã exire ad actũ principalis auctor has potentias ad actum ducens eſt voluntas,aut abſoluta , aut mediante conſultiuo ſyllogiſmo . Tunc concludit quid ſit ipſum potens ſimpliciter rationale.& dicit {quare potens ẜm rationem omne,neceſſe eſt,quando deſiderat}fueritq; voluntate determinatum , neceſſe eſt { cuius habet potentiam & vt habet } ita ſit in ſufficienti diſpoſitione { hoc } ſcilicet quod deſiderat { faciat } Ariſtoteles igitur cum declaraſſet,quomodo rationalis potentia reducatur ad actũ nunc declarat etiã quid ſit ipſum potens. & vult ꝙ potens rationale ſit quod agit , cum vult, exponit autem hanc definitionem & declarat in ratione ipſius potentis includi omnia requiſita:& dicit{habet autem}ſcilicet potentiam,vt faciat{præſente paſſiuo,& ita ſe habẽte}atq; diſpoſito{vt faciat}quod probat, & dicit{ſi autem non}habet hæc, tales potens{non poterit } quod eſt contra rationem potentis.Patet ergo ipſum potens eſſe, quod facit, cum deſiderat,qm̃ potenti nihil deeſt vt neq; diſpoſitio,neq; paſſum,alioquin non eſſet potens. De ratione enim potentis eſt habere omnia ea: quibus poſſit aut agere , aut pati . ex ijs patet per quid rationalis potentia reducatur ad actũ, & per quid potens rationale reducatur ad actum.vtrũq;.n.per volũtatem:& quid ſit ipſum potens.

Nullo nāq; exteriorum prohibente adiungere, nihil adhuc oportet. Potentiam enim habet, ut eſt potentia faciendi. Eſt autem non omnino,ſed habentium aliquo modo in quibus excluduntur quæ exterius prohibent. Remouent enim hoc eorũ, quæ in determinatione apponuntur:quædam.

Dictum eſt potens eſſe,illud quod agit,cum deſiderat:contra obijciet quiſpiam, quoniam oportet addere,niſi aliquid exteriorum prohibuerit, non enim potens ſemper agit,ſed nullo exteriorum prohibente.Reſpondet,& dicit{nullo nanque exteriorum prohibente adiungere}in definitione ipſius potẽtis {nihil adhuc oportet}& repetit rationem,& dicit{enim}nam ipſum potens ea ratione , qua eſt potens {potentiam habet} ea ratione,qua potentia dicitur potentia {faciendi} & ſic habet omnia requiſita tam exteriora,quàm interiora:alioquin non haberet completam rationem potentis.Sed dices, vtrum aliquid poſſit dici ſimpliciter potens , ſi deſint requiſita exterius : vt vtrum Rex poſſit dici potens debellare Carthaginem , ſi deſint requiſita exterius, vt milites , vel id genus , dato ꝙ velit:& nihil deſit eorum:quæ interius ſunt . Reſpondet ꝙ tale non dicitur ſimpliciter potens, ſed potens aliquo modo,& dicit{eſt aũt nõ omnino}potens {ſed habentiũ aliquo modo}potentiam{in quibus excluduntur,ea quæ exterius prohibere}quare tale potens,cui deſunt requiſita ex-

ta exterius, dicitur ſm quid potens. quoniam affectu, intentione, & voluntate. deinde reddit cauſam cur in definitione potentis non oportet addere illam particulam nullo exteriorum prohibente: & dicit{ remouent autem hoc)ideſt faciunt, vt illa particula non ſit addenda in definitione potentis{quædam eorum quæ in determinatione)ideſt definitione ipſius poſſibilis{apponuntur)dictũ eſt enim poſſibile eſſe quod reſpicit certum actum, tempus, & modum & cætera per quæ poſſibile eſt cui nihil deeſt, vt exeat ad actum. quare cum potens ſit poſſibile, non oportet addere in eius definitione particulam illam, nullo extreriorum prohibente quoniam ſatis habetur per quædam eorum, quæ ſunt poſita in definitione poſſibilis. Eſt igitur potens illud quod agit, aut patitur, quando vult. nec oportet addere particulam illam, nullo exteriorum prohibente, cũ ſatis intelligatur ratione potentiæ, & ipſius poſſibilis.

Propter quod nec ſi ſimul uolunt, aut cupiunt facere duo: aut contraria, facient. non enim ita ſimul habent ipſorum potentiam, nec eſt ſimul faciendi potentia. quoniam quorum eſt, ſic facient.

Secundo dubitabit quis, vtrũ ſi aliquis voluerit duo, aut contraria, illa faciet: videtur enim ꝙ ſic, quoniam potens eſt, qui facit, cum vult. reſpondet, negando aſſumptum: quoniam licet aliquis voluerit duo vel contraria, non faciet illa ſimul, quoniam non habet potentiam, quæ ſit ſimul oppoſitorum vel diuerſorum, & ſic negatur ꝙ rationale potens poſſit diuerſa, aut contraria: dicit{Propter quod nec ſi ſimul volunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria, facient)cauſam reddit, & dicit{non enim ita ſimul habent ipſorum potẽtiam. nec eſt)aliqua{potentia faciendi)quæ poſſit ſimul oppoſita, & diuerſa facere { quoniam quorum) diuerſorum {eſt)potentia ſimul faciẽdi {ſic facient) per quæ innuit nos poſſe velle oppoſita, & contraria, non tamen ſemper facimus oppoſita vel contraria: quoniam non niſi eorum, quorum habemus potentiam: poteſt enim quis appetens diuerſa, facere, quando potentia eſt ad illa: vt poteſt medicus curare caput & ſtomachum ſimul vna poſitione, quando ſanitas ſtomachi pendet ex ſanitate capitis, vel econuerſo. At vbi potentia non poteſt eſſe ſimul oppoſitorum, licet velimus oppoſita, vel diuerſa: ea nunquam faciemus. per quæ vlterius patet nos poſſe velle quædam quæ non facimus, nec poſſumus facere, quędam etiam poſſe facere, quæ nec facimus, nec
CAP. 39. volumus facere. Quo modo vero ex his, quæ Ariſt. hic dicit, colligatur immortalitas rationalis animę in libro de Immortalitate dictum eſt.

CAP. I.

Pars ſecunda De actu.

TEX. 11. *Quoniam autem de potentia, quæ ſecundum motum dicitur dictum eſt, de actu determinemus & quid eſt actus, & quale quid. Etenim poſſibile ſimul manifeſtũ erit diuidentibus, quia non ſolum hoc dicimus poſſibile, quod aptum eſt mouere aliud, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter, aut modo quodam, ſed etiam aliter. Quapropter quærentes, et de his ſuperueniemus.*

Cum dixiſſet de ipſa potentia, nunc proponit dicere de actu, & inquit{Quoniam autem de potẽtia, quæ ſecundum motum dicitur, dictum eſt) vt de potentia, quæ reperitur in rebus mobilibus: nunc conſequenter {de actu determinemus) duo videlicet {& quid eſt actus) quoad definitionem {& quale quid) ſit, quoad accidentia, & proprietates. tangit deinde vtilitatem huius intentionis, & dicit{etenim poſſibile, ſimul erit manifeſtum)ſimul videlicet cum actu {diuidentibus) ipſum actum: nã ſciemus tot modis dici poſſibile, quot modis dicitur actus, & ſciemus vnumquodq; poſſibile quid ſit, ſciendo vnumquemque actum quid ſit. Dicitur enim poſſibile, vt Auer. inquit, non niſi in reſpectu ad actum, & ita non poterit ſcirit poſſibile, niſi ſciatur actus. Sed dices poſſibile dicitur à potentia & potentia non dicitur niſi reſpectu motus, igitur poſſibile dicitur tm̃ reſpectu motus. quaſi reſpondens aſſignat cauſam, quare poſſibile non dicitur vno modo, & inquit {quia non ſolum hoc dicimus poſſibile, quod aptum natum eſt mouere aliud, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter) hoc eſt communi motu { aut modo quodam) hoc eſt aut motu contracto ad bene vel male, aut tarde aut velociter{Sed) dicitur{etiam) poſſibile {aliter) hoc eſt in ordine ad actum communiter acceptum, tã ad mobilia quàm ad immobilia. Cum enim poſſibile dicatur in reſpectu ad actum, actus autem accipi poteſt aut contractus ad motus, aut pro eſſe, ſimpliciter, fit vt poſſibile vno modo dicatur reſpectu ad actum, qui eſt motus, alio modo reſpectu ad actum, qui eſt eſſe ſimpliciter: quòd eſt commune mobilibus, & immobilibus, Tunc ordinans ſe ad dicenda, inquit{quapropter quærentes) atque diſſerentes de actu, & quot modis dicitur, quid vnuſquiſque ſit{& de his) modis, quibus dicitur ipſum poſſibile { ſuperueniemus) hoc eſt tranſigemus. Quæ Auer. Cõm. 11.

Eſt itaq; actus exiſtere rem, non ita ſicut potentia dicimus. Dicimus autem potentia, ut in ligno Mercurium, & in tota linea medietatem, quando auferetur utiq;. Et ſcientem etiam non ſpeculantem, ſi poteſt ſpeculari, ſed hoc actu,

Nunc declarat quid ſit actus. & vult actum eſſe id, quo res dicitur ſimpliciter exiſtens: & dicit { Eſt itaque actus exiſtere rem) hoc eſt id, quo res ſimpliciter exiſtit. dende exponit quid intelligat per rem exiſtere, & vult per rẽ exiſtere, eſſe intelligendũ rẽ exiſtere ſimpliciter, non aũt rẽ exiſtere ſm quid, qđ exiſtere ſm quid, eſt eſſe in potentia: & dicit { non ita) intelligendo per rem exiſtere, rem exiſtere ſm quid{ſicut dicimus)rem exiſtere ſm quid, quod eſt potentia) & exponit per exẽpla iſtud eſſe ſecundum quid quod dicitur eſſe potentia, & dicit{dicimus autem potentia)eſſe aliquid {vt in ligno Mercurium) antequam ſit ſcalptus { & in tota linea)dicimus pótentia eſſe{medietatem quando auferetur vtiq;) hoc eſt antequam auferatur: quia auferri pót {& ſcientem etiam non ſpeculantem)dicimus eſſe potentia { ſi poteſt ſpeculari) & nullo horum modorum dicimus actu eſſe, ſed{hoc)ſcilicet ſimpliciter eſſe, dicimus{actu)eſſe. Quare actus eſt rem exiſtere ſimpliciter, quo res abſolute exiſtere dicitur: & hunc actum, exiſtentiam appellãt Iuniores. Eſt enim exiſtentia id, quo res eſt extra potentias ſuarum cauſarum. Aliter, & forte melius intelligi poteſt. vt dicatur actus pro ſubſiſtentia, eſt enim ſubſiſtentia rem exiſtere ſimpliciter. nam rem exiſtere ſm quid eſt rem eſſe in potentia, eſſe autem in potentia trifariam dicitur{aut vt ligno Mercurium)& omnino accidẽs in ſubiecto, Mercurius enim exiſtens in ligno, & accidens in ſubiecto, dicitur potentia atq; ſm quid, qm̃ nõ ſunt entia, niſi virtute ſubiecti

Secundo modo dicitur aliquid eſſe in potentia vt pars in toto {&) hoc modo { in tota linea dicimus eſſe medietatem {quando auferetur vtiq;) hoc eſt antequam auferetur: tum poteſt auferri. Tertio modo aliquid dicitur eſſe in potētia cum non eſt, & poteſt eſſe {&) hoc pacto {ſcientem non ſpeculantem) dicimus eſſe ſpeculantem potentia {ſi poteſt ſpeculari. Sed hoc actu) dicimus quod nec eſt vt accidens in ſubiecto, nec vt pars in toto, nec potentia in ſuis cauſis, & actus hoc pacto à metaphyſicis dicitur ſubſiſtentia, ſi exiſtentia ſimpliciter. Eſt enim res ſubſiſtens, quoties non continetur potentia in ſuis cauſis, nec eſt vt accidēs in ſubiecto, nec, vt pars in toto: per quę patet differentia inter eſſe, exiſtere, & ſubſiſtere, eſſe enim commune eſt tam ad ea, quæ potentia quā ad ea, quæ actu exiſtunt, aut actu ſubſiſtunt. Exiſtere vero commune eſt ad omnia, quæ exiſtunt extra potentias cauſarum, ſiue ſint in alijs vt in ſubiectis, ſiue vt in totis, At ſubſiſtere proprium eſt ijs, quę ſunt extra potentias cauſarum & nec in alijs, vt in ſubiectis, nec in alijs in totis. Quare vtroq; modo verba Ariſt. poſſunt exponi.

Palam autem inductione in ſingularibus quod dicere uolumus. & non oportet omnis terminum quærere: ſed proportionale conſpicere, quia, ut ædificans ad ædificatiuum, et uigilans ad dormiens, & uidens ad claudens quidem oculos, uiſum autem habens: & ſegregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, eſt aliud: & huius differentiæ altera parte ſit actus determinatus, altera autem poſſibile.

Expoſitores volunt Ariſto. hic reſpondere tacitæ quæſtioni. nam poſſet quæri, vt oſtenderet quinā actus ſit per definitionem. Ad quod reſpondet Ariſtoteles ꝙ inducendo in ſingularibus per exempla manifeſtari poteſt quod volumus dicere, ſcilicet quidnam ſit actus & non oportet cuiuſlibet rei quærere terminum. Sed hæc expoſitio eſt mihi dua, qm̄ Ariſto. præmiſit definitionem actus, dixit enim actum eſſe rem ſimpliciter exiſtere: Quare poteſt aſſignari actus definitio: cuius contrarium dicunt. Melius ergo cum Auer. dicamus, quòd cum Ariſto. deſcripſiſſet actum, hoc quod dixit in deſcriptione actus, declarat per inductionem: hæc enim deſcriptio apparebit, quādo, cōſiderauerimus quid ſignificat actus in vnaquaq; re, quæ dicitur actu eſſe. Patebit enim per hæc exempla nos nihil aliud intelligere per eſſe actu, quā eſſe in diſpoſitione, in qua non erat, cum erat in potentia: & ſimiliter eſſe in potentia intelligimus eſſe in diſpoſitione, oppoſita ei, per quam res eſt in actu. Sed dices ergo actus per potentiam, & econuerſo definiretur. Reſpondet Auer. hoc eſſe neceſſarium, quoniam hæc ſunt oppoſita relatiue: quorum vnum per alterum definitur. vnde Ariſto. dicit {palam autem inductione in ſingularibus} ideſt in ſingulis ſpeciebus actus, id quod de actus definitione dictum eſt. Sed dices, vtrum oportet ſingulas ſpecies definire, reſpōdet & dicit {& non oportet cuiuſlibet) ſpeciei autem actus {terminum quærere) hoc eſt aſſignare definitionem {ſed proportionale conſpiciens) nam reſpiciendo proportionem in ſingulis ſpeciebus, patet definitio propria cuiuſq; ſpeciei. Quare definitio aſſignata declarabitur per exempla, & definitiones ſingularum ſpecierum patebunt per proportiones aſſignandas: & dicit {quia vt ædificans ad ædificatiuum) eſt aliud {& vigilans ad dormiens) eſt aliud {& videns ad claudens quidem oculos, viſum autem habens) eſt aliud {& ſegregatum ex materia ad materiam) ex qua fit, eſt aliud {& laboratum ad illaboratum eſt aliud) ex quo fit {&) pro ſic {huius differentiæ altera parte ſit determinatus actus) videlicet ædificante, vidente, vigilante, ſegregato, & elaborato. nam hæc omnia ſunt actus {Altera parte autem) ſit definitum atq; determinatum ipſum {poſſibile) videlicet ædificatiuo, dormiente, claudente oculos, materia, illaborato. Hæc enim omnia potentia ſunt.

Dicuntur autem actu, non omnia ſimiliter: ſed aut proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc: ſic hoc in iſto, & ad iſtud. Nam hæc quidem, ut motus ad potentiam: illa uero, ut ſubſtantia ad aliquam materiam.

Nunc diſtinguit actum, & vult quòd actus bifariam dicatur, pro actu, qui aſſimilatur formæ, hoc eſt pro actu primo: & pro actu, qui aſſimilatur operationi formæ videlicet pro actu ſecundo: & dicit {Dicuntur autem actu) eſſe ea quæ actu ſunt {non omnia ſimiliter. Sed aut proportionaliter) dicendo {vt hoc) ſcilicet forma eſt {in hoc) ſcilicet materia {aut ad hoc) ſcilicet operatio ad formam {ſi hoc) ſcilicet virtus eſt {in iſto) ſcilicet ſubiecto, vel organo: & operatio illius eſt {ad iſtud) ſcilicet ad virtutem. Quare vt de forma, & operatione, ſic de virtute, & ſua actione {nam hæc quidem) ſe habent {vt motus ad potentiā) videlicet actiones ad virtutes {illa vero) ſcilicet formæ ſe habent {vt ſubſtantia ad aliquam materiam} per quæ dedit intelligere bifariam eſſe actum, primum quidem, vt forma, & virtus. nam forma ſe habet ad materiam, vt virtus ad ſubiectum: & ſm̄, vt operatiò formæ, & actu virtutis, nam operatio ſe habet ad formā eodem modo vt operatio ad virtutem.

Aliter autem infinitum & uacuum & quæcunq; talia dicuntur potentia & actu à multis entium, ut uidenti, & ualenti, & eo quod uidetur. hæc enim contingit & ſimpliciter & aliquando uera eſſe. hoc enim uiſum, quia uidetur, illud uero, quia uideri poſſibile. Sed infinitum non ita potentia eſt, tanquā actu futurum ſeparabile, ſed notitia. Eo enim quod non deficiat diuiſio, oſtendunt eſſe potentiam, hunc actum: In ſeparari uero non.

Remouet per hæc quæſtio. nam dicuntur aliqua potentia & actu, vt infinitum & vacuum, non eodē modo vt actus primus, & ſecundus. Dicitur enim locus vacuum potentia & actu, & continuum actu & potentia diuiſibile in infinitum, non autem vt dictum eſt. ergo illa diuiſio non ſufficit. Reſpondet hæc dici actu & potentia æquiuoce: quoniam per potentiam actui & per actum potentiæ coniunctum. At illa dicuntur abſolute aliquando potentia tantum, aliquando actu tantum dicit {Aliter autem infinitum & vacuum, & quæcunq; talia dicuntur potentia & actu) vt materia, & corpus. dicitur enim materia actu & potentia, & corpus actu, & potentia in loco. dicuntur dico hæc aliter {à multis entium, vt à videnti, & à videnti & ab eo quod videtur) cauſam differentiæ aſſignat, & dicit {hæc enim) ſcilicet videns, vadens, & quod videtur {contingit, & ſimpliciter, & aliquando eſſe vere) in actu, aliquando autem vere potentia {hoc enim quod videtur) contingit ſimpliciter actu eſſe {quia videtur, illud vero) contingit potentia eſſe ſimpliciter {quia videri poſſibile) eſt {At infinitum non ita potentia eſt) ideſt, At nihil eſt diuiſibile infinitum potentia {quia ſit actu aliquando futurum

turũ ſeparabile} hoc eſt,vt aliqñ ſit actu ad ĩfinita diuiſum {ſed notitia) hoc eſt,ſed dicit actu, & potẽtia ſm cognitionẽ, ſunt.n.idem re,differunt ſolũ cognitione. Quòd autem non differant re, ꝓbat, & dicit { eo enim quia non deficit diuiſio)aliquando {hunc actum) diuiſionis{oſtendunt eſſe potentiam) quoniam licet ſit facta diuiſio in vno ſemper reſtat diuiſio in alio. & ſic in infinitum. Hoc pacto & de loco dicitur potentia eſſe vacuum. quoniam dum vacat vno corpore, recipit aliud: & ſic ſemper habet actum coniunctum potentiæ.Patet igitur alio modo continuum dici potẽtia eſſe diuiſibile in infinitum,& locum potentia vacuum: quã dicantur viſiuum,& potens ambulare,& id genus, nã illa dicuntur potentia mixta actui, hæc autem potentia & actu ſeorſum. Amplius illa dicuntur eſſe actu & potentia ſola ratione diſtinctis,hęc autem actu & potẽtia re diuerſis. Per quæ patet potentiam bifariam dici, nam alia eſt potentia, quæ aliquando eſt abſoluta ab actu, alia,quæ nunquam abſoluitur ab actu,vt potentia, qua continuum eſt diuiſibile in infinitum, & hac
Cõm. 11. potentia,vt Auer.inquit,definitur motus, cum dicitur actus entis in potentia. Duplex quoq; eſt actus, alter qui aliquando abſoluitur à potentia, alter qui ſemper eſt potentiæ permixtus.

Terminus. πέρας. Operatio. Enim. δὲ. Autem. Et. ἀλλά. Sed. Si autem non ſubaudi differunt. Aliquando quieſcere hoc eſt ſimul eſſe. viuit,et vixit.

Quoniam autem operationum, ut eſt operatio, nulla eſt finis,ſed earum, quæ circa finem, ut ipſius attenuari,attenuitas. hæc enim quando attenuantur, ſic in motu ſunt, ut non ſint ea, quorum gratia motus eſt, hæc nec operatio ſunt, uel nec perfecta. non enim finis ſunt. Alia autem eſt, in qua finis, & operatio inſunt.ut uidet, & etiam ſapit, & intelligit, & intellexit.Sed non diſcit,& didicit,nec ſanat,& ſanauit, bene uiuit, & bene uixit: eſt & felix, & fuit felix. Si autem non, oporteret aliquando quieſcere. Nunc autem non uiuit, & uixit. harum itaq; alias quidem motus eſt dicere,alias uero actus Omnis enim motus imperfectus attenuatio,diſciplina, ambulatio,ædificatio.hæ enim motus & imperfecti,non enim ſimul ambulat,& ambulauit,nec ædificat,& ædificauit,nec fit, & factum eſt, aut mouetur, & motum eſt, ſed alterum eſt quod mouet,& mouit.Vidit, uero: & uideat ſimul idem & intelligit,& intellexit. Quare hunc quidem actum, illum uero motum dico.Quid igitur ſit id quod actu eſt, & quale, ex ijs, & ſimilibus manifeſtum eſt nobis.

Hæc verba reperiuntur in græcis codicibus: non tamẽ in tranſlationibus latinis,nec in barbaris.quod vnde factum ſit,ignoro. Illud tamen certum habeo verba hæc eſſe Ariſtotelis, quoniam expoſitores Græci exponunt.Dicamus ergo, quòd cum Ariſtoteles dixiſſet de actu,& quis ſit,& in quibus ſit, nunc vult declarare quæ operationes ſint ſimpliciter actus, quæúe ſimpilciter motus:& dicit{quoniam autem)nonnullæ,ſubaudi operationes ſunt quarum { nulla eſt finis, vt operatio eſt)& lege ſuſpenſiue vſque ibi {hæc nec operatio) vel in græco ſic legitur{quoniam autem) nonnullæ operationes ſunt{quarum nulla eſt finis,vt terminus) hoc eſt capiendo finem,vt terminum, in quo ceſſat motus {ſed) ſunt operationes de numero { earum, quæ circa finem, vt ipſius attenuari)finis eſt, non ipſum attenuari, ſed{attenuitas) & quòd attenuari & huiuſmodi nõ fines ſint,probat,& dicit{hæc enim)corpora{quando attenuantur,ſic in motu ſunt, vt non ſint ea, quorum gratia motus eſt) ideſt non ſunt fines, quorum gratia eſt motus attenuationis: non enim in ipſis ceſſat motus: tunc terminando ſuſpenſionem, dicit {hæc} inquam ſcilicet operationes,in quibus finis non eſt,quatenus ſunt operationes{nec operatio, vel nec perfecta ſunt, non enim finis ſunt } eſt igitur primum membrũ ꝙ operationum quædam ſunt, quæ vt tales, non ſunt fines,ſed motus,qui tendunt in finem. deinde dat aliã operationem,& dicit{alia autem}operatio{eſt,in qua finis & operatio inſunt}hoc eſt,in qua fieri, & factum eſſe ſimul inſunt,moueri,& finis motus etiam ſimul habentur.cuius exempla asſignat {vt videt}In ipſo enim videre ſimul eſt finis & fieri{& etiam ſapit}nam in ipſo ſapere ſimul ſunt ſapere,& ſapiens eſſe { & intelligit & intellexit) in ipſo.n.intelligere, eſt ſimul intelligere & intellexiſſe.Hæ.n.operationes ſunt,q̃ fines ſunt.deinde aſsignat exempla earũ operationum,in quibus differt fieri & factũ eſſe,& dicit{ſed non diſcit,& didicit) ſunt ſimul,{nec}ſunt ſimul,{ſanat,& ſanauit)nec ſunt ſimul { bene viuit,& bene vixit)nec eſt ſimul{eſt felix, & fuit felix) deinde probat, ꝙ hæc differant, & dicit {ſi autem non)differunt ſubaudi ſanat & ſanauit, & cætera id genus {oporteret aliquãdo quieſcere)ita vt aliquando ſint ſimul ſanat & ſanauit,viuit,& vixit { nunc autem non viuit & vixit)ſimul, nec aliquando fuerunt ſimul ſanat,& ſanauit:nunc concludit quæ harum operationũ ſit motus,quæúe ſimpliciter actus,& vult motus eſſe,in quibus fieri,& factum differunt, actus vero, in quibus fieri,& factum eſſe non differunt.& dicit{harum itaq;)operationum { alias quidem eſt dicere) eſſe {motus,alias vero actus) ſimpliciter, & exponit quæ motus,& dicit{omnis enim motus eſt imperfectus)vt ſunt{attenuatio diſciplina, ambulatio, ædificatio, hæ enim motus)ſunt{& imperfecti, non enim ſimul ambulat & ambulauit,nec) ſimul{ædificat, & ædificauit, nec)ſimul{fit,& factum eſt, aut ſimul mouet, & mouit)exponit deinde q̃ ſint ſimpliciter,actus & dicit {vidit vero & videt ſimul idẽ)ſunt{& intelligit,& intellexit)etiam idem ſunt:tunc concludit quis ſit actus, quiſue motus, & dicit { quare hunc quidem actum illum vero motum dico) eſt igitur ſimpliciter actus in quo idem eſt finis, & fieri. Motus vero, in quo hæc differunt: per quæ etiam patet omnem ſimpliciter actum eſſe finem,& terminum, & quid ſimpliciter indiuiſibile:Motum autem non eſſe finem, nec terminum, nec indiuiſibile quicquam.demum epilogat, & quæ dicit, clara ſunt.

CAP. II.

Quando nam aliquid in potentia ad actum eſt dicendum ſit,& quando non.

QVando autem potentia eſt unumquodq; & quando, nõ determinandum eſt.non enim quandocũq;. TEX.12.

Cum egiſſet de actu, nunc vult declarare, in quali diſpoſitione exiſtens aliquid dicatur eſſe in potẽtia ad actum,& proponit intentionem ſuam,& dicit{Quando autem potentia eſt vnũquodq;) quod eſt in potentia ad actum { & quando non, determinandum eſt) & aſsignat cauſam, & dicit {nõ.n.) quod eſt in potẽtia ad actum{quandocũq;)eſt in potentia ad actum, ſed ſub certa,diſpoſitione,& certo tempore.Vnde Auer. dicit Quæ Auer. Com.12.
dicemus ſubiectum propinquum,quod poteſt eſſe, & deſcribemus ipſum per deſcriptionem, qua diſtinguamus ipſum ab aliis. quare ſecundum Auerroem Ariſtoteles proponit dicere de propinquo ſubiecto ad actum.

Vt terra eſt ne potentia homo, an non, ſed magis, cum iam fiat ſperma. & neq; hoc modo fortaſſe.

Mouet ſpeciatim qõnem, & dicit {Vt terra eſt ne potentia homo) reſpondet quòd non, & dicit {an nõ, ſed magis cum iam fiat ſperma. & neque hoc modo fortaſſe) vt dicemus.

Quemadmodum igitur nec à medicatiua omne utiq; ſanabitur, nec à fortuna, ſed eſt aliquod, quod poſsibile eſt, & hoc eſt ſanum potentia.

Propoſita intentione generatim, & ſpeciatim, in parte iſta exequitur, & intendit hanc concluſionē, illud poſsibile, quod vnica actione agens poteſt reducere ad actum, hoc eſt ſubiectum exiſtens in potentia ad actum. hanc declarat & ponit in quodam ſimili, & dicit {Quemadmodum igitur, nec) ab arte {medicatiua omne) corpus ægrum {ſanabitur, nec à fortuna) omne corpus ægrum {ſanabitur) non.n. corpus ethicum ſpeciei tertiæ, nec leproſum confirmatum poteſt ſanari {ſed aliquod quod poſsibile eſt) ſanari vnica actione, ita quoque {& hoc eſt ſanum in potentia) ſubaudi tu. ergo concluſio eſt, illud poſsibile, quod agens poteſt vnica actione reducere ad actum eſt ſubiectum exiſtens in potentia ad actum. Dixit {nec à medicatiua, nec à fortuna) quoniam ſanitas fieri poteſt aliquando beneficio artis, vt cum medicus illam procurat, aliquando præter intentionem medici, cum medicus ꝓcurabat vnam ægritudinem ſanare, & ſucceſsit, illius ſanitas, quam non intendebat. eſt tamen ſupponendum, vt Auerroes inquit, nullum corpus ſanari poſſe nec à fortuna, nec à caſu, nec ab arte, niſi ſuppoſita potentia in ægro ad ſanandum. Cõm. 12.

Definitio autem eius, quod actu fit ab intellectu ex potentia ente, eſt, quando nullo eorum, quæ ſunt extra, prohibēte, cum uoluerit fit, ibi autem in ſanabili, quando nihil prohibet eorum quæ in ipſo Similiter autem potētia etiam domus, ſi nihil prohibeat eorum, quæ ſunt in hoc, & in materia fieri domum, nec ſit quod oporteat adiungere, aut auferre, aut mutare, hoc domus potentia eſt.

Et vt rectius intelligatur quid ſit ens in potentia ad actum deſcribet exiſtens in potentia ad actum in artificialibus, vt ex hoc intelligatur ens in potentia ad actū in naturalibus: & dicit {definitio autē eius, quod actu fit ab intellectu) arte effectus actu aliquid facit {eſt qñ nullo eorum, quæ ſunt extra, prohibente, cum) intellectus arte diſpoſitus {voluerit fit) & per ea, quæ ſunt extra, intelligit, non ea quæ ſunt extra id, quod de potentia ab intellectu fit actu: ſed extra intellectum, atq; artem. Quaſi dicat eius in potentia ad actum eſt, qñ artifex nullo eorum, quæ ſunt extra artem prohibente, cum voluerit, poterit reducere ad actum. deinde ſpeciatim deſcribit, quid ſit ens potentia ad ſanitatem, quod dr̄ ſanabile: & dicit licet ſic ens in potentia ſit deſcriptum generatim {ibi autem in) ipſo {ſanabili) corpore dicetur ſubaudi ſanabile, ſiue ens potentia ad ſanitatem {quando nihil prohibet eorum, quæ in ipſo) ſanabili ſunt, vt ſi in ipſo fuerit peſtilēs humor, vel melancholia aduſta: erit ergo ſanabile, quando ægrum nullo eorum, quæ in ægro ſunt, prohibente, medicus ſanat cum voluerit. idem ſpeciatim declarat in eo quod eſt potentia domus: & dicit {ſimiliter autē potentia eſſe domus) eſt eodem modo, nam {ſi nihil prohibeat eorum, quæ ſunt in hoc, & in materia {ex qua fit domus) ita quidem, vt {nec ſit quod oporteat adiungere, nec auferre, nec mutare, hoc domus potentia eſt) ergo domus potentia eſt, quando nullo prohibente eorum, quæ ſunt in materia, domus. domificator eam facit, cum voluerit.

Et in aliis ſimiliter, quorumcunq; extrinſecus principium generationis eſt, & quorūcunq; iam eſt in ipſo habente: quæcunq; nullo exteriorum prohibente erunt per ipſum.

Amplificat ſermonem ſuum vniuerſaliter tam ad artificialia quàm ad naturalia: & vult ſemper in his id eſſe ens in potentia, quod nullo prohibente eorum, quæ ſunt extra, vel eorum, quæ ſunt intra, agens cum voluerit, ipſum reducit ad actum, & dicit {Et in aliis ſimiliter) tam quorumcunq; extrinſecus principium generationis eſt {vt ſunt artificialia: q̃) etiam quorūcunq; iam eſt in ipſo habente) vt ſunt naturalia, in quibus principium generationis eſt in eo quod generatur. Hæc inquam ſunt entia in potentia {quæcunque nullo exteriorum prohibente erunt per ipſum) principium agens, cum voluerit.

Quale ſperma nondum eſt, oportet enim in alio ſit, & permutari. quando uero iam per ſuum principium eſt tale, hoc potentia eſt iam. Illud uero ut terra, quod altero eget principio, nondum eſt ſtatua potentia, mutata enim erit æs.

Ex iis ſpeciatim deducit, ꝙ nec ſperma ſit potentia animal vel planta, nec terra potentia ſtatua: & exponit quando ſunt entia potētia: & dicit {Quale ſperma nondum eſt) potentia animal, vel planta {oportet enim in alio ſit) vt in terra conuenienti, vel in matrice {&) oportet etiam poſtquam fuerit in loco conuenienti {permutari) .ſ. multis permutationibus {quando vero iam) fuerit in loco debito {& per ſuum principium eſt tale) vt poſsit ex eo vnica actione fieri animal, aut planta {hoc potentia eſt iam) deinde idem exponit de ipſa terra: & dicit {illud vero, vt terra, quod altero eget principio) præparante & deponente, vt fiat æs {nondum eſt ſtatua potentia, mutata.n. per plures diſpoſitiones {erit æs) & ſic per artem vnica actione fieri poteſt ſtatua: & ſic erit ens potentia ſtatua.

Videtur autem quod dicimus eſſe non hoc, ſed ecininon. i. illiuſmodi. ut arca, non lignum, ſed lignea, & lignum non terra, ſed terreum. iterum terra ſi ſic fuerit, non illud, ſed illiuſmodi: & ſemper illud potentia ſimpliciter eſt, quod poſterius eſt, ut arca non terra, nec terrea: ſed lignea. hæc enim potentia arca, & materia arcæ hæc eſt: ſimpliciter quidem ipſius ſimpliciter, huius uero, hoc lignum.

Cum definiſſet ipſum ens in potentia, nunc dat regulam cognoſcendi ipſum, & primo præmittit, quo modo materia prædicetur de eo, quod fit ex ipſa, & vult ꝙ materia prædicetur de eo, quod fit ex ipſa in concreto, & non in abſtracto: vt per exempla exponit. & dicit {Videtur autem illud, quod dicimus eſſe) ex materia {non hoc) .i. ipſam materiā in abſtracto {ſed) {ecininon. i. illiuſmodi) materiam in concreto. ecininon.n. apud græcos concretum eſt, & ſonat latine illiuſmodi: Modo apud latinos illud eſt abſtractum: & illiuſmodi concretum: veluti apud græcos abſtractum eſt ecinon, & concretum ecininon, declarat per exempla, & dicit {vt arca) quæ fit ex ligno {non lignum, ſed lignea) eſt {& lignum) quod fit ex terra {non terra) eſt, ſed terreum. {iterum terra ſi ſic fuerit)

ex

ex vlteriori materia {non illud) ex quo fieret in abſtracto {ſed) ecinmon hoc eſt {illiuſmodi) in concreto eſſet, deinde ponit regulam: quæ eſt {illud potentia ſimpliciter eſt, quod poſterius) eſt, in prædicatione, & prædicatur de eo, quod fit ex ipſo, in concreto {vt arca non terra nec terrea, ſed lignea. hoc.n.potentia arca, & materia hæc eſt) .ſ.lignum, quoniam eſt vltimum, quod in concreto prædicatur de arca: addit ꝙ licet lignum ſit potentia arca, non tamen eodem arcæ ſimpliciter, & huius arcæ: nam {ipſius quidem arcæ ſimpliciter) lignum vniuerſaliter {& ſimpliciter) eſt materia {huius vero) arcæ {hoc lignum) Eſt ergo regula cognoſcendi ens potentia, vt ſit illud, quod in concreto prædicatur de eo, cuius eſt ens in potentia Auer. autem dat differentiam inter materiam proximam, & remotam, & ait materiam proximam non egere niſi vno motore, Materiam vero remotum pluribus, aut pluribus actionibus eiuſdem motoris.

Qua Auer. Com. 12.

Si autem aliquid eſt primum, quod non per aliud ulterius dicitur ἐκείνινον hoc eſt illiuſmodi: hoc prima materia eſt. ut ſi terra aerea eſt, & aer non ignis, ſed igneus, ignis eſt prima materia quaſi hoc aliquid ſubſtantia: per hoc enim differunt uniuerſale, & ſubiectum per eſſe, & hoc aliquid, & non eſſe.

Cum attuliſſet regulam cognoſcendi ens in potentia, quod eſt ſubiectum, & materia proxima, nunc affert regulam cognoſcendi primam materiam, quæ eſt ens in potentia remotiſsima. & regula eſt hæc, materia prima eſt, de qua nihil quod eſt ipſa prius, prædicatur denominatiuæ: & dicit {Si autem aliquid eſt primum, quod non per aliud prius) & vlterius {dicitur illiuſmodi) hoc eſt de quo nihil quod eſt prius eo denominatiue prædicatur {hoc prima materia eſt) dixit {ꝑ aliud vlterius) hoc eſt prius eo, quoniam de prima materia prædicatur aliquid denominatiue, dicitur.n.materia prima eſt calida, vel ſicca, & id genus, ſed illud, quod prædicatur de ea denominatiue, non eſt prius ea: declarat, hoc per oppoſitum exemplo ſumpto ab opinionibus veterum & dicit {vt ſit terra eſt aerea) terra ſubaudi non eſt prima materia, ſed aer, qui exiſtens prius ipſa terra, de ea denominatiue prædicatur {&) ſi {aer non ignis, ſed igneus eſt) aer non eſt prima materia, ſed ignis, qui exiſtens prius ipſo aere, prædicatur denominatiuę de ipſo aere. Quare prima materia eſt, de qua nihil, quod eſt ipſa prius, denominatiue prædicatur. Sed dices, nihil prædicaẽ de vniuerſali, & ipſum prædicatur de aliis, ergo vniuerſale eſt prima materia: propterea addit {quaſi hoc aliquid ſubſtantia) nam materia prima eſt quaſi hoc aliquid ſubſtantia, de qua nihil prædicatur denominatiue: vniuerſale vero non eſt quaſi aliquid hoc & ſubſtantia, cum non ſit indiuiduum: nec altera pars indiuidui. & ſic licet de vniuerſali nihil prædicetur, non tamen eſt prima materia, quoniam vniuerſale non eſt quaſi hoc aliquid ſubſtãtia: quoniam nec indiuiduũ, nec altera indiuidui pars: at materia eſt quaſi hoc aliquid ſubſtantia, quoniam licet non ſit indiuiduum, tamen eſt altera pars indiuidui. ꝑ hoc aliquid.n.& ſubſtantiam, indiuiduum in genere ſubſtantiæ intelligit, per quaſi hoc aliquid ſubſtantiam, intelligit alteram partem indiuidui. Præterea inter primam materiam & vniuerſale eſt alia differentia: quoniam vniuerſale prædicatur per ſe, at prima materia de re, cuius eſt, prædicatur denominatiue: vt Auerroes in hoc commento. Vnde dicit {per hoc enim differunt vniuerſale, & ſubiectum) quod eſt prima materia {per eſſe & hoc aliquid) quia materia eſt hoc aliquid {& non eſſe) hoc aliquid: quia vniuerſale non eſt hoc aliquid.

Vt paßionibus ſubiectum homo, & corpus & anima eſt. paßio autem muſicum & album. Dicitur autem muſica adueniente illud non muſica: ſed muſicum: & non albedo homo eſt, ſed albus, nec ambulatio. aut motus, ſed ambulans, aut motum quaſi illiusmodi.

Cum dixiſſet materiam prædicari de eo, cuius eſt materia denominatiue, nunc declarat illud per ſimilitudinem ad ea, quæ prædicantur denominatiue de ſubiectis: & quaſi dicat materia prædicatur denominatiue de eo, cuius eſt materia, vt paſsiones de ſubiecto: & lege ſic, id quod eſt ex materia ita ſubiicitur materiæ ſm prædicationem denominatiuam {Vt ſubiectum paſsionibus) & exponit ſubiectum, videlicet vt {homo, & corpus, & anima. paſsio autem) quæ denominatiue prædicatur, eſt {muſicum & album) exponit autem has prædicationes, & dicit {dicitur autem illud) ſubiectũ videlicet homo vel corpus {cum aduenit) in eo {muſica, non muſica, ſed muſicum, & nõ) dicitur {homo albedo, ſed albus: nec) dicitur homo {ambulatio aut motus) ſed {ambulans, & motum, quaſi illiuſmodi) hoc eſt denominatiue: eodem modo illud, quod eſt ex materia, dicitur non materia, ſed illiuſmodi, hoc eſt denominatiue: vt arca non lignum, ſed lignea.

Quæcunq; igitur ſic, in his ultimum eſt ſubſtantia. Quæcunq; uero non ſic, ſed ſpecies quædam, & hoc aliquid eſt quod prædicatur, in his ultimum eſt materia, & ſubſtantia materialis.

Comparat ea, quæ prædicantur denominatiue, vt paſsiones, & ea, quæ prædicantur denominatiue, vt materiæ, & ſubiecta: & dicit {Quæcũq; igitur ſic) ſubaudi vt paſsiones denominatiue prædicantur {in his vltimum) ſubiectum eſt ſubſtantia, & hoc aliquid {quæcunq; vero non ſic) vt paſsiones {ſed) vt {ſpecies quædam & hoc aliquid eſt, quod prædicatur) vt lignum, aut terra, quæ materię ſunt, hæc prædicantur, vt ſpecies quædam {in his vltimum) quod prædicatur {eſt materia, & ſubſtantia materialis) Quare è contrario eſt in paſsionibus, & materiis, quoniam in paſsionibus vltimum, quod ſubiicitur, eſt ſubſtantia: in materiis vero, vltimum, quod prædicatur, eſt materia, & ſubſtantia materialis. Quo vero ad verba attinet, ea, quæ prædicantur, vt materiæ, Ariſtoteles dicit prædicari, vt ſpecies, & hoc aliquid, non quod ſint ſpecies, & hoc aliquid, ſed pars ſpeciei, & indiuidui: & ſic potius prædicantur, vt ſpecies, & hoc aliquid: quam quod ſint ſpecies, & hoc aliquid.

Et recte itaque accidit illius modi non dici de materia, & paßionibus: ambo enim indeterminata ſunt. quando igitur dicendum eſt potentia, & quando non, dictum eſt.

Quia accepit materiam & paſsiones dici denominatiue de his, quorum ſunt materia, & paſsiones, nunc concludit de materia, & de paſsionibus nihil dici denominatiue, & dicit {Et recte itaque) ex dictis ſequitur {accidit) quæ {illiuſmodi non dici de materia, & paſsionibus) hoc eſt nihil denominatiue dici de materia & paſsionibus. & aſsignat cauſam: & dicit {ambo

enim indeterminata ſunt} quia materia per formam,& paſſio per ſubiectum determinatur, atq; definitur: & quia ſunt indeterminata, potius ipſa dicuntur denominatiue de aliis, quam de ipſis alia. Quo vero ad verba attinet, animaduerte in veteribus tranſlationibus verba hæc reperiri ſine negatione in hunc modum {& recte vtiq; accidit illiuſmodi dici ſm materiam & paſſiones, ambo.n.indeterminata ſunt) & tūc verba clara ſunt: nam aſſignat cauſam eius, quod proxime dixit, cum.n.dixiſſet materiam & paſsiones prędicari denominatiue de his, quorum ſunt: aſsignat cauſam, & dicit {ambo.n.indeterminata ſunt) nam materia per id determinatur, atque definitur, cuius eſt materia, & paſsio per id, cuius eſt paſsio: quare ambo denominatiue de eis dicuntur, vt paſsio, à quo determinatur, atq; definitur.& materia de eo, cuius eſt, per quod determinatur ad ſpeciem, atque definitur. Denum epilogat, & patet.

CAP. III.

TEX.13. *Quoniam autem ipſum prius determinatum eſt, quot modis dicitur: palam quia prior eſt actus potentia. dico autem potentia non ſolum definita, quæ principiū mutandi in alio, ut eſt aliud dicitur, ſed omnino omni principio motionis, atq; quietis. etenim natura in eodem fit, in eodem.n. genere potentiæ. eſt.n. principium mouendi, ſed non in alio, ſed in ipſo, inquantum ipſum eſt. omni itaque tali prior eſt actus ratione & ſubſtantia. tempore uero, eſt quidem ut ſic, eſt autem, ut non.*

Nunc de ordine actus ad potentiam vult Ariſt. diſſerere: & proponit intentionem ſuam, quæ eſt, quod actus ſit potentia prior ratione, & ſubſtantia: & tempore aliquo modo. & dicit {Quoniam autem) Quinto huius {determinatum eſt quot modis dicitur ipſum prius, palam quia prior eſt actus potentia) .ſ. definitione, & perfectione, & tempore aliquo modo. Exponit autem quid intelligat per potentiam, quoniam aliter accipit hic potentiam, & aliter cum prius eam definierit, & dicit {dico autem potentia non ſolum definita) olim {quæ principium mutandi in alio inquantum eſt aliud, dicitur, ſed omnino omni principio motionis atque quietis) Et Auer. per motum, trāſmutationem, per quietem vero, priuationem tranſmutationis intelligit. alij autem per motum tam tranſmutationem, quæ eſt per abiectionem contrarij, qui dicitur motus realis, quàm motum perfectiuum, qui dicitur motus intentionalis, intellexerunt: cum Ariſt. dicat {ſed omnino omni principio motus) hoc eſt, ſed vniuerſaliter, omni principio motionis, tam realis, quàm intentionalis, quale ipſum intelligere eſt. Reddit cauſam, & dicit, intelligo per potentiam principium tam motus omnis, quàm omnis quietis {etenim natura in eodem) genere {fit) in quo eſt ipſa potentia {in eodem.n. genere) natura ipſa eſt {potentiæ) hoc eſt in qua eſt ipſa potentia: cuius cauſam aſsignat, & dicit {eſt.n.) natura {principium mouendi, ſed non in alio, ſed in ipſo, inquantum ipſum eſt) & ſic potentia eſt in eodem genere in quo eſt natura, quoniam vtrūq; eſt principium mouendi, & quieſcendi. non tamen in eadem ſpecie, quoniam natura eſt principium mouendi atq; quieſcendi in ſe ipſo, potentia vero, vt hic loquimur, eſt principium mouendi atque quieſcendi ſiue in ſe ipſo, ſiue in alio. quare recte dictum eſt eſſe intelligendum per potentiam principium tam motus quàm quietis, cum hic agamus de potentia non vt olim definita eſt, ſed de potentia, quæ eſt quodam modo natura. Tunc recolligit concluſionem, quam intendit, & dicit {omni itaq; tali) potentia, quæ eſt quodam mō natura {prior eſt actus ratione, & ſubſtantia) hoc eſt definitione, & perfectione {tempore vero, eſt quidem prior vt ſic) hoc eſt vno modo {eſt autem, vt non) hoc eſt alio modo non: & ſic concluſio probanda eſt, quod actus prior ſit potentia definitione, perfectione, & tempore aliquo modo ſaltem.

Cōm.16.

Quæ Auer. Cōm.13.

Ratione igitur, quoniam prior eſt, palam ex eo enim quia contingit operari, poßibile eſt primo poßibile. ut dico ædificatiuum quod poteſt ædificare: & uiſiuum, quod poteſt uidere, & uiſibile: quod poteſt uideri: eadem autem ratio & in aliis eſt. quare neceſſe eſt rationem præexiſtere, & notitiam notitiæ.

Propoſita intētione oſtendit illa tria: & primo quod actus definitione ſit prior potentia, ex eo quia ipſum poſsibile per actū definitur, actus vero non per ipſum poſsibile. & dicit {Ratione igitur, qm̄) actus {prior eſt) ipſa potentia {palam eſt, ex eo.n. quia) poſsibile {contingit operari, poſsibile eſt primo poſsibile) hoc eſt, poſsibile definitur quod ſit primo poſsibile per hoc, quia poteſt operari. Ergo poſsibile definitur per actum. Exponit quod dixerat exemplis {vt dico ædificatiuum, quod poteſt ędificare, & viſiuum, quod poteſt videre, & viſibile, quod poteſt videri. eadem ratio & in aliis eſt) tunc concludit propoſitum & dicit {quare neceſſe eſt rationem) .ſ. ipſius actus {præexiſtere) rationi ipſius potentiæ {& notitiam) etiam actus præexiſtere) rationi ipſius potentiæ {& notitiam) etiam actus præexiſtere {notitiæ) potentiæ. Cōtra vero nequaquam, non.n. actus definitur proprie per ipſum poſsibile, cum ſuperius dictum ſit actum eſſe ipſam rem ſimpliciter exiſtere, vel operationem, in qua ſimul eſt fieri, & factum eſt. Sed dices, Auerroes ſuperius dixit Cōm.11. actum & potentiam eſſe relatiue contraria: igitur alterum per alterum, & è conuerſo definitur. Dicendum quod tribus modis Ariſtoteles expoſuit actum, Primo per ipſum ſimpliciter exiſtere, vt patuit ſuperius. Secūdo per operationem, in qua ſimul ſunt fieri, & factum eſſe. Tertio per inductionem in ſingulis, & nunquam in definitione actus collocata fuit potentia. At potentia, & ipſum poſsibile ſemper per actum deſcripſit, & ſic patet actum eſſe priorem potentia definitione. Ad Auerroem vero dicendum, actum, & potentiam eſſe relatiue contraria non mutuo, ſed relatione potentiæ ad actum. non enim actus propria relatione ad potentiam refertur, ſed potentia ad actum: etſi actus refertur ad potentiam, non niſi relatione potentiæ ad actum.

Cōm.11.

Tempore uero prius ſic, quod ſpecie idem agens prius ſit, ſed non numero. Dico autem hoc quoniam hoc quidem homine iam exiſtente ſecundum actum, & frumento, & equo, & uidente prius eſt tempore materia, & ſemen, & uiſiuum, quæ potentia ſunt homo, & frumentum, & uidens. nondum autem actu: ſed his tēpore priora alia entia actu ſunt, ex quibus hæc facta ſunt. ſemper.n. ex potentia exiſtente fit actu ens, ab actu exiſtente. ut homo ab homine, & muſicus à muſico ſemper mouente aliquo primo. mouens autem actu iam eſt. Dictum eſt autem in ſermonibus de ſubſtantia, quoniam omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc ſpecie idem. TEX.14.

Cum dixiſſet actum præcedere ipſam potentiam tēpore vno modo, alio modo non, nunc declarat qūo

actus

actus præcedit potentiam, & quo non. & vult, quod actus tempore ſit prior potentia, quatenus agens, quod eſt in actu tempore præcedit id, quod eſt in potentia, in diuerſis numero, non in eodem numero: & hoc proponit, & dicit {Tempore vero prius ſic) actus præcedit potentiam {quod ſpecie idem agens) quod in actu eſt {prius ſit) eo, quod eſt in potentia {ſed non numero) & ſic dicit duo, & quod actus ſit prior tempore ſpecie, & quod potentia ſit prior actu ſm numerum. Deinde declarat hæc. & primo, quo ens potentia ſm idem numero ſit prius ente in actu: & dicit {dico autem hoc, qm hoc quidem homine iam exiſtente in actu) & {frumento, & equo, & vidente) iam exiſtentibus in actu {prius eſt tempore materia, &) pro. i. {ſemen & viſiuum, quæ potentia ſunt homo, & frumentum, & videns, nondum autem actu) & ſic illud idem numero quod fuit primo ens in potentia, poſtea eſt ens in actu, tam in actiuis, quam in paſsiuis, & in naturalibus, & artificialibus, & per conſequens ens potentia eſt prius tempore ente in actu capiendo ens in potentia pro illo eodem, quod fiet aliquando actu, hæc de primo. Deinde declarat quod actu ens ſit prius tempore ente in potentia, capiendo actu ens nõ pro illomet, quod fiet actu, ſed ꝓ alio, quod facit, at deducit ipſum ens in potentia, de potentia ad actum, & dicit {ſed his tempore priora alia entia actu ſunt, ex quibus hæc facta ſunt) atque ad actum reducta: & hoc probat, & dicit {ſemper. n. ex potentia exiſtẽte, fit actu ens ab actu exiſtente, vt hõ ab homine, & muſicus à muſico ſemper mouente aliquo) agente {primo) quod reducit ens in potentia ad actum. Ex his vult habere mouens, & agens, quod reducit ens in potentia ad actum, prius eſſe ente in potentia: tunc addit quaſi minorem, & dicit {mouens autem actu iam eſt) & ſic erit ſyllogiſmus, mouens & agens eſt tempore prius ente in potẽtia: actu ens eſt mouens, & agens. igitur actu ens eſt prius tempore ente in potentia. Sed contra, qm non vr̃ verum, ſemper ens in potẽtia reduci ad actum ab actu ente, qm quædam fiunt ex natura ipſa, nullo agẽte exiſtente, vt quæ ex putri materia oriuntur, quaſi reſpondens ſe remittit ad librum ſeptimum, & dicit {dictum eſt autem in ſermonibus de ſubſtãtia, qm omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc) ex quo fit {eſt ſpecie idem) ei, quod ex ipſo fit. nam vt Auer. inquit, agens & actum ſunt idem in forma. Ad argumentum vero de putrefactis, quæratur ibi ſolutio. Sic igitur patet, quod ſi ſumatur illudmet ens potentia numero, quod aliquando fiet actu, tale eſt prius tempore ente actu, & ipſo actu: at ſi ens potentia ſumatur pro vno, & ens actu pro alio, quod facit ens potentia eſſe actu, ſic ens actu prius tempore eſt ente potentia.

Quapropter & impoſsibile eſſe uidetur ædificatorem eſſe, qui non ædificauerit quicquam: aut citbariſtam, qui non citharizauerit. nam diſcens citharizare citharizando diſcit citharizare, ſimiliter autem & cæteri.

Cum dixiſſet quod potentiam muſicum fit actu muſicum à muſico actu, quatenus ab eo diſcit, nunc declarat ens actu eſſe prius ente potentia, quod fit actu per conſuetudinem, vel diſciplinam, declarat dico hoc ex iis, quæ prius dixit & propterea via concluſionis ex dictis, hoc infert, & dicit {Quapropter) cum ſubaudi pateat muſicum potentia fieri à muſico actu {& impoſsibile eſſe videtur, ædificatorem eſſe, qui non ædificauerit quicquam, aut cithariſtam) eſſe {qui non ciharizauerit) aliquando, cuius cauſam dicit {nam diſcens citharizare citharizando diſcit citharizare, ſimiliter autem & cæteri) artifices, qui ex actibus fiunt, ſemper ex ente in actu fiunt. & ſic in talibus ens actu eſt prius ente potentia.

Vnde ſophiſticus elenchus fit, quoniam non habens quis ſcientiam faciet idem, cuius eſt ſcientia. diſcens. n. non habet.

Ex dictis ſoluit ſyllogiſmum ſophiſticum elẽchum Mennonis: & primo eum conficit, hoc pacto, diſcens citharizare facit idem quod cithariſta, qui habet artem & ſcientiam citharizandi, quoniam citharizat: diſcens citharizare non habet ſcientiam citharizandi: igitur qui non habet ſcientiam citharizandi idem facit quod cithariſta, qui habet ſcientiam citharizandi. De ſyllogiſmo ponit concluſionem, & minorem & dicit {Vnde ſophiſticus elenchus fit) qui concludit {quoniam non habens quis ſcientiam) ſubaudi citharizandi {faciet idem) illud, quod facit cithariſta {cuius eſt ſcientia) citharizandi: hæc eſt concluſio: tangit minorem, & dicit {diſcens enim) ſubaudi citharizare {non habet ſcientiam) citharizandi: & ſic patet elenchus.

Sed quia eius quod ſit, aliquid factum eſt, & omnino eius quod mouetur, aliquid motum eſt, palam autem hoc in iis, quæ de motu: & diſcentem neceſſe eſt habere aliquid ſcientiæ forſan.

CAP. IIII.

Oſtendit quod actus eſt prior potentia ſubſtantia.

Sic igitur & hinc palam quod & actus prior potentia ſit & generatione, & tempore. TEX. 15.

Nunc ſoluit cauillum: & ſupponit vnum quod oẽ, quod fit, prius imperfecte factum ſit, & omne quod mouetur, prius imperfecte motum ſit: & dicit {Sed quia eius quod fit, aliquid factum eſt). ſ. imperfecte factum eſt {& omnino eius, quod mouetur, aliquid motum eſt) hoc eſt imperfecte prius motum eſt {palam autem hoc). i. hæc ſuppoſitio {in iis, quæ de motu). ſ. ſexto Phyſicorum: tunc adde minorem: ſed qui diſcit, fit diſcẽs, igitur qui diſcit, prius didicit imperfecte forſan, vnde dat concluſionem, & dicit {& diſcentem neceſſe eſt habere aliquid ſcientiæ forſan) hoc eſt imperfecte prius didiciſſe: & ſic reſpondet ad cauillum concedendo maiorem hoc pacto, quod diſcens citharizare facit illud idem, quod habens ſcientiam facit, non ſimpliciter, ſed imperfecte: & ſecundum quid: quo vero ad verba attinet dixit {forſan) quoniam inter Platonem & Ariſtotelem eſt controuerſia vtrum diſcens, prius ſciuerit: de quo in libro poſteriorum. epilogat & patet.

At uero & ſubſtantia, primo quidem, quoniam quæ generatione poſteriora ſunt, ſpecie & ſubſtantia ſunt priora, ut uir puero, & homo ſemine. nam illud quidem iam habet ſpeciem, hoc uero, non.

Cum Ariſtoteles demonſtraſſet actum eſſe potentia priorem tempore, atque definitione, nunc demonſtrat actum eſſe priorem potentia ſubſtantia hoc eſt perfectione: & primo oſtendit hoc argumento ſumpto à forma: hoc pacto {quæ generatione poſteriora ſunt, ſpecie & ſubſtantia ſunt priora, vt puero vir, &

homo ſemine} eſt enim puer viro generatione prior, perfectione vero poſterior: & homo eſt prior ſemine perfectione, generatione vero poſterior. cuius cauſam ſubdit {nam illud quidem).ſ.{iam) puer {habet ſpeciem).ſ. formam hominis {hoc vero) videlicet ſemen {non) habet ſpeciem hominis. ſic igitur patet hæc maior: quod quæ generatione ſunt priora, perfectione ſunt poſteriora: & quæ ſunt generatione poſteriora, ſunt perfectione priora. tūc addo minorem, ſed actus eſt generatione, & tempore poſterior ipſa potentia, ſaltem in eodem numero, vt patuit. ergo actus eſt perfectione prior ipſa potentia. ſumitur autem hæc ratio à forma, quoniam, vt recte Expoſitor inquit, nomine ſubſtantiæ atque perfectionis conſueuit ſignificari forma, per quam aliquid eſt perfectum.

Et quoniam omne quod fit ad principium uadit, atque ad finem. principium enim eſt cuius cauſa: finis autem gratia generatio eſt. finis autem actus. & huius gratia potētia ſumitur.

Secundo oſtendit hoc idem argumento ſumpto à fine hoc modo: finis potentiæ, gratia cuius eſt ipſa potentia, eſt perfectione prior ipſa potentia, actus eſt finis cuius gratia potentia ſumitur. igitur actus eſt perfectione prior ipſa potentia. Circa hanc rationem primo declarat quid ſit finis, ſecunda ibi {finis autem actus) accipit minorem. de prima parte dicit {&) ſubaudi etiam actus eſt perfectione prior potentia {quoniam omne quod fit ad principium vadit, atque ad finem) & ſic idem eſt principium & finis. & confirmat quod idem ſit principium & finis, & dicit {principium enim eſt cuius cauſa) fit ipſum principiatum {& gratia) ipſius {finis generatio eſt) quare idem eſt principium & finis. tunc accipit minorem ſyllogiſmi, & dicit {finis autem actus) eſt {& huius gratia potentia ſumitur) eſt ergo minor, actus eſt finis, cuius gratia potentia ſumitur, cui ſi addatur maior, patet concluſio, ſed quæres, ad quid Ariſtoteles probauit principium & finem eſſe idem: dicendum Ariſtotelem hoc feciſſe ad tollendam dubitationem: quæ eſſe poteſt, quia ſuperius probatum eſt, actum eſſe principium potentiæ, cum reducat ipſam potentiam ad eſſe ſimpliciter: & quare non videtur actus, vt ſit finis: cum ſit probatum ipſum eſſe principium. ad tollendum hoc, probauit actum eſſe principium & finem, & hæc ſimul ſtare poſſe.

Non enim ut uiſum habeant, uident animalia: ſed, ut uideant, uiſum habent. ſimiliter autem & ædificandi ſcientiā, ut ædificent, & theoreticam, ut ſpeculentur. ſed non ſpeculantur, ut theoreticam habeant, niſi meditantes, hi uero non ſpeculantur; ſed inquantum ſic. aut quia non egent ſpeculari.

Minor proximi ſyllogiſmi fuit, quod actus ſit finis cuius gratia eſt ipſa potentia, & ideo probat hanc minorem primo inducendo in actibus & potentiis, quæ nobis inſunt natura: & dicit {Non enim vt viſum habeant, vident animalia, ſed viſum habent, vt videant) ſecundo idem inducit in potentiis, & actibus rationalibus, quæ nobis acquiruntur, & dicit {ſimiliter autem, & ædificandi ſcientiam) habent homines {vt ædificent, & theoreticam) hoc eſt, & ſcientiam ſpeculandi habent homines {vt ſpeculentur. ſed non ſpeculantur vt theoreticam) .i. ſcientiam ſpeculandi {habeant, niſi meditantes) .i. diſcentes, qui ſtudent, atque meditantur, vt acquirant ſcientiam ſpeculandi. Sed contra obiicit, & dicit {hi vero) ſubaudi {non) ne ſpeculantur {ſed inquantum ſic) hoc eſt ſaltem aliquo modo. Videtur enim quod ſic, quoniam diſcentes aliquo pacto ſpeculari videntur, reſpondet {aut) quæ eſt ſolutionis ſignum: quod nō ſpeculantur: & cauſa eſt {quia) diſcentes {non egent ſpeculari) ſubaudi tantum, ſed egent ſcientia ſpeculandi: qua acquiſita poſtea ſpeculantur, & ſic diſcentes non ſpeculantur perfecte, ſed aliqua ratione, vt dictum eſt ſuperius. Vnde Auerroes dicit diſcentes ipſos conſiderare non vera conſideratione, quæ fit ab habitu ſcientiæ, ſed conſideratione, vt fiant in tali diſpoſitione, vt poſſint vere conſiderare. *Quæ Auer. Cōm. 15.*

Amplius autem materia eſt potentia, donec uenerit in ſpeciem: cum autem actu eſt, tunc in ſpecie eſt. ſimiliter autem & in aliis, & quorum motio eſt finis. propter quod ſicut docentes, operantem cum oſtenderint, putant finem reddidiſſe: & natura ſimiliter. TEX. 16.

Cum induxiſſet minorem in potentiis naturalibus & acquiſitis actiuis, nunc eandem inducit in potentiis paſſiuis, & dicit {Amplius autem materia eſt potentia) tandiu {donec venerit in ſpeciem) & actum {cum autem actu eſt tunc) materia {eſt in ſpecie) & ceſſat eſſe in potentia. quæ ratio docet actum eſſe potentiæ paſſiuæ finem {ſimiliter autem & in aliis) paſſiuis potentiis ſemper actus eſt finis {&) non in iis, ſed etiam aliis {quorum motio eſt finis) ſiue ſint potentiæ paſſiuæ, ſiue actiuæ: & hoc ſigno manifeſtat, & dicit {quapropter ſicut) præceptores {docentes) diſcipulum aliquem {cum oſtenderint) eum eſſe iam {operantem) in ea artem, quam ipſum docuerunt {putant finem) totius diſciplinationis {reddidiſſe, & natura ſimiliter) in finem venit, cum venerit in actum, quo operatur. Patet ergo actum eſſe finem potentiæ: quæ fuit minor.

Nam ſi non fit ita, Paſſonus Mercurius erit. non enim manifeſtum erit, & ſi ſcientia interius, aut exterius ſit, quemadmodum ille. Opus enim finis, actus autem opus, propter quod & nomen dicitur actus ſecundum opus, & tendit uerſus entelechiam.

Nunc probat minorem eandem deductionem ad impoſsibile: & dicit {Nā ſi non fuit ita) hoc eſt, ſi actus non ſit finis {Paſſonus) qui fuit omnium ſcientiarum omnino ignarus {erit Mercurius) hoc eſt, inter Mercurium omnium diſciplinarum peritum & Paſſonum omnium ſcientiarum ignarum nulla differentia cernetur: & declarat hoc, & dicit {nō.n. manifeſtum erit) in Mercurio {ſi & ſcientia interius, aut exterius erit, quemadmodum ille) Paſſonus, non manifeſtum erit, ſi habeat ſcientiam aliquam vel non habeat. Rurſum eādem minorem probat ſyllogiſmo oſtenſiuo hoc pacto {opus eſt finis) operantis {actus eſt opus) igitur actus eſt finis. verbum {.n.) cauſam reddit eius, quod procul dixit, non eius quod proxime dictum eſt, dixit .n. quod actus ſit finis potentiæ, nunc reddit cauſam huius per ſyllogiſmum oſtenſiuum, & dicit {Opus.n. finis) eſt {actus autem opus) eſt, igitur actus eſt finis potentiæ operantis. Quod autem actus ſit opus, probat ab interpretatione nominis actus, qui Græce ἐνέργεια dicitur, quod {nomen) ſonat aliquid {ſecundum opus, & tendit) verſus nomen {entelechiam) quod ſonat

ſonat perfectihabiã.quare actus opus eſt, & perfectio: & ſic patet ſyllogiſmus oſtenſiuus.

ὑβὶ παρὰ ταύ- την. *præter hanc.* *Quoniam uero horum uſus quidem ultimum eſt, ut uiſus uiſio: ubi nullum alterum à uiſu opus ſit. in quibuſdam uero ſit aliquid, ut ab ædificatoria domus præter ædificationem: nihilominus tamen hic quidem finis eſt, ille autem magis finis potentiæ eſt. nam ædificatio in ædificato eſt, & ſimul fit, & eſt cum domo.*

Sed circa hæc, quæ dixit, occurrit dubitatio, quoniam non eſt verum quod opus ſit finis operantis quoniam operans aliquando operatur, & nullum efficit opus, vt videns, & contemplans. Reſpondet Ariſtoteles quod potentiarum aliæ ſunt, quarum vſus finis eſt vt viſus finis eſt uiſio: quæ nihil aliud eſt quam vſus viſiuæ potentię. Aliæ ſunt, quarum finis eſt præter vſum opus, vt ædificatoriæ; cuius finis præter vſum eſt domus. Ariſtoteles ergo præmittit hanc diſtinctionem & loquitur ſuſpenſiue, vſque ibi {nihilominus) & ibi terminando ſuſpenſionem, ſoluit, & dicit {Quoniam vero horum) hoc eſt, qm̃ vero alię potentiæ ſunt, quarum {vſus quidem vltimum).i. finis {eſt) & nihil aliud præter vſum {vt viſus, viſio, vbi nullum alterum à viſu opus ſit, in quibuſdam vero) .i. aliæ ſunt, quarum præter vſum {aliquid fit) in re, quod opus dicitur {vt ab ædificatoria) facultate fit {domus præter ædificationem) quæ eſt vſus ædificandi. hęc eſt igitur diſtinctio, quod potentiarum aliæ ſint, quarum finis vſus eſt, & præter vſum, nihil aliud, aliæ ſunt, quarum finis eſt opus præter vſum. Tunc terminando ſuſpenſionem, reſpondet, & dicit {nihilominus tamen hic quidem) hoc eſt vſus, cuius eſt opus {finis eſt) potẽtiæ, operantis, quoniam illius gratia operatur {ille autem).ſ. viſus præter quem nullum opus fit {eſt magis finis potentiæ) & quod vſus præter quem eſt opus ſit minus finis potentiæ, probat, quoniam eſt finis exterior, vſus autem præter quem non eſt opus eſt finis interior, qui eſt in ipſo operante: & dicit {nam ædificatio) quæ eſt vſus ædificatoris, præter quem eſt opus {in ædificato eſt, & ſimul fit, & eſt cum domo) igitur talis vſus eſt finis exterior. at viſio eſt in ipſo vidẽte. quare vſus pręter quem nullum opus præter ipſum eſt, magis finis eſt, cum ſit in ipſo operante: vſus vero præter quem fit opus, eſt minus finis, cum ſit in re operata: & ſic patet ſolutio.

Quorum igitur aliquid alterum eſt quod fit. præter uſum: horum actus in facto eſt, ut ædificatio in ædificato. & contextio in contexto: ſimiliter autem & in aliis, et omnino motus in eo, quod mouetur. Quorum uero non eſt aliquod aliud opus præter actionem, in ipſis eſt actio, ut uiſio in uidente, & contemplatio in contemplante: & uita in anima, quare & fœlicitas ipſa: uita nãque qualis quædam eſt.

Ex iis concludit, in quibus actus ipſi ſint: & dicit Quorũ igitur aliquid alterum eſt quod fit pręter vſum, horum actus) non in operante eſt {ſed in facto) hoc eſt in re facta: quoniam ibi eſt, vbi eſt vſus, ſed vſus, præter quem eſt opus, eſt in re facta: ergo & actus, cum actus nihil aliud ſit quod vſus {vt ædificatio in ædificato, & contextio) qua conficiuntur res artificiales {in cõtexto, ſimiliter autem & in aliis, & omnino motus in eo quod mouetur) ſic igitur patet actum eorum, quorũ vſus eſt in re acta, eſſe in re acta: deinde dat ſm̃ membrum, & dicit {quorum vero pręter actionem) & vſum {non eſt aliquod aliud opus: actio) hoc eſt actus {eſt in ipſis) operantibus {vt viſio in vidente, & contemplatio in contemplante, & vita) quæ eſt operatio, & vſus animę, atq; actus illius {in anima: quare & felicitas ipſa) etiam eſt in anima {qm̃) felicitas {eſt qualis quædam vita) & tota cauſa eſt, qm̃ vſus præter quem nullum opus eſt, in ipſis operantibus eſt, actus autem eſt vſus talis igitur eſt in ipſis operantibus. Ex iis patet ſolutio ad dubitationem, quod quouis modo ſumatur actus finis eſt potentiæ, non tamen eodem modo, qm̃ actus, qui eſt vſus, præter quem non eſt opus, eſt magis finis potentiæ, actus vero, qui eſt vſus, præter quẽ eſt opus, eſt minus finis potentiæ. Vtrum vero per felicitatẽ intelligat, felicitatem moralem, vel contemplatiuam, non eſt ad propoſitum diſputare, ſatis eſt habere vtranque eſſe in anima.

Quare manifeſtum eſt, quoniã ſubſtantia & ſpecies actus TEX. 17. *quidam eſt, itaq; ſecundum hanc rationem palã, quod actus, ſubſtantia prior potentia ſit. &, ut diximus, tempore ſemper præaccipitur actio alia ante aliam, uſq; ad eam quæ eſt ſemper mouentis principium.*

Ex iis concludit primo quod forma ſit actus quidã: qm̃ eſt opus agentis gratia cuius agens agit, & dicit {Quare manifeſtũ eſt, qm̃ ſubſtantia & ſpecies).i. forma {actus quidam eſt) ſaltem vt opus agentis, deinde cõcludit concluſionem propoſitam, & dicit {itaq; ſm̃ hanc rationem).ſ. quia actus eſt finis, & forma {palam quod actus ſubſtantia) hoc eſt perfectione {prior potentia ſit) & ne quis credat propter hoc quia actus eſt prior potentia perfectione, vt non ſit prior tempore: ſubdit {&, vt diximus) ſuperius {tẽpore ſemper præaccipitur actio).i. actus {alius ante alium vſq; ad eum qui eſt principium) cœli {mouentia ſemper) atq; variantis hæc ſublunaria, vt exponit Auer. dicit.n. & intendit illud quod declaratum eſt in Phyſicis.ſ. quod omnia mota reducantur ad primum motorem qui eſt actus, in quo non eſt potentia omnino. & ſic patet quod licet actus perfectione ſit prior potentia, etiam tempore eſt prior: quoniam licet ens in potentia ſecundum idem numero ſit prius tempore in potentia quod in actu: tamen ens in actu in aliis ab eo quod eſt in potentia, eſt prius etiam tempore. hactenus de ordine perfectionis in his.

At uero & magis proprie, nam ſempiterna priora ſubſtantia ſunt corruptibilibus. eſt autem nihil potentia ſempiternum.

Cum declaraſſet Ariſt. actum priorem eſſe potentia perfectione argumento ſumpto à comparatione rerum corruptibilium ad res corruptibiles. nunc idem probat comparando ſempiterna ad corruptibilia: & ſyllogizat ſic, Sempiterna perfectione ſunt priora entibus in potentia, quæ ſunt corruptibilia: ſempiterna ſunt actus, & non potentia: igitur actus eſt prior perfectione entibus corruptibilibus, quę ſunt in potẽtia. De ratione primo proponit iterum concluſionem, & dicit At vero & magis proprie) ſubaudi probabitur actum perfectione eſſe priorem potentia: dico {magis proprie) quoniam euidentiori argumento, nam euidentius eſt actum ſempiternum præcedere ens in po-

tentia corruptibile: quam actum corruptibilem præcedere ens in potentia corruptibile, vt omnibus patet. Deinde accepit maiorem, & dixit {nam ſempiterna priora ſunt ſubſtantia) atque perfectione {corruptibilibus) entibus quæ ſunt in potentia. Deinde tangit minorem & dicit {eſt autem nihil potentia ſempiternũ) hoc eſt, ſed ſempiterna ſunt actus. & nullum eorum eſt potentia: igitur ſubaudi actus eſt perfectione prior corruptibilibus entibus in potentia.

Ratio autem hæc eſt, omnis potentia ſimul contradictionis eſt. quod quidem enim eſt non poſsibile eſſe, non utique eſt ad aliquid.

Duo accepit in ſyllogiſmo, quorum primum eſt, nullum ſempiternum eſt potentia, & fuit vis minoris. Secundum corruptibilia entia ſunt potentia: & ſic primo probat quod ſempiternum non ſit ens potentia, ſecunda ibi {poſsibile autem omne) probat corruptibilia eſſe entia potentia. & cum dixit, nullum ſempiternum eſſe ens potentia, intelligit nullum ſempiternum eſſe ens potentia paſsiua ad eſſe, & non eſſe: nam ſi ſempiternum nullum eſt ens potentia paſsiua ad eſſe & non eſſe, relinquitur omne ſempiternum eſſe ſemper ens actu: quæ fuit minor ſyllogiſmi. & cum dicit corruptibilia eſſe entia potentia etiam intelligit per potentiam, potentiam paſsiuam ad eſſe, & non eſſe: nam ſic habetur maioris altera pars. tunc dicit {Ratio autem hæc eſt) ad probandum ſubaudi quod nullum ſempiternum ſit ens potentia paſsiua ad eſſe, & non eſſe: nam {omnis potentia) ſubaudi paſsiua ad eſſe, & non eſſe {eſt contradictionis) ſcilicet formæ, & priuationis formæ, nullum ſubaudi ſempiternum eſt ens potentia contradictionis, probatur hæc, per hoc quod ſubdit, & inquit {quod quidem enim eſt non poſsibile eſſe, non vtique eſt) ens potentia contradictionis {ad aliquid) vnde ſyllogiſmus eſt, omnis potentia paſsiua ad eſſe, & non eſſe eſt contradictionis. hoc eſt formæ, & priuationis. nullum ſempiternum eſt ens potentia contradictionis, igitur nullum ſempiternum eſt potentia ens ad eſſe, & non eſſe. Minor probatur, quoniam ſempiteruum eſt non poſsibile eſſe, ſed neceſſe eſſe.

Poſsibile autẽ omne contingit non actu eſſe: quod ergo eſt poſsibile eſſe, contingit & eſſe, & non eſſe. idem igitur eſt poſsibile & eſſe, & non eſſe. poſsibile uero, non eſſe, contingit non eſſe. contingens autem non eſſe, eſt corruptibile aut ſimpliciter, aut hoc ipſo quo dicitur contingere non eſſe, aut loco, aut quanto, aut quali. ſimpliciter autem quod ſecundum ſubſtantiam. nihil ergo incorruptibilium ſimpliciter potentia eſt ens ſimpliciter. aliquid autem nihil prohibet, ut aut quale, aut ubi. actu ergo omnia.

Nunc probat ſecundum videlicet quod corruptibile ſit ens potentia ad eſſe, & non eſſe: & ſyllogiſmus eſt, Contingens non eſſe eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe: corruptibile eſt contingens non eſſe: ergo corruptibile eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe. Maiorem probat quaſi à primo ad vltimum, & dicit {Poſsibile autem omne contingit non actu eſſe) ex hoc infert {ergo quod eſt poſsibile eſſe contingit & eſſe & non eſſe) quoniam poſsibile conuertitur ad oppoſitam qualitatẽ: & ſic ſi aliquid eſt poſsibile nõ eſſe, ſequitur, vt ſit poſsibile nõ eſſe, & eſſe. tunc vltra infert {idem igitur eſt poſsibile & eſſe, & non eſſe) & ſic quicquid eſt poſsibile non eſſe, eſt poſsibile eſſe, & è conuerſo. Ex his vult habere quod omne poſsibile non eſſe, ſit ens potentia ad eſſe, & non eſſe, hæc autem ſit pro maiore pro ſyllogiſmi. tunc addit minorem, videlicet ſed contingit non eſſe, eſt poſsibile nõn eſſe, igitur quod contingit non eſſe, eſt poſsibile non eſſe & eſſe, & ſic eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe. Vnde dicit {poſsibile vero non eſſe) eſt ſubaudi quod contingit non eſſe, eſt ergo minor ſed quod contingit non eſſe eſt poſſe non eſſe: & vult habere hanc concluſionem videlicet quod id quod contingit non eſſe, ſit ens potentia ſine poſsibile ad eſſe, & non eſſe. tunc ſumpta hac pro maiore, ſubdit rurſum minorem principalis ſyllogiſmi, & dicit {contingens autem non eſſe eſt corruptibile) hoc eſt, ſed corruptibile eſt contingens non eſſe. & exponit quomodo corruptibile ſit contingens non eſſe, & dicit dico corruptibile contingere non eſſe {aut ſimpliciter) ſi fuerit ens ſimpliciter, vt ſubſtantia {aut hoc ipſo quo dicitur contingere non eſſe) hoc eſt aut ſecundũ quid {vt aut loco, aut quanto, aut quali, ſimpliciter autem) dicitur contingere non eſſe {quod ſecundum ſubſtantiam) contingit non eſſe. eſt ergo ſyllogiſmus totus, contingens non eſſe eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe. corruptibile eſt cõtingens non eſſe: igitur corruptibile eſt ens potentia ad eſſe & non eſſe. Maior proſyllogizatur, hoc modo, poſsibile non eſſe eſt ens potentia ad eſſe & non eſſe: (quoniam conuertitur ad oppoſitam qualitatem) contingens non eſſe eſt poſsibile non eſſe, igitur contingens non eſſe eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe. Deinde ponit ambas concluſiones, & eius ſyllogiſmi, qui probat ſempiternum non eſſe ens potentia ad eſſe, & non eſſe, & dicit {nullum ergo ſimpliciter incorruptibilium) .i. ſempiternorum {eſt ens potentia ſimpliciter) ſcilicet ad eſſe, & non eſſe. & eius qui probat corruptibile eſſe ens in potentia ad eſſe, & non eſſe: & dicit {aliquid autem) corruptibilium eſſe potentia ad eſſe, & ad non eſſe ſimpliciter {nihil prohibet, vt aut) nihil prohibet vt ſit potentia {quale, aut vbi) aut ſubaudi quantum. Tunc infert minorem primi, & principalis ſyllogiſmi, & dicit {actu ergo omnia) ſubaudi ſempiterna ſunt. Quare ſyllogiſmus reconficiatur in hunc modum, Sempiterna ſunt perfectione priora entibus potentia ad eſſe & non eſſe, quæ ſunt corruptibilia: ſempiterna omnia ſunt actu: igitur actus ſunt perfectione priores entibus potentia, quæ ſunt corruptibilia. hoc pacto textus Ariſtotelis reſoluitur ad artem prioriſticam. Quo vero ad verba attinet, Auerroes concluſionem totam retulit ad ſempiterna hoc pacto {nullum ergo incorruptibilium) hoc eſt ſempiternorum {ſimpliciter eſt ens ſimpliciter in potentia. aliquid autem) eorum {nihil prohibet eſſe) ens petentia {aut quale, aut vbi) quale quidem, quoniam luna eſt potentia ad lumen, & ad tenebram, ad vbi vero: qm̃ in cœleſtibus eſt potentia ad vbi. & cum Ariſtoteles dicit {actu ergo omnia) intelligit Auer. omnes tranſmutationes, quæ ſunt in cœlo eſſe actu ſemper ẜm tota: & alias ẜm partes, vt de elementis dicitur: quæ ſecundum tota ſempiterna ſunt: ſecundum partes vero ſunt corruptibiles, ſic cœleſtes tranſmutationes ſunt actu ſemper ẜm totas, tñ ẜm partes deficiunt: & ſiunt.

Nec eorum quæ ex neceſsitate ſunt, & quidem hæc ſunt prima, nam ſi hæc non eſſent, nihil utiq; eſſet.

Expoſitor

Expoſitor refert hæc ad ea neceſſaria, quæ ſunt in ipſis corruptibilibus, vt ad dignitates, & propoſitiones neceſſarias: & quaſi dicat {Nec eorum quæ ex neceſsitate ſunt) entia potentia ad eſſe & non eſſe ſunt {at hæc ſunt prima) quaſi dicat, & intelligo per hæc, quæ ex neceſsitate ſunt ea, quæ ſunt prima, vt dignitates, modo hæc non ſunt potentia ad eſſe & non eſſe {nam) vt inquit {ſi hæc non eſſent, nihil) eorum, quæ ex ipſis ſequiť {eſſet) & poteſt referri ad corpora cœleſtia, quæ ſunt prima corpora: & tunc lege {nec eorũ quæ ex neceſsitate ſunt) ſubaudi ſunt potentia entia {& quidem hæc ſunt prima) & intelligo per hæc neceſſaria: prima corpora. Quod autem hæc non ſit entia potentia: probat {nam) vt inquit {ſi hæc) prima corpora {non eſſent, nihil) eorum quæ ſunt hic {eſſet) Auerroes autem refert ad ea quæ ſunt in cœlo: & legit ſic {nec) ea quæ ſunt in cœlo: omnia {ex neceſsitate ſunt) ſed oportet in illis eſſe mutationem, alioquin hic nihil eſſet mutabile.

Neque utiq; motus, ſiquis eſt ſempiternus: & ſiquid motum ſempiternum eſt, non eſt ſecundum potentiam motum, niſi unde, quo. huius autem materiam nihil prohibet exiſtere.

Secundo idem concludit de motu cœli, & dicit {Neque vtique motus) eſt potentia ad eſſe & non eſſe {ſiquis eſt) motus {ſempiternus) vt cœleſtis {& ſiquid motum ſempiternum eſt) vt cœlum, tale {non eſt ſecundum potentiam) contradictionis {ad motum: niſi vnde, quo) per noſtram deſignationem, quatenus incipit ſtella moueri ab ortu, & trãſit per meridiem {huius autem materiam) per quam cœlum ſit in potentia vnde, quo {nihil prohibet exiſtere) in cœleſtibus. & ſic Auerroes aſſerit in cœleſtibus eſſe eam materiam, quæ eſt ad vbi: ſed materiam, quæ eſt ad eſſe & non eſſe, negant. Cum quo tamen ſtat in cœleſtibus eſſe materiam ad eſſe ſecundum dimidium contingentibus, quoniam corpus cœleſte recipit intelligentiam, vt ſui formam, à qua ſemper eſſe habet: vt alibi diximus.

Quapropter ſemper agit ſol, & ſtellæ, & totum cœlum & non eſt timendum ut quandoq; ſtent: quod pertimeſcunt, qui de natura. Neq; laborant in agentia: non enim ineſt potentia contradictionis ipſis, ut corruptibilibus motus, ut laborioſa ſit continuatio motus. nam ſubſtantia materia, et potentia non eſt actu cauſa huius.

Ex dictis infert tria, primum, quod ſol & ſtellæ, & totum cœlũ motibus & luminibus ſemper agunt alterando hæc ſublunaria: & dicit {Quapropter ſemper agit ſol, & ſtellæ, & totum cœlum) mota & lumine hæc ſublunaria alterando. Patet ex dictis, qm̃ concluſum eſt, hæc ſemper moueri. Secundo infert non eſſe timendum cœleſtia quieſcere aliquando, & dicit {& non eſt timendum, vt) ſol, ſtellæ, & cœlum {quandoq; ſtent) ita vt tandem ceſſent moueri {quod pertineſcũt qui de natura) loquunť, vt Empedocles, & Anaximander, & Anaximenes, qui aſſerunt lite & amicitia mundum generari & corrumpi. Nos autem dicimus non eſſe timendum cœlum quieſcere, ſuppoſita æternitate motus, quo ſol, & ſtellæ feruntur. ſimpliciter autem dicendum cœlum aliquando quieſcere ſecundum ordinationem diuinæ voluntatis. Tertio infert, quod ſol & ſtellę agentes hoc ideſt hanc alteratione͂ per motum & lumen, in his, non laborant: & dicit, neq; laborant ſol, & ſtellæ {hoc) .i. hanc alterationem mediante motu & lumine {agentes) cuius cauſam aſsignat, & dicit {non enim motus ineſt ipſis) ſtellis {per potentiam contradictionis, vt) ineſt ipſis {corruptibilibus) ita {vt) ipſis ſtellis {ſit motus continuatio) & perpetuitas {laborioſa: nam ſubſtantia) quæ eſt {materia & potentia non eſt actu cauſa huius) motus. Sed materia vnde, quo. vnde argumentum eſt per cauſam remotam negatiue hoc pacto. In cœleſtibus non eſt materia contradictionis ad eſſe, & non eſſe: igitur non eſt labor, quoniam labor ineſſe non poteſt, niſi his, quæ talem habent materiam, vt Octauo Phyſicorum patuit.

Imitantur autem incorruptibilia, & quæ in tranſmutatione ſunt terra & ignis. Etenim hæc ſemper agunt, nam per ſe, & in ſeipſis motum habent. Potentiæ uero aliæ, de quibus definitum eſt, omnes contradictionis ſunt. nam poſsibile ſic mouere poteſt, & non ſic, quæcunq; ſecundum rationem eſt, irrationabiles uero, per aliud eſſe, & non eſſe contradictionis eſſent eædem. TEX. 18.

Cum dixiſſet de corporibus cœleſtibus, videlicet quod ſemper agant, ponit nunc ea ex his corruptibilibus, quæ illa immitantur in ſemper agendo, & quę non imitantur. & vult, quod elementa imitentur corpora cœleſtia in ſemper agendo: & dicit {Imitantur autem incorruptibilia, & quæ in tranſmutatione ſunt, vt terra & ignis) & cætera elementa. & aſsignat cauſam & dicit {etenim hæc ſemper agunt) vt illa {nam per ſe, & in ſeipſis motum habent) ignis enim ſemper calefacit, & aer ſemper humectat, quoniam habent per ſe, & in ſeipſis motum, hoc eſt formas & qualitates, quæ ſunt principia per ſe motus. deinde ponit ea, quæ non imitantur corpora cœleſtia, & dicit {potentiæ vero aliæ, de quibus definitum eſt) non imitantur cœleſtia corpora in ſemper agendo: non enim ſemper agunt quoniam {omnes) potentiæ {contradictionis ſunt) aliter tamen & aliter {nam) potentia {quæcunque eſt ſecundum rationem, ſic mouere poteſt) ipſum moueri poſsibile {& non ſic) nam potentia rationalis mouet ſic pro ſyllogiſmo conſiliatiuo, & non ſic contra ſyllogiſmum conſiliatiuum pro appetitu ſenſitiuo: vt ſupra dictum eſt {irrationales vero, erunt eędem) potentiæ {contradictionis per aliud eſſe, & non eſſe) hoc eſt per hoc, quod non poſſunt eſſe, & non eſſe, vt animal eſt potentia contradictionis ad videndum pro quanto poteſt habere & amittere viſum. ergo differentia eſt inter rationales, & irrationales quoniam rationales ſunt potentiæ contradictionis, qm̃ ipſæ permanentes non ſemper operantur vno modo, irrationales vero ſunt potentiæ contradictionis, non quia ipſæ permanentes poſſunt ſic, & aliter operari, ſed quia poſſunt eſſe, & non eſſe, & ſic operari dum ſunt, & non operari dum non ſunt.

Si igitur ſunt aliquæ naturæ tales, aut ſubſtantiæ, quales dicunt, qui in rationibus, ideas: multo magis ſciens utiq; erit aliquid quam ipſa ſcientia, & motum quam motus. Hæc enim actus magis, illæ autem potentiæ. horum ſunt. Quod igitur actus prior ſit potentia, & omni principio mutabili, palam.

Ex iis concludit contra Platonem, quod ſi daretur idea ſcientiæ, quæ eſt ipſa ſcientia per modum habitus, & idea motus, quę eſt ipſe motus per modum

habitus,aliquid eſſet magis in actu ſciens, vel motum : quam ſit illa idea ſcientiæ,vel illa idea motus, & dicit {Si igitur ſunt aliquæ naturæ tales,aut ſubſtantiæ,quales dicunt)illi qui ponunt {ideas in rationibus) hoc eſt in doctrinis { multo magis ſciens) .i. in actu ſcientiæ {vtiq; erit aliquid)vt homo actu ſpeculans{quam ipſa ſcientia) quæ eſt idea per modum habitus { &) multo magis aliquid erit { motum) vt animal quod actu mouetur{quam motus)hoc eſt ꝙ idea motus, quæ eſt per modum habitus,& aſsignat cauſam , & dicit { hæc .n.).ſ.homo actu ſciens,& animal quod actu mouetur {ſunt actus magis,illæ autem).ſ.ſcientia ipſa,& motus ipſæ,quæ ſumuntur per modum habitus {ſunt potentiæ horum).ſ.motionis,& ſpeculationis,igitur aliquid erit in actu ſcientiæ magis quam ſit ipſa idea ſcientiæ : & in actu motum magis quam ipſa idea motus ; quod Plato,vt arbitror,non concederet.

TEX.19. *Cap. 5. Actum prius eſſe ſtudioſa potentia.*

Quod autem & melior, & honorabilior ſtudioſa potentia actus ſit, ex his eſt palam. quæcunq;.n.ſecundum poſſe dicuntur,idem eſt potens contraria,ut quod dicitur poſſe & cõualeſcere,idem eſt & languens,& ſimul.Eadem .n. potentia eſt conualeſcendi,& laborandi,& quieſcendi,& mouendi:& ædificandi,& deſtruendi,& ædificari,& corrui.Poſſe igitur contraria ſimul exiſtit. Contraria uero eſt impoſsibile ſimul exiſtere:ut ſanum eſſe,& laborare,Quare neceſſe eſt alterum eſſe bonum,poſſe uero ſimiliter utrunque. aut neutrum,aut ergo actus melior eſt.

Nunc comparat actum ad potentiam ſm bonum , & malũ,& intendit hanc concluſionem,in bonis actibus,atq; bonis potentiis,actus eſt melior potentia : vt melius eſt eſſe actu ſanum,quam poſſe eſſe ſanum , & melius eſt eſſe iuſtum quam poſſe eſſe iuſtum . primo ergo proponit concluſionem & dicit {quod autem & melior,& honorabilior ſtudioſa potentia actus ſit , ex his palam)hoc eſt quod in bonis actibus,& bonis potẽtiis actus ſit melior potentia, ex dicendis patebit . Pro declaratione ſumit primo, quod ipſum poſſe ſit contrariorum,& dicit eorum{ .n. quæcunque ſecundum poſſe dicuntur,idem eſt poſſe contraria vt quod dicitur & poſſe cõualeſcere,idem eſt & languens & ſimul) probat inductione,& dicit{eadem.n.potentia eſt conualeſcendi,& laborandi,& quieſcendi, & mouendi, & ædificandi & deſtruendi)ædificium{&)eadem eſt potentia qua domus poteſt{ædificari & corrui)tunc concludit ſuppoſitionem,& dicit{poſſe igitur contraria ſimul eſt)eſt ergo ſuppoſitio,quod id quod eſt iuſtũ,etiã eſt potentia iniuſtum. & vniuerſaliter omne quod eſt actu bonum,eſt potentia malum.accipit aliam ſuppoſitionem,& dicit{contraria vero).i.contrarij actus nõ poſſunt ſimul exiſtere { ita , vt ſit boni , & poſsint eſſe mali:actus.n.qui bonus eſt,ipſe non poteſt eſſe malus ſed eſt bonus tantum {vt ſanum eſſe,& laborare) ſanũ .n.eſſe actus bonus eſt, & non poteſt eſſe malus . tunc concludit{quare neceſſe eſt alterum eſſe bonum) hoc pacto , vt cum eſt bonus non poteſt eſſe malus {poſſe vero ſimiliter vtrunq;) qm̃ eſt bonum , & poteſt eſſe malum.Ex iis duabus ſuppoſitionibus infert propoſitum dicens,actus{ergo)qui bonus eſt{aut erit neutrũ) & hoc impoſsibile eſt{aut erit melior)potentia quæ eſt bona.vnde ſyllogiſmus eſt,quod eſt tantum bonum, melius eſt eo quod eſt bonum , & poteſt eſſe malum : actus eſt tantum bonus , & potentia quæ eſt bona,poteſt eſſe mala:igitur actus bonus eſt melior potentia , quæ eſt bona.

Neceſſe eſt autem & in malis finem & actum eſſe deteriorem potentia,quod.n.poteſt idem ambo contraria eſt.

Secundo probat quod è conuerſo videlicet in malis,actus malus eſt deterior potẽtia,quę eſt mala:& hoc proponit,& dicit{neceſſe eſt autem, & in malis finem & actum)malum{eſſe deteriorem potentia)mala. probat & dicit{quod.n.poteſt,idem ambo contraria eſt) & ſic potentia quæ eſt mala,poteſt eſſe bona:& actus, qui eſt malus,non poteſt eſſe bonus,ſed eſt tantum malus,quare deterior eſt ipſa potentia.

Palam ergo quoniam non eſt aliquod malum præter res, poſterius.n.natura malum,quam potentia eſt.

Ex iis concludit contra eos,qui dixerunt eſſe ipſum malum præter res,quaſi ideà ſit malorum ſeparata:cõtra hos dicit{palam ergo qm̃, non eſt aliquod malum præter res).i. præter actum & potentia , quæ ſunt omnes res.omnis.n.res eſt aut actus,aut potentia:modo dictum malum eſſe aut actum, aut potentiam, quare nõ eſt malum præter has res,quæ ſunt actus & potentia : probat hoc & dicit{poſterius.n.natura malum).i.malus actus{quàm potentia eſt) qm̃ malus actus ſupponit ens in potentia ad ipſum, antequam ſit:& per conſequens omne malum eſt aut potentia , quæ ſupponitur actui;aut actus,qui illam ſupponit, & ſic non eſt malũ præter has res,

Non ergo in eis,etiam ſempiternis , quæ à principio ſunt quicquam aut malum , aut peccatum , aut corruptum eſt : etenim corruptio malorum eſt.

Secundo concludit contra Platonẽ, qui poſuit quædam ſempiterna mala , vt Cacodæmones,contra obiicit Ariſtoteles & dicit { non ergo in eis etiam ſempiternis , quæ à principio)hoc eſt ab æterno { ſunt:quicquam, aut malum, aut peccatum, aut corruptum)atque labefactum eſt, vt Platonici ponunt , quoniam in ſempiternis, non eſt potentia , quæ ſupponitur malo , & quia aliquis poſſet dicere eſſe in illis corruptionem , & non malum , vt in rebus naturalibus cernitur, dixit {etenim corruptio malorum eſt) & ſic non poteſt in illis eſſe corruptio quin ſit malum . & dicit Expoſitor , & quidem recte,quod in ſempiternis non ſunt hæc ſimpliciter , ſecundum quid poſſunt eſſe : vt in luna tenebræ . Ex his colligit Auerroes in ſtellis non eſſe mala , quę Aſtronomi dicũt, vt beneficentia,maleficentiam, odium,amicitiam, & id genus , & quidem bene dicit, quod in ſtellis hæc ſimpliciter non ſint, ſed bene ſecundum quid,& cauſaliter.

CAP. VI.

Quo pacto deſignationes geometricæ actu inueniantur.

Inueniuntur autem diagrammata actu. nam diuidentes inueniunt, ſi uero eſſent diuiſa , manifeſta utiq; eſſent , nunc autem ſunt potentia. TEX.20


Auerroes vult, quod Ariſt.per hæc velit habere, ꝙ actus ſit nobilior potentia , cum eſſe ſit nobilius non eſſe,& ſcientia ſit nobilior ignorantia.Melius autem vr̃ eſſe dicendum cum expoſitoribus , quod Ariſto. velit comparare actum , & potentiam ad ipſum intelligere, & cognoſcere , & ponit hanc concluſionem, quod ea,quæ

ea, quæ cognoſcuntur, ſunt entia actu: & declarando hanc concluſionem, declarat eam in mathematicis figuris, & per hoc vult eam eſſe declaratam in omnibus, & dicit{inueniuntur autem)hoc eſt ſciuntur & intelliguntur{digrammata} hoc eſt deſcriptiones figurarũ geometricarum{actu}hoc eſt cum accipiuntur actu: probat hanc, & dicit{nam}geometræ{diuidentes}hoc cũ actu illas diuidunt, eas eſſe tales{inueniunt} hoc eſt cognoſcuntur{ſi vero eſſent diuiſa}non oporteret ea diuidere vt cognoſcerentur, ſed {eſſent manifeſta vtiq;. nunc autem}cum ſunt videlicet ignota {ſunt potẽtia} diuiſa, & non actu. quare quæ cognoſcuntur ſunt entia actu, quæ vero ſunt ignota, ſunt entia potentia.

Propter quid duo recti triangulus, quia qui ſunt circa unũ punctum anguli, ſunt æquales duobus rectis: ſi ergo educeretur qui eſt iuxta coſtam, uidenti utiq; ſtatim eſſet palã.


Exponit quod dixerat per duo exempla. quorum primum dicit{propter quid duo recti triangulus} hoc eſt propter quid triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. hoc quæſtiũ tã diu eſt ignotũ, quã diu lineę, & figurę actu diuidunt: rñdet, & dicit{quia anguli, q ſunt circa vnũ punctũ, ſunt æquales duobus rectis} verũ hæc cauſa eſt ignota donec actu lineæ trahant, &

Horum exemplorum dilucidationem vide in expoſitione ſupra iſtum locum.



propterea dicit{ſi ergo educeretur} atq; protenderetur angulus exterior { qui eſt iuxta coſtam} quæ eſt latus trianguli {videnti} talem deductionem {ſtatim eſſet palam}quod triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis.

Propter quid in ſemicirculo rectus eſt uniuerſaliter? quia ſi æquales tres, & quæ baſes duæ: & quæ ex medio ſemper ſtans recta: ei uidenti qui illud ſciuit, palam. Quare palam, quia potẽtia entia ad actũ reducta, inueniuntur. cauſa uero, quia intellectio actus eſt, quia & ex actu potentia, & propter hoc facientes cognoſcunt. Poſterius. n. generatione, qui ſecundum numerum actus.



Hic ponit ſecundum excẽplum, & dicit{Propter quid ĩ ſemicirculo } angulus deſcriptus { eſt vniuerſaliter } & ſimpliciter{rectus}aſſignat cauſam, & dicit{qa ſi ęquales} ſunt{tres & baſes ſunt duæ &}linea{quæ ex medio ſemper ſtans eſt recta: ei videnti qui} totum illud deſcriptũ{ ſciuit} & vidit{ palam eſt quod talis angulus in ſemicirculo deſcriptus eſt ſimpliciter rectus. Ex iis concludit propoſitum, & dicit{quare palam, quia entia potentia, cũ ad actum reducuntur, inueniuntur}hoc eſt cognoſcũtur. & reddit cauſam, & dicit{cauſa aũt eſt, quia intellectio}hoc eſt intellectus ipſe{eſt actus}& ſic obiectum actu debet eſſe, ſi debet ipſi proportionari. tunc epilogando rationem, & concluſionẽ dicit {quia & ex actu potentia} hoc eſt, qm̃ potentia reducitur ad actum ex actu ente, vt ab ipſo intellectu, qui eſt actu { & propter hoc, facientes} hanc reductionem ad actũ, cognoſcũt {nam actus qui eſt ſecundũ numerum } idem cum eo, quod fuit in potẽtia{poſterior generatione eſt} quare non poſſunt cognoſci, niſi quæ acta ſunt, quæ vero potentia tandiu ignota ſunt, q̃diu ad actum reducuntur.

CAP. VII.

Ex veritate & falſitate, actum potentia præſtantiorem eſſe oſtendit.

Quoniam autem ens dicitur & non ens, hoc quidem ſecundum figuras prædicamentorum, illud uero ſecundum potentiam aut actum iſtorum: aut contraria: hoc maxime proprie eſt, aut uerum, aut falſum. TEX.21.

Nunc comparat actum & potentiam penes verum, & falſum, & vult quod verum, & falſum ſint proprie circa ea, quæ ſunt magis actu, quam circa ea, quæ ſunt potentia. & dicit{qm̃ autem ens dicitur } hoc eſt diuiditur{& non ens, hoc quidem}. i. vno modo{ſm figuras prædicamentorum } quæ ſunt ſubſtantia, quantitas, qualitas, & cætera {illud vero} hoc eſt alio modo ſm potentiam, aut actum iſtorum decem prædicamentorum: aut diuiditur ſecundum quod actus, & potentia ſunt priuatiue oppoſita, aut ſecundum quod ſunt {contraria} quorum alterum dicitur actus, quia perfectius, alterum potentia, quia imperfectius {hoc}. ſ. quod dicitur actu eſſe{maxime proprie eſt aut verum aut falſum } Quo vero ad verba attinet, ens diuiditur in decem prædicamenta, quoniam omne quod eſt, aut ſubſtantia eſt, aut quantum, aut quale, aut id genus: & non ens, quod quidem non actu eſt, & poteſt eſſe, aut ſubſtantia eſt, vt Antichriſtus, aut quãtum eſt, vt corpus, quod nondum eſt, & poteſt eſſe, aut quale, quod ſimiliter modum eſt, & poteſt eſſe: & ſic de cæteris. hæc eſt vna diuiſio entis. Alia eſt, quod entium, aut actu eſt, vt Socrates, qui poteſt non eſſe, & actu eſt, aut potentia eſt, vt Antichriſtus, qui non eſt, & poteſt eſſe. iſtæ duæ diuiſiones ſunt entis, & non eſt, altera alterius ſubdiuiſio, ſed quælibet adæquate diuidit ens, ſimiliter non entis aliud actu eſt nota ens, vt Plato, qui fuit, & actu nunc non eſt, aut potentia, vt Socrates, qui actu eſt, & poteſt non eſſe. Cum ergo diuiditur ens vel non ens poteſt eſſe per actum, & potentiam, vt opponuntur priuatiue, aut vt opponuntur contrariȩ, modo quo calidum, & frigidum opponuntur contrariȩ, nam calidum quia perfectius, eſt actus, frigidum vero, quia imperfectius, eſt potentia: ſed vtcunq; diuiſio fit maxime proprie quod actu eſt, verum aut falſum eſt, quod autem potentia eſt, non proprie verum aut falſum, eſt, ſed contingit verum, aut falſum eſſe, ſicut contingit eſſe. hæc eſt concluſio.

Hoc autem in rebus eſt componi aut diuidi ut uerus ſit, qui diuiſum, putat diuidi, & compoſitum componi. Men-

titur autem è contrario ſe habens, aut quando res ipſæ ſunt, aut non ſunt: propter quas uerus dicitur, aut falſus. hoc.n. conſiderandũ eſt quid nam dicimus? non.n. quia nos exiſtimauimus te uere album eſſe, tu es albus, ſed quia tu es albus, nos hoc dicentes, uerum dicimus,

Cũ accepiſſet id quod actu eſt, proprie eſſe verum aut falſum, nunc declarat hoc per definitionem veri et falſi: eſt.n. verum enunciatio dicens ita eſſe ſicut eſt, vel ita non eſſe, ſicut non eſt, falſum contra, ergo proprie verum vel falſum eſt id quod eſt, vel non eſt, & dicit{hoc autem).ſ. verum vel falſum{in rebus eſt componi aut diuidi, vt verus ſit)intellectus, qui diuiſum in re putat diuidi, vt hominem non eſſe equum{& compoſitum)in re{componi)vt hominem eſſe animal{mẽtitur autem)& falſus eſt{è contrario ſe habens) intellectus ipſe, ad res{aut quãdo res ipſę ſunt, aut non ſunt, propter quas)intellectus{ dicitur verus aut falſus) vt cum putat hominem eſſe equum, cum non ſit equus, et hominem non eſſe animal, cum ſit animal. vnde & propoſitionem veram definiunt, quod ſit illa, quæ ſignificat ita eſſe ſicut eſt, qualis eſt affirmatiua, aut non eſſe, ſicut non eſt, qualis eſt negatiua, falſa autem quę vel ſignificat ita eſſe ſicut non eſt, vt affirmatiua, vel ita non eſſe, ſicut eſt, vt negatiua. vtrum vero complexum ſignificabile, quod propoſitio ſignificat, ſit idem quod propoſitionis ſubiectum, in ludicris diſputauimus. nũc vero Ariſt. ſumit vnde propoſitio dicatur vera vel falſa: & intellectus, qui componit, & diuidit cur verus, vel falſus dicatur, & dicit{hoc.n. perſcrutandum quid nam dicimus)verum vel falſum: nam hoc ſufficit ad oſtendendum propoſitum, & dicit{non.n. quia nos exiſtimamus te vere album eſſe, tu es albus, ſed quia tu es albus, nos hoc dicentes verum dicimus) per quæ patet nihil dici verũ aut falſum, niſi actu ſit ita in re, vel actu non ita: & per conſequens bene dictum eſt, id quod actu eſt, proprie eſſe verum, vel falſum.

Si igitur hæc quidem ſemper componuntur, & non poſſunt diuidi, hæc uero ſemper diuiduntur, & non poſſunt cõponi, hæc autem contingunt contraria: eſſe quidem eſt componi & unum eſſe, non eſſe autem eſt non componi, ſed plura eſſe.

Ex dictis corollarie infert quid ſit eſſe, à quo dicitur oratio vel opinio affirmatiua vera, vel falſa: & quid dicitur non eſſe, à quo dicitur oratio negatiua vera, vel falſa: & dicit{ſi igitur hæc quidem ſemper componuntur, & non poſſunt diuidi) vt hominem eſſe animal {hæc vero ſemper diuiduntur, & non poſſunt componi)vt homo, & equus { hæc autem contingunt eſſe contraria)vt homo & album: tunc terminando ſuſpenſionem infert, quid ſit eſſe, quo dicitur affirmatiua oratio vera, & quid non eſſe, quo dicitur oratio negatiua vera, & dicit {eſſe quidem)quo oratio affirmatiua vel opinio dicitur vera { eſt componi) ea, quæ ſemper componuntur { & vnum eſſe, non eſſe autem)quo dicitur oratio negatiua vera { eſt non componi, ſed plura eſſe) quæ plura ſunt. Sed circa hæc occurres, quoniam in prioribus triplex eſſe diſtinxit, dixit enim omnem propoſitionem ſignificare aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingere ineſſe: hic autem duo dicit tantum, aſſerit enim ex parte rerum res eſſe aut quæ ſemper componuntur, & nunquam poſſunt diuidi, aut quæ ſemper diuiduntur, & non poſſunt componi, & hæc faciunt propoſitiones neceſſarias: amplius ait alias res eſſe, quæ contrariæ contingunt, & & hæc faciunt propoſitiones contingentes, & ita omittit propoſitiones de ineſſe. Dicendum propoſitionẽ de ineſſe non differre à contingenti, niſi quia contingens negatiua eſt propoſitio de ineſſe affirmatiua, quoniam ſi homo currit, contingit hominem non currere, & propoſitio contingens affirmatiua eſt propoſitio de ineſſe negatiua. quoniam, ſi homo non currit, contingit hominem currere: & propterea non enumerauit eſſe, quod facit propoſitiones de ineſſe, quoniam intelligitur in contingentibus.

Circa contingentia igitur eadem fit falſa & uera opinio, & oratio eadem: & contingit quandoque ueram eſſe, & quandoque eſſe falſam. *Circa impoſsibilia uero aliter ſe habere non fit aliquando uera, aliquando falſa: ſed ſemper altera uera, & altera falſa eſt.* TEX.22

Ex primo corollario infert ſecundum, quod videlicet aliqua oratio ſit immutabilis circa veritatẽ atq; falſitatẽ: aliqua mutabilis. & dicit { circa contingentia igitur eadem opinio, & eadem oratio fit falſa & vera) nam { & contingit quandoque veram eſſe) cum ita eſt ſicut dicit { & quandoque eſſe falſam) cum non ita eſt ſicut dicit, & intelligit pro contingentia, ea circa quæ ſunt propoſitiones de ineſſe, vt Socrates ſedet, eſt vera eo ſedente: eadem autem falſa eo ſurgente. Cauſa autem, quoniam propoſitio de ineſſe, & propoſitio de contingenti ineſſe circa eadem ſunt, modo tamen oppoſito, vt dictum eſt. deinde exponit quales ſint propoſitiones in his, quæ non poſſunt aliter eſſe, & dicit{circa impoſsibilia vero aliter ſe habere, nõ fit) eadem oratio, aut opinio { aliquando vera, aliquando falſa, ſed ſemper altera vera)quæ ſignificat ita eſſe ſicut eſt {altera falſa eſt) quæ ſignificat vel ita eſſe, ſicut non eſt, vel ita non eſſe ſicut eſt.

Circa incompoſita uero quid eſt eſſe aut non eſſe, & uerum & falſum. Non enim eſt compoſitum, ut ſit quidem quandocunq; compoſitum, aut non ſit quandocunq; diuiſum fuerit: ut album, lignum, aut incommenſurabilem diametrum. Erit ne uerum et falſum ſimiliter adhuc et in illis? an ſic nec uerum in his idem eſt, ſicut nec eſſe.

Cum declaraſſet, quomodo oratio ſit vera, vel falſa in rebus compoſitis ex materia: hic declarat quomodo opinio, ſiue oratio ſit vera vel falſa in ſimplicibus, quæ ſunt ſine materia, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, videlicet Deus, & intelligentiæ: & ponit talẽ concluſionem, non eodem modo eſt verum, & falſum in ſimplicibus, ſicut in compoſitis, & primo probat concluſionem ex eo, quoniam ſimplicia non ſunt compoſita, vel diuiſa, ſicut illa: & dicit{circa incompoſita vero) quales ſunt ſubſtantiæ immateriales{quid eſt eſſe, aut non eſſe verum & falſum)hoc eſt oratio vera vel falſa ſignificat, nõ.n. oratio vera vel falſa eſt in rebus immaterialibus propter compoſitionẽ rei cum re, vel diuiſionem rei à re, & aſsignat cauſam, & dicit{non.n.)ſubiectum{eſt cõpoſitum, vt ſit)ſubaudi oratio affirmatiua vera {quandocunq; eſt compoſitum) cum eo, cum quo componitur{aut non ſit)oratio affirmatiua vera {quãdocunque diuiſum fuerit)ab eo cum quo componitur. dico compoſitum{vt album lignum) & non compoſitum {vt incommenſurabilem diametrum) ſic igitur non

eodem

eodem modo verũ & falſum ſunt in illis, ſicut in compoſitis, qm̃ ſimplicia non ſunt compoſita ſicut illa. ſed tunc mouet dubium, & dicit {erit ne verum & falſum ſimiliter adhuc & in illis} ſimplicibus ſicut in compoſitis. reſpõdet {an ſic nec verum in his) ſimplicibus {idẽ eſt, ſicut nec eſſe) eſt idem in his, & in illis. Nam eſſe in his eſt cum additione, in illis autem eſt cum ſimplicitate. Ex ijs ſequitur, quod complexum ſignificabile in propoſitionibus, quæ fiunt de ſubſtantiis ſeparatis, eſt idem quod ſubiectum illarũ, vt illius Deus eſt ſubſtantia, eſt idem quod Deus, nam Deus exiſtens ſubſtantia, idem eſt quod Deus. in propoſitionibus vero, quæ ſunt de rebus materialibus, complexum ſignificabile non eſt idem ſimpliciter quod ſubiectum, vt illius lignum eſt album, non enim lignum exiſtẽs album, eſt ſimpliciter idem cum ligno: cum album addat ligno qualitatem, ſed occurres, quoniã iſtius propoſitionis homo eſt homo, & homo eſt animal, cõplexum ſignificabile eſt idem quod ſubiectum, quoniam idem ſimpliciter eſt homo exiſtens homo, quod homo: & homo exiſtens animal, qđ homo: & tñ homo eſt res compoſita ex materia, præterea Deus eſt iuſtus, propoſitio, cuius complexum ſignificabile eſt Deus exiſtens iuſtus, modo non videtur idem Deus exiſtẽs iuſtus, qđ Deus cum ſit aliqua diſtinctio. ſed hæc ſpectant ad ludrica, propterea recurre ad ea.

De complexo ſignificabili.

Sed eſt hoc quidem uerum, illud autem falſum attingere quidem, & dicere uerum. non enim idem affirmatio & dictio eſt. Ignorare autem non attingere. Decipi enim circa quod quid eſt, non eſt, niſi per accidens: ſimiliter autem & circa compoſitas ſubſtantias. non enim eſt decipi.

Cum declaraſſet, quod non eodem modo verum & falſum ſunt in ſimplicibus, & compoſitis, nũc declarat, quomodo verum & falſum ſint in ipſis ſimplicibus, & dicit, quod verum in illis ſit ita attingere quid eſt eſſe, ſicut dicit, & inquit {ſed eſt hoc quidem verum, illud autem falſum} in ſimplicibus {attingere quidem} eſſe illorum {& dicere verum) hoc eſt, verum in illis eſt, ita ea attingere, ſicut dicit, non propoſitio vera in illis eſt, quia ita eſt, ſicut ſignificat, ſed quia ita intellectus ea attingit, ſicut oratio ſignificat. & quia aliquis poſſet credere idem eſſe dictionẽ, & affirmationem, dicit {non enim idem affirmatio, & dictio eſt} quoniam affirmatio eſt ſpecies dictionis, cum dictio ſit genus ad affirmationem, & negationem. & cũ declaraſſet quid ſit verum, declarat, quid ſit ignorare, & dicit, ignorare autẽ eſt ea {non attingere) ergo propoſitio dicens verũ, eſt cum intellectus attingit illa, cum non attingit, eſt ignorare. Sed dices, quid eſt dicere falſum: videt enim qđ ſi dicerẽ verum ſit attingere ea, dicere falſum ſit nõ attingere ea, Reſpondet in eis non eſſe falſum. & decipi, niſi per accidens, & dicit {decipi enim circa quod quid eſt non eſt niſi per accidẽs) quatenus attribuũtur quædam illis, quæ non ſunt in eis, vt qđ ſint ignis, vel aqua, quæ non inſunt eis. deinde amplificat quod dixerat, non ſolum in ſubſtantijs ſimplicibus, ſed compoſitis, & dicit {ſimiliter autem & circa compoſitas ſubſtantias) non eſt decipi circa quod quid eſt {non enim eſt decipi} circa quod quid eſt, vt Septimo huius patuit. ex ijs patet in ſubſtantijs immaterialibus non eſſe niſi verum: & loco falſi eſt ignorare. ſimiliter circa quiditates rerum materialium, non eſt niſi verum, vel ignorate, falſum autem eſt in illis per accidẽs. At in materialibus ſubſtantijs eſt verum, & falſum, & ignorare. cauſa autem quare in ſubſtantijs ſeparatis atq; in quiditatibus non ſunt falſæ propoſitiones, eſt, quoniam tales faceret propoſitiones de illis oportet illas partim cognoſcere partim ignorare, quod enim de aliquo falſo quicquam enũciat, partim ignorat, partim ſcit. At qđ partim ſcitur, partim ignoratur compoſitum eſt, & nõ ſimplex: & cum ſubſtantiæ ſeparatæ, quiditateſq; ipſæ ſumme ſimplices ſint, omnino ignorantur, aut ſciunt, & ſic de illis non poſſunt eſſe niſi propoſitiones veræ, loco propoſitionum falſarum eſt ignorãtia. Sed adhuc occurres, quoniam verum ſignificat compoſitionem, at in Deo nulla eſt compoſitio, Dicũt quidam, in Deo eſſe ſimultatem quorundam, propter identitatem, & ſic verum dicit ibi ſimultatem prædicati cũ ſubiecto, non autem compoſitionem. verum ſuperius dictũ eſt, ſignificatum propoſitionum in Deo nõ eſſe niſi ſubiectum exiſtens hoc vel illud, non per compoſitionem huius cum ſubiecto, ſed per identitatem.

Et omnes ſunt actu, non potentia: generarentur enim utique, & corrumperentur. nũc autem ens ipſum non generatur nec corrumpitur: ex aliquo enim generaretur.

Suppoſuit ſimplices ſubſtãtias actu eſſe, de quibus propoſitiones veræ fiunt. nunc declarat hanc ſuppoſitionem, & dicit {& omnes ſunt actu, non potentia), ſ. ſubſtantiæ ſimplices, & probat, & dicit {generarentur enim vtiq;, & corrũperentur} omne enim, quod eſt potentia, tranſit aliquando de potẽtia ad actum, deſtruit conſequens, & dicit {nunc autem ens ipſum}, ſ. ſeparatum, quod eſt tantum ipſum {non generatur, nec corrumpitur. Ex aliquo enim generaretur} & ſic non eſſet ens ipſum, ſcilicet purum, & ſimplex, ſed compoſitum, & materiale. Patet ergo ſuppoſitio, qđ ſimplices ſubſtantiæ actu ſint.

Quæcunque igitur ſunt quod quid eſſe, & actus: circa hæc non eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non: ſed quod quid eſt quæritur de ipſis, ſi talia ſunt, aut non. & eſſe ut uerum, & non eſſe ut falſum, uno quidem modo eſt ſi componitur, uerum, ſi autem non componitur. Hoc idem eſt falſum, alio modo ſiquidem ens ſic eſt. ſi uero non ita, non eſt, & uerum eſt intelligere ipſa, falſum uero non eſt, nec deceptio, ſed ignorantia.

Recoligit omnia declarata de ſimplicibus ſubſtantijs & compoſitis, & dicit {quæcunq; igitur ſunt quid eſt, & actus, circa hæc non eſt decipi} nec falſum {ſed aut intelligere, aut nõ} ſi enim ibi eſſet decipi, & falſum ſm partem ſcirentur. ſm partem ignorarentur, & ſic eſſent compoſitæ {ſed ſi talia} aut {ſunt, aut non ſunt} vt bonæ vel non bonæ ſubſtantiæ, vel nõ ſubſtantiæ {qđ quid eſt quæritur de ipſis} bonũ enim in Deo eſt idẽ quod Dei quiditas, & eſſe, ꝙ ſic quicquid vere de Deo dicitur, eſt quid eſt Deus {& eſſe} in quod {eſt vt verũ, & non eſſe quod, eſt vt falſum} eſt duobus modis {vno quidem modo eſt verum, ſi componitur} aliquid cum aliquo {& ſi non componitur} ſed diuidit {eſt falſum} & hoc pacto in ſubſtantijs materialibus eſt verũ & falſum, verum quidem per compoſitionem, falſum per diuiſionem {alio modo ſiquidem ens ſic eſt} non per compoſitionem, ſed per idẽtitatem {ſi vero nõ eſt ſic} per identitatem {non eſt verum} & hoc pacto, & verũ & non verũ ſunt in ſimplicibus quiditatibus. ſed quæres vtrum in illis ſit falſum, quaſi recapitulando ſolu-

tionem ſuperius datam, dicit {& verũ} eſt in illis, cum nihil aliud ſit quam {intelligere ipſa. falſum vero non eſt, nec deceptio} quoniam tunc partim ſcirentur, partim ignorarētur, & ſic eſſent compoſita {ſed} eſt {ignorantia} ibi eſt, & ſic Ariſtoteles concedit verum & non verum eſſe in illis, falſum, & deceptionem nõ: qui enim decipitur, & falſo concipit aliquid partim ſcit, & partim ignorat, & ſic componerentur. Ait tamen illud non verum eſſe propter ignorantiam, quæ eſt omnino illa non intelligere.

Non qualis cæcitas. Cæcitas enim eſſet, ut ſi utique intellectiuam uim non haberet aliquis.

Quia dixit nos ignorare ſubſtantias ſeparatas, declarat, qualis ſit illa ignorantia, & vult qđ non ſit qualis cæcitas, per quam cæcus nec de præſenti. nec de futuro colores percipit. ſi enim eſſet ignorantia hoc pacto cæcitas, tunc cæcitas eſſet vtiq;, vt ſiquis non habe ret vim intellectiuam. nam cæcus eſt, qui nõ habet vim viſiuum: quare ſi ignorantia eſſet ſicut cæcitas, homo non haberet vim intellectiuam, & ita nec in præſenti, nec in futuro homo intelligeret illas, vnde Auerroes & innuit per hoc. quod non intelligere res ſeparatas per intellectum humanum, eſt in intellectu noſtro in primo, ante videlicet adeptionem intellectus ſpeculatiui, ſimile cæcitati in oculo, antequam perficiatur intellectus per ſciẽtias ſpeculatiuas. Hoc enim ſolummodo reperitur in hac virtute, in ſuo primo eſſe, & non in ſuo eſſe vltimo, & hoc iam declarauimus in alio loco, vt tertio de anima, & declarauimus, quod fortunitas maxima hoc eſt beatitudo, quę eſt inſpicere intellectũ ſeparatum, eſt per potentiam, quæ ſit in intellectu ſpeculatiuo, apud ſuam vltimam perfectionẽ, hæc enim potentia, quę ſit in intellectu ſpeculatiuo, eſt ſimilis potentiæ, quæ fuit in viſu apud aſpectum colorũ: hoc eſt per quam homo intelligit ſubſtantias illas intellectione intuitiua, non in quodam ſimili, ſed in ſe, vt oculus per potentiam viſiuam intuitiue videt colores in ſe. nõ quod ſit hæc beatitudo de modo potentiarum cogitatiuarum, hoc eſt diſcurſiuarũ, ſcilicet per ſyllogiſmũ, vel enthymema, vel id tale, quæ acquirit per cognitionem, hoc eſt per ratiocinationem, quoniam nõ eſt ſicut exiſtimauit Auempace, quod hæc acquiratur per cognitionem, hoc eſt per ratiocinationem, & diſcurſum, ſed eſt beatitudo cognitio Dei, qua Deus cognoſcitur in ſe per eſſentiã propriam, quomodo Deus ſeipſum cognoſcit. ex his patet, vt recte diuus Thomas inquit, quod ſecundum ſententiam Ariſtotelis humanus intelleſtus poteſt pertingere ad intelligẽdum ſubſtantias ſimplices. quod reliquiſſe ſub dubio videtur. Tertio de anima.

Quæ Auer. Com. vlti.

textu commen. 36.

Palam etiam & quia de immobilibus non eſt deceptio ſecundum quando: ſi quis immobilia putauerit, ut triangulũ. niſi opinabitur permutari quandoque duos rectos habendo, quandoque nõ. permutaretur enim utique. Sed aliquid quidem, aliquid uero non, ueluti parem numerum primum eſſe nullum, aut aliquos quidem eſſe, aliquos autem non eſſe.

Contradicere tamẽ ſibi ipſi ſuſcipiẽdũ eſt, niſi uerba illa non eſſe diui Tho. ſed ex margīea ſcholia eſſe intus impreſſa, uitio impreſſorum facte.

Vltimo quomodo de immobilibus nõ ſit deceptio, & falſum ſecundum tempus, & intelligit per immobilia, ea, quæ non poſſunt aliter eſſe, ſiue ſint propoſitiones, quæ habentur de materialibus, ſiue quæ habentur de immaterialibus {Palam etiam & quia de immobilibus non eſt deceptio ſecundum quando} ita vt ſit propoſitio vera vno tẽpore, alio autem falſa, aut ſunt propoſitiones de ineſſe, quæ mutantur de veris in falſas. dico propoſitiones de immobilibus non mutari {ſi quis immobilia putauerit. vt triangulum} ſubaudi habere tres angulos æquales duobus rectis. Hoc autem eſt impoſsibile {niſi opinabitur quiſpiam} triangulum {permutari habendo quandoque duos rectos, quandoque non} habendo, quod eſt impoſsibile. quare propoſitiones de immobilibus veræ ſemper ſunt veræ, & immutabiliter neceſſariæ, & falſæ ſemper falſæ, & immutabiliter impoſsibiles. Sed occurres, vtrum poſsit eſſe aliqua variatio in talibus. Reſpondet, vbi animaduerſione dignum in talibus ſubiectis in ordine ad paſsiones inuariabiles fieri propoſitiones, in ordinem ad ſpecies poſſe eſſe variationem. Animal enim in ordine ad ſenſitiuum inuariabiliter ſe habet, in ordine ad rationale, & in rationale variabiliter: quatenus quoddã animal eſt rationale, quoddam vero non eſt rationale, nõ quod fiat mutatio propoſitionis de vera in falſam, ſed quia ſubiectum videlicet animal contrahitur ad diuerſa, & dicit {ſed aliquid quidem eſt, aliquid vero non} hoc eſt, ſed poteſt eſſe variatio ſecundum aliquam ſpeciem, quatenus ſubiectum accipitur nunc ſecundum vnam ſpeciem, nunc ſecundum aliam {veluti partẽ numerum} poſſumus intelligere variari intelligendo {parem primum eſſe nullum} qualis eſt dualitas, quæ eſt primum par {aut aliquos quidem eſſe} primos pares, vt dualitatem {aliquos autem non eſſe} vt cæteros poſt dualitatem, hoc enim pacto poteſt eſſe aliqua variato. numerus enim par, vt accipitur contractus ad binariũ eſt primus par, vt accipitur cõtractus ad cæteros, non eſt primus par. & ſic eſt variatio non quidem in ordine ad paſsionem, quæ ſibi competit, ſed ordine ad paſſiones, quæ cõpetunt ſpeciebus, ad quas contrahitur.

Circa uero unum numero, nec hoc. nõ enim aliquem quidem, aliquem uero non, putabit, ſed uerum dicet, aut mentietur, propterea quia ſic ſe habet ſemper.

Cum declaraſſet in immobilibus, quæ ſunt vniuerſalia, eſſe aliquam variationem, vt cõtrahuntur ad ſpecies. nunc declarat hanc variationem non poſſe reperiri in re immobili cum accipitur indiuidualiter: & dicit {Circa vero} immobile, quod eſt {vnum numero, nec hoc} id eſt nec hæc variatio eſt, quæ eſt, vt cõtrahitur ad diuerſas ſpẽs. cauſam affert, & dicit {non enim aliquem quidem} numerum putabit eſſe talem {aliquem vero non} talem, ſi accipitur, numerus indiuidualiter {ſed verum dicet} ſi quod enuntiat, ipſi componitur {aut mentietur} ſi quod enunciat, non omponitur cum eo: & hoc ſemper {propterea quia ſic ſe habet ſemper} cum impoſsibile ſit aliter ſe habere. Quare circa vnum numero, hæc variatio reperiri non poteſt, cum non contineat ſub ſe ſpẽs diuerſas, ad quas cõtrahi poſſet. hæc de nono Metaphyſicæ dicta ſatis.

Noni Libri Metaphyſicorum Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER DVODECIMVS.

Cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione

CAP. PRIMVM.

De ſubſtantia ſpeculationem eſſe oportere oſtendit.

De *ſubſtantia quidem theoria eſt. nam ſubſtantiarum principia, & cauſæ quæruntur.*

IN iſto libro ſeruabimus morem noſtrum. Nã primo verba Ariſtotelis, quemadmodum in græco iacent, declarabuntur, & errata latinorum (ſi quia erũt) reijciemus. ſecundo commenta Auerrois, & maxime ea, quæ neceſſaria, & vtilia ſunt, exponemus, licet videatur ſuperfluum. Nam, cum barbarus ſit, græcorum mentem ad plenum intelligere nõ potuit. verum, quia multa bona fragmenta ex veteribus collegit, & maxime hic, & etiam quia noſtro tempore famoſus eſt, ita vt nullus videatur peripateticus, niſi Auerroicus, cogor ipſum exponere. adeſt præterea rogatus noſtrorũ ſcholarium, cui non parere, difficile videbitur. excuſatum tamen me volo, quia cum ipſum in proprio idiomate non legerim, nec eius ſententias ex proprio fonte potauerim, ſatis erit ſi eius ſententias colligere duxi. Excuſo ergo me tertio in fine commmenti, ſi qua vera dixerit, an vera ſint, diſputabimus. nec expectes à me diuiſiones, & ſubdiuiſiones, hoc enim euenit ex debilitate diſcreticæ, vt dicit Auer. ad noſtrũ ergo redeo. Ariſtoteles ratiocinatur intentionem libri ſic. cuiuſcunq; principia, & cauſæ quæruntur, theoria eſt: ſubſtantiæ principia, & cauſæ quæruntur: ergo ex obliquis præmiſſis: ſubſtantiæ theoria eſt. apponit primo concluſionẽ, & inquit de ſubſtantia quidem theoria, hoc eſt ſpeculatio, & intentio eſt. apponit minorem, & inquit. nam ſubſtantiarum principia, & cauſæ quæruntur. quomodo differant cauſa, & principium, ſatis in quinto dixit Ariſto. variauit autem numerum caſus Ariſto. nam primo de ſubſtantia in ſingulari proponit, ſecũdo in probatione ſubſtantiarum principia &c. dicit eſſe quærenda in plurali, quod ideo facit vt notaret quod intentio eſt de ſubſtantijs pluribus vnitate tamen analogiæ, vt dicemus in commento.

Commentum primum. Dixit Alexãder primo proponit Auerroes ſyllogiſmum Alexandri, quomodo circa literam formauit ipſum. ſecũdo proſequitur expoſitiones, & reliqua neceſſaria. Syllogiſmus Alexãdri eſt, De ente, & principijs, & cauſis entis eſt theoria præſens: ſubſtantia eſt ens principaliter, & cauſa entis: ergo ſubſtãtiæ eſt theoria. Debes ſcire, quod Prima Philoſophia, hoc eſt metaphyſica, conſiderat duo: ens inquantum ens, & principia entis in eo, quod ens. Ens quidem enim inquantum ens, conſiderat principaliter, & tanquã ſubiectum primũ. principia vero eius cõſiderat per attributionem, & ſecundario{& dixit}circa illa verba in barbara tranſlatione{cõſideratio quidem &c.)Auerroes exponit dupliciter. vno modo limitando intentionem ad præſentem duodecimum. ita quod ſit intentio non totius metaphyſicæ, ſed præſentis duodecimi. alio modo limitando intentionem ad totam metaphyſicam: ita vt ſit intentio totius primæ philoſophiæ. & hoc verum eſt, quia tota metaphyſica eſt de ſubſtantia ſaltem principaliter: hoc eſt tãquam partis principalis, & primæ ſpeciei entis. primo modo prima expoſitio. ſecundo modo procedit ſecunda expoſitio{ſed melius eſt} comparat has expoſitiones, & vult primam eſſe meliorem. & propterea dicit melius eſſe incipere cum intentione eius. ſ. ſubſtantiæ, quam cum intẽtione entis: cuius cauſam ſubiecuit: quaſi ergo dicat, ꝙ melius eſt limitare conſiderationem, & intentionem in conſiderando de ſubſtantia ad tractatum iſtum, quam limitare intentione eius, ſcilicet ſubſtantiæ ad totam metaphyſicam{& ſecundum hoc}dubitabis tu, ſi intentio eſt de ſubſtantia in hoc libro, & ſubſtantia dicitur de generabili, & æterna, de qua nam ſubſtantia eſt præſens intentio, reſpondet, quod intentio eſt de vtraq;, hoc eſt de quodã communi analogo ſubſtantiæ æternæ, & generabili. dico de quodã analogo, quia principaliter loquitur de ſubſtantia æterna, & de principijs eius, ſecundario, & per attributionẽ de ſubſtãtia ſenſibili generabili. nam de ſubſtantia generabili dixit in ſecundo, & tertio tractatu, hoc eſt ſeptimo, & octauo libris{& etiam}ſecundo ambiges, de his dixit in naturalibus, vt phyſicis. ergo ſuperfluit dicere hic, reſpõdet, vt dixit ſeptimo huius cõmentis quinto, & nono quod vtraq; ſcientia, ſ. metaphyſica, & naturalis conſiderant de ſubſtãtia, aliter tamen, & aliter. nam naturalis cõſiderat de ſubſtantia, & principijs ſubſtãtiæ, in eo quod mobilis, & tranſmutabilis: metaphyſica de ſubſtãtia, & principijs ſubſtantiæ, in eo quod ſubſtantia communis mobili, & immobili: licet ergo conueniant in ratione materiali, non tamen in ratione formali, penes quam ſecantur artes, & ſcientiæ. de his latius dicemus commentis quinto, & octauo huius{& ideo incepit} apponit corollarium quod ſic dirige: cum vtraq; ſubſtãtia hic pertractatur, & ſenſibilis eſt notior, & prima quo ad nos, ideo de ea primo, & ſecundo de reliqua, & propterea facit mentionẽ de omnibus declaratis de ipſa alibi{& ideo}concludit diuiſionem huius libri in duas partes. nam in prima de generali. in ſecũda vero de æterna loquitur. Sed circa hæc ambiges primo, in quo differt ſubſtantia inquantum ſubſtantia, & ſubſtantia inquantum tranſmutabilis. *Prima dubitatio.* Secundo ambiges: nam Auerrois videtur velle ens inquantum ens eſſe hic ſubiectum. *Secunda.* quod etiã quarto huius commento primo, & com. 5. annotauit. alibi vero. vt in. 1. Phyſi. cõmen. vltimo. & alibi genus ſubſtantiarum abſtractarum duplex eſſe ſubiectum. ergo videtur contradictio. Tertio ambiges vtrum ens finitum ſit ſubiectum in metaphyſica, quẽadmodum oẽs dicunt de mente Auerrois. Ad primum debes ſcire, ꝙ ſubſtantia inquantum ſubſtantia, & ſubſtãtia inquantum eſt tranſmutabilis differũt dupliciter: penes ſubiecta, & penes obiecta. penes ſubiecta quidem, qm̃ ſuba inquantum ſubſtantia accipitur, inquantum quoddam commune ſubſtantiæ abſtractæ intrãſmutabili, & ſubſtantiæ materiali tranſmutabili. metaphyſicus. n. conſiderat ſua conſiderata, prout conueniunt abſtractis, & materialibus. & propterea dicit Ariſt. in huius libri ſexto. ſiquidem ergo non eſt aliqua altera ſubſtantia præter natura conſiſtentes: phyſica vtiq; erit prima ſcientia.

ſcientia:quod pro tanto dicit,quia conſiderata phyſica ſunt cōia ſolis materialibus, cōſiderata vero metaphyſica ſunt cōia materialibus, & im materialibus. & propterea ſi non eſſent ſubſtantiæ immateriales(vt dixerūt Herculei) prædicata phyſica eſſent prima,& per conſequens phyſica eſſet prima. Secundo differunt penes obiectum,ſeu rationem obiectiuam: nam quando dico in eo quod ſubſtantia, intelligo inquantum, nec includit,nec excludit principia motus, & tranſmutationis,& per conſequens inquantum eſt quoddam abſtractum per non incluſionem à materia.ſed cum dico inquantum tranſmutabilis intelligo inquantum includit principia tranſmutationis,& motus in ſe, vel in ſuis inferioribus. Ex his ſequitur ꝙ duo ſunt conſiderata à metaphyſico:quædam per excluſionem à materia, vt motores orbium, quæ eſſentialiter excludunt materiam,quædam per non incluſionem materiæ, vt ſunt prædicata communia materialibus,& abſtractis conſiderata vero phyſica ſunt vno modo tantum, nam licet abſtrahant à conditionibus materiæ, quia ſunt vniuerſalia: non tamen abſtrahunt à materia: quia nec à natura, quæ dicitur de materia, & forma. & per hæc ſatisfit ad ſecundum.nam apud Auer. ſubiectum capiẽ quandoq; pro genere communi ad omnia cōſiderata: quandoq; pro principaliſsima ſpecie generis capiendo ergo ſubiectum pro genere:ens in eo ꝙ ens eſt ſubiectum.capiendo pro principaliſsima ſpecie: genus ſubſtantiarum &c. eſt ſubiectum. Ad tertium dixi ego quandoq; ꝙ de mente Auer.ens infinitū nō datur:nec in qualitate,nec in quantitate, nec ſimul, nec aliter. & propterea nō differt ens realiter,vel ens naturæ, & ens quare ſi ens eſt ſubiectum, & ens finitum eſt ſubiectū. ſunt enim nomina multiuoca idem ſignificātia.quemadmodum cultellus,& gladius. amplius nō cōmunius eſt obiectum metaphyſicæ,quā obiectum intellectus. modo obiectum intellectus coniuncti memorijs ſenſibus,& experientijs eſt ens finitum, quare & ſubiectū metaphyſicæ eſt ens finitum.ſed de hoc diſputare tempus ſit in rurſum.

De ſubſtantia metaphyſica diſtinctio.

Ens naturæ. Ens finitū idē.

TEX. 2. *Etenim ut totum quoddam ſit omne,ſubſtantia eſt prima pars. & ſi eo quod eſt conſequenter, adhuc ſic primum ſubſtantia,deinde quale,aut quantum.*

Secundo ratiocinatur eandem concluſionem ſic. de prima parte entis eſt prima, & principalis intentio, vel huius,vel totius metaphyſicæ:ſubſtantia eſt prima pars:ergo de ſubſtantia eſt principalis intentio, vel totius metaphyſicæ,vel huius partis.huius ſyllogiſmi ponit tantum probationem minoris per teſtimonium antiquorum.Vbi debes ſcire,ꝙ antiqui poſuerūt vniuerſum ens dupliciter, vel vt totum integrale, ſicut eſt nauis,vel animal,vel vt totum ordine, & attributione ad vnum,vt exercitus:qui vnus eſt ordine ad vnum principem.Parmenides quidem,& Meliſſus vniuerſum ens poſuerunt primo modo. Democritus vero ſecūdo modo.ambæ vero hæ ſecte ponunt primam omnium partium ſubſtantiam, inquit. Etenim, ſi omne.i.ens ſit vt quoddam totum.ſ.integralitate, ſubſtantia eſt prima pars.etſi omne ſit vt totum, eo quod eſt conſequenter id eſt attributione,& ordine,vt Democritij dicunt.adhuc ſic,ſubſtātia eſt primum,deinde quale, aut quantum,& reliqua prædicamēta. vocat autem ens omne, more Platonis,qui totum omne ponit Deum, & Deū vocat omne.

Opinio antiquorum.

Parmeni. Meliſſus. Democritus.

Intendit} prætermittit Auerroes literæ cōtinuationem,qm̄ per ſe perſpicua eſt.amplius prætermittit literæ ſyllogiſmum, qm̄ facile conſtrui poteſt. ſed tantum verba textus conaẽ exponere. & primo præmittit duas Alexandri expoſitiones.ſecundo refellit ſecundam expoſitionem:poſtmodum tranſit ad reliqua.vt videbitur. Circa primam debes ſcire,quod totum eſt duplex apud Alexandrum cōtinuum, vt lignum, & animal, & totum ordine,vt ciuitas, vel exercitus. vult mō Alexā. quod ens,ſiue ſit totum continuum, ſiue ſit totum ordine ſubſtantia ſemper eſt prima pars:& ſic habeẽ probatio minoris.ait Auerrois, quod hæc eſt expoſitio vera,ſi ſupple intelligitur, vt dicet poſtmodum {dixit & poteſt} apponit ſecūdam expoſitionem, & vult ꝙ per quaſi vniuerſum Ariſtote.intelligat genus: & per hoc, quod dicit pars primi intelligat ſpeciem.quaſi ergo dicat,quod ſi ens eſt quaſi genus, ſpecies prima eſt ſubſtantia.& ſic conſideratio principalior erit de ſubſtantia.& hæc expoſitio cadit in primo verbo tātum. quia ſecundum verbum vult eſſe intelligendum iuxta primam expoſitionem {deinde debilitauit} contra hanc expoſitionem obijcit Alexander. nam verū genus non habet ſpecies priores ſe adinuicē, ſed omnes ſunt ſm̄ vnum ordinem,& æquales. ergo expoſitio eſt incongrua{dico ergo} ponit expoſitionem propriam circa primum verbum textus.ſubticuit autē expoſitionem circa ſecundum,quia poſtea redibit ad hæc.Expoſitio ergo Auerrois eſt illa,quam Alexander debilitauit. & vult quod ens duobus modis poteſt intelligi ſe habere ad decem prædicamenta,vel vt genus,vt Herculei fingunt,vel vt pure analogum,vt Peripatetici dicunt,ſiue ergo ens ſit vt genus,ſiue vt analogum, ſemper ſubſtantia eſt prima pars:& ſic habetur minor. Debes autem ſcire ꝙ duplex eſt analogum. quoddam, cui nulla reſpondet natura, & tale eſt æquiuocum vt ens. quoddam cui reſpondet aliqua natura, vt genus,vt.7. Phyſicæ auſcultationis dicitur. tunc poteſt exponi textus quantum ad vtrunq; verbū ſic. etenim ſi omne, id eſt ens ſit vt totum quoddam, id eſt vt genus, ſubſtantia eſt prima pars:& ſit eo quod eſt conſequenter.i.vt pure anologum adhuc ſic ſubſtantia eſt primum: deinde quale aut quantum.primum ergo verbum,& ſecundū intelligunt de toto analogo. ſed primum verbum verificatur de toto analogo genere.ſecundum vero de toto analogo puro {Multa enim quæ ſunt} nunc reſpondet ad argumenta Alexandri, & negat maiorem: quia (vt dicit)multa quæ ſunt eiuſdem generis ſunt priora ad inuicem,vt ſunt ſubſtantiæ priores inter ſe, q.d.qđ eſt ibi ordo perfectionis, cum quo ſtat vnitas generis: nam prioritas inuenitur in eodē genere, vt ordo perfectionis,& in diuerſis gn̄ibus,vt ordo analogiæ queadmodum ens dicitur de decem prædicamentis:hæc ergo eſt expoſitio Auer.{ſecundum hoc igitur} recolligit nunc differentiam inter Alexandrum,& ſe, & vult quod Alexander per totum intelligat totum cōtinuū, & indiuiduum.ipſæ vero intelligit totū vniuerſale collectum ex ſpeciebus, in quibus inuenitur ordo. Auerrois ergo expoſuit primum verbum,ſed dedit intelligere expoſitionem ſecundi verbi.ſed de hac expoſitione latius dicemus poſt{Themiſtius autem}hic narrat expoſitionē Themiſtij. vbi debes ſcire ꝙ Themiſtius exponit ſolum Alexandri expoſitionem. Alexander.n. intelligit per totum vnum continuum, & per id quod eſt cōſequenter intelligit hic prius illud poſterius. Themiſtius

Cōm. 2.

Totū duplex

Analogum duplex.

Solutio argumenti. Alexandri.

Expoſitio Alexā.

miſtius ergo exponit verba Alexandri, & vult quod totum continuum eſt triplex, vel vnitate, vt animal, & planta, vel contiguitate, vt nauis, & domus, vel ordine, vt exercitus, vel ciuitas. amplius per hoc prius, & id poſterius Alexãder intelligit ordinem eſſentialem qualis eſt in numeris. Tunc collige expoſitionẽ Ariſt. quod ſi ens ſit vt totum, hoc eſt, vel vnitate, vel contiguitate, vel ordine, vel ſit vt conſequenter ens, hoc eſt ordinatum eſſentialiter, ſubſtãtia eſt prior, vt cor animalis eſt prima pars totius animalis, vel ſicut cauſa prior cauſato {ſed ipſe} contra arguit Auerroes dupliciter. Alexã. enim dixit abſolute, ſi ens eſt vnum continuũ, vel vnũ ordine eſſentiali, vt Themiſtius addit ad primum modum, vel vnum cõtiguum, vel vnum ſeparatione. modo hæc additio eſt ſuperflua. nam nullus opinatus eſt, quod multitudo entium ſit vnum contiguitate, vel ſeparatione. & per cõſequens hæc additio eſt ſuperflua. cum ad nullam ſit vtilitatem {ſed ſua expoſitio} arguit ſecundo contra idem. nam ſi Alexander intelligit per hoc prius, & idem poſterius ordinem eſſentialẽ in numeris: cum talis ordo ſtet cum vnitate generis, tũc ens eſſet vnum genus. ſed hoc videtur contra Alexan. vult enim in ſecundo verbo per hoc prius, & hoc poſterius ordinem attributionis analogiæ. nam ens non eſt genus ad ſubſtantiam, & ad reliqua decem prædicamenta, & ſic expoſitio Themiſtij eſt ſuperflua, quia addit non neceſſaria eſt falſa, quia imponit Alexãdro falſum & id quod in ſe non dixit. Expoſitio igiť} mouet Auer. hic quæſtiones contra Alexã. quarum prima eſt. nam Ariſto. declarauit in. 7. quod ſubſtãtia ſit prima, & qũo prima. ergo idẽ replicare hic videtur ſuperfluum {ſed tamen} reſpondet quod Ariſto. non replicat idem ex principali propoſito, ſed ex ſecundario ad denotãdum contra aduerſarium, quod quomodocunq; ens ſit ſemper ſubſtantia eſt prima, & principalis pars entis, & per conſequens theoria eſt principaliter de ſubſtantia. Et cum differimus} mouet ſecundam quæſtionem. nam Alex. exponit per totum, totum continuum. modo videtur falſum: nam non videtur ꝙ diſpoſitio, & modus ſe habendi ſubſtantias ad alia nouem prædicamẽta ſit talis. ens enim non videtur vnum cõtinuum: quia continuum eſt, cuius motus eſt vnus, non ſic decem prædicamenta {niſi intelligat} reſpondetur, quod Alexander intelligit per vnum continuum: continuum vnitate, & continuitate naturę. ita quod intelligit ens eſſe vnum commune genus ad plura ſpecie diſtincta: cõtenta tamen in vno cõtinuo adunato: in quibus poteſt eſſe ordo, vt patet in membris hominis: in quibus eſt vnum cauſæ genus, vtpote corpus quod continetur in vno continuo, vtpote animali. Alex. igitur intelligit per vnũ continuum vnum continuitate naturæ {& ſecundum hoc} ex hoc infert corollarium, videlicet ꝙ per talem expoſitionem ſequitur ꝙ nulla differẽtia eſt inter ordinem hunc nunc dictũ, & ordinem in numeris, & figuris: quia vterq; ſtat cum vnitate generis, niſi in hoc tantum quod ordo in illis nunc dictis eſt in continuis: ordo vero in his eſt in diſcretis, ſic igitur patet corollariũ {& cum ita ſit{nunc verificat totam expoſitionem, & quaſi dicat quod ſequitur ex dictis, quod ſubſtãtia nõ poteſt intelligi præcedere alia nouem prædicamẽta vera præceſsione: niſi accidentaliter, vel eſſentialiter. accidentaliter quidem, quomodo res eiuſdem generis præcedunt ſe ad inuicẽ prioritate perfectionis, & accidentaliter. eſſentialiter vero quomodo cauſa præcedit effectum prioritate cauſæ. & hoc modo res eiuſdem analogi præcedunt ſe per attributionem ad vnum primum. deinde applicat ſententiam verbis, & ſermo patet. Et accepit Ariſto.} ſoluit tertiam quæſtionem in verbis. Poſſet enim aliquis dicere. ſi per te Ariſt. intelligit per vniuerſum genus: quare loco vniuerſi nõ dixit genus, & erat ſermo facilior, & abſq; ſcrupulo? Reſpondet qđ Ariſtoteles fecit hoc arte, & induſtria ad tollendum dubitationem Alexandri, per quam debilitauit ſecundã expoſitionem. nam genus eſt duplex: vnum continens ſpecies æqualiter, & vniuoce: alterum cõtinens ſpecies ordine quodam. vniuerſum autem ſemper cõtinet partes ordine quodam. ergo ad tollẽdum hanc amphibologiam: prætermiſit genus, & loco eius accepit vniuerſum, & ſic eſt expoſitio vera {Themiſtius vero} redit ad Themiſtium, & ipſum reprehendit in tribus. primo quia ipſe poſuit intentionem primæ partis textus in ſecunda. nam intentio primæ partis eſt, quod ſi ens eſt genus: ſubſtãtia eſt prima ſpecies. Themiſtius vero exponendo ſecundam partem textus ait, quod ſi ens eſſet ſicut numerus, ſubſtantia eſſet prima ſpecies: modo tantum eſt dicere ſi ens eſt, vt genus, quantum eſt dicere ſi ens eſt vt numerus: quia etiam numerus eſt genus, & propterea bene inquit Auer. quod Themiſtius tranſmutauit expõnes, quia poſuit ſenſum primæ particulæ in ſecũda ſecundo errat, quia Themiſt. addit quod ſi ens eſſet continuum, vel vnum, vel contiguum, vel ordine. ſubſtantia eſſet prima pars. modo ſubſtãtia non habet talem comparationem ad alia prædicamenta: ſicut partes vnius contigui, vel vnius ſecũdum ordinem. & propterea recte inquit Auer. quod Themiſtius expoſuit primam partem in modum, quem non habet ſubſtantia cum alijs accidentibus, tertio errat quia Themiſtius prætermiſit veram comparationẽ in ſecunda parte textus, quæ eſt comparatio analogiæ. & propterea dicit recte Auerroes, quod Themiſtius prætermiſit veram comparationem, quæ eſt analogiæ, quam ſubſtantia habet cum alijs prædicamentis. Cõcludit igitur qđ expoſitio Alexandri eſt vera ſubaudi intelligendo ipſam modo præexpoſito licet incomplete ponat eam Alexãder {Themiſtij autem} ponit cauſam erroris Themiſtii, & vult quod cauſa eſt diminutio, quæ accidit in expoſitione Alexandri. nam Alexã. per vniuerſum intelligebat continuum. & non expoſuit quale continuũ & quomodo. in ſecunda etiam parte expoſuit per aliquid conſequitur ad aliquod hoc primum, & hoc ſecundum. & non expoſuit vtrum in eodem genere, vel in diuerſis generibus: & hæc erat diminutio in expoſitione Alexan. Themiſtius autem ex debilitate ſui intellectus neſciuit ſupplere verbis Alexandri, & propterea errauit. Sed circa præſentes expoſitiones tria occurrunt. primum, vtrum rationis Auer. cõcludunt contra Themiſtium, ſecũdum eſt, vtrum ſub vno genere poſſit eſſe ordo. tertium, vtrum membra ſint eiuſdem generis, & diuerſa ſpecie. Circa primam difficultatem videtur quod rationes Auerrois non concludant. prima quidem ratio, nam cõditionalis poteſt eſſe neceſſaria, & antecedens eſt impoſsibile, & cõſequens etiam. modo, licet nullus ponat prædicamenta eſſe vnum contiguum, vel ordine tamen hæc conditionalis valet, ſi oĩa prædicamenta eſſent vnum, continuum, vel contiguum, vel ordine: ſubſtantia eſſet primum, licet antecedens ſit impoſsibile. ſecunda etiam ratio nihil valet. non enim vult Themiſt. ꝙ ens ſit genus, ſed ſit tanquã

Argumenta Auer.

Qões contra Alexan. Prima qõ.

Corollarium.

Verificatio expoſitionis.

Tertia qõ.

Errores Themiſtii.

Dubões circa expoſitiones. Prima.

aliquod cōtinens plura ordine quodam.v.g. vt numerus:hoc enim accipitur vt exemplum, & non vt ita ſit. poteſt dici quod Auerroes non arguit contra Themiſtium demonſtratiue, ſed probabiliter. nam naturalis non vtitur propoſitionibus logicis, niſi raro, ſed veris. Amplius, quando poſſumus æque bene cōcludere propoſitum cum conditionali vera, vel minus impoſsibili melius eſt quam concludere propoſitum cū conditionali facta ex partibus impoſsibilibus: & ſic expoſitio Auerrois eſt melior. Circa ſecūdum videtur eſſe dicendum abſq; argumētis, quod ordo eſt duplex, accidentalis.ſ.perfectionis, & eſſentialis, ſ.cauſæ ad cauſatum. tunc dicendum quod ordo accidentalis poteſt ſtare cū vnitate generis, vt decimo huius commento.7. dicit Auerroes. ait enim quod in vnoquoq; genere eſt dare vnū perfectū, penes cuius acceſſum, & receſſum menſurantur omnia quæ ſunt illius generis. ſi vero accipiatur ordo ſecundo modo, ordo non poteſt ſaluari ſub vno genere, ſed nec ſub vno vniuoco, & talis eſt ordo ſubſtantiæ ad cætera prædicamenta. cauſam huius declarauit Auer. primo auſcultationis phyſicæ commento.56.&.in deſtructionibus, & tu quære ibidem. Circa tertium videtur quod non. nam ſi differunt ſpecie. ergo habēt formas ſpecificas proprias. ad hæc videt̃ breuiter quibuſdam quod mēbra non habēt formas proprias ſpecificas quibus differant ſpecie, & genere cōueniant: nam non videntur dari tales formæ partiales in doctrina Auerro. vt.7. metaphyſicæ com.35.&.39. accipitur, vbi dicitur quod digitus ſeparatus eſt æquiuoce digitus. quod non eſſet verum, niſi corrumperet̃ quantum ad ſuam formam: & per cōſequens forma eius eſt forma totius. idem videtur probare Ioannes in quibuſdam ſuis quæſtionibus. ſupponit enim duo. primū eſt quod cor eſt primo genitum, quod poſtea generat oīa alia membra, vt in libro de morte, & vita accipitur. ſecūdum eſt quod ſimile generat ſimile, & ſit à ſimili, vt ſeptimo metaphyſicæ com.22.23.&.27. & infra com. 18. Tunc arguitur ſic. cor generat alia membra, ex primo conceſſo. & hæc generatio eſt ſimilis ex ſimili, ex ſecundo conceſſo: ergo vna ſpecies eſt vtriuſq;. & per conſequens vna forma omnium membrorum. volunt ergo quod per eandem formam cor eſt cor, & caro eſt caro, & os eſt os, & alia. alij dicunt oppoſitum per verba Auerrois hic, qui clare dicit, ꝙ differūt ſpecie. cōueniunt vero genere, & idem Auer.6. Phyſi. com.59. ſed quia hic locus eſt incidentalis: hic propterea non determino nunc: teneatur ergo vtraq; pars. Ad primam primæ partis Auer. cōm.39. ibidem gloſſat dicens, quod ideo dicitur digitus æquiuoce, quia priuatur operatione digiti, & ſic ęquiuocatio eſt penes actū ſcd̃m: & nō primum. Ad ſecundū dicendum ꝙ in illo libello nō habetur, ꝙ cor generet alia membra effectiue, ſed diſpoſitiue: hoc eſt ꝙ cum ipſum ſit genitum virtus genitiua mediante ipſo generat alia. & hæc authoritas habet alias gloſſas, de quibus alibi. ad aliā alterius partis, tu vides ꝙ Auer. loquit̃ exēplariter. pōt etiam dici, ꝙ hæc membra differant accidentaliter ſpecie, & ſic intelligitur ſecunda authoritas. vt ipſemet Auer. ibidem videtur gloſſare. ſiquis tamen legerit omnia verba Ariſtotelis, & Auerrois poteſt videre aperte quod magis inclinantur ad vnitatē formæ omnium membrorum: ſicut in libro primo de anima commentis.58. 89. 90. 91.&.92. videre potes: ſed hæc ſpeculatio longum requirit tempus, de quo alias.

Secunda. Ordo duplex.

Tertia de formarum pluralitate.

Simul autem nec entia, ut eſt ſimpliciter dicere alia, ſed qualitates, & motus, aut & non album, & non rectum: dicimus ergo eſſe, & hæc: puta eſt non album. Amplius nihil aliorum ſeparabile, teſtantur autem & antiqui opere. nam ſubſtantiæ quærebant principia, & elementa, & cauſas. TEX. cō. 5

Erat ſyllogiſmus, de prima, & principali ſpecie entis eſt prima, & principalis intentio, ſed ſubſtantia eſt prima & principalis pars entis: ergo de ſubſtantia principalis eſt intentio. Probauit minorē duabus rationibus, nunc & eandem tertio probat ſic, ſimpliciter ens eſt primum, & principalius ente ſ̃m quid: ſed ſubſtantia eſt ſimpliciter ens, & accidēs eſt ens ſ̃m quid: ergo ſubſtātia eſt principale ens. Huius tangit vim minoris, & inquit {ſimul autem alia}.ſ. prædicamenta à ſubſtantia, nec ſunt entia, vt eſt ſimpliciter dicere, ſed qualitates, & motus.i. ſed determinationes, & prædicata entis. Sed dicet quis, de quo prædicatur ens quocunq, modo eſt ens. ſed de alijs prædicamētis prædicatur ens aliquo modo: ergo ſunt ens. Quaſi reſpondet, quod maior eſt falſa, quia ſi ſit vera, tunc priuationes eſſent ens. nā de priuationibus aliquo modo prædicatur ens. inquit, aut & non album, & nō rectum. dicimus ergo eſſe, & hæc, & omne: vtputa, eſt non albū, & ſic priuationes eſſent ens quod eſt abſurdū. Debes primo ſcire, quod modi entis ſunt duobus modis: quidam per modum permanentis, vt quantitates continuæ, qualitates de ſecūda, prima, & quarta ſpecie: & quidam per modum fieri, & fluxus: & propterea dixit qualitates, notando ſtabiles, & motus, notando fluxibilia. Secūdo debes ſcire, quod tam de nominibus, quam de habitibus dicitur ens ratione ſubiecti, ſed differunt: qm̃ ſubiectum habitus habet omne quid, ſubiectum vero priuationis habet eſſe deficiens quid. Quidam noui probant tribus rationibus quod entia poſitiua non ſint ens per ſe, & formaliter. Primo, quia cauſantur à ſubſtantia. ſecundo, quia non poſſunt exiſtere abſq; ſubſtantia: tertio, quia dicunt attributionem ad ſubſtātiam. Debes ſcire, quod per ſe poteſt determinare totam cōpoſitionem, vt ſit ſenſus. hæc enim eſt per ſe, qualitas eſt ens: & poteſt determinare prædicatum cōpoſitionis, vt ſit ſenſus qualitas non eſt ens, quod eſt per ſe, & formale. primo modo ſolet concedi accidentia eſſe ens per ſe. ſecūdo modo ſolet negari. Ego autē nolo diſputare hæc, quia ad ſeptimum huius pertinent. ſed argumenta huius boni hominis nulla ſunt. primum non, quoniam apud ipſos ſecunda intelligentia cauſatur à prima. & tamē eſt per ſe, & ſimpliciter ens: licet nō ita principale, ſicut deus, vnde cauſalitas non tollit eſſe formale. & per ſe. ſecunda minime quoniam forma nō poteſt exiſtere per naturam abſq; materia: & tamen forma eſt principalius ens quam materia, vt ſeptimo huius dicitur. nec tertia. qm̃ omnes ſubſtantiæ prædicamenti ſubſtantiæ dicuntur per attributionem ad primum apud Auerroem, & tamen ſunt ens per ſe, quia ſubſtantiæ. hæc ergo ſunt puerilia, amplius quarto probat idē, ſeparabile ab alijs & alia nō ſeparabilia ab eo eſt principalius, ſubſtantia eſt ſeparabilis, & non accidentia à ſubſtātia. ergo principalis: inquit, Amplius nihil aliorum, ſcilicet nouē prædicamentorum, ſeparabile ſubaudi, & ſubſtantia ſic: & hæc fuit minor. ſed ambiges quid intelligit Ariſto. per ſubſtantiam eſſe ſeparabilem, & accidens non. reſpondere videntur quidā, ꝙ accidens eſt inſeparabile, quia proprium eſt ſibi in eſſe, ſubſtantia vero abſoluitur ab in eſſe

Ens de quibus dicitur.

Expoſitio recentiorum.

in eſſe volunt ergo quod ſubſtantia intelligitur res ſeparabilis, quia abſoluitur à modo accidentis. ſed ſalua pace iſtud videtur puerile. quoniam per idem accidēs erit ſeparabile, quoniam ſeparatur à modo ſubſtantiæ. propterea alij fingunt, quod ideo ſubſtantia eſt ſeparabilis, quia eſt independens. accidentia autem ſimpliciter depēdent. ſed nec hęc placet, quoniam forma ſubſtantialis ſubſtantia eſt, & tamen depēdet à materia ſecundum Auerroem in libro de ſubſtantia orbis, & alibi. poteſt ergo dici, quod aliqua propoſitio eſt vera ꝑ ſe, quæ eſt falſa per accidens. vt omne animal poteſt videre non quidem de omni, ſed inquantum animal. ſic hæc eſt per ſe, ſubſtantia eſt ſeparabilis ab accidente, quoniam inquantum ſubſtantia eſt ſeparabilis, quoniam intelligo, prout ipſa poteſt habere eſſe cōpletū, & per ſe ſubſiſtens abſq; dependentia ad accidens, Accidens vero non. & hæc vera eſt per ſe. quia aliqua ſubſtantia eſt cui, nec accidens ineſt, nec ipſa accidenti ineſt, & hæc videtur gloſſa Auerrois infra, vt dicemus, ſed de hoc alias {teſtantur autem} probat idem teſtimonio veterum, & inquit, teſtantur autem, & antiqui opere, id eſt facto. nam ſubſtantiæ quærebant principia, & elementa, & cauſas, credentes ſubaudi quærere cauſas elementa, & principia entis, & ſic videtur apud eos ſubſtantia eſſe primum, & principale

Cōm.3. ens. Hæc eſt alia cauſa} oſtendit Auerroes hac forma minorem prędictam, ſimpliciter ens eſt principale in intentione: ſed ſubſtantia eſt ſimpliciter ens & accidens eſt diſpoſitio entis: ergo ſubſtantia eſt principalis. Debes ſcire, quod triplex eſt abſolutum, ſcilicet termino, à fundamēto, & à cauſa: & per oppoſitum triplex eſt relatiuum. ad terminum, ad fundamentum, ſeu ſubiectū, & ad cauſam relatio eſt relatiua his tribus modis. Deus eſt abſolutus his tribus modis, ſola ergo ſubſtantia eſt abſoluta {& quia aliquis} mouet, & ſoluit quæſtionem in textu, & ſermo perſpicuus, quia nos ſequimur hanc expoſitionem {& cum dixit} Auerroes aliter exponit textum: ipſæ enim videtur velle quod Ariſtote. ibi {amplius nihil aliorum} det cauſam rationis poſitæ. ſed hæc expoſitio eſt extranea. textus enim græcus facit rationem per ſe. reliquum Commenti perſpicuum.

Abſolutū triplex.

TEX.cō.4. *Qui igitur quidem nunc, uniuerſalia ſubſtantias magis ponunt. nam genera uniuerſalia, quæ dicunt principia, & ſubſtantias eſſe, magis propter logice inquirere. Qui uero antiquitus: particularia, ut ignem, & terram, ſed non commune corpus.*

Quia accipit teſtimonium ab antiquis, qđ ſubſtantia ſit prima & principalis pars entis, cogiẗ ponere poſitiones antiquorum, & differentiam eorum. Vult ergo, quod tam moderni quam antiqui cōueniant in ponendo rerum cauſas eſſe ſubſtantias: ſed differunt dupliciter. primo, quia moderni ponunt vniuerſalia magis eſſe ſubſtantias quam particularia. e conuerſo antiqui ponunt particularia magis eſſe ſubſtantias vniuerſalibus. ſecundo differunt, quoniam moderni negant particularia eſſe cauſas. & ponunt vniuerſalia cauſas eſſe, & principia rerum. antiqui vero totum oppoſitum harum differentiarum tangit primam tantum. inquit, qui quidem igitur nunc, hoc eſt Platonici ponunt vniuerſalia eſſe magis ſubſtantias ſubaudi quam particularia: cuius cauſam ſubſcribit, & inquit: nā genera vniuerſalia ſubaudi ſunt, quæ dicunt principia, & ſubſtantias eſſe. quaſi arguat, principia ſunt magis talia principiatis. vniuerſalia ſunt principia. ergo &c. hæc autē nō dicunt demōſtratiue, ſed magis propter logicæ inquirere. hoc eſt probabilibus ſyllogiſmis. Tunc ſubſcribit antiquorum poſitionem, & inquit, qui vero antiquius particularia ſubaudi ponunt principia, & cauſas rerū. in ignem, & terram: ſed non commune corpus, & vniuerſale, vt ponunt primi. Ecce ergo quomodo conueniunt quantum ad hoc ꝙ cauſæ rerum ſunt ſubſtātię, licet differant. Cum narrauit} proponit continuationem. & breuiter enarrat Platonis poſitionē, quæ, quia exponēdo textum patet relinquimus {vniuerſalia. n.} cogitur Auer. declarare differentiam inter Platonem, & Ariſtotelem. & primo præaccipit opinionem Ariſtotelis breuiter, & inquit. vniuerſalia enim apud Ariſtotelem collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem. debes ſcire, quod vniuerſale acceptum pro intentione habet tres cauſas. prima eſt materialis, ſeu receptiua, ſecūda eſt agens. tertia eſt diſpoſitiua. Cum dicit ab intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, intelligit materiam ſeu ſubiectū, videlicet intellectū materialem, qui eſt materia, ſeu ſubiectum intellectorum: cum dicit, ex particularibus, tangit cauſam diſpoſitiuam. cum dicit, & facit ea vnam intentionem, tangit agentem, qui eſt intellectus agens: qui eſt vnus cū poſſibili in re, ſicut differat mō, & ratione {Plato vero ponebat} nunc narrat poſitionem Platonis, qui duo poſuit. Primum, quod vniuerſalia ſunt. ſecundum quod ſunt perfectiora ſingularibus. primum quidem verificat pro tanto, quia ſcientiæ, ꝙ definitiones ſunt de ſingularibus: quod eſſe nō poſſet, niſi vniuerſalia ſint. ſecundum vero ex hoc. quia ſunt principia, & cauſæ particularium {& intēdit} exponit quod intēdit Ariſt. per logicæ inquirere. & debes ſcire, qđ falſarū propoſitionum quædam ſunt conuenientes. i. probabiles: quædā non conuenientes. i. improbabiles, & remotæ. quaſi dicat ꝙ Plato probat intētum qđ propoſitiones falſas, & improbabiles. qm̄ hæc dixit in diſputando. vbi accidit propter multas cauſas dicere extranea, & natura remota. multa quidem enim dicet homo diſputādo, quæ non dicet legendo. Reliquum commenti perſpicuum hic eſſet de vniuerſalibus pertractandum, ſed qm̄ millies alibi diximus, nunc ſit dictum intantum. Cōm.4.

CAP. II.

Diuiditur ſubſtantia in ſenſibilem & immobilem: & illa ſempiternam, & corruptibilem: & de ſenſibilis ſubſtantiæ principijs.

Subſtantiæ uero tres ſunt: una quidem ſenſibilis, cuius alia quidem ſempiterna, alia corruptibilis, quam omnes confitentur, ut plantæ, & animalia. Sempiterna autem cuius elementa neceſſe eſt accipere, ſiue unum, ſiue multa. Alia uero immobilis: hanc dicunt quidam eſſe ſeparabilem, hi quidem in duo diuidentes: alij in una natura ſpecies ponentes, & mathematica. alij horum mathematica ſolum. TEX.5.

Omnes cōueniunt, quod Ariſto. proſequatur propoſitum, & quod ponat primæ ſubſtātiæ diuiſionem. deinde membrorum expoſitionem inquit {ſubſtantiæ vero ſpecies tres ſunt. & verbū illud ſubſtātiæ eſt caſus genitiui, & gręcæ ſic ſcribiẗ vſias, vbi conſtat ibi eſſe caſus genitiui. exponit ea dicēs: vnaquidē ſenſibilis: cuius

duo ſubſcribit membra.& dicit, cuius alia quidem eſt ſempiterna,vt cœlum,& alia corruptibilis: quam omnes confitentur,vt plantæ,& animalia.ſempiterna autem ſubaudi eſt,cuius elementa.id eſt principia,neceſſe eſt accipere,ſiue elementum ſit vnum, ſiue ſint plura.hæ ergo duæ ſunt.deinde ſubſcribit tertiam, & inquit. Alia vero immobilis.i.inſenſibilis. hanc quidem (vt Platonici dicūt)eſſe ſeparabilem à ſenſibilibus. ſed circa hanc diuerſi ſunt Platonici. nā hi quidem in duo ſunt diuidentes talem ſubſtātiam immobilem, vtpote in ideas.& mathematica.alij ſunt ponentes ſpecies, & mathematica in vna natura.& per conſequens non diuidunt.alij horum Philoſophorum ſolum ponunt mathematica ſeparata,& negant ideas,vt Pytagorici.

Dubitationes. Prima. Dubitatur circa literam primo: cum ſubſtantia ſit vnum genus,cur à diuiſione incepit, & non à definitione. *Secunda.* ſecundo videtur quod ſubſtantiæ ſint tantum duæ, ſcilicet ſenſibilis,& inſenſibilis.& ſi dicas, quod ipſe cōputat etiam membra ſubdiuiſa:hoc nihil eſt.Qm̄ ſubſtantia inſenſibilis etiam diuidi poteſt,& ſic erunt plura, ꝗ tres. *Tertia.* Tertio dubitabis,quia videtur qđ ſubſtantiæ ſempiternæ non dentur elementa.quare male dixit, cuius elementa &c. Nam elementa cauſæ ſunt materiales. Multa alia occurrunt,quæ in commento dicentur.

Solutio. Ad primum ergo dicatur,quod Ariſtoteles ſumit hic ſubſtantiam non prædicamentaliter,ſed analogicæ,vt per ſua verba conſtat:& quia eſt quoddā multiplex, propterea incœpit à diuiſione. Ad ſecundum dicēdum, ꝙ ſi enumerentur genera,non ſunt niſi duo tātum,ſi enumerentur ſpecies:veræ ſpecies,& reales ſunt tres,ſcilicet ſempiterna ſenſibilis, & corruptibilis ſenſibilis, & immobilis,ſed ſi enumerentur ſpecies veræ, & eſtimatæ,ſunt plures,vt conſtat. Ariſtoteles autem enumerauit veras ſpecies tantum.Ad tertium dicendum,ꝙ elemēta ſumit pro principijs,vt expoſitor dicit.vel dicendum,& melius,quod partes apud Ariſtote.elemēta dicuntur totius,vt ſecundo phyſicæ Auſcultationis dicitur,& quia ſubſtantia cœleſtis, & intelligentia partes ſunt orbis,vt dicemus, ſumit elemēta pro his partibus de quibus dicturus eſt.

Cōm. 5. Dicit quod ſubſtantiæ} Auer. primo ponit ſenſum textus clarum,& breuem. ſecūda ibi{& dixit cuius}digredit.prima pars patet. Circa ſecundam partem debes ſcire, quod textus barbarus eſt mancus:& ſic iacet{vt plātæ,& animalia, cuius elementa neceſſe eſt acccipere} dubitat ergo quid illud relatiuum,cuius,quid refert, an.ſ.ſubſtātiam generabilem? an æternam?an vtranq;? hæc dubitatio nō cadit in textu græco:quia ſic iacet{vt plantę,& animalia,ſempiterna autem,cuius elemēta neceſſe eſt accipere}ecce qūo ſuum antecedens habetur in textu.& propterea multæ quæſtiones Auerrois ſunt confuſiones potius:& procedunt ex malo textu;ſed(vt dixi)quia famoſus eſt oportet ipſum ſequi{Alexander dixit}reſpondet, & ponit reſponſionem Alexandri, qui vult quod Ariſtoteles ꝑ id relatiuum,cuius referat vtranq; ſubſtantiam,ſcilicet generabilem,& æternam,quoniam vtriuſq; principia hic inueſtigat,vt loco ſuo dicetur{& Alexander dixit} remouet dubium:nam quis poſſet dicere quod Metaphyſicus non loquitur de principijs ſubſtātiæ æternæ, neque generabilis, ſed naturalis. quia naturalis loquiť de principijs æternæ in Octauo Phyſicorū.de reliquis loquitur in reliquis libris,vt de materia.& forma in primo & ſecundo. Ad hanc reſpondet Alexander negando antecedens. nam demonſtrare principia entium an ſint,eſt metaphyſici,& ſic negat antecedens. Ad rationem dicendum quod Naturalis vtitur his tanquam cōceſsis,& vt poſitionibus declaratur in metaphyſica. è conuerſo de principijs corporū naturalium:quia naturalis declarat illa an ſint. & metaphyſicus vtitur illis vt cōceſsis: & ſic duo cōcedit Alexander. Primum eſt, ſubſtantias abſtractas eſſe probat metaphyſicus, & his tanquam conceſsis vtitur naturalis.ſecundum eſt,materiam & formam eſſe probat naturalis: & his tāquam cōceſsis vtitur metaphyſicus.primo ergo ſoluit, & inquit.& Alexander dicit, demonſtrare enim principia entium,quæ ſint, eſt primi philoſophi.& ſic negat antecedēs.deinde ſubſcribit ſolutionem ad argumentū, & inquit,& quod iſtis vtatur naturalis,eſt,nō quia declarat ea,ſed quia ponit ea tanquam conceſſa. hoc eſt primum verbū Alexandri.deinde dat rationem huius, & inquit.ſubſtantia enim immobilis eſt principium,& cauſa rerum naturalium:de quo modo loquitur principaliter.& per conſequens opus eſt, vt loquatur de illa ſecundum omnem modum,& quia ſit,& quid ſit, quia eſt eius principale conſideratum. Deinde ponit ſecundum verbum,& inquit.illa autē alia principia ſunt tantum naturalis, ſcilicet ad declarandum quia ſint: & his vtitur metaphyſicus tanquam conceſsis.{& dixit}reddit cauſam ſuæ expoſitionis.nam poſtquam dixit, alia quidem ſempiterna,alia corruptibilis.ſubdit, cuius elementa &c.Ecce quomodo idem relatiuum refert totum illud antecedens. & addit quod ita inueniť in vna ſcriptura{& in alia}nunc ponit ſecundam expoſitionē iuxta ſecundam literam veram,& ponit literā quæ ſic iacet.Sempiterna autem cuius elementa neceſſe eſt accipere.& hanc exponit Alexander, & intendit per elementa principium,& cauſam primam corporis diuini: quia hic loquitur Ariſto.de tali principio & cauſa {dixit ſed prima}comparat ambas literas inter ſe: & vult Alexander quod prima litera ſit melior, & dat duas rationes,prima quia cum principium libri ponit, quod intentio eſt loqui de principijs ſubſtantiæ. modo ſub ſubſtantia intelligitur vtraq;:quia ſub genere intelliguntur ſpecies {& etiam ipſæ} Secunda ratio eſt, quia iſtud correſpondet proſecutioni.nam in proſequendo de ſubſtantia vtitur principijs vtriuſq; ſubſtātiæ. & primo loquitur de principijs ſubſtantiæ generabilis:deinde tranſit ad principia ſubſtantiæ æternæ. prima ergo ſcriptura eſt melior, tum quia correſpondet intētioni: tum quia correſpondet proſecutioni {ſed hanc quæſtionem}debes ſcire quod quæſtio inter Auerroem,& Alexandrum mouetur ſub hac forma,licet ipſe non dicat,videlicet vtrum ſubſtantias abſtractas eſſe probetur à naturali.& eſt annexum, vtrum materiam & formam eſſe conſideret ſolus naturalis. *Digreſsio Auer.* Circa cuius quæſtionis titulum debes ſcire,quod ſubſtantia triplex eſt: abſtracta à materia,& conditionibus materiæ: quædā coniuncta materiæ,& conditioni materiæ, quædam media.ſubſtātiæ abſtractæ duæ ſunt maneries. nā quędam ſunt deputatæ ad mouēdum ſtellas, quæ ſunt tot, quot motus,& mobilia cœleſtia,vt quadrageſimo octauo commento dicetur. & hæ quādoq; vniuerſales ſubſtantiæ nuncupantur: vt in libro de ſubſtantia orbis,& in libro de ſomno. Nuncupantur etiam intelligentiæ ſeparatæ. vt tertio de anima cōmentis.5.&.14. Quandoque vt formæ cœlorum: vt in primo auſcultationis phyſicæ commento vltimo.& infra commento trigeſimoſeptimo, & primo cœli cōmentis.5.95.& ſecundo

cœli commento tertio. Vulgo autem angeli dicuntur vt meminit Auer.in de ſommo. aliæ vero non deputatæ ad mouendum ſtellas, quæ apud quoſdam ſunt intellectus agens,& poſsibilis:ex quibus animam dicunt fieri rationalem:ſed an verum ſit,in libro de anima diximus.ſubſtantia vero materiæ, & conditionibus materiæ coniuncta eſt ſubſtantia materialis,quam & omnes confitentur,vt animalia, & plantæ.vt ad principiũ auſcultationis phyſicæ.media vero eſt cœleſte corpus. eſt quidem abſtractum à materia.quoniam eſt corpus ſimplex,vt in libro de ſubſtantia orbis. eſt etiam ingenitum,& incorruptibile. & quãtum ad hæc cum prima conuenit ſubſtantia.habet vero conditiones materiæ, quia accidentia materialia,vt motũ,& lucem,& quantitatem.vt capitulo.2.libri de ſubſtantia orbis. & in.2. cœli cõmento.42.dictum eſt, & propterea media nuncupatur,& ligamentum æternorum, & generabilium. vt primo cœli cõmento.22. dicebamus. quæſtio ergo intelligitur de ſubſtantijs abſtractis, & non omnibus: ſed deputatis ad mouendum ſtellas,quia de alijs nõ loquitur Alexander,& nos quandoq; locuti ſumus. Secundo debes ſcire quod eſſe accipitur quandoq; pro eo à quo ſumitur nomen ens: quandoq; pro nota extremorum quæ non poteſt intelligi abſq; extremis: vt in peri hermenias diximus. hic accipitur ſecundo modo.& ſic ſenſus quæſtionis eſt vtrum hæc propoſitio ſubſtantiæ abſtractæ deputatæ ad mouendum ſtellas ſunt:ſit vera? Intellecto ergo ſenſu quæſtionis Auerroes recitat duo illa quæ ponit Alexander gloſſando illa.ſecundo confutat ea.inquit {ſed habent quęſtionẽ. cum enim dixit ꝙ demõſtrare principia entium eſt primi philoſophi,& non naturalis, & quod naturalis ponit ea poſitione &c.}quæ verba ipſæ gloſſat,& legatur litera ſuſpenſiue,& dicit,id eſt ſed intendebat qđ principia entium,de quibus Philoſophus cõſiderat,& quæ naturalis concedit eſſe:ſiunt principia ſubſtantiæ ſenſibilis æternæ,quæ ſunt ſubſtãtiæ abſtractæ:vtpote ſubſtantiæ mouentes ſtellas: & hoc fuit primum. deinde ponit ſecũdum,& inquit {& quod principia de quibus conſiderat naturalis.declarando ea eſſe ſicut principia generabilis,& corruptibilis:& hoc eſt ſecundum: erit ſermo non rectus}ecce quomodo ait ambo verba eſſe falſa{ſubſtantia enim æterna}probat primum eſſe falſum:quoniam in.8.declaratur, & ſolus naturalis probat,& in nullo libro declarauit id niſi in octauo. & per rationes naturales: ſicut declaratur in principio illius libri philoſophorum de materia & forma{& quomodo eſt rectum}ſecundo probat ſecũdum. nam hæc eſt vna excluſiua,videlicet naturalis tantũ conſiderat principia ſubſtantiæ generabilis;modo huius excluſiuæ.prima eſt vera,videlicet naturalis conſiderat principia generabilis.ſed ſecũda eſt falſa, videlicet & nulla nõ principia generabilis conſiderat. quando etiam cõſideret principia æternę{conſiderat enim} reddit cauſam huius,quia naturalis cõſiderat de ente mobili.modo ſub ente mobili continetur tam ſubſtantia æterna quã generabilis.ergo principia vtriuſq; conſiderat naturalis {ſi igitͬ aliquis}obijcit Auerrois ſibi,& quæſtio ſic componitur,nulla ſcientia habet probare ſua principia: ſed ſubiectum ſcientię naturalis eſt corpus mobile,& eius principium eſt ſubſtãtia abſtracta: ergo naturalis non habet probare ſubſtantiam abſtractam{dicemus}ſoluit,& primo concedit minorem, quomodo dicit dicemus quod hoc,id eſt minor verũ eſt.deinde gloſſat maiorem quod nulla ſcientia probat principia ſui ſubiecti demonſtratione à priori:ſed demonſtratione ſigni, quæ eſt demonſtratio à poſteriori non eſt incõueniẽs. primum probat, quia vel eſſet proceſſus in infinitum: vel demonſtratio eſſet generis ſcientiæ ſubalternãtis. ſecundam partem probat per ſimile.quia naturales nõ probat ſua principia proprij ſubiecti,niſi demõſtratione ſigni, nõ autem demonſtratione ſimplici,id eſt propter quid{& ideo impoſsibile} Soluta quęſtione redit ad contradicendum Alexãdro,& arguit primo ſic. via motus ſolum declaratus ſubſtantias abſtractas eſſe:ſed via motus eſt philoſophica, & naturalis. & non metaphyſica.ergo phyloſophicæ declaratur ſubſtantias abſtractas eſſe.minor conſtat per ſe.maior autem probatur,quia motus declaratur idem: & omnes aliæ viæ, quas conatur dare Auic. in loco proprio ſunt probabiles,& non demonſtrantes, vt ſupponit: & nos dicemus.quare &c.{& ſi eſſent}ſecundo arguit: quia ſi viæ Auicennæ eſſent bonæ:eſſent enumeratæ ab Ariſtote. in prima philoſophia.ergo vel Ariſt.mãcus, vel illæ viæ ſunt inutiles.& propterea cõcludit eſſe impoſsibile prima principia demonſtrari in metaphyſica. Contra.nã Alexander dicit oppoſitum. reſpondet quod ſermo Alexan.non eſt intelligendus ſecũdum ſui manifeſtũ. & vt verba ſonant:ſed modo quo dicet{& tamen Auicenna}Ponit peccatum Auicennæ,& conſiſtit in duabus propoſitionibus.prima eſt materiam,& formam: *Põ Auicen.* ſiue naturã eſſe probat metaphyſicus, & naturalis vtiͭ illis vt cõceſsis.ſecũda propoſitio metaphyſicus probat ſubſtãtias abſtractas eſſe, & naturalis ſumit illas vt conceſſas.ſyllogiſmus autem Auicẽnæ fuit. nulla ſcientia probat ſua principia,nec demõſtratione ſigni, nec demonſtratione ſimpliciter: ſed materia & forma, & ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt principia ſubiecti ſcientię naturalis:materia quidem à forma principia ſunt intrinſeca corporis mobilis.ſubſtantię vero ſeparatæ principia ſunt extrinſeca corporis mobilis æterni,& generabilis.ergo naturalis vtitur illis vt cõceſsis,& metaphyſicus probat:ecce quomodo Auicen.dixit illud abſolute,& ſine diſtinctione:quia non diſtinxit inter ſubſtantiam æternam & generabilem, nec inter principia intrinſeca & extrinſeca, nec inter demonſtrationem ſimpliciter & demonſtrationem quia,ſed abſolute protulit verbum ſuum, & non diſtinxit inter duas ſubſtantias ſcilicet æternam & generabilem{ſi igitur aliquis} obijcit ſibi & quæſtio ſic componitur. Primum Philoſophus conſiderat de principijs entis in eo ꝙ ens eſt. Subſtantia eſt ens in eo ꝙ eſt ens:ergo conſiderat prima principia ſubſtantiæ.tunc vltra conſiderat principia ſubſtantiæ,ſed principia ſubſtantiæ ſunt principia ſubiecti naturalis philoſophiæ. quia materia & forma ſunt principia ſubiecti naturalis philoſophię, ergo conſiderat principia ſubiecti naturalis philoſophiæ, & per cõſequens metaphyſicus probat hæc,& naturalis vtiͭ illis vt conceſsis{dicemus nos}Soluit & ſolutio ſua breuiter conſiſtit in hoc,ꝙ metaphyſicus multa conſiderat de forma & materia & de ſubſtantijs ſeparatis, ſed non niſi ſuppoſito illas eſſe pro cõſtanti in philoſophia naturali,v.g. poſtq̃ cõſtans eſt in philoſophia naturali materiam & formam eſſe, ſimiliter & cõpoſitũ eſſe, metaphyſicus oſtendit materiam eſſe potentiã & partem ſubſtantiæ,& formam eſſe actum, & partem ſubſtantiæ.demõſtrat ſimiliter formã eſſe perfectiorẽ compoſito.Amplius,poſtq̃ cõſtat ſubſtãtias abſtractas eſſe

Qõ contra Auer.

Solutio.

per motum æternum, demonſtrat in illis ordinem. & de Deo ꝙ eſt primum principium & prima cauſa. Ecce quomodo differunt iſtæ conſiderationes. naturalis enim videtur terminare quæſtionem an ſint. Metaphyſicus vero terminat quæſtionem quid ſint. & ſic perſpicua eſt ſolutio ad formam{ſed quia modus}Dubitauit quis, cum intentio ſit de ſubſtantijs æternis, quæ appoſuit & de non æternis? Soluit & inquit. ſed quia {modus conſiderandi in hac ſciētia eſt de principijs ſubſtantiæ in eo ꝙ eſt ſubſtantia ſiue æterna ſiue non. Incepit declarare in hoc tractatu de principijs ſubſtantiæ non æternæ tanq̄ de manifeſtiori & notiori quo ad nos. & fecit}Dubitabit adhuc quis. nā de his dixit in libris naturalis philoſophiæ, ergo ſuperfluit hoc. Reſpondet ꝙ hoc facit rememoratiue & non principaliter. vnde accipit tanquam principia ea quæ declarata ſunt in naturalibus, & de his conſiderat hic per proprias rationes & per propria huic ſciētię, & exponit quomodo, & ſermo patet{ſic igitur} Epilogat & vult ꝙ metaphyſica conſideratio & naturalis conueniant & differant. conueniunt quidem quantum ad rem conſideratam, nam vtraq; de ſubſtantia & principijs ſubſtantiæ loquitur. differunt vero quantum ad rationem cōſiderandi. qm̄ naturalis Philoſophus conſiderat de ſubſtantia & principijs ſubſtantiæ in eo ꝙ mobilis. Metaphyſicus conſiderat ſubſtantiam & principia ſubſtantiæ in eo ꝙ ſubſtantia. Secundo differunt qm̄ naturalis terminat quæſtiones an ſint principia ſubſtantiæ, Metaphyſicus vero terminat quæſtionem quid ſint, & qualia ſint principia illa{& forte hūc modū}His expeditis gloſſat verba Alexandri propter authoritatem viri, & vult ꝙ Alexander velit ꝙ mathematicus cōſiderat principia ſubſtantiæ quantum ad quid ſint per rationes proprias ſibi. naturalis vero quātum ad an ſint per principia propria ei{ſed hac}Cōtra hanc expoſitionē arguit Auer. nam Alexander dicit ꝙ metaphyſicus probat hæc principia, & ꝙ naturalis vtitur his vt ſuppoſitionibus: modo hac via conſiderationis non indiget naturalis, neq; eſt neceſſe ei ponere ipſum. naturalis. n. non vtitur his principijs ſub his rationibus, ſub quibus conſiderat illa metaphyſicus{& forte etiam} Aliter gloſſat & vult ꝙ naturalis conſideret principia ſubſtantiæ propinque vt materiam & propinquam, formam propriam & propinquam, & reliqua principia propinqua. Metaphyſicus vero principia remota & vniuerſalia. & dicit ꝙ ſi iſte ſermo non ſic gloſſatur. eſt dubitabilis & forte falſus{quod autem Alexander}oſtendit Auer. ꝙ ſecūda litera quæ habetur in ſermone noſtro græco quæ ſic iacet. ſempiterna autem cuius elementa &c. eſt verior, quia de ſubſtantia æterna eſt prima intentio, & de reliqua eſt minus principalis intentio. Reliquum commenti eſt perſpicuum. Debes ſcire ꝙ hanc quæſtionē quam hic Auer. mouet contra Alexandrum & ſoluit, ergo perſcrutatus ſum ad plenum in libro noſtro. D. d. octaua diſputatione, & in com. ſolutionis primi dubij. & dixi omnia poſsibilia dici pro Peripateticis, & tu vide illic. quoniam ſi hic poſuiſſem, eſſet tranſpoſitio. Sed quoniam dixit Auerroes ꝙ naturalis & metaphyſicus quantum ad rem conſideratam conueniunt, ſed quantum ad rationem conſiderandi non, quia metaphyſicus conſiderat in vniuerſali: naturalis in particulari, ideo videtur dicere ꝙ metaphyſicus conſiderat quiditates rerum in vniuerſali & non in particulari. Propter hæc quærimus vtrū ſit. & videtur ꝙ non, qm̄ metaphyſicus conſiderat eſſentias intelligentiarum, & conſtat ꝙ tales eſſentiæ ſunt particulares, ergo conſiderat in particulari. ſed debes ſcire ꝙ per particulare intelligit quæſtio ſpeciale quaſi ſit ſenſus. Vtrum metaphyſicus conſideret quiditates rerum in particulari. i. in ſpeciali. Ad differentiam conſiderationis rerum ſm̄ tranſcendentiam. Circa iſtud quæſitum Auicenna in ſua metaphyſica ſentire videtur ꝙ metaphyſicus conſiderat quiditates rerum in vniuerſali, hoc eſt ſub ratione tranſcendenti & particulari. i. ratione prædicamentali. Ad hoc recentiores ponunt multas rationes & potiſsimæ ſunt duæ. Prima, quia ens eſt ſubiectū adæquatum metaphyſicæ. ergo omnia entia contenta ſub ente conſiderantur à metaphyſico. Secunda, quia prima cognitio de re pertinet ad metaphyſicū, vt Auer. hic commento primo, ſed quiditas eſt prima cognitio de re, quare ad metaphyſicum pertinet. & hæc videtur ratio Ariſto. circa principium. 6. metaphyſicæ. Dicunt ergo ꝙ metaphyſica eſt ſcientia totalis & vniuerſalis continens in ſe duas ſpecies ſcilicet naturalem & mathematicam tanq̄ partes ſubalternatas ſibi. quia conſiderant de accidentibus quiditatibus & non per ſe de qualitate. Cuius exemplum eſt, quia de linea conſiderat geometria: de linea vero inquantum viſuali conſiderat perſpectiuus. ſic de homine vt homo metaphyſicus conſideret. Sed de homine vt miſtus vel mobilis, naturalis. Huic videtur Auerroes conſentire quarto huius cōmento ſeptimo vbi inquit, & quia omnis ſcientia conſiderat de his principijs modo proprio, manifeſtum eſt quod ſciētia quæ vtitur eis per ſe, & generaliter, eſt vniuerſalis in omnibus ſcientijs & eſt philoſophia. Ecce quomodo vult quod philoſophia ſit totum quoddam & reliqua ſint tanquam partes. Sed contra hanc poſitionem eſt Auerroes hic &. 2. metaphyſicæ commento. 6. &. 7. huius commento. 39. verſus principium. & primo auſcultationis philoſophicæ. cōmēt. 11. & alibi pluries. Recētiores pro parte Auerrois arguūt: quia tunc reliquæ ſcientiæ omnes eſſent ſuperfluæ, quia ſola metaphyſica ſatis eſſet. Amplius nos non videmus Ariſt. tractare de definitionibus omnium rerum in particulari in metaphyſica: eſſet enim liber nimis prolixus ſed hæ rationes primo aſpectu videtur nullæ. qm̄ ſcientiæ inferiores non ſunt ſuperfluæ quia conſiderant accidentia quæ fluunt à ſubſtātijs proprijs: quia, vt Auer. inquit, metaphyſicus conſiderat quiditates abſolutas rerum vt hominis vel lapidis. Phyſicus vero hominē vt naturalis, generabilis &c. Ait enim Auerroes. 7. metaphyſicæ commento. 5. in phyſico auditu perſcrutat̄ de principijs corporis ſm̄ ꝙ naturalis. i. ſecundum ꝙ moueт̄ & quieſcit. ſed hæc perſcrutatio eſt de eis ſm̄ ꝙ ſubſtantia tantum, & propterea non ſuperfluunt. Secunda tollitur quoniam conſiderando de vno conſiderat de quolibet, quoniam ſi ſcitur ꝙ homo eſt ſubſtantia, ſcitur de equo: ideo non curauit facere ſermonem particularem in quolibet, & ſic non eſt liber prolixus, nec eſt incōueniens ſcientias inferiores eſſe de ente ꝑ accn̄s cuius eſt cauſa ꝑ ſe, aliter omnes ſcientiæ ſubalternatæ eſſent ſupfluę, vt pſpectiua et muſica, & cętere quæ cōſiderant ens ꝑ accn̄s. Sed hæc ſolutio videt̄ contra Auerroem, & contra rationem. Contra Auerroem quidem: nam ſecundo phyſicæ auſcultationis. com. 17. expreſſe ponit ꝙ vna met ſcientia eſt quæ conſiderat de ſubiecto, & de accidentibus proprijs. Cōtra rationem vero: quoniā accidentia ſciuntur per qd̄ quid eſt ſubiecti

Naturalis & metaphyſicus differunt communiter.

Vtrum meta-

phyſi. conſiderat quiditates rerum in vniuerſali & particulari.

Pō Auicen.

Q& ſolutio cōtra Auer. & rationem.

ſubiecti vt primo de anima colligitur. ergo non poteſt conſiderare accidentia niſi & definitiones ſubiecti.adhuc tunc mala eſſet diuiſio ſcientiæ in res: quam ponit ſexto metaphyſicæ.Poſſet dici pro hac parte ad primã ꝙ Auerroes loquitur in accidentalibus quæ ſunt eiuſdem rationis ſcibilis.qualiter non ſunt hæc. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſcientia inferior vtitur principijs ſuperioris & ſupponit illa, & hoc modo vtitur definitione accepta à metaphyſico. Ad tertium dic ꝙ nihil eſt, quoniam illa diuiſio non eſt eſſentialis nec propria, ſed poſita eſt gratia breuitatis propria. Videtur ergo mihi ꝙ pro nulla parte ſint demonſtrationes.ſed procul dubio opinio Auerrois eſt firmior & magis conſona verbis authorum & Ariſt. conſiſtit autem in duabus propoſitionibus.Prima ſubſtãtiæ abſtractæ tam in vniuerſali quam in particulari conſiderantur à metaphyſico, hoc eſt dicere tam ſi accipiantur ſub rationibus communibus,quam ſi accipiãtur ſub rationibus proprijs. hæc cõcluſio pluribus locis perſpicua eſt. Secũda propoſitio eſt, quiditates ſeu propriæ definitiones rerum particularium in ſpecie conſiderari debent in ſcientijs ſpecialibus:vult dicere ꝙ res prædicamentales ſub rationibus tranſcendentibus generaliſsima conſiderant̃ à metaphyſico.ſed ſub rationibus proprijs ſub prædicamentis contentis cõſiderantur à ſcientijs ſpecialibus & hæc perſpicua eſt in pluribus locis.& hoc aduertens Ariſto.dicit metaphyſicum conſiderare omnia vt contingit. Sed ſunt quæſtiones. prima quia in nullo loco metaphyſicę videmus Ariſto. tractare de quiditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed de eis pertractat ſub rationibus communibus in ordine ad ſenſibilia, nec plus potuit facere.Contra ſecundam etiam,quoniam in nullo loco ſcientiæ ſpecialis pertractat de quiditatibus in particulari,ſed ſolum per prædicata accepta ab accidentibus valde communibus.adhuc & fortius nõ magis videtur ratio ꝙ metaphyſicus debeat conſiderare de quiditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum quam de quiditatibus in particulari, quod declaro & ſuppono quod ad hoc quod aliquod cõſideretur à metaphyſico requiratur quod ſit abſtractum ſecundum rationem à motu & à materia,vt patet de ente & vno quæ conſiderantur à metaphyſico,& tamen non ſunt ſecundum rem abſtracta à motu & à materia. Tunc arguo quiditates rei in particulari ſunt abſtractæ à motu & à materia ſecundum rationem, ergo metaphyſicæ ſunt conſiderationis.& ſi non, quæritur quare magis ille q̃ iſte. Ad has dicendum & ad primam ꝙ pro tãto ſubſtantiæ ſeparatæ quiditatiue pertinent ad metaphyſicum,quia ſi poſſent definiri pure quiditatiue,earũ definitiones eſſent proprie metaphyſico. pro tanto vero quiditates particulares conſiderantur à phyſico, quia ſi definirentur,eſſent proprie ei. Ad ſecundum principale dicendum ad hoc, quod aliquod ſit metaphyſicæ cõſiderationis requiritur quod vel ſit abſtractum ſecundũ eſſe à materia & motu, vel poſsit ꝑmiſceri cum abſtracto ſm̃ eſſe à materia,Exẽplum primi,vt ſubę ſeparatæ.Exẽplum ſecundi,vt actus,potẽtia.ens, vnum, ſubſtantia & reliqua. hæc.n.ſunt cõia materialibus & immaterialibus,& ſic dici pñt abſtracta ſm̃ eſſe permiſſiuæ.Debes ſcire quod iſtæ duæ ſectæ pñt concordari, nam conſiderare quiditates in particulari eſt dupliciter.Vno mõ ſiſtẽdo in illis.alio mõ abſtrahẽdo ab illis. Prima ſecta forte intelligit ſecũdo mõ.Secũda ſecta intelligit primo mõ,rõnes vero ꝑſpicuæ ſunt ex dictis.

Solutio.

Illæ quidem igitur naturales, cum motu enim ſunt. hæc autem alterius. ſi nullum illis principium commune eſt. ſenſibilis uero ſubſtantia mutabilis. ſi autem mutatio eſt ex oppoſitis uel medijs,ſed oppoſitis non omnibus, non album.n. uox.ſed ex contrario: neceſſe ſubeſſe. & quid mutabile in contrarietatem,non enim contraria tranſmutantur. amplius hoc quidem manet,aliud uero contrarium non manet. eſt igitur aliquid tertium præter contraria.

Dictum eſt eſſe tres ſubſtãtias ſcilicet inſenſibilem, ſenſibilem mobilem,& inſenſibilem immobilem,nũc quaſi adijcit differentiam quandam quaſi dicat quod inter has tres ſubſtantias hæc eſt differentia, quia ſubſtantiæ ſenſibiles ſiue corruptibiles ſiue perpetuæ pertinent ad conſiderationem naturalis philoſophiæ,quę determinant de ente mobili, quia hæ ſubſtantiæ ſunt cum motu. Subſtantia vero, ſeparabilis & immobilis pertinet ad conſiderationem alterius ſcientiæ & nõ ad eandem.hoc tamen intelligẽdo ſi nullum principium ſit commune vtriſq; ſubiectis,quia ſi in aliquo conueniant,pertinebit vtrarũq; ſubſtantiarum conſideratio ad illam quæ illud commune conſiderat, & propterea ſcientia naturalis ſolum de ſenſibilibus conſiderat,metaphyſica vero de vtraq; inquantum communicãt in hoc qđ ſunt entia & ſubſtantiæ, & hoc inquit illæ quidem igitur.ſ.ambæ ſenſibiles, æterna, & corruptibilis ſunt naturales,& philoſophicæ cõſiderationis,nã ſunt cum motu.hæc autẽ.ſ.ſenſibilis eſt alterius vtpote metaphyſici.ſi nullum illis ambabus.ſ.ſenſibili & inſenſibili principium cõe eſt, quia ſi conueniunt in aliquo communi principio,erunt ſcientiæ,quę eſt de illo principio.Sed quæres datis ideis & mathematicis, vt quidã dicunt,cuius partis philoſophiæ eſſent? Videtur per dictum Ariſto. quod ſint conſiderationis metaphyſicæ, quia ſubſtantię ſunt inſenſibiles.Certe iſte locus eſt mihi valde occultus.Ariſt.ponit ꝙ ſole ſenſibiles ſubſtantiæ quę ęternę ſiue corruptibiles ſint naturales.Ex hoc ſequitur quod omnes aliæ ſint metaphyſicæ,oppoſitũ autem huius oportet dicere.quia ſi darẽtur ideæ eſſent philoſophicæ conſiderationis, & mathematica eſſent mathematicæ conſiderationis. aliter deſtruerent̃ oẽs aliæ ſcientiæ. Tene à me hanc concluſionem, quod ſi darentur ideę & mathematica,ſola metaphyſica eſſet. & per conſequens Ariſto. bene dixit, & tu in hoc conſiſte quia eſt difficile{ſenſibilis vero ſubſtantia} his acceptis ſyllogizat ad eſſe materiæ, & vtit̃ ſyllogiſmo hypothetico hoc modo,ſi mutatio eſt de oppoſito contrario in oppoſitum contrarium & ſubſtantia ſenſibilis omnis tranſmutatur,neceſſe eſt ſubeſſe quid mutabile in contrarietatem,nam contraria nõ tranſmutantur ſubiectiue, ſed bene ſunt termini tranſmutationis. pone ergo antecedens & habebis conſequens, inquit. Senſibilis vero ſubſtãtia eſt mutabilis,hęc eſt vna pars, ſi autem mutatio eſt ex oppoſitis vel medijs, ſed oppoſitis non omnibus.non album enim vox eſt, & tamen ex voce non fit album,ſed ex contrario quod eſt oppoſitum per ſe neceſſe eſt ſubeſſe & quid mutabile in contrarietatem. Cuius conſequentiæ cauſam ſubſcribit & inquit,non enim contraria tranſmutantur.ſ.vt ſubiectum, ſed bene vt termini. Amplius ſecundo probat idem & inquit.amplius hoc quidem manet, illud vero contrarium nõ manet, eſt igitur aliquod tertium præter contraria materia. hæc deductio apertius declarabitur in cõmento. Dixit Alexãder} duo tãgit Alexãder. Cõm.6.

Primum qđ naturalis cõſiderat de omni ſubſtãtia materiali. Secundum eſt quod naturalis vtitur principijs declaratis à metaphyſico.& hæc duo Auerroes colligit de mẽte eius {ſed iam declarauimus} Cõtra hæc Auer. arguit,maxime contra ſecundam partem,quia eſt totum oppoſitum.nam naturalis potius declarat principia metaphyſico, non quidem demõſtratione ſimpliciter,ſed demonſtratione ſigni. Sed dices ergo metaphyſica ſubalternatur philoſophicę,quia principia ſua accipit ab illa.Dic quod non ſufficit, quia oportet illa principia eſſe declarata à priori,vel adhuc ſunt neceſſariæ aliæ cõditiones,quas Ariſt.in poſterioribus adijcit {& conſideratio de ſubſtantia} nunc venit ad textum & ponit concluſionem textus,ſ.quod conſideratio de ſubſtantia immobili eſt alterius ſcientiæ ab hac naturali,pertinet.n.ad metaphyſicũ, cuius cauſam dicit & ſermo patet{Alexander} Reddit cauſam Alexã. quare Ariſto.incepit venari principia ſubſtantiæ mobilis. & vult hoc eſſe quia mathematici ẽ inueſtigare talia principia. naturalis vero ſupponit illa{& ad hoc} nunc exequiť propoſitionibus.tria.n.ꝑfecit,nã poſuit intentionem.diuiſionem,& ordinem.de ſenſibili ſubſtantia proſequitur venãdo primo principiũ materiale illius. Et ponit duas propoſitiones loco antecedentis. Prima eſt oĩs ſenſibilis ſubſtantia eſt tranſmutabilis,quod intelligit vel motu locali vel alteratione vel generatione vel augmentatione. Secunda eſt, omne qđ trãſmutať, tranſmutať de contrario in cõtrarium. hæ.n.ſunt duæ propoſitiones veriſſime hic{ſed ea}Contra ſecundam propoſitionem mouet quæſtionẽ.nam aliqua trãſmutatio eſt de medio ad extremum, nã tepidum põt fieri calidum,& tamen non contrariať extremo{quia illa quæ}Rñdet ꝙ medium eſt miſtum ex extremis, & ſic ex medio fit trãſmutatio ratione cõtrarij in eo incluſi. & ſic ſaluari poteſt omnem tranſmutationem fieri ex contrario.Debes ſcire ꝙ intẽtio Auerrois eſt medium nihil aliud eſſe niſi extrema miſta cum tanta vel tanta proportione,vt.10.huius Com.23.&.5.phyſi. auſcultationis.Cõmen.6.&.52.&.4.cœli.cõmẽ.26.Sed an hoc ſit verum,alibi relinquatur{& quomodo dixit}Debes ſcire,quod quadruplex eſt oppoſitio.ſ.contraria vt albedo nigrum,contradictoria vt album eſſe,& nullum eſſe album.priuatiua,vt viſiui cæcitas.relatiua, vt patri filius.Verbum ergo Ariſto.apud Alexandrum intelligitur de oppoſitis cõmuniter acceptis ad priuatiue oppoſita & ad contraria. & hæc expoſitio Alexandri{& quomodo declarauit quod neceſſe}nunc format ſyllogiſmum hypotheticum hoc pacto.ſi omnis tranſmutatio eſt de contrario in cõtrarium,& oĩs ſenſibilis ſubſtantia trãſmutabilis,neceſſe eſt eſſe aliquod ſubiectũ, quod tranſmutetur in contrarietate illa, ita qđ in aliqua hora ſit ſub vna parte cõtrarij, & in alia ſit ſub alia parte{impoſsibile enim}Probat conſequentiam dupliciter.Tum quia vnum contrarium non recipit alterũ, tum quia neceſſe eſt aliquod permanere, ergo neceſſe eſt dare tertium.& hanc expoſitionem laudat Auerro. {ſed hoc quod dicit}Circa dicta Alexan.Auer.digreditur ſpeculãdo verba eius,& ponit duas propoſitiones. Primo naturalis dat cauſam materialem & efficientẽ, quia eſt & quid eſt,ita quod terminat vtraſq; quęſtiones.Secunda propoſitio licet metaphyſicus det formã & finem eſſe,non tamen quid ſint,vt oſtendit Auer.& hæc patebunt poſt{ſecundum igitur hunc} apponit corollarium, & vult quod ſecundum hunc modum,ſ.de materia & agente tractet naturalis modo prædicto & de fine & forma metaphyſicus. Tractat metaphyſicus de elementis ſubſtantiæ ſenſibilis, quia de duobus eorum vel de omnibus in eo quod principia entis abſolute,& exponit ſe ꝙ ſermo patet {ſecundum hoc igitur} nunc ad formam reſpondet & vult quod naturalis de duabus cauſis loquať modo prædicto. ego ſolitus ſum dicere metaphyſicum cõſiderare omnes, ſed naturalis duas proprie conſiderat vt materiam & agens. metaphyſicus duas,finem & formam.ſed poſtmodum dicemus forte{Et in hac ſcientia} hæc eſt ſecunda pars corollarij,& vult quod Ariſt. primo pertractet has duas cauſas,ſ.materiam & agens. Secũdo de fine, & forma, & hoc vt illæ duæ primæ ſint viæ ad has duas vltimas.& inter has duas primas primo de materia, ſecundo de agente vt videbimus.Declarat autem has duas primas eiſdem propoſitionibus,quibus vtebať in naturali philoſophia. Circa hæc dicta eſt difficultas. nam philoſophus pertractat de omnibus terminando quæſtionem an ſint,& metaphyſicus de oĩbus terminãdo quæſtionem quid ſint:quare ergo dixit metaphyſicũ de duabus vtpote forma & fine, & naturalem de materia & agente inquirere,& maxime quia commentum hoc videtur contrarium cõmen.5.lecto. adhuc Auerroes primo auſcultationis phyſicæ cõmento primo dicit metaphyſicam conſiderare de quatuor cauſis tres,& materiam prætermittere & cõmen.5. huius dixit quatuor & hic duas ecce cõtradictio manifeſta, & hæc eſt quæſtio non parua,Recẽtiores in primo phyſicorum concordant dictum Auerrois poſitum in primo phyſicorum,& verbum ſuum poſitum in.5.cõmento huius.12. tantum,& volunt verbum illud primi phyſicorũ eſſe intelligendum de metaphyſica quantũ ad.12.à medietate vltra.hęc peccat dupliciter. Primo quia licet concordet illa,tamen adhuc remanet verbũ præſens concordandum. amplius per idem dici poſſet phyſicum librum nõ eſſe de materia,quia à tertio vltra nihil dicit materia. Aliter ergo viri magi dicunt & concordant quintum commentum cum ſexto, & volunt metaphyſicum in conſiderando duas cauſas conſiderare. ſed in demõſtrãdo duas ſcilicet finem & formã. Naturalis vero contra facit conſiderat iterũ quatuor, ſed per materiam & agens demonſtrat.Sed hæc peccat dupliciter primo quia quid de commento primo primi phyſicorum.ſecũdo quare ſi metaphyſicus cõſiderat quatuor cauſas per ipſas non demonſtrat, eſt enim hoc voluntarium.Solitus ſum ego dare ſolutionem aliam ex commento tertio tertij huius, ꝙ,ſ.naturalis & metaphyſicus proprie cõſideret omnia ex proprietate tamẽ phyſicus tres ſcilicet materiam formam & agens tanquam magis circũcernentes motum, metaphyſicus duas.ſ. formam & finem tanquam magis ſeparabiles à motu. Appropriatius tamẽ phyſicus duas materiam & agẽs metaphyſicus vnam ſcilicet finem, & ſic poſſunt dicta omnia conſiderari. Tu vero cõſidera dicta mea in primo phyſicorum. vel dic quod phyſica & metaphyſica conſiderant de quatuor ſm primitatem cõmunitatiſ & quælibet de duabus ſm primitatem eſſentiæ. quãdo vero dicit primo phyſicorum. Metaphyſicũ de tribus cõſiderare,ſumit agens,vt nõ diſtinguiť contra formã & finem{& ideo videtur}Moueret quæſtionem quis: Ariſto.probat materiam eſſe: vel ergo tanquam phyſicus vel tanquam mataphyſicus, non tanq̃ phyſicus ergo tũc ſuꝑfluus. ergo tanq̃ metaphyſicus,& ſic pro Alexandro

Dubitatio *Solutio.* *Qõ optima.* *Reſponſio recentiorum.* *Secunda reſponſio* *Reſponſio propria.* *Alia ſolutio.*

Alexandro reſpondet quaſi corollarie ex dictis & primo ad rem,& vult quod hæc faciat tanquam naturalis, & non tanquam Metaphyſicæ,ſed propter duas cauſas recapitulat idem hic, tum quia vicinæ, tum quia iſtud declaratum in naturalibus facit ad notitiam declarandorum{ſed tamen) aliter reſpondet & vult quod hoc faciat tanquam Metaphyſicus. ſed alio modo quã qñ fecit hoc tanquam phyſicus.Tanquam metaphyſicus .n.tractat de eodẽ,ſed vniuerſalius & per rationes magis proprias metaphyſico.Et huius ponit exemplum , quia declarato quod materia ſit principium ſubſtantię ſenſibilis,declarat quõ eſt principium ſubſtantiæ in eo quod ſubſtantia abſtrahens à ſenſibili & inſenſibili. ſimili modo & de forma & verba eius patent {& ideo) Epilogat ſolutiones ambas & eius ſermo patet {& ſm hoc)nunc verificat tria dicta Alexandri per ordinem, & omnia illa verificat de duabus cauſis.ſ.forma & fine,& ſermo eius patet{& cecidit dubitatio) Mouet.q. quia dictum eſt quod conſideratio primi finis eſt alia à conſideratione primi mouentis. Contra,quia hæc tria primus finis,prima forma,& primum mouens ſunt idẽ ſubiecto.ergo conſideratio eſt vna {ſm autem) Soluit quia licet idẽ ſint ſubiecto,illa differunt ratione,& hæc differentia ſufficit pro differentia conſiderationum. nã primum ens in eo ꝙ mouens à naturali conſideratur, ſed in eo quod cauſa prima entis in eo quod ens à primo Philoſopho{Secundum hoc igitur)ad formam reſpondet concedendo illa tria eſſe eadem ſubiecto, ſed differre modo {& ideo ſermo)Cõcludit verbum Alex. non eſſe intelligendum vt ipſum Auicenna intellexit, & quod eſt dubitabilis ſermo propter illam modicam differentiam inter vnam & alteram conſiderationem. Cuius ſignum ponit,quia Themiſtius relinquit illum tanquam falſum.hæc de commento & textu.Circa dicta eſt quæſtio vtrum iſtæ duæ ſcientiæ de eadẽ re ſubiecto differẽti ratione ſit vna?& videtur quod ſic, quia ſcientię ſortiuntur eſſe ſuum à ſubiectis,vt in.6. huius, & in.3.de anima diximus, quia ſimilis eſt definitio & identitas. Reſpondetur quod ſcientiæ poſſunt conſiderari in ratione formæ & in ratione habitus. ſi conſiderentur inquantum formæ quõ forma ſit vna quia ab agente vno, & ſubiectum ſit vnum agens, ambæ illæ erunt vna forma,re & ſubiecto, diſtincte ratione. ſi in ratione habitus,cum ſtet vnum deberi altera acquiſita,erunt diſtincti habitus & re & ratione,& ſic perſpicua eſt ſolutio. Debes ſcire quod ex hoc loco ſolet ſumi quod in ſeparatis à materia hæc tria forma finis & agens ſunt vnum in ſubiecto & differunt ratione. Tu vero an ſit ita,conſidera.

Quæſtio. *Reſponſio.*

Si itaq; transſmutationes ſunt quatuor,aut ſecundum quid, aut ſecundum quantitatem , aut ſecundum qualitatem , aut ubi,& generatio quidem ſimpliciter et corruptio ſecundum hoc & augmentum & decrementum quæ ſecundum quantitatem:alteratio autem quæ ſecundum paſsionem: latio autẽ quæ ſecundum locum.ſi in contrarietates utiq; erũt eas, quæ ſingulæ tranſmutationes,neceſſe itaq; tranſmutari materiam potentem ambo.

Terminauit quæſtionem an ſit materia.Nunc vero quid ſit oſtendit, & concludit hanc eius deſcriptionẽ, videlicet materia eſt ens in potentia.vtitur autem ſyllogiſmo hypothetico,cuius antecedens ſunt duæ propoſitiones categoricæ per notam copulationis coniuncte hoc pacto,ſi trãſmutationes ſunt quatuor,vt generatio & corruptio in ſubſtantia,augmentatio & diminutio in quanto, alteratio in quali, loci mutatio in vbi, & ſingulæ inter contraria vel media.neceſſe eſt tranſmutari materiã potentem ambo.ſi igitur quis ponat antecedens,erit & conſequens conceſſum, inquit. Si itaq; tranſmutationes ſunt quatuor.quarum expoſitionem ſubſcribit.d.aut ſecundum quid,hoc eſt ſecundum ſubſtantiam: aut ſm quantum , aut ſm quale, aut ſm vbi:& hoc exponit.d.& generatio quidem ſimpliciter & corruptio contra ſm hoc.i. ſm ſubſtantiam ſunt.dixit ſimpliciter, quia generatio & corruptio ſm quid poſſunt eſſe in quolibet prædicamento.& augmẽtum & decrementum,quæ ſm quantum. alteratio autem,quæ ſm paſsionem.& dixit ſm paſsionem,quia ſolum in tertia ſpecie qualitatis eſt alteratio.latio autem, quæ ſm locum.hæc eſt prima categorica. Si vtiq; in eas contrarietates erunt, quæ ſunt ſingulæ tranſmutationes.hæc eſt ſecunda categorica.quibus addit conſequens & inquit.neceſſe itaq; tranſmutari materiã potentem ambo.ſ.extrema.eſt ergo materia ens(vt in prima demõſtratione dixit)potẽs,vt in præſenti dicimus.

Quomodo declararit) Debes ſcire tria in præſenti cõmento ſolum,quia reliqua patent. Primũ eſt, ꝙ Auer. aliter introducit textum.vult.n. quod Ariſto. declarat quot ſunt modi contrarietatis, & quod ſint quatuor verbi gratia,in ſubſtantia forma & priuatio,in qualitate calor & frigus,in tactu durum,& lene,in guſtu dulce & amarum,in viſu album & nigrum, in quantitate magnum & paruum. Secundo debes ſcire, quod ex hoc vult vt ſequatur materiam eſſe ſm ſucceſsionem ſubiectum recipiens vtrũq;.& per conſequens ens in potentia.Tertio debes ſcire,quod quidam antiquorũ poſuerunt materiam eſſe actu, & habere formam in ſui ſubſtantia,ita quod forma erat ſibi ratio recipiendi. & contra arguit Auer. quia materia non eſt materia niſi inquantum tranſmutatur, & non tranſmutatur niſi prout eſt potentia,ergo non eſt forma aliqua de eſſentia materiæ.Reliqua commenti patent. *Cõm.7.*

Quoniam aũt duplex eſt ens tranſmutatur omne ex potẽtia ente in actu ens, utputa ex potentiá albo in actu album. Similiter autem & in augmento & decremento, quare non ſolum ſecundum accidens contingit fieri ex non ente, ſed ex ente fiunt oĩa.potentia quidem ente, ex non ente uero actu.

Veteres negauerunt omnino generationem & vtebantur ſyllogiſmo diuiſiuo à deſtructione omniũ partium & concludebant oppoſitum dati hoc modo,videlicet, ſi generatio ſit vel ex ente,vel ex non ente:ſed deſtruitur prima pars,quia ſi ex ente,ergo res eſſet antequam fieret.deſtruitur ſecunda, quia ex nihilo nihil fit.hoc.n.perterruit omnes Philoſophos:ergo concluditur contradictorium dati.videlicet nulla generatio eſt Ariſt.ergo in hoc loco inducit ſolutionem, quæ ſumitur ex declaratione naturæ materiæ. Tum vt ſoluat ambiguitatem eorum,tum vt habeat quod ea,quæ dixit de materia ſunt bene dicta,quia ex illis ſoluitur omnis quæſtio accidens in re.Innuit autem ad hoc ſolutionem per diſtinctionem:& vult,quod vtrunq; membrum ſit concedendum ſm vnum modum & negandum ſm alium.& hoc dupliciter. poteſt .n. dici, quod generatio eſt ex ente,& ex non ente dupliciter.ex ente per accidens,hoc eſt priuatione, quæ dicitur non ens per accidens,& ex non ente per ſe,hoc eſt ex forma,ſed ex priuatione,quę eſt nõ ens per ſe.Secundo poteſt di-

ci,quod generatio eſt ex non ente potentia vt pote materia:& ex non ente actu.quia materia eſt ens potentia & non ens actu.Debes ſcire,quod priuatio dicitur ens & non ens.dicitur quidem ens per accidens pro quanto accidit enti;hoc eſt materiæ,quæ eſt ens.dicitur vero non ens per ſe pro quanto nullam habet entitatem formalem:ergo qui dicit generationem fieri ex priuatione, dicit illam fieri ex ente vno modo ,& ex non ente alio modo & ex ente per accidens,& ex non ente per ſe. Amplius,materia dicitur ens & non ens.dicitur quidẽ ens potẽtia,nõ ens vero actu.ergo qui dicit gñationem fieri ex materia cõcedit generationem fieri ex ente & ex non ente,ex ente quidem potentia,non ente vero actu. Secũdo debes ſcire,ꝙ ſolutio accepta à priuatione differt à ſolutione accepta à materia, quia generatio fit à priuatione tanquam à termino à quo,à materia vero tanquam ex ſubiecto.Sed vtraq; ſolutio ſatiſfacit quæſtioni,inquit.qm̃ autem duplex eſt ens,vtpote potentia & actu, vel per ſe & per accidens tranſmutatur omnino.ſ.compoſitum ex potentia ente, vtpote materia,in actu,ens,vtpote in formam.Cuius exemplũ ſubſcribit.d.vtpote ex potentia albo in actu album. Similiter autem & in augmento & decremento trãſmutatur ex potentia magno in actu magnum,& ponit exẽpla in accidẽtibus vt ſolutio ſit apertior. tunc ſoluit ad formam quæſtionis & inquit,quare non ſolum ſm accidens contingit fieri ex non ente.& hic dedit intelligere primam ſolutionem,ſed ex ente fiũt omnia potẽtia quidẽ ens,non ente vero actu:hoc eſt ex materia, quæ dicitur vtroq; modo. & ſic patet ſolutio quæſtionis.

Cõm.8. Quomodo declarauit} Epilogat & ponit intentionem partis in vniuerſali & in particulari . epilogando dicit eſſe declaratum,ꝙ principia ſint ſubſtantiæ.i.prædicata eſſentialia contrariorum, quia omne contrariũ eſt principium & non ẽ conuerſo.hic eſt epilogus. Intentio vero eſt declarare materiam & eſſentiam materiæ,& hoc in vniuerſali.In particulari vero declarabit qualiter ens in ſingulo prædicamento diuiditur in duo .ſ.in actu & potentia{& Alexander}Soluit quæſtionẽ. nam poſſet dicere quis Ariſt.eſt valde breuis: ergo diminutus. Reſpondet Alexãder vt refert Auer. & dicit. quod hoc declaratum eſt in tractatu nono ſufficientius in quo loquitur de potentia & actu,& ideo non curauit hic diffuſe dicere{& intelligebant} & quis dicet. quid intelligit Alexander per illud pronomen hoc?Reſpondet Auer.ꝙ non intelligebat per illud pronomen hoc referre ꝙ illa diuiſio ſit poſita in nono, ſed intelligit duo,videlicet quod in nono ſit dictũ qũo potentia præcedit actum,& quot impoſsibilia contingunt negantibus potentiam eſſe, & eam eſſe ſimul cum actu {& hoc} Contra.nulla ſcientia probat ſuum ſubiectũ eſſe reſpondet ꝙ non probauit illic potẽtiam eſſe, ſed ad confirmandum quia potentiam eſſe eſt per ſe manifeſtum{& cum poſuit}Accipit nunc vnã ſuppoſitionẽ ad declarandum intentum,videlicet ꝙ omnis trãſmutatio eſt ex ente potẽtia ad ens actu nulla ſpecie trãſmutationis.i.nulla ſpecie motus veri, hoc declarat inductiue in generatione,corruptione,& alteratione{& intendebat}quia quis dicere poſſet qũo ens actu fit ex ente potentia,an eiuſdem generis an diuerſi?Et quod omne ens actu fit ex ente potẽtia eiuſdem generis & eiuſdem prædicamenti & non alterius{& quia hoc}Nunc ponit defectum antiquorum & tria facit.Primo ponit errorem eorum.Secunda ibi{& mouit eos} Ponit argumentum eorum.Tertia ibi {& cum poſuit ꝙ generatio}Soluit quæſtionem dupliciter vt diximus in litera & ſermo eius patet{fecit igitur}Hic ſoluit quæſtionem quandam.nam videtur Ariſt.valde breuis,& non declarat qũo generatio fiat ex ente. Reſpondet Auer. ꝙ hic loquitur non principaliter ſed rememoratiue, & ideo ipſe copioſe declarat qũo ex ente per accidens & ente per ſe generatio fiat,& ſermo eius patet{& Alex.} Nunc colligit quoddam verbum Alex.hic & reducit id ad ſuum propoſitum & totum patet.

Et hoc eſt Anaxagoræ unum. Dignius .n. eſt quam ſimul omnia,& Empedoclis miſtura & Anaximandri, & ut Democritus aut nobis erant omnia potentia,actu uero minime. quare materiam utiq; erant tangentes.

De principio materiali apud antiquos fuerunt tres ſectæ,quæ omnes conueniunt in quodam , & differunt in quodam.conueniunt quidem in hoc,ꝙ principium materiale ponunt ens,& potentia aliquo modo:ens quidem,quia omnes conueniunt ex nihilo nihil fieri, potentia vero,quia res factas non ponunt omnino præeſſe in illo principio penitus eodem modo ſicut ſunt in effectu , quia tunc generatio eſſet ſuperflua . Differunt vero circa hanc potentiam.nã Anaxagoras ponit,quodam vnum chaos,& dicit in illo contineri omnia actu entitatiuo,non tñ omnia actu effectuali. & ſic dicit id eſſe in potentia non ad formas,ſed ad exitus in effectu formarum.Empedo.vero & Anaximander ſimiliter dicunt principium materiale eſſe ens,quia dicũt eſſe quandam miſturam,ſed eſſe in potentia nõ ad eſſe,quia ibi omnia ſunt, ſed ad ordinem membrorum . Democritus vero dicit potentiam illam eſſe ad eſſe, quia ponit corpora atomalia eſſe primum principium materiale & in eo eſſe potentiam ad eſſe per congregationem.Ergo Anaxagoras dicit potentiam illam eſſe ad effectus,Empedo.& Anaximander, dicunt potentiam illam eſſe ad ordinem.Demo.vero potentiam ad eſſe.dicit ergo,in duobus conueniunt.quia ponunt principium materiale eſſe ens, & potentiam, ſed differunt in modo ponendi id principium & illã potentiã. Ex iis patet qualiter omnes tetigerunt materiam,quia cum Ariſt.eam poſuerunt aliquo modo ens. & cũ eodem conceſſerunt potentiam aliquo modo ad formã. Sed defecerunt,quia id principiũ poſuerunt ens actuale,& quia potentiam non ponunt ſimpliciter ad formã ſed ad conditiones formarum.& hęc dicit,& hoc.ſ.materia noſtra,eſt id vnum Anaxagoræ, quod chaos vocat.Subaudi & hoc vnum noſtrum eſt melius illo vno Anaxagoræ,dignius.n.eſt,ꝗ ſimul omnia , quod chaos dicitur,vel ſimul omnia. Idem.n.ſunt,& hæc noſtra materia ſimiliter eſt miſtura Empedoclis & Anaximandri,& hæc noſtra materia eſt vt Democritus inquit in carmine erant omnia potentia actu vero minime. materia.n.habet cum his tribus conuenientiam in duobus,& quia ens , & quia in potentia , propterea concludit quare materiam vtiq; erant tangentes, licet non potuerunt venire vſque ad ſummum illius.

Vult declarare}Sex facit in cõmento.Primo.n. ponit intentionem & epilogum prædictorum . Secunda ibi{& iſtam naturam contra declarata } Ponit opinionem Anaxagoræ & comparationem illius opinionis ad illam Ariſt. Tertia ibi{& iſta materia} idem facit de Empedocle{& ponebat iſte}Idem facit de Anaximandro.Quarta ibi {Democritus omnia } Idem & de Democrito. Cõm. 9.

De principiis materialibus poſitiones.

mocrito.Quinta ibi {dicit Alexander} Docet modum qūo Ariſt.correxit verbum Democriti.Sexta ibi{& natura veritatis}Dat intelligere quantam vim habeat veritas & quo approximati ſunt veritati.& omnia quæ dicit ſunt manifeſta per ſe. Debes tamē primo ſcire ꝙ ex commento & textu poteſt colligi bonum argumentum contra Auicennam. tenebat .n. Auicenna omnia elementa manere in miſto actu & formaliter, licet poſuit ea non habere ibi eſſe liberum.quia ſolum qualitates ſunt remiſſæ.modo ex verbis Ariſt. poteſt argui ꝙ data poſitione Auicennæ ex miſto non poſſe propria generatione generari elementum, quia vel elementū quod præfuit, vel quod non præfuit.ſi quod præfuit: ergo eſt alteratio, & non ſimplex generatio. ſi quod non præfuit:quare elementū nō pręfuit actu in miſto. & hoc eſt fortiſsimum argumentum.Secundo debes ſcire ꝙ Demo. dixit omnia eſſe in potentia. Ariſt. autem adiicit, actu vero non. Sed qūo ſit iſtud ſecundo de generatione viſum eſt.

Contra Auic. de miſtura.

Omnia uero materiam habent quæcunq; tranſmutantur, ſed aliam & ſempiternorum quæcunq; non generabilia, mobilia autem latione, iterum non generabilem habent, ſed unde quo.

Concluſit materiam eſſe & ipſam eſſe in potentia ſubiectum & per teſtimonium veterum,nūc remouet .q.dictum eſt.n.materiam eſſe ſubiectum in potentia ad ambo hoc eſt ad formam & ad priuationem. & ꝙ omnia ſenſibilia habent materiam eiuſmodi. Contra. nam corpora cœleſtia ſunt corpora ſenſibilia, & tñ nō habent potentiam ad ambo.qm̄ ſunt ſempiterna. Reſpondet concedendo aſſumptum.ſ. ꝙ omnia corpora ſenſibilia habent materiam,ſed potentia dicitur analogice.nam materia cœleſtium corporum eſt potentia ad formam loci & ad priuationem loci. materia vero generabilium eſt potentia ad formam ſubſtantialem & priuationem ſubſtantiæ,vtraq; ergo materia eſt potentia,ſed cœleſtis eſt potentia ad ambo accidētia.Generabilium vero ad ambo ſubſtantialia inquit {Omnia vero materiam habent quęcunq; tranſmutantur} Qm̄ in omni motu oportet intelligere ſubiectum & ſic concedit aſſumptum{ſed quæcunq; non generabilia,mobilia autem latione tantum}quæ{&}de numero{ſempiternorū}ſunt{habent & aliam}hoc eſt dictum ęqui uoce{verum non generabilem}hoc eſt in potentia ad terminos generationis{ſed vnde quo}.i.in potētia ad terminos motus.

Com. 10. Et ſi omnia}Ponit quandam generalem propoſitionem & differentiam inter materiam & fundamentum {differentiarum}Generalis quidem propoſitio eſt omnia ſenſibilia habent materiam.Differentiæ vero materiarum ſunt duæ.nam æternorum materia eſt in actu quia omne quod mouetur eſt ens in actu. generabiliū vero materia eſt in pōa, qa omne quod generaƭ eſt in pōa.Secunda differentia,materia æternorū eſt in potētia ad terminos oppoſitos accidentales in motu,materia generabilium eſt in potentia ad terminos ſubſtantiales.Fundamentum autem eſt. quia materiæ differūt ſm̄ differentiam motuum quibus ſubiiciuntur, & per habitudines ad diuerſas formas{& ideo quod}Corollarium eſt quod nullum tranſmutabile quod eſt æternum habet materiam in potentia,vult dicere ad terminos ſubales.& hoc ſubſcribit cū dicit{quaſi dicat &c.} ergo materia cum eſt non eſt in potentia & eſt in potentia, non eſt in potentia quidem ad terminos ſubſtantiales. eſt vero in potentia ad terminos accidentales{& ex hoc}Hic colligit peccatum Auicennę & primo proponit hoc contra Auicennam & inquit. & ex hoc videtur corpus cœleſte non habere potentiam diuiſibilem.i.formam extenſiuam ſm̄ diuiſionem corporis.ſ.formam materialem{nam ſi} hoc arguit & vtitur ſyllogiſmo hypotetico ſic. ſi cœlum haberet formam diuiſibilem ad diuiſionem ſubiecti,in eo eſſet materia quæ eſſet in potentia ad terminos ſubſtātiales.deſtruit conſequens.d.& iam declaratū eſt quod nullum æternum habet potentiā vt corrumpatur ſecundo cœli &c. ergo oppoſitum antecedentis.Deinde ſubſcribit peccatum Auicennæ & patet. Sed contra. Quoniam ſubſtantia cœli ſubiicitur motori:ergo poteſt recipere illum,poteſt recipere,ergo in ea eſt potentia ad ſubſtātiam.Reſpondeo quod ſubſtantia cœli eſt in potentia ad motorem & per conſequens dici poteſt ſubiectum & materia reſpectu illius.Sed hæc potentia eſt ſm̄ dimidiū contingentis hoc eſt ad eſſe tantū,& nō ad vtrunq; .i.ad eſſe & non eſſe.Tu vero vide dicta noſtra in libro de cœlo,vbi de materia cœli diffuſe diſputatum eſt.

Dubitatio *Solutio.* *Qualis potentia in cœlo.*

Dubitabit autem aliquis ex quali non ente eſt generatio, tripliciter enim non ens.ſi itaq; eſt aliquid potentia, tamen non ſimiliter ex quocunq;,ſed alterum ex altero,neq; ſufficiens,quia ſimul res omnes, differunt enim materia, quoniā quare infinita facta ſunt, ſed non unum. Intellectus enim unus,quare ſi materia una, illud factum eſt & actu, cuius & materia erat potentia. Tex.c 11.

Mouet circa dicta Ariſt.q. nam accepit generationem eſſe ex non ente ad ens.Secundo quęrit qūo gn̄atio ſit ex non ente. Inquit, dubitabit autem aliquis ex quali non ente ſit generatio. reddit cauſam .q. dicens. tripliciter enim non ens, & non expreſsit, quia primo phyſicæ Auſcul.ſatis dixit.Ibidem enim dixit non ens qn̄q; ſumi pro nihilo ſimpliciter,& hoc modo vocatur priuatio totius entis omnino.qn̄q; pro priuatione formæ tantum,quę quidem eſt ens per accidens pro quanto accidit enti.ſ.materiæ.qn̄q; ſumitur pro ente in potentia,& ſic materia dicitur non ens, eo quia non eſt ens in actu. Ideo eſt dubitatio ſatis rationabilis. triplici enim non ente accepto,ex quali trium eſt generatio{ſi itaq;} dubitationē apud me non ſoluit quia vult eſſe ſolutam ex primo Auſcultationis Phyſicæ, videlicet ꝙ generatio fit ex non ente dupliciter.i.priuatione & materia,non autem ex non ente ſimpliciter. Sed ſoluit aliam.q.incidentem ad principalem ſolutionem, quia ſi gn̄atio fit ex non ente.ſ.ex materia.ergo quodlibet fit ex quolibet. Reſpondet concedendo antecedens & negando conſequens.d. Si itaq; eſt aliquid potentia ſubaudi ex quo fiunt generationes, tamen non ſimiliter quodlibet fit ex quocunq;,ſed alterum .ſ. determinatum ex altero.ſ.determinato, eo quia licet omnia generabilia conueniant in vno principio communi materiali,non tamen in proximo,immo differunt in materiis propriis{neq; ſufficiens}refellit.q.Anaxagoræ ad.q. ſecundam. Reſpondet enim Anaxagoras ꝙ ideo generata ſunt multa qm̄ licet materia ſit vna,in ea ſunt ſimul omnia.Propterea qn̄ generatur aliquid generatur ex ſuo compari. Contra arguit dupliciter.Primo quia ſupponit falſum. materia .n. non eſt vna omnium, quod intelligit de proxima. Secundo quia non poſſet reddere cauſam, quare omnia generabilia ſunt

Dubitatio Ariſt.

multa, immo deberent eſſe vnum, quia agens vnum, & materia vnum, & per conſequens factum vnum.d. neque ſufficiens ſcilicet dicere quia ſimul ens omnes ſint: nam hoc videtur falſum, differunt enim materia. Secundo arguit. Quoniam propter quid infinita facta ſunt, ſed non vnum, quod videtur debere eſſe. Intellectus enim vnus qui eſt motor omnium apud ipſum, quare ſi materia vna illud factum eſt actu, cuius & materia erat potentia, & per conſequens vnum, agens vnum, & potentia vna. ergo factum vnum.

Cōm.11. Vult } Præponit intentionem in vniuerſali & in particulari, in generali quidem, quoniam Ariſtotelis intendit declarare quod materia ſit vna potentia tantum & habitudine ſit plures, & ꝙ quodlibet ens miſtum cum materia communi habet per materiam propriam determinatam naturam. In ſpeciali vero quia ſoluit quæſtionem & ſermo patet { & quomodo poſuit} Hic ſoluit quæſtionem & videtur ꝙ non ſoluat.q.principalem, ſed aliam quæ accidit illi ſolutioni, vt diximus

Digreſſio. in textu { & dixit hoc } Digreditur & ideo debes ſcire quod materia eſt vna ſubiecto ſimpliciter, & per conſequens vna ſibi ineſt potentia, quæ eſt ſuum accidens nam non poteſt eſſe ſubiectum vnum, & propria accidentia plura, & hæc potentia eſt vna omnium ſicut materia eſt vna omnium. eſt etiam æterna ſicut & materia æterna. Sunt tamen in materia multæ habilitates de nouo, quas noui vocant potentias reſpectiuas, quæ non eternę ſunt materiæ, ſed nouæ. per potentiam enim communem primo materia recipit elementa, poſt elementorum receptionem ipſi materię accidit quædam noua habilitas contrahens materiam ad hanc formam ſuſcipiendam magis quàm ad hanc. Receptis vero formis conſimilibus emergit quædam alia potentia plus contrahens, & ſic materia eſt vna, potentiæ vero nouæ ſunt multæ, quæ differunt per ordines ad diuerſos actus, & propter miſtiones diuerſas, & hoc declaratum fuit primo Phyſicorum{& quia antiqui} Hic oſtendit quomodo antiqui ſecundum eorum poſitiones de materia non poſſunt ſaluare generationem nec entium multitudinem. & primo oſtendit hoc in poſitione Anaxagoræ. Secunda ibi {& ſimile contingit } oſtendit idem in poſitione Democriti. Tertia ibi { & quomodo dixit} applicat totum verbis Ariſtotelis, & ſermo eius eſt perſpicuus, eſt enim ex textu manifeſtus {& intendebat} Deductio Auerrois fundatur, in tribus propoſitionibus. Prima eſt ꝙ Anaxagoras non poſuit formas latitare in materia ſecundum diuerſas diſpoſitiones, quia iam ibi eſſent abſtractæ, ſtatim enim quando materia diſponitur reſpectu vnius formę, illa forma reducitur ad lucem. Secunda propoſitio ab vno agente re & ratione prouenit vnum tantum. Tertia propoſitio eſt ꝙ vel Anaxagoras poſuit vnum agens re & ratione eſſe cauſam omniũ, vel poſuit ſolã materiam eſſe ſufficientem. Ex his habetur propoſitum. nam ſi formæ ſint diuerſę in materia, vel ſunt ab ipſa materia tantum, vel ab agente tantum, vel diſpoſitionibus diuerſis, & quicquid dicitur patet eſſe falſum. Anaxagoras ergo non potuit ſaluare entium pluralitatẽ. Debes ſcire ꝙ propoſitio Ariſt. eget tribus conditionibus. Prima in agente proximo. Secunda mediante diſpoſitione vnica. Tertia in agente naturali. Eſt ergo propoſitio

Ab vno agente ꝓuenit vnũ vniuerſalis. Ab agente vno proximo mediante vnica diſpoſitione, & ipſo exiſtente naturali in paſſum proximũ & vnica diſpoſitione & naturali effectus eſt vnus.

CAP. III.

Quod nec materia nec forma generatur. Quomodo item non male ſenſerint Plat. de formis, ad quod nos nequaquam cogimur.

Tres itaq; ſunt cauſæ, & tria principia: duo quidem contrarietas, cuius hoc quidem ratio, & ex quo & ſpecies, illud uero priuatio, tertium uero materia, poſt hæc quod non fit materia nec ſpecies. Dico autem ultima. *omne nãque tranſmutat aliquid, et ab aliquo, et in quid, à quo quidem primo mouente: cuius uero materia: in quod uero ſpecies. In infinitum ergo ſunt: ſi non ſolum æs fit rotundum: ſed & ipſum rotundum aut æs: neceſſe eſt itaq; ſtare.* TEX.12.

Vult nunc de forma agere: & primo quaſi quæ dixerat, epilogat, & inquit. Tres itaq; ſunt cauſæ, & tria principia. quod exponit.d. Duo quidem contrarietas .i. duo contraria, cuius contrarietatis hoc quidẽ eſt ratio, more Peripatetico, & ex quo more Anaxagoræ, & ſpecies more Platonico. Forma.n. his tribus modis dicitur. Illud vero priuatio. hæc.n. duo ſunt extrema contrarietatis. Tertium vero his ſubiectum materia. Hic igitur eſt epilogus. Sed dices, quõ ſunt tres cauſæ, immo tria ſunt principia & quatuor cauſæ, vt.2. Phyſicorum dicitur? Dicendum, ꝙ verum eſt quatuor eſſe cauſas, ſed ipſe loquitur in propoſito. q.d. in propoſito noſtro tres ſunt cauſæ, & tria principia. Simpliciter vero cauſę ſunt plures {poſt hæc} nunc de forma tractaturus accipit quoddam commune formæ & materiæ, & eſt forma prima & materia prima, vel quod idem eſt forma vltima & materia vltima ſunt ingenerabiles & incorruptibiles, & ſyllogiſmus eſt, Cuiuſlibet generati eſt aliquod, in quo, à quo & in quod: ſed materiæ & formę non ſunt in quo, à quo & in quod: ergo non ſunt generate, accipit maiorẽ & concluſionẽ, & inquit poſt hæc accipiendũ ꝙ non fit materia, neq; ſpecies, dico aũt vltima. Qm̃ materia cõpoſita & forma cõpoſita fiunt, ſed nõ ſunt vltimæ. hæc eſt cõcluſio ſyllogiſmi. Deinde ſumit maiorem.d. omne nãq; tranſmutat aliquid, & ab aliquo & in quid.i. cuiuſlibet trãſmutati tria ſunt, ſubiectum in quo, agens à quo, & forma in quam. hæc eſt maior, & ſubdit.d. à quo quidem ſubaudi eſt vt à primo mouente, cuius vero.i. in quo vero eſt materia, in quod vero eſt ſpecies. hæc eſt maior, & maioris expoſitio, ſubticuit autem minorem, ſed ponit illius probationem per impoſsibile. & inquit. In infinitum ergo ſunt ſi non ſolum ęs.i. materia fit rotundũ, ſed ipſum rotundũ aut ęs fiant. q.d. ſi materia fit & forma fit, tunc materię eſſet materia & forma formę, & ſic ad infinitũ, neceſſe itaq; ſtare. Ex his perſpicuum iam communiter qualiter materia vltima & forma vltima ſint ingenita & incorrupta, & hoc eſt primum demonſtratum de forma. {Cum declarauit} Primo epilogat omnia declarata. Secunda ibi {& cum omnia iſta } exponere incipit textum & totum patet { Forma non generatur neq; materia} Auerroes accipit hanc propoſitionem compoſitum generatur, & neq; forma, neq; materia. Primo probat propoſitionem vt fecimus in litera. Secunda ibi {& hoc quod dixit } exponit illam, & quoſdam terminos textus, & totus ſermo eſt perſpicuus. Cōm.12

Circa hęc dubitabis, an forma vel compoſitum per ſe generetur. Dico autem de forma vltima, quia de forma mixta vel compoſita nihil prohibet. In iſta difficultate communis poſitio eſt ꝙ compoſitum primo & per ſe

pẽr ſe generatur, capiendo primo & per ſe vt dicit cauſalitatẽ, & ſic in quod generat̃ & forma per ſe primo in quo. Vtitur aũt hęc poſitio pluribus argumẽtis. & pręcipue propoſitione Ariſt. in litera. & pro hac parte ſunt auctoritates infinitæ per Auer. inductæ, vt ſeptimo primę philoſophiæ cõmentis. 22. 26. 27. 31. 33. & octauo metaphyſicæ, commento. 3. & alibi pluries. vnde ſeptimo huius dicit forma non eſt generabilis neq; corruptibilis niſi per accidens, & ſimiliter eſt de materia. Generabile. n. & corruptibile in rei veritate eſt indiuiduũ cõpoſitum ex forma & materia. hæc ipſe commento. 23.

Poſitio ꝑpria. Videtur autem mihi dicendum eſſe de mente Auer. ꝙ forma ſimpliciter & primo generatur. Compoſitum vero per accidens, & hoc declaro ex dictis eius. nã generatio proprie & primo eſt ad eſſe. Eſt enim tranſmutatio de nõ eſſe ad eſſe quinto phyſicæ Auſcultationis. Sed id quod vere eſt, actus eſt vt dicit Auerroes in ſeptimo commento ſecundo de Anima, quare proprie & principaliter forma generatur. Amplius corruptio & generatio habent fieri circa idem, ſed corruptio eſt formæ principaliter & primo vt Auer. inquit primo phyſicæ Auſcultationis commento. 68. ergo & generatio habet eſſe circa formam. Adhuc, propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſed compoſitum generatur propter formam. ergo & forma magis. Rurſum id generatur quod extrahitur de potentia ad actum, ſed forma ſola extrahitur de potentia in actum, & compoſitum ratione formæ: vt octauo Metaphyſicæ commẽto. 15. & ſeptimo Metaphyſicæ cõm. 31. & infra cõm. 18. ergo forma generatur principaliter. Poſtremo compoſito nullum correſpondet eſſe præter eſſe formæ apud Auer. ſeptimo huius. eo quia cõpoſitũ non dicit tertiũ eſſe. Forma. n. totius & forma partis idẽ ſunt apud ipſum, quia materia non eſt pars quiditatis: ergo compoſito non correſpondet generatio alia à generatione formæ, & ſic per ſe & principaliter forma generabitur. hæ rationes non ſunt demonſtrationes, ſed ſunt ſatis probabiles & mihi bonæ ſicut & oppoſitæ aduerſariis ſunt probabiles. Sed propter rationes oppoſitorum debes ſcire ꝙ generatio eſt ad eſſe, aliquid autem eſſe eſt dupliciter, vel vt per ſe exiſtens, vel vt per ſe ſubſiſtens: id quod per ſe exiſtit, quod eſt & alia ſunt propter ipſum, & hoc modo forma per ſe exiſtit: id vero per ſe ſubſiſtit quod eſt & nullius pars eſt, & ſic cõpoſitũ ꝑ ſe ſubſiſtit quoniam eſt & nullius: neq; pars neq; accidens eſt. Tunc patet ꝙ forma principaliter generatur vt per ſe exiſtens: & hoc modo rationes meæ ſunt probabiles. Compoſitum vero principaliter generatur vt per ſe ſubſiſtens: & hoc modo ſonant rationes & auctoritates oppoſitæ partis, & ſic perſpicuum quo modo forma per ſe generatur & per accidens, & ſic compoſitũ per ſe generatur & per accidens: aliter tamen & aliter, & ſic de quæſtione.

Poſt hæc quia quæcunq; ex uniuoco fit ſubſtantia. nam & quæ natura ſunt ſubſtantiæ & Alia. Aut. n. arte, aut natura fit, aut fortuna, aut caſu. Ars quidem igitur, principiũ eſt in alio. natura autem principium in ipſo. homo nãque hominem generat, reliquæ uero cauſæ, horum priuationes.

Proponit Ariſt. hanc concluſionem, Omnis ſubſtãtia fit ab vniuoco. Dico omnem ſubſtantiam fieri ab vniuoco, tam de naturali, ꝗ̃ arte facta. Sed quo accepit concluſionem hanc, difficile hac. poteſt tñ dici, ꝙ hac de cauſa accepit hanc, quia dicitur compoſitum generari: & ideo poſſet dici ſi compoſitum generatur, quõ generatur, an ab vniuoco vel quõ? vel forte hęc eſt maior ſecundæ rationis hoc modo, videlicet, Omne quod generatur, generatur ab vniuoco: forma & materia vltimæ non generantur ab vniuoco: ergo non generantur. & ſic hæc videtur ſecunda ratio. teſtatur autẽ huic modus loquendi Ariſt. qui dicit {Poſt hæc quia} Hoc autem denotat hic velle tangere ſecundam rationem. Et forte nullus ante me inſpexit ad hæc & valde conſonat textui græco. Dicit. n. μετα ταῦτα, quod non conſueuit ponere, niſi quando continuat plures rationes ad idem. Primo ergo accipit maiorem, & inquit. Poſt hæc quia quæcunq; ſubſtantia fit ex vniuoco ſubaudi fit, loquor autem hic ample, quaſi dicat de ſubſtantia. nam & quæ natura ſunt ſubſtantiæ & alia. i. & quæ non ſunt à natura, ſed arte, quaſi dicat, ſummo in maiori ſubſtantiam large prout ſe extendit ad natura factum & ad arte factum. Subticuit autem minorem, quæ deberet eſſe, ſed formæ & materia vltimæ non fiunt ab vniuoco, quare non generantur, ſed quia minor & concluſio ſunt perſpicuæ, conuertit totum ſermonem eius ad maiorem, & probat illam ibi {aut enim} & videtur ꝙ ſua probatio ſit inductio, quia res poteſt fieri quatuor modis vel natura, vel arte, vel fortuna, vel caſu. horum quatuor ſunt duo boni, & reliqui ſunt priuationes. Modo conſtat ꝙ natura factum fit ab vniuoco, vt homo ab homine, & arte factum ſimiliter. nam domus in re fit à domo in mente. Reliquæ vero cauſæ vt fortuna & caſus non ſunt cauſæ, ſed priuationes cauſarum: & ideo non eſt cura ſi quæ fiunt caſu & fortuna non fiunt ab vniuoco, inquit, Nam omne quod fit, aut arte, aut natura fit, aut fortuna, aut caſu. Differt vero caſus à fortuna, quia caſus eſt natura agens præter intentionem, & fortuna eſt intellectus agens præter intentionem. & apponit incidentaliter differentiam inter factum arte & factum natura: & dicit ars igitur principium eſt in alio. Natura vero principium eſt in ipſo, vt ſecundo phyſicorum dixit. Facta diuiſione inducit in generatione naturali, & inquit, Homo nãque hominem generat ſubaudi & domus in mente generat domum in re. Subticuit autem exemplum in arte, quoniam in ſeptimo poſuit exemplum de ſanitate, vt dicit Auerroes ibidem commento. 23. Et quia induxit in arte factum & natura, ne quis credat ipſum eſſe inſufficientem, addit, reliquæ vero cauſæ: vtpote caſus & fortuna, horum ſcilicet artis & naturæ priuationes ſunt quia cauſæ per accidens, ideo effectus illarum non ſunt ab vniuoco, & hæc expoſitio eſt optima, & nullus latinorum intelligit locum hunc {Quomodo declarauit} Auerroes ponit Cõm. 22. intentionem & cauſam intentionis. Intentio quidem eſt loqui de cauſa agente. Cauſa intentionis eſt, quia compleuit ſermonem de forma & materia, & tu vides quomodo hæc expoſitio differt à noſtra & eſt bona, & apud Auerroem Ariſtoteles ſumit hanc concluſionem, omne generatum fit ab vniuoco in nomine & de finitione, vt homo ex homine, & equus ex equo, & ſic de cæteris {Et dicit Alexander} Contra hanc propoſitionem arguit Alexander tribus argumentis. Primo, Quæſtiones contra Ariſt. quia animalia ex putri materia orta, naturaliter fiunt, neq; caſu, neq; arte, neq; fortuna fiunt. & tamen non ſunt ex ſimili in nomine vel definitione {Neque etiam} Secundo mulus eſt à natura genitus, & tamen non fit à mulo & ſibi ſimili in nomine & definitione {Quid

autem} Tertio obiicit. nam Ariſtoteles facit hanc copulatiuam, quæ fiunt à natura, fiunt ab vniuoco, & alia quæ explicat vt arte caſu & fortuna: ergo videtur velle ꝙ omnia facta fiant ab vniuoco. hoc autem licet ſit verum in natura & arte facta, non tamen in caſu & fortuna generatur. nam hæc non fiunt ab agente determinato, ſed ab infinito, vt ſecundo Phyſicorum colligitur { Et forte } Soluit & primo vltimam quæſtionem, ꝙ licet Ariſtoteles acceperit illam vniuerſalem, omnis ſubſtantia generata fit ab vniuoco, poſt tamen in fine textus facit exceptionem volens hanc eſſe intelligendam de vere generato, modo quæ caſu & fortuna fiunt non vere ſunt generata. Et propterea ſermo Ariſtotelis non verificatur in illis. ꝙ autem hæc non vere generentur, patet, quia non per generationes, ſed per priuationes generationis fiunt, id eſt per defectus & errores in generatione. Per hoc enim quòd ſperma ab aliquo accidente impeditur, generat aliquando manum cum duobus vel pluribus digitis. Et breuiter ad formam dicendum quòd genita caſu non ſunt genita, quia licet Ariſtoteles vniuerſaliter protulit verbum limitat id in fine. Confirmat autem hanc ſolutionem Alexandri per hoc quòd in tractatu ſecundo, hoc eſt in octauo, ſatis ample dedit hanc ſolutionem { Et eſſe } Soluit primam quæſtionem & vult ꝙ licet genita non fiant à ſimili ſpecie vel nomine, fiunt à ſimili in operatione hoc eſt in virtute. nam generantur à calore ſtellarum, qui eſt virtualiter ſimilis genitis illis, & hoc ſatis eſt. Poteſt etiam dici, quòd quando generatur aliquod putrefactorum, vtpote veſpa, prius fit quoddam corpuſculum ſimile ſpermati, quod habet duas partes: alteram quidem calidam, quæ eſt velut ſpiritus formatiuus, Alteram vero humidam ex qua format corpus. Ille ergo ſpiritus eſt ſimilis animali genito ſaltem in virtute, & de his ample dicemus in commento. 18. { Dicitur etiam } Aliter reſpondet ad tertiam quæſtionem & eſt ſolutio apud quoſdam. Volunt enim quòd litera non debet legi copulatiue, ſed ſingulum debet referri ad ſingulum. Intelligitur ergò ſic, quòd omne quod fit, fit ab vniuoco ſecundum ſpeciem modi faciendi & non ſecundum ſpeciem rei factæ, verbi gratia, Omne quod fit à natura fit ab ente naturæ & non ab ente artis & omne quod fit ab arte fit ab ente artis, & non ab ente naturæ. Similiter & de caſu fato & fortuitu. & ſic vniuerſale verum eſt, omne quod fit fieri ab vniuoco ſui generis & non ſuæ ſpeciei { Ars eſt principium } Hic ponit differentiam inter artẽ & naturã, quę differentia ex declaratione literæ perſpicua eſt { Et cum non dixit } dubitaret forte aliquis. dixit Ariſtoteles generata generari quatuor modis & ſubticuit de genitis voluntate, & ſic videntur quinque modi. Reſpondet quòd voluntas reducitur ad artem, quia eſt principium agendi in alterum quemadmodũ & ars. agit enim in potentiis executiuis, quæ ſunt aliæ ab ea, licet apud quoſdam voluntas agat in ſeipſam actum volendi, ſed hoc relinquitur quòd non eſt peripateticum { Homo enim } Facta diuiſione inducit nunc & vtitur vno exemplo. Colligit Alexander hic quòd Ariſtoteles loquitur in ſuo ſermone de generatis primarie, hoc eſt per ſe, & non de generatis ſecunda intentione, quæ vocantur genera per accidens & caſu. Cuius ſignum dat, quia ea, quæ fortuna & caſu generantur vocant generata priuatiue & non abſolute, & Auerroes primo ponit verba Alexandri. Secunda ibi { & vt dicit Alexander } exponit verba illa { Dixit Alexander } Aliter reſpondet Alexander ad primam & vult ꝙ generata ex putrefactione ſunt caſu & non per ſe & ſicut excluduntur à copulatiua. Addit tamen eſſe manifeſtum ex aliis libris ab arte facta fieri ab vniuoco, quia ſeptimo metaphyſicę commento. 23. declarauit ſanitatem in re fieri à ſanitate exiſtente in anima medici { Quoniam vero mulus } Ad ſecundam de mulo reſpondet ꝙ mulus fit ab vniuoco ſecundum ſpeciem proximam & non ſecundum ſpeciem ſpecialiſsimam: eo quia aſinus, equus, & mulus ſunt eiuſdem ſpeciei ſubalternæ & non ſpecialiſsimæ { Et hoc quod dixit Alexander } Recitatis expoſitionibus, & quæſtionibus, & ſolutionibus Alexandri in iſto loco vult Auerroes aliqualiter moderare dicta Alexandri. Et primo obiicit, nam licet artificialia ſint ab vniuoco, tamen non apparet ex textu. In textu enim non plus habetur niſi quòd ſubſtantiæ ſunt ab vniuoco, & cauſa erroris eſt, quia litera non eſt legenda copulatiue, vt legit Alexander, ſed illa particula { & alia } quæ in barbara tranſlatione iacet { & illa alia reſidua } non tenetur copulatiue, ſed illa particula { & } eſt principium noui ſermonis, cuius appoſitum eſt, & illa alia reſidua, aut ſunt artificialiter & reliqua { Et in alia } Confirmat quia in alia tranſlatione non inuenitur ſcriptum illud artificiale & ſignum eſt quod eſt additum extra { Et idem } Tertio quia ſermo iſte ponitur in ſeptimo, vbi non ponit illam particulam, artificiale { Et inuenimus } Quarto arguit, quia in alio ſermone hæc litera copulatur hoc modo { neceſſe eſt vt hoc ſit } & reliqua vbi poteſt non reperiri verbum illud, ſed ſolum ꝙ omne quod fit aut fit naturaliter aut per ſe, id eſt caſu { Et reputo } Pro Alexandro arguit, & oſtendit ꝙ litera debet legi copulatiue ſic, ꝙ illa particula { & alia } vel vt habet barbara tranſlatio { & illa alia reſidua } debet legi cum præcedenti & non ꝙ ſit principium noui ſermonis, & ſignum huius ponit, quia probatur illis verbis ſubſcribit { Aut enim } Modo hæc particula enim vel hæc particula, quoniam dat intelligere ꝙ ſermo non incipit ab illa particula { & alia } vel ab illa { & illa alia reſidua } & certe Alexander loquitur iuxta verba græca hæc, videlicet, quæ enim natura ſunt, ſubſtantiæ ſunt, & alia, vel enim arte &c. { Et hoc inuenimus } Idem confirmat per tranſlationem Ioannis & repetit verba præcedentis textus cum verbis præſentis: vbi patet illa particula. Quoniam eſſe additam vt reddat cauſam eius quod præceſsit { Et quod plus } Tertio probat idem quia addit artificialiter facta: modo conſtat illa fieri ab vniuoco. hæc faciunt pro parte Alexandri: eſt ergo quæſtio ambigua pro vtraque parte { Sed videtur mihi } Cum quæſtio erat ambigua pro vtraque parte, Auerroes nunc ponit opinionem propriam & vult quòd propoſitio ſolum vera ſit in ſubſtantiis. Quoniam per illud verbum { & alia } quod in barbara tranſlatione habetur { & illa alia reſidua } intelligit accidentia, quaſi dicat ſubſtantiæ fiant à natura & à ſibi ſimili: & illa alia reſidua ſcilicet accidentia fiunt aut caſu aut fortuna, & hoc pacto vult Auerroes literam eſſe legendam. Sed ad argumenta non reſpondet quæ erant pro Alexandro, poſſet tamen dici pro Auerroe negando tranſlationes, & hoc quia Alexander habuit falſum textum. Tu vero in his conſidera { Et ſecundum hoc } Contra, quia ſi propoſitio Ariſtotelis eſſet vera in ſubſtantiis, tunc

Moderatio Auer.

animalia

animalia ex putrefactione orta fierent ab vniuoco. Reſpondet & concedit antecedens & conſequens & conſequentiam, & hoc probat duabus rationibus. Prima, quæcunq; fiunt caſu non habent ordinem, ſed orta ex putrefactione habent ordinem: ergo non fiunt caſu. Secunda ibi {Et plura eorum) Et eſt quæcunq; fiunt in temporibus terminatis non fiunt caſu, ſed hæc orta ex putrefactione fiunt in periodis terminatis: ergo non à caſu {Hoc autem quod) Reprehendit Alexandrum in alio. quoniam Alexander allegauit ſolutionem ſuam de animalibus ex putrefactione ortis in phyſicis, modo dicit Auerroes, Alexandrum peccaſſe per obliuionem, quia talis ſolutio non reperitur in libro phyſicorum. Excuſat tamen ipſum eo, quia forte liber phyſicorum eſt diminutus in libro eius. Sed hæc excuſatio eſt fuga. Forte enim Alexander intelligit per phyſica omnes libros naturalis philoſophiæ. nam in libro de Generatione animalium, dedit ſolutionem illam Ariſtoteles {Et cum diximus) Quia accepit hæc animalia fieri ab vniuoco, exponit quomodo. nam Alexander voluit in prima expoſitione quòd fiunt ab vniuoco in virtute, ſ. à calore Solis & Stellarum multiplicato in aere. Ipſe dicit quòd fiunt dupliciter ab vniuoco, vno modo, vt dicit Alexander, à calore Solis & aliarum Stellarum. Secundo modo à virtute formatiua reperta in particula ſeu corpuſculo putrefacto. Imaginatur enim quòd ſicut à patre & matre deciduntur duo ſpermata, è quibus fit quoddam corpus quod embryo dicitur, ſic à calore Solis & Stellarum generatur corpuſculum quoddam ſimile embryoni, & ſicut in embryone eſt pars ſubtilis ſpirituoſa quæ ſpiritus formatiuus dicitur ſicut in corpuſculo illo adeſt pars ſubtilis aerea ſpirituoſa: ergo duplex eſt vniuocatio, & vniuerſalis qualis eſt inter calorem cœleſtem & animal id, & particularis reperta in particulari ſemine. Virtus autem illa quæ eſt in corpore vel in ſemine illo aſſimilatur arti apud Ariſtotelem, & ideo eſt ſimilis illi genito, & quaſi probat hoc Auerroes, ars generat ſibi ſimile, ſed virtus illa contenta in ſemine eſt ſimilis arti: ergo generat ſibi ſimile. Probat minorem, quia nulla videtur differentia inter illa tria, ſed inter virtutem quæ eſt in corpuſculo in ſemine & arte, niſi in hoc tantum quòd illa quæ fuit in ſemine deciſa eſt à patre & matre, ea vero quæ eſt in corpuſculo deciſa eſt à Sole tantum, cuius ſignum dicit, quia Ariſtoteles dicit. Hominem generari ab homine & Sole {Et ideo) Corollarium contra Themiſtium. Themiſtius enim probauit pro Platone formas & ideas eſſe, vt ſaluaret generationem animalium ex putrefactione ortorum. Dicit modo Auerroes quòd nulla eſt propter hoc neceſsitas, quia talia animalia generantur à Sole & corpuſculo illo loco ſeminis facto. Sed in hoc commento adſunt quæſtiones. prima eſt Expoſitoris. Arguit enim calidum in corporibus inferioribus generari à Sole & non à calido: ergo propoſitio falſa. Amplius ſecundo cœli commento. 42. Calor cauſatur à motu & luce, & tamen nõ ſunt vnius rationis. Adhuc in ſubſtantiis arguitur. nam tertio de cœlo commento. 56. Ponit quòd ignis poteſt generari ab igne & à concuſsione lapidum, quando ergo generabitur à concuſsione, certum eſt ꝙ non generabitur à conuenienti in nomine & definitione. quare propoſitio falſa. Rurſum motor cœleſtis corporis efficit motum, & tamen motus & motor non ſunt vnius ſpeciei. Circa hanc expoſitionem Alexander dedit tres expoſitiones. Et prima eſt quòd debet intelligi in vere genitis ad excludendum genita caſu & fortuna quæ generantur. qui errores ſecundo de vniuocatione in forma vel in virtute, & hoc propter animalia genita ex putrefactione. Secunda expoſitio fuit quòd debet intelligi vniuerſaliter in omnibus, ſed ſimilitudo debet eſſe in genere, vt ſi eſt ens naturale à natura, & ſi artificiale ab arte &c. Tertia expoſitio fuit quòd debet intelligi in vere genitis & de vniuocatione in ſpecie ſpecialiſsima vel ſubalterna, dico in vere genitis excludendo animalia ex putrefactione & caſu facta: dico in ſpecie ſpecialiſsima vel ſubalterna propter generationem muli. ex his omnes rationes ceſſant. Themiſtius autem vt dicetur commento. 24. Gloſſat propoſitionem tribus cõditionibus ſeruatis, ſ. in agente principali propinquo, & eſſentiali, & tu vide ibidem. Auerroes autem videtur gloſſare hanc in ſubſtantiis, & videtur velle omnem ſubſtantiam fieri à ſibi ſimili. in accidentibus autem vult propoſitionem non habere locum. Sed hæc ſolutio videtur falſa. Primo propter ignem qui generatur ab igne & ab excuſſione lapidis. Secundo videtur falſum, quia vel intelligit per vniuocationem in virtute vel in forma. Si in virtute erit vniuerſalis in omnibus. Si in forma eſt falſa in ſubſtantiis genitis ex putrefactione. & hæc videtur maxima ipſi. Adhuc contradicit ſibi, quia ſeptimo huius commento. 30. dicit propoſitionem eſſe veram ſolum in generatis ex patre & matre. & hoc vult eſſe vniuerſaliter in omnibus ſubſtantiis, & vtinam eſſet ſolutio aliqua pro ipſo quæ eſſet vtilis. Forte propter hęc recentiores fingunt propoſitionem eſſe veram in omnibus tam ſubſtantiis q̃ accidentibus. Q̃m omne quod fit ab vniuoco fit, vel in forma & modo eſſendi formę, vel in forma tantum, vel ſpecialiſsima, vel generica, vel virtute, & ſic conſtituunt gradus quatuor vniuocationis, & tu vide eos. Sed hæc ſolutio eſt contra textum qui tantum videtur verificare in ſubſtantiis. Adhuc etiam caſu videntur fieri ab vniuoco iſto modo. Et propterea videtur mihi eſſe dicendum cum Auer. vbi debes ſcire quòd Auerro. vult hic per generationem vniuocam eam in qua effectus & agens ſunt conuenientia in forma, ſed formam ſumit tam per gradum à quo ſumitur ſpecies quàm pro gradu à quo ſumitur genus prædicamenti. Tunc ipſe vult duas propoſitiones. Prima, ſolum ſubſtantia generat ab vniuoco in forma prædicamenti, hoc eſt dicere, ſolum ſubſtantia fit à ſubſtantia principaliter. Secunda, aliqua ſubſtantia fit à ſimili in ſpecie, & aliqua à ſimili in prædicamento. Prima pars patet ſeptimo huius commento. 30. Secũda pars patet in animalibus generatis ex putrefactione. In accidentibus autem non eſt ſic. Quoniam accidens poteſt generari ab accidente & à ſubſtantia. Tunc reſpondetur ad argumenta contra hoc. Primum tollitur eo quia ignis generatur principaliter à ferro & à lapide, ſed diſpoſitiue à motu. Ad ſecundam dicendum quòd intelligit vniuocationem formæ prædicamenti & non formæ ſpeciei, & ſic non poteſt intelligi accidens ſic fieri. Quoniam accidens quandoq; ab accidente, quãdoq; à ſubſtantia fit. Ad tertiam patet, ꝙ non contradicit per ſecundam concluſionem.

Subſtantiæ autem tres ſunt, materia quidem, hoc aliquid exiſtens apparere. nam quæcunque ſunt tactu & non connaturalitate, materia, & ſubiectum. natura uero, & hoc TEX. c. 14.

aliquid inquantum & habitus quidam. Amplius tertia quæ eſt ex his ſingularis ut Socrates, & Callias. In quibuſdam quòd igitur hoc aliquid non eſt præter compoſitam ſubſtantiam, ut ſpecies domus, ſi non eſt ars. Sed nec eſt generatio, nec corruptio horum, ſed alio modo ſunt, & non ſunt ut domus quæ ſine materia & ſanitas, & omne quod ſecundum artem. Sed ſiquidem in eis quæ ſunt natura.

Incæpit tractare de forma, & declarauit primo qualiter ipſa per ſe non eſt generabilis, ſed vt pars cõpoſiti,& ſic de ea locutus eſt in comparatione ad agẽs, nunc iterum de ea loquitur in comparatione ad materiam & ad ſubſtantiam compoſitam, & hoc vt contradicat Platoni & aliis male ſentientibus. Primo tamen iterum diuidit ſubſtantiam ſenſibilem. Fuit enim prima diuiſio in tres partes, vt in ſubſtantiam ſenſibilem æternam, & ſubſtantiam ſenſibilem generabilem, & ſubſtantiam inſenſibilem. Nunc diuidit ſubſtantiam ſenſibilem generabilem, & hoc in tres, vt in materiam, formam, & compoſitum, & ſingulum propria declaratione declarat, inquit Subſtantiæ autem,ſ.ſenſibiles ſunt tres. Materia quidem hoc aliquid exiſtens apparere. Debes ſcire, quòd aliquid eſt hoc aliquid vere, vt forma vel compoſitum. & hoc quia eſt actus vel habens actum. Aliud dicitur eſſe hoc aliquid apparenter, non quia ſit hoc aliquid, ſed quia apparet eſſe tale, eo quia ſicut ſubſtantia compoſita ſubiicitur accidentibus, ſic materia ſubiicitur formis. Expoſitor & ſequaces verba hæc ad antiquos referunt. Dicit enim, quòd antiqui ſolam materiam cognouerunt & propterea dixerunt ſolam illam eſſe ſubſtantiam,reliqua vero accidentia. Sed iſti peccant valde. Non enim Ariſtoteles ad antiquos loquitur, ſed illudmet dicit quòd in phyſicis accepit. Dixit enim materiam non eſſe ſcibilem niſi per ſimilitudinem & ad formam & ad ſubiectum compoſitum.& hoc videtur dicere hic. Inquit enim materia quidem hoc aliquid exiſtens apparere, & iſta particula apparere debet legi in ablatiuo: nam græce ſic iacet. Materia quidem hoc aliquid exiſtens τῷ φαίνεσθαι modo Græci vtunẽ datiuo pro abltiuo, quaſi ergo dicat, Materia quidem hoc aliquid exiſtens apparere, hoc eſt quadam ſimilitudine & ꝓportione.non quòd ſit vere hoc aliquid, ſed ſimilitudine & proportione ad hoc aliquid. Omne enim ſimilitudinarie tale poteſt dici tale:huius autem cauſam ſubſcribit Ariſtoteles dicens. nam quæcunque ſunt tactu & non connaturalitate, vt ſunt opera artis, vt domus, arca, & huiuſmodi, ſunt materia & ſubiectum, & nihil tertium ex his aut præter hæc. & hac ſimilitudine materia ad formam dicitur hoc aliquid. Fecit autem errare expoſitores mala tranſlatio, eo quia in tranſlatione eorum habebatur ſubſtantiam apparere, & hoc non ſic habetur in græco, ſed exiſtens apparere. & tu vides quomodo ex mala tranſlatione cadunt {Natura) Nunc formam exponit, & inquit. Natura vero & hoc aliquid.ſumit autem naturam pro forma, quia natura dicitur de vtraque, ſed per quandam excellẽtiam de forma. Hæc autem dicitur vere hoc aliquid & non ſm apparentiam, vel ſimilitudinem,ſed abſolute. Sed quoniam forma dicitur quandoq; priuatio, adiicit ad quam,& habitus quidam ſubaudi reducitur. nam forma efficitur habitus qñ in materia permanet {Amplius) Deſcribit tertiam, & inquit,Amplius tertia quæ eſt ex his,ſ.materia & forma eſt ſingularis,vt Socrates, & Callias {In quibuſdam quòd igitur) præmiſſa diuiſione ſubſtantiæ ſenſibilis corruptilis, nunc proſequitur de forma. Et primo ſumit hanc concluſionem, in formis artificialibus,videlicet,formæ artificiales non ſunt ſeparatæ à ſubiectis, ſeu ſubſtantiis compoſitis. Secũdo ſumit hanc hypotheticam, ſi quæ formæ ſunt ſeparatæ à ſubſtantiis compoſitis, illæ ſunt naturales, non tamen ipſe acceptat antecedens nec conſequens, ſed loquitur hypothetice, inquit, In quibuſdam quidem igitur hoc aliquid,i.forma non eſt præter compoſitam ſubſtantiam, & exponit ſe.d.vt domus ſpecies,i.forma {Niſi ſit ars) Soluit tacitam quæſtionem quia quis poteſt dicere, ꝙ domus ſpecies eſt ars exiſtens in mente artificis & non in re,domus ergo eſt ſeparata. Soluit & arguit contra.d.niſi ſit ars.Contra arguit.d.quæcunq; ſunt in mente non generantur neq; corrumpuntur: ſed ſpecies domus generatur & corrumpitur: ergo non eſt in mente. Ponit maiorem.d. Sed nec eſt generatio nec corruptio horum:puta,quæ ſunt in mente, ſed alio modo ſunt & non ſunt, quia per doctrinam vel diſciplinam,ſ.domus, quæ ſine materia,ſ.quæ eſt in mente & ſanitas & omne quod ſecũdum artem. hæc eſt prima concluſio & eius declaratio.ponit ſecundam.d.Sed ſiquidem, ſubaudi ſint formæ abſtractæ,ſunt in eis,quæ ſunt natura,hanc autem non declarat, ſed poteſt declarari per conſequentia poſt. hæc ergo eſt expoſitio huius loci ſanè iuxta verba græca. Cum dixit}Proponit intentionem partis & cauſam intentionis. Vult itaq; ꝙ Ariſtoteles diuidat ſubſtantiam in tres, quemadmodum fecit in naturalibus & in ſeptimo huius. cauſa huius diuiſionis eſt, vt per ipſam poſſit deuenire ad cognitionem primæ formæ, & primi finis,& hæc expoſitio parum differt à noſtra {Dicit Alexander) Mouet nunc quæſtionem Alexandri circa id verbum {hoc aliquid exiſtens apparere) Vbi Alexander dicit mihi etiam in hoc ſermone eſt difficultas, & propterea dat quatuor expoſitiones. Prima ergo expoſitio eſt quòd materia non eſt hoc aliquid ſui natura, ſed ipſo apparere, hoc eſt forma qua ipſa materia ſentitur vel videtur. nam ipſa ſeipſa eſt inſenſibilis:ſentitur autem propter formã {Dicit autem erit) Secunda expoſitio eſt, quòd materia eſt hoc aliquid exiſtens ipſo apparere,i.apparenter. vt videbatur antiquis & non exiſtenter, quorum fundamentum fuit, quia materia reperitur in quolibet, & omne quod eſt in quolibet eſt hoc aliquid : ergo materia eſt hoc aliquid {Intentio autem) Poſitis expoſitionibus Alexandri Auerroes declarat illas & dicit. Intentio autem & ſenſus primæ expoſitionis Alexandri eſt, quia materia eſt illa quæ videtur aut ſentitur non propter ſe ſed propter formam,& tunc litera debet legi conuerſe, videlicet, materia quidem apparet ſm ꝙ eſt hoc aliquid,i.actuata per formam & non quòd ſit hoc aliquid per apparentiam, & hæc eſt expoſitio prima. Sed hæc expoſitio valde contorquet textum & eſt falſa. Contorquet quidem textum,vt patet in græco.eſt vero falſa, quoniam Auerroes primo cœli commento.95. ait materiam intelligi propter formam, & rem ſentiri propter materiam,ecce quomodo contradicit huic. Dicendum primo ꝙ licet contorqueat textum,hoc non eſt incõueniens propter veritatem. Dicendum ſecundo ꝙ materia & forma poſſunt cõparari inter ſe & ad compoſitũ. Si inter ſe, ſic materia eſt ſenſibilis propter formam,& ſic intelligit hic. Si ad compoſitum ſic compoſitum eſt ſenſibile propter materiã & in-

Cõm.14.

Expoſitio prima.

Secunda expoſitio.

Expoſitio primæ expoſitionis.

& intelligibile propter formam, & ſic loquitur primo cœli. Intentio vero ſecundæ) Exponit ſecũdam & vult ꝙ materia ſit hoc aliquid apud ſenſum. nam ſenſus diſcernit differẽtiam inter materiam & formam, ſed intellectus. & hoc dicit propter antiquos qui tãtum ſenſibilia cognouerunt, & ſic materiam ſolam & non formam perceperunt, & ſic apud eos ſola materia eſt ſubſtantia, & formæ ſunt accidentia, eo quia formæ ſunt intelligibiles tantum, & non ſenſibiles {Dicit Alexander) Exponit Alexander ſecundam partem textus & videtur ꝙ ipſe in hac parte ſequatur ſecundam expoſitionem nunc poſitam, & ſic vult ꝙ reddat cauſam quare veteres non dixerunt niſi materiam, & vult ꝙ hoc dixerunt propter argumentum à ſimili. nam ita ſe habet forma naturalis ad materiam naturalem, ſicut artificialis ad ſubſtantiam, ſed in artificialibus ſola materia eſt ſubſtantia: ergo in naturalibus, hæc eſt expoſitio ſecundæ partis textus {Sed forte) Tertia expoſitio Alexandri eſt de materia proxima, quia hæc eſt hoc aliquid ipſo apparere, hoc eſt ipſo exiſtere actu {Et forte dicit) Quarta expoſitio eſt noſtra quam diximus in textu. & vult ꝙ materia ſit hoc aliquid nõ vere, ſed apparere ipſo, i. ſimilitudine & proportione ad formam & ad ſubſtantiam compoſitam. reddit cauſam huius expoſitionis dicens ꝙ non dicit de ea in alio loco, videlicet, ꝙ ipſa ſit cognita ſecundum ſimilitudinem, non debet contradicere huic quod dixit modo. nam materiam intelligere nõ poſſumus niſi per comparationem ad ſenſibilia & nobis primo nota {Et forte) Adaptat nunc ſecundam partem textus ad hanc expoſitionem, quaſi dicat, quod ideo materia eſt hoc aliquid per comparationem: qm̃ ſic ſe habet ad formas ſicut ſubiectum ad accidentia artis. addit Alexander ꝙ Ariſtoteles forte vtitur hoc verbo hoc aliquid loco huius verbi aliqua ſubſtantia, inquit Auer. hæc igitur ſunt verba Alexan. Accipe ergo quatuor expoſitiones bonas, & ego vltimam tantum teneo {Intentio autem primi) Exponit nunc per ordinem omnia dicta Alexan. & primo expoſitionem ſecundæ partis textus, & quaſi dicat. dico materiam eſſe ſolam ſubſtantiam, qm̃ in rebus artificialibus cum contingunt ſe ſola materia eſt ſubſtantia & ens, reliqua ſunt accidentia & ponit exempla & ſermo patet {Intentio autem tertiæ) Exponit tertiam & vult ꝙ materia proxima ſit exiſtens hoc aliquid ipſo apparere, i. reſpectu ſubſtantiæ ſenſibilis, quia ipſa eſt inquantum eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ, & ſupra hoc exponitur id quo { ſubſcribit. d. nam quæcunq; ſunt tactu & non connaturalitate eſt materia & ſubiectum, quod dicit eo quia materiæ proximę ſe tangunt, qm̃ tactus eſt corporum mõ materiæ proximę ſunt corpora, quæ vero connaſcuntur primo ſunt elementa, quæ non ſe tangunt: ſed cũ mixto connaſcuntur. & huius ponit exemplum & patet. {Intẽtio quarta) Exponit quartam & vult ꝙ Ariſtoteles velit tres eſſe ſubſtantias. ſ. materiam & formã & compoſitum, & materiam vult eſſe hoc aliquid ipſo apparere, i. ipſa proportione ad formam. Eſſe enim materiæ eſt eſſe relatum ad formam. Eſt autem hæc proportio ſimilitudo quædam ſic ꝙ ita ſe habet materia ad formas ſicut ſubſtantia ad formas artificiales, & per hoc patet prima & ſecunda pars textus {Et omnia) Vult modo ponere quintam expoſitionem, & primo præmittit cauſam ſuæ neceſsitatis, & vult quòd ideo eſt ponẽda quinta expoſitio quoniam ex his quatuor Alexan. nihil noui ſcitur de materia quod non eſt omnibus commune, & propterea eſt ponenda quinta vt ſaluetur ſenſus literæ: & cum hoc habeatur aliquid noui in ipſa materia nondum compertum {Et vr̃ mihi) Præmiſſa cã neceſsitatis quintæ expoſitionis nunc proſequitur & primo præmittit intentionem partis, & inquit, & vr̃ mihi ꝙ intendebat dare differentiam inter naturam materię in eſſe, & naturam formæ vniuerſalis, & maxime illius formæ vniuerſalis quod eſt genus. hæc ergo eſt intentio {Reputatur. n.) Probat neceſsitatem, & inquit, Reputatur. n. ab antiquis ꝙ prima materia habet naturam rei vniuerſalis prædicabilis de pluribus, & hoc quia communis multis, immo omnibus generabilibus & corruptibilibus quo fundamẽto quidam extimant materiam eſſe corpus, & forte tãgit Auicennam, vt primo Phyſicorum commento. 63. & forte tangit Plat. vt primo Peri hermenias, & forte tangit alios {Et ſi ita eſſet) Contra ergo hanc poſitionem adducit duas rationes quas clarius ſcripſit in primo huius commento. 17. & inquit, & ſi ita eſſet haberet formam ſubaudi qua ſubſtantiaretur, tenet conſequẽtia, quia omne corpus eſt tale propter formam, & ſic non eſſet pura potentia {Et non eſt) Secundo arguit, ſi materia eſt vniuerſale genus vtpote corpus non eſt vna ſecundum numerum, ſed ſecundum formam ſubaudi mediam inter potẽtiam & actum. modo dictum eſt alibi ipſam eſſe vnam numero: ergo &c. {Demonſtrãdum igitur) Sed dubitatur, quia ſi materia eſt vna numero non videtur poſſe reperiri in pluribus, vt primo huius commento. 28. 31. & 46. Qũo. n. aliquid poteſt eſſe vnum numero & reperiri in pluribus. vr̃. n. implicare contradictoria {Hoc quidem) Reſpondet qõni & diſtinguit de vno numero, qm̃ vnum numero duplex eſt in actu, & in potentia. In actu quidem vt Soc. & Callias, quia quilibet horum eſt vnus propter formam vnam. Tale ergo vnum numero impoſsibile eſt reperiri in pluribus. Sed vnum numero priuatione, & potentia bene poteſt pluribus in eſſe {Quod non habet) Solutionem declarat & oſtendit quòd materia eſt vna numero & communis pluribus. Vna numero quidem per hoc quia caret formis indiuidualibus quibus numeretur & plurificetur. Communis vero quia caret vna forma qua res dicatur vna numero & non per formam communem, ſicut genus: ergo ſm̃ carentiam formarum indiuidualium eſt vna numero, dẽpta. n. cauſa pluralitatis relinquitur vnitas. Secundum carentiam vero formæ indiuiduæ eſt cõmunis pluribus, qm̃ res eſt vna per vnam formam, quia dempta cauſa vnitatis relinquitur pluralitas, & communitas: ergo materia eſt vna numero & communis pluribus, & ſolum fundamentum eſt, quia eſt ens in potentia {Formæ. n.) Sed circa dicta mouet quæſtionem qm̃ ſimiliter erit de vniuerſalibus. nam vniuerſalia ſunt entia in potẽtia: ergo quodlibet vniuerſale erit vnum & commune ſicut materia, antecedens probatur. qm̃ ſcire vniuerſale, eſt ſcire in potẽtia. & hoc pro tanto quoniam vniuerſale eſt ens in potentia: ergo vniuerſale erit vnũ numero & commune ſicut materia {Coniunctio igitur) Reſpondet ꝙ communitas vniuerſalis & materię differunt, quoniam vnitas rei vniuerſalis eſt extra animam in potentia, quoniam ratione formæ quæ eſt vniuerſale potentia. Sed vnitas materiæ eſt propter priuationem, quia non intelligitur talis niſi propter ablationem formarum, modo priuatio eſt ens rõnis & non

Expoſitio ſecunda.

Tertia expoſitio.

Quarta expoſitio.

Expō Auerroes ſuper dictis Alexand.

Quinta expoſitio.

eſt ens extra animam {Materia igitur) Corollarium concludit & dicit. Materia igitur non habet eſſe extra animam ſm hunc intellectum, ſ. inquantum cōis omnibus generabilibus & corruptibilibus. qñ non intelligitur ſic niſi ſm priuationem, modo priuatio eſt ens in anima {Et qūo ita) Soluit qōnem, quia ſi ſic, tunc materia non differt à priuatione nec eſt ens extra animam. Reſpondet ꝙ differt à priuatione & eſt extra animam inquantum ſubiectum indiuidui ſenſibilis quod vr̃ & non propter illud quod intelligitur ex ea, i. propter priuationem: ergo inquantum ſubiectum eſt ens extra animam, ſed inquantum priuata, eſt ens in anima {Et hæc) Nunc declarat qualiter ſe habeant eius dicta hic, & inquit, & hæc eſt perfecta imaginatio materiæ eo, quia ſcitur eius vnitas & eius communitas, & per conſequens eius natura, & hoc expreſſe nunquam dixit Ariſto. in aliquo loco, ſed inuenitur ex eius verbis, ſupra quibus dicit Ioannes, & hoc eſt verum, quia in primo Metaphyſicæ dicit, ꝙ in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum. & Auer. commento. 17. ibidem declarat qualiter. & ſeptimo huius dicit, ꝙ ipſa nec eſt quid, neq; quale, neque quantum, neque aliquid aliorum quibus diuiſum eſt ens. Ex his duobus poteſt ſumi ſententia Auer. de materia. Ego autem ex aliis locis colligo intellectum Auer. de materia. Dicit enim Ariſto. octauo Metaphyſicæ. neq; omnis materia eſt, ſed quorum generatio eſt & tranſmutatio, vbi Auer. commento. 14. dicit, & ex hoc verificatur ꝙ prima materia rerum generabilium & corruptibilium eſt eadem, ſ. quia omnia generabilia & corruptibilia alterantur adinuicem, & decimo huius dicit. Materia. n. negatione oſtenditur, vbi Auer. commento. 24. idem colligit. Id ergo inuenitur ex verbis Ariſto. non tamen

Digreſſiones. ita explicate atque ita colorate ſicut dicit Auer. Sed circa dicta ſunt quæſtiones non paruæ. Prima ſi materia eſt communis pluribus, vt dicit Auer. ergo prædicatur de pluribus. Conſequens eſt contra Auerroem primo huius commento. 17. & contra rationem, qm̃ ſi prædicatur de pluribus, vel prædicatur in quid, vel in quale, ſi in quid erit genus, ſi in quale erit differentia. Secundo dubitatur, quia ſi genus eſt ens extra animam in potentia: ergo quandoq; erit ens extra animam in actu, quoniam fruſtra eſt illa potentia quæ nō reducit ad actum, primo cœli. Tertio quæro quomodo forma eſt fundamentum vniuerſalitatis, vel quia ipſa forma & vniuerſale idem ſimpliciter, vel quia forma generat vniuerſalitatem, quod eſt falſum, quia intelligēs generat vniuerſalitatem. Quarto, cuilibet enti poſitiuo debetur vnitas poſitiua, quia eadem ratio entis & vnius entis, vt quarto huius ſcribitur. Sed materia eſt ens poſitiuum, quia ſubſtantia & illius ſpecies, vt per diuiſionem ſuperius poſitam in textu patet: ergo & vnitas etiam erit poſitiua. Quinto, quia tunc materia eſſet vna numero priuatiuæ & plures numero. Vna quidem quia caret pluribus formis quibus diuidatur. Plures vero quia caret vna qua vnificetur: ergo vna & plures. Sexto, tunc per idem dici poſſet vna ſpecie priuatiue & vna genere, quia caret pluribus formis ſpecificis quibus ſint multa. Septimo, videtur falſum quod dicit, ſ. quòd priuatio ſit ens in anima, quoniam principium tranſmutationis realis eſt reale. Modo priuatio eſt principium generationis & corruptionis rea-

Solutiones. lis vt prædiximus, quare erit reale quoddam. Prima quidem ſoluit Auerroes ſeptimo huius commentis. 23. & 24. & octauo huius commento. 6. & 9. metaphyſicæ commento. 12. & videtur mihi ꝙ ſua ſolutio conſiſtit in hoc, ꝙ materia poteſt ſumi dupliciter. Vno modo vt pars, & ſic non prædicatur niſi de ſeipſa. Alio modo vt totum, verbi gratia, pro materiato, & ſic prædicatur de pluribus, quia de omnibus generabilibus. quodlibet enim generabile eſt materiatum. Tunc ad auctoritatem dico ꝙ materia non prædicatur in quid, ſed in quale, quoniam non eſt quiditas nec pars quiditatis, ſed additum ei, & ſic prædicatur in quale, quia prædicat aliquid extra eſſentiam, quādo ergo dicit materiam non prædicari, dicit materiam non prædicari ad modum generis, ſ. in quid. nec propter hoc eſt dicere, quia non prædicatur in quale eſſentiale, vt differentia. Secunda tollitur, quia non oportet quòd omne in potentia reducatur ad actum eodem modo quo fuit in potentia, & ideo vult dicere Auerro. quòd vniuerſale extra animam acceptum actu eſt ſingulare, potentia vero vniuerſale, modo non oportet vt tale fiat vniuerſale extra animam. Ad tertiam reſpondet Auerroes primo huius commento. 27. quòd forma dicitur fundamentum vniuerſalitatis propter tria. Primo, quia propter formam repertam in compoſito intellectus concipit compoſitum vniuerſaliter. Secūdo, quia vniuerſale non eſt niſi forma concepta ſub ratione totius abſq; conditionibus materię. Tertio, quia à forma eſt prædicatio eſſentialis: ergo forma dr̃ fundamentum vniuerſalitatis & per cōtrarium priuatio vt vides. Ad quartam mihi vr̃ eſſe dicēdum, ꝙ vnitas numeralis materiæ poteſt comparari ad ſubiectum remotum, vtpote ad eſſentiam materiæ & ſic dicitur poſitiua, vel ad ſubiectum proximum, vtpote ad priuationem mediante qua intelligitur materia vna, & ſic vnitas eſt priuatiua. Ad quintam, Auerroes concedit totum, eſt enim materia vna numero, & plures numero, & dicit hoc non eſſe inconueniens in ente in potentia, ſed bene eſſe inconueniens in ente actu. vnde vnum priuatione, & plura priuatione non opponuntur, ſed bene vnus poteſt eſſe & plura. Ad ſextam conceditur totum. Poteſt. n. dici vna ſpecie per priuationem plurium formarum ſpecificarum & vna genere ſimiliter. Sed Auer. non expreſsit hæc propter breuitatem. Ad vltimam dicendum ꝙ priuatio formaliter eſt ens in anima tantum, ſed fundamentaliter eſt ipſa potentia materiæ: modo non eſt inconueniens aliquod eſſe principium per accidens tranſmutationis realis, & eſſe ens in anima, & tu vide alios, ex his patet tota ſententia Auer. de materia. plura dici poſſunt, ſed hæc ſatis {Si igitur) His expeditis venit ad expōnem verborū Ariſt. & primo præmittit vtilitatem expōnis & hoc ex quatuor. Primo, quia facit intelligere eſſe materiæ quod eſt valde difficile. Scd̃o, quia eſt ꝓprium huius ſcientiæ. nā phyſicus declarat eſſe materiæ ꝑ tranſmutationem, metaphyſicus ꝑ ordinem ad formā, & propterea hic ſermo eſt ꝓprius metaphyſico. Tertio, quia nullus poteſt intelligere eſſe materię niſi mō iſto. Quarto, quia qūo verba Ariſt. inſpexeris inuenies hāc expōnem nō remotā ab eis plus aliis quinque, & dixit quinque, quia reuera quatuor ſunt, ſed qa dixit ꝙ intelligit hoc in loco eius ꝙ diceret ꝙ eſt aliqua ſuba, propterea vocat expōnes eſſe quinque, ſed reuera quatuor ſunt, quia illa quinta cadit in vno verbo tm̃. {Et ſm hoc) Nunc venit ad rem. Vbi primo debes ſcire, ꝙ apud Auer. materia nullum habet eſſe de ſe, ſed eſſe eius eſt in

in comparatione & ordine ad formam, eo quia materia dependet in eſſe & conſeruari à forma. Vtrum vero forma dependeat ſic à materia, alibi diximus. Oportet ergo ſupponere, ꝙ materia nec eſt ens, nec quid, neq; quale, nec aliquid aliorum prædicamentorum niſi propter formam. Et ad hoc ſupponendum præcepit Auer. materiam eſſe vnam numero priuatione formæ & communem etiam, & hoc ad demonſtrationem intelligere totum eſſe materiæ eſſe propter formam vel ordinem ad illam, hoc ergo præmiſſo, facile eſt exponere verba Ariſt. dicit. n. materia eſt hoc aliquid exiſtens apparere. hoc eſt ipſa proportione ad formam. nam ipſa ſm ſe nullum habet eſſe niſi vel propter formam, vel propter ordinem ad formam {Et quia eſſe) Exponit ſecundam partem textus, & vult ꝙ det cauſam proximi verbi, & inquit. nam quæcunq; ſunt caſu .i. quorumcunq; eſſe eſt in contactu & comparatione ad aliud & non connaturalitate. i. & nõ forma. i. & eius eſſe non eſt forma, eſt materia & ſubiectum. nam ſola materia eſt per eius eſſe in comparatione eſt aliud. Barbara autem tranſlatio quam Auer. commentatur aliter habet, ſed in id redit, & propterea aſſumpſi noſtram literam. {Et quaſi intendit) Epilogat expoſitionem & vult, ꝙ per omnia hæc Ariſt. innuit eſſe materiæ, & ꝙ ipſa nullum habet eſſe niſi in comparatione, & ſic per contactum intelligit comparationem, & per connaturalitem intelligit formam, & tu applica totum hoc verbis ſuis. Sed dubitatur. nam hæc expoſitio non differt à prima Alexandri, vt patet intuenti. Dicẽdum, ꝙ quantum ad modum exponendi non differt, ſed bene quantum ad rem expoſitam. nã Auer. voluit Ariſt. per hæc dare intelligere eſſe materiæ & nõn Alex. Sed quõ materia depẽdeat à forma & non econuerſo? alibi enucleauimus. nũc vero hæc ſupponenda ſunt, quia ex. 2. Auſculta. phyſicæ clare habeatur {Et forte intendit) Dat ſecundam expoſitionem, & hanc vocat manifeſtiorem ſm verba, & vult ꝙ Ariſt. innuat differentiam inter formam & materiam. nam materia eſt ſenſibilis & forma intelligibilis, propterea materia ſenſu percipitur, forma vero intellectu, & iuxta hoc exponit ſecundam partem, &. q. d. nam quæcunq; ſunt caſu & non connaturalitate. i. forma ſunt materia & ſubiectum. i. ſunt materiæ proximæ quæ dicuntur ſubiectũ & quaſi tangit elementa. Elementa. n. ſunt contactu & non ſunt vnum in forma. & propterea ſunt materiæ & ſubiectum. i. ſunt materiæ actu, & proximæ. & propterea hic ſermo verus ſolum de materiis proximis. nam hæc ſunt ſenſibilia & proprie apud nos nota {Et dicit ſm contactum) Tunc ponderat verbum cur. ſ. Ariſt. dixit quęcunq; ſunt caſu & non mixtione. Reſpondeo, quia tactus eſt communior, quia eſt tam mixtorum in vna forma quàm vnitorum, ſed non in vna forma, vt ergo vteretur ſermone vniuerſaliori, dixit tactu. Sed dices. Tunc hæc expoſitio non differt à tertia Alexan. Reſpondet vt ſupra, ꝙ quantum ad modum exponẽdi eadem ſunt. non autem quantum ad rem expoſitam {Et cum dixit hoc) Hoc reliquum commenti perſpicuum eſt per ſe, & maxime ex expoſitione textus facta per me, nec in hoc eſt aliqua vtilitas.

Tex. c. 15. *Quapropter utique non male Plato ait quia ſpecies ſunt quæcunq; natura Si quidem ſunt ſpecies, aliæ ab his, ut ignis, caro, caput: omnia enim materia ſunt, & maxime ſubſtantiæ ultima.*

Quaſi corollarie concludit quantum ad quid Plato bene dixit. vbi debes ſcire, ꝙ conditionalis eſt duplex, quædam neceſſaria neceſsitate rei, & quædam neceſſaria neceſsitate illationis, & poteſt addi tertia, quæ eſt neceſſaria ſm rem & illationem: qui concedit ergo cõditionalem neceſſariam vtroq; modo bene, aut quia ſimplr & ex toto verum ponit. q vero concedit hypotheticam neceſſariam vno mõ tñ non male dicit, qm̃ dicit partim verum, partim falſum. & hoc Plato concedit. Ponit. n. hanc hypotheticam, ſi ideæ ſunt, formæ naturales debent eſſe tales ideæ, & non formæ artificiales. modo hæc hypothetica eſt neceſſaria vno mõ, .ſ. ſm conſequentiam & non ſm rem, & ideo non male ait Plato, inquit, quapropter vtiq; non male ait Plato ſpecies eſſe quęcunq;, natura ſiquidem ſpecies ſunt aliæ ab his. Dixit autem Plato. non male dicere, ſed non dicit ipſum bene dicere, vt ẽs inuida laudatione, qm̃ Plato dicit hypoteticam vno modo tñ veram & non vtroq; modo. Exemplum ſubſcribit eorum, à quibus ſpecies debent eſſe aliæ, ſi debent eſſe ideæ. d. vt ignis, caro, caput. Cuius cãm ſubſcribit, omnia. n. materia ſunt & maxime ſubſtantiæ vltimæ. q. d. ꝙ ſublatis formis & poſitis illis in abſtractione, vt Plato, inquit, omnia reliqua ſunt vltima materia maxime ſubſtantiæ, quæ indiuiduum dr̃, qm̃ vt in prædicamentis dr̃ proprie & principaliter & maxime ſubſtat. Sed de hoc dicet̃ in cõm.

Dixit Alexand.} Quæ dicit continuando patent. Cõm. 15. Debes ſcire, ꝙ ſermo Ariſt. poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ Plato velit formas ipſas naturales compoſitorum eſſe abſtractas. Alio modo, ꝙ Plato velit formas formarum ſubſtantiarum compoſitarum eſſe abſtractas, & propterea dat duas expoſitiones. Prima ſupponit Plato. ſentire primum intellectum. Secunda vero ſupponit ſm intellectum. differunt ergo hæ expoſitiones, qm̃ prima vult apud Pla. ipſas formas compoſitorum eſſe ſeparatas. ſecũda vult ipſarum formas exiſtere ſeparatas {Dicit & erit) Docet cõſtruere verba & debes ſcire, ꝙ textus barbarus ſic ſtat, quia iſta ſi fuerint alio modo, ſunt omnia quæ exiſtunt ſm naturam, vult modo Auer. ꝙ ſiue primo, ſiue ſecundo mõ exponatur textus, litera debet legi tranſpoſite, videlicet, ꝙ hæc particula iſta cõſtruatur cum τῷ, ſunt & τῷ formæ ſubintellectæ conſtituatur cum τῷ fuerunt alio modo. i. ſi formæ habent eſſe. & hoc modo certe legitur in trãſlatione noſtra vt vidiſtis, & verba Auer. vtputo, ſunt corrupta hic ex ignorãtia verborũ eius {Et oẽs) Reducit totam ſñiam in duo. nam opinio Plat. poteſt dupliciter intelligi. Vno mõ ꝙ ipſæ ſubſtãtiæ, quæ ſunt formæ ponantur abſtractæ, vt forma aquæ, & forma ignis &c. & ſic intelligit prima expõ. Alio modo vt intelligat Plato formas formarũ, i. vniuerſalia formarũ eſſe abſtractas, vtputa vl'e hominis & vl'e leonis &c. & ſic intelligit ſecunda expoſitio. Prima ponit tm̃ ſpecies indiuiduorum ſeparatas. Secũda ponit vniuerſalia ſpecierum eſſe ſeparata. Ambæ ergo expoſitiones veræ ſunt in parte pro quanto ſolũ in formis naturalibus loquuntur, & non in artificialibus {Duo. n.) Ponit conuenientiam & differentiam inter has expõnes. Conuenientia eſt, quia ſunt propinquæ q̃tum ad hoc ꝙ nõ male dicunt excludendo artificiales formas. Differũt vero, quia prima perſcrutatio eſt naturalis, ſ. vtrum formæ compoſitorum abſtractæ ſint. Sed ſecunda eſt metaphyſica, ſcilicet vtrum formæ abſtractæ ſint aliæ à formis ſenſibilibus, quoniam tractare de diſtinctione & differentia eſt proprium metaphyſici {Et ex hoc

ſm Alex.)Literam illam dupliciter exponit Alexã.Vno modo vt excipiat adhuc hæc à propoſitione Platonis, videlicet,ignis,caro,caput,& cætera mẽbra, & ſic formę naturales ſunt ideæ,exceptis illis,quę ſunt velut partes aliorum integrales, & ſic habetur prima expoſitio. Vel poteſt intelligi vniuerſalius,vt excipiatur quæcũq; ſunt vt materia, vt intelligatur, formæ naturales ſunt abſtractæ,exceptis illis,quæ ſunt vt materia{Intelligenda eſſet) Debes ſcire ꝙ litera barbara ſic iacet, & hæc ſubſtantia eſt illud quod eſt maius valde,& illud poſtremum & indiuiſibile.Prima expoſitio intelligit per ſubſtãtiam,compoſitum, & per illud intelligit materiam: q.d.& hæc ſubſtantia, ſ.cõpoſita eſt maius valde, & illud,ſ.materia,eſt poſtremũ & indiuiſibile.& hãc Alex. vocat corpus commune.Poteſt ſecundo modo intelligi per ſubiectum.mixtum,& per illud, elementa: vt ſit ſenſus,& hæc ſubſtantia eſt illud,quod eſt maius valde, hoc eſt mixtum eſt nobile, & illud, ideſt elemẽtum eſt poſtremum & indiuiſibile. Iuxta hæc certe poteſt eligi bonus intellectus in verbis græcis poſitus.lege ergo ſic, quapropter vtiq; non male Plato ait ſpecies eſſe quæcũq; natura,ſiquidem ſunt ſpecies aliæ ab his,quæ ſunt aliorum materiæ,vt ignis,caro,caput.nam omnia ſunt materia vltima & eius ſubſtãtiæ,quæ maxime eſt.Ignis enim eſt materia vltima mixti & caput & reliqua: quare exceptio debet fieri ab his,& quantum ad hoc ponit textum ſuum Alex.{Dicit Alex.)Sed dubitatur. nã elementa & talia non ſunt materia vltima maxime ſubſtã tiæ.Reſpondet,ꝙ per materiam vltimam non intelligit indiuiſibilẽ.Cuius cauſam dicit ipſe Auer.quia Ariſto. comparat inter ſubſtãtias compoſitas & actu entes.Intelligit ergo materiam vltimam,ideſt proximã, quæ dicitur vltima compoſitione & prima reſolutione. Quantum ergo ad duo Plato bene dicit.ſ. ꝙ formæ artificiales non poſſunt eſſe ideæ,& ꝙ formę naturales poſſunt eſſe ideæ,ſed non omnes,ſed ſole hæ,quæ nec ſunt materia nec partes integrales alicuius totius, & hoc quia talia non poſſunt exiſtere per ſe. Sed quantum ad reliqua male dicit,quoniam reuera ideæ non ſunt,neq; dari poſſunt vt plurima argumenta oſtendunt. & proptera recte inquit Platonem non male dicere, ſed cum dixit ipſum bene dicere,pro quanto in parte verum dixit & in parte falſum.

TEX. 16. *Mouentes quidem igitur,cauſæ, uelut prius factæ exiſtentes,quæ autẽ ut ratio.ſimul.Quando enim ſanatur homo,tunc ſanitas eſt, & figura æræ ſphæræ ſimul & ærea ſphæra.*

Accepit primo formas artificiales non poſſe ſeparari à cõpoſitis,& ꝙ ſi quæ ſeparari poſſunt,illæ ſunt naturales:Adijcit & tertio ꝙ nec iſtud eſt vniuerſaliter verũ quia non in formis,quæ ſunt vel partes integrales alicuius totius vel mixti. Nunc ergo vniuerſaliter oſtendere vult,ꝙ nulla forma poteſt ſeparata eſſe, & vtitur tali ſyllogiſmo,Omne ſeparatum ab aliquo prꝙexiſtit generationi illius, & remanet poſt corruptionem eius: ſed nulla forma præexiſtit generationi compoſiti, nec remanet poſt corruptionem eius:ergo nulla forma eſt ſeparata.maiorem tanquam perſpicuam ſupponit,& minorem declarat per differentiam inter cauſas mouẽtes & formales. Subiicuit autem concluſionem,quia prius eam dedit intelligere,inquit, Mouentes quidem igitur cauſæ ſunt velut prius factæ. dixit, velut prius factæ, quia quandoq; ſunt perpetuæ vtraq; ex parte,quæ autem vt ratio,ideſt cauſæ formales ſunt ſimul,ſ.cum ipſis factis.Cuius probationẽ ſubſcribit per exempla dicens, quando.n.ſanatur homo, tunc ſanitas eſt etiam & non prius nec poſt. Et figura æræ ſphæræ tunc eſt, quando ſimul eſt ærea ſphæra. patet ergo veritas minoris.

Cum declarauit} Auer.videtur velle Ariſto.ex principali propoſito declarare differẽtias inter cauſam formalem, & agentem & hoc nulla alia cauſa niſi vt declararet naturam formæ & naturam agentis,& certe expoſitio poteſt ſtare. Ego vero textum introduxi modo dicto & propter cauſam prædictam, verba commenti perſpicua ſunt. Com. 16.

Si autem & aliquid manet poſterius,perſcrutandum eſt.In quibuſdam enim nihil prohibet ut ſi eſt anima tale.non omnis, ſed intellectus.Omnem nanq; impoſsibile forſan.

Minor habebat duas partes,& ꝙ nulla forma præexiſtit generationi compoſiti, & ꝙ nulla forma remanet ꝑ ſe poſt compoſiti corruptionem, & probauit primam partem per differentiam datam inter agentes cauſas & formales.Nunc ergo de ſecunda vult ſe excuſare: licet addat quãdam veritatem,quæ primo aſpectu apparet, & inquit, Si autem & aliquid,ſ. de numero formarum manet poſterius,hoc eſt poſt compoſiti corruptionem, perſcrutandum eſt.opponit tamen id quod primo videtur aſpectu & inquit, In quibuſdã.n.nihil prohibet,exponit in quibus &.d.vt ſi eſt anima tale non omnis,ſed intellectus, omnem nanq; ſeparari eſt impoſſibile forſan. Sed quomodo intelligitur textus iſte, in commẽto aperte diſputabitur: qm̃ Expoſitor cõtradicit Auerroiſtis.Dicit Alex)Proponit quæſtionem Ariſto.& fundamentum quæſtionis,eſt ergo quæſtio. Vtrũ aliqua formarum remaneat poſt compoſiti corruptionem{Deinde narrauit)Ponit fundamentum quæſtionis & componitur ſic, Anima ſeu intellectus hominis eſt forma hominis:aĩa & intellectus hominis remanet poſt corruptionem hominis: ergo aliqua forma manet poſt corruptionem compoſiti.{Sed non)Reſpondet Alexan.ꝑ verba Ariſto.Vbi debes ſcire,ꝙ partes animæ rationalis, quædam ſunt dependentes in eſſe & in conſeruari à materia,vt cibalis, cõcupiſcibilis,ſenſibilis &c. Similiter intellectus materialis,qui dr̃ virtus animæ apud Alexandrum:quędam ſunt nullo modo depẽdentes à materia & corpore, vt intellectus adeptus & intellectus agens, & tales remanet poſt corruptionem, vt in tertio de Anima dictum eſt.Tunc cõſtrue literam ſic,vt ſi eſt anima tale non omnis,ideſt non tota,ſed intellectus & intelligitur adeptus vel agens, omnem nanq; impoſſibile eſt forſan ſeparari. addit tamen cur Ariſto. adiicit forſan,& vult quia eſt propriũ alterius libri{Et hoc qd̃ dicit)Nunc declarat poſitionem Alexã.& vult ꝙ apud Alex.ſit triplex intellectus,& forte quadruplex. Vnus eſt intellectus agẽs æternus, & vnus materialis eductus de potentia materiæ, & tertius compoſitus aliquo modo,& eſt intellectus in habitu,vt diximus tertio de Anima. Quartus eſt intellectus adeptus qui eſt ipſe intellectus agens vt cognitus à poſſibili,vult modo Alex.verbum philoſophi eſſe verum ſolum de adepto.Hic.n.innaſcitur homini de nouo, & tamen non corrũpitur homine corrupto,ſed poſterius remanet{Sed nõ eſt) Recitata poſitione Alex.narrat poſitionem Themiſtij, & Theophraſti, & ponit omnes propoſitiones quas conceſſerunt hi.Prima,intellectus materialis remanet poſt hominis corruptionem.Secunda,intellectus agens eſt quaſi forma intellectus materialis,& non dicunt abſolute Com. 17.

lute eſſe formam,quia habet modum formę,vt dixit in tertio de Anima. & ꝓpterea vocatur compoſitū quaſi ex materia & forma. Tertia, intellectus agens creat intellecta vno modo & recipit alio modo. Creat quidem per ſe inquantum intellectus, & recipit eas per accidēs inquantum coniungitur intellectui poſſibili qui recipit eas,& ſic recipit eas per accidens{Nos autem)Epilogat omnia quæ dixit in libro de Anima breuiter.& ponit multas propoſitiones breuiter, quæ ad longum ſunt declaratæ in tertio de Anima. quarum prima eſt, Intellectus agens eſt quaſi forma intellectus materialis. Tum quia habet rationē perfecti & intellectus materialis habet rationem imperfecti. Tum quia coniungitur ei aliquo modo, licet non mediante diſpoſitione quiditatiua, & quantitatiua, & propterea non dr̄ vera forma,ſed quaſi forma. Secūda eſt,ꝙ intellectus agens agit intellecta per ſe,& recipit ea per accidens,pro quanto copulatur intellectui poſſibili qui per ſe recipit illa. tertia,intellectus materialis eſt generabilis, & corruptibilis,vt dicetur. Quarta,intellectus in habitu habet partem generabilem,ſ.phantaſmata ipſa,& partem incorruptibilem,ſ.intellecta ipſa vniuerſalia. Dictū eſt enim ꝙ corrumpitur quantum ad id per quod eſt ens verū, & æternum quantum ad illud per quod eſt vnum entiū in mundo, & quia dixit ꝙ intellectus materialis eſt corruptibilis declarat quomodo & vult ꝙ corrumpatur quantum ad actionem, & non quantum ad eſſentiam. Quinta, intellectus materialis ab extrinſeco intrat nos, qm̄ non reducitur ex ſemine,ſed deforis aduenit. ꝙ autem intellectus materialis veniat deforis, ſupponit{Si enim eſſet) Quia accepit ꝙ intellectus materialis reſpectu agentis eſt velut locus,& nō quaſi materia. Potius .n.aſſimilatur loco ꝗ materiæ,qm̄ materia eſt res indiuidua,ſed intellectus materialis eſt res vniuerſalis. Amplius,materia dependet à forma, ſed intellectus materialis non dependet,quia eſt æternus, & propter multa alia quæ dixit in commento.6. tertij de aīa{Et ſi actio) Probat ſcđam partē,ſ.ꝙ ipſius intellectus agētis operatio eſt corruptibilis, prout copulatur poſſibili, quia ſi nō:erit ergo æterna,ſed in ęternis actio æterna eſt eius ſubſtantia,vt dicetur commento. 51. ergo erit ſubſtantia intellectus. Tūc vltra ſi actio hæc erit ſubſtātia eius: ergo ſemper erit continuus ipſi intellectui materiali, & quo ad ſubſtantiam & quo ad operationem,cum ſubſtantia eius & operatio idem ſint{Sed quomodo) Ponit ergo quomodo noſtra oꝑatio eſt corruptibilis, vbi innuit talem diſtinctionem quòd ipſius intellectus agē tis operatio duplex eſt. vna eſt illius vt agens eſt,& hęc eſt creare intellecta,& talis debeť ſibi in principio quo intellectus poſſibilis incipit ꝑfici in nobis, alia eſt eius vt forma eſt.& hæc eſt ipſemet intellectus agens vt copulatur ipſi poſſibili,& hæc debetur ei in fine, ſ.quando intellectus materialis adeptus eſt totum intellectum ſpeculatiuum:ergo vult, ꝙ actio eius prout copulatur cū materiali in principio ſit alia à ſubſtantia eius. Actio vero eius prout copulatur in fine eſt ſubſtantia & forma alij non ſibi{Et ideo)Corrollarium, qm̄ actio agentis eſt alia ab eius ſubſtantia, ideo, fuit poſſibile vt aliquod æternū vtpote intellectus poſſibilis intelligat aliquod corruptibile,ſ.virtute agentis de nouo abſtrahē-tis{Si igitur) His declaratis vult declarare quid ſit proſperitas & quando,vbi debes ſcire ꝙ donec remanet aliquod producibile faciendum,ſemper agens habet potentiam actiuam. Qm̄ cuilibet potentiæ paſſiuæ correſpondet actiua:ergo ꝑ conuerſionē per cōtrapoſitionem ſi nullum eſt producibile,nulla erit potentia actiua in agente,quare quomodo omnia ſpeculabilia & intelligibilia ſunt actu intellecta nihil remanet amplius produci:ergo ceſſat potētia ab agēte,& per conſequēs deſtruetur hæc actio,quæ eſt alia ab eo. Eſt ergo ſuppo nēdum intellectum agentē quandoq; remanere abſq; actione quæ eſt alia ab eo propter rationē dictam {Et tūc) Nunc arguit,poſito caſu ꝙ actio hæc ceſſet,aut nō intelligemus omnino per hunc intellectum,aut intelligemus per eius ſubſtantiā. ſed eſt impoſſibile vt aliqua hora non intelligamus per ipſum aliter eſſet otioſus:ergo intelligemus per ipſum inquantū eius actio eſt eius ſubſtantia,& hæc eſt vltima proſperitas, ſ.vt intelligamus per eius ſubſtantiam,ſicut ipſe intelligit ſe.

Sed quid ſit iſte intellectus agens ꝑ cuius eſſentiam intelligimus. Vtrū deus vel aliqua intelligētia inferior? dictum eſt tertio de anima, & in libro noſtro de intellectu. Amplius, vtrum felicitas ſit ipſe intellectus, an aliquod medium quo vnimur ipſi intellectui, dictum eſt ibidem. Adhuc etiam quomodo perueniemus ad hæc quandoq; & quibus,diximus ibidem. hęc.n. dicta ſunt in tranſcurſu & tranſitu & per modum epilogi. His viſis veniamus ad verba textus. videtur.n.ex textu ſumi contra Auer.rationalem animam non pręexiſtentē corporibus, vt dicit Auer. qui ponit eam æternam à parte ante,& poſt, & vnam. Qm̄ quantum ad hoc conuenit cum verbis Ariſt. & vr̄ remanere poſt hominis corruptionem, qm̄ quantum ad hoc differt ab alijs: ergo ex textu aperte ſumitur ꝙ incepit & non deſinit,inquit.n. In quibuſdam.n.nihil prohibet vt ſi eſt anima tale non omnis,quia non quælibet,quia non ſenſitiua,nec vegetatiua,ſed intellectus.i.ſed ſola rationalis. Vocat.n. intellectum animam rationalē, omnem nāq; animam & ſenſitiuam,& vegetatiuam,& rationalem, ſeparari, eſt forſan impoſſibile. Ecce quomodo aperte ſumitur rationalis anima incipere, quēadmodum & aliæ formæ & remanere,& in hoc differt ab eis.& in hac gloſſa multum lætatur. Expoſitor contra Auer. ſed pace ſua dixerim,ipſe non percipit verba nec ſenſum verborum Ariſto.licet.n.poſitio ſua ſit veritas,nec ſumus, nec volumus,nec appetimus contradicere, veritati. Sed in hoc eſt falſitas ꝙ ipſe credit talem veritatem eſſe in verbis Ariſt.hic & alibi. Adſunt etiam alij pręclariſſimi Theologi,qui Ariſt. in tali quæſito eſſe ſemper dubium aſſerūt, ſed quocūq; modo ſit ex verbis his non colligitur. Propterea debes ſcire ꝙ apud Auerroim rationalis anima non eſt compoſitum ex intellectu agente,& intellectu materiali,vt credit Ioannes. Hæc.n.eſt vera fictio nec ab Auer. alicubi inueni,ſed rationalis anima apud Auer. eſt quoddam compoſitum ex parte ſenſitiua, & parte intellectiua. Accipiatur.n.totum illud animæ qđ ex ſemine eradicatur,& ponatur loco partis materialis & totum id quod deforis aduenit loco partis formalis, & ex his conſtituitur rationalis anima conſtituens cōpoſitum in eſſe ſpecifico,& pluras ſm̄ numerum indiuiduorum ſpeciei hominis,licet intellectus ſit vnus omnibus: tale autem conſtitutum incipit ſimul cum compoſito,quemadmodum omnes formę materiales & aliquid eius remanet, vtpote intellectus, & in hoc differt ab alijs,& hæc expoſitio multum conſonat textui. Dicit.n.in quibuſdam.n.nihil prohibet,vt ſi eſt anima tale non omnis hoc eſt non tota,ſed aliquid eius,ideſt intellectus:omnem nanq;,ideſt totam nanq; impoſſibile eſt

De anima intellectiua apud Auerroem.

eſt forſan, quia ſaltem ſm partem ſenſibilem traducitur ex ſemine. & ꝙ hæc ſit mens Ariſto. patet. nã Ariſt. nullibi ſumit intellectum pro anima. Dicitur. n. græce intellectus νοῦσ. Anima vero græce dicitur ψυχὴ, nec alicubi viſus eſt variare, terminos. & hoc quia anima dicitur totum quoddã, intellectus vero pars eius vt in principio tertij dictum eſt, immo intellectus non dicitur forma niſi æquiuoce, vt dictum eſt in commento. Ex'is apparet talem veritatem non colligi ex verbis Ariſto. quanquam idem ſit catholice dictum atque nullatenus ambigendum.

Palam itaq;, quia non oportet propter hoc eſſe ideas, Homo enim hominem generat, qui uero ſingularis ſingulariter aliquem. Similiter autem in artibus. Medicinalis enim ars, ratio ſanitatis eſt.

Confutauit poſitionem Platonis & declarauit quãtum veritatis continebat. Nunc ergo vult ſoluere argumentum eius. Erat autem argumentum eius, quia omne quod fit, fit ab vniuoco, ſed non poteſt eſſe aliquod vniuocum niſi ideæ: ergo oportet ideas eſſe. Soluit dicens palam itaq; quia non oportet propter hoc, ſubaudi argumentum eſſe ideas. nam homo generat hominem, ſed qui ſingularis ſingulariter aliquem. Etiam vniuerſalis vniuerſalem nec vniuerſalis particularem generat. Similiter autem in artibus ſubaudi oportet dici. nã medicinalis ars eſt ratio & ſimilitudo ſanitatis à qua fit. non ergo oportet ponere ideas vt res producantur à ſimili, quomodo inferius inueniat ſimile à quo ſuum ſimile producatur. & ſic poſitio Platonis nullo modo eſt neceſſaria, nec quantum ad poſitionem ipſam nec quantum ad argumentum poſitionis.

Cõm. 18. Cum declarauit} Auer. conuenit nobiſcum in exponendo Ariſt. textum, ſed vult ꝙ Ariſt. probet in litera ſuam ſolutionem ex loco à ſimili. nam ſicut in arte ita in natura, ſed in arte omne quod fit, fit à ſimili & non ab idea. ergo in natura omne quod fit, fit à quodam ſimili habente formam rei factæ in potentia actiua. Tu vero ſcis iſtud non eſſe ita: vt patet in textu græco, ſed vtcũq; totum eſt bonum {Themiſtius) Digreditur cõtra Ariſto. dicta. Et primo inducit Themiſtij poſitionẽ & argumenta Themiſtij. Themiſtius ergo opinatur ꝙ ideæ ſint, ſed quo pacto dicemus, vtitur argumento ex eis quæ fiunt abſq; patre & matre, vbi certum eſt talia fieri à ſimili & non à patre: ergo ab idea. Et huius argumentum ait Ariſt. fuiſſe oblitum, & dixit argumẽtum non bonum { Et nos) Remouet Themiſtius dubium. Diceret. n. quis talia animalia fieri caſui & non ab agente per ſe, vt diximus commento. 13.

Digreſſio & poſitio. Themiſtii.

Contra arguit, & ſyllogiſmus eius eſt, Omne id ante cuius generationem procedit debitus ordo & debitus proceſſus naturæ fit per ſe & ab agente, ſed in omnibus talibus præcedit ordo & proceſſus naturæ: ergo generantur ab agente. Minor patet in animalibus factis ex ſemine, & eodem modo patet in animalibus ex putrefactione. Nullum. n. horum fit niſi præceſſerit quædam reſultatio, ideſt diſpoſitio habilis, per quam ita hoc ꝙ non id producatur, vt patet in aĩalibus ex ſemine generatis & ex putrefactione etiam {Dicit & nõ decipiat) Contra, quia non videtur ſimile in animalibus perfectis & talibus vilibus: ergo licet animalia perfecta producantur ordine & debito proceſſu, animalia talia vilia non ſic, & propterea caſu producuntur. Contra arguit, quia vilitas non tollit ordinem rei generandæ. nã videmus aliquem generare rem à luto & ab auro, & tamen vtroq; modo facit cum ordine & debito proceſſu {Et ſi tu bene) Secũdo principaliter arguit Themiſtius aĩalia perfecta fiunt ordine & debito proceſſu, & hoc quia procedit reſultatio ſeu diſpoſitio certa in materia ad illa determinate. quæro ergo à quo talia generantur: & certum eſt ꝙ non à patre & matre, qm̃ hæc nihil faciunt ad compoſitionem hominis, licet faciãt ad ipſum fieri, nihil tamen ad factum. nam corpus nihil facit ad corpus niſi in extremitate, ſed natura facit in ipſo corpore intrinſeco: ergo talia erunt ab agente alio & tale eſt idea {Et non eſt} Contra. quomodo natura dirigit ſe tali modo, vt ſimul cum idea producat debitum effectum. Reſpondet ꝙ hoc facit inquantum dirigitur ab intelligẽtia non errante quæ eſt anima in terra, hoc eſt in ſphæra actiuorum & paſſiuorum de qua Plato dicit, ꝙ fit ex dijs ſecundis, & vocat eam in Timæo aĩam mundi. & Ariſto. dicit eam fieri ex Sole & orbe decliui, ideſt zodiaco {Et ideo) Concludit propoſitum ꝙ licet natura non intelligat quod facit, tamen agit ordinate pro quanto dirigitur ab illa anima quomodo prophetæ loquuntur futura licet non intelligant illa, quia diriguntur ab intelligẽtia non errante. Sed dubitatur quomodo non corpus poteſt fieri à corpore, cum ergo talis anima non ſit corpus, non videtur poſſe fieri à Sole & orbe decliui. Amplius, ſi prophetæ loquuntur futura cum loquela ſubordinetur rationi, videtur ꝙ debeat præſcire futura. Debes ergo ſcire ꝙ hanc mundi animam declarauimus in libro noſtro de Anima. & Themiſtius in libro de Anima capitulo vigeſimotertio declarauit omnia hæc. Poſſumus ergo dicere ꝙ Themiſtius ſic intelligit non vt dixi. Nã anima duplex eſt, vna terrena quæ non dicitur anima mundi, ſed anima generabilis, & hãc vocat Themiſtius animam in terra & talis apud Platonem fit à dijs ſecundis, i. ideis. apud Ariſt. hæc fit à Sole & orbe decliui tanquam à cauſa vniuerſali, & ab agẽte proximo tanquam ab inſtrumento. Poſſet intelligi per animam in terra animam mundi vt dixi, & tunc tu ſolue argumẽtum. Ad ſm forte ipſe loquitur more aſtrologorum, qui prophetas euenire à virtutibus cœlorũ aſſerunt, vt quando præfuerit aliqua magnarum coniunctionum Saturni, & Iouis, & maxime quando talis coniunctio mutauerit triplicitatem. & Saturnus fuerit in ſecunda domo, vel tertia, ab aſcendente cõiunctionis, vt Albumaſar inquit, & tũc certum eſt tales eſſe & futura prædicere, qui tamen non præcognoſcunt futura quando ab impetu loquantur, vel hoc intelligit de melancholicis apud medicos vel de dæmoniacis. Tu vero hæc conſidera {Et vniuerſaliter neceſſe eſt) Dedit Themiſtius neceſsitatẽ ponendi ideas. Nũc vult concludere ꝙ nõ ſufficiunt & ſupponit vnum, videlicet, ꝙ omne quod fit, fit à debito principio materiali ſimili & proportionali rei factæ, quia non quodlibet fit ex quolibet. Ex hoc ſequitur ꝙ debet forma antequã fiat præexiſtere in materia tota & tota debet educi de potẽtia agentis. & hęc eſt poſitio Themiſtii, & verba ſua vide {Et apparet ꝙ iſte) Reprobat nunc poſitionem Themiſtij in duobus. Primo quia neſcit quomodo fit generatio. Secundo quia neſcit quomodo generatum fit à conuenienti in nomine & definitione. Hæc ergo duo quæ credebat declarare videtur Themiſtius ignorare {Quo modo enim intellexit) Declarat hæc ſimul & proponit ꝙ de mente Themiſtij generatum fit de nouo pro quanto agens creat formam & ponit eam

in materia, ac ſi nullo modo cõtineatur in materia, ſed eſſet aliud in materia & aliud in effectu. Arguit modo ſi ita eſſet, tunc eſſent formæ creantes animalia & plantas & generata ex putrefactione, ita ꝙ darent formas, animas, lineationes, creationes, & eſſe talibus. Eſt ergo enthymema Auer. ſi eſſet, vt Themiſtius inquit, tũc darentur ſubſtantiæ creatrices{Et contingit)Deſtruit cõſequẽs prædictum hoc modo, ſi formę creatrices ſunt: ergo tales erunt animę, tenet conſequentia, qm̃ anima creatur ab aĩa quomodo debeat eſſe ſimilitudo. Tunc vltra, ſi animæ vel abſtractæ & immateriales nullo modo dependentes in eſſe & conſeruari, vel non abſtractę & dependentes in eſſe & cõſeruari à materia. hæc eſt diuiſio ſyllogiſmi hypothetici. {Sed ſi fuerint)Deſtruit alteram partem & infert alterã quam iterum deſtruet, & per conſequens falſum dixit. Debes autem ſcire ꝙ forma dici poteſt abſtracta dupliciter, ſm eſſe & inſtrumentum & ſm eſſe tantum, non tamen ſm inſtrumentum. Exemplum primi ut Deus. Exemplum ſecũdi vt virtus formatiua, quę quidem eſt abſtracta & vtitur inſtrumento corporeo. Primo quo deſtruit primam partem.d. ſi fuerint non abſtractæ, ita ꝙ fuerint coniunctæ inſtrumentis proprijs & formis materialibus quibus vtitur vt inſtrumentis ſic, ꝙ neq; ſubiecta in quibus ſunt ẽt ſint abſtracta, itaq; nullo mõ ſint abſtractæ neq; ſubto, neq; inſtrumẽto, ſed habeãt de principijs inſtrumẽtalibus calorem animalem, ſi inquam hoc dicatur, tunc erũt factæ. Eſt ergo enthymema ſi dicatur tales formas creatrices eſſe materiales & ſm ſubiectum & ſm inſtrumentũ, Tunc erunt factæ, & tunc erit quæſtio à quo tales fiant quomodo omne quod fit debet fieri à ſimili, & propterea dat aliud membrum ꝙ oportet tales creatrices formas eſſe abſtractas & ideas { Et hoc non tantum)Deſtruit hanc ſecundam partem: nã ſi dicatur tales eſſe abſtractas hoc nõ tm̃ erit in animalibus ex putrefactione genitis, ſed ex ſemine genitis. nã in ſeminibus ſunt virtutes & formæ ſimiles formis artificialibus quæ formant corpora & tales factæ ſunt, vt etiam ille in putrefactis: ergo ab alijs, & per conſequẽs oportet deuenire ad ideas ſimplices æternas, quo Themiſtius habet idem dicere & in animalibus genitis ſemine & putrefactione quare argumẽtum eius non eſt neceſſarium {Vnde quidam) His adductis pro & contra, nunc narrat opinionem Auicennæ, & Themiſtij, & hi volunt duo. Primum ꝙ omnes formæ ſubſtantiales generabilium fiunt ab vna vniuerſali abſtracta à materia quæ ab Auicenna dicitur Colcodea, hoc eſt datrix formarum. Secundo dicunt ꝙ talis Colcodea ſit intellectus agens: ego apud eos Colcodea & intellectus agẽs ſunt idẽ ſubiecto & differunt ratione. Dicitur quidẽ.n. Colcodea pro quanto creat formas. Dicitur vero intellectus agens pro quanto abſtrahit ſenſibilia à materijs. {Et ratiocinatur)Nunc ponit fundamentum huius poſitionis, & ſupponit duas ſuppoſitiones. Prima, tm̃ quatuor ſunt qualitates actiuæ, videlicet, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Tales enim actiuæ dicũtur quia agunt ſimilia {Formæ autem ſubſtantiales)Secunda ſuppoſitio, nulla forma ſubſtantialis eſt principium actiuum ſuæ oppoſitionis vel ſui ſimilis quod exponit ita ꝙ ignis quomodo fecerit alium ignem ſibi ſimilem ex corpore graui, videlicet, ligno, forma ſubſtantialis quæ eſt in eo vt pote quia leuitas gratia exẽpli non agit leuitatem ſibi ſimilem: & hæc ſuppoſitio patet ex verbis Ariſto. in libro de Generatione, & in libro de ſenſu & ſenſato {Et cum ita ſit)Tũc arguit, cum aliquis ignis generatur, vel forma eius conſequitur primo facta, ita ꝙ fiat concomitatiue, vel fit principaliter. Si concomitatiue, tunc forma igitur fieret ex non forma ignis, & per conſequẽs generatio fieret nõ à ſibi ſimili {Et hoc non)Secundo arguit: nam ſaltem in anima oportet dicere ꝙ fiat ab idea. nam non dicunt eodẽ modo in anima & alijs: modo nos non vidimus animam fieri ex anima in his, ſed potius ex non anima. Fit.n. anima ex ſpermate quod non eſt anima, ergo ſi generatio eſt ab vniuoco oportet ſaltem animam fieri ab anima, & per cõſequẽs oportet eſſe ideam abſtractam à qua fiunt animæ omnes: ergo licet quis poſſet fugere in elementis, ſaltem in anima non poſſet fugere {Et hoc iam)Confirmat hæc auctoritate Themiſtij. nam Themiſtius primo de Anima capitulo vigeſimotertio, idẽ confirmat. Similiter & hic idem dicit. Dicit.n. animam materialẽ apud Platonem fieri à dijs ſecundis: apud Ariſt. vero à ſole & orbe decliui. hęc ergo eſt poſitio Auicennæ. Sed circa hanc poſitionem ſunt difficultates. Prima, nam cuilibet intelligentiæ correſpondet orbis perpetuus. Quæro ergo quis orbis correſpondet illi intelligentiæ. Secunda quæſtio, talis intelligentia eſt prima, vel quem ordinem tenet in numero intelligentiarum apud Auicennam? & à qua producitur? & multæ poſſunt eſſe q̃ſtiones, ſed breuitatis cauſa relinquantur, quia eã non intendimus ſequi. Ad primam, videtur quibuſdam illi intelligentiæ correſpondere vnus orbis per ſe & alterum per accidens. hæc. n. intelligentia primo & per ſe gubernat ſphæram lunæ. Secundo & per accidens gubernat ſphæram actiuorum & paſſiuorum, & ſic apud eos intelligentia lunæ eſt Colcodea, & intellectus agẽs, intelligẽtia lunæ quidem pro quanto mouet ſphæram lunæ. Colcodea vero pro quanto ſecundario gubernat ſphæram actiuorum & paſſiuorum. Intellectus autem agens pro quanto creat intellecta, & mouet intellectũ materialem. Sed reuera hæc eſt fabula. Auicenna enim in pluribus locis tenet talem intelligentiam eſſe ſolum reſpectu ſphærę actiuorum & paſſiuorum, nec vult eã eſſe intelligentiam lunæ, & talem vocat intelligentiam agentem quam poſuit abſtractam propter duo, ſcilicet propter intellectionem & propter generationẽ, & ego adducerem multos textus ſuos, ſed tu vide per te loca eius. Ad tertium dicendum apud eum, ꝙ intelligentia lunæ intelligendo ſuperiorem apud ipſum, vtpote illam Mercurij produxit hanc ſphæræ mediæ. Intelligẽdo vero ſe produxit animã orbis lunæ, & ſic apud Auicennam ex duplici ratione producendi intelligẽtia lunæ duas produxit res {Et iſta quæſtio)Nunc vult reſpõdere quæſtioni, & primo proponit difficultatem quæſtionis, & quomodo ipſe vult loqui in hac materia {Ibi dicamus)Proſequitur & prima pars perſpicua eſt. Circa ſecũdam ipſe omnes poſitiones reducit ad extrema duo, & ad medium, nam quidam differunt latitationẽ omnium formarum, & alij extremi his contrarij dicũt creationem omnium formarum. primi dicunt quatuor quorum primum eſt quodlibet eſſe in quolibet. Secundum eſt generationem eſſe ſolum exitum rerũ de confuſo ad diſtinctum. Tertium eſt agens eſſe ſolum diſtinguens & non generans. Quartum erat ꝙ agens ſolum diſponit mouendo materiam, ſed intellectus ille creauit omnia ſimul. hæc ergo quatuor erunt de mente horum quorum princeps fuit Anaxagoras {Dicentes autem creationem)Secũdam enarrat poſitionem & vult

eam ponere duo. Primũ ꝙ agens creat totũ eſſe compoſiti ex nihilo. Secundum ꝙ nulla eſt neceſsitas materiæ vt præſuppoſitæ generationi, & hæc vt dicit eſt opinio legis ſuæ & legis chriſtianorum, & addit de qua dicit Ioannes chriſtianus, vtpote Euangeliſta, ꝙ tota potẽtia eſt in deo, & ſine ipſo nihil factum eſt, & ꝙ omnia in ipſo erant, & hoc narrauit Alpharabius de Ioanne chriſtiano, quia ipſe non vidit. ſed forte poteſt tangere Ioãnem Philoponum, qui fuit de primis chriſtianis, & talis quantum ad hoc contradicit Ariſt. vt dicemus. Debes ſcire quod Auer. falſum imponit noſtræ religioni, non. n. chriſtiana religio vult agẽs materiale nihil facere, ſed vult ꝙ ſi deus vellet poſſet omnia creare, tamẽ corpora phyſica produxit, & dedit eis virtutes actiuas, ſed de his poſt modum {Opiniones autem mediæ) Nũc narrat medias & vult illas eſſe duas, ſed quia vna ſubdiuiditur, ideo ſunt tres, ſed ponit primo ea in quibus differunt, & ea in quibus conueniunt ſunt tria. Primũ eſt, quia apud eos generatio eſt tranſmutatio in ſubſtãtia. Secundum eſt, ꝙ in omni generatione eſt neceſſarium ſubiectum, & per conſequens nihil fit ex nihilo. Tertiũ eſt, ꝙ oĩs generatio eſt ab vniuoco & ſibi ſimili {Vna aũt) Poſitis his in quibus conueniũt, ponit ea in quibus differunt, & narrat poſitionem Auicennæ, & hæc conſiſtit in duobus. Primum, omnis forma creatur in materia ab agente, & propter hoc dicunt agentia materialia diſponere materias tantum & non agere principaliter. Secundo dicunt tales agens eſſe abſtractum, vtpote intellectum agentem, & talem vocãt datorem, & hæc eſt poſitio Auicennæ. Themiſtius vero dicit ꝙ rerum genitarum quædam ſunt valde imperfecta & materiæ primæ propinqua vt elementa & mixta inanimata, & quędam ſunt ꝑfecta & nobilia, & hæc duobus modis, quædam habent ſimilia vt homo & equus &c. quædam vero non habent ſimilia vt putrefactione orta. Tunc Themiſtius dicit, ꝙ ꝓ primis nõ oportet recurrere ad agẽs abſtractum, quia pro generatione ignis ſatis eſt ignis, nec pro perfectis habentibus ſimilia, quia pro generatione hominis ſatis eſt homo, & ꝓpterea ponit ideã ꝓ genitis ſponte, quæ ſunt perfecta mixta & viua: & per conſequẽs oportet ponere agens ei ſimile, & ſic habet dicere agens in generatione duplex ſcilicet abſtractum quod ponitur tantum propter generationem animaliũ ex putrefactione genitorum, & materiale quod ponitur propter alia, & hæc videtur opinio Alpharabij in libro de duabus philoſophijs, licet ſatis ambigue loquatur {Tertia autem) Nunc narrat poſitionem Ariſto. & ponit id in quo ferè tota conſiſtit, & inquit. & eſt quod agens phyſicum nõ facit niſi compoſitum ex materia & forma. In hoc. n. conſiſtit totum fundamentum Ariſtotelis: ergo videtur velle ꝙ generatio nõ eſt inductio formæ in materia, & hoc contra Platonem, Themiſtiũ & Auicennam. Nec fit formæ manifeſtatio vt ſentit Anaxagoras, ſed eſt cõpoſiti ex materia & forma acceptio eſſe poſt nõ eſſe {Et hoc fit) Declarat iſtud & vult ꝙ generationem compoſiti præcedit quædam diſpoſitio, ꝙ eſt inquantum agens mouet alterãdo materiam de diſpoſitionibus præcedentibus ad diſpoſitiones ſequentes faciẽtes pro noua forma tandiu debet quandiu exit quod erat in potentia ad actum, & producitur compoſitum perfecte: ergo apud Ariſto. forma non inducitur nec producitur, ſed cõpoſitum generatur propter formę eductionem {Et in iſta) Aſsimilat hanc poſitionem poſitionibus antiquorum ad hoc vt oſtendat non eſſe fictam, & primo aſsimilat illam opinioni Empedoclis. Empedocles. n. voluit agens ſolum congregare ſeparata vel diſgregare congregata, & ſic apud ipſum generatio non erat niſi inordinatorum ordinatio vel ordinatorum ſeparatio, ait tamen quod in præcedenti capitulo ipſe nihil dixit de agẽte, ſed vtcũq; ſit agens apud Ariſtotelem non eſt congregans inter duo in rei veritate, i. actualia, ſed eſt extrahens id quod erat in potẽtia ad actum, & quaſi congregat inter potẽtiam & actum, ideſt inter materiam & formam non deſtruendo materiam priſtinam, ſed illam præ diſponendo donec in compoſito fiant duo, ideſt materia & forma vnum cõponentia. patet ergo quid ſit generatio apud Ariſto. & quid agẽs, & ex his patet qualiter omnes generãs apud Auer. eſt diſponens & Alterans, vt ſeptimo huius commenti. 31. dixit. Generans. n. inquantum producit compoſitum eſt generans. Inquãtum vero educit formam eſt diſponens. Sed contra, qm̃ ſecundo phyſicæ auſcultationis vult Ariſt. ꝙ diſponens ſit aliud à dante formã vt exemplificat in artibus. Amplius, lumen diſponit oculos, & colores inducunt ſenſationem. Adhuc apud Auerroiſtas ſpecies ſenſibilis vtpote phantaſma diſponit ad intellectionem, ſed intellectus agens cauſat intellectionem. Poſſet dici pro nunc, ꝙ verbum Auer. intelligitur in actione phyſica & corruptiua, vel forte verbum illud intelligitur quãdo diſpoſitio eſſentialiter ordinatur ad actionem principalis agentis, cuiuſmodi nõ eſt forte in illis, & alias groſſas diximus in tertio de Anima. Scias tamen ꝙ illa propoſitio non acceptatur ab omnibus. Dicimus. n. nos naturale agens vtpote hominem diſponere pro anima rationali: & Deum illam creare, & ſic apud nos oportet eſſe falſam hanc propoſitionem {Et etiam) Secunda ſimilitudo eſt ad ſecundã ſectã. Secunda. n. ſecta voluit formas creari: modo hæc conuenit & diſconuenit. Conuenit quidem pro quanto in creatione fit quod erat potentia fieri. Similiter in generatione fit quod erat potentia fieri. Differunt vero qm̃ in creatione fit quod erat poſsibile fieri potẽtia in agente, & ꝑpea fit ens ex nõ ente: vtpote forma ex nõ forma {Et ſimiliter) Tertia ſimilitudo eſt ad latitantes, nã latitãtes ponunt formã præeſſe, & hoc modo Ariſt. Sed differunt qm̃ Ariſt. vult illam præeſſe potentia exiſtente in vtroq;. Anaxagorás vult illas præeſſe totaliter addit ꝙ opinionem Ariſt. voluerunt dicere antiqui, ſed non potuerunt. {Intentio igitur) Epilogat intẽtionem Ariſt. & vult ꝙ Ariſt. intedãt ſimile fieri à ſibi ſimili totaliter vel aliqualiter, non ꝙ agens naturale adducat ab extra formam in materia illa nullo pacto præcedente, ſed agens eſt quod adducit ab intra, forma ad extra, vt dictum eſt {Et ſic eſt) Soluit quæſtionem vtrum hoc ſit verum vniuerſaliter. Et reſpõdet ꝙ eſt vniuerſaliter verum in decem prædicamentis. & exemplificat in tribus vt in calido, magnitudine, & motu. Quando enim generatur calidum oportet imaginari calidum præeſſe in materia, & ꝙ agens educit ipſum de potentia ad actũ. Amplius, ſimili modo & de magnitudine. Nulla. n. quãtitas fit de nouo, ſed generatio quãtitatis nihil aliud eſt niſi terminatio dimenſionum interminatarum, & hoc pacto dixit Auer. dimenſiones interminatas eſſe coeternas materiæ & non vt Ioãnes fingit. ſed de hoc in libro noſtro de ſubſtantia orbis, quia illud dicitur exemplariter. Adhuc de motu ſimili modo eſt dicendũ. Nõ enim inducitur, ſed educitur, vt diximus. Debes ſcire ꝙ inducere eſt agere nullo præſuppoſito, educere vero eſt

rò eſt agere aliquo pſuppoſito, ſed quid ſit illud præſuppoſitum dicemus ſuo loco { Et ideo) Primum corollariũ, q̃ non oportet agens aſſimilari omnibus modis effectui, ſed ſatis eſt ſimilitudo virtualis {Generans igitur) Secundum corollarium eſt, q̃ generans animã terrenam non ponit aĩam in materia de foris, ſed eam ab intra extrahit faciẽdo cõpoſitio, vt dixit vnde ignis) Tertium eſt, quod ignis generari poteſt à pluribus agẽtibus, vtpote ab igne & à motu. vt patet in excuſſione lapidis cum ferro, nam ad generationem requiritur cõuenientia & ſimilitudo in forma, ſed conuenientia in virtute, modo motus habet potentiã producendi ignẽ ſicut & ignis{& intentio) Vult ſoluere quæſtione quomodo inanimata & arguit ſic. omne extrahens aliquid de potentia in actum debet habere aliquo modo illud, ſed virtutes in ſemine extrahunt proportiones & formas quæ ſunt in potẽtia in materia ad actum. ergo debent habere aliquo modo animata & nõ omnibus modis{virtutes igitur) Declarat quomodo virtutes exiſtẽtes in ſeminibus habent animas quas inducunt in materias, & vult quod tales virtutes habeant animas potẽtia & non actu, quemadmodum domificator habet domum potentia & non actu. Signum aũt huius eſt, quia Ariſt. aſſimilat tales virtutes arti.

Virtus ſeminalis. Circa hæc debes ſcire quod reperiuntur hæc tria videlicet virtutes ſeminales, ſemen, & ſeminariũ. Semen *Semen* quidem eſt corpus quoddam cuius forma non eſt intenta propter ſe, ſed vt ex illo generetur aliquod ſimile *Seminarium.* agenti à quo deciſum eſt. Seminarium vero eſt exordiũ cuiuſlibet rei, & propterea ſeminarium apud Platonẽ eſt inchoatio formæ, virtutes vero ſeminales ſunt rationes quædam exiſtentes in ſemine, inclinãtes ſemen ad actum. vt. ſ. producatur aliquod ſimile ei à quo deciſe ſunt, ſed vtrum ſint ſubſtãtiæ vel accidens poſterius dicetur{& dicit in libro de animalibus) Auer. nunc intendit declarare quales ſint tales virtutes, declarauit. n. eas eſſe aliquo modo ſimiles animatis & aliquo modo diſſimiles. Declarat mõ quales. quid, & quomodo, & duo oſtendit. Primo quod diuinæ. Secundo quod ſimiles intellectui. diuinæ quidem, quia dant vitam. proprium .n. diuinorum dare vitam, & hoc diuinum dicitur. ſimiles vero intellectui, q̃m adducunt ad finem certum. proprium. n. eſt rationi per debita media venire ad finẽ{& quia iſta ſemina) Declarat modo inſtrumentum virtutis ſeminalis, & per hoc magis declarabitur qualis ipſa ſit, & primo accipit quod virtus ſeminalis vtitur calore tanquam inſtrumento, & non probat hoc, quia ex libro de aĩalibus declaratum relinquit. {& calor ignis) Oſtẽdit qualis calor, & vult quod hic calor non eſt igneus, & ſyllogiſmus ſuus eſt nullus, calor igneus facit animationem & figuram, talis calor facit ãnimationem & figuram. ergo non eſt igneus{& dicit Ariſto.) Secundo idem probat authoritate Ariſto. qui dicit quod iſte calor non eſt ignis neque igneus {Ignis enim) Tertio idem probat, nam calor igneus corrumpit, iſte calor generat. ergo non eſt igneus{& ideo videtur) Quarto calor ſimilis arti non eſt igneus. ſed iſte calor eſt ſimilis arti. ergo non eſt igneus{& iſta forma) Soluit dubium. ſ. quæ eſt illa forma quæ conſeruat talem calorem & ipſum ducit ad debitum finem. & primo ponit quod talis virtus vtens tali calore non eſt anima actu, ſed potentia productiua. Secundo dicit quod eſt ſimilis arti, vt dicit Ariſt. & intellectui. Arti quidem pro quanto ordinẽ & mẽſuram ſeruat ſui operatione, Intellectui vero pro quanto non vtitur determinata parte corporis tanquã ſui organo. Tertio dicit quod iſte calor eſt in ſeminibus. Quinto dicit quod ſit ab habente ſemen & à ſole, vt patet per verba Ariſt. & ſic patet quæ eſt illa forma, & quis & qualis ſit calor qui eſt inſtrumentum formæ. nam forma illa eſt virtus ſeminalis, non quidem forma caloris inhærens ſed directiua, calor vero nõ eſt igneus ſed animalis. & ſic. duplex dicitur calor{& factus) Declarauit qualis ſit calor ſeminalis, nunc qualis ſit calor ſimilis calori ſeminali declarat. & dicitur primo quod ille calor putredinalis viuificatiuus ſit in terra & aqua. In terra, pro animalibus terreis, in aqua, pro animalibus aquaticis, à calore ſolis admiſto ideſt contracto p calorem aliarum ſtellarum. eſt. n. calor ſolis nimis communis, vt dicit Ptolemęus in libro quadripartiti primo ſed receptis in alijs ſtellis contrahitur ad certam ſpeciẽ rei generandæ. probat autem hoc, quia ſol & aliæ ſtellæ ſunt actiua principia omnium viuentium. & hoc Hermes teſtatur. ergo nũc triplex eſt calor. ſ. ſeĩntalis, aĩalis & putredinalis, & quomodo fiãt patet{calor igitur) Ex his concludit propoſitum & declarat qualis eſt calor cœleſtis, & inquit. Calor igitur ſolis & ſtellarũ multiplicatus & diuiſus in aqua & terra per medium, quod .ſ. eſt aer generat animalia ex putrefactione nata, & vniuerſaliter omnia quæ fiuunt ex non ſemine, vt herbæ & plantæ. Secundo dicit contra Themiſtium, nõ quod illic in orbe decliui, & in ſole ſit anima in actu inuenta ſicut narrat Themiſtius. Addit & omnia iſta declarata ſunt in libro de animalibus. Debes ſcire vt Ptolemæus ſentit in primo ſui quadripartiti, quod aer eſt materia ſolis, & lunæ, & aliarum ſtellarum: & medium. materia quidem pro quanto eſt valde paſſiuus reſpectu aliorum elementorum, medium vero quia defert actiones corporum cœleſtium ad nos. Sol. n. & luna & aliæ ſtellæ alterantes aerem alteram nos mediante illo. & hoc dixit Ariſt. octaui phyſicæ auſcultationis{Ergo calores) Contra. quia calores iſti cœleſtes deberent eſſe abſque regula, & menſura: quia non habent intellectum. Reſpondet & declarat quomodo iſti calores animalis & putredinalis regũtur à calore cœleſti, & vult quod iſti calores habent talem menſuram & ordinem propter duo, & propter quantitatem motuũ ſtellarum, & propter appropinquationem & remotionem. Sapientes .n. Aſtrologi volunt q̃d planeta velox aliã habeat menſurã & aliã planeta tardus. aliam retrogradus, & aliam directus, & aliã eleuatus in ſuo paruo circulo, & aliam depreſſus. ergo ex quantitatibus motuum variantur calores & effectus. adhuc volunt quod variantur calores propter aſpectus. alium enim calorem producit Luna quando aſpicitur à Marte de quarto, & alium quando aſpicitur à Sole de trino, aliũ quando Ioui, vel Veneri coniungitur, & alium quãdo coniungitur Saturno, vel Marti. hi. n. aſpectus fiunt per remotionem & appropinquationem ſtellarũ inter ſe & ad tertiã, & hoc eget longa declaratione quæ eſt propria Aſtrologis. Satis autẽ eſt ſcire quod calor cœleſtis multiplicatus ad nos varias menſuras ſuſcipit ex varia cõſtellatione, quæ habetur ex varia motuum differentia & aſpectuum. hinc enim fit vt iſte calor quandoque ad nos tranſmiſſus ſit viuificans, quandoq; mortificans, quandoque fatalis, quandoq; contrarius. Erit ergo iſte ordo, nam calores *Ordo calorũ.* animalis & putredinalis regulantur à calore cœleſti, & cœleſtis regulatur à cõſtellationibus variis, & propterea patet quod calores ſunt quatuor, vt igneus, anima-

lis,& putredinalis,& cœleſtis, & omnes reliqui ſunt regulati,ſolus cœleſtis eſt regula, ſed vtrum iſti differant ſpecie,ſatis in libro de ſubſtantia orbis. Sed contra hæc eſt dubitatio magna, quia ſi omnia quæ hic fiunt, fiunt à calore cœleſti. Tunc frigiditas & pluuia & oĩa calori contraria fierent à calore. hoc eſt falſum, quoniã nullum contrarium generat reliquum. Adhuc multi ſunt hic effectus qui non poſſunt reduci ad calorem, vt ſunt impetus fatales quos Ptolemæus & Firmicus ponunt, & Ariſto. in libro de bona fortuna. ergo calor ille non põt eſſe vniuerſalis cauſa omniũ eorum quæ hic fiunt. Amplius in terræ viſceribus multa fiunt ad quæ calor non poteſt per aerem multiplicari. ergo oportet ponere aliud principium à calore. Circa hæc debes ſcire, qđ Aſtronomi opinãtur corpora cœleſtia agere in nos mediante aere alterato,& hoc triplici inſtrumento vtpote motu lumine,& influentia. Motu & lumine quidem, ꝓ quanto multiplicatur calor per illa ad nos qui eſt principium omnium viuentium. Influentia vero pro quanto penetrat in viſceribus terræ,& pro quanto illa alterando aerem. Complexionem noſtram in hora exitus filij à matrice alterat. quæ quidem relicta noſtræ complexioni eſt principiũ multorum operũ ſaltem propenſiuum, varium ſm variam cœlorum conſtellationem. & hanc Ariſt. impetum, Aſtrologi fatum appellant. Ab hac quidem eleuantur homines ad prælia, ad furta, ad honores, & ad cætera bona quæ nobis inſunt. Ab hac epidimiæ, ab hac diluuia, penuriæ, fames,& cætera accidẽtia mundi emergunt. Et præterea ſectarum mutationes, & cometarũ apparitiones & alia fere infinita. vehitur.n. hæc ad nos mediante aere & alterat nos ꝑ quã aer alteratus alterat nos. ſicut in magnete: magnes.n. alterat aerẽ & aer alteratus alterat ferrum & ſic ferrũ acquiſiuit impetum quendam quo mouetur ad eam. Hęc aũt influentia nec eſt calida, nec frigida, nec humida, nec ſicca. ſed propria virtus ſtellarũ quẽadmodum calor propria virtus & frigiditas propria aquæ & cæteræ cæterorum & hæc quidem eſt quę accipit menſuras diuerſas ſm diuerſas ſtellarũ conſtellationes. Sed an hæc influentia ſit neceſſaria? in multis noſtris editionibus diximus. Sed modo quæ ſentiat Auer. explicamus. Debes ergo ſcire apud Auer. & forte apud Ariſt. quod eſſe omnium & opera omnium ſunt velut vita, nã viuere viuentibus eſt eſſe & operari,& ſic lapidis eſſe & eius operatio vita eſt lapidis vt ita loquar, ſimiliter eſſe plãtæ & eius operatio eſt ſimiliter velut vita eius. adhuc & in animalibus & hominibus eſt ſimiliter. eſſe. n. animaliũ & hominem eſſe velut vita eorum & operationes earũ ſimiliter ſiue bonæ ſiue malæ, vita autem omnis à calido eſt vt Ariſt. dicit. Videtur ergo quod totius vniuerſi perfectio & omnium viuentium opera à calore debeãt eſſe. Ex his emergit Auer. ſententia, quod. ſ. omnia quę ſunt, ſunt & fiunt à calore cœleſti, qui motu & lumine in aerem multiplicatur,& mediante aere ad nos & cuncta reliqua & propter hoc Ariſtote. in principio octaui phyſicæ auſcultationis, dicit quod motus æternus eſt velut vita omnibus quæ natura ſubſiſtunt: Secundo ſequitur quod calor iſte eſt potentia omnia: eſt.n. potentia à qua potentia frigiditas potentia oĩa quæcũq; ſunt nec contrariatur aquæ nec frigiditati, nec alicui cũ oĩa ſit potentia. & quia eſt quoddam vniuerſale ſemẽ omnium. ideo oportet vt determinetur à corporibus cœleſtibus à diuerſis eorũ motibus & à diuerſis aſpectibus & à diuerſis ſitibus ſtellarum. Sic.n. determinatus efficitur proprius ita ad pluuiam quod non ad ventum, ita ad id quod non ad illud,& propter hæc nulla eſt neceſſitas ponendi influentias, vt Aſtronomi ponunt cum calor iſte ſufficiat, eſt.n. potentia omnia. & ad actũ deducitur per determinatas conſtellationes. Tũc ad primũ dicendum calorem iſtum nulli eorum quæ ſunt hic cõtrariari. non oportet cõtraria eſſe eiuſdẽ gñis. Ad ſcđm dicendum quod & impetus reducuntur ad talem calorem, quia licet iſte vt ſic non ſit fatalis, tamen determinatus per certam conſtellationem fit fatalis. Ad tertiũ dicendum quod calor iſte ad viſcera terræ penetrat nã alterat aerem & aer alterat ſuperficiem terrę,& ſic per partem poſt partem alterat viſcera &c. {& iſta mẽſura) Soluit quæſtionem aliam. nã iſte calor potentia eſt oĩa & determinatur ad diuerſa propter diuerſas menſuras & tunc eſt quæſtio, Vnde ſunt hæ menſuræ? Reſpondet quod iſtæ menſurę ſunt ab arte intellectuali diuina quę ars cura Dei, & hoc declarat, nã cura Dei eſt velut ars vniuerſalis ſicut militaris ſub qua continẽtur plures artes particulares. ſicut.n. ſub militari continetur freneſactiua, & aliæ multæ ad vnum finem ordinatæ, ſic ſub cura Dei ſunt plures curæ particulares propriorum motorum proprias ſphæras gubernantium {Secundum hoc igitur) Tunc verificat ſermonem antiquorum, & vult qđ hoc pacto natura particularis agit ordinate, & ad debitum finẽ quamuis non intelligat, quoniã facit hæc quaſi rememorata, & vt directa ab intelligentijs gubernantibus. Secundo dicit quod virtutes & proportiones quæ fiunt in elementis à motibus ſolis & aliarũ ſtellarum ſunt hæ quas reputat Plato eſſe formas & eas intendit, ſed non potuit ad hoc pertingere {Ariſt. aũt) Confutatis his repetit fundamentum Ariſto. quod eſt quod agens non producit formã per ſe, quia tunc crearet eã,& ſic aliquid fieret ex nihilo quod eſt contra primos philoſophantes. Secundo dicit quod de mente Ariſtotelis forma non per ſe producitur, ſed per accidens propter compoſitum. Dicit ergo quod quando homo conſeruauerit tale fundamentum non accidit ei error. Dicit quarto quod imaginatio ſuper creationes induxit homines ad ponendũ ideas & induxit loquentes trium legum quæ ſunt nunc, dicere aliquid fieri ex nihilo: Ecce quot bona emergũt ex fundamẽto Ariſt. Sed dubitatur circa hæc quia non videtur bene dictũ quod quia forma per ſe producitur propterea creetur, qm̃ poſito quod per ſe producatur, non ſequitur ergo creatur, qm̃ poteſt ſupponere potentiã in materia. Debes ergo ſcire quod apud Philoſophos creatio eſt productio alicuius nulla parte illius præſuppoſita. Ex his accipitur ſolutio. q. ſi forma per ſe producitur cum nulla pars illius præſupponatur. ergo creatur vt patet per definitionẽ creationis. ſed de compoſito nõ eſt ita, qm̃ ſi cõpoſitum per ſe ꝓducit, quomodo eius aliqua pars præſupponitur (vtpote in materia) ideo non creatur. & ſic patet dr̃ia {& cum loquentes) Redit ad opinionẽ loquẽtium in ſua lege, & enumerat omnia mirabilia quæ conceſſerunt in fundamẽtis,& dicit primo cum loquẽtes noſtræ legis opinabantur quod agens agit creando formas ex nihilo & nullum huiuſmodi agens viderunt hic, dixerunt vnum eſſe agens omnia ſine medio,& dixerunt ſecundo quod actio iſtius agentis tranſit in vno inſtanti in actiones contrarias, quia ſimul calefacit & infrigidat. & conuenientes: quia agit conſimilia. & infinitas ſecundũ numerum agentium particulariũ. Dicit tertio ita quod negãt ignem comburere & aquam humectare,

Quatuor calores.

Vtrum fiant omnia à cœleſti calore.

mecta re,& dicunt oĩa hæc indigere creatione. Dicunt quarto quod corpus non erat corpus neq; facit venire in corpore aliquam diſpoſitionem & aliquam formã. quia quantitas non eſt de principiis actiuis. Dicit quinto adeo quod dicunt quod homo non mouet lapidem & expellens non eſt mouens,ſed illud agens creat motum. Dicit ſexto & negauerunt propter hoc potentiã eſſe in rebus. Contra quod dicit ſeptimo & error iſtorũ eſt manifeſtus nec curat contradicere illis. Debes ſcire quod ſapientes legis noſtræ non dicunt hæc fabuloſa, quæ dicunt Mahumetani. nos.n.concedimus virtutes & potentias actiuas & paſſiuas in rebus, ſed quod dicunt Mahumetani de facto nos dicimus de poſſe: qm̃ poteſt Deus ſuſpendere actiones oĩum cauſarum, & pręuenire illas,ſed de facto non facit.& propterea quę dicit Auerrois contra eos non ſunt contra nos {Iſtis etiam hominibus} Adducit alia mirabilia contra eos & dicit primo iſtis etiam hominibus accidit mirabile & eſt quod apud eos bene poteſt Deus creare ex nihilo, & non priuare in nihil.ergo poteſt creare & non annihilare, & huius cauſa erat apud eos, qm̃ actio agentis non eſt niſi aliquid facere, & per conſequens annihilatio non eſt actio, & ſic Deus non poteſt annihilare {Cõſidera igitur} Contra arguit qm̃ non maior ratio eſt de vno q̃ de altero, imo annihilatio facilior eſſe videtur, quia facilius eſt deſtruere q̃ conſtruere {ſi igitur} Dubitat qũo agens facit priuationem. Reſpondet ꝙ per accidens.& dicit primo ꝙ pro quanto agens extrahit generatum de potentia ad actum, nã generando, a, corrumpit, b, qm̃ generatio vnius eſt corruptio alterius. Dicit ſecundo ꝙ oĩs potentia non exit in actum, niſi propter extrahens quod eſt in actu,& propterea agens generando corrumpit & hoc modo fiunt priuationes per accidens {ſi igitur potentia} Contradicit ſecundo alij dicto loquentium & dicit primo. Si igitur potentiæ non eſt ens & in rerum natura exiſtens, non inueniref agens aliqd̃,& ſi non eſſet agens aliqd̃ nec actu,nec potẽtia,nihil eſſet oĩno hic in actu,& omne ens ĩ actu eſt agens. Dicit ſecundo qũo põt dictum eorum tolerari & vult ꝙ omnes proportiones & formę ſunt in potentia in prima materia,& ſunt actu in primo motore, & huius exemplum eſt in formis artificialibus quæ aliquo modo hñt eſſe in aĩa artificis. hoc ergo mõ poſſunt dicere verum,ꝙ.ſ. Deus facit oĩa aliquo modo tanq̃ cauſa vniuerſalis, ſed ꝙ oĩa faciat tanq̃ cauſa particularis & proxima, non verũ dicunt. Sed dubitatur qũo ſunt oẽs formę actu in primo motore.ſi.n.ita eſſet,tunc oẽs res præfuiſſent. Dicendum ꝙ per eſſe actu intelligit ea eſſe in potentia actiua, nam potentia actiua eſt actus reſpectu potentiæ paſſiuæ, & ſic dicere ſolent alij quod ſunt in primo motore actu.i. in actu virtuali. Sed circa finem huius commenti multa eſſent digna conſideratione.ſed quia ea ſæpe tetigi in aliis meis libris,nunc de inchoatione formarũ gñabilium breuiter quædã diſſerendũ. Quidã ergo ex latinis & magnis opinati ſunt inchoationẽ formarũ generabiliũ eſſe in materia, appellãt aũt tales inchoationes formas imperfectas quę poſt modum virtute agentis perficiantur. Et propter hoc differunt ab Anaxa. qm̃ Anaxa. ponit formas præexiſtere & perfectas & totas. ſed ait illas eſſe indiſtinctas,& ꝙ agens ſolũ dat diſtinctionẽ & ordinẽ. Iſti vero opinantur ꝙ formæ præexiſtunt imperfectæ & confuſe. Imperfectæ,quia non totæ. Confuſe,quia non propriis quantitatibus ſeparatæ. Videntur aũt iſti hæc dicere propter multa ſed præcipua ſunt, qm̃ materia & poteſt & eſt apta recipere formas. modo potentia & aptitudo differunt, qm̃ potentia eſt ratione materiæ & aptitudo ratione formæ, propter quod primo Auſcultationis philoſophicæ Ariſt. tradit materiam appetere formã. modo apetitus vt dicit ibidem. Auer. cõm. 80. eſt ratione formæ. ergo in materia oportet præeſſe tot aptitudines appetitus,quot formas poteſt ſuſcipere, & per conſequens oportet formas præeſſe & non ſubeſſe perfecto, quia tunc generatio nulla eſſet. ergo ſub eſſe imperfecto. Secundo dicunt hæc propter euitare creationem. nam ſi formæ per ſe producunť,oportet ad hoc vt non creentur, vt aliquid earũ præſit.& per conſequẽs oportet formas imperfectas pręeſſe. Sed tũc circa hęc diuerſi diuerſa dñt, nam quidã volunt formas præeſſe imperfectas quantũ ad partes formarũ & ſic per inchoationes intelligũt partes formarũ. Et contra hos rõnes multæ ſunt demõſtratiue, ſed præcipue eſt illa quã cõm. 11. diximus, quia ſi agens ſit vnum, & potentia vna factũ erit vnũ,& alia multa quę relinquo. Alij euitantes hæc fingunt formas præeſſe totas ſm̃ entias, & non ſm̃ eſſe. ſunt autem eſſentiæ quiditates ſpecifice acceptæ,& hæ pręfuerunt ſemper, eſſe autem earum fit. ſed procul dubio apud hos generatio nulla erit. Quoniam ſi tota eſſentia Socratis præfuit, ergo per generationem Socr. nec acquirit nomẽ nec definitionem,& per corruptionem non perdit nomen nec definitionẽ. Amplius, cum eſſe ſit accidens eſſentiæ. ergo generatio terminareť ad accidens.& per conſequens eſſet alteratio. Alij fingũt & nos aliqñ quod formæ præexiſtunt in forma à qua ſumitur genus corporis, opinantur. n. cũ materia formã corporis de genere ſubſtantiæ coæternam. & qm̃ omnes formæ generabiles continentur ſub forma corporali dixerunt inchoationes indiuiduales eſſe formam talem, hæc.n.forma eſt media inter puram potentiam & purum actum,& propter hanc euitant creationes, qm̃ aliquid formæ generandæ præfuit vtpote aliquid generis,non autem indiuidui. Amplius propter hanc ſaluãt appetitum materiæ, & per eius aptitudinem, qm̃ non appetit & eſt apta nata propter talem formam. Adhuc propter hanc generatio nihil aliud eſt quam extractio formarum ex potentia formali huius generabilis formæ,& alia multa,& nos diximus in alijs locis quod hęc eſt mens Auer. Linconienſis & multorũ,& Simplicius in prædicamentis vr̃ inſpicere illã. Nec expecta à me expoſitionẽ huius, qm̃ in libro de ſubſtantia orbis ſatis. Sed proculdubio Auer. in præſenti cõmento non tetigit eam,& propterra nunc dicamus per ea quæ conſonant Ariſtoteli & Auerroi hic. Et primo qũo formæ ſunt in materia ante generationem apud Auer. Secũdo qũo põt euitari creatio apud ipſum. Quantũ ad primũ ex verbis Auer. cõm. 2. huius duodecimo forma poteſt intelligi præeſſe in materia tribus modis. Vno modo ſm̃ potentiam remotam ſm̃ quã nihil præeſt de forma, nec de diſpoſitione eius,& hoc modo potentia eſt ſempiterna materiæ vt dicit Auer. primo cœli commento 120.& hoc modo potentia nihil eſt formæ, ſed mere potentia paſſiua ad formam. Secundo modo præeſt forma in materia in potentia propinqua quodã modo inclinata ad formam per qualitates naturales, & hæc potentia apud Auerroem dicitur reſpectiua,& non eſt æterna,ſed non inducta ab aliquo agente extrinſeco,vt primo phyſicorum commento. 71. Tertio modo poteſt præeſſe non tantum in potentia paſſiua remota,

vel propinqua,ſed actiua, & hoc modo formæ ſunt in potentia in ſeminibus, vt dicit Auer. hic & commento.62.primi phyſicorum, & hoc modo forma equi eſt in ſemine equi, & forma oliuæ in ſemine oliuæ, & talis potentia eſt noua & generabilis vt vides. Tunc breuiter patet quomodo Auerroes concederet inchoationes. voluit enim formas omnes præeſſe paſsiue, & hoc æterno tempore diſpoſitiue, & hoc non æterno tempore, & effectiue ſaltem in virtutibus ſeminum. Sed nullo modo conceſsit inchoationes formarum vt primi dixerunt,& hoc in præſenti commento.quia forte alibi ſecus eſt. Quantum ad ſecundum dicendum ꝙ euitari poteſt creatio conſeruando fundamentum Ariſtotelis, videlicet quod formæ non generantur niſi per accidens pro quanto generantur ad generationem totius quod per ſe generatur,modo generatio & creatio hoc modo differunt ꝙ rei creandæ nihil præeſt, vt pars rei generande oportet aliquam partem præeſſe modo ſi compoſitum per ſe generatur aliqua eius pars præfuit, & ſic euitatur creatio, perſpicuum ergo quõ ponat Auerroes inchoationes, & quõ euitet creationes hæc ſatis de iſta materia, qm̃ tot ſcribunt, & etiam nos alibi tot diximus,quę repetere eſſet confuſio.Satis enim ſit nobis locum monſtraſſe.

CAP. IIII.

Quomodo ſenſibilium principia, eadem dici poſſunt,vel non eadem.

TEX.cõ.19. *CAuſæ autem et principia aliorum ſunt,ut eſt, aut ut non.ſi quis dicat uniuerſaliter et ſecundum proportionem eadem omnium. Dubitabit autem utiq; aliquis. utrũ altera aut eadem ſint principia & elementa ſubſtantiarum & eorum quæ ſunt ad aliquid. & cuiuslibet prædicamentorum categoriarum ſimiliter. Sed inconueniens ſi eadem omnium.ex eiſdem.n.erunt quæ ad aliquid & ſubſtantia. Quomodo igitur hoc erit,nam extra ſubſtantiam & alia prædicamenta nihil eſt commune.prius autem eſt elemẽtum quàm quorum eſt elementum. at uero neq; ſubſtantia elementum eſt horum quæ ad aliquid nec horum aliquid ſubſtantiæ.*

Egit de ſubſtantiis ſenſibilibus, & de principiis earum aliquo modo,nunc circa principia vult magis inſiſtere & vult declarare de principiis quædam ſ͂m rationem propriam metaphyſico. nã idem & diuerſum ſunt rationes propriæ metaphyſico. Primo tñ proponit veritatem rei, & inquit. Cauſæ autem & principia ſunt aliorũ alia,& intelligit per cauſas & principia non nomina multiuoca, ſed per cauſas intelligit intrinſecas,& per prĩcipia extrinſecas,quia dixit eſſe alia aliorũ,exponit quõ.d.vt eſt,hoc eſt vno modo,aut vt non, alio modo.quod exponit.d. ſi quis dicat vniuerſaliter & ſaltem proportionẽ ſunt eadem, ſimpliciter aũt non ſunt eadẽ.Eſt ergo veritas quæſtionis quod oĩum prędicamentorum cauſæ & principia ſunt eadẽ vno modo .ſ.proportione & vniuerſaliter,& ſunt non eadẽ ſimpliciter & particulariter. Dubitabit aũt} Veritas hæc eſt valde obſcura & propterea mouet quæſtionem circa hanc,& hoc vt veritas plenius comprehẽdatur, inquit. Dubitabit aũt vtiq; aliquis vtrum altera aut eadẽ ſunt principia & elementa ſubſtantiarum & eorũ,quæ ſunt ad aliquid, & cuiuſlibet prædicamentorum ſimiliter? & intelligit per elementa id,quod intellexit per cauſas, hoc eſt cauſas intrinſecas,& per principia cauſas extrinſecas.Sed cur ſpecialẽ mentionem fecit de relationibꝰ, in cõmento dicetur. Pro nunc tñ dicendũ, ꝙ ideo eſt, quia quidam non enumerarunt illas inter decẽ prædicamenta, quia non habent eſſe, vel ſolum eſſe earũ eſt in anima.Expoſitor aũt finxit aliam cauſam, & eſt totũ bonum.Sed inconueniens.Arguit ad partem quæſtionis & vtitur ſyllogiſmo hypothetico à deſtructione conſequentis ad deſtructionem añtis hoc modo. Si ſunt eadem oĩum,relatiua & ſubæ erunt ex eiſdem principiis:ſed deſtruitur conſequens quia vel illa principia erunt extra ſubſtantiam,& alia prædicamenta, vel contenta ſub ſubſtantia,vel aliquo nouem prædicamentorum.ꝙ non poſsunt eſſe extra ſubſtantiam arguit ſyllogiſmo categorico ſic.omne elementum eſt prius eo cuius eſt:ſed extra ſubſtantiam & alia prædicamenta nihil aliud eſt commune & prius:ergo non ſunt extra ſubam.Nec põt dici talia principia eſſe ſub ſuba vel aliquo nouẽ prædicamentorum, quod relinquit tanquã manifeſtum.& hoc inquit.Sed inconueniens ſi eadem oĩum.ex eiſdem.n. erunt quæ ad aliquid & ſuba, hæc eſt maior:deſtruit cõſequens,& inquit.quõ igitur hoc erit & deſtruit primum.& primo accepit minorem.d. nam extra ſubam, & alia prædicamenta nihil eſt commune.ſ.prius.deinde ponit maiorem.d. prius autẽ elementum q̃ ea quorum eſt elementum, hæc eſt maior. Deinde deſtruit ſ͂m membrum,& inquit.At vero neq; ſuba elementum eſt horum quæ ad aliquid,nec aliquid horum,quæ ad aliquid,eſt aliquid elementum ſubſtantiæ.Illa ergo nec poſſunt eſſe extra decem prædicamẽta,nec contenta in aliquo decem prædicamentorum. hæc eſt prima ratio ad quæſtionem.

Iſta quæſtio} introducit textũ & primo dicit iſta quęſtio iam inducta eſt in principio iſtius artis, vt in tertio libro & modo intrat eam ad ſoluendum eam,hæc eſt introductio & continuatio.Dicit ſecundo & eſt quæſtio hæc videlicet vtrum principia & elementa decem prædicamẽtorum ſint eadem aut diuerſa. hęc eſt quęſtio. Dicit tertio ꝙ ſolutio quæſtionis eſt ꝙ hæc principia ſunt eadẽ vniuerſaliter & proportione & non ſimpliciter{& quia hoc} Mouet quæſtionẽ literalem,cur.ſ.ſpecialem mentionẽ fecit de relatione. & dicit vt nos diximus,qui apud quoſdã relationes non numerantur inter entia,ſed ſunt quaſi ſecundo intellecta, hoc eſt ens rationis.ad dandum ergo intelligere ea eſſe in numero decẽ prædicamentorũ proprie mentionẽ fecit de his {Deinde incępit dicere} Auer.format rationẽ ſic.ſi eadem ſunt principia oĩum vel illa eſſent extra decẽ prædicamenta & communia & priora decẽ predicamentis,vel eſſent in aliquo prædicamento:non extra prædicamenta cõmuniora & priora, quia tunc eſſet aliquod prius cõmunius decẽ prædicamẽtis, & ſic eſſet poſitio Platonis.ſi vero hæc eſſent ſub aliquo decẽ prædicamẽtorum.vtpote ſub genere ſubſtantiæ, tũc omnia eſſent ſubſtantia, qm̃ principia oportet eſſe eiuſdem generis cũ principiatis, nec poſſunt poni in genere relationis, quia tunc ſubſtantia eſſet relatio per idem. Amplius, tunc ſubſtantia reſoluetur in relationes,quia corruptũ reſoluitur in ſua principia & maxime materialia, ergo nullo modo,& per conſequens principia non ſunt eadem omnium & verba eius ſunt perſpicua. Cõm.19.

Amplius quomodo contingit eſſe elementa omnium eadẽ. nullum.n. poteſt eſſe elementorum ex elementis compoſito idem,ut ei,quod eſt BA,A,*aut* B. Tex.c.20.

Secundo arguit ad quæſtionem etiam hypothetice ſic,Si elementa omnium decem prędicamentorum

ſunt

ſunt eadem, elementum eſſet idem miſto ex elementis. deſtruit conſequens, quia impoſsibile eſt elementum & miſtum eſſe eadem, vt ei quod eſt ba, impoſsibile eſt a, aut b, eſſe idem. Huius non ponit niſi deſtructionem conſequentis, & inquit per exemplum. Amplius quomodo contingit elementa eſſe omnium eadẽ.q.d. non eſt poſsibile, & nõ facit ſyllogiſmum, ſed deſtruit conſequens tantũ.d.nullum.n.elementorũ eſſe poteſt idẽ compoſito ex elementis, vt ei quod eſt ba, miſto, b, aut a, non poteſt eſſe idẽ. ſed quõ valeat conſequentia, difficile eſt. poteſt tñ dici, ꝙ omne quod eſt, eſt ſub aliquo decem prædicamentorum. & per conſequens recepit prædicationẽ alicuius eorum: ex hoc deducitur conſequentia, ſi principia eſſent eadẽ oĩum, tunc principia illa eſſent: ergo ſub aliquo prædicamentorum, & ſunt principia illius: ergo principia recipiunt prædicationẽ principiati. & per conſequẽs idem ſunt illi. quod falſum eſt, quia nihil eſt ſui ipſius principiũ. & hoc modo perſpicua eſt conſequentia & falſitas conſequentis, de quibus ſtatim in commento dicetur.

Com. 20. Manifeſtum eſt} Auerroes format rationem textus vt nos fecimus hoc modo, videlicet ſi eadem eſſent elementa omnium, tunc elementum & miſtum ex elemẽtis eſſent eadem, vult vt conſequens habeatur pro impoſsibili, & per conſequens oppoſitum antecedentis eſt concedendum {& Alex.} Vt dicebatur conſequentia eſt multum obſcura, & non videtur valere, & propter a ponit multas formas deducendi illam & omnes volunt conſequentiam non valere niſi per accidẽs & non per ſe, qm̃ argumentum per ſe tenet in omni materia, & propterea tenet per accidens quia ſolum in caſu & in præſenti materia. quod autem non teneat abſolute patet, qm̃ licet elementum & miſtum ſint eiuſdẽ naturæ, differunt quia elementum eſt res ſimplex & miſtum res compoſita. Dicit ſecundo quod conſequentia valet ſtantibus duobus. ſ. quod elementum eſt vnũ illorum. ſ. contentum ſub aliquo eorum, & ꝙ ſit vniverſale elementum omnium decem prædicamentorũ. Stantibus ergo his ſequitur propoſita conſequentia, nam per ſecundam, elementum eſt omnium cauſa, & elementum & ipſum eſt vnum eorum. ergo eſt elementum & elementatum, & ſic patet conſequentia {& hoc non videtur} Contra hanc deductionem arguit Auer. hoc modo, quia licet ſit vera, tñ nõ apparet ex ſuis verbis {& ideo dicit Alex.} Secũda deductio etiam fundatur in duobus, quorum primum eſt, vt eſſe habeat elementum. Secundũ eſt, vt elementa, quæ dicuntur eſſe omnium, ſunt ens extra decem prædicamenta. Ex his arguitur per ſecundam, Elementum illud eſt ens prius & communius decem prædicamentis, & per primam, omne ens habet elementum: ergo tale habebit elementum, & ſic vel erit proceſſus in infinitum, vel idem erit elementum ſuimet {& hoc quod} Contra hoc obiicit Auer. quia propoſitio illa, omne ens eſt elemento, non eſt vniuerſalis, quia omne ens vel eſt elementũ vel ex elemento, & propterea non oportet vt omne ens habeat elementum {niſi} Reſpondet pro Alexan. ꝙ verbum Alex. intelligitur de entibus in actu, quia ens in actu ex compoſitum, & ſic ſecunda deductio fundatur in duobus, quorũ primum eſt, ꝙ omne ens in actu habet elementũ. Secundũ eſt, ꝙ quę ſunt entia ſunt in actu, & ſic per primam elementũ illud communius & prius cum ſit ens erit in actu. Per ſecundam ergo habebit elementum per primam, & ſic vel erit proceſſus in infinitum, vel idem erit elementum ſui {& hoc diſſoluetur} Dat intellectum primæ propoſitionis. ſ. quõ intelligitur quod omne ens in actu habeat elementũ, vult. n. ꝙ hoc ſit verum de elemento actu vel potentia: miſta. n. habent elementa actu, quia quatuor corpora. ſed corpus ſimplex habet elementa potentia, quia materiam & formam. materia enim & forma elementa dicuntur in potentia. Sed certe hæc defenſio Alexandri non placet. petit enim principium, quia ſupponit omnia entia eſſe in actu. Forte enim diceret aduerſarius, quod elementa decem prædicamentorum non ſunt entia in actu. & propterea bene dicit Auerrois ꝙ eſt probabilis & non demonſtratiua, quia forte eſt ex conceſsis & non ſimpliciter {Themiſtius autem} Tertius modus deducendi conſequentiam eſt Themiſtij. conſequentia ergo erat, Si elementa ſunt omnium eadem, ergo idem elementum erit miſto. probatur, quia tale elementum vel prædicatur de eis, vel ſubiicitur eis: ſi prædicatur de eis, tunc aliquod eſt prius decem prædicamentis, quod eſt impoſsibile. ſi ſubiicitur eis, tunc quodlibet eorum prædicabitur de eo, & ſic compoſito eſſet idem, & ſic per eſſe idem intelligit ſecundum prædicationem {& inuenimus} Dicit ꝙ Alexander adhuc dat quartum modum & non ponit illum nec ſcio quis ſcit. Dicit ſecundo, ꝙ in quadam ſcriptura inuenit aliter & ponit illam & ſermo perſpicuus eſt. his ergo tribus modis poteſt deduci conſequentia.

Nec utiq; intellectualium elementorum eſt, ut unum, aut ens: inſunt enim hæc & unicuiq; compoſitorum. nihil igitur erit eorum, nec ſubſtantia, nec ad aliquid, ſed neceſſarium. non ſunt igitur omnium eadem elementa.

Remouet queſtionem tacitam. quoniam quis dicere poteſt, ꝙ duo ſunt omnium prædicamentorum elementa, vtpote ens & vnum. & hæc eſt opinio Platonis. modo hæc verificantur de decem generibus. quare nihil prohibet elementum eſſe idem compoſito. Contra hæc obiicit Ariſt. & vtitur iſto ſyllogiſmo, videlicet, vnum & ens inſunt vnicuiq; decem prædicamentorum: ſed nullum prædicamentum ineſt alicui decem prædicamentorum: ergo nullum decem prædicamentorum eſt vnum vel ens. Primo ponit obiectionem, & inquit. Nec vtiq; intellectualium elementorum eſt vt vnum & ens. vocat autem hæc intellectualia elementa more Platonis. deinde accepit maiorem, & inquit. Inſunt. n. hæc vnicuiq; compoſitorum, hoc eſt vnicuiq; decem prædicamentorum. appellat. n. prædicamenta compoſita. & hoc, ſi habeãt elementa. Subticuit minorẽ & dat concluſionem. d. Igitur nec ſuba, nec ad aliquid, nihil erit eorum. ſ. nec ens nec vnum, & per conſequẽs etiam ſm Platonem elementum differt à miſto. deinde concludit concluſionem principalem. d. non ſunt igitur omnium eadem elementa. & hæc eſt concluſio ex his argumentis concluſa. Debes ſcire, ꝙ in textu latino reperitur ſermo ſic. Sed neceſſarium eſt principia propinqua eſſe diuerſa. nõ igitur ſunt omnium eadem elementa. Ego aũt non inueni in ſermone græco iſtud, nec video quõ poſsit iſtud ſtare, & propterea lege ſic. nihil igitur erit eorum nec ſuba, nec ad aliquid. hæc eſt concluſio ſyllogiſmi prædicti, & intendit, ergo nec ſubſtantia nec ad aliquid eſt ens vel vnũ, ſed neceſſarium. q. d. ꝙ eſt falſum, quia neceſſarium eſt ſubſtantiam vel quouis prædicamentorum eſſe ens

vel vnum.& propterea dicit.Sed neceſſariũ eſt quodlibet prædicamentorum eſſe ens & vnum: non igitur ſunt eadem omnium elementa . & ego laboraui in iſta litera & non inueni latinos laboraſſe ad verba . ſed ſolum ſunt contenti in ſenſu literæ.

Cõm.21. Cum declarauit} Primo ponit continuationem hoc modo, videlicet ꝙ Ariſt.declarauit elementa eadẽ ſenſibilia non poſſe eſſe omnium decem prædicamentorum:nunc declarat ꝙ nec eadem elementa intelligibilia,qualia eſſent vnum & ens, hæc eſt intentio & ordo {& Alexander} Alex.exponit rationem Ariſt. verba.n. Ariſt.ſunt.hęc.n.duo exiſtunt in omni cõpoſito.& hęc in tranſlatione Arabica . Ex his verbis vult Alexander Ariſtoteles habere tale enthymema.vnum,& ens ſunt in omni compoſito:ergo non ſunt elementa compoſitorum deducit ergo Alex.conſequentiam dupliciter. Primus modus ſupponit duo . Primũ, ens & vnum demonſtrant ſimplicia,ſicut cõpoſita:hoc eſt, ens & vnũ verificantur de compoſito ſicut de ſimplici. nam hæc eſt vera, compoſitum eſt ens,& ſimplex eſt ens. Secundum in omni cõpoſito ſunt duo.ſ.ſimplex & compoſitum,cum neutrum ſit dignius eſſe elementum alterius, ſequitur ꝙ nullum erit elementũ idem oĩum {aut ſic} Secundo deducitur conſequentia ſic,quia tunc compoſitum,& ſimplex eſſent idem,qm̃ vnum dicitur de ſimplici.ergo vnum eſt ſimplex:& vnum dr̃ de cõpoſito, ergo vnum eſt compoſitum.ergo vnum erit ſimplex & compoſitum.hæ ſunt duæ deductiones Alex.{& Alex. dicit} Sequitur alia pars textus,videlicet nihil igitur erit eorum nec ſubſtantia,nec ad aliquid,ſed neceſſarium. Circa hanc literam vult Alexan. ꝙ debeat copulari ad textum commenti præcedentis{Dicit qm̃ hoc} Reddit cauſam quare debet copulari ad illum textum & nõ ad præſentem,quia vterq; loquitur de elementis abſolute & non de elementis intellectualibus {Dicit & intendit} nunc exponit vim rationis.q.d. ſi ens & vnum ſint elementa,tunc nullum prędicamẽtorum erit ens, neq; vnum.conſequentia tenet, quia nullum elementatũ eſt elementum.modo hoc eſt falſum,quia neceſſarium eſt vt vnum & ens dicantur de quolibet, & ſic illa particula nullũ refert prædicamentorum, hæc eſt vna expoſitio{dicit & poſsibile} Secundo exponit literam aliter & vult quod illa particula nullum eorum referat nullũ eorum.ſ.nec ens nec vnũ.q.d.nec ens nec vnum erit ſubſtantia vel &c.Et hoc eſt verum , qm̃ adhoc, vt hęc duo ſint elementa decem prædicamentorũ,nõ debent eſſe in aliquo decem generum,ſed potius ꝙ vnũquodq; decẽ prædicamentorũ ſit ens & vnũ.formatur ergo ratio ſic,ſi ens & vnum erunt elementa,nullũ eorum erit ſubſtantia,vel aliquod aliorum prædicamentorum.hoc eſt falſum,quia nihil eſt extrinſecum à decem prędicamentis.omne.n.quod eſt debet eſſe in aliquo prædicamentorum à primo ergo ad vltimum vnũ & ens non ſunt.ergo nullum prædicamentorũ eſt ens, qm̃ quodlibet prædicamentorum eſt vnum & ens.ergo ſi hæc non ſunt, nec aliquod prædicamentorũ. vel ſic,ſi ens & vnum erunt elementa omnium , cum non poſsint eſſe intrinſeca,ergo extrinſeca,extrinſeca ergo erunt non entia, ſed decem prædicamenta ſunt miſta entia.ergo miſta entia erunt ex nõ entibus, ſed hoc eſt impoſsibile qm̃ neceſſarium eſt vt miſtũ ens ſit ex entib⁹ {& abbreuiatio} Abbreuiat rationes ambas in hoc capitulo.Prima eſt ſi vnum & ens eſſent elementa,tũc compoſitum & ſimplex eſſent idem,conſequentia fuit expoſita.Secundo vnum & ens ſunt entia in anima & non extra animam,qm̃ ſunt vniuerſalia.ergo non ſunt elementa entium realium.Tertio ſi ens & vnum eſſent elementa omnium,tunc prædicamenta eſſent non entia vt fuit deductum proxime harum trium rationum. Secunda eſt addita ad Auer.ad bene eſſe. tu vides quo modo in iſto commento eſt concluſio.& propterea ſequere expoſitionem noſtram , quia cum illa textus eſt per ſe perſpicuus.

Aut ut dicimus,eſt quidem ut eſt,eſt autem ut non. puta forſan ſenſibilium corporum, ut quod ſpecies, calidum. & alio modo,frigidum priuatio, materia uero in potentia hæc primum ſecundum ſe.ſubſtantia uero, & hæc,et quæ ex his, quorum ſunt principia hæc.aut ſiquid ex calido & frigido ſit unum ut caro & os. alterum .n. neceſſe eſt ab illis eſſe quod factum eſt. horum quidem igitur eadem elementa & principia:aliorum uero alia. omnium autem ita quidem dicere, non eſt, ſed proportionaliter, quemadmodum ſiquis dicat ꝙ principia ſunt tria,ſpecies, & priuatio, & materia. Sed horum unumquodq; alterum circa genus unumquodq;, ut in colore album,nigrum,ſuperficies,lumen,tenebra,aer: ex his autem dies & nox.

Duo propoſuit,videlicet ꝙ omnium ſint eadẽ principia proprotionaliter,& ꝙ omnium ſint eadem principia vniuerſaliter: nunc ergo declarat primum .ſ. ꝙ omnium ſint eadem principia proportionaliter:& primitus declarat hoc in elementis & principiis intrinſecis,quæ ſunt materia,forma,& priuatio:& vult,ꝙ quodam modo ſit verum eadem eſſe principia omnium,& quodam modo non eſt verum , & hæc eſt ſolutio primę partis quęſtionis .d. aut vt dicimus eſt quidẽ vt eſt. quaſi dicat.Vno modo eſt verum, eſt autem vt non.i. alio modo non eſt verum. & particula illa {Aut} quæ græce ſcribitur hæ, non eſt ſolutio, & declarat primo qũo non eadem,& dicit vtpote ſenſibilium forſan corporum vt quidẽ ſpecies & forma , calidum , ſubaudi ſe habet,& alio modo frigidum,priuatio, materia vero, quod potentia hæc primum ſecundũ ſe. hæc ergo tria .ſ.calidum , frigidum, & materia , ſunt principia omnium ſenſibilium corporum, eadem, vt ſunt quatuor elementa & miſta ex eis.Sed quia dixit & voluit intelligere hæc tria principia eſſe ſubſtantiarũ , & per conſequens eſſe ſubſtantias, & quia dixit forſan eſſe principia ipſemet ſe declarat cur dixit forſan . & inquit . Sed & hæc & quę ex his quorũ ſunt principia hæc ſunt ſubſtantia,aut ſiquid ex calido & frigido ſit vnum vt caro & os.q.d. voco hæc eſſe principia ſubſtantiæ vel ſi non ſubſtantiæ ſaltẽ eius quod ſit vnum ex his vt ſunt caro & os.& propterea dixit forſan.Debes ſcire quod reuera calidũ & frigidũ ſunt accidentia & qualitates & non ſubſtantiæ:& propterea dicit, quod vel ſunt principia ſubſtantiæ,vel ſaltem eius quod ex eis ſit, quicquid ſit illud.addit.alterum.n.neceſſe eſt quod factum eſt eſſe ab illis,& propterea dixit,vnum.vel melius, quia quis dicere poteſt quod principia & res ipſa nõ ſunt in eodem genere.dicit.Sed & hæc & quæ ex his quorũ ſunt principia,hæc ſunt ſubſtantia.aut pro,& ſiquid & calido & frigido ſit vnum vt caro & os,ſubaudi iterum eſt ſubſtantia.reddit cauſam cur debet eſſe vnũ & dicit.nã alterum neceſſe eſt ab illis eſſe,quod factũ eſt. concludit nunc qũo non eadem.& inquit.horum quidem igitur eadem elementa & principia . aliorum vero , alia ergo omnium non eadem , & ſic patet ſecunda pars ſolutionis.

ſolutionis.Subſcribit poſt quõ omnium eadem, & inquit.omnium autem ita quidem dicere non eſt.ſ.modo prędicto,ſed proportionabiliter.ergo eſſe eadẽ prĩcipia omnium ſpecie,non eſt, eſſe aũt eadẽ proportione eſt. Declarat quõ eadem proportione & dicit.quẽadmodum ſi quis dicat ꝙ principia ſunt tria, ſpecies, & priuatio,& materia.hæc ergo eſt identitas proportionis,quod ſicut in ſubſtantia ſunt tria principia,ſic & in quolibet genere:non tñ identitas ſpecifica.quod declarat dicens,ſed horum vnumquodq; alterum eſt & diuerſum circa vnumquodq; genus, vt in genere qualitatis,videlicet in colore album, nigrum, ſuperficies: nã albũ forma,nigrũ priuatio,ſuperficies materia. Aliud exemplum ſubſcribit.d.lumen,tenebra,aer.ex his autẽ fiunt dies & nox.nam lumen eſt vt forma, tenebra vt priuatio,aer vt materia.Ecce ergo quõ eadẽ eſſe principia omnium ẽm ſpeciem falſum eſt, ſed eadem ẽm proportionem & ſimilitudinem nihil prohibet. & ſic vtraq; pars ſolutionis patet.

Com.22. Cum induxit} Commentum iſtud eſt fere perſpicuum.tñ quia ſunt aliqua verba vtilia & aliqua obſcura,ipſum exponam quantum ad aliqua eius verba.Solutio ergo quæſtionis vt ponit Auer.in hac prima parte eſt quod ſimpliciter non ſunt omnium eadem elementa,nec ſimpliciter omnium ſunt diuerſa elementa, ſed medio modo, videlicet eadem proportione & analogia,& huius cauſa eſt vt Auer.innuere videtur.Quoniã ſubſtantia antecedit alia prædicamenta & eſt cauſa aliorum. ergo ſubſtantiæ & aliis prædicamentis nihil eſt commune vniuocum,& per conſequens nec principiis ſubſtantiæ & principiis aliorum aliquid eſt cõmune vniuocum,& hanc ſententiam applicat verbis {& Alex.} Dubitaret quis quõ Ariſt.ponat priuationẽ eſſe ſubſtantiam. Cui reſpondet Alexander ꝙ hoc dicit pro tanto,quia non ſumit priuationem pro carẽtia formę ſimpliciter,ſed pro forma imperfecta quõ dicimus frigidum eſſe priuationem.Dicit ſecundo, ꝙ frigidum & calidum & huiuſmodi qualitates ſunt ſubſtantiæ & accidentia ſunt quod ſubſtantiæ elementorum ſimplicium.accidentia vero miſtorum, & hæc eſt opinio Alexandri contra quam Auer. arguit quinto phyſicæ Auſcultationis commento.10.& nũc tranſeat {& quõ iſta ſint} Ex verbis Ariſto.colligit primo, quod omnia principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. Ita quod hoc nomen ſubſtantia dicitur de principiis & de compoſitis ex his.quod non eſt intelligendum eodem modo, ſed quaſi æquiuoce. Secundo dicit quod omne compoſitum eſt aliud à ſuis cõponentibus.& Auer.dat cauſam quia habet aliam formam,ſed in hoc eſt dubium, quia alibi dixit contrarium.Tu vero intellige ſic quod compoſitum eſt aliud,quia ſuperaddit ordinem, partes vero abſolute non dicunt ordinem,& ſic per formam intelligit ordinem {& intendebat} Colligit nunc quod in ſubſtantiis non ſunt eadem principia ſimpliciter, nec diuerſa ſimpliciter non eadem quod,qm̃ miſtorũ principia proxima ſunt materia & forma compoſitæ. ſimplicium vero materia & forma ſunt ſimplices. eadem vero proportione. qm̃ principia remota ſunt eadem omnium ſubſtantiarum & ſimplicium & compoſitorũ {& quia etiam} Declarat modo quõ aliorum prædicamentorum principia ſint & an eadem vel diuerſa & ſermo perſpicuus {& intelligendum} Remouet.q.vtrum aliquo modo poſſunt eſſe eadem principia omnium. Reſpondet ꝙ principia remota poſſunt eſſe eadem omnium,ſed ordine quodam primo & per ſe ſubſtantiæ.aliorum vero per accidens & ſecundo. materia.n. & forma & priuatio ſubſtantiales ſunt principia proxima ſubſtantiæ. & conſequenter omnium aliorum prædicamentorum. Quoniam quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſatorum.

Quoniam autem non ſolum, quæ inſunt cauſæ, ſed eorum quæ extra, utputa mouens palam, quia alterum principiũ, & elementum, cauſæ uero ambo, & in hæc diuiditur principium. Quod uero, ut mouens, aut ſiſtens, principiũ eſt quoddam, & cauſa. Quare elementa quidem ſecundum analogiã tria, cauſæ aũt, & principia quatuor. Sed aliud in alio, & prima cauſa, ut mouẽs aliud alij. Sanitas, infirmitas, corpus, mouens, medicatiua. Species inordinatio talis. Lateres, mouens, ædificatoria utiq; in ea diuiditur principium.

Nunc ſecundo oſtendit, ꝙ cauſæ extrinſecæ, & intrinſecæ ſunt aliæ aliorum,& non omnium decem prædicamentorum eadem.& primo docet differentiam inter elementum,& principium,& cauſam.ſecundo oñdit quot ſunt elementa, & quot principia.vř ergo primo,ꝙ elementũ differt à principio,& cauſa.nã elementum dř ſolum de cauſis intrinſecis.cauſa vero,& principium,& de intrinſecis,& de extrinſecis.principiũ vero, & cauſa idem & conuertibilia,inquit.qm̃ aũt non ſolũ, quę inſunt ſunt cauſæ,ſed illa de numero eorũ,quę extra,vt mouens: palam quia & alterum principiũ,& elementum,nam elementum de intrinſecis, & principiũ cõmune eſt vtriſq;.cauſæ vero ambæ.ſed modo diuerſo,quia elementum,eſt cauſa,vt ſpecies illius.principiũ eſt cauſa, vt conuertibile illi:& propterea adiicit: & in hæc diuiditur principium:dicimus.n.principiũ duplex, .ſ.intrinſecum,& extrinſecum, quemadmodũ & cauſam duplicem:& hoc declarat dicens,quæ vero vt mouens,aut ſiſtens:principium eſt quoddam,& cauſa.Ecce quõ principium, & cauſa conuertuntur:ſed elementum videtur ſpecies vtriuſq;. præmiſſa hac differentia oſtendit quot ſunt elementa,& quot ſunt cauſæ. & inquit,quare elementa quidem tria ſunt,& eadem oĩum, ẽm proportionem.cauſæ autem & principia ſunt quatuor addendo.ſ.mouens enumerauit priuationem inter elementa ſaltem per accidens.His duobus præmiſſis oſtendit nunc cõmuniter, quõ cauſæ {etſi quatuor ſint} non tñ ſunt omnibus eædem. & hoc oſtendit per exempla.d.ſed aliud.ſ. principium in alio eſt. & prima cauſa alia in alio,vt mouens aliud alij ineſt.v.g.in medicatiuis:ſanitas:infirmitas,corpus,mouẽs,medicatiua. nam ſanitas vt forma: infirmitas vt priuatio, corpus vt materia.& ars medicinæ,vt mouens. in ædificatiuis vt ſpecies eſt inordinatio talis.Lateres mouens eſt ędificatoria.& in ea vtiq; diuiditur principium,quia idem eſt principium cauſæ.cauſæ ergo etſi ſint quatuor: nõ tñ eædem omnium.ſed cur prætermiſit finem, eſt dubitatio.Expoſitor fingit quia finis non habet rationem principij,quia mouet,vt eſt intentio.ſed hoc ſtare non poteſt,quia ſaltem erit cauſa ergo eſt,quia finis nõ ponit in numero cum forma, & ideo computat finem in cõputatione formę. Cũ locutus} commentum perſpicuum eſt,ſed aduerte circa principium, ꝙ Auer. videtur ponere inter hæc tria talem differentiam, ꝙ elementum dicitur de intrinſecis tantum.principium dicitur de extrinſecis tãtum,cauſa de vtriſq;. & hoc debet intelligi ẽm rationem propriam,quia vt dicit cõmento primo.primi Phyſicorum,quãdo accipiuntur com- Com.23.

muniter confunduntur pro eodem. ſecundo probat hoc per verba Ariſtotelis primo phyſicæ Auſcultationis in procœmio,& tu vide verba eius hic, & ibi. tertio ponit differentiam inter agens,& mouens.nam vult ꝙ mouens ſit in plus,quia agens ſolum eſt quod agit paſſiones,& paſsibiles qualitates,& per abiectionem contrarij,& ſicut refertur ad patiens.mouens vero eſt commune ad omnem modum producendi.& hoc idem dicit tertio phyſicorum commento.3. {dicit, ꝙ autem} debes ſcire ſecundo circa hæc, ꝙ ex litera non habetur hæc differentia:ſed videtur diuerſa, propterea ex vna litera accipitur differentia prædicta,ex alia accipitur,ꝙ elementum,& principium differunt, quia elementum de intrinſecis principiũ de extrinſecis dicitur:ſed cauſa,& principium conuertuntur.& propterea adducit diuerſas trãſlationes,& tu in his conſidera{medicina.n. alia} remouet dubium, qm̃ ſanitas in anima, videlicet medicatiua ars eſt vniuoca ſanitati reali.ergo faciet operationem ſanitatis realis.Reſpondet, ꝙ licet ſint ſimiles differunt tñ.qm̃ ſanitas in re habet eſſe reale.in mente vero habet eſſe intentionale. & propterea non facit operationes ſanitas quæ eſt in anima, quales & ſanitas realis:quia tunc medicus diceretur ſanus formaliter à ſanitate mentali, quod eſt falſum. ab illa enim dicitur artifex.reliquum commenti perſpicuum eſt.

Quoniam autem mouens, in phyſicis quidem homo in his autem quæ à mente ſpecies aut contrarium: modo quodam tres utiq; erunt cauſæ. ſic autem quatuor. nam ſanitas aliqualiter ars medicinalis, & domus ſpecies, ædificatoria, & homo hominem generat. Adhuc præter hæc, ut primum omnium, mouens omnia.

Docet reducere quatuor cauſas, & quatuor principia in tria.dixit.n. eſſe quatuor principia, vt materia, forma,priuatio,& agens: nũc ait illas reduci in tres cauſas: qm̃ materia, & forma, & agens quaſi in idem veniunt: & propterea computentur pro vna. ergo erunt tres cauſæ,ſeu tria principia.hoc ergo cõducit per modum ſyllogiſmi hypothetici,& dicit.qm̃ autẽ mouens in phyſicis quidem,homo eſt:in his autem,quæ à mente.i.quorum principium eſt mens,vt ſunt res artificiales:mouens eſt ſpecies,& hoc in operatione recta, aut contrarium ſpeciei:& hoc in operatione obliqua.concludit modo quodam tres vtiq; erunt cauſæ:ſic aũt hoc eſt modo alio:quatuor. & hoc declarat.d. nam ſanitas aliquo modo ars medicinalis eſt.& ſpecies domus aliquo modo ars ædificatoria,& homo hominẽ generat, & propterea homo generans & homo genitus idẽ ſpecie ſunt,adhuc autem,& pręter hæc eſt,vt mouens oĩa omnium principium quod ferè eſt omnibus idẽ. ergo cauſæ vt differunt ſunt quatuor vt reducunꝰ: ſunt tres.

Cõm.24 Cum declarauit.Auer.in prima parte oſtẽdit,quo modo cauſæ erunt tres,& qũo quatuor:& vult ꝙ ſint tres reductiue,& quatuor ſeorſum acceptæ.ſecundo oſtendit qũo forma quæ eſt agens, eſt idem quodammodo formæ productæ: & vult ꝙ hoc pro tanto eſt, qm̃ forma agens eſt ſimilis formæ productæ: & ſimile poteſt dici idem:& hoc oſtendit per exempla in phyſicis,& in artificialibꝰ,vt fecimus in litera{& quia diſpoſitio}Remouetur per hæc verba quæſtio,cur.ſ.Ariſt. adiicit id verbum {adhuc præter hæc &c.} Et prima rñſio Auer. eſt ꝙ illud dictum eſt vt oſtenditur,ꝙ omnia ſint quodammodo primum mouens,qm̃ primum mouens eſt ſicut mouens propinquum, & hoc quantum ad modum agendi.& primum mouens mouet ad omnia.ergo videtur quodammodo omnia pro quanto continet omnia {Alexander} Alexander dicit hoc verbũ eſſe additum propter duo, & vt oſtendat eſſe aliud mouẽs à prædictis commune omnibus illis,& vt oñdat agens, & rem factã eſſe quodammodo idem ſolũ in proximo agente, quia in remoto non.& huius duæ ſunt rationes.prima quia nullum agens remotũ eſt ſimile facto. modo primum mouens eſt agens remotum. ſecunda ratio, quia mouens ad perfectionem rei non videtur ſimile effectui:& primus motor nõ videtur agere, niſi ad perfectionem rei. ergo &c. Debes ſcire ꝙ primus motor agit ad perfectionem rei factæ. & non ad perfectionem eius.& propterea non videtur debere aſsimilari rebus quas producit{& veritas eſt} Reſpondet, ꝙ primum principium rebus non cõuenit in particulari.& ſecundum modum quo eſt principium proprium, & particulare:ſed bene conuenit aliquo modo vniuerſali. vbi debes ſcire, vt dicetur commento. 51. ꝙ Deus eſt quodammodo omnia eminenter, & potentialiter, qũo ignis eſt omnia calida:& ſic conuenit in ratione entis:& qũo ſit illud.commen.51. dicetur {& Themiſtius} Nunc ponit expoſitionem Themiſtij,qui vult,ꝙ ideo Ariſt.fecit mentionem de primo motore,vt oſtendat,ꝙ eſt aliud ab iſtis proximis motoribus. & quod eſt intentum,& quæſitum noſtrum in iſto libro. & hãc expoſitionem laudat.& ait etiã ſibi videri {& Alexã.} quia Ariſt.dixit in litera agens conuenire rebus factis. & per conſequens ꝙ factum ſit à conuenienti, gloſſat Alex.hanc propoſitionem,& vult eam eſſe verã tribus ſeruatis,videlicet in agentibus cauſis ꝓpinquis,& non remotis per ſe,& non à caſu & dicitur non à caſu, propter animalia orta ex putri materia, quæ apud ipſum, quia fiunt à caſu, non conueniunt cum factoribus, & agentibus {& in ſermone} ſed contra, quia lorum agit dolorem, & tamen non aſsimilatur dolori.adhuc ſerra agit abſciſionem, & tamen non aſsimilatur abſciſſioni.reſpondet ibi{talia &c.} ꝙ hæc ſunt inſtrumenta non agentia.& propterea additum eſt in agentibus: modo agentia ſunt ſpecies ſerrantis,& percutientis, & illis ſpeciebus aſsimilantur hæc {dicit igitur} colligit gloſſam propoſitionis, videlicet ꝙ hæc propoſitio intelligitur. in agente,non in inſtrumento, & in propinquo non in remoto,& in agente eſſentialiter, non accidentaliter.dixit in agẽte propter effectus ſerræ,& corrigere,& talium.dixit propinquo:propter primũ principium quod agit cuncta,& tñ nõ aſsimilatur cunctis. dixit eſſentialiter: propter genita à caſu:vt animalia ex putrefactione orta. & hæc eſt intentio Alexan. in iſto loco.ex his ſoluuntur multæ,& prolixæ quæſtiones circa propoſitionem illam.quarum ſubmeminit ipſe cõmento.13.& 18.& alibi.

Quoniam autem ſunt hæc quidẽ ſeparabilia:illa aũt inſeparabilia,illæ ſubſtantiæ. & propter hoc omniũ cauſæ hæc, quia ſine ſubſtantiis non ſunt paſsiones, & motus. Deinde hæc erunt anima forſan, & corpus:aut intellectus, & appetitus, & corpus.

Præaccepit qũo ſunt omniũ principia proportione & ſimilitudine. Nunc oñdit ꝙ ſunt eadem ſimpliciter: ſed ordine quodã.primo oñdit,ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſæ accidentiũ.ſecundo qũo principia ſubæ ſunt,& principia accidentiũ.pro primo vtiꝰ ratione hoc modo, entiũ,hæc ſunt ſeparabilia,hęc inſeparabilia,& ſubſtãtiæ ſunt ſeparabiles accidentia inſeparabilia ergo ſubſtantiæ ſunt

tiæ ſunt cauſæ accidentium,dicit.quoniã autem ſunt hæc quidem ſeparabilia, illa autem inſeparabilia. hæc eſt prima pars antecedentis illæ ſubſtantiæ.ſ.ſunt ſepa rabiles,& ſubaudi accidẽtia ſunt ſeparabilia.hæc eſt ſecunda pars.tunc dat conſequens, & inquit. & propter hoc omnium cauſæ ſunt hæc.ſ.ſubſtãtiæ,cuius cauſam repetit,& inquit:quia ſine ſubſtantijs non ſunt paſsiones,& motus. Debes ſcire primo, ꝙ de ratione cauſæ in actu ſunt duo.ſ.prioritas,& ſeparabilitas.cauſa.n.in actu,& eſt prior,& eſt ſeparabilis. prior quidem in eo ꝙ cauſa.ſeparabilis vero,in eo quod effectus:è conuerſo de ratione effectus,eſt.n.poſterior, & inſeparabilis. hinc patuit ratio Ariſtotelis,quia enim ſubſtantiæ ſunt ſeparabiles, & accidentia inſeparabilia. Amplius ſubſtantiæ priores,& accidẽtia poſteriora: hinc fit ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſæ accidentium omnium,& ſic enthymema præaccipit in antecedente duas partes.ſecundo debes ſcire,ꝙ omnia accidentia, vel ſunt ad modũ habitus,vel ad modum motus,& quia habitus, & paſsio idem ſunt:propterea dixit,quia ſine ſubſtãtijs nõ ſunt paſsiones,& motus,volens per hæc omnia accidentia numerare{deinde hæc erunt}ſecundo loco concludit ꝙ remotæ cauſæ ſunt omnium eedem.nam materia & forma ſunt cauſæ omnium ſubſtãtiarum compoſitarum,& ſubſtantiæ compoſitæ ſunt cauſæ omnium:accidentium ergo materia,& forma ſunt cauſæ omnium accidẽtium,inquit.deinde hæc anima forſan, & corpus ſunt cauſę omnium accidentium cœleſtium. debes ſcire,ꝙ via reſolutionis primæ cauſæ accidentium ſunt ſubſtantiæ.ſecundæ cauſæ accidentium ſunt principia ſubſtantiarum.econuerſo via compoſitionis,& proptere a dixit deinde.dedit enim ordinẽ reſolutiuum, & nõ compoſitiuum.ſed ambiges, de quibus principijs loquitur Ariſto.in hoc verbo.videtur expoſitio Expoſitoris hic diuerſa à noſtra.ipſe enim vult ꝙ Ariſt. in proximo verbo loquaẽ de principijs intrinſecis: ita ꝙ quia principia intrinſeca ſunt cauſæ ſubſtantiarum,propterea ſint cauſæ accidentium, quæ nõ poſſunt eſſe abſq; ſubſtantijs.in verbo vero præſenti vult ꝙ Ariſtoteles oſtendat ordinem in ſubſtantijs ſint principia prima omnium ſubſtantiarum,vt ſunt anima,& corpus cœleſtia,& quia anima dicitur ferè æquiuoce.dixit vel intellectus,& appetitus,& corpus. corpus enim cœleſte habet de potẽtijs animæ.hæc duo,videlicet intellectum, & voluntatem.vult ergo,ꝙ hæc duo ſint principia omnium ſubſtãtiarum effectiua,videlicet intellectus corpus:& ſic conſequenter dici poſſunt principia etiã accidentium.habes ergo de mente eius duo, quorum primum eſt eadem eſſe principia accidentium intrinſeca. & hoc in verbo primo.ſecũdo, ꝙ ſunt quædam prima principia ſubſtantiarum, & cõſequenter accidentium quæ ſunt partes cœleſtis corporis. ſed pace ſua textus non conſonat expoſitioni tali,nos enim videmus aperte in textu ordine. nam primo concludit ſubſtantias eſſe principia omnium accidentium prioritate, & ſeparabilitate:deinde ſubdit,quo mõ principia ſubſtantiæ ſunt principia accidentium,quia quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. Amplius,ꝙ non loquatur de principijs, perſpicuum licet enim intellectus pertineat ad principium actiuum,tamen corpus, & materia nullo modo pertinet ad principium actiuum.melius ergo videtur mihi ꝙ loquatur de principijs intrinſecis, & qm̃ accidentia ſunt duobus modis,quædam materialia, vt ea quæ inſunt corporibus generabilibus,& quædã im-

Contra Expoſitorem.

materialia vt quæcunq; inſunt corporibus cœleſtibus & propterea dixit.deinde hæc anima forſan,& corpus ab accidẽtia primo aduertẽs:ſubſcribit, ait intellectus, & appetitus,& corpus ad accidentia cœleſtia alludẽs. ſed dices contra:quoniam anima, & corpus non ſunt vniuerſalia principia omnium accidẽtium materialiũ, quoniam non ſunt principia accidẽtium elementorũ. poteſt dici ꝙ ſic,qm̃ corpus eſt miſtum quoddam continens elementa:& per conſequens continet materiã, & formam,quæ ſunt vniuerſalia principia omniũ. hec videẽ mihi expoſitio præſentis loci. ſed res quo modo ſe habet:dicetur in commento. Cum declarauit}proponit intentionem,& tria innuit.primo ordinem,quia declarauit, quomodo eadem ſunt omnium principia proportione.Nunc ꝙ ſubſtantia ſit cauſa omnium.ſecundo intentionem & cauſa intentionis.Intentio quidem,quia declarabit ꝙ principia ſubſtantiæ ſunt principia reliquorum,cauſa intentionis vero.quia materia ſubſtantiæ eſt cauſa cuiuſlibet materiæ accidentis. & contrarietas in genere ſubſtantiæ, vtpote forma,& priuatio ſunt cauſæ contrarietatis in omnibus reliquis. tertio excuſat Ariſto. nam hęc declarauit in.7. ſed nũc quaſi rememoratiue ſubmeminit. & propterea nõ ſuperfluus{& intendit} propoſita continuatione nunc proſequitur.& primo accepit diſtinctionem:& vult ꝙ rerum quædam ſunt ſeparabiles, quædam inſeparabiles.ſeparabiles ſunt ſubſtantiæ, inſeparabiles ſunt accidentia.dicuntur quidem ſubſtãtiæ ſeparabiles, qm̃ poſſunt eſſe abſq; accidentibus, & ſunt priores definitione.eo quia ponuntur in definitione accidẽtium, & nõ econuerſo.accidentia vero inſeparabilia ſunt, quia nullum accidens exiſtit abſq; ſubſtantia. quoniã ſunt paſſiones,& motus ſubſtãtiarum,vt diximus in textu.hec eſt diſtinctio.ex hac diſtinctione ſumitur,ꝙ ſubſtantię ſunt cauſæ accidentium,& non econuerſo. quia vt declaraui in textu ſubſtantiæ ſunt priores, & ſeparabiles. accidentia ſunt poſteriora,& inſeparabilia: & ſic ſubſtantiæ ſunt cauſæ,& accidentia effectus.nec expreſsit in quo genere cauſæ.de quo alibi{& ſciendum} Remouet.q.dictum eſt enim ſubſtantiam eſſe ſeparabilẽ modo hoc non videtur verum,qm̃ ſubſtãtia miſta, vel materialis non poteſt eſſe abſq; accidentibus. nam accidentia ſunt diſpoſitiones quibus conſeruatur forma in materia.ergo non poteſt eſſe abſq; accidẽtibus.reſpondet verbum Ariſtotelis eſſe verum, ſaltem de ſubſtantia intelligibili.nam ſubſtantia ſenſibilis non poteſt eſſe abſq; accidentibus. Sed dubitatur, quoniam ſi ſubſtantia materialis non poteſt eſſe abſq; accidentibus.ergo ex verbis Ariſtotelis non concludetur ſubſtantiam materialem eſſe cauſam accidentium: magis ꝗ econuerſo accidentia eſſe cauſam ſubſtantiæ materialis.amplius tunc verbum Ariſtotelis non eſſet verum,niſi de ſubſtantia intelligibili, modo ſubſtantia intelligibilis non eſt cauſa materialis accidentium. poteſt dici ꝙ aliqua ꝓpoſitio eſt vera in vniuerſali, quæ eſt falſa in particulari apud Auer.vel vera per ſe,quæ eſt falſa per accidens. & hoc ponit Auer.6. Auſcultationis phyſicæ. commento.15.&.7.phyſicæ Auſcultationis. cõmen.2. tunc dicendum ꝙ hæc eſt vera: omnis ſubſtãtia eſt ſeparabilis ab accidente per ſe,quia omnis ſubſtantia eſt ſeparabilis in eo ꝙ ſubſtantia. qm̃ aliqua ſubſtantia eſt ſeparabilis,vt intelligibilis. non tamen omnis ſubſtantia de facto eſt ſeparabilis, quia non ſubſtantia miſta. ex his ſolue argumẽta tu.{& poſt hoc} Cõuenit Auer.

Cõm.25.

cum expoſitore quantum ad hoc.ſ.ꝙ Ariſto.hic declarat ordinem in ſubſtātijs. vult enim ꝙ Ariſt.primo declarauit ſubſtantiam eſſe principium omnium.ſecundo ꝙ etiam in ſubſtantijs declarat primam, & ſic vult ꝙ primum in ſubſtantijs ſit anima,& corpus,aut intellectus,& voluntas,& corpus. Hæc enim ſunt principia omnium ſubſtantiarum {& innuit corpora} Remouet quæſtionem. poſſet enim quis dicere ꝙ intelligit per animam,& corpus:ideo declarat verba Ariſtotelis verificari in corpore cœleſti tantū:ergo per animam intelligit formam cœleſtis corporis:& per corpus intelligit materiam eiuſdem.hæc enim duo ſunt prima principia oīum ſubſtantiarum . ſecundo dicit, & probat corpora cœleſtia eē animata. & vtit̄ tali ſyllogiſmo, Quęcunq; ſunt principia animatorum, & inanimatorum per ſe ſunt animata,modo corpora cœleſtia ſunt principia animatorum,& inanimatorum:ergo animata. & per cōſequens eorum principia ſunt anima, & corpus. & dicitur forte quia declarabitur poſt demonſtrationem.hæc eſt expoſitio Auerrois: & cum eo conuenit Expoſitor,& nos contradiximus huic perfecte {Alex. autem} Alexander exponit aliter.& vult ꝙ Ariſto. primo accepit ſubſtantiam eſſe omnium cauſam: ex qua voluit habere principia ſubæ eſſe principia oīum aliorum, & ꝑpea declarans quę ſint illa principia dixit: vt aīa & corpus.& hęc in aīalibus gn̄abilibus, vel intelľs, & corpus. & hæc in corporibus cœleſtibus.& hęc ē expoſitio nr̄a {& ideo} dicet quis, cur nō dixit materiā & naturā? ſecundo cur dixit forte? vtriq; reſpondet.& primo ad primum,quia.ſ.materia, & natura ſunt inſeparabilia,& ipſe præaccepit ſubſtantiam eſſe ſeparabilē. ſecundo reſpondet ꝙ ideo dixit forte propter animā, quæ apud aliquos eſt abſtracta,apud aliquos non, ergo per hęc innuit corpora cœleſtia,& per intellectum, & voluntatem innuit primum motorē, videlicet Deū. quibus dicit Auerroes. & vtrunq; iſtorū eſt alteri propinquum,quoniam iſtæ duæ expoſitiones non multū differunt,quia vtraq; accipit principia ſubſtātiarum. reliquum commenti perſpicuum.

TEX.cō.26. *Amplius autem alio modo proportionaliter principia eadem,ut actus,& potentia: ſed & hæc alia alijs, & aliter. In quibuſdam quidem enim idem,quandoq; quidem eſt actu, quandoq; uero potentia,ut uinum, aut caro, aut homo. cadunt autem,& hæc in dictas cauſas,actus quidem enim ſpecies ſi ſit ſeparabilis:& quod ex ambobus.priuatio uero, ut tenebræ,aut laborans.potentia autem materia. hoc enim eſt quod poteſt fieri ambo. Aliter autem actu, & poteſtate differunt ea,quorum non eſt eadem materia. quorum non eſt eadem ſpecies,ſed altera. Quemadmodum hominis cauſa ſunt elementa ignis,& terra,ut materia,& ſpecies propria, & ſi quid aliud extra,ut pater. & præter hæc ſol,& obliquus circulus:neque materia entia, neque ſpecies, neq; priuatio. neque formæ,ſed mouentia.*

Expoſitor videtur doctiſsime exponere hūc textū, quia tn̄ eſt nimis breuis, & in aliquibus,propter breuitatem mancus.propterea dicamus, ꝙ Ariſto. declarat nunc ſecundo modo,quomodo principia ſunt omniū eadem proportione:& ideo præaccipit rem,& inquit. amplius autem alio modo proportionaliter principia eadem ſunt omnium,vt actus,& potentia.ergo, ſi conſiderentur principia inquantum actus, & potentia, vt ſic,ſunt omnium eadem.ſed,qm̄ in identitate proportionis requiritur differētia,declarat,ꝙ potētia, & actus in diuerſis differunt,& quantum ad rem, & quantū ad modum:& hoc proponit.d.ſed & hæc ſunt alia alijs. & hoc quantum ad rem:& aliter,& hoc quantum ad modum rei.ſeruat autem talem ordinem, quia primo declarat,quomodo ſunt alia alijs quātum ad modum. ſecundo quantum ad rem,debes ergo ſcire, ꝙ differētia in modo ſtat cum identitate in ſubiecto, modo vnamet res in ſubiecto differt in modo pro quanto,quandoq; eſt in actu,quandoq; in potentia, & hoc dicit, in quibuſdam quidem enim idem quandoq; quidem eſt actu,& quandoq; vero potētia.cuius exemplum adijcit,vt vinum, aut caro, aut homo,quodlibet enim horum quandoq; eſt in actu,quandoq; potentia.ecce igitur quomodo erit vna res,ſed modus diuerſus {cadūt autem} Remouet quæſtionem.Poſſet enim quis dicere,vtrum actus, & potentia computentur inter principia prædicta,an non.quia ſi non,tunc non erunt principia quatuor, videlicet materia, forma, priuatio, & mouens.reſpondet,& docet,quomodo hæc duo reducuntur ad illa principia prædicta. & primo proponit hoc,& inquit. cadunt autem, & hæc in dictas cauſas. nam actus quidem eſt ſpecies,ſi ſit ſeparabilis, vt dixit Plato.& ſi eſt quod ex ambobus, quaſi dicat ꝙ actus, ſiue ſit ſeparabilis,ſiue non,ſemper cadit in ſpeciem,& eſt forma,& quia aliquis actus eſt, dicēs imperfectionem, ſubſcribit, priuatio vero ſunt actus hi, vt tenebræ,& ęgrotans.aliquis ergo actus cadit in ſpeciem,vt ille,qui dicit perfectionem: & aliquis in priuationem, vt ille,qui dicit diminutionem.potentia vero eſt materia.ergo potentia cadit in materiam. nam hoc.ſ.potentia eſt quod poteſt fieri ambo,quemadmodum,& ipſa materia.& ſic perſpicua eſt ſolutio quæſtionis {aliter autem} reddit ad rem,& declarat, quomodo hæc duo differunt in diuerſis quantum ad rem.& vult, ꝙ actus, & potētia in diuerſis ſint alterius rationis.v.g.actus, & potentia,ex quibus exiſtentia hominis conſiſtit, ſunt alterius rationis ab actu,& potentia, ex quibus exiſtit alia exiſtentia,vtpote corporis cœleſtis. ergo actus alterius eſt alterius rationis. ſimiliter & potentia. & hoc inquit.aliter autem actus,& potentia differūt ea, quorum non eſt materia eadem, & quorum non eſt ſpecies eadem,ſed diuerſa:cuiuſmodi ſunt homo, & corpus cœleſte.& hoc declarat.d.quemadmodum hominis cauſa ſunt elementa cuiuſmodi ſunt ignis & terra vt materia:& propria ſpecies,vt anima.& ſiquid aliud extra ſit vt pater:& hoc vt agens proximum, & præter hæc ſol,& obliquus circulus,qui ſignifer dicitur, græce zodiacus.& hæc tanquam agentia remota.addit, ꝙ hæc videlicet pater,ſol,& zodiacus,neq; ſunt materia, neq; ſpecies,neq; priuatio,neque formæ, ſed ſunt mouentia.hæc ergo ſunt principia hominis, & per conſequens actus,& potētia eius in alijs vero, qualiter ſint, non explicauit propter breuitatem.ſed dubitatur,quia videtur ꝙ actus ſit eiuſdem rationis in omnibus, & potentia ſimiliter: quoniam vt dicit Auer. ſunt rationes vniuerſales omnium prædicamentorum. dicendum ꝙ actus & potentia poſſunt conſiderari in ratione phyſica,& in ratione metaphyſica. ſi conſiderātur in ratione metaphyſica,ſunt eiuſdem rationis in omnibus,qm̄ ratio metaphyſica abſtrahit ab omni differentia.ſed,ſi conſiderantur in ratione phyſica, ſic in alijs, atq; alijs ſunt diuerſi.& hoc vt probat ratio Ariſtote. {Cum declarauit} Commētum præſens.26.eſt perſpicuum om Cōm.26.
nibus,neq; dicit aliquid extra literam.

Adhuc

TEX.co.27. *Adhuc autem uidere oportet, ꝙ hæc quidem eſt uniuerſaliter dicere, hæc autem non. omnium igitur prima principia, quod actu primum ſpecie, & aliud quod potentia: illa quidem igitur uniuerſalia non ſunt: principium enim ſingularium ſingulare. homo quidem enim hominis uniuerſaliter. Sed non eſt nullius. uerum pelleus achillis: tui uero pater. & hoc b, huius ba. omnino autem b ſimpliciter, ba. deinde ſi iam. quæ ſubſtantiarum, alia utique aliorum cauſæ, & elementa, ſicut dictum eſt, eorum, quæ non in eodem genere colorum, & ſonorum, & ſubſtãtiarum, & quantitatis. præterquam proportionaliter, & eorum, quæ ſunt in eadem ſpecie diuerſa, nõ ſpecie, ſed quia ſingularium aliud, & tua materia, & ſpecies. & mouens, & ſpecies, & mea. uniuerſali autem ratione: eadem.*

Certe textus iſte eſt multum latens, & propterea videtur ꝙ Ariſto. velit aliquo modo verificare opinionem cõmunem ſuo tempore vigentem. Erat. n. famoſum ſuo tempore eſſe vniuerſalia ſeparata, & eſſe cauſas omnium. modo videtur ſtultum: contradicere antiquæ opinioni, niſi aliquo modo verificetur: & propterea intendit declarare, quomodo concedi põt vniuerſalia eſſe principia rerũ: & per hoc habebitur, qũo eadem ſunt principia omnium vniuerſaliter, quod erat ſm principale propoſitum. Debes autem ſcire, ꝙ vniuerſale dupliciter eſt. vno modo per eſſentiam, & ſic illud erit vniuerſale, quod per eſſentiam erit abſtractum à materia, & conditionibus materiæ. & hoc modo poſſunt dici intelligẽtiæ vniuerſalia: eo quia per eſſentiam excludunt materiam, & conditiones materiæ. ſecundo modo participatione, quomodo vniuerſale materiale, & vniuerſale animal, & vniuerſale corpus dicũtur vniuerſalia, quoniam per eorum eſſentias ſunt in materia, ſed inquantum cõcipiuntur, ſunt abſtracta à materia, & conditionibus materiæ. de his dixit Auerro. ꝙ ſunt actu indiuidua, potentia vero vniuerſalia. iuxta hanc diſtinctionem Ariſtoteles videtur cõcedere duas ſubcontrarias. prima eſt vniuerſalia ſunt rerum principia. primá propoſitio verificatur de vniuerſalibus participatiue. nam homo vniuerſalis eſt principium hominis vniuerſalis, & hic homo huius hominis. ſecunda verificatur de ideis. declaratũ eſt enim, ꝙ nulla eſt idea, quæ ſit cauſa ſingularium, quia ad hæc ſatis ſunt ſingularia. hoc ergo proponit, & dicit. adhuc autem videre oportet, ꝙ hæc quidẽ ſunt vniuerſaliter dicere. hæc eſt vna pars ſubcontrarietatis, hæc autem non. hæc fuit altera. deinde declarat primam ſubcontrariam, & inquit. omnium igitur prima principia ſunt hæc duo, videlicet ꝙ actu ſpecie primum. i. eſt primus actus acceptus communiter ſecundum ſpeciem, & aliud quod potentia. actus ergo, & potentia ſunt prima principia vniuerſalia omniũ. & ſi hoc modo vniuerſalitatis vniuerſalia ſunt principia rerum. deinde declarat ſecundam ſubcontrariam, dicens illa quidem igitur, quæ vniuerſalia vtpote ideæ. non ſunt: cuius cauſam ſubſcribit dicens. nam principium ſingularis eſt ſingulare, homo quidẽ enim hominis vniuerſaliter, ſed non eſt illius. ſ. principium, ſed alicuius aliquo modo inuẽti in ſingularibus. eſt ergo ſuperflua idea pro tanto, quia homo hominis eſt principium, & huius hominis hic homo. & hæc per exempla oſtẽdit. d. verum Peleus eſt Pater Achillis: tui vero pater. & hoc. b. demõſtratum eſt principium huius ba compoſiti demonſtrati: omnino autem b. i. vniuerſale. b. ſimpliciter. i. vniuerſaliter eſt principiũ vniuerſalis huius quod eſt ba. ergo per hæc perſpicuũ eſt qualiter ſuperfluæ ſint ideæ {deinde ſi iam} Remouet vnam dubitationẽ, quia dictum eſt principia ſubſtantiæ eſſe eadem omnium reliquorum. quæret quis vtrũ dici poſſunt eadẽ omnium vniuerſaliter? reſpondet. d. deinde ſi iam quæ ſubſtãtiarum ſubaudi principia ſint omnium eadem: erunt vtiq; aliæ aliorum cauſæ, & elementa, & non ſimpliciter, & numero eadem, qđ oſtendit. d. ſicut dictum eſt, eorum, quæ non ſunt in eodem genere principia non eſt dicere ſimpliciter eadem, vtpote colorum, & ſonorum, & ſubſtantiarum, & quantitatis. dico non ſunt eadem ſimpliciter præterꝗ proportionaliter. qm̃ proportionaliter ſunt oĩum eadem & eorum, quæ ſunt in eadem ſpecie, non diuerſa ſpecie. ſed quia ſingulorũ aliud, & tua materia, & ſpecies, & mouens. aliud ſubaudi & ſpecies, & mea materia, & meum mouens. q. d. ꝙ principia non ſunt eadem eorum, quæ ſunt diuerſa genere: nec eadem eorum, quæ ſunt diuerſa numero {ſed vniuerſali ratione} ergo ſolutio eſt hæc, ꝙ licet principia ſubſtãtiarum ſint eadem omnium, tamen non ſunt eadem ſimpliciter, quia diuerſorum generum diuerſa ſunt principia genere, & diuerſarum ſpecierum diuerſa principia ſpecie. quadam tamen ratione vniuerſali ſunt eadem: ex perſpicuum primo, quomodo vniuerſalia ſint principia, & qũo nõ. ſecundo quomodo concedi poteſt. omnium eſſe eadẽ principia, & qũo non. & ſic perſpicuum eſt quod erat ſecundum. Dicto ꝙ principia} introductio Auer. differt à noſtra. nã Auerrois velle videtur, ꝙ principiũ rei eſt dupliciter. ſ. vniuerſale, & particulare, & ꝙ Ariſtoteles comparet inter hæc duo. & ꝙ verum principium rei eſt particulare, & non vniuerſale. ſecundo videtur Auerrois probare totum hoc, quia principium debet eſſe prius principiato, & hæc prioritas eſt ſecundum eſſe, & non ſm rationem. & quia propriæ indiuiduum eſt prius alio ſecundum rem, & vniuerſale non eſt prius alio, niſi ſm rationem: ideo vera cauſalitas reperitur in ſingulari. tertio dicit, ꝙ re vera vniuerſale non eſt cauſa rei vniuerſalis, quia vniuerſale, nec generatur, nec generat, ſed dicitur, ꝙ homo hominem generat vniuerſaliter. homo ergo vniuerſalis non generat hominem vniuerſalem, ſed homo hominem generat vniuerſaliter. Sed dices quæ differentia eſt inter hæc? dicendum, ꝙ aliud eſt res generata. aliud eſt modus generãdi, nã res generata ſemper eſt ſingularis, eo quia generationes, & operationes ſunt ſemper ſingularium, ſed modus generandi poteſt eſſe vniuerſalis, & ſic licet homo generans ſit ſingularis, quia tamen generat hominem propter naturam communem vtriſq;, ideo hæc generatio eſt vniuerſalis ſecundum modum, licet ſecũdum rem ſemper ſit particularis. propter quod tria conſiderantur in generatione, ſ. ratio generandi: conditio generantis, & ipſum generans. generans enim ſingulare eſt, ratio generandi vniuerſale. conditio generantis eſt deſignatio, & tu perſiſte ſuper hoc, quia eſt pulchrum {& quia reſiduum} hic Auer. dicit primo, ꝙ Alexan. non plus de textu expoſuit. & hoc forte, quia habebat reliquum textus manifeſtum, dicit ſecundo, ꝙ quemadmodum cauſata ſunt diuerſa genere, ſic & cauſæ, vtpote colorum ſonorum, & quantorum, & ſubſtantiarum principia, & cauſæ ſunt diuerſa. Dicit tertio, ꝙ ex his Ariſto. voluit habere, ꝙ quædam ſunt cauſæ numero differentes: ſpecie vero conuenientes, vt Socrates, & Plato, vel ſpecie differentes, genere vero conue-

nientes,vt homo,& equus,vel genere differentes, ſed conuenientes proportione:& hoc pacto entium diuerſorum prædicamentorum principia ſunt diuerſa genera proportione eadem {& poſt hoc} hic etiã dicit tria. dicit enim primo,ꝙ etiam in eodem genere ſubſtantiæ ſunt cauſata diuerſa numero,ſpecie. & genere,& ſimiliter principia in ſubſtantijs ſunt diuerſa numero, ſpecie,& genere.& dici t ſecundo,ꝙ per formam vniuerſalem intelligit genus,& per formam particularem intelligit ſpeciẽ,quaſi ergo velit cauſata in genere ſubſtantiæ quædam eſſe eiuſdem formæ vniuerſalis, quædam eiuſdẽ formæ particularis. dicit tertio ꝙ ex omnibus his vult habere, ꝙ licet principia ſubſtantiarum differant genere,non propter hoc dicuntur eadẽ proportione ſecundum vicinitatem.Reliquum commenti perſpicuum eſt. & certe ferè totum commentum eſt inutile ad ſermonem Ariſto.

TEX. c. 28. *Quærere uero, quæ principia, & elementa ſubſtantiarũ, & ad aliquid, & qualitatum: utrum eadem, aut diuerſa: palam quia multipliciter dictorum ſunt uniuſcuiuſq;. diuerſorum uero non eadem, ſed altera, præterquam ſic, & omniũ. ſic autem eadem, aut eo q, proportionantur, quia materia, ſpecies, priuatio, mouens, & ſic ſubſtãtiarum cauſæ, ut cauſæ omnium, quia deſtruntur deſtructis. Amplius ꝙ primum entelechia, ſic altera prima quæcunque contraria, quæ nec ut genera dicuntur, nec ut multipliciter dicuntur, & adhuc materiæ, quæ quidem igitur principia ſenſibilium. & quot & quomodo altera dictum eſt.*

Epilogat quæcunq; dicta ſunt, & primo per modũ quæſtionis,& ſolutionis, & inquit. quærere vero quæ principia,& elementa ſubſtantiarum, & eorum quæ ſunt ad aliquid,& qualitatum:quærere dico vtrum eadem, vel diuerſa.reſpondet palam,quia principia ſunt vniuſcuiuſq; multipliciter dictorum, & non eodẽ modo omnium,hæc eſt ſolutio. hanc ſolutionem declarat, & recapitulat,ꝙ tribus modis dici poſſunt eadẽ oĩum. primo portione,quoniam ſicut in ſubſtantia ſunt tria, materia,forma,& priuatio. ſic & in quolibet prædicamento videntur eſſe tria ita ſe habentia. ſecundo reductiue,qm̃ principia ſubſtãtiæ ſunt eadem omnium, eo quia ſine ſubſtãtia nullum eſt aliorũ. tertio quia actus, & potẽtia ſunt principia vniuerſalia omnium, eo quia quodlibet prædicamentorum diuiditur per actum, & potentiam.ad hoc ergo dicit diuerſorum vero:nõ eadem,ſed altera præterq̃ ſic,& omniũ:exponit ſe.d.qũo ſic & omnium,& inquit.ſic autẽ eadem,aut eo ꝙ proportionaliter,quia materia,ſpecies, priuatio, mouens ſunt proportione quædam in omnibus prædicamentis. ponit ſecundum modum.d.& ſic ſubſtantiarũ cauſæ,vt cauſæ omnium,quia omnia deſtruuntur deſtructis ſubſtantijs.addit tertium modum.d.amplius,ꝙ primum actus, & ſubaudi potentia.ergo eadem ſunt principia omnium tribus modis,vel quia proportione. vel reductiue,vel vniuerſaliter {ſic altera} ſoluit.q. dictum eſt enim,quomodo principia eadẽ omniũ ſunt. Quæret ergo quis vtrum poſſunt dici eadem cõtraria omnium,v.g.forma,& priuatio dicantur eadem omnium. Reſpondet ſic, quæcunq; contraria prima dicẽda ſunt altera.& exponit quomodo.d. quæ nec vt genera dicuntur,q.d.ꝙ nec genere dicenda ſunt eadem, nec vt multipliciter dicuntur.i.nec ſunt dicenda æquiuoca. & adhuc materiæ eſſe debent, quia nec omniũ eadem genere,nec omnium æquiuoce. ſunt ergo tria principia omnium proportione eadem,& analogia. reſumit ergo totum dicens,quæ quidem igitur principia ſenſibilium,& quot,& quomodo eadem, & qũo altera, dictum eſt. Eſt ergo ſolutio quæſtionis ex toto ꝑſpicua, & completus eſt ſermo de principijs ſenſibilium entiũ.

Cum quæſiuit} hoc commentum eſt perſpicuum, & Cõm. 28. nihil continet extra textum,& expoſitio eius eſt poſita in noſtra expoſitione. Sed circa finem huius quæſtionis emergit difficultas: videtur enim ex verbis Philoſophi ſumi,ꝙ accidens non ſit forma ſimplex: cuius oppoſitum dixit in.10. & conſequentiæ deducitur, quia vnumquodq; cõponitur ex ſuis principijs. ſed cuiuſlibet accidentis ſunt propria princia, vt Ariſto.dicit.ergo quodlibet accidẽs eſt cõpoſitum. amplius, in quolibet prædicamento ſunt hæc duo:actus,& potẽtia,ergo ſaltem omne accidens componitur ex aliquo actuali,& potentiali.& per conſequens nullum accidẽs erit ſimplex.debes ſcire ꝙ accidens poteſt capi dupliciter. vno modo in abſtracto,& ſic non eſt in genere,quemadmodum nec humanitas eſt in genere, declaratũ eſt enim in topicis,ꝙ album eſt in genere,nõ autem albedo,alio modo poteſt capi in concreto, & ſic eſt in genere. tunc debes ſcire ſecundo modo, ꝙ omne quod eſt in genere eſt compoſitum ex genere, & differentia, & per conſequens ex actu,& potentia,vel materia, & forma.ſed hæc eſt differentia inter ſubſtantias,& accidentia,quia ſubſtantiæ componuntur ex proprijs principijs ſuis generis.accidentia vero,quia ſunt diminuta componuntur ex genere, ſeu principio potentiali ſui generis,& principio actuali alterius generis. principiũ quidem potentiale eſt accidens commune,vt albi,coloratum.actuale vero eſt differentia eius, quæ ſumitur à ſubſtantia.ſubſtantia enim eſt propria differentia accidentis. Ad.q.ergo dicendum, ꝙ in accidẽte poteſt intelligi triplex compoſitio,vna ex materia, & forma, & hæc fit totaliter ex principijs alterius generis,vel ſaltem ex materia alterius generis, & forma eiuſdẽ. alia eſt compoſitio ex actu,& potentia,& hæc ſimiliter, eo quia actus eſt forma potentia materia. alia eſt compoſitio ex genere,& differentia,& hæc eſt ex genere quidem ſui prædicamenti:differentia vero alterius. ex his ſoluitur contradictio. nam Ariſt. vult ꝙ accidẽs ſit forma ſimplex per excluſionem cõpoſitionis ſui generis, hic vero dicit ipſum eſſe compoſitum ſaltem concretiue acceptum & per principia alterius generis.

PARS SECVNDA.

CAP. PRIMVM.

Subſtantiam aliquam immobilem, ſempiternam, ſemperq; actu exiſtentem dari oportere: item actum potentia priorem eſſe oſtenditur.

QVoniam autem erant tres ſubſtãtiæ, duæ quidem, quæ phyſicæ, una uero, quæ immobilis: de hac dicendum eſt, quia neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquam ſubſtantiam immobilem. nam ſubſtantiæ primæ entium. & ſi omnes corruptibiles, omnia corruptibilia, ſed impoſsibile motum, aut fieri, aut corrumpi. Semper enim erat: nec tẽpus, nec enim poſsibile prius, & poſterius eſſe cum non ſit tempus. & motus: ergo ſic eſt continuus, ut tempus, TEX. c. 29.

tempus, aut enim idem, aut motionis eſt aliqua paſsio: motus autem non eſt continuus, niſi qui ſecundum locum, & huiuſmodi qui circulo.

Nunc de tertia ſubſtantia dicere proponit. Erant enim ſubſtantiæ tres, vtpote ſenſibilis corruptibilis, vt animalia & plantæ: ſenſibilis æterna, vt corpus cœleſte: de his dictum eſt modo. tertia vera eſt inſenſibilis immobilis ſimpliciter, & de hac dicendum. Proponit ergo intentionem, & inquit {quoniam autem erãt tres ſubſtantiæ, duæ quidem, quæ naturales, vtpote quæ corruptibilis, & æterna: vna vero, quæ immobilis: de hac tertia dicendum eſt. & quia omni tractatui ſuppo nenda ſunt quædam, vt principia, proponit vnũ, quaſi principium omnium eorum, quæ dicentur: & eſt, aliqua ſubſtãtia eſt ſempiterna, & immobilis. (& hoc inquit) quia neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquam ſubſtantiam. hæc eſt prima pars {immobilem} hæc eſt ſecunda pars ſuppoſitionis. probat primam partem ſyllogiſmi ad impoſsibile hoc mõ. deſtructis primis principijs reliqua omnia principia deſtruuntur: ſed ſempiternæ ſubſtantiæ ſunt principia corruptibilium: ergo deſtructis ſubſtãtijs ſempiternis, & primis, reliqua omnia deſtruũtur. Accepit minorem, & inquit. nam ſubſtãtiæ ſempiternæ ſunt primæ, & principia entium. deinde addit concluſionẽ, & inquit. etſi omnes corruptibiles, omnia corruptibilia. hæc erat vis concluſionis. deinde deſtruit concluſionem, & vult habere oppoſitum maioris, & hoc inquit. ſed impoſsibile eſt motũ, aut fieri, aut corrumpi: ſemper enim erat. amplius nec tempus poteſt. ſ. corrumpi, quare concluſio impoſsibilis eſt, tum propter motum, tum propter tempus. probat ſecundum, & ex ſecundo oſtendit primum, & inquit. nec enim poſsibile eſt prius, & poſterius eſſe, qũo non ſit tempus ex hoc vult habere tempus eſſe æternũ. & hoc concludit, & motum eſſe æternum, & inquit: & motus ergo ſic eſt continuus, & ſempiternus, vt tempus. cuius cauſam ſubſcribit. d. nam tempus eſt aut idẽ motui, & hoc ẜm quoſdam antiquos, aut tempus eſt aliqua paſsio motus, & hæc eſt poſitio Ariſto. ſed quia quis obijcere poteſt de augmento, aut de alteratione, quorum nullus eſt continuus, addit, motus autem non eſt continuus, i. ſempiternus, niſi qui ſecundum locũ. & quia non quilibet talium, addit, & homo eſt ſempiternus qui circulo. i. circularis, ex his vult habere impoſsibilitatem continuationis: & per conſequens vult habere oppoſitum maioris. ſ. ꝙ ſint aliquæ ſubſtantiæ ſempiternę. & hęc erat ſuppoſitio noſtra, ſaltem quan

Cõm. 29. tum ad primam partem. Per hoc quod} Auerrois primo dicit in epilogo Ariſto. quid intelligat per principia ſubſtantiarum ſenſibilium, & vult ꝙ intelligat materiam, formam, priuationem, & mouẽs. & ꝙ ſunt tria vno modo: & quatuor alio modo, vt diximus. ſecũdo dicit, ꝙ declaratũ eſt, quomodo ſunt eadem, & quomodo non. iam ſunt eadem proportione, & non ſunt eadem ſimpliciter {conſiderandum aũt} mouet Auerroes quæſtionem, vtrum quando Ariſto. loquitur de ſenſibili ſubſta intelligat ęternã, & corruptibilem vel corruptibilẽ tantum {Alex. autem} Reſpondet Alexan. ꝙ de vtraq; intelligit, ſenſibile enim eſt cõmune æterno, & corruptibili. nam plantæ, & animalia corruptibilia ſunt. & corpora cœleſtia æterna, & vtraq; ſenſibiles ſunt ſubſtantia {in ſubſtãtiæ enim} probat quatuor rationibus, ꝙ ante locutus ſit de æterna ſenſibili. primo, quia locutus eſt de quatuor principijs, & illa reperiuntur ſecundum proportionẽ in æterna ſenſibili, quemadmodum & incorruptibili. ſecundo Ariſt. ponit diuiſionem in tres. ſ. & dicit duas eſſe naturales, & hoc dat intelligere de his dixiſſe. tertio, quia dicet dicendum eſſe de æterna, & immobili. ergo de alijs dixiſſe ſupponit aliter eſſet diminutus. quarto quia ſimiliter fecit in primo iſtius libri. dixit enim de duabus inſimul, & poſtmodum de immobili tãtum. ex his quatuor videtur dicendum, ꝙ Ariſto. loquitur de principio ſubſtantiæ generabili. talis autem eſt æterna inſenſibilis. dictum enim eſt duplicem eſſe ſubſtantiam æternam, & corruptibilem. & ꝙ æterna eſt principium corruptibilis. & hæc eſt determinatio Auerrois {ſed quia ſermo} Soluit. q. cur Ariſt. locutus ſit de vtraq; ſubſtantia. ſatis enim eſſet loqui de ſubſtantia æterna, quia corruptibilis eſt propria philoſophico. reſpondet quia Ariſt. loquitur de ſubſtantia ſimpliciter: ergo habet loqui de membris eius, ſunt autem duo membra eius. ſ. æterna & corruptibilis: ideo de ambabus loquitur {& ideo diuiſit} concludit vnum corollarium. Ex his ergo patet librum hũc merito eſſe diuiſum in duas partes, ſcilicet in primam, vbi pertractat de principijs ſubſtantiæ generabilis, quæ habet aliquam conuenientiã cum æterna. in ſecunda loquitur de ſubſtantijs æternis. & principijs earum {ſed quia} Mouet dubium. nam per idem debuit loqui de principio ſubſtantiæ generabili, non tantum ſupponendo, ſed determinãdo, & demonſtrando {ſed tamen} reſpondet ꝙ Ariſt. fecit, ſicut fecerunt homines ſcribentes, qui ſemper præaccipiunt aliqua principia tanquã ſuppoſitiones. ſupponit ergo ex phyſicis eſſe aliquam ſubſtãtiam ſempiternam. deinde declarat quæ, & qualis, hæc per propoſitiones cõmunes vtriq; ſcientiæ: reliquum cõmenti perſpicuum eſt per ſe. Sed circa textum, & commẽtum obiicitur, quia videtur, ꝙ ratio Philoſophi de tempore nulla ſit, quia ſupponit ante tempus eſſe prius. diceret. n. aduerſarius tempus incipere per remotionem de præſenti hoc modo, nunc non eſt tempus, & immediate poſt hoc erit, & ſic non ſequitur ante tẽpus fuiſſe tẽpus. Sed certe hæc ſolutio friuola eſt. nam Ariſto. ſupponit duo. primo, ꝙ tempus non incipit eſſe per ſe, ſed propter aliquod, qđ per ſe incipit eſſe. & huius ratio ẽ, quia tẽpus eſt accñs, & nullum accñs per ſe incepit eſſe per ſe, ſed propter ſui ſubiectũ. ſecũdo ſupponit, nihil incipere eẽ, niſi ꝑꝑ generationem, hoc enim ſupponit ex cõſenſu omnium, qui de natura loquunẽ, & ꝑ teſtimoniũ oĩum ſenſuũ. Ex his facile deducẽ. ſi tẽpus incepit, tempus prę̃fuiſſe. nã, ſi tẽpus incipit, aliquid incipit, ad cuius inceptionẽ incipit tempus: & hoc per primũ acceptũ, & oẽ qđ incipit, incipit per generationem. & oẽm gñationẽ præceſsit alteratio, & oĩs alteratio eſt in tẽpore. ergo ante generationem fuit aliqđ prius. & ꝑ cõſequẽs ante tempus fuit tempus, & hæc eſt deductio Ariſt. ſi vero tu fugis ad creationẽ, Ariſt. naturalis philoſophus, qui vtiẽ medijs ſenſatis, vel eductis ex ſenſatis, negaret: immo nullus philoſophus habet ponere illã, cũ ſit quid ſupnaturale: & de his diximus in libro deſtru. deſtruc. Tamẽ Theologus, qui vtitur lumine ſupernaturali, ponet illã, & nos teſtimonio theologico debemus ei credere, ſecus eſt apud naturalẽ, qui ſolũ vtiẽ teſtimonio ſenſus.

At uero ſi fuerit motiuum, aut effectiuum: non operans autem aliquid, non erit motus. Contingit enim potentiam ha

bens non agere. nihil ergo prodeſt, nec ſi faciamus ſubſtantias ſempiternas, quemadmodum qui ſpecies, ſi non aliqua potens inerit principium tranſmutare, non ergo, neq; ipſa ſufficiens, neq; aliqua ſubſtantia præter ſpecies. nam ſi non egerit, non erit motus. adhuc autem neq; ſi aget, ſubſtantia autem ipſius potentia. non enim erit motus ſempiternus. contingit enim potentia exiſtens, non eſſe. oportet igitur principium eſſe tale, cuius ſubſtantia actus. Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtantias ſine materia. Sempiternas enim eſſe oportet, ſi quidem, & aliquid ſempiternum, actu igitur. quamuis dubitatio: uidetur enim agens quidem omne poſſe, potens uero non omne agere: quare prius eſſe potẽtiam. At uero ſi hoc nihil erit entium, contingit enim quidem poſſe eſſe, nondum uero eſſe: & etiam ſi ut dicunt theologi qui ex nocte generant, aut ut phyſici erãt ſimul res omnes, dicunt idem impoſſibile, quomodo enim mouebuntur ſi non fuerit actu cauſa. non enim materia ipſa ſeipſam mouebit, ſed tectonica, nec menſtrua, nec ſemina & genitura, propter quod faciunt quidem ſemper actum, ut Leucippus, & Plato. Semper enim dicunt eſſe motum, ſed quare, & quem non dicũt, nec ſi, nec cauſam. Nihil enim ut cõtingit mouetur. ſed oportet aliquid ſemper exiſtere, quemadmodum nũc natura quidem ſic. Vi uero aut ab intellectu, aut alio ſic, deinde qualis prior: differt enim immenſum quodcunq;.

Nunc probat ſecundam partem ſuppoſitionis, ſcilicet ꝙ talis ſubſtantia ſempiterna ſit immobilis, hoc eſt immaterialis, & ſimplex. & primo ſupponit vnum, quod ſcilicet ſit aliqua ſubſtantia ſemper actu, hoc eſt aliqua ſubſtantia, cuius eſſentia ſit actus, à quo ſemper operatio eueniat. vtitur autem ad hoc hypothetico ſyllogiſmo ſic, ſi agens motum ſit motiuum, aut effectiuum potentia, non operans autem aliquid, nõ erit motus: conſequẽs eſt impoſſibile: ergo & antecedẽs, oportet ergo aliquod eſſe agens motum per eſſentiam, & hoc inquit. At vero ſi fuerit, ſ. omne mouens motiuũ, aut effectiuũ, non operans autem aliquid, nõ erit motus. probat hanc hypotheticam, dicens, cõtingit enim potentiam habens non agere. nam potentiam habens eſt poſſibile: poſſibile vero eſt contingens, contingens autem vt in peri hermenias, & prioribus dixit, eſt vel quod eſt, & poteſt non eſſe, vel quod non eſt, & poteſt eſſe. ergo potentiam habens poteſt non agere, ſi agit, vel poteſt agere ſi non agit, & ſic perſpicua eſt hypothetica. quod ſiquis deſtruat conſequens poteſt dare oppoſitum antecedẽtis, & eſt propoſitum {nihil ergo} Ex dictis remouet poſitionem Platonis de ideis, & Pythagoricorum de mathematicis. nam iſti ponunt hæc tanq̃ principia generationis: modo oſtendit hæc nõ eſſe principia motus, & per conſequens ſuperfluunt: & hoc dicit. nihil ergo prodeſt, nec ſi facimus ſubſtãtias ſempiternas, quemadmodum qui ſpecies ponunt, vt Platonici. dico nihil prodeſt, niſi aliquid ſit principiũ potens tranſmutare. modo ſupponit nullum earum eſt principium tale potens tranſmutare. & hoc non probat, ſed relinquit notũ ex hoc, quia Plato poſuit ſpẽs vniuerſalia. nam vniuerſale non eſt principium actionis, quia omne agens eſt ſingulare. & propterea concludit contra Platonem, & contra, Pythagoram ſimul dicens, non ergo neque ipſa eſt ſufficiens, neque alia ſubſtantia præter ſpecies, vt mathematica. nam ſi nulla earum egerit, non erit motus. modo patet nullam earum agere, quia nulla earum eſt ſingulare, quod eſſe poſſit principium actionis {adhuc autem} dedit duo, & quod ad ſempiternum motũ non ſufficit agẽs eſſe potẽs mouere, ſed eſſe actu mouens, & quod ideæ, & mathematica nihil proſunt ad motũ, modo vult dare tria, ſcilicet quod talis ſubſtantia agens ſecũdum ſui eſſentiam, & ſubſtantiam ſit actus. debes vero ſcire, ꝙ aliquid dicitur per eſſentiam actus. quando ei nihil potentiæ, & contingentiæ admiſcetur, id vero dicitur participatione actus, quando ſuæ eſſentiæ admiſcetur potentia aliqua contingens. & propterea oſtendit Ariſto. ſubſtantiam ſempiternam, quæ mouet motu ſempiterno, nihil habere potentiæ, dicit. adhuc autẽ neq; ſi aget, ſcilicet ſemper, eius tamen ſubſtantia ſit potẽtia. & hoc probat dicens. non enim erit motus ſempiternus. hoc probat per definitionem poſſibilis, & hoc inquit. contingit enim potentia exiſtens non eſſe. nã poſſibile eſt, vel quod eſt, & poteſt non eſſe, vel quod non eſt, & poteſt eſſe. Ex his concluditur tertium propoſitorum, & inquit, Oportet igitur principium eſſe tale, cuius ſubſtantia eſt actus. & ſic tria dedit nunc, & quod ad ſempiternum motum non ſufficiat agens eſſe potentia tale, & quod ideæ, & mathematica nõ proſunt, & quod agens motum ſempiternum debet eſſe per eſſentiam actus {amplius} His declaratis declarat ſecundam partem ſuppoſitionis, ſcilicet quod aliqua ſubſtantia ſit immaterialis ſimplex, & immobilis, & primo proponit concluſionem dicens. Amplius igitur tales. ſ. ſubſtantias per eſſentiam actus, oportet eſſe ſine materia, hoc eſt ſimplices, & immobiles: hoc oſtendit hypotheticæ ſic, ſi aliquid aliud, vtpote motus, & tempus ſit ſempiternum, oportet eſſe ſubſtantias ſine materia ſempiternas. vult habere antecedentis poſitionem. & cõſequentis etiam: inquit, ſempiternas. n. eſſe oportet, ſubaudi ſimplices, & abſq; materia. ſiquidem & aliquid aliud ſempiternũ. & ꝑpea cõcludit propoſitum, igiť actu, & ſimplices, & immateriales. Expoſitor hic fingit rationes Ariſt. eſſe ex ſuppoſitione. ſ. quod motus ſit æternus. & hãc ſuppoſitionem aliquo mõ declarauit hic ex æternitate temporis. vult ipſe breuiter qđ ratio Ariſt. nulla ſit, vt viſum eſt ſupra. & propterea fingit ipſe qđ põt probari cõcluſio eadẽ Ariſt. ex productione. nam ſi aliquid produciť oportet eſſe producens. & tũc quæritur, an tale ſit factum, vel æternum. & ſi æternum erit propoſitum, & ſi factum, adhuc erit aliud producens, & cum non ſit proceſſus in infinitum, ſtabitur ad producẽs in productum, & ſimplex, & immobile; vt dicit Ariſto. Sed pace tanti viri videtur mihi, quod ablata vis motus æterni, nulla ſubſtantia poteſt probari eſſe ſempiterna, ſimplex. quia ſiue accipitur via Expoſitoris, ſiue cuiuſuis ſemper præſupponitur nõ eſſe procedendum in infinitum, & ſic omnis ratio erit ex ſuppoſitione: modo aduerſarius ſuppoſitum tale negabit. dicet enim nihil prohibere procedi in infinitum. Et quomodo poteſt improbari, niſi ſupponendo motum eſſe æternum. & propterea bene dicit Auer. quod omnes aliæ viæ præter viam motus æterni ſunt dialecticæ, & non demonſtratiuæ, quia omnes ſunt ex ſuppoſitione probabili, & non per ſe nota. Propterea ſuppoſita æternitate motus ſequũtur quinq; declarata, ſcilicet, quod aliqua eſt ſubſtantia æterna. amplius ſequitur eſſe aliquod mouẽs ſemper actu, adhuc ſequitur eſſe aliquod mouens ſemper, cuius eſſentia eſt actus. Rurſum ſequitur tale mouens eſſe ſimplex, & nullo modo miſtum cum materia. Vltimo ſequitur, ideas, & mathema

tica

tica non prodeſſe ad motus perpetuitatem omnia ergo hæc quinq; per ordinem probata ſunt ex vna ſola ſuppoſitione,& hoc exclamat Auerroes in multis locis.& hæc quinq; ſunt in præſenti loco declarata{quan uis dubitatio}Ad dicta mouet quæſtionem, quam, & in nono tetigit,ſcilicet vtrum actus ſit prior potentia, vel econuerſo potentia ſit prior actu.Eſt autem rationabilis hæc quæſtio duplici de cauſa.primo, quia poſuit aliquam ſubſtantiam ſempiternam ſemper mouentem,& actum,& ſic videtur quod prima ſubſtãtia debet eſſe actus:& propterea petit, an actus ſit prior potentia,vel è conuerſo,potentia ſit prior actu . Secũdo, quia ex ſe eſt hæc quæſtio rationabilis in hoc loco, qm̃ ex ſolutione huius ſciemus primas ſubſtantias eſſe puras,ſimplices,& non miſtas potentiæ.Oſtendit autem primo potentiam eſſe priorem actu, quia prior ſecundum conſequentiam,& hoc inquit. Quamuis dubitatio,videtur enim agens quidem omne poſſe, potes vero non omne agere, quare videtur prius eſſe potẽtiam actu{at vero} Ad oppoſitum arguit, & oſtẽdit primas ſubſtantias eſſe actu, & non potentia hoc argumento ſexto,nam ſi prima entia,vel primæ ſubſtãtiæ ſunt potentia,ergo de facto contingit ipſas aliquando non eſſe,& hoc ex definitione contingentis, ſeu poſsibilis. & cum omnia dependeant ab eis, contingit nihil eſſe. & hoc inquit.At vero ſi hoc,nihil erit entium.nam contingit quidem poſſe eſſe, nondum vero eſſe:& hoc per definitionem poſsibilis. ſi ergo prima entia non ſunt, cauſata ab eis non erunt. & ſic ipſis non entibus nihil erit{& etiam.}

Remouet vnam reſponſionem antiquorum . Nam quidam antiquorum conceſſerunt cõſequens, & conſequentiam.quidam nãq; dixerunt omnia quandoq; eſſe nihil propterea, quia ex nocte, & priuatione ſimpliciter omnia generant.alij vero dixerunt omnia eſſe nihil,& præeſſe in quodam chao,& ſic conſequens tale non eſt incouueniens: dicit ergo non eſſe inconueniens. Cõtra arguit,& inquit. & etiã ſi vt dicunt theologi,qui ex nocte,id eſt priuatione, ſimpliciter generant.aut vt philoſophici erant ſimul res omnes,dicunt idem impoſsibile. quomodo enim mouebũtur hæc,ſ. ex ſe, ſi non fuerat actu cauſa aliqua. Ergo oportet actum præeſſe,à quo talia moueantur. & hoc declarat dicens,non enim materia ipſa ſeipſam mouebit, vtpote lignum non poteſt ſe mouere ad formam artis, ſed ipſa tectonica,quæ eſt ars,& actus. nec menſtrua materia mouebit ſe ad formam embryonis, nec terra ad forma planctarum, ſed ſemina ad plantas, & genitura ad embryones illas materias mouebunt.Ex his perſpicuum,qualiter oportet omnino præeſſe actũ,ſi debeãt poſsibilia reduci ad actum {propter quod faciunt} approbat ſuam poſitionem authoritate antiquorum ,& inquit, propter quod faciunt quidẽ ſemper actum , vt Leucippus,& Plato.nam ſemper eſſe motum dicũt. & & ſic apud hos oportet dicere actũ eſſe ſemper , & per conſequens ipſum præcedere potentiam {ſed quare} quia approbauit authoritatem horum,oſtendit in quo etiam ipſi defecerunt,ne quis credat eum omnino illis aſſenſiſſe.& inquit,ſed quare,& quem, an.ſ. localẽ,vel alios non dicunt,nec ſic,ſcilicet certe determinãt, nec cauſam.& hanc enititur explicare,dicẽs, nihil enim vt contingit,i.à caſu,& abſq; cauſa mouetur, ſed oportet aliquid ſemper exiſtere. & ponit exempla, dicens quemadmodum nunc,natura quidem ſic, vi vero aut intellectu,aut alio,vtpote arte ſic. ſecundo obijcit eis quantum ad aliud dicens.deinde qualis prior ſubaudi non dicunt,an ſit prior violẽtus motus, vel naturalis. Differt enim multum quodcunq; dicatur ab alio . & ſic perſpicuum qualiter ipſi, ſecundum vnam partem bene,ſecundum aliam partem male dixerunt.

Dixit Alexander}Hoc commẽtum totum eſt perſpicuum,& parum,aut nihil dicit extra textum. ſed volo notare vnum verbum Alexandri ibi {Alexander autem dixit} Quod ad motum æternũ requiruntur tria. primum quod agẽs neceſſario agat, ita quod ipſo ablato auferatur & motus.ſecundum eſt quod mouenti nihil admiſceatur potentiæ,vt in textu declarauimus.tertium eſt quod mobile eſt, & motus talis ſit æternũ, & nobiliſsimum,cuius cauſam dicit. nam tale corpus debet moueri propter deſiderium, & non propter deſiderium rei vilis,& corruptibilis, ſed propter ipſummet: ergo debet eſſe æternũ.& nobile.Sed dices contra,qm̃ infra dicetur,ꝙ corpora cœleſtia mouenẽ propter nos. ideo intellige verbum ꝙ corpora cœleſtia mouentur primo propter ſe,& ſecũdario propter nos.nec inconuenit finem in ſecundario eſſe vilem, & viliorẽ eis quę ordinantur in finem.Sed circa textum, & commentũ dubitatio emergit non pauca. dictum eſt enim qđ motor ſempiternus debet eſſe actus purus: & nihil habere potẽns.ſed hoc videtur falſum, quia ſi ſic omnes intelligentiæ eſſent primæ ſubſtantiæ , quoniam nulla eſt liberata à potentia præter primam,vt commento quinto,& decimoquarto tertij de anima diximus. & ſic oẽs eſſent æque primæ,& nulla dependeret ex altera,cuius oppoſitum ſentit Auerro. infra. & Auerroes commento.44.ſecundo videtur qđ omnis intelligentia ſit compoſita ex materia,& forma,quoniam quælibet eſt indiuidua, & vna numero, & quodlibet indiuiduum, & vnum numero habet materiã, vt tertio de anima. commento quinto.ergo quælibet intelligentia habet materiam.nulla ergo eſt ſimplex. Circa hanc quæſtionem primo eſt ſciendum,quod omnes volunt Ariſto. hæc quinq; attribuiſſe primo motori, ita quod volũt quod primus motor ſit ſempiternus, & qđ ſit ſemper actu, & quod non ſit idea vniuerſalis, & quod ſit per eſſentiam actus, & quod ſit immixtus, & quod non loquatur de reliquis. & hæc videtur poſitio Ioannis in præſenti.12. & ſuper hoc reſpondet ad quæſtionem. Sed pace eorum videtur mihi quod poſitio Ariſtõ. ſit vniuerſalis,quia eſt ex motu æterno. modo tantum primus motor mouet motu æterno,ſed omnes,& propterea probatio videtur eſſe vniuerſalis omnibus, licet ſit confuſus ſermo eius,quia nondum declarauit motorum pluralitatem. Debes ergo ſcire quod apud philoſophos materia ſumitur tripliciter. vno modo pro potentia tranſmutationis ad eſſe,& non eſſe.ſecundo modo pro potentia motus ad motum,& quietem, quæ dicitur materia ad vbi. tertio pro imperfectione. & ſic omnis imperfectio dicitur materia reſpectu perfecti. de his ſatis habes verba Auerrois in multis locis. Tunc dicendũ primo vniuerſaliter,qđ nulla intelligẽtiarum eſt miſta materiæ,vel primo,vel ſecũdo mõ.& hoc declarauit Ariſt.in litera.qm̃ ſi ſubſtãtia ſemper mouẽs eſſet potentia paſsiua primo,vel ſecũdo modo, tunc cũ illa ſit potentia cõtingentis,poſſet eſſe abſq; actu, & tu diſcurre per dicta in textu.Dicendũ ſecundo, qđ ſola prima eſt liberata à materia tertio modo.ſed cur?& ꝓp quid ex textu nõ accipitur. põt tamẽ accipi ex eo, quia

Cõm. 30.

prima.nã vniuerſaliter actus eſt prior potẽtia, quomodocũq; accepta.& ergo quia prima ſubſtãtia ẽ omnibus prior,ideo eſt omnino liberata à potentia . Debes ſcire quod aliqui(vt recitat Ioannes) voluerunt quãlibet intelligentiam eſſe in genere , & propterea dixerũt quamlibet intelligentiam componi ex genere . & differentia.Sed contra arguit Ioannes. nam ſi quælibet intelligentia eſſet ſic compoſita,quælibet eſſet corruptibilis.& hoc deducit,quia differẽtia vna eſt oppoſita alteri,& oppoſita habent fieri circa idem, vt decimo huius dictum eſt.quare ſi omnis intelligentia ſit ſic cõpoſita,qualibet eſſet corruptibilis,& variabilis. ſed reuera hæc probatio non demõſtrat, quia licet oppoſita habeant fieri circa idem, tamen differentiæ nõ ſunt propriæ oppoſita,de quibus loquitur Ariſt. loquitur enim ipſe in oppoſitis circa ſubiectum , & non circa genus . Aliter ergo declaratur illa conſequẽtia apud Auerroẽ ſecundo cœli com̃.49.nã apud Auer.genus, vel eſt materia,vel ſumitᷣ à re habente materiã,ſ.potentia materiæ,& propterea omne compoſitum ex genere, & differentia eſt compoſitum ex materia , & forma apud ipſum,nõ quod genus ſit materia, ſed ſumitur à potentia materię,nec differentia eſt forma,ſed ſumitur à ſorma vltima.& tu vide commentum noſtrũ in illo loco.

TEX.cõ.31. *At uero, nec Platonicis poſsibile dicere quod eſtimant aliquando principium eſſe id. quod ipſum ſeipſum mouet . Poſterius enim,& ſimul cum cœlo anima ut ait.*

Platonici,vt forte Xenocrates, enitebanᷣ dare cauſam motus æterni. Voluit enim cauſam motus æterni eſſe animam mundi.vt in Timęo videtur dicere Plato. Contra hoc obijcit Ariſto. nam videtur hæc ratio irrationabilis,quia cauſa debet præcedere effectum:modo anima mũdi videtur poſterior motu , quia apud ipſum ipſa eſt facta ſimul cum cœlo,qđ factum fuit poſt motum inordinatum,& ſic volentes dare cauſam veri, aſſignant falſam cauſam:inquit. At vero neq; Platonicis fuit poſsibile dicere.quod æſtimauit quidam videlicet aliquando principium eſſe id quod ipſum ſeipſum mouet,quod in Timæo vocat animam mundi,cuius cauſam breuem ſubſcribit dicens,nam poſterius, & ſimul cum cœlo eſt anima,vt ait:modo nõ videtur poſterius eſſe cauſam prioris.Debes ſcire,quod quidam Platonici enituntur reſpondere pro Platone. nam dicunt motum eſſe duplicẽ,ſcilicet inordinatum , & ordinatum . dicunt ergo animam mundi eſſe cauſam motus ordinati,& talis motus fuit poſt cœli, & animæ eſſe.& hoc velle videtur Boethus in tertio libro de conſolatione metro nono,dicit enim.

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis,
Quæ cum ſecta duos motum glomerauit in orbes
In ſemet reditura meat,mentemq; profundam
Circuit,& ſimili conuertit imagine cœli.

In his verſibus vides,quo pacto mundi anima motus inordinati cauſa non exiſtit,ſed ordinati tãtum . & hoc pacto viri iſti Platonem enituntur defendere . ſed quæ ſit Platonis poſitio nõ hic diſputare volo,eſſet.n. tranſgreſsio.Sed hæc reſponſio nulla eſt. Primo quia, vel motus ordinatus,& inordinatus ſunt vnum in ſubiecto,vel differunt,& ſi differunt tũc neuter erit perpetuus,cuius oppoſitũ Plato intẽdit.etſi ſint vnus motus,tunc erit eius vna cauſa, & ſic videtur anima mũdi cauſa amborum.& hoc Ariſtoteles impugnauit.

Potentiam quidem igitur exiſtimare priorẽ actu,eſt quidem,ut bene. eſt autem ut non . dictum eſt autem quomodo. Quod autem actus,prius:teſtatur Anaxagoras, Intellectus enim actus, & Empedocles amicitiam & litem,& ſemper dicentes motum eſſe,ut Leucippus. Quare non fuit intentio tempore chaos.aut nox.ſed eadem ſemper . aut redditione. aut aliter ſiquidem eſt prior actus potentia. TEX.cõ.34.

Quia induxit argumenta pro qualibet parte quæſtionis,nunc ſoluit eam , & remittit eam ad nonũ huius.dicit potentiã quidem igitur eſtimare priorẽ actu, eſt quidem,vt bene:eſt autem vt non.Nam actus ſimpliciter prior eſt potentia. ſed potentia in vno , & eodem prior eſt actu.& hoc ſubſcribit dicens. dictum eſt autem quo modo,ſcilicet in nono metaphyſicæ. deinde videtur confirmare ſolutionem per authoritatem antiquorum,& inquit.quod autem actus prius , teſtatur Anaxagoras.nam intellectus eſt actus , & hunc dicit eſſe primum ſimpliciter,& teſtatur Empedocles,dicens amicitiam,& litẽ eſſe prima ſimpliciter, quæ ſunt actus etiam,& teſtantur dicentes ſemper motum eſſe, vt Leucippus. Ex his omnibus teſtimonijs videtur verum eſſe actum ſimpliciter eſſe priorem potẽtia{quare non}nunc quaſi ex dictis concludit errorem antiquorum,qui dicunt vel chaos tempore æterno præcedere,vel noctem.& hoc,quia æſtimant potentiam pręcedere actum ſimpliciter,inquit.Quare non fuit infinito tẽpore chaos,aut nox.& hoc ſi actus prior eſt potentia ſimpliciter.addit autem quomodo concedi poteſt iſtud dicens.ſed eadem ſemper erũt dupliciter , vel reditione,hoc eſt ſecundum ſpeciem , non enim corruptum reddi poteſt,niſi ſecundum ſpeciẽ. aut aliter,hoc eſt ſecundum numerum. & hoc ſecundum Anaxagoram,qui ponit formas ab æterno præceſsiſſe in chaos, deinde iterum redire eaſdem numero in chaos,& non differre,niſi quantũ ad modũ . dico hæc eſſe impoſsibilia,& falſa , ſiquidem prior eſt actus potentia.

Cõm.34. Cũ declarauit}probat primo Auerroes in hoc commento tribus rationibus, quod actus ſit prior potẽtia, quæ colligi poſſunt ex nono huius.Prima,quia potentia extrahitur ab actu,vel ab habente actum : & omne extrahens eſt prius eo quod extrahiᷣ. Secũdo,quia tũc potentia moueret ſe. nam accipio illam in illo priori tempore,& cum in illo tempore priori non ſit actus: igitur ipſa mouebit ſe. Tertio probat idem authoritatibus antiquorũ,ſcilicet Anaxagoræ,Leucippi, & Empedoclis,& res eſt perſpicua. Tu vero vide in nono huius argumenta ad hanc quæſtionem.ſecũdo verificat, quomodo concedi poteſt eadem ſemper eſſe, & verificat altero modorum,quia vel ſecundum ſpeciem , & hoc pacto intelligitur in miſtis,vel ſecundum partem, & hoc verificat in elementis . nam apud ipſum elementum nunquam totum corrumpitur, ſed ſecundũ partem.& propterea reddit ſecũdum partem.& ſic triplex eſt perpetuum apud Auerroem, vel ſecundum totum, & ſm partem,vt corpora cœleſtia: vel ſecũdum totũ, & non ſecundum partem, vt elementa : vel neque ſecundum totum, neq; ſecundum partem, ſed ſecundũ ſpeciem,vt miſta. Tertio oſtẽdit ſolutionem quæſtionis.& eſt quod actus ſimpliciter , & abſolutæ præcedit potentiam, ſed potentia præcedit actum ſecundum numerum , hoc eſt in vno , & eodem . deinde oſtendit quædam conuerti, & ſunt ſi quædam entiũ permanẽt in ſpecie,vt miſta,& quædã in numero,vt corpora cœleſtia,

leſtia,& quæ permanent numero ſunt cauſa permanentium ſpecie,neceſſe eſt potentiam eſſe priorem actu in eodem,& è conuerſo actum priorem potentia ſimpliciter. Ait ſecũdo,quod è conuerſo, videlicet actus ſimpliciter eſt prior potentia ſimpliciter, & potentia prior actu in vno,& eodem.Ergo quædam permanentia numero ſunt cauſæ quorundam permanentiũ ſpecie. Sed debes ſcire,quod potentia dicitur prior actu in vno,& eodem,quoniam potentia prius denominat rem generabilem,& poſtea actus.v.g. Socrates generãdus prius dicitur potentia fieri,& poſtea actu genitus. Actus vero dicitur ſimpliciter præcedere potentiam, qm̃ ineſt alicui priori.Ineſt enim primo motori, qui eſt prior eo cui ineſt potentia.Ex his concluditur cõuerſio Auerrois.hæc enim conuertuntur: ſempiternum in numero eſt cauſa ſempiterni in ſpecie:ergo actus ſimpliciter eſt prior potentia,quia actus ineſt priori,& è conuerſo in eodem potẽtia eſt prior actu, quia denominat rem generabilem prius,& ſequitur conuerſum actus ſimpliciter eſt prior potentia:ergo ſempiternum eſt cauſa rei generabilis, quæ quidem eſt ſempiterna in ſpecie.

Si igitur idem eſt ſemper, & circulariter, neceſſe eſt ut agat ſic per ſe. & ſic per alterum. Cœlum igitur primum æternum.

Textus iſte eſt extra codicem græcum:& credo fuiſſe extra in margine libri, & quaſi gloſſa. & propterea non expono:patet etiam per ſe.

Dixit Alexander. }Hic Auer.de mente Alexandri facit multa enthymemata pro declaratione tex. quorum primũ eſt. Si generatio eſt ſemper, eſt neceſſe aliquid ſemper generari,& hoc eſt corpus quod circulariter mouetur.cõſequentia eſt perſpicua,qm̃ generatio eſt motus,& in oĩ motu oportet intelligere mobile. conſequens etiam patet,qm̃ motus cœli eſt ſemper generatio partis nouæ,nam eſt admixtus potentiæ, & in cœlo ſemper aliquid corrũpitur,vtpote reuolutio vna, & alia generatur. vel forte conſequens debet legi actiuæ hoc modo.ergo eſt neceſſe aliquid ſemper generare,& ſic proculdubio cœlum eſt, quia ſemper generat, quia ſi nõ in polo noſtro,ſaltem alibi, ſm̃ enthymema,

Cõm. 35. ſi nulla vna generatio eſt ſemper, neq; vlla vna corruptio,& materia non conſumatur,tunc duo debent eſſe.ſ.generans,& corrumpens,quæ ſunt diuerſa, vel ſaltem eſt neceſſe eſſe vnũ, & idem in ſubiecto corrumpens,& generans:diuerſis tamen diſpoſitionibus. tertium enthymema eſt, ſi nulla vna generatio, neq; vlla vna corruptio eſt perpetua,ſed in ſpecie, neceſſe ẽ aliquod æternum eſſe, quod ſit cauſa vnius actionis æternæ,& eſſe aliquod æternum quod agat duas actiones diuerſas,ſcilicet nunc generationem, nunc corruptionem,& cõſequentia tenet per ſe,quia omnis actio eget agente.hæc ſunt tria enthymemata ſatis nota {& hæc eſt}Nunc declarat hæc primo quid ſit agẽs vnã actionem ſemper. ſecũdo quid agens diuerſas actiones. Ad primam vult ꝙ primum mobile concurrat ꝙ moueẽ motu diurno,quo etiam motu reliqua mouentur motu raptus.primum enim mobile fuit vt continuam faciat generationem,& nunquam eam deficere, Ad ſecundum fuit orbis ſtellatus, in quo eſt zodiacus, ſeu orbis decliuis ſub quo diſcurrit ſol è contrario motui primi,& planetæ omnes,licet ſol ſit maximus. nam ſol remotus,& propinquus facit contraria. nam remotus eſt cauſa corruptionis plurium entium,licet etiam generet plura.nã eſt cauſa corruptionis in parte noſtra, & generationis in parte meridionali. ſimiliter quando fuerit propinquus zenith capitum noſtrorum, erit cauſa generationis plurium hic,& cauſa corruptionis plurium illic.applicat autem ſententiam verbis, & ſermo perſpicuus. Debes ſcire pro omnibus his qđ generatio,& corruptio,& ſunt ſemper,& nõ ſunt ſemper, vel ſi magis logicæ vel minus loqui, ſemper eſt generatio & corruptio, & nulla vna generatio, & corruptio eſt ſemper.Inquantum quidem ſemper eſt generatio, & corruptio:fuit neceſſe eſſe primum mobile. quod motu vno,& ſimplici mouetur,ſiue iſtud ſit nonum cœlũ apud quoſdam aſtrologos,aut octauum apud Ariſtotelem,vel decimum apud alios. inquantum vero nulla generatio,vel corruptio eſt ſemper, fuit neceſſarium mobile motu obliquo,ſcilicet octauus orbis, ſub quo peragrent ſol,& luna,cęteriq; omnes planetæ, ad hoc vt acceſſu generationem receſſu corruptionem faciãt, maxime autem ſol,vt dicit.

Si itaq; periodo ſemper oportet aliquid manere, ſemper ſimiliter agens. Si autem debeat fore generatio, & corruptio,aliud oportet agens eſſe aliter,& aliter. Neceſſe *eſt igitur quidem ſic ſecundum ſe agere, ſic ſecundum aliud, aut ergo ſecundum alterum,aut ſecundum primum: neceſſe igitur ſecundum hoc. rurſus enim ipſi, & cauſa illi.* Dignius *ergo primum. etenim cauſa erat illud ipſius ſemper ſimiliter. Ipſius autem aliter alterum:eius autem quod eſt ſemper aliter:palam quoniã ambo. ergo & ſi ſic ſe habet motus, quid ergo alia oportet quærere principia. Quoniam autem ita contingit. & ſi non ſic ex nocte,erunt ſimul omnia,& ex nõ ente,ſoluentur utique hæc,& eſt aliquid ſemper motũ motu inceſſabili.hic autem.qui circulo. & hoc nõ ſolum ratione, ſed opere palam. Quare ſempiternum erit utique primum cœlum.*

Omnes Expoſitores conuenere, nunc Ariſtotelem probare agentis perpetuitatem ex generationis perpetuitate,& non tantum hoc,immo ex generationis perpetuitate,& eius alteritate declarabitur duo agentia eſſe,quorum vnum vniforme eſt, alterum difforme dependẽs ab illo primo. Debes vero ſcire, qđ generatio & eſt perpetua, & eſt aliquo modo altera. perpetua quidem pro quanto nunquam deficit: aliquo modo altera,quia nũc hic eſt generatio,& alibi corruptio, nũc hoc generatur,& illud corrumpitur,nunc è conuerſo. Ergo duo ſunt in generatione ſimpliciter perpetuitas & alteritas,quæ etiam perpetua eſt. Ex his duobus repertis in generatione Ariſtoteles dat duo agẽtia, quorum vnum eſt vniformæ, & hoc eſt cauſa perpetuitatis ſimpliciter.alterum eſt difforme,& eſt cauſa alteritatis generationis.& hoc ſecundum depẽdet à prima virtute,Primum agẽs apud Ariſto.eſt primum mobile, qđ mouetur motu ſimplici.& ex ſe vniformiter ſemper ab oriente ad occidẽs:iterum redeundo ad oriens. & hic motus eſt diurnus, & apud aſtronomos eſt cõmunis omnibus ſtellis ſaltem ratu.Quod.n.mouetur hoc motu impetu ſuo (vt ita loquar) Trahit ſecũ omnes alios orbes ſub ipſo contentos, Secundum vero mobile eſt zodiacus, qui eſt circulus quidem interſecans æquinoctialem ad angulos ſphærales. poli autem huius declinant à polis æquinoctialis. ſub iſto zodiaco decurrunt ſeptem planetę, & maxime ſol è contrario primi. hic enim incipit ab occidente ad oriens reddiens iterũ ad occidens. licet non pari tempore planetæ iſtũ per-

agrent,de quo in libris aſtrologorum relinquatur. hic ergo,motus ſolis,& planetarum ſub iſto zodiaco cauſa eſt alteritatis generationis,ſ.quod nunc ſit hic generatio,alibi corruptio,nũc è cõuerſo. & hoc dicit Ariſt. ſi itaq; redditione,vtpote ſm ſpeciem, ſemper oportet aliquid manere,ſemper ſimiliter agens oportet manere.ecce quõ ex perpetuitate generationis abſolute habet perpetuitatem agens abſolute, qm̃ effectus nõ eſt abſq; cauſa,nec motus abſq; agente. hoc ergo eſt primum enthymema {ſi autem} nunc ex alteritate generationis,& corruptionis concludit agens ſecundum,ſ. aliter ſe habens,& videtur facere ſm enthymema. inquit.ſi autẽ debeat fore altera ſemper generatio,& corruptio aliud à primo oportet agens eſſe ſe habẽs aliter, atq; aliter.Dubitatur contra primum enthymema : videtur.n.ꝙ ex perpetuitate generationis nõ ſequit̃ perpetuitas primi motus.nam ex perpetuitate generationis videtur argui perpetuitas generabilis mõ cœlũ primum non eſt generabile. Ad hoc dicendum,quod ex perpetuitate generationis arguit Ariſto. perpetuitatẽ agentis,& non ſubiecti,ad perpetuitatem accidẽtis requiritur perpetuitas agentis, & ſubiecti. modo agens huius non poteſt eſſe aliquod vnum numero generabile quando nullum tale ſit perpetuum, nec omnia generabilia,quæ ſunt, vel poſſunt eſſe: qm̃ hæc non ſunt actu ſimul.oportet autem agẽs ſimul eſſe eum effectu. ergo per viam diuiſionis oportet eſſe aliquod vniforme ſemper manens:tale aũt eſt primum cœlum.Ad rationem patet ſolutio. nam ex generatione perpetua nõ tantum arguitur agẽs perpetuum,ſed generabile perpetuum,quod eſt prima materia, Ariſt.autem non loquitur nũc de materia, ſed de agente {neceſſe eſt igit̃} mouet dubitationem circa ſecundum enthymema. dictum eſt.n.ꝙ oportet eſſe aliquod agens quod aliter,& aliter ſe habeat, vtpote zodiacus. mouet ergo circa hoc quæſtionem, & ſupponit primo, quod tale agens aliter ſe habens agat virtute propria,& propter alterũ. nam virtute propria agit alteritatem: propter alterum agit perpetuitatem.hoc ergo ſuppoſito. quærit vtrum tale agens aliter ſe habens,ex quo agit aliquo mõ virtute alterius:agit virtute primi cœli, vel virtute alterius à primo cœlo quicquid ſit illud?dicit neceſſe eſt igit̃ quidem ſic,ſecundum ſe agere,vtpote propria virtute inquantum agit alteritatem.ſi ſecundum aliũ. hoc eſt inquantum agit perpetuitatem.hæc eſt ſuppoſitio quaſi ex dictis ſequens.Tunc quærit, aut ergo ſecundũ alterum à primo cœlo agit perpetuitatem, aut ſecundũ primum,ſcilicet cœlum.hæc eſt quæſtio {neceſſe eſt igit̃} cui reſpondet breuiter dicens.neceſſe eſt igitur, ſecundum hoc.i.primũ cœlum.cuius cauſam breuiter ſubdit,rurſum.n.ipſi ſcilicet agenti aliter ſe habenti,& illi, ſcilicet perpetuę generationi eſt cauſa.Eſt ergo ſolutio quod agens aliter ſe habentis inquantum agit perpetuitatem generationis agit virtute primi cœli, qđ non tantum eſt cauſa perpetuitatis generationis, ſed etiam illius agentis aliter ſe habentis. Sed dubitatur, videtur enim primum agens nõ eſſe cauſam ſecũdi agẽtis, qm̃ primũ agens eſt primum cœlum,ſecundũ agẽs eſt, vel cœlum ſecundum.vtpote octauũ,vel zodiacus,vel ſeptem planetæ,quorũ princeps eſt ſol. modo cõſtat primum cœlũ nullũ horũ eſſe cauſam:dici põt ꝙ forte eſt cauſa oĩum horum quo ad motum principaliter, & ſecũdario quo ad ſubſtãtiam, vel forte eſt cauſa ratione partis formalis,vtpote primi motoris,à quo oĩa dependent.tu vero conſidera,quia poſtea explicabimus {dignius ergo} quaſi per viã corollarij concludit ordinem horum.d.ergo primum, ſcilicet agens vniforme eſt dignius ſecũdo agẽte diffomi.ſubſcribit cauſam, & debes ſcire ꝙ tria ſunt in generabilibus,ſ.perpetuitas generationum,alteritas reciproca generationis, & corruptionis,& perpetua alteritatis reciprocæ generationis, & corruptionis:perpetuitatis generationis quidẽ cauſa eſt primũ mobile vniformæ,alteritatis vero reciprocæ,agens aliter ſe habens:perpetuitatis alteritatis reciprocæ autẽ,vtrunq;,ſ.vniformæ,& difformę.d.etenim cauſa erat illud, ſcilicet primũ ipſius ſemper ſimiliter. ipſius autem aliter,cauſa eſt alterum, vtpote ſecũdum agens.eius autem,quod eſt ſemper aliter,ambo palam ſcilicet agens primum,& ſecundum {qm̃ ergo} Soluit, & remouet nunc poſitiones antiquorum, & maxime Platonis. Plato enim ſaluans hæc tria ponebat ideas. Ariſto.ergo arguit hæc ſuperfluere. qm̃ ad hæc tria ſatis ſunt.primum agens ſeorſum.& ſecundum ſeorſum, & ambo ſimul,inquit. qm̃ ergo etſi ſic ſe habẽt motus, ſcilicet iſti.quos diximus,quid ergo oportet alia quærere principia,vtpote ideas,vel alia.ergo legi illam particulam oti cum ſequenti particula, videlicet cum illa particula.ergo licet alij legant cũ pręcedenti.ſed eſt totum bonum {qm̃ autem} approbat hæc per argumentum ad impoſſibile, & dicit, & ſi non ſic, tunc ex nocte erunt, vt Theologi,& ex ſimul omnibus, hoc eſt ex chao, vt alij,& ex non ente,vt alij.modo hæc non poſſunt ſolui, niſi ponendo fundamenta dicta, & hoc ſubſcribit.d.ſoluentur vtique hæc, & eſt aliquid ſemper motũ inceſſabili, quaſi dicat per dicta noſtra hæc duo bona habebimus. quod ſoluentur hæc, & dabitur aliquid ſemper motum motu inceſſabili, & ne accidat quæſtioni, exponit hoc.d.hic autẽ,ſcilicet motus inceſtabilis eſt qui circulo.Amplius,idem confirmat dicens,& hoc non rõne ſolũ,quæ nunc dicta eſt,ſed opere,hoc eſt ſenſu perſpicuũ.declarauit.n.ipſe primo cœli hoc per ſenſum.hoc modo quia per memoriã oĩum inuicem traditã,quibus oĩbus adijcit concluſionem,dicens quare ſempiternum erit vtiq; primũ cœlũ. hæc ergo eſt concluſio,& hæc ſunt argumenta Ariſto. breuiter reſumpta hic.alibi tñ diffuſe recitata. Per hoc quod dixit} quę dicit Auer.hic perſpicua ſunt oĩbus,& ex litera patent.debes tamen ſcire apud ipſum, quod Ariſt. per motum,vel agens aliter ſe habẽs intelligit motum omnium planetarum.nam Ariſto. tãtum duos motus percepit in corporibus cœleſtibus, ſcilicet motũ communem,qui diurnus eſt, quia ex ipſo dies ſumitur, & qm̃ ipſo omnes mouentur contra ſucceſsionem ſignorum,ſaltem impetu,vel propenſione illius primi. cognouit etiam motum planetarum huic contrarium.ſ. ſecundum ſucceſsionem ſignorum. hoc.n.motu oẽs planetæ mouentur,aliqui tardius aliqui velocius, vt dicunt aſtronomi.reliquos autem motus, quos addiderunt noui aſtronomi, non cognouit Ariſtoteles. non enim erant tempore eius famoſi.nam Pythagoras,qui plus viſus eſt perfectus nõ plus percepit,nec Eudoxus, nec Calippus qui erant pręcipui in hac arte tempore. Ariſtotelis.Ptolæmeus autem multos alios motus addidit, quos enumerat in libro Almageſti,& ꝑcepit plures orbes,de quibus ſuo loco dicemus. Amplius nouit Ariſtoteles inter planetas maximum eſſe ſolem, & quod reliqui parum, vel nihil agant. & Ptolæmeus in quadripartito dixit duos eſſe maximos, ſolem,ſ.vt virum.

Cõm.34.

rum.lunam vero tanquam vxorem. propter quod iun cta domicilia habuerũt. nã ſol leonem. luna vero can crum domicilia tenent.ſol quidem oriẽtalis, diurnus, & maſculinus. luna vero econuerſo occidentalis, nocturna,& fœmina. & ſic Ariſto. & Auerro. volunt ſolem eſſe datorem vitæ,atq; annorum, eo quia ipſe eſt princeps omnium,à quo emanat calor, qui cuncta viuificat. Aſtronomi autem alij, vt Iulius Firmicus maternus in libro ſuæ matheſeos,videtur velle datorẽ vitæ non eſſe ſolem ſemper,ſed dominum genituræ. Eſt autem dominus genituræ planeta,qui eſt dominus ſigni ſequentis ſignum lunæ genituræ tempore.v.g.ſi luna genituræ tempore ipſius Socratis ſit in ariete, ſequẽs ſignum eſt taurus,& huius domina Venus exiſtit, hæc domina genituræ erit, & hæc eſt principalis datrix annorum.vult tamen ſolem,& lunam eſſe participes valde,& tu vide eum.alij aũt ferè omnes,vt Halirodoam, Hebenragel, Habraamus, & multi alij opinantur datorem annorum,atq; vitæ eſſe Alcocoden, id eſt virũ, & Hylegen, id eſt vxorem, quod qualiter contingat, vide eos.volunt tamẽ ſolem addere ſimiliter,& lunam. & ſic participem ſolem faciunt. quid autem velit Ptolæmeus,non ſatis habetur. Tu vero hæc relinque.nam noſtrum tranſcendunt propoſitum, nec habent cauſam naturalem.

Eſt igitur aliquid, & quod mouet. Quoniam autẽ quod mouetur, & mouens medium. Igitur eſt aliquid quod non motum mouet ſempiternum, & ſubſtantia, et actus exiſtens.

Hunc textum Expoſitores habent corruptũ tamen directi,& coacti à veritate bene, & ſubtiliter dicunt, & certe contenti eſſe debemus in verbis eorum. nam medullam tetigerunt,& id non mirum ſi ille bonus Thomas primus expoſitorum habeatur: reliqui enim non ſunt digni Expoſitores appellari, nec curaſſem exponere verba Ariſto.ipſo exponente. nam nec melius, nec verius dici poteſt.ſed propter nonnulla verba,quæ ipſe male tranſlata habebat:cogor exponere hæc,licet bonus vir veritate,& doctrina compulſus raro, aut nunq̃ erret, & vtinam omnes Latini laboraſſent circa textũ, ſicut ipſe fecit.forte enim non occupati eſſent in quibuſdam captiũculis, & puerilibus quæſtionibus. ſicut & noſtra ferè tota vniuerſitas occupatur. Ad rem ergo veniendo Ariſt.primo concludit cõcluſionem, quæ ex dictis haberi poteſt.ſecundo loco concludit immobilitatempr imi mouentis contra Platonem, & tu debes ſcire,ꝙ Plato,& Ariſt. differunt,& cõueniunt.Conueniunt quidem,quoniam ambo ex eorum principijs coguntur ponere agas quoddam quod mouet hæc differũt vero,quoniam Ariſtoteles ponit tale eſſe primũ, & immobile.Plato vero ponit ipſum primum, & ſeipſum mouens,& ſic ponit ipſum motum,& mouẽs.primo ergo Ariſtoteles dat primum, in quo cum Platone conuenit,& inquit.Eſt igitur aliquid, & quod mouet. ſequitur autem iſtud conſequens ex dictis. nam accepit hic eſſe generationem perpetuam,& corruptionem perpetuam.& ex his dedit agens tale, & mouens {q̃m autem} nunc addit illud,in quo differt à Platone, & vtitur enthymemate hoc modo.ſunt duo,ſcilicet motum tantum,& medium mouẽs,& motum. ergo eſt tertiũ, ſcilicet mouens tantum, inquit. Quoniam autem eſt, quod mouetur,& eſt medium mouens. & etiam ſubaudi motum, ergo eſt aliquid quod non motum mouet explicat quale,dicens ſempiternum, & ſubſtantia, & exiſtens actus. ſed cur valeat enthymema iſtud, dicemus in commento. Dicit Alexander} Primo proponit intẽtum,& excuſat Ariſtotelem. Dicit ergo primo, quod Ariſtoteles intendit probare eſſe aliquod primũ immobile,& hoc ratione breui, quoniam diffuſe eſt dicta in octauo auſcultationis phyſicæ, & hic eſt rememorata {& eſt ſundata.} Componit nunc rationem textus de mente propria hoc modo, Omne compoſitum ex duobus,quorum alterum per ſe eſſe poteſt, poſſibile eſt,vt alterum per ſe ſit: Medium eſt compoſitũ ex moto,& mouente,& motum poteſt eſſe pro ſe,ergo eſt mouẽs per ſe,ita ꝙ nullo modo motum, maior eſt perſpicua vna conditione, videlicet ꝙ compoſitio illa non ſit ex ſubiecto. & accidente: nam hoc caſu ſtante regula non tenet,& maior tunc patet exemplo de hydromelle, quod eſt compoſitio ex aqua, & melle: & ideo:quia mel eſſe poteſt per ſe, & aqua etiã ſic eſſe poterit.ecce ꝙ ſecundum Alexandrum vna ſola conditio requiritur.ſ.quod non ſit tale compoſitum ex ſubſtantia, & accidente,in oĩbus alia regula eſt vniuerſalis:& propterea concludit tale mouens eſſe mouẽs tantum,& nullo modo potentia paſsiua ad motum, & in nulla materia exiſtens. concludit ſecũdo eſſe tria apud intellectum ſcilicet motum vltimum. mouens primũ, & medium ſcilicet quod mouetur,& mouet.ergo oportet vt primum nullo modo moueatur,nec medium dici poteſt primũ ſi mouebitur, hæc eſt prima deductio {aut ſi dicamus} Hæc eſt ſecunda deductio, & ſic componitur.omne cõpoſitum ex duobus oppoſitis eſt tale,quod ſi vnum illorum inuenitur per ſe, & reliquum inueniri neceſſe eſt.ſed medium componatur ex oppoſitis ſcilicet mouẽte,& moto, & inuenitur motum per ſe.ergo,& mouens.dicit ſecundo quod.hæc maior nulla eget conditione, niſi ꝙ compoſitio ſit ex oppoſitis extremis.eget dico nulla, niſi forte conditione Alexandri, ꝙ vnum oppoſitum nõ accidat reliquo.hæc eſt ſecunda deductio{potes enim dicere} ex his deducit enthymema dupliciter,vno modo ſic. ſi medium, & reliquum extremum ſint.ergo & tertium, vt ſi motum, & medium ſint.ergo & mouens.ſecundo modo ſic, ſi extrema ambo,& medium ſunt.ergo vnum extremorũ non erit medium.hoc eſt ſi mouens,& motum, & medium ſint.ergo ſi motum eſt mobile tantum, & nõ mouens.ergo mouẽs erit,& nullo modo motũ, & quomodocunq; exponatˀ perſpicuũ primũ motorẽ eſſe, & nullo modo motũ.affert aũt ſignũ,ꝙ hæc ſecunda expoſitio ſit melior prima.q̃m in verbis ſuis ſumit medium: modo medium non datur, niſi reſpectu extremorum. & propterea ſi vnum extremorũ à medio ſeparatˀ, & reliquum neceſſe eſt præſcindi, & ſeparari, & reliquum com.perſpicuum. Sed circa dicta dubitatur. & primo contra primam deductionem. nam materia, & forma & cõpoſitũ ſunt tria. ergo ſi forma põt eſſe abſq; materia,& materia abſq; forma. hoc aũt eſt falſum. ergo prima nulla eſt. Amplius,ſi valet arguo ſic.aliqdˀ eſt intellectum non intelligẽs, vt lapis, & aliqdˀ intelligẽs intellectum,vt homo. ergo aliqdˀ intelligẽs nõ intellectũ. hoc aũt falſum eſt ſecũda expoſitio falſa eſt,q̃m vel ipſe intelligit in vere oppoſitis, & hoc falſum eſt:nã mouens,& motum non ſunt vere oppoſita.ſi de oppoſitis cõmmuniter,tunc datˀ inſtãtia de materia,& forma, & de intellectu & intelligente,& intelligibili.quidã occaſione horũ rationẽ hanc dicunt eſſe male intellectã, videtur enim Ariſto. ſupponere duo. primum ꝙ magis Com. 35.

dependet motum à mouente, quam econuerſo, & hoc cuilibet eſt perſpicuũ. aliud eſt, ꝙ ſi quæ magis dependent poſſunt eſſe per ſe, & quæ minus, poterunt etiam, & ſic ratio valet. & in textu capitur. arguit enim ſi eſt quod mouetur tantum, & quod mouetur, & mouet. ergo per locum à maiori erit quod mouet tantum. & certe hæc deductio eſt plus conſona literæ, & ſecurior, & ad eam minorem ſequuntur. ſed ad obiecta illa pro Auerroe reſpondetur, ſicut ipſemet Auerroes reſpondet in. 8. auſcultationis phyſicæ commento. 37. ꝙ maior debet intelligi in ſubſtãtijs ſecũdo oppoſitis eo modo, quo oppoſitio poteſt reperiri in illis. tertio intelligit per ſe exiſtentibus. & ſic Ariſtoteles præſupponit tria. quorum vnum eſt ꝙ moueus mobile. & medium ſint ſubſtãtiæ. ſecũdo ſupponit, ꝙ ſint oppoſite aliquo modo. Tertio ſupponit, ꝙ ſint per ſe exiſtentes. hæc enim tria poteſt quis colligere ex declaratis. & tunc nõ componitur quæcunq; ſubſtantiæ ſimul miſtæ per ſe exiſtentes oppoſitæ, ſi in medio eſſe poſſunt, & per ſe eſſe poſſunt. cui adde minorem, & ſumitur concluſio. & hoc modo poteſt intelligi illa prima deductio, nec cures dictum eius, quãdo dicit verbum hoc nulla alia egere conditione, niſi ꝙ ſit medium ex extremis oppoſitis. loquitur enim bono ſenſu. & ſic tollitur inſtãtia de materia, & forma: quoniam neutra eſt exiſtens in actu. tollitur etiam de intelligibili, & intelligente, & inter hæc medio. quoniam hæc non habent rationem oppoſitorum propriæ, nec communiter: poſſent hic enumerari omnes demonſtrationes Ariſtotelis, & recẽtiorum ad probandam immobilitatem primi, ſed breuitatis cauſa relinquo. debes ſcire, quod concluſio textus nõ tantum eſt præſens enthymematis, ſed eſt omnium dictorum: & propterea plus ſumit in conſequente, quam acceperit in antecedente, vt vides.

Mouet autem ſicut appetibile, & intelligibile mouet non motum. horum prima hæc. Concupiſcibile quidem enim ipſum apparens bonum, uoluntabile autem ipſum primum exiſtens bonum: appetitus autem. quia uidetur magis quam uidetur, quia appetitus. principium eſt enim intelligentia. Intellectus autẽ ab intelligibili mouetur quod quidẽ eſt in re.

His expeditis in vniuerſali, nũc quaſi primum vult declarare. & oſtendit quo pacto ſe habeat ad reliqua. poteſt litera continuari ad proximũ verbum. nã Ariſt. proxime declarauit eſſe primum mouens tantum, & nullo modo motum: propterea opus eſt hoc altius repetere, & quomodo ſcilicet primum mouet non motum. & hæc eſt continuatio, & intentio, nec Ariſt. facit nouum principium hic, vt placet Expoſitori. ſed iſte locus cum proximo continuari debet. nam quid ipſe acceperit primum eſſe mouens tantum: opus eſt hoc altius repetere. Debes ergo ſcire, ꝙ triplex eſt mouens, quoddam quod alterius gratia ſolum agit, vt mouens naturale, ſicut ignis. quoddã eſt quod mouet, quoniam gratia eius cuncta moueat, vt finis, & quoddam eſt qđ mouet alterius gratia, & eius gratia multa moueat, vt corpus cœleſte. ex his accipitur, ꝙ ſolum finis eſt mouens tantum, & nullo modo motus. quia igitur proxime accepit primum eſſe mouens tantum, videtur conſequi ipſum nõ mouere, niſi vt finis, ergo opus eſt declarare qualiter finis mouet, & hoc declarat nunc: & dicitur. mouet autem ſubaudi finis primus, ſicut appetibile, & intelligibile. nam finis habet rationem appetibilis. & habet rationem intelligibilis. appetibilis quidem enim inquantum bonum quoddam. intelligibile vero inquantum ens, & verum. propterea dicit. mouet autem, ſicut appetibile, & intelligibile mouet non motũ. horum ſcilicet quæ mouent, & quæ mouentur prima ſunt, hæc ſcilicet appetibile, & intelligibile, quia dicitur primum mouere, vt appetibile, & appetibile eſt duplex ſcilicet ſenſu, & voluntate, declarat qua appetibile primum moueat, & inquit. Concupiſcibile quidem enim ipſum apparens bonum eſt. voluntabile autẽ ipſum primum exiſtens bonum. ergo differẽtia eſt ꝙ appetibile ſenſu apparet bonum, appetibile volũtate exiſtit bonum, & hæc Philoſophus dicit etiam. 6. ethicorum. modo ſubſcribit quo appetitu primum. nos appetamus. & inquit. appetimus autem ſubaudi primum, quia videtur bonum, & eſt magis quam videtur quia appetimus, quaſi dicat nos appetimus appetitu rationali, eo quia ipſum appetimus, quia videtur, & eſt bonum, & non videtur, & eſt bonum, quia appetimus. ecce ꝙ appetitus noſter dependet à bonitate eius, & nõ eius bonitas à noſtra volũtate. cuius cauſam ſubſcribit dicens, nam illius appetitus eſt principium intelligentiæ. intellectus autem ab intelligibili mouetur qđ quidem eſt in re: & propterea eſt bonum in re. ecce igitur quo pacto primum mouet in motum. nam mouet vt finis, & hoc mouere eſt mouere vt mouet intelligibile, & appetibile, & dico appetibile rationaliter & non per concupiſcentiam. Expoſitor hunc locum non potuit recte exponere, quia textus eſt male trãſlatus vt vides, tamen ſententia ſua poſſet tolerari & ſatis textui conſonare. Ego vero legi textum in Græco & apud me ſic videtur exponendus.

Et videtur primum} Auerrois videtur hanc literam facere illatiuam. Itaq; videtur velle ꝙ litera præcedẽs ſit ſicut antecedens & præſens ſicut conſequens hoc modo ſi primum mouẽs mouet tm̃ & nullo mõ mouetur, neq; per ſe vt corpora phyſica. neq; per accidẽs, vt aĩa quæ eſt in corpore phyſico, neceſſe vt iſte motor primus moueat vt intellectũ & affectatũ mouent nos. hanc conſequentiam Auerrois non deducit, quoniam poſtea patebit. nam ſola hæc duo videlicet appetibile & intelligibile mouent nõ mota, quoniam ſunt vt finis qui mouet tantum. Addit ſecundo huic tale corollarium, quare actio. ſ. totius vniuerſi videť eſſe bonũ, qm̃ dirigitur in finẽ optimum. ſed hæc expoſitio Auer. etiam certe eſt ſtudioſa, ſed literæ græce nõ conſonat. nam in Græco poniť vna aduerſatiua quæ ſcribiť δὲ, & ſic nõ videť corollaria hæc litera, ſed potius explanatoria {& quia modi} Dictũ eſt primũ mouere vt intelligibile & appetibile, propterea oſtendit qũo & vtiť enthymemate tali appetibile ſenſu & appetibile ratione apud nos differunt, quia contrariãtur vt. 6. æthicorum maxime declarať. nã appetitus ſenſitiuus diſtat de proſecutione. rõnalis vero de fuga. ergo in corporibus cœleſtibus, idem eſt ſimpliciter appetibile & intelligibile. q. d. nullo modo eſt ibi differentia inter appetibilia, quia omne appetibile eſt in illis rationale. tenet conſequentia, quoniam in corporibus cœleſtibus non eſt diſcordia. ergo in illis omne appetibile eſt intelligibile & rationale {Deſideratum enim} Ponit probationem antecedentis ex hoc quia appetibile ſenſibile eſt reſpectu potentiæ ſenſitiuæ: appetibile vero intelligibile eſt reſpectu potentiæ intellectiuæ. ergo differunt quia non ſub vna & eadem potentia continentur {corpora igitur} Probat idem ſecunda ratione ſic. corpora cœleſtia

Cõm. 36 Auer. ord

ſtia carent ſenſu. ergo eſſe appetibile in eis eſt per intellectum tantum & rationale, antecedẽs probat, quia ſenſus non datur animalibus niſi propter ſalutem hoc eſt, vt euitent incommoda vitæ, vt dicit Auer. ſecundo cœli commen. 37. nam cum corpora cœleſtia ſint perfecta non poſſunt eis accidere incommoda contraria vitæ, & per conſequens ſenſus eſſent eis ocioſi, & ſic perſpicuum in corporibus cœleſtibus eſſe appetibile ſolũ rationale & intelligibile & è conuerſo. intelligibile eſſe appetibile, & ſic patet quõ voluptuoſum, & intellectiuum ſunt idem in eis {& ex hoc} Duo dat corollaria inſimul. Primũ ꝙ corpora cœleſtia ſint animata. Secundũ ꝙ animatio eſt æquiuoca quia non hñt de virtutibus animæ niſi ſolum intellectum & voluntatem per quam mouentur in loco. hęc duo corollaria ex dictis ſic poſſunt conduci, quia quęcunq; mouẽtur propter appetibile quod eſt idem quod intelligibile ſimpliciter ſunt animata & non habent niſi intellectum & volũtatem. hæc maior perſpicua eſt. minor in litera eſt declarata. ſ. ꝙ corpora cœleſtia mouentur propter appetibile quod eſt ſimpliciter intelligibile & quo ſunt ea corollaria quæ diximus {& hoc} Declarat primũ & ſecundum corollarium inſimul paulo altius & per dicta Ariſt. alibi. Primo ſic. omne cuius mouens in nulla eſt materia eſt animatum animatione æquiuoce dicta vt ſupra. ſed corpora cœleſtia mouentur per motorem nõ exiſtentem in materia & ſeparatum. ergo ſunt animata æquiuoce {Amplius} Secundo idẽ probatur ſic quęcunq; mouentur per formam quæ eſt intellectus, ſunt animata æquiuoca animatione, ſed corpora cœleſtia mouentur per formam quæ eſt intellectus per dicta in libro de anima. ergo animata &c. {& eſt mouens} Tertium corollarium eſt ꝙ motor corporum cœleſtium mouet dupliciter. vt agens & vt finis {hæc autem} Declarat iſtum tertium corollariũ paulo altius. & primo proponit cauſam quare nos nõ ſumus agẽs & finis motus, & vr̃ præciſe dare hanc cauſam quia materiales ſumus. nã res extra aĩam habet duplex eſſe in aĩa & extra aĩam. & propterea duo ſibi competũt modi cauſarum quia inquãtum res eſt in aĩa concepta mouet vt agẽs, inquantũ vero eſt extra aĩam, mouet vt finis, exemplũ eſt de balneo: nam balneũ duplicẽ habet formam. vnã intentionalem qua concipimus balneum in re, & alteram realem per quam balneum eſt balneum. ſecundũ primam mouet effectiue nos, ẽm aliam extra mouet vt finis. ergo differt finis ab agente propter eſſe in materia, quia in materia eſt cauſa ꝙ forma hẽat duplex eſſe .ſ. intentionale & reale. ex hoc ſequitur ꝙ ſi balneum non eſſet in materia non moueret aliter vt finis & aliter vt agens per conuerſionem per compoſitionem. Tunc per omnia hęc vult habere hanc vniuerſalẽ, quęcunq; non ſunt in materia, eadem mouent vt finis & vt agẽtia. ſed motores orbium non ſunt in materia, ergo idem ſunt fines & agentes, & hoc declarat, qm̃ motores cœlorum ſunt res intellectæ & res reales. poſſunt .n. conſiderari ẽm eſſe intentionale, & ſic ſunt agentes. & ẽm eſſe ſic reale & ſic ſunt fines. ergo idem eſt in eis finis & agens ratione ſolum differens {Quæret autem} Dubitat Auer. contra nunc dicta. nam habitibus præſentibus in materia ceſſat motus. ergo qñ finis ſit præſens agenti in corporibus cœleſtibus quia ſunt idem, ceſſabit motus. totum hoc declarat exemplo de arcta, vel poteſt formari ratio ſic, ſi corpora cœleſtia mouẽt, vel propter finem quem hñt, vel propter finem quem non habent. ſi primum tunc motus eſſet ocioſus. ſi ẽm tunc agens & finis non ſunt idem in eis. {Dicamus} Soluit q. & breuiter ſolutio cõſiſtit in hoc ꝙ motores corporum cœleſtium mouentur & propter ſe & propter formas materiales. propter ſe quidem qm̃ intelligunt ꝙ eorum eſſe conſiſtit in motu, ſicut facit ille qui vult conſeruare ſibi ſanitatem per exercitium, mouet enim non propter finem acquirendum, ſed propter habitũ ſinẽ conſeruandum, ſic corpora cœleſtia mouent propter ſe, hoc eſt propter conſeruationem eorum, quia intelligunt ſe conſeruari propter motum continuum à quo ſi ceſſarent, deſinerent eſſe, propter nos vero, quia intelligunt ꝙ propter motum eorum extrahuntur formæ de potentia ad actum, & per conſequens vt formæ materiales generentur, mouent. Hæc eſt ſolutio quæſtionis {Iſte. n. formæ} Contra. qm̃ tunc formæ materiales præeſſent ante ipſarum generationem. ſ. ſaltem in potentiis cauſarum. Reſpõdet ꝙ formæ materiales habent duplex eſſe. ſ. in effectu quod eſt eſſe in materia actuata, & eſſe in potentia hoc eſt eſſe quod habent in illa forma, & ſic non eſt inconueniens formas præeſſe ſecundum eſſe potentiale {& dico} Exponit diſtinctionem & vult ꝙ per eſſe in potentia ſit intelligendũ eſſe in potentia actiua qũo formæ artificiales ſunt in potentia de mente artificis. dicit ſecundo quaſi corollarie ꝙ formæ habent duplex eſſe reale & intentionale. reale quidẽ eſſe eſt eſſe in effectu. potẽtiale vero eſt eſſe in potentiis cauſarũ. Dicit ergo ꝙ hoc voluerunt dicere Platonici qñ poſuerunt ideas. voluerunt. n. dicere ideas eſſe formas generabiles in mente primi intentionaliter conceptas. licet ad hoc non potuerunt peruenire {Sed tñ} Soluit ſecundam tacitam. q. nam finis eſt nobilior ordinatis in finem. modo generatio formarum nõ eſt nobilior motoribus cœleſtibus. ergo non eſt finis motus eorum Reſpondet ꝙ motus corporum cœleſtiũ non eſt primo & principaliter propter nos, ſed principaliter mouentur propter ſe & ſecũdario propter nos. ſicut ille qui exercet ſe propter ſanitatem conſeruandam. Primo propter ſe mouetur. Secũdo propter exercitium. reliquum commenti perſpicuum vſque ibi {Et intendebat cum dixit & non extimatur &c.} Circa qđ breuiter debes ſcire ꝙ appetitus ſenſitiuus differt ab appetitu rationali. nam bonum ſenſus eſt bonum quia appetitus. bonum intellectus eſt bonum per naturam, & quia bonum per naturam, ideo appetibile {& omnia iſta} Oſtendit ſecundo cur tot dixit Ariſt. & vtitur hac ratione intellectus appetit maius bonum ipſo, vt patet per differentiam inter intellectum & ſenſum, ſed corpora cœleſtia appetunt per intellectum. ergo appetunt maius bonum ipſis {& cum} Tertio cõcludit quale eſt illud maius bonum quod corpora cœleſtia appetunt, & vult quod debeat eſſe optimum ſimpliciter. nam illud eſt melius corporibus cœleſtibus & corpora cœleſtia ſunt meliora & præſtabiliora omnibus his. ergo illud re optimum. tale autem vt dicit eſt motor qui mouet motu diurno. Ecce qũo de mẽte Auer. primus motor mouet vt finis & vt agens primum. Hic eſſent multa ambigenda. Primo vtrum corporibus cœleſtibus debeantur ſenſus. ex quo debetur eis anima. Secundo vtrum res mouet vt finis inquantum eſt extra animam vel quãtum eſt in anima. Tertio vtrum illud eſſe quod habent formæ in cauſis ſit eſſe eſſentiæ an ſit eſſe ſimpliciter, ſed omnia hæc eſſent extra propoſitum. & alibi viſa. Et propterea videndum eſt primo quali ani-

matione cœlum ſit animatum.ipſum.n.eſſe animatum ſuppono & ſum contentus ſermonibus Auer. collectis hincinde.Secundo qũo motores orbium mouent propter ſe,propter nos,& propter primũ.hæc.n.duo quæſita ſunt propria huic parti philoſophiæ & huic commento.Quantum ad primum oportet ſupponere cœlum eſſe animatum.Sed quali animatione ſit animatum eſt quærendum.Ioannes Iãdonus vir ſtudioſus pluribꝰ in locis cœlum eſſe animatum per animam non quidẽ inhærentem, ſed aſsiſtentẽ confitetur. Imaginatur .n.motorem habere propriam actualitatem,& cœlum aliam propriam, & quod ex his ſit vnũ in operatione, qũo ex nauta & naui fieri vnum dicimus non ſm eſſe, ſed ſm operationem,& ſic Ioannes credit animam cœli eſſe motorem & cœlum per ſe motum quia vtrunq; in actu per ſe, hæc poſitio recitata eſt à me pluribus in locis, nec volo nunc dicere rationes eius quia omnes ſunt leues.Sed breuiter hęc poſitio videtur contra veritatem & contra Peripateticos. nam omne compoſitũ per ſe mobile & intelligens ꝑ ſe hẽt eſſe formaliter à ſua forma.ſed cœlum eſt tale vt vides.ergo formaliter aĩatum. & probať minor, quia denominatur cœlũ intelligere vt tertio de anima commẽto.14.& per ſe moueri,modo nullum aggregatum ex aſsiſtenti videtur denominari operans formaliter operatione competenti alteri aſsiſtentium,non.n.dicimus nauem intelligere licet nauta intelligat. Secundo cœlum eſt vnum eſſentialiter & verius quam homo. Secundò cœli cõm.3. & in fine primi capituli de ſubſtantia orbis.Sed homo eſt vnum animal formaliter.ergo cœlum. Multæ aliæ rationes poſſunt adduci ſed relinquantur.Videtur ergo mihi fore dicendum quod duplex eſt anima,altera quidem dans eſſe ſubiecto & conſtituta in eſſe per ſubiectum & hoc pacto cætere animalium formæ ſunt. dãt .n.ſpeciem eis,ſed dependent in eſſe & cõſeruari à ſubiectis,quædam ſunt animæ quæ ſubiectum quidem cõſtituunt in eſſe ſed à ſubiecto non conſtituuntur vt intellectus poſsibilis in homine & motor corporis cœleſtis.Intellectus.n.poſsibilis conſtituit hominem in eſſe ſpecifico & vltimo, tñ ab eſſe hominis non dependet cum ſit immortalis ſimiliter & motor cœleſtis corporis cœlum quidem in eſſe conſtituit ipſe tñ nec conſtituiť nec dependet à cœlo. ergo ex motore, & corpore cœleſti fit vnum formaliter & per ſpeciem propriam ſicut ex ĩtellectu & corpore humano, & hoc dicit Auer. primo Auſcul. phyſicæ cõm.63.in fine.Inquit.n.& fuit neceſſe vt forma eius eſſet liberata ab hoc ſubiecto hoc eſt nec in eſſe nec in conſeruari dependens ab illo & vt non haberet conſtitutionẽ per corpus cœleſte. ſed corpus cœleſte conſtituitur per illã vt ſcies alibi. Ecce qũo plane velle videtur quod cœlum ſit formaliter animatum.Sed tunc occurrunt quæſtiones.Prima, quia tunc ſubſtantia cœli eſſet pura potentia & ſic non eſſet mobile in actu.Amplius, tunc motor cœli mouetur per accidens contra Auer. octauo phyſicorum cõm.52. vbi dicit illas intelligentias non moueri nec per ſe nec per accidens. Ad hæc dicendum quod ſubſtantia cœli eſt potentia ſed non ſm vtrunq; ſed ſm dimidium contingenter quia eſt potentia ad eſſe tantum & propterea dicitur materia æquiuoce & conceditur quod illa pars ſe ſola non eſſet mobile actu ſed illa pars actuata per motorij rem eſt mobile actu ſicut perſpicuum eſt in homine. Ad ſecundum dicendum,quod motor habet eſſe duplex .ſ. reale & quantum ad hoc eſt forma cœli intentionale & quantum ad hoc eſt forma motoris proximi. Secundum primum eſſe nihil prohibet ipſum moueri per accidens, quia ſubiectum eius mouetur. Quantum ad ſecundum neq; per ſe neq; per accidens mouetur & hoc ſenſit Auerroem octauo phyſicorum cõm.52.verum de hoc in libro de ſubſtantia orbis. & in libro de Dei infinitate ſatis. His viſis perſpicuum eſt quali animatione cœlum ſit animatum, eſt.n.animatũ animatione æquiuoca,qm̃ anima illa conſtituit ſubiectum in eſſe & non è conuerſo.Amplius,eſt forma materiæ æquiuocæ, & non materiæ contingentis. hæc de prima quæſtione.Circa ſecundam videtur ꝙ vnus motus non debeat eſſe niſi propter vnum finem principaliter,ergo motores nõ poſſunt mouere propter ſe principaliter & propter primum vt dicit ipſe. Debes ergo ſcire quod eſſe vniuſcuiuſq; motoris conſtat per hoc quod per tantum appropinquat primo enti in gradu, & per tantum remouetur ab infimo ente.hoc.n.eſt perfectum vniuſcuiuſq;.appropinquat autem primo pro quãto in operatione plus primo aſsimilatur. & propter hoc plures fuerunt motores, qm̃ non æqualiter recedunt à primo. Tunc ad quæſtionem dicendum quod motores corporum cœleſtium primo mouẽ propter conſeruationem ſui tanquam propter id quod & propter primum tanquam propter id quo.nam conſeruãtur per appropinquationem.ad primũ ergo mouentur propter ſe & propter primum æqualiter ſed diuerſa ratione.propter ſe quidem tanquam propter id quod intendunt.propter primum vero tanquã propter id quo ſe intendunt.Ecce qũo vnica eſt intentio ad vtrunque licet ratio ſit diuerſa.v.g. Idem eadem intentione mouemur propter ſanos eſſe,& propter ſanitatem, ſed alia ratione,nam mouemur propter ſanos eſſe tanquã propter rem conſeruatam, ſed propter ſanitatem tanquã propter rationem conſeruandi. propter nos vero mouentur ſecundaria ratione. per hæc tollitur obiectum factum vt perſpicuum eſt.

Sed intelligibile altera coelementatio ſecundum ſe, et huius ſubſtantia prima, & huius quæ ſimpliciter, & ſecundum actum. Eſt autem unum & ſimplex non idem. unum quidem enim metrum ſignificat, ſimplex autem qualiter ſe habens ipſum. At uero & quod bonum et quod eligibile propter ipſum in eadem coelementatione, et optimum ſemper aut proportionale quod primum. Quod autem eſt cuius gratia immobilibus, diuiſio oſtendit, eſt enim alicui quod cuius gratia, quorum hoc quidem eſt hoc uero non eſt, mouet igitur ut à motum, motum uero alia mouet. TEX.37.

Per antehabita accepit primum eſſe mouens tantũ, & mouere vt ĩtelligibile,& ratione appetibile. Sed qm̃ intelligibile eſt multiplex.ſ.primum, medium, & infimum: Similiter & appetibile triplex eſt, oſtendit illud mouens eſſe primum intelligibile & primũ appetibile, & per conſequẽs mouere vti primum intelligibile mouet & vti primum appetibile: & hoc primo narrat, ſed intelligibile alia coelementatio ſm ſe:hoc eſt,ſed intelligibile eſt altera natura in altera ſpecie conſtitutum, quam ſint mobilia & mouentia. cuius ſeriei ponit extrema.d.& huius .ſ. coelementationis ſubſtãtia eſt prima,quia ſubſtantia eſt prior accidentibus definitione, tempore,& natura:huius ſubſtantiæ illa eſt prima,quę eſt ſimplex & ſm actum.Ex his vult habere hanc propoſitionem, quod eſt ſubſtantia ſimplex & ſm actum eſt primum intelligibile. huic potens videre hanc, ſed

mouens

mouens tantum eſt ſubſtantia ſimplex ſm actum: ergo primum intelligibile erit.nec curauit probare maiorē,quia in libris præteritis eam probauit. ſed nec ſub accepit minorem,qm̄ intelligitur ex dictis iam.& tunc vides quõ,quia primum eſt primum intelligibile,ideo mouet vti primum intelligibile mouet,quod erat propoſitum{Eſt autem}Ponit differentiam inter vnum & ſimplex,ſed cur hoc faciat,non videtur.Expoſitor reddit cauſam ex hoc ne videretur Ariſt. coincidere cum Platonis opinione. Ego vero credo, quod hoc faciat vt oſtendat illud primum non eſſe tantum ſimplex, ſed vnum.differt itaq; vnum à ſimplici,qm̄ vnum (vt decimo huius dicitur)dicit menſuram, ſimplex vero dicit diſpoſitionem, qua aliquid caret compoſitione. dicit, eſt autem vnum & ſimplex nõ idem:vnum quidem .n. metrum ſignificat & menſuram, ſimplex autem ſignificat qualiter ipſum ſit ſe habens,quia ſic per priuationem compoſitionis, & ex hoc quaſi concludit primũ eſſe & ſimplex & vnum: ſimplex quidem, quia caret compoſitione,vnum vero,qm̄ eſt metrum omnium reliquorum{At vero}Quod mouens tantum ſit primum appetibile nunc oſtendit.& hoc propterea,quia appetibilium eſt eadem coordinatio, ſicut & intelligibiliũ. nam ſicut intelligibilium prima res eſt ſubſtantia, & in ſubſtā prima res eſt id quod eſt ſimplex & ſm actum, ſic & appetibilium prima res eſt ſubſtantia,& in ſubſtātia primum eſt quod eſt ſimplex ei quod ſm actum.dicit,at vero & quod bonum eſt & quod eſt propter ipſum eligibile eſt in eadem coelementatione cum intelligibilibus,& per conſequens id,quod eſt mouens tantum,eſt primum intelligibile & primũ appetibile:tunc adiicit quid ex omnibus his vult habere,& inqt.&, pro ergo quod primum eſt optimum ſemper aut proportionale.Debes ſcire,quod proprie optimũ dicitur de re ſumme delectabili,quæ potius eſt talis propter ſenſum. & propterea dicit aut proportionale. nam optimum apud intellectum eſt optimum proportionale ei,quod eſt optimum apud ſenſum.dicitur autem illud optimũ intelligibilitate,quia ſumme intelligibile:bonitate,quia ſumme appetibile,& motione, quia primum mouens {Qm̄ autem}Tertio huius probauit in immobilibus nõ eſſe finem,nunc r̄ndet per diſtinctionem & vult quod finis ſumitur dupliciter.In re,qũo dicimus ſignum eſſe finem ſagitatoris,& in intentione,cui nihil reſpõdet. in re,qũo dicimus muſici eſſe cantum finem. vel dicimus finem eſſe duplicem.ſ.in re exiſtentem,vt bonam vere,vel apparens,quod quidem non eſt in re, ſed videt. Dicit modo,quod in rebus immobilibus,licet non ſit finis ſecundo modo, eſt tñ finis primo modo, dicit, qm̄ autem quod eſt cuius gratia ſit temporis immobilibus diuiſio oſtendit.nam quod cuius gratia eſt alicui dupliciter,quorum hoc quidem eſt .ſ.in re, hoc vero non eſt,ſed in intentione tantum, vel apparens: & tũc vult quod finis primo mõ ponitur eſſe in rebus immobilibus,ſed ſecundo mõ nõ{mouet igitur}Ex dictis cõcludit differentiam inter primum mouens & primum motum.nam primum mouens mouet vt amatum & nullo modo mouetur. ſed primum motum mouet cuncta alia inquantum & ipſum mouetur.dicit,mouet igitur vt amatum.Primum vero motũ mobile mouet alia. hæc eſt differentia. dicit Expoſitor quod dixit vt amatum & non vt deſideratum.nam deſideratum eſt reſpectu rei,quæ nondum eſt. Videtur autem mihi quod dixit vt amatum in hac parte, vnde & Græce ſcribitur, amatum amore honeſto & non amore concupiſcentię deſideratum etiam dicitur etiam amore laſciuiæ.

Quomodo declarauit}Hæc prima pars commenti debet eſſe de textu præcedenti,facit tñ in hoc duo.Primo.n.epilogat quæcunq; prolixe dixit & res patet. dicit ſecũdo quod motionis animalis duo ſunt principia. vnum intrinſecum & eſt imaginatio per intellectum.i. intelligentia rei bone.& hæc mouet vti agens vt dixit, aliud eſt res ad extra & propterea addit.intellectus autem ab intelligibili mouetur &c.& hæc mouet vti finis {& quia intellecta}Vult declarare quale intelligibile ſit mouens primum quod mouet motu diuino.cauſa aũt eſt qm̄ intelligibilia plura ſunt. hoc quidem primum id vero medium & illud poſtremum.hæc eſt intentio & cauſa intentionis.Debes vero ſcire quod verbũ hoc coelementatio apud barbaros dicitur allaſtogia,Græce vero συστοιχία,& ſunt idem ſignificantia. ſignificant .n.ordinē.tunc Auerroes quatuor modis exponit hanc literam{Intelligibile autem altera coelementatio}Prima eſt,quod hoc Ariſt.dixit ſm morem Pythagorę qui poſuit ordines duos,alterum.ſ.bonorum,alterũ.ſ.malorum.In primo decem bona,in ſecundo etiam decem mala enumerauit, & per conſequens in primo poſuit primum mouens. in ſecundo poſuit ſummum malum. & hic eſt primus ſenſus{Dixit & forte}Secunda expoſitio eſt,quod Ariſtoteles.in elementis poſuit duos ordines,alterum.ſ.eorum quæ ſe habent vti formæ, alterum eorum quæ ſe habent vti materiæ & priuationes, verbi gratia.Ignis & aer vti formæ ſunt, aqua & terra vti materia & priuationes,& tunc vult quod primum mouens debet eſſe de primo ordine quia eſt forma ſimplex & per ſe{vel aliter}Tertio expoſitio eſt,quod duplex eſt ordo.ſ.formarum ſimplicium quibus nulla materia eſt admiſta.& alter eſt ordo formarum materialium materiæ admiſtarum.vult ergo quod primũ mouens ſit in primo ordine, hoc eſt forma per ſe exiſtens & per ſe intelligibilis{Aut intendebat}Quarta expoſitio quod duplex eſt ordo. nam in vno ponuntur omnes formæ, in altero ponuntur omnes materiæ & priuationes,& tunc vult quod primum mouens ponatur in ordine formarum,& quia formæ ſunt & ſubſtantiæ & ſunt accidentia.addit quod eſt in ſubſtantia,& quoniam ſubſtantiarum quædam ſunt primæ, quædam ſecundæ,addit quod eſt ſubſtantia prima ſimpliciter & actus & huic aſſentit.Ex his omnibus vult habere tale mouens eſſe primum intelligibile & hoc quia ſubſtantia,& prima & ſimplex,& actus {Quoniā vnũquodq;} Ponit differentiam inter vnum & ſimplex & differentia patet cauſa vero cur apponat hanc differentiam eſt, quoniam famoſum.Si genitiuum huius nominis ſimplex & illius nominis vnum coincidunt.& propterea ne accidat confuſio,fecit eam.reliquum perſpicuum {Et intendebat}Colligit intentum ſermonis & vult quod Ariſt.hæc fecit vt oſtendat quod tale mouens eſt ſimpliciter perfectum quoniam elicitur propter ſe.& reliqui motores eliguntur propter illum. Dicit ſecundo, quod duplex eſt finis.ſ.in alio vti ſanitas in corpore, & in ſe exiſtens vti dominus reſpectu ſerui. Primus enim finis non eſt ens ſimplex, ſed accidens. Secundus eſt ſubſtantia per ſe exiſtens & per hoc dat intelligere, qđ hoc primum mouens eſt finis reliquorum ſicut ſubſtantia & eſt ens per ſe & non ſicut accidens & exiſtēs in alio.hoc enim modo nihil prohibet finem eſſe in rebus immobilibus. Dicit tertio quod Ariſt. intēdit per

primum motum corpus cœleſte, & per alia mota ea ſunt ſub primo corpore.ſ.tam alias ſphæras quam cuncta generabilia.Dicit quarto quod primum cœlũ mouetur ab illo primo motore metaphoricæ vti à fine.ſ.vt aſsimiletur illi.eius.n. perfectio eſt in tanta ſimilitudine ſicut diximus quemadmodum amans mouetur vt aſsimiletur rei,quam amat. reliqua corpora cœleſtia mouentur à primo corpore motu impetus,propter illud cõmune deſiderium.Dicit quinto, ꝙ planetæ propter hoc habent duplicem motum.ſ.communem,quo .ſ.in vigintiquatuor horis mouentur ab oriente ad occidens.iterum redeuntes ad illud,& proprium quo quilibet mouetur ad contrarium vti diximus. Dicit ſexto ꝙ ea quæ ſunt ſub his,vt ſunt generabilia omnia mouentur mediantibus illis,tanquam propter cauſas principales.Dicit ſeptimo quod motus oppoſitus duplex.ſ. factus à planetis ſub obliquo circulo facit generationē & corruptionem.Sed motus diurnus facit perpetuitatem in generatione & corruptione ipſa.Hæc ſunt quæ videntur de eſſentia literæ,quæ in breuiter dixi,ne conteram tempus ad inutilia{Et ex hoc videtur}Ex dictis concludit corollarium quod Deus curam habet oĩum entium, & poteſt corollarium ſic componi. Quicunq; motu ſuo rationali generat entia, curat illa.ſed Deus motu ſuo rationali generat cuncta. ergo curat illa.{Dicentes aũt}Conſequenter gloſſat vnam famoſam opinionem. videlicet quæ dicit Deum curare vnũquodq; indiuiduum.Reſpondet hoc eſſe verum in parte & verum non in parte.nam indiuidua dupliciter accipi poſſunt.vno modo quo ad prædicata cõmunia & competentia eis cõmuniter, & ſic Deus curat illa. alio modo ſm quod differunt, hoc eſt ſm differentias indiuiduales & hoc modo non curat.& ſic vult quod Deus intelligat ſingularia ſub vniuerſali ratione & non ſub particulari.Sed certe hæc reſponſio videtur cõtraria ſibi infra in commento.51.vbi vult quod ſcientia Dei non eſt vniuerſalis nec particularis,& quod Deus nõ intelligit res in vniuerſali,quia tunc eius ſcientia eſſet in potentia.Ecce expreſſa contradictio in verbis his. ſed de his latius ſuo loco dicemus.

Siquidem igitur aliquid mouetur, contingit & aliter ſe habere. Quare,ſi latio,quæ prima et actus eſt ſecundũ quod mouetur,hac contingit aliter ſe habere ſecundum locum etſi non ſecundum ſubſtantiam. Quoniam autem eſt quoddã mouens ipſum.immobile exiſtens actu hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus. Latio enim prima mutationum, huius autem quæ circulo,hac autem mouet hoc. Ex neceſsitate igitur eſt ens,& inquantum neceſsitas,bene,et ſic principium. uam neceſſarium toties.hoc quidem ui, quod præter impetũ: Illud uero quo,ſine bene quod bene.hoc autem non contingens aliter.ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio dependet cœlum & natura.

Quadruplex eſt motus(vt ita loquar).ſ. localis,generatio vel corruptio,augmentum vel diminutio,& alteratio. Differunt autem, quoniam motus localis eſt id, quo mobile aliter ſe habet ſecundum extrinſecum quoddam,reliqui vero ſunt,quibus mobilia aliter ſe habent ſm id quod eſt in re.nam per generationem generabile aliter ſe habet in ſubſtantia: per augmentum augmentabile ſe habet aliter in quantitate, quæ quidē eſt intrinſeca. per alterationem alterabile ſe habet aliter in qualitate,quæ eſt intrinſeca.Oſtendit ergo, quo pacto mobile ſe habeat aliter per motum localem: & hoc,vt concludat mobile in locũ ſolum poſſe eſſe perpetuum.Dicit{ſiquidem igitur aliquid mouetur contingit & aliter ſe habere}nam motus eſt,quo res ſe habet aliter:ergo & mobile erit,quod ſe habet aliter.hæc eſt quaſi vna hypotheſis. Deinde arguit ratio. & dicit, quare,ſi latio,quę actus eſt & prima.ſ.eius mobilis,inquantum mouetur,hac contingit aliter ſe habere ſm locum,& ſi non ſm ſubſtantiam . ergo enthymema eſt, quod ſolo motu locali mobile moueri poteſt nulla,facta tranſmutatione in ſubſtantia: deinde ſumit primũ eſſe ſimpliciter inuariabile & dicit. Quoniã autem eſt quoddam mouens ipſum immobile exiſtens actu exiſtens,hoc modo contingit aliter ſe habere nullatenus. Deinde tertio ſumit tale mouens mouere ſemper motu,qui circularis eſt.dicit.Latio .n. prima eſt mutationum,huius autem generis & eſt prima quę circulo,hac autem & non alia mouet hoc,quod dicitur immobile. Ex his concludit propoſitum ſuum & dicit,ex neceſsitate igitur eſt ens,& inquantum neceſsitas bene, & ſic eſt principium . Primum ergo mouens eſt neceſſe eſſe & inquantum neceſſe eſſe.& ſic eſt principium & cauſa motus.Debes ſcire,quod aliter litera poteſt ordinari & magis iuxta verba græca.Nam videtur Ariſt. concludere primum mouens immobile eſſe neceſſe eſſe,& eſſe principiũ inquantũ neceſſe eſſe, & propterea tota litera debet eſſe ſuſpenſiua vſq; ibi{ Quare ſi latio } & tunc litera eſt ex hypotheſi & ſupponit quinque. Primum eſt,definitio motus vel mobilis. & dicit, ſiquidē igitur & aliquid mouetur, contingit ſe aliter habere. Supponit ſecundo, quod prima latio ſit actus mobilis in eo quod mobile:& hoc ſumit.quare ſi latio,quæ prima & actus eſt ipſius mobilis inquantum mobile. Sumit tertio quod ſecundum hanc mobile variari ſecundum locum & non ſecundum ſubſtantiã, & dicit, hac autem contingit aliter ſe habere ſecundum locum, etſi non ſecundum ſubſtantiam. Sumit quarto, quod primum mouens nullatenus contingit ſe habere aliter, & hoc dicit. Quoniam autem eſt quoddam mouens ipſum immobile exiſtens actu exiſtens, hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus. Sumit quinto tale mouens immobile mouere primum mobile circulari motu & inquit. Latio.n.prima eſt mutationum.huius autem ea,quæ circulo.hac autem mouet hoc.Tunc ex his concludit propoſitum dicens. ex neceſsitate igitur eſt ens & inquantũ bene neceſsitas, & ſic eſt principiũ. Syllogiſmus eſt, ergo quod exiſtens immobile mouet ſemper actu exiſtens,eſt neceſſe eſſe,& inquantum neceſſe eſſe & ſic principium:ſed primum eſt exiſtens immobile & ſemper actu exiſtens mouet,ergo neceſſe eſſe &c.& tunc videtur quod ſola quarta hypotheſis ſit neceſſaria,reliquæ ſunt additæ vt terminorum expoſitiones,& ſic ſuperfluunt ad ſyllogiſmum, licet non ſuperfluant ad terminos,& hęc expoſitio vt mihi videtur eſt vtilis.nam nullam violentiam præbet ſermoni Greco.& q̃m neceſſarium multipliciter dicitur & dictũ eſt primum eſſe neceſſe eſſe,poſſet eſſe dubitatio quaſi neceſſario primum ſit neceſſe eſſe.Cui reſpondet & enumerat tres modos neceſſarij.& ait primum eſſe neceſſe eſſe tertio modo.dicit nam neceſſarium toties, hoc eſt pluribus modis ſumitur.hoc quidem vi & violẽtia, qđ eſt τὸ παρὰ ὁρμὴν. Sic habetur in græco & in trãſlatione noſtra habetur{quod eſt præter impetum} & non poteſt ſtare. nam tale neceſſarium eſt propter impetum & non præter impetum. alij tranſtulerunt{ quod eſt

præter

præter appellationem} Sed ego non inuenio quod verbum illud ὀρμὴ Latine ſonet appellationem, nec habet ſenſum hæc tranſlatio, & ideo videtur mihi quod ὀρμὴ Græce, ſonet totum hoc Latine. videlicet locus vnde aliquis incipit & mouetur, & ſic tranſlatio apud me eſſe deberet {quod eſt præter locum vnde aliquis incipit & mouetur} & tunc ſenſus eſt verus. nam violentia eſt contra naturam moti, & per conſequens contra naturam loci naturalis illius, verbi gratia violentum eſt graui ſurſum ferri qm̃ eſt contra locum vnde incæpit moueri graue, & hæc eſt perfecta expoſitio huius. Deinde enumerat ſecundum modum. dicit. Illud vero, quo, ſine bene quod bene, hoc eſt aliud eſt illud, quo res, quę bene ſe habet, nunc eſt ſine bene. & hoc vocatur neceſſarium vtile. Deinde enumerat tertium dicit. Hoc autem non cõtingens aliter, ſed ſimpliciter neceſſariũ. hac diuiſione præpoſita ſumit quo membro primum dicatur neceſſarium. dicit, ex tali igitur principio. ſ. neceſſario tertio modo dependent cœlum & natura. ecce ergo qualiter ſit neceſſarium. addit {& natura} qm̃ cœlum primo dependet à tali principio. natura vero mediante cœlo ab eodem dependet. Sed quo genere dependentiæ non exponit, ſed poſtmodum dicemus.

Vult declarare} Auerroes introducit aliter literam quam nos fecimus, vult. n. quod Ariſtoteles intendat declarare modum colligationis entium tranſmutabilium eſſe primo ſubſtantia. Cuius intentionis cauſa eſſe videtur. Nam eſt circa hoc quæſtio. ſ. vtrum ens corruptibile poſſit colligari æterno. videtur. n. primo aſpectu quod non, quia æternum non videtur eſſe niſi principium æterni. Diſſoluendo ergo quæſtionem ſupponit quatuor. Prima ſuppoſitio eſt, omne quod mouetur aliter ſe habet. hæc eſt manifeſta in omnibus ſpeciebus motus. Secunda poteſt eſſe aliquod ęternum tranſmutabile in loco & non in ſubſtantia. Circa quam ſuppoſitionem addit Auerroes hoc eſſe bene dictum. nã tale trãſmutabile loco, ſubſtantia vero non, eſt medium inter ſimpliciter æterna & ſimpliciter corruptibilia, quoniam per ſubſtantiam conuenit cum ſimpliciter æternis per traſmutationem in loco cum generabilibus & corruptibilibus. Tertia motus in loco eſt primus motuum, & ex hoc ſolus circularis. hęc conſtat ex octauo phyſicorum. Quarta primus motor mouet motu circulari immediate primum mobile. Ex his quatuor colligit duo conſequentia. Primum eſt primum mouẽs eſſe neceſſe eſſe, & quoniam neceſſarium apud ipſum eſt duplex, erit neceſſe eſſe ſimpliciter. Secundum conſequens eſt cœlum & natura dependere ex tali neceſſario principio {& in alia tranſlatione} Hæc pars debet eſſe in ſequenti textu, ſed quoniam Auerroes ponit eã hic, exponam craſſo modo pro nunc. Debes ergo ſcire quod in barbara tranſlatione habetur ſic {Cum tali principio continuum eſt cœlum & natura} ſicut in nobis bona diſpoſitio paruo tempore. In quibus verbis duo apud Auerroem velle videtur Ariſtoteles. Primũ quod cœlum & natura colligantur cum intellectu diuino ſummo appetibili quemadmodum & nos cum illo continuamur. Secundum eſt, quod cœlum & natura ſempiterna copulatione copulantur cum illo intellectu, ſed noſtra copulatio cum illo eſt paruo tempore. huius autem cauſa eſt, quoniam medium quo copulatur nobiſcum eſt generabile vtpote phantaſma. Copulatur. n. nobis intellectus diuinus mediantibus phantaſmatibus corruptibilibus e quibus generatur in nobis intellectus ſpeculatiuus qui etiam generabilis eſt. ſed corpori cœleſti continuatur per medium ęternum, quoniam per motorem intrinſecum qui eſt anima cœli. modo talis anima eſt ſempiterna. & in verbis dat intelligere Auerroes Ariſtoteles, velle primum mouens eſſe idem cum intellectu agente, nam & cœlum & natura dependens ab eo, & ſic eſt primum mouens. etiã & nos dependemus, & ſic eſt primũ agens {& ex hoc} Concludit ex dictis corollarium & quod ex dictis ſequitur quod forma hominum in eo quod ſunt homines non eſt finaliter propter aliud niſi propter continuationem eius cum intellectu, qui declaratur in libro de anima quod ſit primum agens, & hic eſſe mouens nos, corollarium perſpicuum. nam ait cœlum & naturam dependere ab eo. & nos ſumus natura, ergo & nos ab illo etiam {Intelligentiæ enim} Reddit cauſam corollarij hoc modo. Intelligentiæ abſtractæ ſunt cauſę duobus modis vti fines & vti agentia. ergo & noſtri erunt cauſæ vti fines, ergo & nos ſumus propter eas tanquam propter fines. addit ſecundo quod etiam intelligentia agens quę hic dicta eſt primum mouens, quæ quidem in nobis eſt principium neceſſe eſt vt moueat nos vti amatum amans. ergo vt finis & per conſequens intelligentiæ, & primus intellectus erunt fines noſtri, & per conſequens nos finaliter ſumus ex illa {& ſi omnis} Nunc arguit neceſsitatem copulationis hoc modo. omnis motus. ſ. perfectus debet copulari principio à quo dependet. Sed intellectus ſpeculatiuus eſt motus dependens à principio primo & perfectus, ergo neceſſe eſt vt in poſtremo continuetur cum iſto intellectu abſtracto quod exponit dicit. Ita quod erimus dependentes tali principio à quo cœlum depẽdet, quãuis hoc ſit in nobis modico tẽpore ſicut dicit Ariſt. Debes ſcire quod hic eſt ordo beatitudinis. Nam primo intellectus materialis copulatur phantaſmatibus. Secundo mediantibus phantaſmatibus copulatur intellectui ſpeculatiuo. Tertio mediante intellectu ſpeculatiuo copulatur intelligentiæ primi orbis. v. g. Lunæ. Quarto mediante hac, intelligentiæ Mercurij. Quinto mediante hac, intelligentiæ Veneris. & ſic mediantib' oĩbus copulabitur cũ intellectu primo, vtpote intellectui agenti qui eſt declaratus hic, & hic ſtat. quare cum intellectus copulatus erit, & nos ſumus per illum tanq̃ propter formam. erimus etiam nos copulati cum primo principio mediantibus omnibus illis ordine prædicto. & in hoc ſtatu erimus ſimiles cœlo licet differentia ſit. Quoniam cœlum copulatur ſemper, eo quia medium eſt anima propria quę ſempiterna eſt, nos autem paruo tempore quia medium eſt corruptibile vtpote intellectus ſpeculatiuus. Hic apparent multi errores Ioannis, quorũ primus eſt, quia dicit intellectum agentem eſſe partem rationalis animę. Conſtat. n. hic ipſum Deum eſſe. Secundus eſt, quia ipſe dicit intellectũ materialem non eſſe formam hominis. Conſtat. n. hic intellectum materialem eſſe formam intrinſecam hominis per quam reponitur in ſpecie, aliter non poſſemus copulari illi. Tertius eſt, quia ipſe dicit felicitatem eſſe intellectionem ſpeculatiuam primi entis. Conſtat. n. hic felicitatem eſſe Deum quia à nobis intelligitur in ſtatu per eſſentiam eius, qũo ipſe intelligit ſe. nec copulatio eſt felicitas, ſed diſpoſitio ad illam. ita enim copulatione Deus efficitur nobis felicitas, ſicut diſpoſitione qualitatiua, & quantitatiua forma efficitur perfectio corporis. Perſpicuum quarto, quod non maiori felicitate

Deus eſt felix quam nos ſumus. Nam Deo Deus felix eſt,& nos Deo.& in hoc errauit ille bonus homo.eſt tñ Deus ſeipſo felix, nos ipſo felices & beati. Perſpicuum quinto contra Auẽpacem nos eſſe felices intellectione perpetua.nam nos beati ſumus Deo, & Deus eſt per ſe intellectio perpetua,licet nõ ſemper beati. qm̃ mediũ attingendi ad illã corruptibile eſt. Multa alia diximus in libro de intellectu.& in libro de anima & alibi. hæc ſatis,qm̃ in tranſcurſu ſunt dicta.

Deductio autem eſt qualis optima paruo tempore nobis. Sic enim ſemper illud eſt,nobis quidem.n.impoſsibile. Quoniam & declaratio actus huius,& propter hoc uigilatio ſenſus,intelligentia, delectabiliſsimum ſunt, ſpes uero & memoriæ propter hæc. Intelligentia autem, quæ ſecundum ſe, eius quod ſecundum ſe optimum,& quæ maxime,eius quod maxime. Seipſum autem intelligit intellectus ſecundum trãſumptionem intelligibilis. Intelligibilis enim fit attingens & intelligens,quare idem intellectus & intelligibile. Suſceptibile.n.intelligibilis & ſubſtantiæ intellectus, operatur autem habens. Quare illud magis illo quod uidetur intellectus diuinum habere. & ſpeculatio delectabiliſsimum & optimum. Sic igitur ſic bene ſe habet,ut nos quandoq; Deus ſemper mirabilis.ſi autem magis,adhuc mirabilius. habet autẽ ſe ſic. & uita autem utiq; exiſtit.etenim intellectus actus,uita,illud autem actus eſt.actus autem qui ſecundum ſe illius, uita optima & ſempiterna. dicimus autem Deum eſſe animal ſempiternum optimum. Quare uita et duratio continua & æterna exiſtit Deo,hoc enim Deus.

Ex dictis ſcimus multa. Primo, quod primũ mouẽs mouetur vt amatum & intellectũ. Secundũ quod primum mobile mouetur ſicut amans, & intelligens, & per conſequens quod ſit animatũ aĩa amante & intelligente illud primum mouẽs. Tertio, quod etiam nos amamus & intelligimus primum mouens. nam primũ non tantũ mouet primũ mobile,ſed etiam nos.hæc oĩa confeſſa ex dictis quis ſumere poteſt. Tunc ponit differentiam inter diſpoſitionem noſtram, quã amamus & intelligimus primum mouens,& diſpoſitionem primi mobilis,qua primũ mobile amat & intelligit primũ mouens,volens quod diſpoſitio noſtra durat paruo tẽpore,illius autem primi mobilis diſpoſitio durat ſemꝑ & inqt.deductio aũt qualis optima in nobis paruo tp̃e eſt,ſic.n.vti nos ſumus in optima diſpoſitione ſemper illud primũ mobile eſt in nobis. Eſſe.n.impoſsibile eſt ſemper ſic eſſe.dixit aũt qualis optima,qm̃ felicitas moralis perfectio & deductio eſt hominis, ſed non qualis optima.hęc eſt differentia.Sed circa hanc differentiam dubitatur primo quid intelligat per deductionem optimã.Secundo quare illius primi mobilis deductio optima ſit ſempiterna,ſed in nobis modico tempore.Circa hæc videtur quibuſdã Theologis Ariſt.loqui de amore & dilectione quos nos habemus hic.De primo ẽ autem hæc intellectio quia eſt tale primum.& quid quãtum ad quædam communia,quę poſſunt colligi ex ſenſibilibus.Similiter & amor eſt fruitio huius primi ſic intellecti quoad quia eſt,& quantum ad quid eſt,ſm̃ illa cõmmunia dicta:& iuxta hanc expoſitionem differentia ſic intelligitur, ꝙ optima diſpoſitio primi mobilis, quæ eſt ĩ intelligẽdo primũ motorẽ,eſt ſempiterna,optima vero noſtra eſt in paruo tẽpore. Cuius cauſa eſt, quia noſtra eſt per cognitionem ſenſibiliũ, & per conſequens per abſtractionem phantaſticam,& ſic nõ ſemper, diſpoſitio vero corporis cœleſtis, quia ipſum primum motorẽ intelligit. eſt per eſſentiã primi motoris & non per abſtractionẽ. Sed hæc expoſitio ſtare nõ poteſt,qm̃ Ariſt.videtur velle eſſe eandem felicitatem primi mobilis & noſtrã,& non differre niſi penes tempus, eo quia noſtra eſt in tp̃e, illa in æternitate. quia noſtra non poteſt eſſe per abſtractionem à phantaſmatibus quemadmodũ nec illa.& propterea alij dixerunt Ariſt. loqui de felicitate noſtra,quæ habebitur in patria. Illa .n.non erit per abſtractionẽ à phantaſmatibus, ſed per eſſentiam primi entis.& talem credit Ariſt.ſemper habere primum mobile.& tunc iuxta hęc differentia perſpicua,nã hęc non eſt nobis ſemper, quia non infinito præterito tp̃e, in illo vero primo mobili eſt ſemper ex vtroq; latere.Sed hæc expoſitio minime ſtare poteſt. Primo,quia Ariſt.ait vigiliã ſenſum & intelligentiã eſſe propter hanc: modo hæc non videntur propter illã in patria. Amplius Ariſt.loquitur de nobis:modo nos nõ ſumus anima.& ſic videtur loqui de coniuncto & non de parte. Adhuc ambiguũ eſt apud Ariſt.ſi deť alia patria. Videť ergo mihi cum Auer.eſſe dicendũ in hoc loco,& primo, ꝙ Ariſt. loquitur in ſtatu præſenti, vt & verba & rationes oñdunt.Secundo ꝙ ipſe loquiť de ſuprema felicitate.& tunc debes ſcire,ꝙ Ariſt.credit primum mobile eſſe animatum aĩa intelligente & amante primum motorem:intelligente quidẽ per eſſentiam primi,amante vero,amore fruitionis illius.Secũdo credit & nos qñq; poſſe deduci ad talem ſtatũ in quali eſt primũ mobile ſemper.fit aũt hęc deductio hoc modo. nam primo intellectus materialis copulabitur intellectui ſpeculatiuo mediantibus phantaſmatibus,ſecundo mediante intellectu ſpeculatiuo ordine quodam declarato in cõmento præcedenti,copulabitur primo intellectui,qui hic dictus eſt primus motor.In tertio vero de aĩa,intellectus agens.vulgo vero Deus nuncupať & propter hanc cauſam Græce nuncupatur διαγωγὴ, Latine vere deductio,eo quia non niſi pluribus mediis ad illam nos deuenire poſſumus. Ex his perſpicua ſunt duo.Primũ eſt,qũo nos ſumus qñq; felices & beati vti ſemper eſt primũ mobile.Secundo ꝙ cauſa quare nobis non ſemper eſt,illi vero ſemper eſt,quia nobis ineſt mediante intellectu ſpeculatiuo, qui eſt generabilis & corruptibilis aliquo modo,Illi vero ineſt mediante aĩa eius,quæ eſt incorruptibilis & æterna.hoc modo patet textus{Qm̃ autem}Ponit ordinem deueniendi in illam hoc modo.nam delectatio eſt propter intelligentiam primi motoris.delectatur.n. primum mobile in intelligendo primum motorem,quia intelligit eum: vigilia,ſenſus,& intelligentia ſunt delectabilia propter delectationem illã.ſpes autem & memoriæ propter vigiliã ſenſus & intelligentias, quare omnia ſunt propter intellectionẽ primi motoris.ergo propter intellectionem primi eſt delectatio noſtra.propter delectationem ſunt vigilia ſenſus, & intellectio rerum materialium, propter hæc ſunt ſpecies in memoria delectabiles, cur cuncta noſtra ſunt delectabilia ob illa?dicit ſubaudi dico deductionem illam eſſe optimam diſpoſitionem, qm̃ actus.i. ſpeculatio actualis huius.ſ.primi motoris eſt & delectatio. propter hoc vigilia ſenſus intelligentia ſunt delectabiliſsimum.ſpes vero & memoriæ propter hæc dixit ſpecies & memoriæ, quia ſpecies quo ad intellectum,memorię quo ad ſenſum.vel dixit ſpecies reſpectu futurorum, & memorię reſpectu pręteritorũ.Spes ergo & memoriæ propter hæc ſunt delectabilia.

bilia.Intelligentia autē,quæ eſt per ſe, eſt eius,'quod eſt ſecundum ſe optimum.& ea intelligentia , quæ eſt maxime,eſt eius quod maxime.hic ergo eſt ordo felicitatis noſtræ. Debes ſcire,ꝙ intellectio , quam habemus de primo,vocatur intelligentia per ſe, qm̄ eſt per eſſentiam rei intellectæ, immo eſt intentio illa & res intellecta idem. Intentio vero , quæ habetur de rebus materialibus,non eſt per ſe, qm̄ eſt per abſtractionē à phantaſmatibus,& propterea ęquiuocat de intelligētia {Seipſum autē) Locutus eſt de felicitate primi mobilis & de felicitate noſtra,nunc de felicitate Dei,qui eſt & ſibi & cunctis felicitas,loquitur , & qm̄ non poteſt loqui de illius felicitate,niſi ex eis,quæ ſunt in nobis:Primo præmittit quomodo intellectus noſter intelligit ſe,& quomodo redditur agens & operans.debes ergo ſcire, ꝙ ꝑ vnum & idem intellectus noſter fit ens intelligibile, & operans intellectionem. nam intellectus noſter eſt pura potentia,& per cōſequens non eſt ſecundum ſe intelligibile:ergo efficitur intelligibile ens,inquantū actuatur ab intelligibili re,quando ex re intelligibili efficitur vnum actu,nunc redditur intelligibile ens, efficitur.n. vnum cum illo,quando tranſmittit ipſum atque attingit.eodem etiam fit operans.nam per intellibigile efficitur actu , & per conſequens per intelligibile efficitur operans.actus. n. & ſpecies motus & operationis ſunt principium . Secundo debes ſcire , ꝙ intellectus perficitur magis à præſtabiliori intelligibili & maxime à ꝑſtabiliſſimo . vnde quemadmodum materia perficitur à forma,& perfectiori forma perfectius , & à perfectiſſima perfectiſſime perfici videtur , ſic & intellectus ſi actuatur & perficitur ab intelligibili,à perfectiori plus, & à perfectiſſimo maxime perficietur.Erit ergo iſte ordo,ꝙ ſicut materia primo recipit diſpoſitiones & formas imperfectas , deinde illis mediantibus perficitur, redditur actu ab vltima forma', ſic & ſic & intellectus primo ab intelligibilibus materialibus, deinde illis mediantibus à diuinis actuabitur,atq; reddetur perfectus. hæc ergo duo ponit & dicit.ſeipſum autem intelligit intellectus. ſ. noſter ſecundum tranſumptionem intelligibilis.& dicitur tranſumptio, qm̄ intelligibile transfertur de materiali ad immateriale. nam per huiuſmodi tranſumptionem fit attingens & intelligens rei intelligibilis, quare & per idem intellectus & intelligibile fiet idem , hoc eſt vnum in actu,cuius cauſam ſubſcribit.d.nam intellectus eſt quoddā ſuſceptibile rei intelligibilis & ſubſtantiæ . & addit ſubſtantiæ , forte more Platonico, qui ſubſtantias & ideas intelligi vult tm̄ hoc ergo pacto intellectus efficitur intelligibile. Sed habēs ſubaudi rem intelligibile operatur , & per conſequens eadē eſt intelligibe & operans:& hoc fuit primū.Deinde ſumit ſm per conſequens ad hoc primum : & dicit quare illud duinum,quod videtur habere intellectus, eſt magis iſto materiali : & per conſequens perficitur plus per illud,& ſpeculatio illius diuini dicetur delectabiliſſimum & optimum:hoc eſt vltima forma & ſupremus gradus felicitatis. Sic ergo perſpicuum quomodo intellectus per abſtractionem rei intelligibilis efficitur intelligibile:& quantum efficitur intelligibile efficitur operans : & mediante intelligibili materiali efficitur in optima diſpōne & in ſupremo gradu felicitatis.Debes ſcire,ꝙ omnia hæc ſunt declarata in libro de anima. & propterea hic ſunt ſuppōnes: & ille , qui vellet ſingula ſuppoſita declarare, tranſcenderet metā ſuæ conſiderationis.Supponitur ergo hæc nūc{ſi igitur.) Ex his declarat felicitatē primi principij '& loquiť hypothetice & poſtmodū antecedens & relinquit conſequens hoc, modo. Si deus ſe habet ſemper hoc modo vti nos quādoq; in tali optima diſpoſitione deſcripta,erit deus mirabilis . & ſi Deus ſe habet ſic ſemper & magis ꝙ̄ nos, erit mirabilius:deus ſe habet ſemper ſic & magis, ergo erit mirabilis & mirabilior,& ſic perſpicuum qualis felicitas Dei.nam eſt qualis noſtra differens in tempore & in perfectione:tēpore quidem,qm̄ noſtra eſt in tēpore,illa Dei in ęternitate.noſtra pauca,illa multa.inquit. Si igitur bene ſe habet Deus ſemper vt nos quandoque in ſupradicta optima diſpoſitione,erit mirabilis . ſi aūt magis ſe habet ꝙ̄ nos', erit mirabilius . habet autē ſe ſic ſemper vti nos quādoq;,& magis,quare mirabilis & mirabilior erit.dices.Deus eſt felix Deo,& nos ſumus felices Deo.ergo Deus non eſt magis felix quam nos,quia eodem ſumus ambo felices.Dicendum eodem modo felices ſumus ambo.& neuter neutro eſt felicior quantum ad eſſentiā,ſed quantum ad modum magis Deus, qm̄ Deus eſt felix à ſe , nos vero ſumus felices ab eo.vti paries tanta albedine albus eſt quanta & ipſa albedo alba.dicitur tm̄ albedo magis,quia per eſſentiam eius talis eſt,& paries per participationē.Sic nos & Deus tanta & eadem felicitate ſumus felices quantum ad eſſentiam.ſed Deus per eſſentiam,nos vero per participationem.{Et vita aūt.)Oſtendit ꝙ Deus ſit vita & ꝙ viuat ſicut dicimus vitā viuere & albedinem albā. nā ſicut albedo eſt alba per eſſentiam, ſic Deus eſt vita & viuit ꝑ eſſentiā, & non viuit ſicut nos per participationem vitæ. Dicit. & vita autem Deus ipſe vtiq; exiſtit . hæc eſt concluſio.probatur etenim,actus intellectus eſt vita.Illud aūt .ſ. Deus eſt actus . exponit quomodo actus. d. actus autem, qui ſm ſe illius dico ꝙ eſt vita optima & ſempiterna.hoc modo Deus eſt actus, ſubticuit cōcluſionem,quia præpoſuit eam.tangi ſecundam rationem per conſenſum vulgi. d. dicimus aūt Deus eſſe animal ſempiternum & optimum.hoc. n. dicitur in communi vſu.ex hoc infert concluſionem popoſitam.d.quare vita duratio continua & æterna exiſtit Deo.vita quidem ei exiſtit,quia animal.nā omne animal viuit.Continua vero & æterna,quia ſempiternum & optimum.& quia dixit vitā ineſſe Deo , poſſet credere aliquis Deum non eſſe vitam per eſſentiam ſubſcribit, hoc.n. Deus. ergo Deus viuit & eſt vita , nam viuit per eſſentiam . vnde ſi dicimus quod calor eſt calidus ſibi & oībus, ſibi quidē per eſſentiam, alijs vero per participationem.ſic Deus ſibi viuit & alijs,ſibi quidē per eſſentiam, alijs per participationem. In hoc vero textu epilogando perſpicua ſunt duo . primum quod Deus eſt ſumme felix & beatus . Secundum eſt quod Deus eſt eſſentialiter viuēs & vita. Ad primum præaccepit, quomodo primum mobile & nos ſumus felices , aliquo modo ſimiles , aliquo modo diſſimiles.Secundo præaccepit quomodo intellectus noſter efficitur felix. & quod ordine procedit ad illam . Tertio accepit quomodo efficitur actu beatus operans & intelligibilis . Hæc ergo ſunt hic contenta.

Nota pro theologis dei & aliorum felicitatis & beatitudinis diſcrimen,iuxta eſſentialem , & participatam beatitudinem, quarum vnū per eſſentiam obiectum eſt.

Dicit Ariſto.} Auerroes aliter videtur introducere literam quam nos. videtur ergo Auerroi Ariſto. in illa parte.{quoniam & delectatio actus eſt huius &c.)Velle probare ꝙ voluptas ſimpliciter eſt ſolum actio primi principij.nos enim delectamur & Deus delectatur. nos quidem delectamur,ſed non voluptate ſimpliciter dicta,Deus vero delectať voluptate ſimpliciter. & hæc eſt Auer.introductio.Qđ vero dei ſit ſimpliciter actio *Cōm. 39.*

voluptas oſtendit hoc modo.primò ſupponẽdo quod ipſa intellectio rei cauſat voluptatem in intelligente. Secundo ſupponendo quod intellectus voluptatur nõ inquantum eſt in potentia, ſed inquantum eſt in actu. Ex his concludit propoſitum,quod quidem intellectio ſit voluptuoſa perſpicuum eſt dupliciter.primo vigilia ſenſus & cognitio rerum naturalium voluptuoſa ſunt, & hoc non niſi propter intellectionem.Secundo,quia ſpecies rei futuræ & memoria rei præteritæ ſunt voluptuoſæ ꝑꝑ cõprehenſionem . nam ſpecies propter cõprehenſionem futurã,memoriæ propter comprehẽſionem præteritã,& ſic perſpicua eſt prima ſuppoſitio.Secunda etiã declaratur. Nam intellectus noſter dupliciter accipitur.vno mõ vt in potentia,& ſic nõ voluptuatur,qm̃ res non voluptuatur niſi inquãtum eſt in actu. Alio modo inquantũ eſt in actu,& ſic voluptuatur . nã inquantũ in potentia non intelligit ſe. inquantũ vero actuatur ab intelligibili intelligit ſe, & ſic voluptuatur. Addit aũt Auer . quod inquantum actuatur ab intelligibili ,intellectus, intelligibile, & intellectio, vnũ ſunt ſubiecto.Differunt autem ratione.Dicitur quidem intellectio inquantum eſt quo apprehẽdit ſe. Intellectus vero,inquantũ apprehẽdit. Res intellecta vero,inquã tum intelligitur . Ex his oĩbus ſumendum intellectũ in tm̃ delectari inquãtũ intelligit ſe , & intelligit ſe inquãtũ actuatus,actuatur vero inquantum recipit intelligibile & vnum ſit cum eo.& hæc ſunt duo q̃ accepit.Addit modo tertium,videlicet qualiter eſt Deus felix. nam ſi intellectus noſter felix eſt & in ſumma voluptate qñ denudatur à potentia,& deus ſemper eſt denudatus à potentia,& ſemper exiſtens in actu . ergo felix eſt & ſumme felix & ſic mirabilis & ſumme mirabilis.{& Alex.dicit.)Hic Alex.ſoluit arduam quæſtionẽ,vtrum.ſ. in primo principio ſit delectatio.nam multis argumentis videtur ꝙ non.primo qui delectatio eſt accidens & Deo nihil accidit.Secundo,quia delectatio & triſtitia habẽt fieri circa idẽ,ergo ſi in deo non eſt poſſibile ineſſe triſtitiam neq; delectationẽ poſſibile eſt ineſſe. regula eſt ſecundi Topicorum.& Auer.vtitur ea cõmẽ. 51.Tertio videtur quod in eo non debeat eſſe ſumma delectatio, quia comparatio fit in his quæ ſunt eiuſdẽ generis.conſtat aũt deum in nullo eſſe genere.Ariſt. aũt dixit contrarium. Breuiter vr̃ ꝙ in Deo ſit declaratio & ſumma delectatio.ꝙ quidem in Deo ſit delectatio,ſtatim perſpicuum erit per declarata in ethicis, & hic dictum eſt .n. delectationem conſiſtere circa actum & operationem,& per conſequens quomodo Deus ſit in actu,videtur ipſum eſſe in operatione & delectatione . quod vero ſumma delectatio declarabitur.nam per quãtum res cadit à potentia per tm̃ cadit à triſtitia,& accedit ad delectationem. nam potentia eſt cauſa triſtitiæ & actus cauſa delectationis, vt Ariſt.dicit & probauit per exemplum de vigilia &c. Sed Deus eſt in actu per eſſentiã & intellectus noſter per participationẽ . ergo Deus eſt in ſumma delectatione,& huius cõfirmatio eſt.Qm̃ Deus intelligit per eſſentiam & non per potentiam præcedentẽ actum, & propterea Deus eſt in ſumma delectatione in quali intellectus non eſt qñ eſt factus in actu. Alex. ergo reſpondet ad qõnem & vult quod delectatio ſequatur comprehenſionem ſicut vmbra corpus. Quotuplex ergo eſt comprehenſio , quotuplex & voluptas.eſt aũt vna comprehenſio cui non reſpondet oppoſitum.ſ.ignorantia , vt dei ſcientia, ergo & delectationi tali non reſpondebit triſtitia conſequens ad ignorantiam.Erit ergo duplex ignorantia.ſ.habens contrariũ & carens cõtrario.In deo ergo eſt delectatio primo modo & non ſecundo modo , & ſic dici põt delectatio æquiuoce & quaſi metaphorice . & hoc pacto ſolue tu argumenta.{Et dr̃ de eo vita.)Oſtẽdit nunc vitam ineſſe ſibi,& quod ſumma vita,quod quidem vita inſit ei ꝑſpicuũ..nã intelligit. vt.n.dicitur ſecundo de aĩa aliqđ multifariam viuere dicimus,quorum eſt vnum intelligere,Quod vero ſumma vita viuat,oſtendo. nã intelligere eſt optimũ viuere,ergo quod eſt purus intellectus erit optima & ſumma vita,& propterea deriuata eſt ab eo oĩs vita.his quidem clarius,his vero obſcurius,vt dr̃ primo cœli,Ex his concluditur definitio . Eſt. n. Deus ſapiens atq; in vltima delectatione ſemper conſtitutus perfectiſſima vita viuens.{Et hoc putauerunt.) Auer. hic digreditur contra duas poſitiones dictas de deo.prima fuit antiquorum nã antiqui videntes in Deo reperiri hæc tria.ſ.ſapientiã amorem & vitam ſeu eſſentiã, in deo poſuerunt trinitatem ſubſtantiã.Itaq; voluerũt in Deo eſſe tres ſubſtantias.ſ.ſubſtantiã vitæ,ſubſtantiã ſapientiæ,& ſubſtantiã amoris. hæc.n.non poterant eſſe accidentia,qm̃ deo nihil accidit . & cum contra eos dicitur,ergo deus erit compoſitio quædam . Reſpondebant credentes euadere deum eſſe trinum ſubſtãtialiter & vnum congregatione.hæc poſitio fuit antiquorum. {Et neſciuerunt.)Contra hos arguit.Auer.nã ſi ſubſtãtia eſt numerata,ita ꝙ Deus ſit congregatio trium ſubſtantiarum realiter diſtinctarum , Deus erit vnum per vnam intentionem. i. vnã formã additam illi congregato vt miſtum eſt vnum ꝑꝑ vltimam formã miſtionis q̃ eſt forma ſpecifica,& hoc eſt manifeſtum.nã oẽ vnum ꝑ ſe eſt vnum ab vna forma,& ſic ſequitur in Deo eſſe compoſitionẽ,& per conſequens ipſe non erit æternus {Et dicit Alex.)Narrat aliam poſitionẽ.quidam.n.cuitantes hoc argumentum dixerunt illa tria eſſe tres diſpoſitiones additas eſſentiæ dei,& per conſequens voluerunt illa tria eſſe tria accidẽtia abſoluta addita eſſentiæ.hæc eſt ſecunda poſitio addita in lege Maurorum.

Digreſſio.

{Quapropter.) Cõtra arguit.nam qñ Deus ſit vnus & non ꝑꝑ aliquã illarum diſpõnum.ergo eſt vnum ꝓpter aliam diſpõnem & formam ſubſtantialẽ additam eſſentiæ,& illis diſpoſitionibus.{Et vtriq;)Tunc arguit contra ambas inſimul.nã omne cõpoſitum eſt nouum & vtriq; diſpõni accidit compoſitio. ergo vtraq; diſpõ eſt noua.{Et ſi dicat.)Reſpondet quis deum eſſe cõpoſitum & componentia eius non componi ꝓpter agens colligans illa,.ſed eſſe cõpoſita ſemper & à nullo. Cõtra hoc arguit.nã ſi aliqua cõponerentur per ſe, tunc exirent de põa ad actum per ſe, & mouerentur ſine motore per ſe. cõſequentia tenet ſuppoſito qđ quæcũq; cõponũt aliquod vnum in ſe ſint prius diuiſa.vt Ariſt.primo cœli declarauit.& tũc ſequitur deductio Auer.Debes ſcire qđ quidam & nos longo tpe credimus Auer. contradixiſſet Chriſtianis & Mauris & Iudeis , & certe non eſt ita:& propterea debes ſcire quod Chriſtiani dicunt. primo in vnitate eſſentię Dei ſtare trinitatẽ perſonarũ, ita qđ volũt Deum eſſe triũ in perſonis & vnũ in eſſentia.dicũt ſecundo quod perſonę nec ſunt tres ſubſtantiæ nec tria accñtia,ſed addunt eſſentiæ tres relationes quibus conſtruuntur tres perſonæ quæ quidẽ cõparate ad eſſentiã ſunt ſubſtãtiæ & trãſeunt in ſubſtantiã. Cõparate vero inter ſe differunt re.non quidẽ abſoluta,ſed relatiua.Et ex his tollitur obiectio Auer.nã ſi trinitas eſſet in Deo,vel quo ad ſubſtantias,vel quo ad diſpoſi-

Solutio.

ſpoſitiones abſolutas additas,in eo eſſet compoſitio,tñ ſi ibi eſt ſolum trinitas relationum.nec ibi erit compoſitio,nec ibi aliquid noui. Auer. ergo contradicit antiquis & Mauris. Antiquis quidem pro quanto poſuerũt trinitate ſubſtantiarum. Mauris vero pro quãto poſuerunt trinitatem diſpoſitionum abſolutarum. Cõſtat aũt Chriſtianos nullum horum ponere, & propterea non Chriſtianis,ſed Antiquis contradicere videtur. Sed videtur in dictis Auer.contradictio.nam Auer.ſumit cõtra hos hac vniuerſalem. omne compoſitum eſt nouũ. Sed hæc videtur contra ipſum.nam cœlum eſt compoſitum ex intelligentia & orbe,& ex quantitate & ſubſtãtia,ergo nouum.Cuius oppoſitum per ipſum conſtat. Amplius rationalis anima eſt compoſita ex intellectu agente & poſsibili,& tamen eſt æterna. Ioannes fingit verbum Philoſophi eſſe intelligẽdum de nouitate in ſe vel quo ad accidentia. & ſic vult quod omne compoſitum ſit nouum, vel quantum ad ſubſtantiam vel quantum ad accidẽtia.& ſic eſt cœlum.eſt.n.nouum ſm vbi diuerſa. Similiter & rationalis aĩa eſt noua quo ad accidentia. Aut poteſt etiã dici Auer.intelligere de compoſito ex principijs tranſmutabilibus, cuiuſmodi non eſt in propoſito, nam neq; cœlũ neq; anima rationalis ſic componitur. Sed pace eius nulla harum eſt in propoſito ad mentem Auer. prima quidem,non qm̃ Auer. arguit contra eos, qui dixerunt aliqua eſſe componibilia per ſe hoc modo,quia tunc extraherent ſe abſque motore,& conſtat ibi non loqui de variatione in accidente,qm̃ id non eſſet inconueniens. Secunda vero minime quia tunc peteret principium, quia ſupponeret partes componentes Deum eſſe tranſmutabiles & hoc petebat. Videtur ergo mihi ſaluo meliori iudicio pro nunc verbum Auer. eſſe intelligendũ, vt dicit ipſe in lib. d.d. hoc modo, quod omne cõpoſitum eſt nouum hoc eſt dependens.& hoc modo habet intentum.nam cœlum ſi eſt compoſitum eſt nouum hoc eſt dependens. Similiter & ſi rationalis anima ſit compoſita (vt credit Ioãnes) eſt noua hoc eſt dependens. & hoc modo habet Auer. contra eos, nec aliter intelligere debes ſi verba ſua ſunt vniuerſaliter vera. debes ſcire quod Auer. in libro deſtructio deſtructionum,diuiſione quinta, in ſolutione dubij tertij narrat poſitionem Chriſtianorum. & dicit aliter quam hic dicit, & proponit ſe vere contradicere illi alibi,& tu vide eum & intelliges quomodo hic non contradicit Chriſtianis,ſed bene ibi.{Et ſic eſt intelligendum.) Oſtendit nunc qualis multiplicitas ſit in Deo & qualis diuerſitas. nam negare non poteſt quin de Deo plura dicantur nomina.dicitur.n. viuens ſapiens,& amans,& multis alijs modis.& ſic in Deo videtur eſſe diuerſitas, & qm̃ Deus eſt ſimplex & ſumme ſimplex,vt prædixit,videtur quod ſint in eo diuerſitas & ſimplicitas. & propterea qualiter hæc deo inſint,dicendum reſtat. & primo loquitur de diuerſitate. Dicit ergo primo ꝙ deus dicitur vnus & viuens. Sed hæc nõ dicunt diſtinctionem realem,ſed rationis qm̃ ſunt vnũ in re & duo in ratione. Dicit ſecũdo non ita idem quia ſignat idem omnibus modis.ſ.ſm rem & modum & reſpectu eiuſdem ſicut ſignat nomina ſynonyma, quia fruſtra laboraſſet Ariſt. in probando hæc. Dicit tertio quod non ſignat idem ſicut principale hoc eſt abſtractum & ſumptum hoc eſt concretum. quia ſumptum hoc eſt concretum ſignat illud quod principale & magis.dicit.n.formam & ſubiectum cuius exemplum eſt nam vita ſignat formam abſolute & nõ ſubiectum, viuum ſignat formam in materia hoc eſt ordine quodã vtrũq;,quia principaliter forma & ſecundo ſubiectum. vt quinto huius dixit cõmento.14. contra Auicennam. {Hæ igitur.)Concludit corollarium ad dicta.ſ.quomodo differunt modi ſignificandi in rebus materialibus & in abſtractis,& dicit.hę igitur ſunt poſitiones hoc eſt modi ſignificationũ nominum in eis quæ ſunt formæ in materia.nam in illis ſunt illæ tres differentiæ dictæ ſynonyma,concretum & principale,& differentia ratione.In eis autem quæ ſunt formæ in materia,diſpoſitio hoc eſt prædicatum & diſpoſitum, hoc eſt ſubiectum reducunť ad vnũ in eſſe & duo in conſideratione,cuius cauſam dicit, quia vnamet eſſentia eſt ꝑdicatum & ſubiectum:nã vt poſita eſt ſubiectũ, vt diſponẽs ſemet eſt ꝑdicatum quare ſubiectũ & ꝑdicatum erũt vnũ in eſſe & duo in intẽtione:quare ſaltẽ ꝑdicatum differt à ſubiecto rõne. {Sed tñ.) Oñdit qđ ſimplicitas inſit deo,vbi debes ſcire quod in propõne cathegorica neceſſaria ꝑ ſe,vt hõ eſt aĩal,prędicatum & ſubiectum differunt realiter, ſed non in eſſe, qm̃ animal ſumitur à forma alia à qua ſumitur hõ,ſed hæc ſunt vnum in eſſe,quia vnum ab altero ſeparari non poteſt,& ideo ſunt duo in potẽtia intellectionis.pro quanto intellectus põt intelligere illa duo deo attributa ſeorſum.{Intellectus.n.)Contra qm̃ intellectus intelligit rem ſicut eſt, ſed res non ſunt in eſſe diuerſe, vt homo & animal,ergo non poteſt illa ſic intelligere. Reſpondet ꝙ intellectus non tm̃ eſt natus diſtincte intelligere congregata eſſe ſed congregata in re, quia eſt natus diuidere omnia ſeparabilia vt formam per ſe,& materiam per ſe, & formam per ſe à cõpoſito ex materia & forma, & huius nulla cauſa eſt niſi quia intellectus.{Hęc igitur diſpoſitio.)Concludit nũc quales propoſitiones ſunt in rebus materialibus,& vult ꝙ quando intellectus componit illis prædicatum cum ſubiecto,vtpote formam cum compoſito, vt homo eſt animal, vel formam cum habente formam, vt corpus eſt album, tunc intelligit illa adunata & diuerſa modis diuerſis:adunata quidẽ inquantum coniungit prędicatum & ſubiectum.diuerſa vero inquantũ intelligit deferens hoc eſt ſubiectum eſſe aliud à delato hoc eſt prædicato. Ex his vult habere ꝙ cauſa totalis quare in rebus materialibus ſubiectum differt à prædicato eſt eſſe in materia.nam rõne materiæ ſubiectum ſubeſt, & ratione formæ ꝑdicatum diſponit, ergo ſubiectum à materia prædicatum à forma ſumentur.{Cum aũt.)Oſtẽdit modo quomodo in rebus abſtractis à materia ſubiectum & prædicatum nullo modo differunt: & huius cauſam dicit,quia nullus eſt modus quo poſſunt diſtingui,quia tota cauſa fuit eſſe in materia, ergo vni nõ eſt materia non erit diſtinctio.arguo.ergo ſic,quæ diſtinguntur ſunt in materia,vt prędixit per conuerſione per contrapoſitionem quæ non ſunt in materia non diſtinguũtur.{Et qm̃ intellectus.)Soluit dubium:nam ſi nulla eſt differentia inter prędicatum & ſubiectum in propoſitionibus abſtractorum, ergo ſubiectum & prædicatum ſunt ſynonyma. Reſpondet & vult quod illa duo non ſunt nomina ſynonyma, ita ꝙ propoſitio ſit ſm nomen,vt hæc tunica eſt veſtis, & non ſm intentionẽ, vt hæc homo eſt rationalis. Sed intelligit ea duo eſſe differentia ſecundum aſſimilationem,ita quod in talibus accipit duo, quorum, proportio ad inuicẽ alterius ad alterum eſt ſicut proportio prædicati ad ſubiectum, & ex eis cõponit propoſitionem categoricam in illis.vult ergo Auer. prædicatum & ſubiectum in abſtractis non

niſi metaphorice & per proportionem, quia ſubiectũ proprie vel eſt materia vel ſumitur à materia: prædicatum vero vel forma vel ſumitur à forma, & quia ĩ eis totum eſt forma, ideo non poſſunt hæc duo inueniri niſi metaphorice. & ſic propoſitio in illis: & his videtur fere æquiuoce, {Et nullam.)

Adhuc dubitabis ſi nulla eſt differẽtia in re, vnde eſt differentia inter prędicatum & ſubiectum. Reſpondet & dicit primo nullam eſſe differẽtiam inter ea omnino niſi ſm acceptionem: nam idem re accipit diſpoſitum, hoc eſt ſubiectum & diſpoſitionem hoc eſt prædicatũ. Dicit ſecundo quod ideo intendit multitudinẽ ſm acceptionem quia intellectus poteſt intelligere, idem his duobus modis ſm ſimilitudinem ad propoſitionem categoricam in rebus compoſitis, ſicut multa intelligit per ſimilitudinem, vt materiam in cõparatione ad ſubiectum. & ſic intellectus verificans hanc, homo eſt viuens vel homo eſt ſapiens per attributionem tranſumit hæc in deo, & hac de cauſa dicũtur attributa. {Et ſi intellectus.) Probat hoc per impoſſibile hoc modo, ſi intellectus nõ accepiſſet. In iſtis cõpoſitis diſpoſitionem & diſpoſitum, hoc eſt prædicatũ & ſubiectum, nõ poſſet intelligere naturas eorũ nec declarare. nã cognitio illorum eſt ex ſenſibilibus hoc modo. {& magna.) Cõcludit qualis multiplicitas ſit in deo & facit enthymema hoc pacto quæ differunt re & ratione, plus differũt ꝙ quę ratione tm̃, ergo multiplicitas attributorũ in deo differunt ratione tm̃ & non re, tenet conſequentia, qm̃ ea differunt propter eſſe in materia. hæc quæ differunt ratione tm̃, differunt propterea quia ſumuntur à differentibus materia. Vltimo Auer. addit verbum Alexã. nam Ariſt. dicit intellectum non intelligere ſe: contra arguit, quia viſus videt ſe in ſpeculo, ergo & intellectus & propterea vult quod Ariſto. verbum intelligatur recte & ad bonum ſenſum, & non ponit qualis ſit ille ſenſus. Tũc adde ꝙ intellectus intelligit ſe per ſpecies aliorum & non per eſſentiam propriam. Debes ſcire ꝙ tota ſententia Auer. in hoc quod attributa in deo nõ ſint ſynonyma eſt, quia licet ſubiectum & pͣdicatũ in deo non differunt. ſumuntur tamen à differentibus: propterea quæ ſunt in compoſitis, ergo non ſunt ſynonyma. quia igitur ſumuntur à differentibus differunt, & ſi dices vel illi differentiæ, reſpondet aliquid in re vel nihil dicendum ꝙ illi reſpondet aliquid in re, ſed non in re dei, ſed in re cauſata à Deo per quã deum intelligimus, & hoc ſatis ad hoc ne illa differentia non ſit ficta. põt hæc opinio probari multis rationibus. vt in libro. d. d. diuiſione quinta in ſolutione ad vltimum. ſed pro nunc probatur primo, quia quæcũque ſunt in aliquo ſunt in eo per modũ eius. vt 3. de anima cõmẽ. 5. ſed deus eſt in ſumme ſimplex & ſumme idem, ergo quocũq; ſunt in eo ſunt in ſumma ſimplicitate & identitate. ergo in eo nulla poteſt poni diſtinctio extra animam. ſecundo in principio diuerſitatis, quæcũq; ſibi inhærentia ſunt diuerſa, ita in principio identitatis & vnitatis quæcũque inſunt debent eſſe vnum & idem, quare in deo omnia inexiſtentia ſunt idem & per ſe vnum. Sic igitur illi diſtinctioni nihil reſpondet ex parte dei. Sed ex parte cauſati ab eo bene reſpondet: & propterea non eſt ficta.

TEX. 04. *Quicunq; autem putant, ut Pythagorici & Speuſippus, optimum nobiliſsimum non in principio eſſe propter & plantarum & animalium principia cauſas eſſe quidem, bonum uero & perfectum in his, quæ ex his, non recte exiſtimant. nam ſperma ex alteris eſt prioribus perfectis, & primum non eſt ſperma. ſed perfectum. ut priorem hominem dicat aliquis eſſe ſpermate, non qui ex hoc fit, ſed alterum ex quo ſperma.*

Quãta ſit perfectio primi principij, iam ex hiſce potes recipere. Nũc vero, quia ſunt quidam & magni, qui dicunt oppoſitum, ideo narrat aliorum poſitiones. dicunt ergo quidam, vt Pythagorici & Speuſippus Platonis nepos, in principio non eſſe adſcribendum optimũ & præclariſſimũ, ſed potius principiatis: & hoc per hãc inſtãtiam. nam principia animalium & plantarum ſunt cauſæ, & tamen bonitas & perfectio nõ his cauſis aſcribuntur, ſed cauſatis ab illis. nam ſperma eſt imperfectius animali & ſemen eſt imperfectius plantis. Per hãc inſtantiam volunt habere perfectionem eſſe adſcribendam principiatis & non principijs hoc proponit. d. qui cũq; aũt putant, vt Pythagorici & Speuſippus optimũ nobiliſſimum non in principio eſſe, cuius cauſam ſubſcribit. d. propter principia quidem animalium & plantarum cauſas eſſe, bonum vero & perfectum in his eſſe quæ ſunt ex his, hi non recte extimant: hæc eſt poſitio & fundamentum poſitionis. obijcit Ariſt. & reſpondet ad inſtantiam illã. Vbi debes ſcire, quod dupliciter peccant & in forma & in materia. In forma quidem, quia ex vna ſingulari non ſequitur vniuerſalis. licet. n. in his eſſet ita, non tamen in omnibus eſſe ita oportet. In materia vero, qm̃ principium proprie non eſt in materia ſperma in animalibus vel ſemen in plantis, ſed animal, ex quo fuit ſemen vel planta prior, à qua fuit ſemen. Ita ꝙ ſi totius cõgregationis hominum datur principium ſimpliciter & conceditur apud multos, illud nõ eſt ſperma, ſed homo, à quo ſperma: ꝓpter quod nos diximus hominem primo fuiſſe & poſtea ſemen eius. Ariſt. ergo tangens ſolum peccatum in materia dicit, nam ſperma ex alteris eſt prioribus perfectis, vt ſperma animalium ex animalibus, & ſemina plantarum à plantis. & primũ ſubaudi ſimpliciter non eſt ſperma, ſed perfectum, vtpote animal vel planta, vt ſupple ſiquis dicat priorem hominem eſſe ſpermate, non dicet eum, qui ex hoc ſpermate fit, ſed alterum hominẽ ex quo ſperma. Ecce ergo quomodo peccat argumentum in materia.

Quod quidem igitur eſt ſubſtantia quædam ſempiterna & immobilis ſeparata à ſenſibilibus, manifeſtũ eſt ex dictis. Oſtenſum eſt autem & quia non contingit habere hanc ſubſtantiam magnitudinem ullam. uerum ſine parte indiuiſibilis eſt. mouet enim per infinitum tempus. neque autem habet & potentiam infinitam finitum, Quoniam autem omnis magnitudo uel finita aut infinita: finitam quidem propter hoc utique non habebit magnitudinem. Infinitam uero non. quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo. At uero & quia impaſſibilis & inalterabilis. omnes enim alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecundum locum, hæc quidem igitur manifeſta quia hunc modum habent.

Epilogat quæ nunc dixit & quæ alibi dixit per modum epilogi, etiam nũc adijcit. dicit, quod quidem igitur eſt ſubſtantia quædam ſempiterna & immobilis ſeparata à ſenſibilibus manifeſtum ex his nunc dictis, quę vero alibi. vt in octauo dixit. nũc repetit & oſtendit qđ hæc prima ſubſtantia eſt incorporea & primo proponit rem & inquit, Oſtenſum autem & quia non contingit habere hanc ſubſtantiam magnitudinem vllam verum ſine parte indiuiſibilis eſt: hæc eſt concluſio & ſyllogizat hanc ſic, quod mouet infinito tempore non eſt in magnitudine, ſed prima ſubſtãtia mouet infinito tp̃e ergo nõ eſt in magnitudine corporea. huius dedit minorem

norem tm̃.d.mouet.n.per infinitum tempus, neq; aũt finitum habet & potentiam infinitam. cur addat hanc ſecũdam propoſitionem,ſtatim ſubſcribit, poteſt quis dicere quod licet non habeat magnitudinem finitam, habet infinitam, & propterea oſtendit ipſam nullã habere, & dicit. Qm̃ autem omnis magnitudo aut finita eſt aut infinitam.finita quidem propter hoc. ſ. quia mouet infinito tempore non habebit magnitudinem. nã vt dicemus in commento omnis virtus in magnitudine finita eſt corruptibilis & finita in tẽpore.infinita vero nõ,quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo. vt.3. phyſicorum diximus.Ex his ſyllogiza ſic.nullum mouens tempore infinito eſt in corpore, ſed prima ſubſtãtia eſt mouens tpe infinito.ergo prima ſubſtantia non eſt in corpore. Hoc ergo eſt ſm qđ reperijt: repetit & tertio quod prima ſubſtantia ſit impasſibilis & inalterabilis, & hoc proponit.d. at vero & quia impasſibilis & inalterabilis,cuius cauſam dicit.nam omnes alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecundum locũ.ex hoc vult habere primam ſubſtantiam nullo alio motu poſſe moueri,quia ſi non mouet primo motu ergo nec poſterioribus motibus moueri dignum,eſt,& tunc breuiter epilogat totum.d.hæc quidem igitur manifeſtũ quia hunc motum habent, vt longo ſermone dixit.

Cõm.41. Facit rememorationem.}Cõmentum iſtud diuiditur,quia primo exponit textum. ſecunda ibi{Ioannes Grammaticus.) Digreditur,ſed prima pars videtur perſpicua.tamen volo duo notare, quorum primũ eſt qđ Auer.aliter format ſyllogiſmum quam nos:nã ipſe format in ſecunda figura hoc modo,omne corpus aut potentia in corpore eſt finitum,ſed primus motor non eſt finitus. ergo nec eſt corpus nec virtus in corpore, minor ponitur ibi{Mouet.n.)Maior vero ibi{Neq; aũt.) Et ſic nihil in litera eſt ſuperfluum:maior proſyllogizatur,quia omne corpus,vel eſt finitum vel infinitum,ſed finitum eſt finitum & infinitum non eſt. ergo omne corpus vel virtus in corpore eſt finita. Qm̃ omne corpus eſt finitum & omnis magnitudo finita eſt corpus, quia infinitum non datur. Cõponitur ergo ſyllogiſmus ſic,Omne corpus finitum eſt finitum, & omne corpus eſt finitum,quia infinitum non datur. ergo omne corpus eſt finitum, quæ erat maior. Secundum vero eſt ꝙ Auer.facit talem conſequentiã,ſi in corpore finito fuerit potentia infinita, contingit corpus illud moueri in inſtanti hanc conſequẽtiam in 8.phyſicorum cõmento.71.declarauit,& in lib.de ſubſtantia orbis, & poteſt declarari à primo ad vltimum hoc modo,ſi virtus infinita eſt in corpore.ergo eſt corruptibilis,ſi corruptibilis.ergo habet contrarium,& ſi habet cõtrarium. ergo oportet tempore infinito reſiſtere illi contrario,ne ab eo corrumpatur,& ſi reſiſtit contrarium tempore infinito.ergo erit infinita in vigore & potentia, ſi infinita in vigore & potentia.ergo mouet in non tempore, & per conſequens à primo ad vltimum, ſi virtus æterna ſit in corpore,illa mouet in non tempore.ſumit. n. inſtãs per non tempore quod dico propter ſophiſtas de quo alias hæc igitur continentur in expoſitione literæ{ Ioannes Grammaticus.)

Hec eſt digresſio in qua primo mouet quæſtionem quæ ſic componitur.omne corpus per Ariſtotelem habet potentiam finitam,ſed cœlum eſt corpus.ergo cœlum habet potentiam finitam.vltra,omne quod habet potẽtiam finitam eſt corruptibile: ſed cœlum habet potẽtiam finitam.ergo.cœlum eſt corruptibile: hæc quæſtio eſt falſa: ergo aliqua propoſitionum. & diſcurre ꝑ omnes non niſi propter illam: videlicet omne corpus habet potentiam finitam,& per conſequens hæc eſt falſa.{Si igitur.)Refellit hic reſponſionem tacitam. dicitur. n. cõiter quod priuatio corruptionis eſt acquiſita in cœlo à potentia abſtracta ęterna,ita ꝙ cœlum ſui natura corruptibile,eſt,ſed eſt adeptũ æternitatem à ſubſtantia æterna prȩſeruante ipſum à corruptione. Cõtra arguit quia ſi ſic tunc aliquod posſibile corrumpi nũq̃ corrumpetur, quod eſt imposſibile, & ſunt declarata in primo cœli.hæc ſupponãtur nunc quia declarare eſſet tranſgreſio. { Dicamus.) Soluit ergo aliter & dicit primo,dicamus igitur quod mirũ eſt, de hoc qđ dicit, quod omne corpus habere potẽtiam finitã eſt verum. nam hæc maior eſt diſtinguenda & non ſimpliciter accipienda.Dicit ſecundo, ꝙ potentia dicitur multipliciter.eſt.n.potentia in ſubſtantia vt materia & alteratione vt alterabile & in vbi vt mobile. Relinquit potentiã ad quantitatẽ quia illa eſt ſimul cum illa ad ſubſtãtiam omne augmentabile in ſubſtantia tranſmutatur. Dicit tertio quod hæc propoſitio Ariſto. videlicet omne corpus habet potentiam finitam, non eſt cõis omni corpori cuicũq; potentiæ ſit, niſi quando potentia intelligitur potẽtia in vbi.hæc ergo propõ, omne corpus habet potentiam finitam, intelligitur de potentia ad vbi.q.d. quod omne ꝙ mouetur,ex ſui natura finito tpe mouetur.{Quomodo.n.dicimus.)Contra arguet quis per cõuerſionem in terminis, omnis potentia in corpore eſt finita.ergo omne corpus habet omnem potentiam finitam.Reſpondetur quod hȩc non eſt bona conuerſio nec in terminis,nec in parte,nec per cõtrapoſitionem, & ideo bene poteſt concedi eſſe potentiam in corpore quæcũq; ſit eſſe finitã: ſed ꝙ omne corpus habeat oẽm potentiam & finitam,eſt falſum, nã corpus cœleſte nõ habet potẽtiam niſi tm̃ in vbi,vt dictum eſt.{Si igitur.) Contra adhuc quantum ad potentiam qua mouetur, quia cum potẽtia à qua mouetur ſit in eo vel igitur eſt finita vel infinita: Si infinita contingit moueri in inſtãti,vt deductum eſt ſecundo cœli cõm.38.& 39.ſi vero finita posſibile eſt quieſcere,quod falſum eſt,nam mouetur ſemper. Reſpondet & vult ſuppoſitum eſſe falſum, vult.n. ꝙ illa potentia à qua mouetur non ſit in eo, & propterea dicit ergo nõ mouetur à potentia exiſtere in eo,ſed à potentia ſeparata,q̃ in nullo ſubiecto eſt omnino.Eſt ergo ſolutio ꝙ quæſtio ſupponit falſum.ſ.potẽtiam à qua mouetur eſſe in cœlo,illa.n.nõ eſt in eo.Sed hic eſt contradictio,nam cõm.36.expreſſe dixit contrarium: voluit.n. corpus cœleſte eſſe animatum & certũ eſt ꝙ non niſi anima exiſtente in eo, cuius oppoſitũ dicit hic.forte ꝙ Auer.loquitur de primo motore q̃ quidem eſt cauſa ſempiterni motus ſaltẽ vt finis, & talem nullius orbis vult eſſe animam vel potentiam,ſed omnino ſeparatum,vel forte dici poteſt, ꝙ per eſſe in corpore intelligit, conſtitui ꝑ corpus, & per eſſe ſeparatũ intelligit independens à corpore & hoc modo põt res moderari.{Sed aliquis.)Replicat cõtra dicta tertio,qm̃ potentia mouens primum mobile eſt infinita, modo ſiue intelligitur extra magnitudinẽ ſiue in magnitudine cum ſit infinita ſemper mouebit in non tempore: non enim videtur maior ratio de ipſo in magnitudine q̃ de ipſo extra magnitudinem.{Et diſſolutio.) Reſpondet & vult ꝙ primũ mobile duplicem habeat formam alteram.ſ. mobilẽ per quã eſt tale: alterã cõem q̃ eſt talis totius cõgregati ex oĩbus orbib⁹, & ſic motus diuerſus

componitur ex duplici motore, hoc eſt requiri dupli-
cem motorē & alterū intrinſecū qui eſt aīa eius & for
ma ꝓpria illius & hoc mō ab illo habet motionē finitā
in tempore q̄ quidē eſt terminata in velocitate: alterū
vero extrinſecū & cōem à quo habet motionē infinitā.

{Cum dicere.)Remouet dubium: nam dictum eſt à
motore proprio primum mobile habere finitā motio-
nem: à motore vero cōmuni habere infinitam motio-
nem. quęret ergo quid intelligit per finitatem & infini-
tatē in motibus? Reſpondet ꝙ finitas & infinitas in mo
tibus accipiuntur dupliciter, vno mō extenſiue hoc eſt
pro duratione: alio modo intenſiue pro velocitate vel
tarditate quæ inferūtur propter proportionem moto-
ris ad mobile. nam ſi motor ſupra mobile creſcit, auge-
tur velocitas, adeo ꝙ ſi eius potentia creſcat in infinitū
& motus efficietur in non tempore & infinitus in velo
citate: vult ergo dicere ꝙ tā motor cōmunis q̄ motor
proprius primo mobili ſunt infiniti extēſiue hoc eſt in
duratione. differunt vero quia motor cōis eſt infinitus
in qualitate, hoc eſt intenſiue, ſed motor proprius fini-
tus. {Et propter diuerſitatem.)Probat hanc ſolutionē:
nā omnes aīę cœlorum pñt conſiderari dupliciter, vel
quantum ad id in quo conueniunt, vel quantū ad id in
quo differunt. Quantū ad id in quo cōueniunt, omnes
ſunt infiniti in extenſione & in duratione. Sed quantū
ad illud in quo ipſi differunt, ſic vnum cœlum mouetur
velocius & alterum tardius. Eſt ergo vis rationis. Si mo
tores corporum non eſſent finiti in velocitate & inten
ſiue, tunc omnes mouerent æqualiter, & ſic nulla eſſet
dr̄ia in velocitate & motione, modo hoc eſt falſum, vi
demus. n. motus corporum cœleſtium diuerſari penes
velocitatem & tarditatem ꝑꝑ diuerſitatem proportio
num motorum ad mobilia eorū: ergo oīa conueniūt. ſ.
cœlum & motores quantum ad durationem æternam
quia oīa ſunt liberata à materia, ſed differunt penes
dr̄ias ꝓportionū, vt ſcis. {Et hæc eſt.) Scd̄o probat idē
auctoritate Ariſt. 2. cœli tex. cōm. 71. Ibi. n. facit tale en
thymema. Si orbi adderetur aſtrum aut nō moueretur
aut tardus moueretur. hęc ergo conſequentia valet vel
propterea quia cœlum mouetur cū pœna & labore &
hoc non, ergo quia deſtruitur proportio inter motorē
& mobile: nam aīa cœli mouet cœlum ꝑꝑ determinatā
proportionē: addito ergo aſtro additur ad proportio-
nem reſiſtentiæ, & ꝑ conſequens tollitur proportio il-
la, & per conſequēs vel non mouetur vel tardius moue
bitur: eſt aūt regula hæc, ꝙ quanto potētia motoris eſt
maior, tanto velocius mouet: & econuerſo quanto mi
nor, tanto tardius, & qñ potentia nō ſuperat reſiſtentiā
nullo mō mouet: Et hæc conſequētia declarata perſpi-
cuum eſt qualiter ad mētem Ariſt. motores corporum
cœleſtium ſunt finiti intenſiue, & in qualitate motus.
{In corpore quidem cœleſti.)Quia accepit cœlū & mo
torem cœli eſſe æternos & non finitos, declarat hoc de
cœlo primo, ſecūdo de motore. Et de ipſo cœlo arguit
quod non habet contrariū non habet potentiā vt cor-
rumpatur hoc eſt materia, ſed cœlum non habet con-
trarium, ergo non habet potentiam, vt corrumpatur:
hoc eſt declaratū in primo cœli ad longū. {Motus aūt.)
Secundo declarat idem de motore cœli & primo ſup-
ponit ꝙ motus cœli pōt corrumpi ꝑ ſuam̄ ſubſtantiā:
nam habet contrariū vtpote quietem & omne habens
contrarium eſt corruptibile in ſubſtantia: ergo motus
poteſt corrumpi ſubſtātia. Ex hoc arguit motus & cor
ruptibilis, & durat ſemper, vel igitur à ſe, & hoc modo
non, quia, ſe ipſo corruptibilis eſt: ergo oportet ponere
aliquod ſempiternum quod motū faciat perpetuū. {Et
ideo non eſt in cœlo.)Oſtendit qualis eſt motor faciēs
motū perpetuū & facit enthymema hoc modo, motus
cœli eſt corruptibilis & habet contrarium, ergo cœlū
poteſt quieſcere: ſed nunquā quieſcit: ergo oportet po
nere motorem ſeparatum omnino à materia & à poten
tia, tā in ſubſtantia vt materia q̄ accidentaliter, vt à ma
teria vbi & aliorum accidentium, {Et ideo dicit Ariſt.)
Accepit motum cœli quantum eſt propter ſui ſubſtan
tiam poſſe deficere quia habet contrarium. ſ. quietem
hoc probat auctoritate Ariſto. in 9. huius vt declaraui
Auer. ibidem cōmento. 17. Ibi. n. Ariſt. dixit non eſſe ti
mendū cœlum quieſcere, modo timor eſt de poſſibi
li: ergo poſſibile eſt cœlum quieſcere, {Et ideo nō eſt.)
Contra arguit, nā tunc aliquod eſſet poſſibile non eſſe
quod eſſet neceſſariū quod eſt cōtra Ariſt. primo cœli.
Reſpondet & ponit duo. Primum in ſubſtātia nihil eſt
poſſibile ex ſe & neceſſarium ab alio. Secundū in acci-
dēte poſſibile eſt aliquid eſſe poſſibile ex ſe & neceſſa-
rium ab alio, primum probat quia tunc natura contin-
gens efficeretur neceſſaria quod patet eſſe falſum. Secū
dum patet ex motu: nam motus ſm̄ ſe eſt poſſibilis nō
eſſe & neceſſarius ab alio & cauſam huius dicit. Qm̄
motus eſt talis à motore ſeparato. {Si igitur motus.)

Concludit tria primum eſt ſi motus cœli eſt æternus
neceſſe eſt vt fiat à motore ſimpliciter immobili & per
ſe & per accn̄s. Secūdum motus permanet ab alio: ſub-
ſtantia vero à ſe eſt æterna. Tertiū impoſſe eſt in ſubſtā
tijs inuenire impoſſibile ex ſe: neceſſariū vero ab alio.
{Omnis igitur.)Probat primam conſequētiā, erat. n.
hæc. ſi motus eſt æternus, oportet vt fiat à motore ne-
que per ſe neq; per accn̄s mobili: probetur ergo nunc
conſequentia, nam ſi non, detur ergo oppoſitum con-
ſequentis. ſ. ꝙ talis motor moueatur per ſe vel per acci
dēs: arguo modo, ſi mouetur per ſe, ergo eſt corpus ge
nerabile & corruptibile, ſi per accidens, cum omne qđ
per accn̄s mouetur poſſit quieſcere, quia omne per ac
cidens mobile eſt virtus in corpore, & per conſequens
generabile, ſed motus cœli nunquam ceſſat: ergo mo-
tor neq; per ſe neq; per accidens poteſt quieſcere, & ꝑ
conſequēs erit ſimpliciter īmobilis. {Hæc igitur)Quia
accipit omnem potentiam mobilem per accidens poſ-
ſe quieſcere. declarat hoc auctoritate Ariſt. nam Ariſt.
in litera dicit omnis potentia in corpore eſt finita: vel
dicit ſimile huic & vult dicere ꝙ eius actio eſt finita in
tempore quia eſt materialis, & per conſequens corru-
ptibilis. Dicit ſcd̄o ꝙ omne corpus in quo eſt potentia
vt tranſmutatur in ſubſtantia, neceſſario tranſmutabit,
nec pōt acquirere æternitatem ab alio, īmo oportet vt
tranſmutetur, ſed omne corpus in quo eſt potentia ad
motum tm̄ nō oportet, vt deficiat eius motus, quia pōt
ab alio perpetuari. Sed circa hæc emergunt ambiguita
tes. prima, nam videtur ꝙ ſi cœlum pōt deficere in mo
tu, ꝙ etiam in ſubſtantia deficeret & econuerſo: nam ſi
cœlum quieſcit, cœlum non eſt: conſequētia eſt Auer.
in libro de ſubſtantia orbis, ſed ꝑ ipſum antecedens eſt
poſſibile: ergo & conſequēs per regulam prioriſticam
quia ſi motus pōt deficere & cœlū pōt ēt deficere. Am
plius ꝑꝑ quid poſſibile non eſſe in ſubſtantia non pōt
effici ęternū, & in accidēte, maxime in motu ſic, hęc. n.
eſt quæſtio non parua. Secunda quæſtio eſt, nā hic pla-
ne dicit motores orbium non eſſe per ſe nec per accn̄s
mobiles: opoſitum dixit. 8. phyſicorum cōmē. 52. & eſt
neceſſa-

neceſſarium, nam cum motor orbis ſit aīa cœli & moto corpore mouetur & anima oportet cœli animā mo ueri ꝑ accidens,hæc apud me eſt maxima quæſtio. Tertia quæſtio eſt, dictum eſt primo cœli & demonſtratū cœlum non corrumpi, quia mouetur motu qui nō habet contrarium & hic dicit oppoſitum.ſ. motum habere contrarium:hæc.n.eſt contradictio manifeſta. Circa primam debes ſcire ꝙ poſſibile eſſe in ſubſtātia differt à poſſibili eſſe in accidente, nam poſſibile eſſe in ſubſtantia eſt propter duo. ſ. propter materiam & propter contrarium: omne.n. poſſibile eſſe in ſubſtātia eſt tale,quia mixtum cum materia, & quia habet contrarium. Accidēs autem poteſt eſſe poſſibile eſſe propter multa:& propter materiam & propter contrarium & propter ſubiectum & propter agens & alijs multis. Ex his accipitur ꝙ æternum in ſubſtantia eſt tale propter carentiam cauſarum corruptionis, vtpote propter carentiam contrarij & materiæ. In accidente autem pōt eſſe aliquod æternū propter æternitatem cuiuſuis cauſæ:tunc patet cauſa quare æternum in ſubſtantia non poteſt eſſe poſſibile non eſſe: nam æternum in ſubſtantia caret cauſis corruptionis & poſſibile nō eſſe habet cauſas corruptionis quæ non poſſunt competere eundem.In accidente autem ſecus eſt, q̄m æternum accidēs poteſt eſſe ab vna ſola cauſa:& corruptibile ab alia & ſic non repugnat in accidente. Idem eſt æternū vno modo & corruptibile alio modo. & hanc declarationē ergo ſolus inueni.Et Ioānes conatus eſt ad eam, ſed nō potuit attingere. Tunc ad rationem dico ꝙ regula illa quando ad antecedēs eſſe ſequitur conſequens eſſe, & ad antecedens poſſibile conſequens poſſibile debet intelligi conſequentia bona per ſe, modo hæc eſt bona ꝑ accidens quam noui vocant bonam ſm materiam. tu vero conſidera quia habet replicam. ſecūda ſoluta eſt. Circa ſecundam debes etiam ſcire ꝙ moueri per accidens eſt dupliciter. vno modo dependēter, quomodo anima bouis mouetur per accidens,quia ipſa dependēt à corpore bouis:& hoc pacto omne per accidens mobile aliquando quieſcit quia eſt corruptibile. alio modo independenter,vt dicimus ipſius cœli animam moueri per accidens:nam ipſa non dependet à cœlo ſed econuerſo,vt dixi,& hoc conſidera.Nam ſolus primus ſimpliciter eſt in mobili ſimpliciter & per accidens, omni modo capiendo per accn̄s. de quo vide librum de Dei infinitate. & Auer. 8. phyſicorum commen. 52. Circa tertiā debes ſcire ꝙ cœlum eſt in potentia mere paſſiua ad vbi. & ideo poteſt priuari omni vbi quantum eſt ex parte ſui & ſic motus habet contrarium priuatiue, non autem poſitiue & ſic tollitur contradictio hic.{Et etiam quoniam.) Alio modo declarat idem: declarauit.n.primo ꝙ cœlum ſit æternum:deinde ꝙ eius motor ſit æternus, nunc vero ꝙ motor communis omniū vel totius congregati ſit æternus declarat.Et ſupponit primo quod cœlum etiam vt animatum pro prima forma poteſt quieſcere: & ſyllogiſmus eius eſt:nam omne per ſe & ex ſe mobile poteſt quieſcere:ſed cœlum eſt ꝑ ſe & ex ſe mobile:ergo pōt quieſcere: non probat maiorem, ſed tantum exponit illam,& vult ꝑ motum per ſe illud quod mouetur per deſiderium & appetitum intrinſecum in eo,poteſt tamen maior probari. nam motus & quies ſunt oppoſita:& oppoſita ſunt nata fieri circa idem:ergo omne ex ſe mobile poteſt quieſcere. Dicit ſecundo ꝙ quia de facto tale corpus cœleſte nunquam quieſcit, ergo oportet dare motorem quendam ſimpliciter perpetuum,qui ſit cauſa perpetuitatis motus, dico autem talem qui nec per ſe nec per accidens ſit mobilis. Dicit tertio quod talis motor in nulla exiſtit materia nec extēſa nec naturali.{Et ideo quærēdum.) Remouet tacitam quæſtionem:poſſet.n.quis dicere. Sicut valet hæc conſequentia, eſt motus æternus,ergo motor æternus,cur non valet hæc,eſt motor æternus per ſe, ergo motus per ſe æternus? Reſpondet quod non eſt ſimile, nam poteſt motor æternus per ſe eſſe,& tamen motus non per ſe,ſed ab alio erit ęternus. {Sed ſi motus.)

Ponit differentiam inter motorem proprium & cōmunem,& vult ꝙ motor communis ſit ſimpliciter ſeparatus tam à corpore corruptibili q̄ à corpore ęterno, quia nullius eſt forma propria, & hoc quia eſt cauſa ꝑpetuitatis motus ſimpliciter & abſolute. Motor vero proprius & ſi ſit ſeparatus à corpore corruptibili, non tamen à corpore æterno,quia eſt prima perfectio & primus actus cœlectis corporis proprij.{Et hoc quidem.) Mouet circa dicta quæſtionem: nam videtur motor æternus ſuperfluus eſſe:nam corpus cœleſte eſt in ſui ſubſtantia æternum,ergo non indiget aliquo nobiliori eo à quo permanentiā ſumat ſubſtantiæ ſuæ,cum ſeipſo ſit æternum.Confirmatur,nam hæc propoſitio,omnis potētia in corpore eſt finita,non eſt vera niſi in corpore corruptibili: ergo per locum à contrario ſi eſt aliquod corpus in ſui ſubſtantia ęternum eius etiam operatio debet eſſe æterna. ergo ſi cælum ſm ſubſtātiam eſt æternum, motus eius etiam ſm illius naturam erit ęternus:ergo nulla eſt neceſſitas ponendi motorem nobiliorem:vel ſic cælum vel eſt de ſe habens eſſe vel de ſe habens non eſſe.Si de ſe habet eſſe.ergo eſt perpetuum quocunq; alio circumſcripto.& ſi dę ſe habet non eſſe. ergo eſt corruptibile, & hanc forte intelligit Auer. & hæc quæſtio eſt difficilis. {Et in hoc.) Soluit & primo ponit errorem quorundam. Secundo ponit fundamentum Ariſt. dicit primo ꝙ propter hoc argumentum errauerunt Zabij,& eorum ſapientes. Dicit ſecundo qđ Ariſt. ad probandum motorem cœli eſſe ſeparatum ſuſtentatur in duabus propoſitionibus, quarum vna eſt omnis potētia in corpore eſt finita.Secunda eſt, quod motus infinitus non ſit à motore finito.vnde prouenit quod faciens motum infinitum non ſit in materia. Eſt ergo ſyllogiſmus iſte omnis virtus in corpore eſt finita primus motor faciens motum æternum non eſt finitus. ergo in ſecunda figura nō eſt virtus in corpore. Ad formam tamen non reſpōdet. poteſt tamen dici cœlū eſſe formaliter neceſſarium & ab alio effectiuæ ſicut albedo eſt talis formaliter,& ab alio efficitur. cælum ergo nec habet per ſe eſſe nec per ſe non eſſe, ſed non habet per ſe eſſe. & tunc non valet: ergo habet per ſe non eſſe,quia ex negatiua non ſequitur affirmatiua. {Et cōtradicentes.) Adducit contradictionem aliquorum cōtra hæc.& dicit primo ꝙ quidam cōtradicunt Ariſt. in duobus, primo quia volunt ꝙ omne habens potētiam finitam eſt compoſitum ex materia & forma: & propterea ſi ſtellæ habent potentiam finitam, erunt compoſitæ ex materia & forma.Secundo dicunt quod poteſt aliquod eſſe potētiæ finitæ & eſſe æternæ actionis. Cuius cauſam dicunt quia actio finitur propter alterationē motoris à moto,hoc eſt propter pænam & laborem:ergo ꝙ non alteratur.nec accidit ei feſſitudo,poteſt agere actionem æternam licet ſit finitæ potentiæ. Syllogiſmus ergo eorum eſt quod non mouet cū pœ-

na & labore mouet æterno tempore quocunq; ſit, ſed cæli motor mouet abſq; pœna & labore. ergo mouet æterno tempore. {Themiſtius autem.)

Contra hæc obiicit Themiſtius, & ſumit primo ꝙ non poteſt aliquod habere potentiam infinitam, & eſſe finitum, videtur.n.contradictio ꝙ ſit finitum & habeat potentiam infinitam. Dicit ſecundo ꝙ potentia infinita quæ videtur in eſſe ſtellis non eſt in eis naturalis: nec inquantum corpora nec inquantum talia corpora: ſed aut pendet à prima cauſa aut ab anima earum. Dicit tertio ꝙ prima cauſa eſt illa quæ reuoluit omnes orbes tempore æterno. probatur tertio quod ſtellæ non poſſunt ceſſare à motu & facit talem conſequentiam.d. Quoniam ſi haberent illud quod habent in potentia vt corpus & magnitudo habent, ita ꝙ non eſſent ſemper in actu, tunc neceſſarium, eſſet eis laborare & laſſari: conſequentiam non probat. poteſt tamen probare quia omne animatum quieſcens in ſui operatione laborat, vt declarauit in ſecũdo cæli commento.3. Oſtendit tertio quod licet ſtellæ non quieſcãt quandoq;, poteſt tamen quieſcere. nam qualibet hora variant loca: nam quandoq; ſunt hic quandoq; ibi. omne varians locum poteſt quieſcere: ergo ſtellæ poſſunt quieſcere. Dicit quarto quod talia loca quæ ſtellæ variant ſunt vltima hoc eſt termini motus à quo ad quem: nam quo modo aliquod eſt in potentia ad aliquid & venit ad illud, videtur illud eſſe terminum illius progreſſus. Ex his omnibus perſpicuum eſt apud Themiſtium cælum poſſe quieſcere. Probat quinto ꝙ cauſa prima nullo modo eſt corpus vel magnitudo hoc modo. omnis virtus quæ ſemper eſt in actu.& nũquam diuerſatur, eſt neq; corpus, neq; magnitudo. ſed prima cauſa eſt ſemper in actu & non diuerſatur, ergo nec eſt corpus corruptibile nec magnitudo aliqua. {Et vniuerſaliter ſi actio.) Idem oſtendit & alio modo & ſupponit duo pro antecedente. primum ꝙ motus eſt defectibilis. nam actus qui eſt terminus exitus potentiæ eſt corruptibilis, ſed motus cæli eſt actus & terminus exitus potentiæ vt ſupponit: ergo eſt corruptibilis. Supponit ſecundo ꝙ de facto nunquam corrumpetur & harum ſuppoſitionum primo accipit ſecundam, deinde primam. Ex his dat concluſionem & vult quod potentia mouens in ſtellis ſit infinita, quoniam ſtellæ habere talem potentiam non modo potentiali hoc eſt non per hoc ꝙ fuerit educta de potentia ad actum, quia talis potentia eſt anima ſtellæ. Dicit ſecundo ꝙ licet ita ſit, tamen motus ſtellarum eſt finitus, & per cõſequens potentiæ hę ſunt in ſtellis hoc modo & ſm has diſpoſitiones, quia ſunt in eis tempore æterno & non receptæ modo potentiali. & hæc fuit nota ſententia Themiſtij, & tu potes reſpondere ad formam queſtionis ſi placet. {Et abbreuiatio.) Auer. loquitur multum cõfuſe: dicit tamen primo quod motus cæli poteſt deficere, cuius cauſa ſic componitur, omnis motus exiẽs de potentia ad actum eſt finitus: ſed motus cæli continue exit de potentia ad actum. ergo eſt finitus. probat ſecundo quod motor cauſans illum motum ętemum eſt ſimpliciter ſeparatus neq; corpus, neq; virtus in corpore & ſyllogiſmus eius eſt: omne quod ſemper eſt in actu, neq; eſt corpus, neq; virtus in corpore: ſed primus motor ſemper eſt in actu. ergo neq; corpus neq; virtus in corpore. Sed circa hęc dubitatur primo: nam ſi cælum poteſt quieſcere: ergo aliquando quieſcet aliter aliqua potẽtia eſt ocioſa in natura. ſecundo ſi motus poteſt deficere: ergo aliquando deficiet. Quidam dixerunt quod cælum poteſt conſiderari inquantum cælum, & inquantum corpus. Si conſideretur inquantum corpus poteſt quieſcere, vt talpa poteſt videre inquantum animal. Si inquantum cælum non poteſt quieſcere, ſicut nec talpa inquantum talpa poteſt videre. Sed hæc reſponſio eſt contra Auerro. & contra Themiſtium. Contra Auer. quidem, qm̃ Auerro. vult quod cælum poteſt quieſcere etiam inquantum animatum. & hoc quia motus ille habet contrarium.ſ. quietem. Themiſtius vero vult quod cælum poteſt quieſcere quia exit de potentia ad actum. propter hæc dicendum quod cælum ſimpliciter poteſt quieſcere in eo ꝙ corpus cœleſte, & in eo ꝙ animatum: primum conſtat quia eſt potentia paſsiua, modo potentia paſſiua eſt contradictionis, ergo poteſt quieſcere. Secundum probatur: quia in eo quod animatum eſt corpus finitum & omne tale poteſt quieſcere, & propterea bene dicit Auerro. ꝙ cælum etiam vt animatum poteſt quieſcere. Imaginatur.n. ꝙ motores intantum mouent inquantum appetunt & intelligunt primum finem, & per conſequens æternitas eſt à primo fine. Erit ergo motor proprius finite motionis ratione ſui. ſed ratione finis, æterne. Debes ſcire quod motus cæli poteſt capi dupliciter. Vno modo totus ſm formam. Alio modo totum ſm materiam quod recentiores dicunt aliter. Sumitur.n. vt totus categorice vel totus ſyncategorice. Si ſumitur totus ſm formam, ſic eſt perpetuus ſimpliciter vt elementum ſm totum eſt perpetuum. Si vero ſumatur vt totum ſm materiam & ſm partes vt ſic eſt corruptibilis, immo continue vna pars corrumpitur & alia generatur. Tunc ad primam dicẽdum quod cælum poteſt quieſcere ſm partem, non autem ſimpliciter, & ideo quieſcit ſm partem & non ſimpliciter. Similiter ad ſm poteſt.n. deficere ſm partem, & non ſm totum & hoc modo deficit. {Et illud ſuper quod.) Nunc breuiter ponit omnium dictorum Ariſt. fundamentum & ponit duas propoſitiones. Prima omnis actio æqualis & ſempiterna & infinita fit à potentia in actione & tempore infinita intranſmutabili per ſe & per accidens. Secunda propoſitio eſt omnis potentia mouens in loco exiſtens in corpore tranſmutabili mouet tempore finito: quibus poſſunt addi duæ minores. prima, ſed motus cæli eſt actio æqualis ſempiterna & infinita. ergo eſt à potentia infinita intranſmutabili, & hic ſyllogiſmus eſt in prima figura. ſecunda propoſitio, ſed motor cæleſtis corporis non mouet tempore finito. ergo non eſt virtus in corpore tranſmutabilis. {Et cum ita.) Ex dictis concludit vnam diſtinctionem potentiarũ.ſ. quod potentiæ ſunt duobus modis, quędam exiſtentes in corporibus generabilibus & corruptibilibus, & hæc nec poſſunt mouere ſemper, propter tranſmutationem in eis, quia corrumpuntur aliquando, & propter tranſmutationem ſubiecti, quod etiam eſt corruptibile, & propterea quia accidit eis feſsitudo atq; labor: quædam vero ſunt potentiæ exiſtentes in corporibus æternis, & hæ vno modo mouent ſemper. Alio modo poſſunt non mouere ſemper, non mouent ſemper quidem. ſi primus motor ſimpliciter ponatur tranſmutabilis per ſe vel per accidens: mouens vero ſemper. Si ponatur primus motor ſimpliciter intranſmutabilis. hoc eſt neq; corpus, neq; virtus in corpore. {Si igitur motum.) Ex dictis concludit duo. primum quod potentia mouẽs corpus cæleſte ſempiterno motu

Reſponſio propria.

De æternitate motus.

tu debet moueri à primo ſimpliciter tranſmutabili, ꝙ intelligit ſaltem finaliter, & hoc applicat verbis Ariſt. vt patet. ſm eſt, ꝙ corpus cæleſte eſt animatum, nam ſi potentia mouens cœlum ſemper mouetur ab alio vti à fine non poteſt eſſe niſi illa potentia ſit anima, & per conſequens corpus motum ab ea erit animatum. reliquum commenti perſpicuum eſt per ſe. Circa præſens commentum duo occurrunt ambigua magna, quorũ primum eſt. quia videtur Auer. contradicere ſibi: nam hic plane ponit primum ſimpliciter eſſe infinitum, & tamen in 8. phyſicæ auſcultationis commento. 79. vult ꝙ nec ſit finitus nec infinitus, immo ſecundo cœli cõmento 38. & 39. ponit quod omnis forma in eo quod forma eſt finita, & quod primus motor & omnes alij ſunt finiti. ſm eſt quia Auer. expreſſe vult primum motorem moueret tribus modis. ſ. vt finis, vt forma, & agens, & quod hæc tria ſunt vnum in ſubſtantia & tria in ratione vt commento 6. huius dixit. Circa primum iam in multis locis de virtute Dei an finita vel infinita ſit locuti ſumus. Nunc vero tantum quid Auer. in hac re ſenſerit volo colligere. Debes ergo ſcire quod potentia infinita poteſt ſumi dupliciter, vel quantum ad vigorem, vel quantum ad extenſionem. quantum ad vigorem nulla virtus agens poteſt apud Philoſophos poni infinita, qm̃ Ariſt. primo cœli docuit definire potentias per maximum in quod poſſunt vel vt placet nouis per minimum in quod non poſſunt, & quia nos videmus maximum eſſe motum cœli & eſſet terminatum, ideo Philoſophi non ponerẽt aliquem motorem cœleſtem vel aliud cuius opus non noſcerẽt infinitum in vigore. Vlterius de infinitate extenſionis diſtinguerent, nam quoddam eſt tale à ſe, vt primus motor ſimpliciter qui Deus vulgo dicitur. Deus. n. infinitus dicitur, quia eſt talis & à nullo & cauſa omnium quæ talium ſunt ſi qua ſunt, quoddam dicitur infinitum ab alio, vt motores orbium proprij: & tales ſm rem ſunt infiniti quia ſemper entes, dicuntur tamen finiti quia habent hoc ab alio, & propterea ab Auer. quandoq; dicuntur potentiæ finitæ quandoq; infinitæ. infinitæ quidem quantum ad rem. finitæ vero quantum ad modum quia habent tale eſſe ab alio.

Tunc ad primum dicendum ꝙ loquendo de primo motore poſſumus dupliciter loqui. ſ. in ratione formæ vel finis, & in ratione agentis. primo modo bene dicit Auer. ꝙ nec eſt finitus, nec infinitus, qm̃ vt ſic non agit, ſed in ratione agentis eſt infinitus ſm extenſionẽ quia mouet per infinitum tempus, & ſic tollitur contradictio. Ad ſm Ioannes Iandonus in q̃ōne propria huic, & in 8. phyſicorum voluit Deum mouere tm̃ vt finis mouet agens, & nullo modo effectiuæ quod & multi recentiores tenent: vtitur autem pluribus rationibus. præcipue tñ ſunt duæ. Prima, quia pręter motorem qui mouet, vt amans & intelligens oportet dare aliud quod mouet, vt amatum & intellectum & talis mouet vt finis tm̃. Secunda eſt, quia omne agens agit propter finem nobiliorem, eo modo nihil eſt, primo ſimpliciter nobilius. ſed ego demonſtraui pluribus locis primum mouere tribus modis. ſ. vt agent, vt finis, & vt forma, & nunc nolo probare. Eſt pro ſolutione ſciẽdum ꝙ quemadmodum corpus animalis habet & plura membra diuerſa, quorum ſunt tot formæ particulares quot membra, ſic ꝙ alia eſt forma cordis alia hepatis, & cæterorum cæteræ, deinde eſt vna forma cõis quæ totius & omnium membrorum eſt forma prima & finis & agens. ſic oportet exiſtimare de primo cœlo. Capitur. n. cœlum pro omnibus orbibus aggregatis, ex quibus vnum fit animal cœleſte, quorum orbium ſunt particulares formæ, vt lunæ propria intelligentia, & ſolis alia, & cæterorum cæteræ: deinde eſt vna forma cõis totius nexus cœlorum quæ eſt cauſa tribus modis. ſ. vt finis, vt forma & vt agens. hæc. n. eſt cauſa agens motum diurnum cõem vt dicemus. Ex his accipitur quod quẽadmodum cor habet duas formas, vna cõem vniuerſalem. ſ. animam totius quæ eſt primo cordis & ꝓpriam per quam cor eſt tale, ſic primum mobile habet duos motores, alterum. ſ. cõem qui eſt cauſa illius motus & omnium. & particularem qui eſt cauſa potisſima particularis, & hoc bene dixit Auer. ꝙ primus motus componitur, hoc eſt dependet à duobus motoribus, quorum vnus eſt infinitus. ſ. in extenſione quia eſt per ſe talis, alter finitus dico ſm modum & non ſm rem, qm̃ ſm rem eſt æternus ſicut & ille. Sed quia eſt infinitus à primo propterea vocatur finitus, & propterea à primo ſimpliciter motus iſte eſt æternus à ſecundo proprio & particulari eſt finitus in tempore vtpote ſm reuolutionem, quia in 24. horis. Sed dices ad quid ponitur motor primi mobilis particularis ſi primus motor mouet motu diurno? Reſpondetur ad quid ponitur forma particularis cordis, ſi anima totius poteſt exercere operationes cordis, & propterea dico ꝙ ponitur, vt cauſa particularis & determinata. Deus. n. & motor particularis ſunt æque neceſſarij, ſed diſſimiliter, nam particularis motor eſt neceſſarius, vt proxima cã, vniuerſalis vero vt vniuerſalis. Sed dices quare dicitur motor primus vniuerſalis ſi nihil plus agit, quã motu diurnum. Dicẽdo quod male intelligit dicta Auer. nam primus motor vniuerſalis eſt, quia eſt cauſa primi motus primi mobilis, & ſecundus motus. ſ. ſeptem planetarum, vt dixit Auer. commento. 4. quia vero motus diurnus eſt principalior, ideo ſibi adſcribitur per excellentiam, quemadmodum actio principalis membri adſcribitur animæ licet ipſa ſit vniuerſalis cauſa omnium. Nota ꝙ ego locutus ſum ſm Ariſt. qui non nouit motus ſtellarum fixarum econtrario primi, vt Ptolemæus, nam ſm Ptolemęum eſſet facilior via. poteſt. n. dici ꝙ primus motor mouet diurno primũ mobile, & motor particularis mouet econuerſo ab oriente ad oriens tardiſſime, & ſic non oportet ponere nonum mobile vt poſuit Ptolemæus. Sed bene eundem orbem habere duos motores, ſi octaua mouetur, vt dicit, hæc pauca ſatis, quia alibi diximus copioſe, non poſſumus totum ſcribere propter multas cauſas. Ad rationem Ioannis, ad primam dicendum ꝙ ſufficit reſpectu particularium motorum eſſe motorem vnum cõmunem qui mouet vt amatus & intellectus. reſpectu ſui vero vt mouens diſtinguitur à ſe vt finis rõne, & hoc ſatis. Ad ſcd̃m dicendum, ꝙ illa maior debet intelligi, quando motor & finis ſunt in diuerſis, ſed quando ſunt in re idem, tunc ſatis eſt diſtinctio rationis.

CAP. IIII.

Quot nam ſint ſubſtantiæ immobiles, ac ſphæræ quæ ab illis mouentur aliorum opinione ac propria percurrit.

VTrum autem unam ponendum eſt talem ſubſtantiam, aut plures, & quot, oportet non latere. Sed reminiſci & aliorum negationes, quia de pluralitate nihil dixerunt, quod & planum dicere. Quæ quidem. n. circa

ideæ exiſtimatio, nullam perſcrutationem habet propriam. numeros quidem.n.dicunt ideas. qui ideas ſunt dicentes. ſed de numeris quandoq; quidem ſicut de infinitis dictum. quandoq; autem, ut uſq; ad denarium determinatis:propter quam cauſam uero tanta pluralitas eſt numerorum, nihil dicunt ſtudio demonſtratiuo.

Quod ſit ſubſtantia ĩmaterialis & ſimplex,iam dixit. Nunc vero ſm̃ deſideratum proponit per modũ quæſtionis,& dicit{vtrum autem vnam ponendum eſt talem ſubſtantiam)dixit talem qualem. ſ. dixit intellectũ ĩmaterialem & ſimplicem & huiuſmodi, aut plures.ſ.tales.Secunda quæſtio erit dato ꝙ plures,& quot,vtrum 10.vel.15.&c.Debes ſcire,ꝙ Ariſt.concedens duos motus perpetuos.ſ.diurnum & conuerſiuum,iam conceſſit plures.eſſe,ſed hæc fuit confuſa ſolutio. Amplius,cõcedens eſſe vnam quæ mouet vt amata & intellecta: & alteram quæ mouet,vt amans & intelligens,etiam conceſſit plures eſſe.Sed etiam hæc fuit ſolutio confuſa, vt ergo diſtincte ſoluat,petit hoc per ſe,& facit quæſitum determinatũ.Ideo addit oportet non latere,ſ. hæc duo diſtincte & proprie, ſed cõmemorare & aliorum negationes,hoc eſt opiniones negatiuas. qđ ideo negationes appellat, quia vt dicit de pluralitate nihil dixerunt, & ꝙ planum ſit dicere, ideo huiuſmodi opiniones negationes nuncupantur, tanq̃ nihil dicentes. deinde ꝙ nihil dicant oſtẽdit,& primo reſumit opinionem ideas ponentium, & oſtendit ipſos ſemper confuſe loqui & dicit.Quæ quidem.n. circa ideas eſt exiſtimatio, nullã perſcrutationem habet propriam, hoc eſt certã ad aliquam duarum partium.quod oſtendit, & primo ſumit id in quo cõueniunt. d. numeros quidem enim dicunt ideas ſunt dicentes, & in hoc omnes conueniunt:oſtendit modo eorum incertitudinem,& inquit, ſed de numeris quandoq; quidem ſicut de infinitis dicunt:q.d. quia quandoq; ponunt numeros augeri in infinitum,& per conſequens ideas,quæ apud ipſos ſunt numeri etiã augeri in infinitum. quandoque autem ponunt. ſ. numeros augeri vſq; ad 10.ipſis exiſtentibus finitis,& per conſequens ponunt ideas finitas ad 10. Ecce quomodo nihil certi dicunt. dicunt quoq; incertum propter aliud quod ſcribit dicens:propter q̃ cauſam vero tanta pluralitas. ſ. denaria eſt numerorum, nihil dicunt ſtudio demonſtratiuo, ſed per apologos & fabulas. Ecce quo modo nihil certi habemus.

Cum autem.}Iſtud cõmentum perſpicuum eſt,debes tamen ſcire ꝙ quidem de mente Auer. in cõmento ſumunt quæſtionem Philoſophi eſſe de prima ſubſtantia.& ſic volunt quærere de pluralitate deorum vtrum vna prima ſit ſubſtantia vel plures, & hoc quia iſtas eſſe plures præaccepit.Sed reuera iſti errant, & error eius apparebit. loquitur.n.ipſe in cõmuni de ſubſtantia immateriali,& licet ipſas plures eſſe præaccepit, id fuit in confuſo & non diſtincte,vt diximus.

Nobis autem ex ſuppoſitis et determinatis,dicendum. principium quidem enim,& primum entium eſt immobile, & ſecundum ſe, & ſecundum accidens. mouens uero primo ſempiterno & uno motu. Quoniam autem quod mouetur neceſſe eſt ab aliquo moueri: & primum mouens immobile eſſe ſecundum ſe,& ſempiternum motum à ſempiterno moueri et unum ab uno,uidemus autem præter uniuerſi ſimplicem lationem,qua mouere dicimus primam ſubſtantiam & immobilẽ, alias lationes planetarum ſempiternas eſſe Sempiternũ enim & inſtabile circulare corpus,oſtenſum eſt autem & in phyſicis de his,neceſſe & harum lationum unamquamq; ab immobili moueri ſcdm & ſempiterna.nã aſtrorũ natura ſempiterna ſubſtantia quædã ens. & mouens ſempiternũ, & prius eo quod mouetur, & prius ſubſtantia ſubſtantiã eſſe neceſſe eſt. palã itaq; qđ tot ſubſtãtias eſſe neceſſe eſt natura ſempiternas et immobiles ſcdm ſe. & ſine magnitudine pp prædictã cauſã.

Nunc ſoluit quæſtionem per vera fundamẽta: nam vt dixit ſolutio prædicta eſt confuſa: & virtus rationis eius videtur eſſe hæc:omne quod mouetur ſempiterno & vno motu,habet vnum & ſempiternum motorẽ: ſed præter ſimplicem & primã lationem ſunt plura mobilia,quorũ quodlibet mouetur vno & ſimplici & ſempiterno motu: ergo erunt plures motores ſempiterni. Primo ponit fundamentum, quo concluditur primus motor,& dicit:nobis autem ex ſuppoſitis & determinatis dicendum: nã eſt ſumendum quod principium quidem & primum entium eſt immobile & ſm̃ ſe & ſm̃ accidens, mouens vero primo & ſempiterno & vno motu: & ſic perſpicuum eſt eſſe vnum motorem primum. deinde oſtendit plures eſſe motores ſcđos & tot quot ſunt lationes conuerſiue, & primo accipit maiorem.d. Quoniam autem quod mouetur neceſſe eſt ab aliquo moueri, & eſt neceſſe primum mouens cuiuſcũq; mobilis eſſe immobile ſm̃ ſe, ideſt non moueri motu ſui mobilis, & eſt neceſſe ſempiternũ motum moueri ſempiterno motore,& eſt neceſſe vnũ moueri ab vno: hæc eſt maior colligendo omnia inſimul.omne quod mouetur vno & ſimplici & ſempiterno motu mouetur ab vno & ſimplici & ſempiterno motore: deinde ſcribit minorem.d.videmus autem prẹter vniuerſi ſimplicem lationem,hoc eſt præter motum diurnum, qui eſt vniuerſi totius congregati: qua latione ſimplici dicimus mouere primam & immobilem ſubſtantiam,videmus dico alias lationes planetarum exiſtentes ſempiternas: & hæc eſt minor, exponit quid vult per ſempiternum corpus & dicit,ſempiternum enim & inſtabile eſt circulare corpus. & quaſi excuſat ſe. d. oſtenſum eſt autem & in phyſicis,de his,quibus addit concluſionem ſyllogiſmi. d. neceſſe eſt & harum lationum vnamquãq; ab immobili.ſ.ſubſtantia moueri ſcilicet ſm̃ ſe & ſempiterna:ſed vtrum talis motor ſit ſubſtantia nondum dixit:& ſi dixit,non probauit.probat ergo motores planetarum eſſe ſubſtantias,& ſylls eius eſt,prius ſuba eſt ſubſtantia: ſed motores planetarum ſunt priores planetis,qui ſunt ſubſtantiæ: ergo ſunt ſubſtantiæ. Primo ponit materiam minoris & dicit:nam aſtrorum natura ſempiterna ſubſtantia quædam exiſtens eſt, hæc eſt materia minoris,& complet eã dicens & mouens ſempiternum & prius eſt eo quod mouetur.hẹc eſt tota vis minoris, addit maiorem.d.& quod eſt prius ſubſtantia neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam. Vltimo concludit concluſionem principalem. d. palam itaq; quod tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt natura ſempiternas & immobiles ſecundum ſe & ſine magnitudine propter prædictam cauſam.ſ.quia tot ſunt motus ſempiterni & diuerſi.

Cõmentum reſpondens huic textui perſcicuum eſt.

Quod quidem igitur ſint ſubſtantiæ, & harum quæ prima et ſecunda ſecundum ordinem eundẽ lationibus aſtrorũ, palã: pluralitatẽ uero lationum iã ex maxime propria philoſophia mathematicarum ſciẽtiarum intendere oportet ex aſtrologia. hæc.n.de ſubſtantia ſenſibili quidem, ſempiterna autem facit theoriam,aliæ uero de nulla ſubſtantia, puta quæ circa numeros,et geometriam quod quidem igitur plures ſunt eorum quæ feruntur lationes,manifeſtum eſt et parum attingentibus, pluribus enim q̃ una errantium aſtrorum unumquoq; fertur. Cõm.43.

Nunc

Nunc vult inueſtigare ſecũdam quæſtionem. probauit.n.plures eſſe ſubſtãtias:& ſic terminauit primam quæſtionem deinde quæſiuit ſi plures,quot.& hoc facit nunc, primo tamen reperit ſolutionem prætactam addens ordinem illi pluralitati & dicit: quod quidem igitur ſint ſubſtantiæ.ſ.plures & harum quędam ſit quę prima, & quædam quæ ſecunda ſcd̃m ordinem eundem,qui reſpondet lationibus aſtrorum, palam eſt ex dictis:hæc eſt repetitio:deinde volens terminare ſecũdam quæſtionem,ſ.quot. primo reſumit cuius ſit inueſtigare numerum lationum, & vult id pertinere ad eam partem mathematicæ, quæ dicitur aſtrologia, quia illa ſolum de ſubſtantia ſenſibili conſiderat, reliquæ duæ,vt arithmetica & geometria nihil de ſubſtantia ſenſibili conſiderant, & hoc præmittit.d.pluralitatem vero lationum oportet intendere ex maxime propria philoſophia de numero mathematicarum ſcientiarum, videlicet ex aſtrologia. cuius cauſam ſubdit.d. hæc.n.de ſubſtantia ſenſibili quidem, ſempiterna autem facit theoriam,aliæ vero,vtpote quæ circa numeros & geometria,de nulla ſubſtantia.nam magnitudo & numerus accidentia ſunt, de quibus hæ loquuntur: deinde volens terminare ſecundam quæſtionem repetit quod eſt per ſe manifeſtum, & dicit, ꝙ quidem igitur plures ſint earum quibus feruntur lationes manifeſtum eſt & parum attingentibus.Cuius cauſam tãgit, pluribus.n.q̃ vna latione fertur vnũquodq; aſtrorum errantium, & ſic perſpicuum ſit plures lationes eſſe,ſed quid remanet perſcrutandum,loco eius dicet.

Cõm.44. Qm̃ autem.} Auer.primo epilogat declarata & dicit primo ex dictis eſſe perſpicuum,plures eſſe ſubſtãtias æternas. dicit ſecundo patere in eis eſſe ordinem eſſentialem. nam vna eſt prima, alia ſecunda, alia tertia, & ſic ordinate ſm ſeriem & ordinem orbium. hæc ergo duo fuerunt declarata prius. {Qm̃ autem.) Declarat qualis eſt ſubſtantia prima in tali ordine,& vult ꝙ ſit prima valde & præciſe. debes ſcire quod Deus dr̃ ſubſtantia prima valde. Qm̃ ſm ſubſtantiam omnes alias præcedit vt dicetur: & præciſe, qm̃ abſolute reliquas præuenit: nam poſſunt quædam relatiue dici priora & poſteriora. vt verbi cauſa a, poteſt dici primus b, in quodam vt in fortitudine: & econuerſo b, eſt prius a, vt in iuſtitia:neutrum tamen neutro dicitur abſolute & præciſe prius.Deus vero quia claudit omnes nobilitates reliquarum vt dicetur,propterea dicitur prior præciſe, hoc eſt ita prior ꝙ nullo modo poſterior. Amplius,debes ſcire ꝙ orbis,quem primus motor mouet,præcedit omnes alios in quinque.Primo in intentione,qm̃ omnes alij intendunt eius motum tanquam propter finem. Secundo in loco,hoc eſt in ſitu: nam cæteris orbibus ille eſt ſuperior & à nobis maxime diſtans. Tertio ſm magnitudinem, nam eius orbis eſt cæteris maior corpore atq; continentia. Cunctos .n.continet,à nullo vero continetur. Quarto ſm multitudinem. nam octauus orbis quem mouere putat Auer.cæteros præualet, quantum ad ſtellarum multitudinem, nam in eo 28.imagines perceperunt Aſtronomi,in.M.& 22.ſtellas diuiſas:ſunt & aliæ plures non notabiles: quilibet autem alius orbis vnius ſtellæ, vtpote planetæ tantum eſt. Quinto ſm velocitatem motus: nam hic primus orbis vtpote octauus in 24.horis apud Ariſt.vna reuolutione integra fertur, reliqui vero diuerſimode,nam Saturnus annis 30.ſuam reuolutionem. Iupiter annis 12.ſuam. Mars diebus. Sol diebus 365.atq; horis fere 6.Venus & Mercurius fere ſimiliter. Luna vero 27.diebus atque horis 8.omnia ergo hæc faciunt talem ſubſtantiam primam ſm ſubſtãtiam,& hoc modo perſpicuum primum eſt.Dixit hæc more Ariſto.qui non nouit motum proprium ſtellarum fixarum in centum annis gradu vno. {Qm̃ vero.) Declarat ſm,ſ.quod primus motor ſit præciſe prior, hoc eſt ſm oẽm conditionem & nullo modo ſit poſterior,& declaratio ſua eſt,quoniam in his quinque præcedit reliquos omnes, & in nullo horum præceditur: ergo eſt præciſe prior, & nullo modo poſterior. {Sed videmus.) Dubitat contra hæc,qm̃ in velocitate non videntur orbes ordinari, vt dixit. Qm̃ velociores ſunt viliores: nam qui ſunt propius terræ ſunt velociores, & tamen ſunt viliores. Et hoc forte.) Soluit ſub diſiũctione,& vult quod forte hæc velocitas ineſt ei vel ꝓpter nobilitatem motoris,vel propter paruitatem corporis: & hæc ſecunda pars eſt tenenda. {Sol autem.) Secundo dubitare videtur ex hoc: nam Sol videtur ſummus in operatione eo, quia eſt cauſa vitæ. Secundo propterea, quia reliqui ordinantur motus ſm ſolẽ, vt ſit omnibus aliis nobilior. ergo primus non eſt, vt dixit.Debes ſcire,ꝙ Sol duas dignitates videtur habere.prima eſt vita:nam vt dicebatur apud antiquos dator vitæ ponitur, qui alcocoden inſcribitur: hoc eſt dator annorum. Secunda eſt regula, quia vt declarat Ptolemæus in primo quadripartiti. c.8. penes motum ſolis cæterorum motus regulantur: nam Luna reſpectu Solis quatuor habet variationes: nam à prima ſua corniculatione vſq; ad ſuam primam dichotomitatẽ, hoc eſt donec fiat media habet vnam: ab hac in plenilunium vſq;, aliam, ab hoc in dichotomitatem ſecundam, aliam poſtremam habet donec occultatur atq; cum ſole coit eodem modo & in reliquis planetis.nam quo modo apparens à radiis exeuntes vſq; in ſuã primam ſtationem: primam habent variationem: ab hac prima ſtatione in veſpertinam aſcenſionem vſq;,aliã: ab hac in ſecundam ſtationem vſq;, aliam:ab hac demum vſq; in eorum occultationem, vltimam habent variationem.Ecce quõ variationes habent reſpectu ſolis. poſſet & idem oſtendi quantum ad alias differentias motuum, ſed ſatis hæc ſunt pro exemplo: nam Aſtrologi multa dicunt hic. {Sed velocitas.) Reſpondet ad hoc & primo repetit ſolutionem datam à primam quæſtionem & res patet: deinde ſoluit ad hanc & dat duas ſolutiones. prima ponitur hic. Secunda ibi. {& forte.) Debes ſcire ꝙ Aſtrologi per experientias inuenere actiones ſeptem planetarum in nobis,de quibus Ptolemæus aliter in quadripartito loquitur: vt Thomas noſter hic doctiſsime meminit.& tu vide aliter in centiloquio verbo 87.Sed vtcunq; ſit, planetas ordinarunt dando Soli vitam, Saturno res fixas, Ioui crementum, Marti vitæ defenſionem, Veneri voluptates,Mercurio ſapientiam & prudentiam.Lunæ vero virtutes naturales. Ex his reſpondetur ꝙ ſeptem planetarum poſſunt dupliciter cõparari vel reſpectu primi ſimpliciter, & hoc modo eorum ordinatio,hoc eſt eorum poſteritas eſt præciſa,hoc eſt abſoluta, quia ita poſteriores ꝙ nullo modo priores, vel inter ſe: & ſic aliquis eorum eſt prior in vno, vtpote ſol reſpectu vitæ, & poſteriori in alio, vtpote reſpectu permanentiæ, quia Saturnus eſt prior. non ergo inconuenit, ſolẽ etiam vno modo priorem & alio modo poſteriorem: & hoc conſiderando ipſos inter ſe & non reſpectu pri-

mi. {& forte.} Reſpondet ſecundo quod Ariſt. vult ꝙ ordo debeat ſumi tñ penes vnum vtpote penes locū: nam alia ſunt accidentia. Solus.n.locus facit dignitatem in ſubſtantia, & ſic ordinando planetas ſm locos ſol non præcedit, niſi tres inferiores & poſtponitur à tribus ſuperioribus: hæc tamen ſolutio non acceptatur à Ptolemæo. {Quod autem moderni.} Nunc remouet opinionem Auicennæ. opinabatur.n. Auicenna ꝙ præter motorem primi mobilis datur aliqua alia intelligentia prior quæ ſit vt finis tantum nec ſit alicui orbi propria, ſed finis proxime intelligentiæ. Contra hoc arguit dupliciter. primo, quia quælibet intelligentia eſt cauſa tribus modis ſui orbis.ſ. vt finis, vt agens, & vt forma. ergo non datur alius finis ſeparatus. Secundo, quod Ariſt. dicet ꝙ ſi aliqua ſubſtantia eſſet non mouens, illa eſſet ocioſa. Qm̃ omnis ſubſtantia eſt forma & formæ agere eſt proprium. {Quod autem mouit.} Syllogiſmus Auicennæ ad hoc fuit talis: omne producens plura immediate habet aliquod prius realiter diſtinctum ab eo. Sed intelligentia mouens primum mobile producit plura. nam producit intelligentiam proximi orbis vtpote Saturni, & animam proprij orbis & orbem proprium, ergo habet aliquod prius eo, maior patet: nam ab vno inquantum vnum non prouenit niſi vnum. Si ergo intelligētia prima mouens primum mobile cauſa tria, oportet vt hoc diuerſa ratione faciat. nam prout intelligit ſe, ſm ꝙ habet aliquid de potentia producit orbem proprium: vt vero intelligit ſe prout habet aliquid de actu, producit animam ſui orbis: vt vero intelligit primū principium, producit intelligentiam proximi orbis. ergo oportet vt habeat aliquod prius reſpectu cuius ſit in potentia & ſit in actu, & ſit perfecta: hæc eſt ratio eius. Dicit tñ quod à quolibet exercitato ſoluitur. {Iſte autem.} Reſpondet & dicit primo quod iſte ſermo eſt imaginabilis hoc eſt fictus nihil habens in re. Dicit ſecundo quod illic, i. eſt in ſubſtantiis ſeparatis non eſt prouentus & conſecutio nec actio, hoc eſt non eſt cauſatio phyſicatio per motum & tranſmutationem, & ordo cauſationis, ita quod dicamus quod vna actio, i. vnus effectus conſequatur vnum agens: & deinde illum effectum alius, & ſic vſq; ad vltimum vtputat Auicenna. tm̃.n. eſt illic cauſa & cauſatum vt intelligibilia ſunt cāe intelligentis. non ergo eſt ibi philoſophia actio, ſed intellectualis. {Et cum ita.} Ad formam reſpondet ꝙ vnamet cauſa poteſt eſſe ſimul cauſa plurium in actione intellectuali, cuius exemplum ponit Simplicius vnus enimmet panis eſt mouens plures famelicos. Amplius, vnuſmet lapis cauſat plures intellectiones ſimul, ergo primus motor cauſat omnes intelligētias vna & ſimul, prout ille intelligunt Deum ſimul. Debes ſcire ꝙ Auer. putat Deum eſſe obiectum omnium intelligentiarum: & putat intellectionem non differre à re intellecta, & per conſequens Deus eſt cauſa omnium, pro quanto mouet intellectualiter omnes: de his in deſtructionibus diximus ſatis. {Illud igitur.} Remouet dubium: nam ſi omnes cauſantur à primo velut ab obiectio, ergo omnes eſſent æquales. Reſpondet ꝙ licet cauſantur intellectualiter omnes & ſimul, tñ intellectiones ſunt diuerſæ: & propterea illa cuius intellectio fuit maior, eſt perfectior: & illa cuius intellectio fuit minor fuit minor: & ſic menſuræ entitatum earum ſunt ſm menſuras intellectionum. de his in primo de cœlo cōm̃ꝯ. perquire. {Et ſic eſt intelligendum.} Remouet quoddam aliud dubium huic ſimile. vbi debes ſcire quod Auer. & Ariſt. crediderunt ad motum cōpletum vnius ſtellæ, verbi gratia Solis, eſſe neceſſarias plures ſphæras ex quibus fit vnus orbis totus, & æſtimant quod quælibet ſphæra habeat proprium motorem tanq̃ propriā animam: & ſic quot ſunt ſphæræ tot ſunt aīæ. Vr̃ ergo hoc falſum: nam tunc tales ſphærę non facerent vnum orbem talem. Reſpondet Auer. & credit quod motus vnius ſtellæ ſint plures & motores plures. Sunt tñ oēs vnum propter vnum finem. Nam ſtellam mouet vnus primus & omnes alij aliarum ſphærarum mouent gratia illius primi: omnes ergo erunt vnum vnitate finis primi. oportet ergo æſtimare motores particulares ſphærarum illi ſubſeruientium perfici ab illo cōi motore, qui mouendo ſtellam primo mouet totum congregatum ſecundo. Sed hic eſt quædam ardua qō, videlicet vtrum motores illi particulares ad illum vnū ſubſeruientes beatificentur tñ in illo primo eorum, vel vltra illum intelligunt etiam Deum. hæc qō eſt valde obſcura, & vr̃ ex vno quod non intelligunt niſi illum primum, quia illa eſt finis eorum, qūo Deus eſt finis oīum reliquorum. ergo ibi ſtatur. Ex alio vr̃ quod in tali non quieſcāt: nam intellectus noſter inferiorū non quieſcit intelligendo aliquod infra deum. Et certe qō eſt problema neutrum, & mihi ſatis eſt qōnem mouiſſe. {Et ſic eſt.} Concludit duo corollaria. primum eſt qđ eodem modo omnes motores orbium totalium intēdunt motum orbis ſtellati. ita quod mouent vt illi vicinentur, & perficiuntur à motore totius atque in illo beātur, quemadmodum dixit in vno orbe reſpectu motorū particularium ſphærarum. {Et ideo oēs.} Scđm corollarium, & ideo oēs ītēdunt hunc motū diuinum qui eſt primi motoris actio & principiū aliarum actionum. hoc declarat. d. apparet.n. quod alij motus proprij & particulares, vt Saturni & Iouis & aliorum ſunt propter iſtum motum hoc eſt conſequentes eū & adunātes in ordine cū intendit & quorum eſt principium. Debes ſcire quod motus ſtellarū fixarum fuit propter gñationem, mō etiam alij ſunt propter gñationem, ſed aliter atq; aliter, nam motus ſtellarum fixarum eſt propter perpetuam gñationem, & aliorum motus eſt propter variam gñationem. ergo oēs intendunt idem licet modo diuerſo. & tu intelligere more Ariſt. qui credit motum ſtellarum fixarum eſſe diurnum tñ. {Sed queret aliquis.} Mouet qōnem Auer. ſuper his. & vtitur duobus enthymematibus. primū eſt ſi oēs orbes atq; oēs orbium motores intendunt eandem actionem & eundem ordinem cōem oībus. neceſſe eſt vt habeant eandem formam intellectam cōem extrinſecam à formis. quas intendit vnuſquiſq; per ſe.ſ. extrinſecam à propriis formis. conſequētiam non probat. ſed poteſt probari. nam ſi intendunt idem, ergo vna intentione intendunt idē. ſed illa intētio non poteſt eſſe niſi ſuba, quia in ſeparatis intellectio eſt ſuba. ergo oportet vt talis intellectio ſit ſubſtantia. & non magis vnius quā alterius, ergo cōis omnium & per conſequēs extrinſeca. Scđm enthymema eſt, ſi oēs habēt vnam formā cōem extrinſecam, ergo dabitur quædam forma veluti finis additus oībus gratia cuius oēs mouent, & per conſequens redibit poſitio Auicennæ.ſ. quod præter primū motorem datur vna ſuba prior veluti finis cōis & non agens & ſimplex &c. hæc eſt qō valde difficilis. {Dicamus ergo.} Rñdet nunc qōni breuiter, & vr̃ negare primam conſequentiam, & vult quod nulla forma ſit

quaſi finis & cōis & vlīs, niſi illa ex eis quę habet actionē cōem, & hæc eſt diſpoſitio formæ mouentis primū cœlū motu diurno, & ſic breuiter negatur prima conſequentia, quia non oportet vltra primum motorem agentem dari primum finem. {Diſpoſitionem enim} Probat hāc ſolutionem. primo quia ita eſt in toto vniuerſo, quemadmodum in ciuitate bene legibus recta. hæc ſimilitudo perſpicua eſt, q̄m in ciuitate datur Monarcha & dantur Præſidentes & ordinantur per acceſſum & receſſum ab illo monarcha. ſic & in vniuerſo, ſed in ciuitate monarcha habet aliquam actionem ꝓpriam aliter eſſet ocioſus, quæ eſt omnibus aliis actionibus nobilior, quam omnes intendunt ciues, vtpote iuſtitiam, ergo & in vniuerſo primum debet habere aliquam propriam actionem quam omnes intendere oportet. {Et ſic accidit in artificiis.} Secundo probat idem, nam iſta eſt in vniuerſo ſicut in arte vna totali continente plures particulares vt eſt militaris quæ cōtinet plures primo ethicorum, ſed prima ars habet aliquam operationem, vtpote victoriam, ergo & primus motor debet habere vnam actionem. {Differentia autem.} Sed quia hæc differunt, ponit eorum differentiā & inquit, quod inter iſta & artificialia eſt hæc differentia, quia formæ artis mouentes artifices ſunt in materia. Sed forma mouens omnes intellectus ſeparatos nō eſt in materia, vt diximus. {Mos autem.} Contra arguitur, nam cōiter in ore hominum eſt quod à primo motore ſecundus motor conſequitur, & ꝙ primus motor præcedit alios & ſimilia verba, modo precedere ſequi & præuenire ſunt conditiones agentis in tempore & nō ab æterno, ergo hæc dicta falſa ſunt. Rn̄det ꝙ hæc dn̄r metaphorice & nō ꝓprie, quia hæc ſunt cōditiones agentis phyſici & nobis manifeſti. & q̄a ꝑ tale agēs nobis manifeſtum, ſcimus agens illud, ideo de eo vtimur verbis his. vnde ꝓprie illic nō eſt potentia neq; agens, quia hæc præcedunt tp̄e acta proprie loquēdo. Tm̄.n. eſt illic intellectum & intellectus, perfectum & perficiens proprie loquendo. nam poſteriores intelligentiæ inquantum intelligunt primam, vt ſic perficiūtur ab ea & cauſantur ab illa. {Quemadmodum.} Tribus modis declarat hoc. primo ab exemplo artium. nā artes particulares perficiūtur ab arte vlī, & tn̄ non fiūt ab illa. ergo ſtat aliquod perfici abſq; factione, & ſic eſt in illis. ſecundo ſcientia dei vr̄ eſſe veluti prima ſciētia, & ſcientiæ aliarum intelligentiarum videntur eſſe particulares contente ſub illa dei. ergo deus perficit omnes alios abſq; factione ꝓprie dicta. & hæc ſimilitudo eſt Nicolai Peripatetici. Tertio q̄n hō ſcit deum, tunc eſt in vltima perfectione. ergo ſcientia dei cōtinet omnes alias. & per conſequens oēs aliæ perficiūtur à prima & non fiunt vera factione ab illa. {Hoc autem.} Contra quia Plato in Timæo dicit ꝙ Creator creauit Angelos manu. deinde præcepit eis creare cętera mortalia & remanſit ipſe in quiete ſine labore, ergo illa verba intelligūtur propriæ. Rn̄det quod ſunt dicta metaphoricæ & non ad literam. cuius ſignum eſt. nam Iudæi ęſtimātes verba illa obſeruāt ſabbatum credentes Deū quieuiſſe in illa die ab oī opere ꝙ patrarat. {& hoc quod.} Vltimo redit ad declarationem q̄ dixit, in particularis orbe reſpectu ſphærarum, & declarat illud per ſuum ſimile & ſermo perſpicuus. Iam vtiq; contra Ioannem hic ꝑſpicuum eſt primum principium eſſe cām primi mobilis tribus modis. ſ. vt forma & vt finis & vt agens. vt in com. 41. diximus. nec in hoc eſt excitandum. eſt. n. veluti principium primum in philoſophia Auer. Sed circa hæc dubitatur. nam Auer. in libro deſtructio deſtructionum. in ſolutione dubij. 18. arguit ſic. dator formas ipſis rebus eſt agēs, primus motor eſt dator formæ entibus ſeparatis, ergo eſt illorum agens. minor proſyllogizatur ibidem ſic, dans finem illis dat formam, ſed primus motor dat illis finem, ergo dat formā. Ex his verbis & hac rōne perſpicuum eſt primum motorem eſſe agens ſubſtantiarum ſeparatarum. Sed contrariū teſtatur hic. dicendum quod agens conſideratur ſm̄ duas rōnes. prima rō dr̄ tranſmutare, ſeu extrahere formam de potentia in actum mediante alteratione: & hæc eſt prima rō eius: & ab hac vendicauit ſibi nomē agentis. Secunda rō eſt prout ipſum eſt & alia non ſunt abſq; ipſo, vel pro quāto ipſum eſt in ſe perfectum & alia ꝑficiuntur ab eo: & hæc vocatur dependentia quædam vel habitudo quæ nō intelligitur niſi cum difficultate, vt Auer. dicit in primo cœli. com. 20. & tunc ſoluo cōtradictionem & dico quod Auer. neget deū eſſe agentem motorum ſm̄ primam rōnem, ſed ſm̄ alteram rōnem & ſecundariam concedit eſſe agentem. & hoc modo debetur contradictio. {& ſciendum}. Digreditur circa motum ſtellarum: & primo diſtinguit in duo. Secundo ſubdiuidit in tria: dicit ꝙ motus quos ponūt Aſtronomi ſunt tribus modis: vnus comprehenditur à vulgo, vt motus cōis quo mouentur ab oriente in occidens. hunc omnes comprehendunt. Alius eſt qui tm̄ à ſapientibus comprehenditur, ſ. inſtrumentis & conſiderationibus hoc eſt obſeruationibus, & hunc ſm̄ diuidit in tres: nam vnus eſt comprehenſus longiſſimis temporibus, vt forte motus augium & ſtellarum fixarum quos norunt noui. Talis. n. motus non niſi inſtrumentis & longis obſeruationibus perpenſus eſt: alius modus paruis conſiderationibus vt motus proprius ab occidente in oriens. Hunc. n. in anno, quis videre poteſt in ſole & in luna in menſe. Tertius autem nec paruo nec multo tempore comprehenditur, ſed rōne tm̄ & hoc declarat: nam plures motus ipſorum viſu apparēt ſimplices, ſed rōne oportet æſtimare eos eſſe compoſitos. Exemplum huius eſt, nam quædam ſtellæ erraticæ, vt quinque planetæ, videntur q̄n̄q; veloces, q̄n̄q; tardi, quandoq; directi, q̄n̄q; retrogradi. Modo vr̄ hoc eſſe contrarium rationi: nam declaratum eſt in naturali philoſophia motum cœli eſſe ſimpliciſſimum & vniformem & propterea fuit neceſſarium, vt ponatur aſtrologia, qua hæc ſaluentur ſine aliquo impoſſibili in naturalibus. Ecce q̄ō hæc non poſſunt ſine ratione ſubtili perpendi. {& hoc.} Oſtendit quot modis hoc poſſet contingere, & vult quod tm̄ duobus modis: vno modo ita quod motus planetæ ſit miſtus ex pluribus, ſicut motus miſti in generabilibus, aut ita quod dentur aliqui orbes, vt eccētrici & epicicli, quibus hæc ſaluētur: primus modus eſt oīno impoſſibilis. Sed ſcd̄s eſt oīum mathematicorum. {Propter hoc igitur.} Ex his cōcludit duo corollaria. primum eſt quod Aſtronomi differunt, q̄m quidam contradicunt naturalibus, quidam cū naturalibus principiis volunt concluſiones aſtronomicas dare. {& multoties.} Scd̄m eſt ꝙ aſtronomia non eſt ſcientia ſemper vna: nam vno tempore inueniunt moto ſtellæ, & dant illi ſtellæ illum motum tm̄: deinde in millibus annorum perquirūt per inſtrumentum ſtellam illā, & eam variatam inueniunt à zodiaco, & hoc pacto addunt alium motum: & verbi gr̄a, vt facit Ptolemæus, qui lunę & ſeptem planetarum

ponit motum quem nullus antiquorum nouit,vt motus augium & ſtellarum fixarum, & lunæ motum reſpectiuum, qui eſt motus diameter epicycli, vt dicemus, & motum polorum epicyclorum quem nullus dat. {Iſtorum autem.} Contra hæc arguit:primo quia huic motui reſpectiuo & motui polorum non dedit ad hunc aſtronomiam, ita vt poſſint ſtare cum philoſophia naturali.Secũdo,quia dat eccentricis & epicyclis centra extra centrum mundi: quod non ſtat cum naturali philoſophia.Sed de his dicemus cõm.ſequenti.

Sed quot ſunt hæ,nunc quidem nos quæ dicunt mathematicorum quidam, attentionis gratia dicimus, ut mente aliqua pluralitas determinata ſuſcipiatur. Reliquum uero hæc quidẽ *quærentes oportet eſſe ipſos, illa uero perſuadentes à quærentibus,ſi quid uideatur præter modo dicta ab hæc tractantibus, amare quidẽ utroſq;, perſuaderi uero exactioribus.* Eudoxus *quidem igitur ſolem & lunam utriuſq; lationem in tribus poſuit eſſe ſphæris. Quarum primam aplanorum aſtrorum eſſe. Secundam autem ſecundum eum qui animalium per medium. Tertiam autem ſecundum obliquatum in latitudinem animalium. In maiori autem latitudine obliquari ſecundum quam Luna fertur,quam ſecundum quam Sol.*

Determinatum eſt plures eſſe ſubſtantias ſeparatas, vtpote tot quot motus,ſed quot,vtpote 10. vel 20.nõdum dictum eſt.hoc ergo nunc exquirit:præmittit autem quandam excuſationem & propriam & mathematicorum: & vult, quod ipſe præmittet opinionem mathematicorum, tñ vt excitemur, ita vt aliquali cõiectura pluralitas ſubſtãtiarum ſeparatarum capiatur. Secundo dicit, quod tractantes hæc debent hæc quidem inquirere per ſe, hæc vero perſuaderi à quærentibus. Quod ſi aliquid addent antiquis vltra perſuaſionem receptam, nos debemus amare vtroſq;,ſ.primos perſuadentes & nouos addẽtes, quia ambo nobis fuerunt principium inueſtigandæ veritatis: hæc ergo eſt excuſatio & prologus ad dicenda inquit:ſed quot ſunt hæ, nunc quidem nos quæ dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus: hoc eſt non vt vera ſint,ſed excitandi cauſa: erunt.n.nobis excitamenta ad altiora & hoc ſubdit, erunt.ſ.attentionis gratia, vt mente aliqua pluralitas determinata à nobis ſuſcipiatur:hæc eſt vtilitas dicendorum:deinde excuſationem inducit.d.reliquũ vero hæc quidem quærentes, oportet eſſe ipſos, hoc eſt de reliquo oportet ipſos quærere per ſeipſos.Illa vero oportet eſſe perſuaſos à quærentibus,ſiquid videatur prẹter modo dicta ab hæc tractãtibus amare quidã vtroſq;,ſ.primos oportet & nouos acutiores: perſuaderi tñ oportet certioribus, hoc eſt à poſterioribus acutioribus.hæc eſt excuſatio & præceptum. {Eudoxus.} Debes ſcire quod Eudoxus percepit tres motus tñ in Sole & Luna:vnus eſt cõis, videlicet diurnus:alius contrarius huic ſm ſucceſsionem ſignorum, qui longitudinalis dicitur. Tertius latitudinis,vtpote à polo ad polum,& hunc tertium dedit ſoli & lunæ:licet lunæ magis pateat, vt dicemus in cõmen. huic triplici motui dedit tres ſphæras: aliam quidem, qua motus cõis fit, alia qua motus longitudinalis, alia qua motus latitudinalis: è quibus tribus cõgregatur totus orbis: alius Lunæ alius Soli dicit. Eudoxus quidem igitur ſolem & lunam vtriuſq; lationem in tribus poſuit eſſe ſphæris,quarum primam quidem à planorum,hoc eſt fixorum aſtrorum eſſe.Secundam autem ſm eum, qui animalium per medium vtpote longitudinalem ſm ſucceſsionem ſignorum. Tertiam autem ſm obliquatum in latitudine animalium,vt de polo ad polum,In maiori tñ latitudine dicit obliquari,ſm quã luna fertur,quam ſm quam ſol: & ſic cuilibet horum tres dedit ſphæras. Debes ſcire quod Eudoxus dicit tria contraria Aſtronomis noſtri temporis. primo dicit octauam ſphæram nullo alio motu moueri præter diurnum, cuius contrarium Ptolemæus probauit & Thebith expertus eſt:repererunt.n.ipſam moueri è cõuerſo ab occidente in oriens,& Thebith addit motum titubationis circa polos,de quo ĩ Almageſto ſatis. Secundo dici eſſe neceſſariam ſphæram propriam pro motu diurno ſolis & pro motu diurno lunæ,cuius etiã contrarium tenent omnes:nam primum mobile motu cõi rapit omnes orbes & omnes ſphæras in vigintiquatuor horis ſemel, nec neceſſaria eſt ſphæra propria pro hoc motu. Tertio dicit, quod Sol exit ab ecliptica & mouetur latitudinaliter vt luna, licet luna magis. etiam huius oppoſitum eſt probatum in aſtronomia. Sol enim nunquam exit ab ecliptica, licet omnes alij planetę ſic:in his ergo tribus Eudoxus dicit contraria famoſis noſtri temporis.

Quare Philoſophus.} Auer.primo præmittit excuſa- Cõm. 45.
tionem Ariſto.ſcđo loco proſequitur. dicit primo, ꝙ propter diuerſitatem in ſcientia motuũ,in quibus fundat pluralitatem motorũ, cogitur enarrare famoſiorẽ poſitionem ſuo tpe. probat ſcđo, quod talia non poſſunt eſſe niſi famoſa. nam hæc accipiuntur à ſenſibus: & talia non poſſunt ſentiri niſi in tpe, ad quod non ptingit vita humana,& p conſequens oportet ſtare conſiderationibus & obſeruationibus famoſis aliorũ.Dicit tertio, ꝙ in talibus nõ poteſt quis vti neceſſariis ,ꝓpter horũ difficultatem,ſed tñ famoſis.Modo famoſa ſunt dupliciter vel conceſſa ab oĩbus & tunc habẽt potentiam demonſtrationis,vel talia,in quibus diſcordãt ſapientes,& tunc nihil ſunt certi. Ariſt.ergo vtitur talibus,quia melius eſt vti talibus quam nihil. hæc eſt excuſatio. deinde narrat textum & poſitionẽ Eudoxi, & ſermo patet. {Mathematici autem.} Ponit conueniẽtiam inter aſtronomos nouos & antiquos & differentiã.Conuenientia eſt quia moderni dant motũ in longitudine ſub orbe decliui,& in latitudine reſpectu poli aliquibus planetis:hęc eſt conuenientia.Differentia eſt primo,quia pro prędictio motu in latitudine nõ eſt neceſſaria ſphæra propria,quia vna ſufficit:ꝓpterea quia mouetur ſupra diuerſis polis,mõ,ꝙ natura poteſt vno inſtrumento facere ſuperſedet ab alio.Scđa differentia eſt, quia Sol non habet duos motus,ſ.longitudinalem & latitudinalem,quia Sol nũquam exit ab ecliptica {& ſic} Vult rememorare poſitionem mathematicorũ ſui temporis.& primo narrat breuiter põnem eorum. Secundo refellit eam. volunt ergo primo quod Sol habeat tertium motum vel tertiam variationem motus, vtpote velocitatem & tarditatem.modo vel Sol habet ab vno & eodem orbe,nunc velocitari & nunc tardari,vel habet à diuerſis.& cum non ab eodem, ergo eſt neceſſarium ponere eccentricos quibus ſaluetur velocitas & tarditas, vt dictum eſt in Almageſto { eccentricum} Contra arguit,& dicit quod epicyclus eſt impoſsibilis, eccentricus eſt extra naturam. duo ergo ꝓbat.Primo epicyclum eſſe rem impoſsibilem.Secundo eccentricum eſſe præter naturam. Primum dupliciter probat.Primo,quia omne corpus,quod mouetur circulariter motu ſimplici & æterno, moueť circa centrũ mundi:ſed epicyclus non mouetur circa centrũ mundi:

di: ergo non eſt. maior eſt Ariſt. in primo de Cœlo. & minor eſt mathematicorum. Secundo ſi eſſet epicyclus, tunc haberet centrum proprium, & cum naturaliter terra mouetur ad centrum quodcunq;, tunc terra moueretur ad illud centrum, & ſic daretur terra extra terram. Hæc probatio eſt efficax per illamet media, quibus deſtruit mundorum pluralitatem {& ſimiliter forte} Oſtendit ſecundo, quod eccentricus ſit præter naturalis. Primo, quia ſi daretur, darentur plura centra. nam eccentricus habet centrum extra centrum mundi. vltra, ſi plura centra, ergo plura corpora grauia extra locum terræ. hæc patet vt ſupra, ergo non vnum medium, ſed haberet latitudinem & diuiſionē pro quanto non eſſet ſimplex & vnum. Secundo probat idem. nam ſi dantur eccentrici, tunc vna pars eorum eſſet groſſior & alia ſubtilior, & qn̄ pars groſſa cum groſſa mouetur, tunc inter ſubtilem & ſubtilem vel daretur vacuum & hoc non, vel daretur quoddam corpus implens, vt ſpongia ad nullum alium finem niſi vt impleat vacuum, vt in corporibus animalium fit. Datur.n. in corpore animalis caro vt impleat loca vacua tantum {Sed nihil} Nunc reſpondet ad argumentum de velocitate & tarditate, & vult quod nihil cogat ponere corpora talia. nam huiuſmodi variationes ſaluari poſſunt per motum lineæ lenlab, vt Auer. declarauit ſecundo cœli. Commento trigeſimoquinto, & tu vide dicta mea ibidem & intelliges hoc {& ſicut Ptolemæus} Quod autem huiuſmodi corpora nō ſunt neceſſaria, probat ipſe authoritate Ptolemæi. nam vult quod huiuſmodi diuerſitates ſaluari poſſunt propter motum generationis, hoc eſt generando & multiplicando multos motus multarum ſphærarum, & poſſunt ſaluari per eccentricos & epicyclos, ait tñ quod ſecūda via eſt leuior, ſimplicior, & nobilior. leuior quidem, qm̄ non oportet ponere numerum tot corporum: nam ſic eſſet confuſio. ſimplicior, qm̄ natura potens paucioribus facere aliquid, fruſtra vtitur pluribus. nobilior vero, qm̄ ſaluat propoſitum paucioribus. Ecce qūo concedit vtranq; poſitionem, licet laudet ſecundam viam. Ex hoc vult habere Auer. quod hæc omnia poſſunt ſaluari præter talia extranea {Ptolemæus autem} Nunc declarat errorem Ptolemæi, & vult quod Ptolemæus ignoret fundamentum antiquorum quo ponebant motum multiplicationis, i. multiplicabant generando plures motus. nam mouebantur ex eo quia tales motus eccentrici & epicycli ſunt impoſsibiles & contra naturam {Neceſſe eſt igitur} Concludit corollarium quod propter hæc impoſsibilia eſt neceſſe declarare Aſtrologiam antiquam, quæ apud ipſum fundatur ſupra eodem orbe & polis diuerſis. dico diuerſis, quia duobus vel pluribus vt conuenit apparentibus. & hæc vocatur linea lenlab. Cuius cauſam ſubdit. nam poſsibile eſt ſtellis accidere motum velocem & tardum & progreſſum & retrogradationem, & alios motus, quibus Ptolemæus non potuit ponere Aſtrologiam, vt eſt propinquitas & remotio quæ accidit in Luna reſpectu Solis, quæ vocatur motus reſpectiuus. Debes ſcire quod omnes differentiæ motuum ſaluari poſſunt per hanc imaginationem vt Tebith ſaluat motum trepidationes circa varios polos. Si quis.n. varios polos imaginetur & varias ſphæras, poteſt ſaluare has omnes differentias. & hæc vocat Auer. literam lenlab. ſed id quod apparet de eclipſibus Lunæ Auer. non poteſt ſaluari. vt ſecundo cœli diſputauimus. nam Luna qn̄q; eclipſatur, & eius eclipſis durat horis pluribus, qn̄q; paucis. & hoc non eſt niſi propterea, quia Luna quandoq; plus de vmbra, qn̄q; minus ſuſcipit, & hoc nō eſt niſi propter eleuationem & depreſſionem eius, & ad hoc non poteſt dari Aſtronomia, niſi epicyclus, ſed de hoc ſatis in libro de cœlo {In iuuentute autem mea} Narrat ſuam deſperationem & vtilitatem eorū, quæ dixit. deſperatio quidem eſt, quia nunc in ſenectutem amplius non ſperat inuenire Aſtronomiā cōuenientem principiis naturalibus. Vtilitas vero eſt, quia ex nūc dictis aliquis forte efficitur ſtudioſus & inquiret veritatem propter duo. Primo quia hæc moderna contradicit principiis naturalibus. Scd̄o quia dedimus principium aliquod ſubaudi apparentias & per lineam lenlab {Lunæ autem} Vltimo redit ad narrandum numerum motuum attributorum Lunæ. & vult quod Antiqui tempore Ariſt. dederunt vnum motum Lunę, vtpote ſm̄ motum draconis. & reſpectu huius dederunt orbem toti concentricum, qui dr̄ deferens caput draconis. Ptolemæus dedit quartum motum reſpectu Solis, & ſm̄ hoc eſt quintum reſpectu centri, quoniam mouetur centrum æqualiter, & propterea talem vocat motum reſpectiuum. ergo Lunæ Ptolemæus vt Auerroes narrat dat quinque motus. ſ. communem, proprium longitudinis, draconis ſeu latitudinis, motum ſui corporis reſpectu Solis, & motum ſui centri reſpectu eiuſdem Solis. ergo quinque. Sed qūo ſit illud in Aſtrologia relinquatur. Debes ſcire quod Ioannes Iandonus fingit negare hæc corpora Auerroem vno modo & concedere alio modo, & conatur exponere illos modos. Sed iſte homo certe non habet mentem Auerrois, nam Auer. vbiq; nititur deſtruere hæc omnino & conatur ſalutare apparentias per orbes concentricos mundi, & per diuerſitatem motuum ſupra diuerſis polis vt erat tempore Ariſt. famoſum. & omnia ſaluat vt dicit per lineam lenlab, excepto illo quod apparet de eclipſibus. & propterea Ioannes quærens ſaluare Auer. deſtruit ipſum. quidam enituntur ſoluere rationes Auer. dicunt.n. non eſſe neceſſe vt ſphærica corpora cœleſtia mouentur omnia circa vnum cētrum, ſed ſatis eſt vt moueatur circa centrum propriū.

Ad ſcd̄m principale fingunt argumentum Auerrois nihil eſſe. nam ſpiſſum vnius ſemper mouetur cum ſubtili alterius, & ſic non oportet dari vacuum nec corpus ocioſum ad replēdum vacuum. Debes ſcire quod omnes rationes Auerrois poſſunt reduci ad duas potiſſimas, & maxime has quas tetigit. Et prima fundatur in duabus propoſitionibus. quod idem ſit locus totius & partis quando totum & pars ſunt eiuſdem naturæ, hoc videmus in omnibus elementis. nam in quolibet elemento quælibet particula fertur ad idem & in eodem numero quieſcit. Nec in hac propoſitione eſt ambiguitas. Secunda propoſitio eſt quod totum cœlū eſt in loco per centrū terræ. hanc declarauit ipſe quarto auſcultationis phyſicæ com. 45. & perſpicua eſt per ſe. nam circa centrum mouetur totum ſm̄ formam & circa ipſum quieſcit ſm̄ ſubiectum. & hæc ſunt de ratione loci. Ex his conſtat virtus primi ſyllogiſmi. pars & totum eiuſdem naturę vnum habent locum numero, vt prima monſtrat propoſitio. ſed cœlum & quælibet pars cœli ſunt pars & totum eiuſdem naturæ ſimpliciter, vt declarauit Ariſt. ſecundo cœli. ergo totum cœlum: & quælibet pars eundem habent locū: ſed locus totius cœli per ſcd̄am propoſitionem eſt centrū

terræ: ergo eidem eſt locus omnium ſphærarũ. & hoc eſt totum poſſe Auer. nec valet fingere eundem eſſe locum totius & partis, loquendo de loco communi. nam hoc haberet locum & forte in toto & tempore diuerſarum naturarum. Nam qñ pars eſt eiuſdem naturæ cum toto, oportet vt ſint vnius perfectionis, & per cõſequens vnius loci, licet primo totius & ſecundo partis. Pro intellectu ſecundæ rationis debes ſcire quod cuicunq; non repugnat maius, ei non repugnat minus: ex hoc ſequitur, quod cœlo in eo quod cœlum non repugnat moueri omni modo, vt ex Occidente in Oriẽs, & è conuerſo: & de ſeptentrione in meridiem, & è conuerſo. licet. n. hoc ſit impoſsibile apud naturã, eſt poſſibile logicum. nam eo poſito in eſſe nullum ſequitur impoſsibile apud mentem. hoc accepto arguo, Si eccentrici eſſe poſſunt, vt dicit Ptolemæus: poſsibile eſt ſpiſſum vnius moueri cum ſpiſſo alterius, & ſubtile ſimul cum ſubtili. Si hoc eſt poſsibile, poſsibile eſt dari vacuum, vel dabuntur corpora otioſa. Vltima conſequentia etiam perſpicua eſt, ſed vltimum conſequens eſt impoſsibile. ergo primum antecedens: & hæc eſt potiſsima ratio, nec valent ambages recentiorum. Tu vero in his conſidera bñ, quia ſcđo de his diſputamus.


Errantium uero aſtrorum in quatuor cuiuſq; ſphæris. harum autem & primam quidem, & ſecundam eandem eſſe illis. nam & eam, quæ aplanorum omnes ferentem eſſe, & eã, quæ ſub ea ordinatam, & ſcđm eum, qui per medium animalium lationem habentem cõmunem omnium eſſe. tertiæ uero ſphæræ omnium polos per media animalium eſſe. quartæ autem lationem, & ea eorum, quæ obliquantur ad medium eius. Tertiæ autem ſphæræ polos, aliorum quidem proprios, Veneris uero & Mercurij proprios.

Locutus eſt de ſphæris Solis & Lunæ, & voluit vnicuiq; tres dari, & per conſequens ſex ſunt hæ. Nunc de reliquis quinque legitur, & videtur vnicuiq; quinque eſſe neceſſarias quatuor ſphæras. Circa quod debes ſcire, quod quilibet planetarum quinque habet motus: quorum duo quidem longitudinales, & duo latitudinales. Primus longitudinalis eſt ab Oriente ad Occidens. Secundus huic oppoſitus eſt ab Occidente in Oriens. Tertius eſt latitudinalis à meridie in ſeptentrionem. Quartus è conuerſo à ſeptentrione in meridiem. Debes etiam ſcire ſecũdo, quod omnis motus circularis eſt circa aliquos polos, & ſupra aliquem axem. & propterea poli primi longitudinalis, ſunt poli firmamenti, & axis etiam eius. poli ſecundi longitudinalis ſunt poli zodiaci: & axis ſimiliter. poli latitudinalis primi ſunt in ecliptica, vnus quidem in angulo diei, alter in angulo noctis, & axis eſt ab vno horum ad alterum. poli vltimi ſunt declinantes ab his & ſimiliter axis. Debes ſcire tertio, quod quia quatuor perceperũt motus in talibus quinque, ideo quatuor perceperunt ſphæras concentricas. nam quilibet motus eſt propter certam ſphęram: dederunt vero orbem quartum. nam perceperunt planetam nũquam moueri verſus vnum polum quod attingeret illum, & rediret ad aliud redeundo ad eundem. Sed viderunt planetam declinari ab ecliptica certo ſpatio, deinde redire, ideo cogebantur ponere duas ſphæras, alteram quidem vt traheret planetam verſus polũ vſq; incertum terminũ, alteram vero vt retrahat retrouerſus polum cõtrarium. hoc ergo pacto cuilibet quinque planetarũ dederunt quatuor. modo quatuor ducta in quinque ſunt viginti, & Sol & Luna habent ſex ſphæras, ergo oẽs erunt viginti ſex, oĩbus ergo ſeptem erraticis tot Eudoxus credidit cõpetere ſphæras, inquit, Errantium vero aſtrorũ vniuſcuiuſq; ſ. lationem in quatuor ſphæris, ſubaudi eſſe ponebant. & exponit has dicit, Harum autem primam quidem. ſ. per quam mouentur longitudinaliter ab Oriente in Occidentem, & ſecundam. ſ. per quam mouentur longitudinaliter. è conuerſo ponebant eſſe eandem. ſ. ſimilem illis duabus Solis & Lunæ, per quas ſimiliter mouentur Sol & Luna. & hæ ſunt duæ ſphæræ neceſſariæ pro primis duobus motibus in longitudinem. Clarius has exponens ſubdit. nam & eam quæ aplanorum. i. non errantium omnes ferentem eſſe. ſ. oportet, & ea quæ ſubordinatam, & hæc eſt prima. nam hæc ſubordinatur firmamento, pro quanto hæc mouetur. Similiter &. ſ. oportet eſſe lationem habentem communem omnium eſſe ſm eum circulum qui per medium animalium. i. zodiaci, & hæc eſt ſecunda ſphæra. hæ ergo ſunt duæ ſphæræ neceſſariæ duobus primis motibus longitudinalibus de aliis duabus ſphæris latitudinalium motuum ſubſcribit exempla, & dicit, Tertiæ vero ſphæræ reliquorum. ſ. omnium quinque dixit eſſe polos per medium animalium hoc eſt in ecliptica. nam vnus polus eſt in angulo diei & aliter in angulo noctis, & axis eſt linea ab vno ad alterum extenta. poſuit autem hanc ad cauſandum motum lateris verſus alterum polorum. deinde ſubdit deſcriptionem quartæ, dicit, Quartæ autem lationem poſuit. ſ. & ea, i. eos polos de numero eorum quæ obliquantur ad medium eius, i. ad tranſuerſam primi circuli. nam hæc quarta trahit in contrarium tertiæ, ne. ſ. planeta totaliter ad polum verſus procedat. Debes ſcire quod iſti perceperunt tres ſuperiores, vt Saturnum, Iouem, & Martem habere tres ſphæras concentricas, & quãtum ad polos & ad axes ſimiles, ſed duos inferiores aliter. licet. n. ſphæræ Veneris & Mercurij ſint concentricæ, tamen poli non ſunt ſimiles cum polis trium ſuperiorum, quia duo hi inferiores plus declinant quam tres ſupremi. & ideo ſubſcribit, dicit, Tertiæ autem ſphæræ polos dicit aliorum quidem trium ſuperiorum proprios, Veneris vero & Mercurij eoſdem, hoc eſt alios proprios, quia non ſimiliter mouentur in latus tres ſuperiores, ſicut tres inferiores. vel forte aliter intelliges hæc, & ego relinquo. perſpicuum eſt ſphæras omnium erraticorum eſſe viginti ſex.

Cum narrauit} Præſens commentum perſpicuum. Cõm. 46.
Debes tñ ſcire quod in motu planetarum ſignantur latitudo & longitudo. latitudo accipitur vt planeta mouetur ab vno polo in alterum, & è conuerſo. dicitur autem hęc latitudo aſtronomice, pro quanto penes hanc ſumuntur latitudines ciuitatũ apud Aſtronomos. Philoſophice vero hæc dr̃ longitudo, quia vnus polus eſt velut ſurſum alter velut deorſum, vt ſecundo cœli patet. longitudo vero aſtronomice ſumitur, prout planeta fertur ab ortu in occaſum & è conuerſo, & dr̃ longitudo pro quanto ciuitates ſic menſurantur in longum apud Aſtronomos, re tamen vera latitudo dicitur qm̃ eſt à dextro in ſiniſtrum. Secundo debes ſcire, quod Antiqui perceperunt duplicem latitudinem, ſ. alteram ab æquinoctiali, & quantum ad hanc omnes mouentur in latus, etiam Sol & Luna: quæ potius declinatio dicenda eſt. alteram vero ab ecliptica verſus alterum polorum, & hanc Antiqui dederunt omnibus, ſed Ptolemæus excepit Solem. Nam centrum Solis ſemper decurrit per eclipticam, nec exit ab ea, reliqua patent.

Callippus autem poſitionem quidem ſphærarum eandem poſuit cum Eudoxo: huius autem eſt diſtantiarum ordinem. pluralitatem uero ei quidem quæ Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dabat Soli uero & Lunæ duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras. apparentia ſiquis debeat aſsignare, reliquis uero planetis unicuiq; unam. neceſſe autem ſi compoſitæ omnes debeant reddere apparentia ſcdm quemlibet errantium alteras ſphæras una pauciores eſſe reuoluētes & ad idem reſtituentes poſitione primam ſphæram ſemper inferius ordinati aſtri. Sic.n ſolum cōtingit planetarum lationem omnia facere. Quoniam igitur in quibus quidem ipſa feruntur ſphæris, hæ quidem octo: hæ autem quinque & uiginti ſunt. harum autem ſolas non oportet reuolui in quibus deorſum ordinatum fertur. Quæ quidem reuoluunt eas quæ ſunt primorum duorum ſex erunt, quæ autem eas quæ ſunt poſteriorum quatuor, ſedecim omnium itaq; numerus & ferentium & reuoluentium quinquaginta quinque. Si autem Soli & Lunæ non addiderit eius quos diximus motus, omnes ſphæræ erunt ſeptem, & quadraginta. pluralitas quidem igitur ſphærarum tanta ſit.

Nunc Callippi poſitionem de numero ſphærarum enarrare enititur. fuit autem Callippus ætate poſterior Eudoxo Ariſt. coætaneus, vt Simplicius narrat in primo de cœlo. atq; Athenis cum Ariſt. moderauit conſiderationes Eudoxi. Pro huius ergo viri poſitione debes ſcire quod duplices credidit eſſe ſphæras, ſ. deferēter & reuoluentes. Saturno quidem & Ioui octo deferētes tribuit, vnicuiq; quatuor. Soli vero & Lunæ deferentes decem, vnicuiq; quinque. aliis denique tribus quindecim deferentes, vnicuiq; quinque, ergo omnes deferentes erunt numero triginta tres. Reuoluentes vero Saturno & Ioui ſex, vnicuiq; tres. Soli & Lunæ octo, vnicuiq; quatuor. Marti & Veneri & Mercurio duodecim, vnicuiq; quatuor. omnes ergo reuoluentes erunt viginti ſex. ergo congregando reuoluentes cum deferentibus erunt omnes numero quinquaginta & nouem. Cauſa autem horum patebit in litera. Debes ſcire quod Philoſophus in litera enumerat quinquaginta quinque. nam prætermittit vnum errantium cui quatuor ſphæræ ſunt neceſſariæ. Primo ergo præponit conuenientiam & videntur conuenire in duobus. Primo quantum ad numerum deferentium. Secundo quantum ad ordinem planetarum & hoc dicit. Callippus autem poſitionem quidem ſphærarum eādem poſuit cum Eudoxo, quod intellige de deferentibus. hæc eſt prima conuenientia eorum. deinde ponit ſecundam dicit. Huius autem. ſ. viri Callippi eſt ponere ordinem diſtantiarum, ſimiliter. ſ. cum Eudoxo, nam eodem modo ordinabat ſphæras. hęc eſt ſecunda conuenientia. Deinde narrat differentias & dicit, pluralitatem vero ſphærarum deferentium ei quidem quę Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dabat, quia quatuor dabat Eudoxus, & quatuor nunc dat Callippus. Soli vero & Lunæ duas æſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras, & hoc ſiquis debeat aſsignare apparentia. Debes ſcire quod Callippus vidit Solem & Lunam quandoq; veloces quādoq; tardos, & propterea vltra tres datas eis ab Eudoxo addidit duas. ergo computando omnes primorum, & horum erunt deferentes decem & octo. reliquis vero planetis addebat vnicuiq; vnam, ergo erunt quindecim. Debes ſcire quod addit hanc vnam propter direptionem & retrogradationem, quas percepit in his, & per conſequens congregando omnes deferentes omnium erunt numero triginta tres. Deinde docet eligere ſphęras reuoluentes. Debes tamen ſcire quod ſphæræ reuoluentes dantur vnicuique tot quot deferentes vna minores. nam ſphæræ defert planetam non reſpondet ſphæræ reuoluentes propter cauſam dicendam. Secundo debes ſcire quod ſphæra ſuperior habet virtutem formę, & inferior virtutem materiæ, & propterea ſuperior orbis trahit ad ſe inferiorem, & ſic videtur Saturno per neceſſaria correſpondens primæ deferenti vt retineat eam, ne feratur à ſupremo cœlo ſtellato nimio raptu, & ſic deſtruatur proportio aſtri fixi. & pari pacto ſubſtantia deferens eget altera ſibi reuoluente coæua. & ſimiliter tertia eget tertia. quarta vero propterea quia multum diſtat ab orbe continente, parum participat raptus, ideo non fuit neceſſaria ſphęra reuoluens. ergo Saturno dabuntur quatuor ferentes & tres reuoluentes, & ſimiliter Ioui, & breuiter vnicuiq; tot quot dantur deferentes vna minores propter hanc cauſam dictam. Dicit, neceſſarium eſt autem ſi omns compoſitæ & debite ordinatæ debeant reddere apparentia ſecundum quamlibet errantium eſſe adhuc alias tres ſphæras, quæ ſunt tot quot illæ vna pauciores, eo quia deferenti aſtrum omnino datur ſphæra reuoluens exponit. hoc dicit reuoluentes & ad idem reſtituentes, dico reſtituentes primum poſitione. i. infimam ſphæram ſemper deorſum exiſtentem, ordinati aſtri, ideſt fixi aſtri. ecce officium harum reuoluentium eſt manutenere ſphæram infimam in qua aſtrum figitur, ne ipſa diuertatur per motum raptus ſphærarum ſuperiorum. ſubdit cauſam, quia ſcilicet oportet aſtrum ſic regulariter ſeruari dicit. Sic enim contingit ſolum lationem planetarum omnia facere, hoc eſt quia planetæ ſic ſeruati ſunt omnium rerum cauſæ. deinde colligit numerum omnium & dicit. Quoniam igitur in quibus quidem ipſa feruntur ſphæris hæ quidem octo vt Saturni & Iouis vniuſcuiuſq; quatuor. hæ autem viginti quinque ſunt. nam reliqui quinque ſunt planetæ, & vnicuique dantur quinque, modo quinque in quinque ducta faciunt viginti quinque ergo omnes ſunt triginta tres. Oſtendit in quibus non oportet dare reuoluentes dicit. harum autem ſolas non oportet reuolui in quibus deorſum ordinatum fertur ſcilicet aſtrum, quaſi dicat quod infima in qua figitur aſtrum caret reuoluente, quoniam propter diſtantiam eius à continente orbe, parum aut nihil raptus participat, omnes reliquæ habet reuoluentes. His habitis epilogat numerum omnium & dicit, quæ quidem reuoluunt eas quæ ſunt primorum duorum ſcilicet Saturni & Iouis, ſunt ſex. quæ vero poſteriorum quatuor, erunt decem & ſex, ergo omnium & ferentium & reuoluentium numerus ea ſunt quinquaginta quinque. Sed videtur Ariſtoteles ſubtrahere quatuor. hoc cur faciat, videbimus in commento. Deinde vult enarrare poſitionem veriorem dicit. Si autem Soli & Lunæ non addiderit quis quos diximus motus, vtpote Soli duos & Lunæ duos, vtique quatuor eorum à quinquaginta quinque remouebuntur, & quod remanet erit quinquaginta vnum, è quibus iterum ſubtrahe quatuor ab vnoquoque quatuor vnam quam addebat Callippus, & ſic omnes ſphæræ erunt quadraginta ſeptem. pluralitas quidem igitur ſphærarum tanta ſit, & ad hanc videtur Ariſtote. plus inclinare. Ad huius exemplum formetur figura ſequens.



Declaratio poſitionis. Callippi.

In hac ergo figura ſunt deſcripti ſeptem circuli ſeruientes ad motum Saturni, cuius quilibet repræſentat vnam ſphæram. Saturnus ergo ſcribitur charactere ♄.reliqui vero circuli deſignantur per a,b, c, d, e, f, g. Tunc declarantur ea quæ Ariſt.dixit ſecundum Callippum. nam Saturnus mouetur in vigintiquatuor horis ab Oriente in Occidens iterum rediens ad illud aliquo inſenſibili minus, & quantum ad hunc motum fuit neceſſaria ſphæra, a, hæc enim rapta à firmamento rapit centrũ Saturni in vigintiquatuor horis ſemel vt dictũ eſt. Et qm̃ hæc ſphæra moueret tanto impetu quanto mouetur à firmamento,& ſic Saturnus nunquam poſſet è conuerſo moueri ab Occidente in Oriens, vt experientia percepit, hac de cauſa æſtimauit eſſe neceſſariã ſphæram,b, vt ſcilicet detineret planetã in ſua menſura & in ſuo curſu.& quoniam percepit Saturnum ꝓ moueri in latus poli ſeptentrionis, dedit propter hoc vnam ſphæram. & quia hæc ſphæra impetu mouet magno,eguit ſphæra,d, vt impetus ille abſcindatur atque planeta moueatur certa regula, & quoniam etiam præcepit ♄ moueri verſus polum meridianũ dedit,e, ſphæram, vt ſcilicet ♄ trahatur ad contrarium polum. & quia hæc item vt prius dicta magno impetu rapit, dedit, f, vt detinens atque regula. Et quoniam percepit Saturnum moueri ab Occidente in Oriens, dedit, g, ſphæram cui non ſuppoſuit aliam inferiorem, eo quia eſt nimis inferior nullius impetus particeps, & cũ hoc hic eſt motus eius naturalis.hęc fuit fictio Callippi.& ſicut dixi ĩ Saturno, eodẽ modo & in reliquis potes ſcribere.Sed hæc æſtimatio pluribus modis deficit. Primo quia ſphæra,a, ſuperfluit, quoniam firmamentum ſatis eſt ad mouendum omnes inferiores, vt Ptolemæus probauit. Adhuc omnes reuoluentes videntur ſuperfluere. nam quomodo motus hi ſint naturales videtur à propriis motoribus eſſe determinatos ad maximum & ad minimum. nulla ergo eſt neceſsitas ſphærarum reuoluentiũ. Præterea ſuperfluunt ſphæræ mouentes in latus.quoniam planetæ declinant ab ecliptica,quoniam eorum poli declinãt ab ecliptica,& hac de re mouentur cum hac declinatione vt dicit Ptolemæus,ergo dedit eccentriticos duos& vnum deferentẽ & epicyclũ & in quibuſdam deferẽtem caput.Saturno quidem & alijs duobus inferioribus, ſcilicet Ioui & Marti Ptolemæus dedit tres orbes ſcilicet deferentem, epicyclum & duos eccentricos & epicyclum.hi nãque ſatis ſunt ꝓ omnibus motibus eorum.Soli tres etiam & ei non dedit epicyclum. licet Auerroes in ſuo Almaggeſto ſaluet omnes motus ſolis cum epicyclo tantum. Venus etiam habet tres & epicyclum vt de tribus ſuperioribus dixit. Mercurius habet quinque & epicyclum ſcilicet duo dicti deferentes augem æquantis. duo intra hos dicti augem eccentrici deferentes.Quintus defert epicyclum in horum medio poſitus.Luna demum habet ſphæras quatuor ꝑ epicyclum.habet enim tres orbes vt Sol & ſuperiores, & hi dicuntur deferentes augẽ eccentrici. Tertius eſt in horum medio locatus qui defert epicyclum. Quartus eſt orbis mundo concentricus aggregatus ex tribus alijs ambiens,qui deferens caput draconis nuncupatur. Demonſtrationes & rationes Ptolemæi perquirantur ab eo in Almaggeſto. Potes

tes

tes ergo omnes enumerare orbes & motores ſi placet de mente Ptolemæi,& erunt triginta & vnum numero.Et hęc poſitio tenetur nunc,& temporibus noſtris vſus tabularum, & canonum omnium motuum ſunt de mente Ptolemæi, quanquam in motu ſtellarum fixarum & augium,ipſe titubet,de quo in libro magnę compoſitionis ſatis.

Cõm. 47. Dicit Ariſtoteles} Commentum fere totum perſpicuum eſt, tamen quædam annotentur difficilia. Primum ibi {& ſecundum quòd Alexander} Vbi primo debes ſcire quod debent æſtimari nouem ſphæræ, verbi gratia, reſpectu motus ſolis, & debet æſtimari ſol fixus eſſe in ſphæra infima hoc eſt maxime propinqua verſus caput noſtrum, & tunc perſpicuum eſt circa illam primam ſphæram eſſe octo alias ſpheras eam continentes,quæ ſunt propter apparentia in motu ſolis.ita quòd ſuprema, & nona erit ea, quæ à capite noſtro ſumme eleuatur, inquit. modo & ſecundũ quod Alexand. dixit ponebant omnium orbium ſtellarum præter orbem ſignorum ſcilicet firmamẽtum orbem qui mouet illum, verbi gratia. ſolem ſuper vnum polum ad partem contrariam. ad quam mouet primus orbis, & iſta ſphæra in contrarium mouens dicitur reuoluens.tunc dicebant quintum orbem à parte noſtra eſſe ſub quarto à parte ſupremi,& ſextum quo ad nos eſſe ſub tertio ad illã ſupremam.& ſeptimum quo ad nos ſub ſecundo. & dicunt ꝙ reuoluens & deferẽs ambo mouentur ſupra eiſdem polis.nam ſic componendo orbes ſaluantur apparentia. hæc erat poſitio Callippi, vt Ariſt. narrat {& iſta aſtrologia} Contra hoc dictum Alexandri arguit Auerroes.primo, quia hæc aſtrologia non conuenit fundamẽtis datis in hoc tempore. Secundo, quia iſti motus ſuper eoſdem polos de cõtrarijs terminis ad cõtrarios terminos ſunt cõtrarij,& per conſequens deſtruunt alter alterũ {ſuper autem} Reſpondet ergo aliter, & dicit. ſuper autem polos diuerſos poſſibile eſt. & ſimiliter ſupra centra diuerſa.nam hoc modo non ſunt contrarij:deinde dat ſecundam ſolutionem, & eſt imaginando orbem in quo ponitur ſtella locari inter duos orbes, qui mouẽtur ſuper contrarijs polis {ſed talis.} Contra arguit:nã talis motus eſt violentus, nam aſtrum deferetur impetu vnius, & alterius: ergo violentus erit eius motus. hoc autem non accidit corporibus cœleſtibus, vt dictum eſt in primo de cœlo {& ideo}

Redit ad veram ſolutionem, & vult ꝙ iſti motus ſcilicet deferentis, & reuoluentis non debent eſſe ſupra eoſdem polos,nec ſupra vna axe.hanc probat primo, quia per hanc poſitionem ſaluatur velocitas, & tarditas: directio,& retrogradatio.ſecundò, quia per eam ſaluatur latitudo à zodiaco,ita ꝙ per eam planeta poteſt moueri in latus. tertio, ex hoc fundamento non accidit impoſſibile. quarto, hæc poſitio ſaluat omnes apparentias.quinto,nam motus eſſe ſupra diuerſis polis concedunt aſtronomi in motu diurno, & motu obliquo. nam dicunt quòd motus diurnus eſt ſupra polis mundi. motus vero obliquus eſt ſupra polis zodiaci ab illis declinantibus. ita quòd matematici Hiſpaniæ volunt polos zodiaci reuolui circa polos totius mundi deſcribendo circulum paruum. ſi ergo iſti motus conceduntur in zodiaco,& toto mũdo. ergo non eſt inconueniens in talibus ſphæris. addit ꝙ mathematici Hiſpaniæ concedũt talem motum polorum in orbe ſtellato. Dicunt enim ꝙ orbis ſtellatus mouetur circa polos totius, hoc eſt noni orbis motu trepidationis.Ex his patet veritas ſolutionis. reliquũ commenti patet.

Quare & ſubſtantias,& principia immobilia, & ſenſibilia tot rationabile exiſtimare, neceſſarium enim dimittatur fortioribus dicere. Si autem nullam poſſibile dicere lationem non ordinatam ad aſtri lationem. Amplius autem omnem naturam,& omnem ſubſtantiam impasſibilem,& ſecundum ſe optimum ſortitam eſſe finem oportet exiſtimare: nulla utiq; erit præter has altera natura, ſed talem ſubſtantiarum numerum eſſe neceſſe eſt. Si enim eſſent aliæ, mouerent utiq; tanquam finis exiſtentes lationis. Sed alias quidem eſſe lationes impoſſibile præter dictas. hoc autem exiſtimare ex latis rationabile. nam ſi omne ferens lati gratia natũ eſt. et latio omnis lati alicuius eſt,nulla utiq; latio ſui gratia erit nec alius utiq; lationis,ſed aſtrorum gratia,nam ſi fuerit lationis gratia,& illam alterius oportebit eſſe,quare cum non eſt poſſibile ire in infinitum, finis erit omnis lationis latorũ aliquod diuinorum corporum,ſecundum cœlum.

Ad dicta} nunc addit concluſionem, & inquit:quare & ſubſtantias,& pro.i. principia immobilia,& principia ſenſibilia tot ſcilicet quot lationes æſtimare eſt rationabile. Debes ſcire ꝙ cuiuſlibet lationis duo ſunt principia. alterum immobile vt intelligentia, & alterum ſenſibile,vt ſphæra,ſeu cœleſte corpus:& propterea quantum ad vtrunque principium dixit principia immobilia,& ſenſibilia. dixit autem rationabile hoc eſt probabiliter. nam vt ſcripſit neceſſarium, & demonſtratiuũ dimittatur dicere fortioribus: & per hoc ſignat eius probationem fuiſſe dialecticam, & non demonſtratiue.

Debes ſcire ꝙ plures eſſe intelligentias vna poteſt demonſtratione ſciri quia. nam plures ſunt orbes, & motus vt ſcimus ꝙ plures ſunt animæ humanæ,quoniam ſunt plures homines animati,& plures operationes hominum, & quantum ad hoc verbum ſuum nõ habet locum.plures tamen in certo numero, vtpote, vel.55.vel.47.vel.49.non poteſt demonſtratione ſciri.nam ratio ſic componetur. quot ſunt motus cœleſtes,tot ſunt orbes,& intelligẽtiæ: ſed motus ſunt.55. vel.47.vel.49.ergo & orbes,& intelligẽtiæ erunt tot. modo conſtat maiorem ſciri certa demonſtratione. ſed minor non ſcitur,niſi ex famoſis ſuo tẽpore:modo famoſa poſſunt eſſe falſa. ſed nulla demonſtratio ex falſis eſt: ſyllogiſmus vt declaratur in poſterioribus: bene ergo dicit hoc eſſe rationabiliter ſcitum,& non demonſtratione {ſi autem nullam} debes ſcire,ꝙ ſyllogiſmus eſt quot ſunt lationes, tot ſunt intelligentiæ:ſed.47.vel.49.vel.55.ſunt lationes. ergo & intelligentiæ.poteſt ergo quis obijcere Ariſto. quantum ad maiorem imaginando quaſdam alias ſubſtantias abſtractas per ſe exiſtentes, nec mouentes, nec motas, & per conſequens hæc via nulla eſt, & hæc reſponſio eſt theologorum. dicunt enim eſſe quaſdam intelligentias per ſe perfectas,quæ nullius ſtellæ ſunt motores,vt ſunt angeli. Contra hoc obijcit Philoſophus & ſupponit duas propoſitiones. prima, omnis latio eſt propter ordinatum aſtrum.hanc non probat, ſed ſumit vt famoſam.ſecunda omnis ſubſtantia, & omnis natura impasſibilis optimum finem ſortita eſt.ſumatur hæc ſecunda propoſitio, vt maior, & addatur

hæc minor. videlicet ſed mouere ſtellam aliquam eſt optimus finis. ergo omnis natura, & omnis ſubſtantia abſtracta eſt ſortita aliquam ſtellam, & per conſequens nulla eſt, quæ non moueat. harum duarum propoſitionum. prima additur ad bene eſſe, & terminorum cauſa. Secunda eſt vt maior cui ſubaudiri oportet minorem dictam. & dabitur concluſio noſtra, inquit. ſi autem nullam poſſibile eſt dicere lationem non ordinatam ad aſtri lationem, & hæc eſt prima quæ parum prodeſt. deinde addit aliã. d. Amplius autem omnem naturam, & omnem impaſſibilẽ oportet exiſtimare eſſe ſortitam optimum, ſecundum ſe finem, & hæc eſt maior, cui ſubſcribe hanc, ſed mouere aliquam ſtellam eſt optimus per ſe finis dat concluſionem. d. nulla vtiq; erit præter has altera natura, ſed talem ſubſtantiarum numerum eſſe, } neceſſe eſt vt dixit. debes ſcire, ꝙ theologus debet à Philoſopho diſcordare. quoniam principium Philoſophi verificatur per ſenſata, vel mediate, vel immediate. Theologus etiam poteſt verificare concluſionem ex principijs creditis, & ideo Philoſophus quantum ad hanc concluſionem diſcordat à theologo. nam Philoſophus ꝑ numerum motuum nobis apparẽtium concludit numerum intelligentiarum. Theologus autem concludit numerum ex creditis principijs via reuelationis acceptis. & propter hæc demõſtratio hęc eſt firma Philoſopho, theologo vero credita {ſi. n. } Secunda obiectio poteſt eſſe ad minorem imaginando, ꝙ ſunt multo plures lationes in cœlo, q̃ quę numeratæ ſunt. nam poſſunt fingi quædam non deprehenſæ à nobis, vt ſi earum motus eſſent vniformes, & in nullo diuerſi, & non propter partem ſtellatam, ſed propter partes nõ ſtellatas, vt ſiquis ſupra octauum cœlum imaginaretur infinitas ſphæras mundo concentricas. Contra hoc arguit, & repetit quod nunc concluſit, & dicit. ſi enim eſſent alij: mouerent vtiq; tanquam exiſtentes finis cuiuſdã lationis. hæc ergo ſuppoſitio eſt, ꝙ omnis intelligentia eſt finis alicuius lationis. Tunc arguit, & dicit, ſed alias quidem lationes eſſe impoſſibile eſt præter prædictas. quare tot ſunt, vt dixit. hoc autem probat hanc reſponſionem ex latis. & primo proponit hoc. d. hoc autem eſtimare eſt ex latis rationabile, & nititur vno enthymemate: cuius antecedẽs eſt duæ propoſitiones. & inquit, nam ſi omne ꝙ fert lati gratia eſt natum ideſt naturaliter mouetur gratia lati. deinde ponit ſecundam. d. & omnis latio lati alicuius eſt, & hoc totum eſt antecedens, cui addit concluſionem. d. nulla vtique latio ſui gratia erit, nec alterius lationis, ſed aſtrorum gratia. probat conſequentiam, & habet conſequentia duas partes. prima ꝙ nulla latio ſit ſui gratia, & hanc non probat, quia perſpicua eſt. nam lator eſt propter lationem, & latio propter latum, vt omnes confitentur. deinde probat ſecundam partem. d. nam ſi latio fuerit gratia lationis: pari ratione, & illam alterius lationis gratia oportebit eſſe, quoniam ſunt vnius ſpecie. ergo vel nulla erit ꝓpter lationem, vel omnes. dat concluſionem, & repetit totum. d. quare quomodo non ſit poſſibile ire in infinitum, finis erit cuiuſlibet lationis aliquod diuinorum latorum corporum, ſecundum cœlum, hoc eſt de natura cœli. debes ſcire ꝙ virtus rationis eſt hæc, ſi ſunt aliquæ intelligentiæ præter dictas, vt dicunt aliqui, illæ ſunt propter lationem. nam per lationẽ optimum conſequuntur finem. ergo oportet eſſe lationes aliquas vltra prædictas, & tot numero quot ſunt intelligentiæ vltra prædictas, vel ergo latio quælibet illarum eſt propter ſe, vel propter aſtrum, vel propter aliam lationem. ſiquidem propter ſe, hoc eſt cõtra naturam lationis. nam ferens eſt lationis gratia, & latio eſt lati gratia. non ergo propter ſe, nec propter aliam lationem diuerſam. nã pari ratione, & illa propter aliã propter ſimilem cauſam. ergo vel ibitur in infinitum, vel oportet ſtare ad lationem, quæ eſt propter aſtrum & per cõſequens tot lationes erunt, quot aſtra, & ſic nullæ erunt lationes præter prædictas, & nec intelligentiæ erunt plures. & hęc eſt virtus demonſtrationis Ariſt. Cum poſuit. } Cõmentum iſtud patet maxime per dicta noſtra in præcedẽti textu. debes ſcire, ꝙ de numero intelligentiarũ diſputaui in noſtro libro de- Cõm. 48.
ſtructio deſtructionũ, diſ. 14. in ſolutione dubij quarti per totum. & ibi ſcripſi quæcũq; in iuuentute potui colligere. nunc vero & ſi plus exercitatus ſim, mihi nihil plus videtur illo ibi enim ſubtiliter rẽ quo ad poſſe explicari. Tu vero lege, atque perlege ea, & tibi placebunt valde.

Quod autem unum cœlum, manifeſtum. Si enim plures eſſent cœli, ut homines, foret principium circa unumquodq; ſpecie unum, numero uero multa: ſed quæcunq; ſunt numero multa materiam habent. una enim, & eadem ratio multorũ, ut hominis, Socrates uero unus. Quod autem quod quid erat eſſe non habet materiam primum: entelechia enim unum quidem igitur, & ratione, & numero primum mouens, immobile ens, & motum ergo ſemper, & continue unum ſolum, unũ ergo ſolum cœlum.

Erat ſyllogiſmus Ariſt. quot ſphęræ, tot intelligentiæ. 47. vel. 49. vel. 55. ſunt ſphæræ: ergo & tot intelligentiæ. Obiecit maiori, & minori, & ſatisfecit quæſtionibus: nunc videtur obijcere concluſioni. nam poſſet quis dicere, ꝙ plures ſunt mundi: & per conſequens erunt. 59. ſphæræ duplicatæ. ſ. 118. non ergo. 59. ergo concluſio falſa. Ariſt. ergo vult remouere talem obiectionem, & arguit hypothetice hic. nam à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis ſic: ſi plures eſſent mundi plures eſſent primi motores: ſed nõ ſunt plures primi motores. ergo non ſunt plures mundi. maiorẽ ſupponit tanquã manifeſtam, & probat minorem ſic, quæcũq; ſunt plura numero in vna ſpecie habent materiam. ſed primus motor nõ habet materiam. nam eſt purus actus. ergo vnus eſt primus motor tm̃. Debes ſcire, ꝙ qui ponunt plures mundos plures ponũt eos numero, ſed ſpecie vnũ, vt Democritus, quia aliter ponere non poſſunt, vt Ariſt. primo cœli diſputauit. dicit ꝙ autem vnum cœlum, manifeſtum. ſumit cœlum pro mundo, vt dicit ipſemet primo cœli. hæc eſt concluſio. deinde probat hãc hypothetice, vt dixit. d. ſi enim plures eſſent cœli, vt homines, hoc eſt plures numero, & ſpecie vnus, & addit hoc, quia aliter non poteſt eſtimari mundorum multitudo: foret principium circa vnumquodq; ſpecie vnum, numero vero multa. hęc eſt prima hypothetica, & eſt maior, nec curat eam probare, quia ex antedictis ſatis patet. & in libro de cœlo eſt declarata. hinc ſubaudias minorem. ſ. oppoſitum cõſequẽtis, & inferas oppoſitum antecedentis quod erat concluſio & probat minorem, & dicit, ſed quæcũq; ſunt numero multa habent materiã, cuius cauſam breuiter ſubſcribit. d. vna enim & eadẽ ratio eſt multorum, vt ho-

minis.ſ.ratio eſt Socratis, & Platonis. Socrates vero vnus propter vnam materiam.hæc ergo eſt maior,& eius probatio.deinde ponit minorem.d.quod autem eſt primum quod quid erat eſſe non habet materiam quod probat.d.nam entelechia.i.perfectibilia, & purus actus dicitur, hæc eſt tota probatio.deinde conuertit ſyllogiſmum,& arguit à primo ad vltimum.d. vnum quidem igitur,& ratione,& numero eſt primũ mouens ĩmobile exiſtens. ergo & motum ſemper, & continue erit vnum.ergo vnum ſolum cœlum.ſ.vnus ſolus mundus.Debes ſcire ꝙ Ariſt.in hac ratione quædam ſumit,& quædam probat.ſumit primo ꝙ pluralitas mundorũ(ſi eſſet)non poſſet eſſe,niſi indiuidualis.Secundo ſumit ꝙ vno exiſtẽte mundo vnus debet eſſe prmus motor, & econuerſo. videtur autem ipſe duo probare. Primũ eſt, ꝙ quæcunq; plura numero ſunt & ſpecie vnum habent materiam.Secundum eſt ꝙ primum quod quid erat eſſe, hoc eſt prima forma, vel primum principium non habet materiam.probat autem primũ per hoc, quia vna poteſt eſſe ratio multorum,& ecõuerſo multa poſſunt eſſe vna ratio,hoc autem pro tanto eſt,pro quanto vna ratio ſumitur ab vna forma,ſed pluralitas ab ipſis multis materijs.probat autem ſm ,quia primum quod quid erat eſſe, vel prima forma,vel primum prĩcipium eſt purus actus. Auer.autem hanc probat per impoſſibile hoc modo. nam ſi prima forma haberet materiam: prima forma haberet aliam eſſentiam, hoc eſt quiditatem diſtinctam ab indiuiduo:& ſi ſic.quæratur de illa quiditate ſi habet adhuc materiam,& ſi non,pari ratione ſtãdum erat in prima, & ſi ſic,erit proceſſus in infinitum ſed quæ materia ſit principiũ indiuiduationis,an materia quæ eſt cõpoſiti.altera pars, vel materia totius, recentiores altercantur. tamen de hoc ſcripſi in locis
Cõm. 49. pluribus. Commentum patet.

Quæ uero tradũtur à ſenioribus,et antiquis in fabulæ figura dimiſſa poſterioribus,quod dij ſunt hi,& ꝙ ipſum diuinum continet naturam totam.Reliqua uero fabuloſe iãm adducta ſunt,ad perſuaſionem multorum,& ad uſum qui ad leges conferens.Conformes enim hominibus hos, & aliorum animalium quibuſdam ſimiles dicunt,& his altera conſequẽtia,& dictis ſimilia.A quibus ſiquis ſeparans id accipiens ꝙ primum deos exiſtimauerunt primas ſubſtantias eſſe.Diuine utique eſſe dictum putabit, & ſecundum ueriſimilitudinem, & ſæpe inuenta ad poſſibile unaquaq; & arte, & philoſophia,& iterum corruptis,& has opiniones illorum quaſi reliquis uſque nunc ſaluatas eſſe.

Auerroes videtur velle Ariſt.confirmare quæcunque dixit de dijs ex teſtimonio antiquorũ, & hæc eſt conſuetudo eius: nam poſt ſermonem demõſtratiuũ, adducit ſermonem probabilem, Expoſitor videtur velle Ariſt.ponere differentiam inter opinionem eius & ea quæ antiqui,& vulgares ſentiunt. & hæ expoſitiones ſunt optimæ,mihi tamen magis ad verbum videtur dicendum,ꝙ Ariſto. ſoluit dubitationem.nam in contrarium ſunt apologi & leges nunc. Tenent.n. ꝙ ſint plures dij,& ꝙ ſint ſimiles hominibus, vel animalibus: & per conſequẽs eſt totum contrarium eius quod dixit.hoc ergo vult refellere,& dat ea quæ vera ſunt ex antiquorum dictis. Secundo oſtendit reliqua eſſe falſa,& fabuloſe eſſe dicta,propter cauſas plures. dicit.quæ vero traduntur à ſenioribus,& ab antiquis demiſſa poſterioribus in figura fabulæ, duo ſubaudi ſunt vere,& diuine dicta, Primũ, ꝙ dij ſunt tales hoc eſt perpetui,& immortales nos gubernantes& ꝙ ipſum diuinum continet totam naturam.ſ. in potentia, & virtute.Debes ſcire,quod θῖοσ græce, latine ſonat diuinus per excellentiam tamen ſoli Deo conuenit. verum quando in ſingulari reperitur, ſemper accipitur pro omnium rerum perfectiſſimo principio. Quã do vero pluraliter ſcribitur,vt Ariſt. hic, ſemper ſumitur pro rebus diuinis.& non pro primo principio.hęc ergo duo antiquorum dicta vera ſunt, intelligẽdo ea, vt intelligi debet. deinde declarat quid de reliquis dicendum ſit,dicit, Reliqua vero fabuloſe iam adducta ſunt triplici de cauſa. primo ad perſuaſionem vulgi. vulgus.n.multitudo dicitut. Secundo ad vſum qui ſit ad leges.Tertio ad conferens.ſ.hominibus.Debes ſcire,vt in Ethicis ſcribitur,ꝙ virtus dupliciter accipi poteſt.vno modo voluntarie, & hoc modo eã accipiũt ſapientes.alio modo violentia quædã, & ad hanc tria requiruntur,perſuaſio,lex,& cõmunis vtilitas:perſuaſio quidem,vt vulgus velit obſeruare ſemel leges,Lex vero pro pœna,& memoria pœnæ,& aliorum vtilitas deniq; vt finis,& hæ tria Ariſt.tetigit. deinde explicat quæ,& quot ſunt iſta reliqua fabuloſe dicta.& videntur quatuor,& inquit,Conformes.n. hominibus hos deos dicunt.Deinde addit ſcđm,& aliorũ animalium quibuſdam ſimiles dicunt.Deinde addit tertium,& dicunt altera conſequentia his:et quarto dicunt quædã ſimilia dictis.hæc ergo ſunt omnia reliqua. Debes ſcire,ꝙ iſti dicunt homines diuinos: & ſecũdo animalia diuina:& tertio ꝙ ea,quæ ſunt hic,obediunt hominibus illis,& illis animalibus:quarto dicunt quædam ſimilia ad dicta à nobis,& innuit,vt dicit Auer.tria quę dicunt aſtrologi.dicunt.n. in zodiaco figurata eſſe.12. animalia,vt aries, taurus,gemini, & reliqua. Secũdo dicunt.7.planetas,quos antiqui.7.homines,& in illos fuiſſe deificatos ferunt, quod enarrare eſſet longum. Tertio dicunt quæcũq; ſunt hic conſequi ad illa duo, vti effectus conſequuntur cauſas. dicunt quarto antiqui multa alia his ſimilia, quod enarrare eſſet ſuperfluũ.Scribit quomodo hec verificari poſſunt. d.à quibus ſiquis ſeparans id ſolum ſit accipiens,ꝙ primum .ſ.in phyſicis accepimus.ſ. ꝙ deos exiſtimauerunt primas ſubſtãtias eſſe, diuine vtiq; eſſe dictum putauit, & ſm veriſimilitudinem hoc modo ergo æſtimando poſitio eorum erit vera, & fabula conueniet veritati deinde addit ſignum,ꝙ hęc debeant ſic intelligi,& dicit,& ſæpe quoad poſſibile fuerunt illa:vnaquaq; arte inuenta,& philoſophia,& iterum corruptis, & has opiniones illorum quaſi reliquias vſq; nunc ſaluatas eſſe.Ex hoc ſigno vult habere,ꝙ ſi nunc ſuo tempore hæc ſunt in flore,non erat impoſſibile ea eſſe in antiquo tempore,quia hæc infinities renouantur. debes ſcire ꝙ Ariſtoteles poſuit mundum æternum: & qm̃ accidunt bella, inundationes,peſtilentiæ quæ corrũpunt penitus artes, & philoſophiam, & incõueniens videtur genus humanum infinito tẽpore eſſe ſine his: propterea dixit, quodam certo tempore homines incæpiſſe philoſophari,& artes adinuenire. & hoc infinities,prout infinities accidunt cauſæ corruptionis omnium horum.& ſimilia accepit in meteoris,& in libro de cœlo. Commentum.50. patet.

Paterna quidem igitur opinio,& quæ à primis, inquantũ nobis manifeſta ſolum: quæ uero circa intellectum, habent quaſdam dubitationes. Videtur quidem enim eſſe appare-

tium diuiniſſimum. Quomodo uero habens talis erit utique, quaſdam difficultates. nam ſi non intelligat quod nam utique erit inſigne. ſed ſe habet quemadmodum ut dormiens: ſi intelligit, huius uero aliud principale (non enim eſt hoc quod eſt ſua ſubſtantia intelligentia, ſed potentia) non utiq; erit optima ſubſtantia: per intelligere enim honorabile ei ineſt. Amplius autem ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligentia, quid intelligit: aut enim ſeipſum, aut alterum aliquid. etſi alterum quid, aut idem ſemper, aut aliud. Vtrum ergo differt aliquid, aut nihil. intelligere bonum: aut contingens: aut & inconueniens meditari de quibuſdam palam ergo ꝙ diuiniſſimum & honorabiliſſimum intelligit, & non tranſmutatur. In deterius enim tranſmutatio, et motus aliquis iam tale. Primum quidem igitur ſi non eſt intelligentia, ſed potentia, rationabile eſt laborioſum eſſe ei continuationē intelligentiæ deinde palam, quia aliud aliquid utiq; erit dignius q̄ intellectus ſcilicet intellectiuum. Etenim intelligere, & intelligentia ſubſtantiæ, & indigniſſimum intelligenti, quare fugiendū hoc. Etenim non uidere quædam dignius, q̄ uidere: non utiq; erit optima intelligentia. Seipſum ergo intelligit ſiquidem eſt potentiſſimū, & eſt intelligentia intellectionis intelligentia. Videtur autem ſemper ſcientia, & ſenſus, & opinio, & ratio: ipſius autem non ex propoſito, Amplius, ſi aliquid aliud eſt intelligere, & intelligi ſecundum utrunq; eorum quod bene eſt: non enim idem eſſe intelligentiæ, & intellecto, aut in quibuſdā ſcientia: res in factiuis quidem ſine materia ſubſtantia & quod quid erat eſſe. In theoricis uero ratio, & res, & intelligētia. non altero igitur exiſtente eo quod intelligitur, & intellectu, quæcūq; non materiam habent, idem erunt, & intellectio eius quod intelligitur una. Adhuc autem reſtat iam dubitatio, ſi compoſitum eſt quod intelligitur. traſmutabitur enim in partibus totius, aut indiuiſibile omne, quod non habet materiam, ut humanus intellectus, aut quod quidem compoſitorum habet in aliquo tempore. non enim ſemper bene in hoc, aut in hoc, ſed in toto quodam quod optimū ens aliud aliquid. Sic aūt habet ipſa ſuiipſius intelligentia ꝙ oē æterna.

Compleuit quæſtionem de numero intelligentiarum, nunc ergo reddit ad primum intellectum. dictū eſt, omnes intelligentias habere vnū primū: quod eſt intellectus per eſſentiā, quod eſt optimū, & perfectū, gratia cuius omnia agunt, & ſunt. & qm̄ optimum, & perfectum dicitur propter operationē, hac de cauſa circa eius operationem quæſtionē mouet. eſt aūt eius operatio duplex. altera quidē vt motor eſt, & de hac nihil nunc. quia ſatis de motu. altera vero inquātum intellectus, & nunc de hac vult loqui. primo tñ epilogat poſitionem antiquorū. d. paterna quidem igitur opinio, & quæ à primis inquantū, hoc eſt hoc modo nobis ſit manifeſta ſolum, vtpote fabulas interprætādo ad bonū ſenſum, vt diximus. ſed ea, quę circa intellectum. ſ. primum diximus, habent quaſdam dubitationes, & ſubſcribit circa quod ſunt dubitationes. d. nam. ſ. primus intellectus videtur eſſe diuiniſſimum omnium eorum, quæ videntur. hoc. n. omnes concedunt, & eſt probatum. ſed quomodo optime ſe habens talis vtiq; ſit. ſ. diuiniſſimus, & perfectus, habet quaſdā difficultates. debes ſcire ꝙ hæc quæſtio aliud petit: ſupponit enim primum intellectum eſſe optimū & diuiniſſimum, ſed petit quo ipſe eſt ſe habens ſic. Quæſtio ergo eſt de modo, & non de re, & quoniam certum eſt, ꝙ ipſe eſt optimum, & perfectum intellectione: propterea quærit de eius intellectione qualis ſit eius debes etiam ſcire. ꝙ omne intelligens dupliciter poteſt ſe habere, aut quidē in actu, aut in potētia, ſeu habitu: quandoquidem enim quis vtitur actu rationis, tunc actu intelligit, quando vero non vtitur, poteſt tamen vti quando vult, tunc dicitur habitu intelligere, vel potentia, vt dormiēs. petit modo, vel primus intellectus actu intelligit. vel non actu, ſed habitu: ſi non actu, ſed habitu, ergo erit vti dormiens, & ſic non ſemper felix, & optimus: quia primo Ethicorū traditur, felix ab infelici non differt niſi dimidio vitæ propter ſomnum. ſi vero intelligit ſemper, quærit, vel intelligere eſt eius ſubſtantia, vel differt ab eius ſubſtātia: ſi differt, ergo Deus nō eſt optimo per eſſentiam, ſed per aliquod differens ab eius eſſentia: ſi per intellectionem, quæ eſt eius eſſentiam quæritur quomodo intellectu poteſt eſſe ſubſtantia. hoc vltimum mēbrum prętermittit, & reliqua tangit. d. nam ſi non intelligat actu, quoddam vtiq; erit inſigne, & honorabile, ſed non ſimpliciter, ſed habet ſe quemadmodum ſi dormiens, qui eſt optimus habitu, & nō actu, hoc eſt primum membrum. ſi intelligit. ſ. actu, huius. ſ. intellectus erit quoddam aliud principale ideſt eo dignius. non. n. intelligentia eſt hoc quod eſt ſua ſubſtantia, ſed potentia. nam quando differt intellectio ab intellectu, ſemper intellectus eſt vt potentia, & intellectio vt actus. & ſic concludit. d. non vtiq; erit optima ſubſtantia, nam per intelligere honorabilitas ineſt ei. tertium membrum prætermittit breuitatis cauſa. hæc itaque queſtio eſt de intellectione ipſa. Deinde mouet ſecundam quæſtionē circa intelligibile, &. d. *2. Quæſtio.* Amplius autem ſiue intellectus ſit ſubſtantia, hoc eſt ſiue intellectus ſit potentia, ſiue intelligentia, hoc eſt ſiue actuale intelligere, vt prima q̄ſtio petit, petitur nunc quid intelligit. aut enim ſeipſum, aut alterum aliquid etſi alterū quid, ſubaudi intelligit, petitur, vel idem ſemper, vel aliud ita ꝙ nunc vnum, nūc aliud. hæc eſt ſecunda quæſtio principalis. etſi conſideretur poteſt eſſe diuiſa, in tertiam. Deinde mouet tertiam principalem quæſtionem *3. Quæſtio.* circa rationem intelligendi, & eſt vtrum referat quantū ad dignitatem intelligentis intelligere rem ſub ratione boni, & rem ſub ratione vilis, inquit {vtrum ergo aliquid, aut nihil differant intelligere bonum, aut contingens, ſ. malum. Debes ſcire, ꝙ contingens eſt fortuitum, ea autē, quæ ſunt fortuna ſunt mala potius q̄ bona. *Vilia potius hæc dixeris, quam mala: niſi mala hæc velis quæ à bonitate quomodocunque deficiunt.* hæc eſt tertia. Debes ſcire, ꝙ intellectio eſt operatio: autem omnis perficitur propter operans, & propter operabile, & propter rationem operandi. & propterea Ariſt. tres quæſtiones mouit circa intelligere, vt prima ſit circa intellectum operantem, vtrum. ſ. ſit potentia intellectiua, an actus intelligendi. Secunda fuit de re operata, vt vtrū res intellecta ſit ipſemet Deus, an aliud.

Tertia quantum ad modum intelligendi, vt vtrum refert intelligere rem ſub ratione boni, vel turpis, an nihil referat. hæc ſunt tres quæſtiones Ariſto. {aut &}. Nunc ſoluit quæſtionem. & primo præmittit vnam ſuppoſitionem, velut principium eorum, quę dicētur, & eſt ꝙ primus intellectus intelligit aliquod diuiniſſimum, & honorabiliſſimum intranſmutabiliter, ita ꝙ non tranſit nunc de vno in alterum, nunc econuerſo: hoc probatur primo, ꝙ talis tranſmutatio eſſet in deterius. nā poſtquam intelligit optimū, ſi prætermittit intelligere illud, & intelligit aliud, illud aliud non pōt eſſe niſi prius. Secundo, quia talis tranſitus eſſet motus. & ſic in Deo motus eſſet quod eſt falſum, qm̄ eſt primum īmobile. hæc quidem ſuppoſitio habet duas

partes

partes.ſ.ꝙ Deus non intelligit niſi optimum.Secundum,ꝙ tale intelligit intranſmutabiliter. Primũ probat.d.aut & inconueniens meditari de quibuſdã. palam ergo ꝙ diuiniſſimum, & honorabiliſſimum intellectus ille intelligi,& non tranſmutatur.

Scđo probat ſcđm, & dicit primo, nam tranſmutatio eſſet in deterius, ꝙ nihil melius eſt optimo. Secundo quia & iam tale.ſ.tranſmutari de vno in aliud, eſſet aliquis motus qui Deo eſt impertinens. hæc eſt ſuppoſitio etſi bene conſideras,ex hac põt ſolui quæſtio ſecunda,vt dicetur{primum quidem}Soluit quæſtionem primam,et reſpondet ad materiam. & dicit primo, ꝙ intellectus diuinis non eſt potẽtia:ita quòd poſsit quandoq; eſſe ſine intellectione, vt nos ſumus. & hoc probat tali enthymemate: nam, ſi intellectus diuinus eſſet in potentia ad intelligere, intellectio ſua continua eſſet ſibi laborioſa.dicit. Primum quidẽ igitur ſi non eſt intelligẽtia, ſed potentia, ratio nabile eſt eſſe ſibi continuationem intelligentiæ quoddam laborioſum.ſed quomodo valeat hæc conſequentia eſt obſcurum,& poſtmodum in fine dicemus.hæc ergo eſt materia ſolutionis ad primam quæſtionem{deinde palam} Ponit materiam ſolutionis ſecundæ quæſtionis.videlicet,ꝙ Deus nihil aliud extra ſe intelligit ſed ſeipſum tantum. Circa probationem huius ſolutionis, debes ſcire,ꝙ intellectio variatur ſecundum rationem obiecti: nam obiecto exiſtente nobili,intellectio eſt nobilior,& obiectio exiſtente turpit, intellectio vilificatur:propter quod turpia videre vilius eſt, ꝗ videre pulchra.Ex his poteſt ratio ſic erigi, Deus intelligit optimum: ſed eſſe Dei eſt optimum tantum: ergo Deus non intelligit,niſi Deum ipſe autem arguit hypothetice hoc modo,dicens.deinde palam ſubaudi,ꝙ Deus nihil aliud extra ſe intelligit.nam ſi aliquid aliud extra ſe intelligeret,cum illud oportet eſſe nobiliſſimum,aliquid aliud vtiq; erit dignius, quam intellectus,ſcilicet intellectiuum, hoc eſt obiectum intellectus.Deinde probat ſuppoſitionem.ſ.ꝙ intellectio ſit nobilis, & ignobilis ratione obiecti.& dicit, etenim intelligere,& intelligentia ſubſtãtiæ ſunt.ꝙ indigniſſimum intelligenti.q.d. ꝙ intellectio poteſt eſſe circa ſubſtantiam,& circa viliſſimum. quare hoc.ſ. vile fugiendũ,cuius cauſam ſubdit.Etenim non videre quædam dignius, ꝗ videre:non vtiq; erit optima intelligẽtia.ex omnibus his (vt mihi videtur) vult habere hãc maiorem:intellectio eſt optimi intelligibilis. cui adde hæc, ſed Dei eſt optima intellectio, & optimum intelligibile eſt Deus.ſeipſum ergo intelligit,ſiquidẽ eſt potẽtiſſimũ.debes ſcire ꝙ tota ratio fundatur in duabus propoſitionibus. Prima eſt optimum omnium intelligibilium eſt Deus. & hoc perſpicuum eſt omnibus.Secunda eſt,Deus intelligit optimum intelligibile,ex his ſequitur concluſio.ſ. ꝙ Deus non intelligit, niſi Deum.reliquæ propoſitiones ſunt ſuperflue ad rationem ſyllogiſmi, ſunt tamen vtiles ad rationes terminorum & ad pro ſyllogiſmos,vt diximus. de ſyllogiſmo ergo principali videtur ponere minorem dum dicit. ſiquidem potentiſſimum & concluſionem ibi. ſeipſum ergo. reliqua ſunt poſita maioris gratia, nec poteſt iſta bene aliter dirigi{& eſt intelligentia}

Contra hanc ſolutionem arguit primo, quia ſi intelligentia Dei eſt ſuijpſius,& ipſe eſt intelligentia: ergo intelligentię erit intelligentia. vt in tertia figura ſic arguatur, Dei eſt intelligentia Dei: Deus eſt intelligẽtia:ergo intelligentię erit intelligere.Sed hoc videtur falſum. nam ſemper ſcientia & ſenſus & opinio & ratio eſt ſuimet per accidens,& nõ ex propoſito. inquit & eſt intelligentia intelligentiæ intelligentia. hoc eſt conſequens, quod tanquam manifeſtum relinquit, deſtruit conſequens dicit,ſed videtur ſemper ſcientia & ſenſus & opinio & ratio, ipſius autem interceſsiue & non ex propoſito.hæc eſt conſequentis deſtructio {Amplius}Secundo quærit, cum Deus ſit intelligens & res intelligibilis, & tam intelligens quam intelligibile ſint bona. propter quid Deus eſt optimum. vtrũ ratione qua intelligibile, vel ratione qua intelligens. inquit,ſi aliud eſt intelligere & intelligi.nam intelligere conuenit intelligenti,intelligi conuenit obiecto, ſecundum vtrunq; eorum,quid.ſ.Deo bene ineſt, vtrũ ſcilicet inquantum intelligens, vel quantum intelligibile.hæc eſt ſecunda quæſtio{Aut in quibuſdam} Reſpondet ad materiam harum quæſtionum.tu vero ad formam conſidera.Eſt autem ſciẽdum,quod duplex eſt ſcientia,ſcilicet factiua & ſpeculatiua.modo conſtat in factiuis ſcientijs ſcientia & ſubſtantia ſunt idẽ, vt domus & ſcientia domus. nam domus in mente & ſcientia domus idem ſunt: in ſpeculatiuis ſimiliter vt ratio, rex, & intelligentia idem ſunt & hæc ſupponit nunc ex tertio de anima. Ex hoc arguiƭ intellectus & intellectum idem tam in actiuis quam in ſpeculatiuis in his quę ſunt ſine materias ſed Deus eſt ſine materia ergo in eo hæc idem ſunt. dicit. aut in quibuſdam dam ſcientia eſt res: in factiuis quidem ſine materia ſubſtantia. ſubaudi idem ſunt ſcientia & res & quod quid erat eſſe.hoc eſt,vt abſtrahunt à materia.in ſpeculatiuis vero ratio & res & intelligentia.ſubaudi idẽ ſunt,& iterum prout ſunt ſine materia.Ex his accipitur hæc maior,in eis, quæ ſunt ſine materia, idem eſt ſcientia & ſcibile,& hoc ſumit, & infert concluſionẽ. dicit. igitur non altero exiſtente quod intelligitur & intellecto,quæcũq; non materiam habent,idem erũt & intelligentia eius qđ intelligitur vna:cui adde hanc minorem.ſed Deus eſt ſine materia:ergo Deus eſt ſua intelligentia{ Adhuc } Quærit vltimo Deus intelligit ſe & intelligere eſt dupliciter actu ſimplici, quæ vocatur ſimplicium intelligentia, & actu compoſito. quæ vocatur cõpoſitio vel diuiſio, quæritur vtrum Deus intelligat ſe ſimpliciter vel compoſite. Reſpondet vt mihi videtur, quod Deus intelligit ſe indiuiſibiliter, & hoc probat tribus rationibus,inquit.Adhuc aũt reſtat iam dubitatio ſi quod intelligitur à Deo ſit compoſitum. Reſpondet quod non. Primo, quia ſi Deus intelligeret ſe compoſitiue,tunc tranſmutaretur,hoc eſt tranſiret de quodam in quodam.nam ante actum cõpoſitionis eſt intelligentia ſimpliciũ,dicit. Trãſmutabitur enim in partibus totius. Secũdo arguit, quod non habet materiam intelligitur indiuiſibiliter,vt humanus intellectus intelligit ſe. ſed Deus nõ habet materiam.ergo intelligit ſe indiuiſibiliter.dicit.aut indiſibile omne quod non habet materiam, vt humanus intellectus,quando.ſ.intelligit ſe.Tertio arguit, quic quid intelligitur compoſite non ſemper intelligitur. ſed Deus ſemper intelligitur ergo non cõpoſite. maior probatur,quia, quando intellectus intelligit rem compoſitam,tranſit de intellectione partium ad intellectionem totius tãquam de imperfecto ad perfectũ, eo quia perfectio partium tota continetur in perfectione totius.dicit,aut quod quidẽ cõpoſitorum habet in aliquo tempore. Hæc conſequentia probatur, & dicit.non.n.bene.ſemper in hoc,aut in hoc, ſed in

toto quodam, qđ optimum exiſtens eſt aliud aliquid. nā in toto eſt optimitas: & p conſequens intellectus diuinus non ſemper fuiſſet in perfectione, quia tranſiſſet de cognitione partium ad cognitionē totius. Deſtruit conſequens, dicens. ſicut autem ipſa ſuijpſius intelligentia habet æterna: hoc eſt res æternas: omne, id eſt omni tempore, & non aliquando ſic, & aliquando non. & hæc eſt deſtructio conſequentis.

Quia iſta quęſtio. {commentum iſtud habet duas partes. Prima eſt expoſitiua textus. Secunda ibi {& ſic eſt in alijs intelligentiis} digreditur. & primam partem non legemus, ſed circa literam dubitando adducemus ſententias Auer. ad noſtrum propoſitum. Secundam partem paſſim legemus. Circa ergo literam emergunt quædam ambiguitates. & prima eſt circa conſequentiam Ariſto. videlicet ſi primus intellectus non ſit ſua intellectio, ſed potentia, tunc continuatio intellectionis eſſet ſibi laborioſa. Sed cõtra, quia motus non eſt ſubſtantia cœli, ſed cœlũ eſt potentia pura ad motum: & tamen motus non eſt violentus cœlo. Secundo, quia labor fit propter reſolutionem ſpirituum, vt dicit Auer. ſecundo cœli cõmento tertio. & tamen conſtat in Deo ſpiritus non ſolui. Tertio, quia rationalis anima poſt mortem non intelligit per ſuam ſubſtantiam, & tamē intellectionis continuatio nõ eſt ſibi laborioſa. Vltimo, omne enthymema tenet in virtute ſyllogiſmi. quid eſt ergo medium ſyllogiſmi præſentis: forte propter hæc, & alia. Expoſitor noſter, & alij latini videntur ad verba literæ tenere, qđ hæc conſequentia non ſit neceſſaria, ſed probabilis. Ipſe etiam Philoſophus hoc innuit, dicens rationabile: modo rationabile idem eſt, quod probabile: probabilitas tamen eſt ex hoc. quia vbi intellectus Dei ſit pura potentia, illa eſt contradictionis ad intelligere & oppoſitum intellectionis, & omnis talis eſt ab extrinſeco. & hoc videtur rationabile aliquo modo pro quanto deforis. Mihi videtur aliter cũ reuerētia tanti viri: vbi debes ſcire apud Auer. hic, quod Deum intelligere res extra poteſt accipi, vel ſimul, vel ſucceſſione. ſimul quidem, vt ſi intelligeret omnia intelligibilia vno, & ſimplici actu, & hoc modo intellectio non eſſet ei laborioſa, immo ſumme delectabilis, vt decimo ethicorum ſcribit Ariſt. Alio modo ſuceſſiue, ſcilicet nunc ſciendo vnum, & ignorando aliud, & procedēdo de ignorantia ad ſcientiam per media, vt nos diximus. & hoc modo ſi ipſe intelligeret res oportet habere ſenſus à quibus ſumeret phantaſmata repræſentantia nunc vnum, nunc aliud. Primo modo Ariſtoteles non arguit. Secundo modo conſequentia ſua eſt fortisſima. Sumatur ergo antecedens ſic, ſi Deus intelligeret inquantum eſt in potentia ad intelligibilia diuerſa ſuceſſiue, vt dixit Auer. intellectio eſſet cũ labore. Probatur, nam intellectio illa eſſet per concurſum ſenſuum, & ſenſus ſunt virtutes materiales. Ergo laborarent, vt in nobis videmus: nec dicit Ariſt. quod intellectio illa eſſet violenta, ſed quod continuatio intellectionis eſſet laborioſa quia eſſet cum reſolutione ſenſuum. Primum membrum non deſtruit, quia patet per alia dicta, & dicenda, ſcilicet quod ſi Deus intelligeret omnia ſimul, & ſubito, tũc in eo eſſet multitudo. Amplius perficeretur per vile. hoc modo inſtantiæ remotæ ſunt, vt patet intelligenti. Secunda dubitatio, vtrum in factiuis ſcientijs idem ſit res ſcita, & ſciētia. & videtur quod non. nam res ſcibilis eſt extra animam. ſcientia eſt in anima. Reſpondet, quod ſcibile poteſt accipi ſecundum quid eſſe, hoc eſt vt habet eſſe cognitum, hoc eſt abſtractum à materia, & ab indiuiduis, alio modo vt habet eſſe ſimpliciter, & hoc eſt eſſe extra animam.

Tunc dicendum, quod quantum ad eſſe, ſecundũ quid idem ſunt. nam domus vt habet rationem ſcibilis eſt res in anima, & vt ſic eſt ars domificatiua. ergo ſecundum quid idem ſunt. ſimpliciter vero ſunt diuerſa. ſed quia Deus, & ſecundum quid, & ſimpliciter ſeparatur à materia, ideo in eo, & ſcientia, & ſcibile omni modo ſunt idem. ſimili modo de ſcientia, & ſcibili in ſcientijs ſpeculatiuis dicendum. Tertia dubitatio videtur, quod illa conſequentia nulla ſit, videlicet Deus intelligit ſe vt compoſitum. ergo tranſmutatur. nam dicam quod intelligit ſimul totum. & partes vno actu. dicendum quod conſequentia Ariſto. ſaltem tenet de poſsibili. hoc modo Deus intelligit ſe vt compoſitum. ergo poteſt intelligere partes prius toto, tenet conſequētia: nam intellectus diuinus poteſt intelligere res, vt ſunt intelligibiles: ſed partes ſunt intelligibiles abſolute abſque intellectione totius. ergo poteſt intelligere partes non intellecto toto. & tunc vltra, ſed in ęternis poſſe, & eſſe ſunt ſimul. ergo de facto intelligit prius partes ipſo toto, & hæc eſt pulchra deductio.

Quarta dubitatio eſt, quomodo valet hæc conſequentia: Deus eſt ſimplex, & abſque materia. ergo intelligit ſe ſimplici intelligentia, & non compoſite. videtur enim, quod hæc conſequentia nulla ſit. nā tunc non poſſemus nos intelligere Deũ intellectione cõpoſita, quod falſum eſt. nā intelligimus ipſum, vt ens, & vt bonum, & talia. debes ſcire, quod aliter nos intelligimus Deum, & aliter Deus intelligit ſe. nam nos intelligimus Deum per attributa: modo attributa ſumũtur ab entibus cauſatis, quæ ſunt in materia, vt dixit Auer. ſupra cõmento trigeſimonono. & ſic Deus aliquo modo eſt in materia, pro quanto ſibi attributa ſumuntur ab entibus in materia: Deus vero vt intelligitur à ſe ſimpliciter, intelligitur & non per attributiones, & per conſequens non poteſt Deus formare propoſitiones de ſe, quia prædicatum, & ſubiectũ diſtinguuntur realiter. vt dixit Auer. ibidē. bene ergo arguit Ariſt. ſi Deus intelligeret ſe cõpoſite tunc eſſet in materia, quoniam tunc formaret de ſe propoſitiones. & omnis propoſitio habet ſubiectũ, & prædicatũ, & ſubiectum ſumitur à materia, & prędicatũ à forma. ſecus eſt de intellectione noſtra. nā nos intelligimus ipſum per attributionem & hanc deductionem pauci intelligunt. Quinto dubitatur circa conſequentiā vltimā. videtur. n. quod non ſequitur. ſ. quod Deus intelligat ſe in tempore, ſi ipſe eſt totum: dicēdum, quod totũ dum intelligitur rõne partium intelligitur. pars autē intātum inquantum per operationē ſumitur hoc autē fieri non poteſt, niſi in tempore. & ſic patet conſequētia multa. Dicit Auer. in his verbis parũ vtilia. Tu vero lege p te, & intelliges, ſi textũ intellexiſti {& ſic debet eſſe.} Hæc eſt ſecunda pars cõmenti, in qua Auer. digreditur, & declarat differentiā inter intellectionē intelligentiarum, & Dei, & remouet quęſtiones & primo colligit conuenientiā ſecũdo differentiā. dicit primo: & ſic debet eſſe in aliis intelligētijs abſtractis: hęc eſt conueniētia. ſ. qđ nulla intelligentiarũ & intelligit aliquid extra ſe, & qđ in eius intellectione nõ accidit labor.

labor. Dicit ſecundo. ſed primus eſt ſimplicior eorũ. & hæc eſt differentia, ſcilicet quod modo ſimpliciori intelligit primus rem intellectam. Tertio concludit corollarium. & hæc eſt ſecunda differentia. Vbi debes ſcire, quod aliquis intellectus poteſt eſſe multus in intelligẽdo, vel multiplicitate cognitorum, & hoc eſſet quando multa cognoſceret, vel multiplicitate modi cognoſcendi. & hoc eſſet quando intelligibile, & intelligens differunt. Eſt ergo differentia ſecunda hæc, quod intelligentia ſecunda nõ eſt multa multiplicitate modi cognoſcendi, quoniam in ea intellectus & intellectum ſunt vnum re, ſed bene multiplicitate intellectorum, quoniam intelligit multa, ſ. ſe, & omnes intelligentias ſuperiores. Deus vero eſt ſimplex dupliciter. primo quia non multa intelligit, quia ſolum ſe intelligit. ſecundo, quia intellectus, & intelligibile idem ſunt ſimpliciter in Deo. dicit, & ideo eſt vnũ ſimpliciter ſine aliqua multiplicitate, quia neq; propter alietatẽ intellectus, & intellecti: & hoc quantum ad modum cognoſcendi: neq; propter multitudinẽ intellectorum, & hoc quantum ad rem cognitam: propat hanc differẽtiam. & ſupponit quod multiplicitas cognitorum pendet ex modo cognoſcendi alio. Ex eo quia cognitum, & cognoſcens diſtinguũt realiter. & hoc patet. Ex hoc arguit ſi intellectus diuinus intelligit multa, tunc intellectus, & intellectum diſtinguunt realiter, conſequentia patet ex ſuppoſitione, & verba patent {& cum Themiſtius.} Narrat poſitionem Themiſtij, & reprobat illam. Themiſtius ergo voluit, quod poſsibile eſt, quod Deus intelligat multa, immo omnia entia mundi ſubito. Contra arguit Auerroes, quia declarauimus duo. ſ. quod Deus nihil aliud extra ſe intelligit, & per cõſequẽs non multa. & quod intellectus, & intellectum ſunt idem omnino {dicit enim.} Secũdo narrat motiuũ Themiſtij, quod Expoſitor magni facit. Arguit enim ſic, intelligit ſe eſſe principium aliorũ. Ergo intelligit alia: q̃m cognitio vnius relatiui pẽdet ex cognitione alterius correlatiui. Contra arguit, dicens, & oĩa iſta ſunt eius qui non intelligit demonſtrationem Ariſtotelis, & quaſi vult habere reſponſionem, & non expreſsit illam. vult tamen eam eſſe intellectam ex verbis Ariſt. Breuiter ergo dicendum, quod Deus intelligit ſe cognitione abſoluta, & non relatiua: & per conſequens non intelligit ſe eſſe principiũ, neq; principiatum, nec ſe ſub ratione aliqua {ſed tamen.} Contra hoc arguit: nam tunc Deus ignoraret ſe eſſe principium, & ignoraret hæc, & per conſequens eſſet ignorans, qđ Deo nefas eſt {& ideo} Reſpõdet, & primo narrat poſitionem quorundam. ſecundo reſpondet ſm veritatem. Quidam itaq; dixerunt, quod eo modo Deus ſcit ſe eſſe principium quomodo cauſat hæc. Eſt aũt cauſa horum vniuerſalis, & non particularis: & propterea hæc ſcit ſcientia vniuerſali, & non particulari, & per conſequẽs ſcit ſe eſſe principiũ vniuerſale, & nõ particulare: {& veritas eſt} R̃ndet ergo aliter, vbi debes ſcire qđ Deus eſt ens per eſſentiã, & reliqua ſunt entia participãdo Deũ. & propterea eſſe Dei eſt cauſa oĩum reliquorũ, & q̃m ſciẽtia, & eſſe in Deo ſunt idem, dicit ergo tria. Primũ qđ Deus ſcit, oĩa pro quanto ipſe eſt oĩa, ſicut calor eſt oĩa calida. Secũdo dicit, qđ ſcit oĩa ſciẽtia, quæ eſt cauſa rerum: nam ſcit oĩa per eſſentiã, ſed ſcientia eſt ſua eſſentia, & ſua eſſentia eſt cauſa rerum. ergo ſcĩa ſua eſt cauſa rerum. Dicit tertio, quod Deus non ignorat reliqua, q̃m aliquo modo ſcit illa ſciendo ens hoc eſt ſequi eſt totum ens. Ex his videtur cõcedere Auer. quod Deus ſcit oĩa non quidem per ſe, ſed ſciendo ſe, nam ipſe eſt oĩa {& ideo.} Concludit quędam corollaria. Primum eſt quod ſcĩa Dei, noſtra dicũtur æquiuocæ, nam ſua eſt cauſa, & noſtra eſt cauſata à rebus, nam ſua ſcientia eſt entis, vt ſimpliciter dicti. & tale eſt cauſa noſtræ ſcĩæ. debes ſcire, quod ſcĩa Dei eſt entis ſimpliciter, & eſt idẽ enti ſimpliciter. ſed ens ſimpliciter eſt cauſa ſcĩæ noſtræ, & ꝑ conſequens ſcientia Dei eſt cauſa ſcĩæ noſtræ {ſcĩa igitur}. Secũdum corollarium eſt, ꝙ ſcĩa Dei, nec eſt vniuerſalis, nec particularis, hoc eſt ꝙ ipſe nec ſcit hęc in vniuerſali, nec in particulari. primum probat, nam ſcire in vniuerſali eſt ſcire in potẽtia particularia: ſed in Deo nulla eſt potentia. ergo Deus non ſcit particularia in vniuerſali. nec ſcit particularia in particulari: nam particularia ſunt infinita, & infinita nõ cõtinentur in aliqua ſcientia, quãto minime in ſcĩa prima {ille igitur primus.} Ad formã quæſtionis reſpõdet, qđ Deus, nec ſcit ſcĩa noſtra, nec ignorat ſcĩa noſtra, nã contraria ſunt nata fieri circa idem, ſi ergo Deus nõ ſcit ſcĩa noſtra, vtpote vniuerſali, vel particulari, ergo nec tali ratione ignorabit. quare patet quod aliquid eſt ſciens, de quo ſcientia non dicitur, niſi æquiuoce vt Deus, ſcit. n. ipſe Deus, & tamen non dicitur ſciẽs, niſi æquiuocæ. in multis partibus libri deſtructio deſtructionum locuti ſumus de ſcientia Dei, & intelligentiarum, nec oportet nunc immorari, tamen pro preſenti declaratione. debes ſcire quod aliquid poteſt ſciri tribus modis. Vno modo in particulari, quomodo per ſenſum ſcimus particularia in materia ſignata. Secundo modo in vniuerſali, ſ. ſcientia confuſa, vt ſciens ſolem ſcit infinitos ſoles ſi eſſent, & hæc ſcientia eſt in potentia, & in actu, eſt potentia quidem reſpectu contentorum, & eſt in actu reſpectu ſui eſſentiæ, quia ipſa eſt aliqua perfectio. Tertio modo eſt cauſa. qui enim ſcit effectus in cauſa: ſcit effectus, ſed nec in particulari, quia cauſa non eſt materia effectus: & hoc modo videtur velle Auerroes quod Deus ſcit omnia pro quanto ſcit ens, hoc eſt eſſe, quod eſt cauſa omnium. & ſic ſua ſcĩa dicitur æquiuoce, quia nec eſt vniuerſalis, nec particularis, ſed cauſalis. Sed dices, Deus ſcit omnia cauſaliter. ergo ſcit omnia, vt termini relationis cauſæ ad illa, ergo omnia particulariter. & hoc erat argumentum Themiſtij, & Expoſitoris. Reſpondeo quod in effectu tot ſunt gradus, quot cauſæ ſunt. Deus ergo eſt cauſa omnium ſub ratione entis, & non ſub ratione talis entis, vt videtur Proclus ſentire, dum dicit. prima creaturarum eſt eſſe. & ſic cõcederem quod Deus ſcit omnia eo modo quo concurrit ad eſſe omnium, & quia concurrit ad eſſe omnium ſub ratione entis, ideo ſub ratione entis intelligit omnia, & hoc eſt intelligere omnia ſub ratione entis cauſæ, & non entis cauſati: nam ſic ſua ſcĩa eſſet vniuerſalis. tu vero lege dicta noſtra ibidem, & intelliges ſolutionem hãc. Debes ſcire pro intellectu omnium iſtorum, quod Auer. imaginatur, qđ Deus ſit formaliter entitas, vel ens formaliter: reliqua vero non ſunt entitas ens formaliter, ſed entia participatiue, quæ potius (vt ita loquar) dicuntur entalia, & per conſequens, ſicut caliditas per eſſentiam eſt formaliter calida, & reliqua ſunt calida participatiue propter calorẽ, ſic Deus eſt ens, & entitas formaliter, nos ve-

ro tales ipſo Deo participatiue. Ex his ſequuntur primo quod Deus ſciendo ſe ſcit omnia. quo modo qui ſcit formam ſcit participantia illam, vt qui ſcit caliditatem ſcit omnia calida. & perſpicuum eſt, quod qui ſcit per caliditatem omnia calida: non ſcit calida in vniuerſali, nec in particulari per illam formam. nam illa forma, nec eſt vniuerſalitas illorum, nec particularitas. Scit ergo omnia illa caliditate cauſaliter, pro quanto ſcit illa ſciendo cauſam, qua participando calida ſunt. Secundo ſequitur ꝙ Deus ſciendo ſe quieſcit, nec appetit ſcire hæc ſicut aliquis guſtaret ſaporem, in quo eſſent omnes bonitates omnium ſaporum, non appeteret guſtare alium ſaporem pręter illũ. & qm̃ Deus eſt tota veritas, & tota bonitas, in eo quod ſcit ſę, ſcit oĩa vera, & in eo quod fruitur eius bonitate, quæ eſt tota bonitas, non cupit frui alia bonitate. Tertio ſequitur, quod ipſe ſolus eſt perfecte beat⁹. nã intelligit verũ, in quo eſt tota veritas, & fruitur bonitate, in qua eſt ratio totius bonitatis: ergo eſt perfectiſsime beatus ſolũ in intelligendo ſe. ſed quantũ hæc contradicant theologiæ, & veritati: diximus, in libro deſtructio deſtructionum. & tu quære hæc, & diligenter lege, quia reperies multa, quibus nũc addere nõ poſſum (etſi plus expertus ſim) propter negotia.

Perſcrutandum autem eſt qualiter habet totius natura bonum, & optimum. utrum ſeparatum quid, & ipſum ſecundum ſe, aut ſecundum ordinem, aut utroq; modo ſicut exercitus. Etenim in ordine ipſum bene, et dux, et magis iſte. Non. n. iſte propter ordinem, ſed ille propter hunc eſt. Omnia uero coordinata ſunt aliqualiter, ſed non ſimiliter, & natatilia, & uolatilia, & plantæ, & non ſic ſe habent, ut non ſit alteri ad alterum nihil, ſed eſt aliquid. Ad unum quidem. n. omnia coordinata ſunt. ſed quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere, ſed omnia, uel plura ordinata ſunt. Seruis uero, et beſtiis parum quod ad commune. Multum uero quod contingit. Tale nãque principium cuiuſque ipſorum natura eſt. Dico autem puta ad diſcerni neceſſe quoq; omnibus uenire. Et alia ſunt ſic, quibus communicant ad totum.

Oſtendit quod primus motor ſit primus, ſ. effectiuus, & primum intelligibile. & quia accepit ipſum eſſe primum appetibile, & non declarauit quõ, nunc vult exponere quõ. Et debes ſcire, quod bonum eſt duplex. ſ. bonum ordine, quod pro tanto bonum eſt pro quanto participat ratione finis. & bonum fine, & hoc dicitur optimum. finis. n. vult eſſe vltimum, & per conſequens optimum. & propterea quærit Philoſophus & dicit. Perſcrutandum eſt aũt qualiter totius natura, hoc eſt mundus habet bonum. ſ. quantũ ad ordinem, & optimum. ſ. quantum ad finem vocatur mundus natura totius, qm̃ eſt omnia entia, & dicitur propter hoc vniuerſum. Deinde explicat quæſtionem. dicens vtrum ſeparatum quid & ipſum per ſe. & hoc quantum ad finem, & ad optimũ, aut ſm ordinẽ, & hoc quantũ ad bonum ordinis. & hæc eſt quęſtio. Debes ſcire, quod differentia eſt inter bonũ ordine, & finem. nam bonum ordine eget aliquo, aliquo modo ad quod ordinẽtur cuncta illius ordinis. ſed finis eſt id ad quod cuncta tendunt: & propterea finem vocat ſeparatum quid, & ipſum per ſe {aut vtroq; modo} Soluit quęſtionem, & vult, quod quẽadmodum in exercitu eſt duplex bonitas. ſ. ordo, & dux; ſic & in vniuerſo. Ordo in exercitu eſt bonum quoddam, & ipſum milites enitunť ſeruare. & dux eſt optimũ, quia ad ipſum eſt ordo, & milites. dicit, aut vtroq; modo, ſicut exercitus. etenim in ordine. ſ. exercitus eſt ipſum bene, &. ſ. in exercitu eſt dux, cui debetur ratio optimi, quia appellauit ordinẽ bonũ. & finẽ ſeparatũ, & per ſe optimum. oñdit per ſimile hoc eſſe bene dictũ, & dicit. & magis iſte. ſ. dux eſt, quã ordo. ſubdit cauſam, dicens: non. n. iſte eſt propter ordinẽ, princeps. n. exercitus eſt ſupra ordinẽ, ſed ille. ſ. ordo eſt propter hunc. ſ. ducem. Ex his ſequitur quod bonum ordinis ſubordinatur fini, & per conſequens ordo dicitur bonum, & finis optimum dici debet. qm̃ eſt ſui gratia, & bonum ordinis gratia eius {oĩa vero} Remouet dubium. nam poſſet quis dicere ordo eſt in eis, quæ ſpecie differunt, genere vero conueniunt. ſed mundi partes, & ſpecie, & genere differunt, ergo non coordinantur, & ſic Philoſophus ſupponit falſum. vř reſpondere, quod duplex eſt ordo. ſ. vniuocus, qualis eſt in animalis ſpeciebus, & analogus, ſeu proportionis, vt eſt in his, quæ ſic ſe habent ꝙ priora ſunt vtilia poſterioribus: & tandem oĩa ſunt ad vnũ. vult ergo ꝙ mundi partes habeant ordinẽ ſecundo modo. nã vult ꝙ vna pars mundi eſt vtilis alteri: & tandẽ reducuntur ad vnum communẽ oĩbus finẽ. dicit, oĩa vero coordinata ſunt aliqualiter. ſ. analogice, & proportionaliter, ſed non ſimiliter. ſ. ſm ſpeciem ſunt ordinata, vt natatilia, & volatilia, & plantæ, & non ſic tñ ſe habent, vt non ſit alterum ad alterum nihil, ſed alterum alteri eſt aliquid. nam ad vnum quidẽ omnia coordinata ſunt. Eſt ergo iſte ordo, quod plantę ſunt animaliũ gratia, & animalia propter homines, & homines propter corpora cœleſtia, & oĩa tandem gratia primi entis in natura optimi. & ſic partes mundi non habent ordinẽ vniuocũ, ſed ordinẽ proportionis {ſed quemadmodũ} Declarat idẽ ſecundo exemplo. ſ. accepto à domo. vbi debes ſcire, quod in domo ſunt paterfamilias, liberi, ſerui, & beſtię, & poſſeſsiones, vt Ariſt. declarat in Oeconomicis. & iſti omnes agũt bonum domus, & optimum domus. bonum domus eſt ordo agibilium, optimũ eſt voluntas patris familiæ, liberi, & pater ambo participant, eo quod optimum: pater quidem, quia ipſe eſt optimum, quia dat ordinem. filius vero quia propinquus patri, & per conſequens aliquo modo dat ordinem, & recipit ordinẽ. Nam liber magis accedit ad voluntatẽ patris. ſerui, & beſtię participant bono ordinis. nã ſolũ ordinantur, licet ſerui beſtias ordinent, & beſtiæ agrum. ſic in vniuerſo ſubæ ſeparatæ, & Deus valde participant optimo. Deus quidẽ, quia ipſe eſt optimũ: ſubæ vero ſeparatæ, quia vicinæ optimo. res vero generabiles multũ participãt bonũ ordinis, & parũ bono optimo, quia ſunt elongatæ. hæc eſt perfecta declaratio. ſicut ergo in domo paterfamilias eſt ordinans tantum, & ſerui, & beſtiæ, & poſſeſsiones ordinatę tñ: liberi vero ordinantes vno modo, & ordinati alio modo: ſic & in toto mundo eſt Deus optimũ, qui ordinat: & gñabilia ordinata tñ, & intelligentiæ, quæ quidẽ, vt liberi ſunt vno modo ordinantes, alio modo ordinatę. dicit: ſed quemadmodum in domo liberis non licet quod cõtingit facere, hoc eſt parũ participãt bono ordinis, qa ſunt in loco partis: ſed oĩa, vel plura ordinata ſunt ſubaudi, quę liberi faciunt: & per conſequens in poſſe eorum videtur eſſe ordo pro quãto vicini ſunt patri. propterea liberi videnť imperare ſeruis ĩ loco patris: ſeruis

ſeruis vero,& beſtiis videtur eſſe parum quod commune.i. parũ participãt optimo quod eſt commune patri,& liberis: multum vero participat eo quod contingit, hoc eſt bono ordinis, quia ipſi non habent, niſi ordinata ſibi facere,& parum imperant, ſcilicet niſi beſtiis. Debes ſcire, quod bonum ordinis dicitur qđ contingit, quoniam poteſt variari,& eſt, in poteſtate patris,& aliquo modo in poſſe filiorum. & huic ſubaudiendum eſt, ꝙ eodem modo eſt in vniuerſi partibus. nam ſunt quædam partes multum participantes optimo,& quædam parum. huius ergo ſubaudiendi reddit cauſam.d. tale nãque principium vniuſcuiuſq; eorum eſt natura: ergo res mundi videntur participare ordine propter eorum naturas, quæ ſunt principia exequendi ordinem,& ideo res mundi, licet non intelligãt. faciunt operationes ordine, quoniam diriguntur ab optimo, vt dicit Themiſtius{dico autem} Exponit quid eſt illud quo omnia participãt,& quæ ſint ea quæ participant eo quod optimum, & vult quod omnia mundi entia participant differentia, hoc eſt ordine qui conſiſtit in differẽtia poſterioris ad prius. talem enim ordinem habent omnia per ſe, licet Deus parum: ſed quædam ſunt quæ participant quodam optimo, quod eſt ſupra ordinem dicit. dico autẽ vtpote bonum ordine, quantum ad diſcerni,& diſtingui: neceſſe eſt quoq; omnibus venire,& accidere tale bonum. ergo bono ordinis omnia participant,& alia ſunt ſic, quibus omnia ad totum communicant, vt ſunt corpora cœleſtia. hæc.n. omnia cum vniuerſi duce participant optimo ad totum vniuerſum perficiẽdum. ſunt.n. intelligentiæ ſimiles liberis,& mundi entia ſimilia ſeruis,& beſtiis:& propterea intelligentię participant eo optimo, quo primus.& parum participant ordine. hæc vero multo ordine,& parũ optimo participant.

Cõm.52. Ipſa eſt tertia} Commentum habet duas partes: altera quidem eſt tantum expoſitiua textus: altera vero digreditur aliqualiter: & prima quidem ſatis nota eſt per ea, quæ nos diximus in noſtra expoſitione. deinde ibi{& ſciendum eſt} Digreditur,& videtur primo colligere poſitionem Ariſt.& dicit.& ſciendum eſt quod hæc eſt ſententia Ariſt. in ſolicitudine,& per ipſam ſoluuntur omnes quæſtiones tangentes ſolicitudinem. Debes ſcire quod ex verbis Ariſt. colligi poteſt, quod Deus habet ſolicitudinem,& quod non habet. habet enim ſolicitudinem pro quanto ipſe eſt, quaſi cauſa omnium,& ordinans cuncta, ſed non habet curam particularium. quia igitur Ariſtoteles dixit Deum eſſe cauſam ordinis:& nihil eſt cauſa ordinis, niſi cognoſcat ordinata:& per conſequens Deus habet ſolicitudinem pro quanto ordinat{ ſint enim quidam} Narrat nunc poſitionem quorundam. quidam enim volunt Deum omnia ſcire, & particulariter,& vniuerſaliter.& huius cauſa eſt, quia ſapiens nõ debet prætermittere aliquid abſq; ſolicitudine. dicũt ſecundo, quod omnes, actiones Dei ſunt iuſtæ,& per conſequens non facit malum, quia malum non eſt ens.& hæc eſt poſitio noſtra, & vera. alia poſitio eſt Epicureorum: nolunt.n. quod Deus non creet hæc, qm̃ hæc multa mala ſunt, quæ ſapiens dimittere debet: ergo iſti ſunt in extremo contradictorio ad illos. nam iſti nolunt quod nulla ſit ſolicitudo omnino{& veritas} Reſpõdet Auer.& vult quod veritas ſit quod ſolicitudo ſit eo modo quo dixit,& probat. nam ſi res eſſẽt ſine ſolicitudine, eſſent à caſu,& extra intẽtionẽ agentis, ſed per ſe, & ex neceſsitate materiæ. Vltimo narrat propter hoc argumentum poſitionem Pythagoricorum. Pythagorici.n. videntes multa mala eſſe in rerum natura,& multa bona, cogũtur dicere duos deos eſſe, quorum vnus bona, alter mala creet. Debes ſcire, quod Pythagorici decipiuntur, nam nullũ malum eſt, & illa mala, quæ ipſi reputant dicuntur mala, ſecundum quid, vt reſpectu vnius, & bona reſpectu alterius:& propterea malum ſimpliciter nihil eſt: non ergo valet ponere duos deos.

Quæcunq; impoſsibilia accidunt, aut abſurda: aliter dicentibus. Et qualia gratioſus dicentes, & in quibus minime dubitationes oportet non latere. omnes.n. ex cõtrariis faciunt omnia, neq; autem omnia, neq; ex quod contrariis recte, nec in quibuſcunq; contraria exiſtunt: quõ ex contrariis erunt non dicunt. Impoſsibilia.n. ſunt contraria ad inuicem. Nobis autem ſoluitur hoc rationabiliter, eo quod tertium aliquid ſit. Alij uero alterum contrariorum: materiam faciunt: quemadmodum quid inæquale æquali, aut uni multa. Soluitur autem, & hoc eodem modo: materia enim quæ una, nulli eſt contraria.

Auerroes,& expoſitor conueniunt. nam vterque vult Ariſt. hic enarrare poſitionem antiquorum,& eã cõfutare. Auer. dicit Ariſt. hoc fateri, vt oſtendat poſitionem eius eſſe magis rationabilem: quia per ipſam ſoluuntur omnes quæſtiones, non ſic poſitiones antiquorũ ſunt. & textus bene,& docte declaratur ab Expoſitore. nec poteſt addi,& cõmentũ ſimiliter patet. Cõm.53.

Amplius omnia praui participatione ſunt extra unũ: nam malum ipſum alterum elementorum. Alij autem nec principia bonum, & malum quãuis in omnibus maxime quod bonum principium. Alij uero hoc quidem recte, quia principium. Sed quomodo bonum principium non dicunt. utrum ut finis aut ut mouens aut ut ſpecies. Inconuenienter autem & Empedocles, amicitiam.n. bonum facit, hoc autem principium & ut mouens. Congregat.n. & ut materia: pars.n. mixturæ. Si Itaq; & eidem accidit ut materiæ. & principium eſſe & ut mouenti, ſed eſſe non idem ſecundum quod duorum igitur amicitia. Inconueniens autẽ & incorruptibilem eſſe litẽ. ſed hoc ipſum eſt mali natura.

Quia quidam dixerunt duo.ſ. quod omnia fiant ex contrariis. quod prima genera contrariorum ſunt duo.ſ. bonum & malum, & contradixit his in textu præcedenti, nunc arguit contra eoſdem,& vtitur enthymemate hoc modo, ſi omnia eſſent ex contrariis, ergo omnia participarent malo. quæ conſequentia patet. nam alterum elementorum eſt malum & alterum eſt bonum, ergo omnia participarent malo excepto vno.ſ. bono. nam bonum eſt contrarium ipſi malo. dicit. Amplius omnia praui, id eſt mali participationem eſſent præter vnum ſcilicet bonum hoc eſt enthymema{Alij autem} Narrat poſitiones aliorum vt oſtendat quod pręd ictæ poſitiones ſunt remote ab omnibus & dicit. alij autem nec principia bonum & malum ſcilicet dicunt quãuis in omnibus maxime quod bonum eſt dicant eſſe principium. Eſt ergo ſecunda poſitio quod bonum eſt pręcipue principium & non malum { Sed quomodo } Contra hoc etiam

oſtendit eorum diminutionem, dicit. Sed quomodo bonum ſit principium non dicunt vtrum ſcilicet finis aut vt mouens aut vt ſpecies hoc eſt forma. & ſic iſti videntur manci & diminuti {Inconuenienter autem } Nunc ſpecialiter narrat Empedoclis poſitionem. Vbi debes ſcire quod Empedocles opinatur amicitiam eſſe principium & eſſe bonum, & quod amicitia ſit principium duplici ratione ſcilicet vt agens & vt materia. vt agens quidem, quoniam congregat modo congregare eſt actus agentis. vt materia uere, quia eſt pars mixti. nam mixtum apud ipſum fit ex quatuor elementis & lite & amicitia: modo eſſe partem eſt conditio materiæ dicit. Inconuenienter autem & Empedocles ſubaudi dicit. amicitiam enim facit bonum. hoc autem principium facit dupliciter & vt mouens. congregat enim & vt materia. pars enim eſt mixturæ ipſa amicitia {ſi itaq;} Contra arguit, nã non videtur quod idem poſsit eſſe agens & materia ſecundum eandem rationem. ergo oportet amicitiã eſſe alterum ſub altera ratione. Vtrum ergo amicitia ſit vt materia magis an vt agens. quomodo enim non ſit poſsibile vt materia ſit ſecundum eandem rationem vtrunq;, quod ergo duorum magis erit. dicit ſi itaq; & eidem accidit vt materiæ eſſe & principium & vt mouenti etiam accidat eſſe principium. igitur ſecundum quod duorum amicitia ſit, vtrum ſub ratione materiæ magis an ſub ratione agentis { Inconueniens autem} Secundo arguit contra Empedoclem. nam ipſe ponit litem eſſe incorruptibilem & ipſam eſſe principium, vt natura mali. litem ergo eſſe incorruptibilem & eſſe principium, vt malum natura eſt inconueniens, dicit. Inconueniẽs autẽ & incorruptibilem eſſe litem, ſed hoc ipſum eſt mali natura. modo hæc duo ponere videtur inconueniens. Commento 54. eſt clarum.

Anaxagoras autem ut mouens quod bonum principiũ. intellectus, ſed gratia alicuius mouet, quare alterum. excepto ut nos dicimus. nam medicatiua eſt ſanitas quodam modo. Inconueniens autem & contrarium non facere bono & intellectui.

Specialiter ſecundo oppoſitionem Anaxagoræ declarat. Anaxagoras ergo ponit quod bonum ſit principium & vtitur ſyllogiſmo in tertia figura. nam intellectus eſt principium & intellectus eſt bonum. ergo bonum eſt principium. hæc eſt poſitio Anaxagoræ contra quem intellectus mouet alicuius gratia. ergo oportet dari aliquod alterum ab intellectu primo. cuius gratia primus intellectus mouet. Reſpondet pro Anaxagora, quod forte intelligit vt nos intelligimus ſcilicet quod in ſeparatis à materia, idem eſt & finis & agens, vt ſanitas in mente videtur eſſe ipſa res medicatiua quodammodo, ergo primus intellectus erit primum agens, & primus finis, prò quanto ſui gratia mouet. Secundo arguit contra Anaxagorã, nam communis opinio dicit quod cõtraria ſunt omnium principia. ergo videtur inconueniens bono & intellectui non facere contraria. nam intellectus & bnnum ſunt de numero entium, & communis opinio ponit contraria eſſe principia omnium. Sed hæc inſtantia parum valet contra Anaxagoram, ſed tenet hypothetice ſcilicet ſi opinio cõmunis ſit vera ſcilicet quod omnia ſint ex contrariis Ariſtoteles autem non vult Anaxagoræ contradicere. nam ipſe fuit plus propinquus vero omnibus aliis. verba textus patent.

Omnes aũt contraria dicentes non utuntur contrariis, niſi figuret aliquis. & quare hæc quidẽ corruptibilia, hæc aũt incorruptibilia nullus dicit. omnia nãque entia faciunt ex iiſdem principiis. Amplius aũt alij quidã ex non ente faciunt entia. Alij aũt niſi hoc cogatur unũ oĩa faciunt, Amplius propter quid ſemper erit generatio, & quæ eſt cauſa generationis nullus dicit. Et duo principia facientibus, aliud neceſſe primum principalius eſſe, & his qui ſpecies, quia aliud principium principalius. propter quid enim participauit uel participat, & aliis quidem neceſſe ſapientiæ & honoratiſsimæ ſcientiæ aliquid contrarium eſſe, nobis autem non. non enim eſt contrarium primo nihil. nam omnia contraria materiam habent, & hæc potentia ſunt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. primo uero contrarium nihil. Amplius ſi non erunt præter ſenſibilia alia. non eſt principium & ordo & generatio & cœleſtia, ſed ſemper principij principium, ut Theologis & Phyſicis omnibus. Si autem erunt ſpecies aut numeri nullius cauſæ. ſi autem non, neque motus. Adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo & continuum? non enim numerus facit continuum nec ut mouens nec ut ſpecies. At uero nullum erit contrariorum quod quidem & motiuum & factiuum. Continget enim utiq; non eſſe. At uero poſterius quidem ipſum facere potentia. non ergo ſempiterna ſunt entia, ſed ſunt. Inter medium igitur eſt aliquid horum. hoc autem ut dictum eſt. Adhuc autem quomodo numeri unum aut anima aut corpus & ſpecies totaliter, & res. nihil dicet nullus, nec continget dicere ſi non, ut nos, dicat, quod mouens facit. Dicentes autem numerum primum mathemeticum, & ſic ſemper aliam habitam ſubſtantiam & principia cuiuslibet, alia in connexam ipſius uniuerſi ſubſtantiam faciunt. nihil enim alia alij confert aut ens aut non ens & principia multa. Entia uero nolunt male diſponi, nec bonum plures principes, unus ergo princeps.

Iſti textui non habemus commentum. Expoſitor tamen optime & per egregie textum hunc exponit. Tamen videtur mihi quod prima pars ſatis patet. In ea enim complet confutationem prædictarum poſitionum {Amplius ſi non erunt} Hæc eſt ſecunda pars vbi contradicit Herculeis qui ſubſtãtias ſeparatas deſpexerunt, & ſolum ſenſibilia acceperunt. Contra hos ergo arguit enthymematice ſic, ſi nullæ eſſent ſubſtantiæ præter ſenſibilia, tunc nec eſſet principium hoc eſt Deus nec ordo, nec generatio, nec cœleſtia, ſed ſemper principij erit principium. vt Theologis & Philoſophicis videbatur. Sed videtur in hoc enthymemate quæſtio nam ſi non ſit generatio, non erit principij principium. & per ipſum eſt principij principium: ergo contradictio. dicendum quod ex propoſitione impoſsibili ſequuntur apud Philoſophum contradictoria. nam falſum impoſsibile eſt illud quo poſito ſequitur contradictio. hęc propoſitio nihil eſt præter ſenſibilia, eſt propoſitio falſa impoſsibilis. & propterea ſequitur vtrunque ſcilicet quod non ſit generatio principij ex principio, & quod ſit generatio principij ex principio, vt facile quis deducere poteſt {Si autem erunt } Hæc eſt tertia pars textus, in qua Ariſtoteles tangit Platonem. Plato ergo poſuit

duplex

duplex genus entium ſeparatorum vt idearum & numerorum. Contra hoc arguit Ariſtoteles multipliciter. Primo, quia ſi hæc eſſent vel nullius eſſent cauſæ, vel ſaltem motus non eſſent cauſæ, quia abſtrahunt à motu. dicit, Si autem erunt ſpecies aut numeri, nullius cauſæ ſcilicet erunt. Sed ſi erunt, non erunt ipſius motus quia abſtrahunt ab eo {Adhuc} Secundo arguit, ex non corpore non fit corpus, ſed idea & numerus ſunt non corpora, ergo ex idea & numero non fit corpus continuum & magnitudo, dicit adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo & continuum. non enim numerus facit continuum hoc eſt corpus, nec vt mouens & agens, nec vt ſpecies hoc eſt forma {At vero} Tertio arguit ſi idea & numerus ſunt principia, tunc nullum contrariorum erit principium, nam numero nihil eſt contrarium, nec ideæ aliquid tale contrariatur. & ſi nullum principiorum ſit contrarium. ergo generatio non eſt, quoniam generatio eſt ex contrario in contrarium, & ſi generatio non eſt entia non erunt ſempiterna, nec ſecundum ſpeciem nec ſecundum indiuiduum. ſed nos videmus entia eſſe ſempiterna, ergo eſt aliquod intermedium vt nos diximus. dicit at vero quod quidem & factiuum & motiuum nullum erit de numero contrariorum. nihil enim numero vel ideæ cõtrariatur. nam contingeret ſcilicet ideam vel numerum non eſſe. omne enim habens contrarium poteſt non eſſe, ſed ſcilicet ſi haberet contrarium contingeret ipſum contrarium quidem nobilius & prius facere ſuum contrarium. propterea nam calidum facit frigidum in potentia & è conuerſo. & ſic ſi idea vel numerus haberet contrarium, contingeret non eſſe quoniam illud contrarium faceret hæc potentia, vel hæc facerent illud. non ergo ſempiterna ſunt entia, nec ſcilicet ſecundum ſpeciem nec ſecundum indiuiduum. deſtruit hoc conſequens dicit. ſed ſunt ſcilicet entia ſempiterna. Igitur intermedium eſt aliquod horum quod quidem non eſt contrarium, ſed medium vt materia. hoc autem vt dictum eſt. {Adhuc autem} Quarto arguit, ſi numeri vel ideæ cauſæ ſunt, quomodo erunt cauſa veritatis vel animæ, vel corporis, vel ſpecierum, vel rerum. nullus quidem dicit quomodo niſi dicatur, vt dixit in octauo huius quod res eſt vna propter agens. dicit adhuc autem quomodo ſi numeri vnum ſupple erit anima aut corpus, aut ſpecies omnino & res quæcunque ſit illa. nullus enim quicquam dicit nec contingeret dicere niſi dicat vt nos diximus ſcilicet quod mouens facit rem eſſe vnum {Dicentes} Hæc eſt vltima pars textus in qua refert poſitionẽ Pythagoricorum vbi debes ſcire quod Pythagorici poſuerunt ordinem entium & ordinem principiorum reſpondentium illi ordini entium. poſuerunt enim primum entium numerum poſt numerum magnitudinem, poſt hanc animas, poſt has ſenſibilia. & ſic dixerunt principium numeri eſſe tantum numeri, & poſt principium numeri ponunt principium magnitudinis. & poſt hoc principium animarum, & poſt hoc principium ſenſibilium. nec ponunt vnum principiorum ex alio dependere. Sed alterum ſeipſo eſſe per ſe. Contra hoc arguit Ariſtote. nam tunc vniuerſi ſubſtantia erit inconnexa, ita quod nulla pars conferret ad aliam, ſiue ſit, ſiue non ſit dicit. dicentes autem numerum primum mathematici. & ſic ſemper aliam habitã ſcilicet conſequentem ſubſtantiam & dicentes principia cuiuſlibet de per ſe alia vt numerorum, aliud & magnitudinum, & aliud &c. Inconnexam ipſius vniuerſi faciũt ſubſtantiam. nam nihil aliud ſcilicet principium, alij ſcilicet principio conferret ſiue exiſtens ſit, ſiue non exiſtens, & erunt principia multa inuicem impermixta. hæc eſt prima obiectio. Secundo arguit, ſi plura eſſent principia diuerſa nullum habentia ordinem ad vnum primum, entia male gubernarentur. nam plures principes mali ſunt: vnus ergo princeps. dicit entia vero nolunt male diſponi, hoc eſt gubernari. nec bonum plures principes, vnus ergo princeps. & ſic poſitio hæc quæ negant principiorum dependentiam videtur erronea. De vnitate primi aliqua perſtringamus. nã Ariſtoteles in vltimo ſeruauit. Et licet etiam plura principia ſimpliciter non ſit ab humana mente excogitabile. ſitque reſponendum inter poſitiones ac animi primas propoſitiones, tamen quia Empedocles & Pythagoras pluralitatem Deorum ac primorum non tantum conceſſerunt, immo tanquam numerum contempſerunt, ducimur quædam & valde pauca pertractare. vbi animaduertẽdum quod recentiores enituntur vnitatem primi perſuadere quinq; petionibus acceptis, quæ quinque ſunt tantum creditæ & non per ſe notæ, & ita cogũtur rem per ſe notam facere vix probabilem, quapropter rationibus eorum eiectis duas Ariſtotelis rationes quas in hoc .12. innuit formare enitar, deinde alijs acceptis alijs è locis eiuſdem Philoſophi. Prima accipitur textu commenti. 49. quæ poteſt ſic formari. Si eſſent plura prima ſimpliciter, vel eſſent æquæ perfecta, vel vnum eſſet altero perfectius. Si vnũ altero perfectius, vnum eſſet primum ſimpliciter. Nam primum ſimpliciter id volunt & Theologi & Philoſophi in quo omnis perfectio continetur, & quo nihil eſt perfectius. quare vnum tantum erit. Si vero plura æque perfecta, tũc erunt eiuſdem ſpeciei & plura numero. nam indiuidua eiuſdem ſpeciei ea ipſa ſunt, quæ quidem plura ſunt & eiuſdem eſſentialis perfectionis, quæ autem ſunt plura numero, oportet eſſe talia vel propter materiam principaliter, vel propter materiam concomitatiue, & omnia talia ſunt corruptibilia vel ſaltem contingentia vt concedunt omnes. Secunda via accipitur ab Ariſtotele hic quando inquit, entia nolunt male diſponi, quæ licet ſit quaſi rhetorica ratio, & accepta ab Homero, tamen poteſt reduci ad demonſtrationem hoc modo. Si plura prima principia ſimpliciter eſſent, vel vnus & idem effectus eſſet bis vel ſimul tempore geminus. Conſequentia facile deducitur, quia effectus quæ vnum eorum producit, vel poteſt ab alio produci vel non. ſi non poteſt, tunc tantum vnum eſſet primum ſimpliciter, illud videlicet quod poteſt omnia producere. Si autem poteſt, vt videlicet cœli motum primum, tunc vel duo eſſent primi motus ſucceſsiue producti vel geminus quod repugnat intellectui intelligere. & propterea ait, entia nolle male diſponi, & quod pluralitas principium mala eſt, quia videlicet eſſet rerum confuſio, & gemina rerum explicatio vel ſucceſsiua. Idem poteſt ſuaderi & fortaſſe demonſtrari, ex eo quia primum principium & ſimpliciter eſt prima forma, primus finis, & primum mouens. vbi enim eſſent plura prima prin

cipia ſimpliciter, eſſent plures primæ formæ, plures primi fines, plura prima mouentia. igitur plura prima formata, plura prima mota, pluraque ordinata in finem. & ſic omnium & ſingularum rerum duo eiuſdem perfectionis & naturæ vt duo Socrates, duo Platones, & duo Ariſtoteles. Hæc ratio ab Ariſtotele & Auerroe colligitur primo cœli textu commenti. 90. &. 92. & tu quære dicta noſtra ibidem. Ex his & alijs plurimis patet vnum eſſe primum principium ſimpliciter, quem vulgares Græcorum primum Deum vocant, Cui ſit honor & gloria horum noſtrorum laborum.

FINIS.

Series Chartarum.

⁎ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz,

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes terniones præter Ddd, qui eſt duernus. & ⁎ ſimplex.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
M. D. LIX.

DILVCIDARIVM

AVGVSTINI NIPHI

Sueſſani Philoſophi ſolertiſsimi

METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM,
in Ariſtotelis Decem & quatuor Libros Metaphyſicorum,

EX ARIST. ET AVERROIS, GRAECORVM'QVE AC LATInorum archanis, ac interpretatione perquàm doctè, diligentiſsimeq; ab auctore abſolutum, & nunc maxima diligentia recognitum:

HIS DEMVM OMNIBVS, PRO STVDIOSIS, AD QVAE'QVE ſcitu digna inuenienda, Index diſputationum nuper additus eſt:

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO LEGENTI PATEBIT.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.

MDLIX.

Minerva GmbH, Frankfurt/Main
Unveränderter-Nachdruck 1967


AVGVSTINVS SVESSANVS PHILOSOPHVS

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI

METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM,
dilucidarium ſuper Primum Librum Metaphyſicorum

AD EXCELLENTISSIMVM ATQVE MAGNANIMVM
Comitem Seueritanum Andream Carapham literarum communem protectorem.

PRAEFATIO.

ROBERTVS Secundus Sanſeuerinus Andrea Carapha Comes magnanime Salernitanus Princeps, qui pro incredibili erga literarum ſtudia propenſione magno cũ literatorũ dolore ac iactura, nuper è vita diſceſsit. Alta quadam mente conceperat Salerni egregiam conſtituere Achademiam, Salernitanumq; gymnaſium olim celeberrimum, nõ modo in antiquam reſtituere nobilitatem, ſed elegantiores, melioresq; litteras, tum Græcas, tum Latinas introducere. Quam ad rẽ magnanimo ſane Principe dignam, Aldum Manutium Romanum, bonarum literarum reparatorem, Venetijs aduocare decreuerat. Itaq; cũ philoſophiæ ſtudia in primis ſtabilire curaret, me inter priuatos lares, ob turbationes horum miſerorum temporum, in patria philoſophãtem, ad id munus miro cũ deſiderio arceſsiuit. Cumq; legendi munus exequerer, & hæc noſtra eius animum: mirum immodum oblectarent, iuſsit etiam vt omnes Ariſt. libros dilucidarem, & medius fidius non iniuria, nam qui ante nos expoſitores ſcripſerunt. non vna exponendi ratione profecti ſunt. Alij namq; cauillis omni ex parte immerſi illos cauilloſe atq; ſophyſticæ interpretantur. Alij varijs opinionibus addicti, præcepta illa Ariſto. diuina pœnitus varie commentantur, quod non ſine admiratione eſt, in vno omnium auctore clariſsimo tot differentias adinuenire, qua ex re decreuimus & oẽs Ariſt. libros, & ea cuncta, quæ confuſe noſtris in cõmentationibus diximus, nunc dilucidare. Librum ergo omnium curioſiſſimum communiſsimum, præ cæterisq; fertiliſsimum, Metaphyſices, videlicet, enucleare dilucidareq; ſtatuimus. Erit enim Ariſtotelis libri, & eorum quæ in naturalibus ſcripſimus, ſummum quoddam dilucidariũ. Verum illud ſilentio tranſeundum non puto quàm plures ante nos claruiſſe viros, qui ſummo ſtudio Metaphyſicis incubuere diſputationibus, Græcorum tamen & Arabum legimus neminem, qui hac in ſcientia diſputatiue inceſſerit niſi Auerroem, qui aduerſus Algazelẽ: Metaphyſicas edidit diſputationes. Alexãder.n. Aphrodiſieus bonum egit expoſitorem, Auic. more boni paraphraſtici. Auer. autem contra Algazelem & diſputatiue hac in ſcientia proceſsit, & vt peripateticis ſatisfaceret, etiam more Commentatoris. At latinorum omne genus ſcriptorum euoluimus, exponendi quidem munus noſter Thomas Aquinas præcipue abſoluit. diſputandi vero quod ad mentem Peripateticorum tecuſe credidit Ioannes Gandauenſis. Alber. cognomento Magnus partim paraphraſtice: partim diſputatiue fertur, cæteri quoq; recentiores Metaphyſici, quorumq; princeps nũc eſt Ioannes Scotus, arbitrati ſunt hoc diſputandi genus acutius attigiſſe: pro bonorum peripateticorum dilucidatione Metaphyſicas diſputationes compoſuimus, in quibus ijs occurremus omnibus qui à peripateticorum mente deuiarunt, mentem ipſorum veram dilucidando. vnde hic nos dilucidatores ſumus dilucidatoresq; volumus appellari. Librum quoque noſtrum dilucidarium quatenus in omnibus quæſitis opinionem peripateticorum dilucidamus necnon & multa quæ in phyſicis commentationibus minus lucide ſcripſimus. Verum cum ingenijs humanis ſit tanta inueniendi veri cura & ardor vt perſæpe huius deſiderij cauſa nullis parcamus auctoribus, nec ipſis etiam præceptoribus quibus maxime debemus, non potui ipſe etiam veritatis amore calamum temperare quin ꝙ ſentirem eodem modo ſcriberem, & nonnullos carperem, qui carpendi iure viderentur. In quibus quidem ſunt pleriq; quorũ auctoritas ſuperioribus ſeculis permagna fuit, & adhuc viget etiam pœne in vniuerſa Europa, quorum ab opinione diſſentire nefas pleriq; putant. Hanc igitur ob cauſam operis huius æditionem ante ſupremum vitæ diem minime facere deſtinauerã, ſed cum tu vir clariſsime ac ſapientiſsime Andrea, virtute & auctoritate apud omnes noſtro in regno valeas, cuius voluntati non parere, non minus nefarium quàm inciuile arbitramur. Tuis cogor iuſsis præter animi inſtitutum has lucubrationes in lucẽ ædere, nõ ignarus nouis certaminibus materiam præbituras, à quibus in poſterum pro dignitate parta abſtinere & ętas & mẽs potioribus ſanctioribusq; intenta ſtudijs monebat. Mouit inſuper me elucubrationes haſce tibi dicare Andrea diſertiſsime, nam cum nõ minus philoſophorum fautor quam militum magiſter ſis maximus, non iniuria diſputationes haſce tibi dicauimus, vt enim in militaribus certaminibus tu vnus iudex exiſtis, ſic in literarijs rixis fecimus te defenſorem, vt ſi qua recte diximus contra oblatratores, defenſionis clauam aſſumas. præterea quis ſanæ mentis homo audeat ſapienti præſtantiq; viro quidpiam adnegare? nam quemadmodum reliquum hominum genus vi & minis ad parẽdum compellitur, ſic noſtræ manſuetiores muſæ nutu ſolo principum, virorum ad imperata vertuntur, ac vi quadam arcana tanquam à magnete, ferrum ad obſequia trahuntur, idq; eo fit vehementius quo præſtantiore

tiore à cauſa proficiſcitur, nam cum ſublimes animi tui virtutes conſidero, ambigo quã cui anteponã, ciuilium ne rerum prudentiam reiq; publicæ circunſpectam adminiſtrationem? an rei militaris cognitionem ſcientiamq; mirabilem, quarum in vtraq; te primas adeptũ eſſe partes, ac magna cum gloria tenere conſtans fama eſt, ꝙ nos etiam proprijs oculis obſeruauimus, dum bellum apud Lyrim aduerſus gallos gerebatur: vbi prudentia tua ac fortitudine cunctis victoria fuit in propatulo, quapropter in te idem quod in Cyri laudem dictũ fuit merito dici poteſt, fœlix nimirum haberi potes: amplisſime Andrea: cuius virtutibus iuncta eſt fortuna comes non ab re igitur fortuna te diu fœlici in gremio fouit, quippe cum ſapientes & fortunæ cedere, & fortunã amplecti venientem, eamq; prudentisſime cuſtodire nouerint qualem te noſtris temporibus difficillimis, ac turbulentisſimis cognouimus vt non minus publicis bonis ac regiæ dignitati cõmodo conſuluiſſe quã tibi videare. Quamobrem cum literatorum tu literarum conſultisſimus patrociniũ ſuſceperis, adeo vt non omnino res publica literaria deſtituta eſſe putetur, & ad hanc æditionem pro communi ſtudioſorum (vt ipſe dicis) vtilitate me vel inuitum compellas tã laborioſum ancepsq; duellum ineamus. Attamẽ tuis auſpicijs, tuaq; ſublimi fretus auctoritate, adeo audacter arma hæc edere video, ac ſi Vulcani, aut Mineruæ eſſem clypeo protectus certior ex quo vis hoſte victoriã reportaturus.

Octo ex intentione Auerr. in pœmio Phyſicorum prælibanda ſunt.
De intentione.

Ante igitur quam ad diſputationes deueniamus: abſoluenda ſunt ea octo, quæ boni expoſitores in commentationum principijs præmittere aſſueuerunt, & primo de intentione. Igitur ſeparatum à materia, atque motu bifarium eſt apud peripateticos alterum quidem ꝙ ſecundum eſſe & rationem materiam excludit, veluti primus intellectus, & cæteræ mentes. Primus enim intellectus cæteræq; mentes pro tanto excludunt materiam atq; motum, quia ſi cõtingeret illas à priori definire, nec materiam nec motum circumcernerent.

Separatũ à materia bifarium.

Alterum vero quòd per non incluſionem materiam excludit, ceu ens, vnum, bonum, actus, & potentia, atq; id genus. Hæc enim (quia communia ſunt materialibus & mobilibus, etiam immaterialibus & immobilibus) per non incluſionem materiæ & motus ſeparata dicuntur. Colligitur autem iſtud bifarium ſeparatum ab Ariſto. 6. Metaph. vbi ita inquit. (Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia præter eas quæ natura conſtãt, naturalis ſane facultas prima ſciẽtiarum erit: ſin uero ſubſtantia ſit in ratione rerum quædam immobilis hæc erit profecto prior, philoſophiaq; prima & vniuerſalis hoc pacto.) Hæc Ariſto. qua in conſequentia indicat duplex genus ſeparationis, alterum per eſſentiam, alterum per communitatem & indifferentiam, quod quidem eſt pro tanto, quia genus ſeparatum per eſſentiam eſt: non enim eſſe poteſt ens indifferens materiali & immateriali, niſi immateriale eſſet. Totum enim genus entis eſſet ad materiale contractum, niſi ſeparatum genus per eſſentiam eſſet. Hinc perſpicuum eſt, quæ nam ſit intentio, cum enim vtrunq; genus ſeparatum per ſe dicatur & Metaph. de genere ſit ſeparato: vt tradit Ariſto. eodem in. 6. lib. dicens. (At prima circa ſeparabilia ac immobilia ſane verſatur) Retulit namque verbum ſeparabilia ad genus ſeparatum per non incluſionem, verbum vero immobilia à genus ſeparatum per eſſentiam. Verum quia quæſtio de intentione libri eſt quæſtio de materia & ſubiecto libri, rem hanc diligentius tranſmittimus ad diſputationem de ſubiecto. Hæc de intentione.

Ariſt. 6. Metã c. 1.
Ariſt. 6. Meta. Te. c. 2.
Excuſatio.

De fructu: Põnes de fructu Metaphy.

Et de fructu Metaph. agamus. Priſci itaq; philoſophi Metaph. inter ſcientias non enumerauerunt, qua ratione ipſam nullum fructũ ad ſciendum præbere aſſeuerauerunt. Verum non eodem modo, nam alij illam nihilipenſerunt: quatenus nõ cognouerunt res vltra Phyſicas. Vt omnes ante Socratem, quales fuere Thales mileſius: Hyppon vulgaris philoſophus, Hyparcus Metapontinus, Anaximenes, Diogenes, Heraclitus Epheſius: Empedocles agrigentinus, Anaxagoras Clazomenius, Heſiodus, Parmeni Meliſſus, Leucippus, & eius collega Democritus, & cæteri: quos Ariſtoteles in lib. Meta. primo enumerat. Alij illã contempſerunt: propter exercitium in Mathematicis, quatenus Mathematica rerum principia putauerunt, & ſubſtantias naturalium corporum non vltra ſpeculantes, veluti Alcmeon crotoniates, & Pythagoras.

Qualiter ſit vtilis.
Põ Alexan.

Alij videntes Metaphyſicam nihil conferre ad vitam, ipſam pœnitus ſpreuerunt, vt Socrates, qui circa moralia intentus vniuerſam deſpexit naturam, & Plato in Gorgia. Obijciunt autem his Ariſt. per hoc: quia omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & magis maiorem ſcientiam, maxime autem maximam, talis vero eſt Metaph. igitur omnes deſiderant ſcire Metaph. nihil autẽ naturaliter expetitum eſt impoſsibile, vel inutile. igitur Metaph. eſt vtilis. Sed quo nam modo ſit vtilis diſputemus. Alexander itaque Aphrodiſius abſolute dixit Metaphyſicam eſſe vtilẽ quatenus ipſa eſt fructus omnium ſcientiarum: & animæ beatitudo. Vtitur autem Alexander ratione, quia Metaphyſica eſt Deus ſaltem obiectiue. In abſtractis enim idem eſt ſcientia & ſcibile. vt Ariſto. auctor eſt. igitur Metaphyſica eſt beatitudo. tenet conſequentia, eſt enim Deus ipſe animæ beatitudo. Amplius non poteſt eſſe hominis beatitudo, niſi in ſcire: vt. 10. Ethic. cap. 10. accipitur, & vltima beatitudo in vltimo ſcire: Tale eſt ſcire Metaphyſicum.

Põ Egi. & Io.

Egidius noſter quem Ioannes ſectatur cum Alexandro concedit Metaphyſicam eſſe hominis beatitudinem, ſed non ſimpliciter, ſolum autem ex puris naturalibus acquiſitam, vt multis verbis probat, & huius rationem aſsignat, quia vera beatitudo eſt poſt mortem, quam non aſſerit eſſe Metaphyſicam, at hæc Metaphyſica eſt in vita.

Confutatio.

Sed pace huius viri dixerim hæc poſitio non videtur peripatetica. Primo, quia peripatetici aliam vitã dubitant licet nos certam habeamus nec de fœlicitate illius vitæ Ariſtot. aliquid tradit. Secundo conceſſa alia vita ſecundum peripateticos vt eſt rei veritas, beatitudo animæ tunc nõne eſt ſpeculatio Dei? nam licet non ſit per ſyllogiſmum, eſt tamen per eſſentiam Dei, omnis autem ſpeculatio, aut eſt naturalis, aut ſupernaturalis, aut Mathematica. Cum igitur illa nec ſit naturalis, nec Mathematica, igitur Metaphyſica.

Põ Auic. 1. Meta ca. 3.

Auicenna autẽ ait ſcientiam omnem eſſe animæ perfectionem & propterea diſtinguit de vtili, quia aliquid eſſe poteſt vtile vtilitate abſolute hoc eſt vtilitate generis, & ſic Metaphyſica eſt vtilis animæ, veluti omnes ſcientiæ, quatenus perficit animam, & præparat ad fœlicitatem, vt cæteræ ſcientiæ. Vel vtilitate propria hoc eſt vtilitate ſpeciei, quod adhuc ſubdiuidit, quatenus aliquid eſſe poteſt vtile vtilitate ſpeciei ſeruiliter, vel regaliter, vt diſtinguit Ariſtot. primo politicæ. Seruiliter quidem omnes ſciẽtiæ ſunt Metaphyſicæ vtiles. Regaliter vero

Metaphyſica eſt vtilis omnibus, quatenus omnes reſoluuntur in ipſam. Et breuiter ſecundum Auic. oportet, dicere, ꝙ Metaphyſica aut comparatur animæ, aut comparatur alijs ſcientijs, ſi animæ, ſic eſt vtilis animæ: quatenus præparat illam ad beatitudinem ſi autem cōparatur alijs ſcientijs: ſic eſt vtilis regali vtilitate, quo modo dominus ſeruo, & regno rex vtilis dicitur. Hæc Auic. Sed hæc poſitio truditur in errorem Egidij & Ioannis, qui fortaſſe Clypeo Auicennæ (ita vt diximus) opinabantur, quia cum Metaphyſica præparet animam ad beatitudinem, quæratur, quæ nam ſit beatitudo, aut igitur ſpeculatio quædam, vel actus virtutis, & certum eſt ꝙ vltima beatitudo ab Ariſtotele & omnibus ponitur ſpeculatio quædam. Omnis autem ſpeculatio aut eſt Mathematica, aut Metaphy. aut Phyſica, & arguatur vt prius. Dicendum igitur ſecundum Peripateticos, vt ſecundum Auer. 3. de anima, & ſecundum Alexan. & Themiſtium ibidem, ꝙ duplex eſt Meta. vt recte theologi dixerunt, altera quidem abſtractiua, quæ ex puris naturalibus acquiritur exq; ſyllogiſmis: & hanc tradit Ariſto. quàm dixit eſſe de bifario ſeparato, altera vero intuitiua, quæ eſt Dei & ſubſtantiarum ſeparatarum eſſentialis intuitus: quo mentes Deum intuentur, & ſeſe: non tamē eodem modo Peripatetici, & Catholici ſentiunt. Peripatetici enim aſſerūt Metaphyſicam intuitiuam acquiri in ſtatu copulationis intellectus agentis cū intellectu poſsibili, poſt adeptionem perfectam omnium ſcientiarum rerum naturalium. Catholici vero talem Meta. acquiri dicunt in patria poſt merita, & raro in via, niſi raptim: vt de Paulo legitur. Iſta igitur duplex Meta. eſt tam de intētione Peripateticorum, quàm de intentione Catholicorum, quia ſiue ponatur alia vita, ſiue non, oportet omnino illam ponere. Tunc dicerem, ꝙ ſi loquimur de Meta. intuitiua, ſic recte Alexā. dixit ipſam eſſe omnium ſcientiarum fructum, atq; animæ beatitudinem: quia ſumendo ſic Metaphyſicam, ipſa eſt Deus ipſe menteſq; ſeparatæ, quibus anima copulatur poſt adeptionem omnium ſcientiarum naturalium, vt ſtulti peripatetici crediderunt. Si vero loquimur de Metaph. abſtractiua, quæ ex puris naturalibus accipitur, ſic recte Auic. potuit dicere, nam hæc eſt vtilis vtilitate generis quatenus confert animæ, & præparat illam ad beatitudinem atq; Metaphy. intuitiuam vt cæteræ ſcientiæ. Confert etiam omnibus alijs ſcientijs etiam vtilitate ſpeciei, quatenus regit illas, atq; illarum principia reſoluit vſq; ad vltima. Hæc de fructu. Et de ordine dicendum. Triplex (vt dictum eſt) inuenitur ſcientia, alia quæ pœnitus immerſa materiæ cōſiderat: vt Phyſica, alia quæ omnino abiuncta à materia contemplatur, vt Metaph. alia quæ medio modo ſeparata obſeruat, vt Mathematica. Omnes igitur concedunt Metaphy. eſſe vltimam, vt Auicen. in primo ſuæ Meta. cap. 3. & Auer. 6. Metaph. com. 3. & 7. Metaph. com. 39. quoniam duplex eſt ordo ad nos, & ad naturam Meta. eſt vltima ad nos. Prima vero quo ad naturā. Eſt enim poſt Phyſicam, vt Auic. dicit, quia ea quæ ſumuntur hic probanē in naturali philoſophia, vt ꝙ generatio ſit, & alteratio & id genus. Poſt Mathematicam vero, quia non poſſumus peruenire ad ſc̄iam motorum, niſi poſt ſc̄iam orbium, ad ſc̄iam vero orbiū nō deuenimus, niſi poſt ſc̄iam Aſtrologiæ, quæ haberi non poteſt, niſi poſt ſc̄iam geometriæ & arithmeticæ. cæteræ vero ſc̄iæ & artes cū Metaph. non habent ordinē. Hæc Auic. Sed pace tanti viri dixerim hic eſt error quantum ad rationem, primo quia quæ accepta & probata ſunt in naturali philoſophia non ſumuntur hic vt principia: ſic enim hæc ſcientia ſubalternaretur illi. Secundo quia ſi Mathematica eſt prior, quia ſine origine orbium non cognoſci poſſunt motores, etiam Metaphyſica eſſet prima, quia ſine agnitione motorum non poſſunt cognoſci orbes. Iuniores Metaphy. ſentiunt hanc eſſe vltimam, quia eſt difficillimorum, ordo enim addiſcendi debet eſſe à facilioribus. Sed nec hæc ratio valet primo quia Ariſt. in textu ait hanc eſſe certiſsimam, quia eſt certiſſimorum, præterea ens & res prima impreſsione imprimuntur in anima, vt dicit Auicen. Amplius prima principia, vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & id genus ſunt communia omnibus ſcientijs & non niſi per habitum Metaphyſicæ. Igitur videtur Metaphyſica prima. Mihi itaque videtur Metaphyſicam eſſe poſt Mathematicam, quia pro maiori parte ea, quæ tractantur in Metaphyſica ſunt difficiliora ijs, quæ tractantur in Mathematicis, vt ſaltem quo ad eam partem: quæ eſt de ſubſtantia & accidente, actu & potentia, & de ſubſtantijs ſeparatis, & id genus. Poſt phyſicam vero, & propter hanc cauſam, & etiā quia ſubiectum eſſe huius ſc̄iētiæ præſupponitur demōſtratum à naturali, vt aſſerit Auer. tam enim ens ſeparatum per eſſentiam eſſe, quàm ens ſeparatum per indifferentiam. probatur in naturali, vt in lib. d. d. indicauimus. Aut poteſt dici ꝙ hæc ſcientia ſumit ſuum ſubiectum ſuppoſitis naturalibus & Mathematicis, quia niſi eſſent illa & ſubſtantiæ ſeparatæ, non eſſet ens ſeparatum per indifferentiam ad omnia. Hæc de ordine. Et de diuiſione agamus. Vbi debes ſcire totam hanc ſcientiam ab Ariſtot. eſſe traditam in vno lib. qui diuiſus eſt in. 14. Nam in. 11. libr. agit de abſtractis per indifferentiam, in tribus alijs de abſtractis per eſſentiam. Sed tunc occurres propter quid phyſica fuit tradita per libros genere differentes, veluti vna eius pars per libros de cœlo: alia per libros de generatione, aliæ vero per alios, & Metaph. non niſi per vnum lib. in genere? Secundo propter quid in naturali philoſophia fuit poſitus vnus liber, qui eſt de principijs generalibus & de communibus ad omnes libros, & non ſic in Metaphyſica? Hæ enim dubitationes profecto ſunt non leues. Dici poteſt quòd ideo hæc ſcientia non eſt tradita per libros genere differentes, quia non eſt niſi de bifario genere, vtpote de abſtracto per eſſentiā, & de abſtracto per indr̄iam: quorū vnū ſupponit alterū immediate. Et ideo fuit tradita per libros differentes in ſpē, & nō in genere. Ad ſcdam per idem dicerem. res enim naturales differunt ſecundum vniuerſale & particulare, at res Metaphyſicæ differunt ſecundum modum abſtractionis, quatenus aliquæ ſunt per eſſentiam abſtractæ, aliquæ per indifferentiam, & omnes ſunt vnius generis conſiderationis, quatenus vna illarum immediate dependet ab alia in ratione cognoſcendi vt dictum fuit. Quare nos iuſta diuiſionem Ariſto. noſtrum dilucidarium diuidemus in libros. 14. & quemlibet librum in diſputationes, diſputationem vero omnem in quinque capita: Primum eſt caput dubitationum. Secundum eſt caput tituli. Tertium caput poſitionum eorum, qui non peripateticæ opinantur. Quartum caput dilucidationis opinionis peripateticæ. Quintum eſt caput ſolutionum omnium rationum & omnium dubitationum. Hæc de diuiſione.

Margin notes (left): *Confutatio.* — *Pō propria. Cōm. 36.* — *Peripatetici et Theologi differunt.* — *De ordine pō Auic.*

Margin notes (right): *Poſitio Iuniorum.* — *Confutatio.* — *Propria ſolu.* — *De diuiſione, 1. dubitatio.* — *2. dubitatio.* — *Solutio prima.* — *Solutio ſecūda.*

De proportiõe. De proportione autem patet. Eſt enim proportio Metaphyſicæ ad ſcientiam ſpeculatiuam, ea quæ eſt ſpeciei ad genus vt dicitur. 6. Metaphyſi. *De doctrina.* De doctrinandi modo etiam patet, nam Ariſto. vtitur nunc demonſtratione ſigni, nunc demonſtratione cauſæ, vt in progeſſu diſputabimus. Reſtat vt dicamus de inſcriptione libri, itaque inſcribitur liber τῶν μετὰ τὰ φυσικά, hoc eſt *De inſcriptione libri.* lib. eorum quæ ſunt ſuper naturalia. Verum ſupernaturale. Vno modo id dicitur: quod eſt vltra captũ humanum, vltraque rõnem coniunctam ſenſibus quale eſt miraculum, vt inquit Valerius maximus, & hoc pacto non dicitur lib. ſupernaturalium, quia ſit de miraculis. Alio mõ ſupernaturale. i. quod eſt ſecundum eſſe & rõnem abſolutum à motu atq; materia & hoc pacto lib. iſte dicitur eſſe rerum ſuper naturalium, ſiue potius re- *Quid theologia* rum poſt naturalium. Inſcribitur etiam ab Ariſt. theologia, quatenus eſt ſermo de Deo. nõ tñ eo modo: quo theologia, credita, nam illa eſt de Deo quantum ad quædam credita. Hæc vero de Deo eſt, quod ad quæ- *Quid ſophia.* dam de illo per rõnem naturalem demõſtrata. Dicitur etiam ſophia ſiue ſapientia quia ſapientia differt à prudentia, vt dicitur. 6. Ethico. & Ptholemæus in proœmio apoteleſmatum tangit quatenus pertractat de rerum euentis per cauſas altiſsimas; prudentia per cauſas humanas, qua ratione etiam aſtronomia ſapientia ſolet dici: quia per cœleſtes cauſas de rebus docet prędi- *Aſtronomia ẽ ſapientia i. philoſophia.* cere. Ea vero pars, quas quis de rebus prædicit per humanas coniũcturas, prudentia dicitur. Appellatur nonnunquam prima philoſophia, quatenus inter omnes philoſophias ipſa optinet principatum, vt Ariſto. indicat in tex. vel rõne habita ad moralem, quæ dicitur philoſophia, hæc aũt dicitur prima philoſophia, qm̃ eſt de primo fine, illa philoſophia, quæ de fine eſt hu- *De auctoribus* mano. Hæc de inſcriptione. Et de auctoribus tranſigamus. Et licet de inuentione huius ſcientiæ fuerit non parua ambiguitas apud antiquos, nã alij illam tribuerũt ægyptijs ſacerdotibus vt videtur Ariſt. in tex. Alij gręcis vt Laercius auctor eſt. Quicqd ſit de inuẽtione ipſa, omnẽ huius ſcientiæ principes fecerunt Plat. & Ariſtõ. verum non eodem modo. Alij nãq; Plat. palmã hu- *De cõparatiõe. Pla. & Ariſt.* ius rei dedicarunt. Alij Ariſto. Beſſarion Nicenus multis auctoritatibus Plato. enititur Ariſto. præponere, vt *Quæ Beſſarion de Platone.* auctoritate Quintiliani, Plinij, Apullei, Ciceronis, & Auguſtini: atq; Demoſthenis. Cice. n. & Augu. ſine dubio Plat. Ariſto. præpoſuerunt, cæteri adeo Platonem extollunt: vt non reſtet locus laudandi Ariſtõ. Mouetur etiam coniecturis. Primo quia veteres Plat. diuinũ *Plato diuinus, Ariſto cur Dæmonium appellatus.* Ariſtõ. dæmonium appellauerunt. Illum diuinum: quia acutiſsime res diuinas pertractauit. nunc dæmonium, ꝙ res ſublunares, in quibus dæmones degunt, diligenter diſputauit. qua ratione ſit palma huius ſcientiæ Platoni ſit danda. Secundo quia Platonis fuit auditor, & rationi conſentaneum eſt vt præceptor ſemper ſit diſcipulo præponendus. Tertia quia per annos viginti Ariſto. Platonem audierat è cuius auditorio tum exierat cum annos agebat fere quadraginta, vixit poſtea annis fere. 24. & ita cum ipſe Platonem audiuiſſet per tot annos & per tot paucos ſuperuixiſſet, nõ eſt rationi conſonum vt præceptorem ſuperaſſet in tam breui tempore. His & alijs multis verbis Beſſarion Platonem in Metaphyſicis atq; diuinis ſcientijs ſine dubio Ariſto. præponit. Ego vero nõ ſum tanti vt poſsim inter hos diiudicare. Illud tamen à Beſſarione vellem audire ſi Plato *Propria ſententia.* in diuinis præponendus eſt Ariſtoteli: nunquid ſit præponendus, quo ad ea, quæ Plato dicit lumine naturali hoc eſt ratione coniuncta ſenſibus, an lumine ſupernaturali vtpote vel per credita, vel per reuelationem, non eſt præponendus quò ad ea quæ ipſe didicit per lumen ſupernaturale, quia nonmemini me legiſſe Platoni fuiſſe aliquod tale reuelatum. Si vero præponitur quo ad ea quæ tradidit ratione naturali, friuolum eſt, puto enim Ariſtot. in hoc fuiſſe ſummum, vt recte Thomas noſter ait, reliqua vero quæ Plato addit: non fuerunt naturali ratione tradita, Præterea nec Beſſarion negabit ſoli Ariſtoteli fuiſſe conceſſum artem docendi, tradendiq́; omnes diſciplinas. Multi enim extitere viri in Mathematicis, naturalibusq́;, rebus, cæteriſúe facultatibus peritiſsimi, nemo tamen tam ordinate, tam doctè proceſsit, ob quod apud veteres diuulgatum eſt Platonem philoſophiam diuirginaſſe, Ariſt. vero illam feciſſe meretricem. nam Plato primus fuit, qui cœpit eam doctrinaliter tradere: Ariſtoteles vero perfecit illã. Quæ vero mouerunt Beſſarionem, friuola ſunt. Nam vt aduerſarius eius, in quem librum edidit, ait: Cicero laudauit Ariſtotelem: quem laudare debuit, excepit vero Platonem: quem amabat. De diuo Auguſtino, cuius auctoritas eſt magna fertur eum Platonicum fuiſſe, cum Platonis opiniones recreauerit, quæ in iuuenta didicerat; vt Thomas in his q̃ ſcripſit ĩ libris ſñiarum, lib. videlicet, ſecundo diſtinctione. 13. Amplius in ſummis, veluti in ſecunda ſecundæ quæſtione: 23. Kurſus in his quæſtionibus, quas de veritate ędidit qõne, videlicet. 21. Pretęrea Hiero. præponit Ariſt. Platoni in omni ſcientia appellans ipſum omnium ſapientum principem, prodigium, grandeq́; miraculum in tota natura, cui pene videtur infuſum quicquid naturaliter eſt capax humanũ genus. Auctoritates cæterorum non ſunt comparatiuę, propterea nihil ad nos. Præterea Plinius capitulo de leone multa tribuit Ariſtoteli, quæ nullibi Platoni tribuiſſe videtur. Quintilianus etiam alibi appellat Ariſtotelem omnium artium principem. Cicero quoq; ipſe in lib. Topicorum quem vltimo ſcripſit, confitetur Ariſtotelem vtriuſque partis fuiſſe principem. Qua ratione dicamus Ariſtotelem eſſe cui iura Metaphyſici cõpetunt, quiq; inter philoſophos tã naturales quã Metaphyſicos principatum optinet. Coniecturę vero nullæ ſunt, prima quidem: quia licet fuerit auditor Plato. auctoritas Plat. fuit maior, doctrina tamen Ariſtotelis potuit eſſe excellẽtior. Secunda etiã nulla eſt: quia licet per tot annos audiuit, potuit in paucis Platonem ſuperare. Tertia friuola eſt, quia Ariſtoteles etiã dicitur diuus vt in epitaphio eius legitur, quod eſt, videlicet, φοισιδλοσ ὢν μηλὸσ καὶ νικομαχοῦ γκνετῆροσ τῶν ἀσ= κλυπιάδων δύοσ Ἀ'ρι= στέλησ.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI DISPVTATIONES IN PRIMVM LIBRVM METAPHYSICORVM.

1 *Num ens inquantum ens ſit ſubiectum in Metaphyſica.*
2 *Num & in quæ primò ens diuidatur.*
3 *Num immediatius rei competat quantitas perfectionis, ſiue finitas, an vnitas.*
4 *Num omnes homines natura ſcire deſiderent.*
5 *Num omnium ſenſuum viſum potiſſime amemus.*
6 *Num prudentia ſit in brutis animalibus.*
7 *Num Ariſt. ſcientia ex experimentis generetur.*
8 *Num actus & generationes ſint circa ſingulare.*
9 *Num primum obiectum ſenſus ſit ſub ratione qua vniuerſale, an ſingulare.*
10 *Num Metaphyſicus conſideret quiditates omnium rerum in particulari.*
11 *Num magis vniuerſalia ſint cognitu difficiliora minus vniuerſalibus.*
12 *Num Metaphyſica ſit ſcientia practica, vel ſpeculatiua.*
13 *Num ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior, & honorabilior.*

DISPVTATIO PRIMA DE SVBIECTO

In Quatuor Quæſtiones diuiſa.

1 *Num ens inquantum ens ſit ſubiectum in Metaphyſica.*
2 *Num ens ſit vniuocum ſubſtantiæ, & accidenti.*
3 *Num ens habeat cauſas, & principia.*
4 *Num ens habeat veras & proprias paſsiones de ipſo demonſtrabiles.*

SOLENT quærere vtrum ens ſimpliciter ſumptum ſit primum Metaphyſicæ ſubiectum. Et arguunt ꝙ non. Primo quia vnius ſcientiæ & realis, ſubiectum debet eſſe vnum & reale: at Metaphyſica eſt vna ſcientia & realis, ens vero nõ eſt vnum & reale, igitur ens ſimpliciter ſumptum non eſt primum Metaphyſicæ ſubiectum. Probatur maior quo ad primam partem, quia per vnum habitum contingit vti vno actu, veluti per vnum habitum muſicæ vna pulſatione vti contingit: vt dicitur primo Ethic. at actus vnus eſt circa vnum ſubiectum ſiue obiectum, veluti pulſatio circa vnum pulſabile, igitur vnus habitus erit circa vnum ſubiectum ſiue obiectum: modo ſcientia habitus, igitur vnius ſcĩæ eſt vnum ſubiectũ, & hoc modo patet prima pars maioris. Scd̃a etiã declaratur, quia non maioris entitatis eſt effectus q̈ cã, & menſuratum quã menſura, ſed ſubiectũ ſiue obiectũ cauſat ſcĩam & illã menſurat. 5. huius, igiť ſcĩæ realis ſubm debet eſſe reale, & ſic patet tota maior, videlicet, ꝙ, vnius ſcĩę & realis ſubm ſit vnũ & reale, minor ẽt probať quo ad ambas partes. Prima.n.patet, ꝙ videlicet, Metaphyſica ſit vna ſcĩa & realis, nã eſt vnus habitus ſpẽ, & in p̃dicamẽto qualitatis. Secunda vero ꝙ videlicet ens non ſit vnum reale, declarať quia his quæ ſe totis diſtinguũtur nihil vnum reale cõe eſſe põt, hæc.n.eſt per ſe nota & ex oppoſito prædicati infertur oppoſitum ſubiecti, vt dr̃ in lib. de interpretatione, at ſubã & accñs, Deus & cæteræ res ſeſe totis diſtinguunť, aliter Deus ipſe nõ eſſet ſumme ſimplex, quia ſi non ſeſe toto diſtingueref à rebus cęteris, diſtingueref in parte ſic & in parte nõ, & ita per aliquid à rebus differret, & per aliq̃d cõueniret, igitur eſſet compoſitus ex eo quo differret, & ex eo quo conueniret, & per conſequens nõ eſſet ſumme ſimplex, põt ẽt hæc eadem pars probari, q̃a decẽ prædicamenta ſunt prĩo diuerſa, vt diceť in quinto huius, mõ nihil vnum reale põt eſſe cõe his, quæ primo diuerſa ſunt alr̃ nõ eſſent primo diuerſa, & ſic patet tota minor & ita ens ſimpliciter ſumptũ nõ eſt ſubm primũ meta. Secũdo hæc ſcĩa nec differt ab alijs ſciẽtiis propter ens ſimpliciter ſumptum, nec denominať ab illo: igitur ens ſimpl'r ſumptum non eſt hic ſubm. añs patet, quia licet plures ſint conditiones requiſitę ad rõnem ſubti, præcipue ſunt, vt diſtinguat ſcĩam ab aliis, & illam denominet. conſequentia vero conſtat, primo, quia ens ſimpl'r ſumptũ non diſtinguit, diſtinguiť.n. meta. à mathema. & à naturali per hoc: quia meta. conſiderat ĩmobile & ſeparabile, vt dr̃ ſexto huius, denominatur etiã ibidem, theologia, quia eſt de diuinis, igiť ens ſimpl'r ſumptum non eſt hic ſubiectũ. Tertio beatitudo conſiſtit in ſpeculatione meta. vt colligitur. 10. Ethic. & nõ niſi in ſpeculatione ſubiecti, quia notitia ſubiecti, virtute & ptãte cõtinet notitiã oĩum eorũ, quæ in ſcientia tractantur. Sed in ſpeculatione entis ſimpl'r conſiſtere non poteſt. igitur ens ſimpliciter non eſt ſubiectum. minor patet, quia ſicut ens eſt ĩperfectiſsimũ, ita eius notitia, eſt igitur totus ſyllogiſmus beatitudo eſt ſpeculatio ſubiecti metaphyſicę: beatitudo nõ eſt ſpeculatio entis ſimpliciter ſumpti: igiť in tertia figura ens ſimpliciter ſumptum non eſt metaphyſi. ſubiectum. Maior patet, quia debet eſſe ſpeculatio eius, quod virtute & ptãte continet omnia in ſcientia, quale eſt ſubiectum. Minor probatur, quia ſpeculatio entis ſimpliciter eſt imperfectiſſima, & ſic patet ſyllogiſmus. Quarto ſi ens ſimpliciter ſumptum eſſet meta. ſubiectum, omnes alię metaphy. ſubalternarenť. et conſequentia patet, quia ſubiecta cæterarum eſſent ſub ſubiecto meta. igitur ſubalternatio quædam ibi videtur. conſequens deſtruitur per hoc, quia Ariſto. diſtinguit ſcientias ſpeculatiuas in tres, & certum eſt, quia non numerat ſubalternas. quia multo plures eſſent: igitur numerat pœnitus aduerſas: & ſic nec phyſi. nec mathema. metaphy. ſubalternantur. Quinto de ſubiecto oportet præcognoſcere quid eſt, vt dicitur. 1. Poſte. at entis non põt præcognoſci quid eſt, quia vel non habet, vt ſi eſt æquiuocum vt Porph. inquit: vel ſi eſt vniuocum nõ habet genus nec dr̃iam, quibus colligitur quid entis, igitur ens ſimpliciter ſumptum non põt eſſe hic ſubiectum. Sexto ſubiectum ſcientiæ debet habere paſsiones de ipſo demonſtrabiles, vt traditur. 1. Poſter. at ens paſsiones habere non poteſt. Tum quia paſsio differt eſſentialiter ab eo cuius eſt, quia eſt alterius prædicamẽti à ſubto, at ens nõ differt ab aliquo, eſt.n. de eſſentia cuiuſlibet. Tum ſecundo quia paſsio prædicatur per ſe de ſubiecto, & ſubiectũ de paſsione non niſi per accidens, atque denominatiue, quia prædicationes per ſe non conuertuntur, at ens de omnibus non niſi in quid prædicatur, igitur non habet paſsiones, & ſic non poteſt eſſe ſubm. Septimo ſubiectum debet habere principia ſiue partes. at ens nõ habet principiũ. primo quia principium

eſt prius eo cuius eſt mõ ente nihil eſt prius. ſecũdo q̃a ſi ens ſimpľr hr̃et principiũ, tunc oẽs ens hr̃et principiũ veluti ſi iuſtitia eſt bonũ ſimpľr; oẽ bonũ erit iuſtitia, igitur ens non põt habere principiũ, & ita nec eſſe põt ſubiectũ. Octauo ſubſtãtia eſt ſubiectum, igiť nõ eſt ens, quia vnius ſcĩæ nõ poſſunt eſſe duo ſubiecto. añs probať, tum ex quarto huius, tum ex octauo. Nono arguit Io. ſi ens ſimpľr eſſet metaphyſicę ſubiectũ, tũc ens eſſet ſubiectũ inq̃tum ens, & ſi ens eſſet ſubiectum inq̃tum ens, tũc oẽ ens, q̃a qď cõpetit alicui ſm ꝙ ipſum, cõpetit oĩ. Decimo arguit pſtabiliſsimæ ſcĩæ debet eſſe pſtabiliſsimũ ſubiectũ, tale eſt Deus & nõ ens, igitur ens nõ eſt hic ſubiectũ. Vndecimo arguũt alij, qualibet parte ſubiecti ipſum ſubiectũ debet eſſe prius ſaltẽ ſm rõnem, at ens nec ratione nec re eſt prius deo, immo idea vnitatis, quæ eſt deus, eſt ante ens, vt dicit Pla. igiť ens non eſt ſubiectum hic. Duodecimo Ariſt. ſeptimo huius inquit quaꝑꝑ nobis primum & maxime ſolum vt eſt dicere de ſic ente, ſ. de ſubſtantia ſpeculandum eſt: igiť ſuƀa eſt hic ſubiectũ. Tertiodecimo ſi ens ſimpľr eſſet hic ſubiectũ: tũc oẽs partes entis eſſent hic conſiderandæ, eſt. n. vna & eadẽ ſcĩa generis & partiũ illius gñis, & ſi ſic cæteræ ſuperflueręt. Quartodecimo quod continet non ſcibilia, non vř ſubiectum alicuius ſcĩæ, ſed ens continet non ſcibilia, vt caſualia & fortuita: entia per accñs, falſa, ſingularia, & id genus: igiť ens non eſt hic ſubiectũ. Quintodecimo quod eſt ſubiectũ in alia ſcĩa non vř ſubiectũ in hac: ſed ens eſt ſubiectũ in oĩbus alijs, quia in qualibet alia ſcĩa, aut ſubiectũ eſt ens: aut non ens & patet ꝙ non eſt ſubiectũ nõ ens, igitur in qualibet alia eſt ſubiectũ ens: & ſic nõ poteſt eſſe hic ſubiectum: Pro oppoſita parte ſunt Albertus, Thomas, Auicẽna, & oẽs fere expoſitores, Ariſt. etiã prope principium quarti meta. ait eſſe ſcĩam, quæ ſpeculatur ens quatenus ens & quæ illi inſunt per ſe, vbi Auer. ait Ariſt. ibi velle ſtabilire ſubiectum. Hæc de primo.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Cõm. 1. PRIMO Animaduerſione dignum eſt in omni reduplicatione eſſe tria, videlicet, duo extrema, quæ con- *Qualis eſt reduplicatio,* iunguntur, vel quorum vnũ alteri hæret, & medium, ſiue cauſa per ſe illius coniunctionis, ſiue inhærentiæ. Verbi cauſa in hac propoſitione, homo eſt animal inquantum ſenſitiuum, extrema quidem ſunt homo & animal: cauſa vero qua aĩal homini cõpetit ẽ ſenſitiuũ. *Quod reduplicatio ſe teneat ex parte prædicati,* Ex quibus ſequitur ſemper reduplicationẽ ſe tenere ex parte prædicati, quia ſemꝑ notat cauſam per ſe inherentiæ prædicati ad ſubiectũ: per ens igitur ſimpľr, intelligendũ eſt rõnem per ſe & cauſam, qua ens dicatur ſubiectũ, & ita erit ſenſus: vtrum ens ſit ſubiectũ quatenus ens, ita vt eẽ ſubiectũ cõpetat enti ob nihil aliud, *De rõne formali & materiali.* niſi propter entitatẽ. Secũdo aĩaduerſione dignũ ens eſſe ſubiectũ phy. & ſimiliter mathe. & meta. ſed cauſa per ſe quare eſſe ſubiectũ phy. cõpetat enti erit mobilitas, quia ens eſt ſubiectũ phyſi. inquãtum mobile, mathematicæ vero inquantum quãtum: at ipſius metaph. ſubiectũ eſt quatenus ens, hoc eſt nec quatenus quantum nec quatenus mobile, nec quatenus tale vel tale: ſed quatenus ens, igitur verbum illud inquantum ens aſſerit cauſam per ſe eſſendi ſubiectũ, & ita erit ſenſus, vtrum ens ſit ſubiectum meta. quatenus entitas ipſa eſt *Qua iuniores.* cauſa eſſendi ſubiectũ, & nulla alia. Et hoc iuniores meta. alijs verbis dicunt: aiunt. n. in ſcĩa eſſe aliquid vt materiam, ſiue rõnem materialem, aliquid vt formã ſiue rationem formalẽ: aliquid ex vtriſq;. Propterea poteſt eſſe triplex quæſtio vtrum ens ſit materia huius ſcĩæ, & entitas ſit forma ſiue ratio formalis, & ens inquantum ens ſit totum ſubiectum includens rõnem formalem & materialę. Tertio aĩaduerſione dignum verbum illud primũ apud peripateticos ſumi interdũ pro immediate. *Quot modis primum.* veluti dicendo corpus eſt coloratum nõ primo: ſed ſuperficies eſt primo colorata: vt dř. 5. meta. interdũ pro perfecto in genere, quo modo dř Deus eſt primum ens. Interdum pro vlĩ, vt diciť. 1. poſte. & eſt illud quod *Cõm. 2 3.* competit alicui, oĩ ſoli, & ſemper, veluti riſibile homini, q̃m adæquate oĩs homo eſt riſibilis, & ita eſt ſenſus, vtrum ens ſit ſubiectum primũ hoc eſt adæquatũ ita vt oẽ ens conſideretur in metaph. & oẽ conſideratũ in meta. ſit ens. Quarto aĩaduerſione dignum eſſe apud peripateticos hæc, ſubiectũ quod Græci Hypocimenõ appellant. conceſſum ꝙ Syncechorecos dicunt, prædicatum quod Gategorumenon appellant, & quæſitum quod vocant Zetumenon. Subiectũ quidem eſſe aiunt id ſolũ, de quo prædicatũ dicitur, vel cui forma ineſt, quia vt declarat Ariſt. in prædicamẽtis, quædã prædicata dicuntur de ſubiecto & non inſunt ſubiecto, veluti homo de Socrate: nõ tamen ineſt Socrati: quædã dicuntur & inſunt, vt album & dulce, quæ de corpore dicuntur, & corpori inſunt: quædam aũt entia inſunt & non dicuntur, vt particularia accidẽtia: veluti hæc albedo & illa dulcedo, inſunt. n. corpori, de nullo tamen corpore dicunť, quia tunc non eſſent ſingularia. quædam entia nec dicuntur de aliquo, nec inſunt alicui, vt Socrates *Vnde rõ ſub ſe* & Pla. Ex ijs ſequitur non dici ſubiectũ apud peripateticos, niſi vel reſpectu prædicati, qď de ipſo dicitur: vel reſpectu accidẽtis aut formæ, quæ ſibi ineſt, vt corpus reſpectu accidentium, & materia reſpectu formarum. Hæc colliguntur à Boetio & Simplicio in prædicamentis, textu illo. Eorum quæ ſunt alia de ſubiecto & reliqua. Per idem patet, quidnam ſit prædicatũ. nã *Quid prædica.* prædicatũ eſt quod dř de ſubiecto ſiue inſit ſubiecto, ſiue nõ inſit, dř. n. pdicatum de ſubiecto, dato ꝙ illi nõ inſit, vt homo de Socrate: dato ꝙ Socrati non inſit, dř etiam de ſubiecto, etiã quandoq; & ineſſe poteſt vt album de corpore. Cõceſſum vero apud peripateticos, i. *Quid conceſſum.* quod toti ſcĩæ præſupponitur, & apud Philoponũ primo poſteriorum duplex eſt, videlicet, dignitas, & ſubiectum demonſtrationis, dignitas. n. conceditur, quia vera, ſubiectũ aũt, quia eſt. At quæſitũ eſt multiplex, vel *Quid quæſitũ.* quod inhæret conceſſo ſiue ſubiecto, vt accidens per ſe, veluti riſibile homini, vel qď quæritur de ſubiecto, ſiue inſit illi, ſiue nõ, vt aĩal de hoĩe per mediũ quod eſt ſenſitiuum. Hæc diligentius dicta ſunt in lib. poſteriorum, nunc vero ſat ſit ſic leuiter pertranſiſſe. Vltimo *Qualis quæſtio de ſubiecto.* aĩaduerſione dignũ eſt quæſtionẽ de ſubiecto non eſſe diuulgatam apud Græcos. Græci. n. Iuniores vt Simplicius & Philoponus, & alij diſputarunt de intentione libri, nec memini me legiſſe aliquem illorum, qui de ſubiecto libri vnq̃ quæſierit ſed primi, qui genus huius quęſiti adinuenerunt, fuerunt Arabes, vt Auicenna, & Auerroes è quibus migrauit ad latinos. Hęc igiť quæſtio vel non eſt peripatetica, vel non eſt modo peripatetico: hæc de titulo diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE DISPVTATIONE hac multæ extitere poſitiones, Alpharabius in quodam codicillo de diuiſione *Pō Alpharabij, quod Deus ſit ſubiectum.* ſcientiarum opinatus eſt ſubiectum huius ſcientię eſſe Deũ ipſum pro hac põne eſſe poſſunt rationes. Prima idem eſt ſubiectum meta. dianœtice ſiue abſtractiuæ, & intui-

& intuitiuæ,ſed ſubiectũ meta.intuitiuæ eſt Deus ipſe. igitur idẽ Deus eſt ſubiectũ meta.dianœticæ, ſiue abſtractiue.Secundo ſubiectũ eſt illud quod principaliter conſideratur in ſcientia,& ad quod oĩa attribuũtur. ſed eiuſmodi eſt Deus. Tertio Ariſt. 6.huius ait meta. eſſe de ſeparabilibus & immobilibus, ſed Deus eſt maxime ſeparatus, & maxime immobilis, igitur Deus eſt

Obiectiones Auicen.

meta.ſubiectum. Obijcit autem Auicenna per hoc, quia nulla ſcĩa probat ſuum ſubiectum eſſe, at Deum eſſe probatur in hac ſcĩa, vt per multa verba diſcurrit, igitur Deus non eſt huius ſcientiæ ſubiectum. Secũdo arguit Egidius quia partes ſubiecti meta.ſunt decẽ prædicamenta,ſed hæc nõ ſunt partes Dei,igitur Deus nõ eſt hic ſubiectũ.Tertio arguit idem illa quæ demonſtrantur de ſubiecto iſtius ſcientiæ ſunt actus & potentia,idẽ & diuerſum,cauſa & cauſatum, & id genus, ſed hæc Deo nõ cõpetunt, igitur Deus non eſt hic ſubiectum. Quarto arguitur principiũ ſubiecti & ſciæ non eſt ſubiectum ſciẽtiæ: ſed Deus eſt principium ſubiecti & ſciẽtiæ metaphyſicæ.vt colligitur.12.meta. igitur

Cõ. 1. & 5. & 6.

non eſt hic ſubiectum. Quinto ea quæ hic conſiderantur,non conſiderantur ſub ratione deitatatis: igiẽ deus non eſt hic ſubiectum.tenet cõſequentia per hoc, quia omnia,quæ conſiderant̃ in ſcĩa, conſiderantur ꝑ rõnẽ

Secũda poſitio Auemp.ꝙ cauſa prima inquãtum prima.

ſubiecti illius. Auẽp.Hiſpa.viſus eſt velle ſubiectum huius eſſe cauſam quatenus eſt cauſa prima. Et pro hac poſitione arguitur primo, quia dicitur in textu hanc ſcientiam conſiderare de cauſis primis & altiſsimis, ad quas ſtat vltima reſolutio, modo hoc non videt̃, niſi cauſa prima ſit hic ſubiectũ. Secundo de cauſis primis hic conſideratur,& non vt per illas demonſtremus, igi

Obiectio Alberti.

tur vt ſubiecta huius ſciæ. Obijcit autem huic poſitioni Albertus,quia ad ſubiectum vt ad cõe prædicatum omnia reducuntur,at non oĩa reducũtur in primas cau

Põ attributa Auerro. Quod ſubſtantia ſeparata.

ſas vt in primũ prædicatũ,igitur primæ cauſæ non ſunt ſubiectũ. Auerroes aũt velle videt̃ ſubiectũ huius eſſe genus ſubſtantiarum ſeparatarum,hoc eſt ens ſeparatum per eſſentiam.Et rñdet ad rationem ipſius Auicennæ,maiorem,videlicet,ꝙ nulla ſcientia probat ſuũ ſubiectum eſſe,& negat minorem, videlicet,ꝙ metaphyſicus probet Deum eſſe,& genus ſeparatorum eſſe, immo ait Deum eſſe & genus ſeparatorũ eſſe nõ probari niſi à naturali philoſopho, & cum arguit Aui.naturalis philoſophia non conſiderat niſi de his,quæ motui & tranſmutationi ſubijciuntur. Reſpõdet Auer.12. meta.ꝙ mobile eſt commune ad id ꝙ põt ſubijci motui & ad id quod poteſt agere motum, modo Deus & id genus,licet nõ ſubijciatur motui,agere poteſt ipſum & hoc pacto non transfugiunt hæc talia rationẽ phy-

Rõ Auerro.

ſici.Pro Auer. arguitur primo quia Ariſto.6.huius ponens differentiam inter tres ſcientias ait metaphyſicã conſiderare de ſeparabili & immobili, igitur genus ſubſtantiarum ſeparatarum eſt hic ſubiectum. Secundo arguitur ſi non ſint aliæ ſubſtantiæ niſi materiales, phyſica eſſet prima philoſophia, at quia ſunt ſubſtãtiæ immateriales,ideo infert metaphyſicã eſſe primã. quæ conſequentia nulla eſſet, niſi ſubiectum metaphyſicæ

Obiectiones cõtra Auerroẽ.

eſſet genus ſubſtantiarum ſeparatarum. Obijciunt autem Auer.in tribus. Primo probando ꝙ ſcientia põt probare ſuum ſubiectum eſſe ſaltem à poſteriori, primo ſic: oĩs ſcientia ſaltem vti poteſt demonſtratione, quia igitur poteſt probare ſuum ſubiectum eſſe, antecedens videlicet, ꝙ oĩs ſcientia vti poſsit demonſtratione quia patet quia per cauſam demonſtrari poteſt effectus: & per effectum cauſa.c onſequentia vero deducitur,quia habet omnia requiſita, habet.n.demonſtrabile & eſt ſubiectum ipſum, habet aliquã cõditionem, ſine qua non ſubiectum eſſe poteſt & vti poteſt demonſtratione quia:igitur patet conſequentia. Secundo idem inductione patet vt in libro Elenchorum demonſtratur ſyllogiſmum ſophyſticum eſſe per ſimile in rebus.Priſcianus demonſtrat orationẽ eſſe per hoc ꝙ ita ſeſe habẽt dictiones ad orationem,ſicut literę ad dictionem. Secundo principaliter arguunt probando metaphy.probare poſſe Deum eſſe.Primo oĩs proprietas conſiderata in effectu,quam impoſsibile eſt ſibi ineſſe,niſi talis cauſa ſit,concludit talem cauſam eſſe,ſaltem demonſtratione quia. Sed tam proprietas conſiderata in naturali, vt motus æternus,ꝗ in metaphy. vt dependentia non põt ineſſe effectui videlicet illa cœlo hæc rebus productis,niſi prima cã ſit:igitur per vtranq; poteſt fieri demonſtratio, & ſic in vtraque ſcientia fieri poteſt demonſtratio. Secundo fortius ꝙ illud poſſit magis meta.quia meta.conſiderat conditiones effectus quæ ducunt in excellentiorem cognitionẽ cauſæ primæ, igitur meta.magis poteſt illud facere antecedens patet:qa meta.conſiderat gñales proprietates entis,vt dependentiam, & contingentiam & id genus. Phyſica conſiderat motum, modo excellentius eſt eſſe primum ens, primum independens,quod metaphy. probat,ꝗ eſſe primum mouens: quod probat Phyſi. Tertio ſi ſic, tunc phy.eſſet prior meta. quia phy.probaret primum notiſsimum in meta.puta Deum eſſe. Quarto tunc meta.ſubalternaretur phyſi.quia prima propoſitio in meta.vt hæc Deus eſt, eſſet concluſio in phyſi.& ita ſaltem quo ad hanc phyſi.ſubalternaret ſibi meta. Tertio principaliter probant genus ſubarum ſeparatarum non poſſe eſſe ſubiectum,primo quia Deo & intelligentiis nihil eſt commune vniuocum aliter eſſent definibilia, igitur non põt eſſe vna ſcĩa de Deo & intelligẽtiis, quibus patet põnem Auer.eſſe impoſẽm.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HAEC diſputatio poteſt dilucidari ſecundum vſum communiter loquentium, & ſecundum peripateticos. Quantum ad primũ debes ſcire ꝙ materia ſubiectum *De rõne formali et mãli nota.* & ratio materialis idem eſt ſm communiter loquentes, rõ vero formalis & ſubiectũ formale idem etiam. Modo ratio formalis triplex eſt. Alia definitiua ſiue quidditatiua ſiue deſcriptiua, & hæc eſt aut rei definitio,aut rei deſcriptio:aut rei conceptus quidditatiuus, aut præcipua rei definibilis pars qua via animal rõnale eſt ratio formalis hominis vel rationale ipſum.hæc autem eſt quæ cum re cuius eſt ratio formalis conuerti debet, & breuiter ratio formalis definitiua in habentibus definitionem eſt definitio, in non habentibus eſt conceptus formalis cum re conuertibilis quidditatiuus. Alia eſt ratio formalis obiectiua, & hæc eſt omne quidditatiuum communius eo cuius eſt ratio for- *Rõ materiali:. Ratio formalis triplex.* malis.vt tam animal,quam ſenſibile ratio formalis obiectiua eſt hominis, quia rationes ſunt formales, quibus homo intellectui obiicitur,& hoc pacto ratio formalis debet eſſe communior eo cuius eſt ratio formalis. & iuxta hunc modum nihil eſt ratio obiectiua ſui, quia nihil eſt ſeipſo communius niſi forte in ſimpliciter ſimplicibus vbi idem eſt obiectum cognitum & ratio formalis cognoſcendi. Alia denique eſt ratio formalis contractiua, quæ contrahit rationem materialẽ ad certum genus ſcientiæ, vel ad certum genus prædicamenti

camẽti vel ad certam ſpeciem, & ſic rationale eſt ratio formalis animalis, quia illud contrahit ad hoĩem. hæc ratio formalis eſt ſemper in minus eo cuius eſt, & ꝑp hãc rõnem dr̃ rõ formalis ſubiectatiua, quatenus cõtrahẽdo aliquod cõe, illud ſubiectat, ſiue efficit ſubiectũ ad certum genus ſcibile. Simili ratione ratio materialis triplex eſt. Alia definibilis, quæ reſpondet rationi formali definitiuæ, quæq; per rationem formalem definitiuam deſcribitur, & hæc debet omnibus in arte conſideratis competere. Alia eſt ratio materialis obiectibilis, quæ rationi formali obiectiuæ reſpondet, & quia per obiectiuam rõnem intelligitur. Alia eſt rõ materialis cõtrahibilis, quia per rõnem contractiuam vel ſubiectatiuam contrahitur. *Vtraque ratio duplex.* Secundo debes ſcire ꝙ tam rõ materialis quouis modo ſumpta, quã rõ formalis poteſt eſſe aut prima, aut ſecunda. dr̃ prima rõ formalis quæ in ſua rõne eſt primo talis, vt ſi contrahibilis, primo cõtrahibilis, ſi definibilis, primo definibilis, ſi obiectibilis, primo ẽt obiectibilis, ſic etiam rõ formalis duplex eſt, prima:& ſecũda, vt de ratione materiali diximus. *De ſubiecto naturalis philoſophiæ.* Iuxta has diſtinctiones in li. phy. conceſsimus ens eſſe primã rationem materialem contrahibilem philoſophię naturalis: ens vero mobile ſiue ens naturale, ſiue huic æquiualens, primam rõnem materialem definibilem. Corpus aũt mobile aut corpus naturale, aut huic æquiualẽs primam rõnem obiectibilem. Ens quidem prima eſt ratio materialis contrahibilis, quia naturalis & oĩs ſcientia eſt de ente, quia nulla eſt de non ente, & nullum eſt contrahibilius ipſo ente, ens mobile vero eſt prima rõ definibilis, quia in naturali philoſophia communiſsimum & primum definibile. Corpus mobile deniq; prima ratio materialis obiectibilis, quia nihil poſt ens mobile immediatius eſt ſub rõne entis mobilis intelligibile. Secundo iuxta has diſtinctiones etiam conceſsimus primam rationem formalem contrahentem eſſe mobile vel naturale quia ipſum ens per tale ad genus phyſicum primo contrahitur. Hanc eandem diximus eſſe primam rõnem formalem quidditatiuam, quia per hãc ens mobile primo quidditatiue intelligitur. Hanc etiam primam obiectiuam, quia per hanc corpus naturale vel mobile primo nobis obijcitur. *Dilucidatio cõmunis poſitionis.* Ex his facile dilucidatur põ cõis. Nam ipſum ens eſt ratio materialis contrahibilis & definibilis, ſuba vero prima rõ materialis obiectibilis. Q̃ ens ipſum ſit prima rõ materialis contrahibilis, patet, quia nihil eſt contrahibilius ente. Q̃ ſit prima ratio materialis definibilis probo, quia ſi eſſet definibile ipſum eſſet primũ, & nihil ipſo prius in hac ſciẽtia. Q̃ deniq; ſuba ſit prima rõ materialis obiectibilis, perſpicuum eſt quia nihil ſub ente eſt immediatius intelligibile ipſa ſuba. Entitas vero eſt prima ratio formalis contrahens, definiens, & obiectiua, contrahens quidem, quia ens per mobile ad genus phyſicum, per quantum, ad Mathematicum contrahitur, per ipſam rõnem entis, ad Meta. Definitiua vero, quia ens nõ eſt definibile, ſed ſolũ ſub rõne entis intelligibile, igitur entitas eſt rõ formalis quidditatiua entis. Eſt deniq; prima ratio formalis obiectiua, quia eſt prima ratio ſub qua ſubſtantia primo intelligitur. *Quid ſubiectũ totum.* Ex his patet totum ſubiectum Metaphyſicę eſſe ens inquantum ens. hoc. n. cõtinet & rationẽ formalẽ & materialẽ dupliciter, vt dictũ eſt definitiuam & obiectiuam, ſubſtantia eſt primũ ſubiectum ſiue prima ratio materialis obiectibilis, quia immediatius ſubſtantia ſub ente eſt nihil, hæc de communi opinione. Nunc dicamus ſecundum Græcos, & ſuppono primo in omni ſcientia eſſe dabile vnum primum & communiſsimũ genus: ꝙ oĩbus conſideratis ꝑ ſe in ſcĩa competat. *Dilucidatio ſecũdum græcos. 1. ſuppoſitio.* Probatur quia cum ſcĩa multa ſubiecta in eadem ſcientia conſideret, de quibus ſingulatim paſsiones demonſtrat, niſi oĩbus illis ſubiectis daretur cõe genus, ſcientia non eſſet vna. *2. ſuppoſitio.* Secundo ſuppono ꝙ in oĩ ſcientia inter multa ſubiecta quæ conſiderat, & de quibus affectiones demonſtrat, ſit dabile vnum ſubiectum primo & immediate cõtentum ſub illo primo & communiſsimo genere. probatur, quia cum oĩa ſubiecta quæ conſiderat ſcĩa, & de quibus accidentia demõſtrat, non æqualiter illo genere primo participent, illud dicetur primũ oĩum, ꝙ illo genere primo & immediate participabit. *3 ſuppoſitio.* Tertio ſuppono in oĩ ſcientia eſſe dabile primas paſsiones, primas partes definitiuas: & primas ſpecies illius contenti immediate ſub primo genere, nõ aũt generis. Q̃ quidem non generis, patet, quia genus illud eſt cõiſsimũ & tanquã rõ prima oĩum conſiderabilium, igitur primi & immediate contenti ſub illo primo genere cõiſsimo. Hæc tria indicat Ariſt. vt Philoponus dicit. 1. Poſte. cũ inquit, ꝙ ſcĩa eſt vnius generis ſubiecti ſpẽs, partes, & paſsiones conſiderans, quia conſiderat ſcĩa primũ genus, quod eſt primum genus primi ſubiecti, cuius ſubiecti primi partes definitionis, & ſpẽs, & paſsiones conſiderat. His ſuppoſitis, Dico primo ꝙ cõmuniſsimum genus huius ſciæ eſt ens, probatur, quia de omnibus prædicatur, de quibus vt de ſubiectis paſſiones, & definitiones conſiderat hæc ſcientia. Dico ſecundo ꝙ ens eſt huius ſcientiæ cõiſsimum prædicatum, probatur, qm̃ eſt cõiſsimum genus, & non cõmuniſsima ſpecies, igitur communiſsimum prædicatum. Tertio dico ꝙ ens non poteſt eſſe primum ſubiectũ in hac ſcientia, probatur quia non reſpectu ſcientiæ Metaphy. quia nec vt formæ, nec vt prædicato illi ipſum ens ſubijcitur, nec reſpectu omnium ſubiectorum particularium ſiue ſpecifice hic conſideratorum, quia ad illa eſt primum genus, & primum prędicatum. ridiculum enim eſt aliquod dici primum ſubiectum, & eſſe commune ſubiectum reſpectu eorum: de quibus per ſe prædicatur. Cum enim non ſit illorum ſubiectum, non poteſt eſſe illorum primum ſubiectum. Miror enim eos, qui dicunt aliquod eſſe primum ſubiectum, quia prædicatur de omnibus, immo per hoc qđ de omnibus prædicatur, non ſubiectum, ſed prædicatum primum eſt ſecundum rationem ſubiecti & prædicati. nec dici poteſt in hac ſcientia ipſum eſſe communiſsimum ſubiectum reſpectu paſsionum, quoniã ens non habet paſsiones, vt dicemus. Secundo quia reſpectu paſsionum non commune, ſed proprium ſubiectum eſt. non enim ad illa communiter ſeſe habet, nec poteſt ipſum ens eſſe communiſsimum ſubiectum, quia ad ſpecies entis eſt commune & ad paſsiones ſubiectum, & ſic ſubiectum communiſsimum, quia non valet, eſt, ad ſpecies communiſsimum, & ad paſsiones ſubiectum. igitur ſubiectum communiſsimum. Præterea omne reſpectu paſsionum conſideratum eſt ſpecies, & non genus, generis enim paſsiones non ſunt, niſi quatenus eſt ſpecies. Sic igitur patet ens non eſſe in hac ſcientia communiſsimum ſubiectum. Quarta concluſio eſt quòd ens eſſe poteſt Metaphyſicæ communiſsimum obiectum, ſiue communiſsima & prima ratio obiectiua: probatur, quia obiectum dicitur tam reſpectu potentiæ quàm reſpectu habitus, at in ſcientia hac nihil eſt communius ente, igitur

eſt prima rō obiectiua, per quàm vnumquodq; hic cōſideratum pōt intellectui vel Metaphyſicæ obijci. Eſt igitur ens primū genus & primū prædicatū oīum eorum ſubiectorum, de quibus definitiones & paſsiones hęc ſciētia conſiderat. Eſt & primum obiectum ſiue prima ratio obiectiua Metaphyſicæ facultatis: quatenus eſt prima principaliſq; rō obijciendi illi, & per quā oīa hic conſiderata illi obijciuntur, hæc de communiſſimo. Vlterius dico ꝙ in hac ſcientia primum ſubiectū eſt de ſubſtantia, probatur quia nihil eſt enti immediatius ſubſtantia. Præterea ſubſtantiæ partes & paſsiones, & ſpecies conſiderantur hic primo, & per attributionē ad illam cætera conſiderantur. Igitur primum ſubiectū Metaphyſicæ eſt ſubſtantia, quæ ſub ipſo ente immediate & primo continetur. Ex hoc ſequitur ſubſtātiam eſſe primam rōnem materialem obiectibilem ēt apud græcos, ꝓbo, quia eſt id ꝙ primo & immediate per ipſum ens intelligitur, quod eſt primum obiectum, vt dictū eſt. Per idē pōt deduci ꝙ ſit prima rō materialis definibilis, quia hæc hic definitur, & nihil illa prius, igitur prima rō definibilis. Multa alia colligi pn̄t, quæ hic intelligenti omitto. Sed occurres nunquid de rōne generis & communiſsimi prędicati, vel obiecti ſit habere paſſiones & definitionem. An ſolo ex dictis patet: nihil. n. eſt definibile, niſi quod habet rōnē ſpeciei, & nihil paſſiones habere pōt, niſi inquantum habet definitionem, at de rōne cōiſsimi generis prædicati, vel obiecti nō eſt habere definitionem, & per cōſequens, nec paſsiones. Aliquod tamen gratia materiæ & per accidens habere poteſt, vt in lib. phy. diximus. Sed ſolū de ratione communiſsimi eſt vt omnium ſpālium ſubiectorū de quibus paſsiones ars conſiderat, & definitiones, ſit primū prædicatum, primum genus, vt dictum eſt. De ratione vero primi ſubiecti eſt omnia illa habere, vt Ariſt. indicat hoc eſt definitionem & paſsionem, non autem ſpecies, vt dictum eſt.

Exceptum.

Caput solutionum quintum.

Ad rationes itaq; pro opinione Alpharabij. Ad primam dici pōt, idem eſſe ſubiectum vtriuſq; Metaphy. primū primitate perfectionis, non alr̄, vt Deus ipſe. Ad duas alias rōnes dic ꝙ concludunt Deum eſſe ſubiectum primum primitate perfectionis. Ad rōnes vero contra Alpharabium, ad primam dicemus poſtea in pōne Auerrois ad ſecundam, tertiam, & quintam dic ꝙ concludunt Deum non eſſe ſubiectum primum primitate vniuerſalitatis. ad quartam dci poteſt ꝙ principium ſubiecti & ſciæ nō eſt ſubiectum primum primitate vn̄tatis, cum quo tn̄ ſtat. ꝙ ſit primum primitate perfectionis. Dictum. n. eſt in lib. phyſi. idem poſſe eſſe partem ſubtiuam alicuius ſubiecti, & principium eiuſdem. Verbi cauſa, materia eſt pars ſubiectiua entis mobilis, & principiū illius, quatenus eſt cauſa corporū vt mobilia entia ſunt. De hoc melius in ſolutionibus ad principales. Pō Auēpaces in idem venit cum poſitione Alpharabij, idem eſt. n. Deus: & prima cauſa, & propterea eodem modo defenditur. Circa poſitionē Auer. eſſent duæ qōnes diſputāde, vt ſi ſubiectū pōt demōſtrari eſſe in ſciētia ſaltē demōſtratione ſigni, & ſi genus ſubſtantiarū ſeparatarū eſſe, poſsit demr̄ari, q̄ qa in li. phy. ſunt diſputatę, & diſputanr̄ in 12. hui⁹, nūc raptim ꝓbo pro Auerroe ꝙ nulla ſcientia probat ſuum ſubiectū eſſe. Primo præcognitum quia eſt in aliqua ſcientia, non eſt quæſitū in illa, ſed oē ſubiectū eſt præcognitū in ea ſcīa, cuius eſt ſubiectū, vt dr̄. 1. poſte. ait enim Ariſto. de ſubiecto eſſe pręcognoſcendū, quia eſt, & q̄d noīs. Secundo ſi ſubiectū eſſe demonſtrar̄ in ſcīa, vel ꝑ eius ſpeciem, vel ꝑ eius principiū, vel ꝑ eius conditionē, ſiue proprietatē: nō ꝑ eius proprietatē, non. n. demōſtraretur ſubiectū eſſe, niſi ſuppoſita illa proprietate ineſſe. Sed non pōt ſupponi ꝓprietatē ineſſe, niſi ſubm̄ ſit, igir̄ petitio principij. nec per eius principiū, quia tunc demōſtratio eſſet ꝓꝑ quid: qđ eſt cōtra eos, nec per eius ſpēm, quia non demonſtraret̄ ſubm̄ eſſe, niſi ſuppoſito ſpēm eſſe, nō pōt ſupponi ſpēm eſſe, niſi ſuppoſito genus eſſe, nō. n. pōt ſupponi poſterius eſſe, niſi ſuppoſito priori quo ad eſſe. igir̄ per nihil pōt demōſtrari. Tertio hæc concluſio de vero adiacēte corpus mobile eſt, vel ſubiectū quod vis eſt, nō pōt probari niſi ſyllogiſmo hypothetico primo priorū: ſed per ſyll'm hypotheticū nihil ignoti probatur: vt Ariſt. illic docet, quare in nullo genere demonſtrationis ſubiectū etiam poteſt demonſtrari. Ex ijs dicendum eſt ſecūndum veros peripateticos ſubiectū eſſe ſumi in ſcīa, cuius eſt, vt præcognitū, aut ꝑ ſenſum, aut ab alia ſcīa. Tūc ad rōnes contra hoc. Ad primam concederet Auerroes oēm ſcīam poſſe vti demonſtratione quia, nō tamē reſpectu ſubiecti, quod eſt præcognitum quia eſt, & q̄n dicitur, ꝙ habet oīa requiſita, negatur, qa licet vti poſsit demonſtratione quia, reſpectu aliorū, non dr̄ tamen ſubiectū eſſe vnum de quæſitis, nec cōditio illa eſt notior ſubiecto: vt diximus. Ad inductionē patet ſolutio, demonſtratio illa non eſt quia, nec propter quid, ſed ſolū ſyllogiſmus dialecticus, qui forte petit principium niſi recurras ad ſenſum vel altiorem ſcīam, hæc de primo. Secundo probo ꝙ metaphyſica non poſsit probare ens ſeparatum per eſſentiam eſſe, quod Auerroes intelligit ꝑ genus ſubſtantiarum ſeparatarū. & ſuppono ꝙ licet ens ſeparatū per eſſentiam, & ens ſeparatum per participationē ſint diuerſa, tn̄ ſunt permixta, q̄m eſſe non pōt ens ſeparatū per indifferētiam niſi ſit ens ſeparatum ꝑ eſſentiā, vt diximus in ꝓœmio. Intulit enim Ariſt. 6. huius ꝙ ſi nullum aliud eſſet ens præter ſeparata per eſſentiā, vtiq; phyſica eſſet prima philoſophia. quam conſequētiam deducit. Auer. primo huius, quia vbi non ponuntur immaterialia ꝑ eſſentiam, oīa erunt concepta cū materia, & ita idem erit ens ſimpliciter & ens materiale, quare cum tollitur ens immateriale, nihil remanebit cōe materiali & īmateriali. Tūc arguo, ſi ens immateriale eſſe, poteſt demonſtrari: aut illud medium quo probaretur eſſet naturale vel metaphyſicum: nō meta. quia vel abſtractum ꝑ eſſentiam, & ſic petitio vel per indifferentiam, & idē quod prius, quia hoc modo ens abſtractū ſupponit ens abſtractū per eſſentiam, de hac rōne multa diximus in. 1. phy. circa cōmentum vltimum. Secundo nulla ſcīa probat ſuū ſubiectum eſſe nec ſpecies ſubiecti eſſe, vt ſumunt. 2. de aīa, nec principale ſubiectum eſſe, q̄m eſſe ſubiecti primi non eſt niſi eſſe ſpērum, & propterea ſi ſpēs eſſe ꝓbari pōt, etiam ſubiectū eſſe probari poterit. Tunc ad rationes contra hoc. Ad primam dico ꝙ ſi illa ꝓprietas erit metaphyſica, tunc ſyllogiſmus erit dialecticus, & petit principium, quia ęque ignotum eſt an illa conditio ſit ens ſeparatum, ſicut eſt de re demonſtrata. Per idem ad ſecūdum, nam ſi arguas per mediū quod eſt dependentia, ſi debeat eſſe metaphyſicum tūc debet eſſe quid abſtractum, ſaltem per indifferentiam, tale autem eſſe non poteſt niſi ſuppoſito ente abſtracto per eſſentiam: vt dictum eſt. Et ſic eſt petitio principij.

De pōe Auer.

Quod nulla ſcīa probat ſuū ſubiectum eſſe.

Solutio peripatetica.

Ad rōnes An to. Andreæ.

Quot meta. nō poſsit probare genus ſeparatorum eſſe.

Cōm. 19.

Cōm. 27.

Ad rōnes Anto. Andreæ.

pij. Ad tertium dico, ꝙ tunc eſſet prior, quando phyſica probaret illud à priori, nõ autem, q̃n probat à poſteriori. Per idem ad quartum. Illa.n.concluſio probata eſt à poſteriori. Ad rõnem contra tertium patet ſolo. Illis.n.eſſe poteſt aliquod cõe analogũ, quod ſatis eſt, hæc pro Auer. Nunc ad rõnes factas in principio quęſtionis eſt reſpondendũ. Sed quia ſolõnes rõnum expoſcunt difficultates propterea antequam ponãtur. Quæritur primo vtrum hoc nomen ens dicat vnum conceptum proprium alium à conceptu Dei & rei productæ, ſiue alium à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis. Et licet hæc quæſtio diligentius in.4.li.diſputabit, vbi eſt proprius locus, tamen propter pertractationẽ aliquorum oportet aliquid dicere de illa nũc. Ad hãc difficultatem r̃ndent quidam & dicunt duo: Primum eſt ꝙ hoc nomẽ ens, dicit nobis conceptũ vnũ proprium & alium à conceptu ſubſtantiæ & accidentis, ſiue Dei, & rei productæ. Secũdum eſt ꝙ talis cõceptus cõis ſubſtantiæ & accidenti, Deo & rei productæ eſt realiter vnus. Ex quibus inferunt ꝙ conceptus entis eſt vniuocus ſubſtantiæ & accidenti Deo & oĩbus alijs: quia id vniuocũ appellant ꝙ eſt aliud & vnũ realiter: & quia cõceptus entis eſt alijs & vnus realiter: idcirco eſt vniuocus. Sed quia hæc ſunt obſcure dicta, & quaſi noua peripateticis, ideo pro declaratione horũ primo debes ſcire apud hos inueniri hos terminos, videlicet, rẽ, naturã, realitatẽ, ſiue formalitatẽ, & conceptum. res apud eos.i.quod ex eſſe & eſſentia cõſtat. & ꝓpterea res nõ eſt niſi id quod eſt indiuiduũ, vel indiuiduis cõueniẽs. Nã vero ex realitate ſiue formalitate, & realitate proficiſcitur, vt ſpẽs quæ ex genere & d̃ria, quæ ſunt realitates ſiue formalitates conficiuntur: realitas aũt vel formalitas eſt entitas generis, vel d̃riæ. Cõceptus aũt ſumi põt ex parte nr̃a pro cõceptione, ſiue rõne cõcipiendi: quia rõne ſpẽs intellectilis conceptus diceret, & põt ſumi ex parte rei: & ſic eſt ipſum obiectũ conceptibile, quod vel mouet vel terminat actu intellectũ vel poteſtate, & hoc modo ſumitur in quæſtione & in concluſionibus. Ex his apparet aliquod nomen poſſe dicere conceptũ: & non realitatem vel formalitatẽ, vt hoc nomen ens apud iſtos. Dicit.n.cõceptũ, quia obiectũ aptum mouere vel terminare intellectũ, non aũt realitatem vel formalitatẽ, quia nihil g̃nis vel d̃riæ. Secũdo patet aliquod nomẽ dicere realitatem vel formalitatẽ, & non naturã, vt nomẽ ſubſtantiæ: aliquod etiã nomen dicere naturã, & non rem, vt nomẽ hõ. Quibus omnibus perſpicuæ ſunt oẽs concluſiones. Prima quidem, quia volũt hoc nomẽ ens dicere vnũ conceptũ alium, & proprium à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis, non autem vnam formalitatem vel realitatem, nec vnã naturam nec vnam rẽ. Secũda vero, quia volunt ꝙ vnitas huius conceptus ſit præter operationem intellectus, & propterea ille conceptus eſt vnus realiter. Pro hac poſitione arguunt multipliciter. Primo vnus & idem conceptus nõ põt alicui certus eſſe & ſimul dubius de eodem, eſt.n.contradictio, quod aliquis cõceptus ſit certus & dubius ſimul de eodem. Sed conceptus entis eſt certus de aliquo & dubius de alijs, igitur eſt alius ab illis de quibus eſt dubius. minor patet, quia antiqui erãt certi de lumine quod ſit ens, dubitarunt autem vtrum ſit ſubſtantia vel accidens. Similiter alij cognouerunt animam eſſe ens, & tamen dubitarunt vtrum eſſet ſubſtantia vel accidens. Hanc rationem Auicẽ. tetigit primæ ſuæ meta.ca.6.quã illi de hac põne poſtea ſumpſerunt. Secundo principaliter arguunt ſubſtantia & accidens in ente conueniunt, & differunt inter ſe: igitur ens dicit cõceptũ alium & tertium à conceptu ſubſtantiæ & accidentis tenet cõſequentia, quia impoſ'e eſt aliqua conuenire & differre in eodem. Tertio ens prædicatur de ſubſtantia & accidẽte, vel igitur ſecundũ alium conceptum, vel ſecundum eundẽ. ſi ſꝫm eundem, tunc erit prædicatio eiuſdem de ſeipſo, igitur ſecũdum aliũ. qui eſſe nõ põt niſi ſit vnus, aliter tot eſſent cõia, quot inferiora. Quarto aut cõceptus entis eſt idem penitus cũ conceptibus ſubſtantiæ & accidentis, vel alius nõ idem quia vel idem alteri tm̃, vel vtriq;. ſi idem alteri tãtum non poterit de altero prædicari. ſi vero vtriq;, igitur illi erunt idem inter ſe, igitur oportet conceptum entis eſſe alium ab illis. Quinto cõceptus entis eſt naturaliter prior conceptibus Dei & rei productæ & ſubſtãtiæ & accidentis, igitur alius ab illis. antecedẽs patet quia à ſubſtantia ad ens non conuertitur eſſendi conſequentia. Sexto nõ põt idem conceptus eſſe ſimpliciter ſimplex, hoc eſt penitus irreſolubilis & nõ ſimpl'r ſimplex, hoc eſt reſolubilis. Sed conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex, quia irreſolubilis: & cõceptus ſubſtãtiæ & cuiuſuis inferioris eſt reſolubilis, igitur conceptus entis eſt alius. Præterea pro hac poſitione arguunt iuniores peripatetici. Septimo ſic, illud ꝙ habet vnum modũ eſſendi, ſiue vnum apparens in ſubſtantia & acc̃nte eſt vnius rationis ſiue conceptus in ſubſtãtia & acc̃nte, qa vna ratio ab vno ſumitur modo eſſendi, ſed ens habet vnum modũ eſſendi in ſubſtantia & accidente, vtpote eſſe formaliter, quia ſubſtãtia eſt ens per ſe formaliter, accidens etiam ens per ſe formaliter, veluti quantitas & qualitas. Quãuis enim accidens ſit per ſubſtantiam ſubiectiuæ. eſt tamen ſeipſo formal'r. non.n.ſubſtantia eſt formale principiũ quo accidens ſit tale, igit ens eſt vnius rationis ad ſubſtantiã & accidens. Octauo hec propõ eſt vera ſubſtãtia ẽ prius & nobilius ens ipſo acc̃nte: aut igit ens ibi ſumit pro ſuba vel ꝓ acc̃nte. aut pro intẽtione, ſiue cõceptu tertio, nõ ꝓ ſuba, quia tũc eſſet ſenſus ſubſtãtia eſt prior & nobilior ſubſtãtia q̃ ſit acc̃ns, ꝙ eſt ridiculũ: nec pro acc̃nte, quia tunc eſſet ſenſus ſubſtantia eſt prius & nobilius acc̃ns quam ſit accidens, igitur pro intẽtione ſiue conceptu tertio. Nono ens prædicat de ſubſtantia & accidente, vel igitur ꝑ rationem ſubſtãtiæ, vel per rationem accidentis vel ꝑ rationem tertiã, vel ꝑ nullã: nõ dicerẽ ipſum prædicari ꝑ nullã rõnem, vt per ſe ꝑſpicuũ eſt: igit ꝑ aliquam & nõ ꝑ rõnem ſubſtantiæ: quia nõ ꝓdicaret de acc̃nte, nec ꝑ rõnem acc̃ntis, quia non de ſubſtãtia, igit per rõnem tertiã. Decimo, tota entiũ multitudo põt concipi vno conceptu, igit ens de oĩbus ꝓdicat ꝑ vnũ conceptũ. an̄s patet, quia poſſum formare hãc propoſitionẽ, videlicet, tota multitudo entium eſt extra nihil, vel igit vno cõceptu hãc cõcipio, vel pluribus, nõ pluribus, quia tũ infinitis conceptibus illã cõciperẽ, igitur vno, & ita habet propoſitũ. Plures alias rõnes & ſubtiles adducemus in.4.li. vbi eſt ꝓprius locus, huius q̃õnis nõ aũt hic hæ ſufficiũt. Qd' vero talis cõceptus ſit vnus realiter hoc eſt p̃ter operationẽ intell's: probãt primo, quia ꝓdicat de aliquibus inquit ꝓdicatione dicẽte hoc eſt hoc. Scd'o, qa eſt obiectũ potẽtię: qd' naturaliter p̃cedit illã. Tertio: qa ſuba & acc̃ns circũſcripto intell'u h̃nt aliq̃ conuenientiã, & maiorem q̃ ens & nihil. Quarto, quia intell's vera intellectione ĩtelligit ens eſſe cõe ſubſtãtiæ & acc̃nti, igit ita eſt in re. Quinto tũc vnitas

Qō de vniuocatione entis. Vide Reuerẽd. Caietanum in cõmentarijs de ente & eentia.

Excerptum Primum.

Secundum.

Tertium. Dilucidatio poſitionis.

tas entis eſſet figmentum:quia ſibi nihil in re conueniret.Multæ aliæ rõnes fieri poſſunt pro hac parte, ſed hæ nunc ſufficiant. Sed cũ reuerentia horum virorum ſemper loquẽdo,hæc poſitio nec quo ad modũ dicendi,ne quo ad poſitionẽ ipſam eſt peripathetica. quo ad modũ dicendi quidem quia ab Ariſt. nunq̃ accepimus vniuocum & æquiuocum dici ab vnitate conceptus vel multiplicitate.Ariſ.n.in prædicamẽtis æquiuoca definiẽs inquit ęquiuoca dicunť,quorum ſolum nomen cõe eſt,ſ̃m nomẽ vero ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa,Vniuoca vero ita definit dicẽs vniuoca dicuntur, quorum nomen cõe eſt,& ſecundum nomẽ ratio ſubſtantiæ eadem,vbi Simpli.per rõnem definitionem, & non conceptum exponit.Boetius etiam per rationem: quæ græce eſt logos, etiam definitionem ſubſtantialẽ intelligit.Ait.n.æquiuoca & vniuoca ĩ nullo alio diſcrepare niſi ꝙ æquiuoca definitione diſiunƈta ſunt. Vniuoca ipſo quoq; termino cõiunguntur, ecce qũo tam Simpl.quam Boetius ſemper vniuocũ ab vnitate rõnis æquiuocum à multiplicitate dijudicant, nec vnquam vidi aliquẽ bonũ Ariſt.interpretem, qui vniuocum vellit eſſe ab vnitate conceptus,qui non ſit definitio, nec æquiuocũ à multiplicitate illius. Præterea differẽtia inter conceptũ:realitatem:ſiue formalitatẽ, naturam,& rem,nõ videť peripathetica & nullus illã expreſsit.Amplius non videť ſapide diƈtũ, vt aliquod nomẽ poſsit realitatẽ ſignare,& non rẽ,quia realitas deduciť à re, velut bonitas à bono.Similiter non eſt peripatheticum vt nomẽ aliquod poſsit formalitatẽ dicere,non autem formam,quia formalitas deſcẽdit à forma, vt materialitas à materia.Inſuper non eſt certum vt natura dicatur ea tm̃ quæ ex realitate & realitate componiť, quia Ariſt.definit naturam per hoc ꝙ eſt principiũ motus & quietis,quã ait dici de materia, & de forma. Sic igiť quo ad modum dicendi hæc põ non eſt peripatheticæ diƈta. Quantum vero ad põnem ipſam, ꝙ non ſit peripathetica rõnibus peripatheticorum arguitur.Et primo argumẽto Simplicij.2.de aĩa tex.illo(dicimus igitur vnũ quoddã)& reliqua hoc modo, nullum vniuocum dř magis,vel prius,vel ꝓprius in vno quã in alio, veluti color nõ dř magis in albo q̃ in nigro, nec prius nec proprius,ſed ens magis proprie & veræ ens in ſubſtantia q̃ in cæteris prædicamentis dicitur, & bonum magis propriæ in diuina cauſa q̃ in cauſatis, igiť ens nõ eſt vniuocũ. hæc eſt ratio Simplicij. Secundo arguit Auerroes in lib.d.d. diſputatione.7.in ſolutione vltimi dubij ſic. Illud in quo vnum per ſe & eſſentialiter antecedit aliud,non põt eſſe illis vniuocum dico per ſe eſſentialiter,quia Socrates pater antecedit Platonem filium in humanitate,quia tamẽ hæc præceſsio eſt per accidens,ideo homo poteſt eſſe vniuocus ambobus: igitur quãdo aliquid antecedit per ſe & eſſentialiter in A,non põt cum illo vniuoce conuenire,& ſic patet maior.ſed prima cauſa antecedit per ſe in ente oĩa alia entia,igitur non poteſt in ente vniuoce cum illis conueni re.Tertio ibidem ita arguit. Id ꝙ per eſſentiam capit aliquid non poteſt in illo vniuoce conuenire cum ijs, quæ id capiant per participationẽ, hæc eſt per ſe nota: quia ideo Socrates in humanitate poteſt vniuoce conuenire Plato,quia tam Socrates,q̃ Plato per eſſentiam capiunt humanitatem, igitur per conuerſionem per contrapõnem,quod no capit aliquid ꝑ eſſentiã,nõ põt vniuoce cõuenire in illo, cũ eo qđ capit illud ꝑ eſſentiam,ſed Deus capit ens ꝑ eſſentiã. Solũ.n.primũ ens eſt ens per eſſentiam,& cætera capiunt ens per participationem.Omne.n.citra primum ens eſt ens per participationem,igitur non poſſunt in ente vniuoce conuenire.Quarto arguit Egidius nullum vniuocum ſaluatur in vno ſimpliciter, & in alijs ſ̃m quid.Sed ens in Deo & ſubſtantia ſaluatur ſimpliciter, eſt.n.Deus ſimpliciter ens,ẽt ſuƀa ſimpliciter ens in aliis, vt in accñtibus ſaluatur ſ̃m quid,eſt.n.accidens ens ſ̃m quid, ſiĉr oẽ ens citra primum eſt ens ſ̃m quid igitur ens non eſt vniuocum.hæc ratio non multum differt ab illa Auer. Quinto etiam arguit Egidius: nihil poteſt vniuocari alteri per aliquid,quod non eſt in eo,ſed in alio. Sed accidens eſt ens entitate quæ eſt in ſubſtantia, igitur non poteſt accidens vniuocari ſubſtantiæ in entitate.Sexto arguit Ioannes nullum prædicatum vniuocum prædicatur de modo eſſendi, à quo ſumitur eius vnitas: aĩal enim non prædicatur de ipſo ſentire, à quo ſumiť vnitas conceptus aĩalis.ſed ens prædicatur de modo eſſendi,à quo ſumitur eius vnitas,vtpote de eſſe formaliter: quod ponunt modum eſſendi: quia talis modus eſſendi vel eſt ens,vel non ens: ſi non ens, tunc ridiculũ erit ꝙ ratio intelligendi ens ſumitur à non ente,ſin autem ſit ens,tunc ens prædicabitur de modo eſſendi,à quo acciperetur conceptus entis, quod eſt omnino impoſsibile.Forte dicerent ꝙ iſte modus eſſendi eſt ens identice, & non formaliter, nec quidditatiue, quia apud eos ens non prædicatur de omnibus quidditatiue. qm̃ non de modis intrinſecis, nec dr̃iis vltimis, nec de paſſionibus entis. Sed hæc rñſio non valet: quia licet ens non prædicetur vniuoce de oĩbus, prædicatum tñ eſt vniuocum oĩbus,refert.n.apud eos eſſe vniuoce prædicatum,& vniuocum prędicatum.albũ.n.de niue & cygno vniuocum prædicatum eſt,qa de illis ſ̃m idem nomen,& eandem rationem prædicatur,non aũt vniuoce prædicatur, quia non per ſe & formaľr,nec quidditatiue.ad rem,iſti volunt ens eſſe vniuocũ prædicatum oĩbus,non aũt vniuoce prędicari de oĩbus: & ita argm̃ ſtabit,qa licet ens non ꝑdicetur de illo mõ eſſendi vniuoce,erit prædicatum de illo vniuocum,& ita ſequitur aliquod prædicatum eſſe vniuocum de modo eſſendi, à quo eius rõ ſumitur,qđ erat impoſ̃e. Vltimo iunior quidã contra hos arguebat ſic. Ariſt.1.Ethi.cõtra Plat. arguit,ſi dareť idea boni: vel illa eſſet ſuƀa, vel quãtitas vel aliquod aliorum generum,ſi nullũ illorũ eſt, nõ igitur dať idea boni,arguit modo.ſi ens eſſet vnũ & prius decem prædicamentis: dicam Ariſtote.ideam illã eſſe entis,& nullius decem prædicamentorum:quare vel rõ Ariſto.nulla eſt,vel poſitio illa non peripatetica.Vř igitur mihi per hæc argumenta,& non tm̃ per hæc argumenta,quantum per authores, qui his argumentis mouebantur dicere,ens eſſe analogũ:non.n.eſt vniuocum quia nullam vnam rõnem dicit, ſ̃m quam de ſuƀa & accid-te prædicari poſſet.nec æquiuocum pœnitus,qa aliquis ordo inuenitur inter ſubſtantiã & accidens, inter primam cauſam,& cætera entia,quatenus ſubſtantia eſt talis & ens per eſſentiam: accñs vero tale & ens per participationem. Reſtat igitur ipſum nomen ens eſſe analogum. Ex iis ſequitur ꝙ hoc nomen ens non ſignificat vnum conceptum cõem Deo & cæteris rebus, vel ſubſtãtiæ & accidenti,ſed primo ſignificat ſubſtantiã & accñs:vt Auer.ait.1 o.meta.tñ ordine quodã: vtpote ſubſtantiam per ſe, accñs vero per attributionẽ ad ſubſtantiã:quatenus entitatẽ qua ipſum eſt,in ſubſtãtia habet.Multa poſſunt dici hic,quæ in lib.4.dicentur.

Margin notes: Confutatio. — Simplicius Boetius. — Quod falſa. Rõ Simplicij. — Rõ Auer. — Prima rõ Egi. — Rõ Ioannis. — Solutio. — Confutatio. — Rõ propria. — Exceptum. — Cõm. 8.

Suppōnes pro ſolutione. tur. Pro ſolutione tamen ad rationes primo dicemus vno modo. ſecundo aliter, & pro primo debes ſcire ꝙ licet præter operationē intellectus nihil ſit præter ſubſtantiam & accidens, tamen mediante operatione, qua intellects ſubſtantiam concipit & accidens, relinquitur in ipſa aīa, quædam cōceptio quæ nec ſubſtantiam diſtincte, nec accidens repreſentat, ſed illa diſiunctim, atq; confuſæ, vel magis ad aures logicorum iſte terminus ens in mēte, ſignificat mihi ſubſtantiā & accñs tam præſentia & futura & poſsibilia, quā præterita & imaginaria. In propoſitione aūt ſumptus ſupponit diſiunctiuæ pro præſentibus, verificať vero pro vno tantū, hæc aūt nō tm̄ de iſto termino ens fatentur logici: ſed de oī termino cōi deducto impedimento ſigni; quæ res licet non videatur peripathetica ſm verba, tñ ſm rem ad idem venit. Et iuxta hunc modum tunc ad rationes *Sol.rōnum.* eorum. Ad primam rñdet Ioannes & lapide conceden do, ꝙ ex natura rei non poſsit idem conceptus eſſe certus & dubius, & propterea dicit ꝙ quicūq; concipit aliquam rationem entis, neceſſario illam concipit, aut ſub conceptu Dei vel rei productæ, ſubſtantiæ vel accidentis: & dicit ꝙ dubitatio non accidit philoſophis de lumine ex parte rei vel cōceptus: ſed ex ignorātia quid nominis, propterea quia ignorabant quid importetur noīe ſubſtantiæ aut accidentis, & ad formam, negatur minor, & conceditur maior, & ad probōnem minoris patet ſolutio, ꝙ diſputantes de lumine nō ex parte rei dubitabant de ipſo ſi eſt ſubſtantia vel accidēs, ſed ꝑꝑ ignorantiam quid noīs. Pręterea poteſt dici ſecundum logicos intellectum eſſe certū de ente, & tamē de ente intellectus non eſt certus, & ita diſputantes de lumine ſunt certi de ente, qui de ente non ſunt certi: ſed potius de bracha vt putāt. Ad ſcđam dici pōt ꝙ ſubſtantia & accidens in ente conueniunt, non quidem in cōceptu entis ex parte rei cōi, ſed in illo diſiuncto, quod repræſentatur per cōceptionē entis. Differūt aūt proprijs & diſtinctis conceptibus. Vel more logicorū dici pōt ꝙ ſubſtantia & accñs conueniunt in ente, quatenus iſtæ terminus ens prædicatur cōiter de quolibet illorū: differunt aūt proprijs conceptibus, quatenus vnuſquiſq; terminus illorū prædicatur de vnoquoq; illorum non cōiter. Ad tertiā dici pōt ꝙ ens prædicatur ſm conceptum cōem ꝑ diſiunctionem modi concipiēdi, nō per communitatem rei conceptæ. Vel more logicorum dici pōt ꝙ ille terminus ens prædicatur de ſubſtantia verificatur per conceptū ſubſtantiæ, ſignatiuę ſiue ſuppoſitiuæ ſm cōceptū diſiunctū, qa in propoſitione ſupponit determinatæ: & propterea eſt terminus cōis. Ad quartam dici poteſt ꝙ conceptus entis, qui diſtincte ſignificať per ens: nihil aliud eſt ꝗ conceptus ſubſtantiæ vel accidentis, qui vero diſiunctiuæ accipitur, eſt alius, ab illis diſtinctæ ſumptis, & ſic non valet ratio. Vel more logicorum dico ꝙ iſta in propoſitione, ſubſtantia eſt ens, iſtæ terminus ens ſignat ſubſtantiam & accidēs præſentia & futura, ſupponit pro præſentibus verificatur pro conceptu ſubſtantiæ, & ita ſignificatiuæ cōceptus entis eſt ſubſtantia vel accidens quæ ſunt, & quæ poſſunt eſſe. Suppoſitiuæ eſt ſubſtantia & accidēs quæ ſunt. Verificatiuæ eſt ſubſtantia tm̄, nec ſequitur ꝙ ſit prædicatio eiuſdem de ſe, quia ille terminus ens ſignificat aliud à ſubſtantia. Ad quintam dici poteſt ꝙ cōceptus entis, qui eſt ſubſtantiæ vel accidentis diſiūctiuæ ſumptus eſt prior conceptu ſubſtantiæ, nō aūt ſi ſumatur diſtinctæ. Vel more logicorū dici pōt ꝙ conceptus entis nō eſt prior nec poſterior, quia nullus eſt, ſed iſta prædicatio ſubſtantia eſt ens, eſt prædicatio ſuperioris de inferiore, qa iſte terminus ens ſignificat ſubſtantiam & aliud. Ad ſextam dico ꝙ cōceptus entis diſiunctus eſt ſimpliciter ſimplex, conceptus vero entis diſtinctus eſt ſimplex. Vel more logicorum pōt dici ꝙ cōceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex, i. ſignatum entis ſignificatur per terminū cōiſsimum: & cōceptus ſubſtantiæ non eſt ſimpliciter ſimplex, quia ſignificať per terminū non cōiſsimum. Ad ſeptimam dico ꝙ minor eſt falſa, quia eſſe formaliter eſt aliud in ſubſtantia, & aliud in accidente, nec ab illis poteſt abſtrahi vnus modus cōis. Præterea accidens eſt ens formaliter ꝑꝑ ſubſtantiam, & principiū formale & effectiuum accidentis eſt in ſubſtantia, vt dicit Egid. Ad octauam dicūt ꝙ ſubſtantia eſt nobilius ens ipſo accidente, non in tertio conceptu, ſed quia ſubſtantia eſt ſubſtantia à ſe, accidens vero eſt accidens dependenter ad ſubſtantiam. Vel dici poteſt more logicorum ꝙ ſubſtantia eſt nobilius ens ipſo accidēte, quatenus iſte terminus ens prædicatur nobiliori modo de ſubſtantia, quam de accidente, prædicatur autem nobiliori modo, quia ſubſtantia eſt nobilius ſubiectū ſiue ſignificatum. Ad nonam patuit ſolutio ꝑ ea quæ dicta ſunt ad tertiam. Ad decimam rñdet Ioan. & lapide ꝙ dicendo tota multitudo entium eſt extra nihil: nō eſt vna propoſitio ſed plures, quia ens eſt extra nihil quatenus ſubſtantia eſt extra nihil: & accñs eſt extra nihil. Et ſic conceditur ꝙ iſta propoſitio nō vno cōceptu ſimplici concipitur, ſed vno conceptu compoſito, & ſm analogiam ad vnum. Ad rōnes aūt quæ probant conceptum entis eſſe vnū realiter: ad primam dic ꝙ ens ꝑdicatur prædicatione dicente, hoc eſt hoc de ſubſtantia, & ita dicit vnū conceptum realē, ſed non alium à conceptu ſubſtātiæ vel accidentis: & ꝑꝑea eſt prædicatio ſuperioris de inferiore: quatenus iſte terminus ens ſignificat cōiter ambo. Ad ſecundum dico ꝙ ens eſt obiectum potentiæ, ſed præter operationem intellectus non eſt vnum: quatenus vero intellectus cooperatur, reditur vnum & ad vnitatem potentiæ, ſufficit vnitas obiecti: quæ eſt vel poteſt eſſe, vnde ante actum intellectus oēm obiectū eſt multiplicatum, at poſt actū, ſiue rectū, ſiue comparatiuum, efficitur cōe & vnum. Ad tertiā dico, ꝙ ſubſtantia & accidens circūſcripta operatione intellectus non habent maiorem nec minorē conuenientiā actualem, ſed potētialē: quatenus intellus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus, vt dicit Auer. Nam ante actum oēm intelľs, vľe eſt in ſingularibus & non vnū: poſt vero actum, ſiue rectum, ſiue reflexum, ſiue comparatiuū vľe fit actu cōe. Ad quartam dico, ꝙ intellectus non intelligit aliquod commune: ꝙ iſte terminus vel hoc nomen ens cōiter prædicatur de vtroq;. Ad quintam dico, ꝙ non eſt figmentum, quia illi correſpondent res aptæ concipi ſub vnitate. *Alia pō de ipſo ente quā eſt Egidij et Simp.* Animaduerſione dignū nonnullos, vt Egi. eſt dixiſſe hoc nomē ens nihil aliud dicere ſimpliciter niſi conceptum Dei, vel ſubſtantiæ, conceptus vero cæterorū vt accidentium non dicere, niſi ſecundum quid, & in obliquo. Et propterea apud hos hæc eſt vera, ſubſtantia eſt ens, Hæc autem falſa, accidens ſiue albedo eſt ens, non. n. conceditur niſi quatenus eſt entis. Vt. n. hæc eſt falſa, paries eſt albedo: ſed hæc vera paries eſt albedinis, vel albus, ſic hæc eſt falſa, albedo eſt ens: ſed entis, vel entale, quatenus entitas accidentis eſt formaliter illa ſubſtantiæ, quod ſi concedatur

cedatur illa, albedo eſt ens, non conceditur tanquam propria ſed de cõi vſu loquendi: quia accidens non eſt ens niſi entitate quæ formaliter eſt ſubſtantia, denominatiue accidentis. Quæ poſitio forte à Parmenide intelligebatur: vt exponit Plato. in li. Parmenidis: & vt refert Simpli. in lib. Phyſico. Non enim voluit dicere omnia eſſe vnum & immobile formaliter: ſed ens eſſe vnũ per ſe vt Deum, qui per ſe eſt: & ſolus eſt: de alijs vero non dici ſimpliciter: ſed ſecundum quid & denominatiuæ: quatenus cætera nõ ſunt entia ſimpliciter: ſed entis. Ex quibus patet hoc nomen ens non eſſe pœnitus vniuocum, quia non vnum conceptum cõem dicit, nec pœnitus æquiuocum: quia non immediate cõceptus plures, ſed dr̃ analogũ, pro quanto ſignificat vnũ per ſe, reliqua per accñs, & attributione. Hæc eſt intentio Simplicij in. 2. lib. de aĩa, & vr̃ oĩum peripateticorum antiquorũ.

Poſitio Plato. Plato vero opinatus eſt vnũ eſſe analogum, & non dici niſi principalr̃ de Deo, de cæteris vero ſm̃ quid, & attributione ad Deum, ens vero eſſe vniuocũ, quia vniuoce dr̃ de cauſatis. Opinatur. n. vnum eſſe ante ens, quatenus Deus eſt ante ens cauſatũ: & hoc, quia eſſe tribuit cauſatis duntaxat: vnitatem vero cauſæ primo, cæteris aũt attributione ad cãm. Et iuxta põnẽ Egidij & Simplicij de facili pñt ſolui rõnes eorũ, qui ſunt alterius opinionis. Ad primam iã ſatisfactũ eſt per ſolõnem Ioan. quæ quia eſt bona, non quærimus aliud. Sed ad ſcd̃am dico ꝙ conceptus primæ cauſæ, & cõceptus cauſati nõ conueniunt in ente. Silr̃ nec conceptus ſubẽ & accñtis, quia ſola ſuba eſt ens, & accñs non eſt ens, ſed entis vel ad ens, aut entale quid, & ſi cõceditur illa, accñs eſt ens, impropria eſt. Ad tertiam patet ſolutio, ens. n. non prædicatur niſi de ſuba per conceptũ ſubẽ, non aũt eſt prędicatio æqualis de æquali, quia ſaltem ſm̃ quid prædicatur de accñte. Et qñ diceret̃, ens pdicatur de accñte, vel conceptu ſubæ, vel conceptu accñtis, vel conceptu tertio patet ſolutio, quia ens non prædicatur de accñte prædicatione ſimplr̃, ſed prædicatione ſm̃ quid, & hoc pacto conceptu ſubæ prædicatur, vel conceptu, qui eſt in ſuba, aut ad ſubam. Per idem ad quartam, ens. n. non eſt ſimplr̃ idẽ niſi ſubæ, accñti vero idem attributione ad ſubam. Ad quintam dico, ꝙ conceptus entis non eſt prior conceptu ſubæ, quia hæc valet, ſubſtantia eſt, igitur ens eſt, & contra ens eſt, igitur ſubſtãtia eſt, licet nõ ſit prædicatio æqualis oĩno, quia ſaltem ens prædicatur de accñte ſm̃ quid. Ad vltimam dici põt conceptum entis eſſe ſimplr̃ ſimplicem, pro quanto cõceptus ſubſtantiæ, vel Dei nullum habet priorem conceptum, in quem reſoluatur, quia conceptu ſubſtantiæ vel Dei nullus eſt, prior, ꝙ ſi ens de ipſo accñte prædicatur: nõ per conceptum aliũ ab vtroq; prædicatur, ſed per cõceptũ ſubſtantiæ de ſubſtantia & per conceptum accñtis de accñte attributione ad conceptum ſubſtantię. Ex his patet quatenus rõnes probantes conceptum entis eſſe realiter vnum, vno modo probant, alio mõ non. Probant enim cõceptũ entis eſſe realr̃ vnũ, quia eſt Dei, vel ſubſtantię, non aũt probant illud eſſe realiter vnũ, quia cõe vtriſq;. Hæc de prima difficultate, vt de vniuocatione entis, de qua diligentius in lib. 4.

Opinio eorum qui ſequuntur expoſitorem. Sectatores expoſitoris aliter conſueuerũt dicere, noluerunt. n. huic noĩ ens in voce vel in ſcripto corrñdere in mente conceptũ entis obiectiuum, qui præter oẽm actum intellr̃s tam rectum quam collatiuũ, non eſt actu aliquid præter ſubſtantiã & accñs. Per actum aũt rectum, vel collatiuũ eſt cõis, & vniuocus ſubſtantiæ & accñti, primæ cauſæ & cauſatis. Et in hoc differt ab illis quorum eſt opinio dicta, quia illi præter oẽm actũ intellectus ponunt conceptũ entis aliũ à ſubſtantia & accidente, cui pręter oẽm actum intellr̃s correſpondet quædam vnitas minima, quę dicitur vniuocationis tranſcendentis: ſm̃ tñ expoſitorem ante oẽm actũ nullus eſt entis conceptus præter ſubſtantiã & accñs, nec vnitas aliqua ſibi conueniens. Et iuxta hãc opinionem parua eſt differentia Thomę ab illis: & propterea facile illorũ rõnes delentur. Tu vero conſidera oĩa hęc. Nã in. 4. huius dilucidarij libro repetetur diſputatio hæc, & ibi clarius & diligentius res dilucidabitur.

Secũda quæſtio vtrum ens habeat cauſas, et principia. SECVNDA dubõ eſt, vtrum ens inquantũ ens habeat principia & cauſas. Vr̃ ꝙ non, quia nullum vr̃e habet principia & cauſas, eſt. n. cauſatio, actus, & oĩs actus & operatio, eſt ſingularium primo huius. Sed ens inquantum ens eſt vr̃e, igitur non habet principia. Secundo ſi ens inquantum ens habet principia, tunc oẽ ens, & ſic Deus & ſubſtantiæ ſeparatæ haberent principia. Tertio ſi ens habet principia, igitur aliquid eſſet ante ens, hoc aũt eſt falſum quia ens eſt maxime primũ & cõiſsimum. Quarto ſi haberet principium, vel illud eſſet ens, vel non ens, non eſt dicendum, ꝙ ſit ens, quia tunc idem eſſet principium, & principiatum, Si nihil, ꝑ nihilo relinquatur. In cõtrarium eſt Ariſt. qui ait, ꝙ ſcĩa conſiderat ſubiectũ, principia & paſsiones, vt patet in. 1. poſte. At ens inquantum ens eſt ſubiectum. Præterea & in. 4. huius dilucidarij libro idem dicit. Et Auer. 12. Metaph. cõ. 1.

Quot modis principia. Debes ſcire ꝙ per principia & cauſas entis poſſumus intelligere vel principia cõplexa, quæ ſunt principia inherentiæ paſsionũ entis ad ipſa entia, quæq; dicuntur principia demonſtratiuæ, & principia cognoſcendi vel principia incõplexa, quæ ſunt cauſæ eſſendi, & eſſe, ſiue entitatis, quæ dicũtur principia eſſendi. Nã ipſum ens põt cõſiderari quo ad eius eſſentiam, & quo ad eius ſcibilitatem. Propterea videntur alia principia eſſentię, & ſcibilitatis, vt patet. 1. phy. cõ. 11.

Quot modis in quantum. Secũdo debes ſcire, ꝙ licet verbum inquantum, ſemper à peripateticis ſumatur reduplicatiuæ, tñ hæc reduplicatio põt eſſe ex parte rei & per ſe, & ſic infert vr̃em, quia ſi hõ eſt aĩal inquantum ſenſitiuus, per ſe & ex parte rei, oẽ ſenſitiuũ erit aĩal. Vel eſſe põt ex parte noſtri modi intelligendi, quod iuniores appellant ſpecificatiuæ, & ſic non infert vr̃e, vt ſi hõ vt intelligibile ſit ſpecies, non ſequitur de omni intelligibile eſſe ſpeciẽ, quia intelligibile eſt modus intelligendi, quo intelligimus hoĩem eſſe ſpeciẽ.

Cauſa quot modis. Tertio debes ſcire quòd cauſa poteſt ſumi pro eo, quod cauſat. & pro ratione cauſæ ſeu cauſandi. Similiter cauſatum poteſt ſumi pro eo, quod cauſatur, & pro ratione cauſati: ſeu qua cauſatur. Dicitur. n. Niphus & Callias cauſa agens Iacobi vel Domicij, at hõ ſiue humanitas eſt rõ agendi.

Ratio cauſandi qua. Quarto debes ſcire ꝙ rõ cauſandi eſt duplex, vniuoca vt humanitas in patre eſt ratio cauſandi filium in humanitate, & æquiuoca velut aliqua intelligentiarum eſt ratio, qua pater cauſat filiũ in humanitate, non quidem vniuoca ſed æquiuoca.

1. Concluſio. Tunc dico, ꝙ ſumendo cauſatum pro eo quod cauſatur ſic ens cõe inquantum ens non habet per ſe cauſam vel principium ſiue ſumatur principium pro complexo, ſiue pro incomplexo, ſiue pro eo quod cauſat, ſiue pro rõne cauſandi. Hoc patet: quia ſic ſumendo ens, eſt vr̃e, & vt vr̃e à nullo cauſatur, quia cauſatio eſt actus ſingularis, poteſt tamen per accñs hr̃e, rõne contentorum.

2. Concluſio. Si vero ſumatur cauſatum pro rõne, qua aliquid cauſatur, & cauſæ pro principijs incomplexis, ſic ens inquantum

inquantum ens habet cauſas,vt verbum, inquantũ, ſumitur ex parte noſtri modi intelligendi,.& non per ſe ex parte rei. Declaratur quia contenta ſub ente poſſunt conſiderari,vt mobilia,& vt entia,quatenus mobilia habent cauſas ſpectantes ad phyſicum, quatenus ratio cauſati eſt ens, ſpectat ad Metaphyſicum, igitur entia hic conſiderata habent cauſas, & nõ niſi rõne entis, igit̃ ens inquantũ ens habet cauſas,ſumendo verbũ inquantũ ex parte noſtra,& ipſum ens pro rõne,qua aliqua dicuntur habere cauſas. *3.Concluſio.* Tertio dico, ꝙ ſi ſumatur ens ꝓ rõne cauſati,& principia pro cõplexis, ſic ens inquãtũ ens habet cauſas vt verbum inquantũ, tenetur per ſe ex parte rei: quia ſic oẽ cõtentũ ſub ente habet eiuſmodi cauſas:quia oẽ tale habet aliqua:vt proprietates de ipſo demonſtrabiles per aliqua vt principia. *Dubi.de cauſis entis.* Sed dubitaret fortaſſe acutiſsimus iunior:quæ nam ſint iſtæ cauſæ? & licet de hmõi re in.4. huius dilucidarij libro diligentius diſputabimus. *Solutio.* Tamen dicam nunc:ꝙ accipiendo cauſas pro principijs ipſis complexis: veluti pauloante declarauimus & poſtea dicemus: ſunt præmiſſæ. quibus demonſtrantur proprie paſsiones de contẽtis ſub ente: ſiue illæ præmiſſæ ſint cauſæ eſſendi: ſiue demonſtrãdi tm̃. Sumendo vero cauſas pro principijs incomplexis: dico ꝙ cauſę pro his quæ cauſant ſunt res cauſantes ſub ente contentæ:vt homo hoĩem:& equus equum:& leo leonem cauſant:pro rationibus cauſandi:cauſæ æquiuocæ:ſunt intelligentiæ: & oẽs ſubſtantiæ ſeparatæ: quæ ſunt rationes:quibus agens efficit ens aliquod ſub diuerſis gradibus. Verbi gratia intelligentia lunæ eſt rõ cauſandi æquiuoca per quam homo hoĩem efficit aĩal. Intelligentia Mercurij eſt ratio: per quam hõ efficit hominẽ corpus intelligẽtia Veneris:eſt rõ:ꝑ quã hõ efficit hoĩem ſubſtantiam:& ſic gradatim vſq; ad Deũ qui eſt ratio: qua homo efficit hoĩem ens.Rationes vero cauſandi vniuoce ſunt tot:quot ſunt prædicata in ente eſſectu.v.g.humanitas in patre:eſt cauſa ſiue ratio cauſandi vniuoca humanitatis in filio:& ſicut humanitas in filio eſt ratio: qua filius efficitur humanus: & ſic de animalitate:& corporeitate:& id genus. *Excerptum.* Ex his ſequitur: ꝙ ſi cauſæ ſumuntur pro principijs demonſtratiuis: ſic omne ens habet cãs: quia ſaltem principia: per quæ pñt demonſtrari paſsiones entis. Si vero pro principijs eſſendi, ſic non oẽ ens habet cauſas: quia non Deus & principia entis:ſed quædam hñt cãs,quæ ſunt cauſę eorum ſub ratione entis ſimpl'r, & non entis mobilis, vel ſub ratione ſpecifica alicuius talis. *Sol. quæſtionis facilior.* Aut facilius ad qõnẽ dici põt & logicæ,ꝙ hæc propoſitio ens habet principia inquantum ens,eſt vna reduplicatiua: vbi verbũ inquantum,reduplicat ipſum ens:modo reduplicatio põt eſſe rei ſiue conſequentiæ aut põt eſſe rationis ſiue modi intelligendi, & poteſt eſſe cauſæ. Si reduplicatur res, ſic eſt ſenſus,ens habet principia, & ens eſt ens,& ſi aliquid eſt ens,illud habet principia,igitur ens habet principia inquantum ens. *De reduplica.* Si reduplicatio ſit cauſæ,tunc eſt ſenſus, ꝙ cauſa quare ens habet principium eſt ens. Si vero reduplicatio ſit rationis ſiue modi intelligendi:& eſt ſenſus ꝙ ens habet principia ſub ratione,qua ens,& non ſub ratione,qua mobile,vel quantum. Tunc dico, ꝙ ſi illud verbum inquantum, eſt reduplicatio conſequentiæ,ſiue rei,ſic falſa eſt illa, ens inquantum ens hẽt principia, quia tũc ſi aliquod eſt ens, illud haberet principium,& ita prima principia, ſiue demonſtratiua, ſiue quęuis haberent principiũ,quia illa ſunt entia,& tũc nõ eſſet deueniendum ad prima principia in ordine ſcibilium vel in ordine rerum. Si autem illud verbũ inquantum,eſt reduplicatio cauſæ,etiam illa eſt falſa:quia eſſet ſenſus cauſa quare ens habet principium,eſt ipſum ens, quod eſt falſum, non.n. eſſe ens eſt cauſa hñdi principiũ,quia tunc prima principia haberent principia, quia ſunt ens.At ſi reduplicatio ſit rationis,ſiue modi intelligendi: ſic illa eſt vera ens inquãtum ens habet principia,quia eſt ſenſus, ꝙ ens habet principium ſub modo quo ipſum ens nec intell'r mobile,nec quãtum,ſed ſub modo quo intell'r ens.Et ſic non ſequitur,ſi aliquod eſt ens, illud habet principium: ſed ſolũ quod aliquod ens habet principium,quod eſt cauſa illius, nõ ſub ratione mobilis,nec quanti, ſed ſub rõne entis. Et hoc eſt verũ, quia ſubſtantiæ ſeparatæ & Deus entia efficiunt, non quatenus intelliguntur mobilia, vel quanta, ſed quatenus intelliguntur entia,etiam prima principia demonſtratiua ſunt entis, nõ quatenus intell'r mobile vel quãtum, ſed quatenus intelligitur ſcibile. *Solutio rõnum.* Et iuxta hanc põnem ad rationes reſpondetur. Ad primam, concedo ꝙ nullum vl'e habet cauſam, nec entis inquãtum ens accipitur vt vl'e eſt cauſa, ſed quatenus intell'r præciſe ſine rationibus ſpãlibus. Ad ſecundam patet ſolutio per determinata, illud.n.ſequeretur, qñ verbum illud inquantum,teneretur reduplicatiuæ reduplicatione rei.

Ad tertium dico ꝙ ens habet principium, & nego ꝙ ſequatur ens eſſe ante ens,ſed bene ſequitur ens eſſe ente prius, nam ens cã, eſt ente cauſato prius, non autem eſt tale ens cauſa prius ente, vel ante ens, vt logici ſentiunt. Vel dic ꝙ verum eſt ens eſſe ante ens,quia ens cã, eſt ante ens cauſatum,& hoc ſi verbum illud ante,vim non habet diſtribuendi. Ad quartũ dic, ꝙ illud principium eſt ens, & qñ dr̃ principiũ rei non eſt res, igitur principium entis non eſt ens. Dico ꝙ principiũ rei, hoc eſt oĩum rerum, non eſt res,ſed principium cuiuſdã rei ſic,& cuiuſdã non, bene eſt res, & ſic dico de principio entis, ſi.n.illud eſſet oĩum entium principium, tũc non eſſet ens, ſed quia eſt quorundam ſic, & aliorũ non, iõ principium entis eſt ens. *Dubiũ ſi aliquod ſit ens, quod nõ hẽt principiũ.* Sed occurres nunquid ſit aliquod ens non hñs principium, vr̃ ꝙ ſic, quia primum principium è quo fluunt cõiſsimæ entis paſsiones, eſt ens,quia eſt cauſa,& ens diuiditur in cãm,& cauſatũ, & tñ non habet principia, quia tunc non eſſet primum.In contrarium arguitur. Illud primum principium eſt contentum ſub ente,& oẽ contentum ſub ente habet principia, per quæ ſaltem cões entis paſsiones demonſtrari pñt de ipſo,vt per quæ de ipſo demonſtrari poteſt vnitas,bonitas,& id genus,igitur illud habet principium. Hæc dubitatio non eſt leuis. *Solutio.* Dici poteſt, ꝙ qñ vnũ & idem eſt principiũ ſubiecti, & ſpẽs ſubiecti, vno modo habet principium: & alio modo nõ. Habet quidem.n. principium quatenus ſpẽs primi ſubiecti, caret principio,quatenus primum oĩum paſsionum principium, & ſic in propoſito a. quod eſt primum principium, quo demonſtrabiles ſunt primæ paſsiones de quolibet ente, ſub rõne qua eſt ſpẽs entis,de ipſo poteſt per rationem entis demonſtrari ꝙ ſit vnum,& bonum,& id genus, ſi ratione qua eſt principium ſimpl'r primum, vt ſic non põt demonſtrari aliqua paſsio, & vt ſic caret principio, nec eſt obſcenum idem eſſe ſeipſo notius vno modo,& ignotius alio modo,vt a ea ratione, qua principium eſt notiſsimum, ea vero ratione, qua eſt vna entis ſpẽs, eſt ignotum. *Secunda dubiũ.* Secũdo occurres, quia Deus eſt vl'is cauſa eſſentiæ ſubiecti,quod eſt ens,igitur oĩum contentorum ſub ente,& cum ipſe contineatur ſub ente etiã erit cauſa ſuijpſius.

Solutio. ſa ſuiipſius. Dici poteſt q̃ aliud eſt principium eſſendi ſubti, & aliud cognoſcẽdi, vt dicit. 1. phy. pricipia eſſendi ſubiecti phyſi. ſunt materia & forma, & id genus, cognoſcendi vero ſunt ea, quibus primæ paſsiones de ente mobili demonſtrantur. Dicerẽ tunc q̃ ſubm habet duplicia principia, eſſendi, & hæc non debent eſſe ſubiecti, & omnium contentorum ſub ſubiecto. Nõ. n. materia & forã ſunt principia eſſendi ſubiecti & oĩum contentorum, quia tunc eſſent cauſæ ipſarummet. Habet ẽt principia cognoſcẽdi, & hæc debet eſſe ſubti & oĩum contentorum ſub ſubto, quia iſta ſunt principia cõia oĩum & cõium paſsionum. Ad formam dico, q̃ Deus non eſt vniuerſalis cã entis & oĩum cõtentorũ ſub ente, ſed entis cauſabilis, & oĩum contentorũ ſub ente cauſabili. *Solutio. 2. faciliter oibus ad principale.* Ex iis põt ad qõnem principalem dici, q̃ loquendo de principiis cognoſcendi ſubm, ſic ens inq̃tum ens habet principia, ſiue reduplicatio ſit rei ſiue cãæ, ſiue rõnis. Si vero loquimur de principiis eſſendi ſubti, ſic illa ſm reduplicationem rei, vel cãæ eſt falſa ens, inquantũ ens habet principia, ſed bene ſm reduplicationẽ modi intelligendi, quia ſubæ ſeparatæ ſunt cãæ entis nõ ſub mõ intelligendi mobile vel q̃tum, ſed ens. Aĩaduerte iunior, q̃ ꝑ principia cognoſcẽdi in meta. intelligimus p̃miſſas primas per q̃s primę paſsiones ſunt demonſtrabiles de ente & de quolibet contento ſub ente, quæcũq; ſint illæ p̃miſſæ, vt verbi cã pro modo ſint. A. & B. Principia vero eſſendi ſunt Deus & ſubſtãtiæ ſeparatę. Hæc de ſecunda dubitatione.

Tertia dubitatio de paſsionibus entis. TErtio principal̃r quæritur, vtrũ ens vt ens hẽat veras & proprias paſsiones de ipſo demr̃abiles, videt̃ q̃ ſic, quia ens inq̃tũ ens eſt ſubm. 1. meta. & cuiuſlibet ſubti primi ſunt paſsiones, vt dr̃. 1. Poſte. Secũdo ens inq̃tum ens habet pricipia & cognoſcẽdi. & eſſendi, vt pauloãte determinatum eſt, ſed pricipia cognitionis ſunt propões, quibus demõſtrantur primæ paſsiones, igit̃ oportet vt hẽat primas paſsiones. In oppoſitum eſt rõ, quia illæ paſsiones deberẽt eſſe aliquo modo alię ab ente, & nihil eſt ens, quod ſit aliquo modo aliud ab ente, igitur eiuſmodi paſsiones nõ ſunt *Poſitio. 2.* dabiles. In iſta dubitatione rñdet quidam, q̃ ens inq̃tum ens habet veras & ꝓprias paſsiones. Amplius & de ente inquantũ ens demr̃abiles, & de quolibet contento ſub ente per rõnem entis. Primũ probant verbis Ariſto. in prin. 4. huius, qui ita inquit. Eſt aũt ſcĩa quædam q̃ ſpeculatur ens inquantum ens, & ea q̃ huic in-

Commen. 1. ſunt ꝑ ſe, vbi Auer. dicit q̃ prima pars huius. 4. eſt in finiendo ſubm huius artis & accñtia & cãs ejus. Pręterea Ariſ. in eodẽ. 4. ita inq̃t, qđ quidẽ igit̃ vnius ſcĩæ eſt ens inquãtum ens ſpeculari, & quæ huic inſunt in-

Commen. 6. quantum ens, perſpicuum eſt vbi Auer. ita ait, manifeſtum eſt igit̃ ex iſtis rebus prædictis q̃ vna ſcĩa eſt iſta: q̃ debet cõſiderare de ente ſm qđ eſt ens: & de accñtibus eius. Præterea ibidẽ ait ita eſſe q̃dam propria enti

Commen. 5. inq̃tũ ens veluti numero par vel ĩpar: vbi Auer. ait ens ſm quod ens eſt hr̃e ꝓpria accñtia q̃ per ſe ſibi inſunt.

Cap. 2. Præterea Auic. 1. ſuæ meta. ait q̃ propria accñtia: quæ metaphy. cõſiderat: nõ ſunt ꝓpria alicuius p̃dicamẽti: nec pñt accidere alicui: niſi ei qđ eſt ens inq̃tum ens.

Cap. 2. Pręterea Mag. Alber. in 4. ſuæ meta. tractatu illius lib. primo ĩquit: ens eſt ſubm hñs accñtia multa q̃ accidũt ei per ſe: quæ licet realẽ nõ hẽant drĩam: hñt tñ drĩam in mõ. Pręterea expoſitor. 4. meta. ĩ expõne primi tex. idem manifeſtiſsimæ profitet̃ & ibidẽ etiã in expõnibus tex. quos diximus. Præterea huius poſitionis eſt Ioã. Gãda. & plures peripatetici iuniores. Pro hac põne *Rões q̃ ens habeat paſsiones.* hi viri arguũt primo, quia ſubiectũ primũ habere primas paſsiones eſt perfectionis in quauis ſimpl̃r ſcĩa, igitur non eſt negandum in hac præſtantiſsima. Scđo, ea cognitio, quæ habetur de primo ſubiecto & ijs quæ illi per ſe inſunt eſt ſcĩa, & eſt per demonſtrationẽ. Oĩs autẽ demõſtratio demõſtrat paſsionẽ de ſubto: igit̃ primũ huius ſcĩę ſubiectũ habet paſsiones. Tertio: vnũ, verũ, bonum aliquid, & res p̃dicantur de ente cõuerſim, igitur ſunt propria ꝑ definitionem proprij poſitam. 1. topico. Quarto quæcunque ita ſeſe hñt, q̃ illorũ vnũ ineſt per ſe primo modo ijs, quæ ſub eo continentur: alia vero non ita per ſe, neceſſario illa alia ſunt vel accñtia per accñs illi ſuperiori, vel accidentia per ſe, ſed ens & vnũ, & cætera id genus ita ſeſe habent, q̃ ens cõpetit per ſe primo modo omnibus cõtentis ſub eo, & vnũ & id genus non ita per ſe, igitur vel vnum & id genus ſunt accidentia entis, vel per ſe accidentia. Quinto ens eſt ſubiectũ ſcibile in meta. igitur vel ſcĩa demõſtratiua, qua videlicet, ſcitur aliquid de ipſo, vel ſcĩa definitiua, qua cognoſcitur ipſum quid ſit añs patet, quia nõ ſcibile nõ eſt ſubiectũ in aliqua ſcĩa: modo ens eſt ſubiectũ in metaphy. quæ eſt ſcĩa ſcĩarum. conſequentia. patet. 1. Poſte. quia oĩs ſcĩa quæ de aliquo ſcibili habetur eſt aut definitiua aut demonſtratiua, aut etiã Themiſt. ait, ſed ſcĩa entis non eſt definitiua, quia ipſum ens definiri nõ poteſt: non. n. habet genus & drĩam: igitur eius ſcĩa eſt demonſtratiua ſed ſcientia demonſtratiua eſt, qua ſcitur paſsio de ſubiecto: igitur ens habet paſsiones de ipſo ſcibiles. Quod quidẽ igitur ens habeat veras & proprias paſsiones per hæc deduci poteſt. Per hæc eadem *Quod ſint de ente demõſtrabiles.* facile deduci poteſt q̃ eiuſmodi paſsiones, quæ ſunt entis, demonſtrabiles ſit de ipſo ente, tum quia metaphy. eſt ſcĩa, quæ habetur de ſubiecto ſuo, tum quia eſt ſcĩa ꝑ ꝓ quid, tum vel maxime, quia quod eſt ꝑfectionis in ſciẽtia ſimpl̃r non eſt negandũ in hac: & ita tales paſſiones eſſe de ente ipſo demonſtrabiles per hæc patet. Sed circa hanc determinationem occurrunt difficultates. Prima, quo nam modo iſtæ paſsiones ab ipſo en- *Difficultates. Prima difficultas.* te diſtinguuntur? quia oportet dicere illas diſtingui ab ente eſſentialiter. igitur ſunt nihil. Secũdo ipſum ens, nõ prædicabitur de quolibet in quid, quia non de proprijs paſsionibus. Nam ſi de proprijs paſsionibus prædicabitur in quid, deducentur idem eſſe paſsionem ſui. Omnis enim paſsio, quæ eſt alicuius, eſt etiam illius de quo illud prædicatur in quid. Breuiter ad hanc difficultatẽ de modo quo tales paſsiones ab ipſo ente diſtinguãtur, non omnes eodem modo loquũtur. Aliqui quidẽ concedunt paſsiones entis diſtingui tripliciter ab ipſo ente *Solutio prima.* formaliter ex natura rei, & eſſentialiter non tamẽ realiter, diſtinguuntur quidem ex natura rei, quia ea, ipſi aſſerunt diſtingui ex nã rei, quæ pñt eſſe fundamẽta cõtradictionis, & q̃a ſubm & paſsio poſſunt eſſe fundamẽta cõtradictionis: iõ diſtinguunt̃ ex nã rei, nec diſtingui ex natura rei eſt diſtĩgui diſtõne naturarũ rerũ, ſed mõ quo ipſa ex parte rerũ naturarũ ſunt apta præter opus intell̃s fundare cõtradictoriã. formal̃r vero diſtinguunt̃ quia cõceptibilitate, nã alia conceptibilitate ſubm: alia eius paſsio apta eſt concipi, & per idẽ diſtinguũtur eſſentialiter ſiue quidditatiuę, quatenus alterũ non eſt de cõceptibilitate alterius, nec prædicatur in quid de alio: non tñ realitate diſtinguunt̃, quia ſunt vna res: q̃m in quocunq; eſt & exiſtit vnum eſt & exiſtit alterum. Ex *Excerptum.* iis ſequitur dari medium inter ens formaliter, & nihil

vtpote illud quod nec eſt ens formaliter: nec nihil formaliter, paſsio: videlicet, entis: non tñ inter ens realr & nihil, quia nihil eſt quod non ſit ens realiter vel nihil. Sequitur ſecundo ipſum ens ſ͠m ſuam cõitatem non prædicari in quid de oĩbus: quia nõ de proprijs eius paſsionibus: nec differẽtijs vltimis, nec de modis intrinſecis, *Confutatio. De diſtĩctione rõe.* vtpote de finito. Per hęc dubitationis patet ſolutio. Sed hæc videntur non peripateticæ dicta. Nam Ariſt. 5. huius cap. de eodem proponit oĩa eſſe, aut eadẽ, aut non eadem, & ſi eadem, aut per ſe, aut per accñs: ſi per accñs vel quia ambo eidem accidũt, aut quia alterum alteri. Sinautem eadem fuerint per ſe hæc ita dicentur, quia vel ſpẽ. aut numero, aut ſubſtantiæ rõne eadem erunt. ſi autem ſunt non eadem, aut diuerſa, aut differentia, ſi diuerſa, hæc ſunt vel quia ſpẽs plures, aut materiæ, aut rõ ſubæ non eadem. ſin dr̃ia: aut genere, aut ſpẽ, aut ꝓportione. *Cap. 5.* Hæc Ariſt. de identitate & diſtinctione, quæ 1. Topi. ẽt reſumit. Præterea ambiguũ eſt ens non prædicari de oĩbus formaliter, & maxime ſ͠m principia eorum, quia paſsiones & vltimæ differentiæ modi entis, ſunt formalr intelligibiles, igitur formalr ens. Amplius paſsiones de ſubiecto prædicantur per ſe ſecundo mõ, & ſubſtantia de paſsionibus per ſe primo modo: vt dicit Them. 1. Poſte. & eſt in textu, igitur ens prædicatur ꝑ ſe primo de paſsionibus, & ita formaliter. Rurſus ens p̃dicatur per ſe de bonitate Dei, & de veritate Soc. igitur per ſe de bonitate entis & veritate entis. Adhuc ſi inter ens formaliter & nihil datur medium vtpote ens, realr quæro circũſcripto opere intellis: ens formaliter & ens realiter nonne plus conueniunt: quàm ens formaliter & nihil? certum eſt ꝙ ſic. Sed (vt ipſi arguunt) conueniẽtia eſt relatio realis, igitur habet aliquod vnũ fundamentũ reale, & id (vt ipſi dixerũt) eſſe non p̃t niſi cõceptus realis abſtrahibilis à cõceptu entis formalr, & à cõceptu entis realr: ita dabiẽ quartus cõceptus. Præterea (vt ipſi arguunt) intellis eſt certus de. A. paſsione ꝙ ſit ens: & dubitat an ſit ens formalr vel ens realr, igitur daẽ cõceptus *Solutio Io.* cõis enti realiter & enti formaliter. Ioan. vero imaginatur ipſum ens poſſe ſumi vt commune eſt omnibus entibus ſpecialibus: vt non contrahitur ad aliquod ſpeciale ſcibile Metaphy. vel naturale, vel mathematicũ: & ſic vult ens non habere paſsiones: quia hoc pacto p̃dicatur de oĩbus: & nihil ab eo differre poteſt, quia hoc modo non eſt ſubiectum alicuius ſcĩæ cum omnes verſentur circa ipſum hoc pacto ſumptum. Alio modo ſumitur vt contrahitur ad aliquod ſpeciale ſcibile, vtpote ad ens vt cõe, ſub ratione qua non contrahitur ad aliquod ſpeciale ſcibile: quale ponitur hic ſubiectum, & ſic habet paſsiones, quæ differunt ab ipſo ſaltem ratione, & tunc per hoc ad rationes difficultatis, ad primam concedo ipſas differre ratione ab ente ſic ſumpto, & ſic contracto ad genus Metaphyſicum: non autem differunt ab ente ſumpto primo modo, quia ens primo modo prædicatur per ſe de ente ſic ſumpto, & de illius paſſionibus. Ad ſecundam concederem ens, ꝙ eſt ſubiectũ in Metaph. & 2. modo acceptum non prædicari in quid de omnibus, quia non de ſuis paſsionibus: at ens primo modo bene prędicatur de illis: & tunc non ſequitur idẽ eſſe ſuijpſius paſsionem, quia ens primo modo non ha- *Confutatio.* bet paſsiones. Hæc ſolutio eſt ſubtilis, & pulchra. attamen nõ eſt tuta primo, quia accipio illud ens, quod eſt communius ente, quod eſt hic ſubiectum, & cũ ſit intelligibile, non oportet inconſideratum remanere, igiẽ conſiderabitur aut in Phyſica: aut in Mathematica aut in Metaphyſica: & cum non in Mathematica, nec in naturali, igitur in Metaph. & cũ ſit cõiſsimum, non poteſt hic conſiderari niſi ſub rõne ſubiecti, & ꝑ conſequens oportet ipſum habere paſsiones, & ſtabit qõ vt prius. Secundo vnũ, & bonũ, & cætera id genus ſunt cõiora ente conſiderato ſcd̃o modo, quia non tm̃ illi cõpetũt, ſed enti primo mõ, & oĩbus contentis ſub illo, igitur nõ p̃nt eſſe primæ paſsiones entis ſecundo mõ conſiderati. Tertio oẽs iuniores Metaphyſici ſumunt pro ſuppõne idem eſſe obiectum primæ ſcĩæ, & primæ potentiæ. Sed prima potẽtia eſt intellis, cuius primũ obiectũ eſt ens primo modo ſumptũ, vt oẽs fatẽtur, igitur obm primæ ſcĩæ eſt ens illo mõ ſumptũ ꝑꝑ hæc videẽ hęc reſponſio ambigua. Alr Ioan. ſoluit, & videtur illa ſolutio *Alia ſolu. Ioã. quæ videtur Alberti* Alberti, concedit. n. ens hr̃e paſsiones, quæ nullo modo differunt ab ipſo cõiter ſumpto, attñ quia multiplicantur in inferioribus, ſufficit ꝙ diſtinguantur ab ente in illis contracto, vt vnitas ſubæ diſtinguiẽ ab entitate quãtitatis, & vnitas qualitatis ab entitate relationis: non aũt ens ab vno. Sed hæc ſolutio eſt adhuc dubia, quia paſ- *Confutatio.* ſiones entis ſunt primo ipſius entis. Si igitur non differunt ab ente, qñ multiplicantur in inferioribus non magis illæ erunt paſsiones, q̃ ipſum ens, poſtquã pœnitus idem ſunt. Secundo tales paſsiones ſunt primo demonſtrabiles de ente cõiter ſumpto, & mediante ente de cæteris, ſed demonſtrabile differt ab eo de quo demõſtratur, igitur paſsiones differunt ab ente cõiter ſumpto. Tertio ſit paſsio cõiſsimi entis prima A. vel A. differt ab ente cõi vel non. ſi differt, habeo propoſitũ. ſi non differt, non magis. A. ipſius entis eſt paſsio, q̃ ens ipſius. A. Quarto paſsio illa. A. primo inhęret enti cõi & ens non primo ipſi. A. igitur. A. differt ab ente cõi cui primo inhęret. Iuniores quidam ad mentem expoſitoris tenẽt *Sol. Iuniorum.* paſsiones differre ab ente ratione tm̃: verbi cã ens ab vno, quod eſt illius paſsio, differt rõne vtpote, per indiuiſionem, q̃ includit ipſum vnum quam non includit ipſum ens, & cũ dicitur illa indiuiſio eſt ens, igitur vnũ non poteſt ab ente diſtingui per indiuiſionem quæ eſt ens, veluti homo non diſtinguitur ab animali per rationale, quod eſt aĩal. Dicunt primo ꝙ vnum diſtinguitur ab ente pœnes explicitũ tm̃, quia vnum dicit indiuiſionem explicite, quam non dicit hoc nomen ens niſi confuſæ & potentialiter. Scd̃o dicunt ꝙ ens differt ab vno per hoc, quia ens includitur in bono, & cæteris paſsionibus, at vnum quo ad eius indiuiſionem non includiẽ in alijs: veluti homo differt ab animali, quia animal non modo in homine: ſed in cæteris includitur: at homo nõ in cæteris. Sed hæ ſolutiones non placent: prima qui- *Confutatio.* dem, quia tunc paſsio & ens non differrent niſi quo ad nomina, quia nomen ens non explicat, quod nomen vnũ. Scd̃o quia rõ adhuc ſtat, quia illud quod explicat vnũ, non eſt niſi indiuiſio ſed indiuiſio eſt ens, igitur non põt per indiuiſionem diſtingui ab ente. Scd̃a vero eſt leuior, quia ſi ens includitur in cæteris, & vnũ non, tunc ipſum vnum non eſſet ęquale enti. Scd̃o in nullo includitur ens in quo non includatur vnũ, & nihil addit vnum ad ens, quod non ſit ens, igitur non poteſt aliquo pacto vnum differre ab ente, eodem modo argui põt de cæteris. Ex his patet ꝙ prima difficultas erit magna contra hos, & hoc erit vnum argumentum contra hanc põnem vt dicemus. Scd̃a difficultas eſt quia ens *Secunda difficultas de ordine paſsionum. Poſitio Them.* habet plures paſsiones, vtpote vnum, aliqd, verũ bonũ, & rẽ, & cum non poſſint plura vni & eidem æque primo conuenire: ideo reſtat difficultas de ordine harum.

Expoſitor

Expoſitor in his paſsionibus talem ſtatuit ordinē, vt prima ſit res, ſecunda vnum, tertia aliquid, quarta verum, vltima bonum. Eſt autem res prior vno, quia res affirmatiuum quid dicit, at vnum addit negationē, quę eſt indiuiſio entis in ſe, vnū vero prius eſt ipſo aliquo, quia vnum dicit indiuiſionē entis abſolutæ aliquid aūt indiuiſionem entis reſpectu alterius. Eſt.n.ens vnum, vt indiuiſum in ſe, aliquid autem eſt, vt diuiſum ab aliis. Ipſum vero aliquid præcedit verum, quia verum dici nō poteſt niſi rōne habita ad intellectū, at ipſum aliquid dicitur nulla rōne habita ad intellectum,. Verū aūt præcedit bonum ſicut intellectus volūtatem. Hic igitur apud expoſitorem colligitur ordo. alij vero in paſsionibus talem conſtituunt ordinem, vt prima ſit vnum, ſecunda aūt ſit verum, tertia ſit bonum, quarta ſit res, quinta & vltima ſit aliquid, quod quidē vnū ſit ante cætera hoc ſigno probant, quia Ariſto. vbiq; pariter de ente & vno loquitur quod quidem ob nihil aliud eſt, niſi quia finitima enti paſsio eſt. ipſum aūt verum præcedit ipſum bonum, quatenus intelľs præcedit voluntatem, ꝙ vero ipſum vnum ſit ante verū, & de ordine cæterarum paſsionum, hoc totū omittunt iudicio diligentioris doctoris. Sed contra vtranq; poſitionem arguo, & probo ꝙ nullus ordo eſſe pōt in talibus. Primo, quia ſi eſſet aliquis ordo, ille eſſet aūt eſſentialis, aut accñtalis, nō accñtalis, quia ſic poſſet variari, & non eſſet ſcientificus, & hoc omitto, quia nemo dicit. Si vero ordo ſit eſſentialis, aut cālitatis, aut cōicabilitatis, ꝙ nō ſit ordo cōicabilitatis, patet, quia hic reperiť in prædicatis eiuſdē gñis ſm ſubiectionē & prædicationē, velut corpus eſt eſſentialiter prius aīali, quia cōius. Modo oēs paſsiones ſunt æque cōes, & cū ente æqualiter conuertibiles, igitur inter illas non eſt ordo cōicabilitatis, ꝙ aūt nec cauſalitatis, probo, quia vna nō eſt cauſa eſſendi alterius, & hoc deduco, quia ſi vna eſſet cā eſſendi alterius, aut ſm ſuum materiale, aut ſm ſuum formale, verbi cauſa formale in ipſo vno eſt ipſa indiuiſio, nō ſm ſuum mãle, quia in oībus mãle eſt ipſum eſſe, quod eſt idem oībus, & id in quo nulla præcedit aliam, nec ſm ſuū formale, quia illud ſuū formale, vel eſt reſpectus, vel priuatio, modo nec reſpectus, nec priuatio eſt alicuius cā. igiť nullo pacto eſſe pōt ordo cālitatis. Secūdo ſi eſſet ordo, aut ad nos aut ad nãm, non quo ad nos, quia vt dicitur in phyſi. auſcul. priora ad nos ſunt confuſa. Sed nullum iſtorum pōt eſſe confuſum, aut confuſæ concipi, quia quodlibet iſtorum eſt conceptus ſimpľr ſimplex, qui non poteſt cōcipi, niſi diſtinctæ, aut penitus ignorari. Nō igitur ſunt ordinata ſm nos, nec ſm naturam, quia quæ non diſtinguuntur in naturis, non ſunt ordinata ſm naturā. Ordo.n. diſtinctionē requirit, igiť ordo naturalis requirit diſtinctionem in naturis. Cū igiť hic ſint vnius naturæ nō poſſunt eſſe ordinata ſm naturam. Tertio, quęcūq; indiuiſibiľr & icōicabiliter ſe habēt ad aliqd, in illo non poſſunt eſſentialiter ordinari, ſed oēs paſſiones in ipſo eſſe ſeſe habēt indiuiſibiliter & incōicabiliter, quia in eſſe non differunt, ſed per additionē alicuius foŕalis, igitur nō pñt in eſſe ipſo eſſentialiter ordinari, & ita non pōt inter illas eſſe ordo eſſendi. Ex his ſequitur, ꝙ ſi ipſius entis plures aſsignentur proprie paſſiones, inter illas nō poſſet aſsignari niſi ordo per accidēs quatenus diuerſa ac diuerſa cōſideratione poſſet vna alteri pponi. Tertio dato ꝙ ſint entis plures paſſiones, vtrū p vnā poſſet altera demſtrari. Tenent aliqui

Pō ſecunda.

Cōfutatio vtriuſque pōnis.

Prima rō.

Quales eſſent paſsiones entis in ordine.

Tertia difficultas an vna paſsio poſsit demōſtrari per aliā.

ꝙ paſsiones entis ſint plures & ordinatæ vt vidiſtis, & ꝙ ipſius entis eſt vna prima, quæ eſt per ſe nota de ipſo, vtpote vnum ipſum, & mediante hac demonſtratur ſecunda, vtpote bonū & rurſus mediante ſcďa demōſtrať tertia, & de cæteris ſimiliter. Imaginãtur.n.ꝙ demōſtratio eſſe pōt propter quid, dato ꝙ non ſit per definitionē ſubiecti, nec p definitionē prædicati, hoc eſt dato ꝙ nō ſit p definitionem ſubiecti, nec paſsionis, quia eſſe pōt p ipſam paſsionem, tanq̃ per medium, quod erit pp qd, quia vna paſsio eſt cauſa alterius, modo cauſa eſt ppter qd cauſati. Sed hæc pō ſtare nō pōt, vt p rōnes nunc factas patet. Declaratum eſt.n. inter illas no poſſe eſſe ordinem eſſentialē, ſed ſolū accñtalē, & ita inter illas non pōt eſſe proceſſus ſcientificus. Arguiť etiā alijs rōnibus. Primo, qa nō videť cur ipſum vnū ſit paſsio primo nota de ente ipſo, & nulla cæterarū. Ita.n. cæteræ dicūt conceptum ſimpľr ſimplicē, vt ipſum vnum, & qui vult dicere aliter, voluntariæ loquiť. Scďo quælibet iſtarū eſt per ſe nota de quolibet cōtento ſub ente. Non.n. magis mihi eſt nota hæc equus eſt ens vel vnus, & equus eſt res maxime cū ipſa res dicat cōceptum ſimpľr ſimplicē, qui vel totaliter ſciť de equo, vel totaliter ignorať. Dicere aūt illud eſſe totaliter de equo ignoratū, eſt ridiculū. Vltimo oīa prima principia & cōiſsima ſunt æqualiter nota, qa principia cognoſcimus inq̃tum terminos cognoſcimus. Sed hæc ſunt prima principia & cōiſsima, videlicet, ens eſt vnum, & ens eſt res: ſiľr de quolibet dř eſſe rem vel non rē & de nullo ſimul, & cætera id genus, qa cognitis terminis, mox cognoſcunť, igiť de ente æque nota ſunt cætera ſicut vnum ipſum. Aīaduerte ꝙ hæc dicuntur prima & cōiſsima principia, de quolibet dicitur eſſe rem vel non rem, & de nullo ſimul de quolibet dicitur eſſe bonum vel nō bonum, & de nullo ſimul, quia ſunt nota per terminos & oībus cōia. At hæc de quolibet dicitur eſſe equum vel nō equum, & de nullo ſimul, & id genus, non ſunt ita prima, quia nō ita communia, nec ita nota, quia pro tãto de quolibet dicitur eſſe equū vel non equum, pro quanto de quolibet dicitur eſſe ens vel non ens. Et ppea in rōne addidi prima & cōiſsima. Hæc ſufficiunt. His addubitatis & ſolōnibus ad dubitationes recte cōfutatis: reſtat nūc videre an ipſum ens habeat proprias & veras paſsiones. Dixerunt nonnulli iuniores, ꝙ ens non habet proprias & veras paſsiones, licet habeat nonnulla quæ per ſe ſibi competãt, vt vnū, bonum, & verum, & id genus. Mouentur autem hanc ratione: quia paſsiones debent diſtingui ſecundum rē à ſubiectis, qualiter non poſſunt eiuſmodi prædicata diſtingui ab ente. Et qa dicunt ipſum ens non habere paſſiones: coguntur dicere ipſum ens nō habere paſsiones demonſtrabiles. Et vlterius ꝙ metaphy. nō ſit ſcīa, qa habitus, q habeť de primo ſubiecto reſpectu illorū pdicatorū p ſe, nō eſt demonſtratiuus. Et ppea concludūt illum habitum eſſe ſapientiam, quia demonſtrationes ſunt per cauſam: nō quidem in eſſendo: ſed in inferendo. Et hac ratione metaphy. non ſcīa ſed ſapientia eſt dicenda. Hæc iuniores. Sed pace horū, hæc videntur abuſiones: nam omnes græci vt Alex. & Themiſt. & Simpli. & cæteri qui ſcripſerunt in libris phyſi. enumerãdo partes ſcientiæ ſpeculatiuæ, metaphyſi. aſſerunt eſſe ſpeciem ſcīæ ſpeculatiuæ. Amplius Ariſt. in principio quarti huius ait metaphy. eſſe ſcientiam, quæ ſpeculatur ens inquantum ens: & quæ huic per ſe inſunt. Præterea idem aſſerit Ariſtote. & Auerro. ibidem. Rurſus in ſexto huius diuidit ſcientiā ſpeculatiuam: & ſub illa collo-

Pō prima.

Confutatio.

An ens habeat paſsiones.

Pō iuniorum.

Confutatio.

Cōm.6.

cat tres, vt Metaph. Phy. & Mathe. Adhuc ſyllogiſmi:
qui fiunt in hac philoſophiæ parte aut ſunt dialectici,
aut ſophiſtici aut demonſtratiui. Nullus.n. græcus ad-
inuenit aliam ſyllogiſmorum ſpẽm, nõ ſunt ſophiſtici:
nec dialectici: vt oẽs concedunt: igitur demonſtratio-
nes: ſed demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientificus: & vt
exponit Them̃.is eſt: qui ſcientiam facit: igitur demon-
ſtrationes huius philoſophiæ partis ſunt ſcientificæ: &
ſic hæc eſt ſcientia: & ſic hæc poſitio friuola eſt: & non
digna philoſopho. Et cauſa errandi forte fuit: q̃a Ariſt.
appellat hanc philoſophiæ partem ſapientiam: & non
aduertũt: ꝙ ſapientia dicitur: vel quæ per cauſas altio-
Quare hæc dicitur ſcĩa & ſapientia. res prædicit futura: quo modo Aſtrono. dicitur ſapien-
tia: vel quæ effectus demonſtrat per cauſas ſuperiores
vt Metaph. & ſic hæc philoſophię pars dicitur ſcientia,
& ſapientia: quatenus.n. demonſtrat dicitur ſcĩa, quate-
Põ aliorum iuniorum & Petri Mantuani. nus vero per cauſas altiores procedit dr̃ ſapientia. Alij
diſtinguunt de paſsionibus, & dicunt ꝙ paſsiones quæ-
dam ſunt vno noĩe noĩabiles. Aliæ diſiuncto noĩe no-
minabiles, vt par vel impar reſpectu numeri. Dicunt
ꝙ ens nõ habet proprias paſsiones ſimplices vno noĩe
nominabiles, ſed compoſitas ſub diſiunctione dictas:
veluti ſunt actus vel potentia: neceſſarium vel contin-
gens, cauſa vel cauſatum: & cætera id genus. Et hoc mõ
Confutatio. ſaluant verba Ariſt. & Metaph. eſſe ſciam. Sed nec hæc
poſitio eſt peripatetica, quia nihil per plura noĩa nuncu
patur: niſi ad circũloquendum vnum conceptum ſim-
plicem illius, igitur oĩs talis paſsio eſt vna ſimplex in re,
licet pluribus noĩbus dicta, & ita hęc põ redit ad primã
põnem: vt recte aliqui conuincunt. Reſtat igitur dicere
veram poſitionem peripateticorum de hmõi q̃one:
vbi debes ſcire ꝙ ꝓpria paſsio põt ſumi dupl̃r. vno mõ
pro omni prædicato per ſe ſecũdo mõ, ſiue prædicetur
primo & vl̃r ſiue nõ: & hoc mõ dicimus riſibile eſſe paſ
ſionem aĩalis, quia ineſt illi per ſe ſecundo modo, licet
non primo nec vniuerſaliter. Alio modo ſumitur paſsio
propria pro prædicato per ſe ſecũdo modo quod præ-
dicatur vniuerſaliter & primo: & ſic riſibile diceretur
propria paſsio hoĩs, quia illi competit per ſe, & primo,
Conclu. pro ſolu. prima. & vniuerſaliter. Tunc dico primo ꝙ vnum, res, bonũ,
verum, & aliquid, & hmõi non ſunt paſsiones entis,
Secunda. nec primo, nec ſecundo modo. Secundo dico, ꝙ hæc
ſunt multiuoca cum noĩe entis, veluti veſtis & indumẽ-
Tertia. tum, gladius & cultellus. Tertio dico, ꝙ ens non habet
Quarta. proprias paſsiones per ſe primo ſibi cõpetentes. Quar-
Decla. 1. to dico, ꝙ habet paſsiones per ſe non primo. Primum
declaratum eſt, primo quia nõ poteſt ſaluari diſtinctio
aliquo mõ inter ens & illa, nec ſm rem, nec ſm rõnem,
nec aliquo quouis mõ, vt patuit. Secundo quia ſi illa eſ-
ſent paſsiones entis: oporteret illas ineſſe enti ſm ordi-
nem. non.n. pñt plura cõpetere alicui æque primo mõ,
inter illa non põt ordo aliquis conſtitui. Tertio quia
vna eſſet medium ad demõſtrandum aliam, hoc aũt eſt
impoſsibile vt declarauimus, igitur illa non pñt eſſe paſ
Decla. ſecũda. ſiones. Secundum declaratur ẽt, quia ſunt conuertibilia
cum ente, & non ſunt illius definitiones, nec vltimæ
drĩæ, nec propria, igitur multiuoca. Secundo quia nihil
addit vna illarum enti, quin ſit ens & ita per nihil põt
vna earum diſtingui ab ente, & eodem mõ nihil addit
vna illarum alteri, quin illud cõtineatur ſub illa cui ad-
dit, igitur quælibet quo ad ſignificatũ eſt cuilibet eadẽ:
& ſic cum ſignificato conuenerint, & noĩe differãt: illa
Decla tertia. ſex multiuoca erunt veluti veſtis, & tunica. Tertium pa
tet, quia ſi aliquæ eſſent paſsiones primæ de ente, eſſent
illæ quinque, at illæ non ſunt. Præterea demonſtratũ
eſt illas per nihil diſtingui poſſe ab ente, & ẽt per alias
rõnes, igitur ens non habet paſsiones ſecundo modo.
Decl. quarta. Quartum declaratur, quia ea quæ continentur ſub en-
te, hñt paſsiones per ſe primas, vt ſubſtantiæ prima paſ-
ſio eſt per ſe exiſtere, & accñtis paſsio eſt alteri ineſſe.
Amplius ſubſtantiæ abſtractæ paſsio eſt æternitas, vel
immobilitas, ſed oẽs paſsiones, quæ ſunt primo inferio-
rum, ſunt per ſe non primo ſuperioris, igitur ens habet
paſsiones primo modo, vtpote oẽs illas, quæ ſunt paſ-
ſiones primæ contentorum ſub eo: quæ ſibi per ſe cõpe-
Occurſus dubitatiui. tunt, non tñ vl̃r & primo. Sed occurres primo. vtrum
ſint alia: quæ cum noĩe ens ſunt multiuoca. Secundo q̃a
Ariſt. laborat in probando ens & vnum dicere eandem
naturam: in.4. huius, & in. 11. & vbiq;. Modo ſi vnũ eſt
multiuocum enti, ad quid tantus labor? Tertio eadem
q̃o vertitur de his paſsionibus, quo nam modo ab ente
Sol. prima. ipſo differant, veluti de illis q̃nq; emergebat. Ad primã
dici põt ꝙ multo plura ſunt tranſcendentia quàm ſex
quia licet à peripateticis non memini me legiſſe niſi tria
videlicet, bonũ ens, & vnũ: ab Auic. vero ens & rem,
multo plura inueniũtur à iunioribus Metaph. Nec me-
mini me legiſſe ab Ariſt. ens & vnum eſſe dicta tranſcẽ-
dentia, hæc.n. nuncupatio eſt noua, ab Ariſt.n. illa duo
eſſe cõiſsimo oĩbus, & dicere eandem naturam. Sed q̃a
iuniores id volunt eſſe dicendum tranſcendens, ꝙ non
clauditur genere aliquo prædicamẽtali, hic reperiũtur
multo plura quam ſex, genus.n. ſubſtantiarum ſepa-
ratarum erit tranſcendens iuxta hos, actus & potentia,
neceſſarium & contingens, cauſa & cauſatum, & id ge-
nus. Amplius reperiuntur & alia cum illis ſex multiuo-
ca, veluti multiuocum, ipſi vero eſt intelligibile, aut cõ
ſiderabile, ipſi bono, multiuocum eſt perfectũ, ipſi vni
multiuocum eſt indiuiſum, ipſi alicui, multiuocum eſt
diuiſum & alia id genus. Omnia aũt hæc ſunt enti mul-
tiuoca, quia nihil ſignificat aliquod nomen iſtorum, qđ
non ſignificetur ab ente, igitur vnum eſt oĩum illorum
ſignificatum, & per conſequens oĩa ſunt multiuoca noĩ
Sol ſecunda. ens. Ad ſecundam dico, ꝙ Ariſt. pro tanto laborauit ꝓ-
bare ens & vnum dicere vnam eandemq; naturam &
eſſe oĩbus cõiſsima, quia Plato arbitratus eſt vnum eſſe
ante ens, & cõius & prius ente ipſo, eo quia vnum dici-
tur de primo principio, & de prima materia, ens vero
non niſi de decem prædicamentis. Laborauit igitur ad
rem illam, non quia voluerit vnum eſſe paſsionem en-
Sol. tertia. tis, ſed propter opinionem Platonis. Ad tertiam dico,
ꝙ ens diſtinguitur ab illis paſsionibus, quemadmodũ
aĩal ab hoĩe, homo.n. eſt aĩal, & quicquid eſt hõ eſt aĩal,
& nihil addit hõ aĩali, quin illud ſit aĩal, differt aũt quia
aĩal conuenit hoĩ & æquo & alijs pluribus, quibus non
competit hõ. Sic in propoſito immobilitas, quę eſt paſ-
ſio ſubſtantiæ ſeparatæ differt ab ente, per hoc, quia ens
competit illi & alijs, at illa non niſi ſubſtantiæ ſeparatæ,
Et propterea hæc differunt rõne, ſimiliter dici põt de
alijs, at hæc diſtinctio non potuit eſſe de ente & vno, q̃a
nihil addit vnum, quin illud ſit ens, & nihil dicit ens, qđ
Solutio rõnum probantiũ ens habere paſsiones. non ſit vnum. Tunc ad rõnes alterius opinionis, q̃bus
probabant, ens inquantum ens, hr̃e proprias paſsiones,
& etiam ad rõnes noſtras, quas addimus. Ad primam
Ad primam. dici põt primo ſm græcos ꝙ ens inquantũ eſt ens, non
eſt primũ ſubiectũ huius, ſed ſuba, & ꝓpea non oportet
hr̃e paſsiones, ens.n. inquantũ ens eſt primũ prædicatũ
oĩum eorũ, quę hic cõſiderantur. Vel ſm Arabes cõce-
do ꝙ ens inquantũ ens eſt hic ſubm primum primitate
vniuerſalitatis,

vr̃itatis,& q̃ñ dicitur,igitur oportet habere paſsiones,
concedo paſsiones nõ primas & vles,ſed ſufficit ꝙ ha-
Replica. beat paſsiones per ſe rõne inferiorũ.Et ſi dices ꝑp q̃d
ſciæ ſpãles,habẽt ſubta, quorũ proprias & primas paſ-
ſiones conſiderãt, non ſic ſcientiæ cõiſsimæ.vt meta.
Solutio. & dialecticus.Dici põt hoc eſſe, quia ſubiecta ſciarũ
ſpecialium habent determinata ſubiecta determinati
& conſtituti generis, quæ ſubiecta habent quædam
determinata & propria principia, ex quib⁹ põt paſsio-
nes per ſe primæ fluere, ſciæ cões hñt ſubiecta tran-
ſcendentia,q̃ nulla determinata & conſtituta principia
hñt,è quibus poſsint propriæ paſsiones fluere. Etiam
quia ſubiecta illa ſic cõiſsima de oĩbus ſunt prædicata
Ad ſecundam. in q̃d, & ſ̃m formã,nec põt ad aliq̃d cõparari in rõne
ſubiecti,ſed ſolũ ĩ rõne prędicati,& in quid. Ad ſcd̃am
dico:ꝙ ens inq̃tum ens habet principia eſſendi tñ:mõ
Vltima ſolutio. quo expoſuimus,non aũt principia cognoſcendi. Et
q̃ñ dicitur ꝙ hoc eſt à me determinatũ:dico ꝙ loquu-
tus ſum ſ̃m eos: qui tenent ens habere veras primasq;
paſsiones. Vel dici põt ꝙ ens habet principia cogno-
ſcendi:quatenus habet paſsiones:& quia habet paſsio-
nes per ſe nõ primo:etiam ipſa principia cognoſcendi
Ad rõnes alias Solutio authoris. habet per ſe non primo. Ad rationes alias dico & pri-
mo ad auctoritates:ꝙ ens habet veras & proprias paſ-
ſiones nõ primo. Ariſt.n.dicit ꝙ meta.eſt ſcia quędam
quæ ſpeculatur ens inquantum ens:& quæ huic inſunt
per ſe, ſed non dicit primo:& ita concedo ens inquã-
tum ens habere paſsiones per ſe:& non primo,per idẽ
ad alias. Omnes.n.concludunt ꝙ entis vt ens ſunt paſ
ſiones à meta.conſiderabiles: ſed nõ dicunt ꝙ illæ paſ
ſiones ſint per ſe & primo entis. Ad Auicen.& alios
doctores, dico ꝙ ſunt alterius partis: nos vero nega-
Ad primam rationem. mus ipſos. Ad rõnes. Ad primam dico ſubiectũ habere
paſsiones per ſe & primas: non eſt de perfectione ſcię
vt ſcientia,ſed de ꝑfectione ſciæ ſpãlis:quia illa ẽ ſub-
iecti determinati generis, ſed de ꝑfectione ſciæ vt ſcia
eſt habere paſsiones per ſe:vel per ſe primo:& hoc nõ
negatur ab hac ſcientia præſtantiſsima. Ad ſecundam
dico,ꝙ de primo ſubiecto, eſt primum primitate vr̃i-
tatis non habeẽ ſcientia demonſtratiua per ſe primo:
ſed bene per ſe non primo:qualiter de figura habetur
ſcia per ſe non primo ꝙ habeat tres ſed propter triãgu
lum vt dr̃ primo Poſt. De ſubiecto aũt primo primita
te immediationis habetur ſcientia demonſtratiua per
ſe & primo. Ad tertiam noſtram rationem dico, ꝙ
illa quinque non prędicantur per ſe de ente:quemad-
modum nec tunica de veſte: ſed illa eſt enuntiatio eiuſ
dem de ſeipſo. Ad quartam negatur minor,quia & ens
& illa quinque eadem perſeitate inſunt oĩbus cõtentis
ſub ente & in hoc,vt mihi videtur, non rectæ dicunt,
qui volunt vnum quod cum ente conuertitur, prædi
cari de entibus denominatiue. Immo ſ̃m peripateti-
cos vnum prædicatur per ſe de oĩbus quemadmodum
& ens,quia dicit vnam & eandem nãm cum ente,ꝙ ſi
vnum prædicatur denominatiuæ de ente aliquo, non
eſt illud vnũ ꝙ cũ ente conuertitur: ſed ꝙ diſtinguitur
contra multitudinem. Ad vltimum dico,ꝙ ens nõ eſt
ſubiectum ſcibile,niſi per ſe non primo, eſt tñ in tota
ſcientia per ſe notũ,quia prima impreſsione imprimiẽ
in aĩa,vt dicit Auic. Ex hoc ſequitur ꝙ ens ſcitur impꝑ-
fectæ,quia per ſe nõ primo:cognoſciẽ aũt perfectiſsi-
Ad rõnes q̃ ſint de ente demõſtrabiles. mæ,quia eſt primũ cognitũ. Ad rõnes probantes illas
paſsiones eſſe de ente demr̃abiles. Ad primã dico, ꝙ
meta.eſt ſcia,quæ habetur de ſubiecto ſuo primo pri-
mitate intentionis,& primitate ĩmediationis. De ſubie
cto vero primo primitate vr̃itatis hr̃ per ſe non primo.
Per idẽ ad ſcd̃m. Eſt.n.ſcia ꝑp quid nõ de ſubiecto prĩo
primitate vr̃itatis,niſi per ſe nõ primo:ſed de ſubiecto
primo primitate ĩmediationis, & intentionis. Ad ter-
tium patuit ſolo. Ex his apparet ꝙ ens non hẽt paſsio- *Excerpta.*
nes,quæ ſibi cõpetunt per ſe & primo,ſed hẽt paſsio-
nes per ſe non primo. Secundo apparet paſsiones entis
non eſſe illa quinque. Illa.n.ſunt multiuoca noĩ ens.
Animaduerte tñ ꝙ poſt deciſionẽ huius q̃onis de paſ-
ſionibus entis. Fuerunt mihi motę dubõnes non leues:
primo,quia Auer.in.4.meta.cõm.3.expreſſæ fateẽ ens
& vnum dicere eandem nãm. Sed ſ̃m modũ & rõnem
diuerſam. Et hoc idem in tex. Ariſt. expreſſæ dicit. Præ
terea.10.meta.cõ.8.expreſſe dicit ꝙ ens & vnum dicũt
eandẽ nãm,nõ tñ eadẽ rõne. Tertio hæc eſt nugatoria
enuntiatio ens eſt ens, vel dicere ens & ens,& non di-
cere ens eſt vnum, vel ens & vnum,igitur vnum, non
eſt ſynonomum enti. Quarto Ariſt.6.meta.& Auer.ẽt.
cõ.8.ponunt differentiam inter bonum & verũ, quia
bonum eſſe in rebus,verum in intellectu eſſe aſſerunt.
Quinto dum aliquis intellectus concipit ens inquantũ
ens, non concipit vnum inquantum vnum, quia ſtat
illum intellectum concipere ens vt ens,non concipiẽ
do indiuiſionem, quam dicit formaliter ipſum vnum:
igitur ſtat ipſum non concipere ipſum vnum inquan
tum vnum, & ita vnum & ens diſtinctis conceptibili
tatibus ſunt conceptibilia. Et ita diſtinguũtur forma-
liter vel rõne ſaltem. Pro ſolutione debes ſcire vt dixi *Solutio.*
eis ꝙ Auer. vr̃ varius,nam.1.Ethic.cap.7.ait bonũ eſſe
enti ſynonomum. Amplius.10.meta.cõm.5.in fine di-
cit vnum eſſe ſynonomum enti. Idem etiam aſſerit in
libro.d.d.diſputatione quinta,in ſolutione dubij tertij.
Amplius Ariſt.4.meta.tex.cõm.tertij ait. Idem.n.eſt
vnus homo,& homo,& ens homo, & nõ diuerſum ali-
quid oñdit ſ̃m dictionem repetitam homo,& ens ho-
mo,& vnus homo,& ſubdit.palam itaq; ꝙ nõ ſeparanẽ
nec in generatione,nec in corruptione. Similiter aũt &
in vno,quare palam,quia additio in his idem oſtẽdit,
& nihil aliud vnum præter ens. Ecce quomodo Ariſt.
expreſſæ vult hæc eſſe re & rõne eadem, quia nihil ad-
dit vnum,qd᷑ non ſit ens, & ita ꝑ nihil diſtinguitur ab
ente,& ita videntur ſynonoma. Rurſus in eodem.4.
tex.cõm.5.inquit,qm̃ igitur vnius inquantũ eſt vnum,
& entis inq̃tum eſt ens, eædem per ſe paſsiones ſunt.
ſed non vt numerus, aut linea, aut ignis, palam, quia
eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere & quid nam ſunt, &
accidentia ipſius. Ecce ꝙ eaſdem paſsiones vult eſſe en
tis inquãtum ens,& vnius inq̃tum vnum, & ita ambo-
rum ſ̃m eandem rõnem formalẽ, & ꝑ conſequẽs vnũ
non eſt paſsio entis, ſed ſynonomum enti. Multæ poſ- *Synonoma duplicia ſunt.*
ſunt eſſe authoritates hincinde, quas omitto breuita-
tis cauſa,& hac ratione diſtinguo de ſynonomis ſiue
multiuocis, quod quædam ſunt ſynonoma ſ̃m veri-
tatem,quædam ſ̃m veritatem & de conſueto modo lo
quendi,ea ſunt ſynonoma ſ̃m veritatem, quæ idem ſi-
gnificãt materialiter & formaliter,& hoc pacto ens &
vnum ſunt ſynonoma,quia(vt auctoritates cogũt)q̃c-
quid dicit ens dicit vnũ & quo ad materiale,& quo ad
formale. Ea vero ſunt ſynonoma ſ̃m veritatẽ, & de cõ
ſueto mõ loquendi,quæ ſignãt idẽ formalr̃ & mate-
rialiter,& quicquid ſignãt vnũ de cõſueto mõ loquẽdi
ſignãt aliud,vt tunica & veſtis. & hoc pacto ens & vnũ
non ſunt ſynonoma,quia de conſueto modo loquẽdi

eſt, ꝙ vnum ſignificat indiuiſionem quàm de conſueto modo loquendi ens non ſignificat, licet ſm veritatem quicquid formaliter & materialiter ſignificat vnum, ſignificat ens. Et ita patet ſolutio ad contradictionem. Vbi.n.dr ꝙ ens & vnum dicunt eandem naturã & non ſub eadem rõne, intelligitur de conſueto modo ſignificandi, vbi dr ꝙ ſunt ſynonoma intelligitur ſm veritatem, quia quicquid formalr & materialiter dicit ens, ẽt dicit vnum, Sili ratione intelligendum eſt de alijs paſſionibus, vt de bono, & vero, de ente & re. Ad quintũ dico retorquendo argm̃ contra eos, quia ſi alia conceptione concipitur ens, & alia vnum, tũc ſtat ens eſſe notum alicui, cui non erit notum ipſum vnũ, & ita vnum non eſt paſsio per ſe primo nota de ente ipſo. Præterea Auic. in.2.ſuæ Meta. cap.1.ait, ꝙ ens & res prima impreſsione imprimuntur in aĩa, igitur eadem conceptione, ens & res concipiuntur. Et eodem modo Auic. voluit intelligere de alijs, & ita pro me & ipſis dico ꝙ ens vna & eadem impreſsione ſiue conceptione concipitur vt ens, & vt vnum, vt res &c. Et ita concedo ꝙ eadẽ conceptione, qua ens vt ens concipitur, ẽt indiuiſio cõcipitur, quia oẽs illæ rõnes concipiendi ſunt vna formaliter vtpote ens, & ſic vnum, & ens nec formaliter, nec materialiter diſtinguuntur, licet noĩa illa de conſueto modo loquendi in ſignificando differant. Tu vero lege librum, d.d. & quæ ibi diximus, nam licet videantur his contraria, tñ bene intellecta ad hæc reducũtur.

Auer. quo non ſit ſibi contrarius.

Solutio rõnum diſputationis. Sol. quorundã. Ad primam.

Hæc de queſtione hac dicta ſint ſatis. His diſputatis, reſtat nunc ſoluere rationes factas in.1.cap. diſputationis. Ad primam rñdent quidam, & concedunt Meta. eſſe vnam ſciam, & realem, vt rationes cogunt, & ꝙ ſubiectum, vtpote ens eſt vnum & reale, quia vniuocum primæ cauſæ, & cauſatis, ſubſtantiæ & accñti, & ad rationem qua probatur non eſſe vnum & reale, breuiter reſpondent ꝙ prima cauſa & cauſatum ſunt ſe totis diſtincta, non quidẽ in conceptu reali, ſed in realitate ſubiectiua, quæ nihil aliud eſt quàm conceptus entis realis, & ſuus modus, & ſic poſſunt eſſe ſe totis diſtincta ſubiectiuæ, & conuenire in aliquo obiectiuæ.

Decla.ſo.

Sed quia adhuc videtur Deus compoſitus, nam habet aliquid quo conuenit cum cauſato, vt conceptum realem, & quo differt vt modum intrinſecum.

Ex qbus Deus cõſtituitur apud eos.

Propterea notant Deũ, habere aliquem conceptum realem, quo cõuenit cum cauſato, & modum intrinſecum, quo diſtinguitur ab ipſo cauſato, & tamen non eſt compoſitus. Et huius rei declaratio eſt, quia conceptus eſt duplex, quidam eſt perfectus, & adæquatus rei, vtpote ille quo concipitur res, cum ſuo modo intrinſeco, vt conceptus quo conciperetur albedo vt quatuor, quidam imperfectus & inadæquatus rei vtpote ille quo conciperetur realitas ſine ſuo modo intrinſeco veluti conceptus quo conciperetur albedo ſine intenſione vt quatuor. Ad propoſitum dicunt Deum habere conceptum realem, quo cum cauſato conuenit vt conceptum entis, & aliquid quo differt vt modum intrinſecum, ſed quia nec conceptus quo conuenit, eſt perfectus, nec conceptus quo differt, Non enim poteſt conceptus entis eſſe perfectus ſine ſuo modo, nec modus ſine conceptu: propterea nõ eſt compoſitio in Deo, compoſitio enim eſt ex conceptu perfecto, & conceptu perfecto, non autẽ ex conceptu imperfecto & modo intrinſeco. Hæc illi.

Confutatio.

Et licet hæc non ſint peripateticæ dicta. Nam nullus peripateticorum vnquam hæc (vt mihi videtur) dixit, quia tamen temporibus noſtris ſunt famoſa, ideo arguamus contra hæc pro poſſe.

Prima ratio.

Primo, ſi conceptus entis eſt imperfectus, aut ita imperfectus, quo nihil imperfectius excogitari poteſt, aut ita imperfectus vt aliquid illo poſſit imperfectius excogitari, ſi id quo nihil imperfectius ex cogitari poteſt, igitur eſt infinitæ imperfectus. tenet argm̃, quia ſicut id quo nihil perfectius excogitari põt, eſt infinite perfectum, ita id quo nihil imperfectius excogitari poteſt, erit infinitæ imperfectum. Vltra conceptus entis eſt infinitæ imperfectus, igitur ſuus modus intrinſecus erit infinita imperfectio, ſed hæc eſt ante finitatem, qua contrahitur ad cauſatum, & ante infinitatem, qua contrahitur ad Deum, igitur dabitur aliquis modus prior primis modis entis. Si autem eo põt excogitari imperfectius, ipſum ens non erit ſimpliciter ſimplex, nec ſimpliciter primũ. Secundo ſi conceptus entis eſt imperfectus: aut quia ipfectæ repñtat id ẽ quo abſtrahitur, aut quia eſt de conceptibili imperfecto: nõ eſt imperfectus, quia imperfectæ repñtat id ẽ quo abſtrahitur: quia repñtat ens & non minus nec magis: igitur perfectæ repñtat: nec quia abſtrahitur ab imperfecto conceptibili, quia tunc ſolus conceptus Dei eſſet perfectus, quia ſolum Deus eſt perfectum conceptibile. Tertio ad principale aut Deus capit ens per eſſentiã, aut per participationem. ſi per eſſentiam, igitur omne aliud citra Deum, quod à Deo dependet capiet per participationem. Hæc conſequentia eſt Ariſto.2. Meta. & Auer. cõ.4. & 12. huius cõ.51. vbi ait Auer. ꝙ quia calor per eſſentiam capitur ab igne, ideo ignis eſt calidus per eſſentiam, & cætera citra ignẽ quæ ſunt calida propter ignem ſunt calida per participationem. Si vero dicatur ꝙ Deus capit ens per participationem: igitur cõpoſitus ex participante & participato. Omne enim ens per participationem eſt compoſitum apud peripateticos: vt qm̃ album eſt per participationem tale, ideo cõponitur ex corpore & albedine. Hæc ratio eſt efficax ſm ipſos peripateticos. Quarto quæro, propter quid ablatione modi intrinſeci à conceptu entis ille conceptus dicitur imperfectus: & non ablatione drĩæ vltimæ cõceptus generis dicitur imperfectus? Aut hoc eſt, quia cointellectione modi conceptus entis contrahitur ad conceptum perfectum, vtpote ad conceptum Dei, vel quia ablatione modi ens non eſt perfectæ intelligibile. Non eſt dicendũ id eſſe quia cointellectione modi contrahitur ad conceptum perfectũ, quia ẽt cointellectione differentiæ vltimæ contrahitur genus ad conceptũ ſpeciei perfectum. Non eſt autem dicendum id eſſe, quia ens ablatione modi non eſt perfectæ intelligibile, quoniam diſtinctiſsimæ cognitum, & à natura nobis impreſſum prima conceptione perfectiſsimæ intelligibile eſt ipſum ens, Conceptus.n. entis prima impreſsione imprimitur in anima: vt dicit Auic. & diſtinctiſsimæ cognoſcitur, quia conceptus ſimpliciter ſimplex apud doctrinam eorum non poteſt niſi diſtinctæ cognoſci, igitur ens eſt perfectiſsimæ intelligibile ſine ſuo modo.

Quinto conceptus ex quo componitur primum principium per ſe notiſsimum: eſt perfectiſsimæ intelligibilis: ſed ex conceptu entis ſine ſuo modo fit primũ principium ſimpliciter notiſsimum, igitur eſt conceptus perfectus. Sexto ens ab omnibus concipitur, ens infinitum non ab omnibus, quia peripatetici negant ens infinitum, igitur perfectiorem conceptum dicit ens ſine modo, quam cum modo. Septimo conceptus ex quo intellectus componit vel diuidit enuntiationem perfectam: perfectus eſt & perfecta ſimplici intelligentia con-

tia concipitur. Hæc patet, quia duplex eſt operatio aĩę, ſimpliciũ intelligentia, & compoſitio vel diuiſio. Hęc non põt eſſe perfecta niſi ex ſimplicibus perfectæ intellectis, ſed ex conceptu entis ſine ſuis modis intelľs componit & diuidit perfectæ: igitur conceptus entis ſine ſuis modis eſt perfectus. Octauo aũt conceptus entis eſt ĩperfectus, quia qñ aliqđ ſub ente cõtentum concipitur ſub rõne entis imperfectæ concipitur: aut quia ens cõiter ſumptum, cuius eſt conceptus: imperfectæ concipitur: nõ primo modo, quia ſic conceptus gñis eſſet imperfectus: quia cõtentum ſub gñe qñ concipitur ſub rõne gñis ſine differẽtia, imꝑfectę concipitur. Si ſecundo mõ, tunc ens inquãtum ens imperfectæ conciperetur: qđ eſt falſum quia à quocũq; concipitur diſtinctiſsimę concipitur: & non ĩperfectę, vel cõfuſæ.

Nono Deus per eos conſtituitur ex conceptu entis & ſuo modo: vtpote infinitate, aut igiť Deus eſt vnus per hoc ꝙ conſtituentia tranſeunt in oĩmodam identitatem: aut in oĩmodam vnionem. ſi in oĩmodam identitatem: tunc ens & modus eius idem eſſent realiter & formaliter: & oĩ modo, cuius oppoſitum dicunt. Si oĩmodam vnionem: igitur alterum conſtituentiũ erit actus, alterum potentia ſ̃m doctrinã peripateticorum: & ita Deus erit ex actu & potentia. Hæc ſunt per ſe nota peripateticis. Decimo intelligatur per poľe vel impoſsibile. Deum eſſe vnũ per hoc ꝙ conſtituentia trãſeunt in oĩmodam identitatem: vt nos peripatetici ponimus, vel iſtæ erit Deo qui ponitur ab eis: minus ſimplex, vel eadẽ ſimplicitate ſimplex, vel ſimplicior, non eſt minus ſimplex: qm̃ nihil eſt poſitum in ipſo, quod compõnem faciat, nec eadem ſimplicitate ſimplex, qa ea quorum non eſt eadem rõ eſſendi ſimplicia, non ſunt eadẽ ſimplicitate ſimplicia, at horũ nõ eſt eadem rõ eſſendi ſimplicia, nam Deus qui modo ſic ponitur ſimplex, eſt ſimplex per idẽtitatem oĩmodã cõſtituentium, & per hoc quia non componitur ex realitate & realitate, at Deus, qui apud hos ponitur ſimplex, eſt ſolum ſimplex, quia non componitur ex realitate & realitate, igitur Deus quia nobis ponitur, & Deus qui ponitur ab eis non ſunt eadem ſimplicitate ſimplices, & Deus qui ponitur à nobis nõ eſt minus ſimplex: igitur Deus qui ponitur à nobis eſt ſimplicior Deo qui ponitur ab eis. Et ita Deus, qui poniť ab eis non eſt ſummæ ſimplex, quia eſt aliquid intelligibile Simp. Hæc rõ eſt non leuis, & multum conſonat auribus bonorũ peripate. Et ꝙ hæc ſit mens Ariſtot. apparet in vltimis verbis. 8. metaphy. qui poſtquam aſsignauit cauſam vnitatis in his, quæ materiam habent, inquit, quæ aũt expertia materiæ ſunt, ea propriæ vnum quid ſunt, & propriæ ens quid vniuerſa. Ecce ꝙ nullam aliã cauſam ſimplicitatis aſsignat & vnitatis, niſi qa ſunt propriæ entia ſeipſis, & non per hoc, quia nõ conſtituuť ex realitate & realitate. His ita confutatis, ad rationem dico ꝙ metaphy. eſt vna ſcientia & realis modo quo ſubiectum ſuum eſt tale, at ens inquantũ ens eſt vnum reale per attributionẽ ad vnũ, vtpote ad Deum, & hoc pacto ſcientia hęc eſt vna attributione. Et quãdo dicitur quòd metaph. eſt vna ſpecie, dico ꝙ comparatione ad ſubiectũ, in quo eſt, ipſa eſt vna ſpecies, quia vnus habitus ſpecie, rõne vero habita ad ſubiectũ de quo eſt, ipſa eſt vna attributione ad vnũ. Ad ſcd̃am principalem dici põt conſequentur ad dicta noſtra, ꝙ hæc ſcĩa diſtinguitur à ſcĩa per ſub̃m primum primitate vľitatis, & per ſubiectũ primũ primitate ĩmediationis, & per ſubiectũ primum primitate intẽtionis, & ita cõcedo ꝙ hæc ſcĩa differt à naturali & à mathematica ꝑ hoc quia hæc cõſiderat ſubſtãtias ſeparatas. Sed hæc diſtinctio erit à ſubiecto primo primitate intentionis. Siľr dici poteſt de denominatione, vt patet per oĩa. Ad tertiam dici poteſt, ꝙ beatitudo cõſiſtit in ſpeculatione meta. non quo ad ſubiectũ primum primitate vniuerſalitatis, ſed quo ad ſubiectum primum primitate intentionis. Addũt quidam, ꝙ quanto aliquid eſt vniuerſalius & cõmunius, tanto eſt perfectius permiſsiue, nõ aũt poſitiue, & ideo ens eſt perfectiſsimum permiſſiue, quanto aũt aliquid eſt minus cõe, tanto eſt perfectius poſitiue. Sed cõtra, ens eſt infinitæ perfectionis ꝑmiſsiue, quia põt ꝑmiſceri cũ infinitæ ꝑfecto: igiť indiuiduũ eſt infinitæ perfectũ poſitiue. Deducitur, quia q̃ta ꝑfectione ens eſt ꝑmiſsiuæ ꝑfectũ, tãta indiuiduũ poſitiue ꝑfectũ. Secundo maximũ qđ põt virtus ꝑfectior, eſt poſitius ꝑfectiue maximo, qđ põt virtus imperfectior, ſed ens eſt maximum qđ poteſt Deus, quia quicquid põt eſt ens, & nihil põt qđ non ſit ens, maximum vero qđ põt Pla. eſt hoc ens, igitur ens eſt abſolute & poſitiue perfectius hoc ente, & ſic hoc quod dicunt, ambiguum eſt. Vtrum vero vľius ſit perfectius minus vľi, aľs tractabiť, nunc vero ſufficit mouiſſe. Ad quartam dico, ꝙ ad ſubalternationem tres requiruntur conditiones. Prima ꝙ ſubiectũ contineatur ſub ſubiecto. Secũda vt ſubiectũ infernæ ſcĩæ addat d̃iam accidentalẽ ſubiecto ſupernæ. Tertia vt per ſe principia infernæ ꝓbenť à priori à ſcĩa ſuperna, licet ſcĩæ inferiores haberent primã conditionẽ, nõ tñ aľs. Primo quia nulla ſcĩa addere põt enti aliqd accidẽtale, nihil. n. enti eſt accñtale. Secũdo qa principia aliarũ non demoſtranť à priori in metaph. Ad quintã ſoluunt quidã ꝙ ens eſt vniuocũ, & ꝙ habet quid. non quidẽ quid ſumptũ pro definitione, ſed quid ſumptũ pro eſſentia. Sed hęc ſolo eſt falſa, qa ſi ens hr̃et quid pro eſſentia, igiť hr̃et ꝓprie quid, nam propriæ quid ſumiť ab eſſentia, ideo dici p̃t oẽ ſub̃m hr̃e quid rei, qñ eſt ſubiectum ꝑ ſe demr̃onis, quale nõ eſt ens, id aũt quod eſt ſub̃m primũ in ſcĩa primitate vľitatis habet quid noĩs, & hoc mõ hẽt ens. Nã licet non ſit ignotũ ens, eſt ignotum quid ſignãt hoc nomen ens, non. n. apud oẽs gentes eſt idem nomẽ. Ad ſextam, ſeptimã, & octauã patet ſolutio ex his, quæ dicta ſunt. Ad nonã dici põt triplicẽ eſſe reduplicationẽ, aut rei ſiue conſequentiæ, rõnis ſiue cauſæ, & modi intelligendi. Tunc dico ꝙ ens inquantũ ens eſt ſubiectũ, vt verbum inquãtum, nõ rẽ nõ cauſam rei reduplicat: ſed modũ intelligendi, quẽ Iuniores appellant rationẽ formalem ſubiectandi: & quia verbum illud non reduplicat rem, nec cauſam rei, ideo non valet inferre vniuerſalem. Ex reduplicatione enim vel cauſæ licet inferre vniuerſalem, non aũt ex reduplicatione modi intelligendi. Ad decimam dico, ꝙ ſufficit vt illius ſit præſtabiliſsimum ſubiectũ principale. Ad vndecimã dico, ꝙ qualibet parte ſubiecti debet ſubiectum eſſe prius, quãdo illa pars non eſt ſimul principiũ & pars.

Ad duodecimam dico, ꝙ non concludit plus niſi ꝙ ſubſtantia eſt primum ſubiectum primitate immediationis. Ad tertiamdecimã dico, ꝙ omnes partes entis hic conſiderari poſſunt ſub rõne entis: in alijs ſcientijs aũt conſideranť ſub ratione entis: vel mobilis, vel quãti: & ſic nõ ſuperfluũt. Ad quartãdecimã dico, ꝙ ens continet non ſcibilia per accidẽs, vel dici põt ꝙ cõtinet illa non quatenus nõ ſcibilia, ſed quatenus ſcibilia.

Authoritas Ariſto. *Solutio ꝓpria.* *Ad ſecundam.* *Ad tertiam* *An vniuerſalius ſit perfectius. Pō quorundã.* *Confutatio.* *Ad quartam.* *Ad. 10.* *Ad. 11.* *Ad. 12.* *Ad. 13.* *Ad. 14.*

Ad 15. Ad quintamdecimam dico, ꝙ ens eſt ſubiectum in aliis ſcientiis, & ens eſt ſubiectum hic: ſed rationes ſubiectandi ſunt diuerſæ. Hæc de diſputatione, quæ fit de ſubiecto: vbi me excuſatum volo, ſi prolixe loquutus ſum: nam ea quæ quidam interpoſuerunt me detinuerunt.

DISPVTATIO SECVNDA
DE DIVISIONE ENTIS.

Num Ens, & in qua Primo diuidatur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

VIDETVR ꝙ entis nulla ſit diuiſio, primo diuidentia ſunt extra rationem diuiſi: ſed extra ens nihil eſt igitur ens non poteſt diuidi. Secundo ſi ens diuideret aliqua prima diuiſione, ens eſſet vnum, & ſi eſſet vnum, non diuideretur per vnum & multa. Tertio ſi ens diuideretur, ſint prima entis diuidentia, A, & B, vel igitur, A, B, diuidũt ens inquantum ens: vel inquantum hoc, vel illud ens: non inquantum hoc vel illud ens: quia ſic nõ eſſet cõis omnibus. ſi inquantum ens igitur omne ens diuideretur per, A, B, diuidentia. Quarto ſi ens diuideretur tunc ens haberet differẽtias probatur, quia differentia eſt qua differunt inter ſe ſingula, vt dicit Porphyrius, ꝙ aũt ens non habeat differẽtias, patet tertio huius: igitur ens non diuiditur. In contrarium ſunt peripatetici. vt Ariſto. in 6. metaphy, & Auerro. ibidem com. 4. vbi diuidunt ens per ens per ſe & ens per accidens: & ens per ſe in decem prædicamenta.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quid ens & quot modis. ENS quod Græci ὂν dicunt, quandoq; ſumitur vt ſe extendit ad priuationes, & hoc pacto non intelligitur in diſputatione: quandoque vt ſe extendit ad ens reale & intentionale, & nec ſic ſumitur. Præterea idẽ eſt ens reale & intentionale. *Ens rationis ſiue intentionale & ens reale idem eſt.* Vt enim aptum intelligi dicitur ens reale, vt actu intellectum eſt ens intentionale, & intentionale poteſt eſſe intentione prima, vt cum intelligitur directa & abſoluta intellectione. & intẽtione ſecunda: vt cũ intelligitur comparatiua intellectione: veluti vt ſubiectum reſpectu prædicati, aut prædicatum reſpectu ſubiecti aut vt ſuperius vel inferius, & id genus, quia igitur hæc duo idem ſunt, non oportet intelligere in diſputatione niſi de ente reali. Nam licet *Commen 2.* multifariam ſumatur ens, vt patet. 4. metaphy. hic non accipitur, niſi pro ente reali. *Quid diuiſio & qt̃ modis.* Nunc quid per diuiſionem quæ à peripateticis διαίρεσις appellatur, intelligendum ſit exponamus & primo dicamus, vt auctor eſt Boet. in lib. de diuiſionibus, diuiſionem ipſam multifariam dici. Alia nanque eſt generis in ſpecies. Alia totius in partes. Alia vocis ſiue nominis in ſignificationes. Alia ſubiecti in accidentia. Alia accidentis in ſubiecta. Vltima accidentis in accidentia. Hic eſt completus numerus diuiſionum: quem pariter peripatetici. vt Andro. in proprio de hac re libro & Porphy. in commentationibus, quas ſcripſit in Platonis lib. quam inſcribit̃ Sophiſtes, & etiam Platonici vt Plotinus in eodẽ lib. approbant. Nec vnquam aliquis peripateticorum poſuit aliquam diuiſionis ſpeciem, quæ ſub aliqua iſtarum nõ contineretur. *Dubitatio.* Sed dices nonne ſpecies diuiditur in indiuidua? *Solutio* Dici põt diuiſionem ſpeciei in indiuidua eſſe per accidens, & ſic continet̃ quaſi in diuiſione ſubiecti ad accñtia. Præterea hæc non eſt ſcientifica nec doctrinalis, propterea non eſt diuiſio de qua nunc loquimur. *Secunda dubõ* Præterea dices nonne eſt diuiſio vniuoci in vniuocata? *Solutio.* Dici põt apud peripateticos nihil eſſe vniuocum, quod non ſit genus vel ſpẽs, & propterea vltra genus nihil eſt niſi vox cõis ſiue nomẽ ſm peripateticos, & platonicos. Hæc de diuiſione. *Quot modis prima diuiſio.* Nunc quot modis alicuius prima dicatur diuiſio, vbi animaduerſione dignũ, tot modis dici primã diuiſionẽ, quot modis aliquid dicitur primum: at primum vti diximus in prima diſputatione trifariam apud peripateticos dicitur: vel primum primitate vl̃tatis, ſiue adæquationis, & hoc pacto prima diuiſo erit, quæ æquatur diuiſo, vtpote quãdo nihil ſub diuiſo continetur quin ſub aliquo diuidentium collocetur, & econtra nihil ſub aliquo diuidentiũ, quin ſub diuiſo. Alio modo dicitur primum primitate immediationis, & ſic ea diuiſio dicetur prima hoc modo, quæ fit per diuidentia ipſi diuiſo immediatiora. Tertio modo primum dicitur primitate principalitatis. Et iuxta hoc ea dicitur diuiſio prima, quæ fit ꝑ diuidẽtia principaliora, & præſtabiliora. Hæc de titulo diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione præſenti ſunt qui dicunt ipſum ens prima ſui diuiſione diuidi in decem prædicamenta: *Põ expoſitoris. Cõm. 14.* cui poſitioni expoſitor Tho. 5. huius videtur conſentire in expoſitione textus vbi ait, & propter hoc ea in quæ diuiditur ens primo: dicuntur eſſe prædicamenta, quia diſtinguuntur ſecundum diuerſum modũ prædicandi. Hæc expoſitor. Huic etiam videtur & Auer. aſſentire 10. meta. *Cõm. 8.* vbi vult ens & vnum ſignificare decẽ prædicamenta ſine medio, ſed immediata entis ſignificatio eſt illius immediata diuiſio, igitur ens per decem diuiditur prædicamẽta primo. Sed hãc põnem confutant primo ꝑ verba Ariſt. 5. meta. qui diuidit ens primo in per ſe & per accidens, & ſubdiuidens ens per ſe inquit: per ſe vero dicũtur eſſe quæcunq; ſignãt figuras prædicationis, igitur diuiſio entis in. 10. prædicamenta non eſt prima. *Cõm. 4.* Idem quoq;. 6. huius aſſerit: vbi Auer. inquit iã declaratũ eſt ꝙ ens ſimpliciter prima diuiſione diuiditur in ens per accidens & per ſe: & ens per ſe in decẽ prædicamẽta, hoc idem cõm. 1. igitur hæc diuiſio non fuit prima. Secundo hæc diuiſio non eſt vl̃is: tum quia prima cauſa in nullo mẽbro horũ contineri põt, tum quia materia & forma non ſunt prædicamento: igitur hæc non eſt diuiſio vl̃s entis. *Secũda poſitio.* Alij primã entis diuiſionem faciunt in ens per ſe & ens per accidens: vt Ariſto. & Auer. locis dictis aperte profitentur. *Confutatio.* Hæc videtur vl̃is cum nihil per ens ſignificetur, quin aut per ſe aut per accidens non appelletur. Sed hoc ſtare nõ poteſt, quia diuiſio quæ eſt eorum, quæ ſumuntur ab eſſe prior eſt diuiſione eorum, quæ ſumuntur à prædicatione. At diuiſio entis in per ſe & per accidens eſt eorũ, quæ ſumuntur à prædicatione cum ſit diuiſio eorum quæ prędicantur: diuiſio vero in ſubſtantiã & acccidẽs eſt eorum, quæ ſumũtur ab eſſe, vt expoſitor inquit. 5. meta. igitur diuiſio entis in per ſe & per accidens nõ eſt prima. *Tex. c. 25.* Præterea adhuc dubium eſt ſub quonã horum Deus contineatur. Deus. n. non eſt ens per ſe, quia non prædicatur per ſe, nec per accidens, quia nec per accidens. Amplius nec materia cõtinetur in aliquo eorum, quia nec per ſe, nec per accidens prædicatur. *Poſitio tertia.* Alij dixerunt ens prima ſui diuiſione diuidi per actum & potentiam, & ens actu ſubdiuidunt per decem prædicamenta. *Cõm 6.* Huic poſitioni Auer. primo de anima & Ariſ. 3. phy. tex. c. 3. aſſentire videntur. *Confutatio. Cõm. 1.* Sed hæc non videtur peripatetica, nã Auer. 7. meta. ait ꝙ prima diuiſio entis eſt in ſubſtantiam & accidens. ſecunda eſt in potẽtiã & actũ. Amplius quæ relatiue opponuntur, non videntur primo

mo diuidere ens. Sed potentia & actus opponuntur relatiue, vt dicit Auer. 9. huius cōm. 11. Rurſus quæ opponuntur, vt priuatio & habitus non primo diuidūt ens: ſed potentia & actus opponuntur modo priuationis & habitus: vt in eodē nono dicit cōm. 3. igiẗ prima diuiſio non eſt in illa. *Poſitio 4. Antonii Andreæ. Bonetus.* Alij vt iuniores quidam primam entis diuiſionem per finitum & infinitum faciunt, ſumentes finitū & infinitum ſecundum virtutem, & nō ſm molem, & ens finitum in decem prædicamenta ſubdiuidunt, quam diuiſionem ſectari videntur: qui ens prima ſui diuiſione diuidunt per limitatum & illimitatū: nam licet velint differre à primis, nō poſſunt, cum limitatio non ſit niſi ad gradum virtutis, & illimitatio ſimiliter, & ſic limitatum idem eſt quod finitum, illimitatū vero idem quod infinitum. *Confutatio.* Refellere ſolent hanc diuiſionem, primo, quia non eſt vēs, propter reſolutiones quas catholici diuinis tribuunt, quæ nec finitæ, nec infinitæ eſſe poſſunt: vt deducunt. Secundo, quia vt quidditas eſt modo prior, ita diuiſio per quidditates erit prior diuiſione per modos. Tertio hæc diuiſio non videtur peripathetica quia non eſt notū in doctrina peripateticorum, ſi ſit reperibile ens infinitum, vt diſputauimus in codicillo de infinitate primi. Ad has diuiſiones reducitur illa diuiſio quæ eſt entis per perfectū & imperfectum, quippe cū perfectum ſit cui nihil deeſt: & ſic eſt illimitatū, & infinitū, imperfectum aūt cui deeſt aliquid, qua ratione erit finitum & limitatū. Amplius & cæteræ id genus: vt per creatorem & creaturā, ſiue per creatū & increatum. Præterea diuiſio per cauſam & cauſatum, per à ſe & ab alio, atq; per reſpectiuū & abſolutū, per idem & diuerſum, æquale & inęquale dependens, & independens neceſſarium & contingēs, non pñt eſſe primę, quia diuidentia ſunt relatiuæ oppoſita, aut cōditiones qualitatiuæ, quę ſupponūt quidditates. Simili rōne diuiſio quæ eſt per compoſitū & ſimplex ſenſibile & inſenſibile, abſtractum & materiale eſſe non poteſt prima, cum vel ſit per relationes aut per conditiones qualitatiuas additas quidditatibus.

4. pō Scoti in quolibet. q. 5. Alij primā entis diuiſionem per quantum & non quantum & quantum per finitum & infinitum & finitū per ſubſtantiam & accidens conſtituunt, & ſumunt quantum prout denominatur quantitate perfectionis, non autem quātitate molis. Quod prima diuiſio ſit p quantum & non quātum primo probant, quia nihil eſt ens, quod non contineatur ſub mēbro aliquo iſtius: nā relationes diuinæ ſunt nota quantæ. Secundo perfectio ſiue quantitas virtutis competit entibus ſub ipſo ente conſtitutis ineſſe quidditatiuo: igitur ante oīa alia & p conſequens ens immediatius per illa diuidetur. Quod autem quantitas virtutis competat contentis ſub ente in eſſe quidditatiuo. Multifariā deducunt primo, quia æquinitas ſm ſe conſiderata eſt perfectior lapideitate. Secundo quia formæ ſunt ſicut numeri. vt diciẗ. 8. meta. & nō niſi propter perfectionem. Tertio quia genus diuiditur diuiſione eſſentiali per differentias non æque perfectas. Quarto quia modus intrinſecus non formaliter nec realiter diſtinguitur ab eo cuius eſt: igiẗ quantitas virtutis competit in eſſe quidditatiuo omnibus entibus, qa eſt modus intrinſecus. Ex his argui poteſt quantum perfectionis competit entibus ineſſe quidditatiuo, igitur etiam non quantum, & vltra igitur immediata diuiſio entis eſt per quantum & non quantum, quia illa eſt immediata entis diuiſio, cuius diuidentia ſunt contentis ſub ente immediatiora. Hæc enim eſt vis omnis, & potentia rationum eorum. *Obiectiones.* Contra hanc pōnem ſolet obijci primo entibus prius competit vnitas quam perfectionalis quantitas, igitur immediata diuiſio non eſt per quantum & non quantum, añs declaratur, quia ens diſtinguitur ex natura rei à finitate ſm iſtos: igitur in illo priori eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quolibet alio, igitur eſt vnum. Secundo homo inquantum ens eſt vnum, & non eſt finitum ſiue quantum: igitur prior eſt vnitas quam ipſa quantitas. Tertio de ratione infiniti eſt aggregare oēs perfectiones in vnum, igitur vnum antecedit ipſum infinitum. Ex his concludunt primam entis diuiſionem non poſſe eſſe per quātum & non quantum, & maxime apud peripateticos qui rōnes illas diuinas non perceperunt. *Quinta poſitio.* Propter hęc alij crediderunt primam & immediatam entis diuiſionem eſſe per vnum & multa. Et hanc aſſerunt eſſe opinionem expoſitoris, qui in prooemio Metaphy. inquit hanc ſcientiam eſſe maxime intellectualem quæ maxime circa principia vniuerſalia verſatur, quæ quidē ſunt ens, & ea quæ conſequuntur ens, vt vnum & multa. Ecce qūo videtur velle primam entis diuiſionem per vnū & multa. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, vnde ait Auer. 7. huius in prooemio ꝙ prima diuiſio eſt entis, in ſubſtantiā & accidens. Secunda eſt in potentiā & actū. Tertia eſt in vnum & multa. Amplius expoſitor in. 10. huius ait ꝙ intellectus primo intelligit ens, ſecundo nō ens, tertio diuiſionem, quarto vnum, quinto multitudinem: igitur diuiſio entis per diuiſum & indiuiſum erit immediatior quam per vnum & multa. Præterea Auic. in principio ſuæ Meta. aſſerit rem eſſe ante vnum: quia vnum dicit negationem res affirmationem: igitur diuiſio per vnum & multa non eſt prima. Contra etiam hāc poſitionem faciunt rationes proximæ opinionis. *Sexta poſitio.* Alij ob hæc finxerūt ens prima ſui diuiſione diuidi p quidditatem & modum ſiue per quid & quale quæ eadem ſunt apud eos. omne. n. ens vel eſt quid vel quale, quid ſubdiuidunt per creatum & increatum, & creatū quid per decem prædicamenta tandem modum vel quale, diuidunt per quantum & non quantum, & quantū per infinitum & finitum, finitū vero in decem modos prædicamentorum correſpondentes decem quidditatibus illorum. *Perſuaſiones. Prima.* Perſuadent hanc pōnem primo, quia ad quid & quale ſtat vltimata reſolutio cuiuſq; entis. Igitur prima diuiſio entis eſt per quid & quale. antecedens patet, qa oīs conceptus reſolubilis reſoluitur in determinabile, quod eſt quid: & determinans quod eſt quale. *Secunda.* Scđo in conceptibus quidditatiuis ſtat vltimata reſolō ad primum quid, quod eſt ens, igitur in conceptibus qualitatiuis vltima reſolutio debet ſtare ad vnum modum illi primo quid correſpōndentem, igitur prima diuiſio erit per quid & quale. *Tertia.* Vltimo primo conceptui quidditatiuo reali correſpondet conceptus primus qualitatiuus realis primo determinans. Primo enim quid correſpondet primum quale, ſed eſt dare primum quid, igitur primum quale, & ita prima diuiſio erit per quid & quale. *Confutatio.* Sed pace horum dixerim hæc poſitio nec eſt peripatetica, nec vera, non peripatetica quia Ariſtot. & Auer. & alij expoſitores & ſi pluries ens ipſum diuiſerint, nunquam in hæc diuidentia diuiſerunt. *Prima ratio.* Nec vera, primo, quia nullum diuiſum conuertitur cum vno membro ſuæ primæ diuiſionis, ſed ens & quid conuertuntur, veluti ens & aliquid, idem enim eſt quid & aliquid apud Græcos grammaticos, appellant enim quid & aliquid τιτιανοσ & ēt apud latinos: ſed ipſum aliqd conuertitur cum

cum ente igitur & q uid. Secundo primum quid apud iſtos eſt cóceptus vltimus entis realis, ſed nihil diuidi pôt in ſemetipſum, igiẽ ens nõ pt diuidi in qd & quale. Tertio nullũ diuiſum æqualiter prędicatur de vno diuiſionis mẽbro per ſe formaliter & de alio per accñs, ſi ue denominatiuæ. Sed ens prædicatur per ſe & formaliter de quidditate & de modo nõ niſi denoĩatiuæ apud eos, igiẽ ens nõ pôt per hæc æqualiter diuidi. Quarto nullum ens reale diuiditur per ſe per entia intentionalia: ſed ens hic diuiſum eſt ens naturæ apud eos, quid & modus ſunt entia intentionalia. Vnde apud logicos dicendo aĩal eſt quid ille terminus aĩal, ſupponit materialiter ſiue ſimplr, quia ille terminus qd eſt terminus ſecundæ intẽtionis. Similiter de modo dici pôt. Quinto in oĩ diuiſione alicuius vniuoci ẽm Boetium & oẽs metaphyſicos oportet cõſiderare ipſum quod diuidiẽ ea in quæ diuiditur, & ea per quæ diuiditur veluti in diuiſione animalis diuiſum eſt ipſum aĩal cõmune, ea in quę diuidiẽ ſunt homo & brutũ, ea p quę ad hæc deſcendit, ſunt rõnale & irrationale. Sed in diuiſione entis naturæ, quæ eſt vniuoci, nõ ſunt ea in quę, & p quę, & quod diuiditur ſi eſſet per quid et modum, vt omnes ſciunt, quia nihil cõe vniuocũ eſt quidditatibus & modis, nec ſunt inferiora ad quæ deſcendit illud commune, ſed ſolũ per quę diuiditur, igiẽ hæc diuiſio nulla eſt.

Secunda. *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Prima ſuppõ. PRO veritatis igitur determinatione accipiendum primo ꝙ ſecus eſt quando diuiditur vniuocũ aliquod vt genus, quod dicit certã & definitã naturam, & ſecus quando diuiditur nomẽ in ſignõnes. Nam in diuiſione rei vniuoce oportet cõſiderare rem, quæ diuidiẽ, drĩas quibus diuiditur & res inferiores in quas per drĩas deſcendit, at in diuiſione nominis ſufficit cõſiderare ſignificata, in quæ diuiditur, cauſa eſt quia nomẽ nõ deſcendit in ſignificata per drĩas aliquas, ſed ſolum quia ad illa ſignificãda eſt inſtitutũ. *Secunda.* Secundo accipiendum eſt diuiſionẽ nominis, non eſſe propriæ diuiſionem dicendam, ſed potius enumerationẽ ſignificatorũ. *Boetius.* Dicit hoc doctiſsimus Boetius in prædicamẽtis textu (Eorũ quidẽ quæ ẽm nullã cõplonem) & inquit, nec vltra decem vllo modo aliquod genus excogitari pôt recte. Quare huiuſmodi fecit numerationẽ, ſed non diuiſionem. diuiſio nãq; fere eſt generis in ſpẽs prædicamentorum vero (qm̃ genus non hñt) diuiſio eſſe nõ poteſt. ſed potius enumeratio eſt. Hæc Boetius. Ex his plane patet diuiſionem nominis non eſſe dicendã diuiſionẽ ſed enumerationem ſignificatorum. *Tertia.* Tertio accipimus ꝙ ſicut pôt dari prima diuiſio, videlicet, tripliciter vniuerſalitatis primitate, immediationis, & principalitatis, Ita trifariam dici poteſt enumeratio ſignificationũ, videlicet primitate vniuerſalitatis, principalitatis, & immediationis. *Quarta.* Quarto accipimus immediatam enumerationẽ eſſe quæ nomini in ſignãdo eſt immediatior, eſt autem immediatior in ſignãdo ipſi nomini qñ per nomẽ ẽm famoſiorem modum ſignificandi eius membra ſignificanẽ. Verbi cauſa, homo famoſius & immediatius ſignat ſorte & Platonẽ: conſequenter aĩal, corpus & ſubſtantiam, & oĩa conſequentia illos. Ex his ſequitur ꝙ aliter Platonici, & aliter Peripatetici cogunẽ dicere de entis diuiſione. *Poſitio Platonicorum.* Platonici.n. qui ponũt ipſum ens vniuocũ decẽ prædicamẽtis, coguntur dicere ipſum ens, quod eſt poſt vnum, vtputa ens cauſabile eſſe qd diuidiẽ: ea aũt in quæ diuidiẽ volunt eſſe ſubam & accñs, ea p quæ diuidiẽ volunt eſſe modos ſubæ & accidentis, vtputa per ſe eſſe, & alteri inhærere. Ipſum vero deum & materiam ponunt extra ens & ſub vno contineri. *Poſitio Peripateticorum.* Peripatetici vero, quia ens ponunt æquiuocum ſiue analogum: eius non diuiſionẽ cogunẽ ponere, ſed ſignificatorum enumerationem (vt dictũ eſt) bimẽbrẽ. Et tunc iuxta poſitionẽ hãc prima diuiſio ſiue enumeratio bimembris primitate principalitatis erit: vt dicit Simplicius in primam cauſam & primum cauſatum. Hæc.n. diuiſio prima eſt quia mẽbra ſunt præſtabiliora oĩbus his, quæ ſignificari pñt per nomẽ ens, diuiſio vero primitate æquationis nõ erit vna tm̃, ſed oẽs quæ æquant nomen ens, & oẽ ſignatum eius. Vt per vnũ & multa, per cauſam & cauſatũ, per actũ & potẽtiam, per abſolutum & reſpectiuum & cæteris id genus. Oẽs.n. hæ diuiſiones ſunt primæ primitate æquationis, qm̃ nihil per nomẽ ens pôt ſignari, quod nõ contineatur ſub aliquo mẽbro iſtarũ, & nihil contineri pôt ſub aliquo mẽbro iſtarũ quin ſignari poſsit p ens. prima vero diuiſio primitate immediationis erit per ſubſtantiam & accñs, hæc.n. diuiſio erit prima primitate ęquationis veluti cæteræ. Nam omne quod per ens ſignatur, eſt aut ſubſtantia, aut accidẽs: erit etiam prima primitate immediationis, quia ſubſtantia & accidẽs immediatius ſignificantur per nomen ens. Et hoc ait Ariſt. in principio. 7. inquit.n. (totiens autem ente dicto, palam horũ primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat, deinceps cætera, vt bonum honeſtum, & id genus) vbi Auer. in procemio. 7. aperte ait primã diuiſionẽ entis eſſe in ſubſtãtiam & accidens. ſecundam in actum & potentiã: tertiã in vnũ & multa. Præterea ea primo ſignificãtur per nomen, quæ primo intelliguntur, at vt Ariſt. auctor eſt in eodẽ. 7. primũ cognitione, nã, & tpe eſt ſubſtãtia. igitur primo per ens ſignificatur & cõſequenter accñs. *Solutio dubij.* Hãc poſitionem ſentit Albertus in principio. 7. huius, hanc quoque & Algaçel. in. 1. ſuæ meta. hãc & Simplic. in. 2. de aĩa, & videtur omnium peripateticorum. Sed quia hæc non diuiſio entis eſt, quia apud peripateticos ens non eſt vniuocum. ſed (vt dixi) quædã bimẽbris enumeratio, ideo nõ oportuit conſiderare rem, quæ diuiditur, ſed ſolum nomen, nec ea per quæ diuiditur, quia nomen non deſcendit ad ſignificata per differentias: ſed tm̃ conſideranda ſunt ea quæ immediate nomen ens ſignãt, cuiuſmodi ſunt ſubſtantia & accidens, & vlterius ſubſtantia p materiam & formam & cõpoſitum ex his, qd eſt gñaliſſimum diuiditur, cõpoſitum autẽ quod eſt corpus, per animatum & inanimatũ vera diuiſione diuiditur: forma per ſeparatã & materialẽ, & accñs per nouẽ genera diuiditur. *Qualis diuiſio prima entis.* Hæc peripatetici. Ex his apparet ꝙ prima diuiſio entis nec per modos, nec p drĩas eſſe poteſt, nec p ea quæ ſignificatis eius immediatius inſunt. Patet per hæc quæ diximus, quia nõ eſt vniuoci: ſed vocis bimẽbris quædam enumeratio, ad quam nõ per drĩas, nec p modos, nec per aliqua intima cõtentis ſub ente deſcendit. Et propterea licet aliqua ſint immediatiora his quæ per ens ſignificantur: non propterea erunt prima entis diuidentia. Hæc ſunt, quæ peripatetici ſentiunt.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC ad rationes aduerſantium, & primo ad eas quæ primam entis diuiſionem faciunt eſſe per quantũ & non quantum. Ad primam dico, ꝙ ſi aliquid arguit illa ratio, ſolum probat illam diuiſionem eſſe enumerationem primam primitate æquationis. Ad ſecundam dico, ꝙ vbi quantitas virtutis immediatius competeret ſignificatis

ſignificatis per ens,non propterea ſequitur primam entis diuiſionem eſſe per quantum & non quantum, q̄m ens non deſcendit per differentias, nec per modos, nec per intimiora his, quæ ſignificantur per ipſum, vt dictū eſt, & ideo oīs eorū labor fuit vanus, & ſic ceſſant oēs obiectiones. Per idem ad rōnes pro quinta poſitione, dato enim ꝙ vnum eſt ſignificatum per ens immediatius, nō propterea diuiſio entis erit per vnum & multa, quoniam ens nec per differentias,nec per modos,nec ꝑ intima deſcendit,vt dictum eſt,& ſic ceſſant oēs rōnes. Ad rationes pro ſexta poſitione poteſt dici ꝙ reſolutio vltima non eſt vltra conceptus generis ſm Boetium & oēs peripateticos. Vltra.n. decem rerum genera nō inuenitur, niſi nomen, & non res, & ſic tolluntur oēs rōnes illorum. Ex his apparet oēs dictas poſitiones emerſiſſe ex malo intellectu nominis ens. Qui enim ipſum ponunt vniuocum cogūtur diſputare hæc.Nos aūt peripatetici qui ipſum ponimus Analogum, hæc omnia paruifacimus. Tunc ad rationes primi capituli patet ſolutio. Oēs.n.probant ens non diuidi diuiſione vera & proprie dicta: cum quo tū ſtat, illius eſſe quandam bimembrem enumerationem. Ex his ſequitur ꝙ rectius quidam in qōne hac procedunt,quam nōnulli thomiſtæ. Illi.n.ponunt ens eſſe vniuocum nomen, & dicere vnum conceptum realem, & ſic conſequenter ad opinionem eorum bene dicunt, ipſum ens deſcendere ad inferiora ſua per differentias modales quaſdam quæcunq; ſint illæ. Thomiſtæ vero dicunt ens eſſe nomen æquiuocum,ſiue Analogum,atq; ſibi nihil reale cōe reſpondere & ita coguntur dicere ipſum nomen deſcendere immediate ad ſua prima ſignificata,& non per differentias modales, vel eſſentiales vel intima quædam, nomen.n.non deſcendit ad ſua ſignificata per intermedias differentias.Et tamen volunt ens vera & prima diuiſione diuidi, per vnum & multa ipſumq; deſcendere ad omnia inferiora ſua per vnum,& multa,& ſic nec loquuntur conſequenter ad eorum opinionem, nec ſequuntur eorum principem Thomam,qui(vt diximus) à peripateticis non diſſentit.Quare tam & ſi illi deuiant à principijs,non errant in concluſionibus,quæ ſequuntur illis conceſsis,& ita minus male ſentiunt.Hæc de diuiſione entis ſufficiant.

Comparatio inter ſcotiſtas & Thomi. nonnullos.

DISPVTATIO TERTIA.

De ordine Perfectionalis Quantitatis, & Vnitatis.

Num rebus prius conueniat & immediatius quantitas perfectionalis, vel eius vnitas.

CAPVT DVBITATIONVM SECVNDVM.

QVod vnitas inſit rei cuius eſt immediatius.Primo arguitur, quia eſt ſynonomum enti, igitur æque primo cuiq; rei competit vnitas & entitas.Secundo quod competit rei circunſcripto à re omni modo intrinſeco,competit illi immediatius, ſed circunſcripto ab albedine omni perfectione graduali, adhuc eſt vna ſpecie, igitur vnitas eſt, immediatior quouis modo.Tertio eadē eſt ratio hoīs & vnius hoīs entis & vnius entis, vt dicit̄.4.huius, igit̄ nihil enti eſt immediatius vnitate.Quarto,modi ſunt poſteriores eo cuius ſunt modi,ſed finitū & infinitū,ſiue quantū & nō quantū ſunt modi entis & vnius, eſt.n.aliquod vnū finitum, aliqđ infinitum:igitur iſti modi ꝑſupponunt vnitatem. Ad oppoſitum argui ſolet primo,quia modus eſt plus q̄ prædicatum per ſe ſecundi modi, at vnitas non prædicatur niſi per ſe ſecundo modo, igitur vnicuiq; rei modus eſt immediatior,antecedens patet,quia modus nec eſt prædicatum primi modi, nec prædicatum ſecundi modi,ſed prædicatur de re cuius eſt plus quam in ſecundo & minus quam in primo modo.Secunda pars etiam patet,quia vnitas eſt paſsio rei.

CAPVT TITVLI PRIMVM.

PRO declaratione tituli animaduertendum primo aliquid eſſe immediatius alicui, aut ſm ſitū aut ſm idētitatem,aut ſm rōnem,dicitur collum capiti immediatius pectore ſm ſitum & hoc pacto non loquimur: dicitur pars remotior à ratione totius atq; ab ipſo toto, qa diſtinguitur à toto ſm rem: eſt tū toti immediatior ſm rationem, quia eſt de ratione illius, nec ſic loquimur. Non enim quærimus, quid minus à re diſtinguitur, an eius vnitas.an eius perfectionalis quantitas? quærimus igitur de immediatione ſm rationem, vt vtrum vnitas ſit ratione rei,cuius eſt immediatior, vel eius quantitas perfectionalis? Secundo animaduertendum,ꝙ quantitas cuiuſq; rei perfectionalis eſt proprius gradus perfectionis eius,quo diſtat in tanta intercapedine à primo ſiue ſummo ente,& à non gradu perfectionis,quantitati hoc pacto ſumptæ volunt opponi non quantū, qđ appellatur negatione propter noīs carentiam, competit tū ſolum apud eos rōnibus diuinis, vt nunc ſupponatur, nam alij volunt etiā illas eſſe aliquantas. Tertio animaduertendū vnitatem vno modo poſſe ſumi prout eſt enti ſynonomum,non differens ab illo niſi pœnes conſuetū modū loquendi,& hoc pacto eſt æquale enti. ſic enim multitudo eſt vna, vt multitudo ouiū eſt vna propria vnitate, qua differt à multitudine alia æquorū, dicimus enim vnam multitudinem, & duas & tres. Alio mdo ſumitur vnum vt opponitur multitudini, quam vnaquæque res dr̄ indiſtincta in ſe, & diuiſa ab alio, & non multa, hoc eſt vt eſt paſſio ſpecialis contra multitudinem diuiſa,& ac vnitate nō diceremus multitudinem eſſe vnam, quia nullum oppoſitum prædicatur de oppoſito. Tertio ſumitur pro principio numeri prędicamentalis.Eſt igitur ſenſus diſputationis, vtrum ſignata quauis re,vt albedine vnitas illius ſit ſibi ſm rōnē immediatior eiuſdē rei propria quantitate? Vel ſic vtrū intelligendo rem quo ad oīa ea quæ ſibi competunt,intellectus per prius illam intelligat, vt eſt vna, quā vt eſt aliquanta perfectione,vel econtra?Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione tenent quidam ꝙ in primo ſigno naturæ, rei primo competunt prædicata per ſe primi modi. In ſecundo ſigno naturæ competunt prædicata modalia.In tertio competunt prædicata ſecundi modi. Ex his ſequitur ꝙ quantitas perfectionis, rei immediatior eſt vnitate, quia vnitas eſt prædicatū ſecundi modi: quantitas perfectionis eſt in ſecundo ſigno naturæ competens rei cuius eſt. Verbi cauſa albedini in primo ſigno naturæ competunt color & diſgregatiuum viſus, quæ ſunt prædicata per ſe primo modo. In ſecundo ſigno cōpetūt intēſum et remiſſum ſiue q̄titas gradualis. In tertio cōpetunt prædicata ſecūdi modi quęcūq; ſint illa, & quia vnitas eſt prædicatū ſecūdi modi, ideo ineſt rei poſt gradum perfectionis.Pro hac poſitione ſolet argui rōnibus, quas in præcedenti diſputatione induximus. Primo quia quantitas virtutis competit rei ineſſe quidditatiuo eius,& vnitas non: primum probant pluribus rationibus: primo quia equinitas ſm ſe conſiderata eſt perfectior lapideitate. Secundo quia formæ ſiue quidditates

Poſitio prima.

Argumenta.

quidditates ſunt ſicut numeri, vt dicitur octauo metap. & non niſi quia ſunt inæqualiter perfectæ. Tertio quia genus diuiditur diuiſione eſſentiali per dr̃ias nõ æque perfectas. Quarto quia modus nec realiter, nec formaliter diſtinguitur ab eo cuius eſt, igitur quantitas virtutis cõpetit quidditatiuæ oĩbus rebus, cui ſit modus intrinſecus. Secundum vero ꝙ vnitas nõ cõpetat per ſe primo, probat auctoritate Auic. 5. ſuæ meta. dicentis ꝙ æquinitas eſt tãtum æquinitas nec vna, nec plures, ſed tantum ipſa, itaque vnitas, & multitudo non ſibi competunt vt æquinitas eſt. Secundo principaliter argui ſolet, quia vnitas comparata multitudini ſupponit perfectionem in ente, quia comparata multitudini eſt perfectior illa, & maxime quia ſ̃m catholicos vnitas eſt perfectio ſimpliciter, non autem multitudo. Tertio inter quidditates circũſcriptis omnibus prædicatis ſecundi modi eſt ordo eſſentialis, & nõ cauſalitatis, igitur perfectionis. Ex his concludunt quantitatem perfectionalẽ

Obiectiones. immediatius rei ineſſe quam vnitatem. Sed contra hãc põnem ſolet inſtari. Primo quia ſi quantitas perfectionalis competit rei ineſſe quidditatiuo, tunc prædicaret̃ per ſe primo modo, & ita vel vt genus, vel vt dr̃ia, quod non concedunt. Secundo modus intrinſecus non eſt de ratione formali rei cuius eſt apud eos, qa adueniẽs, rei non variat eius rationem formalẽ (vt ipſi definiũt) igitur non competit rei ſecundum eſſe quidditatiuum. Tertio quidditas nec includitur formaliter in modo, nec modus formaliter in quidditate ſecundum eos, igitur modus nõ includitur ineſſe quidditatiuo rei. Quarto contrahibile eſt extra formalem rationem contrahentis, quidditas eſt contrahibilis & modus eius contrahens, igitur diſtinguuntur formaliter, & ſic modus non competit rei ineſſe quidditatiuo. Hæc omnia ab ipſis cõceduntur vt principia. Vlterius argui ſolent ens diſtinguitur ex natura rei à finitate ſecundum iſtos, igitur in illo priori eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quolibet alio, & ita vnum. Amplius homo inquantum ens eſt vnum, & vt ſic nõ eſt finitũ vel quantũ, igitur prior

Secunda pō. eſt vnitas quam eius quantitas. Ex his tenent ꝙ ipſa vnitas eſt cuiq; rei immediatior ipſa eius quãtitate pfectionali. Et iuxta hos dicendum eſt intellectum prius in primo ſigno naturæ intelligere rem, quo ad prædicata primi modi. In ſecundo vero ſigno intelligere rem. vt vna eſt. In tertio quo ad ipſos modos, & demũ quo ad prædicata per ſe ſecundi modi.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DE præſenti diſputatione nihil fere habemus à peripateticis. Eſt enim quæſtio hæc nouiſſima, & valde friuola, & quælibet pars quæſtionis ſi teneatur. non facit nec calidum, nec frigidum, tñ quia ab Ariſt. habemus vbiq; eſſe eandẽ de vno & ente conſiderationem, aſſerit. n. eaſdẽ eſſe entis & vnius dr̃ias, & ſpẽs aſſerit eaſdem eſſe & paſsiones, dicit ꝙ qui vnũ non intelligit: nihil intelligit. vt quaſi velit nihil poſſe intelligi vt ens quin vt vnũ intelligatur. Et frequenter talia de ente & vno intelliges ab Ariſto. in. 4. huius dilucidarij libro & alibi. Præterea & in. 1. phyſi. aſſumens primum entis diuiſionẽ in prima eius ſignificata ſubam, videlicet, & accidens, ſtatim pro principio maxime proprio cõtra Parmenidem & Meliſſum quodlibet illorũ ꝑ vnũ & multa diuidit, dicẽs atq; vt à principio oĩum accõmodatiſsime nr̃a proficiſcatur oratio, cum ipſum ens multipliciter dicatur. Quo nam mõ dicunt vnum oĩa eſſe vtrum vt ſubſtantia oĩa, an vt quãtitatem an qualitatem, ecce hæc eſt prima diuiſio noĩs ens in ſignata, & ſtatim diuidens quodlibet ſignificatorũ per intimam oĩum diuiſionẽ, inquit & rurſus vtrum ſubſtãtiam quidẽ vnã vel hoĩem vnũ, & reliqua. Hęc Ariſt. Propterea dicerem vnitatẽ ſiue ſumptã primo mõ vt cum ente eſt ſynonoma, ſiue vt opponitur multitudini eſſe ipſi rei, cuius eſt immediatorẽ quãtitate eiuſdẽ licet vnitas. 3. modo, quę eſt prædicamẽtalis numeri principium ſit accñs ꝑ accidens rei cuius, eſt vt dicit Auer. Ad huius euidentiam *Differentia enũtiationum & propoſitionum.* aĩaduertendum aliud eſſe enuntiatum, aliud prædicatum, veluti enuntiatio alia à propoſitione. Enũtiatio. n. ex noĩe conſtat & verbo, propoſitio ex ſubiecto & prædicato, ꝓp quod hæc erit enuntiatio homo eſt hõ, non aũt propoſitio, quia in hac nullũ eſt ſubiectum, nullum etiam prædicatũ. Nihil. n. ſubijcitur ibi ſ̃m Græcos. Amplius hæc eſt enũtiatio homo eſt ens, homo eſt vnum, homo eſt res, & id genus, nõ tñ propoſitio, qm̃ ens nõ eſt prædicatũ, quia nec per ſe, nec per accñs, quia non vt dr̃ia, non vt genus, nõ vt accidẽs propriũ nõ vt accidens ꝑ accidens, nõ vt definitio, & propterea ens, vnũ, & res & id genus enũtiata ſolẽt dici à peripateticis: non autem prædicata, nec ſubiecta. Ex his accipitur ꝙ li- *De ordine modorum dicendi per ſe.* cet poſt prædicata primi modi ſtatim ſequantur prædicata ſecundi modi, & poſt hæc ſequantur accidentia, tamen inter prædicata primi modi: & prædicata ſecũdi modi, poſſunt interiacere enũtiata quædã, quæ nõ ſunt prædicata, quia prædicata ſecundi modi ſunt immediata prædicatis primi immediatione prædicationis atq; abnegatione prædicatorum intermediorũ, nõ aũt abnegatione enũtiatorũ. Immo ante pręedicata primi modi poſſunt eſſe enũtiata. Eſt. n. homo prius ens, & vnum q̃ animal, & prius vnũ aĩal, q̃ rationale, & prius rationale vnum, q̃ riſibile. Secundo animaduerſione dignum quãtitate perfectionis ineſſe rei ꝑ cõparationẽ ad ſummum & ad nõ gradũ ꝑfectionis. Per hic. n. ꝙ vnaquæque res in tanto receſſu à non gradu recedit, & in tanto acceſſu ad ſummum accedit, dicitur eſſe tantæ perfectionis, eſt autẽ in tanto receſſu vel acceſſu iuxta menſuram operationis apud peripateticos, vel quam modo exercet, vel quam apta nata eſt vnaquæque res exercere. At res dicitur vna ſola diuiſione ab alio. Intellectus enim intelligens rem vt diuiſam ab alio, intelligit rem vnam. Ex his ſequitur ꝙ intellectus prius rem intelligit vt vnam, quã vt quantam, quia prius intelligit illam vt diuiſam ab alio, quam vt diuiſam à pluribus in tanto receſſu vel acceſſu: igitur vnitas eſt ipſi rei immediatior quam ſit eiuſdem quantitas. Hanc poſitionem modo ſuſtinerem vt minus remotam ab opinione peripateticorum.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his facile delent̃ rõnes aduerſantiũ. primo delet̃ ordo ſignorũ naturæ, quia in primo ſigno naturæ intellectus intelligit prædicata prima, & in ſecũdo enũtiata quæ illa prædicata prima comitant̃. Immo ſi prædicata primi modi per plura ſigna naturę diuidãtur, adhuc enũtiata poſſunt interponi, vt dictũ eſt. Tunc ad rõnes. Ad primã dico, ꝙ quantitas perfectionis non cõpetit rei in eſſe quidditatiuo, & ad probationes, ad primam dico ꝙ ſi æquinitas ſumatur quo ad prædicata primi modi, vt ſic poteſt eẽ vna, quia vnitas poteſt anteponi & interponi, nõ aũt aliquanta, & ita nec perfectior lapideitate, nec im ꝑfectior in illo priori, ſed tñ erit ipſa. Et ſi dices in illo priori æquinitas vel erit ꝑfecta vel nõ erit perfecta, dico ꝙ in illo priori non erit perfecta nec

aliquo

aliquo quouis perfectior. Nec valet in illo priori non erit perfecta, & eſt, igitur erit imperfecta. Oportet.n. addere in illo priori eſt res cui competere poſſunt prædicata non primi modi, igitur eſt imperfecta, veluti nõ valet aïal ſumptum quo ad prædicata primi, & in illo priori in quo ſibi inſunt prædicata primi, nec eſt bipedum nec certipedum, ſed in illo priori eſt, & non bipedum, igitur certipedum. Semper.n. neganda eſt conſequentia, quia non eſt bene ſumpta conſtantia, debet.n. ſic ſumi ſed in illo priori non eſt bipedum, & eſt id cui põt competere prædicata ſecundi modi, igitur eſt certipedum. Et ſi dicas vtrũ in illo priori æquinitas ſit vna? dico ꝙ eſt vna non vnitate prædicamentali, ſed vnitate tranſcendenti, vel vnitate quæ opponitur multitudini. Et qñ dicitur vnitas non eſt prædicatum primi modi: igitur nõ poteſt competere rei in illo ſigno naturæ quo competunt ſibi prædicata primi modi: dico ꝙ licet nõ ſit prædicatũ primi modi, nec ſecundi modi, eſt tñ enũtiatum, quod poteſt competere rei in omni ſigno, quia in quocunq; ſigno põt competere rei ratio entis, ſibi põt competere rõ vnius. Et ꝙ Aui. dicat æquinitatem in illo priori non eſſe vnam nec plures: hoc dixit, quia putauit vnum quod conuertitur cum ente eſſe vnum quod eſt principium numeri prædicamentalis. Ad ſecundum dico ꝙ formæ ſunt ſicut numeri, & ratione perfectionis, non tamen pp hoc perfectio eſt de quidditate formæ, quia Ariſt. loquitur de formis, non limitando illas nec ad prædicata primi modi nec ad prædicata ſecundi modi. Et præterea ſi formæ ſunt ſicut numeri, igitur in illis eſt vnitas, aliter non eſſent ſicut numeri, & propterea rõ nihil concludit. Ad tertiam dico ꝙ ſi ſumis genus quo ad prædicata primi, vt ſic non diuiditur, quia diuiſio per eos non eſt prædicatum primi modi, & ita genus cũ diuidit̃ diuiſione eſſentiali, intelligi debet vt ſibi competunt̃ prædicata alia à prædicatis primi modi: immo cum dñæ conſiderantur in illo priori, non ſunt vna: nec plures per eos. Ad quartam patet ſolutio, modus.n. debet diſtingui ab eo cuiꝰ eſt modus, ſaltem ex natura rei, & apud eos non eſt idem formaliter rei cuius eſt, quia tũc eſſet vel illius definitio, vel illius genus, vel illius dñia, & ſic licet rationes probarent modum non diſtingui formaliter ab ea re cuius eſt modus non probarent ipſum eſſe idem formaliter, vt etiã ipſi tenent. Ad ſecundam principalem dico, ꝙ poteſt vnitas eſſe perfectior multitudine, ſicut paries albior æquo, non propter hoc albedo eſſet prior natura pariete vel æquo. Ad tertiam patet ſolutio: circunſcriptis.n. oĩbus prædicatis ſecundi modi nullus eſſet ordo, cum ordo ſit minus quam prædicatum ſecundi modi. Ad rationes primi capituli patet ſolutio, nam primæ ſunt pro rõne noſtra, ratio vero in cõtrariũ eſt ſoluta in corpore diſputationis. Hæc hactenus de hac differentia.

Omnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem eſt &c. Tex. *Primo.*

DISPVTATIO QVARTA
De ſciendi deſiderio.

Num omnes homines natura ſcire deſiderent.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non oẽs hoĩes natura ſcire deſiderant arguunt primo quia ſi ſic, tunc ſcire eſſet præcognitum, tenet argm̃ quia nihil expetitum, niſi cognitum, vt dicitur.1. Ethi. conſequens eſſe falſum nemo eſt qui dubitat. Non.n. oẽs ipſum ſcire præcognoſcunt, vt dicitur.2. de aĩa, vbi habetur ꝙ aĩa pluri tẽpore degit in ignorantia, quam in ſcientia. Secũdo ſi omnes hoĩes natura ſcire deſiderant, tunc oẽs hoĩes amoto impedimento ſcirent, tenet argm̃ per ſimile in cunctis agẽtibus naturalibus, nam ignis quia naturaliter tendit ſurſum, ideo remoto impedimento, mox mouetur ſurſum, & in cæteris id genus ſimiliter conſequens eſt falſum, quia nullum videtur impedimentum aĩæ ad ſcientiam, quia ſi quid eſſet, illud eſſet contrarium vel aĩæ, vel ſciẽtiæ, & ita cum nullum ſit: mox oĩs aĩa ſciret. *Secundo de aĩa t. c. 58.* Tertio arguunt ſi ſic, tunc, vel nullus eſſet ſciens, vel ſaltem aliquis qui haberet illam: non expeteret, & ſic non oĩs. tenet argm̃ quia appetitus eſt rõne carentiæ. Habitibus enim pñtibus in materia ceſſat motus, vt dicitur. in.1. de generatione, igitur ſi oẽs ſciam appetunt: oẽs carent, vel ſaltem qui hñt, non appetunt. Quarto aliqui appetunt ignorantiam, igitur non oẽs appetunt ſcire: añs patet. nam antiqui ignorantiam habebant de principijs rerum naturalium, & illam appetunt & defendunt, igitur non oẽs hoĩes ſcire deſiderant. Quinto arguit Ioan. ſi oẽs hoĩes appetunt ſcire, vel ſcire, quod eſt in ipſis, vel quod eſt in alijs vel quod in nullo eſt: non quod eſt in ipſis quia appetitus eſt rõne carentiæ, vt dicitur.1. phy. *1. phy. cõm. 81.* non quod eſt in alijs, quia impoſſibile eſt vt illud conſequantur. Non.n. poteſt migrare de ſubiecto in ſubiectum, vt ait Boetius, non aũt quod in nullo eſt, quia illud nihil eſt, quod nihil eſt, non eſt appetibile. Sexto arguit, ſi oẽs hoĩes appeterent ſcire: tunc oẽs poſſent diſciplinari: contra Ariſt.5. politicæ dicentem eſſe quoſdã qui fieri non pñt ſtudioſi, & Auer.1. cœli ait eſſe quoddam hoĩm genus, quod impoſſibile eſt philoſophari: & *1. cœli cõm. 22.* 2. huius ait eſſe hoĩes aliquos qui diminutione contingente in natura non pñt capere primas propoſitiones. *2. Met. cõm. 5.* Septimo nobilius non expetit ignobilius, ſed hõ eſt nobilior ipſo ſcire, igitur non appetit ipſum. maior apparet.2. huius. *1. Met. tex. c. 8* Octauo quod ineſt alicui per extrinſecum non ineſt illi per naturam, ſed appetitus ad ſcientiã eſt rõne intelľs, qui eſt ſeparatus & immiſtus, igitur nõ per naturam. Nono quod à tota ſpẽ expetitur & naturaliter, pro maiori parte debet acquiri, ſed plures ſunt ignorantes quam ſcientes, vt dicitur.2. Topi. igitur ſcientia non eſt expetita ab oĩbus naturaliter. 10. ſi oẽs hoĩes natura ſcire deſiderãt, tunc motus hoĩum ad ſciẽtiã eſſet naturalis. conſequentia patet, quia motus naturalis dr̃ à principio paſſiuo, vt dicitur.2. phy. conſequens vero falſum, primo quia tunc ſtudioſi non laudarentur. Ea.n. quæ ſunt à natura, nec laudanda ſunt, nec vituperanda. *2 Phy. cõm. 3.* Secundo, quia tunc motus ad ſcientiam velocitaretur in proceſſu, cuius cõtrarium videmus in iuuenibus, qui curioſe incipiunt, & inuito procedunt. Vndecimo arguunt alij, ſi hõ appeteret ſcire: appeteret oẽs ſciãs, ſed hoc eſt impoſſibile: primo quia non põt ſimul oĩbus perfici. Secundo quia alij aliam appetunt, alij aliã. Duodecimo, ſi hõ natura appeteret ſcientiam, tunc appetitu naturali, & ſi ſic oĩa entia pure naturalia, in quibus eſt appetitus naturalis appeterent ſcire. Decimotertio natura ſemper determinatur ad vnum, igitur ſi hoĩes natura appeterent ſcire, tunc tm̃ vnum ſcire appeterent. Decimoquarto ſi hoĩes natura appeterent ſcire, illud non voluntate appeterent, quia voluntas differt à natura. Decimoquinto etiam arguit Ioannes, omne appetens aliquid appetit illud ſub ratione boni, ſed ipſum ſcire non eſt bonum, quia non bonum naturæ, non bonum *Argu. Ioan.*

bonum fortunę, vt patet, nec bonū aīę, quia bona animæ, ſunt virtutes, vt diciť.1. Ethic. Vltimo arguit Egi. ſi omnes homines appeterent ſcire, omnes hoīes appeterēt metaphyſicā, quæ eſt hominum beatitudo, at nō omnes appetunt illam, quia non omnes præcognoſcūt illam. Præterea multi appetunt ſcire naturalem magis, multi mathematicam, alij alias. *Arg. Egidij.*

In contrarium eſt Ariſto. qui probat hanc teſtimonio dilectionis viſus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID homo ſit lib. de aīalibus eſt declaratū, quid etiam ſit ipſum ſcire, lib. Poſte. eſt examinatū. Amplius quid natura ſit, libro Phyſi. eſt definitum, nūc aūt quot modis appetitus diciť, trāſigamus. quidā appetitū trifariam diuidunt: nā aliū naturalē, aliū aīalem, aliū intellectualem faciunt. naturalē eſſe dicūt ipſam rem naturalem, quotiens tēdit in finē aliquē. animalē vero eſſe volunt eū, qui ſenſum cōſequitur, quod videlicet aīal inclinatur ad fugā vel ſequelā. Vtrū aūt hic appetitus differat materia & ſubiecto ab ipſo ſenſu lib. de aīa. 3. ſolet pertractari, intellectualē vero volūt eſſe ipſam voluntatē, quæ intellectū cōſequitur: ſaltem quo ad operationem. Inter hos tales conſtituunt drias primo, quia appetitus intellectilis eſt liber cæteri neceſſarij, & non liberi. Secundo quia volūtas quæ eſt appetitus rationalis & appetitus ſenſitiuus, aliquādo accipiuntur pro potentijs, vt cum dicitur volūtas virtus animæ, & appetitus eſt potentia ſenſorij, aliquando pro actibus, vt cū dicitur voluntas mea eſt laudabilis, quatenus actus volūtarius eſt laudabilis, & cum dicitur appetitus aīalis, vtpote æqui non eſt dānoſus, accipiť.n. pro comeſtione æqui: at appetitus naturalis ſemper ſumitur pro re tēdente ad finē. Tertio differūt quia appetitus naturalis eſt oībus communior, quia ſenſitiuus eſt naturalis, & volūtas eſt naturalis quatenus ſunt naturæ quædā. Præterea ī quibus reperitur appetitus aīalis, in his & naturalis reperiri poteſt. Poſt hunc appetitus animalis eſt cōior rōnali, quia vbicūque reperitur rōnalis reperitur aīalis, & nō econtra. Quarto differūt quia rōnalis appetitus & aīalis ſemper præſupponunt cognitionē, naturalis vero minime. Ioānes aūt addit ꝙ appetitus naturalis alius eſt formæ, alius eſt materiæ, nā & forma & materia eſt natura, alius eſt diſpoſitionis, qua forma ineſt materiæ quia diſpoſitio hæc quodāmodo natura eſt veluti gnātio, eſt natura, quia eſt via in naturā, vt dř. 2. phy. ſic hæc diſpoſitio dici pť natura, quia eſt diſpoſitio naturæ. Vlterius addit formā hoīs eſſe duplicem, alteram quidē ſeparatā non perficientem, ſed vtentem corpore, vt eſt intellectus alteram perficiētem vt dianæā quęque cogitatiua diciť, & propterea appetitus formæ eſt duplex, alius formæ ſeparatæ, alius vero formæ perficientis. Sed aīaduerte ꝙ alij viri & doctiſsimi tenent appetitum naturalē nō eſſe dabilē, quia vt narrat Auer. 12. huius appetitus ſequitur comprehenſionē veluti vmbra corpus & ita quod non cognoſcit non appetit, & quod Ariſt. dicat materiā appetere formam: dicit Them. materiam appetere formam appetitu prouidentiæ, & ita appetitu intellectiuo, non qui ſit in ipſa materia, ſed qui ſit in ipſo intellectu diuino oīa prouidente. Opus.n. naturæ eſt opus intelligentię nō errātis, vt dř. 12. huius auctoritate The. Et iuxta hoc dicendum eſſet inclinationem rei naturalis ad finem non eſſe appetitum, ſed potius obedientiā, qua ipſa res obedit primæ intelligentiæ omnia dirigenti. Si igitur ignis appetit locum ſurſum, hoc facit appetitu primi motoris & obedientia ſua. Sed hæc res in lib. phyſi. diſputata eſt, nūc vero ſat ſit hæc mōſtraſſe. Hęc de titulo. *Auer. 12. met. Cōm. 38.* *huius. Cōm. 18.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM

QVI ſcientiæ impoſsibilitatem probauerunt dicentes nihil poſſe ſciri, vt Heraclitus, Cratilus, & Soc. & alij veterum nullū hominem natura ſcientiam appetere coguntur dicere, quia impoſſe non eſt natura appetibile, vt ſapientes omnes fateníť. Qui vero noſtrū ſciri nō adipiſci de nouo, ſed eſſe reminiſci, vt Pithagorici, & Platonici dixerunt: hi dicere coguntur oēs homines appetere ipſum ſcire, non appetitu adeptionis, cum ipſum ſit iam animæ cuique acquiſitū, ſed appetitu reminiſcentiæ. Peripatetici vero abſolute protulerunt oēs hoīes natura appetere ſcire, quod Ariſt. eo ſigno approbat, quia oēs diligunt ſenſus, non modo propter vtilitatem, ſed quia nobis rerum drias indicant, tantoq; magis viſum quanto ipſe magis & plures rerū indicat differentias. Sed quo appetitu oēs homines ſcire expetant, non eodē modo poſteriores oēs ſentiunt. Quidam dicūt homines oēs ipſum ſcire expetere appetitu naturali, primo, quia non rationali, tū quia ille nō eſt niſi præcognitum, tum quia ille eſt liber: at in poſſe noſtro nō eſt odire & expetere ipſum ſcire. Secundo quia non appetitu animali, tum quia ille nō eſt niſi ſenſibilium, at nos expetimus etiā inſenſibilia, tum quia bruta appeterent, quatenus ipſa habent appetitum ſenſitiuum. Reſtat igitur vt deſiderio naturali vnuſquiſq; appetat ipſum ſcire. Quod etiam probant, quia ad finē eſt appetitus naturalis, at ipſum ſcire eſt vel finis quo vel gratia cuius: igiť in ipſum oēs naturali appetitu tendunt. Ioānes vero, qui cum ijs cōcordat aſſerens oēs homines appetere ipſum ſcire appetitu naturali exponit quaſi hanc pōnem, & dicit primo, ꝙ nullus appetit ſcire appetitu naturali materiæ, quia ipſum ſcire nō eſt finis materiæ, & ſic vult omnes homines appetere ipſum appetitu formæ: appetitu quidē formæ, quæ eſt intellectus, & formæ, quæ eſt cogitatiua, ſiue dianæa oēs appetere æqualiter oēs ſciētias, & nullus magis, nec minus. Hoc declarat, quia tā intellectus, q̄ dianæa eſt æqualis per ſe in omnibus hoībus: appetitu vero diſpoſitionis, qua forma ineſt materiæ non oēs æqualiter: nam alij magis metaphy. vt qui ſpūs habent ſubtiles & claros, veluti cholerici, alij mathe. vt q hńt ſpūs ſiccos, & organū imaginatiuæ ſiccum: alij naturalē, quorum organnū ſenſuum eſt bene cōmiſtum. Hæc Ioannes. Hanc poſitionē in textus expoſitione videtur ſectari expoſitor: qui inquit, proponit igitur primo ꝙ omnibus cōiter naturale deſideriū ineſt ad ſciendum. Hæc ipſe. Et ſic vult oēs homines natura, hoc eſt naturali appetitu expetere ipſum ſcire. Amplius & Alber. in ſua paraphraſe ca. 4. tractatus primi, q tenet omnes homines appetere ipſum ſcire naturali deſiderio, & hoc ſuaſit hoc ſigno, quia ꝙ videtur commune toti ſpeciei: non videtur eſſe niſi deſiderium naturale quod naturam ſpeciei conſequitur. Præterea Auer. idem ſentire videtur. 2. huius, qui ita dicit, & ſignū eius quod habeamus deſiderium ad ſciendū veritatem eſt qm ſi cōprehenſio eſſet impoſſis, tūc deſideriū eſſet ocioſum, & cōceſſum eſt ab oībus ꝙ nulla res eſt ocioſa ī fundamento naturæ. Hæc ille. Ecce qūo vult ad illā eſſe deſideriū naturale: quia loquiť de deſiderio, qd̄ eſt in fundamento naturæ. Sed hæc pō non eſt peripatetica, & propterea probamus ꝙ oēs hoīes appetitu rōnali appetant ſcire, & nō appetitu naturali. Primo eo appetitu nō debet ſcientiā *Prima pō.* *Secūda pō.* *Tertia pō.* *Pō aliquorum.* *Quæ Ioannes.* *Auer. 2. huius. cōm. 1.* *Confutatio.*

ſcientiam appetere, qui reſpondet potentiæ quæ perficitur per illam, vt & ipſi concedũt. Sed appetitus qui intellectui reſpondet, qui per ſcientiam perficitur, eſt rõnalis, & non naturalis (vt ipſi dicunt) igitur oẽs hoĩes nõ naturali, ſed rõnali appetitu ipſum ſcire appetunt. Secundo id quod eſt optimum & ab oĩbus expetibile, & optima perfectio, debet ab oĩbus ſm ſummum & optimum appetitum expeti, & non ſm infimum, hæc maior conuenit obſeruationi: nam hoĩes voluptuoſa deſiderant voluptuoſo appetitu & nõ rõnali. Deſcẽſum deorſum appetit deſiderio naturæ grauis: ſed optimus & pfectiſsimus appetitus eſt rationalis, igitur rationali appetitu conuenit hominem appetere ſcientiam, & non appetitu naturali. Hanc rationem indicat Ariſt. 1. Ethi. cap. 18. vbi ait, recte.n.& ad optima deprecatur rõ, & per rationem appetitum intelligit rationalem, vt exponunt oẽs. Si igitur ratio dictat ad optima, optimũ oĩum eſt ſcire, & ſic conſentaneum eſt rationem illam dictare ſcientiam, & ſic appetitu rationali, & non appetitu naturali ipſum ſcire eſt expetibile. Tertio ipſum ſcire expetitur, aut vt bonum, aut vt verum, non vt bonum, quia ipſum non eſt de numero bonorum, ſed de numero verorum: igitur appetitur vt verum: ſed quod appetitur vt verũ appetitu rationali appetitur: igitur ipſum ſcire nõ appetitu naturali deſideratur. Aut forte hæc rõ põt efficacius formari hoc modo, quod non appetitur vt bonum tm̃, ſed vt bonum & verũ, rationali appetitu appetitur, ſed ipſum ſcire ſi eſt bonum, non tm̃ vt bonum appetitur ab hoĩbus, ſed vt verum: igitur non appetitu naturali, ſed rõnali appetitur. Quarto illud quo acquiſito ceſſat deſiderium rationale, appetebatur rõnali appetitu: ſed acquiſito ipſo ſcire optimi & ſummi boni ceſſat appetitus rõnalis: igitur deſiderabatur rõnali appetitu. Minor nota eſt, quia quam cito homo attingit ſummum bonum, tam cito non eſt amplius volũtas intelligendi, ſed fruitio rei intellectæ, vt ẽt catholici ſentiunt. Quinto ſi appetitu naturali homo expeteret ipſum ſcire, igitur oĩs res naturalis ipſum ſcire appeteret, deducitur conſequentia per deductionem eorum. Arguebant.n. ſi homo appeteret ſcientiã appetitu animali, tunc bruta ſcientiam appeterent, quod non valet, niſi per hoc, quia vbicunq; eſſet appetitus animalis ibi poſſet eſſe appetitus ad ſcientiã, poſtquam per illum hõ appetit. Eodẽ mõ arguo, ſi oẽs hoĩes appetitu naturali ſcientiam appeterent: igitur res naturales in quibus eſt hic appetitu ſcientiã appeterent. Eſt enim hæc vis rationis eorum. Sexto homo ſecundum naturam nõ perficitur à ſcientia, non enim ſcientia eſt perfectio naturę vt natura, igitur ſecundum naturam non appetit illam & appetitu aliquo appetit, igitur appetitu rationali. Ex his apparet veritas.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Prima poſitio. Ad huius rei dilucidationem. Primo ſumemus q̃ in tm̃ homo appetit ſcire inquantum finis eſt hominis: & qm̃ finis nunquã expetitur ab aliqua virtute cognoſcitiua, niſi quatenus præconceptus & præcognitus. Eſt enim primum in intentione, & vltimum in executione, vt peripatetici aſſerunt. igitur ſi ipſum ſcire ab hominibus cognoſcitiuis expetitur oportet vt ſit aliquo modo ab ipſis præcognitum. *Secunda poſi.* Secundo accipimus, q̃ aliquid præcognoſci poteſt eſſe confuſe, & vlr quo pacto præcognoſceretur q̃ hæc dualitas, quæ eſt in manu mea ſit par, per hoc quod præcognoſcitur oẽm dualitatem eſſe parem, vt dicit Ariſto. Alio modo diſtincte & particulariter, quo pacto cognoſceremus hanc quam nouimus dualitatem eſſe partem. Tertio accipimus q̃ oẽs hoĩes prima impreſsione, & ſine omni intentione, quã cito ſunt cognoſcunt prima principia, & hoc eſt quod dicitur q̃ ſunt nota lumine naturali intell's agẽtis. Hoc patet per Auer. 2. huius cõm. 1. qui dicit q̃ prima principia ſunt ſicut locus ianuæ quem nullus debet ignorare. vt patet. cõm. 1. Amplius patet per Auic. qui dicit q̃d ens & res prima impreſsione imprimuntur in aĩa, igitur prima principia, quæ non alia quam terminorum cognitione cognoſcuntur, etiam prima & naturali cognitione cognoſcentur. Ex his ſequitur q̃ ipſum ſcire vlr & cõfuſe eſt ab oĩbus hoĩbus precognitum, deducitur, quia ab oĩbus hominibus ſunt diſtinctæ cognita prima principia, nam iſta terminis cognoſcuntur, quia lumine intellectus patent. Sed ipſum ſcire confuſe, & vlr cõtinetur in illis, vt dictum eſt: igitur ipſum ſcire eſt præcognitum confuſe & vlr ab oĩbus hoĩbus, & ita de ipſo ſcire ſimpliciter & vniuerſalr habemus oẽs cognitionẽ ſolo lumine intellectus. Vlterius ſequitur q̃ ſic confuſe & vlr eſt expetitũ, quia vt dictũ eſt eo modo finis exoptatur, quo modo præcognoſcitur. Et quia ipſum ſcire præcognoſcitur confuſe & vlr: ideo ſequitur omnes hoĩes appetere ipſum ſcire vlr & confuſe, non aũt hoc vel illud. Amplius ſequitur q̃ ipſum ſcire ſic in vniuerſali, appetitu rationali appetitur, qm̃ præcognoſcitur: nullum præcognitum appeti põt niſi appetitu ſequẽte apprehenſionem, talis non eſt aĩalis: igitur eſt rõnalis.

Tertia poſitio. *Excer. 1.* *Excer. 2.* *Excer. 3.*

Excer. 4. Vlterius ſequitur q̃ ipſum ſcire ſimpliciter ſumptũ neceſſaria voluntate eſt expetitũ, hoc vel illud ſcire cõtingenter. Mens igitur oĩum peripateticorũ eſt oẽs hoĩes appetere ſcire non quidem in particulari, ſed in vniuerſali, & non appetitu naturali: quia iſte nullam ſupponit cognitionẽ, nec ſenſitiuo, igitur rationali. Ea vero quæ in li.d.d. diſp. 10. in dubio. 3. diximus erant dicta tunc, nunc vero hic videtur mihi. Et cum Ariſt. dixit omnes hoĩes natura appetere ſcientiam per naturam non appetitum naturalem intelligit (priores expoſuerunt) ſed appetitu non acquiſito doctrina, vel inuẽtione, ſed vel lumine naturali intell's. Expetimus.n. q̃nq; aliquã partem philoſophiæ: quatenus præceptor docet nos antea quæ ſit an vtilis, ſi optima: nunc.n. ex hac doctrina à pceptore tradita reſultat appetitus de nouo ad illam, qui prius non aderat, at in appetendo ſciam in vniuerſali, non ratione acquiſita à præceptore: ſed à nobis ipſis p illud, quod habemus à nobis ipſis de præconceptione ſciæ appetimus, & hoc pacto videtur eſſe naturale, diſtinguendo naturale contra acquiſitum. Hanc põnem olfecit ille bonus Egi. cui non paruæ gratiæ ſunt habendæ, quia nobis dedit principium ad veritatis inuentionem: olfecit ẽt hanc Alexandrinus cui ẽt gratię ſunt habendæ. Pro hac parte faciunt illa quę Ariſt. in rhetoricis dicit, & Euſtachius in lib. Ethi. Aſsignantes.n. neceſſitatem procemij dicunt pro tanto eſſe procemium ad dicenda præponendum, quatenus trahatur auditor ad amorem, modo ſi hoĩes deſiderio naturali expeterent ſcire & oẽm ſcĩam, non oportet facere in libris procemium, quo trahatur ad amorẽ: quia oẽs naturali deſiderio appetunt ſcire, & oẽm ſcientiã: igitur ſi eſt neceſſitas procemij oportet vt hoĩes appetitu rõnali & amore voluntario ipſum ſcire appetãt. Et hac rõne fit vt nemo procemiũ fecerit ad ipſum ſcire vlr, ſed ad hoc ſcire, quia illud eſt præcognitũ ſine doctrina, & volitũ, quia præcognitum. Hoc vero ſcire nec volitum, quia nec præcognitum.

Quæ procemij neceſſitas.

Dubitationes. Rationes. Sco. i. ſenten. diſt. 1. q. 4.

præcognitum. Sed hic ſunt dubĩones. Prima ꝑ quid Ariſt. hanc propoſitionem in numero plurali enuntiauit. Secunda vtrũ metaphy. ſit appetibilis: videt̃ enim ꝙ nõ, quia nõ ꝓcognita. Tertio arguit̃ contra põnem, Primo rõnali appetitu qcquid appetitur, cõtingenter appetitur, quia eſt liber, formaliter, & cum libertate nõ ſtat neceſsitas. Secundo in poteſtate volũtatis eſt velle & non velle ipſum ſcire, ſiue ipſum finem: ſi intellectus dictet ſibi illũ eſſe malũ vel bonũ, igit̃ in poteſtate ſua immediate ſine actu intellr̃s eſt velle & non velle ipſum ſcire: igitur cõtingenter hoĩes appetũt ſcire. Tertio voluntas põt auertere intellectũ à cõſideratione finis, igit̃ ſi appetitu rõnali hoĩes appeterẽt ſcire, poſſent nõ appetere. Quarto ſi volũtas ad ſcire eſſet neceſſaria, tũc ſemper cogeret intellm̃ vt cõſideraret ipſum ſcire. tenet argumentum, quia qđ neceſsitatur ab alio nũq̃ ceſſat, niſi aduẽtu fortioris impedimenti: igit̃ intellectus neceſſitate voluntatis ſemꝑ cogeret cõſiderare ipſum ſcire. Quinto oẽ neceſſario agẽs agit ſm̃ vltimum ſuæ potentiæ, qa ſi nõ eſt in ꝑtãte ſua actio, nec intẽſio actionis: igit̃ volũtas vellet intẽſiſsime ipſum ſcire, & ſic oẽs homines æque intẽſe vellent ipſum ſcire. Sexto virtus per eſſentiã libera æqualiter eſt libera ad omnia, ſed voluntas eſt libera reſpectu mediorum ad finẽ & per eſſentiam, igitur reſpectu ipſius ſcire, quod eſt finis, & ita cõtingenter. Hæ ſunt rationes efficaciſsime cõtra poſitionem peripateticorum Ad primã rñdet Alber. & Ioan. ꝙ ideo in plurali dixit oẽs hoĩes appetere ſciam, vt innueret hoĩum drĩam ad appetendas ſcĩas. Nã aliqui remiſsius, aliqui intẽſius appetunt, ſed hæc ſolutio nõ valet, quia ſi ſm̃ eũ naturale eſt hominibus appetere ſcientiam, æquale erit oĩbus, nã naturale eſt vniformæ. Propterea dicerem Ariſt. amplexũ eſſe oẽs hoĩes, quia gentes videntur adeo variæ, vt quædã ſemiferæ videantur quaſi abhorrere ſcĩam, cuius ſignũ eſt quia nullus inter illos philoſophatur. Et ꝑpea Ariſt. dixit oẽs hoĩes, vt amplecteretur vſq; ad ſemiferas gẽtes, hoc cõuenit ſibi, qa Ariſt. conſueuit dicere ꝙ oẽs hoĩes dicũt eſſe deũ, q in cœlis habitat, & ſe exponit dicens vt græci & barbari, igitur ꝑ oẽs hoĩes hic ſumpſit græcos & barbaros. Ad ſcđam dici põt ꝙ meta. appetitu acquiſito nõ eſt appetibilis, qa multi ſpernũt illã, & hoc in propria forma, vt aũt cõtinetur ſub ſcire vl̃i, eſt appetibilis, & etiã declarato fine & vtilitate eius, eſt appetibilis appetitu acq̃ſito. Dictũ eſt. n. ipſum ſcire cõiter eſſe volũtate neceſſaria appetibile, & cõſequenter ipſa meta. eſt voluntate neceſſaria appetibilis vt cõtinetur ſub ſcire ipſo, tñ vt meta. eſt voluntate contingenti appetibilis. Ad tertiam dubitationẽ dico, aĩaduerte ꝙ ſm̃ peripateticos voluntas ſequitur dictamen intellr̃us, ꝑpea nec eſt neceſſaria, nec contingẽs ſimplr̃, ſed eſt neceſſaria & cõtingens ex ſuppoſitione: vnde q̃ cito ipſe intellectus oñdit ſibi aliquod proſequendũ: illudq; demonſtratione practica cõcluſit, ad illius electionẽ, volũtas neceſſario ſe habet. Vbi vero intellr̃s habet pro vtraq; parte dictamina, voluntas eſt cõtingens. Et quia intellectus cõcipit ipſum ſcire eſſe bonũ, & in illo nullã rationẽ mali cognoſcit, iõ voluntas neceſſario ſe habet ad appetendum illud, quia vero intellectus circa media ſeſe habet neuter, quoniã nunc cognoſcit aliqua illorum ſub ratione mali, aliqua ſub ratione boni: propterea voluntas eſt contingens circa media ad finem. Amplius quia intellectus poteſt perſuadere hoc vel illud ſcire eſſe malum voluntas poteſt nõ velle illud, ipſum autẽ ſcire cõmuniter ſemper & neceſſario vult, quia intellectus ſemper bonum eſſe iudicat & nunquam niſi ore poteſt ſuadere eſſe malum. Ex his ſequitur ꝙ neceſsitas & contingentia voluntatis nõ eſt ſimplr̃, ſed ex ſuppoſitione. Et hoc elegãter Ariſt. 2. phyſi. dum dicit ita ſeſe habere finẽ in operabilibus, vt principiũ in ſpeculabilibus, igitur ſicut intellr̃s apprehẽſo principio aſſentitur neceſſario concluſioni, ſic apprehẽſo fine ſub rõne boni neceſſario voluntas illũ vult. Hæc Ariſt. Tũc ad primã patet ſolõ, nõ. n. quicquid voluntate appetitur contingenter appetit̃ quia finis appetit̃, & neceſſario appetitur. Amplius nõ eſt verũ ꝙ omne liberum ſit contingens, nã cum libera actione ſtat neceſsitas ad cõtingentia. Ad ſcđam negatur conſequentia quia voluntas non eſt neceſſaria vel cõtingens niſi ex ſuppõne. Ad tertiã dico ꝙ volũtas põt auertere intellm̃ à cõſideratione finis ipſo prius dictãte ꝙ talis auerſio eſt bona vt nũc, licet ſit mala ſimpliciter & per hoc negatur cõſequentia. Ad quartã dico ꝙ voluntas ad ipſum ſcire eſt neceſſaria ſimpliciter, quia intellectus ſic ſibi oſtendit, tamen quia quod eſt ſimpliciter bonum, poteſt vt nunc eſſe malum, ſic voluntas erit contingens, vt nunc, intellectu dictãte illud eſſe malum vt nunc. Põt aũt id quod eſt ſimplr̃ bonũ eſſe malũ vt nunc. vt bonum eſt ſimpliciter ſaluare merces in mari, at nũc eſt malum, ita ſimpliciter velle ſcire eſt bonum, & imperare vt intellectus conſideret ipſum ſcire eſt ſimpliciter bonum, tamẽ vt nũc eſt malũ, quia adſunt dolores capitis, indigentia cibi, & alia magis promouentia intellectum, & ſic negatur argumentũ, nec valet, põt auertere, igitur põt nõ velle, quia nõ velle eſſet pro omni tempore propter particulam negatiuam, poſſet tamen non velle vt nunc: ſed licet poſſet nõ velle vt nunc, non propterea poſſet contrarium appetere, aut non velle ſimpliciter, & hoc pacto eſt neceſſaria: & illo pacto contingens. Vnde dicitur voluntas neceſſaria non quia in omni drĩa temporis finẽ vult, ſed quia quotieſcũq; per intellectum ſibi indicatur, ipſa illum vult, & non põt non velle ipſo dictãte. Ad quintũ dico, ꝙ oẽs hoĩes ſimpliciter intenſiſsime volunt ipſum ſcire cõiter & æqualiter. tñ non intenſiſsime vt nunc nec æqualiter vt nũc propter contingentia. Amplius nec æqualiter hoc vel illud, propter cauſas contingentes. Ad ſextam cõcedo ꝙ volũtas eſt per eſſentiam libera, ſed quia cum libertate ſtat contingentia & neceſsitas, ideo poteſt ex ſuppoſitione & ſimplr̃ eſſe neceſſaria, ex ſuppõne & vt nũc eã cõtingẽs. Ex his apparet defenſio peripateticorum, & ſolutio rationum oĩum. Solet dubitari, vtrum hæc propoſitio Ariſt. poſsit à priori demonſtrari. Rñdet expoſitor ꝙ ſic, & illã enititur demõſtrare per tres demõſtrationes quarum prima ſumit̃ ex eo quia ipſum ſcire eſt propria hoĩs perfectio. Secunda ex eo, quia ipſum ſcire eſt propria hoĩs operatio. Tertia ex eo, quia ipſum ſcire eſt medium, quo homo copulatur ſuo principio. Sed videntur iſte rõnes primo peccare ꝑ fallatiã æquiuocationis, quia in prima peto quid ꝑ propriã hominis ꝑfectionem intelligit, vel actũ primũ, vel ſcđm. Si ſcđm actũ intelligit nõ differt à ſcđa rõne, nã ipſum ſcire quatenus eſt propria hominis operatio, eſt actus ſecundus. Si actum primum, tunc æquiuocat de ſcire, de quo concludit prima & ſecunda ratio. Secũdo arguunt alij quia hæ rationes eo modo quo valent, concidunt in vnam, eo quia prima procedit per actum primum, ſecũda per actum ſecundum, tertia ꝑ mediũ quo coniungitur principio. modo eodẽ appetitu appetitur

Marginal notes: *Sol. primæ.* *Confutatio.* *Solutio ꝓpria.* *Solu. 2.* *Solu. 3.* *Exceptum.* *Exceptum.* *Dubitatio.* *Sol. expoſitoris* *Obiectiones.* *Rationes. An. and.*

titur actus primus,& actus ſcd'us,& coniunctio cũ ſuo principio. Amplius hę rõnes põt reduci in vnam, igitur ſunt vna. Ego vero crederem ꝙ iſtæ ſint tres rõnes diſtinctæ & oẽs procedunt de ipſo ſcire pro actu ſecundo, quod eſt idem quod ſpeculari: attamen ipſum ſpeculari idem re & ſubto põt ſubire tres rõnes appetibilis. Aliam quidẽ quatenus eſt perfectio ſecunda hoĩs, vt ſic .n. ſubit rationem appetibilis. Aliam quatenus eſt operatio propria hoĩs. & hæc rõ differt à prima, qa ſtat eſſe propriam operationem alicuius,& non eſſe illius perfectionem, nec imperfectionem. Multę.n. ſunt oꝑationes tranſeuntes, quæ ſunt ꝓpriæ hoĩ quæ non ſunt perfectiones hoĩs, ſed alterius,& tñ expetuntur,& ſic iſtę rõnes arguunt diuerſas rõnes appetendi. Aliam quatenus ipſum ſcire etiam pro actu ſcd'o ſumptum eſt medium copulationis. habet.n. vt ſic rationem appetibilis diuerſam ab illis. põt.n. aliquid intelligi eſſe medium copulationis alicui, & non eſſe illius propriã operationẽ, nec propriam perfectionem: vt intelligẽtia ſcd'a eſt mediũ, quo tertia deo copulat̃ ſm philoſophos & nec eſt illius perfectio quia nõ ineſt illi, nec illius oꝑatio: igit̃ ipſum ſcire idem in ſubto põt ſubire tres rõnes appetibilis diuerſas,& per conſequens demonſtrationes expoſitoris, quæ ꝓcedunt per illas, erunt diuerſæ & bonæ. Tunc ad rõnes dico ꝙ in prima per ſcire,& per pefectionem intelligit actũ ſcd'm: & ĩ oĩbus ſp ſumit ſcire ꝓ actu ſcd'o quia de eodem ſcire probãt ꝙ ſit appetibile. Media tñ, differunt rõne appetibilitatis, quia prima ꝓcedit dẽ ſcire quatenus eſt ꝑfectio hoĩs. Secunda de ſcire vt eſt ꝓpria operatio. Tertia de ſcire vt eſt medium copulationis,& ſic non eſt æquiuocatio. nec concidentia. Ad ſecundam rõnem aliorum dico, ꝙ licet appetitus ſit idẽ ſubto: tñ rõnes appetendi differunt: vt dcm̃ eſt. Eodẽ.n. appetitu ĩ ſubiecto & materia homo appetit perfectionem ſcd'am, operationẽ propriam,& medium copulationis, tamen alia rõne, vt dictũ eſt: qua differentia rationum ſufficit ad differẽtiam demõſtrationũ. Ad tertiã dico ꝙ licet poſſit fieri vna demr̃o copulatiua, nõ tamen ſimplex. in lib. deſtructio alr̃ dixit: nũc vero ſit dictum intantum. Hæc de dilucidatione.

Defenſio expoſitoris.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rõnes factas capite.1. nũc rñdeamus. Ad primam patet ſol. Eſt.n. ipſum ſcire in vl̃i præcognitum, hoc vel illud non,& iõ ipſum ſcire cõiter neceſſario appetitur, non hoc vel illud. Sed dices vel appetitur ipſum ſcire ꝑcognitum, vel non præcognitum, non ipſum ſcire præcognitum, quia habetur, igit̃ ſcire non ꝑcognitum,& ſic non niſi per appetitũ naturalem. dico ꝙ finis eſt primus in intentione, et vltimus in opere,& ꝓpea aliud eſt appetitũ,& aliud pro quo appetit̃. Faber.n. appetit domũ, ꝙ̃ habet in mente, non tñ pro domo, ꝙ̃ mente tenet. Sic dico ꝙ oẽs hoĩes appetũt ſcire, quod tenẽt in intentione, non tñ pro illo, ſed pro oĩbus ſcibilibus, quæ continẽtur in primis principiis, quę lumine naturali intell's habuerunt. Ad probationem rationis principalis, dico ꝙ aĩa maiori tpe degit in ignorantia particularium ſcibiliũ non ipſius ſcibilis cõiter. Ad ſcd'am nego conſequẽtiã, quia hoĩes nõ diſcunt ſolũ per amotionẽ ĩpedimẽtorũ vt Pla. voluit, ſed præſentia doctoris & inuentione, vt dictum eſt primo Poſte. Ad tertiam dico ꝙ Ariſt. conſiderauit hoĩes in puris naturalibus cõſtitutos,& de his dixit ꝙ oẽs appetunt ſcire. Nam conſiderando homines alr̃ dici poteſt ꝙ ſcientes appetunt ſcire quod habẽt appetitu conſeruationis ſiue fruitionis. Sciam autem ꝙ̃ non habent quãue pręcognoſcunt in intentione vl̃ appetitu adeptionis. Ad quartã dico ꝙ nemo appetit ignorantiã ꝑ ſe niſi vt præcognita vt bona vt nunc, non aũt ſimpliciter. Ad quintã rñdet Io. ꝙ hoĩes appetunt ſcĩam, quæ eſt in alio, non quidẽ numero eandẽ, ſed quatenus mutant̃ ad aliã ſimilẽm in ſpẽ per illã quæ eſt in alio. Sed hæc ſol. eſt friuola quia vel homo appetit aliã ſimilẽ in ſpẽ, quã cognoſcit vel quã nõ cognoſcit, nõ quã nõ cognoſcit, qa non magis ſimilẽ illi, ꝙ̃ alijs infinitis: natura.n. vniformiter fert̃ in oẽs. Si vero quã cognoſcit, igit̃ appetitu rationali appetit ſcire. Propterea dico aliter ꝙ homo appetit ſcire cõiter, quod præhabet in intẽtione, non tñ pro illo, ſed pro alio, qd' non eſt,& põt eſſe. Et ſic concedo ꝙ hõ appetit ſcire quod habet, nõ tñ illud pro ſe, ſed pro ſcire qd' nõ hẽt,& põt hr̃e, & ita nõ ꝓcedit ratio. Ad ſextã dici põt ꝙ oẽs actu ſunt diſciplinati, diſciplina illa cõiſsima, quæ eſt primorũ principiorum. Oẽs etiã ſunt diſciplinabiles ex parte qua intell's participant. Per accñs aũt ex parte diſpõnis, qua intellectus corpori inhæret: multi ſunt indiſciplinabiles,& hoc pacto intelligunt̃ dicta Auer. Ad ſeptimã dico ꝙ nobile põt eſſe pp ignobile tãꝙ pp finem quo, nõ aũt tãꝙ pp finem gr̃a cuius. Ad octauã negat̃ minor, immo intellectus eſt intrinſecus hoĩ vt forma ꝑficiens & vtens, nõ aũt vt endelechia, hoc eſt ꝑfectio cõſtituta & habita à ſubiecto, vt dictũ eſt ſecũdo de aĩa, & in tertio. Ad nonam rñdẽt nõnulli ꝙ ꝑ accñs põt impediri deſiderium naturale pp difficultatẽ ꝑueniendi ad ipſum ſcire, tum pp voluptates, quales ĩ regibus & principibus ſpectantur. Hi.n. voluptatibus immerſi, nõ mõ impediunt̃, ſed ſcientes odio proſequunt̃: vt.7.Ethi. docet Ariſt. auctoritate Homeri. Tũ pp defectũ neceſſariorũ ad vitam, oportet.n. prius ditari & poſtea philoſophari, vt dicit̃ 3.Topi. Amplius & pp lucri cupiditatẽ, veluti vos facitis dñi medici, qui pp lucrũ omittis philoſophari, & in arte via eſtis mei abhortiui. Adhuc pp malitiã naturæ indiuiduæ, quæ ex genitura habuit ſtellarũ configurationem ſcię ineptã, vt docet Ptolemęus. Demũ propter complexionem, vt propter molliciẽ & ſegnitiem,& ſic non eſt inconueniens apud iſtos deſideriũ pro maiori parte fruſtrari ꝑ accidens. Sed hæc ſolutio ambigua eſt, quia quod eſt à tota ſpecie naturaliter intentum, nec per ſe, nec ꝑ accidẽs debet in maiori parte fruſtrari,& hoc in nullis videtur oppoſitum. Melius poteſt dici ꝙ omnes homines habere in maiori parte oẽs ſcientias, poteſt intelligi bifariã, aut vt verbum omnes tenetur diuiſiue,& ſic eſt falſum: quia nec iſte homo pro maiori parte habet omnes ſcientias, nec ille,& ſic diuiſiue nullus habet pro maiori parte omnes ſciẽtias. Aut vt tenetur collectiue,& ſic eſt vera, quia omnes homines collectiuæ pro maiori parte habent oẽs ſcientias. itaq; vnus habet vnam partem, alius aliam & ſic de cæteris id genus,& hoc pacto appetitus naturalis, ſiue volũtarius lumine naturali intellectus dũtaxat perſuaſus non eſt fruſtra. Verbi cauſa tota pecunia mundi habetur in omnibus hominibus, nullus tamen hõ habet totam mundi pecuniam. Per idem poteſt dici ad rationem. Alberti qui probabat appetitu quo omnes hoĩes appetunt ſcire eſſe naturale, quia conſequitur totam ſpeciem. Dico.n. ſi ſumit naturale vt diſtinguit̃ cõtra cognoſcitiuũ, ſic nõ eſt naturale: at ſi naturale ſumit ꝓ eo qd' eſt in nobis ſolo lumine naturali, ſic appetit ille eſt nãlis, & hoc pacto cõſequit̃ totã ſpẽm, quatenus lumẽ intell's ẽ cõe toti ſpẽi. Ad.10. dico ꝙ argm̃ cõcludit verum:

Replica. — Solutio. — Sol. Io. ad.5. — Repli. — Sol. propria. — Varijs ex cauſis à ſtudio ſ. iẽ diſ impediũtur. — Cõfutatio. — Sol. propria.

rum: quia deſideriũ non eſt naturale diſtinguẽdo naturale contra cognoſcitiuũ: cũ quo tñ ſtat ipſum eſſe naturale: quatenus eſt lumine naturali intellr̃s, & hoc pacto eſt motus naturalis, qũo non oportet vt procedat augendo. Ad. 11. dico ꝙ oẽs appetunt oẽs ſcias non in particulari: ſed in vl̃i per illud vl̃e ſcire, ꝙ eſt vl̃iter præintentũ: & ſic non oportet vt oẽs appetant eandem ꝑꝑ dr̃iam conditionum indiuiduarũ, nec ſimul vnuſquiſq; perficiatur omnibus. Ad. 12. dic ꝙ ratio demõſtrat noſtrum propoſitum. Ad. 13. etiam patet ſolutio. eſt. n. rõ pro nobis. Per idem ad. 14. Ad. 15. dici põt ꝙ ipſum ſcire appetitur vt bonum & verũ, quia eſt bonũ aĩæ, quia ſm Ariſt. non tm̃ virtutes ſunt bona aĩæ, ſed ſcientia & ſapientia, Ad vltimam ſolutio fuit data cap. 4. præſentis diſputationis. Hæc de ipſa Ariſt. propoſitione.

Et maxime aliorum, qui eſt per ipſos oculos, non enim ſolum vt agamus, ſed vt nihil agere debẽtes, ipſum videre præ omnibus vt dicam alijs eligimus circa tex.

DISPVTATIO QVINTA
De Senſuum Dilectione.

Num inter omnes ſenſus viſum magis amemus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod viſum non magis amemus. primo quia ſi illum magis amamus, eſt vt. d. Ariſt. quia magis eſt alijs cognoſcitiuus. Sed probatur ꝙ nõ, quia cecinati habẽtes auditum ſunt ſapientiores ſurdis natis habentibus viſum: vt. d. Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſa. eo quia auditus eſt ſenſus diſciplinæ. Amplius tactus certius viſu indicat, vt Ariſt. ait. 2. de anima dicens, nos habere hunc ſenſum certiſsimum, igitur non eſt viſus magis amandus. Secundo principaliter, ſi viſum magis amamus, hic eſt vt Ariſt. d. quia plures rerũ differentias nobis demonſtrat, at non viſus, ſed tactus plures dr̃ias indicat, nam viſus non eſt per ſe niſi vnius contrarietatis, videlicet, albi & nigri. At tactus eſt per ſe pluriũ contrarietatũ, vt calidi frigidi, humidi, ſicci, grauis & leuis, & cæterarum id genus. Amplius tactile eſt in plus cæteris qualitatibus, quia tactile eſt oẽs primæ qualitates, quæ ab oĩbus præſupponuntur. Tertio principal̃r illũ ſenſum magis amamus, cuius oppoſitũ magis odimus, at oppoſitum tactus magis odimus, quam oppoſitũ viſus, & hic, quia oppoſitũ tactus eſt mors aĩalis, nec ſic oppoſitum viſus, igitur tactum magis amamus. Quarto magis amamus ſenſus interiores, quia ſunt principaliores, igitur non magis viſus. Quinto illum ſenſum magis amare debemus, per quem ſapiẽtiores dijudicamur, ſed per tactum dijudicamur ſapientiores, quia molles carne mente apti ſunt, vt dicitur. 1 1. de aĩa. Sexto auditus plures dr̃ias rerũ indicat, qa ꝑ auſcultationes ſenſilia & inſenſilia indicant̃, igit̃ magis amare debemus. Septimo qđ impedit nos à felicitate humana & diuina ẽ potius odibile, ſed viſus & oẽs ſenſus impediũt nos ab vtraque felicitate, à prudẽtia qdẽ, quæ eſt humana felicitas, quia ſenſibiles affectiones impediũt hoĩem ne rõne reguletur, à diuina vero, quia ſapientia quæ eſt felicitas diuina conſiſtit in cognitione ſubſtantiarũ ſeparatarum. At per ſenſus cognoſcimus ſenſilia, per quę retrahimur à cognitione abſtractorũ, igitur viſus & oẽs ſenſus debent eſſe odibiles. Octauo eum ſenſum magis amare debemus, qui magis nos delectat, at tactus magis nos delectat, igitur magis amãdus. In oppoſitum eſt Ariſt. qui in textu dicit. nos magis amare eũ qui eſt, ꝑ oculos.

Argumẽ. Buridani.

Arg Egi.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

SENSVS qui græce eſt αἴσθησις, interdum pro anima ipſa ſenſitiua, nonnunquam pro ſenſorio, aliqñ pro ſenſatione ipſa apud peripateticos ſolet accipi, nunc aũt pro vi potentiaq; ſenſitiua audiatur, quæ eſt talis poteſtate quale ſenſibile actu: vt dicitur. 2. de anima. Hęc aũt bifariam eſt, nam alia eſt vis ſenſitiua interior, alia vero exterior. Vis interior ea eſt, quæ ſuo ab obiecto non eſt apta immutari ſine medio cognoſcitiuo. At exterior eſt illa, quæ ſuo ab obiecto nata eſt immutari ſine medio cognoſcitiuo, vt docent Ariſt. & Auer. 2. de anima. Sẽſus autem exteriores quinq; ſunt, viſus, qui immutari eſt aptus ſuo ab obiecto mediante diaphano illuminato, auditus, olfatus, guſtus, & tactus, de quibus in lib. de anima. Quot autem ſint ſenſus exteriores, ibidem perquiratur. Amor autem, vt. 8. Ethic. habetur, eſt duplex, aut concupiſcentiæ, aut dilectionis. Id enim amatur amore dilectionis, quod in ſe eſt bonum, & nulla ratio mali in ipſo perſpicitur, quo amore virtutes, & deum amare ſolemus. Amor autem concupiſcentiæ eſſe poteſt in vtili, & delectabili. Amamus enim ſutores amore concupiſcentiæ in vtili, quia bonos nobis calceos faciunt. At auarus amat denarios, quia in poſſeſſione illorum delectatur. Hic autem amor poteſt multifariam ſubdiuidi. vt patet. 8. Ethi. quod nunc tanquã inutile omitto. Hæc de titulo.

Vis ſenſitiua duplex.

Duplex amor.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

SVNT igitur qui tactum ſimpliciter prætulerunt, dicentes ipſum eſſe magis amandũ & ꝑꝑ vitæ neceſsitatẽ, & ꝑꝑ delectationẽ, & ꝑꝑ cognitionem, ꝑꝑ vitę quidem neceſsitatem, quia animal nõ eſt animal niſi ob tactum. Amplius oĩbus animalibus ineſt tactus, nõ oĩbus viſus, oĩa animalia tactum amant, non oĩa viſum. Propter delectationem autem nemo eſt qui dubitat, delectabiliſsimum. n. operum viuentium eſt, generare tale quale ipsũ, hoc aũt tactu fit magis. Propter cognitionẽ deniq;, quia cognitio fit propter copulationem obiecti cum potentia cognoſcitiua. Sed cũ tactus maxime ſuo obiecto copuletur, fit. n. per mediũ intrinſecum, vt. d. Ariſt. igitur tactus eſt certius cognoſcitiuus. Amplius tactus eſt fundamentum cæterorum ſenſuũ, igitur principalior, & ſic ſimpliciter & abſolute magis amandus. Obijciunt aũt. Primo qa tactus facit ad eſſe cæteri aũt ſenſus ad bene eſſe. Sed bene eſſe eſt melius, veluti bene viuere meli᷒ q̃ viuere, igit̃ cæteri ſunt appetibiliores. Secũdo, tactus ex quo eſt cæterorũ fundamentũ cõparat̃ materiæ, alij cõparãtur formæ. Sed forma habet rõnem optimi & diuini, vt dicit̃. 1. Phy. igitur rõnem habet maioris appetibilis. Tertio qđ dat eẽ ſimpliciter, dat bonitatẽ ſm quid, econtra vero qđ dat eſſe ſm quid, dat bonitatẽ ſimpl̃r, ſed cæteri ſenſus dant eſſe ſm quid, igitur bonitatẽ ſimpl̃r, & ſic appetibiliores ſunt. Alij ꝑꝑ hæc prætulerunt ſimpliciter auditũ. Primo quia per ipſum hõ põt de ſenſibilibus & inſenſibilibus diſciplinari, non aũt per viſum, nec per aliũ vllũ. Secundo quia per excellentiã animal dicitur diſciplinæ capax ob auditum, non autem ob aliorum vllum. Ex his præferunt auditum. Cuius ſignũ eſt, quia multi philoſophi ſeſe obcæcarũt, quia per viſum impediebantur à diſciplina, nullus autem ſeſe ſurdum effecit. Alij dixerunt ſenſus nõ eſſe per ſe diligibiles, ſed per accidens quatenus aut neceſſarij, aut delectabiles aut vtiles, & ita per accidens. Quod autem non per ſe, deducitur, quia eſſent aliquę perfectiones, & ſi ſic, cœlis debuiſſent ineſſe.

Prima poſitio.

Obiectiones.

2. Poſitio.

3. Poſitio.

CAPVT DILVCIDATIONIS TERTIVM.

Prima concluſio. DICAMVS primo ꝙ nos in diſputatione non loquimur niſi de ſenſibus exterioribus. Nã de interioribus nemo dubitat,nũc Ariſt. loquitur ſolũ de exterio- *Secunda.* ribus.Scd'o dici põt ꝙ nos poſſumus loqui de aïalibus vt aïalia,& de aïalibus vt perfecta plribus ſenſibus ſiue vt bruta,& vt hoïes.Si nos loquimur de aïalibus vt aïalia,cũ de ratione aïalis vt aïal eſt, non ſit niſi tactus, & aliquo pacto guſtus,oẽ aïal vt aïal primo & principaliter amabit tactũ. Quod perſuaderi põt primo, quia is ſenſus erit amandus ab aïali vt aïal eſt,qui eſt de rõne & perfectione ſua ſolũ, talis eſt tactus,vt.2.de aïa habitũ eſt. Secũdo qui nõ cõpetunt aïali vt animal:nõ ſunt ab aïali vt aïal amabiles.Sed cæteri ſenſus nõ cõpetũt aïali *Tertia.* vt aïal,igitur ab aïali vt aïal non ſunt amabiles. At ſi loquimur de animalibus vt pluribus ſenſibus pfecta ſunt hoc eſt vt bruta,cũ ſenſus aïalibus ipſis vt ſic nõ ſint tributi niſi vel propter neceſsitatem vitæ, vel pp delectationẽ,ipſi nõ erunt amabiles ab aïalibus vt ſic ſumptis, niſi amore concupiſcentiæ in delectatione,& in vtili ad vitã. Amabilis igitur erit ille principaliter ab his aïalib' vt ſic ſumptis,q eſt magis vitæ neceſſarius,& è quo maiorẽ delectationem ſumere põt, talis eſt tactus primo, & guſtus ſecũdo, igiť ſimplr & principaliter tactus eſt amabilis ab aïalibus vt ſic. cõſequenter amabitur ille, qui pfectior in vnoquoq; inueniť:veluti viſus ab aquila,olfatus à cane,auditus ab apro,& cæteri à cęteris,hic maxime amabiť ab vnoquoq;,qui potior eſt, non autẽ plus tactu & guſtu, quia ſolũ brutis ſenſus tributi ſunt ad neceſsitatẽ vitæ,& ad delectationem, & viſui aquilæ data eſt hęc efficacia pp neceſsitatem, & alijs ſimiliter. Conſequenter amabitur ſenſus,qui poſt hunc inueniť in aïali perfectior,vt canis poſt auditum amabit viſum, nam plus cani ſeruit viſus poſt olfatum,aper poſt auditum amabit olfatũ,qui ſibi plus vitæ ſubſeruit, & ſic de cæteris.Eſt.n.difficile in oïbus inducere ordinẽ,& principales ſenſus collocare. Sat eſt ſcire oẽ aïal quatenus brutum,amare ſimpliciter,& primo tactũ & guſtum, è quibus neceſsitatẽ maiorem & voluptatem ipſam ipſa ſuſcipiunt poſt hos eum,qui potior eſt,& ſic cõſequen- *Quarta.* ter pro qualitate bonitatis. At ſi loquimur de hominibus,dico ꝙ amore dilectionis amãtur oẽs æqualiter,qa amabile amore dilectionis.i.quod in ſe habet rationem pfectionis,& ſi nihil iuuet atq; nihil delectet.Modo aïa eſt quoddam totum poteſtatiuum & ſenſus partes eius, & cũ pars ſit totius perfectio,igitur oẽs ſenſus æqualiter amabũtur amore dilectionis,cum omnes ſint æqualiter pares,& æqualiter perfectiones aïæ, non conſiderato iuuamento eorum. Et in hoc errauit tertia poſitio, quæ dixit eiuſmodi ſenſus non eſſe perfectiones,hoc.n. falſum eſt,quia omne ens eſt bonũ & perfectũ, ſed quia non ſunt perfectiones ſimpliciter ideo non eſt neceſſarium illos cœlis cõpetere,quicquid Plato voluerit, qui ſenſum ipſis cœlis tribuit.Sed ſi loquimur de amore cõcupiſcẽtiæ,in delectatione vel in neceſsitate vitæ,vel in vtilitate ad ſcire ipſum,loq poſſumus. Si loquimur de amore cõcupiſcentiæ quo ad vitæ neceſsitatem, oportet dicere,vt diximus in aïalibus quatenus bruta ſunt,ſ. ꝙ primo & principaliter debemus amare tactum, poſtea guſtum,poſtea eum ſenſum,qui inuenitur vitæ magis vtilis:nec poteſt hoc ſpãliter declarari, ꝗꝗ nõnulli velint,ꝙ poſt guſtum debeamus amare viſum,quia ſine viſu alimentum nõ poſſet quæri à longe. Poſt hũc auditum, quo & alimentum à longe quæritur, poſtea olfactum. Alij poſt guſtũ eſſe amandum olfatum,poſtea auditum,& demum viſum, & hoc quia viciniores ſunt tactui,ſed in hoc non eſt certa regula,igitur nũc tm̃ ſit notum ꝙ quo ad vitæ neceſsitatẽ debemus primo amare tactũ,deinde guſtũ,qui eſt aliquis tactus, deinde cæteros ſuo ordine,pro qualitate neceſsitatis. At ſi de amore cõcupiſcentiæ quo ad vitæ voluptatẽ,credo ꝙ principaliter debet amari tactus,& deinde guſtus, quia potiſsima voluptas eſt coitus & cibi,quæ potiſsimũ ꝑ hos duos expletur, & tanto plus per tactum quanto generatio eſt voluptuoſior nutritione.Poſt hos non video regulam.Nam alij nimis in videndo oblectantur: vt hi q *Varia ſenſuũ oblectatio.* habent venerem in ariete,in eorum natali cum ambobus luminaribus benefica cõfiguratione coniunctam. Hi.n.ſunt qui videre antiquas res,& ſtatuas,& oĩa ad viſum pertinentia nimis oblectantur. Alij in audiendo,vt pote hi qui venerẽ in ariete habuerũt bene cũ Saturno & Marte cõfiguratã. Hi nãq; ſunt quibus placet muſica,& omnis res pertinens ad auditũ. De his põt haberi regula per aſtronomos,quam nunc omitto, ſat ſit ſcire tactum & guſtũ quo ad delectationẽ eſſe primo amabiles poſt hos eũ, quo plus oblectamur, deinde cæteros, pro ratione voluptatis. Si vero loquimur de amore cõcupiſcentiæ quo ad vtilitatẽ,quã nobis præbẽt ad ſcientiam,quæ eſt propria hoïs pfectio,dicerẽ ꝙ quo ad inuentionem primo debet amari viſus, qui eſt ſenſus inuentionis.Conſequenter ſuo ordine alios pro qualitate qua inuentioni ſubſeruiunt,de quibus eſt difficile dicere.Quo vero ad doctrinã vel diſciplinã debet amari auditus,qui eſt ſenſus diſciplinæ, & nullus alius quia nullus alius facit ad diſciplinam, vel ſi faciunt debent amari pro qualitate qua diſciplinæ ſeruiunt. Non obſtanti- *4 tr. dilu.* bus omnibus his dicẽdũ ꝙ viſus eſt ab hoïbus ſimpliciter primo amandus, nam ſenſus ſimpliciter & abſolute alijs perfectior debet ab oïbus ſimplr & abſolute primo amari,viſus eſt huiuſmodi, vt iuniores metaph.Egidius,& Ioannes,& alij oẽs enituntur probare, eo quia eſt ſimpliciter magis cognoſcitiuus, qd' ſolent perſuadere ex quatuor.1.ex parte obiecti.2.ex parte organi ſiue viſorij.tertio ex parte medij.4.ex parte actus ſentiendi,vt multis rationibus demonſtrant, quas vt breuitatis amicus omitto,qa nemo in illis diſcordat. Ex his pa- *Conſequutiones pulchra.* tet viſum eſſe ſimpliciter primo ab hoïbus amabilẽ qui ſecundum quid põt eſſe minus amabilis, vtpote quatenus vel minus vitæ neceſſarius eſſet, vel quatenus minus oblectaret.Simplr autem eſt primo amabile, veluti ipſum ſcire à nobis eſt primo & principaliter amabile. Amplius patet aliquẽ ſenſum vt tactũ & guſtũ eſſe magis amabilẽ ſm quid,vtpote quatenus plus vitę,& oblectationi conferret qui abſolute minus eſſet amabilis, quatenus abſolute minus faceret ad ſcire, quod eſt à nobis principaliter expetibile.Qui vero in quæſito ſcripſerunt,adeo confuſe loquuti ſunt, ſi qua fructuoſa ipſi dixerunt, eorũ dilucidatio eſſe debet vt diximus. Nã illa *Dubiũ Egi.* eſt mens Ariſt.& Alex. & Auer.vbiq;. Solet dubitari quo nam modo dilectio ſenſus ſiue viſus ſit ſignum dilectionis ſcientiæ:vt Ariſt.ait in tex. Videť.n.ꝙ nõ. Primo,quia ſignũ alicuius præſupponit illud eſſe, ſed ſcïa non eſt delectabilis maxime in hoïe ignaro, igitur dilectio ſenſus nõ eſt cauſa dilectionis ſcïæ. Scd'o vt ſenſus ad ſcïam,ita dilectio ſenſus ad dilectionem ſcïæ, ſed ſenſus eſt cauſa ſcïæ, igiť dilectio ſenſus eſt cauſa dilectionis ſcïæ. Tertia probatio à ſigno eſt dialectica, modo ſylls dialecticus nõ cõuenit metaphyſico. Pro ſolone, *Solutio.*

animaduertte vt Philop. inquit σημεῖον, quod latine eſt ſignum, generatim eſt quicquid apprehenſum ducit in alterius rei notitiam, & hoc pacto etiam cauſa eſſe pōt ſignum ſui effectus, ſpeciatim vero eſt quicquid apprehenſum ab intellectu ducit in notitiam alicuius rei, quæ non eſt ſua cauſa, & hoc modo vnum cōtrarium eſt ſignum alterius, è quo ſumitur locus à contrario. ſimilr̄ ſumus qui fit in arce, ſignū eſt aduentus hoſtium. Amplius vnum ſimile pōt eſſe ſignū alterius, è quo locus fit à ſimili. Preſsius ſignū dr̄ quicquid apprehenſum ab intellectu ducit in cognitionem ſuę cauſæ, vt.d.Phil. Tūc dico, ꝙ ſenſus & ſcīa pn̄t cōparari ad tertiū, videlicet, ad aliqđ cōe in quo conueniunt, vtpote ad habitū, ambo.n. ſunt quodammō habitus, & pn̄t comparari inter ſe. Tunc dico, ꝙ ſi comparātur inter ſe, dilectio ſenſus eſt ſignum dilectionis ſcīæ, quia ſcīa eſt finis ſenſuum, & ſenſus ſunt media in finem, & quaſi effectus ſcīæ, iō dilectio ſenſuū eſt ſignū preſſe dilectionis ſcīę, quia apprehenſum ducit in cognitionem cauſæ. Et econtra dilectio ſcīæ eſt ſignum generatim ſumptum dilectionis ſenſus, quia eſt illius cauſa. At ſi compareŧur ad tertiū, dilectio ſenſus eſt ſignum ſcđo modo dilectionis ſcientiæ, quia vt ſit neutrū eſt cauſa alterius, & vnū eſt alio notius, ideo dilectio ſenſus, quæ eſt notior eſt ſignū dilectionis ſcīæ, Sic igitur ſumendo ſignū generatim dilectio ſcīæ eſt ſignum dilectionis ſenſus, & hic ſi ſenſus & ſcīa comparantur inter ſe, dilectio vero ſenſus eſt ſignū preſſe dilectionis ſcīæ, at ſi comparantur ad tertium dilectio ſenſus eſt ſignū ſcđo modo dilectionis ſcīæ. Hæc de dubōne, quā Egidius mouit, & Alex. Tunc ad rōnes dubōnis. Ad primā dico, ꝙ ſcīa eſt in eſſe intentionali præconcepto ab oībus hominibus lumine naturali intellectus. Ad ſcđam negatur ſimilitudo, ſenſus.n.eſt cā eſſendi ſcīæ, non tñ dilectio ſenſus eſt cauſa dilectionis ſcīæ, media enim ſunt cauſæ finis, non tamen dilectio mediorum eſt cauſa directionis finis: immo potius finis dilectio, eſt cauſa quare diliguntur media in finem. Ad tertiam dico, ꝙ ſigna ſecundo modo ſunt dialectica argumenta, non autem ſigna tertio modo, & hoc pacto loquitur Ariſt. Hæc ad dilucidationem.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam dico, ꝙ ratio concludit, auditū facere magis ad ſcientiā diſciplinæ, & ita eſſe magis amandū viſu quo ad ſcīam diſciplinæ. Simpliciter aūt viſus magis debet amari, vt dictum fuit in dilucidatione. Alij vero dicunt auditū per accn̄s facere magis ad ſcire, viſum per ſe, & totum pōt ſtare, pro quanto voces ſunt oībus ſenſibilibus & inſenſibilibus impoſitæ, quorū eſt auditus. Ad ſcđam dico, ꝙ viſus eſt certior tactu ſeorſum; qnq; autem prefertur tactus quando cum eo concordat viſus, & quando dicit Ariſto. ꝙ tactus eſt certiſsimus in hoīe, ipſe loquitur per cōparationem ad cætera aīalia. Nam in tactu homo excellit cuncta animalia. Et ſi dicatur ꝙ tactus ſentit vt vnitus obiecto, igitur certius. neganda eſt conſequentia, quia illa vnio eſt materialior, & materia eſt impeditiua cognitionis ſm̄ peripateticos. Ad tertiam quicquid ſit de vnitate tactus, dici poteſt tāctum eſſe plurium contrarietatum, nō autem plurium differētiarum, nam viſibile continet ſub ſe plures ſpēs, quam contineat tactile, quarum ſunt plures drīę. Et per idem ad confirmationem, negatur ꝙ tactile ſit in plus quam viſile, licet ſit in plus quā color, tñ color non eſt obiectum æquatum viſui, ſed cōe innoīatum ad colorē & lucem. Ad tertiam principalem dico, ꝙ ratio concludit ꝙ tactus ſit magis diligendus ſm̄ quid, vtpote quatenus facit ad vitam & ad declarationem, at viſus ſimpliciter, quatenus facit ad perfectionē ſimpliciter. Alij aliter dn̄t, & recte, quos lege. Ad quartam patet ſolutio per ea quæ diximus in dilucidatione. Ad quintam dici pōt ꝙ non ꝑpea quia per tactum diiudicamur ſapientiores, ſumus per illum ſcientiores, eſt.n. illæ ſignū per accn̄s ſapientiæ, quatenus eſt ſignum complexionis. Ad ſextam patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt in dilucidatione, & ad primum. Ad ſeptimam dico, ꝙ impediunt, quando tota intentio eſſet ad ſenſus, ſed quādo ſenſus ordināturad felicitatē, iuuāt. Ad octauā iterū patet ſolō ꝑ ea q̄ dicta ſunt in dilucidatione. Hæc de diſputatiōe.

Et propter hoc alia quidem prudentia ſunt, alia vero diſciplinabiliora non potentibus memorari. cir. tex.

DISPVTATIO SEXTA
De Brutorum Prudentia.

Num prudentia ſit in Brutis animalibus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod in brutis nō ſit prudentia. Primū arguunt, quia in brutis non eſt recta ratio agibilium, igitur nec prudentia, tenet argumentum per Ariſ. 6. Ethi. cap. 4. vbi dicitur ꝙ prudentia eſt recta rō actibilium. Secundo in brutis non eſt collatio præteriti cum futuro, quia ſic eſſet diſcurſus, igitur nec prudētia, tenet argumentum, quia prudentia eſt prouidentia futurorum cum memoria præteritorum, ſiue collatio præteriti cum futuro, vt. 6. Ethi. ēt dicitur. Tertio bruta non cognoſcunt niſi ſenſibilia quia nō cognoſcūt, niſi per ſenſus, at per ſenſus non cognoſcunt niſi ſenſibilia cōmunia aut ꝓpria, igitur bruta nihil cognoſcunt: niſi ſenſibile cōe vel ꝓpriū, ſed prudētia eſt nociui & vtilis, igitur in illis nō eſt prudētia, nā nocuū vel vtile non eſt ſenſibile, nec cōe, nec ꝓpriū. Quarto arguitur, prudētia eſt melior arte, ſed bruta parum arte participant, igitur nihil prudentiæ. Quinto ſi in brutis eſſet prudentia, eſſet propterea, quia in eis eſt memoria, ſed memoria nō ſufficit, quia non eſt niſi neceſſariorum. Præterea enim quorum eſt memoria ſunt neceſſaria, vt dixit Agaton, at prudentia eſt contingētium, igitur vltra memoriam debet eſſe aliquid, ratione cuius ſit contingentia. Sexto bruta agunt à natura vt patet. 2. Phy. igitur non à prudētia. In oppoſitum eſt Ariſt. qui dicit ea animalia habere prudentiam, quæ habent memoriam.

Arg Ant. and.

Argu. Egi.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

BRVTVM omne aīal eſt, quod rationis eſt expers, vt dicit expoſitor, eſt autem in triplici gradu conſtitutum, vt Ariſt. in tex. ait. Bruta quidem primi gradus ea ſunt: quæ ſenſum hn̄t non tamen memoriam, nec auditum, vt ſunt zoophita animalia quæ quaſi media ſunt inter plantas & aīalia, hic nec prudentiæ, nec diſciplinæ ſunt capacia. Bruta vero ſecūdi gradus ea ſunt, quæ ſenſum hn̄t & memoriam, non aūt auditum vt apes, formicæ, & aranei, quæ quia memoriā habent prudētiæ ſunt participia, non aūt diſciplinæ, quia auditu carent. Tertia ſunt, quæ vltra ſenſum, & memoriā, etiā auditū hn̄t, vt æquus, canis, & id genus, hæc quia memoriam habent, ſunt prudentiæ participia, quia etiam auditum, ſunt diſciplinę capacia, hic eſt tertius brutorum gradus, nō datur quartus, vt recte expoſitor notat videlicet, eorū quæ habeant ſenſum, & auditū, & memoria careant, quid igitur ſit brutū, perſpicuū eſt. Prudentia in 6. Ethi. definita

Quid brutum & quot brutorum gradus.

Quid prudentia & quot.

definita eſt,dictaq; non niſi quatenus eſt prouidentia de futuro. Nunc vero triplex exiſtit. Alia quidem rationalis,quæ humana dicit,& hæc eſt recta ratio actibilium,hæc eſt prouidentia futurorum,cũ memoria præteritorũ.Hæc eſt collatio cõſultiua quæ differt à ſapientia,quatenus ſapiẽtia prouidet futura per cauſas ſupernaturales,vt faciunt aſtronomi, prudentia vero ex memoria præteritorũ & collatione præſentiũ. Alia aĩalis, hæc eſt illa,quæ animalibus ineſt quæ memoriam habent,& eſt quædã regula,qua prouidẽt de cõmodo vel incõmodo ex his quæ præterierunt. Alia eſt naturalis, quæ eſt quædam naturalis regula qua animalia prouident naturaliter futurũ commodum & incõmodum. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Põ prima. Plinivs libro.8.hiſtoriæ naturalis viſus eſt concedere oẽm prouidentiã brutis, vt naturalẽ, aĩalem, & rationalem. Et qui legit ea quæ ſcribit de Elephantis, inueniet quædã quæ non pñt tribui niſi prudentiæ rõnali,veluti obedientiã,gloriæ voluptatẽ,probitatẽ, æquitatem religionem,ſyderum, ſolis & lunæ venerationẽ, docilitatẽ,cũ reges adorent,genua ſubmittunt, & coronas porrigunt & alia multa,quæ videntur rõnalia.Mucianus ter conſul auctor eſt aliquem ex Elephantis & literarũ ductus græcarũ didiciſſe, ſolitũq; pſcribere eius linguæ verbis.Hæc Plinius. De lupo & vulpe lege,quę ipſe eodẽ libro ſcribit.Ego non ſemel in venationibus obſeruari leporem,qui è canibus euaſerat, cũ prope luculum applicaſſet,proieciſſe varios hac illac ſaltus, vt canes diſtincti loci olfatũ amitterẽt,qd' eſſe nõ põt ſine rõne.Lege quæ de Pigmeis ſcribit Ariſt. in lib.de hiſtoria aĩalium,& de hoĩbus marinis, quos refert Albertus. Huius autem opinionis forſitã rõ illa eſt, ꝙ aĩa eſt vna ſpecie in cunctis aĩalibus,ita vt rõnalis ſit oĩs, vt auctores ſunt Pytha.&Democritus.Quod ſi ita eſſet,proculdubio concedendum eſſet omne quod Plinius ait.

Põ ſecunda. Alij quorum videtur Albertus,omnino à brutis abnegarunt prudentiã,dicentes eã quã Ariſt. illis tribuit nõ eſſe niſi ſagacitatem quãdam naturalem, ſiue inſtinctũ quo agunt bruta, quæ dicitur prudentia aliquo modo, quatenus reſpicit futurum, & procedit per modũ prudentiæ humanæ.Huius poſitionis videtur Expoſitor in textu,qui ita dicit. Inditium aũt de rebus agendis non eſt ex deliberatione rõnis,ſed quoddã naturæ inſtinctu prudẽtia in alijs aĩalibus dicit. Vñ prudẽtia in alijs aĩalibus eſt naturalis eſtimatio de cõueniẽtibus proſequendis,& de fugiendis nociuis,ſicut agnus ſequitur matrẽ & fugit lupũ. Hæc Expoſitor. In quibus velle videtur non eſſe aliam prudẽtiam in brutis pręter inſtinctum, ſiue naturalẽ eſtimationẽ. Quidam intellexerunt hanc poſitionem,ꝙ velit prudentiam eſſe nõ ſolum ad ea ad quæ ſe habẽt bruta cõtingenter, ſed ad ea quæ conſequuntur totam ſpeciem,ad quæ ſe habent neceſſario. Et tunc obijciunt primo quia memoria eſt pars prudentiæ,vt dicitur in litera. Sed actuum naturaliũ nulla fuit memoria,quia formica nata in æſtate ſtatim colligit grana ſine memoria præteritorum, igitur non per prudentiam. Secundo circa ea quæ conſequuntur ſpeciem,non agunt bruta,ſed quaſi aguntur,ſiue neceſsitantur:igitur ad illa non erit prudentia. Egidius vero directe obijcit Expoſitori,quia tunc in omnibus animalibus eſſet prudentia contra Ariſt.in textu. Et argumentum deducitur,quia in oĩbus eſt quædã naturalis eſtimatio fugiendi nocuũ cũ pungunt,& proſequendi proficuũ: cũ pabulatur.

Quæ quidã de hac poſitione. Secundo fortius arguo ego ꝙ hoc dato æque prudẽs eſſet brutum ſenex,& iuuencũ. Deducitur quia naturalis eſtimatio ſiue inſtinctus eſt conſequens ſpẽm æqualiter,& à natura.

Poſitio. 3. Quidam igitur dixerunt ꝙ in brutis eſt prudentia reſpectu eorum ad quæ ſe habent contingenter,quia(vt Egidius declarat) vt in hoĩbus prudentia eſt quædã regula agẽdi circa ea quæ poſſunt bene & male homini euenire,vt circa media in finem,nõ circa finem,ſic in brutis prudentia eſt, regula quædam circa ea quæ poſſunt difformiter accidere, circa ea vero quę ſunt vniformia nulla eſt regula,ideo nulla eſt neceſſaria prudẽtia.

Confutatio. Sed hoc nõ placet:quia formica æſtate genita colligit grana,& non niſi quatenus prouidet hyemis neceſsitatẽ,igitur à prudentia egit. Vnde dicitur in libro de hiſtoria,ꝙ quædam animalia naturaliter naſcuntur alijs prudentiora vt formica, & apes. Hæc de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Ivxta diſtinctionem poſitam in titulo diſputationis dico primo,ꝙ in brutis non eſt prudentia rationalis.Secundo,in ipſis brutis inſtinctus naturalis, ſiue eſtimatio naturalis eſt naturalis prudentia reſpectu actuum neceſſariorum.Tertio dico, ꝙ memoria præteritorũ eſt regula ſiue prudẽtia animalis reſpectu actuũ contingentium, & difformium in brutis. Primum declaratur,quia bruta non congregantur ad conſultandũ de fine ante aduentum finis, vt nemo eſt qui dubitat. At homines de medijs in finem conſultant. Secundo, bruta non ſunt neutra circa conſultationem de medijs, at homines neutro modo opinantur. Secundum declaro,nam formica, æſtate genita prouidet neceſsitatem hyemis, & certum eſt, hoc ipſam agere à prouidentia, igitur à prudentia,& non per memoriam,igitur per inſtinctum naturalem, & ſic talis inſtinctus eſt regula agendi,ſiue prouidendi. Et ita hic naturalis inſtinctus, erit naturalis horum prudentia. Et hoc patet per Ariſt. in primo hiſtoriæ de animalibus:vbi dicit ꝙ ſunt quædam animalia naturaliter alijs prudentiora,igitur eſt aliqua naturalis prudẽtia.Tertium etiam deducitur, quia regula qua bruta prouident de futuro commodo vel incommodo ex his quæ viderunt,eſt prudentia animalis in talibus. Memoria eſt regula qua prouident de futuro cõmodo vel incommodo ex his quæ viderunt, igitur memoria eſt animalis prudentia.

Exceptum. Ex his ſequitur ꝙ vtraq; regula qua prouident de futuro cõmodo vel incommodo,eſt prudentia,licet differãt, quia prudẽtia naturalis eſt inſtinctus naturalis, quo prouident de futuro commodo vel incommodo ad quæ ſe habent conformiter.Prudentia vero aĩalis eſt memoria, qua prouident de futuro commodo vel incõmodo ad quæ ſe habent difformiter ex his,quæ præterierũt:

Dubium. Sed contra prudentiam hanc naturalem videntur eſſe rõnes,quæ procedebant contra expoſitorem,& rõnes Egidij, & mea contra eundem. Amplius etiam obijci poteſt,quia tunc pueri eſſent prudentes contra Ariſtote. in lib. problematum parte.30. deducitur quia inſtinctu naturæ poſſunt regulari ad aliquod commodum vel incommodum.

Solutio. Dico ad hæc. Ad primam, ꝙ memoria præteritorum eſt prudentia animalis vel pars prudentiæ animalis,& hac prudentia animali, formica non colligit grana ſi æſtate oritur, ſed bene per prudentiam naturalem,de qua hic non loquitur. Ariſt. ſed in lib.de hiſtoria,vbi ait eſſe nõnulla aĩalia à natura prudentiora alijs,vt formica & apis,& id genus. Ad ſecundã ꝑ idem dico,

dico, ꝙ eorum ad quæ neceſſario ſeſe hn̄t non eſt prudentia animalis. Sed quatenus ſunt futura, eorū eſt prudentia naturalis. Ad tertiam Egidij dico, ꝙ in oībus eſt quædam naturalis æſtimatio, ſed non de futuro cōmodo vel incōmodo. Vnde zoophita & animalia carētia memoria, licet naturali inſtinctu fugiant vtile vel moleſtū, hoc eſt dum punguntur, vel pabulantur, non aūt ante aduentum cōmodi vel incommodi, & ſic talis æſtimatio naturalis non pōt dici prudentia, cum nullo pacto futurum ſed pn̄s tm̄ reſpicit. Ad rationem meā dico ꝙ prudentia naturali æque prudens eſt ſenex & iuuencum. At prudentia animalis quæ eſt memoria præteritorum non eſt æqualis in vtroq;. Ad vltimam rōnem de pueris, qui nunc æducuntur, forte non eſt prudentia aliqua, quia de futuro non prouident nec per memoriam, nec per inſtinctum, ſed ſolum in eis eſt quędam naturalis æſtimatio de pn̄ti cōmmodo vel incommodo, quæ non dicitur prudentia. Et ſi eſt in illis aliqua prouidentia de futuro, non eſſet abſurdum tribuere illis naturalē prudētiam. Ex ijs apparet non dici prudentiā, niſi quatenus reſpicit futurum. Verum reſpicere futurum pōt eſſe, cum diſcurſu pn̄tium, ex memoria præteritorum, & hæc rōnalis prudentia, vel ex ſola pręteritorum memoria, & hæc eſt animalis, vel ex ſola naturali æſtimatione ſiue inſtictu naturali, & ſic eſt naturalis prudētia. *Excerptum.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his facile rn̄detur. Ad primam ꝙ Ariſt. loquitur de prudentia rōnali, non aūt de alijs. Ad ſecundū quidam concedunt collationem imperfectam, ego vero dico ꝙ ſi per collationem intelligitur diſcurſus rōnalis, in illis non eſt collatio; ſed ſi intelligitur per collationē memoria eorum quæ contingerunt bruto, ſic poteſt cōcedi. Dictum eſt enim memoriam eorum quæ viderunt eſſe animalem prudentiam. Ad tertiam dici poteſt quòd futurum commodum vel incommodum cognoſci poteſt dupliciter, vel inſtinctu, & hoc pacto formica æſtate genita cognoſcit hiemis neceſsitatem. Vel ęx his quæ præterierunt, & hoc pacto ſagax vulpis cognoſcit canum periculum ex his quæ ſæpe præterierūt. tunc dico, ꝙ pro incommodo cognito primo modo ponitur prudentia naturalis pro ſecundo ponitur prudentia aīalis. Et concedo ꝙ commodum, vel incōmodum cognoſci poteſt per ſpēm elicitam à ſenſilibus, licet non cognoſcatur à ſenſibus exterioribus, propter illorum imperfectionem, at potentiæ interiores cum ſint præſtabiliores, poſſunt elicere intentionem commodi vel incommodi, licet non fuerit ſenſibus exteris præcepta vt de oue ſpeciē inimicitiæ Lupi percipienti dr̄. Ad quartam dico, ꝙ prudentia rōnalis eſt melior arte, non autem prudētia alijs modis dicta. Ad quintam dico, ꝙ bruta non ſunt prudentia per hoc ꝙ faciant præterita eſſe futura, ſed ex memoria eorum quę pręterierunt parant ſe ad futura, & ſic rō non eſt ad propoſitum. Ad ſextam patet ſolutio. Ad Plinij experiētias de elephantis, lupis, vulpe, & lepore. Solutio eſt aīalia illa agere non à conſilio, ſed ab aſſuetudine, quæ aſſuetudo eſt vel memoria præteritorum, vel habitus quidā cognoſcitiuus non ſine memoria. Ex his apparet primo contra Pliniū non eſſe rationalem prudentiam in brutis, quia non eſt congregatio eorum ad conſultationem, nec controuerſia opinionum. Secundo apparet ꝙ reſpectu eorum, ad quæ bruta ſeſe habent conformiter eſt prudentia ſaltē naturalis, quia aliter non naſcerentur quædam prudentiora quibuſdam, cuius contrariū. d. Ariſt. in lib. de Hiſtoria aīaliū, & hęc prudētia eſt naturalis ęſtimatio, ſiue naturalis inſtinctus quo mouenť ad ꝓuidendū de futuro cōmō vel incōmodo, licet nō ſit præuiſum, nec præeſtimatū. Tertio apparet ꝙ reſpectu eorū ad quæ ſe hn̄t diſformiter, eſt prudentia aīalis, q̄ eſt ſola præteritorum memoria, & hæc eſt pō Ariſt. in litera. Hæc de. 6. diſput. *Excerptum, totius diſpu. cōtra cæteros.* *Contra expoſitores.*

Hominibus autem ſcientia & ars per experimentum euenit. experientia quidem enim artem fecit. circa tex.

DISPVTATIO SEPTIMA

De Generatione artis & ſcientiæ ex Experimentis in duas Quæſtiones Diuiſa.

1 *Num Ars & ſcientia ex experimentis generetur.*

2 *Num Certius operetur artifex experto ſine arte.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod ars non generetur ab experimento. Primo, quia tunc in generatione artis committeretur fallacia cōſequentis, deducitur argūn, qa experimētū eſt ex multis memorijs. Ars vero in oībus, vt in litera patet, ſed à pluribus ad oīa: fallacia eſt cōſequentis. Secundo ex cognitione quia, non generatur cognitio ꝑꝑ quid. Sed experimētum eſt cognitio quia, ars autē eſt cognitio propter quid, vt dicitur in textu, igitur ex experimento non fit ars. maior patet, quia generans debet eſſe præſtantius genito, eſt autē cognitio, quia ignobilior cognitione ꝑꝑ quid. 3. ars in nullo genere cauſæ fieri poteſt ab experimento, igitur ars non generatur ab experimento. Ańs probatur, quia experimentum non eſt cauſa finalis artis, quia præcedit artem, & finis vult eſſe vltimum. Nec eſſe poteſt cauſa formalis vel materialis, quia materia & forma ſunt partes rei, at experimentū non eſt pars artis. Nec poteſt eſſe efficiens, quia non vniuocum, qm̄ experimentū eſt cognitio alterius ſpēi ab arte. Nec ęquiuocū, quia experimentum eſſe præſtantius ipſa arte. Quarto ars & ſcīa inſunt nobis à natura, igiť non generatur ab experimēto, Ańs probauit Plato in Menone, introducens puerū rn̄dere ad oēm interrogationē à principijs vſq; in cōcluſionē. Quinto ſi ars fieret ab experimēto, nō fieret niſi à pluribus experimētis, veluti vnū ex̄pimentū nō fit niſi à pluribus memorijs. Sed multa experimenta ſunt multæ cognitiones, quæq; ſunt multa accn̄tia, & hæc in nulla vna virtute aīæ eſſe pn̄t, igiť vllo mō ars fit ab experimentis. Sexto ex continuo mutabilibus nō fit immutabile, experimentum eſt mutabile, quia eſt ſenſibile, quod eſt variabile, vt dicitur. 7. Met. & ars eſt inuariabilis, igitur non fit ab experimento. Septimo arguunt vl'e non fit à ſingulari, quia ſingulare & vl'e ſunt idē eſſentialiter, igiť nec cognitio ſingularium quæ eſt experimentum generabit cognitionem vl'ium, quæ eſt ars. Octauo qđ eſt in vna virtute nō pōt generare id qđ eſt in alia virtute, ſed experimentum eſt in virtute experimentatiua, quæ eſt cogitatiua, ars vero & ſcīa ſunt habitus intellectus vt. 6. Ethic. tradit Ariſt. cap. 4. Nono tunc nullus artifex eſſet inexpertus, contra Ariſt. in tex. deducitur, quia ars non niſi ab experimento generari poteſt. 10. ab experimētis generantur principia artis, vt dicitur in. 2. Poſter. igitur non ars, qa principia artis non ſunt ars ipſa. Vndecimo ab incerto non gn̄ať certū: ars & ſcīa ſunt certe, vt dr̄. 6. Ethi. experimentū fallax, vt. d. Hippo. Duodecimo arguūt nullū agens agit vltra gradū propriū, ex̄pimētum eſt materiale, ars immālis & intelľualis, igiť ex̄pimētū nō gn̄at artē. 13. de ſubiis abſtractis eſt ſcīa ſiue ars, q̄ tamē non *Rationes aut. and.* *Rōnes Ioan.* *Rationes Dominici.*

Rões auctoris. non poteſt generari ab experimentis, cum non cadant ſub ſenſu:igitur non omnis ars ſiue ſcīa fieri pōt ab experimento. Quartodecimo medicatiua eſt ars, & hæc non generatur ab experientia, quia (vt Auic. inquit) habeat artē quis agere pōt, & ſi nunq̃ opatus fuerit. Quintodecimo qui ſemel videt demōſtrationē illius concluſionis ꝙ oīs triangulus habet tres: artē acquirit, & nō per experimētū, quia ex vna ſola ſenſatione, experimentum eſt multorū. Sextodecimo ꝙ ſtellæ fixæ moueantur in centū annis gradu vno ſcit, & nō per experimentum, quia nemo pōt viuere centū annis, & ſi pōt viuere cētum annis nō pōt ſcire ꝙ motus ſtellarū fixarū ſit in 36. millibus annorū. 17. qui eſſet ſupra lunā videret lunam eclipſari per vnicā interpoſitionē ſenſatā, & tamē non per experimentū. 18. ſi ita eſſet, tunc nullus poſſet inuenire aliquid in arte ſiue ſcīa, niſi per experimentū: hoc eſt falſum:quia multa diſcimus poſt cognitionē primorum principiorum ſine experimento, vt quod tria ſunt principia rerū naturaliū, ꝙ quatuor ſunt cauſæ, & id genus, quorū nullū habuimus experimētum. 19. ſcīa quæ habetur à doctore, acquiritur, & non per experimentum, igitur concluſio falſa. 20. intellectus eſt ęternus apud Auer. & vnus oīum, igitur oēs artes & oēs ſcīę ſunt æternæ, & vna res in oībus, & per conſequēs non poſſunt generari de nouo. 21. ſi generatur ars de nouo ab experimentis, aut generatur in intellectu, vel in aliqua virtute ſenſitiua, non in ſenſuum aliquo, quia ars eſt vniuerſalium, ſenſus nō niſi ſingularium, nec in intellectu quia æternū & ſimplex nō pōt recipere nouū & genitū. 22. æternū non generatur ars & ſcientia ſunt æternæ, quia neceſſariæ & de neceſſario, igitur non fiūt ab experimentis. In oppoſitum eſt Ariſt. in tex. qui ait ex memorijs fieri experimentum experimentis artem.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quid experimentum. ARS in diſputatione audienda eſt vt cōis ſciētijs practicis & ſpeculatiuis, hoc. n. modo ars etiā à peripateticis conſueuit ſumi. Experimentū multifariā definiri ſolet. Sed in propoſito per experimentū intelligo quo ad materiale plura ſingularia ad vnū conuenientia in memoria obſeruata, quo ad formale vero intelligo eorum collationem. Erit igitur experimentū quædā ſingulariū memoratorū & cōuenientium ad vnum collatio. Sunt qui faciūt differentiā inter experientiā, & experimentum, volentes experimentum eſſe propoſitionē quæ ex pluribus concluditur memorijs, experientiam autē eſſe cognitionē propoſitionis, ꝙ nihil eſt, quia idem eſt demōſtratio & demonſtratiua ſcīa ſm oēs græcos, vt patet per Alexādrum, & Philop. primo Priorū, igitur idem erit experimentū, & experimētalis cognitio. Gnari hic accipit nō pro motu alteratiuo cū corruptione alterius. Sic. n. in pte aīæ nihil generat. Accipit igit gnari p depēdere ī aliquo gnē cauſæ, maxīe efficiētis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ACHADEMICI in rationali anima conſtituerunt multas virtutes, quarum prima eſt Mens, huic cognata & ſecunda eſt Dianæa, poſt hanc opinatiua, poſt hanc eſt Imaginaria, omnium vltima eſt vis cōis. Memoratiuam nullam præter has faciunt, quia omnes ſunt ſuis cognoſcibilibus perfecte. Has perfectas ponunt, vnāquāq; ſuo conuenienti, vt mentem cognitione principiorum vniuerſalium, & oīum idearum, dianæam cognitione rerum naturalium, opinatiuam cognitione, probabilium, imaginariam, plenam apparentibus, & ſophiſticis, quibus Socrates, Plato, & Plotinus dicūt prima principia artiū nobis nō deforis accedere, nec concluſiones, ſed hæc quæ ſunt nobis detenta reuocari dicunt à pręſidio ſenſuum, qua rōne ſenſus ipſos cauſam dicunt ſcīæ non effectricem, quia nec principalē, nec inſtrumentariā, ſed cauſæ ſunt vt remouentes impedimentum. Ex quibus coguntur dicere noſtrum ſcire eſſe reminiſci non de nouo. Huius opinionis fuit Pytha. *Pytha. quæ.* aſſerens animam his perfectionibus eſſe plenam, propterea quia infinities corpora intrauit, & infinities exiuit, & ſemper quoties intrauit didicit: ita vt tandē omnibus ſit effecta plena ſcientijs atque artibus. Empedocles vero in idem venit dicens animam eſſe commiſtā ex omnibus formis eo quia omne quod cognoſcitur, ſuo ſimili cognoſcitur quare cum omnia cognoſcat, ex oībus eſt, & per conſequens ſcire non eſt de nouo. *Empedo. quæ.* Iamblicus poſitionem hanc perſuaſit in his quæ circa Menonē ſcripſit, quia nulla forma imperfecta æditur. *Iamblicus.* quāto magis anima rationalis, quæ eſt maxima formarum:igitur rationalis aīa perfecta ædi debet. Sūt autem eius pfectiones artes & ſcīæ, igitur ſine his ædi nō debet. Hanc poſitionem cogitur ſuſtinere. Auer. Ipſe. n. tenet intellm æternū & vnū oīum: igitur cum nunquā deſint hoīes nunquam deerit aliqua ſcientia vel ars ipſi intellectui, quantum. n. deperdet ex corruptione. Socra. tantum conſeruat ex vita Platonis, & quantum ex morte Platonis omittit, ſibi tm̄ tribuet Ariſto. quare cū hoīes perpetui & artes perpetuæ ſint, intellectus ſemp æque perfectus habebitur, & per conſequēs intellectus nihil de nouo diſcet. Hāc poſitionē expreſſe in. 3. de anima fatet, vbi ait intellectū eſſe perfectū in maiori parte ſubiecti. *Cōm. 5.* Præterea expreſsius in. 7. phy. hanc opinionem conceſsit Them. etiam & Theophra. & omnes qui vnicum oīum hominum intellectum eſſe fatentur, vt Simpli. & Alex. ſcire eſſe quoddam reminiſci coguntur dicere, quia ipſum non poſſunt ponere de nouo fieri in intellectu, quia ſpēs eſt æterna, & ſemper perfecta, & intellectus eſt vnus totius ſpeciei, quare oportet dicere ſcire noſtrum eſſe reminiſci. *Cōm. 20. Themi. Theophra. Alexan. Simpli. Quæ Ioan.* Ioan. fingit pro parte contraria, intellectum eſſe in ſe perfectū, non autem in me vel in te:quoniā deficiunt intentiones imaginariæ quę ſunt cauſæ ſcientiæ. Sed hæc eſt leuis euaſio, nam intellectus non dicitur perfectus in ſe perfectione alia, ab ea qua eſt perfectus in iſto vel in illo, quia tunc darentur duæ ſcientiæ eiuſdem rei, altera qua intells eſſet in ſe perfectus, altera qua eſſet perfectus in iſto vel illo. Hoc autem eſt à ſeculo inauditū, quia ſemper audiui ab Ariſto. vnius & eiuſdem rei nō eſſe niſi vnam ſcientiam reſpectu vnius & eiuſdem intellectus. Præterea ſi eſſent iſtæ ſcientię duæ eiuſdem rei in intellectu, vel eſſent eiuſdem ſpeciei, vel diuerſarum, nō diuerſarū, quia ſciētiæ diſtinguunt per obiecta, modo idem eſt vtriuſque obiectum nec poſſunt eſſe eædem quia tunc plura accn̄tia ſolo numero dr̄ia eſſent in eodem ſubiecto quod non concederet, ſed de his obiter dictum eſſe volumus quia in lib. de aīa & de intellectu diximus. Nunc autem ſit vſq; adeo manifeſtum, ꝙ ponentes vnicum intellectū oīum hoīum coguntur cōuenire cū Platone de ipſo ſcire, & propterea oportet eos dicere ſcire eſſe reminiſci, vel nō de nouo fieri ſimplr, ſed mihi vel tibi, per hoc ꝙ intells nouiter copulat mihi vel tibi vt principium intelligendi. Nā ſm iſtos intells copulat hoī p naturam vt perfectio dianætice partis vt in prima genitura virtute agentis, qui hoī præbet dianæticas partes. Secūdo copulat nobis vt principiū intelligēdi, p phantaſmata

taſmata quæ fiunt de nouo in nobis,ita.n. mediantibus his copulatur vt principium intelligendi,veluti per dianæa vt principium eſſendi,& q̃m phantaſmata ſunt diuerſa copulatur nobis vt principium intelligendi diuerſa.Et ita coguntur dicere ipſum ſcire non effici de nouo ſimpliciter, de his dicemus poſtea in dilucidatione. Nunc autem ſufficit eſſe dictum, ꝙ ad mentem Platonis ſcire eſt reminiſci, ad mentem expoſitorum græcorum ipſum ſcire non ſimpliciter nouum. Amplius ſm ambas opiniones ẽt patet nec ſenſus eſſe cauſam artium & ſcīæ:nec præceptorem, quia ſm Plato. ſenſus & præceptor cauſæ ſunt reminiſcentiæ,ſm iſtos autem cauſæ ſunt copulationis intelľs nobiſcum. Albert. vero aſſerit oẽm artẽ & oẽm ſcīam eſſe nobis, & intellectui nouã, non tamen eodem modo, nã oẽm artem via inuentionis fieri ab experimentis ſine dubio concedit, non aũt oẽm ſcīam quia non mathematicam. In geometria. n. ex vnica ſenſatione proficiſcitur ſcīa,vtpote ſi ſemel dũtaxat viderim hanc veritatẽ.In Aſtrologia ẽt, quia huic concluſioni oẽs aſſentiunt, videlicet, ꝙ ſtellæ fixæ mouentur in.36.millibus annorum,& tamen nullus expertus eſt.Sic igitur in naturalibus & metaph. & omnibus propoſitio Ariſt.eſt vera.Obijcit Ioã.Primo,quia Ariſt. protulit propoſitiones indefinite,ſed in ſcientijs demõſtratiuis propõnes indefinite prolate intelligũtur de oĩ & ꝑ ſe.Secũdo Ariſt.in fine.2.Poſt.tradit vľr in oĩ ſcientia & omni arte principia fieri ex ſenſibus,memorijs, & experimentis. Nec rõnes eius valere dicit, quia prima non ex eo quia non ſunt neceſſariæ plures ſenſationes ad experimentum,ſed plures memoriæ modo vnius ſenſationis poſſunt eſſe plures & plures memoriæ,& ita ſufficit.Secundam tollit per hoc quia licet nemo potuit obſeruare illud per tot annos : tamen virtute prædeceſſorum id fieri potuit, vt Hyparchus motum illum obſeruauit & ſcripſit, & Ptole. inuenit illum verum,& ſic vſq; ad nos obſeruatum eſt : & hæ ſunt plures memoriæ ex multis hoĩbus.Tu vero lege quæ dicit, quidam in re hac nimis prolixe loquentes aliam viam ſequuntur. & primo tria acceperunt quorum primum eſt differentia inter inuentionem & doctrinam, quæ conſtat in tribus. Primo qa inuentio eſt prior doctrina ſiue diſciplina:& hoc ꝓbãt, quia aliter eſſet proceſſus in infinitũ. Secundo quia tũc acquiritur inuentio cum lumen intellectus eſt ita potẽs vt per ipſum aĩa ſufficiat applicare principia ad concluſiones,cum vero eſt imbecille, tunc iuuatur auſcultationibus præceptorum, quibus nonnulla ſigna ponuntur quæ mouent imaginariam & dianæticam ad contẽplationem. Tertio quia inuentio aſsimilatur ſanationi naturali q̃ fit in criſibus:doctrina ſiue diſciplina ſanationi artificariæ quæ fit beneficio medici. hoc eſt primum. Secundum eſt ꝙ oĩs cognitio pręter eam, quę ſenſibus fit externis exoritur à ſenſu externo, Ad cuius euidentiã diuiditur ſenſus ipſos inter nos in quinq;. Primum vocant cõem, ſiue alio nomine phantaſiam, hunc conſtituunt veluti in organo, in primo ventriculo cerebri anteriore, huius operatio eſt cognoſcere oĩa ſenſilia externorum ſenſuum & quo ad differentiam,& quo ad conuenientiam, & hac ratione à philoſophis centro ſolet comparari. Secundum vocant imaginarium, quem locant in ſecundo eiuſdem partis anterioris cerebri vẽtriculo,huius officiũ ſiue operatio eſt ſeruare ea quæ ſenſu cõi concipiuntur,nec attinet ſibi cognoſcere, ſed eſt theſaurus tm̃ ſenſus cõis. Ecce qũo vnuſquiſq; horũ pro organo vnũ completũ ventriculũ ſibi adicauit,nam cõis ſenſus primum anterioris partis, imaginarius ſecundũ: tertium appellant cogitatiuum,hunc ſtatuunt in medio ventriculo, ſed in inferna parte illius prope imaginarium,operatio huius eſt componere & diuidere ea quæ ſeruauit imaginarius ſenſus,& cum hoc componere ea quæ non ſunt per ſenſus ſenſata,vt montem aureum,& id genus,& hanc volunt eſſe potentiam experimentatiuam,quæ componit experimentum. Quartum ſenſum nuncupant ęſtimatiuum, tribuũt & hunc eidem medio vẽtriculo,& poſtremæ parti illius, eſtq́; operatio huius concipere intentiones inſenſatas quæ ꝑ anteriores ſenſus deducuntur vſq; ad ipſum quæq; ab illis anterioribus non comprehendebantur,ob illorum imperfectionem.Ponuntur autem hæ apud Auic.ambæ in vno ventriculo quia mutuo ſibijpſis inſeruiunt. Vltimum memorarium dicunt,cuius organum eſt poſtremus totius capitis ventriculus, hic eſt theſaurerius æſtimatiue & cogitatiue,de anathomia & diligentiori cura horum perquire Auic.quem illi ſequuntur.Ex his apparet qualiter nulla fieri poteſt cognitio intellectilis, nec per aliquem ſenſum internum,quin ex ſenſibus externis proficiſcaĩ. Tertium eſt ꝙ oĩs notitia eſt aut principiorum,aut cõcluſionum, & vtraq; eſt vel complexa vel incomplexa terminorum. Hæc tria vt ſuppoſitiones ſumunt. Tunc dicunt ꝙ nec ad notitiam incomplexam principiorũ, nec concluſionum eſt neceſſaria experientia, ſed bene notitia ſenſitiua,experientia quidem non,quia termini haberi poſſunt vna ſola memoria, ſenſitiua vero notitia ſic : quia illa eſt ante omnes. Secundo dicunt ꝙ nec ad complexa principiorum,nec ad complexam cõcluſionum eſt ſimpliciter experientia neceſſaria ſed bene vtilis,non ſimpliciter neceſſaria,quia intellectus ſuo lumine põt principijs aſſentire, & per principia poſtea aſſentire concluſionibus ſub eodem lumine, cuius ſignũ eſt, quia corrigit q̃ñq; ſenſum, vtilis vero quia facile diſcẽs recipit,atq; principijs & concluſionibus ſuo lumine aſſentit.Ex his colligunt ſolutionem quæſtionis, ꝙ ars generatur ab experimentis ſiue ſenſationibus tam quo ad principia, quam quo ad concluſiones neceſſario ſm notitiam incomplexam terminorum.Quo vero ad cõplexam non neceſſario generatur, ſed coadiuuanter. Hæc illi. Hanc poſitionem diffuſe recitaui, quia cõiter tenetur,& Ioan. videtur expreſſe huius opinionis. Sed hæc poſitio eſt dubia & in prima & in ſecunda ſuppoſitione, ẽt quo ad concluſiones.Prima quidem ſuppõ dubia eſt in primo,quia qui tenet mundum ęternum,non haberet pro abſurdo eſſe proceſſum in infinitum,& ſic diceret nullam eſſe ſcīam per inuentionem ſed ſolũ per memoriam inuicem traditam. Vnde inter inuẽtionem & doctrinam non eſt eſſentialis ordo, verum inuentio pręcedere poteſt doctrinam,pro tanto qui accidũt diluuia,& bella,& peſtes, vbi hoĩes oẽs ſapientes deſinũt, deinde ex admiratione rurſus homines eiuſdem regionis incipiunt inuenire, & ſic generatur inuentio, è qua proficiſcitur doctrina quare ordo eſt accidentalis. Secundo peccat in ſecundo,quia omnes homines habent lumen intellectus agentis æquale, q̃m intellectus vt intellectus eſt æqualis oĩbus hominibus, & ita æqualiter omnes eſſent diſciplinæ capaces. Secũda ſuppõ peccat, quia gręci nunquam cõem ſenſum fecerunt phantaſiã, nam phantaſia græce latine eſt imaginaria. Præterea extimatiua non eſt neceſſaria : propterea quæ in brutis dicitur eſtimatiua,in hoĩbus eſt græce dianætica,latine rationabilis,ſiue cogitatiua,Preterea quot ſunt obiecta ſpecie,

Poſitio Alb.2. · Obiectio Ioan. · ſ. Pᵃ aliquorũ. · Exceptum. · Confutatio.

ſpecie, tot & potentiæ eſſe debent. Sunt oĩa cognoſcibilia quatuor aut ſenſilia, aut apparẽtia, aut probabilia, aut neceſſaria ſiue demõſtratiua, igitur dicũt eſſe quatuor. Senſus cõis, qui eſt ſenſibilium. Imaginaria, quæ eſt apparentium. Opinatiua, quæ eſt probabilium, Dianæa, quæ eſt neceſſariorum & demonſtratiuorum: vna autem oĩum theſaureria memoratiua, & ſic quatuor cognoſcitiuæ, quæ menti ſubſeruiunt, vnaquęq; pro ſua operatione. Quo vero ad concluſiones errauerunt mirabiliter. *De notitia primorum principiorum.* Eſt.n.contra oẽs peripateticos dicere ꝙ experimentum non eſt neceſſarium ad notitiam complexã principiorum artis & ſcĩæ. Hoc eſt decretum Them̃.2. *Cap. 37.* Poſter. vbi aperte demonſtrat principia nos non poſſe cognoſcere, nec illis aſſentire, niſi ob experimentum. *Cõm.12.* Præterea Auer.8.Phy. inquit, experimentum ſermonũ verorum eſt vt conformetur ſenſatis, & primo cœli idẽ *Cõm.12.* aſſerit. Præterea etiam Philop.2.Poſter.in expoſitione vltimi cap̃.illius libri expreſſe ait, non poſſe intellectum principio primo aſſentire, niſi eidem conueniant experimentum, & declarat generationem oĩum principiorum artium & ſcientiarum generari ab experientijs, & ꝙ illi loquuti ſint contra peripateti. nemo debet dubitare. Quod vero contra rationes ſint, arguo primo. Illud ad quod ſtat vltima reſolutio oĩum principiorum oĩum artium & ſcientiarum, eſt neceſſarium & primũ principium compoſitionis oĩum principiorum & aſſentiendi illis. Sed reſolutio veritatis oĩum principiorũ ſtat ad experimeotum ſenſatum, igitur principium aſſentiẽdi primis principijs eſt experimentum. minor patet, qa Ariſt. quotiens contra antiquos arguit reducendo illos ad abſurdum, non reducit eos niſi vſque ad experimẽtum ſenſatum, hoc.n.facit in.4.huius, in.8.Phy. & alibi vbi eos confutat. Secundo cum intellectus magis aſſentit primo principio quam concluſioni deductæ ex illo principio, vel hoc eſt, quia primum principiũ eſt verius, vel quia ſibi notius, nõ quia verius: qa veritas eſt æqualis in principijs & cõcluſionibus, ſi quia notius, aut quia magis lumine intellectus illuſtratum, vel quia propinquius experimentis ſenſibilibus: non quia magis lumine intellectus illuſtratum, quia lumẽ intellectus eſt vniforme & æquale concluſionibus & principijs. ſi quia propinquius experimentis: igitur experimentum eſt principium aſſentiendi primis principijs artium. Tertio ſi ſolo lumine intellectus hoĩes aſſentirent primis principijs: oẽs philoſophi de primis principijs æqualiter ſentirẽt, deducitur, quia intellectus & lumen eius eſt ęquale in oĩbus hoĩbus: igitur ſi non æqualiter de principijs tradant, hoc eſt, quia experimenta ſenſilia non ſunt in oĩbus conformia. Quarto intellectus non poteſt corrigere alterum ſenſum, niſi vtatur veritate & teſtimonio alterius. ſi.n.errat viſus de fractione baculi, corrigit itel- *Cõm.16.* lectus illum teſtimonio tactus, & hoc ait Auer.8. Phy. Ex hoc arguo intellectus non poteſt ſenſum corrigere niſi per alterũ, igitur nihil ſuo lumine cognoſcere põt, non concurrente experientia ſenſibili. Hoc argm̃ non eſt leue philoſophis recte intuentibus. Quinto nihil poſſumus intelligere niſi formemus in phantaſtica nobis idolum: igitur intell's nulli aſſentire poteſt niſi per experientiam ſenſibilẽ. Añs patet obſeruanti. Sexto ſi præceptor non eſſet neceſſarius niſi pro explicatione terminorum: tunc oẽs æqualiter docerent ſuos diſcipulos. tenet argm̃, quia in explicatione incomplexorũ nõ põt eſſe falſitas: igitur ſi pręceptor eſt neceſſarius: erit pro tãto vt ſingulares enuntiationes & experientias formet in ſenſibus diſcipulorum. Ex his apparet ꝙ non ſolũ lumen eſt principium aſſentiendi primis principijs artiũ: ſed aliud quoddam. *Excerptum.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVID ſentiant Peripatetici, reſtat dilucidare, ſed qm̃ dilucidatio huius diſputationis tota proficiſcitur ex parte poſitionis de intellectu, nã aliter coguntur dicere, qui aſſerunt ad mentem Ariſt. eſſe vnicum intellectum, aliter qui multiplicant illum per indiuidua. Idcirco primo dicemus iuxta opinionem eorum peripateticorum, qui ad mentem Ariſtot. tenent eſſe vnum oĩum intellectum, & aliter ad mentem eorum, qui tenent illum multiplicatum, vt eſt rei veritas. Dicamus primo *Prima poſitio peripatetici.* ꝙ qui ponunt vnũ numero intellectum oĩum, vt Auer. Them̃. Simpl̃. & Theophra. coguntur dicere intellectũ eſſe ſemper omnibus ſcibilibus perfectũ, hoc eſt practicis & ſpeculatiuis. Hoc concedunt expreſſe Them̃. & *Prima ſuppõ.* Theophra. qui ponunt intellectum ſpeculatiuum æternum, & probatur primo quia apud Auer. nulla eſt ars, nulla ſcĩa, quæ ſit de perfectione vniuerſi, quæ dicatur deeſſe vniuerſo. Eſſet.n.mundus imperfectus, igitur oĩs ars & oĩs ſcĩa eſt perpetua, & non põt eſſe niſi in intellectu, qui eſt vnus oĩum, igitur talis intellectus eſt perfectus atq; plenus oĩbus ſcibilibus practicis & ſpeculatiuis. Et hanc rõnem olfecit Auer. primo de generatione in ſua paraphraſtica cõm. vbi ait intellectui nihil eſſe ignotum. *Cõm.19.* Secundo ſi generaretur aliqua ars vel ſcĩa de nouo, nõ generaretur niſi propter perfectionem primi ſubiecti, ſed primum ſubiectum eſt intellectus, igitur vt perficiat intellectũ, & ſi ſic: igitur ſtetit ſine pfectione, & ita ocioſus, quod non eſt poſe in ſubſtãtia ſeparata, qualem ponunt intell'm. Non. n. ſubſtãtia ſeparata poteſt ſtare ſine aliqua ſua perfectione, nec in toto nec in parte, quia in ſeparatis quod eſt melius eſt neceſſarium, vt tradit Auer. Ex his concluditur ꝙ ponentes *1. cœ c 34.* intellectum eſſe vnicum oĩum hominum, oportet dice- *Excerptũ.* re ipſum nihil noui recipere, quia oportet recipiens eſ- *3 de anima. Cõm 4.* ſe denudatum à ſpecie recepti, vt.d. Auer. At intellectus *2. Suppoſitio.* nihil recipere põt, quin illius in ſuo ſimili in ſpecie pręceſſit cognitio. Scdo accipiendũ eſt de mẽte iſtorum ꝙ intell's copulatur nobis bifariã, aut vt principiũ eſſendi, aut vt prĩcipiũ intelligẽdi prima copulatio eſt ꝑ naturã, vt dicit Auer. 3. de aĩa cõm. 20. ex eo quia fit quodã mõ ex ſemine, cum.n.ex ſemine nos habeamus dianœã ſiue cogitatiuam: & hæc fit diſpoſitio qua intellectus nobis inſit vt principium eſſendi vt diximus. 2. & 3. de aĩa, igitur quodammodo hæc copulatio eſt naturalis. Secunda vero dicitur voluntaria, quatenus de ipſo acquirimus plus & minus ad voluntatem, & hæc fit mediantibus memorijs, ſenſibus, & experientijs, quæ Auer. appellat phantaſmata ſiue intentiones imaginarias. Ex his eue- *Excerptum.* nit ꝙ diuerſæ ſunt intellectus ad hominem copulationes, & reſpectu vnius, & reſpectu diuerſorum hominũ. Nam qui per ſenſus hoc anno experitur in mathematicis, ſibi intell's copulabitur vt principiũ intelligendi mathematica q alio anno experitur ꝑ ſenſus in naturalibus, intellectus ſibi copulabitur vt principiũ intelligẽdi naturalia, & eo ordine quo exercet experimẽtatiuam, ſiue dianæam, ſiue cogitatiuam, nam vt experimentatiua ſe exercet primo circa principia, ſic intellectus vnitur hoĩ vt principium intelligendi principia, & ſi exercet ſe deducendo concluſiones ex principijs, etiam hoc ordine ſibi copulatur intell's. Ex his apparet põ peripatetico- *Excerptum. pro ſolutione ad quæſtionem.* rum, qui tenẽt oĩum hoĩum vnum intell'm, qualiter experimentum

perimentum non concurrit vt cauſa effectrix ſciæ vel artis, ſed vt cauſa copulationis intellſ, qua id ſe copulet vt principium intelligendi, eo ordine quo ſe experimētatiua execet, & ita erit cauſa diſpoſitiua ꝓ copulatione, & nō pro generatione ſciētię vel artis. Simili modo dicēdum de ſermonibus præceptoris, qui mouent experimentatiuam ad phantaſmata. Diſponit.n.ad copulationem, non ad gñationem ſcientiæ. Et Ioan. qui fuit fidus Auer. in hoc errore ſequax, pōnem eius hic neſciuit explicare. Sed ꝗa hæc poſitio de vnitate intellſ eſt confutata per demrōnes in libr. de intellectu, noli īmorare in illa. propterea dicamus ſm veritatem, & teneamus de mente Ariſto. intellectū non eſſe vnū oīum, ſed per hoīes numeratum, vt ſoliti ſumus demonſtrare ad mentem Ariſt. Et primo ſumamus aīam rationalem eſſe quoddam totū ptātiuum, cuius partes ptātiuæ ſunt duplices. Quædam oīno inorganicæ, & nō à materia vel corpore comprehenſæ vt intellectus agens, & intellectus poſſ. Hæ.n. ſunt duæ animę partes ſiue potentiæ, quæ ſunt omnino eleuatæ à materia, quatenus nec corpore, nec parte corporis vt inſtrō vtūtur. Alię ſunt partibus corporis vtentes, & ſunt exteriores quinque ſenſus, interiores vero quinque etiam, Cōmunis ſenſus, phantaſtica potentia, Opinatrix, dianœtica ſiue cogitatiua, & vltima memoratiua, quæ eſt oīum theſaureria. hæ oēs intellectui ſubſeruiunt, cum.n. intellſ verſatur circa ſophiſt. ſyllo. ſibi apparentia phantaſmata ſubminiſtrat phātaſia, cum circa dialecticos, phantaſmata ſibi miniſtrat. Opinatrix, cum verſatur circa demōſtratiuos circa phantaſmata ſibi miniſtrat dianæa. Et hæc adminiſtratio non eſt niſi quatenus illa ſumit à memoratiua plures memorias colligēdo experimentū, ad hoc vt prima principia artiū pateant ſibi: oībus aūt ſubminiſtrat memoratiua, quatenus illa eſt ſeruans ſpecies oīum illarum. Ex his ſequiť ꝙ virtus experimētatiua eſt dianæa, quia hæc ſola dignitate organi & bonitate influxus ſpirituum pōt vti exemplo, & erigere ſingulares propoſitiones in vnū quas in memoria ſeruauit, vt ſint præmiſſæ ad concludendam veritatem primorum principiorum, vt dicemus. Secūdo accipiamus ꝙ lumen intellectus agentis nō ſufficit ad hoc vt intellſ poſsibilis aſſentiat primis principiis, hoc fuit deductum contra aliquos, quod ideo eſt, quia iſtud lumē eſt cauſa vlis, quia intellectus poſsibilis poſſet aſſentire primis principiis & oppoſitis, primorum principiorum, ſi experimentatiua miniſtraret experimentata vel phantaſmata pro oppoſitis primorum principiorum. Tertio accipio, & quaſi ſequitur ex dictis, ꝙ experimentū eſt cauſa quare intellectus poſsibilis aſſentit primis principiis, & nō vlis, ſed particularis, deduciť quia lumen eſt cauſa vniuerſalis aſſenſus: & vnius & eiuſdē rei nō poſſunt eſſe duæ cauſæ eiuſdē ordinis, ideo erit cauſa particularis illi lumini ſubminiſtrans. Et huius ſignum eſt, quia experimentum verum, eſt cā aſſenſus primis principiis, experimentum falſum, eſt cauſa quare aſſentit intellectus oppoſitis primorum principiorum. Tunc dico primo ꝙ experimenta plura, ſiue inductio pluriū ſingularium: vna cum lumine agentis intellectus ſunt cauſæ effectrices aſſenſus quo intellectus poſsibilis aſſentit primis principiis dico neceſſarię, veluti propōnes & idem lumen reſpectu concluſionis, patet hoc ex dictis, quia nec intellſ agens ſufficit ſuo lumine, quia eſt cauſa vniuerſalis, vt dictū eſt, nec inductio ſufficit, quę eſt cā particularis, quæ præſupponit virtutē cauſæ vlis.

2.pō Peripa.

Pō Peripate.

Excerptum.

2.Suppoſitio.

3.Suppoſitio.

1.Concluſio.

Secundo dico ꝙ inductio experimentaria, eſt cā particularis mediata, qua poſsibilis intellectus aſſentit omnibus concluſionibus artis: & lumen & principia ſunt cāæ proximæ. Prima pars deducta eſt, quia concluſiones reſoluuntur in principia, & principia ad experimenta, ſiue ad experimētarias ꝓpoſitiones: igitur inductio experimētaria, eſt cā mediata oīum cōcluſionū artis & ſcię. Secūda pars deducta eſt. Tertio dico ꝙ experimētaria inductio pōt eſſe cauſa immediata coadiuuās quare intellectus aſſentit aliquibus concluſionibus. Probatur hoc de concluſionibus quæ poſſunt reſolui in principia, & in experimenta. Verbi cauſa ꝙ Agaricus cōuulſioni conueniat, probari poteſt per illud principium, quia omne euacuans flegma cōpetit conuulſioni. Agaricus purgat flegma: igiť cōpetit cōuulſioni. Minor pōt reſolui ad experimentū immediate, & ad cauſam, ad experimentum quidē, quia in pluribus eſt obſeruatū Agaricū purgare flegma, ad cauſam vero, quia Agaricus virtute cœleſti habet ꝙ purget flegma. Ex his ſequitur ſolutio qōnis, ꝙ oīs ars, & oīs ſcīa quæ inuentione habetur generať ab experimētis, non ſolū vt à cauſa coadiuuāte ſed neceſſario agēte, declaratur, quia ars & ſcīa quæ habetur per inuentionē non eſt niſi cognitio principiorū & cōcluſionum, & hæc cognitio neceſſario & iuuanter fit ab experimentis, vt dictū eſt, igiť oīs ars & oīs inuentiua ſcīa ab experimentis neceſſario generatur, dixi notanter quæ fiunt per inuentionē, quia ſi per diſciplinam fierent, non oportet, quia vt dictum eſt quis poteſt habere artem ſine experientia. Sed occurres primo, quia non videť ꝙ oīa principia experimentaria inductione concludātur, quia non illa quæ ſunt oībus ſcientijs cōia, vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanēt ſunt æqualia. hic.n. videntur ſola terminorum vi cognoſci: & non ex perimentis. Secunda dubitatio eſt, quia ſi dicta determinatio eſſet vera, tunc dianæa eſſet intellectu poſsibili præſtabilior, quia eius operatio eſſet nobilior: cum nō poſsit intellſ alicui aſſentire niſi virtute dianeæ. Tertio ſi principia artis & ſcīæ ab inductione experimentaria ſumerētur, intellectus eſſet ſubalternus dianeæ, quia ab illa acciperet veritatem ſuorum principiorum, & principia imperfectius cognoſcerentur concluſionibus, nam ipſa cognoſcūtur, quia vera ſunt, & concluſiones propter quid ſunt. Quarto multa principia ſcīæ probantur propter quid in altera ſcientia, vt principia muſicæ in arithmetica, igitur nō per experimētariam inductionē.

Ad hęc dici poteſt. Ad primā, ꝙ principia quatrifariā ſunt. Quædā omnibus ſcientijs cōia, vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & id genus, quorū termini ſunt cōes oībus terminis ſcientiarū. Quædam cōia pluribus ſcientijs, vt ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent ſunt æqualia: termini.n. huius numeris & dimēſionibus cōpetunt: & propterea cōe eſt geometriæ: & arithmeticæ. Quædā vni ſcīæ propria, ſed cōia oībus concluſionibus illius ſcīæ, vt motus ſunt, & plura mobilia ſunt, hoc.n. ſolum phyſicæ cōe eſt. Quædā vni concluſioni immediata & propria vt præmiſſe demonſtrationis. Tunc dico ꝙ principium cōe dianæa colligit per concordiam omnium ſenſuum, quia cōitate terminorū poſſunt oēs ſenſus ſubminiſtrare illi, & ſic inducitur à cōcordia omnium ſenſuum. Principium pluribus ſcientijs cōe à dianæa inducitur oībus vel pluribus ſenſibus. æquale.n. & inæquale non niſi tactu & viſu deprehenditur, principiū vni cōe, forte inducitur vno ſenſu plu-

ries

2.Concluſio.

3.Concluſio.

Excerptum. Quod eſt ſolutio quæſtionis.

ries replicato,& per plures memorias ſucceſsiuas:principiũ proprium vni cõcluſioni, reſoluitur ad principia cõia toti ſciæ,& põt confirmari experimento,& ſic patet ad primam. Ad ſecundam dico, ꝙ licet intellectus non poſsit aſſentire alicui niſi tandem ob virtutem dianeæ,tamen intellectus diſcurrit vl'r, quod non facit dianęa,& hoc ſufficit,& ſic cognitio eius eſt perfectior cognitione experimentaria ipſius dianeæ,licet non euidẽtior. Ad tertiam dico, quòd intellectus non eſt ſubalternus dianeæ, quia non probantur eius principia propter quid à dianæa. Et licet principia imperfectius cognoſcantur,ſat eſt vt ſint euidentiora. Ad quartam dico,ꝙ licet multa principia ſcientiarum probentur propter quid in alia ſcientia, tãdem eſt deuenire ad principia quæ experimentaria inductione cõcludunt, & hoc ſat eſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam ſolutio peripatetica eſt negando conſequentiam, ad rõnem dico ꝙ inductio in pluribus nõ infert vniuerſale & de omni ſimpl'r,ſed qñ ad illud concordant oẽs ſenſus, vel nullus diſcordat nec propinque nec remote,tunc à pluribus licet inferre vl'e:& hęc eſt ſolutio Auer. Nec hoc pacto eſt arguere topicæ, immo hæc inductio eſt demõſtratiua,vt dicit Auer. Principia enim artis & doctrinæ ita debent eſſe, ꝙ vel illis oẽs ſenſus cõueniant,vel nullus diſcordet, & hoc pacto eſt inductio demonſtratiua. Ad ſecũdam dici poteſt ꝙ ex cognitione,quia non ſyllogizatur cognitio propter quid, & tunc dico ꝙ principia non cognoſcũtur propter qd, ſed ſolum ſupponit de illis artifex, quia vera ſunt vt dicitur in poſterioribus. Iſtud aũt quia vera ſunt,haberi põt per illam inductionem experimentariam. Ad tertiam dici põt, ꝙ cognitio experimentaria eſt agens & vniuocum,quia ambę ſunt quia,& hoc ſufficit. Ad quartam dico,ꝙ Plato in illa interrogatione docuit puerũ, quia non eſt aliud docere, quàm debito ordine præponere diſcipulis propoſitiones & concluſiones, ad hoc vt vna cum intellectus lumine diſcipulus aſſentiat concluſioni. Ad quintam dici põt,ꝙ multa experimenta ſunt vna cognitio inductoria, quæ quia eſt vna, ideo poteſt eſſe in intellectu, vel in vi experimentaria ſiue dianætica. Ad ſextam negatur minor,hoc.n.experimentum videlicet, quia hæc ſcamonea purgauit choleram in Socrate, & alia ſimiliter choleram in Platone,& ſic de multis eſt neceſſarium, quia ſunt memoriæ rerum præteritarum, quæ quatenus præteritæ,ſunt neceſſariæ. Ad probationem dico, ꝙ hoc experimentum non eſt mutabile nec ſenſibile nunc aliquo ſenſu exteriori ſed ſenſatum iam. Ad Ariſt.dico ꝙ ab euntibus ſenſibilibus non eſt palam an ſint de pñti,non tñ an fuerint ſenſibus pręſentia:qua rõne ſunt partes experimenti. Et ſic breuiter dico, ꝙ ſenſibilia ſunt mutabilia ſm rõnem pręſentem, non aũt ſub ratione qua ceciderunt ſub memoria. Ad ſeptimã laborat Ioan.& nihil boni dicit, propterea dico, ꝙ ſiue vl'e incomplexum fiat à ſingulari incomplexo, ſiue nõ, nihil ad rem,qm̃ vl'e complexum, quod eſt principium artis bene fit à pluribus ſingularibus inductione experimentaria,& hoc pacto cognitio artis deduci põt ex cognitione experimenti. Ad octauam bene rñdet Ioan.ꝙ maior eſſet vera,qñ vna virtus non eſſet ſubordinata alteri. Mõ experimentaria,ſiue dianæa vtens experimentaria inductione ſubordinatur intellectui, & ſic quod eſt in illa põt inferre, quod eſt in intellectu. Sed replicabis fortiſsime, quæ virtus inferat illud principium. Vl'r enim ꝙ non experimentaria, quia illa non poteſt cognoſcere illatum,quia illatum eſt vl'e,quod à nullo ſenſu cognoſci põt. Nec eſt intellectus, quia intell's non põt cognoſcere ſingularia inferentia, quia intell's nõ cognoſcit ſingulare. Dico ꝙ virtus inferens eſt intellectus, & concedo ꝙ ille per ſe non cognoſcit ſingulare, ſed mediante ſenſu,bene ipſum poteſt cognoſcere. Vnde licet intellectus vt intellectus non cognoſcat ſingulare, ipſe tamen vt coniunctus dianeæ,ſibi illud miniſtranti bene cognoſcit. Hęc eſt ſolutio Auerrois. Sed eſſet difficultas vtrum intellectus mediante dianæa cognoſceret ſingulare per propriam ſpẽm, vel per ſpẽm, quam habet de illo dianæa,hæc res,quia poſtea tractabitur,nunc dimittatur. Ad nonam dico illum artificem eſſe inexpertum, qui artem didicit per doctrinam, non aũt qui illã acquiſiuit inuentione. Ad decimam dico,ꝙ ab experimento per inductionem generatur principium artis, & mediate concluſiones oẽs,& ſic tota ars quæ eſt cognitio principiorum & cõcluſionum. Ad vndecimã dico, ꝙ experimentum eſt fallax per accidens rõne ſubiecti, cui applicaretur,per ſe aũt eſt neceſſarium,quia eſt cognitio præteritorum,quorum non eſt cognitio niſi neceſſaria. Ad 12.dico,ꝙ maior debet intelligi nullo alio agente concurrente, modo cõcurrit lumen intellectus agentis quod eſt immateriale. Ad 13.dico negando añs, quia licet non cadant ſub ſenſibus in propria forma, cadunt ſub ſenſibus in earum effectibus. Aliquid.n.cadere põt in ſenſibus vel per ſe, vt color, aut per partes, vt mons aureus, vel in ſuo remiſſo, vt albedo intenſa, vel in ſuo ſimili, vt Niphus pontifex, vel in ſuo effectu, vt ſubſtantiæ ſeparatæ,vel in ſuo contrario, vt vacuũ, vel in ſuis ſuppoſitis, vt vl'e, & alijs modis. Ad 14.dico ꝙ medicatiua habita per doctrinam non generatur experimento, ſed ea quæ habetur obſeruatione, non fit niſi experimentis. Auic.vero loquitur de prima. Ad 15.16. & 17.Ioan. Rñdit contra Alber. vt patuit in cap.3. Dici ẽt poteſt pro Alberto ꝙ quęlibet harum concluſionum non habetur à ſolo experimento,ſed à proprijs propoſitionibus,quę per viam reſolutionis pñt reduci in prima artis principia, quæ erant in arte habita per experimenta:& ſi ſic Albertus,bene dicit. Ad 18.iam patet ſolutio, dictum eſt.n.ꝙ nihil inueniri poteſt in arte ſine experimento ad quod vel immediate,vel mediate,non reſoluatur id quod inuenitur,nam omnes concluſiones artis tandem reſoluuntur mediate ad prima principia ſaltem,quorum cognitio fuit per experimenta. Ad 19.patuit ſolutio,quia non loquimur de illa. Ad 20.& 21.patuit ſolutio ſm Auer. ſed ſcd'm nos dico, ꝙ intellectus non eſt vnus oĩum,ſed nouus ſm eſſe:licet æternus à parte poſt:& hoc ſatis eſt vt de nouo recipiat. Ad vltimũ dico,ꝙ artes ſunt æternæ ſm ſpeciem & reſpectu totius vniuerſi: ſed reſpectu vnius regionis poſſunt infinities generari,& infinities corrumpi: vt dicitur in lib.meteororum: & etiam reſpectu intellectus mei poteſt de nouo fieri in numero:non autem in ſpecie: veluti albedo eſt æterna in ſpecie: tamen reſpectu parietis: qui nunc æditur:eſt noua: ita ſcĩa eſt æterna ſm ſpeciem: reſpectu tamen intellectus mei:qui nunc eſt de nouo: poteſt eſſe noua, Sed circa determinationem quæſtionis pręſentis dubitatur vtrum artifex certius operetur experto ſine arte? & videtur ꝙ certius operetur artifex: quia vt prudentia eſt habitus circa actibilia: ita ars circa factibilia vt traditur 6. Ethic. Sed nullus certius agit circa actibilia quam prudens: igitur nullus circa factibilia quam

1. Phy.cõ. 26.
1. Phy.cõ. 80.
3 de aïa.cõ.9.
Quot modis aliquid põt cadere in ſenſu.
Qõ. 2.

quam artifex. Secundo omnis artifex eſt expertus. quia artifex eſt qui ſcit principia & concluſiones artis, quæ ſine experimentaria inductione cognoſci nõ poſſunt, expertus vero põt eſſe ſine arte, igit̃ artifex, ſemper certius operabitur. Tertio ſi artifex certius nõ operaretur, eſſet. quia ignoraret ſingularia, vt dicit Ariſt. in tex. ſed dicitur. 6. Ethi. ꝙ ars & prudentia non ſolum eſt vliũ, ſed ſingularium, igitur illa cauſa nulla eſt. Aliqui abſolute rñdent, dicentes expertũ certius operari: quia per ſe cognoſcit operabile puta ſingulare, artifex aũt non niſi per accñs cognoſcit ſingulare. Hęc ſolutio non exponit mentem Ariſt. quia diſtinguibile & multiplex nõ diſtinguit. Eſt. n. artifex multiplex, quia alius eſt qui effectus eſt talis per inuentionem, & hic ſimul eſt artifex & expertus. Alius eſt qui eſt talis per doctrinam ſiue diſciplinam, qui nec de principiis nec de concluſionibus habet experimẽtariam inductionem, ſed principiis aſſentit relatione præceptoris, & concluſionibus ex ſuppoſitione, vtpote ſi principia illa vera ſunt, cum igitur non diſtinxit de quo artifice, vr̃ hæc ſolutio nulla.

Solutio aliquorum. *Confutatio.*

Solutio Ioan. Ioan. ait ꝙ ſumendo operationem certiorem pro operis proſequutione, ſic expertus certius operatur, ſed ſumendo pro directione operis certius operat̃ artifex.

Confutatio. Sed nec iſta ſolutio valet, primo, quia adhuc artificẽ nõ diſtinguit, qui eſt multiplex. Amplius nihil eſt dicere quod aliquid ſit certum ſm exequutionẽ operis & aliquid ſm directionem. Nam de hoc eſt, quæſtio videlicet ſi expertus melius ſe dirigat in opere quam artifex. Præterea dicere ꝙ aliquid ſit certum ſm exequutionẽ operis, nihil eſt dicere, niſi ꝙ in exequendo non errat, & hoc eſt quod quæro vtrũ exequendo opus circa aliquod operabile certius exequatur expertus, an artifex. Præterea etiam expertus ſcit directiuum ſiue regulam operandi, veluti & artifex, ſed hæc eſt dr̃ia, quia artifex directiuum ſiue regulam ſcit per cauſam, expertus ſcit per inductionem experimentariam, & ita ambo ſciũt directiua, ſiue regulas.

Solutio propria. Propterea dico, quod duplex eſt artifex alius qui ſcit regulam operãdi circa aliquod operabile per cauſam, tm̃, vt diſcipuli mei, qui regulam hanc ſciunt per cauſam tm̃, & non deducendo illam ex experimentis. Et hic duplex eſt, quia alius eſt qui ſcit regulam per cauſam deductam ex principis artis vlibus ſibi expertis. Alius qui illam deducit ex ſibi reuelatis à præceptore. Alius eſt qui ſcit regulam operandi & per cauſam, & per experimentum. Tunc dico ꝙ ſenſus q̃onis eſt vtrum aliquis artifex qui habet regulam operandi per cauſam tm̃, & per fidem de principiis, certius operetur circa aliquod operabile q̃ expertus circa idẽ, qui habet regulam operandi per experimentum tm̃. Tũc patet ſolutio: ꝙ expertus certius operetur artifice, qui regulam habet per cãm tm̃, q̃ non deducit, ex principiis expertis, ſed ſibi notis per fidem. Nam expertus qui regulam habet per experimentũm, per ſe cognoſcit operabile vtpote ſingularia: è quibus deduxit regulã, artifex non cognoſcit operabile niſi per accidẽs, quatenus continetur ſub vlibus. Secundo patet ꝙ artifex qui habet operandi regulam & per experimentum & per cauſam certius operatur experto, qui haberet regulam per experimentum tm̃ & hoc nemo negaret. Tertio patet ꝙ artifex qui haberet regulam operandi per cãm tantum: & per experimenta non de regula, ſed de principiis primis, ex quibus illa deducta eſt, minus certe operabitur experto qui regulam habet per experimenta de regula: & non per cauſam regulæ. Hoc conſtat quia adhuc iſte expertus magis cognoſcit operabile. Tunc ad rationes. Ad primam dico, ꝙ Ariſto. loquitur de arte quæ per inuẽtionem habetur, hæc. n. eſt de vniuerſalibus, & particularibus. Ad ſecundam & tertiam dicatur ſimiliter.

2. dubiũ. Secũdo dubitat̃ vtrũ artifex qui cognoſcit regulã operandi per cauſam tm̃, certius regulã ſciat experto qui illam ſolum per experientiam cognoſcit, & videt̃ ꝙ ſic, tum quia certius eſt ſcire p̱ cauſam, q̃ ſine cauſa: vt dicitur. 1. phy. *Cõm. 1.* Tum ſecundo quia artifex ſcit quidditatem ſanationis, expertus non, igitur certius ſcit regulas ſanandi artifex.

Solutio. Ad hoc dubium dico, ꝙ nõ eſt difficile rñdere ſupponendo ꝙ artifex ſciat regulam operandi deductam ex principijs ſibi notis per deductionem experimentariam, vtpote ſi illam deduceret p̱ multa media, quia ſine dubio hic artifex ſciret regulã per cauſam veram, quæ eſſet ſibi nota ſimpliciter, & nõ ex ſuppoſitione: igit̃ certius regulã ſcit experto, qui illã per experimentum tm̃ ſcit. Sed dubitatio eſt vtrum artifex qui regulam habet non p̱ cãm deductam p̱ multa media ex principijs habitis per experimẽta, ſed deductã ex principiis habitis per fidem à præceptore certius regulam ſciat ipſo experto, hoc enim eſt non leue. Quidã dixerunt ꝙ artifex hoc modo ſciens regulã certius ſciret, quia ſcit per cãm, & ſcĩa per cãm ſemper eſt maior ſed melius eſt facere differentiam inter certius certitudine perfectionis, & certitudine euidẽtiæ, certiores. n. ſunt ſubſtantiæ intellꝰui certitudine perfectionis q̃ ſint accidentia, ſed accidentia ſunt euidentiora, & ſic concedi põt ꝙ artifex ſciens regulam operandi per cãm deductam ex principijs ſibi notis ex ſuppoſitione atq; fide certius ſcit regulam certitudine perfectionis, qm̃ illa ſcientia eſt intellectiua, & per cãm, expertus vero certius ſcit regulam certitudine euidentiæ, quia ſcit p̱ inductionem experimentariam, quæ eſt cauſa oĩs euidentiæ Tunc ad obiectiones patet ſolutio, qui. n. ſcit p̱ cauſam non ſemper certius & euidentius ſcit, niſi etiam illam ſciat p̱ experimẽta propinque, vel remote. Silr̃ nec qui ſcit rem quidditatiue ſcit perfectius euidentiusq; niſi p̱ experimenta remote ſaltem illud ſciat.

Replica ſophiſtica. Sed replicabis ſophiſticę quicũq; ſcit quid eſt aliquid certius ſcit illud. Artifex ſcit quid eſt ſanare, & non expertus, igitur certius ſcit ſanare.

Solutio aliquorum. Reſpondent quidã ꝙ aliud eſt ſcire operari, aliud ſcire directiuuum operationis. Tunc dicunt ꝙ artifex ſcit directiuum, non aũt operari, expertus vero econtra ſcit operari, & non directiuum operationis, & per hoc volunt eſſe ſolutum ſophiſma.

Confutatio. Sed in rei veritate per hanc ſolutionem non apparet ad formam ſophiſmatis. Præterea falluntur, quia etiam expertus ſcit directiuum operationis, & regulas operãdi: ſed hæc eſt dr̃ia, vt dixi cõtra Ioan. ꝙ artifex ſcit regulas, ſiue directiua per cãm tm̃, deductã à primis principijs expertis ab eo vel ſuppoſitis ex fide præceptoris. Expertus autẽ ſcit regulas & directiua per experimẽtarias inductiones, quas ipſis ex multis obſeruatis cõfecit. Qua ratione patet expertum & artificem ambos ſcire quid eſt ſanare, licet artifex ſciat quid ſit ſanare p̱ cãm tm̃, ille expertus ſcit quid eſt ſanare per experimenta, & quaſi deductũ ab experimentis, igitur errant dupliciter. Primo quia credunt expertum non ſcire regulas ſiue directiua. Secundo quia credunt illum non ſcire quid eſt ſanatio ſiue operatio ſanatiua. Ambo. n. quid ſit ſanare norunt ille vtpote artifex deducendo illud ex principijs vniuerſalibus, expertus deducendo illud ex experimentaria inductione, & hac ratione patet ꝙ expertus ſcit vniuer-

ſale

le & particulare, particulare p ſe, vl'e vero per accñs: quatenus deducit illud ex ſingularibus, artifex vero pu rus per ſe, non niſi vniuerſale, ſingularia autem per accidens quatenus continentur ſub vniuerſalibus: tunc ad ſophiſma dico ꝙ maior debet diſtingui, nam ſcire quid eſt aliquid intelligi poteſt, vel deductum ex principijs, & ſic certius ſcitur certitudine perfectionis, & non certitudine euidentiæ vel deductum ex experimentis, & ſic certius ſcitur illud certitudine euidentiæ, & non certitudine perfectionis modo minor eſt vera primo modo, artifex enim ſcit quid eſt ſanare deducendo illud ex principijs, non autem ab experimentis, & propterea certius ſcit ſanare certitudine perfectionis, non autem certitudine euidentiæ, vt ſuperius diximus. Hæc de ſeptima diſputatione.

Actus autē & omnes generationes circa ſingulare ſunt, non enim hominem medicus ſanat &c. Tex.

DISPVTATIO OCTAVA De Subiecto, actionum & Generationum.

Num Actus & Generationes ſint circa ſingulare.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Rōnes Anto. QVod non arguunt primo, quia actus intelligēdi eſt circa vl'e, igitur non oīs actus eſt circa ſingulare. Secūdo ſi actus & generatione ſunt circa ſingulare, tunc ſubiectum generationis & motus eſſet ſingulare. tenet argm̄, quia illud circa quod aliquid eſt, ſubiectum eſt illius vt qm̄ albedo eſt circa parietem paries eſt ſubiectum albedinis, conſequens vero eſt impoſsibile quia ſi ſubiectum generationis & motus eſſet ſingulare, tunc paſsiones non poſſent demonſtrari de ſubiecto, quia de ſubiecto ſingulari nulla paſsio eſt demonſtrabilis. Tertio ſi actus ſit circa ſingulare, tunc per ſe obiectum actus eſſet ipſum ſingulare. Vltra, igitur actus eſſent tot quot ſingularia, nam actus diſtinguuntur per obiecta, & vltra igitur & potētię erunt tot, quot actus, quia & potentię diſtinguuntur per actus. Hoc vltimum cōſequens eſt falſum quia vna eſt potentia oīum actuum, vnus viſus oīum viſionum, igitur primum añs erit falſum, & ſic actus nō erūt circa ſingulare. Quarto logice arguunt & expoſitorie, hoc demr̄ando Socr. p ſe ſanať, hoc demr̄ando eundē per ſe eſt hō, igitur hō per ſe ſanať, ſed homo nō eſt ſingulare, ſed vl'e, igiť non oēs actus ſunt circa ſingulare. Quinto ſi act⁹ eſt circa ſingulare vel circa hoc tm̄ vel circa ſingulare abſtractum ab hoc & ab illo, nō circa hoc ſingulare tm̄, q̄a ei⁹ eſt actus cuius eſt potentia, vt dicitur in lib. de ſomno. At potentia non eſt circa hoc tm̄, igitur nec actus. Si circa ſingulare abſtractum ab hoc & ab illo, igitur circa vl'e, quia abſtractū ab hoc & ab illo eſt vl'e. Sexto ſi actus & gene- Rō Dominici. rationes eſſent circa ſingularia, tunc nulla eſſet cauſa vniuerſalis, deducitur, quia cauſa vniuerſalis non eſt niſi effectus vniuerſalis, modo ſi omne genitum eſſet ſingulare, tunc nullus eſſet effectus vniuerſalis & ita nulla eſſet cauſa vniuerſalis. Septimo vniuerſale eſt generabile Rō Ioannis. & per ſe, igitur actus & generatio eſt circa vniuerſale. añs probatur, quia ſingulare & vniuerſale ſunt idem realiter. Secundo idem añs probatur, quia vniuerſalia hn̄t per ſe agentia, vt res naturales vniuerſaliter ſumpte, nā in definitione rei naturalis vl'is ponitur agēs, & oīs cā. Tertio idem arguitur q̄a generabile abſtractū ab hoc & ab illo eſt generabile, q̄a idē de ſeipſo prędicatur, & tn̄ iſtud eſt vniuerſale. Octauo promiſsiones ſunt circa Rō Birridani. vniuerſalia, igitur nō oēs actus ſunt circa ſingularia. añs declaratur, quia qui promittit tibi bouem, non tenetur dare nec hūc nec illum bouem, ſed bouem, igitur promiſsio eſt circa vniuerſale. Nono quod per ſe eſt generabile, ipſum per ſe generatur, vniuerſale eſt per ſe generabile, igitur vl'e per ſe generatur. maior patet, quia eiuſdem eſt actus & potentia. minor declaratur, quia generabile in eſt omnibus indiuiduis, & non vni per alterū, nec alteri per alterum, igitur omnibus per tertiū cōe, vt dicitur primo Poſte. Præterea Ariſt. in lib. de generatione demonſtrat generabile de vniuerſalibus corporibus, igiť vniuerſalia corpora ſunt per ſe generabilia. Amplius generatio terminatur ad ſpeciē, vt dicit Auic. Capite.1. in primo ſuæ Phyſicæ, igitur eſt ad vl'e. In oppoſitum eſt Ariſt. dicens. Actus autem & generationes oēs circa ſingulare ſunt, igitur diſputatio dubia eſt.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACTVS multifariam capi ſolet. Vno modo pro forma ſiue perfectione prima: & ſic ſolet dici aīam eſſe actum. Alio modo pro operationem, quo ſolemus dice- Quid actus. re videre eſſe actum potentiæ viſiuæ, & intelligere potentiæ intellectiuæ. Amplius generatio conſueuit ſumi pro omni productione qūo Plato dixit mundum eſſe genitum. Alio modo pro introductione formæ cum Quid gn̄o. abiectione contrariæ præiacentis. Præterea hæc parti- Particula circa. cula circa (vt dicunt) pōt vno modo ſumi, vt dicit circunſtantiam paſsi vel agentis, qūo dicimus ignem verſari circa combuſtibile, vel ſcholares verſari circa Niphum: verſatur.n. ignis circa combuſtibile, tāquam circa paſſum, circa Niphum ſcholares tanquam circa pręceptorē, qui agit diſciplinas in ſcholaribus. Amplius dicunt illam quandoq; dicere circunſtantiam rei ſignificatæ, vt cum dicitur ſignificationes nominum ſunt circa res. Interdum rei repn̄tatæ, cum dicimus intelligere eſt circa vl'e, ſentire circa ſingulare. Alij breuibus dicūt verbum illud, circa, dicere interdum circunſtantiā paſſi, interdum agentis, interdum termini. Singulare nonnunquam pro propoſitione ſingulari conſueuit ſumi, veluti vl'e pro propoſitione vniuerſali, nonnunquam pro effectu particulari vna cauſatione producto, aliqn̄ pro re, quæ ſignificatur vel repræſentatur per terminū ſingularem, vt illa res, quæ ſignificatur per hunc terminum ſingularem Soc. in voce vel in ſcripto, vel in mēte. Contra etiam de vniuerſali ſolet fieri diſtinctio, de qua dicemus non ſemel. Hæc de titu.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

QVIDAM breuibus expediti dicunt ꝙ duplex eſt Pō aliquorum. actus ſiue operatio. Vna quidem tranſiens, vt ædificare. Aliam immanens in agente, vt intelligere & velle. Tunc reſpondent ꝙ propoſitio Ariſto. intelligenda eſt de actu tranſeunte, & non quatenus cōcipitur, ſed quatenus eſt in re. Secundo dicunt ꝙ non eſt vera de actu immanente. primam probant, quia nullum accidens ſingulare eſt niſi in ſubiecto ſingulari actus tranſiens eſt actus ſingularis, igitur eſt ī ſingulari. Secūdum probant per definitionem actionis immanentis: eſt.n. illa Replica. quæ eſt in agente. Et ſi replicares quia oīs actio videtur Solutio. eſſe in agente. Dicunt verum eſſe de actione quæ ſu- Confutatio. mitur pro reſpectu, non aūt pro re acta. Sed circa hæc occurrunt confutationes. primo, quia ſi oīs actio pro reſpectu eſt illa quæ eſt in agente: vt dicūt, cum ſm̄ eos intelligere & velle ſint in agente, erunt actiones reſpectus: & non actiones actæ, & ſic videtur prima diſtinctione

ctio de actione repugnare ſecundæ de eadem. Secundo probationes cōmittere fallaciam æquiuocationis, nam prima probatio valet vt illa particula, circa, dicit habitudinem ſubiecti, vt patet in eorū probatione, poſtea dicunt quod eadem propō non eſt vera de actione īmanente. Hæc videntur repugnare, quia vel eodem modo ſumitur illa particula, circa in prima propoſitione, quo in ſecunda vel aliter. ſi eodem mō, tunc etiam de actione īmanente eſt vera, nam actio īmanens eſt circa particulare, tanquam circa ſubiectum: licet circa vl'e, tanquam circa terminum vel obiectum. Si vero aľr in prima, & aliter in ſecunda propoſitione & ipſi non diſtinxerunt quod erat multiplex & diſtinguēdum, igitur cō- *Pō Ioan. Birri & Albertille.* miſerunt fallaciam æquiuocationis. Logici vero dicūt ꝙ ſi illa particula, circa, dicit circunſtantiam agētis, vel paſsi, tunc eſt vl'r vera, quia oīs actio tam tranſiens quā immanens eſt in paſſo ſiue particulari ſubiecto ab agēte particulari, patet hæc inducendo in omnibus, & hoc pacto volunt Ariſto. intellexiſſe. Si vero illa particula, circa, dicit habitudinem rei ſignificatæ vel repræſentatę ſic non eſt vl'r vera, quia actus intelligendi eſt circa vl'e, & actus ſignificandi huius nominis ens eſt circa vl'e, & quia promiſsiones ſunt actus intelligendi, ideo fiunt circa vl'ia tanquā circa ſignificata vel præſentata. Hæc *Qualis hæc pō.* illi. Hæc poſitio non eſt falſa, ſed non eſt pro mente Ariſto. quia ipſe loquitur preſsius, non. n. ita ample nec ita fuſe ſumpſit actus, & opationes vt videbitur ſtatim. Nō .n. oportet exponere, qn̄ quæ dicit Ariſt. ſunt clara, nec ampliare ſi ſermo Ariſt. eſt preſſus. hoc. n. eſt oſtentatio. Illud autem temeritas, vt dicit Boetius.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES igiť ſcire ꝑ dilucidatione ꝙ verba græca ſunt hęc αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθέκαστον ἐισιν, hoc eſt. praxes autē & gn̄ationes oēs circa ſingulare ſunt, quibus in verbis innuit duplices eſſe generationes artificiarias quibus beneficio artis formę in ſubiecto inducuntur, naturales quibus beneficio nāæ formę naturales educuntur & ita ſolum de generationibus propoſitio Ariſt. intelligitur, vbi patent duo, quorum primum eſt. ꝙ Ariſt. per praxes, intelligit generationes actioneſq; proficiſcentes ab arte, quia, vt diciť. 6. Ethi. ars eſt circa factibilia, prudentia circa actibilia, ergo ꝑ praxes intelligit artificiarias opationes, generationeſq; quæ proficiſcuntur ab arte, circa factibilia, per generationes aūt intelligit inductiones alicuius formæ cum abiectione contrariæ formæ, vnde praxes ad artificiaria retulit, generationes aūt ad naturalia, & ſic omnes operationes amplectitur corporeas, quæ dicuntur generationes. Ex hoc ſequitur ꝙ fruſtra eſt illa dilatatio ad actionem immanentem. Nam nulla actio artificiaria circa factibile: de qua loquitur Ariſto. eſt īmanens. Secundum eſt quòd illa particula peri, quod latinæ eſt circum vel circa: non ſumitur niſi vt dicit habitudinē ſubiecti: vel paſsi, quia ſic loquitur Ariſt. vult. n. probare ꝙ circa ipſa ſingularia verſatur expertus & artifex, veluti circa propria ſubiecta atq; patiaria, & tunc ſequitur ꝙ fruſtra ampliatur ad alias ſignōnes, cum hic nonniſi preſſe ſumpſit Ariſto. illam. Hæc eſt dilucidatio pro mente peripa. Sed quæres vtrum vl'e ſit primo & per ſe corruptibile atq; generabile. Verbi cauſa. Socra. eſt generabilis & corruptibilis, vtrum ſit ita quia aliquod vniuerſale eſt primo & per ſe corruptibile, an quia Socra. hæc dubitatio non eſt leuis. Ioan. ſoluit ꝙ vniuerſale poteſt ſumi pro re & pro intētione. Amplius ſum- *Dubitatio vtrū vniuerſale ſit per ſe corruptibile.* *Solutio Ioan.*

ptum pro re biſarium eſt. Aliud quidem cuius ſuppoſita ſiue ſingularia ſunt generabilia & corruptibilia, vt homo equus, & id genus. Aliud cuius ſuppoſita non ſunt corruptionis capacia vt cœlum, & intelligentia. Tunc dicit ꝙ ſumēdo vniuerſale pro re ſubiecta intentioni cuius ſuppoſita ſunt generabilia & corruptibilia, ipſum vl'e eſt primo & per ſe corruptibile & generabile, & ita Socra. eſt corruptibilis, nō ea ratione qua Socra. ſed ea ratione qua continetur ſub aliquo vniuerſali per ſe corruptibili. Similiter hic ignis non eſt corruptibilis ea ratione, qua hic ignis ſed ea rōne qua dixi. Pro hac conclu. arguit Ioan. multifariam. Primo, quia de vniuerſali pro re demonſtranť generationes & corruptiones per ſe, vt habetur primo de generatione, igitur vniuerſali pro re per ſe primo competunt antecedēs etiā probatur, quia hæ ſunt paſsiones ſcibiles, vt patet in illo lib. vel igitur de ſingulari, & hoc non quia ſingularium nō eſt ſcientia, igitur de vniuerſali. Secundo aliquod vl'e ſecundum ꝙ ipſum eſt corruptibile, igitur per ſe primo, vt patet. 1. Poſte. antecedens patet, quia hoc commune videlicet corpus cōpoſitum ex materia & forma eſt ſm quod ipſum corruptibile, quia non niſi quatenus eſt cōpoſitum ex materia ex forma. Tertio ratione alicuius vniuerſalis generatio & corruptio ineſt omnibus corruptibilibus, igitur primo illi competit tenet argumentū per regulam poſterioriſticam: antecedens declaratur, quia Socra. nō eſt generabile & corruptibile, niſi quatenus compoſitum eſt ex materia & forma, & ſic de cæteris id genus, igitur primo illi vl'i compoſito competūt illa. Quarto illud eſt per ſe primo corruptibile, cuius principia ꝑ ſe ſunt cauſæ corruptibilitatis: ſed materia, forma, & priuatio ſunt principia vl'is compoſiti, & cauſæ corruptionis, igitur vl'e compoſitum eſt primo corruptibile. Quinto ſingularia compoſita ſunt corruptibilia per ſe, vel igitur rōne cuiuſdam ſingularis, vel rōne vl'is omnibus illis communis, non ratione cuiuſdam ſingularis, quia ratione ſingularis nihil competit pluribus differentibus ſpecie, igitur ratione vniuerſalis illis oībus cōis, & ſic compoſito cōi per ſe primo competit. Sexto omne prædicatum conuerſim, quod prædicatur extra eſſentiam, primo & per ſe ſecundo modo cōpetit ei cū quo conuertitur, hæc habetur. 1. Topic. ſed corruptibi- *Cap. 4.* le & generabile prædicatur cōuerſim de illo cōi, videlicet compoſito, quia omne compoſitum eſt corruptibile & ecōtra, & prædicatur extra eſſentiam, igitur corruptibile prædicatur per ſe ſecundo modo de illo vl'i. Septimo vl'e perpetuatur ob indiuiduorū ſucceſsionē, igitur ipſum eſt per ſe corruptibile. tenet conſequentia quia ſi eſſet per ſe æternū nō egeret perpetuitate aliunde antecedēs eſt diuulgatū per ſcholas peripa. Octauo ſi vniuerſale eſſet per ſe incorruptibile, tūc A. per ſe corruptibilibus, abſtraheretur per ſe incorruptibile, quod non eſt conſonum, quia vnum oppoſitum nō pōt abſtrahi à reliquo. Modo vl'e abſtrahitur à ſingularibus, quare non poteſt eſſe per ſe incorruptibile, & ipſa ſingularia per ſe corruptibilia. Ex his concludit Ioan. ꝙ vl'e *Concluſio Ioā.* eſt per ſe primo generabile & corruptibile ſecundo modo dicendi per ſe. Imaginatur enim ipſe eſſe vnū vniuerſale commune omnibus corrubtibilibus videlicet hoc cōe compoſitum, in quo omnia corruptibilia conueniunt, & vult quod huic vniuerſali per ſe primo inſit generatio & corruptio: & ratione eius oībus alijs, quæ ſub ipſo continentur. Nam Socra. corruptibilis eſt, nō ea ratione qua Socra. ſed ea ratione, qua compoſitum

eſt

eſt quoddam. Similiter A. ignis corruptibilis eſt, non ea ratione qua eſt A. ignis, ſed ea ratione, qua eſt compoſitum quid.

Excerptum primum.

Ex his patet de mente Ioan. ꝙ id vl'e compoſitum non dicatur per ſe primo corruptibile, quia ſibi ſeorſum primo & per ſe competit corruptio, & ratione eius competat indiuiduis, quia eadem corrumpitur illud & eius indiuiduum, ſed dicitur per ſe primo tale, quia non ratione indiuidui, ſed indiuiduum ratione illius corrumpitur. Verbi cauſa pro iunioribus non dicit̃ compoſitum cõiter per ſe primo corruptibile, quia cor ruptione ſeorſum & diuiſim ſumpta corrũpatur, quia non corrumpitur alia corruptione ab ea qua Socra. ſed pro tanto quia Socr. non ea ratione qua Soc. ſed ea ratione qua compoſitum corrumpitur.

Excerp. 2.

Secundo ſequitur etiam ſ̃m Ioan. ꝙ vl'e illud per ſe primo eſt generabile & corruptibile vt generabile & corruptibile dicuntur à potentia & actu, deducit, quia ratione illius Socr. actu corrumpitur, & poteſt corrumpi, igitur ei competit primo corrumpi & poſſe corrumpi. Hæc Ioan.

Expõ Ioan.

Animaduerte tamen ꝙ Ioan. non intelligit illud cõe compoſitum eſſe per ſe primo & generabile & corruptibile reſpectu eiuſdem: quia tunc idem ſimul eſſet, & non eſſet, ſed intelligit ꝙ compoſitum in potentia, vt Socr. generandus eſt generabilis: quatenus eſt potentia compoſitus. Socra. præſens eſt corruptibilis quatenus eſt actu compoſitus: & ſic ratione illius competit generabilitas omnibus quibus competit, & ratione illius corruptibilitas omnibus quibus cõpetit, & hoc modo illi cõi per ſe primo hæc inſunt. Hæc pro Ioan.

Obiectiones.

Sed contra Ioan. ſoliti ſumus obijcere fortiſsimis rationibus.

Prima.

Primo, quia per nullam vnam & eandem rõnem poſſunt aliquibus conuenire prædicata oĩno oppoſita, hæc eſt. n. maxima oĩum dialecticorum, ſed per rationem vniuerſalis indiuiduis competit æternitas: quia vt dicitur. 2. de anima propterea generare ſibi ſimile eſt naturaliſsimum operum viuentibus, quatenus diuino eſſe participẽt, quod eſſe non poteſt niſi quatenus rõne vniuerſalis ſint perpetua, igitur ratione vniuerſalis non poteſt competere corruptibilitas.

Secunda.

Secundo, nulla vna eademq; ratione aliquibus poteſt competere ſcibilitas & corruptibilitas, nam ſcibilitas repugnat rationi corruptibilitatis: ſed ratione vniuerſalis competit indiuiduis rõ ſcibilitatis, igitur ratione vniuerſalis non competit eis ratio corruptibilitatis.

Tertia.

Tertio nihil quod eſt per accidens corruptibile poteſt eſſe per ſe primo corruptibile, ſed vniuerſalia ſunt per accñs corruptibilia, vt dicit Auer. 1. huius, igitur non poſſunt eſſe per ſe primo corruptibilia.

Cõm. 7
Quarta.

Quarto per nullam vnam rationem poſſunt aliqua eſſe definibilia, & corruptibilia: patet quia ratio definitionis & corruptionis ſunt oppoſitæ: vt patet. 6. Ethic. Sed indiuidua ſunt definibilia per rationem vniuerſalis vt dicit Auer. 1. de anima, & Theñ. ibidem, igitur rõne vniuerſalis non poſſunt eſſe corruptibilia.

Cõm. 8.
Capite. 7.
Quinta.

Quinto nihil eſt de ratione vniuerſalis, è quo poſsit fluere corruptibilitas, igitur nihil eſt corruptibile ratione vniuerſalis antecedens patet, quia de ratione vniuerſalis eſt ſola definitio: oĩs autem definitio eſt ſumpta à forma ſ̃m Auer.

Cõm. 37.

vt omnibus patet: & patebit in. 7. Meta. Forma autem non eſt principium corruptionis, ſed eſſendi, vt dicitur. 7. huius, vbi habetur, ꝙ forma eſt pars: quę (cum fuerit) eſt res. Materia vero eſt illud, quod (cum fuerit) non eſt res, igitur non poteſt fluere à forma, & ita non poteſt fluere à principijs eſſentialibus vniuerſalis. Vel poteſt hæc ratio ſic formari, ſi corruptibilitas competit per ſe alicui vniuerſali, & ſecundo modo dicendi per ſe, vel ratione principiorum illius eſſentialium, vel accidentalium: non eſſentialium: quia ſola forma eſt principium eſſentiale, & omnia ea quæ ſumuntur à forma, quia materia non eſt pars eſſentialis compoſiti vniuerſalis ſed deferens pars, ſiue ſine qua non, vt dicetur in. 7. huius non ratione principiorum accidentalium, igitur nullo modo. Hæc ratio eſt fortiſsima, ſi teneatur põ Auer. de definitione: & partibus definitionis.

Secunda ſol. propria in qua nota de vniuerſalibus.

Propter hæc ſoliti ſumus dicere ꝙ ſunt quædam paſsiones: quæ fluunt ex principijs indiuiduorum, vt corruptibilitas & generabilitas, & hæ per prius competunt ſingularibus alicuius vniuerſalis, quàm illi vniuerſali, non tamen per prius competunt alicui ſingulari determinate ſumpto per ſe, qa nec ipſi A. nec ipſi B. ſub aliquo vniuerſali contentis, ſed alicui ſingulari confuſe tento. Verbi cauſa, oĩbus indiuiduis compoſitis ineſt corruptibilitas, quæ ſignificantur per illud nomen cõe compoſitũ, ſed quia hæc fluit à principijs indiuidui, ideo per prius competit alicui compoſito illorum non determinate, vtpote Socr. vel Platoni, ſed indiuiduo compoſito ex materia & forma confuſe tento, & ita per accidens vniuerſali ad oĩa illa, & per ſe ſecundo modo per ſe, compoſito indiuiduo confuſe tento. Solet. n. dici in ſchola Auer. eſſe paſſiones duplices, quaſdam quæ fluunt à forma, & hæ primo vniuerſali competunt quaſdam quæ fluunt à materia, & hæ primo indiuiduis competunt & ratione illorũ vniuerſali. Erit igitur compoſitum non vniuerſale confuſe ſumptum: per quod vniuerſalibus competit.

Confirmatio ra tionis. 1. Authoritas. Cõm. 27. & 6. Cõm. 11.

Quod autem hæc ſit poſitio Auer. deducitur, quia nullum ꝑ ſe vniuerſale eſt compoſitum, quia per ſe vniuerſalia ſunt formæ, vt dicitur primo huius & 7. Meta. inquit, ꝙ quidditas hominis eſt homo vno mõ, & nõ homo alio modo: eſt quidem homo, quia eſt forma hominis, & non eſt homo, qui eſt congregatus ex materia & forma, & ſic patet eum velle hominem cõem nõ eſſe aliud quam formam hominis. Indiuiduum vero hominis eſſe congregatũ ex materia & forma.

Secunda. Cõm 36.

Prętere a ſ̃m Auer. idem eſt forma totius & partis, vt patet. 7. huius, vbi dicit ꝙ quidditas recti vniuerſalis eſt forma, & attribuitur recto ſ̃m ꝙ ſunt idem, & ſubdit, dicimus. n. ꝙ quidditas recti eſt rectũ, & qñq; dicimus, ꝙ eſt forma exñs in recto, qua ratione (vt dicit) forma recti non erit rectum, ſicut animal non eſt animal. Hæc Auer. Ex quibus ſequitur ꝙ vniuerſalia non ſunt niſi formæ, quibus intelliguntur indiuidua compoſita.

Tertia.

Prętere a quod non eſt per ſe pars definitionis, non videtur eſſe per ſe pars vniuerſalis definibilis, ſed materia nõ eſt per ſe pars niſi per accidens definitionis, igitur nõ eſt pars vniuerſalis definibilis niſi per accñs. Minor eſt diuulgata per ſcholas oẽs Auerroicas, quas ſectatur Ioan.

Põ Auer.

Ex his ſequitur de mente Auer. ꝙ huic nomini compoſitum in voce, ſcripto, vel in mente nihil reſpondet vltra ſingulare. qđ quidem eſt vniuerſale nõ quia ſibi reſpondeat aliquod commune prętere ſingularia: quemadmodum nec materiæ communi præter ſingularem vnam numero materiam aliquid correſpondet in re: vt dicit Auer. 12. Meta.

Cõm. 14.

ſed bene poteſt illi nomini in mente reſpondere aliqua conceptio, quæ repræſentat mihi communiter omnia indiuidua compoſita, homini autem vel animali, quæ ſunt nomina communia, bene reſpondet aliquid præter ſingularia apud Auerroem, vtpote forma. Nam hæc nomina cõcretiue ſumpta in mente primo & per ſe repræſentant formam: ſecundario & per accidens compoſita

Dubitões. Prima. poſita indiuidua.Sed occurres,q̄a Ariſ. demonſtrat oē
elementum eſſe tranſmutabile in quodlibet elementū
per hoc medium,quia omne elemētum eſt compoſitū
ex materia, forma & contrario , vt patet.2.de genera-
tione,vel igitur illud medium eſt ſingulare vel vl'e, non
ſingulare q̄a de ſingularibus,& per ſingularia nihil ſci-
tur:igiť eſt vl'e:& ſic falſum eſt id quod dictum eſt. Præ
terea Ariſto.demonſtrat intellectū eſſe immiſtum , per
hoc,quia omne miſtum cum materia eſt corruptibile.
Vel igitur ſumit miſtum vl'e vel ſingulare , & vt prius ar
guatur.Similiter Auer.vtitur hoc medio contra Auic.
qui tenebat cœlum eſſe compoſitum ex materia & for
ma,arguit enim quia tunc eſſet corruptibile, & mediū
eſt ipſum vl'e compoſitum,aliter ratio ſua eſſet ex ſingu
Secunda. laribus. Præterea dubitatur contra fundamentum po
ſitionis,quia propter quid illi nomini cōpoſitum non
correſpondet aliquod cōe,& illi nomini homo vel ani
mal ſic,videtur.n.ꝙ vtriſq;, quia ambo ſunt noīa cōia,
quibus oportet correſpōdere ſignificata cōia, maxime
cum aīal & homo prædicentur de ſingularibus compo
Tertia. ſitis. Præterea hæc eſt vera,oīs homo eſt cōpoſitus , &
omne animal eſt compoſitum,& per ſe, igitur cōpoſi-
tum erit vl'e illis, quia non omne compoſitum eſt aīal.
Quarta. Capite.3 Amplius genus generum eſt corpus , vt dicit Auer.in
Quinta. lib.Porphyrij . Modo corpus eſt compoſitū. Inſuper
Com.9. Auer.1.huius ait.v.g.ſpēs hoīs non eſt forma eius tm̄,
vt Plato voluit,ſed cōgregatū ex materia & forma.Mul
ta alia dicentur in.7.huius de hac poſitione, nunc vero
Solutio. hæc ſufficiant.Debes ſcire ſm̄ hāc poſitionem: ꝙ quæ-
dam ſunt nomina cōia quæ ſignificāt per ſe primo for
mas,& ſecundario compoſita ex materia & forma , vt
animal, hō, equus, & id genus. Hoc.n.nomē animal,
principaliter ſignificat formam, veluti hoc nomen al-
bum,conſequenter ſignificat compoſitum , cuius illa
eſt pars,veluti album conſequenter ſignificat ſubiectū.
Quædā ſunt nomina cōia, quæ principaliter ſignificāt
compoſita vt hoc nomen compoſitum vel hoc nomē
congregatum,& hoc nomen miſtum, & id genus , con
ſignificant vero ſecundario formas illorum . Tunc de
mente Auer.dicendum eſt primo ꝙ nominibus primo
modo in mente, vel ſcripto,vel voce corrñdet aliquod
præter compoſita indiuidua:quod primo per illa ſignifi
Cōm.14. catur,vel præſentatur . Et hoc eſt forma , quam Auer.
Cōm.17. vbiq; appellat vniuerſale in potentia,vt patet.12.meta.
& primo huius:& ſic vl'ia formalia nō ſunt nomina tm̄
apud Auer.nominibus vero ſecundo mō ſumptis nihil
reſpondet niſi ſingularia , & ſic vniuerſalia compoſita
ſunt nomina in mente,vel ſcripto,vel voce,nam in vo-
ce vel ſcripto ſunt noīa vniuerſalia, quatenus ſignificāt
ſingulare cōiter & non diſcrete,in mēte vero ſunt vni-
uerſalia,quia repreſentant ſingularia non diſcrete , ſed
cōiter.Nec eſt idem repreſentare aliquid cōiter : & re-
preſentare aliquod cōe, veluti non eſt idem ſignifica-
re vel repreſentare aliquale, & aliqualiter . Hæc.n.di-
ctio rōnale,ſignificat aliqualiter,nō autem aliquale, &
ſic hoc nomen compoſitum dicitur vniuerſale in men-
te,quia repræſentat mihi hoc vel illud compoſitū cō-
muniter,non autem diſcrete. Tunc ad dubitationes,
ad primam,ſecundam,& tertiam dico ꝙ mediū eſt ſin
gulare cōiter conceptum, ſiue per nomen communi-
ter ſignificans,vel communiter præſentans ſumptum,
& tale nō eſt impoſsibile eſſe mediū demonſtrationis.
Demonſtrat.n. Auer. intellectū non eſſe numeratum
& conſtitutum per corpus,quia tunc eſſet indiuiduum
demonſtratum:vbi conſtat indiuiduū demonſtratum
non eſſe vniuerſale , ſed ſingulare cōiter , ſiue confuſe
conceptū.Solemus.n.dicere,vnus iſtorū decem equo
rum vicit brauiū,vbi manifeſtū eſt illum terminū vnus,
nō ſumi niſi pro vno ſingulari illorum , ſed quia confu
ſe accipitur:& per terminū cōiter repreſentatiuum vel
ſignificatiuum,videtur eſſe quid cōe.Ad ſecūdam prin *Cōm.17.*
cipalem rñdet Auer.1.huius.& 12.huius, quia cōiter ma *Cōm.14*
teriæ non dari poteſt,niſi in anima, quia eſt vna nume
ro eſſentialiter,& multa numero vt in potētia . Materia
enim non habet plures materias,numero diſtinctas, de
quibus prædicari poſsit cum vna ſit oīum materia , &
propterea eius cōmunitas eſt potius receptionis, quā
prædicationis, pluralitas autem materierū eſt per for-
mas,non ꝙ ipſa ſit numerabilis . At cōmunitas formæ
eſt extra aīam,quia ipſa eſt vniuerſale in potētia : quare
illi nomini compoſitum in mente nihil rñdere poteſt
præter ſingulare niſi in forma,& non materia : & ita nō
correſpondet cōpoſitum præter indiuidua compoſita,
cæteris vero nominibus,quæ principaliter formas ſigni
ficant,poteſt reſpōdere aliquid præter indiuidua vide-
licet forma. Ad tertiam principalem dico, ꝙ quælibet
illarū eſt vera,quatenus ipſum compoſitum concipi-
tur vniuerſalius quodlibet illorum, non quatenus ſit in
ſe vniuerſalius,veluti vl'ius cōcipitur indiuiduū demon
ſtratum,quam animal , & tamen non eſt vniuerſalius.
Verbi cauſa.omne animal eſt indiuiduum demonſtra-
tum,& tamen non omne indiuiduum demonſtratum
eſt animal. Ad quartam dico,ꝙ genus generum eſt cor
pus,non vt ſumitur à compoſito,ſed à forma corporis.
forma enim corporis eſt genus generum.Illi.n.nomini
corpus,in mente quod eſt genus generum, non cōpoſi
tum,ſed forma corporis præter indiuidua correſpon-
det. Ad vltimam dico,ꝙ verbum illud eſt contra Pla
tonem,qui tenuit ſpeciem etiā ſeparatam ſm̄ eſſe ab
indiuiduis compoſitis,& contra hoc dicit ſpēm homi-
nis eſſe compoſitam,1.non ſeparatam à cōpoſito ſed eſ-
ſe compoſitum per identitatem.Multa alia dicemus in
7.de hac materia.Nunc vero tenemus tanquā proba-
bile donec aliter occurret ipſum corruptibile & gene-
rabile nulli vl'i primo competere , quia ſi alicui compe-
tat:maxime erit illi vniuerſali,quod eſt compoſitū , ſed
demonſtratū eſt illud nō eſſe vniuerſale , ſed indiuiduū
per terminum cōem ſignificatum in voce,vel repræſen
tatum in mente,igitur nulli vniuerſali primo competit.
Tunc ad rationes Ioannis dico. Ad primā ꝙ tales paſ- *Sol.rōnū Ioā.*
ſiones non de vniuerſali demonſtrantur,ſed de indiui-
duo communiter concepto , cuius poteſt eſſe ſcientia,
& definitio,vt dicitur primo de aīa . Ad ſecundam per
idem negatur antecedens. Ad probationem dico,ꝙ il- *Cōm.8.*
lud eſt ſingulare cōiter:ſiue confuſe conceptum,cui pri
mo competit,& ſic non ratione vniuerſalis ſingulare ꝑ
ſe eſt corruptibile, ſed quatenus eſt ſingulare compoſi
tum. Ad tertiā negatur etiam eodē modo antecedens.
Ad probationem dico vt ſupra , ꝙ Socrates eſt corru-
ptibilis,quatenus compoſitum,ſed compoſitum eſt ſin
gulare per terminum communem conceptum. Ad
quartam negatur minor quia illa ſunt principia cōpoſi
ti indiuidui,non quidem diſcrete tenti,quia ſic nullius
alterius,ſed cōmuniter atq; confuſe concepti vel ſigni-
ficati.Per idem ad quintam dico,ꝙ indiuidua ſunt cor-
ruptibilia ratione compoſiti , ſiue ea ratione qua com
poſita , & vlterius ratione ſingularis non diſcrete tēti,
ſed communiter , ſiue confuſe concepti vel ſignificati.

Ad

Ad ſextam per idem cōcedo maiorem,& nego minorem, quia ipſum compoſitum non eſt vl'e, ſed indiuiduum per terminum cōem ſignificatum,aut communiter conceptum. Ad ſeptimam, dico ꝙ vl'e nec eſt per ſe corruptibile, nec per ſe æternum, quia corruptibilitas & æternitas ſunt conditiones exiſtentis,modo vl'e non exiſtit niſi per ſua ſuppoſita, & ita eſt corruptibile, & æternum ob ſuppoſita. Ad formam negatur conſequētia. Ad probationem dico,ꝙ non oportet ſi aliquod ſit incorruptibile ob aliud, vt ſit de ſe corruptibile, hoc.n. habet locum circa id quod per ſe exiſtit, qualiter non eſt de vniuerſalibus. Ad octauam dico, ꝙ vl'e nec eſt corruptibile per ſe nec īcorruptibile, ſed quatenus exiſtit in ſuppoſitis,& propterea abſtrahi poteſt à corruptibilibus,quia tale abſtractum non eſt per ſe incorruptibile, niſi per accidens vt habet eſſe conceptum, & in aīa, vt dicunt peripatetici. *Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ nullum vl'e vt vl'e eſt æternum, nec corruptibile, quia tales conditiones ſunt exiſtentiæ,modo vl'e non habet exiſtentiam niſi ob indiuidua.Solent aūt vl'ia dici ęterna propterea quia habent eſſe cognitum perpetuum,etiā quia ſemper eorum ſuppoſita ſunt in quibus ipſa exiſtunt. Vel dici poteſt ſubtilius ꝙ æternum poteſt ſumi bifariam. Vno modo pro eo quod exiſtit in omni differentia temporis, & hoc pacto vl'e non eſt per ſe ęternum, quia talis æternitas non eſt niſi exiſtentis. Alio modo poteſt capi æternū priuatiue pro eo quod in nulla differētia temporis deficit, & hoc pacto vniuerſale poteſt eſſe per ſe æternum, quia ea rōne qua vl'e in nulla dr̄ia temporis deficit, nec æternitas hoc modo eſt conditio exiſtentis. *Excerptum de æternitate vniuerſalium.* Ex his patet qualiter vl'ia ſunt per ſe æterna & incorruptibilia hoc modo,per accidens autem æterna & corruptibilia alio modo. Hæc Ioan.non aīaduertit.Et de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Solutio ad primam. TVNC ad rōnes factas in principio. Ad primam patet ſolutio. quia Ariſto.loquitur de praxe & gn̄atione modo intellectio nec eſt praxis,nec gn̄atio. *Solutio ad ſecundam aliquorū.* Ad ſecundam reſpondent aliqui ꝙ ſubm̄ ipſius moueri ſingularis eſt ſingulare, & tunc negatur ab eis ſecūda conſequentia,quia nec hoc nec illud moueri ſcitur,quia hoc & illud non niſi ſingulari competit,tamen ab hoc & ab illo atq; etiam ab omnibus moueri poteſt abſtrahi vnū cōe moueri quæ eſt paſsio per ſe prima alicuius ſubiecti in ſcientia vtpote ſubiecti naturalis philoſophiæ. Hanc ſorōnem probant: quia ipſum moueri ineſt vniuoce,pluribus,& non vni per alterum, nec alteri per alterum:igitur eis inerit per tertium, cui per ſe primo cōuenit. *Obiectio.* Sed quidam obiiciunt: ſupponendo ꝙ eſt dr̄ia inter accidens cōe & propriū,qm̄ accn̄s proprium fluit à principiis,ſpēi,& per ſe primo competit vl'i,ſed accn̄s commune primo fluit à principiis indiuidui, & primo competit ſingulari. Tunc arguunt ꝙ ſi eſſet vt dicūt, nulla differentia eſſet inter accn̄s,proprium & cōe,quia ab hoc moueri & ab illo moueri per eos abſtrahit̄ vnū cōe moueri, quod competit ſubiecto vl'i per ſe primo, & ita eſſet accidens proprium. *Solutio nouiſſimi.* Reſpondent nouiſsimi fautores, per moueri cōe non actum, ſed aptitudinem eſt intelligendum,nam ipſum moueri ſumptū pro actu eſt accidens per accidens, & de hoc concludit rō illorum.Sumptum autem pro aptitudine ſic eſt accidens proprium,hoc pacto eſt intelligēdum quando dicitur ab hoc moueri & illo eſſe abſtrahibile vnū cōmune moueri qđ cōpetit p ſe primo ſubto naturalis philoſophię.

Confutatio. Sed hæc ſolutio eſt fuga, & nō ad mentem authoris, quem enituntur defendere.Primo,quia author loquit̄ de moueri,qđ eſt actus & ope ratio,quia de illo deducit ꝙ ſi competeret ſingulari,non eſſet ſcibile.Vnde author quē defendunt arguebat,ſi actus & opatio ſint circa ſingulare,tūc ſingulare eſſet ſubiectū illorū,& ita iſti tales actus nō eſſent ſcibiles.cui author rn̄dit ꝙ ſunt ſcibiles quatenus abſtrahitur vnū cōe oībus, quod cōpetit alicui ſubiecto cōi.Si igitur illud cōe non ab actibus eſſet abſtrahibile,ſed ab aptitudinibus, vt dicūt nouiſsimi, tunc adhuc argumentū ſtaret,videlicet ꝙ actus illi vt motus,& tales non ſunt ſcibiles. Præterea author in gloſſando propoſitionē dicit ꝙ vera eſt propō Ariſto. de actibus tranſeuntibus,& hoc ſm̄ ꝙ exiſtūt in rebus, & habent eſſe exiſtentiæ,non aūt ſm̄ ꝙ cōſideratur ab intellectu & habent eſſe cognitum, & exponēs ſe dicit. Dixi aūt vt exiſtunt in rebus extra,& non ſm̄ ꝙ conſiderātur ab intellectu, quia actus vl'is,& conſideratus ab intellectu reſpicit obiectū vl'e,& remittit ſe ad id qđ dicēt inferius reſpondendo,ecce quod loquit̄ de actu, & non de aptitudine. Præterea ratio authoris procedit de actu,arguit.n.quod ineſt multis vniuoce & non vni per alterum,oportet ꝙ primo inſit vni cōmuni illis per cuius naturā inſit illis multis. Minorē aſſumit de actu, & dicit.omnis.n.actus vt vl'is & in conſideratione intellectus exiſtēs eſt circa obiectū vl'e & non ſingulare, & remittit ſe ad illud quod dixit gloſſando propoſitionem.Ex his clare conſtat iſtos nouiſsimos non ſoluiſſe ſed euaſiſſe. *Sol.propria.* Propterea dico iuxta peripateticorum determinationem,ꝙ actus diſcrete ſumptus ineſt ſingulari diſcrete ſumpto, fluitq; à principijs illius, actus vero communiter & confuſe ſumptus, cōpetit primo ſingulari cōmuniter atq; confuſe ſumpto, vt compoſito, quod quidem eſt ſingulare ſed per terminum cōem ſignificatur,atq; concipitur vl'r, & de ſingulari hoc pacto accepto eſſe poſſunt demonſtrationes & definitiones,vt diximus:& ita ratio non procedit. Ad tertiā reſpondent aliqui negando vltimam conſequentiam, nā potentiæ non diſtinguunt̄ per obiecta ſub quauis vnitate,ſed ſub vnitate generis, de quo erit ſtatim diſputatio ſequens,& ſic color non diſtinguit viſum ab auditu per rationem ſingularitatis,ſed per naturam cōmunem oībus coloribus. *Quæ de vniuerſalibus tradunt aliqui.* Et ſi petatur ab eis quæ ſit hæc natura cōis,generis vel ſpeciei,reſpondent ꝙ eſt quædam natura realis alia,non dico ſm̄ rem ſed ex natura rei, hoc eſt præter operationē intellectus, ab oībus indiuiduis: vna vnitate reali,non dico tanta quanta eſt vnitas indiuidui:quæ non competit niſi vni numero duntaxat, nec ita ampla vt vl'is vnitas,quia illa vnitas vl'is eſt actu in pluribus,ſed eſt minor vnitate numerali quatenus poteſtate ſaltē poteſt eſſe in pluribus, maior vero vnitate vniuerſalis, quatenus actu non ineſt pluribus. Et pro intellectu opinionis iſtorum animaduerſione dignum iſtos velle omnibus terminis ſiue noībus primæ intentionis cōibus vt ſunt animal, homo, equus, & id genus,in mente,voce,vel ſcripto corrn̄dere in re aliq̄ naturā præter indiuidua,præter dico ex parte rei, & nō p intelľm,tm̄ ita vt actu ſit inter illam & indiuidua diſtinctio,quę natura nō eſt materia,nec forma,ſed eſſentia cōpoſiti,vtpote humanitas,vľ eqnitas:Vlterius debes ſcire ꝙ triplex eſt vnitas,vt maxīa,veluti vnitas indiuidui,hæc.n.maxima eſt,qa nulli alteri cōicabilis, ſed dūtaxat vni numero. Alia minima & hæc ē vnitas vl'is actu ab intelľu cōcepti vt pdicatū de oībus cōtētis,quę

minima & fere nulla eſt, quia actu tale vl'e. v. g. homo conſideratus vt prædicatum de omnibus hominibus, eſt potius multiplicatum, quàm vnum, & hac rōne minima eſt. Tertia eſt vnitas media, vt illius quod actu non conſideratur in pluribus, ſed poteſtatiue eſt vnum: quatenus pōt actu cōparari pluribus. Verbi cauſa: vnitas aquæ maris, eſt minor vnitate aquæ vnius vrceoli, quia illa aqua vrceoli non pōt eſſe niſi vnius vrceoli: ergo eſt vniſsima, vt ita loquar. Illa maris eſt vna actu quia loci maritimi totius, verum poteſtate poteſt eſſe cōis pluribus vrceolis. Ex his ſequitur poſitio eorū ꝙ nominibus cōibus primæ intentionis in voce mēte, vel ſcripto rn̄det in re aliqua natura: ꝑter ſingularia, quę eſt præter ſingularia etiam nullo intellu conſiderante: quæ quidem natura, nec eſt forma, nec materia, ſed eſſentia totius ex cōpoſitione materię & formæ reſultans, cuius vnitas eſt realis: veluti & ipſa natura eſt realis: media inter vnitatem numeralem, quatenus eſt minor illa, q̄a ſaltē poteſtate poteſt fieri in pluribus, & vnitatem vl'is actu concepti in pluribus quod eſt prædicatum de oībus, & hoc, quia actu non eſt in pluribus. Et quia exēpla magis mouent q̄ verba exemplum afferamus, in Nipho eſt humanitas, quæ reſpondet huic nomini homo in mente ſcripto vel voce, in mente, vt primum repreſentatum per tale nomen in mente, in voce, vt primum ſignificatum per tale nomen in voce vel ſcripto. Eſt ēt in Nipho Nipheitas quædam, qua dicitur non mō homo: ſed Niphus: quæque rn̄det huic nomini Niphus in mente, voce, vel ſcripto. Humanitas quidē Niphi, actu vna eſt vnitate Nipheitatis, quia actu eſt ita Niphi, ꝙ non alterius. Sed quia eſt apta concipi ab intellectu ſine Nipheitate, hac ratione poteſtate apta eſt effici in pluribus, ſaltem pro tunc, cum per intellectum ſine Nipheitate concipitur. Nipheitas vero quia nec per intellectum: nec alio quouis modo pōt effici in pluribus alijs, quam in Nipho, fit vt humanitas illa ſaltem poteſtate ſit pluribus communicabilis, igitur ſua vnitas erit minor vnitate Nipheitatis, quia ſaltē poteſtate recedit ab illa: & accedit ad multitudinem. Maior autem illa hominis actu concepti in pluribus: quia homo conceptus in pluribus actu eſt multitudo quædā, & eatenus vnus, quatenus poteſtate pōt nō cōcipi actu in pluribus, inter āt has vnitates medias eſt dare gradus apud hos, quia minima omnium eſt vnitas entis, maxima vero vnitas ſpeciei. Hanc eorum poſitionem diſputabimus in. 7. Nunc vero tres rationes colligi poſſunt pro hac parte ab eis. Prima, quia ſi non daretur hæc natura ſic media vnitate vna, intellectus non poſsit moueri ad formandum aliquod commune actu, pluribus, abſtractum ab omnibus, quia nō mouetur à ſingularitate, vtpote à Nipheitate, quia illa non mouet niſi ad formandam intentionem vni tantum communem. Secundo ſi non daretur hæc natura media, tunc vniuerſale eſſet pura fictio, q̄a conceptioni vniuerſali, non correſpōderet Nipheitas, igitur ſi non natura humana alia à Nipheitate, tūc eſſet fictio. Tertio circunſcripto omni opere intellectus inter hanc albedinem, & illam eſt maior conuenientia, q̄ inter hanc albedinem, & illam nigredinem. Sed conuenientia eſt relatio realis, igitur fundamentum eſt reale, ſed fundamentum non eſt niſi illa natura media, & nullum ſingulare: igitur illa eſt præter operationem intellectus alia à ſingularibus. *Quæ Thomæ ſectatores.* Quidam vero ſectatores Thomæ, cum illis concedunt hanc naturam, volūt enim illi nomini in mente, homo, reſpondere in re humanitatē: quæ nec eſt materia nec forma & non Nipheitatem: illi vero nomini Niphus Nipheitatem, non humanitatem. Sed hoc duntaxat diſcrepant, quia volunt diſtinctionē hanc tandiu eſſe, quandiu durat conceptio hæc repreſentatiua humanitatis, ꝙ non Nipheitatis, & ita concludunt nullam eſſe actualem diſtinctionem inter humanitatem & Nipheitatem, tametſi complures huius opinionis afferant inter naturam illam & Nipheitatem eſſe diſtinctionem aptitudinalem: quàm olfeciſſe Thomam ſentiunt dum dixit eſſe nonnullam diſtinctionem rationis: quæ eſt rei ratiocinabilis, & non animæ ratiocinantis. Alij aliquantulo audentiores conceſſerunt *Pō Burleicorū* naturam illam eſſe ſm̄ eſſe & rem diſtinctam à Nipheitate, quia ipſi nullam aliam perceperunt diſtinctionem pręter realem, & rationalem. Sed hoc ſolo à Platone aſſerunt ſe diſcrepare, ꝙ Plato tales naturas poſuit ſeparatas, & non communicatas ſingularibus ſubſiſtentes per ſe, & non coexiſtentes indiuiduis. At iſti communicatas, & non per ſe exiſtentes concedunt. Alij vt logici *Pō logicorum.* nominibus communibus, vt ſunt animal, & homo, & id genus: nihil præter ſingularia dixerunt correſpōdere, ſiue ipſa in mente, ſiue in voce, vel ſcripto habeātur, & ſic vl'ia terminos, ſiue nomina eſſe fatentur. Auer. au- *Pō Auer.* tem de nominibus diſtinguere cogitur. nam alia nomina ſunt quæ principaliter ſunt impoſita ad ſignificandum formas, ex conſequenti compoſitum vel materiā. Verbi cauſa, in accidentibus: album & nigrū, hæc principaliter impoſita ſunt ad ſignificandum formas, & ex conſequenti ſubiecta, vt dicitur. 5. huius, in ſubſtantijs *Cōm. 14.* vero animal, homo, & id genus, homo. n. nō ſignificat principaliter niſi aīam rationalem & conſequenter cōpoſitum, vt dicitur. 7. huius. Alia ſunt nomina principa- *Cōm. 28.* liter impoſita ad ſignificandum compoſita. Verbi cauſa in accidentibus ſunt homo albus, corpus ſphæricum linea recta, & id genus. In ſubſtantijs ſunt corpus aīatum, compoſitum ex materia & forma, miſtū: & id genus. Tunc apud Auer. dicendum eſt, quod nominibus primo modo ſi ſumantur in mente, vel in voce, reſpondet aliquid præter ſingularia compoſita, vt forma, quæ dicitur vl'e in potentia apud Auer. vbiq;, & ſic vl'ia hoc pacto non ſunt nomina tantū, vel termini tm̄, vt logici credunt, nec propter hoc oportet concedere formam hominis eſſe hominem, ſicut non oportet concedere albedinem eſſe albam licet principale ſignificatum illius ſit. Si vero ſumantur nomina ſecundo modo in voce ſcripto vel in mente, ſic illis nihil præter ſingularia compoſita rn̄dere poteſt per ſe, hoc autem pro tanto eſt, quia materia non poteſt eſſe pars vl'is, quia ſic poſſet inueniri cōis pluribus materiebus, hoc aūt eſt impoſſibile, quia omniū vna eſt dūtaxat materia, nulli niſi ſibi communis per prędicationem licet pluribus per ſubiectionem, quia eſt in potentia ad recipiendum oēs formas, & hoc pacto vniuerſalia non ſunt niſi termini, vel nomina in voce ſcripto, vel in mēte, in re vero ſunt ipſa ſingularia tm̄, & ſic conuenit cum logicis. Hæc Auer. Volui autem hæc narraſſe tantum, quia in. 7. diſputabuntur ad amuxim. Verum rationes dictæ non cogūt. Ad primam dicimus, ꝙ intellectus ſm̄ Auer. mouetur ad cauſandum illud commune à forma, quæ eſt alia ſm̄ rem à compoſito ſingulari eo modo videlicet quo totū differt à parte. Vel dici poteſt ſm̄ alias poſitiones ꝙ illud commune cauſatur partialiter à phantaſmate ſingulari, & ab intellectu agēte vl'i, & inde reſultat quædā ſpēs ſiue intentio in mente repræſentās commune vel

communiter.

cõiter. Ad ſecundam dicendũ illi communi conceptioni correſpondere formã quæ eſt præter ſingularia, vel ſm alios correſpondet natura, quæ tunc eſt alia, videlicet dum cõſideratur, vel ſm alios ei correſpondent omnia ſingularia eiuſdem ſpeciei, quæ per eandẽ ſunt conceptionẽ repreſentabilia. Ad tertiã dic ſm Auer. quod eſt maior conuenientia, quia forma. Vel ſecundũ alios dic, ꝙ præter operationẽ intellectus nec maior nec minor conuenientia eſt formalis, quia hæc eſt intentionale quid eſt tamẽ maior ſubiectiua quia illa poſſunt eſſe maioris conueniẽtie formalis ſubiecta. Hæc de his. Sed ad tertiam rationẽ aliter reſpondeo ſm nos, cõcedo ꝙ obiectum eſſet ſingulare, ſumẽdo actũ pro generatione, vel praxe, obiectũ pro paſſo. Modo de ſenſationibus nõ loquiť Ariſt. quia nec eſt praxis, nec generatio.

Ad quartam dicendum: ꝙ per ſyllogiſmum expoſitorium nunq̃ ſyllogizatur niſi cõcluſio particularis, & ita in illa, ille terminus homo nõ niſi in parte tenetur pro aliquo homine. Ad quintam dico ꝙ actus diſcrete conceptus eſt circa ſingulare diſcrete tentum, actus vniuerſaliter, ſiue cõiter, aut cõfuſe ſumptus eſt ſingularis etiã confuſe vel vniuerſaliter cõcepti. Ad ſextã dico ꝙ cauſa vniuerſalis non dicitur quia ſit effectus vniuerſalis, ſed quia nõ vnius quin plurium, vt ipſum cœlũ, & hoc pacto pro nunc concedo: verum alibi aliter dicam. Ad ſeptimam & nonam patuit ſolutio. Ad octauam dico ꝙ ſiue promiſsio ſit rei vl'is, ſiue ſingularis confuſe concepti, hoc nihil ad rem. Nã promiſsio & obligatio non ſunt generationes, de quibus Ariſt. loquitur in textu, & propterea nihil ad rem. Aiaduerte ꝙ fieri ſolet hic paralogiſmus Socrates per ſe ſanatur, Socrates per ſe eſt homo, igitur homo per ſe ſanatur, vt fuit tactũ in quarta argumentatione ante oppoſitũ. Et tunc ex his concluditur ꝙ homo cõis erit cui primo competit actus.

Dubiũ circa paralogiſmum.

Ad hunc igitur paralogiſmum reſpondẽt aliqui multifariam. Primo dicunt hunc non tenere quia eſt ex duabus ſingularibus vel definitis. Sed hæc ſolutio friuola eſt qa hic ſyllogiſmus eſt expoſitorius, hoc pacto, videlicet hoc demonſtrando Socratẽ per ſe ſanatur hoc demonſtrando eundem per ſe eſt homo: igitur homo per ſe ſanatur. Modo ex ſingularibus expoſitorie licet ſyllogiçari, vt.1.prio. tactum eſt. Secundo dicunt ꝙ licet ex neceſſarijs, non niſi neceſſarium ſyllogiçatur, ex propoſitionibus per ſe, poteſt ſyllogizari cõcluſio per accidẽs, rationem primi reddunt, quia aliter poſſet antecedens eſſe verum ſine conſequente, rõnem ſecundi aſsignãt primo, quia añs põt eſſe cã cõſequẽtis & nõ ecõtra: igitur poteſt eſſe per ſe, dato ꝙ conſequens ſit per accñs, quia per ſe eſt æquale cauſæ. Secũdo ſubiectum poteſt eſſe cauſa quare prædicatum ſibi competit, & nõ econtra, prædicatum per ſe cauſa quare ſubiectum ſibi competat. Tum quia per ſe non conuertitur in per ſe. Tum quia ſi per ſe conuerteretur in per ſe. vniuerſalis affirmatiua poſſet in terminis conuerti, arguũt igitur ſubiectũ poteſt eſſe cauſa quare prædicatum ſibi ineſt, igitur ſtat antecedens eſſe per ſe, & conſequens per accidens. Tertio non oportet ſi duo in vna cauſa tertia conueniãt ipſa eſſe ſibi inuicẽ cauſas, & ſic licet Socra. habeat cauſam quare ſibi ineſt ſanitas, & cauſam quare ſibi ineſt homo nõ propterea homo habet cauſam quare ſibi ineſt ipſum ſanari. Sed hæc ſol. non procedit per veras rationes. prima quidem non, primo quia antecedens põt eſſe cauſa illatiua conſequentis, at conſequens eſſe põt cauſa eſſendi antecedens vt ſit in demõſtratione ſigni. Secundo dato ꝙ antecedens ſit cauſa per ſe conſequentis, non ꝓp hoc ſequitur ipſum poſſe eſſe per ſe, & cõſequens non per ſe, non.n. video vnde valet, a pari.n. arguerem antecedens eſt cauſa cõſequentis, igitur poteſt eſſe neceſſarium & conſequens non neceſſarium: & ſi non valet, detur cauſa differentiæ. Secunda ratio minime, quia ſiue prædicatum nõ ſit cauſa: ſiue ſit cauſa, amplius ſiue ſubiectum ſit cauſa quare prędicatũ ſibi ineſt ſiue non, nihil eſt ad per ſe, non.n. oportet per ſe eſſe æquale cauſæ, vt patet per oẽs græcos expoſitores, qui dicunt duo eſſe ipſius per ſe ſignificata: quæ pertinent ad prædicata. Tertium pertinet ad eſſe, quartum tantũ ad cauſam, & ſic põt aliquod ꝑ ſe prædicari de aliquo, dato ꝙ in ſubiecto nulla poſsit aſsignari cauſa inherentiæ. vt in hac, linea eſt ex punctis, quæ eſt per ſe primo modo, vel rectũ eſt linea quæ eſt per ſe ſecundo modo. Præterea falſum eſt ꝙ per ſe non conuertatur in per ſe, quia licet non conuertatur in per ſe eiuſdem modi põt conuerti in per ſe ſm diuerſos modos. Hæc.n. eſt per ſe ſecundo modo, naſus eſt ſymmus, illa per ſe primo modo ſymmum eſt naſus. Amplius concedo ſi per ſe conuertitur in per ſe, vniuerſalem affirmatiuã conuerti in terminis, nõ inquantũ vl'is affirmatiua, ſed inquantum per ſe, vel forte non ſemper quia omne ſymmũ eſt naſus, naſus aũt non oĩs eſt ſymmus tertia nihil eſt, quia ſiue conueniant in cauſa tertia, & differant inter ſe ratione cauſæ per hoc non ſequitur ex per ſe poſſe ſequi non per ſe, qm̃ ipſum per ſe non eſt æquale cauſæ. Vtrũ vero ex per ſe poſsit ſequi nõ per ſe, eſt non manifeſtũ.

Vtrum ex ambabus ꝑ ſe ſequatur.

Si.n. ipſum non per ſe ſumatur pro eo quod eſt per accidens. Dico ꝙ ex propoſitionibus per ſe nõ põt ſequi concluſio non per ſe, hoc eſt concluſio per accidens,

Concluſio ꝑ ſe.

declaratur, quia tũc ex ambabus neceſſarijs concluſio ſyllogizari poſſet cõtingens contra Ariſt.1.prior. & deducitur quia propoſitiones eſſent neceſſariæ ambæ, qa ambæ per ſe. eſt.n. omne per ſe, ſaltem neceſſarium & de omni. Concluſio ex quo eſt per accidens, eſſet contingens quia oẽ per accidens põt non eſſe, vel ſaltẽ eſt contingens. At ſi ipſum non per ſe ſumatur cõiter vt diſtinguunť contra per ſe, ſic ex ambabus ꝑ ſe põt ſequi concluſio non per ſe deduciť, quia ex ambabus per ſe põt ſequi cõcluſio neceſſaria & nõ per ſe. Bene.n. valet de per ſe oẽ aquilũ eſt curuũ, de per ſe oĩs naſus rapacis auis eſt aquilus, igitur neceſſario oĩs naſus rapacis auis eſt curuus, nõ aũt per ſe. In iſto ſyllogiſmo maior propoſitio eſt per ſe primo modo. Secunda propoſitio eſt ꝑ ſe ſecundo modo, & tñ concluſio nullius eſt modi ꝑ ſe, cũ curuitas ſit accidens naſi auis rapacis. Cauſa autẽ quare ex ambabus per ſe põt ſequi concluſio nõ per ſe hoc pacto perquiratur.2.prior. nũc aũt ſat ſit regulam per inſtantiam aperuiſſe. Venio igitur ad paralogiſmũ & dico primo cõcedendo ambas ꝓpoſitiones, & nego cõſequentiam, cã eſt quia ex ambabus ꝑ ſe, põt ſequi nõ per ſe. vt dictũ eſt nũc. Secundo dato ꝙ valeat, cõcedo ꝙ hõ ꝑ ſe ſanať, & qñ arguiť homo ꝑ ſe ſanatur, homo eſt vl'is, igiť vl'e per ſe ſanatur. Dico primo ꝙ eſt fallacia accidentis, nã vt logici exclamant in prima: homo ſupponiť ꝑſonaliter pro Socra. Nipho vel Platone. In ſecũda aũt ſupponit aut ſimpl'r, aut material'r & ſic variať ſuppõ. Scdo dico ꝙ dato ꝙ hõ ꝑ ſe ſaneť, & homo ſit vl'is, ex vna per ſe & altera per accñs nõ ſequiť concluſio per ſe modo illa eſt per ſe, homo ſanatur, hæc ꝑ accñs, hõ eſt vl'is, pñt etiã cõſiderari alij errores quos prætermitto, quia nimis exiui. Hæc de.8. diſpu.

Sol propria.

Solutio aliquorum. Prima. *Confutatio.* *Solutio.2.* *Confutatio.*

Amplius autem ſenſuum neque vnum ſapientiam eſſe ponimus cum his ſingulorum cognitiones maxime proprie ſint &c. Tex.

DISPVTATIO NONA
De Obiecto ſenſus & Intellectus, in duas Quæſtiones diuiſa.

1 *Num primum obiectum ſenſus ſit ſub ratione, qua vniuerſale, vel ſingulare.*

2 *Num obiectum intellectus ſit ens.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Anto. and.

QVod ſub rõne qua ſingulare arguũt primo, qa in textu dicitur ſingulariũ apprehẽſiones ſenſibus conuenire. Scd̃o dicĩ lib. de aĩa. 2. ſingulare dũ ſentitur vl̃e dũ intelligitur. Tertio ſi obiectũ erit ſenſus quatenus vl̃e, tunc idẽ erit obiectũ ſenſus: & intell̃s. Quarto actus eſt obiecti ſingularis, igitur & potẽtia, quia eiuſdem eſt potentia cuius eſt actus, vt dicĩ in lib. de ſomno. Quinto nullum eſt vl̃e ante ſenſum, qa intellectus eſt qui agit in rebus vl̃itatẽ, vt dicĩ. 1. de aĩa, & 12. huius, igitur nihil inquantũ vl̃e poteſt eſſe obiectum ſenſus. Sexto color eſt obiectum primum ſenſus inquantũ vl̃is, hæc albedo eſt color, igĩ hæc albedo eſt obiectum primũ ſenſus inquantũ vl̃is, cõcluſio eſt falſa, & non minor, igitur maior. Modus ſyllogizandi eſt ex maiore reduplicatiua, & minore abſoluta, vt dicitur. 1. Prio. Septimo qa ſi ſic, tunc alicuius potẽtiæ eſſet aliqd' primũ obiectum, quod nunquã attingeretur à tali potẽtia, vel ſaltem eſſet alicuius potentiæ aliquod ob̃m ſub aliqua rõne, ſub qua nunquã attingeretur, quod eſt impoſ̃e, & deducĩ conſequentia qa ſenſus nihil cognoſcit niſi ſentiẽdo, ſentire nunquã eſt niſi ſingularis. In oppoſitum arguunt primo per Ariſt. 1. Poſte. vbi dicit ꝙ ſenſus eſt vl̃is, vt hoĩs. ſentire eſt ſingularis, vt Calliæ. Scd̃o vt materiæ potentia reſpicit formam, vt forma, & recipit hanc vel illam formã, ſic ſenſus reſpicit primo colorem, ſentit aũt hoc vel illud coloratũ. Tertio quod eſt eiuſdẽ rõnis in oĩbus non videtur rõ ſentiẽdi in aliquo, ſed ſingularitas eſt eiuſdẽ rõnis in colore & ſono, igitur nullius illorũ erit rõ ſentiendi. Quarto vel hæc ſingularitas eſt rõ ſentiendi, vel quæ ab oĩbus abſtrahitur, non hæc quia tunc non niſi vnũ ſingulare ſentiretur. Si quæ omnibus communis: igitur vniuerſale eſt rõ ſentiendi.

Rõnes noſtræ. Cõm. 8. Cõm. 4.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quid obiectũ.

OBIECTVM quod apud Ariſt. nonnunquã Hypocimenon dicĩ: illud eſt: quod aut recipit à potentia, aut agit in potentiam: aut intenditur principaliter à potentia tanquam id quod terminat actum potentiæ. Dicitur quidẽ ignis obiectum combuſtibile, quatenus recipit ab igne, cibus quoq; obiectũ nutritiuæ virtutis dr̃ in li. de generatione, & de anima, eadem ratione, qa recipit à virtute. Dicimus aũt ſonũ obiectũ auditus, quia agit in illum. Signũ aũt quia ſi nimis excreuerit, diſſoluit auditum. Præterea dicimus formã terminũ atq; obiectũ agentis eiuſq; actionis, qm̃ ab illo intendĩ primo, quaúe habita ceſſat eius actio. Vtrũ vero de rõne obiecti ſit primo mouere, vel pati, aut primo intendi, ad librũ de aĩa ſpectat. Obiectũ bifarium eſt, primũ quidem: atque adæquatũ, quod nec excedit, nec exceditur à potẽtia, & eſt id rõne cuius vnũquodq; mouet vel mouetur à potentia, vt ſonus in auditu. Aliud ſecundariũ, & eſt omne contentum ſub ſubiecto, vel oẽ illud quod nõ tm̃ agit: vel patitur à potentia, quid aũt ſenſus ſit, ſuperius declarauimus. Vl̃e autẽ aliud eſt in cauſando, vt Deus, qui non tm̃ eſt vnius cauſa ſed oĩum, & hoc dicitur vl̃e ante rem & cauſa vl̃is. Aliud in prædicando, ſiue repreſentando ſiue ſignificando, vt iſtud nomẽ compoſitũ in mẽte vel in voce, ꝙ nomen proprie non dicitur vl̃e, ſed cõe, quia nihil cõe ſignificans aut repñtans præter ſingularia compoſita, ſed bene cõiter plura ſignificat, vt patuit. Aliud dicitur vl̃e in eſſendo, vt vniuſcuiuſq; forma. Verbi cauſa aĩalium anima, corporum corporeitas, hoĩum rõnalis aĩa, coloratorum color: & id genus. Simili mõ de ſingulari põt diſtingui. Vel põt diſtingui de vniuerſali al̃r, quia poteſt ſumi vel pro intentione, vtpote pro hoĩe intellecto actu in pluribus, hoc eſt vt prædicatũ de pluribus, vel pro re, vtpote pro forma hoĩs, quæ eſt præter ſingularia humana, quę licet nõ intelligaĩ actu, vt p̃dicatũ de pluribus, eſt res apta concipi: vt p̃dicatũ tale. Inq̃tum vt diximus ſup̃ius, põt capi reduplicatiue reduplicãdo modũ intelligẽdi: vel reduplicãdo cãm vel cõſequentiã, vt alibi. Ex his ſequiĩ ꝙ ſenſus qõnis eſt, vtrũ id qd̃ ſentiĩ ab aliqua potẽtia, ſentiaĩ ſub rõne qua hoc: vel illud, an ſub rõne cõi huic & illi. Exẽplũ eſt vtrũ hoc coloratũ ꝙ vr̃: videaĩ ſub rõne qua hoc coloratũ an ſub rõne qua coloratũ, & hoc ſonorũ quod audiĩ, vtrũ audiaĩ ſub rõne qua hoc ſonorum, vel ſub rõne ſonori. Cã autem eſt quia in qõne vl̃e ſumptũ eſt pro prima intentione. Sil̃r ſenſus illius eſt vtrum color ſit primũ obiectum viſus, vt hic vel ille color, an vt color vl̃is huic & illi. Oẽs. n. iſti ſenſus in idem concidunt, & p̃pea quouis mõ diſputatio formetur. Ad idẽ venit, Hæc de titu.

Vl̃e quot modis.

Intellectus diſputationis.

Quotuplex obiectum.

CAPVT POSITIONVM SECVNDVM.

Poſitio aliqui.

DE quęſito aliqui ſentiunt obiectum primum viſus eſſe colorem, qui eſt aliquid reale præter ſingulares colores non realiter, ſed ex natura rei diſtinctus ab illis, cuiq; rñdet vnitas media minor, videlicet, vnitate ſingularis coloris. maior vero vnitate actu vl̃is. Et conſequẽter dicunt in ipſo ſenſato, vt verbi cauſa in ſeipſo colorato: quod videĩ. Aliud eſſe quod videtur, aliud rõnem videndi, ſine qua ſentiĩ, & videtur. Aliud conditionẽ ſenſati, ſine qua videlicet non videretur. Id. n. quod vr̃ coloratũ eſt, nam ſingulare dum ſentitur, rõ vero videndi, quaúe ipſum vr̃ vel ſentitur color eſt, non hic vel ille, ſed color præter oẽs hos ex natura rei diſtinctus ab oĩbus illis, cuius vnitas eſt media, vt dictum eſt. Nã à coloratum non videtur ſub rõne ſoni, vel ſaporis, nec ſub rõne huius vel illius colorati, igĩ ſub rõne coloris. Condõ vero ſenſati ſiue ſine qua non videreĩ: eſt ſingularitas illius, q̃ hecceitatem appellant, nam niſi coloratũ eſſet hoc, non videretur. Ex his ſequiĩ ſolutio diſputationis, videlicet, ꝙ primũ obiectũ cuiuſq; ſenſus ſit ſub rõne qua vl̃e, non quidem actu, quia tale eſt ens intẽtionale, ſed ſub rõne qua vl̃e aptitudine remota. Ampli⁹ ſequiĩ rõnem ſentiendi in quouis ſenſu, non eſſe ſingularitatẽ nec vl̃itatem actu ſed naturã mediã præter ſingularitates, & minus vl̃itate. Hæc illi, quorum rõnes dictæ ſunt in dubitationibus. Hæc põ non poteſt refelli, niſi fundamentũ eius confuteĩ, hęc. n. proficiſciĩ ex eorũ poſitione de vl̃ibus, cum. n. ipſi vl̃ia ſenſerint eſſe non modo in intellectu intẽtiones, ſed in re naturas media, inter actu vl̃ia, & actu ſingularia, de obiectis potentiarum conſequenter bene, atq; perite loquuntur: Propterea ſi quis hãc põnem intẽdit refellere, oportet fundamentũ eorũ elidere, hoc ãt elideĩ in. 7. ideo vſq; ad illud tp̃s p̃termittatur. Verũ illud vnũ non eſt prætereundũ, ſi iſti ponũt ſenſata oĩum ſenſuum eſſe ſingularia cõpoſita, vt à viſu coloratum,

Excerp. 1.

Excerptũ. 2.

Qualis hæc.

coloratum,ab auditu ſonorum:à guſtu ſapidũ, & id genus ab alijs,& primum atq; adæquatum obiectũ id ſit, quod extrahit̃ à particularibus obiectis. Videtur ꝙ primum obiectum viſus nõ color,ſed coloratũ ſit ſtatuendum,deducitur, quia obiectum primũ & adæquatum alicuius potẽtiæ,eſt illud quod prædicat̃ de oĩbus particularibus obiectis eiuſdẽ potentiæ. At color,& formæ id genus non prædicantur de particularibus obiectis: igitur formæ tales non ſunt prima potentiarũ obiecta. Ipſi tñ pñt facile euadere, de quo nõ curo nũc vero id tm̃ ſufficiat,ꝙ ſicut nõ loquũtur ꝑipatetice de vlibus: ſic nec de põne hac. Logici aũt qui vlia terminos tm̃ eſſe perſuaſerũt,in mente quidẽ terminos primæ intentionis,ſiue intentiones vlr repreſentatiuos: in voce aũt aut ſcripto terminos primæ impõnis.& vlr ſignificatiuos.Conſequenter dixerunt nec vle,nec ſingulare eſſe adæquatũ ſenſus obiectũ.Singulare quidem nõ,qa nec hic color,nec ille eſt obm̃ æquatũ viſus. Vle vero minime quia nõ dat̃ vlis color præter ſingularia . Concedũt tamen ꝙ color eſt primum obiectum viſus:ſonus,auditus & id genus,quatenus ille terminus color pro ſeipſo in voce,vel ſcripto:vel mẽte ſumitur, quod ſupponere materialiter dicunt,nõ aũt pro aliquo colore reali,ſingulari,vel vli, ſiue in ſuppõne formali,vt ꝑ eorum regulas perſpicuum eſt, in quibus dicit̃ terminũ illum obiectum,eſſe ſecundæ intẽtionis vel impõnis,& conſequenter artat ſubiectũ ad ſuppõnem materialẽ.Ex quibus inferunt ꝙ color eſt primũ obiectũ viſus, nullus tamen color eſt primũ obiectum viſus quia hæ nõ cõtradicũt ꝑp variationẽ ſuppõnum. Sed tũc ſunt dubõnes cõtra hos.Prima quo nã modo ſenſus dicitur eſſe vniuerſalium,vt viſus vlis coloris,ſi color vlis, nihil ſit in re præter hos colores.In mentę vero ſit intentio,in voce,vox.Secũda ſi in illa, color eſt primũ obiectũ viſus: ſupponit ille terminus color pro ſeipſo termino in voce,vel ſcripto,vel in mẽte,tũc ille terminus color eſſet adæquatum obiectum viſus:& ita nõ poſſemus videre niſi illum terminũ color. Tertia.i.adæquatũ & primũ obiectũ potentiæ,vtpote viſus, quod eſt rõ ſentiendi, vel videndi,ſed iſte terminus color nõ eſt rõ ſentiendi: ſed color,igit̃ nõ iſte terminus,ſed color eſt rõ ſentiẽdi. Rñdent ad primã, ꝙ viſus eſt vlis nõ rei vlis præter ſingulares colores:ſed huius coloris,& non tm̃ huius, ſed cuiuſlibet ſpẽi eiuſdẽ. Silr auditus eſt ſoni vlis, quia eſt huius ſoni,& nõ tm̃ huius,ſed oĩs ſoni eiuſdem ſpẽi. Ad ſecundã dicũt ꝙ terminus materialiter ſuppones qñq; ſupponit pro ſeipſo tm̃,vt in hac.homo eſt dictio in illa aĩal eſt nomen,aliqñ pro ſibi ſimili in ſuppõne ꝑſonali,vt in illa.aĩal ꝑdicatur de oĩ hoĩe,ille.n.terminus aĩal, ſupponit materialiter tñ pro ſibi ſimili in ſuppõne ꝑſonali,& quãdo ſic ſupponit terminus, dicũt eſſe formandas duas propões, ĩ quarũ vna ſupponit materialiter, in altera perſonaliter,vt in illa.aĩal prædicat̃ de oĩ hoĩe, corrñdens ſua eſt:oĩs homo eſt aĩal. Ad ꝓpoſitũ dicũt ꝙ ĩ hac color eſt primũ obiectũ viſus, ille terminus color ſupponit pro ſibi ſimili, in illa omnis color eſt viſilis.vbi patet illum terminũ ſupponere pro particularibus coloribus.Similiter illi propoſitioni color eſt ratio videndi,correſpondet hæc omnis color viſilis eſt : ſub rõne qua color,multas alias captiunculas cogũtur concedere.Et omnes proficiſcuntur ex eorũ poſitionibus de vlibus, nam cum ipſi vniuerſalia ponant nomina, vel terminos.coguntur cõſequenter ad oĩa problemata de vniuerſalibus reſpondere ſaluando eorum poſitionem de vniuerſalibus,quę res nõ põt refelli,niſi vſq; ad.7.huius.Scio.n.bene poſitionem eiuſmodi non eſſe peripateticam cum nullus vſq; huc eorum quos aut legi aut audiui has protulerit opiniones. Præterea coguntur iſti concedere abmota operatione intellectus omni nullam potentiã habere aliquod obiectũ primũ : ęqua tũúe,qa illa abmota nullus eſt terminus, & ſic nihil eſſe de quo obiectũ prædicari poſsit.Multa alia etiã coguntur dicere Thomiſtę, qui præter operationem intellectus nihil commune ponunt præter ſingulare, fere coguntur dicere cum iſtis in parte,hi.n.cum oẽm vnitatẽ realẽ negent,excepta numerali dicere debent conſequenter omne obiectum ſenſus eſſe ſemper ſingulare, ſed adæquationem obiecti ad potentiã, non niſi intellectus conſiderat,qui actu vniuerſale facit præter ſingularia,qua ratione cogũtur dicere præter operationem intellectus nullum eſſe adæquatum atq; primum obiectum ſenſus.Et conſequenter ꝙ viſus & id genus non eſt rei vniuerſalis primo , ſed hoc modo:vt logici dixerunt, quatenus eſt huius, & cuiuſlibet ſimilis in ſpẽ. Amplius cogũtur dicere potentias præter operationẽ intellectus non differre per obiecta adæquata formaliter,quia nulla eſt formalis adæquatio præter actum intellectus nec primitas,nec perſeitas. Oĩa enim hæc intentionalia ſunt.Materialiter vero eſſe obiecta æquata,& prima,atq; per ſe nihil prohibet concedere iuxta hanc poſitionem. Materiale enim obiectum viſus nihil aliud erit ſm̃ hos niſi omnes colores, vt per intellectum ab illis eſt abſtrahibilis color cõmunis de omnibus prædicabilis.Et multa alia dicunt,veluti in eorum libris videre poteris. Circa quos dicimus veluti circa cæteros,videlicet ꝙ hæc poſitio ex eo ꝓficiſcitur, qđ dicunt de vniuerſalibus,ꝓpterea nihil ad hos, niſi vſq; dum de vniuerſalibus in ſeptimo diſputabimus.

Pō logicorum. *Dubões.* *Solutio.* *Pō Thomiſtarum.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PERIPATETICE ſentiẽdo & de mẽte Auer.oportet concedere cũ primis tria eſſe in oĩ ſenſatione.v.g. in viſione alicuius colorati,videlicet,id qđ videtur, & eſt cõpoſitũ ex colore & corpore, qđ proprie vr̃, quodq; proprie eſt ſingulare,conditionẽ ſine qua non videret̃. Et hanc materiã ſiue ſubiectũ dicit eſſe Auer.12 metaphy.vbi ait rẽ ſentiri ob materiã:atq; ſubm . Deducit̃ etiam ratione quia eo ſenſile perſentitur,quo eſt hoc & ſingulare,quia ſingulare dum ſentitur.Sed cum Auer. hecceitates nõ percepit:cogitur dicere ſenſile eſſe hoc & ſingulare ꝑ materiã:igit̃ materia eſt conditio ſenſilis, & cauſa ſine qua nullum põt ſenſibile ſentiri.Ratio vero ſentiendi,ſiue quæ mouet viſum eſt vle: nõ dico actu ſed poteſtate.Hoc autem eſt forma ſenſilis vt in colorato color,in ſonoro ſonus,in ſapido ſapor, & in cæteris id genus ſimili modo. Forma enim cuiuſq; compoſiti eſt vniuerſale poteſtate, quæ eſt res præter ſingularia, nam apud Auerro. omne ſingulare eſt compoſitum, forma autem cuiuſq; compoſiti eſt illius vniuerſale poteſtate,quæque eſt ſingularis actu,quia actu eſt pars cõpoſiti ſingularis, poteſtate vero vniuerſalis, qa dũ intelligitur,ipſa eſt vna actu in pluribus, & prædicans de pluribus. Ex his ſequitur ſolut. quæſtionis de mente peripateti. Concedimus enim quod primum obiectũ ſenſus ſit vniuerſale,ſub rõne qua vniuerſale, non quidem actu ſed poteſtate. Et conſequenter quòd coloratum videtur,vt coloratum coloris particeps, non vt hoc vel illud. nam formæ illi quæ eſt color præter colorata correſpondet vnitas realis, non actu vniuerſalis,

Cõm.14. *Excerptũ ſolu.*

nec ſimpliciter ſingularis:ſed media:vt dicunt primi,licet ſit aliqua dñia, quia illi volunt cõe illud reale eſſe eſſentiam totius non formam. Nos vero eſſentiam totius & formã,& vl'e in potentia idem facimus. Amplius vniuerſale reale dicimus eſſe ſcd'm rem prꝫter ſingularia, eo modo quo ſm rem cuiuſq; compoſiti forma eſt prꝫter compoſitum,igitur quod ſentitur eſt ſingulare cõpoſitum:conditio ſenſibilis eſt illius materia,ratio ſentiendi.& obiectum primum eſt forma illius ſenſibilis.

Dubitationes. Sed occurres, quia per nullam vnam rationem res eſt ſenſilis & intellectilis, quia vt potentiæ differunt, ita & rationes obiectorum debent differre: ſed ſingulare coloratũ intelligitur per eius formã hoc eſt vt forma eius eſt rõ intelligendi,qa coloratũ non inquantũ hoc intelligit̃,ſed inquantũ color, vel coloratũ, igit̃ non eſt idẽ

Com. 91. rõ ſentiẽdi. Amplius primo cœli inquit ſenſibile ꝑ formã eſſe intellectile, ꝑ materiã vero ſenſile,quãquam de his multa dicantur vt in proximo capite dicemus, nunc vero dicimus ꝙ ſecus eſt de intellectu,& ſecus de ſenſu: In intellectu enim idem eſt quod intelligitur,& ratio intelligendi ,conditio intellecti. Vnde in eo ratio intelligendi ipſa intelligitur, & cõditio intellecti ſimiliter ipſa eſt quæ intelligitur & eſt ratio intelligendi. Nam qd' proprie & per ſe intelligitur,eſt vniuerſale,& ratio qua intelligitur eſt vniuerſale, quia quatenus vniuerſale intelligitur: & conditio etiam eſt vniuerſale, quia nõ niſi eſſe vniuerſale intelligeretur. Verbi cauſa color intelligitur, & color vniuerſalis eſt ratio qua intelligitur, & niſi color eſſet vniuerſalis,non intelligeretur: hoc autẽ eſt,quia ſingularia non intelligũtur ab intellectu vt intellectus eſt, ſed mediantibus ſenſibus, vt dicitur ab

Com. 9. Auer.3.de aïa.Sic igitur in intellectu id quod intelligit̃, ratio intelligendi & cõditio rei intellectæ idem eſt ſimpliciter, in ſenſu vero ratio ſentiendi non ſentitur. nec conditio ſentiẽdi ſentitur, id.n.quod per ſe ſentitur eſt ſingulare compoſitum ex ijs, vnde patet rationes ſentiendi & intelligendi eſſe diuerſas, quia ratio intelligendi eſt vniuerſale actu,ſiue forma actu vniuerſalis, ratio ſentiendi eſt forma compoſiti ſenſibilis non actu vniuerſalis, ſed poteſtate. Et propterea hæc nõ niſi per accidens ſentiuntur, vt illius partes. Tunc ad primam dico,ꝙ minor eſt falſa,nam hoc coloratum non intelligitur,vt diximus, ſingularia non intelliguntur. Sed dices ſaltem ratio ſentiendi & ratio intelligendi non differũt, quia ratio intelligendi colorem in intellectu eſt color , & rõ intelligendi coloratũ in ſenſu eſt color, igitur rõnes hæ non differunt, & ꝑ conſequẽs nec potentiæ. Dico ꝙ differunt,quia color non eſt ratio adæquata intelligendi apud intellectum,quia non tm̃ colorẽ põt intelligere vt color,ſed æquũ vt æquus,& cætera id genus. Ad ſenſus viſus rõ adæquata eſt color, ſic igitur rõnes adæquatæ differunt, quia rõ adæquata intelligendi eſt vl'e actu ſeparatum à materia pñtia materię,& cõditionibus materiæ,rõ aũt ſentiendi eſt forma non ſeparata actu,ſed poteſtate. De hoc dr̃ alir̃, & recte vt dicemus. Ad ſcd'am dico ꝙ Auer. ꝑ illa verba tangit cõditiones, & non rõnes. Ait.n.& vult dicere ꝙ conditio oĩs rei intellectæ eſt forma ſiue vl'e. Conditio vero oĩs rei ſenſatæ eſt materia, & ſic ponit dñiam inter ſenſibile & intellectile quo ad conditiones,non aũt quo ad alia,& ratio eſt quia hoc pacto facit ad ſuum propoſitum, vt patet legenti verba eius. Hæc de dilucidatione ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ac dilucidatis ad obiecta reſpondetur. Ad primã dico, ꝙ ſingulare eſt id quod ſentitur. Ad authoritatem vero dico, ꝙ vult dicere ſentire eſſe ſingularium, tanquam eorum quæ ſentiuntur, non tñ tanquam rõnum ſentiendi. Sir̃ ad illud.2.de anima. Ad tertiam quidam reſpondent & prolixe, & non imperite iuxta eorum poſitionem. Ego tñ dico non eſſe impoſ'e idem eſſe obiectum vtriuſq; inadæquatæ. Color. n. eſt obiectum primũ ipſius ſenſus:quia eſt ratio prima ſentiendi, non autem eſt obiectum primum intellectus, quia ẽt intellectus intelligit alia. Præterea eſt alia dñia, qa color eſt ratio ſentiendi inſenſata, non.n.color cõis ſentitur:attamen color eſt rõ intelligendi intellecta. Ea quæ dicunt ſunt digna perſcrutatione, ſed non nunc, ſed alias. Ad quartam rñdent etiam concedendo idem eſſe obiectum actus,& potentiæ,ita ꝙ quemadmodum potentia viſiua habet illam naturã cõem pro obiecto videlicet colorem cõem,etiam eodem modo actus, ꝓbant primo, quia tunc non eſſet idem obiectum actus & potentiæ,quod videtur impoſsibile, eſt.n.remotum non eſſe idem obiectum intellectus, & actus intelligendi. Secundo quia tunc potentia haberet aliquod obiectum,ſub aliqua rõne,ſub qua nunquam poſſet illud apprehendere. Tertio, ſi illa natura non eſſet obiectum actus, tunc potentia apprehenderet ſuum ſenſibile ſub rõne ſingularitatis. Hoc eſt impoſ'e primo, quia viſus non diſtinguit ſuum viſile: vt eſt vnum vnitate numerali, vt patet de radio, qui videtur idem, & tamen eſt alius, atq; alius. Scd'o, quia neſcit diſcernere inter duo ſimilia per rõnem ſingularitatis, & ſic concludunt idẽ eſſe obiectũ primũ actus & potentiæ, veluti color cõis eſt obiectum viſus & ipſius viſionis. Hæc illi. Sed hæc eorum ſolutio eget conſideratione. Idem.n.eſſe obiectum primum actus & potentiæ poteſt dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ eadem ſit prima ratio ſenſus, & actus ſentiendi,ſiue ille cõis ratio ſentiatur, ſiue non, & hoc pacto verum dicunt,quia hoc coloratum non ſentitur,vt ſingulare,vt rationes eorum demonſtrant,nec quatenus hoc,ſed ſentitur qm̃ coloratum vt dicitur.2. de anima.Dicit enim Auer. ꝙ viſus non errat in colore Com. 63. vtrum ſit albus, aut niger, neq; auditus in voce vtrum ſit grauis aut acuta,ſed an ſit amicus vel inimicus, vtrũ Niphus vel Alitheus. Quare eadem eſt prima rõ obiectiua potentiæ, & actus. Alio modo põt intelligi idem eſſe obiectum primum potentiæ & actus,quod videlicet, ſentitur, & hoc non eſt verum, quia color cõis vt ſic cõis non ſentitur, eſt enim bene ratio ſentiendi non ſenſati,ſecus eſt in intellectu, in quo idem eſt ratio intelligendi & intellectum,vt vl'e eſt ratio intelligẽdi, & intelligitur. Quo igitur modo eorum reſponſio habere poteſt locum.patet ſed quicquid ſit:ſcias Ariſt.voluiſſe eiuſdem eſſe actum & potentiam vt ſubiecti, nõ autem vt obiecti, vt poteſt videri in eo loco. Ad quintam quid dicerent ipſi.patet, tamen Auer. vult nullum eſſe vniuerſale actu ante operationem intellectus,bene tamen eſſe poteſt vniuerſale in potẽtia, vt forma cuiuſq; compoſiti. Ad ſextam dico primo,ꝙ ſyllogiſmus eſt ex puris particularibus: nec maior effici poteſt vniuerſalis,quia tunc eſſet falſa.Secundo dici poteſt,ꝙ mutatur ſuppoſitio. nam color in prima ſtat ſimpliciter, in ſcd'a autem ſtat perſonaliter. Ad ſeptimam negatur conſequentia:quia viſus apprehẽdens, quicquid apprehẽdit: apprehendit ſub rõne coloris,cum quo tñ ſtat illã rõnẽ cõem, vt ſic non ſentiri niſi per accidens in ſingularibus. Rationes vero oppoſitæ non ſunt contra dilucidationem:

Dubiũ de obiecto intellectus. Pō Auic. & Sco. 1. ſen. in prologo. cidationem:etiam ſunt leues,& facilis ſolõnis. Obiter propter ea quæ dixerunt quidam in ſolutionibus dubitationum,quæri ſolet quid ſit primum obiectũ intelľus humani. Auicen.2.ſuæ meta.li.cap.1.velle videtur primum obiectũ intellectus eſſe ens.Perſuadet rem, quia prima impreſsione imprimitur in aĩa:& eſt oĩbus alijs aĩæ certius,atq; notius. Hanc poſitionẽ ſectantur quidã,& illã enitunť ꝓbare primo, qa illud debet eſſe obiectum primum intelľs,quod cõtinet oĩa intelligibilia,& de illis oĩbus prædicatur,ens eſt tale, cõtinet.n.oĩa intelligibilia poteſtate,ſiue permiſciue:& prædicatur de illis oĩbus.Secundo arguũt idẽ debet eſſe ſciæ vľiſsimæ obiectum,& intellectus,ſed obiectum meta. primũ eſt ens inquantum ens,igitur ens inquantũ ens eſſe debet primum obiectũ intellectus.Tertio quod eſt rõ quare oĩa intelliguntur:hoc eſt primum intellectus obiectũ: ſed ens eſt ratio quare omnia intelliguntur,quia quicqd intelligitur,inquantum ens intelligitur. Secundo principaliter dicunt ꝙ ens inquantum ens eſt primũ obiectum voluntatis:& hoc licet multis rõnibus probent: potiſsimum hoc probant,quia volũtas eſt virtus intellectui æquata,igitur poteſt velle omne quod intelligitur, & ſub ea ratione,qua intelligiť,& ſic põt velle ens, ſub ratione qua ens,& per conſequens oportet dicere, ꝙ vtriuſque potentiæ obiectũ æquatum erit ens. Alij fixerunt primũ obiectũ intellectus eſſe quidditatẽ ſubſtan-
2. poſitio. tiæ & forte Deum.Et hoc probant, quia ad ſubſtantiã
3. poſitio. ſiue ad Deum oĩa intelligibilia ordinãtur. Alij dixerũt primum obiectum intellectus eſſe ipſum verum. probant,quia bonum & malum ſunt in rebus:verum eſt in intellectu,vt dicitur.6.huius, & certum eſt ipſum verũ
4 poſitio. non eſſe in intellectu niſi vt obiectum. Alij dixerunt obiectum intellectus primum eſſe accidens, probant, quia illud eſt primum obiectũ intellectus mediãte quo oĩa intelligibilia intelliguntur.Tale eſt accñs, quia mediãte ipſo oĩa ſunt ſenſilia & intellectilia, vt patet.2.de
Dilucidatio poſitionis peripateti. aĩa.Sed hæc quæſtio debuit eſſe diſputatio per ſe, verũ quia à doctoribus non eſt tacta niſi obiter, nos non diffuſæ tractamus,ſed tñ dilucidando mentem peripate.

Quid Hypocimenõ obiectũ. Aĩaduerſione igitur dignum,Hypocimenon,qđ nos obiectum dicimus apud græcos authores nunq̃ intelľm eſſe niſi trifariam. Aut ſubiectum operationis agentis eo modo quo cibum Ariſto. appellat obiectũ virtutis nutritiuæ:eo quia recipit alterationẽ ab illa. Aut omne id quod agit in aliquod ſubiectũ,ſiue in aliq̃ potentiam aut eſt ratio agendi vel mouendi in illam. Qũo Ariſto. ſonum eſſe obiectum auditus appellat in.2.de aĩa, & loquẽdo hoc pacto de obiecto dicit quinque eſſe ſenſuũ obiecta,veluti & potentiæ ſunt quinque.Tertio modo obiectum peripatetici dicunt oẽm terminum principaliter intẽtum,qui per aliquam actionem habet eſſe poſt nõ eſſe, aut habere poteſt eſſe poſt non eſſe:& ſic forma dicitur obiectũ agentis. Nam ipſa actionem finit,& ipſa erat in mente agentis,& hoc pacto dici ſolet eſſe in potentia obiectiua oẽm rem anteq̃ ſit, ꝓpea quia illam per actionẽ agens intendit producere. Sic igitur tertio modo obiectum dicitur omne contentum in intentione agentis,quod per eius actionem põt produci,quoq; producto ceſſat oĩs actio eius.Quomodo non imperite dicitur finis agentis,quem ipſe intendit producere, aut ad quem nititur peruenire, eſſe obiectũ agentis, vnde & nomẽ obiecti proprie eſt,ex eo quia ſignificat id qđ intentioni primo obijcitur. Primum autem quod obijcitur eſt finis,quare non male finis cuiuſq; agentis obiectum dicitur.Immo huic propriæ conuenit verbum latinum, græcum aũt verbum quod eſt Hypocimenon propriæ ſonat qđ ſubiacet actioni, aut mouet paſſum. Nec vnq̃ aliter recolo me legiſſe obiectum à græcis eſſe definitum,nec pluribus modis eſſe acceptum. Ex his apparet non peripateticæ dici ipſum ens inquãtum ens eſſe obiectũ intellectus.Ipſum enim nõ poteſt eſſe mouens,nec ratio mouendi intellectũ, vt ſic, vt etiam ipſi cõcedunt,& probant, quia ſi ratio mouendi eſſet ens, omne ens eſſet aptum mouere intellectũ. Conſequens *Com. 10.*
eſt contra Ariſto.9.metaphy.& Auerro.ibidem, vbi dicitur id mouere intellectum duntaxat quod eſt actu, qualiter non eſt materia, quæ tamen eſt ens. Amplius ipſum non eſt ſubiectum actionis intellectus, verum enim ſubiectum atq; Hypocimenon intellectionis eſt intellectus poſsibilis. Adhuc ipſum non eſt finis intentus ab intellectu,nec eius cognitio eſt præintenta, qm̃ illa habita non ceſſat intellectus vlterius intelligere.Ipſum igitur ens non poteſt dici aliquo pacto obiectum intellectus,niſi aliquis velit inuenire obiecti aliquam aliam rõnem, quam nullus peripateticus diceret. Ad rationes eorũ dico primo ad Auicen. ꝙ dato ꝙ ens eſſet primum cognitum, non propterea eſt dicendũ obiectum intellectus,quia ſiue ſic,ſiue non,ratio obiecti nõ eſt niſi illis tribus modis,quorum nullus enti competere poteſt.Ad rationes.Ad primam negatur maior,quia ſiue prædicetur,ſiue contineat oĩa intelligibilia, nõ ab hoc ſumitur ratio obiecti. Ad ſecundam negatur maior,quia non dicitur obiectum eo quia omnia cõtinet. Præterea minor eſt falſa,quia ens non eſt obiectũ metaphyſicæ,cum nullam rationem habere poſsit illarũ triũ ad illam,ſed dicitur prædicatũ primum, vt dictũ fuit. Ad tertiam negatur maior, quia non dicitur obiectũ, ab eo quia eſt ratio intelligendi,vt viſum eſt,ſed altero trium modorum,quorum nullo modo dici poteſt ens. Præterea minor eſt falſa etiam,quia ſi ratio intelligendi eſſet ens,omne ens per ſe, eſſet per ſe intelligibile, & ita ſingulare, & materia eſſent per ſe intelligibilia quæ non concedunt peripateti. Vlterius apparet non recte dici ens eſſe primum voluntatis obiectũ, nam voluntas nec ab illius cognitione mouetur, ſed à concluſione ſyllogiſmi practici per intellectũ facta nec eius actio recipitur in ente,nec eſt finis intentus à voluntate. Præterea voluntas & intellectus non differunt apud Peripateti.niſi ratione ſiue definitione duntaxat.Intellectus.n. dicitur, vt ſyllogizans finem eſſe exequendum, voluntas autem eſt idem intellectus,vt aſſentiẽs vel diſſentiẽs executioni,nec aliter vnquam differunt.Secunda vero poſitio,ſi per obiectum ſumpſit intentum ſiue finem præconceptum,quem agens vt terminum ſuæ actionis intendit recte dicit,nam totius intellectus nixus eſt venire in cognitionem vltimæ formæ, quæ eſt eius beatitudo.Tertia poſitio penitus eſt remota, quia verum nõ poteſt ad intellectum cõparari ſub aliqua ratione obiecti,earum quas diximus, nec enim mouet intellectum, nec recipit nec intenditur vltima intentione, niſi quatenus veritas ſit ipſa prima veritas,videlicet Deus,& ita ſiue cõſequatur oẽm intellectũ ſiue ſit in intellectu, non ab hac ratione dicitur obiectum.Quarta poſitio non eſt bona,quia licet accidẽs mouere poſsit intellectum, nõ virtute propria mouet,præterea nõ eſſet cõmune omni mouẽti,quia ẜm peripateticos etiam ſubſtãtia põt mouere intellectũ,vt patet ab Auer.2.de aĩa. Ex his ſequiť *Com. 63.*
ꝙ Deus eſt obiectũ intelľs ẜm tertiam rõnem obiecti, *Com. 36.*

probatur per Auer. 3. de anima. nam ad ipſum deſinet intellectio oĩs, & ipſe dũtaxat intenditur, igitur ſibi cõpetit ratio obiecti tertia. Scd'o ſequitur ꝙ vniuerſale in potentia, ſiue forma vniuſcuiuſq; phantaſiabilis, quę apta eſt mouere, vel quæ eſt rõ mouendi intellectum vna cum intellectu agẽte dicitur obiectum intellectus, Cõm. 60. patet hoc per Auer. 2. de aïa: & etiam, quia ſibi competit ratio obiecti ſecunda. Ex hoc ſequitur multa eſſe, *Nota intelligibilibus.* intelligibilia, quæ non continentur ſub obiecto intellectus, veluti ea quæ ſunt per accidens intelligibilia, hæc enim per ſe non continentur ſub obiecto, intellectus, quia non ſunt formæ, ſed vel materia, vel priuatio, & id genus, licet poſsint forte reduci ad per ſe obiectum intellectus. Accipiendo obiectũ pro ſubiecto, quod ſubiacet actioni, nullum eſt obiectum intellectus poſsibilis, niſi forte agentis, cuius obiectum eſſet ipſe intelle- *Sol. q̃ōnis.* ctus poſsibilis. Ad quæſtionem igitur dicitur ꝙ primũ obiectum intellectus ſub ratione ſecunda eſt vniuerſale in potentia, quod per phantaſmata pręſentatur intellectui, vt illius motiuum. probatur, quia iſtud eſt cõe ſubſtantijs & accidentibus, & omnibus, per ſe intelligibilibus. Præterea eſt ratio, qua oẽ quod mouet intellectum, põt illa mouere. Ex his ſequitur ꝙ differunt rõ intelligendi, & primum obiectum intellectus, nam forma actu vniuerſalis ſeparata per intellectionem à materia, pn̄tia materiæ, & conditionibus materiæ eſt rõ intelligendi, immo id quod intelligitur, & conditio rei intellectæ. Primum obiectum hoc pacto ſumptũ eſt prima ratio mouendi illum: & ſic eſt forma vniuerſalis potentia, per phantaſmata intellectui pn̄tata. Illa dicitur ratio intelligendi quia nihil poteſt per ſe intelligi niſi ſub illa ratione. Hęc ratio obiecti, ſiue mouendi: quia nihil põt intellectum per ſe mouere, niſi ſub hac rõne. Secundo ſequitur ꝙ primum obiectum hoc pacto oportet præcedere potentiam cuius eſt, & ipſum intellectum. At rõ intelligendi non eſt neceſſarium vt præcedat intell'm. Sed ſolum vt per ſe vel per accn̄s illa omne intellectile participet. Et ſi dicatur ꝙ tunc non different obiectum ſenſus & obiectum intell's, quia forma compoſiti ſenſilis eſt ratio mouendi ſenſum, & forma compoſiti intellectilis eſt rõ mouendi intell'm, modo ambæ ſunt vniuerſales poteſtate. Dico ꝙ differunt quia forma compoſiti phantaſtici, ſiue intellectilis eſt ratio mouendi, vt per phantaſmata oĩum ſenſuum interiorum preſentatur intellectui. Forma vero compoſiti ſenſilis eſt obiectum ſenſus, vt per materias, conditiones materiæ & p̄ſentiã materiæ ſenſui præſentatur: aut ſaltem vt præſentatur per mediũ ſentiendi. Secundo differunt per cõe, & minus cõe: vt recte quidam exponunt: nam forma vt per phantaſmata oĩum interiorum ſenſuũ pn̄tatur. eſt cõior forma, vt præſentatur ſenſui per mediũ ſentiendi. Quare differunt quantũ ad duo quantũ quidem ad conditiones rerum mouentium: nã conditio obiecti motiui intellectus eſt pn̄tari per phantaſmata oĩum ſenſuũ, conditio obiecti ſenſus eſt materia, ſiue ipſum pn̄tari ꝑ mediũ ſentiendi. Differunt ẽt quo ad ipſa obiecta: q̃a obiectũ intell's eſt cõius obiecto ſenſus, veluti intellectus, ſenſu eſt ſuperior. Eodem modo dici põt ꝙ obiectum intellectus, & id quod eſt ratio intelligendi differunt: non quidem ex parte rei, ſed ex parte conditionis. Nam id quod eſt rõ intelligendi eſt ipſum vniuerſale, vt pn̄tatum per intentiones intellectiles, ſiue per ſpẽs intelligibiles. Obiectum vero intellectus eſt vl'e, vt pn̄tatum ꝑ intẽtiones phãtaſticas. Hactenus de nona diſputatione.

Itaque primum exiſtimamus ſapientem omnia maxime ſcire vt contingit &c. Tex.

DISPVTATIO DECIMA

De Quidditatum conſideratione.

Num ad Metaphyſicum ſpectet conſiderare quidditates omnium rerum in particulari.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Quod ſic: arguunt, primo per verba. 6. huius ꝓpe principium: vbi dicitur nullam præter Met. *Antonius.* facere cõſiderationem de ipſo quod quid eſt. Secundo ſi non, tunc Metaphyſica eſſet imperfecta, cõfuſa, & indiſtincta, deducitur, quia cognitio quæ eſt tm̃ vniuerſalis, & rerũ in vniuerſali eſt confuſa. Hoc aũt eſt contra Ariſt. in textu. Tertio vt in potentijs, ita in habitibus: ſed in potentijs ſemper ſuperior conſiderat oĩa quæ conſiderat inferior, igitur in habitibus Metaphy. quæ eſt ſuprema conſiderabit oĩa, quę inferiores conſiderant. Quarto in Metaph. tractatur de quidditatibus *Rõnes nostra* ſubſtantiarum ſeparatarum, & hę ſunt particulares, igit̃ Metaphyſici eſt ſaltem aliquas particulares quidditates conſiderare. Quinto quidditas intellectus debet conſiderari à Metaph. vt dicitur in lib. de aïalibus: & eſt particularis, quare vt ſupra. Sexto quicunq; conſiderat *Cõm. 9.* dr̃iam aliquorũ, conſiderat extrema, vt dicit Auer. 3. de aïa: ſed Metaphy. ponit dr̃iam inter ſubſtantiam materialem & immaterialem: inter intelligentiam & orbẽ, igitur conſiderat ambo, & vt dixi de his, ita de oĩbus. Septimo eiuſdem ſcĩæ eſt conſiderare genera & ſpẽs, vt patet. 1. Poſte. vbi dicit̃ ꝙ ſcĩa eſt vna, quæ eſt vnius generis ſubiecti ſpẽs & paſsiones conſiderans. Sed Met. conſiderat decem rerum genera, igitur oẽs illorũ ſpẽs, & ſic oĩa. Octauo accipio quidditatem lapidis in illo priori, in quo præcedit oẽm motum. & quæro ad quã ſcĩam ſpectat: non ad naturalem, quia, vt dicitur. 2. Phy. quæ amplius non mota mouent non ſunt phy. conſiderationis, non ad mathemati. vt patet, igitur ad Meta. & vt dixi de lapide, ita de cæteris dici põt, quare Meta. erit conſiderare omnes quidditates rerum in particulari. In oppoſitum videtur textus, qui dicit. Primum itaq; æſtimamus ſapientem omnia ſcire, vt contingit, non ꝑ ſingula ſcientiam ipſorum habentem. Hæc Ariſto. Vbi patet eum velle Metaph. non conſiderare rerum quidditates in particulari, ſed in vniuerſali.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Qvid Metaph. ſit, patuit in procemio huius libri, *Quid aliqui dicã eſſe quidditatem. Confutatio.* etiam & in textu. Sed quid quidditas, non eodem mõ ab omnibus intelligitur. Quidam dicunt ꝙ quidditas alicuius eſt formalis ratio alicuius, cum quo eſt conuertibilis, includens aliquid aut incluſa in aliquo quidditatiuæ. Sed his conuenit illa cautela, quę eſt pro reſpõdente, quæ dicit ꝙ ſi opponens vtitur verbis obſcuris cœlãdi gratia, debemus dicere ſibi, vt declaret ſeipſum, hoc. n. aſſerit Ariſt. 8. Topicorum de cautelis reſpondentis. Quare quæro dicant mihi quid velint dicere. Et ꝙ hæc definitio ſit obſcura. patet primo, quia rõ formalis aut eſt definitio, aut pars definitionis, & omnino ratio formalis non poteſt eſſe quin ſit ratio. Modo rõ apud græcos & definitio idem eſt, ſed definitio non eſt quidditas, vt dicitur. 7. Metaph. ſed eſt vel inſtrumen- *Cõm. 42.* tum inducens intellectum ad intelligendum rerũ quidditates. aut ſermo ſignificans rerũ naturas, igitur quidditas

ditas non eſt definitio,ſed per definitionem ſignificata,& ita non erit ratio,& per conſequens nec ratio formalis. Secundo videtur ꝙ ſit data per æque ignota, nã æque ignota ſunt mihi quid ſit quidditas,& includi, vel includere quidditatiuę.Si igitur dicitur quidditatem eſſe quæ includit vel includitur quidditatiuæ in aliquo, adhuc reſtat quærere quid ſit quidditatiuæ includere, aut includi. Alij iſtius partis dixerunt quidditatem eſſe rationem obiectiuam rei,qua res eſt formaliter intelligibilis. Et iſti ſunt rogandi debeant dicere quid velint. Etiam eſt obſcuritas,primo,quia tunc accidentia haberent per ſe quidditates, quia rationem habent obiectiuam, qua ſunt formaliter intelligibilia, quod peripatetici negarent,vt patebit in.7. Secundo tunc ſubſtantiæ ſeparatæ haberent quidditatem,hoc eſt falſum,quia vt dicitur in.8. ſubſtantijs illis non conuenit quidditas, qđ Auer. ſumit. Præterea videtur hæc definitio eſſe eiuſdẽ per idem,quia idem eſt eſſe rationem obiectiuam, & id quo formaliter res intelligitur.Omnis.n.ratio obiectiua eſt id quo formaliter res intelligitur & omne id quo formalr̃ res intelligit̃ eſt ratio obiectiua. Et ſic idẽ per idẽ,& nihil in ea ponitur loco generis. Alr̃ igitur peripatetici definiunt quidditatem. Dicunt.n. ꝙ quidditas cuiuſq; rei eſt forma, quæ per definitionẽ illius eſt explicabilis:vt patet.7. huius, propterea aliud eſt quidditas,aliud habens quidditatem. Quidditas enim eſt forma compoſiti alicuius per nomẽ commune concretũ ſignificabilis, & per definitionem illius nominis explicabilis, & hoc pacto forma hominis,quæ per iſtud nomen homo ſignificatur eſt omniũ hominũ quidditas. Similter forma animalis,quæ per nomen animal ſignificatur dicitur quidditas. Habens vero quidditatem eſt bifariũ,aut id quod per nomẽ ſingulare ſignificatur, vt Emeleus, & Entelechus. Aut id quod per nomen cõe ſignificatur,vt compoſitum humanũ,compoſitũ animale,& id genus.Hæc colliguntur ab Auer. in.7. huius pluribus in locis. Conſiderare quidditates rerum compoſitarum, poteſt eſſe dupliciter, in particulari, ſiue in ſpeciali per prædicata propria quæ ſunt contracta ad determinatum genus determinatamq; differentiam, vt ſi cõſideretur hõ inquantũ animal rationale mortale, & quo ad paſsiones,quæ ab his fluunt. Aut poſſunt quidditates talium rerum conſiderari in vniuerſali, hoc eſt per rõnes tranſcendentes determinata genera, vt ſi cõſideremus ipſum hominem, vt ens, vt vnũ, vt in actu, vt ſubſtantia & id genus.Hæc de titu.

Alia definitio quidditatis. *Confutatio.* *Cõm.16.* *Quid quidditas apud peripat.* *Cõm.17.*

Capvt positionvm tertivm.

Prima poſitio.

Logici cenſere ita eſſe de Meta.reſpectu cęterarum ſcĩarum, veluti de ſenſu cõi reſpectu cæterorũ ſenſuum exteriorum. nam vt ſenſus cõis conſiderat & apprehendit oĩa quæ cæteri apprehendunt, & adhuc aliquid vltra, vtpote differentiam & conuenientiam illorum,ſic Metaph.apprehendit atq; conſiderat oĩa, quæ conſiderant oẽs ſpeciales ſcĩæ, & adhuc amplius, quia conſiderat quædam cõia, quæ aliæ non conſiderant. Adhuc ſubſtãtias abſtractas, quas alię non conſiderãt, differentiam & conueniẽtiam oĩum conſideratorum, quæ aliæ non conſiderant.Huius poſitionis videtur eſſe Egid. bonus peripateticus in quæſtionibus huius libri, qui ad verbum fere dicit hæc.Mouentur autem primo quia hæc ſcĩa dicitur cõmuniſsima,quod non eſſet,niſi conſideraret oĩa ea quæ cæteræ conſiderant. Si. n. ſolũ ens, & omnia inquantum ens conſideraret: vtique de paucis conſideraret. Amplius dicitur in litera quòd hęc ſcientia ordinat omnes alias, veluti princeps cæterarum, igitur cognoſcit omnia quæ cæterę cognoſcunt, nam regens per cognitionem,nihil regit quod non cognoſcit,igitur ſi regit cunctas:oportet vt oĩa cõſideret. Tertio omnis ſcientia,quę conſiderat & habet probare principia oĩum ſcientiarum,ſi negantur:conſiderat oĩa oĩum ſcientiarum,quia ex principijs dependent omnia alia,ſed Metaphyſica probat oĩa principia omniũ ſcientiarum,ſi negantur,vt dicitur.1.Phy.dicitur enim philoſophiam habere hunc reſpectum:igitur conſiderat oĩa ſcibilia. Et ſic nõ modo quidditates particulares in particulari,ſed oĩa accidentia per ſe,quæ fluũt ab illis. Sed contra hanc poſitionem ſolet obijci primo, quia tunc liber Meta.eſſet longus,quia omnia debent tractari in illo,modo videmus librum hunc valde breuem. Secũdo tunc cæteræ ſcientiæ ſpeciales, vt Phy.& mathe. ſuperfluerent,deduco quia quæcunq; illę conſiderant,etiam Metaph.conſiderat, igitur ſuperfluunt, & hoc faciunt Achillem. Pro defenſione debes ſcire ꝙ diuerſæ ſcĩæ eſſe pñt,vel ob dr̃iam modorum ſciendi, vel ob differẽtiam rationum appetẽdi. Dico igitur ꝙ quidditates rerum in particulari poſſunt duplici modo ſciri, vel quo ad prædicata particularia, & eas affectiones, quæ fluũt ab illis ſiſtendo in tali gradu cognitionis. Aut pñt ſciri particularia hæc prędicata atq; affectiones tales non ſiſtendo in tali gradu, ſed reſoluendo illa ad prædicata cõiora atq; affectiones ab illis communibus fluentes, verbi cauſa, poſſum ſcire vno modo ignem inquantũ eſt elementum calidum & ſiccum,& quatenus eſt leuius & actiuius cæteris, eſt.n. ſcire ipſum quo ad prædicata in particulari quidditatiua, & quo ad paſsiones, quæ fluunt ab illis prædicatis particularibus, & ſic poſſum ſcire ignem in particulari tm̃,ſiſtẽdo in cognitione particulari, & poſſum ſcire ipſum hoc pacto, ſed non tm̃, immo reſoluendo ipſum ad prædicata cõiora, & ad paſſiones communes, vt ꝙ ſit ſubſtantia nobilior cæteris elementis,quod ſit Simpl̃.ens cæteris,& id genus. Dico igitur ꝙ ſcire rei quidditatem in particulari ſiſtendo in illa cognitione,eſt vnus ſciendi modus. Scire rei qdditatem in particulari reſoluendo illam ad cõia eſt alius ſciendi modus. Tunc dico ꝙ propter duo non ſuperfluunt Phyſica & mathe. primo, quia licet quæcunque hæ conſiderant,Metaphy.etiam conſiderat,non tñ eodem modo conſiderandi.Illæ conſiderant rerum quidditates in particulari ſiſtendo in tali cognitione tm̃,Metaph. in particulari illas reſoluendo ad prædicata communia,modo hæ ſciendi rationes differunt,& per conſequens non ſuperfluunt cæterę.Et cum dicis Metaph. ſcit in particulari, & ſcit in vniuerſali, igitur aliæ ſuperfluunt, quæ conſiderant in particulari tm̃. Dico ꝙ ſcit in particulari & in vlĩ, ſed non in particulari, vt ſciat in particulari, ſed vt reſoluat ad vniuerſalia, at cæteræ ſcientiæ ſciunt in particulari, vt ſciant in particulari,igitur non ſuperfluunt. Huius exẽplum eſt in quinq; ſenſibus & in ſenſu communi,ſenſus enim communis apprehendit quinque obiecta oĩum ſenſuum, & cũ hoc vltra,modo ad quid alij ſenſus ſi iſte communis apprehendit oĩa obiecta illorum. Propterea dicitur ꝙ communis ſenſus eſt, vt apprehendat illa, & non tantum, ſed differentiam & conuenientiam illorum, cæteri ſunt vt apprehendant illa quinque tantum,& ita non ſuperfluunt. Ad propoſitum dico, ꝙ ſcientiæ particulares ſunt, vt apprehendant quidditates in particulari tantũ, Metaphy. vt illas apprehendat in particulari & non ſic tantum,

Obiectiones. *Solutio.*

tantum,ſed reſoluendo illas in communia, eo quia differt ſcire quidditatem rei confuſæ non reſoluendo illã, & ſcire illam diſtinctæ hoc eſt primo confuſæ, ſed non vt confuſæ ſciat,ſed vt reſoluat & diſtinguat illã. Secunda cauſa eſſe poteſt differentiã rõnum appetendi, nam intellctus humanus põt appetere ſcire quidditatem rei in particulari confuſæ,hoc eſt ſiſtendo in tali cognitione,& ad hoc ſeruiunt ſcĩę particulares, & poteſt appetere ſcire quidditatem rei in particulari,vt reſoluat & diſtinguat in vĩa:& ad hoc eſt inſtituta metaphyſica,igiť ſcĩæ particulares ponunt finem in cognitione quidditatum in particulari,quia ſciũt in particulari illas, vt ſciãt in particulari & confuſæ. At metaphyſica cognitionẽ illam particularem attingit non vt finem, ſed vt reſoluat illam & diſtinguat vſq; ad diſtinctiſsimæ cognita.

Ad formam. Tunc ad obiectiones. Ad primam dico ꝙ liber eſt breuis,quia quidditates rerum in particulari ſunt conſideratæ in particularibus ſcientijs,ideo non oportuit repetere. Sat aũt eſt,quia metaphyſicus poteſt illas conſiderare,quemadmodum & cæteræ ſcĩæ, dato ꝙ nunc non conſideret, hic enim ſolũ conſiderat ea cõia, in quæ quidditates illæ ſunt reſolubiles quæ alijs in ſcientijs nõ erant tractabilia. Vnde in particularibus ſcientijs ſunt conſideratæ quidditates in particulari duplici habitu phyſi.ſ.& metaphy.phyſi.quidem intẽtione habita ad illas,vt ſiſtatur in illis. At habitu metaphyſico, nõ intentione habita ad illas,vt ſiſtatur in illis, ſed vt in libris metaphyſicæ reſoluantur ad coĩa, & ſic non oportet repetere in his.14.libris. Ad ſecundam negatur conſequentia,quia cæteræ ſunt inſtitutæ pro appetitu rõnali, quo intellectus poteſt appetere ſcĩam illarum cõfuſam vt in particulari,& pro appetitu quo poteſt ſcĩam illarũ appetere diſtinctã, quod fit ſciendo in particulari non vt ſciantur in particulari ſed vt reſoluantur in vĩa,atq; diſtinctiſsima & ita non ſuperfluunt.

a. poſitio. Alij dixerũt ꝙ metaphyſicus conſiderat quidditates rerum in particulari & affectiones proprias quæ primo ab illis fluunt. Cæteræ conſiderant quidditates,non quo ad prædicata,quæ competunt illis vt quidditates, nec quo ad accidentia quæ fluunt ab illis per ſe primo, ſed quo ad prædicata quæ non competũt per ſe quidditatibus, & quo ad accidentia,quæ fluunt à talibus prædicatis. Verbi cauſa metaphyſicus cõſiderat hoĩem vt homo,& quo ad prædicata,quę competunt homini vt homo, & quo ad paſſiones,quæ fluunt ab illis prædicatis,naturalis conſiderat hoĩem vt miſtus,& id genus,& quo ad prędicata & accidentia,quæ ſibi competunt vt ſic. Hæc videtur intentio Auer.12.huius,vbi ait, ſic igitur intelligenda eſt cõicatio iſtarum duarũ ſcĩarum in conſiderando principia ſubſtantiæ, ſ. ꝙ naturalis declarat ea eſſe ſecundum ꝙ ſunt principia ſubſtantiæ mobilis. Pħus vt ſunt principia ſubſtantiæ vide. Præterea etiã in.7.huius.vbi dicit,& res naturales in hoc ſunt econuerſo mathematicis,quidditates enim naturalium non poſſunt intelligi ſine motu & ſenſu, ſicut poſſunt intelligi quidditates mathematicorum. Ex quibus patet ipſum velle in naturali ſcĩa eſſe conſiderandas quidditates nõ abſolute, ſed quo ad prædicata:quæ non competũt ſibi per ſe primo. Hæc poſitio eſt Simplicij, Alexandri, & Auicennæ expreſſæ. Sed ſolent obijcere huic poſitioni primo, quia tunc cæteræ ſcientiæ eſſent de ente per accidens. Hoc eſſe impoſsibile enituntur probare innumeris captionibus,ſed quia vana eſt probatio,omitto. Secundo nulla ſcientia, quæ per ſe diuidit aliquod genus ſcientiæ

Cõm 5. *Cõm.39.* *Obiectiones.*

eſt de aliquo vno per accidens, ſed naturalis & mathe. ſunt ſcientiæ primæ diuidentes primo genus ſciẽtiæ ſpeculatiuæ,igitur non poſſunt eſſe de ente per accidẽs,minor eſt Ariſt.6.huius. Tertio de eo quod non eſt vnum per ſe,nulla demonſtratio eſſe poteſt, ſed ens per accidens non eſt vnum per ſe,igitur nec demonſtrabile, & ita ad nullam ſcientiam ſpectat,quare ſcientiæ ſpeciales cõſiderabunt quidditates per ſe:& ea quæ fluũt à quidditatibus per ſe. Multæ aliæ captiunculæ fiunt,quę nihil ſunt ad rem.

Defenſio. Pro defenſione huius poſitionis debes ſcire ꝙ tam mathe.quam naturalis cõſiderat per ſe primo habens quidditatem, vt per terminum cõmunem concipitur. Nam ſubiectum in naturali philoſophia eſt corpus naturale, vel mobile:ſubiectum mathe. eſt corpus quantum. Modo hæc ſunt compoſita per terminos cõmunes in mente vel voce concepta:& ita nõ ſunt quidditates,ſed habẽtia quidditates:quia(vt diximus)quidditas eſt rei forma per definitionem explicabilis. Ex his ſequitur ꝙ eiuſmodi ſciẽtiæ per ſe primo non quidditates, ſed habentia quidditates conſiderant, & quicquid per ſe continetur ſub talibus:& omnia quæ fluunt per ſe à talibus: vt motus,gñatio & id genus, & principia talium, vt materiam & formam & priuationẽ. Tũc dico ꝙ quidditates particulares, vt homo & equus quæ ſunt quidditates ſignificatæ per modum totius poſſunt conſiderari quo ad ea prædicata, quæ ſibi competunt ad rationem eorum quæ habẽt quidditatem,vt inquantum compoſita, miſta corpora animata,viua, & huiuſmodi. Et quo ad paſsiones,quæ ſibi inſunt rõne talium, vt quo ad generationem motum, vitam & id genus: & poſſunt conſiderari quo ad ea prędicata quæ ſibi inſunt ratione quidditatis, vt quatenus animal rationale, & quo ad paſsiones,quæ fluunt ab his prędicatis & vt vno verbo dicam homo poteſt conſiderari, vt compoſitus, & miſtus, & id genus, & vĩr ſub rõne,qua habet quidditatem & formam,& poteſt conſiderari vt homo, vt aĩal, & quo ad prædicata quæ inſunt ſibi rõne formæ & quidditatis. Similiter põt conſiderari quo ad paſsiones,quæ inſunt ſibi, vt eſt habens formam & quidditatem:& quo ad paſsiones quæ ſibi inſunt per prædicata quidditatiua. Tunc dicerem naturalem & mathematicum conſiderare quidditates, non quatenus ſunt quidditates,ſed quo ad prædicata quæ ſibi competunt rõne eorum,quorũ ſunt quidditates. Meta.aũt conſiderare illas vt quidditates, & quo ad prædicata, quæ ſibi competunt vt quidditates, & paſsiones fluentes ab illis vt ſic. Verbi cauſa naturalis conſiderat hominem vt compoſitus,vt miſtus,& quo ad prædicata, quæ ſibi competunt vt habet quidditatem, & quo ad paſsiones, quæ fluunt ab his. Metaphy.vero conſiderat hominem quidem, vt homo vt aĩal, vt rationale, & quo ad ꝑdicata quæ ſibi hoc pacto ꝗdditatiuę inſunt,& quo ad paſsiones, quæ fluunt ab his prædicatis,vt quatenus eſt capax beatitudinis, vt perfectius animal, vt capax diſciplinæ, & id genus, quare metaphyſic.conſiderat quidditates in particulari & accidentia quidditatum: naturalis & mathe.conſiderant per ſe ea quæ habent quidditates in particulari:& accidentia quæ fluunt ab his. Ex his patet ꝙ non ſuperfluunt cęteræ ſcientiæ,nec oportet eſſe lib.Meta.lõgum,quia per accidens in lib. particularium ſat dixit de illis quidditatibus. Dixit.n. de illis duplici habitu,quia dum conſiderauit illas quo ad prædicata quidditatiua,habitu meta.inceſsit, dum conſiderauit illas quo ad prædicata, quæ competunt

eis

eis ratione habentium quidditatem habitu phyſi. vel metaphy.proceſsit. Fuit aũt connexa hæc tractatio:vt habeatur facilius ſcientia. Tunc ad rationes oppoſitas. Ad primam patet ꝙ cæteræ ſcientiæ non ſunt de ente per accidens, quia ſunt de eo quod habet quidditatem & de accidentibus per ſe illius:de quidditatibus vero bene ſunt per accidẽs, quia non de illis pertractant niſi quo ad prædicata quæ ſibi competunt, vt ſunt eorum quæ habent quidditatem. Sat.n.eſt illas eſſe de proprio conſiderato per ſe, non.n.eſt impoſsibile in ſcientia tractare multa per accidens, quatenus tractatur aliquod per ſe. Per idem ad ſcđam & ad tertiã naturalis & mathe.diuidunt ſcientiam per ſe & ſunt ſciæ per ſe de proprijs ſubiectis, cum quo ſtat poſſe eſſe de multis per accidens, de quidditatibus. Amplius habẽs quidditatem vt compoſitum vel miſtum & ſua accidentia per ſe nõ ſunt aggregata per accñs, quia per ſe miſtum eſt corruptibile, poteſt.n.demonſtrari hoc per prædicata quæ competunt per ſe miſto, tñ homo vt homo non eſt miſtus, nec corruptibilis, quia vt homo ſignificat rationalem animam, cui hæc non competunt per ſe, ideo quãdo conſiderantur de homine corruptio & generatio & ſexus, & id genus, hæc conſiderantur de illo non quatenus ſignificat quidditatem, ſed quo ad ſecundarium ſignificatum vt compoſitus, vt miſtus, & id genus Hęc dici poſſunt pro defenſione illius opinionis, cui forte hoc pacto intelligendo conſentiret. Auer. Hæc de poſi.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

An quidditates rerum naturalium conſiderentur à metaphyſico.

1. Suppoſitio. NVNC oportet dilucidare poſitionem peripateticorum, & primo dicemus de quidditatibus rerũ mobilium. Secundo de ſubſtantijs ſeparatis. Tertio de ipſo intellectu hoĩs. Quantum ad primum ſupponamus ex conſenſu oĩum peripateticorum rationem conſiderandi in hac ſcientia eſſe ens abſtractum à materia, & intelligo per ens abſtractum à materia, ſiue ſit abſtractum per eſſentiam, vt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſiue per participationem atq; indriam ad ens abſtractum per eſſentiam, & ad ens concretũ cum materia. Dicitur autem ens abſtractum ratio conſiderandi in Metaph. aut qm̃ quicquid in illa conſideratur eſt abſtractum hoc pacto, aut quia nihil conſiderari poteſt, niſi ſub huiuſmodi rõne. colligitur hęc ſuppoſitio:vt dicebamus in.6.huius ꝓpe principium. Ex hac ſuppoſitione ſequitur, ꝙ prædicata ſunt in triplici dr̃ia, quædam ſunt quæ attribuuntur materialibus tm̃, & nullo modo neq; vere, nec attributiuæ poſſunt competere immaterialibus, vt ſunt corpus materiale, naturale:& id genus, hæc.n.nec vere, nec attributiuæ poſſunt immaterialibus competere. Quædam ſunt quæ immaterialibus cõpetunt, quæque nec veræ, nec attributiuę poſſunt materialibus accommodari, vt intelligere per ſuam ſubſtantiam, eſſe immateriale eſſe intellectum, & id genus. Quædam ſunt indifferentia quæ poſſunt vtriq; generi attributiuæ vel analogicæ ſaltem accommodari, vt ſunt vnum ens, & communiſſima, itemq;.x.genera, hæc.n.ſaltem analogicę poſſunt eſſe attributa ſubſtantiarum ſeparatarum. Poteſt.n.illis competere per analogiam genus ſubſtantiæ, etiam genus oĩum accidentium.non aũt omnes ſpecies generũ: non enim illis poteſt accommodari corpus, neq; aliquid ſub corpore:nec illis poteſt accõmodari habitus, vel diſpoſitio, & breuiter licet.x.genera illis accommodari poſsint, non autem oẽs ſpecies omnium generum.

2. Suppoſitio. Secundo ſuppono ꝙ quædam ſunt prædicata quæ per ſe primo modo competunt aliquibus vel ſaltẽ per modum primi modi, quędam ſecundo modo, vel per modum ſecundi modi, & hæc ſiue ſint de his quæ competunt tm̃ materialibus, ſiue tantum immaterialibus ſiue cõpetũt indifferẽter. Ex his ſequit̃ dilucidatio. Dicimus enim primo ꝙ Metaph. nõ conſiderat quidditates rerum materialium in particulari, hoc eſt, quia non conſiderat res ipſas, nec quo ad ꝓdicata primi, vel quæ cõpetunt per modum primi, nec quo ad prædicata ſecundi modi, nec quæ competunt per modum ſecũdi modi in particulari, & intelligo in particulari, hoc eſt quo ad illa quæ cõpetunt rebus materialibus tm̃. Erigatur igitur ad mentem peripate. prima concluſio ꝙ Metaph. non conſiderat res materiales quo ad prædicata quę ſibi competunt tm̃, nec primi, nec ſecundi modi. Sed naturalis illas hoc pacto conſiderat, & hoc ſonat ꝙ Met. non conſiderat quidditates rerum materialium in particulari: conſiderare.n. quidditatem rerũ materialium in particulari nihil aliud eſt niſi cõnſiderare prædicata vel primi vel ſecundi modi, quæ ſibi tm̃ competunt, & non ſubſtantijs ſeparatis. *1. Concluſio.* Secunda concluſio Met. cõſiderat quidditates rerum materialium in vniuerſali intelligendo ꝙ cõſiderat oẽs res materiales quod ad prædicata vel primi vel ſecundi modi, quæ rebus materialibus indifferenter & ſubſtantijs ſeparatis competunt. *2. Concluſio.* Prima concluſio probatur ex ſuppoſitione prima, quia Metaphy. quicquid conſiderat, conſiderat vel quia eſt ens ſeparatum, vel ſub rõne entis ſeparati. Sed prædicata illa quæ competunt materialibus tm̃ non ſunt ſeparata, nec rõne ſeparata participantia, igitur à Metaphy. non poſſunt conſiderari, & ita relinquitur ꝙ conſiderantur à ſcientijs ſpecialibus. Hæc concluſio eſt pro mẽte Auer. 1. auſculta. Phyſi. vbi inquit ꝙ intentio prima Ariſt. non eſt cõtradicere opinionibus falſis in hac ſcĩa ſed declarare ſubſtantias, & quidditates rerum naturalium. *Com. 11.* Secunda ẽt concluſio ex dicta ſuppoſitione etiam declaratur, ea ratione poſſunt conſiderari res materiales à Meta. ſub qua non aufugiunt rationem conſiderandi Metaphy. ſed conſiderando res naturales in vniuerſali, hoc eſt quo ad prædicata in differentia non aufugiunt:immo ſubeunt rationem Meta. conſiderationis, igitur vt ſic poſſunt conſiderari in Meta. Hæc ſcđa concluſio eſt pro mente Auer. 2. auſculta. Phy. vbi inquit. Conſideratio enim de materia in reſpectu formæ eſt conſideratio naturalis, at conſideratio illius ſm̃ qđ eſt vnum entium eſt conſideratio primi philoſophi, vbi patet ꝙ pro tanto dicit materiam eſſe de cõſideratione Meta. pro quanto ſubit rationem conſiderandi in Metaph. & ſic patet concluſio noſtra. *Com. 26.* Hæc etiam eſt ꝓ intentione Ariſtot. in textu dicentis, ſapientem eſſe qui conſiderat oĩa, vt contingit, & ſe exponens ait, quia nõ conſiderat per ſingula:& ita velle videtur ꝙ res oẽs cõſiderat in vniuerſali hoc eſt ſub rõne conuenienti Met. & quo ad illa prædicata, quæ competunt illis ſic indifferenter vt diximus. *Com. 16.* Præterea Auer. 2. huius prope finẽ inquit: conſideratio vniuerſalis in oĩbus cauſis in eo ꝙ ſunt cauſæ: eſt huius ſciæ, & Ariſt. quãuis vtatur hic demõſtrationibus ſciæ naturalis, inducit tñ eas vniuerſalius, qm̃ quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior: tanto magis erit huius ſciæ propria, & reliqua. *Com. 5.* Pręterea. 4. huius inquit, & cum iſtæ quæſtiones & ſui ſimiles ſint accidentia vnius in eo ꝙ eſt vnum, & accñtia entis in eo ꝙ eſt ens: non accidentia vnius in eo ꝙ eſt vnus numerus, aut vna linea, aut vnus ignis, neq; accidentia eius in eo ꝙ eſt ens numerus aut ens linea, aut ens ignis, manifeſtum

feſtũ eſt ꝙ ſcientia quæ debet declarare ens ſm ꝙ eſt ens,& vnum ſm ꝙ eſt vnum, debet ſcire quid eſt vnũ ſm ꝙ eſt vnum,& quid eſt ens ſm ꝙ eſt ens,& quę ſunt accidentia eſſentialia, & propria eis,& hanc dixit pauloante eſſe meta.in quibus verbis patent ambæ conclu
Cõm.1. ſiones. Amplius.12.meta.hoc idem indicat dicens authoritate Alexã.intentionem Ariſt.eſſe loqui de ente in eo ꝙ eſt ens, & de cauſis & principiis eius,& ſic videtur
Excerptum. velle rationem conſiderandi eſſe vniuerſalẽ. Ex his oĩbus patet.1.meta.non conſiderare rerum materialium quidditates in particulari.i.non cõſiderare res materiales quo ad prædicata illis propria tm̃.Scd̃o patet meta. conſiderare rerum materialium quidditates in vl'i, hoc eſt cõſiderare res ipſas materiales quo ad ꝑdicata cõia, quæ in differentia ſunt materialibus & immaterialibus. Hæc ſine dubio eſt intentio Auer.& videtur mẽs Ariſt. vbiq;.Hęc eſt expreſſa mens Them.1.phy.in proęmio. vbi ait,præſentis aũt operis ſumma intentio eſt ea docere,quæ vl'r inſunt rebus naturalibus quatenus naturales ſunt,& reliqua. Hæc eſt Alber.etiam intentio, & expoſi.Tho.vt patet in eorum expoſitionibus. Hæc de dilucidatione primi quæſiti. Et de ſecundo nunc aga
Prima põ de cõſideratione qd ditatũ ſubſtan. ſeparatarum. mus Dixerunt quidam abſolute,ꝙ metaph. conſiderat quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum non ſolũ in vl'i, ſed particulari.Quod quidem quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum in vl'i conſiderentur à metahy.dicunt neminem in hoc dubitaſſe, quia quidditates illarũ ſub ratione vl'i includũt rationem ſubiecti vt entis vel ſubſtantiæ,& paſsionum eius. Amplius vt ſic ſunt ſpẽs primæ entis. Modo eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare ſubiectum & primas eius ſpecies: vt dicitur.2.de aĩa. Quod vero quidditates illarum in particulari conſiderentur à metaphy.probant,quia proprium eſt meta. cõſiderare abſtractum à motu & à materia ſenſili, ergo ad illã maxime pertinebit conſiderare illorum quidditates, quæ ſunt per eſſentiam ſeparatę,cuiuſmodi ſunt quidditates
Confutatio. ſubſtantiarum ſeparatarũ. Sed hæc põ non eſt peripa. primo, quia ſubſtantiæ ſeparatæ non habent quidditates,quia tunc eſſent definibiles,& ita eſſent in gñe con-
Cõm.49. tra Auer.maxime.2.cœli.Amplius ſi haberent quidditatem haberent formam,& ita eſſent compoſitæ ex materia & forma, vt dictum fuit. Secundo principaliter quæro quid per quidditatem ſubſtantiæ ſeparatę intelligunt, vel eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ, vel id quod per definitionem illius explicatur,hoc eſt per quædam prædicata quę illi per modũ primi modi inſunt,ex quibus fluunt etiam alia, quæ per modum ſecundi modi inſunt. Si per quidditatem ſubſtantiæ ſeparatæ intelligunt eſſentiam, tunc apud eos non ad meta. illa ſpectat,ſed ad theologum. Amplius eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ per nihil repertum in ſenſibilibus poteſt colligi:igitur non poteſt conſiderari ab aliquo artifice doctrinaliter. Si vero per quidditatem intelligant id qđ per definitionem hoc eſt per quoddam aggregatum ex pluribus conceptibus quidditatiuis,explicatur, vt ipſi tenent, nam volunt poſſe colligi ex ſenſibilibus conceptus quoſdam quidditatiuos, in quorum aggregatione conſiſtit quaſi definitio, quæ eſt explicatiua quidditatis,& etiam quoſdam per modum qualitatiuorum conceptuum,qui videntur fluere à primis. Verbi cauſa in Deo conceptus perfectiſsimus, ſiue definitio perfectiſſima eſt qua concipitur,vt ens ſimpliciter infinitum. Hæc.n.colligi põt ex ſenſibilibus, in aliis definitio erit qua concipitur, vt ſubſtantia immaterialis, hæc etiam colligi poteſt ex ſenſibilibus. Si igitur per quidditatem velint id quod ꝑ eiuſmodi definitiones explicatur: tũc non tm̃ ad metaphyſicum ſpectabit illius cõſideratio, ſed ad phyſicum.Deducitur,qm̃ ex ſenſibilibus colligi poteſt vnus cõceptus vel vna definitio, qua Deus concipitur,vt primus motor ſimpl'r, & ſub hac ratione nõ ad metaphyſicum,ſed ad phyſicum ipſum ſpectabit. Amplius põt colligi vnus conceptus ſiue vna definitio qua concipitur quælibet intelligentia:vt actus corporis naturalis. Dicitur.n.2.de aĩa, ꝙ definitio aĩæ competit etiam intelligentijs ſaltẽ analogicæ. Amplius in.3. de aĩa colligitur definitio qua ſingula cõcipitur vt intellectus intelligens non per phantaſmata. Et non modo hi conceptus per modum definitionis colligi poſſunt phyſica ſub conſideratione, ſed per modũ paſsionum ab illa fluentiũ, demonſtratur.n.in naturali ꝙ oĩs motor cœli eſt incorruptibilis,per illam definitionem quia eſt intelligens non per phantaſmata, etiã quia eſt ſubſtantia immaterialis vel ſemper mouẽs. Et breuiter ſi per quidditatem ipſi intelligant id quod per eiuſmodi definitiones explicatur, illa non tm̃ ad metaphyſicũ ſed ad naturalẽ ſpectabit vt ex his & ſimilibꝰ colligi pt.

Vnde totus diſcurſus eſt quia vel per quidditatem intelligunt eſſentiam,& hoc non, quia illa vel pertinet ꝑ eos ad theologũ,vel nõ ad metaphyſicam abſtractiuã. Si intelligunt id quod per definitionẽ explicatur, vel per definitionem intelligunt illã quæ propriæ cõſtat ex genere,& differentijs,& hoc nõ,quia illæ nõ ſunt in genere.2.cœli,vel per definitionem, intelligunt aggrega- *Cõm.49.*
tum ex quibuſdam prædicatis collectis à ſenſibilibus & hoc pacto non tm̃ ad metaphy. ſed ad naturalẽ ſpectabit,vt dixi. Propterea aliter eſt dicẽdum: vbi aĩaduer- *Propria poſitio.*
ſione dignũ,ꝙ ſubæ ſeparatæ poſſunt dupliciter intelligi.Vno modo per eſſentiam,quam cognitionẽ theologi intuitiuã vocãt.Auer.aũt.3.de aĩa appellat hãc ſciam *1.ſuppoſitio.*
per ſe ſiue eſſentialẽ.Hãc aſſerit habere beatum: cui co *Cõm.36.*
pulatus eſt intellectus agẽs cũ poſſ, hæc.n.eſt beatitudo fœlicis:& finis generationis intellectus ſpeculatiui. Alio modo cognoſci poſſunt quo ad quædam attributa quæ colliguntur ab his ſenſilibus quæ cauſantur ab illis.verbi cauſa:quia nos videmus ſenſibilia quæ ab illis cauſantur eſſe bona, concedimus intelligentias eſſe bonas,quia videmus hic inferius ſapientiã eſſe de perfectione intellectus, concludimus omnẽ intelligẽtiam eſſe ſapientem,& in cæteris id genus ſimiliter facimus, Quid vero ſit attributum quo nam modo attributa diſtinguãtur in ſubſtantijs ſeparatis, lege duodecimũ metaphyſicæ,& lib.d.d.diſputatione.5.in ſolutione ad vl- *Cõm.69.*
timum,Etiam quo nam modo colligantur a ſenſibilibus:etiam ibidẽ perquirere. Secũdo debes ſcire ꝙ horum attributorũ,quedã ſunt collecta à mobilibus ſiue *2.ſuppoſitio.*
à phyſicis phantaſmatibus immediate,vt eſſe motorem eſſe entelechiam corporis naturalis, eſſe immaterialẽ, eſſe incorporeum,& id genus.Quædam colligũtur immediate à phantaſmatibus metaphyſicis, vt eſſe vnum eſſe ſubam,eſſe ens eſſe ꝑfectiorẽ ſubam,& id genus.

Tertio debes ſcire ꝙ quædam horum attribuũtur il- *3 ſuppoſitio.*
lis ad modum prædicatorũ per ſe primi modi, vt ſunt entelechia,intellectus,ſubſtantia,& id genus. Quædã ad modum pṙdicatorum ſecundi modi,vt ſunt vnum eſſe bonum eſſe incorruptibile eſſe, & id genus. Tũc di- *1.concluſio.*
co ad quæſitum quatuor. Quorum primum eſt ꝙ ſumendo quidditatem pro eſſentia,ſic quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum ad nullam ſcientiam attinet conſiderare,

conſiderare, quæ abſtractiuæ cognoſcit, probatur primo, quia nihil eſt in effectibus quo immediate poſsint cognoſci ſubſtãtiæ ſeparatæ per eſſentiam atque intuitiuæ, & hoc eſt mens Auer.3.de aĩa, vbi ait talem ſcĩam
Cõm.36. per nullum ſyllogiſmũ eſſe deducibilem. Hoc idem aſ-
Cõm.22. Cõm.17. ſerit in.9. huius, vbi contra Auempa. ait talem ſcĩam, quæ eſt per eſſentiam illarum nulla ratiocinatione ac-
3.Concluſio. quiri poſſe idem in.12.Metaphy. Secundũ eſt ꝙ cognitio talium ſubſtantiarum per eſſentiam eſt Meta. intuitiua, hac.n. intuitiua Meta. intelligentiæ ſeſe per eſſentiã intelligunt & beatus fœlicitatur. Quid vero ſit hic Meta. intuitiua, vtrum ipſamet res, quæ intellr, vel aliquid ex parte intelligentis: dicetur alias. Hæc concluſio probata eſt de mente oĩum peripa. in procemio noſtro hu
Tertia. ius libri. Tertium eſt ꝙ ſumendo quidditatem pro eo quod per definitionem propriam explicatur ſic à nullo artifice conſiderantur, quia nec talem quidditatem ha-
Quarta. bent, nec talem definitionem, vt probauimus. Quartũ eſt ꝙ ſumendo quidditatem pro eo quod per definitionem large intelligitur vel explicatur, vt pro eo quod per attributa intelligitur. Tunc dico, ꝙ quo ad attributa collecta ex phantaſmatibus phyſicis, ſiue quo ad definitiones explicantes talium quidditates ex talibus attributis compoſitas ſpectant ad naturalem phm, quo vero ad attributa collecta ex phantaſmatibus Met. ſiue quo ad definitiones collectas ex his, pertinent ad Met. & de attributis quæ illis competunt per modum ſecũdi modi per ſe etiam eodem modo dicatur: nam ea quæ videntur fluere à prædicatis primi modi attinentibus ad Metaph. conſiderantur à Meta. quæ vero fluunt à prædicatis primi modi ſpectãtibus ad naturalem, ẽt ad naturalem ſpectant. Et ꝙ iſta ſit mens oĩum peripatetico rum patet, nam inuenimus Ariſt. in naturalibus multa tribuiſſe illis ꝑ phãtaſmata collecta ex mobilibus: quorum quædam ſe hñt vt prædicata primi, quædã vt prædicata ſecundi modi: ẽt in Meta. multa illis tribuit, quorum etiam quædã ſe hñt vt prædicata primi modi, quædam vt prædicata ſecundi modi & hæc ex Metaph. phã
Exceptum. taſmatibus. Ex his apparet ꝙ licet vere definitiones illarum ſubſtantiarum non aſsignentur: tñ inter attributa illarum: duo pñt eſſe attributa, quæ ſe habent vt definitiones: quarum vna colligitur à phyſicis imaginationibus: alia vero à Meta. phantaſmatibus, Ambæ enim ſunt aggregata quædam ex pluribus attributis: quę inſunt illis ad modum prædicatorum per ſe primi ſignificati. Simili modo dici poteſt de accidentibus per ſe. Nã licet illis nulla competant accidentia, tamen quædam fluunt à definitione primi generis: quædam à definitione ſecundi generis: ſic igiť epilogando patent quatuor. Primo, ꝙ ſumendo quidditatem illarum pro eſſentia, cognitio illius ad nullam abſtractiuam ſcĩam ſpectat. Secundo ꝙ ſpectat ad Meta. intuitiuam. Tertio ꝙ ſumendo quidditatem pro eo quod per definitionẽ propriam explicatur, ſic ad nullam ſcĩam ſpectat, quia qđ non eſt, non ſcitur. Quarto ꝙ ſumendo quidditatẽ pro eo quod per definitionem large explicatur: ſpectat ad Phyſi. ſi ex phantaſmatibus Phy. colligitur immediate. ſi ex phantaſmatibus Metaph. colligitur, ſpectat ad Metaph. Simili modo de attributis quæ illis competunt ad ſimilitudinem prædicatorum ſecundi modi. Nã ſi fluũt à definitione Phy. ſpectant ad Phyſi. Si à Meta. ſpectant
An de intellectu ſpectet ad Metaph. ad Metaph. Hæc de dilucidatione ſecundi quæſiti. De tertio quęſito poteſt eſſe multiplex dubitatio. Prima eſt ſi anima rationalis ſpectat ad naturalem, vel ad Meta. vel ad mathe. Scđa eſt qđ oportet Auer. dicere quidũc nos catholicos. Sed quia hoc eſſet longum, ideo tñ dubitatio erit. ſi concederetur tanquam falſa poſitio græcorum de intellectu ipſo ꝙ ſit ſubſtantia ſeparata, eius quidditas ad quam ſcĩam ſpectat de cæteris dubitationibus dicimus multa in libris noſtris de aĩa, ideo nunc omittantur. Ad hanc rñdet Ioan. in lib. de aĩa, ꝙ quiddi Solu.Ioan.
tas intellˀs ſpectat ad naturalem, & nullo modo ad Met. niſi in vniuerſali, vt dictum eſt: & hoc intelligit tam de agente, quam de poſi: etiam dato ꝙ ambo ſint ſubſtantiæ ſeparatæ. Probat hanc poſitionẽ primo ꝙ naturalis debet conſiderare oẽs formas naturales: vt dicit Ariſt. & Auer.2.Phy. Sed vterq; intellectus eſt forma natura- Cõm.26.
lis, quia vterq; eſt forma eius quod generatur ab agentibus naturalibus. igitur vterq; eſt forma naturalis. Secundo ſpeciatim arguit de intellectu poſsibili: quia naturalis debet conſiderare oẽm ſubſtantiam: quæ moue tur ab aliquo exiſtente in materia. At intellectus poſis mouetur à phantaſmatæ exiſtẽte in materia. Tertio ſpe ciatim arguit de agente, quia naturalis debet conſiderare, oẽ illud quod eſt principium immediatũ operationis naturalis dependentis ab aliquo materiali. Modo agens intellectus eſt huiuſmodi, quia eſt principium intellectionis, quæ eſſe non poteſt ſine phantaſmatæ. Quarto arguit de vtroq;, quia tunc Ariſto. in Metaph. eſſet diminutus: nam nullibi de his intellectibus perqui rit. Quinto definitiones vtriuſq; à naturali pho inueſtigãtur, vt patet in.3.de aĩa: igitur naturalis debet vtriuſq; quidditatem declarare. Sexto omne ens naturale conſi deratur à naturali, quia ens naturale vel ens mobile eſt illic ſubiectum, ſed vterq; intellectus eſt ens naturale, vt patet. 3. de aĩa, igitur vt prius. Hæc Ioan. in lib. de aĩa. Cõm 17.
Confutatio. Sed iſta poſitio eſt error: primo, quia Ariſt. in lib. de par tibus animalium primo, & cap.3. mouit qõnem hanc & ſoluit, ꝙ intellectus non ad naturalem, ſed ad Meta. ſpectat conſiderari. Secundo Auer.2.Phy. videtur ponere terminum excluſiuum conſiderationis naturalis vſq; ad intellectum. Tertio expoſitor ibidem clariſsime idem demonſtrat. Quarto Them. in præfatione librorũ auſcultatoriorium expreſſę dicit vtrunq; intellectũ ſpe ctare ad Meta. quicquid velit ipſe de vniuerſa aĩa: idem Simpľ. & Philop. & omnes græci. Ratione vero arguitur primo, quia ſaltẽ cognitio intuitiua intellectus agẽtis eſt Metaph. quia illa eſt beatitudo: & beatitudo non poteſt eſſe niſi cognitio ſapientialis: vt dicitur.10.Ethi. Cap.10.
prima pars eſt Auer.12. Meta. & alibi. Secundo argui- Cõm 38.
tur vniuerſaliter de oĩbus, quia non maiori abſtractione abſtracta eſt intelligentia ab orbe, quam vterq; intellectus à corpore humano ſm fictionem Auer. quã ſectatur Ioan. ſed Metaph. conſiderat de abſtractis, & maxime de abſtractis per eſſentiam, igitur de vtroq; intellectu. Tertio maior eſt abſtractio per eſſentiam quam per participationem: ſed Metaph. conſiderat abſtracta per participationẽ, vt ens, vnum, actum, potentiam, & id genus, igitur abſtracta oĩa per eſſentiam, ſed vterq; intellectus ſm Ioã. eſt abſtractum per eſſentiam, igitur de vtroq; conſiderat Metaph. Propter hæc & alia quæ Propria poſ.
alibi diximus: tenemus ꝙ vterq; intellectus conſiderať à Metaph. vno modo, & à naturali alio modo. Et breuiter dicimus de his: vt de cæteris ſubſtantijs ſeparatis: nã ſi quidditas ſumatur pro eſſentia, ſic illa non poteſt cognoſci niſi per Metaph. intuitiuam, & hac Meta. beatur homo, vt diximus. Si vero ſumatur pro eo quod per ipſam definitionem explicatur. ſi per definitionem propriam:

priam:

priam:ſic ad nullam ſciẽtiam ſpectat, quia intellectus vt ſic non habet talem definitionem. Si per definitionẽ large, ſic vno modo attinet ad naturalẽ, vt ſi explicatur per attributa naturalia, & alio modo ad meta. vt ſi expli catur per attributa meta. & ſimili modo de cęteris pdicatis ſecundi modi eſt dicendũ. Ad rõnes Ioan. Ad primam diſtinguo maiorẽ, quia ſi forma naturalis eſt vere natura: de illa conſiderat naturalis tm̃ in particulari, ſed ſi eſt naturalis diſtinguendo naturalem cõtra violẽtũ vel artificiarium põt conſiderare naturalis & meta. diuerſimode, vt dictum eſt. Modo vterq; intellˢ & oĩs ſeparata intelligentia eſt forma naturalis ſecũdo modo. Ad ſecundum dico, ꝙ moueri ab aliquo exiſtẽte in materia intelligi põt dupliciter. Vno mõ ſic ꝙ nec id qđ mouetʳ nec eius motus eſſe põt ſine re materiali, & hoc pacto oẽ tale conſideratur ſimpľr à naturali. Alio modo, ꝙ licet eius motus depẽdeat à re mãli, tñ ipſum qđ mouetur eſt ſimpliciter ĩmaterale, & qđ hoc pacto eſt motum, vno modo ſpectat ad naturalẽ alio modo nõ. Similiter dicatur ad tertiam. nam ſi valeret: per idem probarem intelligentias ſpectare ad naturalẽ. Ad quartam dico, ꝙ in tractando de aliis ſeparatis multa tractauit de his intellectibus. nam de ſimilibus idem eſt iudicium. Præterea in lib. de aĩa dixit multa de ipſis, quorũ quædam pertractauit, vt naturalis, quædam vt meta. & ideo prætermiſit de illis dicere in ſpẽ. Ad quintam patet ſolutio, nam naturalis inueſtigat definitionẽ ex phãtaſmatibus phy. collectam, aliam quæ colligitur ex phãtaſmatibus metaphy. inueſtigat forte per accidens. Ad ſextam patet ſolutio per id quod dictum eſt ad primã.

Dubitatio. Sed occurres vtrum de cęteris rebus poſsit dari illa diſtinctio, ꝙ videlicet ſint cognoſcibiles abſtractiuę, & intuitiuæ, licet hæc dubõ alibi forte tractabitur. Solutio. Pro nunc dico ꝙ non, ſed ꝙ ſolum illa non habet locũ niſi in his, quæ nec per propria phantaſmata intelliguntur nec per aliorum phantaſmata æquiualentia illis, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatę. Iſte. n. non habent propria phantaſmata: nec in earum effectibus eſt aliquod phãtaſma abſtrahibile, quod æquate poſsit illarum quidditatem repræſentare: ideo in illis diſtinctio habet locũ. At in cæteris, quæ vel per propria mouent phantaſmata, vel virtute aliorum, quæ ſunt maiora, non habet locum, quia vel phantaſma æquiualet rei intellectæ: vel excellit: vt eſt de intellectione materiæ, & eorum quæ per accidẽs intelliguntur. Et hoc pacto dicendum eſt ad hanc dubitationem peripateticæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIs præmiſsis ad rationes rñdetur ad primã. Quicquid dicunt alij dici põt ꝙ nulla alia ſcĩa facit conſiderationem de ipſo quod quid eſt diſputando de ipſo, & docendo per ipſum. Et hoc ſonat litera Ariſto. vnde dicitur. 4. huius, ꝙ meta. & dialectica de ipſo quod quid eſt differunt, cęterę ab his ſumunt. Ad ſecundam rñdẽt illis ſuo modo, tñ dici põt negãdo conſequentiam. Ad probationem dico ꝙ cognitio: verbi cauſa. entis eſt diſtinctiſsima & perfectiſsima de ente: tñ reſpectu contẽtorum ſub illo eſt confuſa & in potentia: in ſe tñ eſt diſtincta & perfecta: vnde dici poteſt cognitionem eſſe confuſam vel ratione modi cognoſcendi, vel rõne rei cognitæ, cognitio igitur entis eſt diſtincta quo ad modum cognoſcendi: tñ poteſt eſſe confuſa ratione rerũ contentarũ ſub ente. Ad tertiã negatur ſimilitudo, quia ſuppõ in habitibus eſt pœnes ſubiecta pria: nõ pœnes rõnem habituum, Metaphyſica eſt ſuperior, quia de ſuperiore ſubiecto, non autem quia eſt plurium repræſentatiua atq; maioris extenſionis. Ad quartã & quintam patet ſolutio per dilucidationem. Ad ſextam omnes negant minorem, dicũt. n. differẽtiam inter illa ponere intellectum, non per vnum habitum: ſed habitus miſtos. Sic. n. reſpondet Ioães & oẽs. Sed hæc ſolutio Confutatio. nulla eſt, quia ratio differentiæ & cõuenientiæ eſt vna ratio & relatiua, igitur ad quẽ habitum pertinet cõſiderare rõnem differentiæ & conuenientiæ per ſe, ad illũ ſpectat conſiderare per ſe illius fundamenta. Nullus. n. põt relationẽ per ſe conſiderare: quin conſideret fundamenta illius. Sed ad metaphyſicum ſpectat cõſiderare rationem differentiæ & cõuenientiæ, igitur fundamenta, hæc aũt ſunt extrema: & ſic ratio ſtabit. Reſpondet Cõm. 19. igitur aliter Auer. 3. de aĩa, ꝙ per vnam virtutẽ cognoſcitur differentia & extrema: ſed non eodem modo, nã per ſe cognoſcit differentiam, & alterũ extremum per ſe, vt illud quod eſt ſuæ iuriſdictionis. Alterũ vero extremum cognoſcit, ſed mediante habitu ſibi ſubordinato lege Auer. quia loquitur de intellectu & ſenſibus. Ad ſeptimam dicitur, ꝙ maior eſt vera quando conſideratio ſpẽi non eſſet per diſtinctam rationem ſcibilis. Corpus. n. mobile, quia contrahit ad diuerſum genus ſcibile: ideo non oportet vt conſideretur in metaphyſica: at decem rerum genera: quia non contrahunt ad diuerſum genus ſcibile, ideo in metaphyſica conſiderantur: non per diuiſiones in ſpẽs vſq; ad vltima ſed per definitiones, & quatenus per diuerſum modum eſſendi diuerſificant ipſum ens. Vnde hic cõſiderantur vt primæ entis ſpecies: non vt diuidũtur vlterius in ſpecies. Ad octauam dico, ꝙ ſpectat ad naturalẽ quia illa quidditas in particulari nulla habet prædicata ſibi propria, quæ ſint vel per eſſentiam vel per indifferẽtiam ſeparata. At verba Ariſt. dico ꝙ intelligit de nõ motis per ſeparationẽ eſſentialem: vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, vel per indifferentiam vt ſunt ea quæ ſunt communia illis & materialibus. Et ita licet in illo priori abſtrahat à motu & aptitudine & actu: non pp hoc reponiť in conſideratione metaphyſica, quia nec per eſſentiam, nec per indifferentiã poteſt reddi abſtracta: Hæc de decima diſputatione.

Fere autem & difficillima ſunt hominibus ad cognoſcendum quæ maxime ſunt vniuerſalia &c. Tex.

DISPVTATIO VNDECIMA

De difficultate & ordine cognoſcendi vniuerſalia & ſingularia.

Num vniuerſalia facilius & prius cognoſcantur ab intellectu, quam ſingularia,

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD non arguũt, primo ea ſunt cognitu faciliora quę ſunt prima in via cognoſcendi vniuerſalia ſunt prima in via cognoſcendi, vt dicitʳ Rationes Ante[illegible]. 1. phyſi. igitur ſunt faciliora cognitu. Secundo omne totum eſt cognitu facilius partibus: vt dicit Auer. 1. phy. vniuerſaliora ſunt tota, & minus vniuerſalia ſunt partes, igitur vniuerſaliora ſunt cognitu faciliora. Tertio illa ſunt cognitu faciliora, quorum ſingulare citius ſenCõm. 5. ſui occurrit. Sed ſingulare magis vniuerſalis citius ſenſui occurrit, ipſo ſingulari minus vniuerſalis: vt patet in exemplo de pueris. 1. phyſic. etiam patet exemplo Auic. de viſo à remotis, igitur vniuerſaliora ſunt cognitu faciliora.

ciliora. Quarto ens & res prima impreſsione imprimũtur in anima, vt dicit Auic.2.ſuæ meta.cap.1.& hęc ſunt vniuerſaliſsima, igitur vniuerſaliſsima ſunt cognitu facilia. Quinto minus vniuerſalia ſunt magis nota naturæ, quia ſunt perfectiora, igitur magis vniuerſalia ſunt magis nota nobis:quia non eadem ſunt nobis & naturæ nota. *Ratio nostra.* Sexto omne illud per quod intellꝰ deuenit in notitiã minus vlis, eſt facilius cognitu, tale eſt vlius, qa ex illo cognoſcitur minus vle. Septimo potẽtiæ æqualiter ſe habenti ad oĩa, nullum illorum eſt ſibi altero difficilius:ſed intellꝰ poſsibilis ęqualiter ſe habet ad oĩa, vt dicit.3.de aĩa, quia eſt oĩa fieri: igit nihil eſt ſibi difficiliꝰ. In oppoſitũ eſt Ari.d.fere aũt & difficillima ſunt hominibus ad cognoſcẽdũ, quæ maxime ſunt vniuerſalia.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Vle duplicitur. VNIVERSALE bifarium eſt: quoddam per eſſentiam, eſt aũt hoc omne quod per eſſentiam ſeparatur à materia & à conditionibus materiæ, vt ſunt. Ideæ apud Plat. vel ſubſtantiæ ſeparatæ apud Ariſt. hæc ẽt vniuerſalia in cauſando, nonnunquã appellãtur à philoſophis, quædam aũt vniuerſalia dicũtur per participationem, vtpote ea quæ ſunt in re particularia: ſed participatione luminis intellectus dicuntur vniuerſalia: & talia vniuerſalia participatione, quædã ſunt propoſitiones: vt principia artium & ſciarum, atque præmiſſæ demõſtrationis, quædam partes propoſitionũ, quas, videlicet, termini ſignificant: & hæ partes iterum diuiduntur, quia vel ſunt vniuerſales in re, vel poſt rẽ, ſi in re, hæ iterum ſunt vniuerſales, vel actu, vel poteſtate. actu quidẽ, dũ intelliguntur conceptione abſoluta ſine conditionibus indiuiduis: poteſtate aũt ſunt vniuerſales in re ante omnẽ conceptionem: poſt rẽ vero ſunt vniuerſales, qñ cõceptione comparatiua cognoſcuntur, videlicet vt genera, vt ſpecies, vt prædicata, & id genus. Hæc de verbo vniuerſale. Ex qbus patet qd ſit magis vniuerſale qdúe minus vniuerſale:ideo non oportet aliter exponere. De difficultate, facilitateúe cognoſcendi.2.lib.dicetur:nũc vero difficilius cognitu appello illud cuius cognitio poſterior eſt in nobis: cuius vero cognitio prior eſt, id cognitu facilius dico. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Po Pla. Soc. Pitha. Empedo. PLATO, Socra. Pytha. & Empedo. atq; oẽs, qui ſcire noſtrum dicunt eſſe à natura, & non de nouo, aſſerere coguntur nec vniuerſale, nec minus vniuerſale, nec ſingulare eſſe prius intellectui cognitum, quia cum hęc à natura inſint, & coęqualiter, neutrũ prius neutro precognoſci põt ab intellectu, vt intellectus eſt. Sed cũ dicant noſtrũ ſcire eſſe potius reminiſci, coguntur dicere magis de ordine reminiſcẽtię, quã cognitionis, eius igit prius reminiſcemur: cuiꝰ phãtaſma, ſiue ſenſibile prius nobis aut occurrit, aut cuius prius reminiſcimur. Verũ vero phãtaſma vniuerſalioris ſit illud, cuius prius reminiſcimur, vel phantaſma minus vlis: hoc derelinquendũ eſt his, qui factionẽ hanc ſectantur. Sat aũt nobis ſit dixiſſe iuxta horũ opiniones nihil poſſe eſſe altero prius cognitũ intellectui, vt intellectus eſt. *Po graecorum perip. et Arabũ.* Græci vero peripatetici, vt Themi. Theophra. Eudemus, Simpl. & inter Arabas Auic. Algazel, & Auer. & oẽs qui intellectũ ſpeculatiuũ faciunt æternũ, etiã coguntur dicere intellectui in ſe nihil eſſe prius notũ. Nam cũ oĩa intellectu ꝑ eos ſint æterna, & in æternis nihil ſit tempore prius, iure nihil prius poſteriusúe notum eſſe poteſt intellectui ipſi, vt intellectus eſt vniuerſi humani generis perfectibilis habia, ſiue entelechiã, nam intellectus vt entelechia eſt totius ſpẽi, oĩa intellecta habet, & nihil vt ſic ſibi deeſt & ita ſimul in illo ſunt atq; neutrum in illo dici poteſt altero prius. De his in ſecundo de intellectu multa diximus quæ nunc prætermittamus: vt breues habeamur. Quo ſit vt iuxta horũ poſitionem ordo non ſit ex parte intellectiuæ apprehenſionis, ſed ex parte copulationis eius in nobis. Cum.n.intellectus vt diximus bifariã nobis copuletur, aut vt principium eſſendi, aut vt principiũ intelligendi, & copulatio illa quæ eſt eius vt principium eſſendi, ſit per naturam, vt quã primo nobis ex ſemine aderit dianæa, ſiue rationalis, ſiue cogitatiua, reſtat vt illa quæ eſt eius vt principium intelligendi fiat per phantaſmata. Quare coguntur dicere intellectũ nobis copulari, pro rõne qua phantaſma ſpeculamur, igit cuius indiuiduum prius phantaſiamur, intellectus vt principiũ intelligendi illius vniuerſalis nobis copulabitur, & quia accidit nobis vt phãtaſiemur interdum indiuiduum generis remoti, verbi cauſa corporis, vt in lõginqua diſtãtia, deinde indiuiduum aĩalis, vltimo hoĩs: vt Auic.dicit:hac rõne intellectus nobis copulabit primo vt principium intelligendi vniuerſale corpus, deinde vniuerſale aĩal, demum vniuerſalem hoĩem, in proxima vero diſtantia circumſcripto oĩ impedimento, nõ habemus ab Auer. clare ordinem phantaſiandi, & propterea non poſſumus determinare ordinem copulandi. Sed generatim illud iuxta horum opinionẽ oportet concedere de ordine copulationis, quod de ordine phãtaſiandi eſt dicendum, eo quia intellectus vt principium intelligendi non aliter nobis copulatur, quam ꝑ phantaſmata, quæ tamen differentia ſit inter Auer. & cęteros græcos in re hac in lib. de intellectu perquirenda eſt diligenter. Contra has poſitiones nõ aliter obijcio, *Confutatio.* quia earũ falſitas, patebit per dilucidationem noſtrã. Præterea oẽs iſtæ errant in principio, ex eo.n.emergũt, quia intellectum autumant æternum & vnum hoc nũc non eſt confutandum, quia in lib. de intellectu ſatis reprobatum eſt. Alij vero rem hanc abſoluunt diuidendo, *Po ſcda vt Anto. Andrea. 1. Conclusio.* dicunt enim quòd ſi loquimur de vniuerſali in cauſando poſſumus loqui dupliciter, vel de principijs incomplexis, vel complexis. ſi de incomplexis, ſic quanto vniuerſalius, tanto minus notum eſt. Hoc probat Ariſt. in litera: quia quanto vniuerſalius eſt, tãto à ſenſibus remotius eſt, & ita minus nobis notũ. Si vero de complexis, Ponunt ſecundã concluſionem ꝙ quãto vniuerſaliora ſunt, tanto nobis notiora. probatur, qa vt dicitur.2. meta. principia ſimpliciter prima ſunt, vt locus, ianuæ. Si vero loquimur de vniuerſali in re ſiue in prædicando, adhuc ſubdiuidi poteſt, quia vel comparatur magis vle ad ſingulare, vel ad minus vniuerſale. Si comparatur magis vle ad ſingulare, aut loquimur de notitia in genere hoc eſt cõi ſenſitiue, & intellectiuæ. aut in ſpẽ pro altera harũ tm̃. Si itaq; vniuerſalius comparatur ſingulari pœnes notitiam in genere, Tunc ſit tertia concluſio ꝙ ſingulare eſt nobis prius notũ. ꝓbant quia quod eſt notius prima notitia, eſt prius notũ ſimpliciter, ſed prima notitia, eſt ſenſitiua, & ſingulare prius notũ eſt in illa, igitur abſolute notius, veluti quod eſt perfectius homo eſt perfectius aĩal abſolute. Si vero magis vniuerſale comparetur ſingulari pœnes notitiã ſenſitiuam, Tunc ſit quarta concluſio ꝙ ſingulare eſt prius notũ. probatur, qa ſingulare ſentitur ꝑ ſe, vniuerſale per accidens, & ſemper per accidens eſt poſterius ꝑ ſe. At ſi magis vniuerſale comparetur ſingulari pœnes notitiã intellectiuã: oportet diſtinguere ſm̃ opiniones, quia

quia ſi ſingulare nõ ꝑ ſe eſt intelligibile, ſed ꝑ accidẽs.

Tunc quinta concluſio erit, ꝙ vl'e eſt prius notum qa ipſum per ſe prius eſt eo quod eſt per accidens. Ac ſi teneatur ꝙ tam vniuerſale q̃ ſingulare ſit per ſe intelligibile, Tunc ſexta concluſio eſt ꝙ ſingulare eſt prius notum. declarãt, quia principia ſcientiæ & artis per inductionem cognoſcuntur. In inductione præmiſſæ ſunt ſingulares, quare ſingularia ſunt prius nota. Hæc de cõparatione magis vl'is ad ipſum ſingulare. At ſi cõparãt magis vl'e ad minus vniuerſale: hoc rurſus eſſe põt aut pœnes eorũ indiuidua, aut pœnes ipſa ad intellectũ. Si pœnes eorũ indiuidua, Tũc ſingulare ſiue indiuiduum magis vniuerſalis eſt nobis notius quã ſingulare minus vl'is, & hoc tam quo ad ſenſum q̃ quo ad intellectũ, ſi ſingularia ab intellectu intelligantur. Probãt primo qa illud ſingulare magis vniuerſalis eſt cõfuſius quare nobis prius notũ. Secundo probant exẽplo ſumpto à pueris, qui primo oẽs homines patres, & omnes fœminas matres nuncupant. Tertio exemplo Auicennæ de eo q̃ à remotis venit. At ſi ambo comparentur ad intellectũ, erit aut in cognitione diſtincta, aut in cognitione confuſa. Si in cognitione diſtincta ſit octaua concluſio ꝙ vniuerſalius eſt prius notũ, vt probatũ eſt per rationes ad oppoſitum, quod ſi dicas minus vl'e eſſe propinquius ſingularibus, quæ ſunt nobis prius nota, dicunt minus vniuerſale nõ eſſe propinquius ſingularibus in eo ꝙ ſingulare eſt nobis notius, quoniam ſigulare eſt nobis notius, quia ſenſibilius, at magis vl'e in ratione ſenſibilitatis eſt propinquius ſingulari, non quidem quia vniuerſale ſit per ſe ſenſibile, ſed in ſingularibus per accidens. At ſi in cognitione confuſa, ſit nona concluſio, ꝙ ipſum minus vl'e ſiue definibile eſt prius notũ, eo quia prius cognoſcitur indiſtincte quid nominis, deinde diſtin-

Cõm 5. guitur in vniuerſalia. Etiam patet hæc concluſio: quia cõpoſitum ſemper eſt notius partibus, vt dicit. 1. phyſi. Hæc ſunt quæ ab eis habemus. Sed hæc poſitio multifa-

Confutatio. riam ambigua. Primo, quia ex hac non habemus, quid prius notũ ſit intellectui, an vniuerſale poſt rem, an ſingulare. Nec habemus an magis vniuerſale poſt rem ſit nobis prius notum, an minus vniuerſale: ex hac enim diuiſione nihil habetur, quo poſsit illud quæſitum diſſolui. Secundo ex hac diuiſione non patet quid eſt nobis prius occurres in proceſſu naturæ. Eſt enim duplex proceſſus, naturæ, & artis, vt patebit. At per hanc diuiſionẽ non patet quid prius intellectui occurrit in proceſſu naturæ. Tertio dato ꝙ ſingulare ſit per ſe intelligibile, non ſequitur ꝙ ſingulare prius occurrat intellectui quam vl'e: nam illud prius debet occurrere intellectui quod magis competit intellectui vt intellectũ. Modo vniuerſale competit intellectui vt intellectus, ſingulare nõ, niſi intellectui copulato ſenſibus. vt dicit Auer.

Cõm 9. 3. de anima. Probatio etiã eorum eſt de vl'ibus & ſingularibus cõplexis, & in ipſa inuentione, & ita nõ eſt ꝓbatio

Scotus i. 1. ſen. diſtin. 3. ſimpliciter. Quarto ex hac diuiſione habeť contra eorum principem qui tenet ꝙ via originis in cognitione confuſa ſemper minus vl'e prius occurrit intellectui, & hoc quia illius ſingulare fortius mouet ſenſum. Modo ex hac eorũ diuiſione habeť ꝙ ſemper ſingulare magis vniuerſalis fortius mouet ſenſum, tam in proxima quam in remota diſtãtia, vt patet: etiam habetur ꝙ via originis magis vniuerſale prius nobis occurrit, quia aſſerunt illud eſſe confuſius. Propter hæc nonnulli aſſerunt ipſos in hac quæſtione eſſe loquutos non ſ͂m propriam poſitionem, ſed ſ͂m cõem latinorum ſententiã, nam eorum princeps etiam in quæſtione præſenti loquitur non ſ͂m propriam poſitionem, ſed iuxta communem viam. Recentiores huius partis propter hæc

aliter ad mentem eorum principis in quæſito hoc procedunt: & licet multa præmittant, potiſsimũ eſt ꝙ trifariam aliquid cognoſci poteſt, aut actu, vt qñ actu attingitur terminando vel mouendo actu intellectũ, qua via diceremus eum qui actu ipſum hoĩem contẽplatur actuali cognitione cognoſcere hoĩem. Aut habitu, veluti ſi nondũ cognitũ ſit, ſed de proximo cognoſcet̃ niſi accidat impedimentum, veluti qui actu contemplatur animal, habitu ipſum ens contemplari dicetur, quia dũ cõtemplatur animal, eſt in proxima diſpoſitione ad cognoſcendum ens, niſi aliquid impediat. Aut poteſtate vel virtute, quo modo qui actu aliquod totum intelligeret vt definibile, poteſtate & virtute omnes illius partes intelligit, & licet apud eos poſſet aſsignari differentia inter id quod habitu cognoſcitur, & id quod virtute cognoſcitur, tamen non eſt facienda vis, quia in concluſionibus pro eodem habẽtur. propterea pro nunc diſtinctio hæc ſit bimẽbris in cognitionẽ actualẽ & habitualem. Prætermiſsis igitur alijs diſtinctionibus eorũ: breuiter ad mentem eorum ſit prima cõcluſio loquendo de cognitione actuali & in via generationis, & cognitione confuſa, prius cognitum ſiue id quod primo nobis occurrit eſt ſpecies ſpecialiſsima, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, & hoc ſupponẽdo ſingularia nõ per ſe cognoſci à nobis. probant hanc primo ꝑ Achillẽ eorum, quia agens naturale approximatum paſſo ſufficienter diſpoſito producit perfectiorẽ effectum, quẽ poteſt, at intellectus agens, & oĩa concurrentia ad generationẽ cognitionis, ſunt agẽtia naturalia, quia præcedunt actum voluntatis in illo priori: igitur producũt perfectiorem effectum quẽ pñt in paſſo. Talis eſt cognitio ſpeciei ſpecialiſsimæ confuſa, vt patet quia ſpẽs eſt perfectior genere. Secũdo actualius ſemper præuenit minus actuale, at natura ſpẽi contenta in ipſis phantaſmatibus eſt actualior natura generis, igitur præuenit in agendo. Secunda concluſio eorum eſt: loquendo iterum in via originis & ĩ cognitione actuali: in cognitione diſtincta primũ cognitum eſt ens, deinde ſecundũ cognitum ſemper eſt magis vniuerſale deducunt, quia diſtincte cognoſcere eſt reſolute cognoſcere, ſed ipſum ens in nihil prius eſt reſolubile, igitur eſt primũ cognitum. Secundum vero erit illud quod ſemper eſt minus reſolubile, & ſic ſemper magis vniuerſale. Tertia cõcluſio eorum eſt ꝙ loquendo de cognitione habituali ſiue virtuali primũ cognitũ eſt ens, & ſemper magis vl'e prius quam minus vniuerſale. probãt quia imꝑfectiora ſunt nata prius ꝑficere intell'm q̃ ꝑfectiora, igitur poſt actualem cognitionẽ alicuius intell's eſt magis aptus cadere in cognitionẽ illius, quod eſt imꝑfectiſsimũ, tale eſt ens, & ſemper magis vniuerſale ipſo minus vniuerſale, igit̃ cognitione habituali ipſum ens eſt primũ cognitum, & ipſum magis vl'e ſemꝑ prius ipſo minus vl'i. Si vero loquimur de ordine ꝑfectionis diſtinguũt quia vna cognitio eſt perfectior, aut ſimpliciter, vtpote illa quæ eſt de obiecto perfectiori, aut ſ͂m proportionẽ potentiæ ad obiectũ, vtpote qñ obiectũ ſ͂m plures gradus cognoſcibilitatis attingit. Tũc dicũt ꝙ primũ cognitum primitate cognitionis ꝑfectæ ſimpliciter eſt deus benedictus patet, quia inter oĩa entia optimũ eſt deus, igitur eius cognitio eſt, ſimpliciter ꝑfectior. Si vero loquimur de primitate cognitionis ſ͂m proportionẽ, ſic

Pō.ī nouiſſimorũ. quæ eſt Scoti 1 ſen. diſtin 3. Diſtinctio.

primum

primum cognitum erit magis ſenſile, & magis materiale, patet, quia magis intellectui proportionari pōt. Sexta eorum concluſio eſt, ꝙ loquendo de primo cognito primitate obiecti, iſtud eſt ens vt ens, quia ad ipſum naturaliter ordinatur intelľs, & ad quodlibet contentum ſub ipſo. Hæc eſt eorum pō. Multa dicũt circa defenſionẽ rationũ & cõcluſionũ, quæ omitto. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, & videtur ſibi contraria. primo, quia ſi in cognitione habituali ſine virtuali magis vľe eſt prius cognitum, igitur in cognitione actuali: deduco, quia omne potentialiter tale quandoq; erit actualiter tale, ſed per eos in habituali cognitione magis vľe eſt primum cognitũ, igitur in cognitione actuali, quia qñ habitualiter cognita actualiter cognoſcenť, prius cognoſcetur illud quod potentia erat aptum natum prius cognoſci, aliter ordo eſſet violentus, & non naturalis. Secũdo ſi per eos intelľs eſt aptus naturaliter perfici prius ad minus perfecto, igitur cũ deducitur ad actũ prius perficieť minus perfecto, & ita ſemꝑ prius perficietur ipſo magis vľi. conſequentia declarať, quia omne agens formã inducẽs in aliquo ſubiecto. ita illam inducit ſicut ſubiectũ eſt naturaliter illius ſuſceptiuum aliter inductio eſſet contra naturam ſubiecti, quare in cognitione actuali illorum ſemper magis vľe erit prius notum, & ſic prima & tertia concluſio videnť contrariæ. Quod ſi dicas ꝙ eſſet ita in actuali vt eſt in potẽtiali: ſi nõ adeſſet impedimentũ, modo ibi eſt impedimentum, qa intelľs in intelligẽdo depẽdet à ſenſu, at ſenſus moueť ab obiecto ſub rõne ſpecifica, qñ eſt in debita diſtãtia, & ita oportet intellectũ moueri à rõne ſpecifica ad conceptũ ſpẽi, & ita cõcedunt illa intellectui præſentia eo ordine intelľm mouere, quo ordine ſunt pſentia, niſi eorũ motio ab aliquo ſenſibili extra impediať. Sed hæc ſolo nõ valet. primo qa nõ diciť proxime venturũ quod nunq̃ tali ordine venit, igitur nunquã diceť proxime cognoſcibile qđ nũquam tali ordine cognoſciť. Sed per eos nunq̃ illa diſpoſitione impedita ſtante pōt intelľs poſt cognitionẽ ſpeciei cognoſcere vľius, igitur illud non dicitur proxime cognoſcibile. Fruſtra enim dicetur proxime venturũ in aliqua diſpoſitione ſi nũq̃ veniet in tali diſpoſitione, quare cum ſtante illo impedimento nũq̃ cognitio magis vľis veniet, non igitur ſtante ipſo impedimento poteſt dici proxime præſens. Secundo per definitionem eorum probo ꝙ minus vľe ſit primum cognitum cognitione habituali, quia ſtante tali impedimento poſt cognitionem confuſam ſpẽi cognoſcitur ſemper proximũ vľe ſpẽi, igitur illud diciť habituali cognitione prius cognitum. tenet conſequentia, quia habitualiter tale eſt illud quod eſt in proxima diſpoſitione ad eſſe tale, vt ipſi dicunt quare ſtante impedimento ſemper primum cognitũ in cognitione habituali, erit minus vľe. Tertio agentia illa naturalia ſtante tali impedimento aut agunt in intellectũ vt ipſe eſt aptus naturaliter pati, vel non, ſi nõ igiť generatio hæc intellectiua erit violẽta, quia ſit ab agẽte paſſo nõ cõferente vim. Si vero ſit in illo vt ille aptus eſt naturaliter pati, tũc intellectus eſſet aptus naturaliter prius recipere perfectius, contra eos, etiam nunc minus vniuerſale eſt proximum in cognitione habituali, quia iſte eſt ordo receptioni intellectus, vt procedat a minus vniuerſali ad maius, quare poſt conceptum ſpẽi proximũ eſt vľe illi immediatũ, & ſic non pñt euitare cõtradictionẽ. Secundo principaliter arguo contra primã concluſionem, illud via originis primo cognitione actuali intellectui noſtro nobis occurrit, qđ eſt nobis notius, atq; certius. Hæc maior ab omnibus peripate. conceditur, quia vt diciť. 1. phyſi. auſculta. via nobis innata atq; naturalis eſt ꝓcedere à nobis notioribus atq; certioribus. Sed magis vniuerſale ſemper eſt notius atq; certius minus vľi. hæc minor q̃q̃ patet: deduciť, quia illud eſt certius circa quod ſenſus & intelľs minus contingit errare. Hæc eſt omnibus perſpicua, ſed circa magis vniuerſale minus contingit errare ſenſus vel intellectus, quia quoties ſenſus vel intelľs errat in magis vľi, errat in minus vľi: & nõ quoties errat in minus vľi errat in magis vľi, quia ſtat errare in particulari & ſcire in vľi, vt diciť in priorib9: & patet etiam ad ſenſum, quia ſtat me errare circa cognitionẽ huius rei, ꝙ ſit cameleonta, & nõ errabitur ꝙ ſtirps. Amplius ſtat me errare circa erinaceum ꝙ ſit ipſe erinaceus, & nõ errabo ꝙ ſit aĩal, quare ſemper magis vniuerſale eſt certius & notius minus vľi, igitur ſemꝑ intellectui primo via originis occurrens cognitione actuali. Præterea arguo vlterius demonſtratiue & eſt ratio Simp. 1. phy. & ſuppono ex cõſenſu omnium peripa. nihil poſſe intelligi ab intellectu noſtro, quin aut per ſpẽs accidentis, vel non ſine ſpẽbus accidentis intelligatur. Secundo ſuppono ꝙ quanto accidens eſt cõius tanto ipſum eſt certius, hoc concedunt illi quæſtione de obiecto ſenſus ĩ ſolutione ad vltimũ. Tamen eſt Auer. 2. de anima, & etiam ſenſu conſtat qa viſus poteſt errare circa album vel nigrum, pōt. n. diiudicare cæſium eſſe album, & errare, nunq̃ aũt errabit diiudicando illud eſſe coloratum vel viſibile. Amplius tactus errat frequenter diiudicando aliquid eſſe calidũ vel frigidum, nunquam errat diiudicando illud eſſe tactibile, & ſic patet ſecunda ſuppoſitio. Tertio ſuppóniť ꝙ cognitio magis vniuerſalis non poteſt effici in intellectu niſi per cognitionẽ accidentium cõium, vel non ſine accidentibus cõibus. Nemo. n. cognoſcit animal, niſi à motu & ſenſu, nemo hoĩem niſi à loquela & ratiocinatione. Tunc arguo illud via originis primo intellectui noſtro cognitione actuali occurrit, cuius accidentia primo via originis cognitione actuali nobis occurrunt, patet hæc ex prima ſuppoſitione, ſed cognitio accidentium generis & magis vniuerſalis prius via originis nobis occurrit, vt per ſecundam ſuppoſitionem, patet igiť ſemper cognitio magis vniuerſalis prius via originis cognitione actuali nobis occurrit. Hæc ratio eſt à Simplicio, & non ad dictis demonſtrat. Tertio videtur ꝙ hæc poſitio ſit ſufficiens, primo, quia per hanc nõ habemus qđ ſit prius poſteriuſúe cognitũ in vľibus poſt rẽ: ſed ſolũ in vľibus in re. Adhuc cũ intelľs poſsit ꝓcedere naturaliter volũtariæ, & fortuite, atq; ſciẽtifice, ex hac determinatione nõ habemus qđ ſit p̃cognitũ in vnoquoq; horũ ꝓceſſuũ. Sed ꝑ hãc põnem dũtaxat patet qđ ſit p̃cognitũ in proceſſu definitiuo. Quarto principaliter vř ꝙ vltima cõcluſio nõ ſit ꝑipatetica qa græce obiectũ vocãt hypocimenon, modo hypocimenon qđ latine eſt obiectũ, apud græcos nõ eſt niſi trifariam (vt diximus) vel qa mouet, vt in obiectis ſenſuũ vel quia patiť, vt in obiecto nutritiuæ, vel quia intendiť vt finis: nec rõ obiecti ſiue hypocimenõ à ꝑipateticis vnq̃ aliter declarata eſt, cõſtat aũt nullo horũ modorũ poſſe rõnem obiecti ipſi enti cõuenire, & ꝓpea ſexta cõcluſio non eſt peripatetica. Hæc ſatis. Aĩaduerſione tñ dignũ ꝙ ea quæ dicunt nouiſsimi metaphy. in via eorũ, nullo modo conueniunt veritati peripateticæ, tñ ea quæ dicit princeps eorũ in prima concluſione pñt aptari ad

Confutatio. *Solutio.* *Com. 65.* *Declaratio poſitionis Scoti qualis eſſe poteſt.*

mentem peripate. Nam in omni proceſſu ſm̃ peripate. eſt conceſſum & quæſitum : vt dicit Philop.1. poſt.igit̃ in proceſſu definitiuo erunt conceſſum & quæſitum : cõceſſum eſt quid noĩs ipſius definiti: non.n.poſſumus procedere in definiendo hoĩem ipſum,niſi præcognoſcamus quid nomen homo nobis ſignificat: nec poſſet græcus procedere in definiendo anthropon niſi præcognoſcat quid nomen anthropos ſignificet quare in tali proceſſu ſemper præcognitum erit quid noĩs eius qđ definibile eſt. Quæſitum autem eſt definitio, ſed quia definitionem non poſſumus venari niſi primo incipiamus ab ipſo communiſſimo per diuiſionem & ſubdiuiſionem,atq; per compoſitionẽ, ideo primum cognitũ in ordine diſtinctẽ cognoſcendi eſt ens, quia ab illo incipit diuiſio atq; venatio,ſiue methodus. Si igitur eorũ princeps loquatur in proceſſu definitiuo,& per cognitionem confuſam ſpeciei,intelligat quid nominis illius: recte ſentit, quia conceſſum debet præcognoſci quid noĩs in omni proceſſu. Amplius ſi per diſtinctẽ cognitum intelligat illud à quo primo incipit methodus definitiua etiam recte dicit ꝙ ens eſt primum cognitũ. Primo quia non poteſt cognoſci niſi diſtinctẽ:quia ſm̃ eos eſt ſimpliciter ſimplex. Secundo quia ab eo oĩs definitiua methodus incipit. Hoc igitur pacto recte dicit verum (vt dixi)ex hac determinatione non habemus completam declarationem de primo cognito, quia nondũ patet quid primo occurrit intellectui noſtro in quouis

Quinta pō. proceſſu. Quinta vero poſitio eſt quam alias nos diximus eſſe Auer. vbi ſupponendũ eſt ꝙ tam minus vniuerſale, quam ipſum magis vniuerſale eſt totũ & pars. Ipſum enim minus vniuerſale eſt totum eſſentiale, ſiue definibile, & ſic ipſum magis vniuerſale eſt illius pars definitiua ſiue eſſentialis: at ipſum magis vniuerſale eſt totum in modo, ſpẽs autem partes ſubiectiue. Secũdo ſupponebamus ipſum totum eſſe prius cognitum cognitione confuſa ſuis partibus, partes vero ſemper eſſe prius cognitas cognitione diſtincta:hæc perſpicua eſt, q̃a cognitio alicuius diſtinguibilis nõ per ea quibus diſtinguitur confuſa eſt. Contra aũt cognitio partium alicuius totius, quia diſtinguit in partes diſtincta dicit̃ reſpectu totius. Tũnc ad mentem Auer.1.Phy.ponebant has concluſiones. Quarum prima eſt. Omne totum cognitione confuſa eſt prius cognitum ſuis partibus. contra autem,oĩs pars cognitione diſtincta prius cognoſcit̃ ſuo toto. Secunda concluſio. Si magis vniuerſale comparatur ad minus vniuerſale vt totum ad illud, ipſum magis vniuerſale ſemper prius occurrit intellectui quã minus vniuerſale,& hoc cognitione cõfuſa. Tertia vero eſt.Q. ſi minus vniuerſale comparatur ad magis vniuerſale vt totum eſſentiale ad illud,ſic minus vl'e cognitione confuſa prius occurrit intellectui. Videtur aũt ꝓbare has Auer.per ſimile de toto apud ſenſum: nam vt totum apud ſenſum quod eſt indiuiduum eſt prius co-

Replica.1. gnitum partibus,ſic ſemper totum apud intellectũ. Sed dices quando ambo comparantur inuicem vt tota, q̃d eſt prius cognitum?vel q̃n ambo vt partes comparãtur.

Reſponſio. Dico ꝙ nõ poſſunt mutuo cõparari niſi alterũ vt totũ

Replica.2. intelligatur,& altera vt pars.Præterea dices Auer. non ponit ordinem in cognitione, quia intellectus nihil de

Solutio. nouo intelligit. Dicas ꝙ licet intellectus nihil de nouo intelligat, tamen nos oẽs per intellectum de nouo intelligimus, hoc autem fit per ordinem quo copulatur nobis vt principium intelligendi, quæ copulatio fit ſm̃ ordinem phantaſiabilium,vt dictum eſt antea.Hęc diximus alias. Sed nunc dicimus ꝙ multipliciter defi- *Confutatio.*
cit.Primo quia per hanc determinationem non habemus quid ſit primum nobis occurrens abſolute & ſimpliciter,ſed ſolum forſitan in proceſſu definitiuo. Hęc enim poſitio fortaſſe reducitur ad eam declarationem quam pauloante diximus de mente principis dictorum opinantium,& ſic non euacuat oẽm dubitationem. Secundo,quia non patet quid ſit primum cognitum in vl'ibus poſt rem.Tertio quia nõ patet an vniuerſale, an

ſingulare ſit primum cognitum.Sexta poſitio eſt quam *Pō ſexta.*
etiam alias ſoliti ſumus ſuſtinere. Diximus.n.ꝙ loquẽdo de ordine eſſentiali nihil intellectui eſt prius cognitum, quia nec magis vl'e, nec minus vl'e. Dicebam primo, quia non eſt eſſentialis ordo ex parte intellectus, quia ille eſt æqualiter omnia fieri.Secundo nõ ex parte eorum quæ cognoſcuntur quia ſi ſic,tũc ſemper ad cognitionem poſterioris requiretur cognitio omniũ priorum: & ita non poſſet intellectus cognoſcere actu hominem, niſi actu omnia ſuperiora præcognouiſſet, & hoc ſi magis vl'e eſſet eſſentialiter primum cognitum, nec actu poſſet cognoſcere ens, niſi actu præcognouiſſet oĩa minus vniuerſalia, & hoc ſi minus vl'e eſt prius eſſentialiter in cognitione. Sed nec hæc poſitio nunc *Confutatio.*
placet quia ſi hæc eſſet vera,non niſi in proceſſu fortuito haberet locum,non aũt in proceſſu naturali,vel volũtario, vel artificiario atque ſcientifico. Septima poſi- *Pō ſepti.*
tio eſt ꝙ ſecus eſt quid eſt prius cognitum in arte vbi multa cognoſcuntur, & ſecus in cognitione vnius, vtpote Socra.Nam in cognitione artificiaria ſemper vniuerſale eſt prius cognitum, maxime q̃n non inuentione fit illa ſcientia. Sed cum volumus cognoſcere aliquod vnum : vtpote Socratem, ſecus eſt, nam in tali cognitione ſenſus quæſtionis eſt quando volumus Socratem cognoſcere, quid prius nobis occurrit vtrum cognoſcamus prius Socratem inquantum animal, an inquantum homo,& cum iſte eſt ſenſus tunc ſemper cognoſcimus ipſum prius inquãtum aĩal.Sed nec iſta po- *Confutatio.*
ſitio valet:quia eſt particularis ſolum in cognitione definitiua, & diſtincta, nam nihil aliud eſt cognoſcere Socra. per aliqua quam definitiuæ ipſum intelligere, in quo caſu ſemper ipſe, eſt prius cognitus ſaltem quid nominis, deinde cognitione diſtincta ens, & id quod eſt magis vniuerſale, & per conſequẽs hæc determinatio eſt imperfecta.Expo.aũt Tho.abſolute velle videtur *8.Pō Tho.*
magis vl'ia eſſe intellectui noſtro prius nota & intelligit illa eſſe prius nota cognitione cõfuſa,vt ꝑ verba Ariſ.1. phy. auſcul.lib.confirmat. Vtitur aũt ratione, quia intellectus procedens de potentia ad actum incipit ab imperfecto ad perfectum, & prius deuenit in actum medium quam in extremum tale medium eſt magis vl'e reſpectu minus vniuerſalis, igitur prius deuenit in cognitionem magis vl'is. Hæc Expoſitor. Sed obiiciunt iu- *Obiectiones*
niores multis rationibus.Primo contra põnem.Secũdo *Prima ratio*
contra fundamentum põnis.Contra poſitionem quidẽ primo per verba Ariſto.1.phy.auſcul.d.idem ſuſtinere *Cõm.5.*
nomina ad rationem,vbi colligitur definitum eſſe prius cognitum partibus definientibus.Modo definitum eſt minus vniuerſale quam ſuæ partes, igitur minus vl'e eſt prius notum magis vniuerſalibus. Secundo vt dicitur tertio de anima in tex.& cõ.10.prima forma in re prius cognoſcitur,talis eſt ſpecies, igitur ſpecies eſt primum cognitum.Idem cõm.36.habetur cõmendando. Auem pa.vbi dicitur, quòd intellectus natus eſt abſtrahere quidditatem à ſingulari, & intelligere ipſam, & vlterius

terius

terius abſtrahere quidditatẽ à quidditate, & ſic ſucceſſiue intelligẽdo quidditatem poſt quidditatẽ quouſq; ad ſimplicem deuenitur quiddittatẽ. Tertio dicit̃.1.poſte.notiora ad nos eſſe proxima ſenſui, quæ vero ſunt lõgiora à ſenſu eſſe minus nota nobis, & declarat quæ ſunt longiora, quæ'ue proxima, & inquit longiora eſſe vniuerſalia maxime proxima eſſe ſingularia, igitur magis vniuerſalia non poſſunt eſſe nobis prius nota. Quarto ſi intellectus proficiſcens ad cognitionẽ minus vniuerſalis, oportet ꝗ cognoſcat magis vl'ia prius, vel iſte ordo eſt eſſentialis, vel accidentalis. Si ſit accidentalis, igitur intellectus poteſt indifferenter magis, & minus vl'e intelligere. Si aũt eſſentialis: tunc ad cognitionẽ ſpeciei oportet cognoſcere oĩa vl'ia intermedia qd' eſt falſum, quia multa ſunt vl'ia nobis ignota, & multæ dr̃iæ nobis ignotæ: quare nullo modo poſitio habet locum.

Quinto illud eſt difficilius ad intelligẽdum, cuius abſtractio eſt difficilior, ſed abſtractio magis vl'is eſt difficilior abſtractione minus vl'is, igit̃ magis vl'e difficilius intelligitur. minor declaratur, qa abſtractio magis vl'is eſt à magis diſsimilibus, igitur difficilior. Sexto meta. eſt vltima ordine doctrinæ, & in illa cognoſcũtur maxime vl'ia. igitur maximæ vl'ia ſunt poſterius cognita. Aňs eſt Aui.1.ſuæ met.& Auer.6.meta. Septimo illud vl'e prius cognoſcitur ab intell'u cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, ſed ſingulare minus vl'is fortius mouet ſenſum, tum quia eſt magis ſingulare & ita maxime mouens illum, tum quia eſt actualius. tum quia perfectius. Octauo quicquid eſt in re eſt ſingulare, quicquid intelligitur ab intellectu prima intellectione eſt in re, igitur quicqd intelligitur ab intellectu prima intellectione eſt ſingulare, & ſic nõ vl'e. Hæc contra poſitionem. Contra vero põnis rõnem arguunt primo contra primam rationem, quia quærunt quid per intellectũ procedere de potentia ad actũ intelligunt, aut volunt ꝗ prius intellectus ſit in potentia q̃ in actu, vel ꝗ prius ſit ſub eſſe imperfecto qui ſub eſſe perfecto. primũ ſi dicit̃, nõ agit propoſitũ, quia intell'is intelligẽs ſpẽm, prius intelligit talẽ ſpẽm in potentia q̃ in actu, & ſic propoſitio non eſt ad rẽ, nec ſm dici põt, quia non eſt vl'is. In proceſſu.n.demr̃atiuo intellectus procedit à cognitione ꝓpoſitionum ad cognitionem concluſionis, vbi patet cognitionẽ propoſitionem eſſe perfectiorẽ. Amplius eodem modo ſi procedit à cognitione cauſæ ad cognitionẽ cauſati. Rurſus aer illuminatus à ſole non prius recipit aliquem actũ incompletũ, q̃ completũ. Demũ intellectus prius actũ recipit quã habitũ, & tamẽ habitus eſt perfectior actu. Secundo arguunt contra aliud dictũ, dictũ eſt.n. ab Expoſi. ꝗ ſc'ia qua vniuerſalia intelligunt̃ eſt imperfecta, modo hoc videtur falſum, quia demõſtratio vl'is eſt potior demonſtratione minus vl'i. Tertio arguunt contra aliam rationem, nam dixit Expo. ꝗ cum ſenſus procedit de potentia ad actũ, idẽ eſt ordo apud ſenſum qui eſt apud intellectum, nam vt ſenſus cognoſcit obiectum ſub ratione magis communis, ſic ipſe intellectus, Contra arguunt quia ſenſus nõ cognoſcit niſi ſingulare, igitur nihil ſub ratione cõis. Hæc cõtra fundamentum expoſitoris. Sed videtur mihi ꝗ poſitio Tho. nõdum intellecta eſt, nec ab his, nec ab eius ſectatoribus. Tho. enim loquitur vt cæteri in proceſſu definitiuo. In tali.n. proceſſu ſemper vl'iora ſunt prius cognita, vt oẽs ſentiunt. Probauit autem poſitionem hanc Expo. per hoc quia cum intellectus procedat de potẽtia ad actũ, quia de ignorantia ad definitiuã ſcientiam, & via diuiſionis & compoſitionis, vt dictũ eſt.2.poſte. prius deueniet in cognitionem magis vniuerſalis, quã minus vniuerſalis, quia illud eſt confuſius ſiue cõis, & ſic primũ in diuiſiua methodo. Sed dices hæc expoſitio nõ conuenit verbis Thomæ, quia videtur loqui de cognitione confuſa, ait enim vl'ia eſſe prius cognita, quia confuſa ſunt, & confuſa prius cognoſcũtur. Dico ꝗ hæc replica. fit à male intelligentibus verba Tho. Nam vult vniuerſalia eſſe confuſa, non aũt ait illa confuſa cognoſci. Aſſerit.n. pro tanto debere eſſe prius nota, pro quanto ſunt confuſa, nõ tamen ait illa eſſe prius nota, quia confuſe intelliguntur, ſed quia ſunt confuſa. Modo confuſum idem eſt vt dicit, quod id qd' plura continet. Definitiua autem methodus debet incipere à confuſo plura continenti, non tamen à confuſo confuſe cognito, ſed à confuſo diſtincte cognito. Amplius dato, ꝗ velit intellectum venire prius in cognitionẽ confuſam ipſius magis vniuerſalis in tali proceſſu, hoc dicit pro tanto, quia illa cognitio eſt confuſa reſpectu cõtentorum ſub illo, & diſtincta reſpectu ſupernorum, in quæ eſt illud reſolubile, & ita põ Expoſitoris eſt eadem cũ põne eorũ, & ratio Expoſitoris nõ eſt, vt dicũt, per potentiã enim intelligit Expoſitor ignorantiam, & per actum ſciẽtiam, quæ habetur de definito per definitionem. Modo intellectus in proceſſu definitiuo procedens de potentia ad actum hoc eſt de ignorantia definitionis ad ſcientiam illius, prius per viam diuiſionis & cõpoſitionis deuenit ad actus medios quam ad extremum, quia definitiua methodus hoc pacto procedit. erit igitur vis rationis hæc, omne procedens in methodo definitiua ab ignorantia in ſc'iam definitiuã alicuius prius deuenit in cognitionẽ mediorum vl'ium quã in cognitionem ipſius definibilis. Hæc patet ob naturam diuiſionis & cõpoſitionis, talis eſt intell'is, quare vt prius & ſic tolluntur oẽs obiectiones cõtra poſitionẽ in ſe, & contra fundamentum. Illud vero qd' Thomas aſſerit de ſingulari ꝗ ſentitur ſub rõne cõis, eſt exemplũ quod Auic. ipſe dedit veniente, propterea rationes non procedũt, quia Thomas ĩtelligit ſingulare ſentiri ſub ratione cõmunis, ſi eſt indiuidui vniuerſalioris. cætera friuola ſunt, & non ad rem. Hæc de põne Tho. Verum hæc poſitio ſolũ loquitur in proceſſu definitiuo, & nõ niſi in vl'ibus in re. Nona poſitio eſt logicorum, qui volnnt primũ cognitum ab intell'u nr̃o eſſe ſingulare ipſum: Sed in hac poſitione primo declaremus per eorũ rationes, ꝗ ſingulare eſt per ſe intelligibile ab intellectu noſtro. Secundo declaremus quot modis ſit ſingulare. Tertio quo nã modo cognoſcitur ab intellectu. Quarto declarabitur poſitio ex dictis. Quod quidem per intellectũ per ſe intelligamus ſingulare ſenſile, multifariam perſuadent. Primo per verba Auer.3.de aĩa, cõm.4. vbi inqt. Aĩa rõnalis indiget cõſiderare intentiones, quæ ſunt in virtute imaginaria, ſicut ſenſus indiget inſpicere ſenſibilia. Sed intẽtiones illæ quæ ſunt in virtute imaginaria, ſunt ſingularia, igit̃ intell'is intelligit ſingularia. Secundo cõm.5. eiuſdẽ libri inqt, ꝗ intellecta in actu hñt vnũ ſubiectũ ꝑ qd' ſunt vera, ſ. formæ quæ ſunt vere imaginationes, ſed hę ſunt ſingulares, igitur intell'is intelligit ſingularia. Tertio, Ariſto.3. de anima tex.cõm.30. inquit ꝗ phantaſmata ſeſe habẽt ad intellectũ vt ſenſibilia ad ſenſum & intelligit quo ad mouere, & quo ad intelligere, vt per id quod textu ſequenti ſubdit. d. ſpecies quidẽ igitur intell'is in phãtaſmatibus intelligit. & Auer. cõm.33. ait ꝗ intell'is cõprehendit mediantibus formis imaginum.

Sexta. Cap.3. *Cõm.3. Septima.* *Defenſio põnis Thomæ ab his cauil.* *Replica.* *Solutio.* *In ſufficientia põnis Tho.* *Nona põ logicorum.* *An ſingulare intelligatur ab intellectu.*

num. Modo omnia hæc ſunt ſingularia. Quarto Ariſt. eodẽ tex. cõm. 32. ait. Intellectum intelligere ſpecies in phantaſmatibus ſicut viſus res ſibi pſentes, & tex. cõm. 39. ait, ꝙ cum intelligens ſpeculatur ſenſibilia, neceſſe eſt ſimul phantaſma aliquod ſpeculari vbi Auer. cõm. 39. inquit, cauſa quare intellectus qui eſt in nobis cum viderit aliquid aut aliqua & intellexerit, ipſe non intelligeret ipſum, niſi coniunctũ cum ſua imagine, eſt quia imagines ſunt aliqua ſenſibilia intellectui & ſunt ei loco ſenſibilium apud abſentiã ſenſibiliũ, ſed ſunt ſenſibilia non materialia. Ex quibus apparet plane intell'um intelligere ſingularia. Secundo idẽ perſuadetur rõnibus primo virtus diſtinguens inter aliqua: neceſſario apprehẽdit quodlibet illorũ, vt. 2. de aĩa habetur tex. cõm. 144. Sed intellectus diſtinguit hãc albedinẽ exiſtentẽ in hoc pariete à virtutibus ſenſitiuis, per quas illam ſentimus, & ab intellectu, per quem intelligimus: nec per aliã virtutem talem dñam cognoſcimus, cum per nullam aliã virtutem poſſimus ipſum intellectum cognoſcere, igiř intellectus apprehendit talem dñam. Hæc ratio tangiř ab Auer. 3. de aĩa cõm. 9. Secundo per intellectũ cognoſcimus ſenſum errare de ſingulari ſenſibili, igitur intellectus ſingulare per ſe cognoſcit. añs apparet, quia ſenſus ſolem ipſum dijudicat eſſe pedalis quantitatis, at intellectus per diſcurſum concludit ſolem illum eſſe multiplicẽ ad terram, vt coſmimetræ probant, igitur ille ſol ſingularis ab intel'u cognoſciř. Tertio eadẽ virtus cognoſcit cõcluſionẽ & principia, al'r tu poſſes cognoſcere cõcluſionẽ & ego præmiſſas, ſed principia artis & doctrinæ inferuntur ab ipſis ſingularibus, vt ab ipſis propõnibus experimentarijs, igitur intellectus inferens cognoſcit illas. Quarto vt colligitur. 6. Ethi. ca. 6. & 8. prudentia eſt circa ſingularia, & ex altera propõne ſingulari & altera vniuerſali ſingularem concluſionem concludentibus. Modo talis deductio fieri non põt per ſenſum, cũ ipſe vniuerſale nõ cognoſcat, nec dici põt ꝙ fit per ſenſum quo ad propõnem ſingularem, & per intellectum quo ad vniuerſalẽ, quia cũ concluſio non concluditur ex altera tantum: ſed ex vtriſque ſimul tunc erit aliquis ſyllogiſmus qui nec per intellectum, nec per ſenſum cõcluſionem inferet, quod eſt ridiculum. Quinto ſi intellectus non per ſe cognoſceret ſingularia, nullus eſſet practicus & conſultiuus intellectus. deducitur, quia practicus & conſultiuus intellectus, non eſt niſi circa ſingularia. Sexto ſi intellectus non per ſe intelligeret ſingularia, tunc rebus ſingularibus non poſſet nomina imponere. tenet conſequentia quia non fit impoſitio rei, niſi præcognoſcatur. Septimo quicquid poteſt virtus inferior poteſt & ſuperior & eadem ratione, ſed ſenſus poteſt cognoſcere ſingulare, igitur & intellectus, qui eſt ſuperior ad ſenſum. Octauo intellectus componit hãc propoſitionem. Numenius eſt doctus iuuenis, igiř cognoſcit extrema cognitione Simpľ. Semper enim ſecunda operatio ſupponit primã, vt dicitur in lib. de interpretatione. Nono intellectus per ſe fertur in ens, igiř per ſe in quodlibet cõtentum ſub ente, & ita in ſingulare. Decimo intellectus per ſe intelligit ens: igitur maximũ ens magis intelligit, ſed ſingularia ſunt maxime entia, & multo perfectiora ipſis vniuerſalibus. Vndecimo ſi ſingulare non per ſe intelligitur, eſſet quia ſuperadderet materiam ſed materia addit ad eſſe, igitur ad cognoſcibilitatem. Duodecimo eidem virtuti patent propoſitiones & cõcluſiones. Sed propoſitiones ſyllogiſmorum in tertia figura patent intellectui, igitur & concluſiones illorum, ſed omnis concluſio in tertia figura eſt particularis, igitur particularia intelliguntur per ſe ab intellectu. Decimotertio quilibet experitur ſe cognoſcere ꝙ intelligat rem aliquam determinatam, & ſe credere id quod credit, & ſe velle id quod vult, & ſe nolle, quod non vult: igitur intelligit actum ſuum intelligendi, volendi, nolendi, & credẽdi. & hos actus cognoſcere per nullam aliam virtutem, poteſt niſi per intellectũ, igiř intellectus tales actus per ſe intelligit, ſed tales actus ſunt ſingulares, igitur intellectus per ſe ſingularia intelligit. Decimoquarto abſtractio quæ fit per intellectum poſsibilem non fit niſi à cognito, aliter abſtraheret ab ignotis, ſed abſtractio vniuerſalis à ſingularibus fit per intellectum poſsibilem, igitur intellectus poſsibilis ipſum ſingulare intelligit à quo abſtrahit. Decimoquinto eadem & vna virtute ambo correlatiua intelligũtur, ſed vniuerſale & ſingulare ſunt correlatiua, igiř ab eadem virtute apprehenduntur. Illa autem non poteſt eſſe ſenſus, igitur intellectus. Ex his concedunt ipſa ſingularia per ſe intelligi à noſtro intellectu. Sed tunc reſtat ſecundum apud eos, videlicet quot modis ſingulare ſumatur, & loquimur de ſingulari ſimplici non de propoſitione, ſingulare itaque ſimplex, quoddam eſt intellectile, quoddam autem ſenſile. Senſile ſingulare dicitur omne illud quod eſt hoc ſignatum ob materiam & accidentia. Intellectile vero bifariam eſt, qm̃ aliud eſt vnũ numero in ſpecie, vt deus & quælibet intelligentia, qđdam in ſua ſpecie eſt plus vno numero, vt ſpecies intellectiles exiſtentes in mente conceptiones actus intelligendi, actus volendi, actus credendi, & id genus. Hæc de ſecundo. De tertio aũt diſtinguunt ꝙ quædam eſt notitia ſimplex, qua res immediate in ſeipſa cognoſcitur, quamúe ipſi appellant intuitiuam, & Auer. 3. de anima vocat illam eſſentialem, quædam quæ fit mediante aliquo repreſentatiuo medio cognito, & hanc vocant abſtractiuam. Et iuxta hæc concedunt vnam eademúe notitiam eſſe intuitiuam & abſtractiuam non quidem vna ratione, ſed diuerſa, nam notitia qua phantaſma in ſeipſo apprehenderetur eſſet intuitiua reſpectu ipſius phantaſmatis, abſtractiua vero reſpectu repreſentatæ, & ita vna eademq; notitia eſt abractiua & intuitiua: intuitiua quidem ipſius repreſentatiui, abſtractiua vero rei repreſentatæ. Amplius & tertio quædam eſt notitia qua res apprehenditur in aliquo conceptu ficto ſiue formato, ſiue ille ſit proprius ſiue communis, qua notitia ſubſtantiam intelligi dicunt, & hanc notitiam diſcurſiuam dicunt, pro quanto ſine diſcurſu ſumi nõ poteſt, nec ſine congregatione multorum in vnum. Tunc dicunt primo, ꝙ ſingulare intellectile, quod eſt vnum in ſua ſpecie, vt eſt Deus ꝑ ſe intelligi poteſt ab intellectu noſtro coniuncto in aliquo conceptu ficto ſiue ex pluribus collecto, communi & proprio. Secundo dicunt ꝙ tale ſingulare nec intuitiue nec abſtractiue intelligi poteſt ab intellectu noſtro coniuncto. Tertio dicunt ꝙ ſingulare intellectile, quod multiplicatur in eadem ſpecie poteſt intelligi ab intellectu noſtro notitia in ſe, ſiue intuitiue, immo non niſi notitia intuitiua. Quarto dicunt ꝙ ſingulare ſenſile põt intelligi ab intellectu noſtro intuitiue & abſtractiue. Quinto dicunt ꝙ prima notitia talis ſingularis eſt intuitiua, declarantur autem hæ concluſiones per ordinem ab eis. Et primo prima quia illa talia ſingularia intelligi non poſſunt niſi colligẽdo attributa quædã ab effectibus illorũ, id aũt qđ ab effectibus colligitur ſi conuenit pluribus, cõis cõceptus dicitur,

Quotuplex ſit ſingulare.

Quō ſingulare intelligitur. Cõm. 36. Exceptum.

Concluſiones.

dicitur, vt ſi colligitur ꝙ ſit ens æternum & immateriale. Hic enim conceptus cõis eſt oĩbus illis, & per hunc illa oĩa intelligimus, non tamen talẽ conceptũ formare de illis poſſũmus, niſi ſyll'.s. At ſi id quod colligimus, ſit deo vel vni tãtum illorũ conueniẽs, cõceptus proprius erit, vt ſi concipimus deum inquãtum eſt ens ſimpliciter infinitum: hic enim conceptus quo deũ ipſum conciperemus, proprius eſſet deo, & eodem modo de alijs dici poteſt, & ſic apparet prima cõcluſio. Secũda etiã declarat̃, quia cognoſcere aliquid intuitiue eſt cognoſcere illud in ſe, & per nullum medium, & cognoſcere abſtractiuæ, eſt cognoſcere per mediũ cognitũ repreſentatiuum. Modo intellectus cõiunctus apud hos nõ poteſt deum in ſe & per eſſentiam intelligere, igitur nõ intuitiue, nec põt intelligere deum per hoc quia mediũ repreſentatiuum aliquod illius intelligat, vt ſpẽm repreſentatiuam dei, quia nulla eſt talis, abſtractorum enim nulla poteſt eſſe ſpecies talis, vt.3.de anima patet, & ſic nec abſtractiue intelligi poſſunt. Tertia etiam declarat̃, quia actus credẽdi certã & determinatã rẽ eſt ſingulare intellectile in eadẽ ſpẽ plus vno, & non intelligi põt niſi notitia in ſe, quia aut cognoſcitur per ſenſum aut per intellectum, non per ſenſum quia res ominno inſenſibilis eſt: igitur ab intellectu, vltra ſi ab intellectu, aut per eius notitiam in ſe, aut in propria ſpecie aut in ſpẽ alterius, aut in aliquo cõceptu formato, nõ quidem in propria ſpecie, quia talium nulla poteſt eſſe ſpẽs, etiam fruſtra illa eſſet, quia ipſe ꝑ ſeipſum æque præſens eſt: nec in ſpecie propria alterius, quia non apparet cuius alterius rei ſpecies duceret in notitiam eius. Nec per conceptum aliquem, quia ille vel eſſet proprius, & ſic eadem ratio eſſet de illo & de ſpẽ, vel eſſet cõis, & ſic actus ille non cognoſceretur diſtincte, quare talis actus non niſi notitia in ſeipſo cognoſcitur, & ita non niſi intuitiuæ. Patet igitur tertia concluſio, ꝙ ſingularia intellectilia, quæ ſub eadem ſpecie multiplicantur non niſi intuitiuæ intelligi poſſunt. Hoc.n. modo ſpecies intelligibiles, actus intelligendi credẽdi, & volendi intelliguntur, hoc etiam pacto intell's ipſe intelligit phantaſmata, ipſa.n. nõ per ſpecies, ſed in ſeipſis intell's intelligit, & ità intuitiuæ. Quarta etiam declaratur, quia ꝙ ſingularia ſenſibilia vt hoc coloratũ, & hic ignis abſtractiuæ intelligantur pro per ſe noto aſſumũt, nam intellectus põt intuitiue phãtaſma ignis intelligere, qñ igitur ipſum in ſeipſo intelligit vt eſt vnum indiuiduum in mundo in ipſo terminatur cognitio, quando vero ipſum intelligit vt imago ignis, intellectio eſt intuitiua phãtaſmatis, & abſtractiua ignis. Accedit etiam ad hoc ꝙ intell's põt phãtaſma ſpeculari ſingularis ignis tali ſingulari abſente, q̃re abſtractiue tunc intelligetur. Quod autem talia ſingularia poſsint intuitiuæ intelligi, declaratur quia poſſunt intelligi notitia immediate terminata ad illa ſenſilia, vt patet quãdo intellectus ab illis ſumit artis ſiue doctrinæ principium, quia abeuntibus ſenſibilibus & nõ mouentibus ſenſũm, intellectus talẽ notitiã habere nõ põt. Sed cum talem habet notitiam, experimur nos immediate rem illam ſingularem cognoſcere, neq; aliquod aliud medium per aliquam potentiam noſtrã cogitatiuam apprehẽdere, igitur ſingularia ſenſilia poſſunt abſtractiuæ apprehendi ab intellectu per apprehenſionẽ medij repreſentatiui, & intuitiue per cognitionem eorum immediate terminatã ad illa. Quinta declarat̃ etiã quia dum ipſum ſingulare prima notitia intelligitur vel in ſeipſo prima notitia intelligitur & immediate, aut in ſpecie propria ſibi, aut in conceptu communi, ſibi & alij non in conceptu cõmuni, vt fuit probatum, nec in ſpecie ꝓpria ſibi quia omnis talis notitia ſupponit notitiam illius rei ſingularis in ſeipſa, cuius eſt ſpẽs, quare notitia intuitiua ſingularis ſemper eſt prior notitia abſtractiua eiuſdem. Hæc de tertio. Nunc de quarto dicunt primo, ꝙ ſingulare prius ab intellectu cognoſcit̃ ipſo vniuerſali. declarãt primo, quia vniuerſale eſt conceptus formatus apud eos per intellectum communis pluribus rebus. Tunc arguunt anteq̃ talis conceptus vniuerſalis formetur, oportet aliquod ſingulare cognoſcere quia non poteſt conceptus formari ab aliquibus rebus, niſi illæ res, aut aliquæ illarum ſint prius apprehenſæ, vel igitur res ſingularis ab eodem intellectu apprehenduntur, vel à ſenſibus nõ à ſenſibus, vt patet per verba Auer.12.meta. vbi dicit ꝙ vlia apud Ariſto. ſunt collecta ex particularibus in intellectu, q accipit inter ea ſimilitudinem & facit ea vnam intentionem, ecce ꝙ intellectus eſt qui facit & q ſumit, & nõ ſenſus. Amplius Euſtratius.1.Ethi. ait, ꝙ poſt ſubſiſtẽtia multorũ aĩa in ſeipſa ſubſiſtere facit vniuerſalia, propter hoc & animal vniuerſale nihil aut poſterius eſt, vt Ariſt. ait in his, quæ de anima: nihil quidem, qm̃ ẜm ſe quidem nõ ſubſiſtit. Poſterius aũt quoniam ad multorũ exiſtentiã & comprehenſionem ipſius ſequitur intellectus, ecce ꝙ conceptus vniuerſalis ſupponit intellectionem ſingularium. Præterea.1.phyſi. auſcultationis dicit Auer. ꝙ licet indiuiduum non ſit principium in ſcientia demonſtratiua, eſt tamẽ principium acquiſitionis vniuerſalis quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ. Secundo dicunt ꝙ prima notitia intellectus primitate generationis eſt notitia intuitiua ſingularis ſenſibilis, quia prima notitia nõ poteſt eſſe alicuius vniuerſalis vt ex his mõ patet. Nec poteſt eſſe notitia ſingularis abſtractiua, vt etiam patet ex modo dictis: quare prima notitia intellectus eſt notitia alicuius ſingularis ſenſibilis, & addunt ꝙ non cuiuſlibet, ſed illius quod primo mouet ſenſum. Ex his ſequitur forte ad mentem horũ ꝙ iſte eſt ordo, ꝙ intellectus primo intuitiue cognoſcit ſingulare ſenſile. Secũdo vniuerſale ab illo formatum. Tertio actus intelligendi & ſingularia intelligibilia, & phantaſmata. vltimo intelligit eadem ſenſibilia ſingularia abſtractiuæ intelligendo phantaſmata, & hoc pacto videtur quidam motus animæ ſphæricus. Animaduerte tamen iuxta horum poſitiones concedendas eſſe plures captiunculas, ſed potiores ſunt, quia ſingularia prius vniuerſalibus intelliguntur, non tamen intelliguntur ſingularia prius vniuerſalibus. Pria pars patet, qa hæc prius vl'ibus intelligunt̃ & hæc ſunt ſingularia, igit̃ ſingularia prius vniuerſalibus intelliguntur. Secunda probatur, quia nõ intelliguntur prius ſingularia vniuerſalibus ſub ratione qua ſingularia, immo ſimul qa ſunt correlatiua quæ ſunt eiuſdem naturalis intelligentiæ. Sed hæc poſitio eſt particularis, nam per hanc non habemus quid ſit primum cognitum, niſi in proceſſu naturali vt dicemus. In proceſſu enim naturali, verum forſitan eſt ſingularia prius vniuerſalibus intelligi, ſed in cæteris proceſsibus quid ſit prius cognitum, ꝑ eiuſmodi poſitionem nondum patet. Secundo hæc poſitio poteſt eſſe falſa, nam ipſa ſingularia per ſe intelligi ab intellectu noſtro poteſt bifariam ſumi. Aut quòd ſingularia ipſa intelligantur ab intellectu noſtro, quatenus intellectus, & hoc pacto poſitio eſſet falſa, quia tunc ab omni intellectu per ſe intelligerentur, quod eſt contra Auer. 12.me-

Tertiũ de primo cognito.

1. concluſio.

Cõm.4.

Cõm.5.

Cõm.5.

Secunda.

Excerptum.

Captiuncula.

Qualis hæc põ & in quo deficit.

Côm.51. 12. meta. vbi probat ſingularia non per ſe intelligi ab intellectu diuino. Aut poteſt ſumi ꝙ ſingularia per ſe intelligantur ab intellectu noſtro: non quatenus intellectus, ſed vt ſenſibus coniunctus: & tunc hæc eſt poſitio Auer. 3. de aïa. vbi ait, intellectum ſingularia intelligere non per ſuam naturam: ſed mediãte ſenſu. Et licet de cognitione ſingularium multo plura in. 7. dicentur. *Côm. 9.* *Pô peripate. de cognitione ſingularium. 1. Concluſio.* Nunc vero pro mente peripateticorum dicerem intellectum quatenus intell' s eſt per ſe poſſe ſingularia intellectilia intelligere, tam quæ multiplicantur ſub eadẽ ſpecie, quam quæ non multiplicantur, licet non eodẽ modo, quia ſingularia intellectilia quæ multiplicantur: vt ſunt ſpecies intelligibiles, & actus intelligendi & credendi, & volendi & phantaſmata, ab intellectu noſtro intelliguntur notitia in ſe, ſiue eſſentiali, ſiue intuitiua qm̃ talia nõ poſſunt intelligi per ſpecies ſimilitudinesúe illis abſtractiores. Singularia vero intellectilia quæ non multiplicant̃, licet ſm̃ Auer. in copulatione intell's agẽtis & poſſis intelligant̃ notitia in ſe, & eſſentiali, ſiue intuitiua, vt videbitur ſcđo huius, tñ ſm̃ veritatem ab intellectu coniũcto non pñt intelligi per abſtractionẽ ſpecierũ à phantaſmatibus proprijs, & ſic non pñt intelligi abſtractiuę, nec pñt intelligi notitia ĩmediate terminata ad illas, & ſic nec intuitiuæ, & eſſentialiter. Poterunt igitur intelligi per conceptus cões & proprios ab illorũ effectibus collectos, fictos, atq; formatos, vt de ſubſtantia dicetur. *2. Concluſio.* Secundo dicerem ꝙ ſingularia ſenſilia intell's põt intelligere non quatenus intell's, ſed mediante ſenſu, & intuitiue & abſtractiuæ: abſtractiuæ quidem intelligendo intuitiuæ phantaſma quod eſt in dianętica virtute ſenſibusq; interioribus, vt imago ſingularis ſenſilis. Intuitiue vero intelligendo ipſa ſingularia pręſentia: vt ab illis colligit vl'e principiũ artis & doctrinę. hoc eſt intelligendo illa notitia immediate terminata nõ ad phãtaſmata, ſed ad ipſa ſingularia, vt pſentia actu ſunt. Et hæc videtur põ Auer. 3. de aïa & alijs ſuis locis ſuperius allegatis. *Côm 9. Dubitationes.* Sed occurres primo, quia intell's nihil intelligit niſi abſtrahendo à phantaſmatibus, vt dicitur. 3. de aïa, at intelligendo talia ſingularia intuitiue non abſtrahit à phantaſmatibus ſpecies aliquas: vt patet. Scđo intell's nihil intelligit niſi ꝑ ſimile, quia eſt oïa fieri mõ ſimilitudinis, ſed in intellectu nulla eſt ipſius ſingularis ſimilitudo: igitur non põt ipſum intuitiuæ intelligere. Tertio intellectus agẽs comparatur intellectilibus, veluti lumẽ comparatur coloribus, vt dicitur. 3. de anima cõm. 5. & 28. & 2. de aïa cõm. 67. Sed lumen dat coloribus eſſe ſenſile actu, igitur intell's agens dat ipſis intellectilibus actualem intelligibilitatem, igitur non poſſunt intelligi niſi fiãt vl'ia. *Solutio.* Põt dici pro modo ꝙ ad oẽm intellectionem requiritur ſimilitudo quædam: qua mediante intelligens intelligat, quia vt dictũ eſt cognitio nõ fit niſi per ſimile, non quidẽ ꝙ ſimilitudo ſit id quo cognito, cognoſcibile cognoſcatur. Sed id quo cognoſcens ipſum reddatur proportionale rei cognitæ, non enim intelligibiles ſpecies ponuntur, vt per ipſas cognitas cognoſcantur vl'ia ſed vt per ipſas reddatur intell's proportionalis rebus intelligibilibus. Sed qm̃ intell's quædam intuitiue cognoſcit per naturam intellectus vt rerum formas quæ ſunt poteſtate vl'es. Quædã intuitiuæ cognoſcit non per naturam intellectus, ſed ꝑ naturam ſenſus cui coniungitur, hac rõne fit: vt ea quæ per ſuam naturã intelligit, non intelligat niſi per ſimilitudines, quæ ſunt in ipſo, & hoc pacto vniuerſalia intelligit per ſpẽs intellectiles, quibus illis redditur proportionalis, quæ vero intelligit ob naturam ſenſus cui cõiungitur per ſimilitudines intelligit, non quæ ſunt in ipſo ſed quæ ſunt in ſenſu, & hac rõne ſingularia ſenſilia intuitiue intelligit per phantaſmata, quæ ſimilitudines ſunt in ſenſibus exiſtentes. Tũc ad obiectiones. Ad primam dico ꝙ intell's nihil intelligit per naturam intellectus, niſi abſtrahendo à phantaſmatibus & hoc pacto vl'ia intelligit. At ſingularia nõ per naturam ſuam intelligit, ideo non oportet illa intelligere per abſtractionẽ à phantaſmatibus. Ad ſecundã patuit ſolutio per hæc quę nunc diximus. Ad tertiam dico ꝙ intellectus agẽs comparatur intellectibilibus vt lumen, nõ oïbus, ſed his quę intellectus poſſibilis intelligere põt per naturam intellectus, non aũt his quę intellectus intelligit per naturam ſenſus. Sed adhuc occurres, an, videlicet, intellectus per ſe ſenſilia ſingularia intelligat. Dici põt ꝙ ipſum per ſe poteſt determinare propõnem & ſic erit ſenſus. Hæc propoſitio eſt per ſe intellectus intelligit ſingulari ſenſilia, & hoc pacto negatur quia omne per ſe hoc modo eſt de omni ſi vero ipſum per ſe determinat notitiam. Dico ꝙ intellectus aliquando intelligit illa per ſe vt quando intelligit illa notitia terminata ad illa, aliqñ per accidens, vt quando illa intelligit notitia terminata ad phantaſmata illorum. Sed dices omne per accidens reducitur ad per ſe, igitur ſi per accidẽs intellectus illa intelligit, vt ipſum per ſe vel per accidens determinat ꝑpoſitionem oportet vt reduceretur ad aliquam per ſe. Dico ꝙ reducitur ad illam, ſenſus per ſe cognoſcit ſingularia illa, quia intellectus mediante illo intelligit illa. Hactenus de poſitionibus extraneis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO quęſtionis igitur dilucidatione. Primo ſumendum eſt intellectũ poſſe quædam intelligere ſine proceſſu, veluti ea quæ aut obiter ſiue fortuite intelligit, vel ea quæ voluntariæ cognoſcit. *Suppoſitio.* Intellectus. n. vt præcedenti capite concluſum eſt poteſt intelliger ſingularia & vniuerſalia. Amplius magis & minus vniuerſalia, quare obiter vel voluntariæ quoduis horum intelligere poteſt. Quædam vero poteſt intelligere procedendo à notis ſibi ad ignota, vt peripatetici vbique fatentur. Proceſſus aũt quo procedere põt intell's ipſe à notis ad ignota eſſe põt aut naturalis, aut artificiarius. Artificiarius vero aut definitiuus, aut demonſtratiuus, aut operatiuus. Vlterius demonſtratiuus aut per inuentionem aut per doctrinam. Tunc ſit prima concluſio ꝙ de his quæ obiter, vel voluntariæ occurrunt intellectui nulla eſt regula ordinis cognoſcendi. *1. Concluſio.* Poteſt. n. interdũ obiter ſingulare, interdum vl'e, aliqñ magis, aliqñ minus vniuerſale occurrere nobis. Hæc concluſio non aliter quã per occurſus probanda eſt. *Secunda.* Scđa concluſio loquendo in proceſſu naturali primũ occurrens intellectui ſunt ſingularia, ſingularesq; vel indefinitæ propõnes. Scđo vniuerſalia vniuerſalesq; propõnes: & vniuerſaliũ prima ſunt magis vl'ia vniuerſaliſſimæq; ꝓpõnes, deinde minus vl'ia minusúe vniuerſales propõnes. *Cap. 37.* Hæc concluſio eſt de mente Them. 2. poſte. Probat̃ aũt concluſio, qa puer nõ incipit intelligere niſi motus ab accñtibus rerũ ſingulariũ. Accidẽtia ãt à puero prius in particulari intelligunt̃ q̃ in vniuerſali, cũ ipſe nullum vniuerſale intelligit: queãdmodũ nec brutũ, cui puer ſimilis eſt. Vigorato aũt intellecto, vt dicit Them. ſingularia indefinite incipit intelligere formãdo propõnes indefinitas. Adhuc amplius intellectu aucto incipit vl'e intelligere primo vl'iſſima: circa quæ minus puer errare põt, & vniuerſaliſſimas

liſsimas ꝓpoſitiones cõficiendo, vt dicit Them. demũ ex vniuerſaliſsimis deducit minus vl'es propoſitiones.
Dubiũ. Sed occurres, quia Ariſt. 1. phyſi. ꝓ ſignũ ſumptũ à pueris probat vl'ia prius intelligi. *Solutio.* Dico ꝙ auctoritas illa nõ bene intelligitur, quia à pari bruta vl'ia intelligerent, nã capella omnem caprã vt matrem ſequit̃ primo, poſtea vigoratis ſenſibus matrẽ ſuã tm̃ ſequit̃, & tamẽ conſtat capellã nõ cognoſcere vl'ia. Eodem modo puer oẽm virũ patrẽ appellat oẽm fœminã matrẽ, nõ ꝙ cognoſcat vl'ia prius, ſed qa prius ſingularia cognoſcit imꝑfectæ, at vigorato intell'u ꝑfecte illa percipit, & ſic illud exemplum non eſt ex toto ſimile facit autem ad propoſitum Ariſt. pro quanto ex illo videt̃ haberi ꝙ imperfectũ debet eſſe prius notum imperfecto. Vnde ad probandum ꝙ in proceſſu demonſtratiuo imperfectiora vt vniuerſalia ſunt priora, vtitur exẽplo ꝓceſſus naturæ, in quo imꝑfectũ eſt prius cognitũ, videlicet, ſingulare & hoc pacto exemplum valet. *Tertia.* Tertia concluſio loquendo de proceſſu artificiario definitiuo ſm ordinẽ confuſe cognoſcendi primũ cognitũ eſt ſpẽs ſpecialiſsima, ſiue qd noĩs definibilis. Secũdum vero ordinẽ diſtincte cognoſcendi primũ cognitum eſt ens & magis ac magis vl'e. Hæc concluſio eſt pro mente Ariſt. & Auerrois. 1. phy. verbo illo, Suſtinent aũt hoc idem noĩa ad rõnem. vbi Auer. cõm. 5. dicit ꝙ hic facit cõparationem totius ad partes ſm imaginationẽ hoc eſt ad partes definitiuas, quæ intelliguntur ſimplici intelligentia, quæ tertio de anima ab Auerroe dicitur imaginatio, & ſic eſt locutus in proceſſu definitiuo. Hanc concluſionem declarauimus capite proximo, nõ oportet aliter immorari. *Quarta.* Quarta concluſio loquendo in proceſſu operatorio quo intellectus procedit edendo vniuerſale poſt rẽ & in actu à ſingularibus, & magis vl'e ex minus vniuerſalibus, tũc primum cognitũ intellectui in tali opere eſt ſingulare, è quo colligit vl'e minus quod eſt ſibi ſecundo locum notum, & demũ vl'e magis pro rõne ordinis in abſtractione. Hæc cõcluſio eſt pro mẽte Them. primo de aĩa in expoſitione textus cõm. 8. Eſt etiam pro mente cõmentatoris Auerrois. 12. primæ philoſophię, cõm. 4. & in pluribus alijs locis. *Quinta.* Quinta cõcluſio eſt iſta ꝙ loquẽdo in proceſſu demonſtratiuo per inuẽtionem emergẽte, primum cognitũ ſunt ſingulares ꝓpoſitiones experimentariæ, ſecundo, vniuerſaliſsimæ, demũ cæteræ per ordinem. Hæc concluſio non indiget alia probatione q̃m fuit in alia diſputatione deducta. *Sexta.* Sexta cõcluſio loquendo in proceſſu demonſtratiuo per doctrinã emergente, primum cognitũ ſunt vniuerſaliſsimæ propoſitiones artis deinde minus vl'es eiuſdẽ artis ſuo ordine, hæc eſt pro mente Ariſt. 1. phyſico. Them. Alexandri, Simplicij, & Auer. ibidem, & omnium peripateticorum. *Excerptum.* Ex ijs ſequitur ꝙ loquendo ſimpliciter de primo cognito, ſic ſingularia ſunt prius cognita intellectui. declarat, qa natura eſt prior arte, igitur proceſſus naturæ eſt ſimpliciter prior proceſſu artis & per conſequens ſingularia quæ ſunt in proceſſu naturæ prius cognita intellectui, ſunt ſimpliciter prius cognita. Animaduerte ꝙ de hac materia ſcripſimus in libro de intellectu, & in libro de anima, & in lib. phyſi. & in lib. deſtructio deſtructionum, & ſemper confuſe locuti fuimus nunc vero tandem ad dilucidationem peruenimus, & hanc puto eſſe veritatem & mentem omnium peripateticorum, quòd ſi mihi aliter occurrit, non recuſabo aliter dicere: contingit enim opiniones mutari vt dicit Ariſtote. Hæc de dilucidatione.

SOLVTIONVM CAPVT QVINTVM.

IIs diligenter dilucidatis, ad rationes nunc reſpondemus. Ad primã dico enim ꝙ cõcludit vl'ia eſſe prius cognita minus vl'ibus intellectui in proceſſu demonſtratiuo, qui habetur per doctrinã, &, Ad hoc Ariſt. loquitur. 1. phyſico. Ad ſecundã iã capite. 3. dictũ eſt ꝙ totũ vl'e eſt prius notũ minus vl'i notitia confuſa diſtincta, diſtincta quidem ratione habita ad ſuperiora in quæ illud totum eſſet reſolubile, confuſa vero confuſione continentię, vt in expoſitione Thomæ dictũ eſt. Ad tertiam dico ꝙ ratio cõcludit in proceſſu naturali. nam in proceſſu naturali primũ cognitum eſt ſingulare ſenſile notitia intuitiua, deinde vl'e magis, quatenus circa illud cõtingit minus errare, tertio minus vl'e, vt diximus. Ad quartã patuit ſolutio, ſunt. n. illa prima in ordine diſtincte cognoſcendi vel concedi poteſt ens & rem eſſe primo cognita, & concedatur ens & rem eſſe magis vl'ia: negatur autem ꝙ magis vl'ia ſint primo cognita, quia ex puris particularibus, & eſt fallacia accidentis. Ad quintam nego conſequentiam, quia minus vl'e eſt notius naturæ quia perfectius, quod tamen hoc pacto eſt notius naturæ poteſt eſſe nobis notius in aliquo proceſſu. Ariſt. autẽ ſumit notum naturæ pro cauſa, & qđ hoc pacto eſt notũ naturæ, non eſt nobis notũ: niſi in mathematicis, raro autem in naturalibus. Ad ſextam dico ꝙ concludit in proceſſu demonſtratiuo vel definitiuo in ordine diſtincte cognoſcendi. Ad ſeptimam dico ꝙ capiendo difficile pro laborioſo, argumentũ concludit verum, quia neutrum illorum eſt laborioſius intellectui, niſi per accidens ratione ſenſuum, ſed capiendo difficile vt dicit ordinẽ prioris vel poſterioris, ſic ratio non cogit. Hactenus de vndecima diſputatione.

Oportet enim hanc primorum principiorum & cauſarum eſſe ſpeculatiuam &c. Tex.

DISPVTATIO DVODECIMA
De Qualitate huius ſcientiæ.

Nũ Metaphyſica ſit ſciẽtia practica, vel ſpeculatiua.

CAPVT OBIECTIONVM PRIMVM.

QVod prima pħia ſit practica. argui ſolet. Primo quia ordinat̃ immediate in fœlicitatẽ, quæ eſt ſummũ bonũ. Summum aũt bonũ eſt in virtutibus, igit̃ prima pħia ordinat̃ in virtutes, & ita erit practica. Secũdo metaphyſica regulat, vt dicit̃ in textu, igitur eſt practica. Tertio prima philoſophia eſt theologia, vel illi ſimillima, igit̃ ipſa eſt practica, maxime qa prima philoſophia ꝑficit nos in eſſe naturali: vt theologia in eſſe ſupernaturali. Quarto prima pħia eſt oĩbus cõis: igit̃ practicis & ſpeculatiuis cõpetit, & ita erit practica ſaltẽ in parte. Quinto ſi prima philoſophia eſſet pure ſpeculatiua: primi philoſophi nõ eſſent permittendi in ciuitatibus vt illarũ partes: deducit̃ qa oẽ quod in ciuitate permittitur vt illius pars, eſt altero ſex modorũ, vt dicit̃. 6. polyticæ, at eiuſmodi philoſophi ſi ſint pure ſpeculatiui, nõ ſunt ſub aliqua partiũ ciuitatis, vt patet enemerãdo oẽs: nõ enim ſunt reponendi inter agricolas, qui primam ciuitatis partẽ faciũt: nec inter artifices, qui faciũt ſecũdã, nec inter locupletes qui faciũt tertiã partem, quia nõ ſuperabundat, cũ pauca ei ſufficiãt ad ſpeculandũ vt neceſſaria dũtaxat ad victũ: nec inter ſacerdotes, qui faciunt quartã ciuitatis partẽ, quia nolũt ſacerdotari, nec inter milites, qui faciũt quintã partẽ qa nõ ſunt pugnatores: nec inter iudices, q faciũt ſextã ci-

Rationes Ante. An.

Rõ ex Ioan.

uitatis partem, quia iudicare de vtilibus & moleſtis eſt praxis quare philoſophi tales ſi pure ſint ſpeculatiui, nõ erunt in ciuitatibus reponendi. In oppoſitum eſt Ariſtoteles in textu.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID philoſophia prima quidúe practica ſcĩa dicatur, exponamus. Philoſophia igitur nõ dicĩ niſi quatenus eſt de hoĩs fine. Nã vt Socr. dixit: pħs eſt qui ſuum finem cognoſcit: finis autẽ duplex eſt alius primus: qui eſt diuina cognoſcere, vt dicit Plato in lib. de pulchro. Alius humanus & hoĩs vt politicus eſt: & eſt humana gubernare. Hic duplex emergit philoſophia, alia quidẽ quæ quia eſt de primo fine prima philoſophia dicĩ, vt metaph. Alia vero quæ quia eſt de fine humano, philoſophia dicitur, vt moralis, Meta. igiĩ dicitur prima philoſophia reſpectu moralis, ſic Socr. & Plato. in li. de pul chro dixerũt perfectum pħm eſſe: qui diuina cognoſcit, & humana gubernat, & hæc ad illa dirigit, & hoc quia perfectus pħs eſt, qui vtrãq; philoſophiam nactus fuit: quid igitur philoſophia prima ſit perſpicuũ. Quid vero practica ſcĩa ſit: declaremus. Sed qm̃ hic ſciri non poteſt niſi prius quid ſit praxis exponaĩ, è qua ſcĩa practica appellatur. Primo quid praxis ſit: diſputabimus. Secundo quo nam modo ab hac practica ſcĩa dicatur, colligemus. Supponendum igitur eſt non poſſe dici aliquã ſciam practicam, niſi extenſione, qua ſeſe extẽdit extra genus intellectilis operationis, vt colligitur tertio de aĩa de intellectu practico. Tũc aliqui dicunt ꝙ praxis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu naturaliter poſterior intellectione, natus elici cõformiter intellectui recto quatenus ſit actus rectus. In hac aũt definitione ponitur genus & quatuor differentiæ, genus quidem qm̃ oĩs praxis eſt actus: non autẽ omnis actus eſt praxis, naturales. n. generationes actus ſunt, non autem praxes. Differentiæ autẽ quatuor ſunt, quæ vt dicunt ſunt quatuor conditiones requiſitæ ad hoc vt aliquis actus praxis dicatur. Prima eſt ꝙ ſit actus alterius potentiæ ab intellectu, hoc probant quia aliter nec intellectus, nec ſcientia extenſione fieret practicus: ſtando enim præciſe in actibus intellectus, nunquam intellectus extendi dicitur, cum extenſio ſit migrare in aliud genus, hanc conditionem ponunt ad differentiam logicæ & rhetoricæ, quæ à veteribus practicæ ſunt factæ, quæ rei veritate non ſunt practicę, cum nec illarũ actus ſint alterius potentiæ ab intellectu. Secunda conditio eſt, vt ſit naturaliter poſterior intellectione. Signum aũt quia actus, qui vel pręcedunt intellectionem, vel qui ad illũ nullum habent ordinẽ, vt actus vegetatiui, vel actus primi ſenſitiui praxes eſſe non poſſunt qua ratione dicunt, ſolũ actus voluntatis eſſe praxes, vt eſt elicitus, vt volitio, ſiue electio, vel imperatus, vt actio ſiue proſecutio. Soli enim iſti ſunt naturaliter poſteriores intellectione, ſic igitur ad differentiam actuum naturalium ponitur hæc conditio. Tertia conditio eſt, vt ſit aptus conformari rationi rectę, hanc non aliter probant niſi auctoritatibus, ad cuius vero differentiam hæc particula ponatur, non aliter declarant. Tamẽ volunt ex his inferre inter actus quæ praxes ſunt, eſſe ordinem, nam actus elicitus voluntatis veluti eſt electio ipſa, ſiue aſſenſus, ſiue volitio, eſt primo praxis, quia hic eſt rationi immediatior, & primo aptus cõformiter elici: actus vero imperatus veluti proſecutio: & electionis adminiſtratio, quæ aut manu, aut pedibus aut alio quouis inſtrumẽto vel modo exercetur, eſt ſecundo praxis, quia non niſi mediante primo.

Pš prima eorũ de diffinitione praxis.

Quarta conditio eſt vt talis contingenter elici & non elici conformiter rationi poſsit. Ad cuius rei indicationem addiderũt quatenus ſit actus rectus. Sed hæc deſcriptio eſt ſuperflua. Primo quia ſecunda differẽtia omnino ſuperfluit, ſi additur tertia. nam in illa particula aptus natus elici conformiter rationi rectæ, intelligitur illum eſſe naturaliter poſteriorem ratione recta, cũ omne quod eſt aptum natum regulari ab aliquo: ſit naturaliter poſterius illo. Amplius per hanc tertiam particulam differre poteſt ſufficienter praxis ab actibus naturalibus, animæ vegetariæ, vel ſenſoriæ, quia nulli illorum ſunt apti regulari à ratione recta, & ſic ſecunda cõditio ſuperflua eſt. Quarta ẽt ſuperfluit, & intelligiĩ in tertia. nam oĩs actus qui eſt natus conformiter elici rationi rectæ, contingit rectæ & non rectæ regulari, quia omne aptum natum eſſe tale, contingit eſſe & non eſſe tale, quia vt diciĩ primo priorũ aptum natum euenire eſt ſpẽs contingentis ad vtrumlibet, & ſic quarta ſuperfluit. Præterea non videĩ ad cuius dñam ponatur, & ſi ponitur ad dñam fruitionis beatificæ, ẽt ad dñam illius poni poteſt, quia ad cuiuſuis dñam poneretur, ad illius dñam ſufficit. Tertia cõditio vt dictũ eſt. Põt igitur hic definitio corrigi eam ſic dicendo praxis eſt actio alterius potentiæ ab intellectu: poſſis regulari à recta operatione illius. Per primam dñam, praxis differt ab actibus logicæ rhetoriceúe. Per ſecundam differt ab actibus naturalibus animæ, per oẽs colligitur ꝙ ſolus actus voluntatis elicitus vt electio, vel imperatus vt adminiſtratio, ſit praxis. Hæc põt eſſe illius correctio. Huic correctioni conuenit definitio Euſtracij. 1. Ethi. quæ eſt praxis eſt operatio hoĩs ſm electionem. In hac. n. indicat Euſtracius praxim eſſe actum alterius potentiæ ab intellectu, quia operatio hoĩs ſm electionem non põt eſſe in actibus intelĺs. Amplius indicat praxem eſt regulabilem ab actu intelĺs, qm̃ electio non eſt niſi ꝑ regulã intellectus 3. Ethic. Præterea huic correctioni conuenit definitio Auic. in principio ſuæ meta. dicentis praxem eſſe operationem voluntatis, quia in eo ꝙ eſt operatio voluntatis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu. Amplius ẽt in eo ꝙ eſt voluntatis eſt apta regulari ab intellectu, qa regula voluntatis, intellectus eſt, vt 3. Ethi. diciĩ. Sed occurres nam tres ſunt virtutes ſiue potentiæ, intellectus, voluntas & executiua vis in mẽbris vel inſtrumentis, & cum oĩs actio ſit in potentia, ideo quæres in qua harum ſubiectiuæ eſt praxis. Secunda dubitatio eſt, qa ex hac determinatione ſequiĩ logicã non eſſe organicam contra oẽs græcos, qui logicã per excellentiam organõ appellant. Rñdent ad primam iuniores meta. ꝙ praxis eſt in intellectu veluti in altiori potentia, in volũtate vero, ſubiectiuæ, in executiua vi executiuæ. Sed hæc rñſio dubia eſt, primo quia non eadem praxis eſt in voluntate, & in virtute executiua, nam in voluntate eſſe nõ poteſt niſi electio. ſiue volitio. In executiua potentia ſi praxis eſt, illa non eſt niſi actus imperatus, & ſic non recta eſt ſolutio, cum æquiuoca ſit. Secundo talem modũ eſſendi in alio nullibi legi: & Ariſt. in. 4. Phy. enumerans omnes modos, nullum horum poſuit, niſi vt in ſubiecto. Propter ꝙ dicerem ꝙ ſumendo praxim pro actu elicito, ſic ille ſubiectiuæ eſt in voluntate, & hoc tenendo voluntatem differre ab intellectu, ſumendo vero praxẽ pro actu imperato dicerem ꝙ ſi eſt actus tranſiens, ille eſt ſubiectiuæ in materia exteriori, ſi autem actus immanens, ille eſt in virtute executiua vel in inſtrumentis. De ſecunda difficultate eſt controuerſia, vt quidã diſputant,

Confutatio.

3. Conditio. Correctio definitionis.

1. Dubitatio.

2. Dubitatio.

Sol. iuniorum ad primam.

Confutatio.

diſputant,ſed hãc in his quæ in logica ſcripſimus omitto, nunc vero dici poteſt iuxta hanc poſitionem, illam eſſe organicam non reſpectu generis ſui, nam ipſa eſt in genere cognitionis,& de per ſe intelligibilibus,& eſt actus, quidam intelligendi, & ſic non eſt organica, ſed reſpectu finis: eo quia ipſa logica nullum habet finem determinatum, quia oēs ſcientiæ vtuntur illa ad ſuũ finē,& ita dicitur organica meta. & non abſolutæ, potius enim dici debet organum ſciendi: quam abſolute organum:nec valet,eſt ſciendi organũ,igitur organũ. Quid igitur ſit praxis,perſpicuum eſt.Ex ijs patet quæ ſit ſcīa practica.Eſt.n.illa quæ eſt prior praxi,illiusq́; regulatiua, & ita includit duplicem reſpectũ prioritatis, videlicet,quatenus eſt prior praxi, & conformitatis, quatenus eſt apta nata per rectã rōnem intellꝰs, illã regula re. Vel vt Ari. dicit practica eſt cuius finis eſt praxis hic definita.ſpeculatiua vero cuius finis eſt veritas. Hæc de ti.

Vnde habitus dicatur practicus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE quæſito itaq; veteres oēs, qui non cognouerũt intellꝰm,ſed nec diſtinxerunt inter ſenſum & intellectũ, hanc ſcientiam penitus negauerunt, qua ratione illam nec practicam,nec ſpeculatiuam coguntur ponere.Huius poſitionis fuerunt Heraclitus, & Cratillus. Amplius & Herculei, qui nulla præter ſenſilia entia conceſſerũt. Alij vero vt Socr.& Pla.videntur velle hanc ſcīam eſſe, & eſſe practicam qm̄ omnis ſcīa cuius finis eſt actus elicitus voluntatis eſt practica,vt patuit:at finis metaph. diſciplinæ,non eſt niſi fruitio ſummi boni: quia non.n. vt ſummũ bonum intelligamus nos meta. elaboramus, ſed vt in illo cognito fruamur. at fruitio videtur actus voluntatis elicitus.Et ideo dixerunt principalem meta. finem eſſe diuinorum fruitionem, & ita apud eos hæc ſcīa nō erit ſpeculatiua ſed practica. Sed hæ poſitiones ſtare non poſſunt. Prima quidem non, quia illa negat metaph.quod eſt in primo huius lib.confutatum. Scđa vero,quia ea data oīs ſcientia erit practica, qm̄ oīs ſcientiæ finis eſt fruitio ſui optimi cognoſcibilis, non.n. intellꝰs intelligendo aliquid,pōt non frui illo:ita.n.naturalis pħs fruitur perfectiori ente naturali,dũ ipſum cognoſcit, ſicut meta. dum cognoſcit ſummum ens. Et ꝓpea debes dicere fruitionem finis non eſſe rōne recta poſſibilem regulari, quia potētia neceſſario ſeſe habet circa fruitionē ſui finis.Quare fruitio eſſe non pōt praxis nec elicitus vel impatus actꝰ illius, è qua practica ſcīa dicat̃.

1. Pō veterum. *2. Pō Socr. Pla.* *Confuta. 1.* *Confuta. 2.*

CAPVT DILVCIDATIONIS.

DICENDVM igitur ad diſputationem meta. non eſſe practicam,ſed ſpeculatiuam. Primo quia dum finē ſuum attingit,non ſe extendit extra limites intellectus. Secundo quia eius finis eſt veritas non praxis hic definita.Hæc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM.

TVNC ad rationes.Ad primam concedo aňs,quia metaphy. ordinatur in ſummum bonum.Et qñ dicitur ſummum bonum eſt in virtutibus, dico ꝙ ſummũ bonũ humanũ conſiſtit in virtutibus(vt loquitur ibi Ariſt. de virtutibus)At meta. cōſiſtit in ſummo bono diuino. Sed occurres,quia ſummũ bonum intelligi nō pōt, niſi intellectus illo fruatur.At fruitio eſt volitio,ſiue amor, igitur finis huius eſt praxis.Iam dixerũt illi, ꝙ ille amor eſt quædam dilectio naturalis, qui ſemper neceſſario eſt rectus, & ita non eſt praxis. Sed hæc ſolutio eſt obſcura,quia vt intellectus cuicunque coniungitur,intelligendo coniungitur, ſic voluntas cuicunque coniungitur,volendo coniungitur,& ita illa fruitio eſt volitio,& non tm̄ amor naturalis.Concedo igitur fruitionem eſſe volitionem,& non amorē naturalem:& vlterius dico ꝙ non oīs volitio eſt actus elicitus,ſiue electio voluntatis. Ille.n.actus eſt electio ſiue actus elicitus qui eſt finis conſilij:At voluntas fine non fruitur, eo quia fruitio ſit finis conſilij, ſed circa finem ſe habet libere & neceſſario, vt diximus in alijs diſputationibus: & ſic concedo fruitionem eſſe volitionem, non tñ praxim, quia nec eſt elicitus actus per conſiliũ nec imperatus, eſt tñ mere liber & neceſſarius. Ad ſecundam dico ꝙ licet meta. regulet, in regulando tamē non ſe extendit ad praxim, quia nec ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Ad tertiam patet ſolutio, eſt.n.hæc ſcientia theologia: aliter tñ ab illa quæ eſt per principia credita, nam illa perficit nos in amorem, qui eſt actus elicitus voluntatis, hæc aũt in amorem qui eſt actus liber neceſſarius. Ad quartam, dico ꝙ metaph. eſt omnibus communis, tñ per hoc non ſe extendit ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Circa vltimum argm̄ eſt non parua difficultas. Tamen oēs conueniunt ꝙ Pħs pure ſpeculatiuus pōt dupliciter ſumi, vel vt mente ſpeculatiuus,& ore nihil explicat, vel vt mente ſpeculatiuus & ore diuinorũ. cognitionem docet:atque publice oībus diuinorum cognitionem declarat.Tunc vlterius ſumitur politiam eſſe bifariam,aliam quidem rectam, aliã vero tranſgreſſam.Vt 4.& 5.politicæ patet. Recta quidem eſt qñ dominans præeſt ob bonum publicum. Tranſgreſſa autē quando dominans præeſt ob bonum proprium, eſt ãt recta multiplex,alia in qua res ob bonum publicum dominatur,quæ græce monarchia latine regnum dicitur, alia in qua illi duntaxat præſunt, qui virtute ingenioq́; clariores ſunt, & hæc græce ariſtocratia dicitur, latine optimatum principatus. Alia in qua pauperes oēs fere præſunt ſed ob publicum bonum, & hæc græce eſt timocratia,latine honorabiliorum principatus.Amplius trãſgreſſa multiplex eſt, alia in qua vnus duntaxat prę-eſt,ſed ob proprium bonum,& hæc græce tyrannis dicitur. Alia in qua etiam ob proprium bonũ diuites dũtaxat præſunt,& hæc græce eſt oligarchia. Alia in quæ pauperes omnes fere ob bonum proprium præſunt, & hæc græce eſt democratia. Vlterius.3.dicunt dominans in tranſgreſſa politia, differt à dominante in rectã, quia ille qui recte præeſt debet maxime diuina cognoſcere, & hoc quia in gubernando humana recte diriget hæc ad diuina:& propter hoc inſtituti ſunt ſacerdotes vt dominantibus diuina explanent, ad hoc vt humana recte gubernent.Qui aũt tranſgreſſæ prēeſt,ſolum ea cognoſcere debent,quæ faciunt ad bonum propriũ,non enim gubernant humana, vt dirigant illa in diuina, ſed oīa ad ſe dirigunt. Ex his.d.Ioan.ꝙ Pħs pure ſpeculatiuus: qui mente duntaxat contemplatur, & nihil ore docet: nec in recta nec in tranſgreſſa politia eſt permittēdus. Quod patet eo quia nihil in recta permittitur niſi aut pietate, vt pauperes, & mutilati: aut quatenus faciunt ad bonum publicum.Pħi aũt qui mente dũtaxat vigēt, pietate non ſunt permittendi quia nō ſunt mutilati nec faciunt ad bonum publicum. Quod vero nec in tranſgreſſa. declaratur, quia in ea nihil debet permitti quod non faciat ad bonum dominãtium. Modo Pħs talis ad bonum illius non facit. Secundo.d.ꝙ Pħs qui mente diuina contēplatur,& ore illa docet, vt dominantes diuina cognoſcãt,ad quæ humana gubernãt in politia recta ſunt permittendi,primo,quia ſunt vtiles principi, quia nullus debet diuina cognoſcere plus principe, quia hic plus

An pure ſpeculatiuus ſit permittēdus in politia. *Duplex politia. 1. Suppoſitio.* *Triplex recta.* *Triplex tranſgreſſa.* *3. Suppoſitio.* *Pō Ioan.* *Prima conclu.* *Secunda.*

plus gubernat. Secundo ſunt vtiles ſacerdotibus, quia ſacerdotes debent eſſe Phi, aut à philoſopho recipere cognitionem diuinorum. Sunt etiam vtiles iudicibus, quia niſi iudices diuina cognoſcerẽt, non poſſent rectè iudicare, & aliis oĩbus, & ſic Phi tales ſunt permittendi non vt pars ciuitatis, ſed vt regula oĩum partium, quia p̄ eos artifices, agricolę, diuites, milites, ſacerdotes, & iudices, & etiam princeps regulantur. quatenus docent diuina cognoſcere, ad quæ humana debent dirigi recta.

Tertia. Dicit tertio ꝙ in politia trãgreſſa non eſt permittendus propter cauſas contrarias, quia dum diuina docet, repugnat dominantibus. Et propterea, vt dicit Ariſt. debet relegari à talibus politiis, vt de Caſsiodoro ponit exemplum. Hæc determinatio Ioã. bona eſt. tñ defendi pôt, pħm, qui mente duntaxat contemplatur poſſe permitti in pollitia recta, quia licet finis illius ſit bonum publicum, non tñ debet priuatum ipſum bonum tolli dũ non repugnat publico, quare permitti pôt, quia non eſt fas nocere ei qui nihil mali facit, veluti permittunt̃ eremitę, quare permitti pôt quatenus repugnare rectitudini tollere aliquem à ſua patria, qñ contra publicum nihil agit. Pôt etiam talis permitti in politia trãſgreſſa: quatenus non tollit bonum quod dirigitur ad dominãtes, & ita in vtraq; permitti pôt, in recta quidem, quia non nocet publico, in tranſgreſſa vero quia nõ nocet dominantibus, vt patet. Sic igitur patet quo nam modo pure ſpeculatiui ſint permittendi, & quoúe modo nõ. Hęc de diſputa. 12. hactenus.

Qualis determinatio Ioã. et illius correctio.

Maxime vero principalis ſcientiarum & magis principali ſubſeruiente eſt quæ cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula &c. Tex.

DISPVTATIO DECIMATERTIA
De Nobilitate ſcientiæ ſpeculatiuæ & practicæ.

Num omnis ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior & honorabilior.

CAPVT OBIECTIONVM PRIMVM.

QVod practica ſit honorabilior atq; p̄ſtabilior ſpeculatiuis: arguitur primo, quia oĩs ſcientia ſortitur ſuam pręſtantiam à fine. Modo finis practicæ eſt bonum & opus ſpeculatiuæ vero finis eſt verum, bonum aũt præſtabilius eſt vero, igitur practica eſt præſtabilior ſpeculatiuis. Secundo ſcientia ciuilis ordinat ſpeculatiuas, vt dicitur primo Ethico. igitur eſt præſtantior ſpeculatiuis. Tertio Thophra. ſupernaturalis eſt omni ſpeculatiua præſtãtior, & tñ eſt practica, igitur aliquam practica oĩbus ſpeculatiuis eſt præſtantior. Quarto melius & vtilius præſtabilius eſt inutili, practicę ſunt meliores & vtiliores, quia ad vitam conferunt, ad quam nihil ſpeculatiua conducit. Quinto quod vltra opus addit conſiderationem videtur eſſe honorabilius, & præſtabilius. Mechanicæ ſiue practicæ vltra opus addunt conſiderationem. Sexto ſcientia qua quis poteſt benefacere aliis eſt p̄ſtantior: & honorabilior. Nam beneficentia eſt actus ſummæ præſtabilis. Modo homo per ſcientias practicas pôt multis benefacere, vt patet diſcurrendo per oẽs. Septimo per practicas ſcientias conſeruatur bonum ciuile, vt colligitur. 2. huius, per ſpeculatiuas deſtruitur, vt colligitur. 3. phy. ab Auer. in p̄logo, & etiã in. 8. phy. pħia enim negat leges (vt dicit) & opiniones vulgares, qbus ciuitates conſeruãtur. In contrarium eſt Ariſto. in tex.

Rões Egi. *Cõm. 14.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRo declaratione tituli videamus quo nam modo differunt bonum, nobile, & honorabile. Et dicimus ꝙ bonum vnũquodq; dicitur quatenus aut finis, aut ordinatur ad aliquem finẽ, vt. 2. met. dicitur, quare bonum trifariã eſſe poteſt, aut bonitate in ſe, aut bonitate ſumpta reſpectu ad aliud, aut bonitate modi p̄ueniẽdi ad finem. Hæc de ipſo bono. Nobile vero dicit̃ aut p̄p genus ſubiectũ, nam vt dicitur primo Ethi. nobilitas rei eſt genus rei, quare nobilitas ſcientiæ eſt à genere ſciẽ, & ita à ſubiecto genere, aut p̄p modũ cõſiderandi, ſiue confirmatione demonſtrationis, vt dicitur primo de aĩa. Hæc de nobili. De ipſo aut honorabile dicamus nihil aliud eſſe honorabile, niſi quod eſt propter ſe, vt primo Ethi. ſumit̃, p̄p quod dij ſumme honorabiles ſunt, quia ſoli propter ſe eſſe vident̃, nullo egentes extrinſecorum bonorum. Hæc de honorabili. Quæ vero ſit ſpeculatiua: q̃ue practica, præcedenti diſputatione patuit. Hæc de titulo.

Cõm. 8. & 7. *Cap. 16.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

IN iſta quæſtione aliqui reſpondent ſimpl'r ſine diſtinctione, per vnam particularẽ, videlicet, ꝙ omni practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, & probãt per vnicam rationem, quia practica eſt ad vſum, ſpeculatiua ad veritatem, ſed veritas eſt ſimpl'r honorabilior vſu. qa per illam conuenimus cũ ſubijs ſeparatis, quæ ſunt omnibus præſtantiores ſolũ in intelligendo. Addũt tamen concluſionem eſſe veram ſolũ in ſciẽtijs humanitus inuentis, quod ait eſſe addendum propter theologiã ſupernaturalem, quæ eſt practica, omni ſpeculatiua nobilior. Sed hæc poſitio eſt dubia, quia vel intelligit vl'r ꝙ oĩ practica ſit nobilior oĩs ſpeculatiua p̄ter theologiã, vel particulariter ꝙ omni practica præter theologiam ſit quædam ſpeculatiua nobilior. Si intelligitur vl'r, fallit. Nam geometria quę eſt de quãtitatibus nõ eſt nobilior morali, quæ eſt de virtutibus, nec naturalis, quæ eſt de elementis eſt nobilior medicinali, quæ eſt de corpore humano. Si vero ipſi intelligunt particulariter, ꝙ omni practica præter theologiã ſit aliqua ſpeculatiua nobilior: etiam fallit, quia eorum ratio videt̃ vl'is, qm̃ omnis ſpeculatiuæ finis eſt veritas, in qua ſpeculatiuus conuenit cum ſubſtãtijs ſeparatis, & ſic omnino videntur diminuti. Ioannes autem dicit ꝙ aliqua ſcĩa ſpeculatiua eſt oĩ practica nobilior, vt patet ſaltẽ de ea ſpeculatiua quæ eſt de diuinis rebus. Secundo dicit ꝙ aliqua ſcĩa practica eſt aliq̃bus ſpeculatiuis nobilior, vt moralis geometria ẽ nobilior & ea ſcĩa naturali quæ eſt de elemẽtis & id genus. Hæc Ioãnes. Sed hæc poſõ eſt directè cõtra Ariſt. qui facit quæſtionem vtrũ vita actiua ſit nobilior cõtẽplatiua, & ſoluit abſolutè, ꝙ contẽplatiua eſt nobilior. Hoc probat in lib. politicorũ teſtimonio deorum, q ſoli p̄fecti & beati ſunt nullo egẽtes. Quare hæc poſõ Ioãnis nõ eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus.

Prima poſitio. *Confutatio.* *Põ Ioan.* *Confutatio. 10. Ethico.*

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

DE quæſito peripateticæ ſentiendo. Dico primo ꝙ omni practica omnis ſpeculatiua eſt honorabilior. Secũdo dico ꝙ omni practica oĩs ſpeculatiua eſt melior. Tertio dico ꝙ quo ad confirmationem demonſtrationis, omni practica omnis ſpeculatiua eſt nobilior, nobilitate autem ſubiecti, non omnis, ſed quædã, ſic quædã non. Prima cõcluſio patet ex his quæ in titulo diximus. nam omnis ſpeculatiua eſt ſui gratia, oĩs practica grã alterius. mõ qd' eſt ſui grã. i. abſolute honorabile, qd' aũt alteriꝰ grã, aut nõ eſt dicẽdũ honorabile aut minus honorabile.

Excerptum. honorabile. Ex hoc ſequitur ꝙ quemadmodum alijs honor duntaxat debetur, quia ſunt propter ſe, & ſui gratia, ſic p͞his ſpeculatiuis honor debetur dũtaxat, & hoc ait Ariſt. 1. Ethic. cæteris aũt mechanicis & operarijs vt moralibus & medicis, nõ honor, ſed laus debetur, quia laus vt dicit Ariſt. ibidem in actione conſiſtit. Secunda ẽt concluſio declaratur. Primo rõne ſui. Scd̃o ratione habita ad aliud. Tertio rõne habita ad modũ acquirendi. rõne quidem ſui, quia ſpeculatiua eſt bona ſui gratia practicæ gratia alterius. Secundo ratione habita ad aliud, quia ſpeculatiuæ oẽs ſunt vt intellectũ perficiant in eſſe beatifico, practicæ, vel vt perficiant corpus, vt medicinalis, vel vt perficiant animam quo ad potentiã inferiorem intellectu, vt moralis, quæ perficit animam, quo, videlicet, ad appetitus ſenſitiuos, ſpeculatiuæ autẽ quo ad intellectum, quæ eſt altiſsima animę virtus. Tertio ratione habita ad modum operãdi ſiue acquirendi. Ariſtot. ait deum eſſe optimum, ſecundo cœli, quia per pauciora attingit finem ſuum. modo ſpeculatiua per pauciora finem ſuum attingit, practica per plura vt patet. quare abſolute omni practica oĩs ſpeculatiua eſt melior. Tertia declaratur, quia Ariſt. primo de anima vult vnam ſc͞iam eſſe altera nobiliorem aut nobilitate ſubiecti, aut confirmatione demonſtrationis, modo patet oĩ practica confirmatione demonſtrationis eſſe oẽm ſpeculatiuam nobiliorem. Secunda pars patet, quia nobilitate ſubiecti moralis nobilior eſt geometria, & naturali philoſophia q̃ eſt de generatione & corruptione. Amplius medicinalis nobilior eſt naturali p͞hia, quæ eſt de elementis. Quare patet concluſio. Hæc de dilucida.

CAPVT SOLVTIONVM.

IIS ſumptis. Ad primam dico ꝙ finis practicæ eſt bonum non ſimpliciter ſed bonũ, aut corporis, aut aĩę, quo ad illam partem, quæ intellectui ſubditur. at finis oĩum ſpeculatiuarum eſt bonum aĩæ, quo ad partẽ intelľus, & ſic eſt maius bonum, vt diximus. Ad ſecũdam dico ꝙ ciuilis non ordinat modum procedendi in ſcientijs à propoſitionibus ad cõcluſiones, ſed modum legẽdi, & hoc attinet ad praxim. Ad tertiam dictum eſt cõcluſiones eſſe intelligendas in ſcientijs humanitus inuentis, talis autẽ theologia eſt ſupernaturalis. Ad quartam dico ꝙ ſpeculatiuæ ſunt vtiliores, quia conferunt ad vitam ſublimiorem, quæ eſt per intellectum, cæteræ ſunt ad vitæ corporis, vel ſubordinatæ potentiæ neceſſitatem. Ad quintam dico ꝙ ſuper opus addunt conſiderationem non ſpeculatiuam, ſed practicam. Præterea practicæ dicuntur principaliter ab opere, non à conſideratione. Ad ſextam dico ꝙ per nullam ſc͞iam homo põt plus benefacere quã per ſpeculatiuas, quia per alias benefacit hominibus quo ad illorum corpora, vel illorũ animas ſ͞m rõnem potentiarum inferiorum, per ſpeculatiuas autem benefacit diſcipulis quo ad eorum intellectum, & ꝓpea. d. Ari. in ethicis, ꝙ dijs parẽtibus & præceptoribus non põt redi par. Ad ſeptimum dico ꝙ philoſophia naturalis nõ repugnat legibus ciuilibus, quia ipſa facit leges illas, vt dixit Criſippus, ſed leges falſas refellit, veras vero leges confirmat, & ſi dicitur ꝙ theologia noſtra repugnat philoſophiæ, dico ꝙ nõ repugnat, ſed eſt ſupra philoſophiam, ſicut motus ignis circularis in ſphæra propria non repugnat illi, ſed eſt ſupra naturam illius. Hæc de tertiadecima diſputatione ſatis.

FINIS PRIMI LIBRI.

SECVNDI LIBRI METAPHYSICORVM,

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Quinque diſputationes diuiſa.

1 *Num prima complexa principia ſint nobis naturaliter cognita.*
2 *Num difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus, an ex parte rerum.*
3 *Num intellectus humanus corpori copulatus poſſit ſubſtantias ſeparatas intelligere.*
4 *Num ſit ſtatus in omni genere cauſarum.*
5 *Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.*

PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea Carapha literatorum decus, de principijs deq; cauſis rerum omnium, quatenus philoſophũ deceat quæ veteres ſenſere, in primo lib. Ariſto. abſoluit, vbi diſputationes treſdecim tibi receſendas miſimus, ipſæ nanque tua humanitate atque ingenij acumine fretæ latratum cynicorum maleuolorum non exoreſcent, quos paſsim ante fores omnium inuenies. Hunc vero cum Ariſt. de his quæ ad meta. librum attinent diſputare aggrediatur, vbi & de veritate, deq; veritatis inuẽtione compľa interponit. Nos in hoc. 2. lib. diſputationes quinque tibi mittimus. In illis. n. quibuſdã obiecimus, qui noſtro iudicio, licet ingenio valeant, è peripateticorum luce aberrarunt. Quare rogo vt tua ſolita protectione, qua non modo me literatorum minimũ, ſed ſummos etiam fouere ſoles, diſputationes haſce & corrigas, & defendas, ſic. n. ſecuræ quoſlibet terrarum fines peragrare non dubitabunt. Vale.

Sic videtur habere vt prouerbialiter dicimus, in foribus quis delinquet &c. Tex. cõm. primi.

DISPVTATIO PRIMA De cognitione Primorum Principiorum.

Num prima principia ſint nobis naturaliter cognita.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD ſic, ſolet argui. Prĩo ꝑ verba Auer. in hoc. 2. Secundo prima principia huiuſmodi ſunt nobis aliquando nota, & non per inuentionem, nec per doctrinã, igitur naturaliter. anš patet, quia omne notum aut per doctrinam, aut per inuentionem, eſt notum per aliquod prius notum, modo nihil eſt notius primis principijs. Tertio cognoſcimus prima principia per ſenſus, & hi ſunt nobis à natura: igitur prima principia ſunt nobis nota naturaliter. Prima pars declaratur, quia intellectus non poteſt prima intelligere niſi per terminos, Cõm. 1.

terminos, quia principia cognoſcimus, quo terminos cognoſcimus, modo terminos non niſi per ſenſus cognoſcimus, vt dictum fuit. Quartò læſo organo phantaſticæ, talia principia non intelligimus, igitur per ſenſus illa cognoſcimus. Pro parte oppoſita arguunt, quia ſi prima principia eſſent naturalr̃ cognita, aut ſm̃ actũ, & ſic ſemper actu illa perciperemus contra experientiam, aut ſm̃ potentiam, & ſic non aliter principia & concluſiones eſſent nobis naturaliter nota, qm̃ ambo illa naturaliter poſſunt à nobis cognoſci. Secundo ſi principia talia naturaliter cognoſcerenť, tunc omnibus eſſent ęqualiter nota, quod eſt contra Auer. in hoc. 2. lib. Com 14. et 15. Tertio ſi principia cognoſcerẽtur naturaliter, tũc concluſiones non volũtarie cognoſcerentur, quia ex naturaliter cognitis nihil contingenter voluntarieúe cognoſci poteſt, & ſic diſputatio eſt dubia.

Capvt secvndvm titvli.

Pro tituli expoſitione. Prima debes ſcire ꝙ primũ principium hìc ſumitur pro eo quod grçce eſt axioma, latine dignitas, & hanc Ariſto. definit dicens illam eſſe, quam neceſſe eſt habere quemlibet docendũ, hæc aũt multiplex eſt, quædam oĩbus ſcientiis cõis vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, de nullo ambo, vel non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe: hanc aũt neceſſe eſt ab oĩbus his haberi, qui quamuis diſcunt ſcientiã. eo quia conficitur ex iis terminis, qui omnibus ſcientiis ſunt communes, quædam eſt cõis pluribus ſciẽtiis, ceu ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quę reſtant, ſunt æqualia: eſt. n. hæc geometrię, & arithmeticæ cõmunis, quia ex iis conficitur terminis, qui omnibus conſideratis illarum competunt, hæc dicitur pronunciatum, ſiue proloquium, oportet autem hanc non oẽm docendum habere, ſed eum qui has duntaxat ſcientias diſcere quærit. Quædam quæ vni ſcientiæ tm̃ communis èſt, ſed oĩbus demõſtrationibꝰ illius, vt plura entia ſunt, & motus eſt & id genus. Sunt. n. termini tales omnibus conſideratis in naturali communes hæc poſtulatio appellatur, oportet autem hanc oẽm docendum naturalem philoſophiam habere, quædam quæ vni tantũ demonſtratiue ſcientiæ communis eſt, vt volenti demonſtrare ꝙ terra eſt rotunda, neceſſe eſt habere ꝙ omnia grauia petunt centrum, hæc dicitur demonſtratiua ꝓpoſitio, & hanc eum duntaxat habere neceſſe eſt, qui vult illam concluſionem diſcere, quæ eſt ꝙ terra eſt rotunda, & ſic de aliis id genus. In propoſito tñ triplex eſt principium. quoddam cuius termini ſunt communes omnibus ſenſibus, vt oẽ totum eſt maius ſua parte, de quolibet dicitur eſſe & id genus. quoddam cuius termini ſunt communes pluribus ſenſibus, vt ſi ab æqualibꝰ æqualia & cætera, quoddam cuius termini ſunt cõmunes vni ſenſui tm̃, vt omnia acria ſunt melancholica & omne calidum eſt penetrans, vtrum vero ſit dare vnũ primum axioma, ad quod oĩa axiomata habeant reſolutionem, & quid eſt illud, & multa alia de his, quære in primo poſteriorũ, quia diligenter de his ſcripſimus. Quid vero ſit natura, patet. 2. phy. ſed quo nam modo hic ſumatur, dicemus in dilucidatione. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Põ aliquorum. In hac diſputatione, quidam videntur velle, ꝙ eſſe aliquid nobis naturale, poteſt intelligi dupliciter. Aut quia eſt inditum à natura, & nullo modo de nouo acquiſitum quo modo dicimus ꝙ potentiæ ſenſitiuę ſunt nobis à natura. Alio modo quatenus acquiritur nobis per aliquod principium naturale, vt dicimus ꝙ videre colores eſt nobis naturale, quia potẽtia viſiua qua illos videmus eſt nobis naturalis. Tunc dicũt primo ꝙ cognitio primorum principiorum, nõ eſt nobis naturalis primo modo, hoc eſt indita à natura, quia ſaltẽ quo ad notitiam terminorum dependet à ſenſibus. Secundo dicunt ꝙ ſumendo naturale ſecundo modo cognitio illorũ eſt nobis naturalis, quia mediante lumine intellectus agentis quod ineſt nobis à natura illis intelľs poſsibilis aſſentit. Ex ijs patet eſſe talem ordinem ꝙ primo intellectus poľs terminos primorum principiorũ cognoſcit per ſenſus, ſecundo illos apprehenſos componit virtute propria. Tertio lumine intellectus agentis illis aſſentit, & per nihil aliud, vt nec per ſenſus, nec ꝑ quoduis aliud. Pro hac poſitione iuniores arguũt primo quia phantaſma nõ eſt cauſæ ſecũdæ operationis intellectus, quæ eſt cõpoſitio, vel diuiſio, quia ſufficit cognitio terminorũ per ſpẽs repreſentatas intelligibiles. Secũdo pono ꝑ caſum ꝙ intellectus poľs apprehendat extrema primi principij vt ipſum totũ & partẽ, & compoſitionem, videlicet, oẽ totũ maius eſt ſua parte, & quæro aut poſitis notitijs horũ in intellectu quibuſcũq; alijs circũſcriptis, ille põt aſſentire primo principio ex illis, vel non, ſi non põt intellectus poľs, illi aſſentire, igitur cum illis notitijs põt ſtare poſitio contraria, & ſic virtualiter repugnans primo principio poſſet ſtare in intellectu. Si vero intellectus illi aſſentit oĩbus alijs circũſcriptis, igitur põt aſſentire illi ſolo lumine, & non per hoc quia cõplexioni illius aſſentit ſenſus aliquis. Tertio per minus incertũ intelľus non debet aſſentii certiori, ſed notitia ſenſitiua eſt minus certa notitia intellectiua, igitur intellectus non debet aſſentire illi per notitiam ſenſitiuam. Quod notitia intellectiua ſit certior ſenſitiua, probant primo quia notitia intellectiua primorum iudicat intellectus qualia illa ſint, nõ ſic ſenſus per ſenſitiuã. Secũdo per intellectiuam verũ diſcernitur à vero ſimili, per ſenſitiuã non ſemper, quia ſæpe corrigitur per intelľm. Tertio per nullum ſenſum percipitur veritas, igitur per ſenſum nulli compoſitioni aſſentire poſſumus. añs patet, quia veritas rei cognoſciť per actum reflexũ, & nulla virtus reflectitur, niſi intellectus. Ex ijs cõcludunt poſitionẽ illam. Sed hæc poſitio cõfutata eſt diſputatione. 7. vbi multis argumẽtis probauimus intellectũ non poſſe primis principijs aſſentire niſi per inductionem experimentariã, quæ aut fit à dianœa, aut ab intelľu mediante dianœa, vt replicabimus. Ioãnes autem parum aut nihil differt ab illis, dicit. n. ꝙ ſi verbum cognitum. d. actum, tunc principia non ſunt cognita naturaliter, quia tunc ſemper actu cognoſcerentur à nobis. Si aũt. d. potentiam, tunc ſunt potentia proxima nobis naturaliter cognita, quia noto quid ſit totum, quidúe pars, habetur vna diſpoſitio, qua poteſt immediate intellectus cognoſcere omne totum maius eſſe ſua parte, ſecus de ipſa concluſione, quia ad illã nõ ſufficit cognitio terminorum: & ideo volũtariæ cognoſcitur, quia non per potẽtiam propinquam, hoc eſt per ſolã cognitionẽ terminorũ, & ita velle videtur intelľm poſſe aſſentire illis primis principijs, dato ꝙ ſenſus nõ aſſentiat aliquo pacto cõplexioni illius, nec in toto, nec in parte, quia ſufficiẽs cauſa eſt cognitio terminorum, & lumen intellectus agentis. Quare poſitio Ioan. videť explicatio poſitionis illorum. Sed hæc poſitio vt dixi confutata eſt diſpu. 7. & poteſt argui contra hanc. primo quia eo intellectus primis aſſentit, quo cognoſcit rem eſſe, vel non eſſe, quia vt dicitur in prædicamentis ab eo

Marginalia (right column): Lœ ꝛptum. — Rõnes pro hi. — Confutatio. — Põ Ioan. — Confutatio.

ab eo qđ res eſt, vel non eſt dicitur oratio vera, vel fal-
ſa, & ita non pōt intellectus aſſentire alicui illorum, niſi
cognoſcat ita eſſe vel non eſſe, ſed per quinque ſenſus
vel plures illo cognoſcit omne totū eſſe maius ſua par-
te, & ſimilia principia, quia per viſum cognoſcit totum
albū maius eſſe ſua parte, per auditū totum ſonorū ma
ius eſſe ſua parte, per tactū totū calidum maius eſſe ſua
parte, & in cæteris ſimiliter, igitur per conſenſum oīum
vel plurium ſenſuum intellectus aſſentit illis. Secundo
eo primis aſſentimus: quo illis ſolemus diſſentire ſed
ſenſibus diſſentire ſolemus: de principijs.n.primis phi
nō ſilr ſenſere, & nō ex parte luminis intellis, quia illud
eſt æquale omnibus, veluti intellis, igiť ex parte luminis
ſenſus, qđ oībus non eſt æquale. Tertio illud ad quod
ſtat vltima reſolo oīum principiorū oīum artiū & oīum
ſcientiarum, eſt principiū quo aſſentimus primis prin-
cipijs. Sed ad experimentum & ſenſum ſtat reſolutio
vltima talium, igitur per experimentum & ſenſum illis
aſſentimus. Minor probatur quia Ariſt. quoties cū ne-
gantibus eiuſmodi principia diſputat, ſemper reducit
illos contra ſenſus, vt patet. 4. huius contra illos qui ne-
gant de quolibet dici eſſe vel nō eſſe & primo Phy. cō-
tra Parmenidē & Meliſſum, & 8. Phy. contra Empedo.
& contra Zenonem, ſemper enim reducit illos contra
ſenſum, igitur ad experimentum & ſenſum ſtat om-
nium illorum reſolutio, multa alia dicta diſputatione di
ximus, nunc ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

1. Suppoſitio. PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ dianæa trifariam
inducit & intellectus mediante illa etiam trifariam in-
ducit. Primo mediantibus omnibus ſenſibus, vt omne
totum eſſe maius ſua parte, & de quolibet dici eſſe aut
non eſſe, dianæa.n. omnibus ſenſibus his conſentienti-
bus ſingulares conficit propoſitiones, & intellectus il-
la mediante illis aſſentit, inferendo vniuerſaliter omne
totum eſſe maius ſua parte, & de quolibet dici eſſe vel
non eſſe. Secundo inducit mediantibus pluribus ſenſi-
bus alijs non diſſentientibus, vt ſi ab æqualibus ęqualia,
& reliqua, nam æquale & inæquale, non cognoſcuntur
niſi tactu & viſu. Tertio inducit vno ſenſu per plures
memorias eiuſdem, quo inducit principia particularia
2. Suppoſitio. medicinæ, vel alicuius ſciæ. Secundo debes ſcire ꝙ lu-
men non ſufficit pro aſſenſu, quia lumen eſt principiū
quo alicui vniuerſaliter aſſentimus: qm̄ intellectus & lu
men eius non eſt niſi vniuerſalium per ſe, vnde vt aqua
ſua natura eſt frigefactiua ſic lumen intellectus eſt vni-
uerſalium manifeſtatiuum, & hoc non niſi à natura ha-
bet veluti aqua frigefacere, nec ſufficit inductio experi
mentaria, ſiue intellectiua mediantibus pluribus me-
morijs oīum vel eiuſdem ſenſus, quia nunquam per ta-
lia aſſumi poſſunt oēs ſingulares propoſitiones illius
1. Concluſio. vniuerſalis. Ex ijs ſequitur ꝙ nullis principijs aſſentire
poſſumus per lumen ſolum, patet quia illud eſt vniuer-
ſale principium, vniuerſalibus aūt non aſſentimus niſi
ab eo ꝙ res eſt in omnibus vel pluribus. Quod non lu-
2. Concluſio. mine, ſed ſenſibus ipſis cognoſcitur. Secundo ſequitur
ꝙ nullis aſſentire poſſumus lumine ſenſuum duntaxat,
patet quia per tale lumen nūquam vniuerſaliter aliqui-
bus poſſumus aſſentire, per lumen enim ſenſitiuum co
gnoſcimus rem eſſe vel non eſſe vt in pluribus vel inde-
finite, non aūt vniuerſaliter. Quare tertio concluditur
ꝙ vtroq; lumine primis aſſentimus, lumine quidē in-
tellectus vniuerſaliter, lumine autem ſenſuum particu-
lariter vel indefinite cognoſcendo rem eſſe vel non eſſe
vt in pluribus. Non tñ eodem modo, quia principijs quę
conficiuntur ex ijs, quę communia ſunt oībus ſenſibus,
aſſentimus per omnes ſenſus, principijs vero quæ con-
ficiuntur ex ijs, quæ pluribus ſenſibus ſunt cōia, aſſenti-
mus ꝑ plures ſenſus alijs nō diſſentiētibus, at principijs,
quæ cōficiuntur ex ijs quæ vni ſenſui cōia ſunt, aſſenti-
mus per inductionem ab vno ſenſu, pluribus memorijs
illius mediantibus. Tunc ad quęſtionē dicendum ꝙ ſu-
mēdo cognitionem primorum pro actuali aſſenſu vel
notitia, ſic cognitio illorum nō eſt nobis naturalis, vt ra
tiones Ioan. demonſtrant. Si vero ſumatur pro cogni-
tione potentiali, & natura ſumatur pro principio natu-
rali, ſic principia cognoſcimus naturaliter, quia poſſu-
mus illa actu cognoſcere lumine ſenſus & lumine intel
lectus quæ ſunt nobis naturalia. Nam lumine ſenſus co
gnoſcimus prima principia cognoſcendo rem eſſe vel
nō eſſe indefinite vel vt in pluribus, lumine intellectus
aſſentiendo illis vniuerſaliter, quia vt lumen ſenſus cer-
tificat rē eſſe vel non eſſe, ſua natura, ſic ꝑ lumen intelle
ctus illis aſſentimus vniuerſaliter, nulla alia ratione niſi
quia lumen, igitur ſi naturale ſumatur pro eo quod no
bis actu ineſt à natura cognitio primorum principiorū
non eſt nobis naturalis, ſi aūt pro eo quod poſſumus
cognoſcere qñcūq; volumus ex ijs q̄ nobis inſunt à na
tura ſic aſſenſus ille eſt naturalis. Sed occurres ſi lumen
ſemper eſt vniuerſaliū, tūc intellectus poſsibilis nūquā
poſſet inferre concluſionem niſi vniuerſalem, quia oēm
concluſionem infert per lumen ſuū, & illud non eſt niſi
vniuerſalium, igitur ſemper vniuerſaliter, & ſic ſyllo-
giſmi in tertia figura nulli eſſent. Dici poteſt ꝙ intelle-
ctus quædam infert vi luminis & ſenſus tm̄, & hæc ſem-
per infert vniuerſaliter, qm̄ ſenſus non diſcordāt, & per
conſequens illa infert per naturam ſuam, & quia natura
ſua eſt vniuerſale, ideo infert vniuerſaliter, quædam aūt
infert immediate vt ipſarum propoſitionum, mediate
vi luminis, & talia non infert niſi ſm̄ exigentiam pro-
poſitionū, & ita illa quæ infert vi luminis tm̄, ſemꝑ vni
uerſaliter infert: quæ vero non vi luminis, ſed quaſi per
accñs vi additi, illa infert ſm̄ exigentiam illius additi.
Ex ijs apparet propter quid quandoq; intellectus ex nō *Excer.*
vniuerſalibus propoſitionibus aliquando infert vniuer
ſaliter, vt ex præmiſsis ſingularibus pluribus in indu-
ctione experimentaria primorum principiorum, infert
vniuerſaliter ipſa prima principia, hoc ęquidem facit,
quia virtute luminis per ſe inducit, at qñ virtute propo-
ſitionum per ſe, & virtute luminis quaſi per accñs, tunc
infert ſm̄ exigentiam propoſitionum, vt in ſyllogiſmis
facit. Amplius occurres quæ eſt virtus inductiua princi
piorum. Dici pōt ꝙ virtus experimentaria eſt dianæa,
hoc per ſe cognoſcit ſingularia & ſingulares propōnes
conficit, & ex illis infert experimentum, veluti propo-
ſitionem indefinitam, mediante hac intellectus cogno
ſcit ſingulares propoſitiones, quia ſicut mediante hac
cognoſcit ſingularia ipſa intuitiue vel abſtractiue, ſic
mediante hac componit ſingulares propoſitiones vel
diuidit illas, tunc dico ꝙ virtus inductiua primorū prin
cipiorū vniuerſaliter eſt intellectus poſsibilis, qui me-
diante dianæa cognoſcit ſingularia abſtractiue vel in-
tuitiue, & illa cōponit vel diuidit, virtus inductiua par
ticulariter vel indefinite eſt dianæa, cauſa autem dicta
eſt quia poſsibilis intellectus inducit vi luminis, quod
ſua natura eſt vniuerſalium, dianæa vi ſenſuum, qui ſua
natura ſunt particularium. Quare patet non poſſe intel *Excerptum diſputa. memoria commendam.*
lectum poſsibilem primis aſſentire niſi mediante du-
plici

plici lumine,ſenſitiuo quidem, quo rē eſſe vel non eſſe particulariter vel indefinite cognoſcat, & quo median te ſingulares propoſitiones conficiat,intellectiuo vero quo vniuerſaliter inferat,& illis vniuerſaliter aſſentiat.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Solu. ad primā. IIS dilucidatis: quidam reſpondent ad verba Auer. ꝙ ipſe ītelligit de primis principijs ſimpliciter: & dicūt hæc eſſe æqualia oībus.Sed videť ꝙ hæc non ſunt æqua lia oībus, quia in.4.huius nonnulli fundati in apparentijs ſenſatis,negarunt primum principium ſimplr:vnde ſi talibus primis principijs intelľs aſſentiret ſolo lumine intellectus ſequitur vt apud oēs ſint æqualia. Sed quia nos tenemus ꝙ non ſolum lumine intellectus, ſed etiā ſenſus illis aſſentimus, ideo de illis non oēs pariter cō cordant. Ad ſecūdā dici pōt ꝙ prima principia nec do ctrina nec inuentione diſcimus,quia illa per ſeipſa fidē habent,inuētio.n.& doctrina nō niſi de ſcīa demr̃atiua dicuntur,vt manifeſte declarauimus in expōne lib.po ſter. Ad tertiam & 4.per diulcidationē patet ſolutio. Ad rōnes oppoſitas. Ad primam dico ꝙ illa non actu, ſed poteſtate cognoſcuntur,tñ aliter ꝙ̄ concluſiones, quia illa ſolis naturalib⁹ diſpoſitionibus cognoſcimus, concluſiones aūt per quædam de nouo acquiſita. Ad ſecundā Ioan.d.ꝙ illud ſequeretur qñ oēs eſſent æqualiter diſpoſiti.Sed hæc ſolutio nulla eſt,quia vel ex parte intellectus ſumus inæqualiter diſpoſiti, vel ex parte ſenſuum nō ex parte ipſius intelľs, quia ille eſt in oībus æqualis, ſi ex parte ſenſuum,tunc habetur ꝙ lumen ſen ſitiuum cōcurrit ad aſſenſum primorum principiorum, & nō tm̄ quo ad ſimplicium cognitionem, quia hæc eſt oībus æqualis,ſed quo ad complexam,quod eſt contra

Solutio Ioan. eos. Ad tertiam dico ꝙ ex neceſſariis & neceſſario ſcitis, pōt concluſio deduci contingenter ſcita,quæ tamē non contingens eſt, ſed contingenter ſcita, ſtat enim aliquod eſſe neceſſarium,& contingenter ſciri,quia pōt ſciri & non ſciri,at principia ſunt neceſſaria,& neceſſario ſcibilia: concluſiones aūt neceſſariæ, ſed contingē ter ſcitæ.Per hæc ad rōnes iuniorum.Ad primā dico ꝙ intellectus poſsibilis virtute propria componere pōt, vel diuidere,non pōt autem lumine intellectus ſolo illi compoſitioni aſſentire, quia non poteſt illi aſſentire niſi ſciendo rem eſſe vel non eſſe,at rem eſſe non poteſt ſcire niſi per ſenſus vt nos diximus,vnde logici dicunt intellectum non poſſe huic,videlicet,oē totum eſt maius ſua parte aſſentire,niſi quatenus ille terminus totū, ſtat formaliter diſtributiue non poteſt ſtare formaliter diſtributiue niſi pro omnibus ſingularibus totis, hæc non ſciuntur ita eſſe in re vel non eſſe niſi ex parte ſenſuum, igitur intellectus eget lumine ſenſus. Ad ſcďam dico ꝙ caſu poſito nec totaliter aſſentiet illi,nec totalr̃ diſſentiet,non totaliter quidem aſſentiet,quia ſibi deeſt lumen quo cognoſcit rem eſſe vel non eſſe,nec totaliter diſſentiet quia nō habet experimentum cōtrarium. Ad tertiam dico ꝙ intellectiua notitia eſt perfectior no titia ſenſitiua,non autem euidentior,tunc dico ꝙ licet intellectus poſsit cognoſcere qualia prima ſint, hic nō facit actu recto, ſed actu reflexo, poſtquam actu recto cognouit illa vera eſſe,modo hæc notitia non ſine ſenſitiua ſit. Ad quartam dico ꝙ intellectus non ſe ſolo diſcernit inter ſimile, & veriſimile, ſed auxilio alterius ſenſus, vel auxilio deducti per multa media ex alio ſen ſu.Ad quintam dico ꝙ per ſenſum non cognoſcimus veritatē formaliter, quia ſenſus non cognoſcit,à propoſitionem eſſe veram,ſed bene per ſenſus ipſos cognoſcimus veritatem fundamentaliter, quia cognoſcimus rem eſſe vel non eſſe. Vnde logici dicunt ꝙ verum cognoſcit ſenſus,non autē ſenſus cognoſcit verum. Hæc de diſputatione prima à nobis modo dicta ſint.

Forte autem & difficultate duobus modis exiſtente non in rebus,ſed in nobis eſt eius cauſa &c. Tex.cōm. primi.

DISPVTATIO SECVNDA
De difficultate cognoſcendi res.

Num quippiam cognoſcēdi difficultas ex ipſis ſit rebus, an ex intellectu.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

VIdetur ꝙ ſic ex parte rerū, quia res cognoſcuntur quatenus ſunt actu, at multæ res non ſunt actu,ſed poteſtate vt materia, tempus, motus, infinitum, & id genus, igitur difficultas erit ex parte horum: Secundo intellectus eſt ſumme diſpoſitus ad omnia intelligibilia,qa in eo nulla eſt natura niſi poſſibilitatis,& propterea eſt oīa fieri,igitur oīs difficultas eſt ex parte rerum.Tertio ad hoc eſt auctoritas Auer. in hoc.2.qui ait ꝙ difficultas cognoſcendi formas materiales eſt ex parte illarum. Quarto ſenſus corrumpiť ab excellenti ſenſili,intellectus autem ab excellenti intellectili vigorať, igitur nihil eſt difficile ex parte ſua. Quinto intellectus intelligit cum vult, igitur ex parte ſui nihil eſt difficile.Sexto quæ includunt impeditiuū cognitionis, ex parte eorū ſunt cognitu difficilia, ſed res naturales includunt materiam,quæ eſt impeditiua cognitionis apud Auer.igiť res naturales ſunt cognitu difficiles. Septimo difficultas & facilitas operationis ſecundum calculatores ſumitur pœnes virtutē actiuam,non pœnes virtutem paſsiuam,modo intellectus eſt virtus paſsiua omnium intelligibilium. Octauo impoſsibilitas rei agendæ attenditur ex parte rei, igitur difficultas intelligendi ex parte rei antecedens apparet,quia dicunt Deum non poſſe facere infinitum, impoſsibilitate rei quæ eſt infinitum. In cōtrarium videtur Ariſto.in litera. *Antonius.* *Cōm.1.* *Alij.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli expoſitione.primo debes ſcire ꝙ rerum intellectiliū,alia ſunt complexa,alia ſimplicia, ſimplicium vero, quædam intelliguntur per hoc ꝙ poſſunt per ſe facere in ſenſibus, & intellectu proprias ſpecies, vt oīa ſenſibilia,quædam ſunt quæ non poſſunt facere proprias ſpēs in intellectu, nec in ſenſu, ſed continent quædam quæ faciunt proprias ſpēs, ex quibus intellectus colligit conceptus compoſitos, quibus illa intelligit,& ita quædam ſunt quæ non per ſpēs proprias, ſed per cōceptus formatos mediantibus ſpēbus intelligun tur,verbi cauſa.materia prima non facit propriam ſpeciem in ſenſu,nec in intellectu. Sed continet quædam quæ faciunt ſpēs,mediantibus quibus intellectus conficit vnum conceptum,quo ita materiam intelligit,qď non aliud,quædam ſunt quæ nec ſpecies faciunt in ſenſu vel intellectu,nec continent quædā quæ faciunt ſpēs tales, ex quibus intellectus cōficiat conceptus, nec dicunt ordinē ad aliqua quæ faciant ſpēs vel conceptus. Sed cum intelliguntur per proprias eſſentias intelligun tur vt omnia pure intellectilia,veluti ſpēs ipſe intelligibiles,actus intelligendi,ipſemet intellectus,phātaſmata,& id genus,quædā ſunt quæ nec ſpēs, nec cōceptus *De intelligibilibus.*

ex

ex contentis faciunt, ſed dicunt ordinem ad quædam quæ ſpecies vel conceptus facere poſſunt, vt ſubſtantię ſeparatæ, hæ.n. per conceptus intelliguntur qui non ab his conficiuntur, ſed ab earum effectibus. Secũdo debes ſcire ꝙ trifariã dicitur difficile. Vno modo ob reſiſtentiam, & hoc pacto dicimus eſſe difficile mouere ſaxum ſurſum, quia reſiſtens. Alio modo ob laborẽ, quomodo dicimus difficile eſt vt tres nauim trahant. Tertio dicitur difficile aliquid, quando ad eius oppoſitum eſt inclinatio, & hoc modo idem eſt difficile, quod ineptũ, vt flegmaticis difficile eſt metaphyſicari, quia apti ſunt rhetoricis, quæ ſunt quaſi oppoſita metaphyſi. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Pō quorundã. De quæſito tenent quidam omnem difficultatem cognoſcendi eſſe ex parte intellectus, non aũt ex parte rerum, quę cognoſcuntur perſuadent poſitionem, quia ſi res ipſæ aliquæ eſſent cognitu difficiles ex parte earum, tunc reſpectu cuiuſuis intellectus eſſent cognitu difficiles ex parte earum, tunc reſpectu cuiuſuis intellectus eſſent cognitu difficiles. tenet enthimema, quia oẽ quod per ſuam naturam eſt tale ad quoduis comparatum ſemper eſt tale, & ſic reſpectu intellectus diuini eſſent cognitu difficiles, quare nihil eſſe poteſt cognitu difficile ex parte rei, & per conſequens omnis difficultas eſt ex parte intellectus. Replica. Si aũt contra hoc obijceres ꝙ tunc oẽs res eſſent aut æque faciles, aut æque difficiles, poſtquam nulla ex parte rei difficultas eſſe poteſt. Rñdent ꝙ ſ̃m proportionem omnia intelligibilia ſunt intellectui vel æque facilia, vel æque difficilia: & hoc concludit replica: abſolute tñ quædam eſſe poſſunt magis vel minus difficilia. Pro hac poſitione iuniores huius partis certant, quia qñ intellectus cum difficultate intelligit, eſſe poteſt non ob aliud, niſi quia eſt rei intellectili improportionatus, ac rei intellectili non poteſt eſſe improportionatus, niſi aut propter maximam illius entitatem, aut propter minimam. Sed quælibet harum improportionum eſt ex parte intellectus cognoſcentis, nã ꝙ ſit maximo intelligibili improportionatus, hoc eſt quia virtus eius exceditur à cognoſcibilitate obiecti, vt. d. Ariſtot. in text. Quod vero ſit intelligibili minimæ entitatis improportionatus etiam eſt ex parte intellectus, quod probatur per Ariſtot. in libro de ſenſu & ſenſa. vbi ait, quòd ſi viſibile decreſceret in infinitum minus, neceſſe eſſe in infinitum viſum creſcere in maius, ſi debeat viſibile percipere, igitur ad cognoſcendum minimum cognoſcibile requiritur perfectior virtus in cognoſcendo, igitur ꝙ intellectus minima non intelligat, nõ erit niſi defectu eius, & ſic omnis difficultas erit ex parte intellectus. Amplius ſolet argui ens per naturam entis non eſt cognitu difficile, igitur nullum ens per naturam ſuam, & ſic nulla eſt ex parte rei difficultas. Sed hæc poſitio non eſt vera. primo retorquendo primum argm̃ eorum, ſi omnis difficultas cognoſcendi res eſt ex parte intellectus, tunc oĩs intellectus res illas cum difficultate intelligit, & ſic intellectus diuinus. tenet enthimema per vim ſuæ rõnis, quia ſicut propterea quia aliqua res ex parte ſui eſt cognitu difficilis, reſpectu omnis intellectus, ſic ſi difficultas intelligendi aliquam rem eſt ex parte intellectus, erit de omni intellectu. tenet per hoc, quia omne tale per ſe & abſolute eſt de omni. Amplius ſi aliquam difficultas eſt ex parte intellectus ad intelligendum rem aliquam, igiť eodem modo ad intelligẽdum oẽm rem. tenet per rõnem eorũ, quia omne quod eſt abſolute tale ad quicquid comparatur, ſemper eſt tale, ſic.n. arguunt ipſi, & ſic intellectus omnia difficile intelligeret, & ita prima principia. Secundo ad idem per eos intellectus ſ̃m proportionem oĩa æque facile intelligit, ſimpliciter autem non omnia æque facile, quia quædam facilius, quædam difficilius vt dixerunt, quæro vel ex parte ſui quædam ſimpliciter facilius intelligit, quædam difficilius, aut ex parte rerum, non ex parte ſui, quia intellectus ex natura intellectus ad nulla comparatur magis vel minus, eſt enim æqualis & reſpectu oĩum potẽtia omnia fieri, igitur ex parte rerum, & ſic habetur intentum. Tertio ſi intellectus quædam cum difficultate recipit, igitur illa cum difficultate in intellectum agunt cognitionẽ: igiť non põt eſſe difficile apud intellectum, quin ſit difficile ex parte rei. tenet prima conſequentia, quia agens non aliter cum difficultate agit, niſi quia patiens cum difficultate patitur nec econtra patiens cum difficultate patitur: niſi quia agens cum difficultate agit in illud, igitur ſi omnis difficultas eſt ex parte intellectus, omnis erit ẽt ex parte rei. Ex his apparet hãc poſitionem eſſe falſam, & contra omnes peripateti.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

Pro dilucidatione ſumo primo ꝙ intellectui vt intellectus nihil eſt facile, nec difficile. deduco, quia non difficultate reſiſtentiæ, qm̃ omnis reſiſtentia eſt ratione contrarij, intellectui vt intellectus nihil eſt contrarium, nec difficultate laboris, qm̃ difficultas laboris eſt ex ſpirituum reſolutione, modo intellectus vt intellectus, ſeparatus eſt ab omni corpore, nec difficultate ineptitudinis. deduco, quia intellectus eſt potentia oĩa fieri, igitur vt intellectus ad nullum intelligibile eſt ineptum. Amplius intellectui vt intellectus nihil eſt ignotum vt dicitur in primo de generatione. Præterea ad primam & propriam perfectionem nihil eſt ineptum, ſed omne intelligibile eſt prima & propria perfectio intellectus, igitur ad nullum eſt ineptus. Secundo ſumo ꝙ nullum intelligibile vt intelligibile cum difficultate intelligitur ab intellectu vt intellectus, aut cum facilitate, probatur, quia non difficultate reſiſtentiæ, quia nõ eſt illi contrarium, non etiam difficultate laboris, quia nec dum intelligitur reſoluuntur eius ſpiritus, nec difficultate ineptitudinis, quia ipſum ſui rõne eſt perfectio intellectus, igitur non eſt ineptum perficere. Tertio dico ꝙ ſi ſumatur intellectus vt nobis copulatus, nihil eſt ſibi facile aut difficile difficultate reſiſtentiæ, deduciť, quia intellectui vt ſic, nihil eſt contrarium, nec ipſe vt ſic, alicui eſt contrarius, non.n. eſt actio & reactio intellectus, & intelligibilis hoc pacto ſi cõſideretur: vt. 3. de aïa declaraui. Quarto dico ꝙ ſi accipitur intellectus vt nobis copulatus, nihil dicitur facile aut difficile difficultate laboris. declaro, quia licet cauſa laboris ſit ipſorum ſpirituum reſolutio: proprie tñ reſolutio ſpirituũ non eſt niſi propter contrarietatem: vt docet Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, & 2. cœ. & propterea ſi qua reſolutio ſpirituum ſit, illa non eſt labor proprie, cum nõ ſit merito actionis & reactionis. Quinto dico ꝙ ſumẽdo intellectũ vt nobis copulatus, facile & difficile intelligere poteſt difficultate ineptitudinis, vbi debes ſcire ꝙ ineptitudo intellectus nihil aliud eſt, quam inclinatio eius ad oppoſitum ſcientiæ, eſt aũt oppoſitum ſciæ id quod dicitur ignorantia, ſiue error, contingit autem ipſi intellectui hæc inclinatio, vt dixi non per naturam intellectus, ſed quatenus mouetur ab ipſis ſenſibilibus mediantibus

Marginalia (right column): 1. Suppoſitio. — Cõm. 19. — 2. Suppoſitio. — 3. Suppoſitio. — Cõm. 20. 4. Suppoſitio. — Cõm. 3. — 5. Suppoſitio.

mediantibus ſenſibus: quantò.n.ſenſus facilius aut difficilius pro aliquibus intelligibilibus deſeruiunt, tanto facilior aut difficilior dicit̃ cognitio, pñt autem ſenſus intellectui inepte deſeruire,& magis ad errorem, q̃ ad ſciam multifariã.Primo ratione compſonis cerebri,vel cõpoſitionis, vel figuræ vt docet Galenus.2.thegnæ. Secundo ex parte affectionis ſpirituum in multitudine paucitate, in claritate & turbulentia, in ſubtilitate & craſsitiæ,in mobilitate & tenacitate.Tertio ex parte diſpoſitionis occultę à ſtellis contractæ,nam dicit Ptolemæus eſſe quoſdam ineptos poeticis, aptos autem rhetoricis,ineptos ſubtilibus,aptos autem craſsis. Ex his colligitur difficultatem vel facilitatẽ intellectus nõ eſſe niſi illius aptitudinem ad contrarium ſciẽtiæ,quæ nõ ex parte ſui cõpetit,ſed ex parte ſenſuum ſibi deſeruientium.His ſuppoſitis pono quaſdam cõcluſiones. Quarum prima eſt ꝙ quædam ſunt intellectui difficilia ex parte rerũ,patet hoc de his quæ non ſunt in actu, cum enim non ſint actu deficiũt in mouendo ſenſus, igitur intellectus illa intelligit difficulter,difficultate ex parte eorum.Secunda concluſio eſt quædam difficulter intelligit,difficultate ſe tenente ex parte ſua.probatur de ſubſtantijs ſeparatis, hæc.n.ſunt ſummæ in actu, & ita ſunt motiua altioris potẽtiæ q̃ ſit intellectus copulatus, & per conſequens intm̃ intellectus non mouetur ab illis,inquantum vt ſic nõ eſt capax cognitionis illorum, & de oculis noctuæ ponit exemplum.Tertia concluſio quædam intellectus intelligit difficulter vtraq; ex parte,deducitur de his quæ ſunt paruæ entitatis, & cũ hoc non ſunt apta mouere ſenſum, vt ſunt ea quæ non per proprias ſpẽs intelliguntur, nec per eſſentiam, ſed per conceptus compoſitos,vt ſubſtantia, & materia, & id genus. Ex his ſequitur ꝙ intellectus facile intelligit ea quæ ſunt apta cauſare ſpẽs proprias in ſenſibus facilitate vtraq; ex parte,difficulter autẽ vtrinq; intelligit ea quæ per cõceptus deprehendit: difficulter ex parte rerum, ea quæ non niſi per eſſentiam intelligi poſſunt. nam hæc non niſi reflexe cognoſcit, difficulter ex parte ſua, ea quæ per conceptus collectos ab eorum effectibus intelliguntur,vt ſubſtantiæ ſeparatæ. Secundo ſequitur ꝙ intellectus facile facilitate rei intelligit ea: quæ per conceptus collectos ab effectibus intelligunt̃, vt ſubſtantiæ ſeparatæ,facilitate ex parte ſua facile intelligit,ea quæ per eſſentiam intelliguntur, vt ſpẽs intelligibiles & id genus, facilitate vtrinque cognoſcit ea quæ faciunt proprias ſpecies in ſenſibus, hæc ex dictis concluſionibus facile deduci poſſunt. Animaduerte tamen vt dixi contra opinionẽ illorum, ꝙ non põt eſſe difficultas ex parte intellectus,quin ſit ex parte rei, nec ex parte rei,quin ex parte intellectus, quia facile & difficile ſunt correlatiua,ſed intelleximus in dilucidatione id qđ eſt difficile ex parte intellectus eſſe principaliter ex parte illius,qđ aũt ex parte rei, eſſe principaliter ex parte rei,& ſic patet dilucidatio:Hæc de dilucidatione.

Excer. ſuppoſitionũ. (margin, beside "colligitur difficultatem…") — *1.conclu.* (margin, beside "tium.His ſuppoſitis…") — *2.conclu.* (margin, beside "eorum.Secunda…") — *Primũ excerptum conclu.* (margin, beside "genus. Ex his…") — *2. excerptum.* (margin, beside "ctibus intelliguntur…")

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

His dilucidatis ad obiectiones rñdendum. Ad primam quicquid aliqui dicãt rñdeo ꝙ rõ cõcludit pro dilucidatione. Ad ſcd̃am dico, ꝙ ratio cõcludit ꝙ intellectui vt intelľs nihil eſt difficile aut facile. Ad tertiã dico ꝙ dilucidatio nr̃a eſt poſitio Auer. Thomæ,& oĩum peripateticorum. Ad quartam patet ſolutio, intellectui.n. vt intelľs nõ eſt difficile cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas,quia oĩ intellectui vt dicemus,ſed intellectui vt per ſenſus intelligit. Ad quintam dico, ꝙ intellectus intelligit cum vult,ſed ea quæ habitu tenet, nõ aũt oĩa ſimpliciter. Ad ſextam dico, ꝙ res naturales rõne materiæ cum difficultate cognoſcuntur, rõne aũt formæ facile, quia rõne formæ agunt ſpẽs ꝓprias in ſenſibus & in intellectibus. Ad ſeptimam dico, ꝙ difficile & facile ſemper eſt ex parte vtriuſq;,tñ qñq; principaliter eſt ex parte paſsi,vt ſi eſſet receptioni ineptũ,qñq; ex parte agentis,ſi eſſet actioni ineptum & hoc pacto fit in ꝓpoſito. Ad octauam nego ſimilitudinem, qm̃ agens diuinũ eſt infinitum,intelľs aũt noſter eſt finitus.Per hec ad rõnes primæ poſitionis. Ad primam dico,ꝙ illa nihil eſt contra Auer. quia apud ipſum Deus nihil ĩtelligit extra ſe, vt patet.12.meta.& 3.de aĩa. Amplius dato ꝙ aliquid extra ſe intelligat,non tñ mouetur à rebus vel terminatur ab illis,& propterea nõ facile nec difficile intelligit. Nam iſta intelligit quatenus eſt cã horũ, quod.n.cum difficultate cognoſcitur ex parte ſua ſp & reſpectu cuiuſuis intelľs cum difficultate intelligitur, dũ modo ille moueatur à rebus.Alij concedunt ꝙ res ipſe etiam reſpectu intelľs diuini cum difficultate ſunt intelligibiles ex parte earum,at tñ facile intelligũtur ex parte intelľs diuini. Auer.3.cœ.videtur dicere,ꝙ oẽ,qđ eſt ex parte ſui tale reſpectu cuiuſuis eſt tale,qñ eſt per ſe & abſolute tale,non aũt qñ eſt tale per relationẽ, & hic modo eſt in caſu,facile.n.& difficile ſunt relatiua,& ꝓpterea rõ nulla eſt.Ad ſecundã dico,ꝙ intellectus noſter rei minimæ eſt improportionatus defectu rei, quę nõ põt mouere ſenſus,non reſpectu ſui,quia ipſæ põt pati à maiori & minori quouis.Ad verba Ariſt.dico, ꝙ loquitur more Pla.qui voluit viſionem fieri extramittẽdo & ab ipſa potentia viſiua vt actiua, at ſm ipſum eſt totum oppoſitum vel forte rõ concludit, ꝙ eſt difficultas ex parte vtriuſq;, licet principaliter ex parte rei non potentis mouere. Ad tertiam dico, ꝙ nihil eſt difficile intellectui per naturam entis, ſiue inquantum ens,ſed inquantum tale ens,vel tale, & ſic ex parte rerum taliũ eſt difficultas.Hæc de ſecunda diſputatione.

Cõm.15. (margin, beside "tra Auer. quia apud ipſum…") — *Cõm.5.&8.* (margin, beside "vt patet.12.meta.…") — *Cõm.9.* (margin, beside "diuini. Auer.3.cœ.…")

Sicut.n.nicticoracum oculi ad lucẽ diei ſe habent,ſic animæ noſtræ intellectus ad ea quæ ſunt omnium naturæ maniſeſtiſsima &c. Tex.cõm.primi

DISPVTATIO TERTIA
De cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum ab intellectu humano.

In Quinque Quæſtiones diuiſa.

1 *Num intellectus humanus corpori copulatus ſubſtantias ſeparatas valeat intelligere.*
2 *Num beatitudo in Dei cognitione conſiſtat.*
3 *Num Anima ſit capax beatitudinis.*
4 *Num aliquo medio ſit Anima ipſa beatificabilis.*
5 *Num Anima corpori vnita poſsit beatificari.*

CAPVT DVBITVTIONVM PRIMVM.

Haec diſputatio à me breuibus tangetur, qm̃ ipſam tetigi in lib.3.de aĩa,in libr. de intellectu in cõmẽtationibus quas ſcripſimus in lib.Auer.de felicitate. In procemio libr.phyſi.auſcul.nec remanet aliquid dicere, ĩmo quæcunq; dixero, erunt meta.aſſerenda, promiſi.n.in hoc noſtro dilucidario complere, quæ alibi incepimus, reſoluere, quæ alibi confuſe diximus:eſt.n.liber hic reſolutionis, corrigere ſi qua male alibi *Excuſa.1.*

alibi ædidimus,& propterea dilucidariũ appellauimus, in quo non mõ ea quæ nos diximus alibi dilucidamus, ſed quæ alij dixerũt. Cũ igitur quæſtio hæc ſit à me non ſemel dilucidata: propterea pauca expecta tu iunior à me. Arguitur igiť ꝙ intellſ corpori copulatus poſsit illas intelligere, primo per rõnem Auer.quia ſi nõ, tunc à nullo intelligerẽtur intellũ, & ſic eſſet aliquid fruſtra. Secũdo intelſ corporibus copulatus intelligit ſub ratione immaterialis vt diciť.3.de aĩa: igitur maxime immaterialia,quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Tertio intellectus eſt virtus abſtractiua & tãdiu abſtrahit quãdiu inuenit quidditatẽ in hñte quidditatẽ,vt probat Auer. 3.de aĩa,per auctoritatẽ Auẽpa. igitur maxime abſtracta intelligit,quales ſunt ſubſtãtiæ tales. Quarto de ſubiecto demõſtrationis debet eſſe notũ quid eſt, qm̃ qd eſt,eſt demrõnis principiũ vt primo dicitur de aĩa,at de talibus ſubſtãtijs multa demonſtrat Ariſt. igiť debet cognoſcere illarũ quidditates. Quinto intellectus corpori vnitus,eſt perfectior ſeipſo ſeparato: quia vt ſic habet cõplemẽtũ in ſpẽ.Sed intelſ ſeparatus põt illas intelligere,igiť & vnitus. Sexto nulla forma impeditur à ſuo fine, per vnionem ad proprium perfectibile, cui naturaliter vnitur,ſed finis intellectus eſt illas ſubſtãtias intelligere,& eius perfectibile eſt corpus humanũ, igitur per vnionẽ ad corpus humanũ nõ impeditur à tali fine. Septimo ſi intellectus illas nõ intelligeret, eſſet quia ſuperexcediť ab illis,at intelſ eſt æternus & à nullo põt ſuperexcedi:quia nõ eſt organicus ſicut ſenſus, qui corruptione organi corrũpitur. Vltimo omnis generatio aliqñ deſinit.Sed gñatio intelſ ſpeculatiui eſt gñatio, igiť aliqñ deſinit,ſed nõ deſinit,niſi oĩbus intellectis,igitur intellectus corpori vnitus põt oĩa intelligere, & ita ſubſtantias ſeparatas. Pro parte oppoſita ſolet argui. primo per verba Ariſto.qui ait nr̃m intelſm ſe habere ad illas,vt oculus noctuæ ad lucẽ ſolis.Secundo intelligibile creatum nõ põt apprendi à ſenſu, igitur ſubſtantiæ ſeparatæ nõ pñt apprehẽdi ab intellectu. tenet cõſequentia,quia maior eſt diſtantia illarũ ab intellectu q̃ intellectilis generati ab ipſis ſenſibus. Tertio non plus põt paſsiua q̃ actiua potentia illi corrñdens, at intelſ agens non ſe extendit niſi phantaſmata, igitur poſſ nõ niſi in phãtaſmata. Quarto tũc homo ex puris naturalibus poſſet in beatitudinẽ ꝑuenire.Quinto ſi illas intellectus intelligeret, aut ꝑ illius ſpẽs, aut ꝑ ſpẽs aliorũ, nõ per illius ſpẽs:quia non cadunt ſub phãtaſtica, nec per ſpẽs aliorum,quia tunc non per ſe intelligerentur.

Cõm.5. *Cõm.36.* *Rationes Thomæ.* *Antonius.* *Alij.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ANTEQVAM ad rem veniamus.Primo debes ſcire ꝙ apud peripateticos intellectus interdũ ſumiť pro dianæa,ſiue parte rationali,quæ apud Auer.cogitatiua appellať.interdũ pro intellectu poſsibili qui eſt ea aĩæ rationalis pars:qua oĩa poſſumus intelligere.interdum pro agente,& hic triplex eſt apud peripateticos, alius vt ſol,& hic eſt primus motor deus vt.12.meta.diciť.Hic enim ideo ſoli ſimilis,quia virtute ſolis oĩa viſibilia videntur ſic virtute huius oĩa intellectilia intelliguntur. Alius eſt vt lux:& hæc eſt ea aliæ pars, qua facimus de potentia intelligibilibus actu intellecta, vt.3.de aĩa dicitur,hic.n.ſolis lumini cõparať, quia vt lumen à ſole: ſic hic intellectus à deo proficiſciť. Alius vt mediũ illuminatum,quo oĩa videmus,& hic eſt prima oĩum concluſionũ principia,hæc.n.nos virtute luminis videmus & mediãtibus his illuminatis oĩa alia cognoſcimus, interdum autem ſumitur intellectus pro intellectu ſpeculatiuo:& hic propriæ eſt oĩa ſcita, ſiue oẽs cõcluſiones ſcibiles naturales,& ex ſenſibus memoriis & principiis deductæ,quas mediantibus primis principiis illuminatis ſcimus,& hic duplex eſt:aut in habitu, qualis eſt in nipho dormiente,aut in actu, qualis eſt in nipho nunc vobis legente,& hic aſsimilatur coloribus, quia intelligitur mediante primo principio illuminato, propriæ tamen intellectus à græcis pro poſsibili & agẽte dicitur, qui eſt tum nus,tum nous. Secundo debes ſcire ꝙ ẛm peripateticos ipſe intellectus,qui nus diciť, bifariã nobis vnitur,aut ꝑ naturam, aut per voluntatem: vnitur enim nobis per naturã quatenus eſt principium eſſendi.Sumus.n.nos rationales ſiue homines per talẽ intellectũ,vtrũ vero creetur vel ſit aĩæ virtus, non ad hũc locum ſpectat, ſed ad tertium librũ de anima.Vnitur autem nobis per volũtatẽ, quatenus vnitur nobis vt principium intelligendi,quia vt ſic non oĩbus vnitur æqualiter,qa nõ oẽs per voluntatem quærunt æqualiter ſtudia.Quæſtio igitur eſt vtrũ intellectus poſsibilis nobis vnitus per naturam,poſsit ſubſtantias ſeparatas intelligere.Subſtantiæ autem ſeparatæ quid ſint, in hoc lib. non ſemel expoſuimus. Hęc de titulo.

Intellectus multiplex. *Cõm.38.* *Cõm.5.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione Expoſitor tenet ꝙ intellectus humanus corpori vnitus non põt per ſe intelligere quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum. Pro hac poſitione arguit ipſe in his diſputationibus, quas ſcripſit de anima: & prima eius ratio põt hoc pacto vigorari, vnius potentiæ naturalis ſiue vnius naturæ vnus eſt ꝑ ſe modus operandi,vt dicitur in lib.cœli.Sed intellectus poſſibilis eſt vna natura, & intelligit per hunc modũ quia abſtrahit à phantaſmatibus,igitur per nullum aliũ modum intelligere põt,& ſic nõ poteſt ſubſtantias ſeparatas ẛm quidditates intelligere. Secundo omne quod ꝑ ſe intelligitur,aut eſt quidditas materialis, aut contentũ per ſe ſub quidditate materiali.Sed ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt quidditates materiales,nec cõtentæ ſub quidditatibus materialibus, igitur nõ ſunt per ſe intelligibiles. Tertio arguebatur omne quod intelligitur, intelligitur per abſtractionẽ à phantaſmatibus,ſed ſubſtantiæ ſeparatæ nec per ſe, nec per effectus pñt phantaſmata efficere:igitur non ſunt per ſe intelligibiles. Minor declarabitur,quo ad primã partem, quia non ſunt ſenſibiles,quod ad ſecundam vero,quia nullus eſt effectus hic qui põt æquare potentiam cauſæ, igitur ex nullo poſſumus illas ſubſtãtias intelligere. Amplius finiti ad infinitum nulla eſt proportio, igitur nullius effectus ad deũ eſt proportio,& ſic ex nullo effectu poſſumus deũ cognoſcere,hanc poſitionem viſi ſunt ſentire veteres. Et Them.pro hac arguit,ſicut intellectus agens ad intellectum potẽtiæ,ſic ſubſtãtia materialis ad ſubſtantiã ĩmaterialem:igitur ſicut primum ad tertiũ, ſic ſecundũ ad quartum.Sed intellectus agẽs non intelligit materiales ſubſtantias, igitur poſsibilis non intelligit materiales. Secũdo arguũt alij plus diſtat primus intellectus,ab intellectu poſsibili, quã intelſ poſsibilis ab ipſa dianęa ſiue cogitatiua,ſed dianæa,nõ põt intelligere intellectũ poſsibilẽ. igitur intellectus poſsibilis nõ põt intelligere primum intellectũ. Tertio intellectus poſſ non poteſt ſe cognoſcere per eſſentiam,ſed intellectione aliorum,vt dicitur tertio de anima,igitur à fortiori multo minus abſtractiora. Hæc igiť poſitio expoſitoris ſapit antiquitatem,& propter hoc in fine noni huius Ariſt.& Auer.dicunt ignorãtiã ſubſtantiarum ſeparatarũ eſſe in

Põ Thomæ. *Cõm.8.*

nobis vt cecitatem,quia vt cecus nullum viſibile vide-
Obiectiones re pōt, ſic intellꝰ noſter nullum illorũ. Obijciunt autẽ huic pōni quidam. primo quia deſiderium naturale eſt ad illas ſciendas, igitur poſſunt intelligi. Secundo quia Ariſt.10.Ethi. probat ꝙ felicitas hoīs conſiſtit in cogni tione veritatis, vt patet cap.10.in cuius fine infert ꝙ ſa piens eſt felicisſimus, modo ſapiens eſt qui altisſimas cō templatur cauſas, vt traditur.6.Ethic. cap.6.quare pa tet ꝙ cauſæ altisſimæ ſunt per ſe cognoſcibiles, ſignum aũt quia dedit inſtrumenta, quibus hō poſſet illas attin gere vt intellꝰ illarũ capaces, fruſtra.n.dediſſet hæc. Nec valet dicere iſtud eſſe posſibile quatenus in alia vi ta deducetur ad actũ primo quia Ariſt. loquitur in hac vita, vt patet per verba eius in illo cap. Secundo quia de alia vita Ariſt.dubitauit, non aũt de felicitate, igitur po nit eam in hac vita. Tertio ſi intellectus corpori vnitus eſt improportionabilis cognitioni illorum per nullum ſuperaduenticium habitum qui ſuperaduениret intelle ctui poſt mortem, poteſt ille intellectus reddi propor tionalis, quia ille habitus ſiue eſſet vniuerſalis, ſiue par ticularis nunquã haberet pro obiecto aliquid quod nō haberet potentia, nullus.n.habitus eſſe pōt altior potẽ tia. Quarto ad idem, ſi intellectus aliquid cognoſceret poſt mortem, quod dum eſt copulatus non pōt cogno ſcere, non eſſet idẽ intellectus ſpecie, nec numero nũc, & poſtea. Tertio principaliter ad concluſionẽ arguũt, quia Ariſt. in hoc ſecundo infert, ſi fines eſſent infiniti, nullum eſſet agens per intellectum, quæ conſequentia valet, quia finis oīs eſt ꝑ ſe cognoſcibilis ab intellectu. Quarto etiam arguit, ſi cauſæ eſſent infinitæ, nihil con tingeret ſciri, igitur oportet dicere ꝙ oēs cauſæ cogno ſcuntur, ẽt primæ. Quinto non poſſumus intelligere ali quã rem, niſi per reſpectũ ad propriam illius menſurã, at menſura cuiuſque rei eſt idea in mente Dei, igitur ſi debemus aliquam veritatem intelligere, oportet ſcire
Secunda pō. ideam in mente dei, & ſic deum. Occaſione harum ra tionum ſunt qui dicunt intellectum noſtrum poſſe illas cognoſcere, non quantum ad quid ſunt, ſed quantũ ad quia ſunt. Alij dicunt intellectũ corpori vnitũ poſſe co gnoſcere illas quo ad quia ſunt, & quo ad quid nō ſunt, vt ꝙ non ſunt corporeæ, non materiales, & id genus.
Obiectiones. Sed obijciunt etiam, quia illis nomina imponimus, igiẽ ſcimus nomina illorũ, & rō quam nomen ſignificat eſt definitio, igitur poſſumus ſcire illorũ definitiones. Se cundo contra primã arguunt, quia vt Ariſt.dicit 2.po ſter. non pōt cognoſci ſi res eſt per ſe, quin cognoſcaẽ quid res ſit. Secundo ſi cognoſcitur illas eſſe, cognoſciẽ quidditas, quia in illis idem eſt quidditas & eſſe. Vltimo cōtra ſecundã arguunt quia omni negatione eſt aliqua affirmatio prior: igitur non poſſunt cognoſci negati
Tertia pō. ue, quin præcognoſcantur affirmatiue quid ſint. Hac pōne confutata aliter diciẽ. Et primo ex dictis intelle ctum humanũ corpori vnitum poſſe intelligere quiddi tates ſubſtãtiarũ ſeparatarũ, tũ per verba Ariſt.9.huius, tum quia effectus ducit in cognitionẽ cauſæ, & magis in cognitionem magis cauſæ, eſt aũt effectrix cauſa po tior ipſa materia, cum posſit interdum cauſare ſine ma teria, materia aũt nunquam ſine efficiente, & magis in cognitionem efficiẽtis remoti, quia minus pōt effectus eſſe ſine illo, quare patet intellũm poſſe qdditates illa rũ intelligere ẽt vt corpori vnitus. Sed quid ſit hæc qd ditatum cognitio, declarant, conſtituẽtes in intellũ ſex cognitionis gradus, ꝑ ſimilitudinẽ ad ſex gradus in ſen ſibus. Quorũ primus eſt quo à ſenſu apprehenditur ſen ſibile vt pñs eſt, qua cognitione viſus colorem cogno ſcit, aut lumen, & hæc cognitio intuitiua dicitur, quia eſt ad ipſum ſenſile immediate terminata. Secũdus gra dus eſt quo ſenſile cognoſcitur à ſenſu in abſentia, non cognitione ĩmediate terminata ad ipſum, ſed ad repre ſentatiuum illius: vt ad phantaſma qua cognitione phã taſtica imaginatur colorem, qui fuit viſus alias, hæc ab ſtractiua dicitur, quia non eſt rei in ſe, ſed ſimulachri rei, vt fuit ſuperius declaratum. Ambæ hæ ſunt per ſe cognitiones. Tertius eſt quo obiecti per ſe ſenſilis op poſitum ſentitur, vt præſens eſt, quo videlicet cognitio nis gradu ipſa tenebra videtur: Hæc.n.eſt intuitiua per accñs, intuitiua quidẽ quia terminatur ad tenebrã im mediate, per accñs vero, quia rōne luminis. Quartus gradus eſt quo huiuſmodi oppoſitũ cognoſcitur, vt ab ſens, quo videlicet gradu phantaſtica imaginatur tene bram: hæc.n.eſt abſtractiua per accidens: abſtractiua quidem quia immediate terminatur ad phantaſma te nebræ per accidens repreſentatiuum, ꝑ accidens vero quia non terminatur ꝑ ſe ad repreſentatiuum tenebræ. Quintus eſt per cōpoſitionem diuerſorũ ſenſiliũ, & hoc cognoſcendi gradu imaginatrix virtus imaginaẽ hip pocentaurum, & id genus hæc nec intuitiua nec abſtra ctiua eſſe poteſt, cum nec ſit præſentis, nec abſentis ſen ſilis. Sextus eſt quo res cognoſcitur non per eius ſpecie, ſed per ſpẽm ſui accidentis, & hoc pacto dr̃ lignum vide ri per colorẽ, figuram, & id genus, quę etiã cognitio nec eſt intuitiua, nec abſtractiua ꝑꝑ eandem cãm. Tot ẽt & ſimilibus gradibus poteſt eſſe cognitio intellectiua, alia.n.eſt, quæ ĩmediate terminaẽ ad ipſam rẽ, quæ in telligiẽ, & hoc pacto intelligiẽ lumen. Amplius, hic pa cto ſcđa intelligentia intelligit primam, & hæc dr̃ intui tiua, ꝑ ſimilitudinem ad intuitiuã ſenſibilem. Scđa eſt q̃ ĩmediate terminaẽ non ad rẽ ipſam q̃ intelligiẽ, ſed ad il lius repreſentaculũ, quo pacto intellꝰ lumen ĩtelligere ĩ telligendo ꝑ ſe luminis ſimulachrũ, & hæc abſtractiua dr̃ per ſimilitudinẽ ad abſtractiuã ſenſibilem. Tertia nō luminis, ſed tenebræ eſſe vr̃, quæ ſi terminatur ad tene bram dr̃ aliquo pacto intuitiua. Quarta eſt tenebræ nō terminata ad tenebram, ſed ad aliqđ repreſentatiuum tenebræ, & hęc dr̃ abſtractiua propter eandem rōnem. Quinta eſt cognitio alicuius ꝑ compoſitionem conce ptuum quo pacto intelligiẽ materia, nã hæc intelligitur aggregando plures conceptus vt quod ſit ens, potẽtia, ſubiectum oīum, & id genus, & hæc cognitio nec dici tur abſtractiua, nec intuitiua. Sexta eſt per accidens, vt qñ aliquid cognoſcitur per ſpeciem eius, quod ſibi acci dit, veluti ſubſtantia per ſpẽm accidentis apud nonnul los. Tunc de mente iſtorum ſunt ponendæ iſtæ con *Concluſiones.*
cluſiones prima ſubſtãtiæ abſtractæ non cognoſcuntur ab intellectu copulato cognitione ĩtuitiua, patet, quia hæc eſt felicitas vltima, quæ eſt imposſibilis intellectui copulato. Secunda intellectus copulatus non pōt co gnoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione abſtractiua, declaraẽ, quia hæc cognitio eſt ꝑꝑ ſimulachrũ, cogni tum, at illæ nō poſſunt facere ſpẽm aliquã in intellectu. Tertia illæ nō pñt cognoſci ab intellũ copulato cogni tione oppoſiti illarũ nec intuitiue, nec abſtractiue, pa tet quia nullum hñt oppoſitum, quo eſſent cognoſcibi les. Quarta ſubſtantię ſeparatæ non pñt cognoſci ab in tellectu copulato per ſpẽm alicuius, qđ illis accidit, pa tet, quia nullis ſubſunt accidẽtibus. Quinta concl͡o ſub ſtantia ſeparatæ pñt cognoſci ab intellectu copulato ꝑ aggregationem conceptum, quidditatiuorũ, & ęquali

tatiuorum,

tatiuorum,nam ab effectibus illarū pñt colligi quædā attributa, quæ illis cōpetūt in quid, vt ens, ſubſtantia, actus,intell's,& id genus, quædā quæ illis competunt in quale vt bonū vnū,potēs,& id genus,poterunt igiť apprehendi aggregãdo hæc,quæ ita illis cōpetunt, ꝙ nullis aliis,& hoc pacto cognoſcitur Deus, ꝙ videlicet ſit ens,infinitū,neceſſariū,& primū, quæ oīa ſimul ſumpta ſolū Deū cōpetunt,& hoc pacto de alijs intelligentiis.Ex his apparet ꝙ quidditates ſubſtantiarū ſeparatarum cognoſcūtur,non accipiēdo quidditates propriæ ſed pro cōceptibus quidditatiuis ab effectibus illarum *Confutatio.* collectis.Hæc ſunt de mente illorū. Cōtra quā dico primo ꝙ ab hac pōne non diſſentit Expoſitor, immo nec Egidius,oēs.n.nituntť probare ꝙ intell's copulatus non pōt ſubſtantias illas apprehēdere intuitiue,qua cognitionis ſpē ipſæ ſeipſas intelligūt, & pro hac parte Thomas ratiocinatus eſt illis duabus rōnibus. Secūdo dico ꝙ primæ tres rationes factæ aduerſus Thomā.pñt reduci cōtra eos,probando illas poſſe intuitiue cognoſci ab intell'u copulato,illa nāque de deſiderio naturali procedit nō tm̄ de cognitione p aggregationē conceptuū, ſed de intuitiua,& auget vim ſuā,quia per eos illa cognitio eſt poſsibilis ex parte intell's, & apud Ariſt.dubia eſt alia vita per eos,igitur oportet vt deducať ad actum in aliquo indiuiduo ſpēi hoīs hic. Secūdo argui pōt idē p rationem de habitibus,qm̄ intell's pōt beari immediate apud eos ſine oī habitu medio, igiť ex parte intellectus illa eſt poſ'is,& non in alia vita p habitū aduēticiū q tūc accidit,& nō nūc,vt p eorū rōnē arguā, igiť ab intell'u copulato. Tertio arguo p tertiā,quia cū illa ſit poſ'is,vel attingeť hic,vel poſt ſolutionē.ſi hic, habeť intentū. ſi poſt mortē,nō erit idē intell's vt ipſe arguit,& ſic primæ tres rōnes oēs pñt deduci contra eos. Hæc de pōnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitiones diſputandæ. PRO dilucidatione oportet primo videre quid ſit beatitudo aīæ,ſiue intell's,& quid ſit cognoſcere Deum intuitiue. Secundo videbimus ſi rōne naturali poſsit probari rationalem aīam eſſe capacē talis beatitudinis. Tertio ſi requiritur aliquod mediū, quo reddatur illius capax. Quarto ſi homo dum habet intell'm ſibi copulatum poſsit beari hoc eſt ſubſtātias abſtractas & Deū intuitiue cognoſcere,quibus oībus dilucidatis.patebit poſitio peripateticorū,verū excuſatū me volo à diligenti horum pertractatione, quia de his dilucidatiſsime ſcripſimus nō ſemel, nunc.n.hæc breuibus perſtringā q̃tū *Quid ſit beatitudo.* videlicet diſputationi nr̄æ cōgruit. De primo dicendū ꝙ Deus cæteræq; ſeparatæ ſubſtātiæ bifariam intelligi poſſunt.Vno modo intellectione, quæ eſt ipſius Dei effectus. Alio modo cognitione quæ eſt ipſe Deus, intelligiť Deus intellectione,quæ non eſt ipſe Deus, ſed ipſius Dei effectus,quotiens intelligitur per compoſitionem cōceptuum qualitatiuorū & quidditatiuorū, nam hæc cognitio non eſt Deus,ſed ipſius Dei effectus:eo quia talis cognitio eſt cāta à reb⁹ quę ab ipſo Deo cauſanť:ideo eſt cognitio,quæ eſt Dei effectus, talis aūt cognitio nō eſt intuitiua,quia non terminať in ipſum Deum immediate,nec abſtractiua,quia nō terminať in aliquod qd' ſit ipſius Dei repreſentatiuū,ppea dicitur nocturna, veſpertina,ſiue obſcura, & ſi dr̄ abſtractiua,nō ,ppriæ ſic appellať,ſed quatenus eſt obſcura, intelligiť vero Deus cognitione quæ eſt ipſe Deus,quoties non per compoſitionem conceptuum, nec per abſtractionē phantaſmatis cauſati à Deo intelligiť, ſed cū intelligiť imediate in ſe,intellectione videlicet quæ eſt ipſe Deus,& de tali cognitione loquuntur peripatetici dum dicunt in abſtractis à materia intellectionem qua intelliguntur eſſe ipſas ſubſtantias abſtractas, nā Deus dum ſic intelligitur non alio intelligiť quā ipſomet Deo, qa nec p ſpēm mediam nec pactum intelligēdi medium: nec p lumē mediū,ſed nullo alio,q̃ ipſomet Deo, hoc pacto Deus ſeipſum intelligit:& cæteri intell's ipſum intelligūt, hæc notitia appellatur intuitiua,quia eſt Dei in ſe immediate.Clara quia eſt ipſmet Deus.Matutina, qa lucida. Ex *Quid ſit fœli.* his apparet quid ſit fœlicitas ſimpl'r.eſt.n.fœlicitas cognoſcere Deum cognitione videlicet quæ eſt ipſemet Deus,hoc patet ex his quæ Ariſtoteles ait.7.politicæ. vbi ait: Deum fœlicem eſſe nō rōne extrinſeca ſed ſeipſo,modo Deus nō fœlicitatur Deo, niſi cognoſcēdo ſe cognitione quæ eſt Deus, igitur cognitio quæ eſt ipſe Deus eſt vltima & perfectiſsima fœlicitas. verū hæc intelligas de mēte peripateticorū quia ꝭm nos duplex eſt beatitudo,ſ.formalis,& eſt actus cognoſcendi quo Deū in ſe cognoſcimus & obiectiue, & ſic eſt ipſe Deus ſolū, quo oēs beamur obiectiue ꝭm magis & minus. Hęc de primo,verum ſi vis dubōnes & ſolutiones videre circa hæc,quære loca dicta. De ſecundo videlicet vtrum rationalis aīa ſit capax talis beatitudinis & vtrum Deum cognoſcere poſsit intuitiue cognitione, videlicet quæ eſt Deus,nō parua eſt ambiguitas:ipſam.n.eſſe capacē talis beatitudinis theologi aperte tradunt: ſed id quod difficultatē facit,eſt ſi rōne naturali poſsit probari ipſam eſſe capacem talis beatitudinis. Sugerius in eo lib. quem de fœlicitate ſcripſit tenuit hoc eſſe ratione naturali demonſtrabile & perſuaſit rem hanc, quia naturali ratione patet rōnalem aīam appetere ſummum bonū & maximā ſcīam,at ſummum bonum & maxima ſcīa eſt Deum cognoſcere cognitione quæ eſt Deus, igitur ratione naturali patet rōnalem aīam eſſe capacem talis beatitudinis. Sed Scotiſtarū princeps in his libris, quos *Cōfutatio huius rationis p Sco.4.ſniarum diſtin.49.* in theologia ſcripſit refellit hāc rationem, quia petere videtur principium,debet.n.ratione naturali probari tale naturæ deſiderium in eſſe rationali animę. Aduerſarius.n.diceret deſideriū naturale non eſſe niſi ad poſſibile,at cognitio hæc eſt aīæ rōnali impoſsibilis,proptere a non eſt ad illam deſiderium naturale:vt.n.non eſt naturale deſiderium oculis noſtris videre ſolem eo modo quo aquilæ oculi illum vident, ſic non eſt naturale deſiderium cognoſcere Deum eo modo,quo Deus ſeipſum cognoſcit,& quo cæteræ intelligētię ipſum intelligunt, quare deſideriū naturale erit ſolū in cognoſcēdo ipſum Deum cognitione,quæ eſt ipſius Dei effectus,veluti deſideriū naturale eſt oculis nr̄is videre ſolē viſione minori illa aquilę,quia hæc eſt poſ'is, & illius natura oculorū eſt capax.Hęc igiť ratio vt recte ſentit ille prin *Rō Scoti diſt. 49.q.8.* ceps nulla eſt,propter hæc aliter probat ipſe hoc eſſe ratione naturali demonſtrabile.primo ex parte obiecti.ſecundo ex parte actus,ex parte obiecti quidem, quia totum ens eſt obiectū intellectus noſtri, igitur nō quietatur niſi in cognitione ſummi intelligibilis in ſe. declaratur,quia nō quietať in cognitione illius in vl'i, qa ſic illū cognoſcere non eſt illum cognoſcere, igitur in cognitione ipſius Dei in ſe. Ex parte actus autem,quia quod eſt ſimpliciter perfectionis in aliquo genere,ſi competit inferiori in illo genere,etiam oportet vt ſupiori cōpetat,ſed cognitio intuitiua cōpetit ſenſui, igiť multo magis intellectui. Sed iſte rōnes ambiguæ ſunt. prima *Confutatio.* quidem quia ſiue ens ſit obiectum intellectus ſiue non, ſemper conceptus entis cuiuſuis cauſatus eſt à quiddi-

tate materiali, per phantaſmata repreſentata, & ita ens eſt obiectum intel'ſ vt cauſatus à quidditate materiali per phantaſmata repreſentata. Sed replicabis, quia tūc illa perfectiſsima cognitio de Deo rationali aīæ poſsibilis non eſſet perfectior cognitione ſenſitiua, deduciẽ quia nullus effectus pōt eſſe perfectior ſua cauſa. Dico quod hæc cognitio de Deo, quæ compoſitione pluriū conceptuum habetur eſt perfectior ſenſitiua, quia phātaſma non principaliter concurrit, ſed inſtrumētaliter, & ita pōt effectus eſſe perfectior ſua cauſa, quia eſſe pōt virtute perfectioris agentis. Ad ſecundam concedo qđ cognitio intuitiua eſt poſsibilis intellectu: ſed non reſpectu oīs cognoſcibilis, quia non reſpectu ſubſtantiæ, nec reſpectu materiæ, ſolum aūt reſpectu obiecti proportionalis, & ſic non oportet eſſe ita in oībus, ſi eſt de vno quia pōt intel'ſ aliquod cognoſcibile cognoſcere intuitiue & abſtractiue, non autē omne ꝑ defectum, proportionis. Amplius contra eundem argui poteſt, quia ipſe tenet non poſſe ratione naturali demonſtrari intellectum eſſe perpetuum, igitur nec ipſum eſſe capacē talis beatitudinis, quia vt ipſe dicit in alia quæſtione eiuſdem libri mortalitas repugnat ſaltem effectualiter fœlicitati: hoc autem dicit Auer. 3. de anima, ait.n.ꝙ qui ponit intellectum mortalem non pōt dicere illum poſſe intelligere Deum in ſe: vt deducit contra Alexā. quare ſi ipſi tenent ratione naturali non poſſe probari animæ immortalitatem, coguntur dicere non poſſe probari ratione naturali animam poſſe tali modo beari. Propter hæc videtur mihi eſſe dicendum, vt de ipſa rationali anima, ꝙ videlicet, ſi ipſam eſſe æternam ratione naturali poteſt probari, etiam ipſam eſſe beatitudinis, eiuſmodi capacem poteſt ratione naturali demonſtrari. tenet conſequentia, quia ſi intellectus eſt æternus erit capax eius, cuius eſt capax quęlibet intelligentia. Præterea vt Them̄.3. de anima docet. ſi intellectus eſt æternus, quanto intelligibile eſt perfectius, tāto magis eſt illius capax ſm̄ oēm modum cognoſcēdi illud eo quia ab illo non pōt debilitari: immo vigoraẽ.

Scotus eodem lib. diſ. eadem q. 12.

Cōm. 5. & 36. & 29.

Propria rō.

Ex his concludo ꝙ ratione naturali poteſt probari rationalem animam eſſe capacem beatitudinis, eo quia in lib. de intellectu probauimus rationibus naturalibus, ipſam eſſe immortalem. Nam ſi ratione naturali probaẽ aīam remanere, ratione naturali ſequitur illā poſt mortem habere aliquam operationem, aliter eſſet ocioſa, talis non poteſt eſſe niſi cognitio, & nō per abſtractionem à phātaſmatibus, igitur erit cognitio rerum in ſe, & primi entis in ſe, & ſic capax eſt beatitudinis, & huc uſq; potuerunt ꝑtingere peripa. vt Alex. Them̄. Simpl'. Theoph. Eude. Auer. Auempa. Auic. Alga. & breuiter oēs Arabes & Græci, & Latinorū magna pars. Hæc de ſecundo. De tertio catholici diſcrepant, nam alij dicunt aīam rationalē nō eſſe beatitudinis capacem niſi per medium: nam cum ipſe Deus qui eſt beatitudo nimium excellat aīam niſi quodam medio aīa ipſa reddatur capax non poteſt beari. Alij dicunt aīam eſſe beatitudinis ſuſceptiuam, eo quia aīæ ad hoc vt efficiatur beatitudinis capax non additur alia natura ab eius eſſentia, cum.n. ipſa ſit quoddā ſuſceptiuū oīum formarū intelligibilium, ipſa maxime ordinabitur ad perfectiſſimum intelligibile. Mihi vero videẽ ꝙ theologi diſcordant à peripateticis. Ambo.n. volunt Deū eſſe ſibi & alijs beatificabilibus beatitudinē, ſed aliter atq; aliter, quia theologi volunt Deū eſſe ſibi beatitudinē per naturam, & ideo neceſſario, alijs aūt per voluntatem, & ꝑpea contingenter. At peripatetici volunt Deū eſſe ſibi & alijs beatitudinem per naturam & hoc ait Auer. 3. de aīa ꝙ Deus qui eſt agens intel'ſ copulaẽ nobis in principio vt agēs: poſt adeptionem vero intellectus ſpeculatiui vt forma idem Them̄. & oēs. Tunc dicerē theologice ſentiendo, nullum eſſe neceſſarium medium nec ex parte aīæ, quia ipſa eſt ſumme & infinitæ capax: nec ex parte Dei, quia ipſe poteſt alijs intenſius, alijs remiſſius eſſe beatitudo: alijs vero non eſſe. Nam cum Deus volens ſit beatitudo, & ſit cauſa prima: quæ ſm̄ catholicos tam cum media cauſa, q̄ ſine media cauſa poſsit eſſe cauſa, iure ex parte ſui pōt eſſe alijs beatitudo nullo medio concurrente. Aīaduerte ꝙ cū diximus non eſſe neceſſarium mediū nec ex parte Dei, nec ex parte aīæ, intelligo ita ꝙ ſit illud medium beatitudinis effectiuū ſiue cauſale, nam requiritur bene mediū quaſi diſpoſitiuum, quo aīa ad beatificum actū attollatur, quid vero ſit medium illud in theologicis quære. At ſm̄ peripateticos oportet ponere medium, aliter q̄ cito aīa eſſet: illa eſſet beata, quia ex parte Dei nihil requiritur, ex parte etiam aīæ nihil, quare ſubito eſſet fœlix & ſic requiriẽ medium quoddā, quo Deus non ſit oībus ſemper beatitudo, nec oībus æqualis beatitudo, eo quia non volēs, ſed per naturam eſt beatitudo, inſuper etiam Deus cauſa eſt prima, quæ nullius eſſe poteſt cauſa niſi per medium apud ph̄os, verum de medio iſto non parua eſt differentia, nam Auer. Alex. Them̄. & alij medium iſtud autumant eſſe intellectum ſpeculatiuum: hunc.n. intellectum aſſerunt eſſe medium quo Deus vt beatitudo copulatur rationali aīæ, nunquam vero antea niſi poſt huius intel'ſ adeptionem, de hoc medio copulādi quære in locis tibi allegatis. Sed ſi per tale mediū duntaxat poſſet rationalis aīa Deo copulari copulatione beatifica: tunc mulieres non eſſent fœlicitabiles, qm̄ non eſt de iure mulierum adeptio huius intel'ſ, vt declaraẽ.1. poli. Vnde Mar. Sit mihi vernaſatur, ſit non doctiſsima coniux. Sit nox cū ſonno, ſit ſine lite dies. & ſic non eſt de iure naturali vt mulieres ſint ſapientes ꝑ talē intel'm: & tn̄ eſt de iure naturali vt ſint beatificabiles. Amplius tūc vitioſi poſſent eſſe fœlices, deduciẽ qa vitioſi pn̄t hūc intel'm ſpeculatiuū adipiſci vt.d. Auer. in procemio phy. auſcul. ait.n.ꝙ ſapientes huius tēporis ſunt praui, & conſtat non poſſe eſſe fœlicē niſi ſit ſapiens. Propterea peripateticorū pō eſt medium copulationis eſſe virtutem heroicam, eſt aūt virtus heroica habitus quidam exiſtens in ſenſitiuo appetitu, quo ille ſine diſſenſu obedit intel'ui recto: cum.n. rōnalis aīa ſit ſimul ſenſitiua & intellectiua: naſciẽ quodāmō rebellis beatitudini ꝑ partē ſenſitiuā, quæ trahit intel'um ad ſenſibilia intellectioni rectæ repugnantia: ꝑpea cum intel'ſ plenarie ſenſitiuo appetitui prædominatur, tunc rationalis aīa remanet capax beatitudinis, & tunc beaẽ: quare medium erit virtus illa, qua redditur aīa rationalis mere intellectiua, & per cōſequens erit heroica vt dicit Ariſt. hæc non mō à viris: ſed à mulieribus haberi pōt: & ꝑpea ambo ſunt beatitudinis participes, id āt qđ decepit Auer. eſt, qa intel'ſ ſpeculatiuus fuit vt declarator huius virtutis, per illū.n. ſapientes cognouerūt hoc mō poſſe perueniri in beatitudinē non ꝙ ipſe ſit mediū copulationis & hoc decepit Auer. Hæc de.3. De.4. vero theologi tenent rōnalem aīam corpori vnitā poſſe Deū intelligere intellectione quæ eſt Deus hoc de facto fuiſſe in aliquibus nemo debet ambigere, vt tenemus de Moſe, de Chriſto, de Paulo, & de alijs quorum meminit

An anima ſit capax beatitudinis in media. Prima pō Tho. Secūda pō Sco.

Pō phi.

Cōm. 36.

De medio beatitudinis.

Confutatio.

Pō vera perip.

Si rōnalis aīa corpori vnita intelligere pōt Deum.

meminit ſacra hyſtoria, peripatetici quoq; hoc coguntur concedere: eo quia alij dicunt rationalẽ aĩam poſſe Deũ cognoſcere hac cognitionis forma, poſt intellꝭ ſpeculatiui adeptionem, talẽ aũt adeptionẽ fieri non poſſe aſſerunt niſi dum intellectus eſt corpori vnitus, præterea qui ponunt intellectionẽ talem fieri poſt heroicarũ virtutũ adeptionem coguntur idem concedere, nã heroicæ hæ virtutes acquiri non pñt niſi ab aĩa dum corpori eſt vnita, quare theologi & phi pariter rem hãc cõcedere coguntur. Eſt tamen hæc dña quia theologi dicunt poſſitatem hanc non reduci ad actum ex puris naturalibus, quia ipſa aĩa dum corpori vnitur, ſemꝑ rõne mortalitatis corporis eſt inclinata ad appetitus ſenſitiuos, modo hæc inclinatio ſaltem effectualiter repugnat beatitudini. Secũdo quia non eſt ꝑfecta beatitudo niſi ſit completa aĩæ videlicet & corporis, at illa corporis nõ eſt poſſis in vita mortali niſi per miraculum, quare ꝑ miraculum deduci põt actũ duntaxat, & ita tales quos diximus miraculo fuerũt beati: Hæc theologi. Peripatetici aũt qui dicunt Deum eſſe ſibi & alijs beatitudinem per naturam, cogũtur dicere rationalem aĩam non niſi dum corpori eſt vnita poſſe beari, quam beatitudinem poſtea detinet, quia ſiue per adeptionem ſpeculatiui intellectus, ſiue per adeptionem virtutis heroicæ rõnalis aĩa reddatur capax, hæc non poſſunt acquiri niſi dum ipſa eſt in corpore, & ita corpori vnita põt beari & ſic cogunt̃ cõcedere illos fuiſſe beatos per naturam, quia per pure naturalia fuerunt deducti ad actum beatificũ verum in vita hæc non dicit̃ beatitudo, quia non eſt cũ ſecuritate, at poſt mortẽ rationalis aĩa cũ ſit perpetua, nec ſit amplius labilis, eſt ꝑfecte beata quicquid ſit de mente Auer. Ex his apparet ꝙ mortalitas nõ repugnat beatitudini temporariæ vt deducit Ariſt. 12. meta. Tũc ad rationes theologorũ patet ſolutio, aĩa. n. põt acquirere heroicam virtutem in vita. tunc non eſt inclinata, poteſt tñ in vita labi ꝑ morbos per alias cauſas, & ideo non eſt ſecura nec eſt idem poſſe & aptum eſſe rationalis nãq; aĩa in vita, põt labi poſt heroicæ virtutis adeptionem, non aũt eſt apta, vel inclinata labi, & propterea non eſt ſecura, veluti corpus ſimpliciter ſanum põt ægrotari, non tamen eſt aptum ægrotari. Ad ſcđam dico: ꝙ non alia beatur, aĩa ꝙ̃ eius corpus, ideo ꝙ̃ cito aĩa beat̃, corpus beat̃, verũ illa aĩæ eſt ꝑ ſe, & põt eſſe perpetua, illa corporis eſt per accidẽs, & tẽporaria. Rõnes quoq; phorum hic nullæ habent̃, ſed ſi quæ ſunt in lib. de intellectu, quære. nunc vero ſatis nobis ſit pro dilucidatione tenere Deum eſſe nobis beatitudinem obiectiuam: & poſſibilem in vita, nõ tñ ꝑ naturã, ſed ſupernaturaliter. Ex his patet qõnis nr̃æ dilucidatio: de his vero q̃re loca quæ tibi allegaui. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

ANTEQVAM ſoluantur rõnes in principio factæ, ſoluo rationes Thomæ. Ad primam ſoluunt & iuxta eorum poſitionem recte ſatis, tamen iuxta meam poſitionẽ dico ꝙ qñ intellectus intelligit intellectione quæ eſt effectus rerum quæ intelliguntur, ſic ſemper intelligit per abſtractionem à phantaſmatibus vt dicit Thomas, & pro hoc facit qđ inducit de leſione organi phantaſiæ, & de formatione idoli. Sed qñ intelligit intellectione quæ eſt ipſa res, quæ intelligit̃ nõ oportet ipſum intelligere per abſtractionẽ hmõi, nam intelligit hoc pacto ſe, & actus ſuos & ſpẽs intelligibiles, non tamen per abſtractionem à phantaſmatibus, ſed per intellectionẽ, quæ eſt ipſa res, quæ intelligit̃, & hoc pacto intellectus noſter in ſtatu fœlicitatis intelligit Deum, per hęc ad illud quod induxit de inadæquatione effectus, ſolum. n. concludit per effectum Deum non poſſe cognoſci cognitione quæ eſt Deus, ſimiliter etiã ad illud quod additur improportione. Ad ſecundam illi iuxta eorum poſitionem bene dicunt, tamen iuxta opinionem peripateticorum, concedo ꝙ vl'e materiale eſt obiectum intellectus, reſpectu intellectionis quæ eſt effectus rerum: non autem reſpectu intellectionis, quæ eſt ipſa res, quæ intelligitur: vnde multa põt intellectus intelligere quæ non continẽtur ſub obiecto intellectus: vt ſuperius declarauimus, nihil tamen intelligere poteſt, quin contineatur ſub ratione intelligendi, quæ eſt ens, eſt. n. ipſum ens non obiectum, ſed ratio intelligendi adæquata intellectui vt ſuperius fuit declaratnm. Hęc ad rõnes Thomæ. Tunc ad rationes primi capituli ad eas quidẽ quæ ſunt pro parte affirmatiua, omnes concedo. Ad ea vero quæ alij inducunt contra rationem Auer. quære ſolutionem in lib. de intellectu vltimo tractatu de ſtatu aĩæ capite. 11. ibi. n. declaraui: quo nam modo enthimema Auerrois habet efficaciam: & quõ non. Verum quia ſatis ſufficienter ibi rem pertractaui, nunc ſub ſilentio volui pertranſire, hæc ad rationes pro parte affirmatiua ſufficiant. Ad rationes pro parte negatiua. Ad primam dico ꝙ Auerroes ait ꝙ illud extremam notat difficultatem non impoſſibilitatem. Ad ſecundam dicũt plus diſtare Deum ab intellectu noſtro in eſſe, non autẽ in intelligibilitate ac proportione obiecti. Sed contra per rationem eorum, quia eſt eadem ratio entitatis & intelligibilitatis: quia ſm eos intelligibilitas eſt paſsio entis, poteſt igitur negari antecedens, quia intelligibile creatum põt apprehendi à ſenſu, quia Socrates põt appræhẽdi à ſenſu, & Socrates eſt intelligibile creatum, igitur intelligibile creatum poteſt appræhendi à ſenſu, non tamen ſenſus põt appræhendere intelligibile creatum, quia nõ ſub ratione qua intelligibile, hæc logici & non imperite ſm eorum vias. Ad tertiam dico, ꝙ intellꝭ agens & poſsibilis ſunt potentiæ adæquatæ reſpectu intellectionis, quæ eſt effectus rerum, nõ aũt reſpectu intellectionis, quæ eſt ipſa res: quæ intelligit̃: vt notari põt. 3. de anima. Ad quartã patuit ſolutio, peripatetici. n. con- *Com. 36.* cedunt totum: quia ponunt Deum ad extra comparari neceſſario. Theologi vero negarẽt, & ita eſt tenẽdum, quia Deus vt volens eſt beatitudo aliis, ſibi vero neceſſario. Ad quintam dico: ꝙ intellectus illas intelligere põt, & nec per illius ſpẽs, nec per ſpecies aliorum, ſed cognitione quæ eſt ipſæ res abſtractæ, quæ intelliguntur. Sed *De intellectione intelligentiarum.* occurres quia tunc intelligere quo anima beatur, non differt ab intelligere, quo intelligentiæ inferæ bearẽtur: dico ꝙ quemadmodũ noſter intellꝭ intelligit ſeipſum intellectione, quæ eſt ipſemet intellectus quam intelligitur, ſic quælibet intelligentia intelligit ſe intellectione quæ eſt ipſamet intelligentia, quæ intelligitur. Amplius vt intellectus noſter beatur intelligendo Deum intellectione quæ eſt ipſemet Deus, ſic intelligẽtia beatur intellectione quæ eſt ipſe Deus quem intelligit. Eſt tamen differentia, quia intelligentia nihil intelligit intellectione quæ eſt effectus rerũ, quæ intelligunt̃, at intellꝭ quædam intelligit, intellectione, quæ eſt effectus eorũ quæ intelliguntur: Amplius ꝑfectior eſt intellectio, qua intelligentia ſe intelligit, & intellectio qua Deum etiã intelligit, ꝙ̃ ſit intellectio qua intellꝭ nr̃ ſe intelligit, & qua intelligit Deum. Ex his ſequitur ꝙ intelligentia infera, *Excerpt. 1.* vtpote Gabriel ſit in æuo & Deum, & ſeipſum, & oĩa in-

ſeriora intelligit, Deum quidem intellectione quæ eſt Deus ſeipſum intellectione quæ eſt Gabriel, inferiora aũt intellectione, nõ quæ eſt ipſa inferiora vel effectus inferiorũ, ſed intellectione, quę eſt ipſemet Gabriel. Secundo ſequiť ꝙ Deum intelligit oĩs intelligentia intuitiue & veſpertine: inferiora vero veſpertine dũtaxat. deduciť, quia intelligendo Gabriel ipſum Deũ intellectione q̃ eſt Deus matutine intelligit & intuitiue, intelligẽdo vero ipſum Deũ intellectione q̃ eſt ipſemet Gabriel, veſpertine ipſum intelligit. Sed quia inferiora non põt intelligere niſi intellectione q̃ eſt ipſemet Gabriel, ideo veſpertine illa intelligit duntaxat. Tertio ſequiť aliquã veſpertinã intellectionem eſſe aliqua matutina ſiue intuitiua perfectiorem. patet, quia intellectio qua Deus oĩa inferiora intelligit eſt perfectior intellectione qua intellectus noſter intuitiue illa intelligeret: quia illa intellectio qua Deus hæc intelligit veſpertine, eſt ipſe Deus. Similiter de cæteris intelligentijs deduci poteſt. Quarto ſequitur ꝙ Deus ſiue quæuis intelligentia intelligit hæc inferiora, ſcĩa ſiue intellectione quæ eſt cauſa horũ, deduciť quia Deus hæc intelligit ipſo Deo Deus eſt intellectio quæ eſt horũ cauſa, igitur Deus hæc intelligit ſcĩa quæ eſt cauſa horum. Hæc de prima dubitatione. Intelligas autem hæc oĩa ſm peripateticos, quia lib. 12. dicemus quæ ſunt catholice, & quæ peripatetice tenenda. Secundo occurres vtrum cognitio Dei qua rationalis anima beabitur, ſit eiuſdem ſpẽi cum cognitione eiuſdẽ per cognitionẽ quæ eſt Dei effectus queq; per cõpoſitionem conceptuũ dicitur. Dicendũ ꝙ differũt ſpecie & genere, nã cognitio Dei qua aĩa beať eſt ſubſtantia, eſt.n. ipſe Deus, cognitio vero qua Deũ per cõpõnem intelligimus: eſt accidens. Secundo differunt in rõne cognoſcẽdi, nã Deus in ſtatu beatifico cognoſciť vt lumen, per compõnem vero cognoſcitur vt illuminatum quid. Tertio differunt rõne cauſæ, quia Deus in actu beatifico intelligitur vt forma, per compoſitionẽ vero intelligitur vt agens q̃ vt dicit Auer. cõparať nobis in principio vt agens, in fine aũt vt forma, ex his ſequitur ꝙ beatifica cognitio eſt æquiuoce dicta, nec dici debet cognitio, ſed potius pfectio, vel copulatio, eo quia aĩa rationalis Deo perficitur: & per eſſentiam illi copulatur, quæ etiã vt dixi intelligas peripatetice: quia 12. lib. dicemus de his aliter. Hæc de tertia diſputa.

Secundum. *Tertium.* *Quartum.* *2. Dubitatio.* *Solutio.*

Et manifeſtum eſt quòd res habent principium & quòd cauſæ rerum entium non ſunt infinite &c. Tex. cõm. 5.

DISPVTATIO QVARTA
De proceſſu in quocunque cauſarum genere.

Num ſit ſtatus in omni cauſarum genere.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Antonius.

QVod non arguitur. Et primo ꝙ non ſit ſtatus in cauſis effectricibus. primo quia generationes fuerunt infinitæ, igitur infinita præceſſerũt efficientia. Secundo quia primum efficiens eſt infinitũ, vltimum autem eſt finitum, igitur infinita poſſunt inter hæc mediare efficientia, & ſic poteſt eſſe proceſſus in efficientibus cauſis. Tertio circulationes cœleſtes ſunt cauſæ effectrices eorum quæ hic aguntur. Sed illæ ſunt infinitæ, igitur efficientes cauſæ ſunt infinitæ. Secundo ꝙ nõ ſit ſtatus in cauſis materialibus, primo quia Ariſt. & Plato materiam ipſam volunt eſſe infinitum, igitur poſſunt materiæ eſſe infinitæ. Secundo continuum diuiditur in infinitum: ſed ad diuiſionem ipſius continui ſequitur diuiſio materiæ vt dicitur. 1. phy. igitur in materijs poteſt procedi in infinitum. Tertio diciť ab Auer. 3. phyſi. ꝙ in rebus ineſt infinitas ob materiam, igitur ipſa eſt infinita. Tertio ꝙ non in cauſis finalibus. primo quia appetitus finis eſt infinitus vt dicitur primo politicæ, vt patet exemplo medici. Secundo non eſt vnus finis omnium, agentium igitur non eſt vnus primus finis. Quarto ꝙ non in formis, arguiť. primo quia in numeris eſt proceſſus in infinitum, at numeri ſunt formæ. Secundo generationes ſunt infinitæ, igitur & formæ, quia terminus generationis eſt forma: igitur ſi infinitæ generationes ſunt, & formæ infinitæ erunt. In oppoſitum eſt Ariſt. in textu.

Rationes aliæ. *Cõm. 9.*

CAPVT SECVNDVM TITVLI.

PRO tituli expoſitione. Primo debes ſcire ꝙ cauſa, quæ græcè dicitur αἰτία vel αἴτιον multifariam ſolet definiri, Auic. vero in lib. de cauſis inquit, cauſam eſſe principium è quo aliquid in eſſe dependet, hæc.n. deſcriptio ſufficit. Them. autem primo auſculta. phyſicæ in procemio inquit, cauſæ apud Ariſto. ſunt efficientes & fines, concauſæ vero forma & poſtremo elementa. Plato vero cauſis addidit exemplarem, concauſis officialem ſiue inſtrumentariam. Supponamus autem nunc cauſas quatuor eſſe, effectricem, finalem, materialem, & formalem, quia exemplaris reducitur ad effectricem, inſtrumentaria ad materiam. Secundo debes ſcire per ſtatum non eſſe in diſputatione intelligendum, tertiam morbi partem, nec quietem, ſed terminum ſiue finem, ad quem ceſſare dicitur multitudo. Hæc de titulo.

Quid cauſa αἰτία. *Qua Them.*

CAPVT SECVNDVM POSITIONVM.

IN hac diſputatione aliqui diſtinguunt, quia cauſarum alia eſt per ſe, alia per accidens, cauſa per ſe illa eſt quæ per eius naturam tanquam per rationem cauſandi cauſat, vt ædificator per artem ædificandi: per accidens vero illa dicitur, quæ non per propriam naturam cauſat: ſed quatenus eſt accidens ei quod per propriam naturam cauſat veluti ſolemus dicere muſicum ędificare. Amplius ſecunda diſtinctio eſt, quia cauſarum: quædã ſunt eſſentialiter ordinatæ, vt quæ ordine eſſentiali & neceſſario concurrunt ad aliquem effectum, vt ſol & homo reſpectu generationis humanæ, accidentaliter aũt ordinatæ hæ ſunt, quæ quodam accidentali ordine ad effectum aliquem conueniunt veluti pater: auus, & atauus reſpectu Niphi, & dicunt ex alio proficiſci primam diſtinctionem: & ex alio ſecundam, prima nãque exoritur ex comparatione cauſæ ad effectum. Secunda autem ex comparatione plurium cauſarum ad eundẽ effectum concurrentium: aſsignatur autem ab eis triplex differentia inter cauſas eſſentialiter ordinatas, & accidentaliter ordinatas: prima eſt ꝙ cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſunt. quarum vna ex alia pendet in cauſando, at in accidentaliter ordinatis põt vna ab alia in eſſe depẽdere, non tñ in cauſalitate, patet quia licet Niphus è Iacobo in eſſe depẽduerit, pro generatione Domicij, è Iacobo minime depẽdet. Sed quæres apud hos nũquid in eſſentialiter ordinatis ſolũ vna ab alia in cauſando dependeat. Solet ab eis reſponderi in his qñq; alterã ab altera dependere in cauſando tantum, vt phantaſma in cauſando ſpeciem intelligibilem ab intellectu agente dependet in cauſando tantum. non autem in eſſe,

Diſtinctio. 1. *Secunda.* *Dubi. viſe.*

eſſe, quādoq; in eſſendo & cauſando veluti ſol & ignis
in generatione ignis, quandoq; nec in eſſendo nec in
cauſando, ſed ſolum in influendo, veluti baculus &
manus in mouēdo pilā, qñq; nec in eſſendo, nec in cau
ſando, nec in influendo, ſed ſolum in ordine attingēdi
ceu dicit̃ de p̃re matreúe, quæ ſuis ſeminibus eſſentiali-
ter cōcurrunt. ſic q̄ dato q̄ virtus ſeminis patris in infi
nitum augeretur, adhuc matris ſemen neceſſariū eſſet.
Secūda differentia eſt quia in eſſentialiter ordinatis cau
ſa prima eſt trifariā prior alijs eiuſdē ordinis nā quidem
quia vſior, pfectione vero, quia virtute propria cauſat.
cæteræ nō niſi virtute primæ, rōne deniq;, quia eſt alte-
rius ſpēi. At in accidentaliter ordinatis prima nulla ha-
rum prioritate eſt prior. Tertia differentia eſt, quia cau-
ſæ eſſentialiter ordinatæ ſimul oēs actu cauſant, acci-
dentaliter vero, nō niſi vna poſt aliā, hæ drīæ perſpicuæ
ſunt. Hæc de diſtinctionibus. Sed vnū eſſet circa has di
ſtinctiones dubitatione dignum ſi hæ diſtinctiones ha
berent locum in oībus generibus cauſarum, & pōt di-
ci q̄ prima diſtinctio ſine dubio in oībus locū habet,
vt. 2. patet phy. Secunda autē forte nō habet locū pro-
priæ niſi in effectiuis cauſis, & ī finalibus, quatenus mo
uens ſaltem intentionaliter, in alijs vero ſecunda diſtin-
ctio locum non habet niſi ſm rationē, nō aūt ſm rem,
quia non contingit eiuſdem rei eſſe ſm rem plures ma
terias, nec plures formas, forte aūt ſm rōnem fieri pōt,
quatenus intellectus cōſiderat eiuſdem compoſiti eſ-
ſe plura prædicata formalia, & plures materias ſaltem
per diſpoſitiones diuerſas, verū de hac re in dilucida-
tione dicet̃ peripatetice, nūc ſatis ad mentē horū. Hæc
Pō Plato. de diſtinctionibus. Tunc Plato arbitratur in nullis cau-
ſis nec p ſe, nec per accidens: nec eſſentialiter, nec acci-
dentaliter ordinatis eſſe proceſſum in infinitum, aut
poſſe eſſe, in eſſentialiter quidem ordinatis non poſſe
eſſe: patet per rationes. Ariſt. in textu, in accidentaliter
vero non poſſe eſſe, patet quia ſimul eſſe non poſſunt,
Cōm. 5. quia tunc infinitum poſſet actu eſſe, vt Auer. deducit
nec ſuceſsiue, quia eſt deuenire ad primā & ad vltimā,
nō. n. pñt ſuccedere cauſæ infinitę, niſi motus cœli eſſet
infinitus, at motus cœli ſingulis. 36. millibus annorum
finitur, & ſingulis. 36. millibus reddit idem numero, vel
ſm obſeruationes nouas ſingulas. 49. millibus annorū,
videlicet tunc cum caput noni orbis complet reuolu-
tionem ſuam, igitur cauſæ accidentaliter ordinatæ non
poſſunt eſſe infinitæ, ſed certo ſtatutæ numero, videli-
cet, tot quot pñt eſſe ſingulis. 49. millibus annorū eo,
quia completa hac reuolutione eædē numero redeūt,
& iuxta hanc poſitionem, concedi pōt cauſas acciden-
taliter ordinatas infinitas fuiſſe quia infinities rediit ea-
Confutatio. dem reuolutio, nō aūt fuerunt infinitæ. Sed contra hāc
poſitionem Ariſt. 2. de generatione li. probauit idē nu-
mero nō poſſe redire: ſed bene idem ſpē quemadmodū
nec idem motus cœli numero, ſed ſimillimus ſpē, hic. n.
redire pōt ſingulis. 49. millibus annorum: idē aūt nume
Pō aliorum & Scoti. 1 ſenten. diſt. 2. q. 2. ro nunq̄ tu vero lege rōnes Ariſt. 2. de generatione. Alij
vero breuibus ſe expediunt, & tres de mente Ariſtote-
lis erigunt concluſiones. Prima eſt in cauſis eſſentiali-
ter ordinatis cuiuſuis generis non eſt poſsis infinitas. Se-
cunda in accidentaliter ordinatis cuiuſuis generis non
eſt poſsis infinitas, niſi ſupponatur ſtatus in eſſentialiter
ordinatis. Tertia etiam non ſuppoſito ſtatu in eſſentia-
liter ordinatis, in accidentaliter ordinatis non eſt poſsi-
1. Concluſio. bilis infinitas. Primam deducunt quia vbi cauſæ illæ
eſſent infinitæ non daret̃ prima, & ita nec vltima: & ita
oēs eſſent mediæ, & ſi mediæ, tūc tota vniuerſitas cau-
ſarū eſſentialiter ordinatarū eſſet cauſata, & cū non ab
aliqua ſuæ multitudinis, quia tunc illa eſſet ſui cauſa, igit̃
ab aliqua alterius rōnis, & illa erit prima. Secundo ſi in
talibus eſſentialiter ordinatis cauſis eſſet proceſſus in
infinitum: dabitur tunc infinitum in actu, deducitur ex
differentia tertia, quia omnes ſimul actu concurrunt.
Tertio ſi in illis eſſet proceſſus in infinitum, tunc in illis
non eſſet ordo eſſentialis, quia ordo eſſentialis eſt pri-
mi medij & vltimi. Quarto ſi in his eſſet proceſſus infi-
nitus, tūc ſupior eſſet pfectior in cauſando ex drīa ſecū-
da: quare ſi infinitus eſt pceſſus in infinitū eſſet aliqua
ſupior, & ſi in infinitū eſſet aliqua ſuperior, in infinitū
eſſet aliqua pfectior, igit̃ eſſet aliqua nō cauſans virtute
alterius, q̄a quodlibet cauſans virtute alterius, eſt finitæ
pfectionis, & ſic eſt ſimplr prima. Secundam vero dedu *2. concluſio.*
cunt ipſi p rationē octaui lib. phyſi. quia cauſæ acciden
taliter ordinatæ nō pñt ſimul eſſe infinitæ, quia tunc da
retur infinitum in actu, nec ſucceſsiue eſſe poſſunt infi-
nitæ: niſi eſſet aliqua cauſa alterius ordinis illas perpe-
tuas, & ſic oportet dare ſtatum in eſſentialiter ordina-
tis. Tertiam demum probāt quia abnegato ſtatu in eſ- *3. concluſio.*
ſentialiter ordinatis, oportet ponere in illis aliquem ef-
fectum, igitur aut à ſe: aut ab alio, aut à nullo: non à ſe,
vt patuit. 2. de anima, vbi dicitur nihil ſeipſum generat,
ſed bene conſeruat, non à nullo, quia à nullo nihil eſt,
igitur ab alio, & illud erit prima cauſa, nec valet dicere
illam agere virtute alterius: quia tunc ſupponeretur ſta
tus in eſſentialiter ordinatis. Hæc illi. Hæc poſitio eſt *Confutatio*
acute declarata, tamen peccat. primo quia licet prima
& ſecunda concluſio ſint veræ, tertia eſt falſa. Secundo
quia rationes pro prima cōcluſione non ſunt expoſitæ
ab eis: & ita vt ipſi deducunt nulla illarum. Quod quidē
tertia concluſio ſit falſa, deducitur. Primo quia negato
ordine eſſentiali in cauſis per ſe, ſequitur vtrūq; cōtradi
ctorium, videlicet q̄ procedant accidentales in infinitū
& q̄ finiātur, ſi enim negatur ordo in primis non erit
primum mouēs, & ſi nō erit primum mouēs, nō erit ali
quod quod illas corrumpat per acceſſum & receſſum,
& ſic procedent in infinitum, ſequitur etiam quod erūt
finitæ, quia nullum erit generans perpetuo illas. Secun
do quia ratio eorum nulla eſt, concederet enim cauilla
tor aliquid eſſe effectum, & nec à ſe, nec à nullo, ſed ab
alio, & quando infertur, igitur illud aliud eſt prima cau
ſa, cauillator negaret argumentum, quia adhuc illud
aliud poſſet eſſe ab alio, & illud adhuc ab alio, & ſic in
infinitum, & ita illa ratio nulla eſt niſi ſupponat ſtatum
in cauſis eſſentialiter ordinatis, nec replica eorum eſt
ad propoſitum, vt patet intelligenti. Quod vero ratio-
nes pro prima concluſione nullę ſint: ducitur, quia om
nes ſupponunt ordinem eſſentialem in cauſis, aliter nul
læ ſunt, & hoc debuerūt probare & q̄ omnes ſupponāt
ordinem eſſentialem in cauſis. deduco, quia illo nega-
to, prima ratio deletur: quia diceret cauillator nullā
eſſe primam, nullamúe vltimam, & nullas medias, quia
vna ſemper eſt ab alia, & illa ab alia, & ſic in infinitum,
& ſic hæc ratio nulla eſt, niſi ſuppoſita ratione motus, p
quam ſupponitur aliquod primum eſſe. Secunda etiā
tollitur, quia ſupponit dari cauſas eſſentialiter ordina-
tas, & propterea infert eſſe infinitum in actu ex tertia
differentia. Tertia tollitur per idem, ſupponit. n. ordinē
eſſentialem. Quarta per idem remouetur, & etiā peccat
in logica, quia non valet in infinitū eſt aliqua cauſa pfe-
ctior, igit̃ illa agit virtute propria, quia logici cōcede-

rent in infinitum eſſe aliquam cauſam perfectiorem, nullam tamen cauſam eſſe in infinitum perfectiorẽ, & ſic concederent in infinitum eſſe aliquam cauſam perfectionem,& tamen nullam eſſe ſignabilem talẽ.Quare patet omnes has rõnes peccare per fallaciam petitionis principij, omnes. n. ſupponunt in cauſis eſſe ordinem eſſentialem. Hæc de dubitationibus.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

1.Suppoſitio. PRO dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ in cauſis poſſumus imaginari proceſſum in infinitum aut indire- *Quæ Auer.* ctum,aut ſm ſpeciem, vt Ariſto.dicit in litera,& Auer. cõm.5. velle videtur per directum ordinem eſſentialẽ, per ſpẽm ordinem accidentalem,& ſic eſt ſenſus ꝙ bifariã põt intelligi ꝓceſſus in infinitũ, aut in directum.ſ. per ordinem eſſentialem, aut ſm ſpeciẽ hoc eſt in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſucceſsiue tñ ſeſe habentes, hæc eſt vna expõ Auer. licet Ioan.aliter interpretetur Auer. Aliter exponit Auer.vt per directum velit ea quę ſunt vnius ſpeciei,& ſm ſpẽm, ea quæ ſunt diuerſarum ſpecierum & tunc eſt ſenſus ꝙ in cauſis nõ poteſt procedi in infinitum,nec indirectum,hoc eſt nec in his quę ſunt eiuſdem,nec in his quę differunt ſpecie. Hęc Auer. *Qualis Auer. expoſitio.* licet Ioan. peruertat verba Auer. ad alium ſenſum. Sed reuera Auer. literam non percepit, nec ſua expõ ſtare põt cũ verbis Ariſt. vt oẽs poſſunt videre, ideo melius expono,& dico ꝙ Ariſ. per directum intelligit in eodẽ genere cauſę. Imaginari.n.poſſumus in vno genere cauſę eſſe aliquod primum,& dari infra illud infinitas cauſas ordine quodã, & hoc pacto eſſet proceſſus in infinitum in directum,& per proceſſum in infinitum ſm ſpeciẽ, intelligit ſm diuerſas ſpẽs cauſarum, ita vt non tm̃ quatuor ſpẽs ſint ſed infinitæ, Q. aũt hæc ſit intentio Ariſt. patet primo per diuiſionem quam proponit, inquit.n.atq; conſtat principium quoddam eſſe, & neq; in directum, neq; in ſpecie infinitas rerum cauſas eſſe, ecce quõ per directum intelligit oppoſitum ei quod dixit in ſpecie,ſed in ſpecie eſſe infinitas, eſt illas eſſe infinitas ſm differentiam ſpecificam, igitur per directum intelligit in eodem genere cauſæ. Secundo Ariſt. in eodem textu declarans quid per directũ intelligit, inquit vt in materia cum ex hoc aliquid generatur abeatur in infinitum, vt caro quidem ex terra:terra autem ex aere,aer aũt ex igne fiat,& huius nullus ſit finis, & de cæteris ſe exponit in ſingulo genere cauſę,igitur per directum intelligit in eodem genere cauſæ. Tertio ꝙ hęc ſit Ariſt. intentio,patet, quia in toto illo capitulo duo ꝓbat, primo ꝙ non ſit proceſſus in infinitum in ſingulo genere cauſæ, & ſecundo ꝙ nec in diuerſis generibus cauſarum, ſi igitur hæc duo proſecutus eſt, videtur ꝙ hæc duo debuit proponere. Ex his tribus patet error *Contra Auer.* expõnis Auer.& Ioã. & veritas expõnis noſtræ. Redeo igitur ad rem: & dico ꝙ proceſſum in infinitũ in cauſis poſſumus fingere dupliciter, aut in eodem ſingulo ge- *2.Suppoſitio* nere,aut in diuerſis generibus cauſarum. Secundo animaduertendum ſm Auer. cõm.6. ꝙ in ſingulis generibus cauſarum poſſet intelligi proceſſus in infinitum dupliciter:aut in cauſis quæ per ſe ordinantur,aut in cauſis quæ per accidens ordinantur. Amplius cauſę per accidens ordinatæ poſſunt intelligi vt permanentes, & vt ſucceſsiuæ vt permanẽtes dicuntur habere ſitũ, hoc eſt permanentiam,& coexiſtentiã, vt ſucceſsiuæ dicuntur *3.Suppoſitio.* non habere ſitum ab Auer.ibidem. Tertio debes ſcire ꝙ ſtatum in ſingulis generibus cauſarum põt probare phy. & metaph.phy. quidem eum probat rõnibus demonſtratiuis,quæ ſumuntur per motũ. Metaph.vero *Com. 6.* aut probat illum ſuppoſito primo in ordine, aut rõnibus dialecticis. Hæc eſt opinio Auer. contra Auic. in multis locis,& hic ait Ariſt.vſum eſſe demonſtrationibus naturalibus, licet rõnibus vniuerſalioribus, prout competunt metaph. Quarto aĩaduertendum ꝙ Ariſt. *4.Suppoſitio.* in textu probat ſtatum in cauſis per ſe ordinatis ſm ſingulum genus cauſæ, at Auer.addit de cauſis per accidẽs ordinatis ſm ſingulum genus: quæ additio licet nõ ſit neceſſaria pro expõne Ariſt.eſt vtilis, hoc vnum tamen ſcias Ariſt. non fuiſſe locutum niſi in cauſis per ſe ordinatis ſm ſingulum genus:& de cauſis ſm diuerſa genera,ꝓpea de cauſis per accidens ordinatis non dilucido aliter,q̃ Ioan.& alij dicant, quia recte dixerunt. Proba- *1.Concluſio.* tur igitur ſm Ariſto. primo eſſe ſtatum in efficientibus per ſe ordinatis,& ſupponit Ariſt. ad hoc probandum eſſe primum efficiens,deinde probat ꝙ non poſſunt eſſe cauſæ infinitæ effectrices ſub illo primo & hoc pacto eius rõ eſt ex ſuppoſitione,q̃ accepit à phy. in li.8. phy. vnde componitur ſic. In quocunq; genere cauſæ eſt prima non poſſunt ſub illa cauſæ eſſe infinitæ, quia aliter illę non eſſent ab illo primo per ſe,ſed ſolum per accñs, & ſic non eſſet primum, ſed in genere cauſæ efficientis eſt cauſa prima,igitur non poſſunt ſub illa eſſe cauſę infinitæ,& ꝙ hæc ſit rõ Ariſt.lege textum:& intelliges: & hoc pacto oẽs cauilli tolluntur. Secundo probat Ariſt. *2.Concluſio.* ſtatum in materialibus cauſis per ſe ordinatis, & vt patet legenti literam Ariſt. ſupponit primam materiã eſſe, & quærit an ſit proceſſus in infinitũ in his, quę generãtur ex materia. Tunc vult aliquid fieri ex alio in propoſito eſſe dupliciter, directe,& reflexe, directe quidem, eo modo quo ex puero vir fieri dicitur, reflexe vero eo modo quo ex igne aer,& ex aere aqua,& ex aqua terra, & ex terra iterum ignis reflectendo fieri dicuntur, in oĩbus.n.his ſupponit primam materiã eſſe. Tũc arguit ſi eſt proceſſus in infinitũ in his:quæ à materia fiunt, vel directe,vel reflexe,non directe, quia id ex quo fit aliqd directe,eſt medium inter eſſe & non eſſe,veluti puer ex quo fit vir. Sed poſitis extremis, nõ poſſunt media eſſe infinita, igitur hoc pacto non eſt proceſſus in infinitũ, nec reflexe,qa vbi eſt reflexio, eſt reditus ab vltimo ad primum:igitur eſt dare vltimum & primum,& ſic media erunt finita,hæ igitur duę rõnes,videlicet,de agẽte, & de materia,ambæ ſunt ex ſuppoſitione;& ſupponũt primum eſſe in ſuo ordine:& qui legit verba Ariſt. hæc põt inuenire. Tertio de finalibus per ſe ordinatis Ariſt. idem probat.primo,quia vel eſt aliquid tale, cuius cauſa oĩa ſint, & ipſum nullius cauſa, vel nihil tale inueniť. Si eſt aliqd,cuius cauſa oĩa ſunt, & ipſum cauſa nullius, erit primum in finibus,& ſtatus. Si vero nihil tale inuenitur, tolletur oĩs finis. Secundo arguit Ariſt. ꝙ ſi non daretur ſtatus in finibus, tolleretur natura boni deducitur quia bonum eſt quod oĩa appetunt. Tertio ſi nõ *3.Concluſio.* eſt vltimus finis, nemo ad aliquid agendũ conaretur, conſequens eſt impoſsibile:& contra experientiã. conſequentia patet, quia non eſſet dare vltimũ terminum actionis. Quarto ſi ſic, nullum eſſet agens per intellectum. tenet argm̃: quia agens per intellectum ſemper agit gratia vltimi termini. Hæc Ariſt. Vbi debes ſcire ꝙ oẽs iſtę rõnes ſunt probabiles,& quaſi ex ſuppoſitione. Prima.n.ratio ſupponit tolli oẽm finem, ſi tollitur finis vltimus,hoc.n.poſſet negari,quia poſſunt eſſe alij fines per accidens. Secunda ẽt ſupponit tolli naturam omnis boni ſi tollitur finis quod non eſt hic notum, poteſt.n.

dici

dici eſſe bona ſm quid,quorum vnum ab altero, & alterum ab altero ſemper depẽdet. Tertia ſupponit omne agens agere propter finem, quod eſſet probandum ex phy. Quarta ẽt ſupponit agens per intellectum agere propter finem vltimum, quod eſt petitum ex lib. phy. vbi probatur nullum agens agere neceſsitate materiæ, & ſic hæ rõnes oẽs ſupponunt, poteſt etiam ad oẽs dici ꝙ oẽs præſupponunt agẽs agere propter finem, modo hoc demonſtratur in lib. phy. 2. & ſic oẽs ſunt ex ſuppoſitione. Quarto probat Ariſt. in formis eſſe ſtatum. Primo, quia ſi non nulla erit prima rõ definitiua. Secundo ſi ſic: non eſſet deuenire ad ſpeciem ſpecialiſsimam, & ſi ſic, non eſſet ſcĩa perfecta de aliquo. Tertio ſi in formis eſſet proceſſus infinitus, tunc nihil ſimpliciter ſciretur definitiue, qm̃ oĩs ſcientia definitiua eſt per formam, & ſi formæ eſſent infinite nihil ſciretur. Quarto materiæ conuenit infinitudo, igitur formæ finitudo, & ſic in formis eſt ſtatus, hæ ſunt rõnes ſatis probabiles.

4. Concluſio.

5. Concluſio. Quinto probat Ariſt. in diuerſis generibus cauſarũ eſſe ſtatum: quia ſi non, nihil perfecte demonſtratiue contingeret ſciri. Hæc Ariſt.

Dubitatio. 1. Occurres contra dicta, quia ſi eſſet ſtatus in formis: eſſet deuenire ad vnã primã formam quæ eſſet oĩum formabilium forma. deducitur: quia vt in ordine agentiũ eſt deuenire ad vnum agens, quod eſt oĩum agentiũ cauſa, aut in eſſendo, aut in cauſando, & in ordine cauſarũ materialiũ eſt etiam deuenire ad vnam primam oĩum materiam, & in ordine finiũ ad vnum omniũ primum: ſic in ordine formarum ad vnam erit deuenire formam quæ eſt omnium formarũ forma vel omnium formabilium forma, hoc aũt eſt falſum: nec rõnes Ariſt. ad hoc intendunt, igitur eſt dubitatio.

2. Dubitatio. Secundo videtur adhuc contra Auer. ſtare ꝙ in accidentaliter ordinatis ſit actu infinita multitudo, qa ſm Ariſt. mundus eſt æternus, igitur infinitę fuerunt aĩę rationales, & illæ ſunt æternæ igitur infinitum in actu erit.

Solutio. 1. Ad primam dici põt ꝙ Ariſt. in ordinibus cæterarum cauſarum probauit ſtatum eſſe ad primam cauſam oĩum in ſuo genere, licet in ordine efficientium ſuppoſuit primam cauſam, eſſe & in ordine materialium primam materiam eſſe, & probauit eſſe ſtatum ad illã hoc pacto ꝙ ſub qualibet illarum licet procedere finite: nõ infinite in ordine vero finium probat ſtatum eſſe ad primum finem ſimpliciter ſed perſuadet rationibus probabilibus eſſe veniẽdum ad primum finem: dico rationibus probabilibus: quia oẽs illę ſupponunt agens agere propter finem: quod non hic ſed in lib. phy. probatur: at in formis probat ſtatum eſſe non ad vnam oĩum formarum quia non datur vna prima forma, niſi æquiuoce, ſed ad vnam formam primam cuiuſlibet compoſiti, vt ad vnam primam formam in homine, & ad vnam primam in alio quouis, quæ non eſt omniũ ſimpliciter forma: ſed prima ſui ordinis eius compoſiti cuius eſt, & ſic ſtatus in formis differt à ſtatibus cæterarum cauſarum.

Solutio. 2. Ad ſecundam nos rñdimus in lib. de intellectu & multifariam, nunc dicimus quicquid occurrit Auer. videtur velle eſſe ſtatum in accidentaliter ordinatis, quæ habent ſitum, & per ea quę habent ſitum, intelligit quę permanent ſitualiter ſimul. vt patet cõm. 6. & hoc ſentit Auic. in q̃ pluribus locis, & tunc facile eſſet rñdere, aĩæ. n. illæ dato ꝙ eſſent infinitæ, non habent ſitum. Videtur autem hæc peripatetica ſolutio, quia Ariſt. 3. phy. ſemper negat infinitũ in magnitudine, & in multitudine, quę cauſatur ex magnitudine, & ſic velle videtur nõ eſſe impoſsibile infinitum niſi quatenus eſt magnitudo, vel ex magnitudine cauſatum. Alij vero dicunt duplex eſſe infinitum in multitudine actu, & potẽtia, actu quidem ſic exponitur, hæc ſunt tot. & non poſſunt eſſe plura, igitur ſunt infinita in actu multitudine, in potentia aũt ſic exponitur, hæc non ſunt tot quin plura poſſint eſſe, igiẽ infinita ſunt poteſtate in multitudine. Tũc ad formam concedunt infinitas fuiſſe & eſſe aĩas poteſtate, quia non tot quin plures, & plures potuerũt eſſe, & poterunt eſſe, non tamen aĩæ ſunt actu infinitæ, quia tunc eſſent tot, & non poſſent eſſe plures. Hęc ſolutio pro nunc valeat, quantum valere poteſt quia in lib. de intellectu ſatis eſt diſputata.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rõnes nunc facile rñdetur. Ad primam patuit ſolutio. Ad ſecundam dicerent pħi ꝙ inter Deum & vltimum quoduis agens eſt finita diſtantia & perfectiua, & dimenſiua ſaltem rõne corporũ, quid vero theologi dicant, quære alios. Ad tertiam patuit ſolutio, illæ. n. nõ ſunt per ſe ordinatæ. Ad primã de materia dico ꝙ materia eſt infinita rõne dimenſionum, & ſic dico ꝙ per accidens poſſunt eſſe infinitæ materiæ accidentaliter ordinatæ. Ad ſecundam dico ꝙ probat materias illas eſſe per accidens ſucceſsiuæ infinitas, ꝙ concedo. Ad tertiam dico ꝙ res ſunt infinitæ propter materiam in ſucceſsione, quia. n. materia nunc vnam: nũc aliam recipit formam, ideo res multiplicantur in infinitum. Ad primam de fine dico ꝙ appetitus finis eſt infinitus in accidentaliter ordinatis, vt ſanare infinitas febres. in ordine tñ per ſe eſt ſtatus. Ad ſecundam dico ꝙ diuerſorũ diuerſi ſunt fines proximi, vnus tñ eſt omniũ ſimpliciter finis. Ad primã de forma ſolet dici ꝙ oẽs numeri ſunt eiuſdem ſpeciei & non differunt niſi pœnes multum & paucum, & ſic ſi proceditur in infinitum eſt ſucceſsiue & per accidens: vt. n. in qualibus magis & minus non variant ſpeciẽ, & in ipſis magnitudinibus maius & minus non variant ſpeciẽ ſic in multitudine multum & paucum non variant ſpeciem. Ad vltimam patet ſolutio per dicta. Hæc de quarta diſputatione.

Sed ſi infinite eſſent pluralitate ſpecies cauſarum, non eſſet ita cognoſcere &c. Tex. cõm. 13.

DISPVTATIO QVINTA
De infiniti notitia.

Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET videtur ꝙ ſic. Primo Deum poſſumus cognoſcere, Deus eſt infinitus, igitur infinitum poſſumus cognoſcere. Secundo vnaquæq; res per oẽs cognoſcitur cauſas, ſed Deus eſt rei cuiuſq; cauſa, igitur vnaquæq; res cognoſcitur per Deũ: igitur Deũ cognoſcimus, ſed Deus eſt infinitus, igitur vt prius. Tertio infinitum definitur, & de ipſo paſsiones traduntur, & etiã ſibi nomina imponimus, igitur infinitum cognoſcitur. Quarto ſpẽs numerorum poſſunt cognoſci, aliter eſſet aliquod intelligibile, ꝙ non poſſet intelligi, ſed illæ ſpẽs ſunt infinitæ, igitur infinitum poteſt cognoſci. Quinto duæ cognitiones poſſunt eſſe ſimul in intellectu vel ſaltem duę ſpecies intelligibiles: igitur infinitę per rõnem Ariſt. 4. phy. Sexto totum põt cognoſci, omne totum eſt infinitum, igitur infinitum põt cognoſci. minor ꝓbatur, quia omne totum eſt ſuæ partes, modo partes, cuiuſuis totius ſunt infinitæ, igitur omne totum eſt infinita. Antonius. Rationes Albertilla.

finita.Septimo vr̃e cognoſcit̃ à nobis vniuerſale aut eſt aut prædicatur de infinitis,igitur infinita cognoſci poſſunt à nobis.In oppoſitum eſt Ariſto.hic & primo phyſicæ auſculta.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli debes ſcire ἄπειρον græci latini infinitum vt.3.phyſi.auſcul.accipitur, trifariam dicitur prout illa particula in,ſiue,A,poteſt aut negare,aut priuare aut contrarium ponere,& ſic poteſt ſumi negatiue,& hoc pacto eſt infinitum id quod nec habet finẽ, nec eſt quantum poſſe finiri & hoc pacto punctum dicimus infinitum,quia non eſt quantum finibile, veluti dicimus vocem inuiſibilem, quia non eſt color viſibilis. Secundo modo priuatiue infinitũ dicitur, quod eſt q̃tum actu ſine principio & fine. tñ eſt aptum finiri, & hoc modo,vt.3.phyſic. auſcul.dicitur, non eſt reperibile,nihil.n.in rerum natura eſſe poteſt actu ſine terminis, quod ſit aptũ finiri, niſi forte motus cœli ſm aliquos.eſt.n.apud peripateticos actu ſine principio & fine, quanquam poſſit deſinere vt velle videtur Auer.12. meta.Tertio dicitur infinitum cõtrariæ, quod quidem eſt ſine principio & fine, & nec eſt aptũ aliqua ex parte finiri,& hoc bifariam eſt,aut actu aut potentia, actu quidem, ſi nec actu habet principium nec finem, nec eſt aptum habere,& hoc poteſt eſſe aut in virtute, aut in magnitudine, aut in multitudine,aut in permanentia. In magnitudine & multitudine non eſt reperibile, vt.3.phyſi.diſputatur niſi motus & tempus hoc pacto dicuntur apud alios,ptãte vero ꝙ quidem actu eſt finitum,tamen ptãte nec habet principium nec finem vt dicitur.3.phyſi.& ſic dicitur infinitum oẽ continuum qa infinitas habet partes ſaltem in potentia, infinitum aũt priuatiue non poteſt eſſe niſi actu,qm̃ eſt id quod actu caret terminis,aptum tñ per illos finiri: & ſic non põt eſſe niſi actu. Ad infinitum contrariæ, ſi actu quidem finitum ſit,& ſit aptum diuidi in infinitum, ptãte infinitũ contrariæ dicetur, ſi vero actu careat terminis, nec illos aptum ſit habere,infinitum dicitur actu cõtrarię & ſimpliciter,vt dicitur.3.phy. Ex his patet titulus qõnis. non.n.intelligitur de indefinito negatiue, quia de illo nemo dubitat:vnitas.n.& punctum ſunt per ſe intellectilia maxime apud eos, qui tenent illa eſſe in rerum natura,vt logici tenent. Hæc de titulo.

Cõm.41.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Prima põ Tho.

SVNT quidam qui abſolute dixerunt infinitum nõ poſſe à nobis intelligi. Q: ſi intelligãt per ſe,quo.ſ.ad definitionem quid rei, eſt poſitio expoſitoris,concedit enim ipſum infinitum nõ eſſe per ſe intelligibile à nobis ſub ratione & definitione quid rei:ſub rõne vero & definitione quid nominis, bene concedit ipſum poſſe intelligi, non per ſpeciem propriam, nec conceptu proprio ab illo genito,ſed ſpecie ipſius finiti,ſeu conceptũ genito ab ipſa re finita, veluti(vt dicit)ſilentium percipitur ab auditu non.n.per ſpeciem ſilentij,ſed per ſpẽm ſoni, quæ primo & per ſe repreſentat ſonum: per accidens ſilentium, dicitur.n.9.huius ꝙ eadem ſpecies eſt contrariorum vnius quidem per ſe alterius per accidẽs ſic igitur concedit Thomas ipſum infinitum nõ eſſe ꝑ ſe intelligibile per rõnem quid rei,ſed per accidens per rõnem quid nominis, hæc Thomas in quam pluribus locis,vnde primo phy.exponens tex.inquit.& huius rõ eſt, quia id quod eſt notum apud intellectum comprehenditur ſub ipſo,quãtum ad omnia,quæ ipſius ſunt qd' non poteſt cõtingere de aliquo infinito. Hęc Thomas

Cõm.35.

in expoſitione textus. Vbi patet ipſum velle infinitũ nõ eſſe intelligibile quo ad partes ipſius infinitas,quæ in eo continerentur,nõ aũt negat ipſum poſſe intelligi quantum ad rationem nominis,ad quam ſufficit vt intelligatur per accidens ex ratione ſui contrarij. Hæc ſunt de mente eius tenenda in.3.phyſi.& 1.& 3. cœli. Pro hac poſitione aliqui ratiocinãtur. Primo quia infinitum nõ per ſe continetur ſub ente ſenſibile,quod eſt per ſe obiectum intellectus,quod dicitur quidditas rei materialis, igitur non eſt per ſe intelligibile.Secundo ſi infinitũ intelligeretur aut vna aut pluribus intellectionibus, non vna,quia vna intellectio fit ab vna ſpecie,at infinitũ nõ poteſt per ſe ſpeciem efficere in intellectu:quia tũc eſſet in actu,& ita finitum,omne.n.quod eſt in actu: ꝑ eius finitur actũ: nec pluribus:quia tũc oportet fingere plures ſpẽs & ſic plures formæ,& plura accidentia eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto.Tertio inter obiectum & potentiam debet eſſe proportio,at inter infinitum & intellectum finitũ nulla eſt proportio, igitur infinitum non poteſt intelligi,iſtæ ſunt tres rationes Thomæ attributæ,quas ego non legi in libris Thomæ, niſi eſſent ſuorum ſequacium.Iuxta hanc poſitionem ſoluuntur obiectiones,prima quidem, quia concedit̃ Deũ cognoſci poſſe,non tamen ſub ratione infiniti: & hoc rationabiliter:quia virtus & perfectio rei non cognoſcitur niſi per maximum effectum in quem põt,vt dicit̃ primo cœli.Sed nihil eſt hic infinitũ, qd' Dei virtuti ſit adæquatum,igitur perfectio Dei quãta ſit cognoſci nõ põt,& per idẽ ad ſecundum, conceditur.n.primam cauſam poſſe cognoſci,non tñ ſub ratione infiniti per idẽ. Sed replicabis vt replicãt. Primo qa deus põt cognoſci à nobis vt creator,ſed vt creator eſt infinitus,igit̃ vt infinitus. Secũdo Deus intelligit̃ à nobis vt eſt oĩum vltimus finis,igit̃ vt infinitus antecedens eſt Ariſt.in tex.de duco cõſequentiam, quia ex oppoſito cõſequentis infertur oppoſitum antecedentis, quia detur oppoſitum ꝙ non intelligatur vt infinitus,igitur intelligetur vt finitus,& ſic poſſet ipſo vltimo fine intelligi, vlterius quia poſſumus intelligere maius bonum ipſo Deo. Tertio intellectus componit infinitum cum Deo, & diuidit illud cum omni alio.igitur Deus poteſt intelligi vt infinitus, qm̃ omnis cõpoſitio vel diuiſio ſupponit per ſe intellectum Simplicium.Licet poſtea magis patebit veritas hęc,tamen iſtæ replicæ non cogunt. prima quidem non,primo quia Deum non cognoſcimus vt creatorẽ cognitione naturali, de qua intelligit Tho. ſed cognitione ſupernaturali. Secundo non valet, cognoſcitur Deus vt crator,& vt creator eſt infinitus, igitur cognoſcitur vt infinitus, ſicut non valet cognoſco coriſcum vt veniens,& vt veniens eſt nunc diſtans à polo ſeptẽtrionis gradibus.40.igitur cognoſcitur vt diſtãs gradibus.40. Ad ſecundum per idem dicitur, concedo.n. ꝙ Deus cognoſcitur vt vltimus finis, non tamen ſequitur ipſum cognoſci vt infinitum per idem,& quando dicit̃ detur oppoſitum conſequentis,ꝙ non cognoſcatur vt infinitum,detur & negatur,illum tunc cognoſci vt infinitum, ſicut licet coriſcus veniens non cognoſcatur vt diſtans.40.gradibus,non propterea ſequitur ipſum cognoſci vt propinquus cognoſcitur, igitur Deus vt ſummum bonum: & vltimus finis & ita vt non finitus, nec vt finitus, tamen vt infinitus, cauſa eſt quia ratio vltimi finis eſt prior ratione finiti & infiniti, ſunt.n.finitum & infinitum modales differentiæ apud eos, quæ adueniũt in ſecundo ſigno naturæ propterea in illo priori quo, Deus

Rõnes p Tho.

Cõm.116.

Replica. Prima.

Secunda.

Tertia.

Sol ad primũ.

Ad ſecundum

Deus ipſe intelligitur vt vltimus finis, nec intelligitur vt finitus nec vt infinitus, ſed intelligĩ vt non finitus. Ad tertiã dico ꝙ rõ concludit infinitũ poſſe intelligi per rationẽ noĩs, & ad hoc ſufficit vt intelligaĩ per ſpẽm finiti, & hoc pacto infinitũ põt aut cõponere aut diuidere. Ad ſecundã rõnem principalẽ rñdet ipſi infinito nomẽ poſſe imponi, non tamen ꝑꝑ hoc eſt intelligibile. Amplius concederet ipſum poſſe definiri, ſed definitione quid noĩs. Replicãt primo quia nihil põt voce exprimi, ꝙ non mente concipiĩ vt diciĩ in li. de interpretatione, & 4. met. habetur ꝙ ſi nihil intelligiĩ, nihil ſignificatur amplius intellꝰs cognoſcit dñam inter ipſum infinitum & ipſum finitũ, inter ens & nõ ens, igiĩ extrema cognoſcit. Præterea priuationes & negationes intelligibiles ſunt quũ de ipſis enunciationes fiant. Dico ꝙ iſti nolũt Thomã intelligere, ipſe. n. voluit ꝙ infinitũ ſit intelligibile non tñ per ſe: quia non per propriã ſpẽm ſed per accñs ſicut ſilentiũ per ſpẽm ſoni, ſic infinitũ per ſpẽm finiti, & quia intelligitur per accñs, ideo imponimus nomen. Amplius & definimus ipſum definitione, q́d noĩs, & ſic concedo ꝙ infinitũ mente concipitur, ſed non ꝑ propriam ſpẽm, ſimiliter cõcedo ꝙ ſi nihil intelligitur: nec per ſe, nec per accñs: nihil ſignificatur. Amplius cõceditur ꝙ intellꝰs intelligit dñam eo modo quo põt poni dña inter ens & nihil, inter finitum & infinitum: & ꝓpea ambo extrema cognoſcit, non tñ eodem modo, quia finitũ per ſe, infinitum per accñs. Similiter cognoſcunĩ negationes & priuationes, oẽs. n. cognoſcuntur per ſpẽs habituum, nam oĩs ſpẽs eſt per ſe repreſentatiua alicuius & per accñs oppoſiti illius & hoc habet quia ſpẽs & breuiter conceditur infinitũ poſſe intelligi, intellectione quidem, non cuius origo eſt ipſum infinitum, ſed ipſum finitum, à ſpẽ. n. finiti originatur cognitio infiniti. Ad tertiam principalem, diciĩ ꝙ infinitæ ſpẽs numeri non per ſe cognoſcuntur, ad maiorem dicitur ꝙ intelligitur de illis ſpẽbus, quarum indiuidua per ſe ſentiri poſſunt, & hoc pacto non ſunt ſpẽs numerorũ. Replicatur quia per vnum ſolem poſſumus cognoſcere infinitos, igitur per vnum numerum infinitos numeros, ſic poſſunt cognoſci infinitæ ſpẽs numerorum per cognitionem vnius ſpẽi, dato ꝙ non per ſe ſentiantur oĩa indiuidua illarũ. Dici põt ꝙ per hanc replicam nõ habetur plus, niſi ꝙ infinita cognoſci poſſunt per ſpeciem finiti, & ita confuſe & per accñs quod Thomas tenet. Præterea aliter ego dicerem ad tertiam ꝙ numeros eſt vna ſpẽs, & cæteri numeri infiniti ſunt indiuidua, modo indiuidua cognoſcuntur in ſuis vniuerſalibus: & ſic oĩa illa cognoſcuntur, vt dicetur. Ad quartã dicitur primo negando ſimilitudinem, quia comparaĩ corporibꝰ vt forma: at intellꝰs ſpeciebus vt materia: mõ bene vna materia poteſt eſſe plurium formarũ vt vna materia iſti poteſt eſſe plurium formarum elementariarum: vna tñ forma non põt eſſe niſi vnius ſubiecti, quia vnam formã habere plus vno ſubiecto eſt impoſ'e, vt dicitur in lib. de ſubſtantia orbis, non tñ vnum ſubiectum habere plus vna forma eſt impoſ'e, & ſic concedi poteſt intellꝰm habere plures ſpẽs, non tñ infinitas: q̃a ſua capacitas eſt finita. Hæc ſolutio confutatur, quia ſi intellꝰs poteſt recipere duas, adhuc videtur poſſe recipere infinitas, & hoc ſi eſſet aliquod agens potens illas ſibi dare, eſt. n. ipſe oĩa fieri. Dici põt defendendo illam ſolutionem, ꝙ ẽt dato ꝙ intellꝰs ſit capax duarũ ſimul, non ſequitur vt ſimul infinitarum ſit capax: ẽt ſi aliq́dꝰ agens eſſet præſtans, quia infinitæ ſpẽs dicerent perfectionem infinitam, cuius intellꝰs non eſt capax. Dicitur ſecundo ad principalem, ꝙ enthimema Ariſt. intelligiĩ qñ eſt tanta repugnantia de duobus, quãta de infinitis, vt eſt de corporibus, repugnat. n. duo corpora eſſe in eodẽ loco, quia tunc ſi fieri poſſet, eſſet penetratio poſſibilis, at non ſic de ſpẽbus, & hæc eſt melior rñſio: quia non eſt æqualis repugnantia de duabus & de infinitis ſpẽbus. Vlterius arguunt contra rõnes. Ad primam. n. negant obiectum intellꝰs eſſe quidditatem rei materialis. i. vniuerſale ſenſibile. & probant, quia tunc aliquis habitus eſſet amplior intellectu: vt met. quę eſt de ente. Sed nos diximus apud peripateticos vl'e ſenſibile eſſe obiectum intellꝰs. Tunc ad rõnem dico, ꝙ potentiæ nõ per obiecta ſecantur, ſed per res de quibus ſunt. vt diciĩ 3. de aĩa modo idem eſt ſubiectum intellꝰs & metaph. vt ens, nõ aũt idem obiectum, quia habitui nullum debet aſsignari obiectum. Anticimenon. n. hoc eſt obiectum peripatetici ſolum ad potentias referunt. Ad ſecundam rñdent ꝙ infinitum vnica intellectione põt intelligi, & vlterius concedunt ſpẽm poſſe cauſari ab infinito: per hoc tñ dicunt non ipſum infinitũ finiri, ſed illud in quo recipitur ſpẽs. Sed hæc ſolutio friuola eſt. primo: quia ſi infinitum eſſet, non poſſet cauſare ſpẽm, quia vel finitã, vel infinitam, non infinitam, quia nihil eſt capax infinitæ perfectionis, ſi finitam: igitur poteſt aliquod finitũ eſſe æquipotẽs infinito quia põt producere tm̃ & ęqualem effectum. Secundo. rõ Thomæ ſtare videĩ, quia ſi infinitum cauſat ſpẽm in intellectu, eſſet in actu: omne enim cauſans ſpẽm in intellectu eſt in actu. 9. huius, & 3. phy. dicitur ſemper extimatur ſpẽs mouens, igitur ſi infinitum efficeret ſpẽm, eſſet in actu, ſed oẽ quod eſt in actu, habet formam. vt patet apud oẽs, & oẽ habens formam eſt terminatum, quia omne finitum finitur ꝑ formam. 3. phy. & ſic ſequitur illud eſſe finitum. Tertio arguunt contra aliud dictum Thomæ, dixit. n. Thomas ꝙ omne quod intelligitur vnica intellectione, intelligitur vnica ſpẽ, modo hoc eſt falſum, nam mõs aureus vnica intellectione intelligitur, & tñ non per vnicã ſpeciem ſed per ſpẽs auri & montis. Sed miror hos. Thomas. n. loquitur de his quę vnica intellectione & per ſe intelligũtur, modo licet mons aureus vnica intellectione intelligatur: tñ nõ per ſe intelligitur, quod. n. per cõpoſitionem intelligitur, per accñs intelligitur, & non ꝑ ſe, ſolum. n. ſpẽbus partium: vel contentorum, vel accidentium intelligitur. Sed forte replicabis, igitur Deus ꝑ accñs intelligeretur quia per compõnem intelligitur. Amplius & materia & ſubſtantia & id genus. Reſpõdeo quod per ſe intelligi eſt dupliciter. Vno modo per ſe ſimpliciter, quod circũſcripto omni alio de ſe habet naturam, qua põt intellectum mouere ad cognitionẽ & hoc pacto nullum illorum per ſe intelligitur, nullũ. n. illorum habet naturam quæ põt intellectum mouere ad cognitionem omnibus alijs circunſcriptis, hoc. n. modo ſola per ſe ſenſibilia ſunt per ſe intelligibilia. Alio modo aliquid per ſe intelligi dicitur quod proprio conceptu ſimplici vel compoſito põt cognoſci, & hoc mõ quodlibet illorum põt cognoſci, non tñ infinitum qm̃ infinitum non eſt aptum proprio cõceptu ſimplici vel compoſito intelligi, ſed ſolum per accñs vt per ſpẽm, & conceptum rei finitæ. Vel forte dici põt per ſe intelligibile eſſe dupliciter. vno modo quod põt propriã ſpẽm facere, & hoc pacto nullum illorum per ſe eſt intelligibile. alio mõ ꝙ per ſe eſt coniunctum, vel habitum ad aliquid quod põt propriam ſpẽm facere, & ſic quodlibet

Cõm. 67.

Replica bona;

De cognitione ſubſtantia.

bet illorum eſt per ſe intelligibile. Infinitum aūt nec per propriā ſpeciem, nec eſt coniūctum alicui per ſe, quod propriam ſpeciem facit, quia quod nihil eſt, nec per ſe nec per accñs alicui coniungiť. Vel facilius dici pōt, ꝙ per ſe intelligibile dr̄ vno modo ꝙ proxime eſt origo & principiū ſuæ intellectionis & ſic per ſe ſenſilia ſunt ꝑ ſe intellectilia, qm̄ ſunt proxima origo & principiū intellectionis eorum. alio modo dicitur per ſe intelligibile quod eſt remota origo vel principium ſuæ intellectionis: & hoc pacto Deus: & ſubſtantia: & materia ſunt ꝑ ſe intelligibilia, qm̄ ſunt remotæ origines intellectionis, niſi. n. materia ſuſtineret formā non poſſet forma eſſe proxima origo intellectionis materiæ, & niſi ſuƀa ſuſtineret per ſe ſenſibilia non poſſent ſenſibilia eſſe proxima origo intellectionis ſubſtantiæ, & niſi Deus eſſet cā rerum intelligibilium, nō poſſent res ipſæ eſſe proxima origo intellectionis Dei: at mons aureus per accñs intelligitur & infinitum ſiť, quia nec proxime nec remote pñt eſſet origines intellectionis eorum, & ſic ſolum per accñs intelliguntur. Tertio replicant contra illud quod Tho. dixit: voluit. n. poſſe plures ſpēs in habitu eſſe, non tñ actu, quia habitu eſſe plures ſpēs eſt illas non actu, ſed reuocatiue eſſe in intelľu, actu vero eſſe, eſt illas formaľr eſſe. Contra obiiciūt, & pōt rō ſua habere vim de ſyľľo. vbi intellectus ſimul tres propoſitiones intelligit, dico rōnē habere vim de ſyľľo, qa ibi videtur eſſe actu cognitio oīum. Dico primo ꝙ oē qđ ītelligiť, intelligiť vt vnū, & ſiclicet ipſe ſyľľs ſint plures propōnes eſt vnus ſyllogiſmus. Amplius licet propō ſit vna, eſt plures termini, & ſiue propōnem ſiue ſyľm intellectus intelligat, ſemper vt vnum intelligit, & quum dicitur: intelligiť ne iſtud vnum pluribus, vel vna ſpecie? dico ꝙ nec ſyllogiſmus, nec propoſitio per ſpeciem intelligitur. dices ſaltē termini vel res præſentatę ꝑ terminos pluribꝰ ſpeciebus intelliguntur, maxime in propoſitionibus negatiuis, videlicet in hac, nigrum non eſt album, videť. n. ꝙ res importatæ per terminos pluribus ſpeciebus intelliguntur. pōt dici ꝙ pluribus ſpēbus extrema intelligūtur, quia tñ ipſum quod intelligitur eſt vnum, ideo ex illis ſpēbus efficitur quodammodo vna ſpēs vnitate repreſentatorum, quia repreſentata ſubeunt rōnē vnius: ideo ſpēs ſubeūt rationē vnius repreſentatiui, & ſic nō habes plura & diſtincta eſſe in eodē ſubiecto, melius tñ de hoc dicetur in. 5. Vltimo refellunt tertiam rōnem, quia inter obiectum & potentiam pōt intelligi triplex proportio aut numeralis hoc eſt, ꝙ ſi potentia eſt vna numero obiectum debet eſſe vnum numero, & hoc nō, qa vna potentia numero pōt eſſe multorū numero, aut pōt intelligi proportio perfectionis hoc eſt ꝙ quantæ perfectionis ſit potentia non maioris ſit obiectū, & hoc etiam non, quia viſus pōt videre ſolem, & tñ infinities ſumptus non videret ſolē, aut pōt intelligi de proportione commenſurationis, qualis eſt inter finitum & finitum, hoc eſt ꝙ ſi intellectus eſt finitus obiectū ſit finitum, & hoc minime, quia ſi finitum poteſt mouere intellectum, igitur & infinitum velut cœlum à Deo pōt moueri. vbi nunc ab intelligentia mouetur. Ex his cōcludunt ꝙ inter obm̄ & potentiā debet eſſe proportio, quæ eſt inter motiuū & mobile, hæc aūt potius diſsimilitudinem, q̄ ſimilitudinē expoſcit, & ſic videtur rō Tho, nulla. Sed contra, quia Tho. probauit inter intelľm & infinitum non poſſe eſſe proportionem motiui ad mobile, primo qa ſi infinitū poſſe intelľm mouere eſſet in actu, & ſi eſſet in actu haberet formam, & ſic finiretur.

Vtrum plures ſpēs poſſit actu eſſe in ente.

Amplius probauimus non poſſe mouere, quia vel finitā aut infinita motione, & probauimus nullo horum modorū fieri poſſe. Ex his ſequitur, ꝙ poſitio illa eſt probabilis: tamen nec expoſuit de quo infinito intelligit, nec qua ſpecie cognitionis ipſum infinitum ſit ignotū. Logici vt Albertilla & cæteri tenent primo ꝙ infinita poſſunt cognoſci conceptu vľi. probāt, quia habeo vel habere poſſum conceptum ſpecificū hominis, in mente mea, qui eſt ſignum oīum iſtorum, & ſic videtur ꝙ infinita intelligi poſſunt in propoſitione vľi. Secundo dicunt infinita cognoſci poſſe conceptu particulari probant, quia iſtum lapidem cognoſcere poſſum conceptu ſingulari, & iſte lapis eſt infinita, qa eſt infinitæ ſuæ partes, igitur infinita cognoſcere poſſum conceptu particulari, multas alias concluſiones ponunt pro hac parte, quas omitto, quia non intendo eſſe captiūculator, pro mente tamen Ariſt. tenent intelľm non poſſe cognoſcere infinita quodlibet ẜm propriā rationē, quia impoſe eſt me habere in mēte mea infinitas rationes, & hoc voluit Ariſt. (vt dicunt) dum ait infinitum eſſe ignotum vt infinitum, quia intellectus non pōt cognoſcere infinita quodlibet ſub ꝓpria ratione. Hæc poſitio eſt māca, qa non diſtinguit de quo infinito loquitur. Propterea alij dicunt aliud eſſe de ratione infiniti in ſe, aliud de eo cui hæc ratio attribuitur, attribuitur. n. numero partiū magnitudini, & virtuti. Tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de eo cui attribuitur, pōt eſſe multiplex, nam loquendo de virtute, cui attribuitur, ſic tenent illud poſſe cognoſci, vt patet de ipſo Deo: immo Deus poteſt cognoſci & quo ad virtutem, & quo ad rationem infiniti apud eos, ſi loquimur de numero, cui attribuitur infinitas, ſic nec ſimul nec ſucceſsiue intelligi poteſt. Tertio dicunt ꝙ loquendo de magnitudine infinita contrariæ, cui attribuitur ratio infiniti minime cognoſci pōt, quia eſt impoſsibilis eſſe. Quarto dicunt ꝙ loquendo de magnitudine infinita priuatiue, cui attribuitur ratio infiniti, nō poteſt cognoſci. patet: quia illam eſſe implicat contradictionem, ſimiliter dici pōt de infinito priuatiue in multitudine: & breuiter ſi loquimur de eo cui attribuitur ratio infiniti, ſiue ſit magnitudo ſiue numerus, ſiue contrariæ, ſiue priuatiue, nullum illorum pōt per ſe intelligi. Sed loquendo de eo cui attribuitur hoc eſt de virtute cui attribuiť infinitas: ſic pōt ꝑ ſe intelligi. At ſi loquamur de ratione formali infiniti ſic infinitum pōt à nobis intelligi. probant, quia intelľs infinitum ſub hac ratione intelligit ineſſe vel non ineſſe alicui, igitur infinitum intelligit ſub ratione infiniti. Et hoc pacto concludunt ꝙ infinitum ſumptū pro ijs q̄bus attribuiť nō pōt intelligi, niſi ſit infinitum ꝑfectione vt Deus, infinitum vero ſumptum pro rōne infiniti pōt intelligi. At ſi loquimur de infinito poteſtate, ſic tenēt ipſum poſſe intelligi q̄tum ad ipſum cui rō infiniti attribuiť & quantū ad rationem infiniti. Eſt. n. maxima apud eos, ꝙ infinitum taliter pōt intelligi, qualiter eſſe pōt. Hæc illi. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. primo quia quæro qđ ꝑ rōnem formalem infiniti velint, aut. n. volunt rōnem qđ rei, aut rōnem quid noīs, ratio. n. formalis apud peripateticos definitio eſt, vt ſupius demōſtrauimus, non pñt velle rōnem qđ rei, quia ẜm eos nullū infinitorum eſt, igiť nullū illorū pōt definitione quid rei definiri. Si velint ꝑ rōnem formalem definitionē noīs, tūc nō differūt à Thoma, erit. n. tūc ipſum infinitū nō per ſe: ſed ꝑ accñs ītelligibile: qa (vt diximus) definibile definitione qđ noīs definiri pōt, dato ꝙ nō ſit ꝑ ſe intelligibile, ſed ſolum

Qualis poſitio Tho.

Pō logicorum.

Confutatio.

Pō aliorum.

Confutatio

ſolum per ſpẽm ſui oppoſiti. Scđo peccant quia non eſt peripateticũ velle infinitum pro re cui attribuitur rõ infiniti, ſi ſumiť in virtute, poſſe intelligi à nobis, primo quia peripatetici nullũ infinitum permanẽs ponũt, ſed ſolum in potentia ſiue ſucceſsiuũ vt motũ & tp̃s, Deũ aũt non in virtute, ſed in permanentia ponũt infinitũ. Scđo qa dato ꝙ ita eſſet, adhuc (vt recte Thomas ſentit) non eſſet vt ſic à nobis intelligibile quia virtus non
Cõm.116. cognoſcitur niſi per maximũ primo cœli. Ad nullũ eſt hic maximũ, quo poſſumꝰ Deũ cognoſcere vt infinitũ. Præterea nec creatio eſt hoc maximũ. primo qa creatio eſt credita. ſcđo qa Auic. & Them. dixerũt formas creari à datore formarũ, quẽ non poſuerunt infinitũ niſi in permanentia, quare hæc poſitio non eſt peripatetica.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

NVNC oportet dilucidare opinionem peripateticorum. Dicamus igitur primo quod infinitũ põt ſumi pro eo cui attribuitur rõ infiniti, & ꝓ rõne infiniti, cui nihil correſpondet præter conceptionem, ad quam intells ducitur ſpẽ rei finitæ, vt dictum eſt. Amplius & per rõnem rei cui aliquid correſpondet præter conceptionem: rõ.n.rei ſemper habet aliquod ſibi correſpondet præter conceptionem: rõ vero noĩs eſſe põt ſi nihil pręter conceptionem rñdet, ſi pro re cui attribuitur hæc, rõ hæc põt eſſe in virtute, in multitudine, in magnitudine, & in duratione. Præterea põt eſſe aut actu aut poteſtate: & ſi actu, aut contrariæ aut priuatiuæ vt dictum
1. Concluſio. eſt. Amplius loqui poſſumus de cognitione vlĩ, & particulari, vt dictum eſt. Tunc dico ꝙ ſi loquimur de infinito pro re, cui attribuitur, ſi illud eſt actu contrarię vel priuatiuæ, ſiue in virtute, ſiue in multitudine, ſiue in magnitudine, cognitione vlĩ põt à nobis cognoſci, non ãt
Cõm.11.et 13. cognitione particulari, hæc concluſio eſt Auer. hic. Et
Cõm. 19.
Cõm. 13. 3. de aĩa. vnde hic inquit & intendit ꝙ intells qui eſt finitus non põt cognoſcere infinitum ita ꝙ comprehendat illud in actu, hoc eſt rõne particulari, & nõ in potentia, hoc eſt rõne vniuerſali, & diximus in actu, quia vniuerſale comprehendit res infinitas, ſed in potentia, nõ in actu. Hæc Auer. Ex quibus patet infinitum ipſum ꝓ re ſumptum eſſe intelligibile ſub rõne vniuerſali, & inquit. Impoſe eſt.n.nos intelligere lineã infinitã, niſi qñ acceperimus eã finitam, & iterando eam infinities, ecce ꝙ vult ꝙ lineã infinitam intelligamus per quandã ſimilitudinẽ cum finita, ꝙ non põt eſſe niſi quatenus ambę conceptu vniuerſali cõcipiuntur, ſimiliter virtus infinita intelligi põt per rõnem vlẽm, quæ fit per additionem & replicationem virtutis finitę vt de linea dictum.
2. Concluſio. Amplius ſcđo dico ꝙ loquendo de infinito pro re, ſi loquimur de infinito in potẽtia, vel de infinito in duratione, quodlibet horũ põt cognoſci in vniuerſali & in particulari, per rõnem infiniti, quid noĩs, & quid rei. patet hæc cõcluſio. Primo de infinito in duratione, quia motum cœli, & motorẽ in particulari & vlĩ cognoſcimus, & quid noĩs & quid rei. Scđo patet de infinito in potentia, quia lapidẽ cognoſcimus, & quid noĩs & quid rei,
3. Concluſio. qui eſt infinitus poteſtate. Tertio dico ꝙ ſi loquimur de infinito pro rõne infiniti, non quidem quid rei, ſed quid noĩs quodlibet illorum põt cognoſci ſub rõne infiniti quid noĩs, vt infinita virtus põt cognoſci rõne qd noĩs, cui rõni nihil corrñdet in mente, niſi cõceptio, magnitudo, & multitudo, ſimiliter oĩa hæc cognoſci pñt rõnibus quid noĩs quibus nihil in mente corrñdet præter conceptiones ad quas conceptiones intells ducitur ſpẽ finiti, cuilibet illorũ oppoſiti, & hæc eſt de intẽtione Ariſt. 3. phy. vbi inqrit rõnem infiniti. Sed occurres,
Dubiũ optimũ. vtrum huic noĩ infinitum, rñdeat aliquid pręter rõnem in mente & videť ꝙ ſic: aliter eſſet nomen ſecundæ intẽtionis & ſic hæc prædicatio, motus eſt infinitus eſſet ꝑ accñs, quia termini accñtalis de termino per ſe ſignificatiuo. ſi vero rñdet aliquid præter rõnem in mẽte, tũc ſub illa rõne eſſet infinitum intelligibile, & ſic voluerũt quidam, dũ expoſuerunt ipſum infinitum eſſe per ſe intelligibile per rõnem infiniti, dici põt ꝙ illi noĩ infinitũ, in magnitudine, multitudine, virtute, in actu & cõtrariæ, & priuatiuæ, nihil corrñdet præter rõnem in mẽte, & non ſequiť illos terminos ſiue noĩa eſſe ſecundæ intentionis, quia mons aureus, & hippocentaurus, & id genus noĩa ſunt quibus nihil corrñdet præter conceptionem, & tamen ſunt termini primæ intentionis ₰m logicos, quia ſignificant rem, quæ eſt vel ac ſi eſſet. Illi nomini infinitum in potentia & in duratione, & id genus præter intentionem ſiue rationem mentalem correſpondet aliquid in re, & propterea hæc ſunt per ſe intelligibilia ₰m illam rõnem, & ſic poſſunt intelligi per rationẽ quid nominis & quid rei. Hæc de dilucidatio.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis: ad rationes. Ad primam logici riderent quia non ſequitur coriſcum cognoſco: coriſcus eſt criſpus, igitur cognoſco criſpum, bene.n.ſequitur, igitur criſpum cognoſco. Amplius negatur minor ₰m peripateticos, qm̃ Deus non eſt infinitus, licet ₰m veritatem Deus ſit infinitus virtute: & perfectione. Ad ſecundam per idem. Ad tertiam patuit ſolutio. Ad quartam dico ꝙ numerus eſt ſpẽs ſpecialiſsima, & variationes illę ſunt indiuidua: modo concedo ꝙ per rõnem vniuerſalẽ oĩa illa cognoſco, non autẽ per rationẽ particularẽ cognoſcendo quãlibet. Ad quintã patet ſolutio in defenſione Thomæ. Ad ſextam concedunt logici totum poſſe cognoſci, & infinitum poſſe cognoſci, non aũt poſſe cognoſci infinitum. Ad ſeptimam patuit ſolutio per dilucidationem. Hæc de quinta diſputatione ſatis.

FINIS SECVNDI LIBRI.

TERTII LIBRI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Tres Diſputationes diuiſa.

1 *Si Matematicus abſtrahit ab efficiente & fine.*
2 *Si genus prædicatur per ſe de differentijs.*
3 *Si idem numero nunc ſit in vniuerſo tempore.*

PRÆFATIO.

HACTENVS magnanime Comes Andrea Carapha, Ariſto. in lib. 2. de his quæ generatim veritati cõpetũt, determinauit, vbi quinque diſputationes tibi miſſas confecimus. At nunc Ariſt. ſpeciatim ad ea deſcendit, quæ huic deſignatæ ſcientiæ, quæ metaph. dicitur, conueniunt. Ante tamen quam rem aggrediatur, more boni meta. ac dialectici, omnia

omnia fere, quæ in hoc lib. pertractaturus eſt, proponit diſputatiue. Vbi has diſputationes confecimus, quas rurſus tibi recenſendas mittimus, quas rogo tuo conſultiſsimo ingenio recenſeas atq; recognoſcas, nã ſi illas à tuo ſpectatiſsimo conſultu commendatas perſenſero, ædere non dubitabo. Vale.

DISPVTATIO PRIMA
De abſtractione Mathematici.

Num Mathematicus abſtrahat à fine, & ab efficiente.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Rões Anta. VIDETVR ꝙ Mathematicus non abſtrahat ab efficiente & fine. Primo quia non abſtrahit à medio demonſtrationis, modo medium demonſtrationis eſt cã effectrix notitiæ concľonis, igitur non abſtrahit ab efficiẽte. minor probatur, quia. 1. Poſteř. dicitur ꝙ principia demonſtrationis ſunt cauſæ concluſionis at medium non põt eſſe cauſa materialis, quia non ingredit̃ concluſionem, nec põt eſſe cã finalis vel formalis vt patet, igit̃ effectrix duntaxat. Secundo ꝙ non abſtrahãt à fine arguitur, quia non abſtrahunt ab ente, igitur nec bono, ſed bonum habet rõnem finis, igitur nõ abſtrahunt à fine. Tertio mathematicus nõ abſtrahit à forma vt dicitur. 1. phy. igitur nec à materia, quia forma & materia ſunt relatiua. 2. phy. & 4. phy. Sed ſi non abſtrahit à forma nec à materia, non abſtrahit ab aliis cauſis. Quarto, vt dicitur. 2. Poſteř. & 2. phyſi. & 7. huius mathematicus non abſtrahit à materia intelligibili: ſed bene à materia ſenſibili. In oppoſitum eſt Ariſt. in tex. preſenti vbi probãdo ꝙ in ĩmobilibus nõ eſt finis, nec efficiens, probat per hoc quia mathematicæ non demõſtrant per finem, nec per effectricem cauſam, igitur mathematicus abſtrahit à fine & efficiente.

(Rões noſtræ. Cõm. 1. Cõm. 26. Cõm. 11.)

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Vnde mathematica dcã ſit. MATHEMATICA græce latine eſt diſciplina, verũ per excellentiã his ſciẽtiis conuenit, quę de quãtitatib' ſunt: vt de numeris, & de dimẽſionibus, quia vt Ariſt. dixit. 2. huius: ſunt ſcĩæ certiſsimæ, vnde. 1. Poſteř. dicit̃ ꝙ mathe. ſunt adeo certæ, ꝙ in illis cõmitti non põt paralogiſmus nec in dictione, nec extra dictionem, eo ꝗ medium ſcribitur in puluere, cuius æquiuocatio ſtatim per exemplum tollitur, & ideo per illarũ certitudinem per excellentiam nomen ſibi compararunt diſciplinæ, vt nulla alia dicatur diſciplina, niſi matheſis, quæ in his habetur. Secundo debes ſcire ꝙ duplex eſt abſtractio, altera intellectus agentis, altera intellectus poſ̃s: abſtractio intellectus agentis eſt illa quæ eſt ſpẽi à phantaſmatæ: & de hac loquitur Auer. 3. de aĩa forte, dum dicit intellectum agentem eſſe poſitũ vt abſtrahat intelligibilia, & faciat de potẽtia intelligibilibus actu intellecta, & de hac nõ intelligit qõ. Alia eſt abſtractio intell̃s poſ̃s, & hæc eſt duplex, quædam eſt cõpoſitiua, & hoc pacto intellectus poſsibilis ab ipſis ſingularibus propoſitionibus per dianoeam repreſentatis abſtrahit vl̃em propõnem: quæ eſt principium artis & doctrinæ, vt dicitur. 1. phy. & dictum eſt. 1. huius. Alia eſt abſtractio ſimplex: quæ eſt cõſideratio quædã ſimplex, & hæc eſt duplex. Alia quidem priuatiua: & hæc eſt cognitio alicuius prioris in aliquo ſigno, in quo non conſideratur ſuũ poſterius, & de hac habetur. 2. phy. dum dr̃ abſtrahentiũ non eſt mendacium. Alia eſt abſtractio poſitiua & hoc pacto intellectus abſtrahit vl̃e intentionale ab his ſingularibus conſiderando in illis ſimilitudinem, in qua conueniunt: & de hac loquitur Auer. 12. huius. Prima quidem abſtractio, quæ eſt ſyllogiſtica, non poteſt eſſe niſi à notis. Amplius & tertia quæ eſt poſitiua non poteſt eſſe niſi à notis. At ſecunda quæ eſt per negationem eſſe poteſt non à notis, poſſum. n. conſiderare aĩal abſtrahendo ipſum ab oĩbus inferioribus non conſiderando illa, quia hæc non eſt aliud quã conſiderare aĩal nullis poſterioribus conſideratis, & de hac intelligit diſputatio, eſt. n. ſenſus ſi mathematicus demonſtrando & cõſiderando abſtrahat ab efficiẽte & fine, hoc eſt cõſideret & demonſtret nulla ratione habita de fine & efficiente. Quid vero ſit efficiens, quidúe finis, ſuperius patuit, nunc ſupponamus. Hæc de titulo.

(Quæ abſtractio & quotuplex. Cõm. 5. & 18. — Cõm. 5. — Cõm. 4.)

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. QVIDAM de diſputatione dicunt duplex eſſe agẽs, duplicem quoq; finem, nam aliud eſt agens ſiue efficiẽs per motum, vt naturale, aliud ſine motu, vt Deus. Similiter dicunt finem duplicem eſſe, alius eſt qui motu attingitur, alius ſine motu: primus finis corrñdet primo agenti, ſecundus vero corrñdet ſecundo. Secundo accipiunt ꝙ finem reperiri in aliquibus eſt aut quia ipſum eſt finis, veluti in Deo reperit̃ finis, quia ipſe eſt omniũ finis, alio modo quia ordinatur in finẽ veluti in potione eſt ſinis, quia ordinatur in ſanitatem. Tunc de diſputatione dicunt primo ꝙ in mathematicis nullo modo reperitur ratio efficientis, quia nec per motum, nec ſine motu: & hoc pro tanto, quia mathematica vt talia non habent eſſe reale, ſed ſolum in mente. Secundo dicunt ꝙ in mathematicis non poteſt eſſe finis niſi quatenus ipſæ ad finem ordinãtur cõem, videlicet, ad primã cauſam. quæ eſt oĩum rerũ finis. Sed hæc poſitio nõ eſt conſona. Primo quia videtur ſecunda concluſio repugnãs primæ, nam ſi in mathematicis eſt finis vt ordinatur ad cõem finem, oportet ponere agens, quia finis ſignificat agẽs ſignificatione neceſſaria vt dicit̃. 2. cap. de ſubſtantia orbis. Amplius hic finis, qui eſt in mathematicis aut corrñdet efficienti primo modo, aut ſecundo modo, aut nec primo, nec ſecundo modo. ſi nec primo nec ſecũdo modo, adhuc dabitur aliquis alius finis præter eos quos enumerarunt, & nõ dederunt, & ita inſufficientes eſſent, ſi non correſpondet efficienti aliquo illorum quos vis modo, habebitur contra primam concluſionem, in qua negauit pœnitus efficiens. Tertio ſi mathematica habet finem, vel ille conſideratur à mathematico, vel non. ſi ſic, igitur per illum poſſet demonſtrare, contra Ariſtotelem in textu. Si vero ille finis non conſideratur à mathematico, tunc nõ recte dicitur mathematica habere finem, ſic. n. poſſemus dicere ꝙ habẽt materiam & oẽs cauſas quas non conſiderat mathematicus. Alij vt Auerro. in procemio libri phyſi. & Alexander velle videntur mathematicas ſcientias non habere finem: quia non faciunt ad fœlicitatem, ſiue copulationem intellectus agentis cum poſ̃i nec principaliter, nec diſpoſitiue, vt naturalis ſcĩa, & metaphyſica, & ꝑpea dicitur ibidem ipſas nõ eſſe enumeratas niſi ꝑp exercitiũ, vt videlicet intellectus ſeſe exerceat in abſtrahẽdo, ad hoc vt facilius habilitetur ad abſtrahendum ſimpl̃r abſtracta. Sed hæc ſol̃o eſt vera forte, ſed non ad literam: nam Ariſt. in textu velle videtur per finem cauſam, per quam in mathematicis poſſet demonſtrari vt patet per rationem quam inducit per Ariſtippum. Hæc de poſitionibus.

(Confutatio. — Põ Alex. & Auer. — Confutatio.)

CAPVT

CAPVT DILVCIDATIONVM QVARTVM.

Vt diximus mathematicum abſtrahere ab agente & à fine, eſt ipſum definire, & demonſtrare, nec per finem, nec per efficientem. Tunc dico iuxta poſitionem aliã Auer. 1. phy. quinque. Primũ eſt ꝙ mathe. abſtrahit ab omni genere cauſarum, hoc eſt non conſiderat aliquod genus cauſæ. probatur, quia quicquid conſiderat mathematicus eſt quantum, aut continuum aut diſcretum, quorum nullum vt conſideratur à mathematico poteſt eſſe cauſa. Secundo ratio cauſæ ſpectat ad metaphyſicum: igitur non ad mathematicum. Sed replicat iunior, quia mathematicus ſcit, igitur per cauſam, & quoniam illius eſt cauſa, non autem poteſt ſcire per cauſam, & quoniam illius eſt cauſa, niſi ſciat cãm, igitur conſiderat genus cauſæ. dico vt logici ꝙ cauſam ſcit, & qm̃ illius eſt cauſa ſit, non tñ ſcit cauſam, neque ſcit qm̃ illius eſt cauſa, vel dico mathematicum ſcire per id quod eſt cauſa, & qm̃ illius eſt cauſa, hoc eſt ꝑ aliquid quod eſt cauſa propria, tñ per habitum mathema. non ſcit illud medium eſſe cauſam, nec propriam, nec cõem, ſed per habitũ logice, vel meta. Secundũ eſt ꝙ mathema. nec per finem, nec per efficientem cauſam, nec per materiam demonſtrat probatur ex textu. Non enim demonſtrat mathe. vt naturalis facit, qui demonſtrat oculos exiſtere in capite vt melius videãt, nec hominem eſſe erectæ figuræ ꝑꝑ copiam caloris & ſpirituũ. prima. n. rõ eſt à fine. ſecunda ab efficiẽte, nec demonſtrat aliquid per materiã vt facit naturalis qui demonſtrat pilos eſſe in femore ex copia vaporum. Mathe. igitur nec per finem, nec per materiam, nec per efficiens demonſtrat. Tertiũ eſt mathe. demr̃at per formam duntaxat, declaratur, quia demr̃ationes mathe. ſunt potiſsimę, modo potiſsima demr̃atio eſt per genus cauſæ formalis vt dicit Them. Amplius nõ demr̃at niſi per definitionem, ſed definitio ipſa nihil aliud dicit quã rei formam. Quartum eſt ꝙ licet mathe. demonſtrat ꝑ formam, non tñ conſiderat formam, nec ſe per formã aut definitionem demonſtrare: nec ſe ſyllogizare, nec aliquid tale, & hoc vt mathe. deducitur quia conſiderare formam eſt metaph. conſiderare ſe demonſtrare ꝑ formam vel definitionem eſt actus reflexus, qui eſt logici, & ꝑpea ſi hæc mathe. conſiderat, non quo mathe. eſt conſiderat: ſed quo aut metaphyſicus, aut logicus. Sed occurres mathematicus demonſtrat per formam tm̃, aut demonſtrat per notum ſibi, aut per ignotum: non per ignotum, quia eſſet contra præcepta demonſtrationis: ſi per notum, igitur demonſtrando per formam, erit ſibi omnino nota forma. Dici poteſt ꝙ mathematicus demonſtrat per formam: & id quo demonſtrat eſt ſibi notum, non tñ inquantum forma, illud eſt ſibi notum. Logici vero dicerent formam eſſe mathematico notam, quia hoc eſt ſibi notum: & hoc eſt forma, igitur forma eſt mathematico nota: non tamẽ mathematico nota eſt forma, quia ſub ratione qua forma, & hæc ſolutio ſecundum rem eſt eadem ꝙ prima. Si igitur demonſtrat mathematicus per ſolam formam, quia per id ſolum quod eſt forma, non tñ eſt ſibi notum illud ſub rõne formæ. Pro mente textus ſit. 5. concluſio mathematicus abſtrahit à fine & ab efficiẽte in demonſtrando. patet, quia per nullum genus cauſæ demonſtrat niſi per formam, quæ tñ nõ ſibi ſub ratione formæ eſt nota. Animaduerte ꝙ nonnulli tenent mathematicos non conſiderare cauſam, nec per aliqđ genus cauſæ demonſtrare: ſed demõſtrationes eſſe per aliquod medium, quod meta. & logicus conſiderando repetit eſſe cauſam, verum tu conſidera. qm̃ nihil eſt in buſſulo. Hæc de dilucidatione.

Con. 1: 1. Concluſio. — *Secunda.* — *Tertia.* — *Quarta.* — *Dubitatio.* — *Solutio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ad primam iam viſum eſt, ꝑpea ad primam dico iuxta dilucidationem ꝙ licet mathe, conſiderat id qđ eſt medium demonſtrationis, non tñ vt mathe. conſiderat medium, vt medium nec medium vt cauſa, nec medium vt definitio. hæ. n. cõſiderationes alterius ſunt generis, quia ſufficit mathe. vt demr̃at per ſibi notum: licet non per ſibi notum ſub rõne alicuius cauſæ. Ad ſecundã ſimiliter dico ꝙ abſtrahit à fine in demonſtrãdo atq; conſiderando, nam licet res mathe. habeant finem, non tñ conſiderantur ab eo vt habet finem, vel agens, eſt. n. altioris negocij. Ad tertiam dico ꝙ mathe. non abſtrahit ab eo qđ eſt forma: vel definitio: tñ abſtrahit à forma, quia id per qđ demr̃at. non eſt ſibi notum, nec ſub rõne formæ nec ſub rõne definitionis, nec ſub rõne medij, abſtrahit aũt & à fine, & ab eo quod eſt finis, præterea & ab efficiente, & ab eo qđ eſt efficiens, quia non demonſtrat per id quod eſt finis, nec per finem, nec per id quod eſt efficiens, nec per efficiens. Ad quartã dico ꝙ mathe. non abſtrahit ab eo quod eſt materia intelligibilis, hoc eſt ſubiectum paſsionũ quia cõſiderat cõtinuum, de quo oẽs paſsiones demr̃t: tñ abſtrahit à materia intelligibili, quia nec illud cõſiderat quatenus intellectilis materia, nec ꝑ illud demõſtrat quatenus materia eſt intellectilis. Hæc de prima diſputa.

DISPVTATIO SECVNDA

De prædicatione generis de differentijs.

Num genus de differentijs per ſe prædicetur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Solet argui ꝙ ſic. Primo, rõnale per ſe eſt hõ, igitur rationale ꝑ ſe eſt animal, ab inferiori ad ſuperius. añs probatur per conuerſionem: nam homo per ſe eſt rationale, igitur per conuerſionem rationale per ſe eſt homo: vt. n. neceſſarium in neceſſarium cõuertitur: ſic per ſe in per ſe. Secundo expoſitoriæ arguitur hoc per ſe eſt aĩal demonſtrato hoĩe, vel Socr. hoc per ſe eſt rationale demonſtrato eodem, igitur rationale per ſe eſt aĩal. tenet ſyllogiſmus virtute expoſitionis. & etiam quia ſicut ex neceſſarijs nõ niſi neceſſarium, ita nec ex his quæ ſunt per ſe: ſequitur niſi quod eſt per ſe. Tertio rationalitas eſt aĩalitas, igitur rationale per ſe eſt aĩal. tenet enthymema per regulã. 7. huius. vbi dicitur tunc eſſe prædicationem per ſe qñ abſtractum de abſtracto prædicatur. añs probatur, quia rationalitas eſt humanitas vt patet, & humanitas eſt animalitas, igitur rationalitas erit animalitas. Quarto ſi genus prædicatur de differentia & non per ſe, ſed per accñs, ẽt per accñs prędicabitur de ſpẽ. tenet enthymema, quia qñ aliquid prædicaẽ de prædicato, prædicaẽ de ſubiecto: & eodẽ mõ, per regulam prioriſticam. Quinto enthymema hoc valet, rationale eſt homo, igitur rationale eſt aĩal, igitur eodem addito vtriq; valebit rõnale per ſe eſt hõ, igitur rationale per ſe eſt animal, regula eſt primi priorum, ꝙ rationale ſit per ſe homo, patet quia ponitur in ratione hoĩs, igitur homo prædicatur per ſe de rõnali ſaltem ſecundo modo. Sexto ſi rõnale eſt aĩal, ſed non per ſe, rationale erit ens, & non per ſe. tenet enthymema ꝑ eandem rõnem per quã probari ſolet rõnale non eſſe ꝑ ſe aĩal, quia in definitione hoĩs eſſet nugatio, quia ens ſemel

Rationes Aut. Prima.

ſemel includeretur in rõne aĩalis,& ſemel in ratione rationalis,igiť homo eſſet bis ens, aut oportet dicere ens nõ includi in ratione rationalis,& ſic habetur intentũ: hoc.n.modo probant iſti genus non prædicari de dr̃ia. Septimo rationale eſt per ſe ens, igitur aut ꝑ ſe ſubſtantia,aut per ſe accidens,non per ſe accidens, igitur per ſe ſubſtantia: vlterius eſt per ſe ſubſtãtia: igitur aut corporea,aut incorporea,ſi per ſe corporea:igitur per ſe corpus,ſi per ſe corpus: aut per ſe aĩatum, aut per ſe inanimatum, non per ſe inanimatum, igitur per ſe aĩatum, vlterius per ſe aĩatum, aut per ſe ſenſitiuum: aut per ſe inſenſitiuũ.ſi ꝑ ſe ſenſitiuũ,igitur per ſe aĩal,& ſic habeť propoſitum. Octauo ſi genus non per ſe de differentia prædicatur,tunc per accidens oportet vt prædiceť,quia omne quod prædicatur, aut per ſe aut per accidens neceſſe eſt prædicari, tunc ſi per accidens, aut quia accidens de ſubiecto, aut quia ſubiectum de acidẽte aut qa accidens de accidente vt.5.huius Ariſto. & Auer. declarant, ſed nullum horum eſt,igitur nõ prædicatur per accidens. In oppoſitum eſt Ariſto.& Auer.in hoc.3.vbi ſyllogiçat ſic. genus non prædicatur de differentiis, ens prædicatur de differẽtiis,igiť ens non eſt genus, in quo apparet genus non prędicari de differentijs. Secũdo & efficaciſsime, ſi genus prædicatur per ſe de differentijs, tunc differentia eſſet generis ſpẽs.deducitur, quia non videtur ꝙ magis homo ſit aĩalis ſpẽs, quã rationale, de vtriſq;.n.per ſe,& eodem perſeitatis modo prædicatur, igitur qua ratione eſt genus ad hominem, eadem rõne erit genus ad rationale,& cum omne genus oportet vt deſcendat in ſpẽs per dr̃ias,ſequitur aĩal deſcendere in rõnale per dr̃ias,quæ non videntur, nam eodem modo quæreret de illis,& hæc rõ videtur pro mẽte Ariſt.cũ.n. ens prædicetur æqualiter de oĩbus ꝑpea voluit ipſum non eſſe genus,& ita per contrarium genus erit, quod non æqualiter de omnibus ſub eo cõtentis prędicatur, ſed de ſpecie per ſe de differentijs per accidens.

Cõm.23. *Cõm.10.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

LICET genus & differentia in præſenti diſputatione audiri poſsit pro ſecũdis intellectis, de quibus eſt logicus,tñ in propoſito pro primis intellectis audiendæ ſunt,genus quidẽ pro eo vł̃i quod de pluribus differentibus ſpẽ eſt prædicabile in eo quod quid. Differẽtia vero pro eo vł̃i quo ſpẽs abundat a genere, quodq; eſt de pluribus in quale prædicabile.Secũdo aĩaduerſione dignumq; aliud eſt prædicari,aliud enuntiari, põt.n.idẽ de ſeipſo enũtiari,hæc.n. eſt vera enuntiatio, homo eſt homo,non tñ eſt ꝓdicatio,oĩs.n.enũciatio ex noĩe conſtat & verbo,at propõ ex prædicato & ſubiecto.Eſt.n. ſubiectum aut id de quo aliud dicitur, aut id cui aliud ineſt,homo quidẽ.n.ſubiectũ eſt,quia de eo dicitur aĩal aut qa ſubiicitur albo, ꝓdicatũ vero aut qđ dicitur de alio,aut quod alteri ineſt,nihil aũt de ſe dicitur: non.n. in illa.homo eſt homo eſt aliquid,qđ determinatæ ꝓdicatur,nec determinatæ ſubiiciať,aut ſibi ſubiicitur, ꝑp quod dr̃ enuntiatio vera ab eo qđ res eſt vel nõ eſt, vt dr̃ in prædicamẽtis,propoſitio aũt vera ab eo qđ ꝓdicatũ cõpetit ſubto pro aliquo vel pro aliquibus.Tertio debes ſcire ꝙ ꝓdicari ꝑ ſe põt multifariam dici. Primo qñ id quod eſt naturale ſubiectũ ſubiiciť, & id qđ eſt naturale ꝓdicatũ ꝓdicatur, & hoc pacto.1.poſte. diciť. hanc eſſe ꝑ ſe ꝓdicationẽ lignũ eſt albũ, hãc etiã hõ eſt aĩal,eo qa in vtriſq; qđ eſt naturale ſubiectũ ſubiiciť,& qđ eſt naturale ꝓdicatũ,prædicať,qua rõne hæc erit ꝑ accñs & innaturalis,albũ eſt lignũ,aĩal eſt hõ, qa id qđ eſt nãle ꝓdicatum ſubiicitur, & id quod eſt nãle ſubm prædicatur. Scđo dr̃ prædicatio per ſe quoties ꝓdicatũ eſt in rõne dicẽte quid eſt ſubiecti, & hoc poniť primũ ſignificatũ per ſe in.1.poſt.vt aĩal & rõnale de hoĩe hoc pacto per ſe ꝓdicatur. Tertio dr̃ ꝓdicatio per ſe quoties ecõtra ſubm eſt in rõne ꝓdicati, vt naſus eſt ſymmus, numerus eſt par vel impar, hõ eſt diſciplinæ capax, & id genus,& hoc eſt ſignificatũ verbi per ſe ſm vt patet etiã.1.poſt.Quarto dr̃ ꝓdicatio ꝑ ſe quotiens prædicatũ ineſt ſubto ſine ſubto medio vt.5.meta.diciť ſupficies eſt per ſe alba,& corpus per accñs,quia per mediũ, qđ eſt ſuperficies. Quinto dr̃ prędicatio per ſe quotiens eſt talis ſine cã quod eſt dicere quoties eſt tale per ſuã nãm, quo ſenſu diceremus hoĩem eſſe per ſe hoĩem, quia eſt talis ſine cã. Sexto ꝓdicatio dr̃ quoties prædicatũ ineſt ſoli ſubto,& ſeparatim,& hoc pacto ridere prædicatur per ſe de hoĩe,qa ſolus hõ ridet,oĩbus.n.his modis ꝓdicatio per ſe dici põt,vt partim.1.poſt.partim.5.huius colligi poteſt. Hæc de titulo dicta ſufficiant.

Quot modis prædicari ꝑ ſe.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

HAC in diſputatione ſoluũt quidam ſine diſtõne, & dicunt ꝙ genus non prædicatur per ſe de dr̃ia: & ꝑpea hæc nõ eſt per ſe rõnale eſt aĩal,& id genus, probãt hãc rõne Auicen.5.ſuæ meta.hoc pacto materiale eſt extra rõnem formalis,genus dicit cõceptũ materialẽ, dr̃ia cõceptũ formalem, igiť genus nõ ꝓdicatur per ſe de dr̃ia. Alij probant idem ſic,genus nõ eſt de rõne differentię, igitur non ꝓdicatur per ſe de dr̃ia.antecedens accipitur 4.Topi. Vbi dr̃ ꝙ genus nõ ponitur in definitione differentiæ. Secundo arguũt quia ſi genus prædicareť per ſe de dr̃ia,tunc eſſet nugatio dicere, hõ eſt aĩal rõnale, vel vnus hõ eſſet duo aĩalia,vt probat Ariſt.4.topi. nã aut aĩal incluſum in rationali quidditatiue eſt idẽ aĩal, quod includitur in aĩali,aut aliud.ſi idem, igitur nugatio.ſi aliud,tunc idẽ hõ eſt duo aĩalia,vel bis aĩal.Tertio arguunt, primo diuerſa in nullo conueniunt, ſed dr̃iæ diuiſiue generis ſunt primo diuerſæ in genere,igiť non conueniunt in gñe,& ita genus non põt per ſe de differentiis ꝓdicari.minor patet, quia genus per dr̃ias ĩmediate deſcendit:igitur illæ in ſuo genere ſunt primo diuerſæ.Quarto oẽ cõtrahibile & potentiale eſt extra rõnem contrahentis,& actualis,ſed genus eſt cõtrahibile & potentiale,dr̃ia eſt contrahens & actuale, igiť genus eſt extra rõnẽ dr̃ię,& ita nõ põt prædicari per ſe de dr̃ia. Sed cõtra hãc põnẽ obiicit Ioã.multifariã primo genus importat eandem formã cũ dr̃ia,igitur prædicať de illa ſm eandem formam,& ſi prædicatur de illo ſm eandẽ formã:igitur de illa prædicabitur formalr̃, & ſi de illa prædicatur formaliter, igitur per ſe. Scđo per Boet.oẽ diuiſum prædicatur per ſe de diuidẽtibus,quia diuiſum nõ eſt aliud q̃ ipſa diuidẽtia, ſed genus diuidiť per dr̃ias vt dr̃ in lib.Porph.igitur genus prędicať per ſe de dr̃iis. Tertio quod eſt aliquid per ſuã formam, eſt illud per ſe,ſed rõnale eſt aĩal per ſuam formã,igitur eſt aĩal per ſe.maior habetur.5.meta.hęc rõ parum differt à prima. Propter hæc Ioan.tenet aliter & diſtinguit, & dicit ꝙ genus vno mõ põt ſumi pro forma gñali, & hoc modo aĩal non eſt aliud q̃ forma aĩalis.alio modo ꝓ compoſito ex forma generali & forma ſpecifica ſumpto, tñ ſub rõne formę gñalis,& hoc mõ aĩal eſt compoſitũ ex for̃a generali,& ſpecifica,ſed ſub forma aĩalis ſumptũ.Eodẽ mõ dr̃ia ſumi põt.vno nãq; modo pro forma ſpecifica vt rõnale pro aĩa rõnali alio modo ꝓ aggregato ex forma gñali & ſpecifica, ſumpto tñ ſub rõne for̃æ ſpecificę.

Rationes aliorum 1.

Obiectio Ioan.

Commen.13. Poſitio Ioan.

Tunc

Tunc Ioan.dicit quædam quorum primum eſt ꝙ ſumẽdo differentiam & genus pro formis ſimplicibus: hoc modo genus nõ prædicatur per ſe de dñis, & hoc probant rõnes oppoſitæ. Secundo dicit ꝙ ſumẽdo genus & differentiam pro aggregatis; ſic genus per ſe prædicatur de dña, quia hoc pacto ſumendo rõnale eſt per ſe aĩal, quia eſt aĩal per ſuam formam, igitur per ſe. Tertio dicit Ioã. ꝙ genus nõ prædicaẽ per ſe primo, mõ vel ſecundo modo per ſe, loquendo de his vt loquiẽ Ariſt.1. Poſter.ſed loquendo de his vt loquitur Ariſto.5.huius pro eo, videlicet, qđ prędicatur de aliquo ſine cã media quo ſenſu diximus hoĩem eſſe per ſe hoĩem. Niſi quis velit oẽ illud eſſe per ſe in primo vel ſecundo mõ vt loquitur in.1.Poſt.quod reducitur ad illa prædicata illorũ modorũ, modo hæc prædicatio rõnale eſt aĩal eſſet per ſe primo modo reductiue, qa eſt eſſentialis. Hæc Ioan.

Confutatio. Sed hæc põ videtur peccare in fundamento. Primo qa credit in vno cõpoſito eſſe tot formas, quot ſunt prædicata per ſe: modo hoc non eſt certum, imo famoſior eſt põ oppoſita, ideo non debuit per incerta determinare.

Com.17. Secundo quia ẽm Auer.quẽ tantopere magnificat, nullum vr̃e põt eſſe cõpoſitum, quia vt recitauimus.1.huius ex intentione eius in pluribus locis: maxime in hoc prĩo vl̃a ſunt formę, aĩal.n.nihil aliud eſt q̃ aĩalis forma, vt album nihil aliud q̃ albedo, & hõ nihil aliud q̃ hoĩs forma.

Com.21. 7.huius, veluti nigrum nihil aliud q̃ nigredo, igitur nullum compoſitum põt eſſe genus nec dña, oẽ.n.cõpoſitum habet formam, & oẽ tale eſt indiuiduum ẽm Auer.& hoc modo illa diſtinctio eſt falſa ẽm doctrinã ſui principis. hæc.n.ſunt certiſsima apud Auerro. Hęc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

1.Suppoſitio. PRO dilucidatione debes ſcire. Primo ꝙ rationale & quæuis dña non differt à rationalitate, ſiue aĩa rõnali quantum ad rem, ſimiliter nec aĩal & aĩalitas. ſiue aĩalis forma, eſt.n.idem forma partis & totius apud Auer.7. huius, differunt vero ſolum, quia rõnale ſumitur per modum totius, & aĩal per modum totius, & propterea poſſunt vere prædicari de ſubiectis vt de hoĩe, de Soc. & id genus, rõnalitas vero & aĩalitas quia ſumũtur per modum partis de nullo prædicantur niſi de ſeipſis, vt dicit Auic.eſt.n.æquinitas tm̃ ipſa.

2.Suppoſitio. Secũdo debes ſcire ꝙ ſiue dentur plures formę in vno cõpoſito, ſiue non aĩal & rationale ſunt diuerſa prædicata. Si.n.dantur plures formæ, erunt diuerſa p̃dicata ſumpta à diuerſis formis. ſi aũt non ſunt plures formæ, erunt diuerſa prædicata ſumpta à diuerſis rõnibus concipiẽdi aliquid ſub eadẽ forma, cum.n.vna ſit anima quæ ſit vegetabilis, ſenſibilis, & rõnabilis, aĩa rõnalis põt concipi ſub diuerſis rationibus, vt.n.concipitur quatenus eſt principium ſenſus & motus, reponit hoĩem indiuiduũ in genere aĩalis vt conſideratur quatenus eſt principium nutritionis & gñationis iſto modo reponit Soc.in genere viuentis. ſi autem conſideratur vt eſt principium intelligendi, reponit ipſum in ſpecie, quare ſiue ſint diuerſæ formæ, ſiue vna, ratio differentiæ: videlicet rõnalitas & rõ generis erunt ſemper diuerſæ.

3.Suppoſitio. Tertio debes ſcire ꝙ licet nõ deẽ compoſitum ſpecificum præter ſingularia compoſita ẽm Auer.bene tñ poteſt concipi compoſitum ſub rõne ſpecifica, cui conceptioni nihil correſpondet in re pręter ſingularia, at genus & differentia poſſunt cõibus rationibus concipi, conceptione, cui correſpõdet aliqđ præter ſingularia, quia ſibi correſpondet forma, quæ eſt res præter ſingulare quæ forma eſt vr̃e poteſtate ẽm Auerroem. His acceptis, dico primo ꝙ ſumendo genus & differentiam per modum partis, nullo modo genus de differẽtia pręedicatur, patuit quia ſic ſumendo genus non niſi de ipſo prædicatur. 1.concluſio.

2.concluſio. Secunda concluſio ſumendo genus & dñam per modum totius, genus non p̃dicatur de dña per ſe primo modo, nec per ſe ſecũdo modo, vt loquitur Ariſt.1.poſte.nec ꝑ ſe pro eo quod competit ſoli vt loquiẽ.5.huius, nec econtra, differẽtia de genere vllo horum modorum, hæc cõcluſio patuit, quia genus non poniẽ in rõne dñæ, nec econtra differentia in ratione generis. Amplius nec in ſecundo mõ genus de dña, quia differentia non ponitur in definitione generis & per idem nec econtra, præterea nec genus p̃dicatur de dña ſola, nec differentia de ſolo genere, & ſic patet concluſio.

3.concluſio. Tertia concluſio genus prædicaẽ ꝑ ſe de dña ſumendo per ſe prædicari pro eo quod naturali p̃dicatione p̃dicaẽ, & etiã per ſe pro eo qđ ſine ſubiecto medio p̃dicaẽ, præterea & ꝑ ſe etiã pro eo quod prædicaẽ ſine cã media, hæc patet, qa genus eſt in plus q̃ dña: igiẽ põt eſſe naturale prædicatũ ad illã. Amplius genus eſt dñæ immediatum prædicatũ, & dña generi immediatum ſubiectũ, igiẽ põt pręedicari de illa prædicatione immediata. Tertio etiam prædicatur per ſe qa per naturam, & ſine cauſa media, nã rationale eſt aĩal ꝑ naturam, atq; per eius formam, quia vna eſt forma animalis & rõnalis.

4.concluſio. Quarta concluſio differentia põt, prædicari de genere per ſe, pro eo quod non per ſubm medium prædicaẽ, & pro eo qđ ſine cauſa media prædicaẽ non tñ pro eo qđ eſt naturale prædicatũ. patet hæc ex dictis, aĩal enim eſt rationale, non per cauſam mediam nec per aliud q̃ per naturã rationalis, quia tñ aĩal eſt in plus q̃ rationale, hac ratione prædicatio eſt per accidẽs prout diſtinguitur contra naturalẽ. Amplius cũ prædicatur de animali, ſine ſubiecto medio prędicatur.

5.concluſio. Quinta concluſio ſpecies non prædicatur ꝑ ſe de differẽtia, primo modo vt loquitur Ariſt.1.poſter.ſed bene ſecundo modo, & pro eo quod competit ſoli, præterea ꝑ eo quod competit ſine medio ſubiecto. Amplius pro eo quod competit ſine cauſa media per naturã, non tñ pro eo qđ prędicatur naturali prædicatione patet hæc concluſio: quia ſpẽs nõ ponitur in illius definitione. Secundo prædicatur ſecundo modo quia differentia ponitur in ratione ſpeciei, præterea competit ſoli, quia conuerſim maxime de differentia vltima. Amplius ſine ſubiecto medio, qa hæc eſt immediata, rationale eſt homo, etiam ſine cauſa media per naturam, quia rationale ꝑ ſuam formam eſt homo, ſed quia homo eſt naturale ſubiectum differentiæ, quia differentia videtur ſe habere per modum qualis, ideo non prædicaẽ naturali prædicatione de dña.

6.concluſio. Sexta cõcluſio dña prædicaẽ primo modo dicendi ꝑ ſe de ſpẽ prædicatione naturali. prædicatione ẽm ſolũ, immediata, ꝑ naturã, & ſine cauſa media, non tñ ſecundo modo, prædicaẽ quidẽ naturali prędicatione, quia dña eſt naturale prędicatum & homo naturale ſubiectũ, quia dña ineſt ſibi vt quale, prædicatione primo modo quia ineſt in rõne dicente quid eſt, prædicatione dicente de ipſa ſola: quia cum illa conuertiẽ: prædicatione immediata hoc eſt ſine ſubiecto medio, quia primum & mediatũ ſubiectũ dñæ eſt ipſa ſpecies, ſine cauſa media, quia nulla eſt forma vel cauſa media, qua de illa prædicatur. Quod autem non prædicetur de ſpecie ſecundo modo dicendi per ſe, vt loquitur.1.poſt.patet, quia ſpecies non ponitur in ratione differẽtiæ. Ex his ſequitur concluſio pro mẽte Ariſt.

ꝙ loquendo de prædicatione dicente quid eſt. nec genus: nec ſpés de differẽtia prędicatur ꝑ ſe. Et hoc volũt quidam dicere: quum dicunt genus eſſe extra eſſentiã differentiæ: amplius genus non eſſe de rõne formali illius: rurſus ꝙ genus & dfia non ſunt idem formaliter. Si enim per hæc intelligunt ꝙ genus non per ſe prædicat̃ de differentia prædicatione dicente quid eſt, vt eſt primus modus dicẽdi per ſe. 1. poſte. poſitus, recte ſentiũt. Sin aliter velint, eorum pō non eſt peripatetica, hoc ét expoſitor intelligit in textu: & oés alij. Ex his ſequitur ꝙ genus ꝑdicatur de dfia per accñs, ſumendo ꝑ accñs vt ſumitur poſteriorũ primo, pro eo quod prędicat̃ naturaliter hoc eſt nec per ſe primo mõ, nec ſcd̃o modo. Non tñ per accñs vt ſumitur. 5. huius, ꝑ eo quod vel eſt ſubiectũ de accñte, vel accñs de ſubiecto: vel accñs de accñte. Hæc ſunt peripateticæ dicta. Patet ét q̃bus modis per ſe genus de dfia prædicat̃: nam prædicat̃ per ſe prędicatione naturali, per ſe, quia non per ſubm mediũ, per ſe, quia non per cãm mediam, ſed per formã & naturam dfiæ, non aũt per ſe, prędicatione dicente de ſola dfia. Patet. 3. de dfia prædicat̃ per ſe de genere prædicatione quia non ꝑ ſubiectũ mediũ per ſe, quia non per cãm mediam, non tñ per ſe, quia de ſolo genere, nec per ſe ꝑdicatione naturali, nec per ſe in rõne dicente q̃d eſt ſubiectũ, nec per ſe in rõne dicente quid eſt prædicatũ. Quarto patet ſpẽm prædicari per ſe de dfia, ꝑ ſe, q̃a ſine medio ſubiecto: per ſe, quia ſine cã media, per ſe, q̃a de ſola dfia, non aũt per ſe in rõne dicente quid eſt, ſed bene per ſe ſcd̃o modo dicendi per ſe primo poſterio. dicto, nec per ſe prædicatione naturali. Vltimo patet differentiam prædicari omnibus modis per ſe de ſpẽ, pręter per ſe ſecundo modo dicendi per ſe in lib. poſte. enumerato, nam de illa prædicatur per ſe in rõne dicẽte quid eſt, per ſe, quia ſine ſubiecto medio, per ſe, quia ſine cauſa media, per ſe, quia de illa ſola per ſe, quia naturali prædicatione. Hæc de dilucidatione.

Excerptum.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His viſis nunc ad rõnes rñdendum eſt. Ad primã ſoluunt quidã, ſed quia eorum ſolutio eſt in lib. primo confutata, propterea dico aliter, & nego cõſequentiã, quia licet homo ſit per ſe rõnalis, non debet conuerti ꝙ rationale ſit per ſe homo. cauſa aũt eſt, quia regulæ conuerſionum debẽt intelligi ſolum in propõnibus de ineſſe, & de neceſſario ineſſe, non aũt de his quæ ſunt ꝑ ſe, aut de his quæ ſunt per accñs. cauſa aũt eſt, quia neceſſariũ non variat ineſſe, ipſum aũt per ſe & per accñs variant ipſum ineſſe, & tu lege librum priorum. Ad ſecundam rñdent quidam ſuo modo, ego aũt magis ad vim rõnis dico ꝙ in ſyllogiſmo expoſitorio medium debet eſſe hoc aliquid, hoc eſt ſimpliciter idem, & eodẽ modo, quod quidem nõ eſt in propoſito, nam hoc demonſtrando Socr. eſt aĩal per ſe, & hoc demonſtrando idem eſt rõnale per ſe: nõ tñ eodem modo ſimpliciter, quia Socr. eſt aĩal per ſe, vt aĩal eſt quid potentiale, eſt aũt per ſe rationale vt rõnale: eſt quid actuale: & hoc modo non ſeruatur ſimpliciter identitas. Vel dici põt ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius non habet locũ niſi in propõnibus de ineſſe, & de neceſſario ineſſe, in alijs vero tenet per accñs gratia materiæ. Ad tertiam dico ꝙ illa eſt falſa, rationalitas eſt animalitas, & illa, humanitas eſt rationalitas, & illa humanitas eſt rationalitas, & qñ dicit Ariſt. in. 7. huius ꝙ qñ eſt prædicatio per ſe, tunc valet à concretis ad abſtracta, dico ꝙ loquitur in accidentibus: non aũt in ſubſtantijs. Alij vero aliã ſolutionem fingunt, quæ eſt ſm eorum opinionem. Ad quartam patet ſolutio ex dilucidatione. Ad quintam dico ꝙ regula. Ariſt. intelligitur eodem addito vtrobiq;, quod nec minuit, nec priuet, nec variet eſſentialiter, modo ꝑ ſe additum antecedenti variat ipſum de ſpecie in ſpẽm. Ad ſextam dico ꝙ aĩal eſt ens per ſe: & rõnale eſt ens ꝑ ſe, quia ens prædicatur per ſe de quolibet, vt dicitur in textu, & conceditur ꝙ in vtroq; formaliter ens includitur, non autem eſt nugatio, requiritur. n. ad nugationẽ ꝙ bis idem repetatur, per ſe & immediate: quod nõ eſt in propoſito, ens. n. repetitur bis formaliter, nõ autem immediate, ſed per aĩal, & per rationale, & hoc pacto vt contrahitur per aĩal extra rõnem eſt rationalis, & hoc modo non bis repetitur primo & immediate, hoc autem ideo eſt, quia ens aĩal eſt extra eſſentiam entis rationalis, non autem ens extra eſſentiam entis. Ad ſeptimam dico ꝙ rationale eſt per ſe ens, vt ipſum ens ſupponit ſimpliciter, non autem vt ſupponit pro ſubſtantia vel pro accidente. Vel dici põt ꝙ ens nõ ſolum prædicatur per ſe de generibus ſed de differentijs; & hoc modo poſſet dici ꝙ rationale eſt, nec vt ſumitur pro ſubſtantia, nec vt ſumitur pro accidente ſed vt ſumitur pro differentijs ſubſtantiæ, & ſic tollitur diuiſio. Ad vltimam patet ſolutio in dilucidatione. Sed ꝑꝑ ea quæ quidam hic dicunt, dubitarent iuniores ꝑꝑ quàm cãm ex propoſitionibus veris, non ſequitur concluſio niſi vera, & ex neceſſarijs non niſi neceſſaria, & ex propoſitionibus per ſe non ſequitur ſemper concluſio per ſe, ad hoc problema rñdet Ariſt. 2. prio. quia videlicet añs quod eſt aggregatum ex propoſitionibus non põt eſſe verum, quin ét & conſequens ſit verum, contra aũt cõſequens eſſe põt verum, & añs falſum, huius aũt rei cauſa eſt, quia conſequens ſeſe habet vt ſuperius ad añs, & ꝑpea Ariſt. in lib. prio. 1. cap. de medij inuentione prædicatũ appellat conſequens: ſubiectũ añs, eo quia prædicatum proprie eſt ſemper ſuperius ad ſubiectũ, licet gratia materiæ interdum conuertatur cum ſubiecto: & per idem non põt añs eſſe neceſſarium, quin conſequẽs ſit neceſſarium, quia vbi añs ſit neceſſarium, & conſequens contingens, cum contingens ſit, quod põt nõ eſſe: põt añs eſſe verum & neceſſarium conſequente nõ exiſtente: omne. n. contingens põt non eſſe: ex per ſe autem põt ſequi per accidens. Cauſa eſt quia licet conſequẽs ſit per accidens, tñ eſt verum & neceſſarium, qd enim eſt per accñs, poteſt eſſe neceſſarium, & hac rõne antecedens põt eſſe per ſe, abſq; eo quod conſequens ſit per ſe, non tñ verum vel neceſſariũ ſine veritate neceſſitateúe conſequens: hæc poteſt eſſe cauſa problematis: de hoc problemate quære in primo lib. diſputatione. 8. in cap. 5. circa finem. Secundum problema eſt quid eſt abſtractum in accidentibus, videtur. n. ꝙ non poſſit eſſe abſtractio à ſubiecto, qm̃ habitudo ad ſubiectum actualis eſt de eſſentia accidentis: vel ipſummet accidens, igitur non põt abſtrahi à ſubiecto: quidã multiplicant abſtractiones, volunt. n. ꝙ concretum ſit multiplex: aliud ad ſubiectũ, aliud ad ſuppoſitũ, aliud ad fundamentum, abſtractum ét triplex, à ſubiecto, à ſuppoſitis, à fundamento, in ſubſtantijs quidem concedunt vnum concretum, vnumúe abſtractum illi concreto correſpondens, concretum eſt homo: quia ſuppoſita concernit: abſtractum humanitas: quę eſt tm̃ ipſa. In accidentibus abſolutis concedunt duplex cõcretum & duplex abſtractum. concretum ad ſubiectum, album, abſtractum à ſubiecto, albedo, concretum ad ſuppoſita,

Primum problema quare ex veris nõ niſi verũ ex per ſe aut non per ſe.

Scdm problema de abſtractis accidentibus.

ſuppoſita,albedo,abſtractũ à ſuppoſitis,albedinitas. In relatiuis concedunt triplex concretum : triplex quoq; abſtractum , concretum ad ſubiectum pater, abſtractum à ſubiecto, paternitas, concretum ad ſuppoſita paternitas abſtractum à ſuppoſitis:patrinitas, concretum ad fundamentum,patrinitas,abſtractum à fundamento quidditas patrinitatis. Vel ſic cõcretum ad oĩa pater eſt,abſtractum à ſubiecto paternitas:à fundamento vt patrinitas ,à ſuppoſitis vt patrinitatis quidditas, ſunt enim noĩa ad placitũ.cauſa aũt eſt, q̃a omne prius põt abſtrahi à poſteriori:modo in ſubſtãtia prior eſt natura quam ſuppoſita,ideo poteſt in ſubſtantia eſſe concretum & abſtractum ad ſuppoſita. Amplius prius eſt accidẽs ad ſe quam ad ſubiectũ apud eos, & prius natura accidentis quam ſuppoſita, ideo in abſolutis eſt duplex abſtractum & duplex concretum : à ſubiecto & à ſuppoſitis,in reſpectiuis aũt prius eſt relatio quã habitudo ad fundamentum, ideo in relatiuis fecerunt tres abſtractiones,iuxta tres concretiones.Sed contra hanc poſitionem inſtabimus. in.7.vbi ẜm opinionem peripateticorum declarabimus ꝙ actualis habitudo accidentis ad ſubiectum eſt aut ipſummet accidens, aut de ratione eius, & ideo nulla poteſt eſſe abſtractio,& propterea apud peripateticos non differunt album & albedo,nec pater & paternitas,nec aquilũ,& aquilitas,ſicut apud eos idem eſt homo,& forma hoĩs, idem aĩal & aĩalitas,ſiue forma animalis, quia idẽ eſt forma totius, Com.36. & forma partis apud eos:vt dicit Auer.7.huius,ſola autem hæc eſt drĩa quia concretũ videtur concernere certum ſubiectũ & ſtabilitũ vt albũ niuẽ vel cygnũ, nigrũ aũt coruum,aut æthiopẽ, aut carbonẽ, abſtractũ vero concernit ſubiectũ indeterminatæ vt albedo ſubſtantiam,nõ autem magis hanc vel illam:nigredo ſimiliter, propter quod apud Ariſtotelem omne accidẽs connotat ſubiectũ,quia aut proprium aut cõe,ſi propriũ quidem fuerit,ſubiectũ proprium connotat, ſi cõe ſit, cõe eſt tñ hæc drĩa ꝙ abſtractum connotat ſubiectũ in obliquo,cõcretũ in recto.cauſa eſt, quia abſtractũ cõnotat ſubiectũ vt terminũ habitudinis, concretũ vt ſubiectũ habitudinis, verum de his dicemus in.7.huius diſputatione prima,quia licet hæc ſint ẜm opinionẽ peripateticorum dicenda:ẜm veritatem eſt aliter ſentiendum, vt in libro illo dicemus. Hæc de ſecunda diſputatione.

DISPVTATIO TERTIA
De Identitate & diuerſitate ipſius nunc in tempore.

Num ſit idem nunc in vniuerſo tempore.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

DE hac diſputatione diligenter dictum eſt in lib. 4.phyſicæ auſculta.propterea quædã raptim dicemus,vt exteris ſatisfactũ ſit.Qđ vnũ ſit nunc in toto tempore arguitur. Primo ipſum nũc nõ poteſt corrumpi,igitur vnum eſt nũc æternũ. antecedens patet,quia ſi corrũpitur vel in nunc,vel in tempore, nõ in nunc,quia nihil corrupitur in ſeipſo, nec in tẽpore, igi Tex.com.104. tur non poteſt corrũpi.Secundo Ariſt.4.phyſi.expreſſe tenet ꝙ idem ſit nunc in tempore toto.In contrariũ arguitur, quia tunc omnia eſſent ſimul.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

IDEM vt ſumitur topicorum primo capite quinto trifariã dicitur,aut numero,aut ſpecie, aut genere. Numero quidem eadem dicũtur, quorum noĩa plura, res aũt vna, eſt vt tunica & veſtis.Specie vero eadem ſunt, quæ cum ſint plura,indifferẽtia tñ ẜm ſpeciem ſunt, vt homo homini,& equus equo. Genere autẽ quæcunq; ſub eodem genere ſunt vt equus homini, in propoſito quærimus ſi idem numero ſit nunc in toto tempore, quod quidem dicitur ab Ariſtotele idem ẜm ſubſtantiam.Tempus autem eſt primi mobilis motus,aut illius aliquid vt.4.phyſi.eſt dictum, motus.n.cœli abſolutæ motus eſt,vt vero menſura cæterorũ motuum tẽpus dicitur.Et hac ratione tempus vnum numero eſt: veluti & motus primi mobilis vnus eſt. Nunc quod græcè νῦν latine eſt tum momentum, tum apud ineptos inſtans,quod quidem id eſt,quod partem tẽporis præteritam cum futura copulat.Vlterius debes ſcire ꝙ vnum eſſe in nunc in oĩbus temporibus,quę ſimul ſunt,nemo dubitat,quia oẽs dicũt plura eſſe tempora vulgaria, vt ſunt motus horologiorum, cum motus alicuius poſſit eſſe ipſius alterius,ſed qđ quærit ſi in vnoquoq; tp̃e ipſum nũc ſit idẽ in toto illo,vt in tẽpore mẽſurante motum tortucæ nunc ſit idem in toto illo. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione recitatur poſitio expoſitorum ab aliquibus,ſatis leuiter & ſuccinctæ, qm̃ eam non recitant vt veritatis inuẽtores,ſed vt cõtradictores, eſt igĩ hæc põ ꝙ idem ſit nunc ẜm ſubãm in toto tp̃e, ẜm eſſe vero,cõtinuo aliud atq; aliud. Hæc breuiter. Ratio poſitionis eſt quia ſubſtantia ipſius nũc corrñdet ſubſtantiæ ipſius mobilis,variatio vero ipſius nũc ẜm eſſe correſpondet variationi ipſius motus, igitur cum mobile ſit idem ẜm ſubſtantiã,nũc ipſum erit idem ẜm ſubſtantiam,at cum motus ſit alius & alius,ipſum nunc ẜm eſſe erit aliud atq; aliud.Sed obijciunt. Primo quia vt ar- Obiectiones. guit Ariſt.tunc quæ fuerunt in milleſimo anno eſſent nunc.deducitur,quia ſemel eſſe dicuntur,quæcunq; in eodem nũc indiuiſibili ſunt, nec valet dicere ꝙ oĩa eſſent ſimul.ſi eſſent in eodem nunc ẜm rõnem, ſed quia ſunt in eodem nũc realiter, non oportet illa eſſe ſimul, primo quia tunc oĩa eſſent ſimul realiter deducitur, q̃a eodem modo aliqua dicunĩ eſſe ſimul, qũo ſunt in eodem nunc,igitur ſi omnia eſſent in eodem nunc realiter omnia eſſent ſimul realiter. Secundo principaliter arguitur ipſa nunc ſunt termini temporis,igitur ſunt diuerſa ẜm eſſe & ſubſtantiã,tenet argumentum, quia cuiuslibet continui termini ſunt diuerſi & diſtincti. Tertio accipio ipſum nũc quod eſt indiuiſibile ẜm ſubſtantiam,cum ſit indiuiſibile in genere quantitatis: oportet eſſe aut continui terminũ, aut diſcreti partẽ, nõ poteſt poni pars tẽporis tanq̃ eius, quod eſt diſcretũ,quia tũc tempus eſſet abſolute numerus, & nullo modo continuum. ſi ponitur terminus continui,igitur oportet eſſe aliud atq; aliud,eo quia terminat aliam atq; aliam continui partem. Nec valet dicere ꝙ poteſt terminare diuerſas continui partes ſecundum diuerſa eſſe, quod tamen ſecundum rem eſt idem. Primo quia tunc illa diuerſa eſſe acciderent ipſi nunc ẜm ſubſtantiã: quia oĩs variatio eſt accñs ei cuius eſt. & ſi illa eſſe eſſent accñs, tunc ipſum nunc per accñs eſſet terminus continui.Secundo vel illa eſſe ſunt de genere quãtitatis,vel qualitatis,vel alterius.ſi de gñe quãtitatis, tũc illa ſufficiunt ad terminandũ propriũ continuũ. ſi ſint alterius generis vt qualitatis,tũc qualitas ꝑ ſe eſſet ratio terminãdi continuum.Tertio principaliter ſi idem nũc ẜm ſubſtantiã flueret in toto tp̃e,igĩ tp̃s,qđ eſt eius fluxus cõponeretur

retur ex indiuiſibilibus, deducitur per rationem Ariſt. in.6.phy. quia vbi nunc flueret per tp̄s, nunc menſuraret ipſum pertranſeundo ſemper ſibi æquale. Vltimo ſi ipſum nunc ſm̄ eſſe variatur, tunc illius variationis erit aſsignare aliquam menſuram, illa itaq; ſiue ſit tẽpus
Poſitio.3. ſiue nunc, ibitur in infinitum. Sed quo nam modo pō expoſitorum defendi pōt, in dilucidatione dicemus. Propter hæc aliter dicunt, & videntur velle ꝙ idem numero nunc ſm̄ ſubſtantiam eſſe in toto tempore pōt intelligi dupliciter, vel ſm̄ deſignationem, vel ſm̄ permanentiam. Dicitur idem nunc numero manere ſm̄ ſubſtantiã in toto tẽpore ſm̄ deſignationẽ, quia quodcunq; nunc in tp̄e ſignetur, illud eſt vnũ ſm̄ ſub̄am & rem, in toto illo tp̄e, in quo ſignaī, aliud atq; aliud ſm̄ rationẽ, quia in illo tp̄e in quo ſignatur eſſe idem, habet rationẽ finis & principij, & ſic eſt aliud ſm̄ rationẽ, verbi cauſa, ſi in præſenti tp̄e ſignetur ipſum nunc, tale inuenitur in toto tp̄e pñti idem ſm̄ ſubſtantiam, & aliud atq; aliud ſm̄ rationẽ, quatenus eſt principium & finis, & ſi ſignetur hinc ad mille annos ſemper eodem modo reperitur. Secundum permanentiam vero nunc diciī eſſe idem ſi nec fuiſſet, nec eſſet, nec futurũ foret al ud, ſed ſemp idẽ, tunc dicũt ꝙ ſi loquimur ſm̄ deſignationẽ, ſic idẽ numero eſt in tp̄e. probatur, quia in quouis tp̄e ſignetur, eſt idẽ numero ſm̄ ſubſtantiã: & aliud atq; aliud ſm̄ rōnem. ſi loquimur ſm̄ permanentiã, ſic rō-
Confutatio. nes contra Expoſitores procedunt pro hac parte. Sed hoc quod dicũt eſt verum, tñ non poteſt accõmodari
Te.c.104. verbis Ariſt.in.4. lib. phy. nam Ariſt. expreſſe vult ipſum mobile eſſe nunc ſm̄ ſubſtantiã, eſſe tñ diuerſum, mobilis appellat nunc ſm̄ eſſe, & licet enitantur verba
Alia poſitio. hæc interpretari, reuera non pñt. Alij vero peritiores volunt Ariſtot. eſſe locutum ad imaginationem mathematicorum vt nos in lib.phy.tetigimus, imaginantur.n.mathematici pũctum ſui fluxu lineam efficere, lineam vero ſuperficiem, ſuperficiem corpus, ſic etiam momentum ſiue nunc imaginantur ſui fluxu efficere tempus, in qua imaginatione ipſum nunc eſt idem ſm̄ ſubſtantiam, aliud atq; aliud pro alia atq; alia parte fluxus. Hæc expoſitio pulchra eſt & poteſt conuenire verbis Ariſt. verum oportet ipſam aptare ad ſenſum phyſicum, in quo ipſe loquitur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

1.Suppoſitio. PRO dilucidatione tanti quęſiti accipiamus. Primo mobile ipſum qđ in motu locali remanet à principio vſq; ad finẽ poſſe trifariam conſiderari, aut quo ad eius ſubſtãtiam, qua in toto motu manet idem, aut quo ad eius mutationẽ, ſiue eſſe, quo continuo aliud atq; aliud eſt, aut quo ad eius mutatum eſſe: quo ipſum diciī mu-
2.Suppoſitio. tatũ eſſe. Secundo accipio ꝙ cuique menſurabili correſpondere debet ſua propria menſura. Quo fit vt ipſi mobili triplex correſpondeat menſura. Alia quidẽ qua menſuratur eius ſubſtantia qua ipſum manet vnum idemúe toti motui ac in toto tempore illum menſurante. Alia autem qua menſuratur eius eſſe ſiue operatio ſiue motus. Alia denique qua menſuratur eius mutatum eſſe, menſura igitur qua menſuratur eius, ſubſtantiæ, quæ in toto tempore motuq; eadem manet, non poteſt eſſe æternitas, quia æternitas eſt ſimpliciter independens, quæ Deo competit, nec æuum, quia illa eſt eorum, quæ nullo pacto variationi ſubſunt: quæq; menſura intelligentijs competit, nec eſſe poteſt tempus, qm̄ ſubſtantia mobilis tp̄e non menſuratur vt dicitur.4. phyſi. ſed eius eſſe ſiue motus. Erit igitur hæc mẽſura mobilis vnitas, quemadmodum.n. Dei vnitas eſt eius æternitas, & intelligentiæ vnitas eius æuum, ſic vnitas ſubſtantiæ cuiuſq; mobilis eſt eius mẽſura, hanc ſubſtantiæ mobilis menſurã græci nunc appellant phyſicum, ſiue cauſale, nam quemadmodum à Deo proficiſcuntur intelligẽtiæ, & ab intelligẽtijs mobile ipſum ſiue ſit cœlum ſiue aliud quoduis, & ab ipſo mobili motus, ſic ab æternitate æuum ab æuo vnitas illa mobilis, ab illa motus & tempus, quare nunc phyſicum vel cauſale dicitur, quatenus eſt cauſa motus & temporis: & phyſicum quia phyſici conſiderant rerum cauſas, eſt.n. illa vnitas cauſa vel vt materia vel vt effectrix motus & temporis. Menſura autem qua menſuratur eius eſſe ſiue motus, eſt tempus, vt per cæteras menſuras potes deducere, quia nō poteſt eſſe æternitas, nec æuum, nec nunc cauſa, vel cauſale, menſura autẽ qua eius mutatũ eſſe menſuratur, eſt nũc quod eſt effectus ſiue mathematicum, quod quidem eſt indiuiſibile tẽporis, quo tẽporis partes copulantur ad vnum communẽ terminũ hoc nunc græci nunc effectum appellant: quia ab ipſo nunc cauſa proficiſcitur, è quo & motus & tẽpus effectiue & vti è materia proficiſcuntur. Alij nunc mathematicum argumento, quod ſimile eſt puncto de quo mathematici conſiderant. Ex his apparet duplex eſſe Exceptum. nunc ipſum, alterum quod eſt cauſa, alterum quod eſt effectus: nunc quod eſt cauſa eſt ipſius mobilis vnitas, vt dictum eſt. Nunc quod eſt effectus eſt ipſius tẽporis vnitas, ſiue inſtans, quo tẽpus ipſum eſt vnum. Tertio 3.Suppoſitio. accipio ꝙ diſputatio non quærit, vt in titulo dictum eſt, ſi idem nunc ſit in toto tẽpore, hoc eſt oĩbus tẽporibus ſimul ſumptis, quia (vt dictum eſt in.4. phy.) vulgaria tẽpora ſunt plura, vt oẽs motus omnium horologiorum, modo patet vnum eſſe nunc primum, quod eſt momentum primi motus, quo omnia illa tẽpora ſunt ſimul, & per quod omnia eorum nunc ſunt in illo vno communi, ſed quærit ſi dato vno quodam particulari tempore. verbi cauſa. illo quo mẽſuraretur motus tortucæ, in toto illo ſit vnum & idẽ nunc, hoc ſatis amplæ dictum eſt in titulo. Quarto accipio idem eſſe nunc 4.Suppoſitio. in toto aliquo tẽpore poſſe intelligi bifariam, quatenus totum (vt dicit Ammo.) poteſt ſumi categorematicæ, & ſyncategorematicæ, ſi intelligitur vt ipſum totum, ſumitur categorematicæ, ſic eſt ſenſus, vtrum in toto tẽpore menſurante motum tortucæ, quod diuiditur in præteritum & futurum ſit idem nunc, quod præteritũ finit, & futurum incohat, an alterum ſit nunc finis, alterum nunc principium. Si autẽ intelligitur vt ipſum totum, accipitur ſyncategorematicæ, erit ſenſus, vtrum in ſingula parte tẽporis vnum nunc ſit nunc, vtpote, quod fuit heri, illudmet ſit hodie, & ſic in omnibus. Vltimo accipio ꝙ eſſe idem nunc in toto vno tẽpore, 5.Suppoſitio. quouis modo ſumendo totum, poteſt intelligi aut ſm̄ ſubſtantiam hoc eſt ſubiectum, aut ſm̄ eſſe hoc eſt formam, poſſum enim intelligere vnum eſſe nunc in toto tẽpore, aut ſm̄ rem ſubiecti, aut ſm̄ rem formæ vt albũ & dulce intelligere poſſumus eſſe vnum ſm̄ rem ſubiecti, aut ſm̄ rem formæ, & ſecundum rem formæ, poteſt adhuc intelligi ſecundum imaginationem mathematicam, aut ſecundum imaginationem phyſicam, quod quia in poſitionibus dictum eſt, omitto. Ex his Dilucidatio. apparet quòd quæſtio debet bifariam dilucidari. Vno modo ſi in toto vno tempore eſt idem nunc quod eſt cauſa. Secundo ſi eſt idem nunc quod eſt effectus, & ideo dicimus quòd loquendo de ipſo nunc quod eſt

cauſa,

cauſa,ſiue loquamur de toto tẽpore categorematicæ, ſiue ſincategorematicæ, eſt idem in toto illo ſm ſubiectum, & aliud ſecundum eſſe declaratur, quia ſubſtantia mobilis eſt eadem ac vna in toto tẽpore quouis modo ſumendo totum, at eſſe eius eſt aliud, quia illa ſubſtantia, vt ſtat ſub altera motus parte, eſt altera ab eamet vt ſtat ſub altera, vt de coriſco dixit Ariſtoteles. Et hoc pacto expoſitores latini intellexerunt, & Themiſtius,& omnes græci,vt patet.4.phyſico. Sinautem loquamur de ipſo nũc quod eſt effectus, quod eſt in diuiſibile temporis,ſic etiam quouis modo loquamur de toto tempore,eſt idem ſecundum ſubſtantiam,& aliud ſecundum eſſe.probatur, quia eſt idem ſecundum rem ſubiecti,& aliud ſecundum rem formæ. verbi cauſa. ſi loquimur de toto categorematicæ, ipſum nũc eius partes copulans eſt idem ſecundum rem ſubiecti, qm̃ eius ſubiectum eſt ſubſtãtia mobilis,quæ eſt vna eademq;, alterum vero ſecundum rem formæ, quia vt principiũ differt à ſemetipſo,quatenus eſt finis, & ſi loquimur de toto tẽpore ſyncategorematicæ,ſecundum rem ſubiecti eſt idem,vt dictum eſt, quia omnia nunc inſunt eidem ſubiecto,ſecundum rem formæ eſt aliud,nã aliud eſt in præterito,& aliud in futuro, immo in quauis parte temporis ſunt infinita,& hoc pacto recte dicunt illi, hoc igitur pacto põnes poſſunt cõciliari. Nam veteres expoſitores locuti ſunt ſemp de ipſo nũc, qđ eſt cauſa.

Dubitationes. Iuniores de ipſo nũc qđ eſt effectus. Sed occurres primo, quia ſi per nunc qđ eſt cauſa intelligĩ vnitas ſubæ mobilis,tũc Ariſt.æquiuocaſſet.Secũdo videtur ꝙ vnitas mobilis nõ poſsit eſſe menſura mobilis.qa tunc multotiẽs ducta rederet mobile.Tertio pro mẽſura mobilis ſufficit æuum,eſt enim æuum menſura cuiuſq; ſubæ.

Solutio. Ad primam dico ꝙ Ariſt. nunquam vtitur æquiuocatione,cum ſemper cum loquitur de ipſo nunc,vtatur diſtinctione. Ad ſecundam ſolet dici menſuram eſſe bifariam,alteram contentiuam, qua motus tempore menſurantur,& hac menſura per replicationem mẽſurari ſolent motus,alteram coexiſtitiuam, & hac mẽſura Deus æternitate,ſubſtantia æuo, & mobile vnitate menſuratur.Prima quidem non dicĩ menſura niſi excedat menſurabile.Secunda vero dicitur menſura, etiã ſi æque ſit modo menſuratæ rei coexiſtat. Ad tertiam dico quòd æuum licet ſit vnitas ſubſtantiæ,tamẽ eſt vnitas ſubſtantiæ,quæ non ſubiicitur motui. Vnde æuum eſt ab æternitate,vt intelligentia ab ipſo Deo,& ab æuo tempus, ſed ordine quodam,nã ab æuo eſt nunc quod eſt cauſa,ab ipſo nũc quod cauſa eſt motus & tempus. Et de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationem dico cum Auic. ꝙ nec motus nec tempus,nec momentum corrumpitur,& tamen nõ eſt motus omnis æternus, nec momentum æternum. Quia vt dicit Auic. quædam corrumpuntur, quia ipſa ſunt quæ corrumpuntur, vt ſubſtantiæ compoſitæ & id genus,quædam corrumpũtur,quia ipſa ſunt, quibus alia corrumpuntur,vt alteratio, & generatio corrumpiĩ, quia per ipſas aliquid corrũpitur,& hoc modo momentum corrumpitur potius. Et qñ dicitur vel in nũc, vel in tempore dico ꝙ neutro modo, ſufficit enim ꝙ corrumpatur aliquid in tempore vel nunc cum quo ipſum corrumpatur.Hæc eſt ſolutio Auicenæ. Ad verba Ariſto.patet ſolutio. Hæc de tertia diſputatione.

FINIS TERTII LIBRI.

LIBRI QVARTI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Quinque diſputationes diuiſa.

1 *Num Ens de omnibus vniuocæ prædicetur.*
2 *Num negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione.*
3 *Num vnum eſt ens eandem ſubeant naturam.*
4 *Nũ propria paſsio differat à ſubiecto ſuo, & quomodo.*
5 *Num in omni cauſato differat eſſe ab eſſentia.*

PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea Carapha Comes magnanimẽ circa veritatis inueſtigationem quæſtiones in vniuerſo metaphyſicæ lib. diſſoluendas in.3.lib.diſputauit Ariſ. At nũc incipit veritatẽ illarum more ſcientum pertractare. Ante tamen vniuerſæ metaphyſicæ ambitum dimetitur tria (vt Auer. inquit) ſtatuens ſubiectum,quod quidem nos primum genus,vel prædicatum primum appellauimus. Specierum generis affectus, vt vnum multa, idem, diuerſum & cætera id genus,demum & affectuum ſpẽrumq; entis principia atq; ſuppoſitiones ſiue axiomata addens, quæ ex rõnibus cõficiuntur metaphyſicis: in his quinque confecimus diſputationes, licet longe plures alij ſcripſerint,quas vt cæteras priores tibi recenſendas mitto,eas quæſo legas,perlegas, cenſeas atq; recenſeas,nõ enim deſunt naſuti atq; maledici:quos nulli facere non verebor: ſi has oẽs à tuo ſpectatiſsimo ingenio cõmendatas eſſe intellexero,nec ædere recuſabo. Vale.

Ens autem multis modis dicitur,ſed ad vnum,& ad vnã aliquam naturam & non æquiuoce.

DISPVTATIO PRIMA De vniuocatione entis.

Num Ens de omnibus entibus vniuoce prædicetur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD non arguitur. Primo quia Porphyrius ait: ſiqs oĩa entia vocet, æquoce nũcupabit.Secundo de infinitis nihil vnum prædicatur:at entia ſunt infinita,igitur de ipſis nihil vnum prædicatur:& ita ens nõ poteſt vniuoce prædicari de oĩbus. Tertio ſi ens vniuoce de oĩbus prædicatur:tunc prędicatur formaliter de modis,quibus ipſum ens diuideretur, vt definito & infinito,hoc eſt falſum, quia ſemp cõtrahẽs nõ includit formalr̃ ipſum cõtrahibile,ĩmo oẽ cõtrahibile eſt extra rõnem formalẽ cõtrahentis.Quarto quęcũq; in aliquo cõi vniuocanĩ: hñt aliq̃ ſi͠litudinẽ, ſed nõ pñt prima cã & cauſatũ ſiue ſuba & accñs hr̃e aliq̃ ſi͠litudinẽ. Primo qa inter finitũ & infinitũ nulla eſt ſi͠litudo. Secundo qa inter artẽ & artificiale nõ põt eſſe ſi͠litudo, igiĩ nec inter primã cauſam & cauſatũ.Quinto arguitur ſi ens ꝓdicatur vniuoce,ſumatur ens qđ ꝓdicaĩ de Deo,vel eſt neceſſe eſſe,vel nõ neceſſe eẽ,ſi neceſſe eſſe,cũ illud ꝓdiceĩ *Rõnes aliorũ.*

de creaturis,tunc vnumquodq; aliud:de quo ens dicit: erit neceſſe eſſe.ſi aũt ſi non neceſſe eſſe: igitur in Deo erit aliquid non neceſſe eſſe. Sexto ſi ens prædicet vniuoce de oĩbus, tunc in omni re de qua prædicat eſſet compõ ex entitate cõi, & entitate particulari. deducit, quia in oĩ re erit entitas cõis prædicabilis vniuoce, & hoc ens de quo dicit, præterea in omni re erit aliqd potẽtiale & contrahibile,& aliquod actuale & contrahẽs, & ſic in oĩ re erit compõ,& ita in Deo. In contrariũ vr textus,vbi dicitur ꝙ ens multiplr̃ dicitur ſicut ſanũ:mõ inter æquiuocum & vniuocũ non datur mediũ, igit cũ non ſit æquiuocum: erit vniuocũ. Scđo ſi ens non eſſet vniuocum,tunc genus prædicatur ꝑ ſe de dr̃ia.deducitur:quia hæc eſt vera, rõnale eſt ens, vel igit ipſum ens ſumitur pro ſuƀa, vel pro accñte, vel pro cõi ente vniuoco,non pro accñte:& non pro vniuoco cõi, igitur ꝓ ſubſtantia,& ita genus de differentia prędicabitur ꝑ ſe.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quid ens. ENS quod græcè ὄν dicit, hic ſumitur tranſcẽdenter, vt eſt cõe cauſæ primæ,&.x.prædicamẽtis,nã Plato vbiq; ens,quod ὤν dicitur ſumit prędicamentalr̃ pro eo quod eſt cõe prædicamẽti tñ, & ꝑpea ait vnum quod eſt in prima cauſa,eſſe ante ens. At Ariſt. aſſerit ens dici æqualiter vni,quia ſumit ens tranſcẽdẽter vt cõe oĩbus. *Quid æquiuocum & vniuocum.* Quid vero æquiuocũ, quidúe vniuocum ſit, dicamus. Nã vt doctiſsimus Boe. inquit in ꝑdicamentorũ lib. oĩs res aut noĩe,aut definitione indicatur,igitur res oẽs aut eodem noĩe eademúe rõne coniunguntur,vt homo & aĩal, quia vtraq; aĩalia dici pñt, & vtraq; vna definitione iunguntur:& ſic vniuoca appellãtur. Alia vero nec noĩe nec rõne coniunguntur vt lapis & ignis, & hęc diuerſiuoca dñr. Alia quæ diuerſis noĩbus nuncupantur, definitione conueniunt vt gladius & enſis,& hæc multiuoca dici ſolent. Alia quæ noĩe quidẽ congruunt,rõne vero diſcrepant vt hõ verus & hõ pictus & hæc æquiuoca appellantur. Ex his ſequitur primo æquiuocũ ꝓprie non dici niſi de noĩbus,ſm peripateticos quemadmodum vniuocum, multiuocum,& diuerſiuocum, ſolum de noĩbus dici ſolent. Scđo ſequitur ꝙ res,quę per noĩa ſignificantur non dñr vniuoce,nec æquiuoce,nec multiuoce,nec diuerſiuoce,quia cum ipſe non ſunt voces,non pñt eſſe vniuoce, vel id genus. Hæc peripatetici. Tertio declaremus quid ſit vniuoce prædicari, aliqui vim faciunt in verbis, dicunt.n.aliud eſſe vniuoce *Quid vniuoce prædicari apd aliquos.* prædicatum,& vniuocum prædicatum. Nam vniuoce prædicatũ eſt illud quod formaliter & quidditatiuæ ꝑdicatur vt aĩal de hoĩe: vniuocũ ꝑdicatũ eſt quod prædicatur vt vnum,& ſic album eſt vniuocum prędicatũ de niue & cygno,quia de illis prædicat vt vnũ,non aũt eſt vniuoce prædicatũ, quia nõ quidditatiuæ & formaliter ꝑdicatur de illis. Sed licet hic dicendi modus videatur apparens,non tñ eſt peripateticus:nullus.n.peri- *Confutatio. Modus peripa.* pate. vteretur hoc dicendi mõ. Propterea Boe. in lib. Porph. ait id vniuoce prædicari,quod ꝑdicat vt genus, id aũt ęquiuoce,quod ꝑdicatur vt vox plura ſignificãs, hæc Boe.in ſcđa eius æditione capite de ſpẽ. In prædica mẽtis vero capite de ſuƀa inquit, nomẽ aliqđ vniuoce de aliqua re ꝑdicari quoties ipſum nomen de illa re ꝑdicat:& eius rõ de illa eadẽ re,ita vt illa rõ ſit illius de quo ꝑdicat, & hoc addit ꝓ tãto qa albũ de corpore ꝑdicat, & rõ albi ẽt de corpore,nõ tñ ita vt rõ albi ſit rõ corporis,& ꝑpea nõ vniuoce ꝑdicat de corpore,igit vniuoce ꝑdicari eſt qñ ꝑdicat de aliqua re ſm rõnẽ illius rei, vt aĩal de hoĩe. Hæc ſunt peripatetice dicta. Hæc de titu.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

DE diſputatione hac fuit antiqua põ, ꝙ ens ſit no- *Põ antiquorũ.* men æquiuocũ,hanc põnẽ tribuit Porph. Ariſt.per hãc rationẽ quia ſi vnum eſſet cõe oĩum ens, vniuoce oĩa entia dicerentur,quod eſt falſum,quia ſunt.x.predicamenta quaſi decẽ rerum principia prima, quibus ſolũ cõe nomen eſt, & nihil aliud vt Porphy. dicit. Huius põnis eſſe videt Boe.& ibi & in prædicamentis. Simpl. etiam in lib. prædicamentorum aperte hanc põnem fatetur,vt dicemus. Præterea huius põnis eſt Rabbimoſes & alij plures, pro hac poſitione arguitur. Primo per auctoritates vt in textu de exemplo, dicitur.n.ens dici vt ſanum de ſanis, ſed ſanum dicit æquiuoce. Scđo.7. huius dicitur ꝙ qualitates & quantitates dicuntur ens metaphorice. Tertio.1.phy: dicitur eſſe principium cõtra Parmenidem & Meliſſum ens dici multipliciter. Quarto ſi ens eſſet vniuocum,tunc eſſet genus,hæc cõſequentia eſt Boetij & Porphyrij, quia ens diceretur in quid de pluribus differẽtibus ſpecie. Quinto ſi ens eſſet vniuocum,prędicaretur ſub ratione vlis,& non ſub rõne drĩæ,igitur ſub rõne generis. Sexto ſi ens eſſet vniuocum,tunc ens in.x.prædicamenta deſcenderet ꝑ aliquas drĩas,hoc eſt impoſsibile, qa ſint illæ.A.B.& quæritur vel ſunt ens,vel non ens, ſi ens,tunc eſſet nugatio in conceptu cuiuſlibet prædicamenti. Si non ens, igit non ens erit de intellectu entis. Septimo ens non prædicatur vniuoce de his, quæ ſunt ſub extremis contradictionis: at ſubſtantia & accñs ſunt ſub extremis contradictionis,quia ſubſtantia non alteri ineſt, accñs alteri ineſt, igitur ens non põt eſſe illis vniuocum. Octauo primo diuerſis nihil eſſe põt cõe vniuocum. Sed prima cauſa & cauſatum,&.x.genera ſunt primo diuerſa,igit nihil illis eſt cõe vniuocum. Nono vbi tñ eſt vnitas attributionis,non põt eſſe vniuocatio,at ens eſt vnũ attributione tñ, vt dicit in litera. Hæc põ primo occurſu *Confutatio.* videtur falſa,non.n.videtur ens puræ æquiuocum. Primo quia tunc de oĩbus entibus non eſſet vna ſcĩa, quæ dicitur metaphyſica,& hæc ratio eſt Auer. cõm.2.huius quarti. Secundo ſi ens eſſet æquiuocum, tunc hæc eſſet falſa,omne ens eſt vnum, quia hæc eſt falſa, omnis canis latrat: de æquiuoco.n.nihil poteſt vniuerſaliter ꝑdicari ſm logicos,igitur ipſum ens non poteſt eſſe pure æquiuocum. Tertio Ariſt.in prædicamentis nullibi aſ- *Poſitio.2. Triplex vniuocum.* ſerit ens eſſe æquiuocum.x.prædicamentis, igitur mẽtitur Porphy. Alij vero diſtinguunt de vniuocatione: volunt.n.trifariam vniuocum dici, phyſicæ, logicæ, & metaphyſicæ,vniuocum phyſicæ appellãt nomẽ, cui correſpondet aliqua natura in mente vel in re præter ea de quibus vniuoce prædicatur. vt huic nomini homo rñdet humanitas, quæ eſt, quædam natura præter Socratem,& Platonem,de quibus homo vniuoce prędicatur,& hoc dicitur phyſicæ vniuocum, pro quanto rñdet illi vnitas naturæ, logicæ vniuocum dicitur nomen, cui rñdet in mente aliqua intentionis vnitas ſub rõne logica cõceptæ, vt aĩal, quia ſibi corrñdet in mẽte prima intentio ſub rõne generis concepta. Amplius rõnale ẽt, quia ſibi corrñdet aliqua prima intentio ſub ratione differentiæ apprehenſa. Metaph.dicitur vniuocum nomen cui in re corrñdet aliquod conceptibile ꝑter ea de quibus vniuoce prædicatur, quod quidem eſt vnum realiter, & in illo priori, in quo non attribuitur ſibi aliqua intẽtio logica, vnde patet vniuocum logicæ differre ab vniuoco metaphy. quantum ad hoc ꝙ vniuocum logicũ actu conſideratur ab intellu ſub aliqua ratione

ratione logica, metaphyſicæ vero vniuocũ nõ actu conſideraẽ ab intellectu ſub aliqua ratione logica, ſed vt eſt cõſideratũ vel conſiderabile circũſcripta omni logica intentione eſt ita animal in illo priori, in quo conſideratur vt vnũ minori vnitate quam ſit hoĩs & æqui eſt vniuocũ metaphyſicæ, in quo aũt conſideratur vt vnũ genere vel ſpecie, eſt logicæ vniuocum. Amplius patet vniuocũ meta. differre ab vniuoco phyſicæ, quia vniuocum metaphyſicæ eſt vnũ vnitate cõceptus abſtrahibilis à re in aliquo priori, in quo eſt vnius minori vnitate illa re, vniuocũ vero phyſicæ eſt vnũ vnitate naturæ, abſtrahibilis ab illa re. differt aũt apud eos natura & conceptus quia natura oĩs cõponitur ex re & re vel realitate, & realitate, vt hõ vel equus, at cõceptus põt eſſe ſimpľr ſimplex, vt cõceptus entis, qui in priores cõceptus non eſt reſolubilis, de his in primo libro ſatis dictum eſt, igitur vniuocũ phyſicæ eſt id quod eſt vnum vnitate naturæ, vniuocũ logicæ eſt quod eſt vnũ vnitate conceptus ſiue intentionis actu apprehenſæ ſub aliqua logica ratione vt ſub ratione generis, vel differẽtiæ, vel alicuius id genus, vniuocũ meta. eſt, quod eſt vnũ vnitate intentionis vel conceptus abſolute conſiderabilis circũſcripta omni ratione logica. Quare vniuocũ logicæ, & vniuocũ metaphyſicæ differũt vt vľe actu, & vľe poteſtate, quatenus logicæ vniuocũ eſt vnũ actu vniuocum, metaphyſicæ vero eſt aptitudine vniuocũ. Præterea. Omne quod eſt metaphyſicæ vniuocum eſt vel poteſt eſſe logicæ vniuocũ, & etiã econtra, quod vero eſt phyſicæ vniuocum, illud omne eſt metaphy. vel logicæ vniuocum, non tamen econtra, quia omne quod eſt vniuocum vnitate naturæ, eſt vnum vnitate cõceptus, vel intentionis, non autẽ omne quod eſt vnum vnitate intẽtionis, vel conceptus eſt vnum vnitate naturæ, vt lib. 1. dictum eſt de mente horũ. Hæc eſt eorũ diſtinctio. His ſic ſumptis deducunt tres cõcluſiones, quarũ prima eſt. Ens cõmuniter ſumptum non eſt omnibus entibus vniuocũ phyſic. Secunda ens cõiter ſumptum eſt vniuocum logicæ omnibus. Tertia ens cõiter ſumptum eſt metaphy. vniuocum. Primam deducũt, quia cõceptui entis in mente ſumpto nõ corrñdet vna natura in re extra, quia ſolũ illi corrñdent decẽ rerũ genera: quæ nõ ſunt eiuſdẽ naturæ vt oẽs ſciunt. Secundã vero deducunt, quia nomini ens in voce vel in mente, vel in ſcripto correſpõdet quædã prima intẽtio, quam intelľs actu cõcipit ſub rõne alicuius ſcdæ intẽtionis. Nã licet actu nõ concipiaẽ ab intelľu ſub rõne generis, vel ſpẽi, vel dñæ, vel proprij, vel accidentis cõcipitur, ſub rõne vľis tranſcẽdentis, quæ ratio eſt logica. Tertiã vero ꝓbant per hoc quia hoc nomẽ ens ſignificat aliquẽ vnũ conceptũ realem abſtrahibilem ab oĩbus entibus ẽm quem ens de omni ente vniuoce & realiter prædicaẽ. Vbi debes ſcire apud hos ꝙ duplex eſt conceptus, formalis, videlicet, & obiectiuus, formalis quidẽ eſt actus intelligendi, quo res cõcipitur, vt actus intelligẽdi, quo homo intelligitur vt vnus cõis oĩbus hoĩbus, eſt conceptus formalis vniuocus: obiectiuus vero eſt ipſummet obiectũ actu repreſentatũ, vel præſentabile ꝑ ſpẽm intelligibilẽ vel actũ intelligendi ipſi intellectui, volunt igiẽ ꝙ iſti nomini ens in voce correſpondet in re nõ natura: ſed cõceptus, ideſt obiectũ quoddam intelligibile aliud ab oĩbus entibus nõ ẽm rem, ſed ex natura rei naturaliter prius oĩbus entibus, quod in illo priori eſt vnũ vniuocũ metaphyſica vniuocatione, probant vero hãc multifariã. Primo oĩs cõceptus de quo ĩtellectus eſt certus, dubitans de his quæ ſub illo continentur, eſt alius & vnus ab illis, de quibus intellectus dubitat. Sed intellectus eſt certus de conceptu entis, & dubitat de conceptu ſubſtantiæ vel accidentis, vt patet in lumine, igitur conceptus eius eſt alius & vnus vt dictũ eſt. Hæc ratio fuit diſputata primo huius ideo nunc breuiter hoc pacto ſit reſumpta. Secundo oẽ quod prædicatur de pluribus ẽm idem nomen & eandem rationem, eſt vniuocum illis. Sed ens prædicatur de oĩbus ẽm idem nomẽ, quia de omnibus diciẽ hoc nomẽ ens, & ẽm eandẽ rationem, quia ẽm eundem entis cõceptum, igitur vniuocæ. Tertio primũ principiũ eſt vniuocũ, igiẽ ens. tenet enthymema, quia primũ principiũ eſt ex ente. Quarto ſi ens non eſſet vniuocũ ſubſtantiæ & accidẽti, nũq̃ intellectus noſter poſſet habere conceptũ de ſubſtantia. deducunt, quia vel haberet illum ꝑ ſpẽm propriã ſubſtantiæ, & hoc non, quia ſubſtantia non cognoſcitur ꝑ propriam ſpẽm, vt patet, quia eius abſentia non cognoſcitur, vel per ſpẽm accidentis, & tunc vel immediate & hoc non, quia non põt cõceptum ſubſtantiæ ab accidentibus intellectus abſtrahere niſi quatenus accidens & ſubſtantia cõueniunt, nihil enim immediate abſtrahitur ab aliquo, niſi ſit illi cõe, quia abſtrahere eſt ire ad ſuperius, igiẽ oportet primo abſtrahere id in quo conueniunt & tale eſt ens, igitur ens eſt commune vniuocum ſubſtãtiæ & acidenti. Quinto ens diſtribui poteſt pro oĩbus entibus igitur eſt vniuocũ, quia nihil diſtribuitur niſi vnum. Sexto ens eſt obiectum vnius potentiæ vt intellectus, igitur vnũ & vniuocum. tenet conſequentia per eos. Plures rationes potes legere prima diſputatione huius. Sed hæc poſitio nec quo ad diſtinctionem, nec quo ad poſitionem eſt peripatetica, quo quidem ad diſtinctionem. quia ab Ariſt. Boetio, & Simplicio, & aliis bonis peripateticis ſolum illud eſſe vniuocum habemus, quod ſecundum idem nomẽ & eandẽ rationem prædicatur. Vbi Boetius in prædicamentis per rationem, quæ græce eſt logos, exponit definitionem vel deſcriptionẽ. Modo omne definibile vel deſcriptibile eſt vniuocum ſub ratione alicuius vniuerſalis de mente omnium peripateticorũ. Præterea ſi vniuocum phyſicæ eſſet illud quod eſt vnum vnitate naturæ, tunc angelus eſſet vniuocum phyſicæ, modo angelus non eſt phyſicæ vniuocum, quia de ipſo non phyſicus, ſed metaphyſicus pertractat, & tamen eſt vnus vnitate naturæ, quo vero ad poſitionem, quia prima diſputatione libri primi per ſex rationes demõſtrauimus ipſum ens non poſſe eſſe vnum vniuocum ſecundũ peripateticos aliqua vniuocationis ſpecie, rationes vero vide illic. Præterea iſti probant ſpeciem & genus dicere naturam cõem, quia in illa cõueniunt indiuidua circumſcripta operatione intellectus: à pari videtur ꝙ ens dicat naturam cõmunem, quia in ente conueniunt oẽs res circũſcripta operatione intellectus apud eos, ſed facile decipitur arguens. Tertia poſitio Thomæ attributa eſt primo ꝙ ens eſt vniuocũ vnitate cõceptus formalis. Secundo ꝙ eſt vniuocũ vnitate cõceptus obiectiui nõ pręciſibilis, ſed pręciſi, hic eſt qui eſt alius à cõceptu ſubſtantiæ & accidentis dũ intelligitur, nõ autem anteq̃ intelligatur. Vbi debes ſcire apud hos ꝙ cõceptus formalis eſt actus intelligendi, quo actu entia concipiunẽ quatenus ſunt ens cõceptus vero obiectiuus p̃ciſus eſt ens quod actu concipitur præter entia, quod tñ nihil eſt præter entia circũſcripta operatione intelľs, igiẽ differt hæc poſitio ab illa, vt dicũt quo ad vnum tm̃, quia

Secunda. *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.* *Confutatio.* *Cõm. 1.* *3 poſitio Tho.*

Concluſiones. *1. concluſionis expoſitio.* *Expõ ſecũda.* *Expõ. 3.* *Duplex conceptus.* *Rationes. 3. cõcluſionis prima.*

illi volunt præter oẽm actum intellectus ens dicere cõceptum ſiue entitatem aptam cõcipi & hoc modo antequam intelligatur: cui correſpondet vnitas vniuocationis. Thomas vero vult ipſi enti nihil corrñdere pręter actum intell's præter entia, at dum actu vt intelligit corrñdet aliquid præter entia quare dum concipitur, eſt alius & vnus, antequã vero intelligitur nihil eſt pręter entia. *Cõcluſio Tho.* Et hoc modo de mente Thomæ oportet dicere tria. Primum ens non eſſe phyſicæ vniuocum, vt illi tenent. Secundum ens non eſſe metaph. vniuocum, quia nihil ſibi corrñdet, niſi dum actu cõcipitur vt vnũ oĩbus commune. Tertium ens eſſe vniuocum logice, quia dum concipitur eſt vnum omnibus. Hæc dicunt de mente Thomæ. Sed ego nolo diſputare an hæc ſit Tho. poſitio, vel ne. Scio enim ꝙ defenſores eius facile hoc facere poſſunt.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione hui⁹ diſputationis debes ſcire vt colligitur à Boetio, & Simplicio in prædicamentis qđ, æquiuocum eſt multifariam, nam aliud caſu, aliud cõſilio, dicitur quidem æquiuocum caſu, vt Alexan. Priami filius, & Alex. magnus, caſus.n. id egit vt vtriq; idẽ nomen imponeretur: æquiuoca autem conſilio ea ſunt quæcunque hoĩum voluntate ſunt poſita, & horum aliqua quidem ſunt ſm ſimilitudinem vt homo pictus, & homo verus. Alia ſm proportionem vt principiũ, principium nãq; eſt in numero vnitas, in lineis punctus. Alia quæ ab vno deſcendunt vt medicinale ferramentum medicinale pigmentum, ab vna.n medicina ęquiuocatio iſta deſcendit. Alia attributione ad vnum, vt ſana ſunt: nam cibus ſanus eſt, potio ſana: vrina ſana, & aĩal ſanum, omnia.n. referuntur ad aĩal, quod eſt ſanũ formaliter, cætera vero ſana ſunt attributione, vt vrina ſana, quia ſignum ſanitatis, cibus ſanus, quia conſeruatiuus ſanitatis, potio ſana, quia cauſa eſt ſanitatis. Hæc declarat Boe. in prædicamentis. Tunc de mente Boetij & aliorum peripateticorum ſunt dicenda multa.
1. Concluſio Primo ꝙ ens eſt æquiuocum omnibus entibus. *2. Concluſio.* Secundo ꝙ non eſt caſu æquiuocum. *3. Concluſio.* Tertio ꝙ eſt æquiuocũ conſilio per attributionem tm̃, *Quarta.* quia non per ſimilitudinem, non proportione, non deductione ab vno. Ex quibus ſequitur ꝙ vt ſanum dicitur formaliter de aĩali tm̃, de cęteris per attributionem, ſic ens dicitur formaliter de ſubſtantia per attributionem, de cæteris. Primã deduco, quia ens ſm nomen tm̃ de oĩbus dicitur, non autem ſm rationem, quia oĩs ratio vel eſt definitio, vel deſcriptio: modo neutro modo ens ſm rationẽ de entibus dicitur. Hanc primam concluſionem. Philopo. 1. priorum partitione ſecũda hoc eſt capite de inuentione medij, his verbis explicat dicens. putauerunt quidã ens vt genus prædicari de decem prædicamentis: oſtenſum eſt aũt hoc non eſſe verũ, ſed ꝙ ipſum ens eſt ęquiuoca vox in diuerſa ſignificata diuiſum. Hęc ille. Secũdam etiã, quia non caſu ſed conſilio atq; voluntate oĩa dicuntur entia. Tertiam vero probo, quia ſola ſubſtantia eſt ens formaliter. 7. huius, cætera ſunt habitudines ad ens, quibus oĩbus patet ens formaliter non eſſe niſi ſolam ſubſtantiam, cętera ſunt entia attributione ad illã vt Ariſt. & Auer. exponunt in textu. *1. Excep.* Ex his ſequitur primo ꝙ enti in mente, vel nomini ens in voce nihil correſpondet formaliter præter ſubſtantiam, quemadmodũ nec ſano præter animal. Nam accidentia non formal'r illi correſpondent, quemadmodum vrina & cibus nec ſano, ſed reſpondent per attributionem ad ſubſtantiã, vt vrina & cibus rñdent ſano per attributionem ad animal. *Secundum.* Secundo ſequitur pro ſolutione quæſtionis ꝙ ens non vniuoce, ſed æquiuoce de omnibus entibus prædicatur, non quidem caſu ſed conſilio, & non ſimilitudine vel ꝓportione ſed attributione. Hęc pro ſolutione diſputationis. Hęc põ eſt oĩum antiquorum etiam Parmenidis, ipſe.n. dum dicit ens eſſe vnum infinitũ & immobile, voluit ſolam ſubſtantiam eſſe ens formaliter, & inter ſubſtãtias ſolum Deum, Deus.n. eſt ens formaliter, cætera aũt ſunt entia eſſentia & entitate diuini entis & ſic concedit ens eſſe vnum tm̃, hanc ẽt Plato opinatur vt primo huius patuit. *Confutatio.* Pro hac dilucidatione faciunt nonnullæ rationes factæ pro prima poſitione veterum: & primo facit auctoritas Ariſt. & Auer. hic vbi aiunt, ens dici multipliciter veluti ſanum de ſanis. *Cõm. 1.* Sed ſanum de ſanis non dicitur vniuoce ſed æquiuoce, igitur ens de entibus. *Solutio aliquorum. Ad primam rationem.* Soluunt aliqui, & volunt ex verbis Ariſt. colligi ens ipſum eſſe analogum, quia inter entia eſt ordo eſſentialis: & attributionis ad vnũ, quod eſt primo & principaliter tale, cum quo tñ ſtare dicunt ipſum eſſe vniuocum, quia ab oĩbus illis põt abſtrahi vnus cõceptus in quo vniuoce conueniunt. Confirmant hoc primo, quia in ſpeciebus generis eſt ordo eſſentialis, & tñ eſt vniuocatio, aliter genus nõ diceretur in quid de ſpeciebus. Præterea Ariſto. 7. phy. ait in genere latere æquiuocationes, quod non eſt verum niſi de ęquiuocatione phy. & hoc modo cum æquiuocatione phy. & ordine eſſentiali ſtat vniuocatio cõceptus, & non naturæ, ad propoſitum dicunt ens eſſe analogum ęquiuocatione naturarum, & vniuocum vniuocatione conceptus. *Replica.* Sed hæc ſolutio eſt peruerſio textus, non expoſitio iſti enim non videtur intelligere quid ſit ordo attributionis, credunt.n. ordinem eſſentialem eſſe ordinem attributionis, & errant, peripatetici.n. vt Boetius exponit in *Cõm. 1.* lib. prædicamentorum, volunt tunc inter aliqua eſſe ordinem attributionis quoties vnum illorum eſt tale formaliter cætera ſunt talia attributiue, denominatiue, vel non formaliter, vt ſana. Solum.n. animal eſt formaliter ſanum, quia ſolum aĩal eſt tale ſanitate, quę eſt ſibi forma, cætera ſunt ſana attributione ad animal ſanum formaliter, quia vel ſigna vel cauſæ ſanitatis, & ita non ſunt ſana ſanitate, quæ ſit forma illorum non.n. vrina ſana eſt ſanitate quæ eſt forma vrinæ, ſed ſana ſanitate animalis, cuius ipſa eſt ſignũ. Ex his ſequitur ꝙ ea quæ ſunt per attributionẽ aliquid, non poſſunt in illo æque formaliter conuenire, ſed vnum in illo formaliter conuenit: cætera in illo conueniunt attributione, & hoc modo non poſſunt in illo vniuocari, & per conſequens cum ordine attributionis in aliquo non põt ſtare vniuocatio in illo, quicquid ſit de ordine eſſentiali, de quo alias. Ex his ſyllogizo dilucidationem ſic. Quęcunq; ſic ſeſe habent in ente, ꝙ aliquod illorum eſt ens formaliter cætera ſunt entia attributione ad illud ens formaliter, non poſſunt in ente vniuocari. Sed decem prædicamenta ita ſeſe habent ad ens ꝙ ſubſtãtia eſt ens formaliter, & nouem prædicamenta ſunt ens attributione ad ſubſtantiam, igitur non poſſunt in ente vniuocari, minor eſt Ariſt. & Auer. in textu, & ſic patet reſponſionẽ eſſe nullam, non.n. eſt ſimile de ſpeciebus reſpectu generis, & de prædicamentis reſpectu entis: nam in ſpeciebus non eſt dare aliquam ſpẽm quę ſit formaliter tale, & cæteræ ſint attributione ad illam talia, non.n. homo eſt formaliter aĩal, & cætera aĩalia animal attributione ad hoĩem. *Secunda rõ. Cõm. 16.* Secundo eſt auctoritas Ariſtot. 7. huius & Auer.

Auer. vbi dicitur ꝙ ſola ſubſtantia eſt ens formaliter, & cętera non ſunt entia, niſi ſicut ſolet dici non ſcibile eſſe ſcibile, & vas ſalubre, vbi patet ens non poſſe illis vniuoce conuenire. Reſpondent aliqui ꝙ verba Ariſt. debent intelligi nõ ſimpliciter, ſed pro tanto pro quanto inter ſubſtantiam & cætera prædicamenta eſt ordo ꝑfectionis, modo cũ tali ordine analogie ſtare põt vniuocatio conceptus. Sed hæc ſolutio dubia eſt primo q̃a Ariſt. vtitur eodem exemplo, quo vſus eſt in quarto de ſanis, vult. n. ens ita dici de decem prædicamentis velut ſanum de ſanis, igitur non de ordine perfectionis, ſed attributionis loq̃tur, & ſic põt ſyllogizari ratio vt pri⁹. Secundo ſi ita eſſet, Ariſt. non concluderet cętera accidentia non poſſe habere quidditatem ſine ſubſtantia, vult. n. ſolam ſubſtãtiam habere quidditatem per propria ſui generis, accidentia autem niſi per ſubſtantiam: igitur accidentia non ſunt entia niſi attributione ad ſubſtantiam, & ita nõ ſtat vniuocatio, vnde vis verborum Ariſt. eſt vis illa, quæ notatur in hoc. 4. lib. quia vtiť illiſmet verbis, & illomet exemplo. De auctoritate lib. phy. nunc taceo quia poſſunt euadere, ſcio tñ bene nõ eſſe eorum euaſionem ad mentem peripateticorum vt patet per Alexan. Them. Simpľ. & Auer. ibidem. Sed quolibet proferente contrarium ſtultum eſt ſolicitum eſſe, vt dicitur. 1. Topic. Tertio arguitur per rationes, & primo quia ens prędicatur vniuoce & in q̃d de pluribus differentibus ſpecie, igitur genus. Reſpondent ꝙ non ſufficit iſtud, ſed oportet addere ꝙ de nullis differentijs prędicetur, modo licet ens prædicetur in quid & vniuoce de pluribus ſpecie differentibus, quia tamẽ prædicatur de aliquibus differentijs, vt de rationali & irrationali, propterea non eſt genus. Sed cõtra arguo, quia hæc conſequentia eſt Boe. in lib. Porphyrij in ſecunda ędition, ſupra illo verbo, ſiquis oĩa vocet entia, æquiuoce nuncupabit, vbi facit enthimema hoc. videlicet ens vniuoce prædicatur, igitur eſt genus, deducit ꝑ hoc, quia vniuoce cõiter prædicari eſt prædicari vt genus. Quod ſi ipſi negabunt Boe. non eſt mirum ſi nos negamus ipſos. Quarto arguitur omne vniuocũ comparatur illis quibus eſt vniuocum, aut vt genus, aut vt differentia, aut vt accñs, aut vt ſpecies, aut vt propriũ. Sed non põt ens ipſum ipſis entibus comparari niſi vt genus, igitur eſt genus antecedens patet, quia omne vniuocum comparatur eis: quorum eſt vniuocum ſub rõne alicuius vl̃s modo nõ plura ſunt vniuerſalia, quã quinque, igitur vt prius. Reſpondẽt ꝙ non tm̃ quinque ſunt vniuerſalia, ſunt. n. quinque vniuerſalia, prædicamentalia verum eſt quoddam vl̃e tranſcendens vt ens & vnũ, & id genus. Porphy. igitur enumerauit vl̃ia prędicamentalia tm̃, & non oĩa. Sed hæc ſolutio eſſe videť contra peripate. quia apud peripa. vniuerſale eſt prædicatum, modo quinque ſunt tm̃ prædicata met. & quatuor topica, ſiue dialectica vt in lib. topico. oẽs determinant, topica. n. prædicata ſunt aut proprium aut definitio, aut genus, aut accidẽs. Meta. vero ſunt quinque, q̃ Porph. enumerat. Præterea ſm̃ Auer. omne vl̃e eſt forma, vt patet. 1. meta. & alibi pluries, ſed ens non eſt forma, igitur non põt eſſe vl̃e. Præterea ſi ens eſt vl̃e, tunc infinitum & finitum erunt differentiæ particulares. tenet argm̃, quia differentiæ ſunt correlatiue ad id cuius ſunt differentiæ: quare ſi ens eſt vl̃e, differẽtiæ non poſſunt eſſe niſi particulares, vltra ſi ens eſt vl̃e, & ipſum infinitum quo ens diuidiť eſſet particulare, tunc Deus conſtitueretur ex vl̃i, & particulari, quod non cõcederent ipſi, nec peripatetici. Quinto arguitur ſi ens eſt decem prædicamentis vniuocum, tunc ipſum deſcenderet ad illa per dr̃ias, quæ ſint. A. B. & quæritur vel. A. B. dr̃iæ ſunt ens formaliter, vel non. Si non, igitur non ens formaliter includereť in aliquo ente formaliter. Si ſic, igitur in conceptu cuiuſlibet prędicamenti includereť bis ens. Soluũt & dicunt. A. B. non eſſe ens formaliter, ſed ens realiter, nec eſt impoſsibile, aliquod non ens formaliter includi in ente aliquo formaliter, dummõ ſit ens realiter. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt. Primo quia Ariſt. 3. huius & Auer. & oẽs probant ens non eſſe genus, quia prædicatur de oĩbus differentijs, vel igitur intelligunt ipſum prædicari de oĩbus differentijs realiter vel formaliter. Si realiter, per hoc nõ tollitur ipſum eſſe genus, quia omne genus prædicať de dr̃ijs realiter. Si formaliter, habetur ꝙ ens prędicatur de. A. B. formaliter quod negarunt. Secundo mirum eſt quo namõ mõ dr̃ia poſsit eſſe non ens formaliter & includi formaliter in aliquo ente. Primo q̃a illud in quo formaliter includeretur, non eſſet formaliter ens, quia differentia magis conſtituit rem, cuius eſt differentia, quam illud cõe cuius eſt diuiſiua, igitur ſi. A. nõ eſt ens formaliter, conſtitutum per. A. formaliter, erit non ens formaliter. Secundo omne quod eſt formalius eſt per ſuam differentiam, quam per ſuum genus vel ſuum cõe: igitur aliquod ens quod per. A. conſtituitur formalius eſt per. A. quam per ens, ſed. A. eſt non ens formaliter, igitur tale ens quod per. A. conſtituitur erit formalius non ens quã ſit ens. Tertio. A. conſtituit. C. ens formaliter aut in eſſe formali, aut in non eſſe formali. Si in eſſe formali, igitur A. eſt ens formaliter, aliter. A. conſtitueret aliquam rem formaliter ſub tali eſſe, quo ipſum. A. non formaliter eſſet. Si in non eſſe formali, igitur. C. erit non ens formaliter. Quarto obliti ſunt eorum rõnis factæ. 3. huius. Arguebant. n. ens non prædicari de ipſis differentijs, q̃a tunc eſſet nugatio, dicendo, homo eſt animal rationale, quia ens in animali ſemel formaliter includeretur, & ſemel formaliter, in rationali: & per hoc vbiq; concludunt ens non prædicari formaliter de differentijs, quæ ratio eſt vniuerſalis de oĩbus differentijs, quare ſibi cõtradicunt. Quinto valet. C. eſt ens, igitur. C. eſt. B. vel. A. ponendo. B. vel. A. eſſet differentias ęquatas enti, quibus omne ens diuiditur, igitur valet. C. eſt ens formaliter, ergo. C. eſt. A. vel. B. formaliter, quia quando ad antecedens eſſe ſequitur conſequẽs eſſe, eodem addito vtrobiq; ad illudmet, ſequitur idem, vt patet primo priorũ. Valet ꝙ. C. ſit. A. vel. B. formaliter, igitur. A. &. B. includunt ens formaliter, aliter conſequentia non eſſet formalis. Sexto primo diuerſa in nullo conueniunt, ſed prima cauſa, & cauſatum ſunt primo diuerſa, ſimiliter ſubſtantia & accidens, igitur in nullo conueniunt. Reſpondent ꝙ Deus & creatura ſunt primo diuerſa in realitate, non autem in conceptu reali: ſimiliter ſubſtantia & accidens. Sed contra, quia tunc nulla eſſent ſimpliciter primo diuerſa, quia oĩa ſaltem in conceptu reali conuenirent, & ſic nulla ſimpliciter eſſent primo diuerſa, quod eſt contra Ariſtot. 5. huius. Præterea ſi Deus & creatura conuenirent in conceptu reali entis formaliter, tunc tam Deus, quam creatura eſſet formaliter ſeipſo ens, & ſic creatura eſſet ſeipſa per eſſentiam formaliter ens, quemadmodum Deus: hoc non concedũt peripatetici, quia volũt Deum eſſe ens per eſſentiam, cætera eſſe enticia participatione entis diuini. Ex his patet dilucidatio.

Solutio aliquorum. *Replica.* *3. Ratio.* *Solutio.* *Confutatio.* *Quarta.* *Côm. 27.* *Quinta ratio.* *Solutio.* *Confutatio.* *Côm. 10.* *Sexta ratio.* *Solutio.* *Confutatio.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

AD rationes factas capite primo, pro prima parte patuit ſolutio, quia faciunt pro nobis. Ad rationes autē oppoſitas patet ſolutio in dilucidatione. Reſtat nunc ſoluere rationes aliorum factas pro tertia eorum concluſione, & rationes etiam factas cōtra poſitionē antiquorum Porphyrij, & aliorum. Ad primam igitur dico ꝙ ſyll's debet ſic formari. Oīs conceptus de quo intellectus eſt certus, formaliter incluſus in aliquibus conceptibus, de quibus ītellectus eſt dubius, eſt vnus & alius ab illis, de quibus eſt dubius. Sed ens eſt conceptus de quo ipſe intell's eſt certus formaliter incluſus in DEO & creatura ſubſtantia & accidente, de quibus intellectus eſt dubius, igitur ens eſt vnus conceptus & alius à Deo creaturaúe, ſubſtantia & accidente. minor patet, quia peripateticus diſputans cum Thalete milexio de aqua an ſit prima cauſa, certus eſt de aqua ꝙ ſit ens dubitant ambo an ſit prima cauſa, vel cauſatū, igitur ens eſt conceptus de quo intellectus eſt certus formaliter incluſus in prima cauſa & cauſato, quia tam prima cauſa quam cauſatum eſt ens formaliter, igitur patet minor. maior aūt conceditur ab omnibus. Hæc eſt ratio eorum, & primo Aui. poteſt etiā de ſubſtantia & accidente eadē minor perſuaderi vt patet per eos. Nunc reſpondetur primo iuxta poſitionem logicorum, dicendo quòd minor eſt falſa, quia vel ſumitur ens in ſuppoſitione formali, & ſic eſt falſa, quia intellectus diſputantium eſt certus de ente, de ente tamen non eſt certus, veluti ſumus certi deueniente, de nullo tamen veniēte ſumus certi, quia non de Socrate, qui venit ſumus certi. Sic philoſophi diſputantes de aqua an ſit prima cauſa an cauſatum, ſunt certi de ente, quia cognoſcunt ens, de ente tñ non ſunt certi. Similiter diſputantes de lumine ſunt certi de ente, de ente tamen non ſunt certi. Si vero ſumitur ens in ſuppoſitione ſimplici vel cōmuni pro ente ſimpliciter ſumpto, vt ſic nō aſſumitur ſub maiori, & cōmittiť paralogiſmus accidentis, non enim ens vt ſic eſt conceptus, quia nullus eſt conceptus: & propterea hæc ratio nulla eſt, ſic Albertilla & cæteri eniterentur ſoluere, breuiter igitur negatur minor quia ens non eſt conceptus de quo intellectus ſit certus, licet certi ſint intellectus diſputantium de conceptu entis, ſiue de ente. Alij negant minorem, quia ens non eſt conceptus de quo intellectus ſunt certi formaliter incluſus in conceptibus ſubſtantiæ & accidentis de quibus eſt dubius: diſputantes enim ſunt certi de vna propoſitione categorica de extremo diſiuncto, videlicet, ꝙ lumen ſit ſubſtantia vel accidens: dubitant vero de duabus categoricis de extremo ſimplici, videlicet ſi eſt ſubſtantia, vel ſi eſt accidēs, quia nihil aliud eſt eſſe certæ de re aliqua ꝙ ſit ens niſi de vna categorica de extremo diſiuncto, diſiunctione cadente inter ſubſtantiā & accidens, eſſe vero dubiū de ſubſtantia & accidente eſt eſſe dubium de duabus categoricis de extremis ſimplicibus ſubſtantiæ & accidentis, quare ambo ſunt certi de lumine ꝙ ſit ſubſtātia vel accidens, ſed dubitant ſi eſt ſubſtantia, vel ſi eſt accidēs hanc ſolutionem videtur ſequi Auerroes, qui vbiq; ens appellat ambiguū, non enim videtur ambiguū, niſi ob id quod importat cōceptum diſiunctum. Iuniores occurrunt, quia impoſsibile eſt eundem conceptū omnino haberi ſub diſiunctione, & ſine diſiūctione. Sed conceptus entis à diſputantibus de primo principio, vel de lumine habetur ſine diſiunctione pœnitus: cōceptus vero inferiores non concipiuntur ab ipſis ſine diſiunctione, igitur non ſunt idem conceptus. Maior (vt dicūt) patet quia dato oppoſito ſequitur contradictio. Minor probatur, quia tam peripateticus qui poſuit aquam nō eſſe primum principium: quam Tales qui poſuit aquā eſſe primum principium, affirmabāt principium illud ſiue aquam eſſe ens ſine diſiunctione concipiendo ens, dubitabant vero ſi hoc vel illud cum diſiunctione concipiendo, igitur conceptus entis eſt alius ab illis. Præterea ſoliti ſumus alias nos replicare, quia quæro vtrū differt intelligere ens & ſubſtantiam vel accidens, ſiue hoc diſiunctū ſubſtantia vel accidens, certum eſt ꝙ ſic, quia ens pōt diſtribui: hoc tñ diſiunctum non poteſt diſtribui. Hæc. n. eſt vera: omne ens eſt vnū, & tñ huic non correſpondet illa: oīs ſubſtantia vel accidens eſt vnum, ſed hæc oīs ſubſtantia & omne accidēs eſt vnū: igitur differt dicere & intelligere ens & illud diſiunctū: quod eſt ſubſtātia vel accñs. Præterea hæc eſt vera: ens eſt tranſcēdens: hæc tñ falſa: ſubſtantia vel accidēs eſt tranſcēdēs: igitur aliud eſt intelligere ens: & aliud illud diſiunctum qđ eſt ſubſtātia vel accñs, & ſic conceptus entis eſt alius à conceptu illo diſiuncto. Poteſt dicta ſolutio defendi vbi aīaduertendum eſt ꝙ aliquem conceptum ſignificare vnum diſiunctum pōt eſſe dupliciter, vel quod ſignificet illa ſub diſiūctione vel ſignificet alterum illorum, ſed nō tm̄. v. g. homo in mente apud logicos non ſignificat ſortem vel Platonem diſiunctim, ſed ſortem & non tm̄, ſic ens in mente ſignificat ſubſtātiam, & nō præciſe, & hoc pacto dicitur ſignificare illa diſiunctim quia aliquod illorum & nō tm̄, at in iſta propoſitione, promitto tibi librū, iſte terminus librū virtute illius verbi promitto, ſignificat illud diſiunctū hūc vel illum librum, quod diſiunctum nō ſignificaret per ſe ſumptus extra propoſitionem. Tūc ad primam obiectionem dico ꝙ illa rō cōcludit ꝙ ens in mēte nō ſignificat illud diſiunctum ad primum ſenſum, cum quo tñ ſtat ꝙ ſignificat illud ad ſecūdum ſenſum, quia ſubſtātiam & non tm̄, & ſic concedo ꝙ idem eſt ens ꝙ ſubſtātia & non tm̄. Per idem ad ſecundum dico ꝙ ratio concludit ꝙ ens & illud diſiunctum differunt aliquo modo, nō autem ad ſecūdum ſenſum. Per idem ad tertiam patet ſolutio. Ad ſecūdam concedo ꝙ primum principium, quod axioma dicitur nō eſt multiplex ſm̄ æquiuocationem à caſu: bene tñ ſm̄ æquiuocationem à cōſilio, vt dictum eſt de ente. Ad tertiam dico ꝙ conceptus ſubſtātiæ generatur à phantaſmate accidētis in virtute ſubæ: vt in. 7. dicemus: & qñ dicitur, igiť intellectus poſſet illius abſentiam cognoſcere, negatur qñ eſſent agētia pœnitus cōformia cōſimiles effectus producētia, vt ſi duo oua mouerēt viſum, non eſt neceſſe vt viſus cognoſcat abſentiam vnius. De re hac melius dicetur. in. 7. Ad quartam dico ꝙ ſignum diſtributiuum poteſt diſtribuere analogum. Hæc. n. eſt vera de omni ſano loquitur medicus. Ad vltimam dico ꝙ bene vnius potētiæ eſt vnum obiectum, ſed non eadem ſpē veritatis, nam potētia eſt vna ſpē, & ens eſt vnum tranſcēdēter, ſufficit igitur vt obiectum ſit vnum ſaltē vnitate attributionis ad vnum primum, nota tñ ꝙ qñ Porph. ait Ariſto. dixiſſe in prædicamētis ens eſſe ęquiuocum. d. pro tāto, quia Ariſto. facit decem prædicamēta decem prima rerum genera, & ſic nō poteſt ponere vltra illa ens vniuocum, quia faceret illa nō prima genera, & ſic exponit Boet. illud verbum, quod vero aliqui dicūt Porph. velle ens æquiuocum eſſe phyſice: eſt falſum, quia per illud non haberet intentum, quia intendebat

Solutio ad primam. *Alia ſolutio.* *Replica. iuniorum.* *Replica noſtra.* *Defenſio.* *Ad quartam.* *Ad vltimam.*

debat probare ens non eſſe genus modo genus poteſt dici æquiuocum phyſicæ. Hæc de diſputatione, vbi ſi vis eſſe reſolutus, quære ea quæ lib.1.diſputationē prima cap.5.dixi, & eris pœnitus perfectus. Hactenus de prima diſputatione.

Hæc quia ſubſtantiæ entia dicuntur, illa vero quia paſſiones ſubſtantiæ, alia vero quia via ad ſubſtantiam &c. aut ad ſubſtantiam dictorum, aut horum cuiuſdam negationes, aut ſubſtantiæ &c. Tex.cōm.2.

DISPVTATIO SECVNDA

De diſtinctione affirmationis & negationis.

Num negatio diſtinctam habeat formalitatem ab affirmatione.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET licet hæc diſputatio ſub hac forma non ſit peripatetica, quia modus hic loquendi eſt nouus & inauditus à bonis peripateticis, tamen quia mouetur ſub hac forma, ꝓpea & nos illā mouemus. Et arguitur primo ꝙ non quia quod non habet diſtinctam intelligibilitatem non habet diſtinctam formalitatem. Sed negatio non habet diſtinctam intelligibilitatem, quia non eſt ens, igitur nec diſtinctam formalitatem. Secundo quod cognoſcitur per aliquid, non habet diſtinctam intelligibilitatē, nec formalitatem ab illo, ſed ipſa negatio per habitum atq; affirmationem cognoſcitur. Tertio ſi ſic, tunc inter affirmationem & negationem poſſet dari medium, vtpote illa formalitas media, qua diſtingueretur ab affirmatione, quæ nec eſſet negatio, nec affirmatio. Quarto oīs formalitas eſt aliquid poſitiuum, ſed negatio nec eſt aliquid poſitiuum, nec habet poſitiui quicquam. In contrarium arguitur, quia negatio manet, affirmatione non manēte, igitur formalitate diſtinguuntur, antecedens patet. manet.n.in homine hæc negatio, homo non eſt æquus, & tamen affirmatio, homo eſt æquus non manet. Hæc quæſtio vix in textu mouetur, tamen pro tanto mouetur, quia Ariſto. in textu ſecundo ait priuationes & negationes eſſe ens, propterea poteſt eſſe difficultas, ſi diſtinctum eſſe habeant ab affirmatione, nec video, vbi moueri poſſit, niſi ibi.

1. Ratio. — Secunda. — Tertia. — Quarta.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli primo quid per negationem & affirmationem intelligi ſoleat, aperiamus: nam negatio & affirmatio vno modo poſſunt ſumi incomplexe, alio modo complexe. Si quidem complexe ſumantur ſic negatio eſt pars contradictionis remouens aliquid ab aliquo: affirmatio aūt pars contradictionis dicens aliquid de aliquo, vt primo priorum, &.1.poſte. & in lib.de interpretatione. Si vero incomplexe, ſic negatio, quæ per verbum illud non ſignatur, poteſt trifariam dici, aut priuās, vt cecum, aut infinitans vt nō homo, aut negans, vt non ens. Sed iuxta hæc quæres nū negationes incomplexæ ſint entia realia. Quidam de negatione negante, quam ipſe negationem extra genus appellat, ait illam nec ens reale nec ens intentionale, ſiue rōnis eſſe. probaт quia ex quo eſt extra genus, negat omne eſſe tam reale, quam intentionale. Si vero loquimur de negatione priuante, ſic concedit illā eſſe ens reale vt cæcum, & id genus. At ſi de negatione infinitante loqueremur, cum hęc ſit cōis enti & non enti, videtur eſſe ens intentionale, non homo.n.prædicatur tam de hippocentauro, quam de æquo, igitur non hō non pōt eſſe ens reale, & ita videtur ens intentionale. Sed hæc poſitio quo ad ſecundam partem, non mihi placet, quia non videtur verum ꝙ cecitas ſit ens reale, quia tunc priuationis eſſet priuatio. Præterea.12. huius Auer. expreſſe ait priuationem & negationem eſſe ens rationis, & intentionale. Expoſitor autem in litera ait ꝙ huiuſmodi priuationes, & negationes ſunt entia rationis, & ait illa eſſe entia rationis, quia ratio negociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat, vel negat aliquid.

Quid negatio & affirmatio. — Dubitatio; Pō Scc. In quolibeto. — Confutatio. — Cōm.14. Solutio. Thomæ.

Sed contra hic eſt dubium quia terminis primæ intentionis correſpondet aliquid in re, ſed cecum & id genus ſunt termini primæ intentionis, igitur correſpōdet aliquid in re, & ſic non ſunt pœnitus rationis ens. Pōt dici primo ꝙ aūs eſt falſum, quia hippocentaurus eſt terminus primæ intentionis, cui nihil correſpondet in re. Secundo poteſt dici ꝙ ceco nihil correſpondet in re vt ſuppoſitum, ſed bene vt ſubiectum, vtpote oculus, & id genus, & ſic poteſt teneri ꝙ ſit ens rationis, & terminus primæ intentionis, quia ſaltem ſibi corrn̄det aliquid vt ſubiectum. Sed dices ꝙ à pari hæc intentio ſpecies & hæc intentio genus eſſent termini primæ intentionis, quia eis correſpondet homo vel aīal. Dico ꝙ hæc ſibi non correſpondent per naturam ſed vt concipiuntur, at ceco in mente correſpondet oculus per naturam, quid ſit igitur negatio, quidúe affirmatio patet. Nunc quid formalitas ſit tranſigamus. Aliqui ſic illam definiunt formalitas eſt ratio obiectiua in re, apprehenſa ab intellectu, apta terminare ex natura rei actum intell's, dicitur forte primo ratio obiectiua quia ratio obiectiua hic capitur pro obiecto conceptibili, quia ratio non ſumitur pro potentia rationali, nec pro diſcurſu, ſed pro conceptu, & dicitur obiectiua in re ꝓ figmenta, quæ non poſſunt eſſe formalitates, quia non ſunt rationes obiectiue in re: dicitur apprehenſa ab intell'u, quia apud eos conceptus obiectiuus eſt formalitas, modo cōceptus obiectiuus eſt vt repreſentatur ipſi intellectui, dicitur apta terminare actum intell's, quia non oportet vt moueat intellectum, quia ad hic vt aliquid moueat intellectum oportet eſſe ens abſolutum, & quid vel habens modum quid, & quia negationes non ſunt ens, ideo non poſſunt mouere intellectum, & quia relationes non ſunt abſolute nec mouere pn̄t intell'm, & quia proprietates indiuiduales non ſeſe habēt per modum quid, ideo non mouent: at oīa hæc ſunt formalitates vel habere poſſunt formalitates: igitur non eſt neceſſe vt formalitas moueat intell'um, ſed vt illius actum terminet: dicitur ex natura rei apta terminare propter ſcd'as intentiones: quæ terminare poſſunt actū intell's, ſed non ex natura rei. Sed contra hoc dubitat Ioan. quia non videtur ꝙ poſſit aliquid dici per ſe obiectum intell's & non mouere intell'm. Nam intell's reſpectu ſui per ſe obiecti eſt virtus paſſiua ſm Ariſt. in.3. de de aīa, nec vnquam intell'um poſſibilem Ariſt. niſi per pati & moueri ab intelligi deſcripſit: vt patet in.3.de aīa & vbiq;, igitur relationes, & indiuiduæ proprietates nō poſſunt eſſe per ſe obiecta intell's, niſi ſubeant per ſe rōnem mouendi, vnde & græci obiectum anticimenō hoc eſt contrarium appellant: quod pro tanto contrarium appellatur, quia ſemper potētiæ comparatur ſub ratione oppoſita eo quia ſi potētia eſt actiua, ipſum eſſet paſſiuum, vt in nutritiua potentia habetur. Si vero potentia ſit paſſiua per ſe obiectum non pōt eſſe niſi actiuum.

Dubitatio. — Solutio. — De formalitate quid. — Confutatio. Ex an eē intelligibile moueat intellectum. Nota de intentione motiua et terminatiua.

actiuum. Nec pōt dici ꝙ relationes comparantur intellectui vt obiectum actiuum ratione fundamētorum, quia ea in quibus fundantur mouent intellm̄ ad intellectionem ſimiliter de priuationibus, & de proprietatibꝰ indiuiduis, eo quia talia in propria forma non mouēt, ſed ratione ſuorum indiuiduorū, & rōne ſuorum habituum. Nam vbi ſic diceretur, tunc hæc non rōne ſua eſſent per ſe intelligibilia, ſed rōne eorum quæ mouerent, & ita talia non niſi per accidens intelliguntur, qđ eſt verum, & contra eos. Præterea per ſe intelligit intellectus, ad quæ cōparatur per rōnem intell's, ſed ad fundamentum illorum comparatur per rationem intell's, quia per rōnem qua eſt virtus paſsiua ab intelligibili. Hęc.n.eſt ratio ſua, vt patet. 3. de anima, igitur fundamētum per ſe intelligit & non illa ad quæ non per rōnem intellectus comparatur. Secundo principaliter arguit, quia datis conditionibus quas dicūt eſſe neceſſarias ad obiectum vt ſit motiuum ſequeretur ꝙ materia prima per ſe poteſt mouere intellectum, quia eſt ens abſolutū, & per modum quid & eſſentiæ, igitur poſſet per ſe mouere ipſum intellectū, & hoc ipſi nō concederent. antecedens patet, materia.n.eſt ens (vt ipſi tenent) abſolutum, īmo apud eos ſeparabile ab omni forma. ſeſe habens per modum quid, quia per eos eſt pars quidditatis & eſſentiæ, igitur materia per ſe poteſt mouere intellectum contra eos in. 7. huius & alibi. Tertio videtur hæc deſcriptio ſuperflua, quia omnis formalitas apud eos eſt rō obiectiua ex natura rei, vel in re, & omnis rō obiectiua ex natura rei eſt formalitas, modo oē prędicatum in quid conuerſim de aliquo eſt illius definitio vt accipitur. 1. & 6. Topico. Preterea rō obiectiua ex natura rei eſt conceptus obiectiuus ex natura rei. Sed conceptus obiectiuus realis ſiue ex natura rei conuertitur cum formalitate vt hic loquuntur, igitur & ratio obiectiua ex natura rei cum illamet conuertitur & prædicatur de illa in quid ergo eſt eius definitio, & ſic cæteræ particulæ ſuperfluæ erunt. Præterea quicquid explicaretur per alias particulas ſatis per has tres habetur, nam per primam, videlicet, rōnem habetur ꝙ formalitas ſit conceptus, per illam particulam obiectiua habetur ꝙ ſit apta terminare, per illam in re habetur differentia à

Cōm. 1. ſecūdis intentionibus & aliis. Quarto principaliter hæc deſcriptio eſt nulla, quia quæro quid per rōnem intelligant, ait enim Boetius in prædicamentis rō quæ grçce logos eſt multimode dicitur, eſt.n. ratio animæ, & ratio computandi, & ratio naturæ ipſa nimirum ſimilitudo naſcentium, & eſt ratio quæ in definitionibus vel deſcriptionibus redditur. Tunc quæro quid per rationem intelligant, & patet ꝙ non poſſunt niſi vel definitionem vel deſcriptionem intelligere, & ſic ſola definibilia vel deſcriptibilia rōnem haberent contra eos.

Quid formalitas apud peripateticos. Dicamus igitur ſm̄ peripateticos ꝙ illud eſt formalitas reſpectu formati ſiue habētis formam, quod eſt materialitas reſpectu materiali ſiue habentis materiam, & vt nihil materialitatem habet, quod nō habet materiam, vel vt partem ſui, vel vt id in quo, ſic nihil formalitatem, quod non habet formam, quia vt à materia materiale deducitur, è quo rurſus materialitas dicitur, ſic à forma formale, è quo formalitas dicetur. Ex his ſequitur quid ſit formalitas apud peripateticos, nam eſt conditio quædam rei habētis formam, qua res illa formalis vel formata dicitur ſicut materialitas eſt cōditio rei habentis materiam qua res illa materialis vel materiata dicitur, & qm̄ res dicitur materialis à materia, & formalis ſiue formata à forma iure rei materialitas materia erit, & rei formalitas forma, non differentes niſi vt homo & humanitas. Sed occurres, q̄a cōiter dicit ꝙ vox *Dubitatio.* eſt nominis materialitas, & ſignificatio nominis formalitas, & tamen vox non eſt materia nominis, nec ſignificatio formalitas, oīs, igitur non bene ſunt hæ diffinitæ, amplius dicitur color formalitas albi miſtura materialitas. Dico ꝙ vt medici ſumunt quo pro quid, & *Solutio.* quid pro quo. Sic loquētes ſumunt quid pro quo: tum enim dicitur vox materialitas ſiue materia noīs ſumūt quid pro quo hoc eſt pro ſimili. Similiter color dicitur forma vel formalitas ſumendo pro ſimili: vnde & Porphyrius in ſuo de vniuerſalibus libro clariſsime dicit ꝙ genus eſt materia & differentia forma, quia ſimilia his, vt intuenti librum illum recte videri poteſt: quare huiuſmodi locutiones oēs ſunt falſæ: ſed admittuntur propter vſum loquendi. Ex his ſequitur ꝙ loquendo de for- *Excerp. 1.* malitate ſecundum veritatem. Sic rei cuiuſq; formalitas eſt rei quidditas atque rei eſſentia, nam cū formalitas rei ſm̄ veritatē ſit rei forma, rei forma ſit rei quidditas atq; eſſentia, igitur formalitas eſt rei eſſentia. Secun- *Secundum.* do ſequitur ꝙ formalitas nō ſit ratio ſiue diffinitio vel deſcriptio, quia diffinitio non eſt rei quidditas, nec rei eſſentia, ſed ſermo explicans rei eſſentiam, vel rei quidditatem. Solet autem concedi ꝙ formalitas ſit rei ratio: pro quāto per rationem explicatur, & nihil aliud ꝑ rationem quam formalitas ſiue quidditas explicat. Ter- *Tertium.* tio ſequitur in rebus intentionalibus non eſſe formalitatem nec materialitatem ſm̄ rei veritatem, ſed bene ſecundum vſum loquentium, qui vtuntur ipſo quid vel ipſo idem pro quo, vel pro ſimili. Amplius nec dici poſſunt diſtinctæ formaliter vel formalitate, niſi eodē modo. Animaduerte tamē ꝙ nos alias diximus ꝙ ſicut differt materiatum à materiali, & formatum à formaliter tali, ſic differt materialitas à materia, formalitas à forma, quia materiatum eſt deductū à materia, & formatum à forma materialiter, tale vero deducitur à materialitate, formaliter tale à formalitate. Modo materiatum non dicitur niſi de eo quod habet materiam, & formatum etiam non niſi de eo, quod habet formam, igit materia eſt tantum eius quod habet materiam, forma etiam eius quod habet formam at materialiter tale dicitur tam de eo quod habet materiam, quam de eo qđ habet aliquid materiæ ſimile, igitur formaliter tale dicetur tum de eo quod formam habet, quā de eo quod habet aliquid ſimile formæ, & ita ſequitur ꝙ formalitas eſt in plus quam forma, vt formaliter tale in plus q̄ formatum. Et ex his colligi poteſt vera perfectiſsima & completa diffinitio formalitatis quæ omnem ambiguitatem tollit intellectuiq; vere quadrare & conſonare videtur, formalitas eſt conditio quædā qua aliquid denominatur formaliter tale vel tale, vt album vel nigrum, & id genus, conditio ponitur loco generis, quia cōe eſt tam formæ, q̄ ei quod eſt formæ ſimile qua denominatur formaliter tale ponitur loco dr̄iæ, quia per illam denotatur eſſe in plus quā forma, ſicut formaliter tale in plus quā formatū, igit formalitas eſt oīs forma, vel ſimilis formæ, formalitas igitur eſt oīs cōditio, qua aliquid denominatur formaliter tale vel tale, & quia tam forma, quā aliquo formæ ſimili denominat aliq̄d formaliter tale vel tale. Ideo tā forma quā ſimile formæ eſt formalitas, quæ oīa ſi recte inſpicies oēm ab animo obſcuritatem amouebunt reducētq; in lucē ea oīa quæ ab alijs obſcure prolata fuere. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Poſitio.1. *1.Suppoſitio.* De diſputatione variæ ſunt poſitiones. Quidā ſupponunt quædam. Quorum primum eſt ꝙ diſtinctio formalis ſiue per formalitates importat non identitatē aliquorum, quorum vnum excludit aliud à ſuo conceptu formalis, hoc eſt dicere vt omne illud diſtinguatᷣ formaliter ab alio, quod non eſt idem illi per ſe primo *Secunda.* modo. Secundum eſt ꝙ negatio duabus comparatur affirmationibus, alteri quidem, quam includit & præſupponit, alteri, cui contradicit. verbi cauſa. homo non eſt ęquus, comparatur huic affirmationi, omnis homo eſt æquus, cui contradicit, & illi, homo eſt homo quam ſupponit in ſuo ſubiecto virtualiter, pro tanto nāq; illa eſt vera homo nō eſt æquus pro quanto, homo eſt hō. Et tunc iuxta hoc, cum Ariſt. in lib. de interpretatione dicit ꝙ negatio multiplicatur pro numero affirmationum & ꝙ eſt vna vnius, intelligitur de affirmatione, cui contradicit, non autē de affirmatione quam ſupponit, immo vnius affirmationis ſuppoſitæ eſſe poſſunt multæ negationes. huius. n. homo eſt hō ſunt, hō non eſt æquus, hō non eſt lapis, & aliæ in quibus negatur aliqd de hoīe vere, hæ ſunt duæ ſuppoſitiones, iuxta quas ponunt duas concluſiones. Prima eſt negatio non habet diſtinctam formalitatē ab affirmatione, quā ſupponit. *1.Concluſio.* Probant primo, quia negatio includit illam in ſua rōne conceptibili. igitur rōne conceptibili nō diſtinguitᷣ ab illa, & ita non formaliter. ſecūdo quia non habet diſtinctam intelligibilitatē, quia non pōt intelligi nega- *Secunda.* tio, quin in illa intelligatur affirmatio. Scđa concluſio eſt, negatio habet diſtinctam formalitatē ab affirmatione, cui opponitur. probatur primo, quia negatio dicit perfectionē in eo cuius eſt, affirmatio imperfectionē, eſt. n. perfectionis dicere hominē non eſſe æquum, at oēm hominē eſſe æquum imperfectionis eſt. igitur formaliter diſtinguuntur. Præterea negatio non eſt idē per ſe primo modo affirmationi, cui contradicit, igitᷣ diſtinguuntur formaliter. Hæc illi de diſputatione. Sed *Confutatio.* contra obijcit Ioan. & ſatis perite. Primo contra primā *1.Ratio.* ſuppoſitionē, videtur. n. ꝙ diſtinctio ſm formalitates non ſit non identitas aliquorum in primo modo dicēdi per ſe, quia vt oppoſitum in oppoſito, ita propoſitū in propoſito, igitur ſi diſtinctio ſm formalitates eſt nō idētitas aliquorum in primo modo, tunc idētitas in primo modo erit idētitas formaliter, hoc eſt falſum apud eos, quia homo & aīal ſunt idem primo modo, & tñ nō ſunt eadē formaliter apud eos. Quod ſi dicas ꝙ ſunt eadē formaliter non mutuo, quia homo non eſt idem aīali per ſe primo modo, ſed bene animal homini, ſaltē iſti non ſunt logice locuti, quia ſm logicos non valet, non ſunt eadem per ſe primo modo, igitur diſtinguūtur formaliter vel quouis alio modo. Nam hyppocentaurus & chimera non ſunt eadē, & tñ non diſtinguuntur, quia neque diſtinguuntur neque ſunt eadem quia non ſunt. ſm enim logicos. A. diſtinguitur. A. B. ſic exponitᷣ. A. eſt, & B. eſt, & A. nō eſt, B igitur. A. diſtinguitᷣ. A. B. ſic igitur non valet, hæc nō ſunt eadē primo mō, igitᷣ diſtinguuntur. Quod ſi dicas valere cōſtante ſubiecto, tunc nihil eſt, quia affirmatio cui opponitur non eſt, qa illa eſt falſa, non poſſibilis eſſe, & ita nullo pacto logi- *Secunda.* ce loquuntur. Secundo arguit Ioan. contra ſecundā ſuppoſitionē, quia aliqua eſt negatio, quæ non pōt cōparari ad duas affirmationes, igitur ſuppoſitio falſa. antecedens deducitur, quia iſta, homo non eſt animal, nullam affirmationē ponit, quia non illam homo eſt hō, quia hanc deſtruit, eo quia à quouis ſuperius ipſum negatur, ab eodem & inferius, nec illam, homo eſt aīal, quia illam deſtruit, igitur ſuppoſitio falſa. Solet dici ꝙ *Solutio.* ad hoc vt illa propoſitio ſit falſa, homo non eſt aīal, ſupponitur illa vera, homo eſt ens quæ virtualiter includitur in ſubiecto. Contra quia illi volunt affirmationem *Replica.* incluſam eſſe idem formaliter negationi includenti, vt patet ab eis. Sed hæ non ſunt idem formaliter, quia hæc eſt vera homo eſt ens, illa falſa, homo non eſt aīal. igitᷣ non ſunt idem formaliter. Secundo ſi hæc homo non eſt aīal: formaliter includeret illam, homo eſt ens, tunc falſum ſimpliciter includeret verum ſimpliciter, quod nec mihi nec eis cōſonat. Aliter fugiunt & dicunt ſup- *Alia ſolu.* poſitionem illorum intelligi in negationibus veris. Sed *Replica.* nec hoc valet, quia dum hic dicunt, reddūt illos inſufficientes, natura quæ dicunt vniuerſaliter, faciunt particularia. Præterea ſi hæc, homo non eſt aīal, nullam affirmationē includit non poſſet formaliter diſtingui ab illa, homo eſt aīal, quia per illos negatio non diſtinguitᷣ formaliter ab affirmatione niſi virtute affirmationis, ſupponit (vt illi ſentiunt) & ſic illos defendentes faciūt vt ſibi contradicant. Tertio principaliter arguitur cō *Tertia.* tra concluſiones. Et primo generatim, quia ſunt inſufficientes, nam licet de negationibus complexis ſufficerent, de ſimplicibus nihil habent. Secundo licet de negationibus complexis veris bene dicerēt de falſis nihil habentur. Speciatim arguitur contra primam, quia ſi negatio vera videlicet illa, homo non æquus eſt includeret aliquam affirmationē priorem, tunc hæc propoſitio, ſubſtantia non eſt quantitas, non eſſet immediata, qa immediata eſt qua non eſt alia prioᷣ, mō hac illa eſt prior ſubſtātia eſt ſubſtātia & notior. Quod ſi dicas ꝙ illa eſt immediata quia nullam ſupponit priorē, qua poſſit ſyllogizari hoc nihil eſt, quia ſaltem poteſt hypothetico ſyllogiſmo ſyllogizari hoc pacto, ſi ſubſtātia eſt ſubſtantia, ſubſtantia non eſt quantitas, ſed ſubſtantia eſt ſubſtantia, igitur ſubſtantia non eſt quantitas, hic enim ſyllogiſmus eſt, & demonſtratio eſſe pōt hypothetica ſm peripateticos. vt dicit Auer. 2. phy. cōm. 3. *Cōm. 3.* Præterea ſi omnis negatio vera includit formaliter affirmationem, tunc illud principium non contingit idē ſimul eſſe & non eſſe non eſſet primum ſimpliciter. deduco, quia ſupponeret illam ens eſt ens. Conſequēs eſt falſum, quia illud non contingit idem & cætera, eſt tam entibus quā non entibus cōe, qa non contingit chimerā ſimul eſſe & nō eſſe, & tñ hęc eſt falſa chimera eſt chimera, qa tūc chimera eſſet ens, & ita chimera eſſet quare illud eſt cōius & prius, & ꝑ conſequens non formalᷣ includit illam affirmationē. Contra ſcđam arguit Ioannes, quia ſignetur negatio & ſit. A. affirmatio vero quā deſtruit ſit. B. per eos. A. dicit diſtinctam formalitatem A. B. ſit illa. C. tunc arguo. C. non eſt. A. nec eſt. B. igitur mediū per abnegationem ipſius. A. B. ſed. A. B. erant contradictoria, igitur inter contradictoria datur medium. Quod ſi dicas poſſe dari medium rōnis non medium reale, hoc nihil eſt quia tunc contradictoria non diuiderent quodlibet ens ſm verum & falſum, hoc eſt non oporteret vt de quolibet ente alterum ſit verum alterū falſum, quod eſt contra Ariſt. in lib. de interpretatione & in lib. priorum. Conſequentia patet, quia de. C. neutrum illorum diceretur, quia. C. nec eſt. A. nec eſt. B. & tñ. A. B. ponuntur extrema contradictionis & ego neſcio quid abſurdius dici poſſit. Preterea tunc illa dignitas non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe non eſſet

vniuerſalis

vniuerſalis oībus, quia eſſe & non eſſe diſtinguuntur formalitate, modo illa ſit.c.vt prius quæ cum non ſit eſſe, nec non eſſe, de ea falſum eſt dicere non contingit.c.ſimul eſſe & non eſſe, quod admirabile eſſe videtur. Et ego neſcio quid impoſsibilius, ſic igitur hæc poſitio falſa ē poſitione aliæ quæ ſunt de hac diſputatione tanquam inutiles omittanť. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVANTVM ad dilucidationem ipſam attinet. Primo videbimus quo nam modo ſimplex negatio intelligatur ab intellectu noſtro: vt quo nam modo non ſanum ab intellectu noſtro intelligatur. Secundo quo nā modo negatio compoſita: quæ affirmationi alicui contradicit intelligatur. Tertio videbimus de diſputatione.

De primo. Prima pō. Quantum ad primum ſunt duæ poſitiones & ambæ peripateticæ. Prima videtur Expoſitoris Auer. & Themi. hi.n.ſunt qui dicunt negationem ſimplicem non cognoſci niſi ſpē affirmationis ſimplicis contrariæ: vna enim ſpēs in aīa primo conceptionē affirmationis efficit, ſecundo negationis: eo quia primum habitum ſiue affirmationem repreſentat. Secundo priuationem ſiue negationem: non tamen eodem modo, nam ſpēs habitus per ſe & primo habitum ipſum repreſentat atque illius conceptum in mente generat: per accidens aūt negationem ſiue priuationem quatenus eſt affirmationis negatio. *Obiectiones Ioan.* Sed obiicit Ioan. primo, quia hęc intellectio negationis vel ab ente fit: vel à non ente non cātur à non ente, quia non ens nihil efficit, nec ab ente, quia ipſum ens entis efficit intellectionem: igitur nō poteſt efficere intellectionem nō entis: quia idem nō eſt oppoſitorum cauſa. Secundo vnde eſt iſte ordo ꝙ videlicet, vnamet ſpecies entis primo ipſum repreſentet, cuius ſit ſpēs: poſterius aūt illa enti nō ens oppoſitum. Omnis.n.ordo eſt rerum modo ens & non ens nō ſunt res. Sed miror Ioan. qui dum enititur contra hanc pōnem non animaduertit ſe enixum eſſe contra Ariſtot. & ſuum DEum Auer. in.9. huius commē.3. *Cōm.3.* Ariſto. enim & Auerroes illic volentes aſsignare cauſam quare rationales potentiæ ſint ad oppoſita, dicunt hoc, quia ſcientia eſt oppoſitorum. Scientiam vero eſſe oppoſitorum dicunt, quia ſcientia ratio quædā eſt, quæ quidem eadem eſt & rei & priuationis, licet vt dicunt non eodem modo: quia rei ipſius per ſe, ac priuationis per accn̄s & poſterius. Et conſtat Ariſt. per rōnem illic ſpeciem, ſiue ſimilitudinē intellexiſſe vt oībus patet. Et ſic dum Ioan. illis contradicit, Ariſto. videtur contradicere. Tunc ad rōnes eius patet ſolutio, conceditur.n.primo vnum eſſe duorum cauſam non eodem modo, ſed vnius per ſe, & alterius per accidens. veluti idēmet calor ſui actione in humidū ipſum per ſe cauſa eſt ſui eſſe, per accidens attamen eſt cauſa ſui non eſſe: & in aliis id genus. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ ille ordo eſt ex parte entis, omne.n.ens eſt ipſummet ens, & nō eſt nō ipſummet ens. primo aūt eſt ipſum ens, ſecundo nō eſt non ipſummet ens. Vt omnis homo primo eſt ipſemet homo, ſecundo vero dicitur ꝙ oīs homo non eſt non ipſemet homo. Sic per ſe primo ſpecie ſiue rōne hominis intelligimus hominem. ſecundo nō hominem, quia vt Ariſto. ait illic negatione ablationeúe ipſum cōtrarium oſtēditur, & hoc modo prima pō eſt peripatetica.

Poſitio Ioan. Ioā. vero imaginatur ꝙ duplex ſit negatio, quædā entis particularis vt hoīs, vel æqui vel cæterorum id genus, quædam eſt negatio entis vl̄r. Secundo dicit, ꝙ nō pōt aliqua negatio intelligi niſi intellectioni eius rn̄deat aliquod poſitiuū affirmationi oppoſitæ contrariū vel diſperatum: declarať de negatione entis particularis, vt non homo non poteſt intelligi, niſi huic intellectioni reſpondeat in re æquus vel bos, quorū nullus eſt homo, de negatione vero entis vl̄is, patet etiam quia non poſſum intelligere nō ens vno conceptu negationis, ſicut nec ens vno conceptu affirmationis, eo quia ens nō dicit vnum conceptum omnibus cōem, ſic non ens non dicit vnum cōceptum negatiuū quo vnica ratione decem prædicamenta negenť, & hoc modo nō pōt intelligi non ens ſimpliciter per rationē cōem oībus negationibus ſubſtātiæ & accidenti, veluti nec ens per vnam rationem ſimplicē, & ſic illi intellectioni non ens ſemper reſpōdet aliquid poſitiuū vt vel quantitas vel qualitas, vel aliquid aliorum, dum enim non ens intelligo pro ſubſtantia ſemper pro quantitate, vel qualitate vel alio intelligo, nō aūt pro vna negatione omnium, quia ſicut dum ens intelligo non intelligo vnū ſic dum non ens, & ſic patet ꝙ ſemper intellectioni non entis correſpōdet aliquod ens. Sed dupliciter occurres cōtra Ioā. *Obiectiones.* primo, quia tunc non ens non dicetur de non ente ſimpliciter, vt de chimera vel hyppocentauro, quia nō poteſt intelligi niſi de ente vt dicit, modo nullum horū eſt ens. Secundo quia inter contradictoria daretur mediū. deducitur: quia ſi per ens intelligitur vnū prædicamentum, & per non ens non quantitatem, vel non qualitatē & id genus, aut intelligiť negatio oīum copulatiue, vel diſiunctiue, vel vnius tantum, ſi oīum copulatiue, tunc negatio erit ſimpliciter oīum, quod ipſe negat, ſi vnius tantum vel omniū diſiunctiuæ, & tunc dabitur mediū, quia inter ſubſtantiam & quātitatem vel aliquod aliud id genus ſemper datur medium aliquod illorum, igitur videtur hæc ſolutio fictio. Sed hæc ſolutio videtur non *Defenſio.* tantum Ioānis, ſed Auer.1.phyſi. Vbi apertiſsimo dicit ens & non ens dici de decem prædicamentis, quod nō pōt intelligi niſi vt exponit Ioānes ꝙ nō ens dicitur de quantitate, quæ eſt nō ens ſubſtantia de qualitate, quæ eſt non ens ſubſtantia, & de cæteris. Tunc ad primā dici poteſt ꝙ chimera eſt aliquod decem prædicamentorum, quia apud Ioānem ens in mente eſt accidens, & in prædicamento qualitatis, nō enim quicquid eſt in prædicamento eſt ens præter operationē intell'ſ apud Ioannem. Ad ſecundam negatur cōſequentia, quia licet inter non ens fundamentaliter & ens ſit medium, nō tamen inter ens & non ens formaliter: vt per contradictionem accipiuntur opponi. Sic igitur apparet quo nā modo negatio ipſa intelligatur. Hæc de primo.

De ſecundo. De ſecundo vero dicamus logice ꝙ negatio ſemper intelligitur per affirmationē, cui opponitur. declaratur, quia per id negatiua propoſitio quæ compoſita negatio dicitur intelligitur, ꝑ quod probatur hoc eſt explicatur. Sed apud logicos ſemꝑ negatiua probatur hoc eſt explicatur per affirmatiuam ſibi oppoſitam, igitur per illam intelligitur. Verum non eodem modo, quia negatio vera intelligitur per affirmationem, quæ intelligiť eſſe falſa, hæc.n.homo nō eſt æquus intelligitur eſſe vera, quia illa eſt falſa, homo eſt æquus, negatio aūt falſa intelligitur eſſe falſa, quia affirmatiua ſibi oppoſita eſt vera, vt iſta, homo non eſt animal, quia intelligitur illā eſſe veram, homo eſt animal, & ſic omnis negatio intelligitur per affirmationem. *Dubitationes.* Sed occurres primo quo nā modo affirmatio per quam negatio intelligitur, intelligenda eſt. Secūdo quia tunc negatiua in qua vnū prædicamentorum remouetur ab alio nō eſſet immediata vt hæc,

vt hæc,ſubſtantia non eſt quantitas,quia hæc pōt pro- bari hypothetice per affirmatiuam. Tertio quid facit (*Solutionum.*) intellectio negationis & affirmationis ſimplicis ad intellectionē negationis compoſitæ ſi illa intelligitur ꝑ affirmationem. Ad primam dici pōt ꝙ affirmatio vel eſt immediata,vt hic eſt album:vel mediata,hic eſt explicabilis, vtpote reſolutione, vel expoſitione vel alio quouis probandi genere. Tunc dicendum puto ꝙ ſi eſt immediata, per ſe patet vel eſſe falſam vt ſi fiat hæc hic eſt albū, oſtenſo coruo, vel eſſe verā vt hoc eſt albū oſtēſo cygno. Si vero mediata probatur, vel reſolutorie: vel expoſitorie, vel aliquo alio genere vt logici dicunt. Ad ſecundam dico ꝙ negatiua illa eſt immediamata poſterioriſtice,quia non pōt ſimpliciter demrāri, tanquam concluſio ſimpliciter ignota, prioriſtice vero pōt ſyllogizari hypothetice per hoc, quia eius contradictoria eſt falſa. Sed tenendo poſitionē logicorum ꝙ illa ſit vera per affirmationē, quam ſupponit notiorē vt dicunt,poſſet & prioriſtice & poſterioriſtice hypothetice ſyllogizari. Ad tertiam dico ꝙ cognitio terminorum eſt tanquam cā ſine qua non,at affirmatio eſt tanquam cauſa per ſe & principalis. Hæc logice ſatis. De (*De tertio.*) tertio,videlicet,quo nam mō negatio ab affirmatione, cui contradicit,diſtinguatur, facile eſt rn̄dere, quia vel nos loquimur de illis ex parte rei,vel quatenus propōnes ſunt, quod eſt quatenus ſunt in intentione. ſi quatenus propoſitiones ſunt, dico ꝙ differunt formaliter modo quo diximus, quia formalitas eſt conditio quædam qua aliquid denominatur formaliter tale, vel tale, mō formalitas negationis, qua negatio denominatur eſt alia ab ea qua denominatur affirmatio, quia ſi negatio eſt falſa,& affirmatio vera negatio denominatur falſa,& affirmatio vera,igitur differunt formaliter, ſiue ratione. Sinautē econtra,ēt econtra differunt, hæc autē dr̄ia non eſt realis,ſed intentionalis, quia eſt illarum vt habent eſſe in intentione. Si autē loquimur de illis ex parte rei, dico ꝙ non differunt, quia ea differunt quæ ſunt,vt dicunt logici, & Ariſt. 5. huius. Sed ex parte rei ſi negatio eſt affirmatio non eſt, & ſi negatio nō eſt affirmatio eſt, quia ſi hō ex parte rei eſt aīal, ex parte rei illa propō,homo non eſt aīal,non eſt & econtra,igitur ſemper altera exponentium erit falſa quare non differunt. Secundo dico ꝙ debent dici non eadem. probatur, quia ea quorum vnum eſſe poteſt altero non exiſtente,non ſunt eadem modo hæc ſunt huiuſmodi: igitꝰ non ſunt eadem. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ad rationes fere omnes patet ſolutio. Prima enim tollitur,quia ſiue negatio alia intelligibilitate intelligatur, ſiue non differt ab affirmatione conditione,qua denominatur talis vel talis formaliter. Per idem ad ſecundum. Ad tertiam dico quòd inter affirmationem & negationem compoſitas non eſt dare per ſe medium,quod nec ſit propoſitio vera,nec falſa:at inter affirmationem & negationem ſimplices datur medium, quia chimera nec eſt homo, nec eſt non homo licet neceſſario ſit homo, vel non ſit homo,vt in fine libri priorū deducitur: modo illa formalitas, quæ accipitur inter affirmationem, & negationem non eſt propoſitio,& propterea nihil ad rem. Ad quartam dico ꝙ illa formalitas dicit aliquid poſitiuū, non tamen ſemper in re, interdum autem in mente. Alij vero iuxta eorum viam enituntur ſatisfacere, quos omitto. Hæc de ſecunda diſputatione.

Si igitur ens & vnum idem, & vna natura, eo quòd ſe adinuicem conſequuntur ſicut principium & cauſa &c. Tex. cōm. 3.

DISPVTATIO TERTIA

De diſtinctione entis & vnius,cæterarumq; paſsionum.

Num vnum & ens dicant eandem naturam.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ens & vnum eandem non ſubeant naturam. Primo quia tunc tm̄ vnum eſſet ens, deducitur logice ſic quia vnum eſſet ens,& nihil non vnum eſſet ens, igitur tantum vnum eſt ens. Secunda exponens patet, quia illa ſubeunt eandem naturam. Secundo ſi vnum & ens eandem ſubirent naturam, tunc multitudo non eſſet ens, quia cum multitudo non ſit vnum, nec erit ens, quod eſt ſecundum naturam idem quod vnum. Tertio vnum eſt generis quāti, quia eſt principium numeri, & ens eſt tranſcendens, igitur non ſubeunt eandem naturam. In contrariū ſunt Ariſto. & Auer. & expoſitores.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ens ſit non ſemel dictum eſt. Vnum vero bifariam ſumi ſolet,nam aliud eſt vnum, quod eſt numeri prædicamentarij principium. Aliud tranſcendēs, quod eſt entis veluti paſsio, hoc patet, quia duplex eſt numerus,alius qui ex diuiſione continui efficitur,alius ex diuiſione eſſentiarum, modo primi numeri principium eſt vnum prædicamentariū. ſi vero numeri principium eſt vnum tranſcendens. Vlterius vnum tranſcendens poteſt ſumi abſolute, & ſic cum ente conuertitur, & ſm̄ quid per reſpectū ad multitudinem, & eſt vna entis differentia,quæ cum multitudine ens diuidit. (*Secundū.*) Natura in propoſito pro eſſentia accipitur,nam natura nonnunquam pro principio motus accipitur, nonnunquam pro ſubſtantia. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE hac diſputatione Auic. opinabatur ens & vnū eandem non ſubire naturam, & eius poſitio conſiſtit (*Pª Auic.*) in tribus propoſitionibus, quarū prima eſt, ens & vnū prædicantur de omnibus entibus. Secunda, ens & vnū ſubiecto eadem ſunt, ſed natura differunt. Tertia, vnū eſt de genere quantitatis & ita non cum ente conuertitur. Prima concluſio non pōt probari, ſed ſupponitur tanquam per ſe nota. Secunda probata fuit. Primo quia ſi non differunt, tunc multitudo non eſſet ens. Secūdo quia ſi non differunt, tūc eſſet nugatio dicere ens vnū. Tertio qa vnū denominatiue dicitur de ente, & omne quod denominatiue dicitur dicit aliam naturam ab illo. Tertia probatur, quia omne quod eſt in ente, eſt in aliquo entis genere,& ſi in aliquo entis genere, igitur in ſpecie, & ſi in ſpecie, igitur eſt in aliquo eius indiuiduo. Sed omne indiuiduum eſt vnum numero, igitur vnum quod conuertitur cum ente eſt vnum numero ſiue vnum,quod eſt principium numeri. Secundo vnū quod cum ente conuertitur, conſtituit numerū, igitur eſt principium numeri. Hæc de mente Auic. Sed contra Auic. obijcit Auer. hic & 10. meta. quia ſi vnum dicit diſpoſitionem enti ſuperadditam, eſſet proceſſus in (*Obiectio Auer. Cōm. 3. Cōm. 8. & 51*) infinitum, & deducitur, quia ſumatur aliquod ens, vt homo gratia exempli, cum homo ſit vnus per diſpoſitionum ſuperadditam naturę entis, quęratur de illa diſpoſitione vel eſt ens, vel nihil. ſi nihil: igitur cōtra illū, & pro

& pro nobis, ſi ens, tunc cũ omne ens ſit vnum per diſpoſitionem ſuperadditam, tunc illa erit vna per diſpoſitionẽ adhuc ſuperadditã, & quæratur de illa, & ſic abibit in infinitũ. Sed quidã refellũt Auer. hãc rationẽ. primo per hoc quia cõmittit paralogiſmũ figuræ dictionis mutando quo in quod, cuius rei exẽplum eſt. quia homo albus eſt per diſpoſitionẽ ſuperadditam, & cũ quæreretur ſi illa diſpoſitio ſit alba vel ne? dicunt ꝙ illa diſpoſitio nõ eſt alba, ſed eſt illud quo aliquid eſt album, & ita ratio Auerrois mutat quo in quod. Secũdo videt̃ ratio illa committere paralogiſmum æquiuocationis, quia dato ꝙ ens eſſet vnũ per accñs, non ſequitur. igit̃ per aliud, de quo quæratur ſi ſit vnum, vel ne. Nã ꝑ accidẽs bifariam dicitur, quia ſicut per ſe bifariã, quia per ſe primo, & ꝑ ſe ſecundo modo dicendi per ſe, ita ꝑ accidens bifariã, quia aliud eſt quod opponitur per ſe primo modo, aliud quod opponit̃ per ſe ſecundo modo, & ſic non valet eſt per accñs tale, igit̃ per aliud, quia per accidẽs eſt multiplex, quod debuit diſtingui: & ita Auicenna diceret ꝙ ens eſt vnũ per accñs, loquendo ꝑ accidens vt opponitur per ſe primo modo, nõ tamen per accidens vt opponitur per ſe ſecundo modo. Sed rõnes horũ dico primo non eſſe abſq; admiratione, nam cum iſti poſt romanũ illum noſtrum Egidiũ floruerint, qui tanta auctoritate clarus ſuis habebat̃ temporibus debuiſſent illas legere, & elidere per Egidij declarationes. Et propterea iuxta auctoritatem, tum ex Egidio, tũ ex Ioanne ab Egidio ſumente, tum ex his quæ nos in libro deſtruct. deſtructionũ ſcripſimus, dicimus cauillos hoſce proficiſci ex ignorantia dialecticæ, atque mala conſuetudine in logica. Didicimus. n. nos ab Auer. in lib. phyſi. primo & ab Ariſto. nõ ſemel in lib. priorum & in lib. poſte. ꝙ argumentum tenet aliquando per ſe, vt ſi gratia formæ ſyllogiſtice teneret, aliquando ꝑ accñs, ſi gratia materiæ valeret, veluti ſylls ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura. Põt enim tenere, quia propoſitiones ſunt conuertibiles. Secundo didicimus ab Auicenna & ab eis qui opinionẽ Auicennæ explanarũt ꝙ vnum & ens prædicat̃ de oĩbus, & propterea apud Auic. hæc eſt vera vnitas eſt ens, & illa entitas eſt ens propter tranſcendentiam terminorũ vt dicũt, & hac rõne vnitas eſt vna, & entitas vna. Quibus cõſideratis patet rationem Auer. eſſe demõſtratiuam gratia materiæ, & per accñs, quia ſi ens eſt vnum per intentionem additam, cũ ens & vnũ prædicentur de quolibet quouis modo ſumpto per opinionẽ Aui. rationabiliter quærit Auer. de intentione illa an ſit vna per ſe, vel per additũ, & hoc pacto ꝑ accñs põt mutari quo in quod, quia grãtia terminorũ, quod addunt de albo, non eſt ſimile, nam album nõ prædicatur de quolibet. Præterea id qđ ſecundo loco obiiciunt fallit, nec Auer. mentẽ ꝑceperunt. Auer. n. per ipm̃ per ſe intellexit non per additum realiter diuerſum per ipſum ꝑ accñs voluit intelligere additum & diuerſum realiter, & quærit ſi ens eſt vnum per intentionẽ additã quæratur de illa ſi ſit vna vel ne, & ſi non, tunc vnũ non de quolibet prædicaretur. ſi ſic vel eſt vna per ſe, i. non per diſpoſitionem additam, vel per accñs. i. per diſpõnẽ additam, nec fundauit rõnem ſuꝑ multiplex, quia ſemper vtitur ipſo ꝑ ſe, ꝓ eo quod eſt tale ſine addito. & ipſo per accñs pro eo quod eſt tale ꝑ additum. Patet igit̃ errorem horum eſſe totũ ex defectu logicæ. Cõfutata hunc in modum Auer. rõne, contra cõcluſiones Auic. ꝑ ordinem argumentant̃. Et primo aduerſus primã ſic. ſi ens, & vnum prædicantur de oĩbus vt Auic. in prima ſua ait cõcluſione, vel vniformiter, vel difformiter. Sed nec ſic, nec ſic, igit̃ prima conclõ falſa eſt. Quod quidẽ non ꝑdicentur de oĩbus conformiter, non indiget ꝓbatione, quia apud oẽs vnum non ꝑdicatur niſi denoĩatiue, at ens non prædicatur denoĩatiue. Si vero dicat̃ illã de oĩbus ꝑdicari difformiter, eo quia ens de oĩbus prædicatur quidditatiue & per ſe, vnum autẽ de oĩbus denominatiue & per accñs. Cõtra obiiciunt, quia ens nõ prædicat̃ de vltimis drĩis, quod deducũt primo. ſit nãq; A. B. duæ vltimæ differentiæ, tũc vel. A. B. includũt ipſum ens quidditatiue, aut non, ſi non habetur ꝙ ens nõ prædicatur quidditatiue de oĩbus, quia non de. A. B. Si vero ipſum ens includunt quidditatiue, cũ non ſint oĩno idẽ inter ſe, habebunt quo conueniunt, & quo differunt, igitur. A. B. non erunt primo diuerſæ nec vltimæ drĩæ, quia adhuc aliis differentiis differentes & ita vel erit ad infinitum procedere, vel eſt deuenire ad vltimas drĩas, quę non includunt ens quidditatiue. Secundo vt in compoſitione reali ſtandum eſt ad duo ſimpliciter ſimplicia, quorum vnum alterum nõ includit, ita in compoſitione conceptuali oportet deuenire ad duos cõceptus ſimpliciter ſimplices, quorum vnus ſit extra formalẽ rationem alterius. Sed conceptus ſimplr̃ ſimplex determinabilis eſt conceptus entis, cõceptus vero ſimpliciter ſimplex determinans eſt vltimæ drĩæ, igitur ens non includitur quidditatiue in vltimis differentiis. Et ſic prima Aui. concluſio eſt falſa. Secundo principaliter cõtra ſecundam concluſionem arguunt. Primo quæcunq; ſunt eadem realiter, eandem ſubeũt naturam, ſed ens & vnũ ſunt idem realiter, immo ſubiectũ & propria paſsio ſunt idem realiter, igitur ſubeunt eandẽ naturã. Minor probatur quia ea quorum ſeparatio includit contradictionem, ſunt idem realiter. Sed ens & vnũ, ſubiectũ & propria paſsio ſunt huiuſmodi. igit̃ ſunt idẽ realiter. Maior huius patet, quia ſicut ſeparatio aliquorum arguit realẽ diſtinctionẽ, ita impoſsibilitas ſeparationis arguit identitatem. Maior vero principalis ſylli patet in textu, vbi dicitur, ꝙ ens & vnum ſeſe ſequũtur quo ad generationem & corruptionem. Secundo generatim arguit̃ de omni ſubiecto & paſsione, quia ſi propria paſsio eſſet ſeparabilis à ſubiecto, tunc ſubiecto contingenter ineſſet & ita ſcientia non eſſet neceſſariorum. Contra vero tertiam obiiciunt primo quia illa data tunc quantitas eſſet oĩbus prædicamentis vltima. deducitur, quia eſt poſt vnitatem, quæ eſt paſsio oĩum prædicamentorum ſequens oĩa prædicamenta. Secũdo ſubſtãtia in illo priori in quo præcedit oĩa accidentia eſt vna, & non vnitate quanti, quia in illo priori non eſt quanta, igitur vnitas non eſt de genere quãti. Tertio nullum tranſcendẽs eſt certi generis, ſed vnum eſt tranſcendens, cum conuertatur cum ente, igitur non eſt certi generis. Quarto nihil vnius prædicamenti eſſe poteſt paſsio alicuius alterius prædicamenti, ſed vnitas eſt paſsio omnis entis, igitur non eſt quantitas. Quinto arguũt alij, vnitas ꝑdicamentalis eſt quid poſitiuũ: vnitas vero trãſcendens quid priuatiuũ: igitur non ſunt idẽ. Hæc contra Auicennam. Hæc poſitio Auic. poteſt defendi ſm̃ quendã probabilem intellectũ. Vbi debes ſcire ꝙ vnũ & idẽ põt eſſe vt quid ꝑdicamẽti certi, vt modus nullius ꝑdicamenti. Hæc ſuppoſitio de propria paſsione habetur à principe eorum in quæſtionibus vſium. d. n. ꝙ propria paſsio vt modus nullius eſt prædicamẽti, ſed eius cuius eſt modus ſiue paſsio, vt vero quid eſt qualitas, verbi cauſa. riſibile vt modus eſt prædicamenti ſubſtantiæ ſaltem reductiue,

Obiectio contra Auer. *Com. 25.* *Rationes contra Aui.* *Defenſio Aui.*

ductiue, vt quid eſt qualitas. Eodem modo poſſum dicere. Pro Auicen. ꝙ vnitas vt modus, quo vnũquodq; intelligitur indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio ente eſt tranſcendens & nullius certi prædicamẽti, vt vero quid eſt prædicamẽti quãtitatis. Siſr numerus vt modus eſt tranſcendens: vt quid eſt ſpecies quãti. tunc per ordinem ad rationes reſpondeo. Et primo ad primam & dico ꝙ de mente Ariſt. & Auer. Ipſum ens deſcendit immediate in quodlibet, & non per differẽtias, nec eſſentiales nec modales, quia ſi ſic, tunc eſſet genus, vt arguit Ariſt. & ita concedo ꝙ A. & B. nõ conueniunt in. 3. conceptu ſecũdum peripateticos, quicquid ſit de mente Auicen. de qua eſt dubium, ſed ens ſignificat omnia ſine medio vt. d. Auer. vnde ens nõ prædicatur in quid quidditate conceptus vel rei apud hos, ſed bene in quid de omnibus quidditate nominis ſignificãtis plures conceptus: vt ſanũ in quid de ſanis, ſub confuſione, & ſic. A. B. nec ſunt differentiæ nec ſpẽs, nec genera reſpectu entis, ſed reſpectu generis, cuius ſunt diuiſiue, & ita ſicut ens prædicatur de ſpẽbus ita de omnibus differentijs, & ſic de omnibus vniformiter, ſm vero Auicennam ens eſt tertius conceptus, ſed quia non eſt generis, ideo deſcendit vniuoce ad oĩa ſine differẽtijs, nam reſpectu entis non ſunt differẽtiæ vel ſpẽs, ſed omnia æqualiter minus communia. Secundo dici põt apud Auicen. ꝙ ens & vnũ de oĩbus p̄dicantur difformiter ad hunc ſenſum ꝙ vnum de omnibus denominatiue ens de aliquibus denominatiue, de aliquibus quidditatiue prædicatur. Ad ſecundam dicó ꝙ reſolutio ſtat ad conceptus generaliſsimi & vltimæ differentiæ. Vltra autem generaliſſima non eſt aliquid cõe, niſi nomẽ, ſm Boetium. Ad rationes contra ſecundam cõcluſionem. Ad primam, negatur minor. ad probationem vero negatur maior, quia ſeparatio materiæ & formæ implicat cõtradictionem, & tamen ſunt duæ res, duæq; naturæ. Ad probationem dico ꝙ ſeparatio non arguit diſtinctionẽ realẽ, tanq̃ cauſa illius cõuertibilis, quia poſſunt nõnulla realiter eſſe diuerſa, quorum eſt impoſ.s ſeparatio. Ad ſecundam concedo propriam paſsionẽ non poſſe ſeparari à ſubiecto: & tamen diſtinguitur re prædicamenti ab illo, quia ſubiectum põt eſſe res ſubſtantiæ, & propria paſsio res qualitatis. Ad rationes contra tertiam. Ad primam dici poteſt, tunc ſequi quantitatem eſſe omnium vltimam, quando vnitas vt quid & vt modus eſſet de genere quanti, modo quia ſolum eſt de genere quanti vt quid, quomodo non eſt paſsio, ideo non ſequitur. Ad ſecundam dico ꝙ in illo priori eſt vna ſumendo vnitatem vt modum & vt ſic nullius prædicamenti eſt. Ad tertiam dico ꝙ nullum trãſcendens eſt certi generis eodem modo, nunc autem vnitas vt modus eſt tranſcendens, vt quid eſt certi generis. Ad quartam patet ſolutio. poteſt enim eſſe aliquid vnius prædicamenti paſsio alterius vt modus vt dictum eſt. Ad quintam Auicen. vult ꝙ vnitas dicat diſpoſitionem & naturam aliam poſitiuam additam enti, ex his apparet ꝙ ſi eſt aliqua ratio contra Auicennam, illa eſt Auer. quam pauloante expoſuimus.

Poſitio alia per cõcluſiones prima.

Nunc de poſitione eorum agamus, quæ hac in re famoſa. Prima igitur concluſio eorũ eſt ꝙ ſumendo vnum ſecundum quid atque praxe, ſic non. d. eandem naturam cũ ipſo ente conuertibiliter, at ſi ſumatur ſimpliciter atque fuſe, ſic vnum & ens vnam dicunt naturam conuertibiliter. Pars prima patet, quia multitudo eſt ens, quæ non eſt vnum, igitur vnũ & ens vt ſic nõ cõuertuntur. Secunda fuit declarata, quia de quouis ens dicitur, de illo etiam vnum dicitur.

Secunda.

Secunda concluſio ens & vnum communiter ſumpta nõ dicunt eandem naturam quidditatiue & formaliter. Primo quia tunc eſſet nugatio dicendo ens vnum, veluti cum dicimus hominem animal. Secundo quia ſic prædicarentur de ſeipſis in abſtracto, & ſic illa eſſet vera entitas & vnitas. deducitur, quia quæ ſunt idem formaliter & quidditatiue, de ſeipſis in abſtracto prædicantur. Tertio quia vnum de ente in quale prædicatur, tanquam illius paſsio, at eus de vno, non ſic, quia per ſe non conuertitur. Quarto ens prædicatur formaliter de his tantum quæ ſub ipſo continentur: modo vnum ſub ente non continef, vt patet ꝑ omnia ſub ente contenta diſcurrẽdo. Quinto ſi vnum eſt idẽ formaliter enti, vel eſt illud præciſe, & nihil aliud, & hunc idem eſſet ſuiipſius paſsio. ſi aliud quid addit. ſit illud A. & quæraſ de ipſo, vt de vno, & ſic vel erit proceſſus in infinitum, vel erit deuenire ad aliquod qđ eſt paſsio entis prima cũ ipſo cõuertibilis, & ab eo formaliter diſtincta, & ſic ſtandum eſt in vno. Tertia concluſio vnum & ens ſunt idem realiter, ꝓbatur, tum quia eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrũpuntur, tũ vel maxime quia in vno tertio realiter conueniunt. Quarta concluſio vnum quod conuertitur cum ente. d. formaliter aliquid poſitiuum. probãt primo, quia ſi nihil adderet præter negationem, tunc vnum eſſet pura negatio, igitur non poſſet eſſe idẽ realiter ipſi enti, quia nulla negatio eſt idem realiter alicui poſitiuo. Secũdo vnũ dicit perfectionem ſimpliciter, igitur non eſt pura negatio. Secundo omnia vna reducuntur ad ſummum vnum, igitur vnum non eſt pura negatio. Tertio vnum habet rationem menſuræ in quolibet genere, igitur nõ eſt negatio pura. Quarto numerus ſit ex vnis, igiſ vnũ non eſt pura negatio. nulla. n. res poſitiua ex negationibus conficitur. Quod ſi ſoluendo rõnes recurras ad ſundamẽtum, & ſic eſt idẽ realiter poſitiuo quo ad fundamentum, & quo ad fundamentum omnia reducuntur ad vnum, & quo ad fundamentum habet rationẽ menſuræ, & quo ad fundamentum conficit numerum. Contra arguunt, quia vnum eſt vera entis paſsio, & non ratione fundamenti, nec ratione negationis, igitur ratione alicuius poſitiui formaliter addit enti. Hæc eſt poſitio eorũ.

Nota de poſitione.

Vtrum vnum quod enti conuertitur diuiditur contra multitudinem.

Sed horum poſitionem examinando. Dico primo ꝙ nihil in his concluſionibus eſt neceſſarium. Dico ſecundo ꝙ ſunt falſæ & inter ſe concluſiones hæ repugnantes. Quantum ad primũ. Concluſio prima diſputabilis eſt, videlicet, ſi vnum quod cum ente conuertitur, diuidatur contra multitudinem, & videtur ꝙ nõ. Primo quia tunc multitudo non eſſet ens, deducitur, illa non eſt vnum, igitur non eſt ens. Secundo ens diuiditur per vnum & multa, igitur vnum non conuertitur cum ente, quia nullum diuidens conuertitur cũ eo, qđ diuidit. Tertio ſi ſic, tunc diuiſio entis per vnũ & multa non eſſet per oppoſita, quia vnum diceretur de multitudine: igitur non contra diuiditur illi. Quarto quomodo poteſt ens de multitudine prædicari, de qua nõ prædicetur vnum, & tamen vnum cum ente conuertitur, pro parte oppoſita arguitur, quia tunc idem eſſet vnũ ſemꝑ duplici vnitate, ſemel vnitate entis, & ſemel vnitate cõtradiuiſa multitudini: vt vna ouis eſſet vna vnitate entis, & vna vt diſtinguiſ cõtra multitudinẽ ouiũ. Secundo vnũ qđ cõuertiſ cũ ente, nihil addit enti vt dicemus niſi duplicẽ negationẽ, ſ. indiuiſionẽ in ſe, & diuiſionem ab alio ente. Mõ vnũ ſic põt de multitudine prædicari,

pót enim quædam multitudo eſſe indiuiſa in ſe reſpectu alterius & diuiſa ab aliis. Inſuper dicimus duæ ſunt hæ multitudines pecorum & bouum, igitur poſſunt dici vna & vna, quare vnum dicitur de multitudine, igitur vnum quod cõuertitur cum ente videť vnum quod ipſi multitudini contradiuiditur, probabiliter igitur defendi põt idem eſſe vnum quod cum ente conuertiť, & quod multitudini contradiuiditur. Vbi debes ſcire ꝙ aliqua poſſunt inuicem de ſeipſis prædicari, quorũ rationes de ſe nõ prædicantur, vt homo & riſibile poſſunt mutuo ꝑdicari, & tamen riſibilitas de humanitate non prædicatur, nec econtra, ſic in propoſito vnum poteſt de multitudine prædicari, tamẽ indiuiſio, quæ eſt ratio vnius de diuiſione, quæ eſt ratio multitudinis minime prædicatur. Amplius ens & vnũ mutuo de ſe prædicantur, rationes tñ entis, non.n. indiuiſio eſt entitas. Tunc ad primam dico ꝙ multitudo eſt vna, licet ratio multitudinis non ſit ratio vnius. Ad ſecũdam dico ꝙ ens diuiditur per vnum & multa quo ad rationes formales, non autem quo ad res illis oĩbus ſubiectas, & ſic vnum poteſt conuerti cum ente, nõ quidem quo ad formale per quod illud diuidit, ſed vt vnum, quo ad materiale & formale includit. Ad tertiam dico ꝙ illa diuiſio eſt pro oppoſita quo ad rationes formales, non aliter. Ad quartam dico ꝙ ens prædicatur de multitudine, & vnũ de multitudine, non autẽ quo ad formalia quibus differunt inter ſe. Aliter Ioãnes indicat: dicit.n. ꝙ multitudo non eſt ens, ſed entia, & ſic non eſt vnum, ſed ipſa vna. Verum probabilior eſt prima, quia multitudo diciť & vna: & ens. Item & ens & entia, vna quidem ratione habita ad alias duas, & ens ratione habita ad nõ ens. Hæc de prima concluſione. Nũc quæ ſint falſæ & repugnantes dicamus, & primo de ſecũda arguo ſic ens, & vnum ſunt eadem realitate per logicos & realiter, igitur eadẽ formalitate & formaliter. añs eſt eorum in tertia cõcluſione, & enthimema deducitur, quia quæcunque ſunt eadem in rationi inferiori, ſunt eadem in ratione ſuperiori, modo realitas eſt inferior formalitate, eſt.n. omnis realitas formalitas, quia omnis realitas eſt rõ obiectiua & cætera, non tamen omnis formalitas eſt realitas, quia conceptus entis eſt formalitas quædam ſm dictum ſenſum, non tamen eſt realitas, quod ſibi conuertantur, erit magis pro nobis, igitur quæcunq; realitate ſunt eadem, etiam formalitate eadem ſunt, vt quęcunque ſunt eadem homine, ſunt eadem aĩali. *Solutio quædam.* Quidam enituntur ſoluere rationem hanc dicẽtes formalitatẽ poſſe ſumi pro quidditate, & pro conceptibilitate, quæ eſt ratio obiectiua, ex parte rei & reliqua, dicunt quòd realitas eſt formalitas ſumpta pro conceptibilitate, non autem pro quidditate. *Replica.* Sed ſaltem ſequitur vt vnum & ens ſint eadem conceptibilitate ſiue formalitate conceptibili. Sed hoc eſt contra eos, nam volũt illa diſtingui formaliter conceptibiliter, non autem realiter. Quare ratio ſtat in ſuo eſſe, ꝙ ſi ſint eadem realitate & realiter, erunt eadem formaliter, & formalitate, & hoc ſumendo formalitatem pro conceptibilitate, quod negarent. Contra tertiam obiicit Ioãnes & acute ſic. Quæcũque diſtinguuntur formalitate & formaliter, diſtinguuntur realitate & realiter. probatur, quia quæ diſtinguuntur in ratione ſuperiori: diſtinguuntur in ratione inferiori vt quæ diſtinguuntur in ratione animalis, diſtinguuntur in ratione hominis, omnia enim quæ animali differunt homine vel equo differunt. Modo formalitas eſt ſuperior ad realitatem, & ſic quæcunque formalitate & formaliter diſtinguũtur, realitate & realiter diſtinguuntur, igitur non poſſunt vnum & ens eſſe eadem realitate ſi formalitate diſtinguũtur. Quidam negarunt maiorem huius obiectionis & dederunt inſtantiam, ſed ad noſtram probationem nihil dixerunt, nec dicere poſſunt. Immo hæc ratio ad certum propoſitum ſolet fieri ab eorum principe cõtra Thomam, & ita qui enitetur ſoluere hãc rationem, enitetur ſoluere rationem de habitu contra Thomam, quã ille fecit in lib. ſententiarum primo in prologo. *Ratio hæc eſt Scoti prio ſenten. in prologo vbi reprehendit Tho. de habitu & forma viatorum.* Et ita ego non alijs contra ipſum argumentatus ſum, niſi ſuis viribus. Et animaduerte ꝙ iſtæ duæ rationes fundantur in dictis iſtorum, nam iſti volunt formalitatem hic ſumptam eſſe omne illud qđ eſt extra nihil cuiuſmodi ſunt modi intrinſeci, differentiæ vltimæ, & id genus. & hoc pacto realitas quouis modo ſumpta eſt inferior ad formalitatẽ, & ideo iſtæ duæ rationes ſunt efficaces contra eos. Quarta cõcluſio eſt directe contra peripateticos, vt prima diſpu. primi libri diſputaui, & nunc ſolum volumus eſſe dictum intantũ. Rationes vero horũ ſoluenť cap. 5. *Põ Pla.* At Pla. philoſophus celeberrimus de diſpu. voluit vnum eſſe ante ens, & ipſo prius atque cõius, quippe cum apud eum materia & prima cauſa ſub vno cõtinentur: non aũt ſub ente, huic Proclus aſſentitur appellans ipſum ens primam creaturarum, hanc poſitionem Parmenides voluit dum dixit omnia eſſe vnum: aſpexit.n. ad Deũ qui omnia eſt eminenter. *Confutatio.* Sed huic poſitioni in hoc. 4. Ariſt. obiecit, probans vnum & ens dicere eandem naturam cum eadem proculdubio generatione generentur, eademúe corruptione aboleſcant. Amplius eſt hominis & vnius hominis eadem ratio. Præterea differẽtiæ entis & vnius ſunt eædem, & alia plura frequẽter in hoc lib. lectitabis. *Conſilium.* Nõ tamen volo te ignorare ab Ariſt. etiam ens eſſe acceptũ interdum pro ente prædicamẽtario, & hoc pacto ſumpſit Plato: nam hoc modo vnum eſt ante ens interdum pro cõiſsimo: qđ de prima cauſa diciť, & cauſato vt. d. Simplicius, & hoc pacto accepit in lib. meta. quõ Plato concederet ens & vnum cõuerti. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diſputatione ſunt duo modi, vnus dicebat ens & vnum & generatim omnia trãſcendẽtia eſſe penitus ſynonyma ſiue multiuoca. Alius modus dicit illa eſſe natura & realitate eadem, diuerſa tamen ratione, non quidem ex parte rei: ſed ex parte intellectus noſtri conſiderantis inter illa. *Primus modus dilucidandi. De nugatione. 1. ſolutio.* Sed ad euitandum nugationem iuxta primum modum dicebamus prima diſpu. primi ſynonyma eſſe aliqua, quæ de ſignificato & de conſueto modo ſignificandi ſunt eadẽ aliqua quidẽ quæ de ſignificato ſunt eadem, non autem de cõſueto modo ſignificandi, veſtis quidem & tunica & de ſignificato & de conſueto modo ſignificandi eadem ſunt, at ens & vnum de ſignificato quidem ſunt eadem, nõ autem de cõſueto modo ſignificandi, quia de cõſueto ſignificandi modo vnum ſignificat indiuiſionem, quam enſ de conſueto modo ſignificandi non ſignificat, & ſic euitabimus nugationem. *2. ſolutio.* Secundo ſoliti ſumus euitare nugationem, quia dicere ſolemus aliqua eſſe ſynonyma in concreto, quæ non ſunt ſynonyma in abſtracto, vel quod idem eſt aliqua eſſe ſynonyma quo ad ſignificata, quæ non ſunt ſynonyma quo ad rationes ſignificandi nominum, vt ens & vnum in concreto quidem, quia nihil realiter vel formaliter. d. alterũ, de quo in concreto non dicat aliud, vnum enim eſt ens vnitas eſt ens & indiuiſio eſt ens. Similiter econtra, in abſtracto aũt non,

non,nec quo ad rationes ſignificandi nominum, quia vnitas non eſt entitas,nec econtra. Indiuiſio etiam nõ eſt entitas nec contra, & ſic hæc ſunt ſimpliciter ſynonyma, quæ ſecundum rationes eorum formales non ſunt ſynonyma,& ſic euitaẽ nugatio. Quare ſtat illa eſſe ſynonyma,& non eſſe nugationem dicẽdo ens vnũ: vel vnũ ens,quia licet ens prædicetur de vno cõuertibiliter,& de indiuiſione,quæ ratio eſt vnius,entitas tñ vel ratio entis nõ prædicaẽ de rõne vnius ſiue indiuiſione. Et propter hoc euitatur nugatio:& vt diximus de vno, ſic de cæteris tranſcẽdentibus dici põt. Ex his ſequitur ꝙ licet vnũ & ens iuxta hunc modũ ſint multiuoca ſiue ſynonyma, non tñ ita veluti veſtis & tunica, qm̃ hæc ſunt & de ſignificato & de cõſueto mõ ſignificandi eadem,vel ſunt de ſignificato, & rõnibus ſignificandi eadem,ideo eſt nugatio dicere veſtis,tunica:& id genus. Verũ de his in prima diſpu.primi. Secũdus modus cõis & magis explicatiuus eſt tenendo ens & vnum nõ eſſe ſynonyma, immo differre ratione intelľs. Ad cuius euidentiã eſt aĩaduertendũ primo ꝙ vnũ nihil poſitiuũ dicit præter ens,ſed duplicẽ per intelľm addit negationẽ. Prima eſt indiuiſio in ſe,cuius fundamentũ eſt idẽtitas ſui ad ſe.Secunda & alteri nõ identitas, & ſic prima negatio eſt diuerſitatis,ſecunda idẽtitatis. Ex his ſequitur ꝙ præter operationẽ intelľs nihil eſt formaliter vnum, vt nec lapis,nec homo,nec aliquid id genus.Deducitur, quia vnum enti addit ſolum negationẽ, ſed negationes & priuationes non ſunt niſi res intentionales, & nõ reales:igitur prẹter intelľm nihil eſt formaliter vnũ: ſed ſi aliquid eſt vnũ.i.materialiter,ſiue identitate, ſiue fundamentaliter. Secundo ſequitur ꝙ dũ dicĩ Deũ eſſe vnũ, nihil aliud eſt dicere,quã deum eſſe fundamentũ vnitatis,& id cui(cum conſideratur ab intellectu) nõ põt ſibi attribui, niſi vnitas & nõ multitudo, tñ circũſcripto actu intelľs nec Deus,nec aliqd' ens eſt formaliter vnus. Tertio ſequiẽ qd' ſi dicĩ Deũ eſſe vnũ præter operationem intelľs nõ intelligiẽ niſi ipſum eſſe ens, quod dũ cõſideratur ab intellectu per nullum actum põt ſibi attribui niſi vnitas,& nullo pacto multitudo. Quarto ſequitur ꝙ nihil extra intelľm eſſe formaliter multitudo.Sed ſi dicatur hoc eſt pro tãto, quia dũ conſideraẽ ab intellectu,ſibi multitudo ſolum tribuitur. Hæc.n.oĩa & alia id genus ſequũtur,ſi negationes & priuationes ſint ſolũ res intẽtionales,vt teneẽ Expoſitor,Auerroes & oẽs boni peripatetici.Ex his ſequiẽ ſolo diſpu. ſm cõem opinionem,ꝙ vnum nihil poſitiuũ addit præter ens. Hæc probaẽ ſuppomẽdo ſm Auer.& Expoſitorẽ, & Egidiũ, & oẽs quicquid eſt poſitiuũ & reale eſt vnũ per conſiderationẽ intelľs illi tribuẽtis duplicẽ negationẽ, vel ſaltem quod nõ ſit vnũ formaliter tm̃, ſed vel denominatiue,vel quaſi denominatiue de mẽte aliquorũ. probo igiẽ primo iſtud poſitiuũ additũ eſt ens formaliter, igiẽ ſm eos vnum denominatiue. Hæc.n.cõſequentia tenet per eos,qui dicunt vnum de ente formaliter nõ prædicari niſi denominatiue. Sed negabis añs, vt ipſi negant ideo probo.quia illud eſt formalitas,igitur ens. añs rurſus probatur primo, quia diſtinguiẽ illud per eos ab ente formalitate, igitur alia eſt eius formalitas, & alia illa. entis.igitur eſt formalitas. Præterea eſt ratio obiectiua ex natura rei apta terminare intelľm, igitur formalitas. Præterea illud poſitiuum,quod addit vnum ipſi enti diſtinguitur formaliter à nihilo, quia affirmatio p eos.d. diſtinctam formalitatem à negatione, quam deſtruit, igitur illud erit formalitas quædam. Ex iis omnibus ſequitur illud additum eſſe ens formaliter quia vt proxima dixerunt quæſtione ens & formalitas & obiectum intellectus ſunt æqualis ambitus.Et tunc ratio componitur ſic hypotheticæ ſi vnũ adderet enti aliquid poſitiuum,tũc illud eſſet formale vel formalitas quædam,vt perdeducta patet. Vltra eſſet formalitas vel formale, igitur ens formaliter perdeducta. Vltra ens formaliter igitur vnum denominatiue. Et ſic quæraẽ de illa vnitate, reddibitque ratio Auer.de reductione rationis contra Expoſitorẽ nihil aliud eſt,qa apud expoſitores & Auer. atq; Egidium,ens quod eſt vnũ quaſi denominatiue eſt id omne quod eſt formaliter poſitiuũ,vt ſuppoſui,at negatio quã ipſum vnum enti ſuperaddit, cũ non ſit quid poſitiuum,nõ diciẽ vna niſi ſeipſa,veluti albedo eſt alba ſeipſa, quatenus eſt id quo aliud eſt album. Sic.n.negatio,qua vnum dicitur formaliter, cum non ſit quid poſitiuum,illa eſt vna ſeipſa,quatenus eſt id quo aliud eſt vnum,differt vero dicere vnum & albũ,quia album cũ ſit prædicamentariũ non diciẽ de ſuo formali, quia nõ eſt vera hæc albedo eſt alba, cum vero ens & vnum dicuntur de quolibet,& ſit tranſcendentia, dicunẽ etiã de ſuis rõnibus,quia entitas eſt ens,& vnitas eſt ens, & indiuiſio eſt ens.Itẽq; entitas eſt vna,indiuiſio eſt vna, & vnitas eſt vna. Quo igitur ad modũ prædicandi vnum differt ab albo,non autem quo ad res prædicantes:quia vt albedo eſt alba ſeipſa, ſic indiuiſio, ſiue negatio vna ſeipſa,verum illa non conceditur, albedo eſt alba propter limitationem noĩs,at illa ſic. Ex his apparet ꝙ reductio hæc nulla eſt,quia apud peripateticos,videlicet, illud additum eſt poſitiuum,igitur vnum quaſi denominatiue,vel per vnitatẽ aliã aliquo modo ab illo. Sed nõ valet de negatiuo,quia põt aliqua negatio eſſe vna ſeipſa,& non per vnitatem aliquo pacto aliam ab ea, vt indiuiſio qua ens dicitur vnum,ſeipſa eſt vna. Hæc ratio quæ fuit Auer.volo vt ſufficiat, cæteras nolo defendere,qm̃ ſunt iuniorum quibus nullam præſto fidem. Vnde breuiter tota vis rationis eſt hæc, illud reale poſitiuum:quod addit vnũ ipſi enti,eſt formaliter ens, igitur denominatiue, vel quaſi denominatiue vnum. añs eſt expoſitoris Auer.& oĩum:& illud coguntur concedere ipſi per eorum poſitiones,vt declaraui.Cõſequens eſt omnium,& illud concedunt.Tu vero ſoluas, ſi potes:de negatione vero noſtra, quã vnũ enti addit, non oportet dicere illam eſſe vnã, alia & quaſi denominatiua vnitate:quia illa non eſt ens formaliter poſitiuum, propterea ſeipſa eſt talis.Secunda concluſio vnum enti non addit niſi negationem.deducitur, quia vnum enti addit aliquid,& non realiter, atq; formaliter poſitiuũ, igitur negationẽ,quid autẽ ſit hæc negatio patuit. Sed occurres huic poſitioni per rationes noſtras prima diſputatione huius.primo ſic,nihil diſtingui põt ab ente per aliquid quod eſt ens, ſed illa negatio eſt ens:igitur ꝑ illam vnum ipſum non diſtinguitur ab ente. Secundo tunc ipſum ens nõ prędicaretur formaliter de ipſo vno. deduco,quia nihil prædicatur formaliter de aliquo,cuius ratio diſtinguitur formaliter à ratione alterius, ſed ratio entis differt formaliter ſaltem per intellectum ab ipſius vnius ratione,vt poſitio.d.igitur ens nõ prædicatur formaliter de ipſo vno. Tertio principaliter dubitatur,ſi ens ꝑdicatur formaliter de dr̃is vltimis,de paſſionibus entis,de modis intrinſecis, & id genus. videẽ.n. ꝙ non per rationes aliquorum factas cõtra Auic. Quarto dubitatur. vtrum vnum, quod cum ente conuertiẽ ſit vnum numero, oẽ.n.vnũ eſt aut genere, aut ſpecie aut

Marginalia (left): *Excerptum.* — *Secundus modus cõis.* — *Excerptum.* — *Cõcluſiones peripatetica. Prima.* — *Vis rõni.*

Marginalia (right): *2.concluſio* — *Replica & dubitationes*

aut numero. Quinto videt̃ ꝙ vnum non ſit illa duplex negatio, quia tunc non eſſet idẽ realiter enti, quia nulla negatio eſt idem realiter alicui poſitio. Præterea arguas per oẽs rõnes aliquorum factas pro vltima eorũ concluſione. Et aĩaduerte, ꝙ quæcunq; dixero de vno poſſunt dubitari de cæteris quæ cũ ente conuertuntur vt bonum, verum, & id genus, quare eadem ſolutio competit. Secundo nota, ꝙ prima diſputa. huius probabiliter tenuit illa ſex eſſe ſynonyma atq; multiuoca, & poſſet defendi illa põ diſputandi gratia, at nunc hęc põ tenetur magis pro mente peripa. His præmiſsis ad dubitationes dico, & primo ad primam vbi debes ſcire ꝙ ratio entis includitur in vno, & in oĩbus his quæ cũ ente conuertuntur, rõ tamen vnius non includitur in ente, nec rõ boni includitur in ente. Tunc nego maiorem. poteſt. n. ipſum, vnum diſtingui ab ente: non per hoc, quia rõ vnius non ſit ens, ſed per hoc, qa rõ vnius non eſt de rõne entis, & ſic vnum diſtinguitur ab ente, quia rõ vnius non includitur in ente. Similiter bonum diſtinguitur ab ente, quia rõ boni non includitur in ente.

Repli. Sed replicabis fortiter. Primo quia ſi ratio entis includitur in vno ipſo & in bono, & in cæteris cõibus, & non econtra, tunc ipſum ens prædicaretur de illis non conuertibiliter, ſed tanquam ſuperius de inferiorib⁹. Secundo nunquid rõ vnius includat̃ in cęteris, vel qũo differunt illa conuertibilia inter ſe.

Solutio. Ad primam nego conſequentiam: nam rõ hominis includitur formaliter in riſibili, & non ecõtra, & tñ homo de riſibili prędicatur per ſe primo mõ conuertibiliter, bene rõ hoĩs includitur in riſibili & diſciplinabili & oĩbus paſsionib⁹, & non econtra, & tñ conuertuntur oĩa. Ad ſecundam dico ꝙ ita eſt de illis quę conuertuntur cum ente, ſicut de illis quæ conuertuntur cum homine, modò rõ hoĩs in omnibus illis includitur: nulla tñ rõ alicuius illorum includitur in aliquo alterius. Sic dico de his quæ cum ente conuertuntur, nam rõ entis in omnibus illis includitur, & tñ nulla cæterorum includitur in aliqua illorum, hoc aũt maxime patet, ſi inter illa nullus ſit ordo eſſentialis, nam qui ponerent inter ea ordinem eſſentialem, forte cogerentur dicere rationem prioris includi in omnibus poſterioribus, & ſic vſq; ad vltimam. Ad ſecundam dico ꝙ ens prædicatur de oĩbus illis formaliter, quia rõ entis includitur in omnibus illis formaliter, econtra autem nulla rõ cęterorum in ente includitur, & ita nullum cæterorum prædicatur de ente formaliter.

Repli. Sed replicabis ratio entis non prædicatur de ratione aliqua illorum, quia nõ eſt hæc vera indiuiſio eſt entitas: igitur nec ens de vno: vel de aliquo illorũ.

Solutio. Ad hoc nego conſequentiam, quia aĩalitas non prædicatur de humanitate, & tñ aĩal prædicatur formaliter de homine. Amplius homo prædicatur formaliter de riſibili, & tamen humanitas non de reſibilitate. Ad tertiam diximus ꝙ peripatetice loquẽdo, ens non eſt prędicatum de aliquibus: & ſic de nullis prędicatur formaliter, ſolum. n. dicitur prædicatum ſ̃m opinionem hoc eſt ſ̃m ſimilitudinem: non autem in rei veritate, vt primo priorum diximus capite de inuẽtione medij, tamẽ concedendo ipſum eſſe prædicatum ſ̃m opinionem,

Nota. vel ſ̃m metaphoram. Dico primo quod prædicat̃ formaliter de omnibus, vt dixi & de paſsionibus & modis & differẽtiis vltimis & omnibus id genus, quia rõ entis includitur in oĩbus, & nulla cæterorum in ente, & vt dixi illa omnia reſpectu entis nõ ſe habent vt differẽtię vel paſsiones niſi forte ſ̃m opinionẽ. Tũc ad rõnes eorũ: licet ſit bene reſponſum, etiam dico ꝙ A & B. dr̃iæ vltimę formaliter in ente cõueniũt, & negat̃ ꝙ differũt immo ſunt primę diuerſæ ſeipſis differẽtes. Sed dices primo diuerſa in nullo cõueniũt, põt dici, ꝙ primo diuerſa ſunt quæ nõ per aliquid differunt & ꝑ aliquid conueniunt. Sed quæ ſeipſis differunt, ſiue cõueniant, ſiue nõ. Præterea ipſi concedũt aliqua poſſe conuenire in cõceptu reali, & eſſe primo diuerſa in realitate, igit̃ nõ eſt de ratione primo diuerſorũ vt nõ conueniãt, ſed tm̃ vt per nihil differunt, ſed ſolum de ipſis. Hæc dixi tenẽdo opinionem Auicen. nam quid peripatetice ſit dicendum dictum eſt. Per idem ad ſecũdam dico ꝙ in cõpoſitione reali & intentionali nõ eſt oĩno ſimilitudo, qa dato ꝙ vltima reſolutio ſtet ad conceptũ entis & vltimæ dr̃iæ, nõ oportet quodlibet illorũ eſſe extra rationẽ cuiuſlibet alterius. ſed ſolũ quod alterum ſit extra rõnem alterius, & ſic ſimilitudo nulla, in reſolutione enim intellectuali nõ oportet cõtrahibile eſſe extra rõnem contrahentis, ſed ſolũ econtra ſecus eſt de genere ſiue potentiali & de actuali. nam genus eſt extra rõnem dr̃iæ & econtra, & propterea ens nõ fuit genus, quia eſt de ratione cuiuſlibet apud Ariſ. Ad rõnem quartæ dubõnis. Ad primã dico ꝙ vnum quod conuertitur cũ ente non eſt vnũ numero, nec vnũ ſpecie, nec vnũ genere, ſed vnũ trãſcendente: vnum. n. numero addit illã duplicẽ negationem ſed non eodem modo. dicitur. n̄. vnum numero, quod non eſt numero ſub eadem ſpecie in ſe diuiſum, nec eſt idem alicui eiuſdem ſpẽi, vnũ ſpecie, quod non eſt diuiſum in ſpecie, nec idem alicui eiuſdem ſpẽi, vnum genere quod non eſt diuiſum in genere: nec idẽ alicui ſui generis. at vnum quod cum ente conuertitur, eſt quod nõ eſt diuiſum in ente, nec idem alicui enti, & ita iſtæ negationes ſunt reſpectu cõioris. Ad rõnes quintę dubõnis. Ad primam dico ꝙ vnũ non eſt illa duplex negatio niſi quo ad formale, quo. n. ad materiale nihil aliud eſt quã ens illud, cuius eſt vnitas, & cõcedo ꝙ illa duplex negatio, nec eſt idẽ realiter nec diſtincta realiter ab ente poſitiuo, quia nõ eſt ens reale. Sed põt dici illa negatio nõ idem realiter enti, nõ tamen ꝑꝑ hoc, ipſum vnũ nõ erit idem realiter enti abſolute, niſi quo ad formale, ſtat. n. vnum eſſe idem realirer enti, cuius formale non eſt idẽ realiter illi. *Solutio:* Sed dices, igitur abſolute erit dicendum nõ idem realiter, quia formale eſt potius materiali cuiuis. Dico ꝙ in hoc caſu materiale eſt potius, eo quia materiale nõ eſt, ens rationis, formale vero eſt ens rationis, *Replica.* qñ. n. ambo eſſent eiuſdẽ maneriei. ſemp formale eſſet potius. In diuerſis vero maneriebus ſecus eſt. In artificialibus. n. tota ſubſtantia eſt ſubiectũ, & nõ forma, vt dicitur. 2. de aĩa. cõm. 8. Ad ſecundã dico ꝙ vnũ formaliter nec eſt perfectio ſimpliciter, nec imꝑfectio quia *Cõm. 8.* quo ad formale nõ habet eſſe extra intellm̃, eſt aũt vnũ perfectio ſimpliciter quo ad materiale, & ſic ratio concludit verum, videlicet, ꝙ ipſum vnũ nõ eſt pura negatio. Ad tertiã dico ꝙ præter operationẽ intell̃s entia nõ reducuntur ad vnum formaliter, ſed bene ad illud qd᷑ non poteſt actu conſiderari niſi vt vnum. Ad quartam dico ꝙ præter operationẽ intell̃s formaliter nihil eſt magis vnum altero, ſed bene vnum eſt conſiderabile ab intellectu ſub maiori vnitate q̃ alterũ. vnum. n. eſſe magis vnum altero, non eſt aliud, q̃ quod cũ conſideratur ab intellectu reperitur magis vnũ. Ad quintam dico ꝙ extra intellectũ nulla eſt menſura, nulla eſt ratio vnius, ſed vnum dicitur menſura, quia quando conſideratur id quod eſt menſura inuenitur vnum. Ad ſextam dico ꝙ nullus

nullus eſt numerus extra animã formaliter, ſed bene ea quæ ſunt numerus, & propterea nõ componitur extra animã ex negationibus. Ad ſeptimam nego ꝙ vnum ſit vera paſsio entis, qm̃ ſemper paſsio eſt res alterius p̃di camenti à ſubiecto, dicit̃ aũt paſsio ẽm opinionẽ veluti ens eſt ſubiectũ ẽm opinionẽ, & p̃dicatũ ẽm opinionẽ. Modo dico ꝙ ideo dicit̃ paſsio ẽm opinionẽ, q̃a enti ad dit aliquã negationẽ, quæ non eſt de eſſentia illius. Hæc ad rationes eorũ. Ex his ſequitur ꝙ iuxta hanc cõem po ſitionem vnum & ens non ſunt ſymonyma nec eſt nu gatio dicere ens vnum, vel ens bonũ, & id genus: qm̃ licet vnum & ens ſunt ex parte rei oĩno idem, formaliter aũt ex parte intell's diſtinguũtur, quæ diſtinctio tollit ſymonymitatem, & nugationẽ. Aĩaduerte ꝙ licet prima diſpu. huius probabiliter tenui vnũ & ens eſſe ſymony ma, & euitaui nugationem, nunc ſecutus ſum opinionẽ veriorẽ. Illam. n. poſitionem dixi ad acumen intell's, hãc pro veritate, & magis conuenientẽ verbis Ariſto. & bo norum expoſitorum. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM.

AD primam aliqui & Ioãnes concedunt totũ, vt. n. illa eſt vera, tm̃ ens eſt, ſic hæc tm̃ vnũ eſt, nec iſtam improbauit Ariſt. lib. phy. ſed ꝙ tm̃ ſit vnum numero ſimpliciter & determinate vt vnum Socrate vel vnum Platone, & id genus. Egidius negat conſequẽtiam, quia licet vnum & ens ſint idem conuertibiliter, tñ vnũ addit enti indiuiſionẽ, & ſic ſenſus eſſet tm̃ vnum eſt, ꝙ vnũ ſit, & nihil nõ vnũ ſit, & ita excluderetur multitudo ab entibus, quare negatur conſequentia. Sed quæres obiter quonam modo probetur excluſiua primi ordinis, vt illa, tm̃ aĩal eſt homo, cõiter à logicis tenet̃ ꝙ probetur per p̃iacẽtem & per negatiuã de ſubiecto præiacentis infinitato vel negato, hoc pacto, aĩal eſt hõ, & nihil non aĩal eſt homo, igitur tm̃ aĩal eſt homo, nõnulli volunt ꝙ probetur ſolum per illam negatiuam de ſubiecto excluſiue infinitato vel negato, videlicet, nihil nõ animal eſt homo, igitur tm̃ aĩal eſt hõ. Sed harum poſiſitionum prima videt̃ contra Ariſto. in prædicamentis, vbi concedit illam ſolæ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt genera & ſp̃es, & eã probat ſic, oĩs ſecunda ſubſtantia eſt genus vel ſpecies, & nulla nõ ſecunda ſubſtantia eſt genus nec ſp̃es, igitur ſolæ ſecũdæ ſubſtantiæ ſunt genera vel ſp̃es. Minor eſt vera, quia accidẽtia non ſunt genera & ſp̃es propriæ. Secunda expoſitio falſa eſt, quia nõ valet, nihil non animal eſt homo, igitur tm̃ animal eſt homo, quia dato ꝙ nullum aĩal ſit in mũdo. añs eſt verum ſine conſequente. Aliter dici ſolet ꝙ oĩs excluſiua primi ordinis probatur per vl'em præiacentem & negatiuã de ſubiecto negato hoc pacto, oẽ aĩal eſt homo, & nihil non aĩal eſt hõ, igit̃ tm̃ aĩal eſt homo, & quia exponẽs prima eſt falſa, ideo negant propoſitionẽ, ſed ſi dicat̃ hæc eſt vera tm̃. Socra. eſt muſicus, & tñ nõ p vl'em præ iacentem exponit̃, dicũt ꝙ exponitur ſic, omne qd' eſt Socra. eſt muſicũ, & nihil nõ Socr. eſt muſicũ: igit̃ tm̃ Socr. eſt muſicus. Sed de his alibi quære. Hęc dicta ſunt ad excitandũ. Ad ſecundã negat̃, q̃a multitudo eſt vna & ens, & dico ꝙ vnum diuidit̃ ẽm rõnem formalem à multitudine hoc pacto, ꝙ rõ multitudinis nõ eſt de ratione vnius, tñ rõ vnius eſt de rõne multitudinis, vł licet differũt ẽm rõnem formalẽ, tñ vnũ prædicat̃ de altero ſaltẽ quaſi denominatiue. Ad tertiam dico ꝙ illi modi vnius nullius ſunt prædicamenti, ſed ſunt tráſcendẽtes, ſimiliter negat̃ ꝙ vnum ſit principiũ numeri p̃dicamentalis, eſt. n. principiũ numeri tráſcẽdẽtis. Hęc de diſpu. 3.

Confutatio.

Si igitur ens & vnum idem & vna eius natura, quia ſe adinuicem vt principium & cauſa &c. Tex. idem.

DISPVTATIO QVARTA

De diſtinctione paſsionis à ſubiecto.

Num & quõ propria paſsio diſtinguatur à ſuo ſubiecto.

CAPVT DVBITATIONVM.

QVOD paſsio non differat ẽm rem à ſubiecto multifariam argui ſolet. Primo quia vt dicitur poſter. ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio etiam negationis cauſa eſt, igitur ſi ſeparatio eſt cauſa diſtinctionis realis, ĩpoſsibilitas ſeparationis erit cauſa identitatis realis. Secundo illud quod cõpetit alicui circũſcripto ab eo omne quod diſtinguit̃ realiter ab illo, eſt idem realiter illi. Sed propria paſsio cõpetit alicui ſubiecto vt riſibile homini circũſcripto ab eo omni eo quod differt realiter ab ipſo, nam ab hoĩe ſi remoueatur omne realiter diſtinctum, adhuc, homo eſt riſibilis, igitur propria paſsio non differt realiter à ſubiecto. Tertio ſi ſubiectũ diſtingueret̃ ẽm rem à propria eius paſsione: ſubiectum poſſet eſſe ſine ſua propria paſsione. deducitur oẽ abſolutũ prius eſſentiale, & realiter diſtinctum à ſuo poſteriori, poteſt eſſe vel ſaltem ſibi non repugnat eſſe ſine illo, vt patet. 5. capite de priori, at ſubiectum repugnat eſſe ſine ſua propria paſsione, igitur non differt ẽm rem ab illa. Quarto potentia materiæ non differt apud Auer. ab ipſa materia, eſt. n. potẽtia materiæ nihil aliud quam ipſa materia potẽs ẽm Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, & tamen potentia eſt propriũ propriorum materiæ, vt. d. ipſe. Quinto inclinatio rei vel aptitudo rei & appetitus rei non ſunt aliud quã ipſa res apta ad ſuam perfectionẽ vt colligitur primo phy. Sed propria paſsio non eſt aliud quã aptitudo ſubiecti ad propriam operationẽ, igitur non differt à ſubiecto. Sexto paſsiones entis vt vnũ, verum, & id genus non differunt realiter ab ente, & tñ ſunt paſsiones, igitur nõ diſtinguitur propria paſsio à ſubiecto. In cõtrarium eſt expoſitor, & communiter oẽs qui tenent ſubiectum & propriam paſsionem eſſe res diuerſorum prædicamentorum, & ita ẽm rem diſtinctas.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PASSIO (quæ græcè ab Ariſt. dr̃ pathema) multifariam ſumi conſueuit ab eodem, interdum quidẽ pro aĩæ affectione, vt in lib. de interpretatione dicit̃, ſunt autem voces earum quæ ſunt in aĩa paſsionum notæ, nõnunquã vt diſtinguitur contra agere, vt in lib. de generatione tractauit de agere & pati, aliqñ pro proprio. 4. modo qd' græce dicit̃ ἴδιον ſiue propriũ. 4. mõ. Hoc. n. eſt accñs quod de ſubiecto p̃dicat̃ extra eſſentiam conuerſim, cõpetere. n. extra eſſentiam oĩ & ſoli & ſemper alicui, eſt prædicari de illo extra eſſentiam conuerſim, & in hoc differt propria paſsio ab accidẽte: nã nullum accidẽs cõpetit omni & ſoli, & ſemp: ꝑpea dr̃ qd' adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ, quia prædicatur de ſubiecto non conuerſim extra eſſentiã: in diſpu. igit̃ per propriam paſsionẽ nihil aliud volumus intelligere niſi propriũ. 4. mõ. Ex his ſequit̃ ꝙ multa dicunt̃ accidẽtia propria, quæ ad hũc ſenſum nõ ſunt ꝓpriæ paſsiones, vt caliditas, ignis, reſpectu ignis & ſymmitas reſpectu naſi, & id genus, niſi enim prædicentur conuerſim, non poſſunt dici propriæ paſsiones. Hæc de titulo

Exceptum.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Pō Tho. De diſpu. Tho. cōcorditer determinant oēm propriam paſsionem, quæ re vera dicitur propria paſsio, diſtingui ſm rem ab eius ſubiecto, dixerunt quæ re vera eſt propria paſsio, quia ſicut ſubiectū & prædicatū apud Ariſt. non dicuntur niſi ſint res prędicamentales, ita propria paſsio nulla dicitur, quæ non ſit prædicamentaria res. Propterea ea quæ cum ente de quolibet conuertuntur non dicuntur propriæ paſsiones, ſicut nec ens dr̄ re vera ſubiectū, nec prædicatū, niſi ſm opinionē vel metaphorā, vt dictum eſt in lib. prio. & ſic illa conuertibilia cū ente ab ente non diſtinguuntur, niſi rōne & nōn re.

Pōnes prō Tho maſtis. Pro hac pōne fieri ſolent plures rōnes. Prima quia res diuerſorū prædicamentorū diſtinguuntur ſm rem: qm̄ decē prædicamēta ſm peripa. ſunt decē rerum genera. Sed ſubiectū & propria paſsio in diuerſis collocantur prædicamentis, vel ſaltē non ſunt in eodē prædicamento per ſe: igitur re prædicamentaria diſtinguuntur:& ſic realiter. Secundo oīs cauſa diſtinguitur realiter ab eius effectu, ſed ſubiectū eſt cauſa vel effectrix, vel materialis ſuæ propriæ paſsionis, vt alibi diſputaui, igitur diſtinguit̄ realiter ab eius propria paſſione, quod ſi dicatur ꝙ ſubiectū non eſt cauſa propinqua propriæ paſsionis, vt iuniores logici dicunt, ſed remota. Contra non maiori propinquitate diffinitio rei eſt cauſa alicuius, quā diffinitum ꝑ illam, igitur ſi ſubiectum non eſt cauſa propinqua paſsionis, & ſic nec diffinitio ſubiecti, & ita demōſtrare paſsionē de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti, non eſſet demonſtratio ꝑꝑ quid, ſed per cauſam remotam, & demr̄o quia. Tertio quæcunq; diſtinguuntur præter operationē intelľs, diſtinguuntur re reali. Sed ſubiectum & propria paſsio diſtinguūtur diſtinctione ꝑter actū intelľs, igitur re reali. Maior declaratur, quia quæ diſtinguuntur diſtinctione prę̄ter operationē intelľs aliquo diſtinguuntur, aut igit̄ aliquo reali, vel aliquo intētionali, non aliquo intētionali, quia ſic nō præter operationē intelľs, igitur aliquo reali. Sed oē reale eſt res, igitur quæcunq; diſtinguunt̄ diſtinctione prę̄ter operationē intelľs re reali diſtinguūtur. Quarto quæcunq; diſtinguūtur formalitate & realitate, diſtinguuntur re reali. Sed ꝑ eos & per oēs ſubiectū & propria paſsio diſtinguuntur formalitate, & realitate, igitur re reali. Maior patet, quia quæ diſtinguunt̄ in rōne ſuperiori, diſtinguuntur in rōne inferiori, at res eſt inferior ad formalitatem & realitatē apud eos, quia formalitas ſm eos eſt omne, quod eſt extra nihil. Ex his forte videbitur ſubiectum & propriam eius paſsionem diſtingui ſm rem prædicamentariam, & eſſe res diuerſas, reſq; realiter diſtinctas, in diuerſis prædicamentis ſemper collocatas, vt ſubiectum in prædicamento ſubſtantiæ, propria oīa in prædicamento qualitatis, aut ſaltem nō in eodē ſubiecto per ſe, vel alijs modis, de quibus nunc ſatis.

Obiectiones. Sed contra hanc poſitionem obijciunt quidam quam pluribus in locis. Primo ſi paſsio diſtingueretur realiter à ſubiecto, tunc eſſet proceſſus in infinitū in paſsionibus. deducitur, quia ſi riſibile ab hoīe diſtinguitur realiter, certū eſt hoī non repugnare illā aptitudinē quæ eſt riſibilitas, igit̄ ſubiectum erit capax huius aptitudinis, igitur aptum natum recipere illā aptitudinē, igitur ante aptitudinē datur aptitudo, & ſic in infinitū. Secundo arguūt paſsio ſubſtantiarū ſeparatarum eſt idē realiter illis, igitur & paſsiones cæterarū rerum, quia eadē eſt ſimilitudo. Tertio accipio corpus naturale in aliquo priori in quo præcedit ſolum accidentia nouē prædicamentorū, & quæro ſi in illo priori ſit mobile, vel non. Si dicitur ꝙ ſic, igitur mobilitas nō eſt accidens: ſi dicitur ꝙ non, hoc eſt falſum, quia in illo priori eſt naturale, & includens principia motus, igitur aptum moueri.

Pō ſecunda. Ex his concludunt ſubiectum & propriam paſsionem non diſtingui realiter, ſed ſolum ex natura rei vel formaliter. Et de hac re ipſi varie loquūtur, alij .n. eorum dicunt illa diſtingui realiter in realitate obiectiua, non autē in realitate ſubiectiua, alij quod differunt formaliter ex natura rei: alij alijs modis.

Expō pōnis. Tu vero apud eos debes ſcire ꝙ res pōt ſumi pro re exiſtētiæ, & pro re eſſentię, ſiue formalitatis ſiue pro re obiectiua, oēs huius factionis volunt ſubiectum & propriā paſsionem non diſtingui realiter re exiſtentiæ, quia ſic ſubiectum poſſet eſſe ſine ſua propria paſsione, tn̄ diſtinguuntur re eſſentię, quod eſt diſtingui ex natura rei.

Conſilium. Sed videtur mihi primo quod Thomaſtę, & hi non differunt niſi in verbis, non in re. Thomiſtæ .n. nulli concederent ſubiectum & propriam paſsionem taliter diſtingui realiter vt non repugnet ſubiecto ſeorſum exiſtere ſine paſsione, oēs .n. volunt ſubiectum non poſſe exiſtere ſine ſua propria paſsione, igitur coguntur dicere illa non diſtingui re exiſtentiæ, ſiue re ſeparabilitatis, quod aūt dicant illa diſtingui re reali, nolunt dicere illa diſtingui re exiſtentiæ, & ſeparabilitatis, ſed re eſſentiæ, ſiue prædicamēti, hoc non negarent logici:& ſic dici poſſet quod diſtingui realiter eſt dupliciter aut re exiſtentiæ, aut re eſſentiæ ſiue prædicamēti. Tunc aliqua diſtinguuntur re exiſtētiæ quando poſſunt ſeparari. Tunc re eſſentiæ vel re prædicamēti, qn̄ vel ponunt̄ in diuerſis prædicamētis vel non ponunt̄ per ſe in eodem. Thomaſtę qn̄ dicunt ſubiectum & propriam paſſionē diſtingui realiter, intelligunt ſm rē eſſentiæ, vel rē prædicamēti, non aūt ſm rem exiſtentiæ. Illi vero volunt illa non diſtingui realiter ſm rē exiſtentiæ: non aūt prohibet iſta diſtingui realiter ſm rē eſſentiæ, ſiue prędicamēti, aut quia ſunt in diuerſis prædicamētis, aut quia non ſunt per ſe in eodē, hanc .n. diſtinctionē vocant ipſi ex natura rei, Thomaſtæ realē rei quidē prædicamēti, non exiſtentiæ. Scd̄o dico quod rationes illorum nullę ſunt. Prima quidem reducitur: quia per eos paſsio diſtinguitur formaliter ex natura rei à ſubiecto, ideo ſumo per intelľm in illo priori ſubiectum, in quo præcedit omne ex natura rei ab eo diuerſum, & quæro ſi ſibi competit aptitudo ad riſibilitatē, vel ne, & arguatur vt ipſi arguunt. Propterea dico quod in illo priori non cōpetit aptitudo, ſed bene principium riſibilitatis, qm̄ in illo priori ſubiectum includit principia eſſentialia, & ſic non denominatur aptū ridere denominatione paſſionis, ſed denominatione principiorum illius, quia eſt habens principia aptitudinis ad ridendum: & concedo ꝙ in illo priori eſt capax ridere, non quidē capacitate aptitudinis ſed principiorum aptitudinis. Ad ſecundā negatur ſimilitudo, qm̄ ſubſtantiæ ſeparatę non ſunt in prædicamēto & ea quæ inſunt illis æquiuocę inſunt. Ad tertiam dico vt ad primam & reduco illam contra eos vt reduxi primam, & propterea reſpondeo pro me & ipſis: ꝙ corpus naturale in illo priori non denominat̄ mobile mobilitate aptitudinis, ſed principiorum aptitudinis, & ſic rationes iſtorum non valēt, & eorum poſitio non differt ab illa Thomaſtarum, niſi ſolum in verbis.

Qualis poſitio Thomaſti. Sed qm̄ poſitio Thomaſtarum non eſt ſm modum loquendi peripateticorum, licet re vera ipſa ſit peripatetica, ideo omittatur.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diſtinctionibus & identitatibus. ARISTOTELES & Auer. Alexan. Them. Simp. & Philop. nunq̃ tales diſtinctionũ ſpẽs ſenſere: de quibus (ſi Deus voluerit) elẽchiã ædemus, propterea iuxta ſpecies diſtinctionũ peripateticorũ, dicamus ꝙ aliqua diſtingui ſm̃ peripateticos eſſe põt bifariã aut in ſubiecto aut in definitione ſiue rõne, ceu illa quæ ſunt eadẽ pñt eſſe aut in ſubiecto, aut in diffinitione. Eadem in ſubiecto eſſe poſſunt multifariã, aut q̃a ſunt inſeparabilia circa ſubiecta de quibus vt homo & rõnale, de quocunq; enim prædicatur homo, prædicatur rõnale & econtra, nec pñt vnquã ſeparari, aut quia ſunt inſeparabilia circa ſubiecta in quibus, vt riſibile & diſciplinabile, nõ.n. põt alicui ſubiecto ineſſe riſibile, quin illi inſit diſciplinabile, igitur diſtingui ſubiecto eſt, aut quia poſſunt ſeparari circa ſubiectũ de quibus vt homo & equus, vel homo & aĩal, aut quia poſſunt ſeparari circa ſubiecta in quibus vt albũ & dulce, diſtingui ratione eſt diſtingui diffinitione, aut vera, aut deſcriptione, aut cõceptione.

1. concluſio. Tunc dicerẽt peripatetici ꝙ ſubiectũ & propria paſsio ſunt eadem ſubiecto. *Secunda.* Secundo ꝙ differunt diffinitione, forma & eſſentia. Prima pars patet, quia de quibuſcunq; ſubiectis dicitẽ homo, de his dicitẽ vel in his eſt & riſibile, & contra etiã, amplius quibuſcũq; ſubiectis ineſt riſibile, de illis homo dicitẽ, igitur ſunt eadem in ſubiecto pœnitus. Secũda pars probatur, quia ſiquis ſubiectum & propriam paſsionem tẽtabit definire, reperiet diffinitionem per genera & dr̃ias non eiuſdem prædicamenti, vel diuerſorum prædicamentorũ, & quia diffinitio explicat eſſentiam & formam, & ideo differũt eſſentia & forma. Hoc.n. pacto ſoluerẽt peripatetici. *Dubitatio 1.* Sed occurres aſſerens hanc ſolutionem non eſſe completã, quia ego adhuc volo ſcire ſi ſubiectũ & propria paſsio diſtinguuntur realiter, vel ſint eadem realiter & per dilucidationem non patet ſolo. Amplius volo ſcire ſi differunt ex natura rei vel ſint eadẽ ex natura rei, quod nõ patet. *Solutio.* Ad hæc dici põt ꝙ noua noĩa debent diſtingui, & ideo dicerem, ꝙ diſtingui realiter eſt multiplex, & propterea ſi tu velis per diſtingui realiter diſtingui in ſubiecto, illa nõ diſtinguũtur realiter, ſi tu velis per diſtingui realiter, diſtingui ratione ſiue diffinitione, dico ꝙ diſtinguuntur realiter, ad hoc.n. non põt rñderi, niſi declares teipſum, nã cum hæc ſint noua: oportet ipſa exponere & concedere diſtinctionem pro mẽbro peripatetico, & negare pro mẽbro cõtrario, ſic facias de alijs omnibus diſtinctionibus. *2. dubitatio.* Secũdo quæres vtrũ quæ differũt diffinitione, debent eſſe in diuerſis prædicamentis. *Solutio.* Dici poteſt ꝙ quæcunq; differunt prædicamento: & ſunt in diuerſis prædicamentis: ipſa differũt diffinitione, poſſunt tamen quædam differre diffinitione, quæ ſunt in eodẽ prædicamẽto vt homo & equus, & homo & aĩal ſaltem ex parte animalis. *3. ſolutio.* Tertio occurres, vtrũ aliqua poſsint differe diffinitione: ſi non ſunt diffinibilia. Dici poteſt ꝙ quædam differunt diffinitione, quæ ſunt diffinibilia, quædam vero differunt diffinitione, quæ nõ ſunt diffinibilia, ſed deſcriptibilia: dicunẽ tñ differre diffinitione, quia ſi diffinirentur veris diffinitionibus, illis differrẽt. *4. ſolutio.* Quarto vtrũ quęcunq; diffinitione differunt, ſubiecto. differũt, & ecõtra. Dici põt ꝙ non quæcunq; differunt diffinitione differunt ſubiecto. Sed bene quæ eadẽ ſunt diffinitione, eo pacto quo ſunt eadem diffinitione, ſunt eadẽ ſubiecto. Secũdo dico ꝙ nõ quæcunq; eadẽ ſunt ſubiecto, eadẽ ſunt diffinitione, ſed quæcunq; ſunt ſubiecto diuerſa. illa aliqua ex parte ſunt diffinitione diuerſa. *5. dubitatio.* Quinto quæres quonam modo materia & priuatio à peripateticis dicuntur eadẽ ſubiecto & diuerſa diffinitione. *Solutio.* Dici poteſt ꝙ hæc ſunt eadem ſubiecto, quia priuatio dicitur de materia tanquã de ſubiecto vel de quo vel in quo, & non poteſt de alio dici. Amplius de quocunq; diceretur materia vt de ſubiecto, de illo diceretẽ priuatio tanq̃ de ſubiecto, vel tãquam de eo in quo eſt vt in ſubiecto, & de nullo alio. Ex hoc patet: ꝙ. A. vel B. priuatio certæ datæ formæ non eſt eadẽ ſubiecto ipſi materiæ, ſed bene priuatio ſimpliciter, qm̃ non de quocũq; dicitẽ materia. de eo dicitẽ. A. vel. B. priuatio, quia A. vel B. priuatio põt dici de materia ſub forma aliqua, in cuius aduẽtu ceſſat. A. vel. B. priuatio, at nõ põt dici ipſa materia de aliquo, quin de illo dicatur priuatio ſimplr̃. *Sexta.* Sexto occurres quo nam modo ens & vnum & bonum & cætera conuertibilia cũ ente ſint eadem ſubiecto cũ ente cum ipſum ens de nullo prædicetur, nec illa in nullo ſint, nec de vllo prædicetur. *Solutio.* Dico ꝙ ſiue ens de nullo prædicetur ſiue nõ, & illa ſiue in aliquo ſint ſiue nõ ſemper dicuntur eadem ſubiecto, quia non poſſunt ſeparari quo ad ſubiecta de quibus dicitur ens, ſiue vere, ſiue ſecundum opinionem, de quibus.n. ens ipſum dicitẽ vel tanquam de veris ſubiectis, vel tanquam de ſubiectis ſecundum opinionem, de illis dicuntur cætera vel in illis ſunt, & cõtra, & propterea ſunt eadem ſubiecto. *Qua Auer.* Animaduerte tamen Auerroẽ nõnunquã appellare aliqua eadem ſubiecto, quando alterum alteri accidit & nulli alteri, ad quẽ ſenſum materia & priuatio dicerentur eadẽ ſubiecto. Sed re vera ad idem venit, nam ſi priuatio accidit materiæ, & nulli alteri, priuatio diceretur de omni eo, de quo diceretur materia, & de nullo altero. *Quotifariã eſſe eadem ſubiecto vel diſtincta.* Secundo animaduerte ꝙ eſſe eadem ſubiecto multifariam eſt apud peripateticos, quædã.n. ſunt eadem ꝑ hoc, ꝙ ambo inſunt eidem ſubiecto, quædã per hoc ꝙ alterum alteri ineſt, quædam per hoc ꝙ dicunẽ de eiſdẽ ſubiectis, quæ ſunt ſubiecto eadẽ ꝑ hoc ꝙ ambo eidem inſunt ſubiecto, bifariã ſunt, aut inſeparabiliter, aut ſeparabiliter. Separabiliter quidẽ dulcedo & albedo, hic.n. lacti eidẽ inſunt, ſed ſeparabiliter, q̃a poſſunt ſubiecto ſeparari, nã albedo põt ineſſe agarico, dulcedo autẽ ambroſiæ quæ diuerſa ſunt ſubiecto. Inſeparabiliter vero riſibile & diſciplinabile, non.n. ſubiecto ſeparabilia ſunt, quæ vero ſunt ſubiecto eadem per hoc quod alterum alteri ineſt, etiam bifariam eſt, aut ſeparabiliter, aut inſeparabiliter, ſeparabiliter quidem vt albũ & pomũ, nam album eſſe põt in alio quam in pomo, & pomum ſubiecto põt alteri quam albo vel de aliquo prædicari, cui non ineſt album: inſeparabiliter vero vt materia & priuatio, homo & riſibile, & id genus, nã nũquam eſt homo de aliquo dicẽs, quin de illo vel in illo ſit riſibile. Amplius quæ dicunẽ ſubiecto eadem, per hoc quia ambo de eiſdẽ dicuntur ſubiectis. Item bifariam ſunt, aut ſeparabiliter, vt homo & animal. aĩal.n. de alijs quibuſdã dr̃ ab hoĩe, aut inſeparabiliter vt hõ & rõnale, nõ enim põt alterũ de aliquo dici, quin de illo alterũ dicaẽ. *Qua diſtincta ratione.* Ex his ſequiẽ quæ ſint diſtincta ſubiecto, pñt.n. eſſe diſtincta quædã ſubiecto vna rõne, quę erũt ſubiecto eadem alia ratione, vt cõſideranti patet, diuerſa vero vel eadẽ rõne multifariã eſt aut diffinitione, aut deſcriptione, aut conſideratione. Ratio.n. vt Boetius dicit ſeſe extendit ad diffinitiones, & deſcriptiones, ſm̃ vero iuniores ſe extẽdit ad cõſiderationes. Ex his ſequitur ꝙ ſubiectũ & ꝓpria paſsio ſunt eadẽ ſubiecto. Secũdo modo & inſeparabiliter, quia alterũ alteri accidit, & inſeparabiliter,

biliter, differunt ratione prædicamentaria, ſiue diffinitione proprie, & non tñ cõſideratione vel deſcriptione, quia ſunt in diuerſis generibus. Hæc pauca de diſſinitionibus ſm peripateticos, & de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

SED his diſputatis. Ad primã dico q̃ regula Ariſt. intelligitur in cauſis præciſis, vt patet ibidem, mõ ſeparationis poſsibilitas non eſt præciſa cauſa diſtinctionis rationalis ſm Thomaſtas, ſed ẽt in diuerſis prædicamentis, vel non eſſe in eodem prædicamento per ſe, & ſic ceſſat ratio. Ad ſecundam reduco illam, & accipio maiorem ſic. Illud quod competit alicui circũſcripto omni ex natura rei diſtincto ab illo, eſt idem illi ex natura rei. Sed ab aliquo ſubiecto vt ab homine circũſcriptis omnibus his quæ ab illo diſtinguuntur ex natura rei, adhuc riſibilitas ineſt: igiť riſibilitas non diſtinguiť ex natura rei ab homine. Minor probatur per rationẽ ſuam, quia circunſcriptis illis omnibus, quæratur ſi hõ ſit riſus & riſibilitatis capax vel ne, & fiat ratio per omnia ſimilis rationi quã ipſi faciunt. Propterea dico pro me & pro his, q̃ circũſcriptis ab homine omnibus his, quæ ab homine realiter diſtinguuntur: hõ in illo priori nõ denominatur riſibilis denominatione paſsionis: ſed denominatione principiorũ paſsionis, nec denominatur capax riſus denominatione paſsionis, ſed principiorum vt dictum eſt. Ad tertiam dico q̃ ratio concludit q̃ ſubiectũ & propria paſsio non diſtinguuntur re exiſtentiæ, tñ re prædicamenti, ſiue re eſſentiæ poſſunt diſtingui, & ſic intelligendo negatur conſequẽtia, ad deductionem dico q̃ debet, illud prius eſſe abſolutum, & realiter re exiſtentię diſtinctum à poſteriori, aliter nõ, definitio vero quinti metaph. non eſt ad propoſitum. Prius.n.dicitur natura quod poteſt eſſe ſine alijs & alia non ſine eo, quo ad cauſalitatem, vt dicemus.8.huius. Ad quartam dico q̃ nec materia dicitur vere ſubiectũ, nec potẽtia vere paſsio, ſed ſolum ſm opinionem, poſitio vero intelligitur de ſubiecto & paſsione prædicamentarijs. Ad.5.dico q̃ rei aptitudo poteſt dupliciter ſumi. vno modo pro potentia naturali vel impotentia, & ſic differt re ab eo cuius eſt. Alio modo pro principio, quo res eſt apta, & ſic non paſſio ſed dicitur principiũ paſsionis, vel ſub alijs verbis, dico q̃ aptitudo rei ad finem vel eius operationem non differt re exiſtentiæ ab eo cuius eſt, ſed bene re prædicamenti, eo quia aptitudo illa ponitur in prædicamento qualitatis, res vero nõ in illo. Ad ſextam iam diximus q̃ ille non ſunt paſsiones, nec ens eſt prædicatum, nec ſubiectum, niſi ſm opinionem, põ autem loquiť de ſubiecto & paſsione prædicamentarijs. Hæc de diſpu.quinta ſatis.

Idem enim vnus homo, & homo, & ens homo, & non diuerſum aliquid oſtendit ſecundum diſtinctionem &c. Text. cõm. 3.

DISPVTATIO QVINTA
De diſtinctione eſſe ab eſſentia in vnoquoque cauſato.

Num in quolibet cauſato diſtinguatur eſſe ab eſſentia.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET argui ſolet q̃ ſic. Primo quia eſſentia poteſt intelligi ſine eſſe, vt patet de roſa in hyeme: igiť eſſentia differt ab eſſe. Secundo eſſentia põt manere corrupto eſſe, vt patet de roſa in hyeme, igitur eſſentia differt ab eſſe. Tertio eſſentia per diffinitionem ſignificatur: & nõ eſſe, igitur eſſentia differt ab eſſe. añs eſt Auer. 7. huius. Quarto ſi eſſentia & eſſe idem eſſet, tunc dicendo hoc eſt, eſſet nugatio, idem.n.bis repeteretur. Quinto eſſentia eſt indifferens ad eſſe & ad ſuum oppoſitũ, igitur differt ab eſſe. añs patet de eſſentia roſæ in hyeme, quæ tunc non eſt, & poſtea in æſtate eſt. Sexto omne citra primum eſt compoſitum ex actu & potentia. Sola.n.prima intelligentia eſt liberata à potẽtia. Auer. 3. de anima eſſentia cõpetit rei ex ſe: eſſe vero ab efficiente, igitur eſſentia differt ab eſſe. Añs patet, quia omni agente circũſcripto homo eſt animal & homo, & tñ homo non poteſt eſſe illis omnibus circũſcriptis, vt patet. 8. omne illud cuius eſſe non differt ab eſſentia, nõ eſt plus vno in ſpecie, ſm peripateticos. Sed omne qđ eſt citra primũ eſt plus vno in ſpecie, quod ſaltem de generabilibus nemo dubitat, igiť in nullo citra primũ eſſe & eſſentia ſunt idem. In oppoſitum eſt Auer. contra Auic. qui volebat q̃ vnum & eſſe ſint diſpoſitiones accidẽtales eſſentiæ ſuperadditæ, contra quem.d. Auer. q̃ vnũ ens & eſſe ſunt idem eſſentialiter. Præterea Ariſ. in tex.d. q̃ idem eſt homo, & ens homo, & non differt niſi ſm dictionem repetitam. Ex his quæſtio redditur ambigua pro vtraq; parte. Hæc de dubitationibus. Cõm. 42. Cõm. 7. Cõm. 5.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo diſputationis. Primo animaduerte q̃ eſſentia poteſt ſumi vno modo pro puritate rei iuxta illos qui quærunt quintam eſſentiam facere ex vino, vt docet Arnaldus. Interdum eſſentia ſumitur pro ſubſtãtia, vt.d.Boetius, & nullo horum modorum hic capiť, ſed in propoſito ſumitur eſſentia, pro ratione qua aliquid eſt ens, vt dicemus, eſſe præterea multifariam dicitur, quia vno modo pro eo quod ſignificat compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere, & ſic non ſumitur hic. Secundo modo pro eo à quo ſumiť hoc nomen ens ſimpliciter, & ſic auditur hic, per cauſatum vero in diſputatione volumus intelligere omne ens citra primum, quod cauſatur vt quod, ſiue per ſe, ſiue per accidens. Hæc pauca de titulo: nam plura in dilucidatione colligentur.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſpu. quidam quatuor conſtituunt concluſiones. Prima eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ, non diſtinguũtur formaľr: hãc probãt quia eſſe eſſentiæ & eſſe exñtię ſunt diffinitione eadẽ, nam eadẽ diffinitione hõ in actu & hõ in potẽtia diffiniť, igitur ſunt idẽ formaliter. Scđo quod diſtinguitur formaliter ab alio. ſi addať ei, à quo diſtinguitur conſtituit aliquid formaliter diſtinctum ab illo, ſed eſſe exiſtentiæ additum eſſentiæ vel naturæ non conſtituit aliquid formaliter diſtinctũ & alterius rationis ab eſſentia ſiue natura, igitur eſſe exiſtentiæ non differt formaliter ab eſſentia. Secunda concluſio eſſe eſſentiæ ſiue eſſentia, & eſſe exiſtentiæ, ſiue exiſtentia, non diſtinguuntur realiter. Tum primo, quia poſſet eſſe eſſentia ſine exiſtentia. Tum quia eſſentię nulla cõpetit realitas ſine exiſtentia. Tertio diſtinctio realis eſt inter rem & rem, modo eſſentia non eſt res, nec exiſtẽtia res, ſed ambæ vna res. Tertia concluſio exiſtentia differt ab eſſentia ſicut modus à quidditate. declaratur, quia eſt indifferens ad exiſtentiam, & ad oppoſitum, igitur differt ab exiſtentia. Secundo quia eſſentia competit rei per ſe primo modo, at eſſe exiſtentiæ per accidens. Ex his igitur ſequitur quarta q̃, videlicet, differunt ex natura rei. Hæc illi. Sed põ hæc errat primo qa ſumit hic eſſe eſſentiæ pro natura communi reali, cuius vnitas eſt minor vnitate numerali & maior vnitate Poſitio. 1. Confutatio.

ſpecifica ſiue vniuerſali in actu,& ſic per eſſentiam hominis intelligit humanitatem, per eſſe vero exiſtentiæ intelligit eſſe indiuidui quatenus illud habet eſſe extra cauſas.Et ſic per eſſentiam cõem oĩbus, iſti volunt entitatem cõem realem,cui debetur vnitas aliqua vniuoca, de qua tanta diximus, & per eſſe exiſtentiæ volunt eſſe illud quo res dicitur in actu præter cauſas.Quæſtio vero noſtra quærit de eſſentia propria Socr. vtrũ differat ab eſſe exiſtentiæ.Secundo quæ dicit, non ſunt neceſſaria, quia contra vnitatem eſſentiæ entis demonſtrauimus,contra vnitatẽ naturæ cõis demõſtrabimus. 7.huius: propter hæc omittatur iſta poſitio. Thomas vero in.8. phy. auſc. & in codicillo de ente & eſſentia, & in hic. 4. aſſerit in omni ente cauſato ſubſiſtente eſſe diſtingui ſimpliciter & realiter ab eſſentia, cuius multæ ſunt rõnes, potiſsima quia participans differt ab eo quod participatur. Sed eſſe participatur ab eſſentia in omni tali,igitur differt ab illa.Secundo quia eſſe cauſatur ex principijs eſſentiæ,igitur differt ab eſſentia,vt arguit.4.huius. Pro hac poſitione videtur Boe. in multis locis,vbi ſemper vult ipſum eſſe diuerſum eſſe ab eſſentia,pro eadem & Auic.5. meta. cap.1. pro hac eadẽ Algazel ibidem,& multi doctores. Sed contra hanc põnẽ obijciunt iuniores rõnibus. Prima igitur eſt,realitas rei non differt à re, nec facit realẽ compoſitionẽ cũ ipſa.Sed actualitas rei & eſſe rei nihil aliud eſt quam realitas rei, nihil.n.aliud eſt dicere rem eſſe actualiter, quã eſſe realiter.Secundo homo verus non componitur cũ ſua veritate,ſed rei eſſe non eſt niſi veritatis poſitio,igiť eſſe non facit compoſitionẽ cum eſſentia. Tertio eſſe & eſſentia ab eodẽ priuantur & ponuntur, quia quicquid priuat eſſe, priuat eſſentiam, quicquid ponit eſſe ponit eſſentiam,igitur ſunt idem.Quarto ꝙ tollit diminutionẽ eſſentiæ non componitur cum ipſa eſſentia, ſed eſſe tollit diminutionẽ eſſentiæ,quia vt.d. Auer.9.meta. eſſentiæ quæ non ſunt extra aĩam,non dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed dicuntur eſſe in anima appetitiua aut cognoſcitiua.Illud.n.quod eſt in potentia,non diciť eſſe, quia entia in primo aſpectu ſunt illa quæ ſunt in actu,& induxit hoc Ariſt.ad declarandum cãm latẽtiæ,propter quam hoc nomẽ ens non dicitur ſimpliciter apud vulgus de eo quod eſt in potẽtia,& ſi ſit in aĩa in actu. Hæc Auer.Ex hoc ſequitur ꝙ eſſe actu nullam ponit compoſitionẽ cum eſſentia,ſed tollit illius diminutionẽ ponẽs illam in eſſe ſimpliciter. Quinto dubitatur de ipſo eſſe quid ſit an ſubſtantia vel accñs. Sexto ſi eſſe diſtinguiť ab eſſentia,tũc in omni generatione eſſent duo termini totales.Septimo tunc ex eſſe & eſſentia reſultabit tertia entitas velut ex materia & forma.Octauo ſi ſic,tunc eſſentia eſt indifferens ad eſſentiam,& non eſſentiã, quia rerum eſſentiæ ceperunt,non.n.fuerũt ab æterno, niſi ponas opinionẽ Platonis, & ꝙ non ſint ab æterno. patet,quia æternitas eſt conditio rei exiſtentis.Præterea ſi ſint æternæ,res non poſſent de nouo creari, quia ſemp ſupponeretur eſſentia,igitur eſſentia nõ præceſsit,& ſic nihil aliud eſt quàm eſſe. Sed an rationes iſtæ valeant, dicemus in dilucidatione. Hæc de poſitionibus.

Ad Tho. · Obiectiones. · Cõm.7.

CAPVT DILVCIDATIONIS.

MIHI videtur hæc quæſtio difficillima, tum propter dñiam opinionum:ſunt.n.hic infinitæ ferè opiniones, quas omiſi ꝑpea vt famoſiores ꝑtractaretur. Tũ quia nihil ab Ariſto.habemus,& parũ aut nihil ab Auer. Tum quia circa hic Plato & Ariſt.philoſophię oĩs principes cogũtur diſſentire,ꝑpea hæc dilucidatio fuit mihi magna, profecto hac in re præceptorem non recuſarẽ. Sed quia hæc diſputatio nõn põt dilucidari niſi ꝑ diſtinctiones & ſuppoſitiones, diſtinctionẽ primo aggrediamur. Et dicamus ꝙ eſſentia apud vſum gentiũ bifariã audiri ſolet, interdum.n.pro ente poſsibili:quo res ipſa dicitur poſsibilis eſſe, hanc iuniores vocant ens in potentia obiectiua. qualẽ eſſentiam habet nunc roſa.roſa.n.nunc in hyeme nullam habet eſſentiam,pręter eſſe quod eſt in potentia obiectiua cauſarum agentium.Eſſe vero huic oppoſitum eſt eſſe actualis exiſtẽtiæ quo eſſe roſa in æſtate dicitur ſimpliciter eſſe, & nõ ẜm quid in potentijs cauſarum. Secundo eſſentia audiť pro natura ad quẽ ſenſum quidam humanitatẽ dicunt hoĩs eſſentiam, & Auer. formam hoĩs facit hoĩs eſſentiã,eſſe huic condiuiſum eſt eſſe ſubſiſtẽtię,quod competit indiuiduo,quod eſt hoc aliquid,& ſubſiſtens.Hęc de diſtinctione. Et de ſuppoſitionibus nunc, ſit itaque prima ſuppoſitio ꝙ eſſe in potentia obiectiua idem ſit quod eſſe in potentia ſubiectiua materiæ, & ſolum differt ratione,nam potẽtia materię,qua roſa dicitur poſſibilis eſſe vt reſpicit agens dicitur obiectiua, quia per illam eſt tranſmutabilis ab agente, vt reſpicit formam, quæ eſt obiectum ſiue intẽtum agẽtis:dicitur obiectiua,igitur vt reſpicit agẽs per illam potentiam, dicitur ſubiectiua, vt reſpicit obiectum agentis:diciť obiectiua.Iſtud declarauimus in lib.phy.& nũc ſupponamus. Ex hoc ſequitur ꝙ dum forma educitur de potentia materiæ duplex reſultat compoſitio. Altera ex materia & forma, qua compoſitum ex materia & forma aliquid dicitur. Altera ex eſſentia & eſſe,quia compoſitum ex eſſe & eſſentia,exiſtens appellatur. probatur,quia cum potẽtia materiæ vt ſubiectiua differat à potẽtia vt obtiua: ſitq; forma ipſa terminus & obtiue & ſubtiue potẽtiæ: vt eſſe quidẽ obiectiue, vt forma per agens inducibilis terminus eſt ſubiectiue, erunt ratione ſaltẽ in tali compoſitione duæ compoſitiones ex eſſentia & eſſe, & ex materia & forma. Scđa ſuppoſitio eſt ꝙ rerum quædã ſunt ſeparatæ pœnitus à materia:quædã aliqua ex parte in materia. Iterum earum quæ ſunt in materia,alię ſunt ſubſtantiæ,aliæ accidentia,& ſubſtantiarum,aliæ æternæ,vt cœli,aliæ corruptibiles,vt elementa & aĩalia.His ſuppoſitis de mente peripateticorum ponerẽ iſtas cõcluſiones. Prima in rebus ſeparatis à materia idem eſt eſſe & eſſentia ſiue primo ſiue ſecundo modo ſumantur. Hæc concluſio eſt peripatetica, quia peripatetici res ſeparatas à materia ponunt æternas, & ita nõn ponunt ante eſſe illorum præceſsiſſe potentiam ſubiectiuam vel obiectiuam,quam diximus eſſe eſſentiam,vnde dicũt ꝙ omne poſe eſt ibi neceſſe eſſe, & omne melius eſt neceſſarium,quare poſe eſſe in illis idem eſt, qđ eſſe, & ꝑ conſequẽs idẽ eſt eſſentia & eſſe primo mõ. Amplius idem eſt natura ſiue eſſentia ſecundo mõ: & indiuiduum, quia in ſeparatis à materia nõ eſt plus vno indiuiduo in ſpẽ ẜm Auer. Ex hoc ſequitur ꝙ in ſubſtantijs ſeparatis non eſt compoſitio ex eſſe,& eſſentia, hoc eſt decretum Ariſt.per.7.huius fere totum,& in.8. ait ꝙ in ſimplicibus eſſentia eſt ſtatim id quod eſt,quia nulla eſt ibi compoſitio. Secunda concluſio in ſubſtãtijs corporeis æternis vt cœli eſſe, & eſſentia non differunt primo modo,nec ſecundo modo ſumendo, probatur per idẽ, quia ante eſſe illorum nulla præfuit potentia,nec ratione qua obiectiua,nec ratione ſubiectiua, & ſic non differt eſſentia ab eſſe primo modo. Amplius natura & indiuiduum in illis idem eſt, quia idem eſt ſol

Eſſentia eſſe duplex. · 1.Suppoſitio. · Excerptum. · 2.Suppoſitio. · 1. Concluſio. · Excerptum. · 2.Concluſio.

eſt ſol & hic ſol: igitur in illis idem eſt eſſe & eſſentia, idẽ quoq; natura & ſingulare, quo fit vt nec aliquod iſtorũ ſit compoſitum ex eſſe & eſſentia, veluti nullus ſeparatorum motorum. Sed occurres quia intelligentia eſt forma cœli. Soluit Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, ꝙ hæc compoſitio eſt alterius rationis, & dicitur ꝑ æquiuocationem. Tu vero lege cõmentum noſtrum illic. Tertia concluſio ſubſtãtiis in compoſitis ex materia & forma eſſe & eſſentia vltrouis modo ſumpta differunt. Declaratur primo, ſi ſumantur primo modo, quia eſſentia eſt ens in potentia ſubiectiua, cui ſola materia corrñdet & nihil aliud, eſſe vero eſt in actu exiſtentiæ, quæ vt reſpicit potentiã obiectiuã dicitur eſſe, vt reſpicit potẽtiam ſubiectiuam dicitur forma, igitur differunt tanta dñia quanta differt materia à forma. Secundo ſi ſumatur modo etiam differunt, nã ſm Auer. eſſentia eſt forma ipſa eſſe eſt indiuidui compoſiti. Sed forma differt ab indiuidui compoſiti eſſe. Ex hoc ſequitur ꝙ in quolibet indiuiduo cõpoſito eſt triplex cõpoſitio, materiæ & formę, indiuidui & naturæ, eſſentiæ & eſſe, omnes tamen iſtæ compoſitiones ſunt vna in ſubiecto & differunt rõne, quia apud Auer. eſſe forma, & natura idem ſunt. De accidẽtibus vero eſt mihi difficile. Ioã. n. tenet in accidentibus non differre eſſe ab eſſentia, quia idem eſt albedo & eſſe albedinis vt probat. Ego vero dico de accidentibus vt de generatione accidentium, vt igitur albedo non per ſe generatur, ſed albũ, eo modo quo illis competit generatio ſm qd, ſic eſſentia albi alia eſt ab albo, & natura albi, alia ab indiuiduo albi. ante. n. quam albũ generaretur fuit in potentia ſubiectiua vel obiectiua ad generandum, igitur in illis eſt quædam compoſitio materiæ & formæ, & eſſe eſſentiæ nõ per ſe, ſicut nec album per ſe generatur, ſed per accidẽs & ſm quid. Amplius eſt quædam compoſitio ex vli & ſingulari, nõ. n. in illis idem eſt natura & indiuiduũ, igitur in accidentibus differt eſſe ab eſſentia vtroq; modo ſumendo, hãc noſtram poſitionẽ voluit Egidius, & expoſitor in hoc 4. lib. & in. 8. phy. ſolũ differt. Thomas à nobis, ꝙ hanc compoſitionem etiam in intelligẽtiis ponit, nam vt catholicus poſuit illas poſsibiles nõ eſſe, & antequã fuiſſent, poſſe eſſe, igitur cogitur ponere in illis eſſe differre ab eſſentia, ſed vt naturalis phs non diſſentiret à peripateticis, ipſe. n. vt bonus peripateticus raro aut nunquã à mente Ariſt. diuertit: quãquam ſequaces ignari omnis naturali, philoſophiæ ipſum deprauarũt intantũ: vt nec ipſi intelligant quid velint, tu vero curioſus doctrinæ huius viri, hoc noſtrum dilucidarium perlege, nam inuenies me raro aut nũquam à mente huius viri recedere, veluti ipſe raro aut nunquã à mente præceptoris Ariſt. receſsit, hanc noſtram poſitionem perſentit Boetius vbiq; Auicenna, Algazel, & Philop. in lib. poſter. circa principium ſecundi. Simplicius etiam in his commẽtationibus quas ſcripſit. 2. de anima Them. & Alex. in lib. de anima. Auer. etiam in lib. d, d. & vbiq; hanc & Alber. demum & Groſſateſta & oẽs boni peripatetici, horum auctoritates non poſui ad verbum, ne viderer verboſus, veluti multi faciunt, vt impleant quinterniones. Ex his ſequitur ſolutio diſputationis ad formam, videlicet, ꝙ in cauſato æterno eſſentia & eſſe nullo pacto differunt. patet, quia in æternis eſſentia pro ente in potentia nulla eſt, ſed ſolum eſſe, & ideo in illis idem eſt poſſe & in eſſe idem poſsibile de neceſſario in eſſe, nec eſt ibi poſsibile vel contingens niſi vt ſequit ad neceſſarium & in eſſe. Amplius eſſentia ſumpta pro natura ſiue forma non eſt aliud ab eſſe ſumpto pro indiuiduo reali, eo quia in illis non eſt plus vno indiuiduo in ſpecie. Secundo ſequitur ꝙ in omni cauſato de nouo, eſſe & eſſentia differunt, dummodo cauſetur vt quod & non vt quo, aliter eſſet proceſſus in infinitum: cauſatur. n. vt quo albedo, vt quod vero album, vt quo forma, vt quod autem compoſitum ex materia & forma. Sic igitur in omni cauſato de nouo, quod quidem cauſat vt quod, ſiue ſit vnum per ſe, ſiue per accidẽs ſemper eſſentia & eſſe differunt, dixi ſiue ſit vnũ per ſe, propter cõpoſita ſubſtantialia, ſiue per accidens, propter compoſita accidentalia, nam de vtroque eſt vera concluſio. Et hoc patet primo de eſſentia ſi ſumatur pro ente in potentia ſubiectiua, vel obiectiua, & eſſe pro termino illius potentiæ, quod eſt eſſe formæ in actu. patet. n. ꝙ ens in potẽtia differt ab eſſe actuali formæ, ſicut materia differt à forma. Ipſi. n. eſſe potentiali nihil præter materiam correſpondet & agens. Ipſi eſſe actuali nihil præter formam genitam. Modo forma genita differt à materia vel agente. Secundo patet de eſſentia ſi ſumatur pro natura vel quidditate, quia ſic eſſentia eſt forma, eſſe eſt compoſitum, vel ſaltem ipſi eſſe compoſitum correſpondet, igit eſſentia hoc pacto ſumpta differt ab eſſe. In ſubſtantia. n. eſſentia eſt forma, ipſum eſſe eſt compoſitũ indiuiduum. In accidente vt in albo eſſentia eſt albedo, eſſe eſt album exiſtens, & hoc ſi ſecundo modo ſumantur. Ex his patet ꝙ diſtinctio inter eſſe & eſſentiam, ſi primo modo ſumantur, eſt ſecus inter materiam & formam, quia licet eſſentia differat à materia, tamen nihil illi eſſentiæ in re correſpõdet præter materiam. Similiter forma licet differat ab eſſe, tamen ipſi eſſe primo modo nihil præter formam reſpondet, igitur diſtinctio inter illa eſt qualis inter materiam & formam. Secundo patet ꝙ diſtinctio inter eſſe & eſſentiam. ſi ſumantur ſecundo modo, eſt qualis illa inter formam & compoſitum, qm̃ eſſentiæ ſecundo modo nihil niſi forma correſpondet, & eſſe ſecundo modo ſumpto nihil niſi cõpoſitum, & ſic habes illa eſſe diſtincta, & modum quo illa differunt. Sed quia dixi qõnem hanc eſſe difficillimam, propter differentiam inter Platonem & Ariſto. Ideo quæ Plato ſentit, breuibus nunc appono, vbi debes ſcire, ꝙ loquendo de eſſentia primo modo pro ente quod eſt in potentia obiectiua, vel ſubiectiua, & de eſſe quod eſt iſtius potentiæ terminus: Plato per omnia conuenit cum Ariſtotele, quia non negat Plato compoſitum nouum compoſitioni ex materia, & forã, & ita ex eſſe & eſſentia, vt declaraui apud peripateticos, licet ſit aliqua differentia inter has compoſitiones vt dixi, quia licet idem in ſubiecto ſit compoſitio ex materia & forma, & ex eſſe & eſſentia, tamẽ alia ratione dicitur ex eſſe & eſſentia, & alia ex materia & forma, ratio. n. eſſentiæ & ratio ipſius eſſe ſunt generaliores, at ratio materiæ & ratio formæ ſpecialiores, & ita Plato ab Ariſto. quantum ad hoc non differt, ſed differt ſumendo eſſentiam pro natura ſiue pro ipſo vli, & eſſe pro indiuiduo, nam in lib. Parmenidis ponit tales compoſitorum eſſentias, formas, ſiue vlia ſeparata ſm eſſe, quas ipſe ideas ſiue ſpecies appellat, at Ariſto. contra ipſum in. 8. huius diſputat, & vult tales formas ſiue eſſentias eſſe in indiuiduis poſitas: nec differre ab illis per eſſe exiſtere, cum his nullum competat eſſe exiſtere præter eſſe indiuiduorum, qa vt dicet in prædicamentis deſtructis primis ſubſtãtiis quo ad eſſe exiſtẽtię, deſtruuntur oĩa alia quo ad eſſe exiſtentiæ: vt exponit Boetius.

Marginalia: Dubitatio. Solutio. Tertia. Excerptum. 3. concluſio. Quæ de diuo Thoma. Solutio diſputationis ad formam primum. Secundum. Excerpt. 1. Secundum. Põ Plat.

Dubitatio mirabilis. *Solutio.* Boetius. Sed occurres ꝙ peripatetici volunt compoſitionẽ ex eſſe & eſſentia eſſe generaliorẽ, ſi in nullis reperitur niſi in cõpoſitis ex materia & forma, & loquor de compoſitione eſſe & eſſentiæ. primo modo dici põt *Cõm.5.* vt colligitur de mente Auer. 3. de aĩa, ꝙ illa eſt vſior & generalior ea compoſitione quæ eſt ex materia & forma tum quia competit compoſitis nouis per ſe: & cõpoſitis æternis per æquiuocationẽ, eſt.n.in cœlis cõpõ quædam æterna ex eſſe & eſſentia vtpote ex intelligẽtia & orbe, quam percepimus ex motu vt docet Auer. Tum ſecundo quia competit ęquiuoce oĩbus intelligẽtijs, quia nulla intelligentia eſt liberata à potentia, præ *Cõm.5.* ter primam vt docet Auer. 3. de aĩa. Nam quælibet eſt cauſata, & ſic videtur quodammodo compoſita ex aliquo ſimili eſſentię, & aliquo ſimili actui. Sed quia neutra harum compoſitionum eſt noua, ideo abſolute eſſe & eſſentia oĩbus modis ſumptæ in illis ſunt idem, ſed ꝑ attributionẽ dicuntur diuerſa, eſt.n.in illis ſimplicitas in rei veritate, ſed compoſitio eſt attributum quoddam veluti Deo attributa ſunt iuſtitia, prudẽtia & id genus, hæc.n.non ſunt in illis, niſi attributiue veluti in colũna *Cõm.39.* deſtrum, & ſiniſtrum & id genus, vt docet Auer. 12. huius. Magis autem quam in colũna, quatenus ſunt cauſæ eorum quæ ſunt talia. Sic igitur inquantum illas intelligentias cauſatas intelligimus, aliquo pacto illas cõpoſitas percepimus, quia inquantum illas cauſatas intelligimus, percipimus ipſum non eſſe, & ipſum poſsibile eſſe præcedere ſm rationẽ noſtram ipſum eſſe, & ſic ꝑcipimus eſſentiam quaſi præceſsiſſe ipſum eſſe. Sed qa de facto ipſa eorum eſſentia nũquam fuit abſq; eſſe nec põt eſſe abſq; eſſe, vt ſic de facto in illis idem eſt eſſe & eſſentia. In cauſatis vero de nouo, qa poſsibile eſſe fuit aliqñ ſine eſſe, ideo eſt vera compõ ex eſſe & eſſentia ſm dictum modum. Recte igitur dictum eſt quod in ſolis de nouo cauſatis eſſe differt ab eſſentia. In æternis vero eſſe eſt idẽ oĩbus modis ſm ſubiectum cum eſſentia, amplius recte dictũ eſt compoſitionẽ ex eſſe & eſſentia non eſſe aliam ab illa, quæ eſt ex materia & forma: licet illa ex eſſe & eſſentia ſit generalior, pro quanto per intellectum põt attribui ſimplicibus rebus, vt intelliguntur dependentes & cauſatæ, & hæc eſt mẽs Auer. in lib. cœli, dum dicit ꝙ eſſentia cœli & eſſe cœli idem eſt, quia licet ibi ſit realis quædam compoſitio ex intelligẽtia & materia cœlica: tñ ipſa cœli forma eſt eſſe cœli & eſſentia cœli, nũquam.n.illa materia cœlica fuit ſine cœli ipſius forma, & ꝑpea eſſe & eſſentia cœli eſt ipſius forma tm̃. Verum quia de cœlo eſt aliqua ex parte obſcurum, ideo remitto me ad librum de ſubſtantia or- *Excerptum.* bis, & ad librum cœli. Præterea patet in ſolo Deo eſſe & eſſentiam eſſe ſubiecto & rõne idem, re quidem ſiue ſubiecto qm̃ eſt æternus ſimpliciter & omni ex parte, rõne vero quia non põt cauſatus, aut dependens intelligi. Quare ex oĩbus his licet ſumere in cauſatis de nouo eſſe eſſentiamq; differre ſubiecto eo pacto quo materia à forma differt ſubiecto, itemq; & rõne. In cauſatis ab æterno eſſe & eſſentia patet eſſe idem ſubiecto, ſed rõne diuerſa eſſe. In Deo vero ſolo oĩbus modis idem *2. Dubitatio.* ſunt. Sed adhuc occurres quia in nouiter cauſatis eſſe & eſſentia videntur eadẽ ſubiecto, quia ſumendo eſſentiam pro natura & eſſe pro indiuiduo: talis eſſentia dicitur de indiuiduo, vel ambo de eodẽ pręedicantur. Sumendo eſſentiam pro ente in potentia ambo accidunt materiæ, vel eſſe accidit eſſentiæ, igiť ſunt ſubiecto eadẽ dici põt ꝙ ſunt ſubiecto eadẽ ſeparabiliter, & ꝑpea dicuntur ſimpliciter non eſſe eadem ſubiecto. In æternis vero ſunt eadẽ ſubiecto & inſeparabiliter, amplius diſtinctio rõnis in nouiter cauſatis eſt maior, quàm in æternis. Nam in illis hæc diſtinctio non fundatur ſupra diuerſas partes, in his fundatur ſupra diuerſas partes. Propterea iuniores appellarent hanc diſtinctionẽ in his diſtinctionem rõnis realem, in illis diſtinctionẽ rationis intentionalem. Sic igitur eſſe & eſſentia in compoſitis nouis differunt rõne reali & ſubiecto, ꝑ quãto ſunt eadẽ ſubiecto ſeparabiliter. In rebus vero cauſatis æternis eſſe & eſſentia differunt ſolum rõne intẽtionali, & nullo pacto differunt ſubiecto. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rõnes primam & ſecundam patet ſolutio, eſſentia.n.differt ab eſſe quouis modo ſumatur. Ad tertiam dico ꝙ diffinitio dicit eſſentiam ſumptam pro natura. Ad cæteras rationes reſpondetur, ꝙ ſunt pro nobis, rõnes quoq; illorum nullæ ſunt, oẽs.n.concludunt ꝙ eſſentia ſi pro natura ſumatur, & eſſe ſi ſumatur pro indiuiduo non differunt ſimpliciter, tñ ſm Auer. differunt eo modo quo forma differt à compoſito. Et debes ſcire ꝙ fortaſſe illi non differũt ab expoſitoribus, quia illi non negarent ꝙ ſumendo eſſentiam pro eſſe in potentia obiectiua, ſiue ꝑ materia, quæ illi corrñdet & eſſe pro forma extra potentias cauſarũ, hæc differũt ſm rem, eo modo quo materia & forma differunt. Nec Thomas negaret ſumendo eſſentiam pro natura illam eſſe idem ipſi eſſe ſumpto pro exiſtentia indiuidui: & hoc ad intellectum illorũ. Thomas.n.non diceret naturam illam & ipſum eſſe differre eo modo quo differunt duæ res diuerſarum exiſtentiarum, ſed diceret illã diſtinctionem eſſe realem, quatenus eſt præter operationem intellectus, quam illi appellant realem, & ſic in idem veniunt, licet verbis differunt. De hac quæſtionẽ lege librum.d.d.diſputatione. 8. & 3. de anima & illa cum iſtis colligas: quia videbis verius rem hanc. Hæc de diſputatione quinta.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBRI QVINTI METAPHYSICORVM.

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In.17. Diſputationes diuiditur.

1 *Num eiuſdem effectus poſsint eſſe plures cauſæ.*
2 *Num finis ſit cauſa & principium.*
3 *Num cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu.*
4 *Num neceſſariorum poſsit eſſe aliqua cauſa effectrix.*
5 *Num materia ſit principium vnitatis numeralis cuiuſq; indiuidui.*
6 *Num diuiſiones vnius recte aſsignentur.*
7 *Num ens in decem prædicamenta diuidatur per diuerſos modos prædicandi.*
8 *Num plura accidentia ſolo numero differentia poſsint eſſe in eodem ſubiecto.*
9 *Num formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas.*
10 *Num dentur inſtantia naturæ.*
11 *Num tempus & motus ſint quanta per accidens.*
12 *Num relatio ſecundum rem differat à fundamento.*

13 *Num*

13 *Num idem relatiuum ad plura referri poſſit.*
14 *Num ratio formalis terminandi relationem alterius cor relatiui ſit relatio.*
15 *Num relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis.*
16 *Num terminus ſit de quidditatiuo conceptu ralationis.*
17 *Num ſex principia ſint reſpectus.*

PRÆFATIO.

HACTENVS de ambitu facultateq; huius diuinæ ſcientiæ Ariſto. Lib. quarto diligentiſsime pertractauit: vbi diſputationes, quæ mihi viderentur potiores, ac difficiliores cõfecimus vt tua ſpectatiſsima diſertio iam legit. Nunc aũt in hoc Lib. quinto ne Ariſtoteles laboret in ęquiuocis, nomina in ſignificationes diſtinguit, vbi etiam has delegimus à tuo ſpectatiſsimo ingenio diſputationes cenſendas, elaborauimus profecto non parum. Quare rogo humanitatem tuam, vt illas vt cæteras legas atq; relegas. Nam vbi commendatas ſenſero, ventoſas voces canum ſpernere non deſinam. Vale.

Accidit aũt multotiens dictis cauſis & multas eiuſdem eſſe cauſas non ſecundum accidens. Tex. cõm. 2.

DISPVTATIO PRIMA
De numero cauſarum reſpectu eiuſdem effectus.

Num eiuſdem effectus poſſint eſſe plures cauſæ.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD ſic arguitur, quia cauſa non eſt aliquid actu ipſius effectus, igitur propter differentiam agentium, non differunt effectus. Secundo idem homo numero poteſt eſſe à Deo per creationem, & ab ipſius patre per generationem, igitur idem effectus numero à pluribus cauſis. Tertio idem homo numero poteſt eſſe hodie à conſtellatione præſentis horæ, & hinc ad 49. millia annorum ab ea conſtellatione quæ tunc erit. patet hoc per omnes aſtronomos, & videtur põ Plat. in Timæo, modo hæc conſtellatio præſentis horæ, & illa quæ erit eo tpe differunt numero, quia non põt idẽ numero motus redire. Quarto idem effectus ſpẽ vt mus poteſt eſſe ab efficiẽtibus diuerſis ſpẽ, vt à ſemine & à putrida materia, igitur idẽ effectus numero ab agẽtibus numero differentibus. In contrarium arguunt qa ſi vna ſufficit: alia ſuperfluit. Præterea Ariſto. & Auer. 12. huius dicunt ꝙ ab agente vno in paſſum vnum non exit, niſi effectus vnus. Cõm. 11.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CAVSAS quid ſit, & quot modis dicatur, itẽq; effectus quid ſit & quot modis dicał lib. 2. huius apparuit, aliqui tamen de cauſis tales ponunt diuiſiones, ꝙ aliæ ſunt ſubordinate vt ſol & homo ad generationem hominis, aliæ æquales vt duo homines nauim trahentes, amplius æqualium, aliæ ſunt totales: aliæ partiales, partiales vt duo trahentes nauim, totales vero ſunt quæcũq; ſunt eiuſdem ſpeciei & eiuſdem ordinis. æquales ita ſeſe habent vt quælibet illarum ſufficiat efficere aut cauſare effectum, vt homo totalis cauſa eſt hoĩs: quia licet ſit ſol, tamen ſol eſt illi ſuperior. Amplius cauſarum aliæ ſunt eiuſdem generis, aliæ differunt genere, differunt genere materia & agens, ſunt eiuſdem generis ſol & homo, vt patet. 2. phy. Nec plura de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

DE diſputatione quidam vir ex propria intentione voluit ꝙ idem filius quo ad materiam & formã põt eſſe à diuerſis patribus, probat aũt iſtud quia corpus humanum aut fit ſolum à menſtruo mulieris ſanguine, aut etiam à menſtruo & ſemine viri. Sed cum ambo hæc generentur ex ſuperfluo alimenti, vbi idem ſit alimentum & cibus, idem ſemper ſuperfluet quare eadẽ poteſt ſeminalis vel menſtrualis ſuperfluitas & ſic idẽ filius numero à patribus diuerſis, cum poſsit illis ſupereſſe idẽ alimentum. Sed pace huius dixerim hoc non eſt phyſicæ dictũ, qm̃ hoc dato, tunc idem numero corruptum poſſet redire, deducitur per eorum fundamentum, qa idem numero alimentum põt ſuperfluere ante & poſt mortem: igitur idem numero corruptũ põt redire poſt mortem. Propter hæc ipſi nunc dicunt ꝙ eiuſdem effectus non poſſunt eſſe plures cauſæ eiuſdẽ generis eiuſdem ordinis, atq; totales. dicũt eiuſdẽ generis qa eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſæ genere differentes, vt materia & forma & cæteræ cauſę, dicũt eiuſdem ordinis, quia eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſę eiuſdem generis, ordine differẽtes, vt ſol & homo hoĩs cauſæ eſſe poſſunt. Dicunt tertio totales, quia eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſæ eiuſdẽ generis, eiuſdẽ ordinis, ſed partiales, vt duo trahentes nauim. Hęc concluſio ſic nude intellecta non eſt vera, & patitur inſtantiam. Primo quia aſtrologi dicunt ꝙ vnũmet morbũ numero põt dare in ambulatio gradus horoſcopantis ad locum maleficum, & inambulatio aphetæ ad anæretam vt docet Ptolemæus, & tamen cauſæ ſunt totales eiuſdẽ effectus. Præterea forma cadaueris vnamet numero põt eſſe à diuerſis cauſis totalibus vt à ſtrangulatione, & ſuffocatione: & cæteris id genus. Et ſic hæc poſitio eget declaratione. Hæc de poſitionibus.

Põ Scoti lib. 2. ſententiarum. Confutatio. Reprehenſio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

IDEO hic confutatus, dicerem ꝙ eiuſdẽ effectus nõ poſſunt eſſe plures cauſę eiuſdem generis, eiuſdem ordinis, totales per ſe atq; ſimul: dixi per ſe, qa non eſt impoſsibile eandem numero formam cadaueris eſſe à diuerſis cauſis totalibus per accidens, nã talia non agũt, ſed magis remouent impedimenta, quibus actio impediebał. Addidi ſimul, quia ſiquis vellet tenere ꝙ à pluribus cauſis per ſe totalibus poſsit eſſe idem effectus, tamen nunquã erit ab illis ſimul. patet, quia vel idem effectus bis erit ſimul, vel altera ſuperfluit, & fortaſſe ſufficit addere per ſe, quia illę duæ conſtellationes quæ eodẽ die faciunt tertianam, & eadem hora, ad illam tertianã quã faciũt, ſe hñt vt cauſæ partiales, quia neutra illarũ ſufficit illum morbũ facere ſub tãto gradu intenſionis, licet quælibet ſufficiat morbũ illũ facere ſub remiſsiori gradu: & ſic dico, ꝙ eiuſdẽ effectus numero nõ pñt eſſe plures cãę eiuſdẽ ordinis, eiuſdẽ gñis & ꝑ ſe totales. hoc .n. pacto nulla eſt inſtãtia. Hęc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam dico ꝙ licet agens non ſit aliquid actu ipſius effectus, tamen effectus dependet ab illa, & hoc ſufficit pro differentia illius. Ad ſecundam dico ꝙ illud non erit ſimul ſed in diuerſis temporibus, vel forte homo non eſt cauſa totalis hominis quia concurrit Deus. Ad tertiam de poſitione Platonis diſputauit in. 5. phy. nunc

nunc dico ꝙ dato ꝙ reuolutio ſtellarum fixarum fiat ſingulis .49.millia annorum nunq̃ reddit eadē conſtellatio,ſed primæ ſimillima:& ſic nunq̃ reddibit idē homo numero,ſed primo ſimillimus, vt apparet in fructibus,qui ſingulis æſtatibus videntur redire idem, & nō ſunt idem ſed ſimillimi. Ad quartam de illo dicemus in.7.pro nunc negatur ſimilitudo, & cauſa dicet. in.7. Quod vero dicebatur ꝙ idem ſemen pōt fieri,ꝑꝑ quia idem numero cibus pōt à diuerſis numero aſſumi, nihil eſt quia licet à diuerſis poſſet idem numero cibus aſſumi,tamen concoctiones erunt diuerſæ ꝑꝑ differentiam calorum:quibus ille cibus concoqueretur, & ſic non erit idem ſemen. Hæc de prima diſputatione.

Quapropter & natura principium, & elementum, & mens,& voluntas, & ſubſtantia & quod cuius cauſa &c. Tex. commen.1.& 2.

DISPVTATIO SECVNDA
De quidditate finis.

Num finis ſit cauſa & principium.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod finis non ſit cauſa:arguitur quia ſi ſit cauſa.vel eſt cauſa ineſſe intentionali.vel ineſſe reali. Primo arguo ꝙ non ineſſe intentionali, & hoc multis modis. Primo quia effectus realis cauſa debet eſſe realis, ſed ipſum fieri, ſiue ipſa res acta eſt effectus realis,igitur eius cauſa nō poteſt habere eſſe intentionale. Secundo quia cauſa cui nullum reſpondet eſſe in actu,nullo modo poteſt eſſe cauſa entis in actu, ſed fini ineſſe intentionali nullum eſſe actuale reſpondit: igitur non poteſt eſſe cauſa rei in actu.Tertio cauſalitas qua finis effectum cauſat eſt realis, igitur fundamētum illius debet eſſe reale & ſic finis nō poteſt eſſe cauſa ineſſe intentionali.Quarto agens agit propter finē extra, igiť finis extra eſt cauſa.Quinto finis p̄cedit agēs: qa eſt illius cauſa.Sed eſſe intētionale finis eſt poſterius entitate agentis,cum tale eſſe ſit in agente fundatū. Sexto finis ineſſe intentionali non differt ab agente, ſed ſolū vt habet eſſe extra, igitur vt ſic non eſt cauſa diuerſa. aňs eſt Auerrois.12.huius. vbi vult ꝙ finis in anima mouet vt agens,ſed ad extra mouet vt finis. Septimo finis habet eſſe optimum & vltimum, ſed ineſſe intētionali finis non eſt optimum & vltimum. Immo habet eſſe diminutum. Octauo tūc agens nūquā fruſtraretur à fine. Conſequentia patet quia ſemper finis in intentione attingitur. Secundo quod non ineſſe reali ſit cauſa arguitur. Primo quia fine poſito ineſſe reali ceſſat actio: igitur ineſſe reali nullius eſt cauſa. Secundo finis eſt cauſa in illo eſſe in quo mouet efficiens. Sed mouet efficiens ineſſe intentionali,igiť ineſſe intentionali eſt cauſa.Tertio ſm illud eſſe eſt cauſa ſm ꝙ eſt principiū, at ſm eſſe reale non eſt principium ſed vltimum. In cōtrariū eſt Ariſt.qui finem inter cauſas repoſuit hic & in lib. phy.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MVLTIPLEX de fine ipſo ponitur diſtinctio, tñ in propoſito à Ioāne & alijs dicitur ꝙ finis eſt duplex apud peripateticos,alius quidem finis vt operatio rei:ꝑ quam aliquem finē quis attingit,alius vero gratia cuius qui eſt ipſum quod per operationem attingitur. Verbi cauſa perfectiſsima viſio eſt finis quo ipſorum oculorum:ſiue ipſius potentiæ viſoriæ, finis gratia cuius viſionis talis eſt perfectiſsimum obiectū, quod ab illa attingitur potentia per talem viſionem, finem gratia cuius nōnunquā Auer. appellauit finem dictū ſm primariam intentionem, finem vero quo nuncupauit finem dictum ſecundaria intētione,vt.2.cœli colligitur.Subdiſtinguunt finem ipſum gratia cuius, quia alius eſt finis productus ineſſe reali. Alius finis p̄ſuppoſitus actioni atq; operationi.Forma quidem naturalis,quæ ꝑ generationem producitur,diciť finis generationis & finis gratia cuius productus. Deus vero qui intellectione & amore attingiť, finis eſt cuius gratia p̄ſuppoſitus actioni,forte hanc diſtinctionem intellexit Auer.2.phyſicæ auſcul.Cū dixit ꝙ duplex eſt finis generationis, videlicet,& rei genitæ,finis gñationis eſt qui actione producitur,rei generatæ eſt Deus qui operationem attingitur & gratia cuius agitur, cauſa vero quot modis dicatur.2. huius patuit.Tunc omnes cōueniunt ꝙ diſputatio debet intelligi de fine generationis,nō autem de fine gratia cuius rei genitæ:nam finis gratia cuius rei genitæ habet eſſe reale p̄ſuppoſitū,ſm ꝙ eſſe mouet agēs ad agendum,& ſic de tali nō eſt quæſtio, poſſumus.n.in tali aſſignare eſſe, ſm ꝙ eſt cauſa,propterea quæſtio tota erit de fine generationis vtrum ſit cauſa, & ſub quo eſſe ſit cauſa,an ſub eſſe reali, an ſub eſſe intentionali, an ſub nullo horum.Hæc enim quæſtio fuit apud antiquos nō leuis,nec apud iuniores adhuc reſoluta.Preterea finem eſſe cauſam Ariſto. declarauit in hoc lib.&.2.phyſicæ auſcult. & 2.poſte. & in libro de aīalibus, cuius rō fuit quia per ipſam reſpondetur ad quæſtionem factā propter quid,& ſic concluſit illam eſſe cauſam:tamē ab eo non habemus ſub quo eſſe eſt cauſa,& antequā ſit, vel cum eſt in re. Hæc de titulo.

Cōm.17.

Cōm. 14.et 70.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

DE diſputatione Democritus & Leucippus, & oēs qui effectus euenire neceſsitate materię fateñ, cauſam finalem non eſſe inter cauſas enumerandam dixerunt, & ſic apud hos ceſſat quæſtio, tum ſi ſit. vel ne cauſa, tum ſi ſit cauſa pro quo eſſe ſit cauſa. Sed aduerſus hos laborauit Ariſt.2.phyſicæ auſcultat.declarando ꝙ natura agit propter finē:ideo de hac poſitione, hæc pauca. Alij vero euitare credunt quæſtionem dicentes naturā vel agentia naturalia non agere ob finem, quē ipſa intendunt. Sed diriguntur ab intelligentia non errante, cuius opinionis videtur eſſe Themiſtius primo de aīa cap.23.& hanc recitat Auer.12.huius. Sed iſti videntur euitare non poſſe quæſtionem:quia licet agentia naturalia finem non intenderent, diriguntur ab intelligente finē, quare quæſtio vertitur circa illam intelligentiā dirigentem an moueatur ad dirigēdum ob aliquem finem,an ob nullum & ſi ob aliquē finē, vtrū ineſſe reali, vel ineſſe intētionali.Præterea Ariſ.2.phy.probat agentia naturalia agere ꝑꝑ finē, & nō quia diriguntur ab intendente finem.Et forte hæc poſitio cū videatur. Themiſtij & Alexandri, pōt defendi ꝙ dirigēs in finē intendit finem cuius gratia dirigit: quia dirigit gratia primi finis,qui eſt Deus ipſe, qđ aūt Deus ſit cauſa,& pro eſſe reali,qđ ſibi conuenit,nemo dubitat,videť aūt hæc ſolutio Alexandri in lib.ſuo de aīa, qui dicit oēs formas, immo intellm̄ venire neceſsitate materiæ, qđ pro tāto hoc verū eſſe pōt:pro quanto nullū agēs naturale agit ob finem,quē ipſum intēdat,ſed dirigitur ab intendente primū finē gr̄a cuius ab intelligentia agēte diriguntur oīa agentia naturalia, & ſic videñ oīa quaſi neceſsitate materiæ euenire, nō ꝙ nō detur agēs naturale, vt male Auerroes Alexandrū intellexit, ſed ꝙ agens naturale reſpectu

Pō Democriti.

Secūda poſitio.

Cōm.18. Obiectio.

Defenſio.

reſpectu motoris dirigẽtis ſeſe habet vt materia mota. Et iuxta hanc pōnem oportet ponere nullum eſſe finẽ, niſi vnum, cuius grã motor dirigit naturã ad agẽdum. *Qualis hæc pō.* Verum hęc pō eget magna conſideratione: nec credit à maiori parte peripa. Prætereа licet de agentibus nãlibus hæc pō poſſet defendi, de agente per cognitionẽ, adhuc qō remanet. Propterea de ea nolo diſputare *Pō Ioan.* nunc, qm̃ in.12.lib.meta.tangetur fortaſſe. Ioan. vero Gãda. qui ſemper peripatetice loqui enititur, de qōne tenet finem eſſe cãm, & ipſum habere cauſalitatẽ ſm eſſe reale, quod habet in acquiſito eſſe. Verbi cã ꝙ ſanitas per pharmacõ in aĩali acquiſita eſt cã vt finis. Perſuadet Ioan. opinionem. Primo quia finis vult eſſe vltimũ & optimum vt Ariſt. corrigendo poetam.2.phy. dixit. Sed finis ipſe non poteſt eſſe vltimum & optimũ, niſi ponatur ineſſe reali, igitur ſic eſt cauſa. Secũdo circa idem accipitur rō finis: circa quod dr̃ aliquod fruſtra, ſed dr̃ fruſtra reſpectu eſſe realis, igitur rō finis accipitur ab eſſe reali. Tertio perfectum dicitur dum finem habet, ſed nondum habet illum ineſſe intẽtionali, igitur ineſſe reali, & ſic in tali eſſe dicitur cauſa. Quar- *Cōm.36.* to hæc vr̃ intentio Auer.12.huius. Vbi ait balneũ in aĩa *Confutatio.* mouere vt agens, balneum in re mouere vt finem. Sed pace Ioan. dixerim: hæc pō videtur extranea. Primo qa ſi finis eſt cauſa, vel eſt cã cãlitatis agẽtis, vel ipſius fieri in quo eſt agens, aut ipſius rei factæ, nō ipſius rei factę, qa tunc idem eſſet cã ſui, nam fines ipſi in re, ſunt res ipſæ factæ ſi ipſius cauſalitatis vel ipſius fieri. Tunc aliquid quod nondum eſt, eſſet cã eius, quod eſt. Ipſum .n. fieri & cãlitas pręcedunt finem in re. Secundo cã in actu & per ſe atq; propria ſimul eſt & nō eſt cum effectu ſuo: vt talis finis pro re nunq̃ eſt ſit cũ ipſo fieri vel cum ipſa cãlitate agentis, igitur vt ſic non eſt cã. Tertio effectus per ſe oĩum cãrum non eſt eſſe cauſa finalis, qa cauſa finalis eſt cã oĩum cãrum. Sed finis poſitus in actu eſt effectus oĩum cãrum: igitur non poteſt eſſe finalis. *Pō aliorum.* Alij vero & iuniores & antiquiores tenẽt finẽ eſſe cãm ſm eſſe quod habet in intẽtione agentis, veluti ſanitas vt habet eſſe in mẽte medici eſt cã finalis actionis medici, & non ſanitas in re: pro hac pōne arguitur qa ſm illud eſſe eſt finis ipſe cã, ſm quod mouet agens, ſed finis mouet agens ſm eſſe intentionale, hoc eſt vt pręcōceptus & appetibilis, igitur ſm eſſe intentionale eſt cã. Secundo eo modo & ſub eo eſſe finis eſt cã ſub quo eſt effectu ipſo prior, ſed finis non eſt effectu prior ſm eſſe extra aĩam, ſed ſm eſſe intentionale, igitur ſm eſſe intentionale eſt cã. Tertio eo mō finis eſt cã, quo non habet rōnem cauſati: quia idem eodẽ modo ac rōne non pōt eſſe cauſa & cãtum, ſed finis in intentione non habet rōnem cauſati: igitur hoc pacto eſt cauſa. Quarto eo modo finis eſt cã, quo vna cum agente cōcurrit ad effectum. eſt.n. in omnĩ cauſatione cōcurſus cauſarum ad ponendum effectum ineſſe, ſed finis ineſſe intentionali concurrit cum agente: igitur ſecũdum tale eſſe eſt cauſa. Pro hac poſitione etiã videtur Auic.6.ſuæ meta. cap. de fine, vbi inquit, cauſa finalis non eſt cauſa, nec inuenta extra, ſed vt inuenta in intentione agentis. Pro hac faciunt verba magni Alberti in hoc.5. vbi aperte fatetur, finem eſſe cãm ſm eſſe intentionale: ſm ꝙ mouet agẽs ipſum, vr̃ pro hac auctoritas expoſitoris, qui vbiq; fini cãlitatem tribuit, vt habet eſſe intẽtionale, & non *Obiect. iuniorum.* ſm eſſe in re. Sed hæc pō non caret difficultate. Primo quia finis ſm eſſe intẽtionale nō habet rōnem optimi, & vltimi: vult.n. ſemper finis eſſe vltimum & optimũ.

Secũdo vt arguit Ioãnes, tũc nullũ agẽs fruſtraret̃ à fine patet quia quodlibet agens ſaltẽ per cognitionẽ attingit finem. Tertio cauſa dum aliquem effectum realẽ producit realiter eſt in rerum natura. Sed finis ſm eſſe intentionale non eſt in rei natura. Quarto quia cauſalitas eſt relatio realis, igitur requirit realitatem ſubiecti cui inſit: nō.n. debet ſubiectũ ſiue fundamẽtum eſſe minoris entitatis, quã fundatum. Quinto eſſe cauſatum arguit realiter eſſe, ſed perfectius eſt cæteris paribus eſſe cauſam quã eſſe cãtum, igitur eſſe cauſam arguit realiter eſſe & ita nihil eſt actu cauſa alicuius, niſi dũ realiter eſt. Sexto ſumat̃ aliquis qui ſe exerceat propter ſanitatem, tunc arguunt ſanitas eſt cã finalis huius exercitij: & non ſm eſſe intentionale, igitur ſm eſſe reale, qđ non ſm eſſe intentionale. Arguunt primo quia hic nō ſeſe exercet ob ſanitatẽ quã habet: modo ſanitatem in mente habet, igitur non ſe exercet ꝑꝑ illam. Secundo ſub illo eſſe ꝑꝑ ſanitatem laborat, ſub quo illam appetit ſed illã non appetit ſub eſſe intentionali, ſed ſubeſſe reali, igitur ſanitas ſub eſſe reali eſt cauſa. Tertio intentio illa mouet vt agens vt dicit Auer.12.meta. Et vt in remouet vt finis, & huius cauſa eſt quia ſanitas in mente iſtius mouet hũc per Imperium voluntatis, & hoc pertinet ad agens. Quarto inaĩata mouent ob finem, quem non habent in intentione, igitur finis ſm eſſe reale mouet. Vltimo quia ex hoc ſequitur cauſam finalẽ habere debiliſsimũ modũ cauſandi, deducitur quia requireret debiliſsimum eſſe in cauſante, videlicet, eſſe intentionale, Hæc iuniores cōtra hãc poſitionẽ. Et ſic quæſtio hæc reuocatur in dubium, & ꝑꝑ hæc forte veteres è numero cauſarũ finem abiecerunt ob cuius difficultatem Ariſtoteles ſemꝑ de fine probauit eſſe cauſam, qđ de nulla alia, cęteras.n. eſſe cauſas ſuppponit tanquã notũ, ſolum autem finẽ cauſam eſſe laborauit vbiq; probare. Iuniores atq; nouiſsimi partim conſiliando poſitiones *Conſilium iuniorum.* has, partim defendendo eorũ poſitionẽ, dicũt aliud eſſe cauſam cãre in aliquo eſſe, aliud ipſam cãre pro aliquo eſſe, ſtat.n. aliquam cãm habere ſuam cãlitatem in aliquo eſſe, & tamẽ non cãre pro alio, ſic ꝙ aliud eſſe terminet cãlitatem eiuſdem, & tũc iuxta hoc dicunt ꝙ finis quo ſiue generationis, qui per motũ acquiritur ineſſe intentionali cauſat & mouet efficiens ad agendum non tñ pro eſſe intentionali, ſed pro eſſe reali cauſat, & ſic volunt ꝙ licet finis ſit cauſa ineſſe intẽtionali, nō tamen in illo eſſe eſt ſimpľr cã atq; abſolute, ſed in ordine ad eſſe reale. Hæc nouiſsimi. Sed hoc conſilium (vt mi- *Confutatio huius conſilij.* hi vr̃) eſt fuga. Primo qa ſiue finis ſit cauſa pro eſſe intentionali, ſiue pro eſſe reali. Quæro cãlitas in quo vt ĩ proprio fundamento eſt fundat̃, aut ineſſe reali, aut ineſſe intentionali finis, ſi ineſſe intentionali, ſtabũt oẽs rationes pauloante factæ, vt patet recte conſideranti. Si ineſſe reali, ſic habetur poſitio Ioãnis ꝙ, videlicet, finis eſt cã vt habet eſſe in re, & nō vt habet eſſe in mente. Secundo oĩs cã eſt cã pro eſſe reali finis: agens.n. cauſat pro eſſe reali finẽ, & oẽs aliȩ, igit̃ agere pro eſſe reali finem non ponit finem ineſſe cãæ diſtincto à cæteris. Tertio ſi finis vt ſanitas in mente eſt cã pro eſſe reali ſanitatis, vel pro eſſe reali A. ſanitatis, vel B. vel C. non pro aliquo horũ, quia indiuiduũ nō eſt intentũ à natura, igit̃ pro ſanitate abſtracta ab his oĩbus, talis nō habet eẽ reale ſed obiectiuũ, & ſic ſtat quæſtio. Quarto quæro qđ volunt dum dicũt finẽ in mente eſſe cauſam pro eſſe reali, aut volunt quod finis ſit cauſa pro eſſe reali quia eſſe reale finis fundat cãlitatẽ, aut ꝑ eſſe reali finis, qđ fundat effectualitatem

ſectualitatem.Si quia fundat cauſalitatem habetur ꝙ in eſſe reali eſt cauſa,quod negant,ſi quia fundat effectualitatem,tunc erit ſenſus ꝙ finis eſt cauſa , quia cāt effectum realem aliquem,qui eſt fundamentum effectualitatis.Sed hoc nihil eſt,quia adhuc ſtat finē eſſe cauſam ſub eſſe intentionali ſimplr.Et de hoc vertebātur quæſtiones,& certe conſilium hoc non habet colorem , & licet nos in lib.phy.ſecuti eramus ipſum , tamē promiſſimus aliter dicere,ſi aliter occurrebat. *Secūdū cōſiliū.* Alij ſecūdo conſiliant viros hoſce, & dicunt ꝙ quemadmodum agens duas habet cālitates.alteram quæ immediate cadit ſup ipſum fieri.alterā quæ immediate cadit ſup eſſe rei,quæ ſunt ſeparabiles interdū,nam aliqd' agēs habet cālitatē quæ immediate cadit ſup fieri,& non ſuper eſſe, vt domificator,qui ſuper ipſum ędificari cālitatem habet, nō autem ſuper eſſe domus. Aliquod ſup eſſe & nō ſup fieri,vt ſol poſtquā ignis in aqua calorē induxit cauſalitatem habet ſuper eſſe caloris in conſeruando ipſum , nō aūt ſuper fieri,qa factus erat. Sic etiā finis ipſe dicit ꝙ habet alteram cauſalitatem quæ correſpondet primæ cālitati agentis alteram quæ corrñdet ſecūdæ.Datur.n. finis actionis,& finis conſeruationis , res.n.non tm̄ fiūt pp finem,ſed ſunt pp finem,aliter eſſent ocioſæ, tunc dicūt qd' loquendo de fine quo ad primā cālitatem,ſic finis eſt cā ſm̄ eſſe intētionale. Et hoc pacto intelliguntur oēs qui finem eſſe cām fatent ſm̄ eſſe intentionale, loquendo vero de fine quo ad ſecundam cālitatem, ſic finis eſt cauſa ſm̄ eſſe reale, & hoc pacto Ioannes bndicit,& alij qui volunt finem eſſe cām ſm̄ eſſe reale . *Confutatio.* Sed iſtud cōſilium eſt falſum,quia ſi finis ſecūdum eſſe intentionale eſt cauſa ipſius fieri,tūc cum ipſum fieri ſit ens reale,cālitas finis illa prima erit relatio realis, & ſic requirit fundamentum reale . Amplius oēs rōnes ſtabūt, quia ipſum fieri ſupra quod cadit cālitas finis prima eſt effectus in re,qui non pōt proficiſci à cā, cuius eſſe eſt intentionale.Tu vero reſumas oēs dictas rōnes,quia valebunt hoc modo contra primā cālitatem , ſicut fuerūt facte ſimpliciter.Secundo finis conſeruans eſt forma, vel finis gratia cuius:id enim quod conſeruat compoſitum in eſſe eſt forma: niſi.n.conſeruatio daretur formæ:forma nullam haberet ſuper effectū cauſalitatem finis ratione cuius res non ſunt ocioſe, eſt finis rerū generatarum.ſiue finis gratia cuius : igitur non datur cauſalitas hæc ſecunda in fine alia ab illis, & propterea iſtud conſilium eſt perturbatio. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Finis tertia. DILVCIDATIO qōnis mihi nō eſt leuis , imo in multis locis intētaui illā, & nūquā ad veritatis dilucidationē potui ꝑuenire. Pro dilucidatione igit primo debes ſcire ꝙ finis gnonis , q græcè eſt telos alius eſt finis mouēs,alius finis efficiēs,alius finis effectus . Finis quidem effectus forma eſt in materia,ſiue compoſitum ipſum ꝙ per generationem efficitur . qd' quidem effectus ipſe ſit finis,deducitur,quia fruſtra agere dicit qn̄ agēs non attingit effectum,ad quem tendebat , igit effectus finis eſt.Præterea vltimū & nobile finis eſt , ſed effectus eſt vltimū & nobile,igitur finis eſt . Tertio id ad quod cum agens deuenit dicitur deueniſſe ad finem, finis eſt. Sed cum effectus ſit id ad ꝙ cum agēs deuenit , agēs ad finem deueniſſe dicit,igitur effectus eſt finis, quare recte dictum eſt eſſe finē aliquē effectū. Finis vero efficiens eſt ꝓconceptio finis effectus naturalis vel cognitiua,dico naturalis,quia agēs naturale nō ꝓcōcipit finē cognitiue, ſed naturali īclinatione quæ eſt nālis cognitio,dico vel cognitiua pp agens per cognitionem,qui præconcipit finem cognitiue vt medicus . Qꝫ aūt iſta præconceptio rei agendæ ſit finis efficiens. Auer.teſtatur.12.huius vbi ait balneum præconceptum mouere vt efficiens . *Cōm.36.* Præterea agens per cognitionem per talē præconceptionem imperat virtutibus executiuis, igitur hæc præconceptio concurrit vt efficiens, finis mouens eſt eſſentia rei agēdę,ſiue natura,ſiue eſſe eſſentię finis effectus, probatur quia nec agens à propoſito,nec nā intendit. Indiuiduum, vt dicit Auic.gn̄ans.n.per ſe intendit naturā,ſiue ſpēm,ſiue eſſentiam finis effectus, vt gn̄ans hoīem,non intendit hunc vel illū hoīem , ſed hoīem,quod eſt quoddā cōe hn̄s eſſe eſſentię finis effectus . Ex his ſequitur dilucidatio, cum.n.quæritur vtrū finis ſit cā, patet ꝙ ſic,quia per ipm̄ rn̄detur ad qōnem propter quid,& cum quęritur ſm̄ ꝙ eſſe eſt cā,rn̄detur ꝙ finis efficiens eſt cauſa ſm̄ eſſe intētionale.Finis effectus eſt cā ſm̄ eſſe exiſtentiæ , finis mouens eſt cā ſm̄ eſſe eſſentiæ.Sed contra dilucidationem dubitatur. *Dubitat.* Primo,quia tunc finis non eſſet vna cā,ſed tres. Secundo tunc nulla operatio medici fruſtraretur,quia ſemꝑ attingit aliquem finem vtpote vel illū intentionalē vel illum ineſſe eſſentiæ.Tertio quæro de illo eſſe eſſentię, vel eſt ſubſtantia vel accn̄s,& vbi nam ſit . Quarto vr̄ adhuc argumentum ſtare,quia ſi finis efficiens eſt cā, tunc res intentionalis eſſet cā effectus realis vt ipſius fieri.Quinto natura ſiue eſſentia rei agendæ eſt effectrix cauſa , quia eſt obiectum efficiens in intellectu præcōceptionem,igitur quo nam modo eſt mouens vt finis. Sexto finis effectus q̄ cālitatē habet, & reſpectu cuius . Ipſo.n.pn̄te ceſſat motus . Præterea tunc videret finis conſeruans.Hæc contra dilucidationem. Vlterius ſunt dubōnes extra dilucidationem.Prima quis eſt effectus, cuius finis ipſæ eſt cauſa. Secunda quo nam mō finis cuius gr̄a eſt cā,vr̄.n.ꝙ ſit agens & non finis, quia homo eſt agens artificialia.qui ponitur illorum finis,Tertia Deus eſt finis ſuarum operationum,qualis nam ſit. Quarta vtrum eſſe reale finis ſit nobilius eſſe intentionali, vt lapis intētionalis ſit nobilius lapide in re. Quinta vtrum finis ſit maxima cārum,& quis illorum trium, *Solu.dubōnū.* Ad primam dici pōt ꝙ finis eſt veluti quoddā cōe ad illas tres quaſi ſpēs,nam finis efficiens finis mouens & finis effectus,non ſunt fines eiuſdem rōnis. Et Ariſto. loquitur de his trib' variis locis & verbis, pōt etiā dici ꝙ hi tres fines ſubeunt vnā rōnem , qa vnitas naturæ mouentis pręb et præconceptioni & fini effectui vnitatem,& ſic dr̄ quaſi vnus ab illius finis mouentis vnitate . Ad.2.dico ꝙ medici opatio eſt fruſtra rōne finis effectus,vtpote qn̄ non attingit finē effectum quia ab illo dr̄ ipſum fruſtra.Ad.3. dico ꝙ illud eſſe eſſentiæ eſt natura ſiue forma , quæ eſt vniuerſale in potentia quæ tanquam præconcepta eſt rō agendi , & ſic illa eſt in indiuiduis , cuius eſt natura,ſiue forma,quia deſtructis indiuiduis vniuerſalia deſtruuntur.Ad.4.dico ꝙ eſt cā effectrix non principalis,ſed coordinata cum principali cauſa. Et tunc dico ꝙ poteſt eſſe cauſa effectus realis rōne ſubiecti effectiui in quo eſt , non tn̄ eſt cauſa per accn̄s,niſi accipiendo per accn̄s vt diſtinguitur contra principale,vnde imaginandum eſt ex præconceptione illa & forma agētis fieri vnum totale agēs à propoſito, quod eſt fundamentū cālitatis.nam intentio illa potius concurrit ad perſeitatem actionis q̄ ad actionē , forma vero principaliter ad actionē. Ad.5.dico ꝙ illud ob̄m ſub eſſe eſſentiæ eſt cā mouēs & efficiens, mouens ipm̄

agens

agens ad cauſandum,& efficiens præconceptioné in illo,ſi ſit agens per cognitionem. Ad.6.dico ꝙ finis effectus non habet aliã cauſalitaté,niſi termini, videlicet,ꝙ in ipſo ceſſet oĩs motus,& hac ratione finis dicitur generationis,& propterea non dicitur finis conſeruans, ſed finis terminans. Ad alias dubitationes. Ad primam dico ꝙ effectus finis efficientis eſt ipſum moueri,& ipſa forma,quia vt dixi ille coordinatur cũ agente, effectus vero finis mouentis eſt cauſalitas efficientis, agẽs enim cãt vt motus à fine mouẽte,effectus finis effectus eſt motuũ ceſſatio. Ad.2.dico ꝙ idẽ põt eſſe agens aliqua & finis cuius gr̃a illorũ vt artifex eſt efficiens artificialia & finis cuius gr̃a illorũ,Deus etiã eſt efficiens oĩa, & finis cuius gratia oĩum,& ſic eſt cauſa ineſſe intẽtionali, & reali. Ad.3.dico ꝙ finis duplex attingẽdus per operationẽ,& finis cauſa,deus eſt finis ſuarũ opationũ, qa in ſeipſo quietat̃,atq; beat̃:nõ aũt finis eſt cã ſuorũ operũ,nec ſui.hoc declarat Ariſt.12.huius in q̃ pluribus

Sol. aliquorum ad tertiam. locis. Ad.4.rñdet aliq̃ ꝙ lapis in mẽte opificis & archa in mente artificis habet eſſe ſimpl'r nobilius. In re vero lapis ipſe habet eſſe nobilius ſm quid. Sed hęc ſol'o non

Confutatio. valet.Primo quia lapis ſiue archa in mente eſt accñs, in re vero eſt ſuba.Sed ſuba eſt ens abſolute nobilius accidente. Secundo lapis in re eſt verius lapis:igit̃ abſolute nobilior lapide in mẽte. Tertio Ariſt.in.2.lib.de interpretatione dicit ꝙ ens in mẽte nõ eſt niſi ſm quid,quia vt dicit opinio de re ipſa nõ eſt ipſum eſſe, ſed ipſum nõ

Sol. propria. eſſe.Propterea dico ꝙ lapis in re põt cõparari ad lapidẽ intentionalẽ,aut in rõne ſpẽi,ſiue lapidis,aut in ratione entis ſiue generis remoti.Si in ratione entis, lapis realis cõparat̃ lapidi intẽtionali.vel ad lapidẽ intẽtionalẽ qui eſt lapidis realis cauſa, vel ad lapidẽ intentionalem qui eſt lapidis realis effectus. Tũc dico,primo ꝙ ſi lapis realis cõparet̃ lapidi intentionali in ratione ſpẽi ſiue lapidis,lapis realis eſt verius & abſolute nobilior lapis lapide intentionali.ſi vero cõparet̃ ipſi lapidi intentionali in ratione entis. Dico ſecundo ꝙ ſi comparetur lapidi intentionali q̃ eſt lapidis realis cã, vt lapidi in mẽte Dei q̃ eſt lapidis realis cã,lapis intẽtionalis eſt abſolute verius & nobilius ens lapide reali, nã ille in mente Dei eſt ſuba diuina & cã,realis aũt, ſubſtãtia corruptibilis, & effectus,mõ ſuba Dei eſt oĩ ente abſolute nobilius ens, ſi vero lapidi intentionali, cuius ipſe lapis realis eſt cauſa,vt lapidi intentionali in mẽte hoĩs,tũc lapis realis eſt verius ens & abſolute nobilius ens illo, quia ille eſt accidẽs,lapis in re eſt ſuba,& ſuba eſt abſolute,& ſimpl'r nobilius ens accidẽte. Ad vltimã Ariſtippus dixit finẽ eſſe vilisſimam cauſarum,quia ea vtuntur artifices & fabri. vt patet.3.huius,tamẽ dico ꝙ finis gratia cuius eſt maxima cãrum tã ſm ordinẽ eſſendi q̃ cãndi,vt Deus. Sed finis gñonis ſiue ſumat̃ ꝓ fine efficiẽte, ſiue ꝓ fine mouente,dr̃ maxima cãrum in ordine cãndi,eo qa oĩs cãlitas incipit ab illa,nõ aũt in ordine eſſendi qa multotiẽs agẽs eſt maius & ꝑfectius fine,& ſic maxima dr̃ magnitudine ordinis cãndi quia eſt oĩs cãlitatis initiũ. Hæc de dilucidatione:hãc volui hoc pacto attingere cũ licẽtia ſi al'r occurrit al'r dicẽdi. nã res hæc mihi eſt non leuis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rõnes in principio,iã diximus ꝙ ineſſe intẽtionali eſt cã,& dr̃ finis efficiẽs. Imaginãdũ eſt.n.ex intẽtione illa,& forma agẽtis fieri vnũ efficiẽs totale,ꝙ eſt fundamentũ cãlitatis,cuius nõ eſt fundamentũ illa intẽtio ſed quaſi pars,vel id ſine quo nõ,tũc dico ad primũ ꝙ effectus realis cã eſt realis:& illa nõ eſt illa intẽtio, ſed totale agens per illam intentionem, & eius formam. Ad ſecundam per idem ad minorem dico ꝙ fini efficienti reſpondet forma agentis quæ eſt ens reale,& hoc ſufficit. Ad.3.patuit,eſt.n.illius cãlitatis realis fundamẽtum forma agentis,cum quo illa intentio coordinatur. Ad.4.patet ſolutio,agẽs.n.agit propter finem extra,ꝙ habet eſſe eſſentiæ tanquam ꝑꝑ finem mouentem, agit ꝑꝑ finem conceptum,tãquam propter finem efficientem,finem vero effectum non per ſe intendit, quia eſt ſingulare ꝙ nõ intendit̃ niſi per vl'e. Ad.5.dico ꝙ finis debet præcedere agẽs quo ad id in quo illius eſt cã modo finis eſt cauſa non eſſentiæ agentis, ſed cauſalitatis, & illam præcedit in ſuo genere. Ad.6.patet ſol'o per iã dicta. Ad.7.etiam patet,finis.n.effectus habet eſſe vltimum & optimũ. Ad.8.patet ſolutio,fruſtratur.n.agẽs, qñ non peruenit ad finem effectum,non ob aliud. Ad alias pro alia parte. Dico ad primam ꝙ finis effectus non eſt cã niſi terminatiua ꝋpõnum,& propterea dr̃ finis. Ad.2.concludit ꝙ finis effectus non ſit finis efficiẽs bene tñ eſt finis effectus. Ad.3.dico ꝙ eſt principiũ ceſſationis opum, quia hoc pacto cã,per hæc rñdetur ad rõnes pro opinionibus,ad rõnes Ioan.dico ꝙ cõcludunt ipſum finem in re eſſe cãm finalem effectũ: rõnes logicorum ẽt procedunt de fine efficiente & ſic ceſſant oẽs rõnes ſi bene conſideret̃. Hæc de ſcd'a dubõnes.

Differũt aũt intantũ quòd agẽtia quidem ſigularia ſimul ſunt et non ſunt,et ipſa et quorum ſunt cauſæ &c. Tex. cõ. 3.

DISPVTATIO TERTIA
de ſimultate cauſæ cum effectu.

Num cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod cauſa particularis in actu non ſit ſimul cum effectu probatur. Primo quia:tũc in principio motus ceſſaret motus. Secundo mouens eſt prius natura motu, igitur non ſunt ſimul, quia cum ordine prioritatis non eſt ſimultas. Tertio ſcitum in actu eſſe põt vt lapis,& nõ ſcientia,igitur cã particularis non ſimul eſt cum effectu. Quarto Deus eſt cauſa particularis & in actu,& tamen effectus in actu non ſimul fuit cum Deo,vt mundus. Quinto videtur ꝙ cauſa in potentia ſimul ſit cum effectu in potentia,quia ſunt correlatiua, & ita ſimul ſunt & non ſunt. In contrarium eſt Ariſto.& Auer.in textu &c. Cõm.3

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CAVSA dicitur particularis bifariã velut, & vl'is, nã vl'is cauſa dicitur vno modo ſm cauſalitatem vt cęlum, alio modo ſm prædicationem vt homo reſpectu hoĩs, ſic particularis dicitur ſm cauſalitatem, & ſm prædicationem,& eſt illa quę tũ entitate,tum cãlitate eſt particularis vt hic domificator reſpectu huius domus,quę vlterius dicit̃ actu & ptãte,actu quidem vt domificans, ptãte vt domificator. Simultas duplex eſt naturę & tpis, vt.n.prioritas duplex eſt,naturæ & tpis,ſic & ſimultas duplex naturæ & tpis. Simultas tpis eſt qñ in nulla mẽſura eſt vnum, quin in illo ſit & aliud, naturæ vero qñ ſi intelligẽtia ſunt, præterea diſpõ non niſi de cã effectrice intelligitur,licet poſſit extendi ad alias, tñ verba Ariſt.ſunt de effectrice cauſa. Hæc de tituli expõne.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione tenet Egidius tria. Primũ ꝙ efficiẽs particulare & in actu ſimul eſt & non eſt cum effectu immediato,

immediato, videlicet, cum ipſo fieri. Secundum ꝙ effi-
ciens in actu & effectus mediatus nõ ſimul ſunt & non
ſunt. Tertium efficiens in potentia non eſt ſimul cum
effectu in potentia. Primũ deducit Egidius, quia q̃ cito
efficiens eſt in actu, tã cito motus eſt, q̃ cito motus eſt,
tã cito motus eſt immobili, igiť q̃ cito efficiens in actu
eſt, tã cito ipſum fieri eſt: igiť ſunt ſimul tẽpore ad hũc
ſenſum, ꝙ in nullo tp̃e ſit verũ dicere eſſe efficiẽs actu
quin in illo ſit ipſum fieri. Scd̃m deducit: qa ſi efficiẽs
in actu & effectus mediatus ſimul ſint & non ſint, oĩa
euenirẽt neceſſario, deduciť & ponatur domificans in
actu: ſi igitur domificans & domus ſimul ſunt, & non
ſunt, igiť domus neceſſario erit aliquando, ſic ꝙ verũ
erit dicere domum & domificãs eſſe ſimul. Et animad-
uerte ꝙ Egid. vult per hanc concluſionem ꝙ efficiens
in actu & effectus mediatus non ſunt ſimul de pręſenti:
nec neceſſario quandoq; erunt ſimul in futurũ. Q. qui-
dem de pñti non ſunt ſimul, nõ probat, quia patet eſſe
actu ædificans, & non actu domum. Q. vero nec de
futuro probat, quia ſi de futuro erunt aliquando ſimul,
tũc poſito ædificante in actu neceſſario erit aliquando
domus, ita vt in illo tp̃e ambo ſimul erunt, & ſic oĩa in-
ter media ad domũ neceſſario erunt. Quod quidẽ ipſe
hẽt tanq̃ impoſ̃e. Tertium ꝓbat Egi. quia patet cãm
in potentia eſſe priorem tp̃e effectu in potentia, quia
eſſe põt in rerũ natura illo nõ exñte in rerũ natura. Hæc
Obiectiones aliquorum. ꝓ Egid. Sed contra hanc põnẽ obijciunt aliqui. Primo
quia rõ pro ſcd̃a cõcl'one poteſt reduci de ipſis fieri, qa
vt ipſe arguit de ipſo facto mediato, ita arguam de ipſo
fieri, nã in domo agenda ſunt multa fieri. Si.n. domifi-
cãs in actu eſt, ipſum primũ fieri eſt neceſſario, & ſi pri
mum neceſſario eſt ſcd̃m neceſſario erit, & ſic oĩa fieri
neceſſario euenirent ꝙ eſt impoſ̃e de ipſis fieri: ſicut de
ipſis factis, quare ſi agens in actu poſito ipſum fieri po-
nereť neceſſario ad illud eſſe actu ſequereť ipſum fieri
actu, ꝙ nõ eſt verũ: qa cõtingẽter eſt ipſum fieri. Secũ-
do obiciũt contra primã cõcl'onẽ, quia nõ ſemp̃ effi-
ciens efficit ꝑ motũ: ſunt.n. multa agẽtia, q̃ ſine motu
agũt, igiť in illis oportet efficiẽs actu eſſe ſiľ cũ ſuo effe
ctu actu, & nõ cũ ipſo fieri. Cõtra tertiã arguũt quia cã
in potẽtia & effectus in potẽtia ſiľ ſunt & nõ ſunt, quia
referũť ꝑm modũ eſſendi relatiuorũ, q̃ ſiľ ſunt & nõ ſunt
& ꝓpter hæc rñdent ad rõnẽ ꝓ ſcd̃a conclõne, ꝙ nõ eſt
ĩpoſ̃e oĩa euenire neceſſario neceſſitate cõſequẽtiæ ex
ſuppõne vt dato ꝙ cãæ ponanť in actu, poſitis.n. cauſis
ĩ actu, neceſſario ꝑm cõſequẽtiã ſequunť effectus ĩ actu,
nõ aũt neceſſitate cõſequentis, quia añs eſt cõtingens,
& ſic ẽt cõſequens eſt cõtingẽs, poſito.n. ꝙ homo cur-
rat, neceſſario ꝑm cõſequẽtiã ſequiť ipſum moueri, nõ
Defenſio. aũt ſimpľr, quia añs, & cõſequens ſunt cõtingẽtia. Sed
nõ poſſum nõ iſtos amirari, q̃ Egid. viro perito ita iniu
ſte cõtradicant. Egid.n. voluit ꝙ efficiens ꝑticulare in
actu cũ ipſo effectu ĩmediato ſiľ eſt & nõ eſt, ſiue ille ef
fectus ĩmediatus ſit fieri ſiue eſſe, mõ ſit ĩmediatus, qa
vt ꝓbat ſi eſt actu efficiens oportet poni effectũ ĩmedia
tũ, cuius illud poniť actu efficiẽs. Sed ſi efficiens ſit actu
non oportet ponere effectũ mediatũ ſiľ cũ illo, nec de
pñti, nec de futuro: & hoc ſiue effectus mediatus ſit eſſe
ſiue ſit fieri, qa vt dicit, tũc oẽs effectus mediati ab eadẽ
re ꝓficiſcentes ꝑ multa vel per pauca media, neceſſario
ab illa re poſita in actu proficiſcerenť, ꝙ q̃dem habet ꝑ
impoſ̃i, & recte, quia ſtat efficiens actu poni vt domi-
ficans, & nunquam fore domum: & ſic ſtat nunq̃ verũ
fore vt ambo ſint ſimul. Quare cã particularis effectrix
in actu & effectus mediatus nec de pñti nec de futuro
neceſſario ſimul ſunt, nec neceſſitate conſequentis,
nec neceſſitate añtis, tunc ad obones. Ad primam dico
ꝙ reduceretur de ipſis fieri, ſi ponatur effectũ media-
tum ſimul eſſe vel quandoq; fore cum efficiente parti-
culari in actu. Sed Egi. nec de fieri nec de eſſe mediato
vult efficiens actu ſimul eſſe cum effectu mediato. Vn-
de de ipſo fieri immediato non eſt impoſ̃e ipſum eſſe
neceſſario ꝑm cõſequentiam, licet nõ ꝑm conſequens
ſit neceſſarium. at de mediatis eſt impoſ̃e illa eſſe ne-
ceſſaria tam ꝑm conſequens q̃ ꝑm conſequentiam. Ad
2. dico ꝙ Egi. loquitur de effectu ĩmediato, ſiue illud
ſit ꝑ motum, ſiue ſine motu, ſemper.n. poſito efficien-
te in actu ponitur neceſſario ꝑm conſequentiam effe-
ctus immediatus, ſiue illud ſit fieri, ſiue eſſe, mõ ſit im
mediatum. Ad.3. dico ꝙ Egid. loquitur in fundamẽ-
tis illorum, & non in reľonibus. Et quando dicunt non
eſſe impoſ̃e oĩa euenire neceſſario ꝑm conſequentiã,
patet ꝙ eſt impoſ̃e tam ꝑm neceſſitatem conſequẽtiæ,
q̃ ꝑm neceſſitatem conſequentis, ꝑm neceſſitatem con
ſequentis quidẽ quia nihil eſt ſimpliciter neceſſarium,
ꝑm vero neceſſitatem conſequentiæ patet etiam, quia
dato ꝙ cauſa effectrix in actu ſit nõ propter hoc neceſ
ſario ꝑm conſequentiam ſequitur vt effectus mediati
neceſſario ſint, quia ſtat añs eſſe verum ſine conſequẽ-
te quia põt accidere impedimentum, & ſic põt bonus
Egi. defendi. Nos vero diximus aliter in.2. phy. ſed eã q̃
nunc vñr ſunt magis ad mentem Egidij. Põne hac con *Poſitio ...*
futata, volunt ꝙ illa ꝓpõ cã in actu ſimul eſt cũ effectu
in actu, non debet intelligi accipiendo cãm & cãtum ꝓ
relationibus cãæ. & cãti, quia tunc ꝓpõ nõ minus vera
eſſet de cã & cãto in actu, ſed de cã & cãto in potentia,
nam etiam hęc vt reľones ſunt, ſimul ſunt & non ſunt.
Ex hoc ſequitur ꝙ ꝓpõ debet intelligi de fundamentis
cãæ & cãti. Secundo dicunt ꝙ non debet intelligi de
fundamentis formaliter ſumptis, quia adhuc ſunt rela-
tiua, & vt fundamenta ſunt ſubeunt reľones, & ſic eſſet
vera propõ etiam de cã & cãto in potẽtia, igiť eſt intel-
ligenda de fundamentis vt exñtia ſunt, q̃tum, videlicet
ad exñtia fundamentorũ. Tertio dicũt ꝙ ꝓpõ nõ eſt
intelligẽda de fundamẽtis abſolute exñtibus, quia ſtat
vnũ fundamentum abſolute exiſtere ſine alio: igiť eſt
intelligenda de fundamentis vt ſtant ſub actualibus re-
lationibus cãæ & cãti. Verbi cã ędificans & ædificans
ſimul eſſe & non eſſe, põt intelligi ꝙ ſimul ſunt quate-
nus ædificans eſt cã & ædificari cãtum, & hoc nõ qa vt
ſic etiam ædificator & domus ſunt ſimul ſi ædificator
vt cã & domus vt cãtum conſideretur: igiť debet intel
ligi ædificans pro ſubiecto, videlicet, hoĩe, & ædificari
ꝓ opõne in re, q̃ ſunt fundamenta reľonum. Secũdo
nõ debet intelligi hoĩem & rẽ q̃ eſt ædificari eſſe ſimul
vt ſunt fundamẽta reľonũ cãę & cãti, quia vt ſic adhuc
ſunt relatiua: & poſſet ꝓpõ eſſe vera de fundamẽtis cãę
& cãti, in potentia igitur eſt intelligenda de hoĩe quo
ad exiſtere & de ædificari quo ad exiſtere. Tertio non
debet intelligi de his vt abſolute exiſtunt quia vt ſic
non ſunt ſiľ, quia homo põt exiſtere ſine ædificari, igiť
debet intelligi de hoĩe & ipſo ædificari vt exiſtunt & vt
ſunt ſub reľonib' actualib' cãæ & cãti, & hoc pacto nõ
cõpetũt cãæ & cãto in potẽtia, quia cã & cãtum ĩ potẽ
tia vt exiſtũt nõ pñt eſſe ſub reľonibus actualib', qa nõ
eſſent in potẽtia. Sed hãc ſoľonem nõ poſſum ĩtellige- *Confutatio.*
re, primo qa q̃ro quid logici reľonẽ actualẽ velim, vel ꝑ
relationẽ actualem volũt reſpectum quo denoĩať actu

 relatiuum

relatiuum vel per relationem actualem in agente intel ligũt ipſum agere, & in paſſo ipſum pati ſiue ipſum fie ri ſi reſpectum:quo relatiuum actu denoĩatur, ſic & relatio cãæ in potentia eſt reſpectus actualis, & reſpectus cãti in potentia eſt reſpectus actualis, quia vterq; actu recipit prædicationem rõnis & per vnumquemq; illorum ſingulum eorum denoĩatur actu relatiuum. Si volunt per ipſum reſpectum actualem ex parte agẽtis ipſum agere, & ex parte cãti ipſum fieri, reddit ad poſitionẽ Egidij ꝙ agens in actu ſimul eſſet & nõ eſſet cum ſuo fieri ſupra ꝙ ĩmediate cadit eius cãlitas. Scđo per hanc ſolõnem nõ apparet quare magis Ariſto. protulit propoſitionem hanc de cauſa in actu, & particulari, q̃ de cauſa in actu & vniuerſali: quia vterq; ſub rõnibus actualibus ſimul ſunt, & non ſunt, & ꝓpterea hæc expoſitio non conuenit. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Pro dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ cã vl'is eſt duplex vt diximus ſm prædicationem, & ſm cãlitatem. *Suppoſitio.* Illa ſm pdicationẽ non agit niſi per accñs agẽte indiuidua cã, quia vl'ium nec agere eſt, nec pati, & propterea de hac ꝓpõ nõ põt intelligi cã vl'is ſm cãlitatem ſemꝑ eſt in actu applicationis, & in actuali agere, quia eſt vl'is ad oẽs effectus: particularis vero nũc eſt in actuali agere, poſtea non erit. *Exceptum.* Ex hoc ſequitur ꝙ cã particularis in actu ita ſeſe habet cum effectu particulari in actu, ꝙ dũ effectus particularis denoĩatur actualiter fiens cã effectrix particularis denoĩatur actualiter agens, & econtra dum cã effectrix denoĩatur actual'r agẽs, effectus ſibi corrñdens denoĩatur actual'r fiens. Nõ aũt eſt ita de cã vl'i ſm cãlitatẽ, quia hæc cã põt denoĩari actualiter, agens: & effectus particularis nõ actualiter fiens, cœlũ .n. ſemꝑ denoĩatur actu agens, & tñ effectus particularis. A. vel B. non denoĩatur actu fiens, amplius nõ quotiens ceſſat effectus ꝑticularis denoĩari fiens cœlũ ceſſat denoĩari agens. *Dilucidatio q̃onis.* Ex his ſequitur dilucidatio ꝙ cã effectrix ꝑticularis ĩ actu & effectus particularis in actu, ſimul ſunt & nõ ſunt quo ad actualẽ denoĩationẽ agẽtis, & fientis, quia vt dictũ eſt dũ effectus particularis denoĩatur actu fiens, cauſa effectrix particularis denoĩat' actu agens: & dum effectus ceſſat denoĩari fiens, agẽs illud ceſſat denoĩari agens, & econtra: etiã dũ effectrix cã actu denoĩatur agens, effectus etiã particularis actu denoĩatur fiens, & dum illa ceſſat denoĩari agens, hæc etiã ceſſat denoĩari fiens, igitur ſil' ſunt & non ſunt quo ad reciprocam denoĩationem actualẽ agentis & fiẽtis. Ad hoc valet exemplum Ariſt. de ædificante, nam dum ædificator denoĩatur actu ædificans: domus denoĩatur actu fiens & cum ceſſat illius denominatio ceſſat & huius, ecõtra etiam idem patet. *Exceptum.* Per hoc apparet cur Ariſt. ſignanter protulit propoſitionem de particulari agẽte & nõ de vl'i, de vl'i. n. ſm pdicationẽ nõ ꝓtulit, quia illa non cãt: niſi per accidens, vel quia effectus pt ceſſare denoĩari fiens, & cã vl'is adhuc rõne. B. agẽtis poteſt remanere agens, de vniuerſali vero ſm cauſalitatẽ nõ põt intelligere quia illa non ceſſat denoĩari vel incipit denoĩari agens effectu particulari denominato fiente, vel ceſſante ſi denominari. Tu vero conſidera textum, quia inuenies hanc propriam textui, & exẽplo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis ad primam nego cõſequentiam, dico enim ꝙ ipſe motus non eſt effectus ipſius agentis, quia tunc motus acciperet eſſe per motũ vt dixi in. 5. phyſi. ſed effectus in actu eſt id ꝙ denoĩatur fieri in actu, vt illud quod per motum denoĩatur nunc fieri. Verbi cã. domus vel aliud, dum. n. cã effectrix particularis denominatur agens, domus denominatur actu fiens & ecõtra, & ſic nõ ſequitur vt ſtatim ceſſet motus, cum aliud ſit denoĩari actu hoc agens & illud fiens, & aliud eſſe actu factũ. Ad. 2. dico ꝙ ſtat aliqua eſſe ſimul ſm denominationem quorum vnum eſt prius natura alio, vt pr̃ & filius ſunt ſil' ſm denominationem, & tñ res illa quæ eſt pater prior eſt re q̃ eſt filius. Ad. 3. dico ꝙ non poteſt eſſe ſcitũ in actu ſm denominationem, quin ſit ſcientia in actu ſm denominationem: licet poſſit eſſe res quæ eſt ſcita in actu ſine actuali ſcĩa, vt de lapide dicebatur. Ad. 4. patet ſolutio: ſm. n. pħos Deus eſt cã vl'is, & ſemper eſt ĩ actu per motum, ſed propõ Ariſt. eſt de cã in actu particulari. Ad. 5. patet ſolutio, cauſa particularis. n. in potentia cum effectu in potentia non ſil' ſunt & non ſunt quantum ad mutuam denominationẽ agentis & fientis in actu, & ſic non tollit propoſitum. Hæc de. 3. diſputatio. ſatis.

Horum quidem vtiq; altera cauſa eſſendi neceſſaria, horum autem nulla, ſed propter hæc alia ſunt ex neceſſitate &c. Tex. cõm. 6.

DISPVTATIO QVARTA
De cauſa neceſſariorum.

Num neceſſariorum poſſit eſſe aliqua cauſa effectiua.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non, arguit' rõne Auic. qa ſi neceſſaria hñt cãm tũc poſſent nõ eſſe, qa illa amota nõ eſsẽt, & ſic nõ ſunt ſimpliciter neceſſaria. Secũdo effectrix cã eſt principiũ vñ motus vbique. n. Ariſt. ſic illã deſcribit. Sed in neceſſarijs non poteſt eſſe principiũ vnde motus, igitur non põt eſſe effectrix cã. Tertio dr̃. 3. huius ꝙ in ĩmobilibus nõ eſt efficiens, igit' neceſſariũ nõ habet cãm. Quarto ſi neceſſarium habet cãm effectricẽ: tũc eſſet creatio, cõtra pipateticos: deducit', quia ſi neceſſariũ fit, & nõ ꝑ motũ: igit' creat'. Quinto oẽ cauſatum eſt generabile, Auerro. lib. d. d. diſputatione. 3. in ſolõne dubij. 18. igitur vt prius. In oppoſitũ eſt Ariſt. in tex. qui clare ponit neceſſariorum eſſe aliq̃ cauſam.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Neceſſarium interdum ſumitur ꝓ complexo, vtpote ꝓ eo ꝙ diſtinguitur contra contingens & in eſſe, vt in lib. prio. & ĩ lib. de interpretatione diximus. *Quid neceſſarium & quo ties dicitur.* Interdum ꝓ incõplexo, vtpote ꝓ eo ꝙ eſt & non põt nõ eſſe, vel ꝓ eo ꝙ non eſt, & non põt eſſe, & hoc pacto DEVS eſt neceſſariũ quia eſt, & non põt nõ eſſe. Hippocẽtaurus neceſſario non eſt ſiue impoſ'e eſt eſſe, qa nõ eſt & non põt eſſe de hoc neceſſario plura hñtur primo cœli. Vlterius vt inquit Philop. neceſſarium quouis horũ modorum ſumptũ bifariã eſſe põt, aut ſimpliciter aut ex con dõne ſiue ex ſuppõne, neceſſarium ſimpl'r. ꝙ iuniores appellãt, neceſſariũ ſm cõſequẽs eſt illud qđ eſt & nõ põt nõ eſſe vt Deus: & illud principium de quolibet dr̃ eſſe vel non eſſe. Neceſſarium ex ſuppõne: ꝙ iuniores appellant, neceſſariũ ſm conſequentiã, eſt qđ in ſe nõ eſt neceſſarimu: ſed alio poſito neceſſe eſt eſſe, & ſic oẽ quod eſt dum eſt neceſſe eſt eſſe vt dicit' in lib. de interpretatione, ſimiliter neceſſe eſt hominem moueri, dato ꝙ currat. Amplius neceſſe eſt ſtuppam vri dato ꝙ ignis

ignis illam vrat. Hæc.n.ex ſuppoſitione dr̃, quia in ſe nullum horũ tale eſt. Cauſa & ſi multipliciter ſumi poſſit in propoſito ꝑ cauſa effectrice auditur, nam de alijs cauſis diſputatio erit.12.huius. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Pla. De diſputatione Plato quem Alex. Aphro. & Philoponus ſectantur opinatur nullũ eſſe ſimpl'r neceſſariũ, quod ſuæ neceſſitatis & eſſentiæ neceſſariæ cãm effectricem habeat, bene tñ concedunt ſimpliciter neceſſarium aliquod vt complexum habere ſuæ neceſsitatis manifeſtantem cauſam, quæ potius ſit illius cauſa vt aſſentiamus ei, q̃ cauſa ſit illius in ſe, neceſſariũ tñ ex ſuppõne quouis modo ſumptum poteſt habere cauſam effectricem, vñ hæc põ poteſt tribus concluſionibus exponi. *1. concluſio.* Prima neceſſarium ex ſuppoſitione quouis modo ſumptum habere poteſt cauſam effectricem, patet quia ſtuppam comburi eſt neceſſariũ ex ſuppoſitione, & tñ habet cauſam effectricem. Sil'r hominem moueri eſt neceſſarium ex ſuppoſitione: & habet cauſam effectricem vt hominem currere. *Secunda.* Secunda neceſſarium cõplexum & ſi non habet cauſam eſſendi habet cauſam ſui conſenſus. Probatur, quia concluſionibus non aſſentimus notis terminis, nec ſolo lumine, igitur propter principia illis aſſentimus, & ſic neceſſarium illud concluſionum principiũ habet non eſſendi ſed aſſentiendi. *Tertia.* Tertia concl'o neceſſarium ſimpl'r & incõplexum nullo pacto habet cauſam effectricem, vñ Plato bene concedit in Timæo aliquod factum eſſe ſempiternum non quidem nexu rei factæ qui eſt ad non eſſe, ſed volũtate opificis, quæ vt ait maior eſt nexu illius, & hac rõne po ſuit mundum factum, & ęternum non tñ neceſſarium. ſed poſ'em non eſſe, tñ voluntate opificis ſemper eſt. Philoponus etiam & Alex. dicunt oẽ cauſatũ eſſe nouũ, poſſeq; ſempiternum eſſe, ſed non neceſſariũ, ſed poſ'e, vt Auer. 2. cœli. cõ. 7. & 12. met. cõ. 41. & in. 8. phy. cõm. 75. & alibi pluries narrat. *Poſitio Ioan. & Herici.* Hãc põnẽ ſecutus eſt inter iuniores Ioã. Ganda. atq; eius patrius Henricus, crediderunt.n. contra edictionẽ eſſe vt neceſſariũ ſimpl'r aliqd ſit, & cãm habeat effectricẽ. Hãc põnem Ioã. perſuaſit.

Primo quia effectrix cã, ſemp à peripateticis ꝑ motũ diffinita eſt. Modo neceſſariũ ſimpl'r hr̃e cãm effectricẽ per motũ, nemo dicet. Scđo naturalis pħs non debet ponere, niſi qđ vel ſenſibus patet, vel ex ſenſibus deducitur. Sed eſſe aliquod agens ſine motu, nec ſenſibus patet, nec ex illis deduci põt. Tertio ſi neceſſariũ habet agens, igiť nõ habet de ſe eſſe: nõ habet de ſe eſſe, igr̃ habet de ſe nõ eſſe à negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuã de ꝑdicato ĩfinito cũ cõſtãtia ſubiecti, vt dr̃ i. 2. de ĩterꝑtatione, habet de ſe nõ eſſe, igiť eſt poſ'e nõ eſſe & ita nõ ſimpl'r neceſſariũ, vt Hẽricus arguit. Quarto ſi neceſſarium ſimpl'r incomplexum habet agens, igitur eſt compoſitum. tenet enthymema, quia oẽ factũ componiť ex eſſe, & eſſentia, quia eſſe hr̃: & eſſentia habet, eſſe.n. per actionem participatur, & eſſentia ꝑ actionẽ participat. *Cõm. 39.* Quinto. 12. meta. oẽ cãtum eſt nouũ. & in lib. d.d. diſpu. 2. in ſolõne dubij tertij. Sexto data hac põne erit impoſ'e euitare creationem, ſaltem æternam, quod vr̃ impoſ'e, quia Ariſt. vbiq; negat creationem ꝑ illud famoſum principiũ ꝙ ex nihilo nihil fit, mõ hoc principium eſt cõe æterno & nouo, & non vr̃ magis rõ quare hoc principium deſtruat creationem nouã, & nõ æternã. Septimo vel neceſsitas eſt de eſſentia entis ſimpl'r neceſſarij: vel res addita eſſentiæ ſi de eſſentia, igitur oĩ alio circũſcripto ſibi cõpetit, & ſic non habet cãm. ſi res addita eſſentiæ, igitur eſſentia eſt in potentia ad illã & ſic poteſt recipere illam, & carere illa, & ita illud neceſſarium eſt contingens. *Exceptum.* Ex his concludunt neceſſariorum ſimpl'r & ſempiternorum incomplexorum, vt intelligentiarum, bene eſſe finem cõem oĩbus, qui mouens dr̃, eo modo quo forma balnei ſm̃ eſſentiã, finis mouens dr̃, diximus.n. formam in eſſe eſſentię eſſe mouentem finem. & ſic volunt Deum eſſe finem mouentem, non aũt finem effectum vel efficientem. Sed ſimul finis mouens eſt oẽs motores ad agendum, non aũt efficiens, vt declaratũe ſt. *Cõm. 36.* Hæc ſunt quæ Ioannes & patrius ſuus Henricus ſentiunt nõ ſolum in ſe, ſed de mẽte Ariſt. Nam Ariſt. 12. meta. & Auer. ibidẽ dicunt primum mouere vt amatum & deſideratum: igitur mouens eſt oẽs ad agendum, non aũt agens illas intelligẽtias ſimpl'r, ſed mouens ens ad actiones ſempiternas. Quare non al'r Deum Ariſt. concedit eſſe agẽs, niſi quatenus eſt finis mouens. *Confutatio poſitionis.* Sed pace horum dixerim, hæc poſitio peccat in duobus. Primo quo ad id quod volũt de ente neceſſario. Secundo quo ad id quod volunt de concluſionibus neceſſarijs. *Primus error Ioan. & Henrici.* Primum quidem error eſt quia Deus eſt finis omnium intellectuum ſeparatorũ, igitur effectrix cã illorũ. Conſequentia eſt Auer. 12. meta. cõm. 44. 5 : 6. 55. & 36. & 12. meta. cõm. 6. Secundo arguo ſyllogiſmo Auer. in lib. d.d. diſputatione. 3. in ſolutione. 18. quod dat entibus ſeparatis finem: dat eſſe, quia finis & forma ſunt idem in illis & forma eſt eſſe: id autẽ quod dat formam eſt agens, ſed Deus dat finẽ illis. igitur eſt agens, vide eum. Tertio nulla intelligentia eſt liberata à potentia, præter primam, modo hoc non eſt, niſi quia quælibet eſt cauſata, vt dicit Auer. in lib. d.d. in q̃ pluribus locis, modo non dicuntur cauſate à prima, vt à fine tantum, quia ſic omnes poſſunt eſſe æquales vt docet Simpli. primo cœli, ait.n. ꝙ plures canes poſſunt æqualiter appetere eundem panem quia finis põt appeti æqualiter ab omnibus. Modo intelligẽtiæ non appetunt æqualiter, nec æqualiter ſunt beatæ ſm̃ Auer. in lib. de beatitudine, igitur non dependent à Deo vt à fine tm̃. Quarto inter motores illos eſt ordo eſſentialis, igitur inter eos eſt ordo dependentiæ, ordo .n. eſſentialis apud pħos non eſt niſi dependentiæ, igiť omnes dependẽt ordine quodam à primo. Multa alia reperies contra hanc poſitionem in lib. d.d. *2. error.* Secundũ vero eſt euidenter error. primo Ariſt. in toto lib. poſte. vult medium, cauſam, & definitionem eſſe idem. Præterea tunc nulla demonſtratio dicit, quia & propter quid. deducitur, quia ſecundum Them. demonſtratio dicit, quia & propter quid quæ dicit cauſam & eſſe, & hanc demonſtrationem appellat Auer. demonſtrationem ſimpl'r, eo quia medium dicit cauſam & eſſe effectus. Pręterea Ariſt. 1. poſte. docet demr̃are ipſum nõ ſcintillare de planetis: per cauſam veram, vt dicit quæ eſt eſſe prope, mõ nõ ſcintillare eſt effectus neceſſario competens planetis, igitur neceſſarium habet cauſam veram. Multa alia poſſunt adduci contra hoc ſm̃, ſed quia eſt aperte falſum: & contra omnes græcos, volumus de poſitionibus eſſe dictum hactenus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. In hoc q̃ſito volumus in parte quoſdam ſectari, non quidem ꝙ ipſi fuerunt huius veritatis inuentores, nam ante ipſos hanc rem Albertus, Expoſitor ſenex, & nouus expoſitor apertis rationibus cõprobarunt: propterea hanc põnem imitabimur tanq̃ cõem oĩbus veris peripateticis. *Suppoſitio.* Pro dilucidatione

igitur ſupponamus nullum effectum poſſe eſſe æternũ,quin eius effectrix cauſa & neceſſario ſit:& neceſſario illum efficiat,aut efficiendo conſeruet,hæc ſuppoſitio patet rõne, quia vbi aut cã deficiat ſimpliciter, aut deſinat ipſum conſeruare, proculdubio effectus deſinet eſſe, hæc ſuppoſitio etiam patet per Auer.4.cœli; vbi inquit.res.n.æternæ non hñt agens,niſi ſm ſimilitudinem,neq; habẽt ex quatuor cauſis, niſi formalem & finalem, & ſi habuerint aliquod quaſi agẽs, nõ erit niſi inquantum eſt forma illis,& cõſeruans illas,hæc Auer. vbi patet effectum æternum non habere agens, quod illum efficiat effectione diſtincta à conſeruatione,& ꝓpterea cã effectus æterni eſt conſeruatrix efficiens, vel effectrix conſeruans:eo quia nunquã fuit cauſa ſine effectu, nec effectus erit ſine cã vel aliquando nõ fuit ſine cã. Præterea hęc ſuppoſitio eſt de mente Auer.12.met. vbi ponit oẽs motores dependere à primo.non autem effici ad hũc ſenſum,ꝙ prius nõ fuiſſent,& poſtea eſſent & ſic hæc ſuppoſitio ſit pro nunc ſic comprobata. Ex hac ſuppoſitione ſequitur dña inter catholicos & peripateticos, quia ex quo per ſuppoſitionem nullus effectus põt eſſe neceſſarius & æternus. niſi cã neceſſario ſit; & neceſſario cauſet, & ſm veritatem Deus ad extra cõparatur mere libere & contingenter,ſequitur vt nullus ſit effectus perpetuus & neceſſarius. Quia vero ſm pħos Deus ad extra comparatur libere, ſed neceſſario. vt in lib.d.d.diſput.2.igitur oĩs effectus qui immediate eſt ab ipſo eſt neceſſarius & æternus.vt mũdus:& quęlibet intelligentia, & hoc deducit ipſe Auer.8.phyſicæ auſcul.vbi deducit ab æterno agente oẽ quod euenit, eſſe æternum & neceſſarium.Tunc de mente peripateticorum ſunt dicendæ hæ concluſiones. Prima nullum neceſſarium & æternum habet cãm effectricem ꝑ motum. Secunda nullum neceſſarium & æternum habet agens, quod agat non conſeruando, vel conſeruans:ꝙ conſeruet non agendo.Tertia neceſſarium & æternum habet effectricem cãm cõſeruantem,vel conſeruatricẽ efficientem. Vltima concluſio neceſſarium ex ſuppoſitione põt habere verum agens per motum, & verum agens non conſeruans.Prima harum patet,quia omne ꝙ per motũ efficitur: prius fuit in potẽtia ad eſſe apud pħos ſed oẽ tale eſt poſsibile eſſe,igitur nõ neceſſarium & æternum.Secunda etiam declaratur per ſuppoſitionem quia non põt eſſe ęternus & neceſſarius,niſi cauſa ſit æterna & neceſſario cãns, modo nõ põt ſemper cauſare agendo, igitur agit ſemper conſeruando, vel ſemper agendo conſeruat,& per hoc patet tertia. Quarta aũt non eget probatione, quia effectus naturales non ſunt neceſſarij niſi ex ſuppoſitione vtpote ſupponendo ꝙ agentia naturalia agant:& ſic pñt habere agentẽ cauſam quouis mõ. Quod vero hæc põ ſit conueniens fundamentis pipateticorũ, perſuadeẽ,quia rõ efficiẽtis eſt cõior rõne mouentis,& rõ effectus cõior rõne moti vel ꝓducti ꝑ motum declaraẽ,tũ quia de efficiente agit meta.quia vt Auerro. primo phy. meta .agit de tribus gñibus cãrum. Tũ quia in quibuſcunq; eſt mouens, eſt efficiens & nõ econtra, vt dicit Auer. in lib.d.d.Ex hoc arguitur oẽ quod conſideratur à meta.ꝑ indifferẽtiam mobilibus & ĩmobilibus,competit ſubijs ſeparatis.Sed efficiens,effectus cõſiderantur à meta.ꝑ rationẽ cõem & indifferentem omnibus mobilibus,& alijs à mobilibus. igitur rõ efficientis & effectus cõpetunt ſeparatis, igitur in illis eſt efficiens & effectus: vel ſub alijs verbis põt hæc rõ colorari, quicquid meta.cõſiderat, eſt abſtractum aut per eſſentiam aut ꝑ indñiam. Sed efficiẽs & effectus conſiderantur à mataph. igitur effectus aut competit abſtractis ꝑ eſſentiam,aut ꝑ indñiam, & quouis mõ dicatur:ſequiẽ in illis eſſe efficiens, & effectũ, & hęc rõ demñat apud peripa. Hæc de dilucidatione, qa multæ dubõnes tollenẽ ſoluendo rõnes ꝓ Ioan. factas.

Cõm.1. *Cõm 44* *Exceptũ quòd eſt differentia catholicorum à philoſophi* *Cõm.15.* *Dilucidatio ꝑ concluſiones.* *Fortiſsima rõ.* *Cõm. 1.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis.Primo ad rõnes ꝓ oppinione Ioánis.Ad primam dico ꝙ Ariſt.efficientẽ definit per motũ,quia per hoc dat intelligere efficientem ſine motu, ſemper .n.meta.tradit poſt phyſica,adeo ꝙ nòmen retinet.Ad 2.dico ꝙ ad talem efficientẽ ,deducimur ex ſenſibus. nam ex ſenſibus videmus ordinem eſſentialem inter motus, & ab illo arguimus ordinem inter motores, & ſic nanciſcimur ordinem dependentiæ.Multis etiã alijs vijs id poſſumus nanciſci,quas prætermitto.Ad.3.concedo ꝙ effectus perpetuus & neceſſarius non habet de ſe eſſe:& nego quod ſequatur illũ habere de ſe nõ eſſe: nec ſic arguitur per regulam,nam prædicatum illius negatiuæ eſt hñs de ſe eſſe,& ita negatiua erit illa,non eſt hñs de ſe eſſe,propterea ſequitur: igitur eſt non hñs de ſe eſſe, quia nunc prædicatum eſt infinitum, & hoc pacto concedo.Ad.4.concedo conſequentiam: quia ſola prima intelligentia eſt liberata à potentia, verum in.4. huius.dixi quonam modo eſt illa compoſitio, dixi.n.ꝙ non eſt compoſitio illa ex eſſe & eſſentia tanquam ex re & re,quia nunquã ſtetit eſſentia ſine eſſe,nec põt eſſe ipſum eſſe ſine eſſentia, ſed eſt compoſitio ſm rõnem quia nos intelligimus eſſentiam illarum fuiſſe ſine eſſe, ꝑ rõnẽ quatenus intelligimus illas in aliquo priori ſm rõnem,in quo non ſunt, quia ſunt cauſatæ,modo nihil põt intelligi cauſatum, quin intelligatur per rõnem ſaltem in aliquo priori non eſſe,res vero q̃ de nouo fiunt, ſunt veræ cõpoſitæ ex eſſe & eſſentia,qa eſſentia veræ ſm rẽ præcedit eſſe. & aliquando fuit eſſentia ſine eſſe. Deus autem quia nec de nouo, nec ab æterno effectus eſt,propterea ſolus eſt liberatus à potẽtia. Ad.5.dico ꝙ pħi non negant creationem æternam, vt patet.8.phy. vbi Auer.concludit ꝙ mundus eſt factus ab æterno,& certum eſt ꝙ nõ eſt factus ab æterno,ex ente igitur coguntur ponere creationem æternam, id qua ipſum nihil præcedit eſſe ſm rationem,quatenus intelligitur res æterna cauſata.vbi dictum eſt, & qñ dicitur pħos habere hoc pro impoſsibili pro tanto quia habent pro impoſsibili aliquid fieri ex nihilo, dico ꝙ habent pro impoſsibili aliquid fieri ex nihilo de nouo, quia non cognouerunt aliquid poſſe fieri de nouo niſi per motum at ex nihilo poſſe fieri aliquid per motum non eſt intelligibile, ꝙ autem fit ex nihilo ab æterno non oportet vt fiat de nouo, & propterea cognouerunt illud poſſe fieri ſine motu,& inde poſſe creari. Hæc deductio eſt Auer.in lib.d.d.clare.Sed dices,ſi pħi cognouerunt aliquid poſſe fieri ex nihilo creatione æterna: igitur coguntur ponere illud eſſe in nihil vertibile: & ſic omne tale erit contingens. Dico ꝙ iſti philoſophi cognouerunt ens formaliter neceſſarium eſſe ab alio effectiuæ veluti album, ſeipſo eſſe formaliter album, & eſſe effectiuæ ab albificante: & ſic negatur conſequentia: quia tunc eſſet illud vertibile in nihil, quando fuiſſet factũ eſt nihilo hoc pacto quod eſſe non fuiſſent formaliter ſibi neceſſariũ.Ad ſextam dico quod neceſsitas eſſendi eſt de eſſentia entis ſimpłr neceſſarij vt cuiuslibet intelligentiæ quia q̃libet eſt formałr neceſſę eſſe, & cõcedo ꝙ ſibi competit circũſcripta oĩ cauſa formali,non tñ oĩ cauſa

Qualiter philoſophi conceſſerunt creationem æternam et non nouam.

cã effectiua qa, vt dixi formalr̃ neceſſario nõ repugnat hr̃e cãm effectiuã, vt formalr̃ albo nõ repugnat habere albificans. Tunc ꝑ hæc ad rõnes in principio rñdetur. Ad primã dico ꝙ neceſſarium formaliter, & effectiue vt Deus excludit oẽm aliam cãm, ſed neceſſarium formaliter non excludit cãm effectiuam. Ad formam concedo ꝙ ammota prima cã ceſſabunt oẽs intelligentiæ, & nego ꝙ propter hoc ſint poſsibiles non eſſe, vt non valet ſi equus volat, equus habet alas, igitur equus habet alas, ſic non valet, ſi Deus non eſt, intelligentię non erunt, igitur intelligentiæ non erunt, igiť intelligentiæ poterunt non eſſe, eſt.n.añs impoſsibile. & conſequens ſimiliter. Ad ſecundam patet ſol̃o. Ad tertiam patet ẽt ſol̃o: quia Ariſt. loquiť in mathematecis: vt diximus. 3. huius. Ad quartam patuit ſol̃o, ad verba Auer. dico ꝙ loquiť de cauſato ꝑ motũ, & ſic patet veritas. Reſtaret nunc adducere rõnes ꝓ parte catholicorũ, & pro parte ph̃orum, ſed quia in lib. phyſi. & in lib. d. d. & in lib. de Sub̃a orb. ſunt adducţę: nũc omittimus. Si tu videre vis hanc q̃onem nõ ſemel reſolutam: lege nõ ſemel librũ d. d, quia ſæpe poteris hęc legere. Hęc de. 4. diſputa.

Amplius autem alia ſecundũ numerum ſunt vnum, alia ſecundum ſpeciem, alia ſecundum genus, alia ſecundum analogiam, numero quidem quorum materia, vna. &c. T. c. 12.

DISPVTATIO QVINTA
De cauſa vnitatis & diſtinctionis indiuiduorum.

Num materia ſit principium vnitatis & diſtinctionis numeralis indiuiduorum.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Quid vnitas numeralis. QVod ſic arguitur, quia vt in textu diciť, ea ſunt vnum numero, quorũ materia eſt vna, igitur materia eſt principium vnitatis numeralis. In oppoſitũ arguitur, quia tunc oĩa eſſent vnum numero, qm̃ omnium eſt vna numero mã. Et ſic q̃ő eſt ambigua.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli explicatione. Primo aĩaduerſione dignum ꝙ quælibet vnitas dicit duplicem negationem, vt 4. huius diſputauimus, videlicet, negationẽ diuerſitatis in ſe, & negationẽ idẽtitatis cum alio. Nã quodlibet vnum eſt in ſe non diuerſum, ſiue in ſe indiuiſum. & alteri nõ enti, quia ab alio diuiſum, verum ſi aliquid eſt in ſe indiuiſum, & ab alio ſub ente diuiſum, hoc dicitur vnum vnitate entis. Si vero aliquid eſt in ſe indiuiſum & à quolibet alio ſub eodem gñe diuiſum, eſt vnũ ſpẽ. At ſi aliquid eſt in ſe indiuiſum & diuiſum à quolibet alio ſuæ ſpẽi, dr̃ vnũ numero. igiť vnũ numero eſt ꝑ duplicẽ negationẽ, quia ꝑ indiuiſionẽ in ſe, & diuiſionẽ à quolibet eiuſdẽ ſpẽi. Ex hoc ſequitur ꝙ nullũ æternũ diciť vnũ numero qa licet oẽ æternũ ſit in ſe indiuiſum. tñ nõ eſt ab aliquo eiuſdẽ ſpẽi diuiſum, qa nec eſt in ſpẽ, nec eſt aliqd' aliud indiuiduũ eiuſdem ſpẽi, è quo diuiſum eſſe poſsit hoc Auer. ſentit hic. vbi dicit ꝙ vnũ numero quod eſt in æternis, eſt vnũ ꝙ eſt principium numeri. Quod ph̃i velint Deũ & æternum aliquod eſſe vnum numero, vtuntur vno numero pro oĩ eo, quod cum alio quouis numerum efficit: non autem ſumunt vnum numero ꝓut diſtinguitur contra vnum ente, vnũ gñe, & vnum ſpẽ. Secundo aĩaduerſione dignum indiuiduum eſſe oẽ id quod ex diuiſione continui vnum eſt

Exceptum per quod ſcitur nullum æternum eſſe vnum numero. Cõm. 12.

Quid indiuiduum & ſingulare.

corpus in alia corpora ĩdiuiſibile, hoc græci appellant interdum athomon: interdum adiectõ, ſemper. n. dictum quia ſuper ipſum non cadit diuiſio diuerſarum partium: transfertur autem ad ſingulare ſpeciei valde improprie, nam ſingulare eſſe poteſt non per hoc quia ſit corpus ſuper quod non cadit diuiſio continua, dicitur .n. ſingulare, quia vnicum eſt & ſolum, quod & græci cathecaſton dñt, & propterea nullum æternũ eſſe poteſt indiuiduũ, quia nullum eſt tale per hoc, quia poſt diuiſionem relinquitur indiuiſibile, bene autem poteſt eſſe ſingulare, quia poteſt eſſe vnicũ & ſolum. Tertio debes ſcire ꝙ aliquid poteſt dici vnum numero per aliquid dupl̃r, formaliter, & fundamentaliter, dr̃ vnum numero Socra. formaliter ſua vnitate numerali, quia ſicut album formaliter eſt tale albedine, ſic vnum numero formaliter eſt vnum numero vnitate numerali, fundamentaliter vero per aliquod dr̃ vnũ numero per quod in eo fluit vnitas numeralis. Ex his ſequitur ꝙ diſputatio intell̃r de fundamento vnitatis numeralis. Quæriť .n. quid eſt principium fundamẽtale, è quo fluit vnitas numeralis Socratis, vnitas enim numeralis non in eſt immediate ipſi rei, cuius eſt, veluti vnitas entis. oẽ. n. ens eſt vnum ens, quia ens, ſed ineſt rei per certum fundamentale principiũ, è quo fluit vnitas rei, & de tali principio extat diſputatio, quid nam ſit, & quale. Hæc. n. dubitatio eſt non parua, eſt. n. quæſtio noua, apud. n. veteres non erat excogitata ſed poſt emerſit, & in ea multi elaborauerunt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

De diſputatione ſunt innumeræ poſitiones, verum nos famoſiores introducemus & illas exponemus pro facultate, nã de re hac nihil certi habemus, nec Ariſt. nec Auer. fecit vim in quæſtione hac. Famoſa igiť opinio, quæ hodie currit per ſcholas eſt ꝙ fundamentale principium vnitatis numeralis eſt hecceitas. Vbi debes ſcire vt dicunt ꝙ materia & forma opponuntur relatiue vt põt colligi. 2. phyſi. igiť quot modis dr̃ materia, tot & forma dicetur: & econtra. dr̃ aũt forma interdũ forma totius, q̃ eſt natura cõis, interdum forma partis, q̃ cum materia efficit compoſitũ, hinc materia duplex, altera totius, q̃ corrñdet naturæ, altera partis, q̃ corrñdet formæ partis, ex materia totius & natura ĩdiuiduũ conſtituunt, ex materia partis & forma faciunt compoſitum. Quare materia totius eſt principium fundamẽtale vnitatis ipſius indiuidui, hæc aũt materia totius in Socrate, eſt eius hecceitas, ſiue eius Socrateitas, in Nipho Nipheitas, cõparaturq; hęc nãę ipſi cõi, veluti dr̃ia nãæ gñi. Hanc opinionem primitus publicauit Auic. 5. ſuæ meta. vbi voluit indiuidua euſdem ſpẽi differre differentiis indiuidualibus, veluti duæ ſpẽs eiuſdem generis differunt differentijs ſpecificis, q̃ dr̃iæ indiuiduales, hypoſtaſes appellat indiuiduorum, ſiue proprietates. Hac primum recepit. Varro, & appellauit illas hecceitates, quibus indiuidua ſunt hæc. Hæc etiam põ non fuit intacta apud veteres. Plotinus vero aſsignans ea quibus animæ numerantur: ait illas numerari terminis, internis, quos nõnulli noſtra ætate modos intrinſecos appellant, quæque hecceitates dicuntur dicentes illas voluiſſe Proclum etiam: & appellauit ipſas Idiotropias, hoc eſt ꝓprietates intimas. Sc igiť hęc põ licet fuerit noua, apud veteres non erat intacta. Pro hac põne arguiť primo, qa ꝑ hanc põnẽ hẽtur principiũ vnitatis numeralis in oĩbus indiuiduis, cuiuſuis gñis, & ꝑ nullã aliã, igiť eſt ꝑcęteris ꝓponẽda. añs patet, qa ꝑ hanc poſ-

Põ. 1. vt Sco. 1 lib. 2. ſen. diſ. 3.

Cõm. 16.

Authores põnis Auic. Varro Plot. Proc.

Rationes poſitionis. Prima ratio.

ſumus dare principiũ ĩdiuiduationis & ſubæ,& accñtis, & generabilium,& æternorũ. Secundo ꝑ id debet eſſe oẽ indiuiduum vnũ numero, ꝑ quod vltimo differt ab oĩ alio. Sed ꝑ nihil differt ab oĩ alio, q̃ ꝑ hecceitatẽ, nõ qdem ꝑ materiam, quia illa eſt cõis oĩbus, non ꝑ formã quia illa eſt fundamentum vnitatis ſpecifice, non ꝑ aliquod accñs, qm̃ oẽ accidens p̃ſupponit vnum numero ſubm. igit̃ aut ꝑ nihil, aut ꝑ hecceitatem, nõ eſt dicẽdũ ꝑ nihil, igit̃ ꝑ hecceitatem. Tertio vltimo dr̃ia debent differre ꝑ primo diuerſa, ſed ĩdiuidua ſunt vltimo dr̃ia ſub ſpẽ, igitur debent differre ꝑ primo diuerſa. ſed nulla ſub ſpẽ ſunt primo diuerſa, quibus ipſa ĩdiuidua poſſint differre, niſi hecceitates, quia nec materiæ ſunt primo diuerſæ, nec formæ. nec accidentia, igit̃ ꝑ hecceitates.

Secunda ratio. *Tertia ratio.*

Quarta ratio. Quarto intel'ls poteſt intelligere ſingulare in illo priori in quo p̄cedit oẽ accñs, igitur dat̃ aliquid ꝑ qđ ſingulare eſt hoc añs oẽ accñs, ſed iſtud nõ eſt materia q̃ eſt altera pars cõpoſiti, quia illa eſt pars ſpẽi, nec forma, qa illa eſt vl'e, igit̃ eſt hecceitas. Hæc ſufficiant ꝑ hac ſuppoſitiõne, quia rões ꝑ hac põne nullę ſunt, niſi quę deſtruunt alias poſitiones.

Confuta. põnis. Sed pace tantorum virorum dixerim, hanc põnem non ſenſerunt ꝑipatetici, nec eſt conueniens ipſis rõnibus. Primo hac poſitione data, ſe quæretur ꝙ duo indiuidua differrent æque eſſentialiter ſub ſpẽ: ſicut duæ ſpẽs ſub gñe, quod eſt contra decretum oĩum ꝑipateticorum, qui volunt ſub gñe quęcũq; differunt, differre eſſentialiter, ſub ſpẽ accñtaliter: vt docet ipſe Porphyrius in lib. de quinque vocibus, & etiam doctiſſimus Boet. in cõmentationibus illius lib. Ariſt. 2. poſte. in quo loco idẽ ſentit (vt quilibet videre põt) Philoponus Ammo. etiam in lib. de interp̃tatione, & Simpl. in prædicamentis. Auer. vero in lib. de Suba orbis: ait ꝙ indiuidua ſub ſpẽ non differunt niſi ꝑ accidens. Them. quoq; in. 1. de aĩa vult naturã ſpecificã eſſe athomã, quia indiuidua in illa nõ differunt niſi ꝑ accñs & deducit̃ conſequentia, quia q̃cunq; differunt ꝑ dr̃ias q̃ ſub ſpẽ ſunt primo diuerſæ & ſub quolibet vl'i ad ſpeciem, etiam ſunt primo diuerſæ, differunt eſſentialiter. Hac. n. rõne ſpẽs dr̃nt eſſentiał'r, quia dr̃nt dr̃ijs. q̃ ſunt primo diuerſæ ſub gñe, & ſub quolibet ſupra. genus, vt ipſi & nos fatemur. Sed duo ĩdiuidua differunt ꝑ dr̃ias, q̃ ſub ſpẽ ſunt primo diuerſę, & ſub quolibet ſupra ſpẽm nã duæ hecceitates ſunt primo diuerſæ ſub ſpẽ: & ſub gñe, & ſub oĩ ſuperiori: igit̃ duo indiuidua eſſentiał'r differunt. Secundo ad idẽ q̃cunq; dr̃nt ꝑ dr̃ias, q̃ non ſunt de rõne formali ſpẽi, ĩmo quaſi extra formalẽ rõne ſpẽi & cuiuſcunq; ſuꝑioris ad ſpẽm, differunt eſſentiał'r, patet, quia non ꝑ aliud dr̃nt eſſentialiter duę ſpẽs ſub gñe, niſi quia differunt dr̃ijs, q̃ differũt formał'r ab ipſo gñe, & ab oĩ ſuperiori ad genus. Sed indiuidua differunt ꝑ hecceitates q̃ ſunt extra eſſentiã ſpẽi. & cuiuſq; ſuperioris: vel q̃ non ſunt idẽ formał'r alicui illorũ. Igit̃ duo indiuidua differunt eſſentialiter. Minor eſt eorum vt patet. Tertio ad idẽ oĩa dr̃ia, quorũ rõ differendi non eſt accidens, dr̃nt non accidentaliter ſed eſſentialiter Hęc. n. eſt petitio in hac materia. Sed duo ĩdiuidua ſunt differentia quorum rõ differendi eſt hecceitas, q̃ non eſt accidens alicuius illorum, quia nec proprium nec cõe, igitur differunt eſſentialiter. Quarto oĩs dr̃ia aliquorũ plus q̃ per ꝓpria & eſſentialia accidentia eorum, eſt differentia eſſentialis, & ſpecifica. Hæc. n. per ſe nota, qm̃ differentia per accidentia cõia eſt per accidens, differẽtia per accidentia eſſentialia vt leonis per ſuum ꝓpriũ, & hoĩs per ſuum proprium eſt ſaltem per ſe & eſſentialis. 2. modo per ſe. Igitur differentia per ea q̃ antecedũt propria & eſſentialia accidẽtia, erit diſtinctio eſſentialior, ac magis ꝑ ſe, igitur ſimpliciter eſſentialis. Sed hecceitates an̄cedunt per eos oĩa propria & oĩa accidẽtia indiuiduorum, igitur indiuidua differunt per ſe & eſſentialiter. Quinto arguo ſignet̃ hecceitas vna & ſit A vtpote Socratis, & hecceitas Platonis, q̃ ſit B: & arguo rõne eorum qua probãt dari vnitatem cõem realem, ſic hecceitas. A. circunſcripto oĩ operæ intellectus plus conuenit cum hecceitate B q̃ cum nihilo, vel hippocẽtauro. Hæc eſt eorum propoſitio, igit̃ præter op̃onem intellectus eſt dare vnam naturã realem cõem, in qua illæ duæ conueniunt. Probatur per rõnem eorum quia cuiuslibet relationis realis eſt fundamentum realẽ, vt ipſi dicunt, ſed conuenientia præter operationem intellectus eſt rel'o realis vt aſſerunt, igitur oportet dare fundamentum reale, tale non põt eſſe ſingulare, vt dicunt, igitur cõe reale. Ex his ſequitur ꝙ duæ hecceitates hñt nãm cõem realem, igitur hecceitatis erit hecceitas per q̃ contrahitur natura illa ad. A. vel. B. hecceitatem. Hæc rõ eſt apud me valida, quia tota eſt ex fundamẽtis poſitis ab eis. Sexto oĩs entitas poſitiua q̃ per ſe cõſequitur vnitas eſt formaliter ens. aliter vnitas non eſſet ĩmediata paſsio entis formaliter. contra eos. Sed hecceitatem conſequitur ĩmediate vnitas. igitur hecceitas eſt formaliter ens: & per conſequens non eſt primo diuerſa ab altera hecceitate. Septimo hecceitas eſt quoddam intelligibile hoc eſt verum apud quoſdam horum, qui volunt formalitatem, ens quod diſtinguitur contra nihil & ens quod eſt per ſe obiectum intellectus conuerti & eſſe idem. & ſic oportet iuxta hos ſaltã concedere hecceitatem eſſe ꝑ ſe intelligibile quoddam. Tunc arguo rõne Auer. oẽ intelligibile per ſe anteq̃ intelligatur eſt intellectũ in potẽtia, igitur hecceitas anteq̃ intelligatur erit intellectum quoddam in potentia. Vltra ſed oẽ intellectũ in potentia eſt illud ẽ quo põt abſtrahi intell'm in actu, ſic. n. arguit Auer. 3. de aĩa igitur hecceitas eſt intellectum in potẽtia ẽ quo poteſt abſtrahi intellectũ in actu. *Cõm. 5.* Sed oẽ tale eſt per ſe indiuiduum apud Auer. igitur hecceitas erit per ſe indiuiduum ẽ quo eſt abſtrahibile vniuerſale actu, & ita ſequitur vt prius ꝙ hecceitas ſit hecceitas. Octauo data hac poſitione ſequeretur ꝙ ęqualiter indiuidualiter differunt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, & duo indiuidua diuerſarum ſpecierum, vt Soc. & Pla. & Soc. & furatus noſter canis, quod credo nõ eſſe intelligibile, quia Soc. & Pla. differunt indiuidualiter accidentaliter, Soc. & furatus differunt indiuidualiter eſſentialiter: & deducit̃ conſequentia, quia quæcunque differunt per primo diuerſa æqualiter differunt, quia primo diuerſa ſunt maxime diſtantia. Sed Socrates & Plato inter ſe differũt per hecceitates quæ ſunt primo diuerſa. ſicut Socrates & furatus. igit̃ æqualiter indiuidualiter differunt. Multæ aliæ rationes fieri poſſunt, Sed quia alij tangunt nolui implere libros noſtros laboribus alienis. Quod vero hæc poſitio non ſit peripatetica: ex dilucidatione apparebit. Poſt hos ĩuení diuũ Albertũ inter ꝑipateticos clariſsimum, qui voluit materiam primam eſſet totale principium fundamentale, & quo forma ipſa dicatur vna numero, & quo compoſitum etiam vnum ſit numero ſub eadẽ ſpecie. *Poſitio Alb.* Mouet̃ Alber. in lib. de intellectu primo, qa id quod eſt per ſe ſingulare & per ſe ĩcõicabile, eſt per ſe ſufficiẽs facere omne illud, cui additur ſingulare & incõicabile. *Rões Alb.* Sed materia eſt ꝑ ſe ſingularis & ꝑ ſe ĩcõicabilis qa

vna

vna numero ſimpliciter in tota eius ſpẽ:vt dicit. Auer. 12.huius. igitur eſt ſufficiens & totale principiũ, quo & forma & compoſitum ex ipſa reddatur vnum numero, & incõicabile. Secundo quicquid eſt in indiuiduo, quod repugnat rõni quidditatis & vl̃is poteſt poni prima & ſufficiẽs ratio vnitatis indiuidui & indiuiduandi. Sed materia repugnat rationi quidditatis & vl̃is, vt dicemus in.7.de mente Auer.igitur poteſt eſſe ſola ratio indiuiduandi,& totale principium vnitatis numeralis.Ex his concludit Albertus materiã nõ eſſe neceſſariam ad eſſe cõpoſiti vel formæ,quũ magis faciat ad nõ eſſe,ſed ad terminationem ipſius eſſe,atq; illius indiuiduationẽ & ita erit ſm ipſum cã eſſendi ſine qua nõ, indiuiduãdi vero ꝑ ſe & totale principium. Hæc Albertus.Sed contra Albertum incidunt cauilli:primus,quia eſt vna numero materia oĩum. igitur oĩa erunt ſimpl'r vnum numero:& ſic reddeť poſitio Parme. Secundo quia adhuc quæſtio erit de vnitate materiæ, eſt.n.materia vna numero, quæritur igiť ꝑ quid ipſa materia eſt vna numero, & ſic adhuc quæſtio ſtat de materia. Tertio materia eſt pars vl̃s rei, eſtq; in vl̃i conſiderabilis, igiť nõ eſt de ſe vna numero. añs patet.7.huius textu, & 12.huius textu. Vlterius arguitur qđ non eſt de ſe incõicabile, non põt conſtituere aliquid in eſſe incõicabili. Sed materia non eſt de ſe incõicabilis,vt patet per hæc, igiť nõ põt conſtituere aliquod indiuiduum in eſſe incõicabili. Quarto quicquid conſtituit aliquid in aliquo eſſe,repugnat ſibi reperiri ſub oppoſito talis eſſe.Sed materia cõſtituit in eſſe numerali, igiť repugnat reperiri ſub multitudine. Sed hoc eſt falſum, quia ſunt materiæ plures numero reſpectu plurium formarum.hæ ſunt difficultates aduerſus hanc poſitionem. Sed quo nam mõ refellantur,in dilucidatione apparebit.Truſianus Monachus in lib. Technæ Galeni.2.cõm.44.Ioan.Gandauenſis in lib.de Subſtãtia orb.Auicebron etiam crediderunt principium vnitatis numeralis cuiuſq; indiuidui eſſe formam eius.Sumit aut Monachus poſitionem hanc ex Auic.6.naturalium parte prima. vbi ait complexionem remanere vnam & eandẽ propter vnitatẽ aĩę. Auer.etiam.2 de anima.ait ꝙ melius eſt ęſtimare ꝙ cã diuerſitatis materiæ ſit diuerſitas formarum,q̃ ecõuerſo.Ariſt. in principio libri ſecũdi de anima dicit formã eſſe id ꝑ qđ aliquid dr̃ hoc aliquid, & ſic vr̃ principiũ indiuiduationis Præterea terminatio oĩs eſt à forma, infinitudo à materia,vt diciť.3.phyſi.Preterea vna forma non eſt niſi vnius materiæ,at vna materia eſt oĩum formarum.igitur vnitas numeralis indiuidui eſt potius à forma: q̃ à materia. Præterea ſi materia eſt principiũ indiuiduationis.Tunc indiuidua differrent per ſolas materias,& ita materialiter. Quare conuenirent formaliter & eſſent oĩa vnum formaliter:quia ſi ꝑ ſolas materias differunt. Tunc per materiam differunt & per nihil non materiam,vt patet per exponentes:igitur in omnibus aliis erunt idem, & ita in forma erunt idem. Præterea tunc indiuiduum haberet eſſe potius à materia q̃ à forma: quod eſt impoſſe quia forma dicitur quod quid erat eſſe. Vltimo tunc nulla ſubſtãtia ſeparata eſſe vna numero, quia in nulla illarum eſt materia. Hæc Monachus.Auicebron autem vult verum vnitatis numeralis principium eſſe formam: ſed vult in omni compoſito eſſe aliam formam ſpeciei & aliã indiuidui: vt alia eſt forma hominis, & Socratis alia,dicit modo ꝙ à forma ſpeciei ſumitur vl̃e ſpecificum, à forma indiuidui ſumitur vnitas numeralis,concedit enim tot formas in compoſito quot ſunt ꝑta eſſentialia: quicquid ſit de poſitione hac ſcio ꝙ forte. Auicebron per tales formas indiuiduales voluit illas,quas appellarunt hecceitates: quia in verbis Auicebronis repi formam Socratis eſſe Socrateitatem, Pla. vero Platoneitatẽ: & ſic vr̃ incidere in poſitionem eorum, licet verbis diſcrepet. Sed vtcunq; ſit nõ vr̃ ꝙ forma ſola ſit vnitatis numeralis totale fundamentũ nullo alio cõcurrẽte. primo quia etiã forma differt numero ab alia forma: ꝓpterea quęſtio vertitur ſupra formã: ꝑ quid, videlicet, ſit vna numero.Scđo Ariſt.1.cœ.dicit, alterũ igiť hoc cœlũ, & cœlũ ſimpl'r nã hoc eſt vt ſpẽs & forma, illud vero in materia miſtũ.vbi Auer. ait cãm eſſe quia forma eſt fundamẽtũ ſiue ſubm vl̃itatis: idẽ.12.huius. vbi ait aliã eſſe cõitatẽ materiæ, aliã formæ,quia illa formæ eſt cõitas vl̃s. Illa materiæ eſt in potẽtia. idẽ primo huius. vbi ponit dr̃iã inter vnitatẽ materiæ,& gn̄is.Præterea Ariſt.& Auer.1 cœ.& Simp.ibidẽ dicũt ꝙ mũdus eſt vnus numero, q̃a primus motor eſt vnus numero:& idẽ eſt vnus numero q̃a caret materia:q̃ eſt cã multitudinis numeralis.Pręterea.12.meta.in tex.& fit tale enthymema.ſi eſſent plures primi motores tunc eſſent ĩ plurimus materiis. vbi Auer.ait quia materia eſt cã vnitatis numeralis. Vltimo Auer in lib.d.d.diſpu.1.in ſolõne.7.dudij inqt. Cã.n. pluralitatis ſeu numerabilitatis eſt materia apud ꝑhos, cã vero cõueniẽtię in multitudine numerali eſt forma, ſed ꝙ poſſint reperiri res plures in numero: vna ĩ fo͂ra ſm naturã icõueniens eſt, nullũ nãq; indiuiduũ ab alio indiuiduo diſtingui debet niſi ꝑ accñs, & ꝑ materias. Ex his verbis habetur non tm̃ auctoritas Auer.ſed eius rõ hæc, q̃cũq; differunt forma, dr̃nt ꝑ ſe, ſed indiuidua nõ differunt ꝑ ſe, ſed ſolũ ꝑ accidens: igiť non differũt forma, & ꝑ conſequens ſola materia. Hæc eſt optima rõ.Multæ aliæ poſitiones poſſunt recitari: ſed iſtas accepimus tanquam famoſiores:necnon propterea quia ex his noſtrã conficiemus poſitionẽ,ſtudiũ.n.noſtrum non eſt in narrando vt multi gaudent: ſed in dilucidando. Hæc de poſitionibus ſatis.

Com.14.
Difficultates contra Albertum.
Com.39.et 35.
Com.27.
Monachi.
Poſitio Ioan.
Auicebronis.
Com.60.
Com.59.
Quæ Auicebron.
Difficultates.
Com 91.
Com.14
Com.17.et 17.
Com.90.
Com.49.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ non eſt difficultas in ſciendo ꝑ quid æternũ ſiue ſuba ſeparara eſt vna numero in ſua ſpẽ: & indiuiſibilis ĩ plura ſuppoſita eiuſdẽ ſpẽi,qm̃ ſeipſa eſt vna numero: quia in illis idem eſt quidditas & eſſe,& ꝑ cõſequens quo ipſa eſt ens, eo eſt vna numero:eſt aũt ens & quid ſeipſa:igiť ſeipſa vna numero:& hoc eſt quod expoſitor vult dũ dicit æternum indiuiduũ eſſe vnũ numero ꝑ priuationẽ materiæ,quia eſſe vnũ numero priuatione materię eſt eſſe vnũ numero ſeipſo, quia priuatio nihil addit vltra eſſentiã æterni. Scđo non eſt difficultas apud ꝑipateticos in ſciendo ꝑ quid accidens eſt vnum numero & ab alio eiuſdem ſpẽi diuiſum, qm̃ Auer.aperte dicit accidens eſſe vnũ numero & ab accidente ſuę ſpẽi diuiſum ꝑ ſubm ĩ quo eſt,ait.n.7.indiuiduũ ſubæ eſſe prius indiuiduo accidẽtis, vt patet cõm.2.quod ꝑ tanto dicit, quia accidens eſt vnum numero, & diuiſum ab accidente eiuſdẽ ſpẽi per ſuum ſubm. Reſtat igitur difficultas de indiuiduis ſubſtantiæ cõpoſitæ, videlicet, per quid Socra.eſt vnus numero,& diuiſus à Pla.eiuſdẽ ſpeciei.videtur igiť mihi vnitatis numeralis aliud eſſe principiũ principale:aliud ſine quo nõ,aliud diſpoſitiuũ:principiũ principale vnitatis numeralis eſt materia prima ipſa, principiũ vero ſine quo non eſt forma genita, diſpoſitiuũ aũt eſt dimẽſio interminata.Qđ quidem materia ſit principale prin-

Per quid ſubſtantia æterna indiuiduetur.
Per quid accidẽs indiuiduetur.
Dilucidatio ꝑ qua ſcitur principium indiuiduationis indiuiduorum ſubſtantiæ.
Quod materia ſit principale principium.

cipium vnitatis numeralis Declaratur primo, quia ipſa eſt ſeipſa vna numero, & nullo modo vl'is, nec pars vl'is ſm peripateticos. Secundo eadem eſt cauſa multitudinis numeralis, & vnitatis numeralis, ſed materia eſt cā multitudinis numeralis, vt declarat Auerro. in libro de ſubſtantia orbis, ait. n. ꝙ ideo ſunt multa ſub eadem ſpē, quia materia eſt multa in potentia. Tertio vl'e & ſingulare ſunt ſaltem oppoſitæ rōnes, ſed forma eſt principale principium quo compoſitum vniuerſalitate participat, igitur materia eſt principale principium, quo compoſitum ſingularitate participat. Minor eſt Auer. in locis ſuperius allegatis. Quod autem diſpoſitiuum principium ſit dimenſio interminata, probatur rōne Auer. in lib. de Subſtantia orbis, vbi contra Auic. arguit ꝙ ſi forma corporis reciperetur ante dimenſiones interminatas eſſet indiuiſibilis & æterna: & materia nullã aliam formam reciperet, igitur dimenſio diſponit materiam ad multitudinem, & per conſequens eſt diſpoſitiuum principium vnitatis numeralis indiuidui cōpoſiti. Qđ vero forma ſit principium dictæ vnitatis ſine quo non. declaratur verbis Auer. in. 7. huius. vbi dicit ſubſtantia demonſtrata non eſt vna, niſi per hanc ſubſtantiam & per hanc naturam quę dr̄ forma, igitur materia non eſt dictæ vnitatis fundamentum niſi concurrente forma & ſic forma concurrit tanq̃ principium ſine quo non. Secundo ſicut ſe habet materia ad hoc vt compoſitũ participet vniuerſalitate: ſic ſe habet forma ad hoc vt idem compoſitum participet vnitate & ſingularitate: ſed materia eſt cauſa ſine qua non ad hoc vt compoſitum participet vniuerſalitate: niſi. n. materia eſſet multiplex in potentia: cōpoſitum non eſſet vniuerſalitatis particeps. Signum autem quia vbi non eſt materia non eſt vl'itas atq; cōicabilitas, vt patet in ſeparatis, igitur forma eſt cauſa ſine qua non ſingularitatis. Tertio illud quod eſt cauſa terminationis materiæ & dimenſionum, eſt cā ſine qua nō vnitatis numeralis indiuidui compoſiti. Sed forma eſt cā ſine qua non terminationis materiæ, atq; dimenſionum, nunquam. n. materia eſſet terminata, nec dimenſio niſi aduentu formæ, igitur forma eſt cā ſine qua non indiuiduationis. Sed contra hãc poſitionem occurrunt difficultates. Prima eſt per quid ipſa forma eſt vna numero, non. n. ſeipſa, quia tunc non eſſet in vl'i conſiderabilis, igitur per aliud, vel illud eſt ſuƀa aut accidens, non ſubſtantia, quia vel materia, aut forma, aut compoſitum, non materia, quia illa eſt vna oīum. non compoſitum: quia illud eſt vnum numero propter formam: igitur ſeipſa, & ſic redit in idem quod prius. Secundo tunc dr̄ia indiuiduorum eſſet eſſentialis, quia oīs dr̄ia per formas eſt eſſentialis, vt dixit Auer. in lib. d. d. diſpu. 1. in ſolutione. 7. dubij. Tertio quæro de illa forma, per q̃ Soc. differt à Platone: vel per illam differt aliquo pacto ab vniuerſali cōi vel nullo modo. ſi nullo modo: igitur per illam formã non dr̄ differre à Platone. ſi differt, quæro quid eſt, vel eſt aīa rationalis, vel ſenſitiua vel vegetatiua: & nullum horũ dici poteſt. Quarto vr̄ ꝙ forma ſit principale indiuiduationis principiũ, qm̄ principale principium eſſendi, eſt principale principium vnitatis. Præterea ꝑ formam indiuiduum eſt hoc aliquid, igitur forma eſt principale principium indiuiduationis. Pro ſolutione debes ſcire ꝙ formæ habent duos gradus. Alterum, quo ipſæ ſunt formæ, & ſic ipſæ ſunt quibus compoſita vniuerſalitate participãt, etiam hoc gradu ſunt vl'ia in potētia, quæ per nomen gn̄is vel ſpeciei ſignificantur. Alterum quo genitæ ſunt à diuerſis agentibus, vel ab eodem diuerſimode ſeſe habente, & hoc gradus ſunt cauſæ ſine quibus non vnitatis numeralis indiuidui ſubſtantiæ. Sed replicabis argumento Ioannis petendo quid nam ſint iſti gradus, quia ſi nihil, pro nihilo relinquantur, ſi ens vel ſubſtantia, vel accidens. non accidens, quia tunc accidente forma eſſet vna numero. Si ſubſtantia vel materia vel forma vel cōpoſitum. non materia, quia tunc forma non eſſet terminus materiæ. non forma, quia tunc ſeipſa eſſet vna numero per eſſentiam. Dici poteſt ꝙ iſti gradus ſunt ens, & formæ, non quidem abſolutę, ſed vt genitæ ab agentibus diuerſis, vel eodem diuerſimode ſeſe habẽtę, ſed dices accipio iſtos vt differunt à formis, quarum ſunt, & quæro ſi ſunt ſubſtantiæ vel accidens vt prius. Dico ꝙ vt diſtinguuntur à forma ſunt ens & non ſunt ſubſtãtia nec accidens, ſed aliquid ſubſtantiæ, quæ eſt forma, & ita abſolutæ quilibet etiam gradus talis eſt forma cuius eſt vt genita à tali agente, vel taliter ſeſe habente, vt vero diſtinguitur eſt aliquid formæ, quod eſt ens, non tñ ſubſtãtia, nec accidens ſed aliquid ſubſtantiæ. Qñ. n. diuiditur ens. per ſubſtantiam & accn̄s: ſubſtãtia & accidens ſumuntur cōiter tam ad id quod eſt ſubſtantia, q̃ ad id quod eſt aliquid ſubſtantiæ: & de accidente ſir̄r. Vnde patet ꝙ iſti gradus ſunt ipſamet forma diuerſimode conſiderabilis: nam forma vt conſiderabilis inquantum forma eſt vnus gradus: vt vero conſiderabilis inquantum genita eſt alius gradus. Tunc per hæc ſoluuntur dubōnes. Ad primam dico ꝙ forma eſt vna numero per gradum quo eſt à tali agente, vel taliter ſeſe hñt: quia, vt dicũt Ariſt. & Auer. 12. huius. forma vna numero eſt ab agente vno numero. Ad ſecundam dico ꝙ differre per formas eſt bifariam, aut per illas tanq̃ per rōnes differendi principales. & ſic quæcunq; formis differunt: ſpē differunt & eſſentialiter: aut tanq̃ per cãs ſine quibus non: & ſic nō eſt differre eſſentialiter. vnde qui ponunt indiuidua principaliter differre per formas non poſſunt euitare, quin illa differant eſſentialiter. Ad tertiam dico ꝙ per vnãmet formam Soc. differt ab hoīe in cōi, & à Platone, ab hoīe quidem ab ea forma per gradum quo illa fuit genita à tali agente, vel taliter ſe habente, à Platone vero ꝑ eandem formam ſub eodē gradu: quo ipſa fuit à diuerſo agente: vel ab eodem aliter ſeſe habente. Ad quartam debes ſcire ꝙ nos poſſumus loqui de principio indiuiduationis ſumendo indiuiduationem ꝓ accidente, vel pro ſuƀa indiuidua. Tūc dico ꝙ forma eſt principale principium ſubſtantiæ indiuiduæ: non tñ principale principiũ indiuiduationis, ſiue indiuiſionis: & concedo ꝙ eſt principale principiũ eſſendi, & vnitatis cōſequentis ipſum ens vt ens. non autem vnitatis numeralis. Amplius conceditˀ ꝙ per formã indiuiduũ ſit hoc aliqd: principaliter tñ hoc indiuiſum in ſe & diuiſum ab alio eiuſdem ſpēi eſt per materiam. Ex his ſequitˀ ꝙ forma vl'is: quę ſignatur per nomen generis vel ſpeciei, contrahitˀ ad indiuidua compoſita per ipſammet formã: non quidē principaliter: nec ſub eodem gradu. nã principaliter ꝑꝑ materiam: & ſub gradu, quo ipſa dr̄ genita. Secundo ſequitˀ ꝙ non oīno maledixerunt: qui voluerunt reſpectum ad agens eſſe indiuiduationis principium: hoc. n. in parte eſt forte verum, quia forma indiuiduatur ꝑ reſpectum ad agens: quia gradu quem ab agente detinet, ſingularis efficitˀ. Tertio ſequitur recte Albertum ſenſiſſe, dum dixit materiã eſſe principale principium talis indiuiduationis: non. n. credo ipſum voluiſſe eã eſſe taliter principium: vt nullo pacto

Quod dimenſio ſit diſpoſitiuum principium.

Quod forma ſit principium ſine quo non Cōm. 15.

Dubitationes.

Qđ forma habeat duos gradus.

Repli.

Quid gradus formæ.

Cōm. 11.

Excerpta. Primũ ꝑ quid forma contrahitur ad indiuiduum. Quod reſpectus ad agens ſit in diuiſionis principium. Quod materia ſit principium indiuiſionis. Quod forma ſit principium indiuiſionis.

pacto aliud quicq̃ concurrat: quia declaratum eſt dimēſiones diſponere,& formam ipſam eſſe cām ſaltem ſine qua non talis indiuiduationis. Quarto ſequi? Monachum & Ioānem in parte bene dixiſſe: dum formam fecerunt aliquo pacto indiuiduationis principium: ſed ſi formam velint principium eſſe principale, in hoc errauerunt: quia non poteſt idem eſſe fundamentũ duarum vnitatum rōne differentium, vnde cum forma ſit fundamentale principium vnitatis vl̃is: non vr̃ eſſe principium æque principale vnitatis numeralis.

Quod Auice. non potuit recte ſentire.

Auice. potuit etiam recte intellixiſſe, dum indiuiduales formas dixit eſſe principia indiuiduationum: nam ſi per indiuiduales formas intellexit reſpectus, ſiue habitudines, ſiue gradus formarum quibus ipſe differũt numero inter ſe & quibus ad diuerſa agentia vel ad idem agēs diuerſimode ſumptum referuntur recte ſentit:

Quod Plotinus & Proclus recte intelligant.

Plotinus etiam & Proclus dum dicunt aīas & formas indiuiduari per terminos internos, ſiue per Idiotropias, recte autumant: nam nihil per eiuſmodi volunt intelligere niſi reſpectus, ſiue gradus formarũ ad diuerſa agētia: vel ad idē agens diuerſimode ſumptũ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC reſpondetur ad oēs obiectiones. Et primo ad eas quæ refellunt materiam eſſe principium indiuiduationis. Ad primam patet ſolo, materia.n.eſt vna numero oīum per priuationem omnium formarum: eſt tñ alia alterius per aliam atq; aliam formam. Ad ſecundam dico ꝙ vnitas materiæ, qua ipſa eſt in ſpē ſua vna numero, propter eſſentiam materiæ. Seipſa.n.eſt vna hac vnitate: vnitas vero qua eſt principium huius vel illius indiuidui: eſt à forma. Ad tertiam dico ꝙ materia nec eſt vl̃is, nec pars vl̃is per ſe & ſm naturam materię, per accidens tñ vt reſpicit formam cōem, ſortitur quãdam vl̃itatem cui nihil corrñdet in re præter materiam vnam numero, vel formas indiuiduales. Ad quartam dico ꝙ materia conſtituit rem ineſſe indiuiduo non ſe ſola: propterea pt̃ reperiri ſub oppoſita rōne. vt dictũ eſt. Hæc ad rationes contra poſitionem dicentium materiam. Ad rōnes vero contra poſitionem dicentium formam. Ad primã dico ꝙ forma dr̃ vna numero gradu, ſiue reſpectu, ſiue habitudine ad tale agens: vel ad taliter ſe habens.

Replica.

Sed contra hanc rñſionem adhuc emergunt replicæ. Prima quidem quia habitudo non conuenit alicui, & repugnat alteri per ſe per illud quod eſt vtriq; cōe, ſed neceſſario pręexigit diſtinctiōnē illorum, quia detur oppoſitum, habitudo ſicut competeret vni, ita & alteri. Sed ita eſt quod habitudo ad .A. agens competit formæ .A.& repugnat formæ .B. igitur A. forma diſtinguitur .A.B. forma diſtinctione pręcedēte ipſam habitudinem: igitur prima diſtinctio ipſarum non eſt per habitudines iſtas. Secundo omni reſpectiuo ſemper abſolutum eſt prius: ſed hæc habitudo eſt reſpectiuum ad agens: igitur abſolutum eſt illa prius: igitur cum ſubſtantia formæ in qua habitudo fundatur ſit abſoluta: neceſſario erit prior q̃ ſit hæc habitudo, igitur cum hæc habitudo ſit ſingularis: & ſingulare nō poſſit fundari niſi in ſingulari: forma in qua fundatur oīno erit prius ſingularis. Tertio cauſa vt cauſa natura pręcedit effectum, ſed hæc forma eſt cauſa huius habitudinis, igitur hæc forma præcedit illam. Quarto habitudo eſt reſpectus aptitudinalis quia non præexigit agens in actu: & forma eſt actu ſingularis, igitur nō ab hac habitudine aptitudinali. Vltimo habitudines tales poſſunt intelligi in vl̃i, igitur habitudo eſt vniuerſale quoddam ad oēs habitudines omnium formarũ: quæro igitur per quid habitudo vniuerſalis redditur vna numero ad hanc vel illam habitudinem cōtracta, non.n. vr̃ niſi per ipſas formas, igitur ipſe formæ ſunt prius ſingulares q̃ habitudines ſubeant. Præterea erit circulus, quia agens eſt vnum numero ſua forma: & ſua forma alio agente, & ſic erit circulus ſaltem in ſpecie. Hæ ſunt vltimæ replicæ quæ fieri poſſunt ad hanc rem, & ſi inueneris alius, leues erunt. & ex ſolutione harum colligitur ſolutio illarum.

Solutio.

Ad primam dico ꝙ iſti arguentes decipiunt: nam credunt habitudines tales eſſe accidentia formarum, quæ illis adueniunt ab agēte. Immo dico ꝙ habitudo & forma habilis ad tale agens vel taliter ſeſe habens eſt idem, ſolum.n. forma habilis ſuperaddit formæ ſimpliciter rōnē quãdam ſiue reſpectũ rationis, quia forma & forma habilis non dr̃nt re, ſed reſpectu rōnis tantum, forma.n. conſiderabilis diuerſimode eſt diuerſi gradus: nam vt conſiderabilis inquãtum forma eſt vnus gradus: vt conſiderabilis inquantum genita ab agente tali vel taliter ſe habēte eſt alius gradus. Tunc ad formam dico ꝙ habitudo .A. non cōpetit formæ, ſed eſt ipſa forma ſuperaddens reſpectũ rōnis tantũ, & ſic nullam pręexigit diſtinctionem: quia forma ſeipſa differt ab alia forma: non dico in eo ꝙ forma, ſed vt habilis ad tale agens differt ab alia vt habili ad aliud: vel ad idem alio modo ſe habens. Ad ſecundam dico ꝙ hæc habitudo non eſt reſpectus prædicamentalis, ſed tranſcendens: immo eſt ipſamet forma hoc pacto conſiderabilis: & propterea forma ſingularis non pręcedit illam: bene tñ forma abſolute prior eſt habitudine tali, imo ſeipſa ſub tali habitudine conſtituta. Per idem ad tertiam: forma.n. non eſt cauſa huius habitudinis. Immo forma ipſa eſt hæc habitudo, quia hæc habitudo eſt forma, vt ſic conſiderabilis. Ad quartam dico ꝙ eſt reſpectus non quidem prædicamentalis, ſed tranſcendens, qui licet non ſit ad actuale agens: ſufficit ꝙ aliqñ fuerit ad actuale agens, & ſic poteſt forma eſſe ſingularis à tali habitudine pro q̃to fuit, aliquãdo ab agente actuali. Et conceditur vlterius ꝙ forma ſub gradu quo eſt forma eſt prior habitudine, & gradu quo eſt genita, tñ habitudo eſt prior forma, vt indiuidua, quo.n. ad ſubſtantiam forma p̃cedit illam quo ad indiuiſionem, eſt poſterior illa habitudine. Ad quintam dico ꝙ tales habitudines numero differunt agentibus q̃ reſpiciunt vt diximus. Et ſic pōt abſtrahi vl̃e ab illis vno modo, alio vero non, vnde quęlibet habitudo pōt dupl̃r conſiderari. Vno modo vt ſingularis eſt atq; indiuiſa in plura ſuppoſita, & ſic non poteſt conſiderari in vl̃i. Alio modo inquãtum conuenit cũ alio ſingulari in aliqua ſimilitudine vel forma & hoc pacto pōt in vniuerſali conſiderari, & ſic primo modo eſt gradus formæ ſingularis: non aũt.2.modo. Vlterius cōceditur ꝙ quęlibet harum habitudinum eſt indiuidua, quatenus eſt id quo diuerſa forma eſt ad agens diuerſum vel diuerſimode ſeſe habens: & ſic q̃tenus eſt reſpectus ad agens indiuiduum. Vlterius concedo circulum in ſpē, nã agēs eſt ſingulare ſua forma: & forma eius eſt ſingularis habitudine ad agens ſingulare: & vlterius illud eodē mō, & ſic in infinitum. Aiaduerte tñ, ꝙ oēs iſtæ replicæ poſſunt facilius ſolui dicendo ꝙ tales formæ gradus, ſiue habitudines, ſiue reſpectus ſunt ipſamet forma diuerſimode conſiderabilis: forma.n. Socratis vt conſiderabilis quatenus ab agente genita eſt, eſt primus gradus quo ipſa concurrit ad vnitatem numeralem. ipſamet

forma

forma vt conſiderabilis quatenus forma, eſt gradus quo ipſa eſt fundamentum v̄titatis,& ſic iſtæ habitudines,ſiue reſpectus:ſiue gradus nihil aliud ſunt ꝙ forma, cuius ſunt, nihil addentes ex parte rei nihil diminuentes, ſed ſolum ex parte noſtri modi intelligendi formā materialem, ꝙ quia eſt forma,& quia eſt effecta, ſubit diuerſas rationes: & hoc pacto oēs replicę delentur,& hæc eſt melior via & tutior ſoľo. ꝗ Monachus viſus eſt ſectari in parte. Hæc ad replicas. Tunc ad ſecundam principalem concedo ꝙ materia eſt principale fundamentum vnitatis numeralis: forma vero principale vnitatis v̄ľis,ſed cauſa ſine qua nō vnitatis numeralis:& ſic auctoritates oēs debent intelligi. Ad rōnes vero pro hecceitate. Ad primam dico ꝙ id quod non eſt,nō pōt eſſe cōe. Modo hecceitas nulla eſt. Ad ſecundam dico ꝙ differt per materiam,& per formam,& licet ſit materia ipſa cōis omnibus,tn̄ eſt vna numero per eſſentiam quæ cum forma ſufficit.Siľr forma licet ſit fundamentum vnitatis v̄ľis: poteſt eſſe cauſa ſine qua nō vnitatis numeralis per gradum diuerſum. Ad tertiam dico ꝙ indiuidua ſunt vltimo differentia vltimitate prædicamentali non autem vltimitate differentiæ & diuerſitatis:& propterea non debent differre per primo diuerſa, ſed per accidentales differentias. Ad quartam dico ꝙ in indiuiduo ſubſtantiæ eſt duo conſiderare. primo naturam ſubtam indiuiſioni.Secundo ipſam indiuiſionem: modo indiuiduum ſubę quo ad naturam ſubtam in diuiſioni, eſt prius indiuiſione & accidente: tamen quātū ad eſſe indiuiſum non eſt prius accidente: immo poſterius. Rōnes autem factæ propoſitione Monachi omnes tolluntur per dilucidationē. Ad rationes autē primi capitis. Ad primam patet ſolutio: eſt.n.materia vna numero,& ſic quicquid eſt in illa eſt vnū numero, remote tn̄.Hæc ſunt ꝙ mihi v̄r nunc de hac ardua difficultate:vbi volo te ſcire me prętermiſiſſe poſitionem noui expoſitoris qui credit quantitatem ſiue materiam quātā eſſe principium indiuiduationis. Siľr & poſitionem primi expoſitoris: illius quidem quia Ioan. ſatis curioſe eā defendit huius vero: quia non credo ipſum multū diſcrepare à noſtra dilucidatione,quicquid credant ſectatores eius. Et de diſputatione.5.hactenus.

Non idem autem in omnibus generibus vnum, hic enim &c. Tex.cōm.12.

DISPVTATIO SEXTA
De diuiſione vnius.

Num diuiſiones vnius ſint recte aſſignatę, videlicet vnum numero,vnum ſpecie,vnum genere, &c.

Capvt dvbitationvm primvm.

Quod non conuenienter aſſignentur, arguitur quia vel ſecūda diuiſio æquiualet primæ.vel eſt oīno diuerſa ab illa:non poteſt primæ æquiuale re, quia prima habet quinque membra, ſecunda autem quatuor.Modo quatuor non poſſunt æquiualere quinque,nec eſt pœnitus auerſa abiunctaúe à prima,quia in quibuſdam mēbris conueniunt: ſunt.n.primæ diuiſionis duo membra, videlicet, vnum genere,& vnum diffinitione:ſiue vnum ſpē:& hæc eadem ſunt mēbra ſcďæ diuiſionis:igitur ſecunda diuiſio non eſt pœnitus abiūcta à prima. Secundo vnum quod diuiditur per vnum, gn̄e,ſpē, numero, & proportione in ſecunda diuiſione, vel eſt vniuocum,vel æquiuocum:non eſt vniuocum, quia tunc non oportet multitudinem illi oppoſitā dici tot modis:quot dr̄ & vnum,non.n.oportet quot modis dr̄ vnum oppoſitorum vniuocum,tot & alterum dicatur,rōnale.n.& irrationale oppoſita,ſunt nō tn̄ de quot dr̄ irrationale,de tot dr̄ rationale,nec eſſe poteſt æquiuocum. primo quia tunc vbicunq; & in quauis propoſitione vnum poneretur eſſet propoſitio diſtinguenda. Secundo quia tunc vnum mēbrum illorum non poſſet ſequi ad aliud:modo Ariſt.docet,ad vnum numero ſequi vnum ſpē,& vnum gn̄e & reliqua: igitur vnū diuiſum per illa nō poteſt eſſe pœnitus æquiuocum, eodem modo argui poteſt de prima diuiſiōe,ſi,videlicet, vnum diuiſum prima diuiſione ſit vniuocum,vel æquiuocum vt prius:etiam dubitari poteſt ſi vnum vt diuiditur per ambas diuiſiones eſt vniuocum, vel æquiuocum vt prius. Tertio contra mēbra ſecundæ diuiſionis dubitatur, dr̄.n.vnum numero eſſe id cuius materia eſt vna numero:contra quia tūc nullum immāle eſſet vnū numero:hoc eſt falſum, quia in illis eſt multitudo ſpecifica: igitur numeralis. maior.n.multitudo infert minorem. Quarto tunc contraria eſſent vnum numero. quia eorum materia eſt vna vt lib.dr̄ de gn̄one.In contrariū eſt Ariſt. qui diuiſiones illas pro rectis aſſignat.

Capvt titvli secvndvm.

Pro dilucidatione tituli debes ſcire ꝙ vnū in textu p̄nti duabus diuiſionibus diuiditur. Prima quidem per quinque mēbra eſt. Secunda per.4.vnum.n.prima diuiſione diuiditur,qm̄ aliud dr̄ vnum continuitate,vt linea & id genus,aliud dr̄ vnum quia ſubiectū eſt indifferens forma, vt argentum auratum. nam licet duo corpora ſint, tn̄ forma talis ſubiecti eſt indiuiſibilis ſenſu: & hoc pacto vinum limphatum vnum dr̄, quia ſubiectum eſt indifferens forma: & cætera id genus, quæ in textu dicuntur. Aliud vnum dr̄ quoties eſt genus vnum differens oppoſitis dr̄ijs vt aīal equo & homini. Aliud vnum dr̄ ſm̄ diffinitionem, ſiue ſm̄ ſpēm vt homo, vel aliter vt dr̄ in litera. Aliud vnum dr̄ intellectione, vt indiuiſibile punctus vel id genus. Secunda autem.4.mēbris eſt:quia alia ſunt vnū numero,alia ſpecie, alia gn̄e, alia proportione,proportione quidem vnum ſunt.10. prædicamenta,quę ſubeunt eādem proportionem: oīa .n.prædicantur per modū entis & quid de ſuis inferioribus, numero quorum materia vna eſt: ſpecie quorū ratio eſt vna,gn̄e autem quorum figura prædicādi eadem eſt, vt quæcunq; in vno prædicamento ponuntur veluti omnia,quæ ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ ſunt vnum gn̄e, quia omnia prædicātur per eūdem modum prædicandi: omnia.n.prædicantur vt in ſubiecto non entia. Ex his apparet titulus diſputationis. *Diuiſiones vnius.*

Capvt tertivm positionvm.

De diſputatione oēs conueniunt diuiſiones eſſe recte atq; plene aſſignatas. Sed difficultas eſt in duobus. primo quidem quo nam mō ſeſe habēt dictæ diuiſiones inter ſe. Et.2.de ſufficientia illarum. Ideo rn̄dent quidam iuniorum ꝙ ſecunda & prima diuiſio vna ſunt: & membra primæ reducuntur ad membra ſecundæ, nam quæ ſunt vnum continuitate,ſunt vnum numero,quæ ſunt vnum in dr̄ia ſubiecti ſm̄ formam, ſunt vnū ſpecie, quia à forma dr̄ ſpecies, quæ dicūtur vnum genere, etiam in ſecunda diuiſione continentur, quæ dicuntur vnum diffinitione,etiā in diuiſione ſecunda continentur,quia diffinitione eadem,ſpecie eadem ſunt,quæ dicuntur vnum intellectione vnum dicuntur proportione,quæ *Solu. primæ iuniorum.*

ne,quæ.n.vnum proportione dicuntur quodammodo vnr̄ vnitate modi intelligendi conuenire: & ſic prima diuiſio non differt à ſecunda niſi ꝙ ſub vno mēbro ſcd̄ę diuiſionis,videlicet, ſub vno ſpecie enumerauit adhuc duo mēbra,videlicet, vnū diffinitione & vnum in dr̄ia formæ:tn̄ ambo hæc vnum ſpecie dn̄r,igitur prima diuiſio non differt à ſecunda. Sed contra hanc pōnem vr̄ Auer.qui adaptat diuiſionē ſecundam aliter q̄ primam, & mēbra exponit aliter. Amplius expoſitor ait primam diuiſionem eſſe realem,ſecūdam vero logicam,ſiue intentionalem. Tertio membra non poſſunt conuenire, quia Ariſt.ea appellat vnū intellōne,q̄ ſunt vnū intellu indiuiſibili vt punctum & id genus, ſed ſub membro hoc non poſſunt eſſe ea q̄ ſunt vnum ꝓportione,quę dicuntur ſolum vnum ſimilitudine rōnis. Præterea ea quæ dicuntur vnum per indr̄iam formę,non ſunt vnum ſpē, imo ſunt diuerſæ formę:ſed vna dr̄ ſenſu & apparentia. Propterea vnr̄ diuiſiones hæ oīno diuerſæ atq; impertinentes illi vero tria dicunt.

Confutatio. Com.11.

Poſitio.3.

Primum eſt,ꝙ ſecunda diuiſio eſt logica, prima eſt realis: dicitur quidem ſecūda logica,quia mēbra ſunt intentiones,& fundamēta illarum ſunt intentionalia. Secunda vero dr̄ realis quia fundamenta dn̄r realia. Ex hoc dant ſecundum, videlicet, ꝙ modi, ſiue mēbra ſecundæ diuiſionis fundentur ſupra modos ſiue membra primę,eo modo quo intētiones fundantur in rebus:qua rōne prima dicta realis, ſecunda vero intentionalis, ſiue logica. Tertium eſt ꝙ ſufficientia ſiue regula ſecundæ poteſt ſic haberi: quia intellectus intelligens aliquid ſub rōne vnius:aut intelligit illud ſub rōne incōicabilis,aut ſub ratione cōicabilis. Si primo modo,ſic eſt vnum numero. ſi ſecundo modo,aut intelr̄ vt cōicabile pluribus differētibus numero:& ſic eſt vnum ſpē,aut pluribus differentibus ſpē, & ſic eſt vnum gn̄e:aut de pluribus gn̄e differētibus,ſed ſimilitudine prædicandi ſimilibus: & ſic eſt vnum proportione.

Confutatio.

Sed hic pō non conſonat: & contra primam concluſionm eſt dubitatio eorum, videlicet, ꝙ ſi fundamenta vnitatum ſecundæ diuiſionis ſunt intentionalia:tūc illæ vnitates erunt nihil:quia oē minus ens ente rōnis eſt nihil: ſed paſsiones fundatæ in ente rōnis ſunt minus ens ente rōnis:igitur ſunt nihil. Dicūt ꝙ quemadmodum dātur gradus in entibus realibus, ita in entibus rōnis:& tunc maior eſt falſa,quia nō oportet quicquid eſt minus ente rōnis eſſe nihil:ſed quicquid eſt minus oī ente rationis.

Si dentur gradus in entibus rationis.

Hæc ſolutio primo non eſt ſm̄ regulas logicorum: quia volunt gradum comparatiuum diſtribuere terminum immediate ſequētem rectum ex natura comparationis. Et propterea illa eſt vera, omne minus ens ente rōnis eſt nihil:quia ille terminus ente rationis,ſtat diſtributiue. Secundo dato ꝙ regulæ ſint friuolæ: vt his diebus demonſtraui:adhuc mirum videt̄ in ipſis intentionalibus poſſe eſſe latitudinem gradualem perfectionis. Primo quia perfectio & bonum idē ſunt apud oēs,ſed bonum eſt in rebus:vt patet.6.met.Igitur perfectio eſt in rebus,& non in intentionalibus. Secūdo perfectio rei apud calculatores attēditur pœnes multitudinem gradualem formæ. Sed in entibus rōnis non eſt gradualis multitudo formę:vt oēs ſciunt: igitur nō eſt latitudo perfectionalis. Tertio ſi ſic,tunc daret̄ maximum & minimū ens rōnis, ſignetur minimū quo minus ſit nihil,hoc.n.eſt neceſſarium aliter in illis eſſet ꝓceſſus in infinitum. Sit igitur iſtud minimum.A.& quæro vel eſt intelligibile vel non. ſi non:igitur non potuit intelligi eſſe minimum & maximum. Si ſic,igit̄ oportet ipſum intelligere ſub aliquo modo:oē.n.quod intelligitur, aliquo modo intelligendi intelligitur vt ipſi dicūt, ſemper.n.intelligitur vel vt ſpecies vel vt genus vel ſub aliquo modo:ſit iſte modus intelligendi.B. Et ſuppono mihi ad mētem eorum ꝙ modus rei eſt minus ens ipſa re, hoc tenent ipſi aperte in vl̄ibus Porphyrij & vbiq; Tunc arguo ſi in entibus rōnis daretur latitudo,tūc daretur minus minimo deduco, quia ſi daretur latitudo, oportet deuenire ad minimum: & tale diximus eſſe.A. & cum.A.ſit intelligibile per modū quem diximus eſſe. B.& B.eſt minus ens ipſo.A.per deducta. igitur minus minimo. Cōtra ſecundam etiam concluſionem arguo. Primo quia omne fundatum prædicatur de fundamento ſaltem denominatiue: modo non videtur ꝙ omnes vnitates ſecundæ diuiſionis prædicentur de omnibus membris primæ: nec reddendo ſingulum ſingulo: nec reddendo omnes de ſingulo: de vnitate apparentis formæ, & de vnitate intellectionis non videtur ꝙ vnum ſecundæ diuiſionis prædicetur:& ſic prima membra nō videntur fundamenta membrorum ſecundæ diuiſionis. Tertia concluſio eſt inſufficiens: quia licet valeat regula illa pro ſecunda diuiſione:pro prima non dederunt regulam & ſic adhuc reſtat aſsignare rl̄am pro prima diuiſione. Præterea ſm̄ eos cōicabile & incōicabile ſupponunt pro rebus: at vl̄e & prædicatum non niſi ꝓ intentionibus:igitur non bene datur per communicabile, & incommunicabile: ſi debeat logicæ intelligi. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Differentia diuiſionum.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ prima diuiſio eſt realis:quia ſumitur ex modo eſſendi rerum ſiue ex conditione rerum. Secunda dr̄ intentionalis,ſiue logica,qa ſumitur ex modo prædicandi, & hac rōne ſequitur vt mēbra vnius non fundentur in mēbris alterius.

Regula primæ diuiſionis.

Secūdo dico ꝙ prima diuiſio,quę ſumitur ex modo eſſendi rerum hoc pacto ad normam reducitur. quia rerum quæ ad vnum reducuntur, vel reducuntur ad vnum ex parte noſtra,vel ex parte earum, ſi ex parte earum vel quatenus ſunt partes integrales, vel partes ſubiectiue. Si partes integrales: ſic ſunt vnum continuitate, ſi ſubiectiue, ſic ſunt vnum gn̄e. Si ex parte noſtra, vel quo ad ſenſum,vel quo ad intellectū,ſi quo ad ſenſum,ſic ſunt vnum in dr̄ia formę,ſi quo ad intellectum,vel quo ad intellectum diuiſibilem,& ſic ſunt vnum diffinitione,vel indiuiſibilem,& ſic ſunt vnū intellectione,hæc eſt norma ſiue rl̄a membrorum primæ diuiſionis, quæ ſumit̄ ex parte modi eſſendi rerum.

Regula ſecundæ diuiſionis.

Membrorum ſecundæ diuiſionis, quæ ſumuntur ex parte modi prædicandi talis poteſt regula dari,quia eorum quę prædicantur,vel de vno ſolo prædicātur,& ſic habetur vnum numero: vel de pluribus. ſi de pluribus aut ſimilitudine, aut rōne ſi ſimilitudine, ſic eſt vnum proportione. Si ratione, vel de pluribus differentibus ſpecie,& ſic eſt vnum genus, vel de pluribus differentibus numero, & ſic eſt vnum ſpecie.

Dilucidatio.

Ex his ſequuntur pro dilucidatione tria. Primū ꝙ prima diuiſio eſt realis,& ſecunda logica,ſiue intentionalis: non quia illa ſit rerum,hæc intentionum, aut quia fundamenta ſecundæ ſint intentionalia,primæ vero realia, ſed quia prima ſumitur ex modo eſſendi rerū. Scd̄a ex modo prædicandi. Scd̄m ꝙ diuiſiones hæ ſunt pœnit° auerſæ,abiūctæ atq; diſperatæ,qm̄ rōnes qbus ſumunt̄,ſunt oīno auerſæ,abiūctæ,atq; diſpatæ. Tertiū eſt ꝙ ambæ ſunt ſufficiēter & plene aſsignatæ, vt p earū regulas,normaſúe colligi pōt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis patet ſolutio. Ad primam, ſecunda diuiſio.n.nec æquiualet primæ, nec illi eadem eſt, quia à diuerſis rõnibus ſumuntur, vt viſum eſt. *Solutio aliorũ.* Ad ſecũdam reſpondent aliqui ꝙ vnum diuiſum prima diuiſione eſt vniuocum oĩbus mẽbris primæ diuiſionis: vnum ẽt diuiſum ſecunda diuiſione eſt vniuocum oĩbus mẽbris ſecundę diuiſionis, tñ vnum cõe ambabus diuiſionibus eſt ęquiuocum oĩbus membris vtriuſq; diuiſionis. *Confutatio.* Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia adhuc ſtat rõ eorum, ſequitur.n.ꝙ vbicunq; poneretur vnum, propoſitio eſſet diſtinguenda ſm multiplex, eo quia vnum ſem ꝑ eſt æquiuocum vtriuſq; diuiſionibus. *Sol. propria.* Propterea dici poteſt ꝙ vnum eſt analogum vtriſque diuiſionibus & membris vtriuſq; diuiſionis, & dr̃ per prius de membris primæ q̃ de membris ſecundæ, eo quia membra primæ ſumuntur à modo eſſendi, Mẽbra ſecundæ à modo prædicandi, ſed eſſe prius eſt prædicatione. *Sol. Auerr.* Ad tertium rñdet Auer. hic cõ.12.& dicit ꝙ differt vnum numero, & vnũ quod eſt principium numeri, quia vnum numero eſt in materia: at vnum quod eſt principium numeri non eſt in materia. ideo tale vnum eſt in rebus immaterialibus. *Obiectiones.* Sed quidam obiiciunt. Primo quia quouis modo ſumatur vnum numero, ſemper vnũ numero quod eſt principium numeri eſt in materia. Secundo in ſeparatis eſt aliqua vnitas minor vnitate ſpeciei, igitur eſt vnitas numeralis. *Defenſio.* Sed hi cauilli friuoli ſunt: quia Auer. ꝑ vnum numero, quod eſt principium numeri intelligit vnum numero, ꝙ cum alio ſumptum numerum efficit: & ſic reperitur tam ĩ materialibus, q̃ in immaterialibus, & ſic dictum Auer. eſt intelligendum ꝙ vnum numero qđ eſt principium numeri non eſt in materia, quia quoddã eſt in materia, quoddam non eſt in materia, at vnũ numero propriæ ſolum eſt quod eſt in materia, vt diſputatione proxima diſputauimus. Ad ſecundum concedo ꝙ ibi eſt minor vnitas q̃ ſpecifica: & nego ꝙ ſit vnitas numeralis propriæ, de qua intelligit Auer. requiritur .n.ꝙ ſit minor vnitate ſpecifica, cum hoc in materia, vt patuit. Ad vltimam dico ꝙ vnũ numero ea ſunt: quorum materia eſt vna numero ſimul, non ſic ſunt ipſa contraria. Hactenus de.6.diſputatione.

Secundum ſe vero dicuntur eſſe quæcunq; ſignificant figuras prædicationis, quotiens enim dicitur totiens eſſe ſignificat.&c. Tex.cõm.14.

DISPVTATIO SEPTIMA
De diuiſione entis in decem prædicamenta.

Num ens in decem prædicamenta diuidatur per diuerſos modos prædicandi.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ens non diuidatur per modos prędicandi, arguitur. Primo ꝙ non prædicatur, non poteſt diuidi per diuerſos modos prædicandi, ſed ens non ꝓdicatur, quia tunc eſſet aliquod vñum, igitur non poteſt diuidi per diuerſos modos prędicandi. Secundo ſi per diuerſos prædicandi modos diuideretur ens, tunc diuiſio entis in decem prædicamenta non eſſet prima. deducitur, quia modi prædicandi præſupponunt modos eſſendi, ſumitur.n.modus prædicandi à modo eſſendi. Tertio omne prædicamẽtum reſpectu eorum quæ ponuntur in ſua linea, prædicatur eodem modo, quia vt genus in quid, igitur oẽs hñt eundem modum prædicandi. In contrarium arguitur, quia ens non poteſt diuidi per veras drĩas, igitur per modales differẽtias. Sed hæ modales drĩę non ſunt niſi diuerſi modi prædicandi, igitur ens diuiditur per diuerſos modos prædicandi. Hæc de dubitatione.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ prædicamentũ poteſt capi. Vno modo pro intentione.& hoc pacto non loquitur diſputatio, eſt.n.prędicamentum hoc pacto ſumptũ ordo quidam inter gña & ſpecies, Alio modo poteſt ſumi pro re ſubiecta intentioni. Et.3.pro re ſubiecta intẽtioni vt ſubſtat intentioni: & vtroq; modo intelligitur in diſputatione. Secũdo debes ſcire ꝙ ens diuidi in.10. prædicamenta poteſt intelligi bifariã. Vno modo quòd diuidatur in illa vera diuiſione, & ſic ens nec per modos eſſendi, nec per modos prædicandi diuiditur: vt ꝓbauimus primo huius de intentione Boetij, & de mente Auer. dixit.n. Boetius in lib. prædicamentorum ꝙ diuiſio entis in.10. prædicamẽta eſt vocis in ſignificata: & Auer.10 huius ait ens ſignificare.10. prædicamenta ſine medio. Alio modo intelligi poteſt, ſi.10. prædicamẽta ſub ipſo noĩe ens ſignificata inter ſe diſtinguantur ꝑ diuerſos modos prędicandi, & hoc pacto diſputatio intelligitur. Tertio debes ſcire ꝙ qõ ſupponit ens diuidi per.10. prædicamenta, ſiue ſub ipſo noĩe ens eſſe.10. ꝓdicamenta, & quærit ſi per diuerſos prædicandi modos inter ſe differunt. *De numero prædicamentorum poſitiones. Prima.* Dico ꝙ qõ ſupponit decem eſſe prędicamenta, quia de numero prædicamẽtorum apud veteres, & apud iuniores fuit maxima dubitatio. Plato nãq; viſus eſt ponere vnum prædicamentum: cuius generaliſsimum & primum principiũ eſt ipſum ens, vt docet Philoponus.1.priorum. *Secunda.* Alij voluerunt ſolum quatuor eſſe prędicamenta, videlicet, ſubſtantiam, quantũ, quale, & ad aliquid: cætera vero non eſſe prima prædicamenta, quia poſitio eſt in prædicamento relationis: actio & paſsio ſunt motus, qui eſt in ꝓdicamento quanti, habitus vel diſpoſitio in prædicamẽto qualitatis: qñ, & vbi reducuntur ad quãtum, & breuiter prima gña ſola quatuor eſſe fatentur. *Tertia.* Logici tenent oĩa prædicamẽta ſm eſſe reponi in prædicamento qualis: quia volunt oĩa prædicamenta eſſe voces, vel conceptus: & quouis modo ſint, erunt qualitates. Cui poſitioni vr̃ Boe. conſentire, qui tenet librum prædicamentorum eſſe de.10. vocibus: & ſi ſm eſſe vnum eſt prędicamentum ſm vero ſignificationem erũt.10. *Quarta.* Alij vt ſectatores Thomæ velle videntur tria tm̃ eſſe prædicamenta ſm rem diuerſa ſubſtantiam, quantum, & quale: quia cætera ſunt horum circunſtantiæ, quæ non differunt ſm rem ab eo cuius ſunt circunſtantiæ. Mihi vr̃ de his oĩbus eſſe dicendum ꝙ iſta propoſitio: tm̃.10. ſunt prædicamẽta, ſit ꝓpoſitio dialectica: eſt autem propoſitio dialectica probabilis propoſitio, qua audita conſentimus per conſenſum oĩum aut plurium, & horum ſapientum tm̃, vt.n. dr̃.1.topi. probabile ſiue ꝓbabilis propoſitio eſt q̃ omnibus aut plurimus videtur, & his ſapiẽtioribus & præcipuis. Hoc declaratur. quia hæc propoſitio non poteſt eſſe ex ſolis terminis euidens: vt omnes tenent: & ſic non poteſt eſſe dignitas: quæ gręce dicitur axioma: nec poteſt demonſtrari, ſignum autem, quia ſummus omnium pħorum Ariſt. nunquam illam tentauit demõſtrare: nec poteſt inueniri medium ad illam, nec adhuc eſt inuentum. Propterea cũ Auic.3. ſuæ phyſicæ.cap.2.

&3.&

&3.& cum Simplicio in prędicamentis auctoritate Pythagorę, & cum Boetio dico hanc propoſitionem eſſe dialecticam, quæ ab aliquibus appellari poteſt maxima. In illa.n.conſentiunt Ariſt. Archyta, Pythagoras,& alij plures ſapientiores. Secundo dico ꝙ.10.prædicamenta ſunt. vno modo res diuerſæ. alio modo non ſunt res diuerſæ. ſunt quidem res diuerſę ſumendo rem pro omni ente præter opõnem intellectus: quod ab alia re præter opõnem intellectus prædicamentaliter differt & ſic iuxta hoc quæcunque ſunt in diuerſis prædicamentis ſm rem prædicamentariam differunt. Sumendo vero rem proprie pro ente reali, quod poteſt exiſtere ſine alio: ſic nullum prædicamentorum eſt res, niſi ſubſtantia: & ſic non differunt ſm rem: quia accidentia hoc pacto non ſunt res, & per conſequens hoc pacto non poſſunt re differre inter ſe, nec à ſubſtãtia. Ad propoſitum igitur patet ꝙ diſputatio ſupponit.10. eſſe prædicamenta, & quærit ſi illa differunt per diuerſos modos eſſendi vel prædicandi. Hæc de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

Pi expoſitoris. De diſputatione Expoſitor.5.meta. tenet ꝙ prædicamenta diſtinguuntur per diuerſos modos prædicãdi, de primis ſubſtantijs: per hoc.n.ꝙ.10.prædicamenta diuerſo prædicandi modo de primis ſubſtantijs prędicantur ipſa inter ſe ſortita ſunt diſtinctionem. Secundo dicit expoſitor ꝙ quia differũt pœnes diuerſum modum prædicandi de primis ſubſtantijs. Ideo eorũ ſufficientia poteſt hac norma colligi: quia oẽ quod de primis ſubſtantijs prædicatur, aut prædicatur de illis quia eſt idem illis: aut quia eſt in illis, ſi quia idem illis: ſic eſt prædicamentum ſubſtantiæ: ſi quia eſt in illis, aut quia eſt in illis ſimpliciter: aut quia eſt ĩ illis ſm quid. Si quia eſt in illis ſimpliciter: hoc eſt vel abſolute, vel relatiuæ. ſi relatiuæ: ſic eſt ad aliquid. ſi abſolute, vel per rationem intrinſecam: vel extrinſecam. Si per rationem intrinſecam, ſiquidem per materiam: eſt quantum. Si per formam: eſt quale. Si per rationem extrinſecam: vel per modum menſuræ, vel non per modum menſuræ, ſi non per modum menſuræ, eſt habere: ſi per modum menſuræ: aut ſucceſsiuam, aut permanentem, ſi permanentem eſt vbi, quod relinquitur ex adiacentia loci, ſi ſucceſsiuam: eſt quãdo: quod relinquitur ex adiacentia temporis. Si vero ſumitur ab eo quia eſt in prima ſubſtantia ſm quid, aut ſecũdum ordinem partium in loco: & ſic eſt ſitus, aut ſine ordine, & hoc vel ſm rationem principij, & ſic eſt agere, vel ſm finem: & ſic eſt pati. Hæc igitur norma qua numerus prædicamentorũ colligitur, per diuerſos prędicãdi modos ſumitur in cõparatione ad primas ſubſtantias. Hæc ab expoſitore in hoc.5. colliguntur. Pro hac poſitione vr̃ facere textus, qui dicit ens diuidi in.10. prædicamenta ſm figuram prædicationis: igitur per diuerſum modum prædicandi. Modus.n.prædicandi, & figura prædicationis idem eſt. *Obiectiones.* Sed contra hanc poſitionem aliqui obiiciunt. Primo quia ſi per diuerſum modum prædicandi differunt prædicamenta, tunc tm̃ duo eſſent prima gña rerũ, quia duo ſunt tm̃ modi ꝑdicandi, videlicet, in quid & in quale. Secundo quia ſi per diuerſum modum prædicandi, tunc erunt.10. ꝑdicamenta: & ſic non tm̃ quatuor: contra Ariſt. qui ponit quatuor tm̃ prædicamenta, & contra Porphyrium, qui ponit quinque prædicabilia, ſiue quinque vl̃ia. Tertio ſi ſic, tunc in oĩ prædicatione eſſet nugatio. deducitur, quia eſſe bis diceretur: ſemel in ꝑdicato, quia prædicatum ipſum eſt eſſe, & ſemel in compoſitione, quæ ſe tenet ex parte prędicati. eſt.n. eſſe cõpoſitio, & eſſe propoſitionis eſt ex parte prędicati, & ita prædicatum bis eſſe dr̃. Quarto res primæ intentionis non differunt per intentiones. Sed modus prædicandi eſt ſecunda intentio. Prædicamenta ſunt res primæ intentionis, aliter non ſpectarent ad ipſum metaphyſicũ, igitur non differunt per diuerſum prædicandi modum. Quinto ſi modus prædicandi facit diſtinctionem prædicamentariam, tunc cum alio modo prædicetur abſtractum & alio modo cõcretum, in oĩ prædicamento erũt duo gñaliſsima, videlicet, abſtractorũ, & concretorum. Sexto ſi diuerſus modus prædicandi de ſubſtantia prima facit dr̃iam prædicamentariam tunc ſola concreta eſſent in prædicamento, contra Auic.3.lib. ſuæ phyſi. cap.2. quia ſola concreta prædicantur de primis ſubſtãtijs. Septimo ſi per diuerſum modum prædicandi differunt prędicamenta, tunc talis diſtinctio non erit prima. deducitur, quia per modos eſſendi ſemper eſt prior. Amplius non erit maxima & immediatior hæc eſt propoſitio: homo non eſt equus illa quantum non eſt ſubſtantia: quia illa eſt per hoc ꝙ extrema differunt in re. Hæc vero eſt propterea quia extrema differunt in modo prædicandi. Octauo ſi ens diuideretur in.10. prędicamenta per diuerſos modos prædicandi: tunc diuiſio entis in.10. prędicamenta non erit prima, quia diuiſio entis fit per diuiſiones & ſubdiuiſiones: & ita non erit prima. Vlterius contra diuiſionem ſiue normam arguit Ioan. primo quia, non oĩs quãtitas ſequitur materiam, *Rõnes Ioan.* quia non quãtitas terminata. Hæc.n. ſequitur formam. Secundo non oĩs quantitas ſequitur materiã, quia cœlum eſt quantum, & non propter materiam. Tertio primi termini ſeipſis differunt: igitur non per diuerſos prædicandi modos: Vltimo vr̃ ꝙ vbi nõ à loco videtur euenire: ſed à motore, quia ab eodem eſt motus & terminus motus: ſed vbi eſt terminus motus: igitur ab eodem eſt motus & vbi, ſed motus eſt à motore, igitur & vbi, per hæc patet quanta ſit difficultas in põne Thomæ: Propter hæc tenent aliqui tria. *Poſitio.1.* Primum ꝙ diuiſio entis in.10. prædicamenta eſt prima & immediata. patet, quia non eſt alia bimẽbris aut trimẽbris prior: aliter non eſſent.10. prima rerum gña. Secundum eſt ꝙ ens deſcẽdit in.10. gña per diuerſos modos eſſendi, qui ſe ſe habent per modum contractiui reſpectu entis, & per modum conſtitutiui reſpectu prædicamenti. Tertium eſt ꝙ illi modi eſſendi cõtrahentes ens ſunt nobis ignoti. Propterea vocentur A.& B. his.n.10. modis eſſendi nobis ignotis ipſum ens deſcendit in.10. prædicamẽta. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non vr̃ peripatetica. primo quia ſupponit ens eſſe vnum & vniuocum, & deſcendere in.10. ꝑdicamenta per diuerſos modos eſſendi, igitur non eſt peripatetica, dictum eſt.n. ens eſſe æquiuocum apud peripateticos, & ſic opinio eſt ex ſuppoſitis. Secundo qa vr̃ ſibi contraria quia ſi modus prædicandi per ipſos eſt prior re prędicante, modus eſſendi vr̃ prior re exiſtente. igitur ſi diuiſio entis per diuerſos modos ꝑdicandi tollit ens diuidi in.10. ꝑdicamenta immediate, diuiſio entis per diuerſos modos eſſendi etiam illam diuiſionem in.10. prædicamenta faciet non primam. Tertio omnis dr̃ia ſiue modalis ſiue eſſentialis prior eſt eo quod cõſtituit, conſtituens.n. ſemper præcedit conſtitutum, igitur ſi ens per dr̃ias modales deſcendit in.10. prędicamẽta, diuiſio eius in illa non erit prima, quia per dr̃ias intermedias deſcendit. Vltimo hic determinatio eſt contra tex.& contra Auer. dr̃.n. in tex. ꝙ ens diuiditur per figuras

guras prædicationis,& Auer.ait in cõm.ꝙ per figuras prędicationis intelligit genera prædicamentorum, igitur diuiſio illa debet dari per modos prædicandi. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

VT diximus prædicamenta poſſunt ſumi q̃tum ad id quod ſunt, hoc eſt pro rebus prædicamẽtarijs,q̃ ſunt decem rerum gña vt dicit Boe. & poſſunt ſumi pro rebus vt ſubſtant intentionibus pdicamentarijs,nam pro intentionibus non debent ſumi in ꝓpoſito. Scđo ſupponendum eſt ꝙ ſiue diſtinctio pdicamentorum ſumat̃ per diuerſos eſſendi modos,ſiue per diuerſos prędicãdi modos ſemꝑ debet ſumi reſpectu ſubſtãtiarum primarum,quatenus aut ſunt in primis,aut prædicant̃ de primis hæc ſuppõ patet in lib.prædicamẽtorum,vbi Ariſt. & ſubas ſecundas,& accidentia declarat per reſpectum ad primas ſubas.Boe.etiam idem docet illic,& oẽs græci.Tunc dico primo ꝙ ſi prædicamenta ſumantur quãtum ad illud quod ſunt,ſic diſtinguunt̃ inter ſe ſeipſis,& non ꝑ diuerſum eſſendi modũ,nec per diuerſum prædicandi modum,nec per drias modales,nec eſſentiales, ſed ſeipſis tm̃.Hæc concluſio patet.Tũ primo quia ens ipſum immediate ſignat decẽ rerum gña, vt dicit Auer. Tum quia ſm peripateticos ens eſt æquiuocum,igitur non poteſt deſcendere in res pdicamentarias,niſi per ſe primo,& non per drias aliquo pacto. Secũdo dico ꝙ ſi pnta ſumant̃ pro rebus vt ſubſtant decem intẽtionibus pdicamenti,vt ſic diſtinguunt̃ per decem pdicandi modos de ipſis primis ſubſtãtijs,qui in dicta norma haberi poſſunt. Et ꝓbatur quia vt ſubſtant pdicamentis, vt ſic differunt in rõne prædicãdi de primis ſubſtantijs:Vnde Ariſt.tam prædicamentum ſubę,q̃ cæterorum accidẽtium docet per rõnem q̃ habent ad primas ſubas vt diximus.Ex his apparet primo q̃ recte expoſitor voluit pdicamenta diſtingui ꝑ diuerſos modos pdicandi, ſumpſit .n.pdicamenta non ꝓ rebus,quia ſic ſeipſis ſunt diuerſa,ſed pro rebus vt ſubſtant intentionibus pdicamenti, & hoc pacto vt dictum eſt,tum ꝑ verba textus,tum per verba cõmenti differunt ꝑ diuerſos modos pdicandi de primis ſubſtantijs.dicebat̃.n.in litera illa diuerſa eſſe per figuras prædicationis hoc eſt ꝑ diuerſos modos prędicandi vt exponit Auer.Secũdo ſequitur ꝙ oĩa prędicamẽta ſunt concreta ad ſubas primas.probatur,quia oĩa ſunt quia vel dñr de primis: vel quia dñr & ſunt in primis,igitur oĩa concernunt primas ſubſtantias, & ſic oĩa ſunt concreta,& propterea quale,q̃tum,ad aliquid & id genus ſunt prædicamenta,qualitas vero vel quãtitas & id genus potius ſeſe habẽt vt ſubæ, ſunt.n.ſubæ ſm modum: vt dicit Boetius. Tertio ſequitur ꝙ licet ex parte ordinis noſtri modi intelligendi decem pdicamenta diſtinguantur & ſubdiſtinguãtur tñ ex parte eorum, quæ prædicantur ſunt decem modi prædicandi omnino diuerſi immediate, & non per diuiſionem & ſubdiuiſionem. Hæc de dilucidatione.

Cõm. 14.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS habitis ad rões contra Thomam rñdemus. Ad primam dico ꝙ prædicari in quid conuenit vniuoce oĩbus ſubſtãtijs, prædicari de ſuba prima in ad aliud oĩbus relatiuis,prædicari in quale eſt æquiuocum,& ſic modi prædicandi non ſunt duo, ſed.10.veluti ſunt.10. prędicamenta.Ad illud de prędicatis dico ꝙ.10.prædicamenta ſunt ſub vno tm̃ prædicato,quia ſub prædicato gñis,& cum hoc tñ ſtat illa eſſe prima rerum gña.Ad tertiam nego conſequentiam,quia eſſe non eodem modo dr̃,in prædicato.n.dr̃ ſimpliciter,in verbo vero cõplexe,& ſic non repetit̃ bis eſſe eodem modo.Ad quartam dico ꝙ res primæ intentionis non differunt per intentiones ſi conſiderent̃ abſolute,tñ vt ſubſtant intentionibus,bene diſtingui poſſunt per modos intentionales. Ad quintam dico ꝙ abſtractum prędicatur ꝑ modum ſubæ. Et propterea eſt in prædicamento ſubæ ſm modum, in prædicamento ſui concreti ſm eſſe, & hoc ſatis eſt.Et ad ſextam concedo totum etiam ſi eſt contra Auicennam.Ad ſeptimam dico ꝙ prædicamenta diuerſa ſunt magis in mõ prędicãdi q̃ ſint homo & equus, non aũt in modo differendi, quia pdicamenta non differunt,ſed ſunt diuerſa.Et ꝓpterea illa propõ negatiua eſt immediatiſsima, addo ꝙ hæc etiam eſt immediata homo non eſt equus: & forte æque immediata illi ſuba non eſt q̃titas,ſed de hoc in lib.poſte.Ad octauam dico ꝙ diſtinctio per modos pdicandi eſt prima reſpectu pdicamentorum,quatenus ſumuntur pro rebus vt ſubſtant intentionibus, non aũt prima vt ſumuntur ꝓ rebus abſolute,quia vt ſic ſeipſis diſtinguuntur.Ad nonã patuit ſolutio in dilucidatione. Ad rões Ioannis. Ad primam dico ꝙ licet q̃titas terminata immediate ſequatur formã,remote ſequitur materiam.Et hoc ſufficit Thomę.Ad ſecundã dico ꝙ ſicut materia cœli eſt alterius rõnis,ſic dimenſio illa eſt alterius rõnis.Ad tertiam dico ꝙ capiendo primos terminos pro ſignificatis illorum, ſic ſeipſis diſtinguuntur vt dictum eſt. Sed ſumendo pro rebus vt ſubſtant intentionibus differũt per modos pdicandi. Ad vltimã dico ꝙ vbi eſt à motore,& à loco,à loco quidem proxime,à motore remote, & ſic ſufficit Thomæ. Ad rões factas in principio. Ad primam dico ꝙ ens nõ eſt prædicatum niſi ſm opinionem,& hoc pacto loquit̃ Thomas,ad cæteras patet ſolutio per dilucidationẽ. Hæc de ſeptima diſpu.

Et quæcunq; in eadem ſubſtantia entia differentiam habent,eadem vero &c. Tex.non habet cõm.ante.16.

DISPVTATIO OCTAVA
De multiplicatione accidentium ad multiplicationem ſubiectorũ.

Num plura accidentia ſolo numero diſtincta poſſint eſſe in eodem ſubiecto.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD accidẽtia numero ſolo dña poſsint eſſe in eodem ſubiecto. Arguitur primo,quia accidentia ſpecie dña poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, igitur numero dña etiam. tenet enthyme.quia nõ videtur maior ratio de alijs, q̃ de alijs. Secundo in eodem ſanguine eſt calor naturalis,elemẽtarius,& cœlicus,qui numero duntaxat differunt,igitur accidẽtia ſolo numero dña poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Tertio idem numero accidens poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis,vt idem numero lumen eſt in prima parte regionis & in media, & in vltima,eadem quoq; intentio coloris eſt in diaphano,& in oculo,igitur plura accidentia numero poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Tenet enthymema,quia non maior ratio eſt ꝙ idem numero accidens poſsit eſſe in diuerſis numero ſubiectis,q̃ de diuerſa numero accidentia poſsint eſſe in eodem ſubiecto.In contrariũ videtur Ariſt.in tex. Hæc de dubõnibus.

CAPVT

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACCIDENS vt dr̃ in prędicamentis hic intelligitur pro oĩ eo, quod cum in ſubto ſit, non eſt in illo veluti pars in toto, vel vt in lib. topico. habetur pro prædicato de ſubo nec eſſentialiter, nec conuerſim vt album, nigrum, & id genus, per ſubm vero intelligitur, non ſolum illud de quo accidentia dicuntur: ſed illud in quo cum inſint: nõ ſunt in illo vt partes in toto, vt dicitur in prædicamentis, dicuntur autem illa accidentia ſolo numero differre: quæcunq; ſub vltima & eadem ſpecie differentiam habent, vt hoc album margaritæ, & illud niuis. Hæc. n. ſub albo quod eſt vltima ſpecies, differẽtiam habent. Quærit autem diſputatio ſignanter de accidentibus ſolo numero differentibus: quia de accidẽtibus quæ non tm̃ numero differunt, clarum eſt illa poſſe eſſe in eodem ſubto: quia vt calculatores aſſerũt calidũ & frigidũ q̃ numero & ſpẽ differunt, eſſe pñt in eodẽ puncto ſubiecti, nõ quidẽ ſub tanta intenſione, ſub quanta aggregatum ex illis excelleret completam latitudinem alterius, calidum. n. vt quatuor, & frigidũ vt ſex ſtare non poſſunt in eodem ſubiecto, quia aggregatum ex illis eſt vt decem, qui numerus excellit numerum latitudinis ꝑ duo. Supponaẽ. n. ꝑ nunc latitudinem eſſe vt octo. Et ſi quæritur, quæ nam accidentia ſpẽ dr̃ia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto? Dici poteſt pro modo ꝙ duo accidentia ſpecie dr̃ia eſſe poſſunt in eodem numero ſubiecto. primo ſi ſint intentionalia, vt duæ ſpẽs diuerſorum obiectorum ſpecie differentium. Secundo dico ꝙ etiã duo accidentia realia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto ſpecie dr̃ia, ſi ſint in habitu, vt duæ ſciẽtiæ ſpecie differentes. Tertio dico ꝙ accidentia realia ſpecie dr̃ia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto, ſi vnum eſt in actu & alterum poteſtate vt in ipſa eadem aqua eſt caliditas actu & poteſtate frigiditas. Quarto dico ꝙ etiam accidentia realia ſpecie differentia eſſe poſſunt in eodem ſi in motu colliguntur vt calidum in fieri & frigidum in corrumpi: Demum accidentia realia ſpecie differentia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto etiam ſi in quiete ſumuntur, ſed nõ ſub eſſe completo, vt calidum vt quatuor & frigidum vt quatuor, vt dictum eſt, diſputatio igitur noſtra eſt de accidentibus ſolo numero differentibus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Ioan. IOANNES de diſputatione breuibus ſeſe expedit & dicit duo. Primum ꝙ ſi accidentia ſint cõnaturalia ſubiecto, vel coæterna illi nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubto ſi tm̃ numero differunt, dicuntur accidentia cõnaturalia vt riſibile homini, & calidum igni. Coęterna vero dicuntur vt dimenſio cœlo figura mundo. Probaẽ concluſio q̃a fruſtra duo talia ineſſent ſubiecto, quia ad quodcunq; vnum ſufficeret, & alterum etiam, & per vnum ita perfecte ſufficeret, veluti per duo illorum, igitur nõ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Scd̃o dicit ꝙ accidentia ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſi ſint aduentitia, hoc eſt nec coæterna, nec propria ſiue connaturalia. Probat Ioannes hoc. primo quia duæ intẽtiones duarum albedinũ poſſunt eſſe ĩ eodem ſubto, vt in eodem puncto diaphani. Scd̃o duo lumina diuerſorum corporũ poſſunt eſſe in eodem, q̃ differunt ſolo numero, vt patet ꝑ vmbras diuerſas, q̃ clare cernuntur, igitur ſunt duo lumina. Tertio duæ paternitates numero poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto vt patet ĩ me, vbi eſt pr̃nitas qua ad Iacobũ filiũ referor, & alia qua referor ad Domicium aliũ filium, & alia qua referor ad Liuiam *Filij auctoris.* filiã: modo ſunt tria correlatiua, igiẽ tres relationes, q̃a multiplicato vno correlatiuo, multiplicaẽ & reliquum. Vltimo plures formæ ſubſtantiales poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, q̃ non differũt ſpecie: vt forma qua homo eſt homo, & forma qua hic homo eſt homo, igitur duo accidentia numero dr̃ia. tenet conſequentia, quia forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpl'r, forma accidentalis dat eſſe ẽm quid. igitur ſi idem ſubiectum poteſt habere plura eſſe numero ſimpliciter, poteſt habere plura eſſe numero ẽm quid. Alij vero non recedentes à poſitione Ioannis, niſi in vno, tales aſſerunt concluſiones. Prima eſt accidẽtia intentionalia ſolo numero differẽtia eſſe poſſunt in eodẽ ſubiecto, vt patet de duabus ſpẽbus duorũ ouorũ in eodẽ puncto diaphani. Scd̃a accidentia realia reſpectiua ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto numero patet ꝑ illud de paternitatibus. Tertia accidentia realia abſoluta non educta de potentia materiæ ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. patet de pluribus memorijs: ex quibus fit experientia, & de pluribus imaginibus eiuſdẽ obiecti, de pluribus actibus intelligendi, & de cæteris id genus. Quarta, accidentia realia abſoluta educta de potẽtia materię, ſed non ꝑ motum, ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. patet ꝑ illud de duobus luminibus. Quinta duo accidẽtia realia abſoluta ꝑ motũ educta de potentia materiæ dr̃ia ſolo numero nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto numero, & in hoc tm̃ dr̃nt à Ioanne. Et probant primo, quia oĩs motus eſt de contrario in contrarium, igitur nõ poteſt eſſe motus ſi ſubiectũ eſt paſſectum forma eiuſdem ſpeciei, cum ea q̃ de nouo inducię. Secundo ſi poſſunt talia eſſe in eodẽ ſubiecto, tunc vel eſſent inducta ab eodem agente, vel à diuerſis, non ab eodem, quia agente exiſtente vno in paſſum vnum, vna eſt actio, vt dr̃. 12. huius, nec à diuerſis, quia agentia diuerſa ad eandem intẽtionem agentia efficerent formam illam intenſiorem. *Cõm. 11.* Aĩaduerte tñ ꝙ Ioãnes tenet oppoſitum huius, cũ quo calculatores fere oẽs concordant, qui volunt intenſionẽ formæ fieri ꝑ partem gradualem ad partẽ gradualẽ additam vtraq; remanente, quo in caſu illi gradus differunt numero, & ſunt eiuſdem ſpeciei Verum hæc res *Poſitio Tho.* propoſitũ tranſcẽderet, ſufficiat indicaſſe. Sectatores vero Tho. vnica concluſione tenent totum oppoſitum, volunt. n. ꝙ nulla accidentia numero tm̃ dr̃ia eſſe pñt in eodẽ ſubiecto, ſiue ſint realia ſiue intentionalia, ſiue qualia vis. Et eorum rõ potiſſima eſt, quia accidens eſt vnum numero ꝑꝑ vnitatem numeralẽ ſubiecti, igitur ſi ſubiectum eſt vnũ numero, ſemper accidentia eiuſdem ſpeciei, erunt vnũ numero in eodem ſubiecto numero. *Cõm. 4.* Pro hac concl'one vr̃ ſnĩa Auer. in 3. de aĩa, & ĩ 2. de aĩa *Cõm. 60.* vbi habeẽ ꝙ receptum ſoni debet eſſe abſonum, & receptiuũ coloris debet eſſe abſcolor. vbi Auer. colligit ꝙ oẽ recipiens debet eſſe denudatum ſaltẽ à tota ſpẽ rei q̃ recipitur, igitur nõ pñt eſſe plura accñ̃a numero dr̃ia & ſpẽ eadem in eodẽ ſubiecto. Præterea in 1. phyſi. dicit *Cõm. 6.* Auer. ꝙ oĩs multitudo vel eſt rerũ differentium ẽm formam, vel ẽm q̃titatem. Sed accidẽtia eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto, nec differunt forma, quia non ſpẽ nec q̃titate, quia tunc idem ſubiectum haberet diuerſas q̃titates, igitur ſunt vnum numero. Tertio vt eſſe ſimpliciter ad ſubiectũ ſimpliciter, ita eſſe ẽm quid ad ſubiectum ẽm quid. Sed idem ſubiectum numero nõ poteſt habere duas formas numero à quibus habeat duo eſſe ſimpliciter numero, vt oẽs concedũt: igitur idẽ ſubiectum ẽm quid non poteſt habere duo accidentia ſolo numero

numero differentia, è quibus habeat duo eſſe ſm quid eiuſdem ſpeciei. Per hæc argumenta, & quædam alia, tenent Thomæ ſectatores generatim nulla accidentia ſolo numero differentia poſſe eſſe in eodem ſubiecto.

Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diſputatione vr̃ mihi nihil eſſe certum, eſt enim problema neutrum, & vtraq; pars habet fautores, & bona argumenta. Tñ mihi probabiliter vr̃ eſſe dicendum, quod quædam ſunt accidẽtia quorum agens vicẽ ſubit ſubiecti & agentis, vt illa q̃ ab agente dependent ineſſe, & cõſeruatione atq; in fieri & facto eſſe, vt lumẽ, phãtaſma, intentio albi, ſpẽs & actus intelligendi. lumen. n. à luminoſo corpore dependet in eſſe, fieri & conſeruatione, phãtaſma ab obiecto & ſpẽs ſiue actus ab obiectis, vnde agẽs talium accidentiũ vicem ſubit ſubiecti, eo quia ſubiectum ꝓprie illud eſt, à quo dependet accidens in eſſe, & conſeruatione, ſed quia talia accñtia dependent ab agente in eſſe & conſeruatione, non tm̃ in fieri, hinc eorũ agens vicẽ ſubit agentis & ſubiecti, agẽtis quidem quatenus illa dependent ab eo in fieri: ſubiecti vero quatenus illa dependent ab ipſo eodem in eſſe & conſeruatione. quædã ſunt accidentia, quorum agẽs ſubit vicem agentis tm̃ & nullo pacto ſubiecti, vt illa q̃ ab agente dependent in fieri tantum, vt ſunt omnia accidentia naturalia, quæ poſt actionem agentis derelinquũtur in ſubiecto, vt caliditas, frigiditas, albedo, & id genus. Hæc. n. poſt agentis actionem in ſubiecto relinquuntur, quædam ſunt quorum terminus vicem ſubit ſubiecti, vt relationes, nam relatio nec eſſe nec conſeruari poteſt ſine termino. Tunc his declaratis dicerẽ primo ꝙ proprie loquendo de ipſis accidentibus, quorum agens ſubit vicem ſubiecti & agentis, illa ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, vt duæ lumina, duo phantaſmata, duæ alterationes numero, duo motiones numero. cauſa eſt quia eſſe numerale talium non eſt à ſubiecto, ſed ab agente, qđ vicem ſubit agentis & ſubiecti. Materia. n. præiacens pro tanto dr̃ ſubiectum, pro quanto eſt id ſine quo non illorum, principale. n. à quo illa habent eſſe & vnitatem, eſt agens, quod reſpectu illorum ſubit vicem agentis, & ſubiecti. Similiter loquendo de illis quorũ terminus ſubit vicem ſubiecti, eodem modo dicendum, cum. n. terminus ſubeat vicem ſubiecti, quatenus ſine ipſo accidẽs tale nec eſſe nec fieri poteſt tales relationes nanciſci videntur diſtinctionem & numerum ab illis loquendo vero de accidẽtibus quorum agens ſubit vicẽ agentis tm̃, ſic impoſsibile eſt duo illorum numero ſolo differentia eſſe in eodem numero ſubiecto, Probatur per rõnes Thomę, quia eſſe illorum oĩno eſt à ſubiecto, igiť & vnitas numera is. Pręterea illa relinquuntur poſt actionem agentis: igitur nõ poſſunt habere vnitatem ab agente, quia ab eo quod non eſt nihil habetur, vel ſi quid habetur, illud principaliter, à ſubiecto habetur, è quo principaliter accidens habet eſſe. Hæc ſunt quæ videntur mihi pro dilucidatione diſputationis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His diſputatis. Ad rõnes factas pro opinionibus facile eſt ſoluere iuxta nostram dilucidationem. Nam ad illud de intẽtionibus albedinũ, de ſpẽbus, de memorijs, phantaſmatibus de luminibus tolliť, quia accidẽtia illa ſunt primo modo dicta, quia reſpectu illorũ agens ſubit vicẽ ſubiecti. Ad illud de relationibus, vno mõ dici poteſt, ꝙ terminus ad quẽ, ſupplet vicem ſubti, non quidem eſt ſubiectũ, ſed ſe habet vt ſubiectum, quatenus relatio eſſe non poteſt ſine termino ad quem. Et ſic cõcedo plures poſſe eſſe relationes numero in eodem propter diuerſos numero terminos, vt dictum eſt. aliter poſſet dici, de quo non eſt vis. Satis. n. eſt mihi ſoluere rõnes iuxta dilucidationem. Ad illud de formis ſubſtãtialibus patet ſolutio, ſumit. n. impoſsibile & ita nihil eſt. Ad illud de gradibus formæ dictũ eſt ꝙ iuxta quoſdam gradus illi non ſunt res diuerſæ, ſed eadem forma ſub rõne alia atq; alia, verum quia illa res expoſcit ſpecialem tractationem, nunc ſit dictum intantum. Rõnes pro Thoma nõ cogunt. Ad primam. n. patuit ſolutio quia non oẽ accidens numeratur per ſubiectum, ſed ſolum illud, quod poſt agentis actionem relinquitur in ſubiecto. Ad dictum Ariſt. & Auer. in lib. de aĩa dico ꝙ recipiens debet eſſe denudatũ à tota ſpecie recepti, non ſimpliciter, quia oculus albus recipit intentionem albi, ſed tanquam à ratione recipiendi, vt in tertio de aĩa diximus. Modo licet ſubiectũm præhaberet aliquod accñs poteſt aliud eiuſdem ſpeciei recipere, quia non recipit illud per accidens præcedens tanq̃ per rõnem recipiendi. Ad auctoritatem Auer. 1. phyſi. dico ꝙ duo accidentia quando ſunt in eodẽ ſubiecto differunt quantitate vel ſubiecti, vel agentis, vel termini, & ſic differunt quantitate, & hoc ſufficit Auer. Ad vltimam nego ſimilitudinem, quia ſubiectum per accidens poteſt habere duo eſſe numero ſm quid eiuſdem ſpeciei, qñ reſpectu illorum agens ſupplet vicem ſubiecti. Ad rõnes primi capituli. Ad primam negatur ſimilitudo propter cauſas dictas in dilucidatione. Ad ſecundam vno modo dici poteſt ꝙ calores illi differunt ſpecie, cui Auerro. Cõm. 18. aſſentire videtur in. 12. huius, & in primo lib. de Subſtãtia orbis, eo quia operationes illorum differunt ſpecie. Cœleſtis. n. calor eſt viuificus, elemẽtarius corruptiuus, animalis operatiuus & ſic differunt ſpecie, dici etiam poteſt ꝙ ſunt vnus numero calor, verum vt ſubit rationes diuerſas eſt inſtrumentum diuerſorum vt. n. inſtrumentum ſtellarum eſt viuificus, vt inſtrumentum animæ eſt animalis, vt inſtrumentum elementorum, eſt mortificus, de hoc tamen quære. 12. huius & in libro de Subſtantia orbis. Ad tertiam concedo aſſumptum, quia illud accidens non requirit ſubiectum niſi vt cauſam ſine qua non, agens enim reſpectu illius ſubit vicem agentis & ſubiecti. Alij dicunt ꝙ non eſt idem numero lumen quia continuo eſt aliud atque aliud, tamen ſecundum dilucidationem noſtram non eſt impoſsibile accidens migrare de ſubiecto in ſubiectum, quando reſpectu illius agẽs ſe habet vt ſubiectũ, & agens. Hæc de diſputatione octaua.

Quantum vero dic itur quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt quorum vtrunq; &c. Tex. cõm. 18.

DISPVTATIO NONA
De formali ratione quanti.

Num diuiſibilitas ſit formalis ratio quanti.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod diuiſibilitas non ſit formalis ratio quanti. Arguitur primo, quia nõ diuiſibilitas in partes eſſentiales, quia illa eſt ꝑ differentias ſpecificas, non in partes accidentales, quia illa eſt per materias, vel per accidentia & non per quanti partes, igitur nullo

nullo pacto. Secundo aliquod eſt quantum indiuiduũ vt minimum naturale, igitur non oĩ quãto competit rõ diuiſibilitatis, Tertio ſi ſic, tunc cuicunq; competeret diuiſibilitas per ſe, eſſet per ſe ſpecies quanti,& ſic locus & tempus eſſent per ſe ſpecies quanti. Quarto quantũ eſt forma ſimplex,igitur non eſt diuiſibilis in partes.antecedens apparet quia quantũ & quantitas idem ſunt vt homo & forma hominis.conſequẽtia eſt Gilberti. In contrarium videtur Ariſto.in litera.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ANIMADVERSIONE dignum quantum eſſe bifariam, nam aliud eſt mole:aliud eſt vigore,quantum vigore eſt oẽ agens exiſtens in aliqua magnitudine,per quam agit certam actionem aliquantulæ velocitatis, Cõm.73. ſm.n. Auer.non poteſt eſſe quãtum vigore,niſi ſit quãtum mole vel formaliter, vel attributiuæ.Propterea.8. phy.aſſerit primum motorem nõ eſſe finitum nec infinitum vigore, quia non eſt formaliter quantus mole, nec attributiuę,quantum mole eſt omne illud quod eſt quantum quantitate prædicamentali vt numerus & tp̃s & corpus,& id genus.Nos in diſputatione loquimur de quanto mole. Secundo animaduerſione dignum ꝙ ſicut apud Auer.homo & forma hominis idem ſunt niſi ꝙ forma hominis ſignificatur per nomen partis, homo per nomen totius, ſic quantum & quantitas idẽ eſt, quantum enim ſicut quodlibet concretum ſolam formam ſignificat,& ita ſolam quantitatem. Poteſt tñ (vt more logicorum loquar) ſupponere pro ſubiecto, pro quo ipſa quantitas ſupponere nõ poteſt, vt.n.homo & Cõm.20. forma hominis idem eſt.7.huius,licet differũt,quia homo poteſt ſupponere pro compoſitis ſingularibus,forma hominis non: ſic quantum & quantitas idem eſt, differunt tamen hoc ſolo ꝙ quantũ poteſt ſupponere pro forma vt pro quantitate, & pro ſubiecto, at quantitas non niſi pro forma,& ſic quid per quantum intelligamus, patet. Tertio aĩaduerſione dignum vt Ioan. indicat ꝙ diuiſibilitas alicuius in partes trifariã eſt, aut in partes poteſtatiuas, vt diuiſio animæ in intellectum & voluntatem aut in partes eſſentiales,vt compoſiti in materiam & formam, aut in partes eiuſdem rationis,vt diuiſio continui in partes, quarum quælibet eſt continua. Quarto animaduerſione dignũ ꝙ generaliſsimum non habet rationem formalem, quæ alio verbo diffinitio dicitur, vt dicit Boet.in prædicamentis, eo quia non habet genus, nec differentiam, habet tamen aliq̃ deſcriptionem, æque ſibi eſſentialem, ac ſi eſſet diffinitio,igitur per rationem formalem intelligendum eſt in propoſito conceptum formalem,vel deſcriptionem formalẽ quæ habetur loco diffinitionis, rõ.n.formalis vt diximus alibi in habẽtibus diffinitionẽ eſt diffinitio, in non habentibus diffinitionẽ eſt conceptus formalis, ſiue deſcriptio formalis. Ex his colligit̃ titulus, eſt enim ſenſus ſi formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas, hoc eſt ſi diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis ſit de formali conceptu quanti mole,quod eſt generaliſsimum. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

148 attributa Tho. DE diſputatione inueni quoſdam auctoritate Expoſitoris voluiſſe menſuram eſſe formalem rationem quanti quod eſt generaliſsimũ, vt in eo codicillo,quẽ de natura loci inſcripſit,aperte demonſtrat. Hæc poſitio habet duas rationes ex verbis Ariſto. collectas. Prima eſt quia Ariſtot.in prædicamentis probauit orationem eſſe quantitatem, per hoc quia eſt menſura ſyllabarum, igitur menſura eſt propria & eſſentialis ratio quãti.Scđo,quia Ariſt.in eodẽ loco ſp̃es quãti ex rõne mẽſuræ aſsignare videt̃.Enumerat.n.ibi locũ & ſuperficiem,quæ in ratione diuiſibilitatis non differunt, ſed bene in rõne mẽſuræ,quia locus eſt menſura extrinſeca ſuperficies intrinſeca,igit̃ ratio mẽſuræ eſt formalis rõ quãti.Sed obiiciunt aliqui cõtra hãc põnẽ, Primo quia Obiectiones. ratio mẽſuræ nõ æque primo oĩbus ſp̃ebus quãti competit,quia prius numero.Secũdo quia tunc vnitas eſſet quantitas,quia ſibi competit ratio menſuræ. Tertio ratio menſuræ in omni genere eſt,quia in omni genere eſt dare vnum qđ eſt metrũ & mẽſura cæterorũ eiuſdẽ generis.Quarto alij arguunt, quia ratio mẽſuræ ſeparat̃ à quãto quia linea infinita eſt quantitas,cui non competit ratio mẽſuræ,igitur non eſt formalis rõ quanti. Animaduerte ꝙ quicquid ſit poſitio iſta in ſe,poteſt tamen Defenſio. probabiliter defendi.In metaphyſica.n.nihil habemus demonſtratiuæ,oĩa ſunt topica vt mihi videt̃. ideo dico ꝙ mẽſura põt ſumi vno mõ pro quantitate mẽſurante, & põt capi pro mẽſurabilitate hoc eſt pro quantitate, qua res pñt menſurari.Tũc dico ꝙ ſi mẽſura capiat̃ pro mẽſurãte,ſic nõ eſt propria rõ formalis quãtitatis. Tũc quia non cõpetit propriæ niſi numero tũ quia cõpetit vnitati,tũ quia nõ competit lineæ infinitæ,ꝑ eam.n.nihil põt menſurari. Si vero mẽſura ſumitur pro menſurabilitate,hoc eſt pro quadã aptitudine,qua res ſunt menſurabiles ſic eſt formalis rõ quanti,quia nihil põt menſurari niſi ꝑ quantitatẽ vel ſub aliis verbis dici põt ꝙ mẽſura põt ſumi in actu, & in potẽtia ſiue aptitudine. Mẽſura in actu eſt id quo actu aliq̃d mẽſurat̃. In aptitudine vero eſt quædã affectio qua aliquid eſt aptũ mẽſurari vel qua aliq̃d poſſumus mẽſurare. Tunc dici põt ꝙ mẽſura in actu non eſt propria & formalis rõ quanti. ſed mẽſura in aptitudine,& tunc rõnes nõ cogunt, quia ſumẽdo menſurã pro mẽſurabilitate,cõpetit æqualiter oĩbus ſp̃ebus quãti. Ad ſcđam dico ꝙ ꝑ vnitatẽ nihil mẽſurari põt coextẽſiue vt nunc loquimur. Ad tertiã dico ꝙ in oĩ gñe eſt rõ mẽſurę ꝑfectiue, nõ dimẽſiue. Ad quartam dico ꝙ ꝑ lineã infinitã eſſet aliq̃d aptũ mẽſurari licet hæc aptitudo nunq̃ reduceret̃ ad actũ,eo quia licet potẽtia ſit fruſtra,niſi reducat̃ ad actũ,tamẽ aptitudo non eſt fruſtra,ſi nõ reducit̃ ad actũ.Sic igit̃ defendi Poſitio ſecda. põt ꝙ mẽſurabilitas hoc eſt aptitudo qua res pñt menſurari,ſit prima & formalis ratio quãti. Alij etiã auctoritate Tho.voluerũt formalẽ rõnem & primã quanti eſſe diuiſibilitatẽ in ꝑtes eiuſdẽ rõnis vt dictũ eſt, & ꝑ Expoſitorem patere vr̃ in hoc.5.Perſuadẽt hãc põnẽ. Primo Com.18. quia Ariſ.& Auer.in h.5.nullã aliã rõnem quãto tribuerunt niſi diuiſibilitatem in partes eiuſdem rõnis,immo ſp̃es eius ꝑ rõnem diuiſibilitatis docuerũt multiplicari, vt patet.Scđo quia rõ prima & indemõſtrabilis de aliquo,videt̃ ſibi formalis & eſſentialis, ſola diffinitio eſt indemõſtrabilis de diffinitio.Sed Ariſt. hãc nullibi demonſtrauit,& ꝑ ipſam oẽs alias viſus eſt demõſtrare, igit̃ eſt hæc prima & formalis ratio. Sed cõtra hãc poObiectiones. ſitionem aliqui obiiciũt.Primo quia hæc rõ nõ cõpetit æqualiter oĩbus ſp̃ebus quãti eo q̃a cõtinuũ eſt ꝑtãte diuiſibile. Diſcretũ vero actu,igitur non eodẽ mõ. Scđo actus diuiſionis nõ eſt proprius & eſſentialis quãto, igitur nec diuiſibilitas, quia oppoſita æqualiter cõpetunt alicui. Tertio diuiſibilitas eſt aptitudo ad diuiſionem: aptitudo eſt reſpectus, mõ nullus reſpectus eſt de formali ratione abſoluti, igitur non eſt de eſſentia quãti. Quarto arguunt alij, quia diuiſibilitas eſt prior quantitate,

titate quia habere partes competit ſubæ in illo priori,in quo nondum intelligitur habere quantitatem. Probaẽ quia ſicut ſuba eſt prior quantitate tp̄e natura & cognitione,ſic partes ſubæ priores ſunt partibus quantitatis. Quinto diuiſibilitas in infinitum probatur de continuo in.6.phyſi.igitur non eſt indemr̃abilis, & per cõſequẽs

Defenſio. non eſt eius prima rõ.Hæ ſunt rõnes.Sed hę rõnes nullę ſunt. Ad primã dico ꝙ diuiſibilitas vniformiter & vniuoce cõpetit oĩbus ſpẽbus quãti,& vlterius dico ꝙ numerus vt numerus eſt actu indiuiſus in partes eius eo pacto quo ipſe eſt vna ſpecies quanti,eſt tñ diuiſibilis ſua rõne in partes eiuſdẽ rõnis ꝑ ſe vt in vnitates,per accñs in partes alterius rõnis,vt binarium,ternarium,& id genus. Ad ſecundam dico ꝙ per diuiſibilitatem non intelligo potentiam ad diuiſionem actualem,ſed ordinẽ partium in toto, & talis non opponitur actui diuiſionis. Ad tertiam dico ꝙ aptitudo eſt reſpectus, non quidem ꝑdicamentarius, quia nec primi,nec ſcđi,nec tertij modi relatiuorum,ſed tranſcẽdens,& talis põt eſſe de eſſentia abſoluti. Ad quartã dico ꝙ per partes ſubæ pñt accipi vt ſubſtantiæ ſunt,& ſic præcedunt quantitatẽ, ſed vt ſic ſunt indiuiſibiles per negationem, nõ aũt per aptitudinem ad diuiſionẽ alio mõ vt partes, & ſic ſequunẽ quãtitatem quia non habent diuiſionẽ niſi per q̃titatẽ. Ex h̃ ſequitur ꝙ ſi remoueretur quantitas à ſubſtãtia, remanerent illa quæ fuerunt partes,non tñ remanerent partes,quia rõ partiũ ſola eſt per quantitatẽ. Ad quintam dico ꝙ nullibi Ariſt.diuiſibilitatem de quanto demr̃auit,ſꝑ.n.illam ſuppoſuit tanq̃ primã rõnem : bene tñ demr̃auit diuiſibilitatem in infinitũ in partes eiuſdẽ rõnis,mõ hæc non eſt prima rõ.diximus.n.primã quãti rõnem eſſe diuiſibilitatẽ in partes eiuſdem rõnis,& hanc

Pᵃ tertia. ſupponit. Ariſt.vbiq;.hæc de põne hac. Alij vero tenent quatuor eſſe quãtitatis ꝓpria,quorũ primũ & intimius eſt diuiſibilitas.Scđm eſt illud diſiunctum finitum vel infinitum.Tertiũ illud diſiunctũ æquale vel inæquale. Quartum eſt mẽſura,ſunt aũt hæc propria,ſiue propriæ paſſiones apud ipſos,q̃a oẽs hæ ſupponunt primã quãti rõnẽ,quæ eſt nobis ignota,videlicet, A, vel B, eſt aũt iſtę ordo conueniens,q̃a nihil põt eſſe finitũ vel infinitũ niſi ſit diuiſibile.igitur diuiſibilitas pręcedit finitũ vel infinitum.Poſt hoc eſt æquale vel inæquale, quia nihil põt eſſe æquale vel inæquale,niſi ſit finitum, vel infinitum, vltima eſt mẽſura,quæ oĩa ſupponit,non põt eſſe mẽſura niſi ſupponamus aliquid eſſe æquale vel inæquale.

Qualis hæc pō. Sed pace horũ,hæc põ non eſt recta, quia Ariſt.docuit artem inueniẽdi diffinitiones oĩum rerũ, & deſcriptiones etiam,vt patet.6.topi.& 2.Poſte.igr̃ ſi quantitas habet deſcriptionem ſiue rõnem formalem.Illa põt inueniri per artem. Ariſt.ſed non videmus poſſe eſſe aliam niſi diuiſibilitatem,quia ens diuiſile in partes eiuſdẽ rõnis eſt totus formalis cõceptus quanti,igiẽ non eſt igno

Cõm. 19. ta.Scđo nihil eſt ignotũ humano intelľui, quia vt dr̃.3. de aĩa eſt oĩa fieri, & 1.de gñone habeẽ,idẽ igr̃ prima rõ quanti eſt reperibilis,ſed nulla põt conuenientius aſſignari niſi diuiſibilitas, igitur;hæc eſt eſſentialis illi,propter hæc nõ placet hæc poſitio. Hęc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione aĩaduerſione dignum.Primo ꝙ quantũ qđ eſt gñaliſſimum,(vt diximus)põt ſupponere pro ſubto ſiue ſuba,& pro forma ſiue quantitate,pro quantitate quidem quia illã ſolã ſignat, pro ſubto vero ꝑꝑ rõnem cõcreti,iõ primo videamus cũ diuiſibilitas cõpetat quãto an ſibi competat vt ſupponit pro ſubto, hoc eſt ꝑ ſubſtãtia materiali,an vt ſupponit pro quantitate.Scđo videbimus de quæſito.de primo debes ſcire ꝙ ſubiectũ põt eſſe bifariã.Aliud de quo aliquid dr̃. Aliud in quo aliud ineſt. Exẽplũ primi ſubiectũ primo mõ ſunt ſubæ primæ,de quibus dicunẽ ſubæ ſcđæ. Exẽplum ſecũdi ſunt eædẽ ſubſtãtiæ primæ, in quibus ſunt accñtia.Rurſus ſubiectũ in quo aliud eſt bifariã diciẽ, immediatũ & mediatũ,ſubiectũ immediatũ eſt illud ẽ quo immediate fluit accñs,& ſic rõnale eſt immediatũ ſubiectũ riſibilis,quia ab illo immediate fluit, mediatũ vero eſt in quo accñs eſt mediãte primo ſubiecto,vt hõ reſpectu riſibilitatis.Tũc dico ꝙ tã ſubſtãtia q̃ quãtitas eſt ſubiectũ diuiſibilitatis primo mõ, quia ſubſtãtia dr̃ diuiſibilis,& linea dicitur diuiſibilis.Scđo dico ꝙ ſubiectum fluxus ſiue immediatũ eſt ipſa quãtitas. probatur quia ab illa fluit diuiſibilitas in ſubſtantia, ſubiectũ vero mediatũ & vltimum in quo eſt ipſa diuiſibilitas eſt ſubſtãtia.probaẽ,quia vltimũ indepẽdens eſt ſubſtãtia oĩum accidentiũ.Hæc determinatio colligi põt ex verbis Auer. in.h̃.5. Ex his ſequiẽ ꝙ diuiſibilitas competit Cõm. 15. quãto ſiue ſupponat pro ſubſtãtia, ſiue pro quãtitate, non tñ eodẽ mõ:ſubſtantiæ quidẽ vt ſubiecto inherentiæ,quãtitati vero vt ſubiecto fluxus, vtriſq; etiã cõpetit vt ſubiecto ꝑdicationis.Hæc de primo. De ſcđo videẽ mihi ꝙ diuiſibile põt ſumi bifariã,aut pro potentia ad diuiſionẽ,aut ꝑ principio.vnde hęc potentia fluxit, veluti rõnale põt ſumi ꝑ potẽtia ad rõcinandũ, & põt ſumi pro principio.vnde hæc potẽtia fluit. Tũc cõcordo hos,& dico & ſi diuiſibile ſumiẽ pro potentia, quæ diuidiẽ cõtra actũ,ſic recte illi dicũt diuiſibile eſſe proprium quãto,veluti rõnale etiã ſumptũ pro potẽtia eſt propriũ homini. Probaẽ,quia eſt ꝑdicatũ cõuerſim extra eſſentiã,igiẽ propriũ,prædicaẽ.n.cõuerſim de quanto & extra eſſentiã,quia potentia diuiſa contra actũ nõ eſt de eſſentia quãti cũ ſit qualitas de ſcđa ſpẽ vel ad illam reducibilis. Sin aũt diuiſibile ſumiẽ pro principio aptitudinali.vnde eſt apta nata flui illa potentia ad diuiſionẽ,ſic eſt prima rõ quanti.& hoc pacto recte dixerunt alij.Signũ aũt eſt,quia inuenimus Ariſ.in.6.demõſtraſſe diuiſibile de cõtinuo nõ tm̃ in infinitũ,ſed abſolute,per hoc quia cõtinuũ nõ cõponitur ex indiuiſibili,& etiã inuenimus Ariſt.hic ſupponere quanti primã rõnem eſſe diuiſibile,hoc eſſe nõ põt niſi pro quanto in.6.phyſi.ſumpſit diuiſibile pro potẽtia ad diuiſionẽ, in hoc.5.ſumpſit ꝑ aptitudinali principio illius potentiæ,& ſic non tãtum poſitiones per hanc dilucidationem concordari poſſunt ſed verba Ariſto.ſi inueniren tur diuerſa. Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

HIS viſis iuxta dilucidationem ſoluuntur. Primo rationes ꝑ poſitionibus. Ad rationes quæ probãt menſuram eſſe rationem formalem vnica ſolutione reſpondeo,ꝙ per verba Ariſt.non habetur plus niſi ꝙ rõ menſuræ competit quantitati & omnibus ſpeciebus quantitatis,non tamẽ ꝙ competat illis tanquã prima ratio. Ad rationes pro ſecunda poſitione, quibus ꝓbatur diuiſibilitatẽ eſſe rõnẽ formalẽ quãtitatis, vnica rñſione dico,ꝙ ꝓbãt diuiſibilitatẽ ſumptã pro aptitudinali principio,vnde fluit diuiſibilitas potẽtialis eſſe primã rõnẽ & formalẽ quantitatis.Ad rões aliorũ. Ad primã dico ꝙ ſi diuiſibilitas ſumiẽ pro principio aptitudinali : vnde fluit diuiſibilitas potentialis, ſic vniformiter competit numero & continuo,ſed ſi ſumitur pro actu vel potentia ad diuiſionẽ vt ſic cõpetit diffor miter. Ad ſecundã

dico

dico ꝙ ratio concludit ꝙ ſicut actus diuiſionis nō eſt eſſentialis quātitati, ſic nec diuiſibilitas potētialis, cum hoc tñ ſtat diuiſibilitatē, ꝓ principio aptitudinali ſūmptā eſſe rōnē formalē quātitatis. Ad tertiā dico ꝙ ſi diuiſibilitas potentialis eſt reſpectus vel qualitas de ſecūda ſpē qualitatis, & hæc nō eſt formalis rō quātitatis, diuiſibilitas vero ſumpta pro aptitudinali principio vnde illa fluit nō eſt reſpectus, nec qualitas. Ad quartā dico ꝙ licet ſubſtantia vt ſubſtantia ſit prior quantitate & diuiſibilitate quantitatiua, ſubſtantia vero vt partibilis, eſt poſterior, vt dictū eſt. Ad quintā dico ꝙ Ariſ. in. 6. phy. demōſtrauit diuiſibilitates in partes eiuſdē rōnis vt diuiſibilitas ſumiť pro potētia ad diuiſionē, ſuppoſuit vero diuiſibilitatē eſſe rōnē formalē quantitatis, vt ſumiť pro aptitudinali principio, e quo illa fluit & cōcordanť auctoritates. Ex his apparet ꝙ ratio formalis deſcriptiua ꝗtitatis eſt generaliſsimū ꝑ ſe eſſe ens diuiſibilē in partes eiuſdem rōnis. Tūc ad rōnes factas in principio. Ad primā dico ꝙ rō formalis ꝗti nō eſt diuiſibilitas in ꝑtes eſſentiales, nec accidentales, ſed in partes eiuſdē rōnis, partes. n. alterius rōnis poſſunt eſſe eſſentiales, vt materia & forma reſpectu cōpoſiti, & genus & etiā dña reſpectu ſpēi & pñt eſſe accidētales, ſiue diſsimilares, vt mēbra & potētiales, vt intellꝰ & volūtas reſpectu aīæ, igiť diuiſibilitas in partes eiuſdem rōnis eſt prima & ꝑ ſe formalis ratio quanti. Ad ſecundā dico ꝙ minimū naturale eſt diuiſibile, nō aūt oportet vt reducať ad actū diuiſionis, quia eſt tale vel aptitudinaliter, vel principiatiue vt dictū eſt vel dicas aliter vt placet. Ad tertiā dico ꝙ locus & tēpus & oīa ſunt ſpēs quanti, vt patet in prædicamētis. Ad vltimam dico ꝙ quātitas eſt forma ſimplex, ideo non eſt diuiſibilis in partes alterius rōnis, bene tñ eſt diuiſibilis ī ꝑtes eiuſdē rōnis, vel dicas ꝙ eſt diuiſibilis: vñ fluit diuiſio, nō aūt in quo eſt diuiſio, vt dictū eſt in dilucidatione. Hæc de diſputa. nona ſatis ſufficiant.

Priora & poſteriora dicuntur quædam quidem &c. Tex. cui deficit nonum.

DISPVTATIO DECIMA

De inſtantibus naturæ.

Num dentur inſtantia naturæ.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non dentur inſtantia naturæ. Probat primo, quia ſi dētur inſtantia naturæ vel hæc erūt ſimul, vel alterū altero prius non ſimul, qa tūc non eſſet ordo prioris ad poſterius, ſinautem alterū ſit altero prius, tūc natura eſſet ſucceſsiua, declaratur, quia inter quæcunq; duo indiuiſibilia mediat diuiſibile. 6. phy. igitur eſſet ipſa natura, cuius ponunť inſtantia ſucceſsiua, quod eſt ridiculū. Secūdo inſtans momentū & nunc idem eſt, vt patet. 4. phy. ſed omne nūc eſt in tempore, igitur omne inſtans, & ita nō dať inſtans naturæ. In contrarium videtur ratio, quia vbi eſt prius & poſterius, ibi pñt aſsignari inſtātia, ſed in ordine naturæ ſunt prius, & poſterius, vt patet in textu, igiť poſſunt aſsignari inſtantia, & ſic qō eſt dubia pro vtraq; parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ET licet hæc quæſtio nō ſit peripatetica, ſed potius noua, qa tñ ſolet moueri dicā quid peripatetice ſit ſentiendum, quid inſtās ſiue ſignū naturæ ſit, in dilucidatione patebit, tñ natura, hic ſumitur non pro principio motus vt. 2. phy. dicitur. ſed pro ſecundū ſe, dicimus. n. ignē ſua natura eſſe calidum, qa ẽm ſe calidus eſt, vnde natura hic quaſi habeť pro ordine naturali. Aīaduerte tñ ꝙ ordo naturæ & ordo originis differunt, quia ordo naturæ requirit diſtinctionem ordinatorum, & prioritatē & poſterioritatē, & hoc pacto in diuinis nō reperiť ordo naturæ, quia ẽm catholicos licet aliquid ſit in illis diſtinctum ab alio, non tamen prius natura pōt tamen ibi eſſe ordo originis. quia ſunt diſtincta, & alterū pōt eſſe prius altero origine, non natura, ordo vero originis licet requirat diſtinctionem, non tamen prioritatē & poſterioritatem naturæ. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONIS TERTIVM.

ALIQVI de diſputatione conceſſerunt inſtātia naturæ, & inſtantia originis, quæ appellant ſigna naturæ vel originis probāt, quia vbicunq; eſt ordo, ibi pōt eſſe prius & poſterius, & inſtātia ſiue ſigna, ſed quædā ſunt ordinata origine, quędā ſunt ordinata ẽm naturā, igitur oportet cōcedere ſigna naturæ ſiue originis. Iuxta hāc pōnem in hoīe reſpectu ꝑdicatorū ſunt iſta ſigna naturæ. Primū nāq; ſignū naturæ apud hos eſt, in quo ꝑdicata affirmatiua primi modi illi cōpetūt. Scđm in quo cōpetūt ꝑdicata negatiua in rōnibus formalibus fundata. Tertium in quo illi cōpetunt modi intrinſeci. Quartum in quo ſibi cōpetūt oīa ꝑdicata ſcđi modi. Vltimū in quo ſibi cōpetūt accñtia. In diuinis quoq; in primo ſigno originis eſt pater q eſt à ſe. In ſcđo filius quia eſt à patre. In tertio Spūſſctūs, q ꝓceſsit ab vtroq;. Sed contra hāc pōnem inſtāt nōnulli, primo qđ eſt iſtud inſtās naturę vel originis, aut. n. ſuba aut accñs, nō ſubſtantia, quia tūc nihil aliud eſt dicere. A. eſſe prius natura. B. in aliquo ſigno naturæ, niſi quia. A. eſt prius. B. in ſubſtātia, nec accñs ꝑ idē. Scđo tunc prima ſubſtantia oī inſtanti naturæ eſt prior, igiť in aliquo ſigno naturæ, qđ eſt ridiculum. Tertio prius natura & poſterius natura ſunt in eodē ſigno vel inſtāti tpis, igiť nō pñt eſſe hæc qa tūc in vno indiuiſibili eſſent plura indiuiſibilia. Propter hæc alij dixerunt ſigna naturæ nihil eſſe ex parte, rei ſed ſolū ex ꝑte nr̃a, quatenus nos ordine quodā res vel ꝑdicata rerum rebus ipſis attribuimus, & ſic ſigna naturę erunt intellectiones ex parte noſtri modi intelligendi ordinatæ. erit igiť primū ſignū naturæ prima intellꝰio qua primū ꝑdicatū de re intelligimus, Scđm ſignū vero ſcđa intellꝰio, qua ẽm ꝑdicatū de eadē re ītelligimus. Sed hęc pō non placet, qa vel nr̃æ ordinatæ intellꝰioni correſpōdet naturalis ordo ꝑdicatorū, vel nō, ſi corrñdet, habemus ex parte rei eſſe quædā ſigna naturæ, ꝑ quæ illa ꝑdicata ordinate intelligimus: qđ negabāt, ſi aūt illi ex ꝑte rei nihil ordinis corrñdet, igiť illa ꝑdicata ad placitum poſſumus ordinate attribuere rei, & illa ītelligere. Scđo ex ꝑte rei eſt ordo naturæ vt patet in textu, & ordo originis, igiť ex parte rei oportet aliquo pacto dare hæc ſigna, & non tm̃ ex parte intellꝰs. Hæc de poſitionibus.

Obiectiones.

2. poſitio.

Confutatio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ꝑ ſigna ſiue inſtantia naturæ vel originis poſſumus intelligere quædā indiuiſibilia naturæ, vel quæ ſint termini quorundā diuiſibiliū in ordine naturali, eo pacto quo in tpe ſunt quædam indiuiſibilia quæ ſunt termini tpis. Alio pacto poſſumus intelligere ꝑdicata apta ẽm ſe ſignari à nobis ordine quodā, tūc dico duo ad diſputationē. Primū eſt ꝙ ſi ꝑ inſtantia ſiue ſigna naturæ intelligimus indiuiſibilia naturæ, quibus corrñdet aliqđ ꝑter ꝑdicata, & ꝑter nr̃am intellꝰonē, ſic inſtantia naturæ nulla ſunt, & ꝗtū ad hꝰ argumēta cōtra primā pōnem recte procedūt, argumēta quoq; facta in principio cōtra hꝰ ēt demrãnt. Se

cundum eſt ꝙ ſi ꝑ ſigna naturæ intelligimus prædicata ipſa quæ ſm ſe ſunt apta ab intellꝰu nr̃o ordine quodam ſignari, intelligi, & cõſtitui, ſic ſigna naturæ, & originis ſunt vera, & q̃tũ ad hunc ſenſum recte dixit. 1. põ, & ſecunda põt trahi ad hũc ſenſum, eo qa ſignũ naturæ põt eſſe ex parte rei, & ex parte nr̃a, ex parte rei quidem eſt ipſum prędicatũ ſui natura aptũ prius ſignari ex ꝑte nr̃a eſt intellꝰio, cõtra primũ ꝑdicatũ eſt aptũ ſignari verum ex parte rei ſunt ſigna naturæ obie̅tiue, ex ꝑte nr̃a ſigna naturæ ſunt formalia: & ſic. 2. poſitio põt tolerari.

Dubitatio. Sed occurres an differat ſignũ naturæ & prædicatum?

Solutio. Dici põt ꝙ ex parte rei idẽ eſt, differt tñ rõne, quia ꝑdicatũ abſolute dicit̃ prædicatũ, vt ꝑ intellectionẽ nr̃am

Dilucidatio. ſignari aptũ dicit̃ ſignũ, ſiue inſtãs naturæ. Ex his apparet dilucidatio, ꝙ ſi ſigna naturæ ſumant̃ pro indiuiſibilibus naturæ, quibus corrñdet aliquid ꝑter ꝑdicata & præter intellectionẽ, ſic nihil ſunt, ſi vero ſumant̃ à noſtro modo intelligẽdi ſic vel ex parte rei: & ſic ſunt ꝑdicata ſui natura ordine quodã ab intellꝰu noſtro ſignabilia, & h̃ mõ dicũtur ſigna naturæ obiectiua, vel ex parte noſtra & ſic ſigna naturæ erunt intellectiones naturales ordinatæ illorũ, & hoc pacto dicuntur ſigna naturæ formalia. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes cõtra primã ſolõnẽ, patet rñſio ſigna naturæ ſumpta formaliter ſunt accñs vt intellꝰiones, ſunt obiectiue ſunt ſubſtantiæ, vel prædicata ſubſtantialia. Ad ſecundã dico ꝙ prima ſuba nõ eſt prior oĩ inſtanti naturæ, quia non eſt prior ente, qđ eſt primum illius ꝑdicatũ, qđ nos vtimur pro primo ſigno naturæ. Ad tertiã concedo ꝙ plura indiuiſibilia alterius rõnis pñt eſſe in vno ĩdiuiſibili alteriꝰ. Ad rõnes factas 1. capite. Ad primã dico ꝙ alterũ altero eſt prius nec ſequitur naturã eſſe ſucceſsiuã, quia alterũ altero eſt prius ſm ſe nõ ſm mẽſuram, vt dictũ fuit. Ad ſecundã dico ꝙ hęc dicũtur ſigna vel inſtãtia metaphorice. Sed nũc dr̃ inſtans proprię. Hæc de decima diſputatione.

Amplius alia dicuntur ſecũdum ſe quanta quædam, alia ſecundum accidens &c. Tex. cõm. 18.

DISPVTATIO VNDECIMA
De quantitate temporis & motus.

Num tempus & motus ſint quanta per accidens.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Cõm. 18. QVod motus tẽpusúe ſint quanta per accidens. Arguitur primo quia Ari. & Auer. in textu aſſerunt motũ & tẽpus eſſe quanta per accidẽs. Secundo quæ ſunt quanta propter aliud ſunt quãta ꝑ accidens vt patet. 1. poſte. ſed motus eſt quantus ꝑꝑ magnitudinem, & tp̃s propter motũ, vt dicitur in textu, igitur ambo ſunt quanta ꝑ accñs. In contrariũ eſt Ariſto. in prædicamentis, vbi enumerat tp̃s ſaltem inter quanta per ſe, & cum motus ſit tempus etiã motũ dedit intelligere, ideo quæſtio eſt valde ambigua.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID motus ſit, quidúe tempus ex dilucidatione patebit. Amplius quid eſſe quantũ per accidens, quidúe per ſe etiam ex dilucidatione patebit, ideo de titulo diſputationis hæc ſufficiant.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

EXPOSITOR in texu aſſerit motũ & tempus eſſe quanta per accidẽs. vnde Ari. ita dicit eorũ quæ per accidens quanta dicuntur alia ſic dicunt̃, vt diximus, qa quantum eſt quiddam id cui mũſicũ ineſt, ac albũ, alia vt motus & tp̃s, etenim hæc quãta quędam, cõtinuaq; dicuntur, quia illa diuiſibilia ſunt, quorũ ſunt iſta affectus, atq; non dico id quod mouet̃, ſed id ſuꝑ quod efficitur motus, quia. n. quantũ eſt illud: ideo motus etiã quantus eſt, tẽpus etiam ideo quantũ eſt quia motus eſt quantus. Hæc Ariſt. ad verbum, vbi clare vult motũ eſſe quantũ ꝑ accidens ꝑꝑ quantitatem ſpatij, ſuꝑ qđ ſit motus. tẽpus vero ꝑꝑ quãtitatẽ motus, & Auer. inquit. motus. n. conſequit̃ magnitudinẽ, & diuidit̃ per ſuam diuiſionem, & tẽpus conſequitur motũ, igit̃ ſunt de paſsionibus quãti, non de ſubſtantia quanti, igit̃ ſunt affectiones quantorum non per ſe quanta. Ex his videtur hæc poſitio ſatis euidens. *Cõm. 18.*

Obiectiones. Obiiciunt autẽ huic poſitioni aliqui primo motus & tẽpus diuidunt̃ in partes alterius rationis à partibus, in quas diuiditur magnitudo, igitur motus & tẽpus non ſunt quanta ratione magnitudinis antecedens patet, quia partes tꝑis & motus nõ ſunt ſimul, partes autem magnitudinis ſunt ſimul. Amplius partes motus & tꝑis ſunt prius & poſterius partes magnitudinis non ſunt prius & poſterius, igitur partes magnitudinis non ſunt partes illorum. Secundo motus poteſt habere propriũ magis & minus, igitur nõ eſt quãtus propter magnitudinẽ antecedens patet, quia ſuper paruã magnitudinẽ põt eſſe velox & tardus motus, igitur nõ eſt talis propter illã. Tertio partes motus & tẽporis copulantur ad alium terminũ cõem, quã copulentur partes magnitudinis, igit̃ eſt per ſe quãtus alia quantitate. Quarto quæro quid per magnitudinẽ intelligit per quam ſunt quanta non eſt mobile nec terminus motus vt patet in textu nec ſpatiũ, quia ſuꝑ ſpatiũ continuũ põt eſſe diſcõtinuus motus, igit̃ motus & tempus ſunt ꝑ ſe cõtinua.

Defenſio aliquorum. Solet defendi Expoſitor à ſuis ſectatoribus ꝙ qñ Ariſt. ait motũ eſſe per accidẽs, quantum verũ dicit, quia motus nihil aliud eſt q̃ forma fluẽs vel vbi fluẽs. mõ motus & terminus motus ſunt quanta ꝑ accñs, & ſic loquit̃ Ariſt. hic. Vnde pñt diſtinguere ꝙ motus põt ſumi pro fluxu, & pro forma fluẽte, tũc volunt ꝙ motus ſumptus pro fluente forma eſt per accñs quãtus ſed pro fluxu non eſt negandum illum eſſe ꝑ ſe quantum, & ſic ceſſant oẽs obiectiones. addũt ꝙ tp̃s dicit̃ q̃tum ꝑ accñs qa eſt aggregatũ ex cõtinuo & diſcreto, & ita videt̃ quaſi ꝑ accñs quantũ quoddam.

Confutatio defenſionis. Sed hęc defenſio nõ placet. Primo quia Ariſt. in textu ait motũ eſſe quantũ per accñs rõne magnitudinis in qua ſit, & nõ rõne ſubiecti. mõ magnitudo ſuꝑ quã ſit motus eſt ſpatiũ, qđ quidẽ in motibus nõ eſt vnius rõnis, quia in motu locali eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ, localis, in motu alterationis eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ gradualis, in motu actionis, eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ, dimẽſiua, motus autẽ cuius diuiſio ſumit̃ à ſpatio, ſuꝑ qđ ſit: nõ eſt forma fluẽs, ſed fluxus formæ vt patet igit̃ nõ recte dicũt. Secũdo quia tale ꝑ accñs eſt tale ꝑꝑ ſubiectum, ſed ſpatiũ non eſt ſubiectum motus, ideo nec eſt id quo motus ſit talis per accidẽs. Præterea tertio illud qđ de tꝑe dicũt, nihil eſt, quia Ariſt. eodem mõ loquit̃ de tꝑe & de motu. ait. n. motũ eſſe quãtum ꝑ accñs rõne ſpatij, tẽpus vero rõne motus, modo tẽpus non eſt diſcretum propter motũ, igitur nec quãtum propter motum.

1. poſitio. Propter hæc dicũt ꝙ eſſe quantũ per aliud poteſt intelligi bifariã, aut formaliter, aut effectiuæ, paries quidẽ eſt albus per aliud, bifariam,

bifariã,quia per albedinem formaliter, per albificantẽ effectiuæ.Sic motus & tps ſunt quãta dupliciter formaliter,vel effectiuæ. Tunc dicũt motum & tps eſſe quanta ꝑ aliud effectiuæ,quia per magnitudinẽ, vt patet in textu.ꝑ ſe autẽ formaliter, quia proprijs & formalibus quantitatibus. & ꝙ hæc ſit poſitio Ariſt. patet quia ait aliter eſſe muſicũ vel album quantum & aliter motũ & tẽpus.nã illa propter ſubiectũ,hæc pp magnitudinem, igiẽ ſunt talia per aliud non quidem formaliter, ſed per *Confutatio.* aliud effectiuæ.Sed hæc ſolutio nõ eſt tuta,quia à quocunq; motus non habet eſſe effectiuæ, ab eo nõ habet quantitatem effectiuæ.Sed ipſe motus nõ habet eſſe effectiuæ à ſpatio,ſed à motore igiẽ nõ à ſpatio ſed à motore haberet eſſe quantũ effectiuæ.Secũdo ſi hęc dicuntur quãta per accñs, quia habẽt eſſe quãtitatiuũ ab alio effectiuæ. Tũc nullũ eſſet ꝑ ſe quantũ,quia oẽ quantũ habet eſſe quãtitatiuũ ab alio effectiuæ, vt patet oĩbus, & tamen Ariſt.ſignanter aſſerit motũ & tps eſſe quan- *Poſitio Burlei.* ta ꝑ aliud.Cætera vero eſſe quãta per ſe,& ſic hæc euaſio nulla eſt. Alij finxerũt motũ diſtinctũ cõtra mutatioñẽ,trifariã eſſe,quia põt ſumi pro fluxu formæ, pro forma ipſa,& pro ſucceſsione quadam tpe numerabili. Dicunt igiẽ tria,primũ ꝙ motus pro forma vel fluxu ſunt quãti ꝑ aliud.patet,quia forma eſt quanta pp magnitudinem,& fluxus pp magnitudinẽ. Secundo quia quæ ſunt alterius prædicamenti ſunt quanta ꝑ accidẽs, ſed forma pro fluente & pro fluxu ſunt alterius prædicamenti à quãtitate,quia pro forma eſt in tribus prædicamentis & pro fluxu eſt in prædicamento paſsionis,vt dicitur.5.phyſi.igitur ſunt quanti ꝑ accidens. Secundũ eſt ꝙ motus pro ſucceſsione tpis numero menſurabili eſt ꝑ ſe quantus,patet ꝑ oẽs rõnes logicorũ. Tertiũ tps eſt quantitas ꝑ ſe vt numerus motus,vt vero ſucceſsiuũ & cõtinuum eſt quantũ ꝑ accñs rõne motus, & ſic pñt *Confutatio.* cõcordari poſitiones & auctoritates. Sed hæc poſitio friuola eſt.Primo quia motus pro ſucceſsione nihil aliud eſt ꝙ̃ tps ſm oẽs peripateticos.Secundo quia Ariſtote. in textu ait motũ eſſe quantũ ꝑ accñs ratione magnitudinis,ſuper quã fit,modo hoc non põt intelligi niſi de motu pro ſucceſsione,quia motus alio modo ſumptus eſt quantus ratione ſubiecti,& nõ ratione ſpatij. Tertio illud quod de tempore dicitur,nihil eſt,quia in prædicamentis tempus ponitur per ſe quantitas,non vt numerus ſed vt continuum,& ſic adhuc ſunt difficultates. Hæc de poſitionibus ſufficiant.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione oportet videre duo. Primo de motu. Secundo de tpe. de motu aĩaduerſione dignũ ꝙ motus ſumptus pro quanto tpe menſurabili põt bifariam cõſiderari. Vno modo quatenus habet partes diuiſibiles in ſemp diuiſibilia in infinitũ. Alio mõ quatenus habet partes copulatas ad vnũ cõem terminũ.quatenus habet partes copulatas ad vnũ cõem terminũ. bifariã adhuc eſſe põt,aut ꝑmanentes aut ſucceſsiuas. Secũdo aĩaduerſione dignũ ꝙ eſſe tale ꝑ aliud põt bifariã eſſe,aut ꝑ aliud tanq̃ per cauſam,aut ꝑ aliud tanq̃ per vlem rõnem,cui primo cõpetit,Soc.eſt ridẽs ꝑ ludum tanq̃ per cãm eſt ridẽs quia hõ tanq̃ per vlem rõnẽ,cui primo cõpetit.Et intelligo ꝑ vle,nõ quidẽ in ꝑdicando, ſed vt loquiẽ.1.poſt.pro primo & ꝑ ſe. Tũc dicerẽ primo ꝙ ſi cõſidereẽ motus quatenus habet partes diuiſibiles in ſemp diuiſibilia ſic eſt quantus pp ſpatiũ tanq̃ propter rõnem vlem,non aũt tanq̃ pp cauſam. Secundo dico ꝙ ſi conſidereẽ motus quo ad partes copulabiles ad vnũ cõem terminũ, eſt quãtus ꝑ ſe formaliter, & per nihil aliud tanq̃ per cauſam aut tanquã ꝑ rationẽ vlem. Tertio dico ꝙ ſi cõſidereẽ quo ad partes permanentes,eſt quantus ratione ſubiecti in quo eſt. Prima concluſio eſt pro mente tex.& cõmenti.vbi diciẽ motũ eſſe quãtum pp ſpatiũ.Secũda cõcluſio etiã eſt ꝑ mente cõmenti,habet.n.Auer. in calce cõmenti quod motus & tps ſunt ſpẽs quãti per ſe, & nõ niſi rõne qua continua ſunt, igitur rõne illa ſunt per ſe formaliter quanta. Tertia eſt pro mente Ariſto.9.phyſi.vbi ait ꝙ diuiſio motus penes mobile eſt per accidẽs, penes ſpatium eſt ꝑ ſe.Ex his facile pñt cõcordari poſitiones,qñ.n.Ex poſitor ait motũ eſſe quantum ꝑ aliud, quia per ſpatiũ intelligit quatenus eſt diuiſibilis in partes diuiſibiles in ſemper diuiſibilia,quando logici aiunt illum eſſe per ſe formaliter quantum,loquuntur de eo quatenus habet partes ad vnum cõem terminũ copulatas,qñ logici dicunt ipſum eſſe quantũ pp mobile,pñt intelligere quo ad partes eius ꝑmanẽtes. Sed adhuc cõtra dilucidatio- *Dubitatio.* nem occurres,pp quid magis habet diuiſionẽ in partes, ſemp diuiſibiles à ſpatio,q̃ à mobili. De hoc diximus in *Solutio.* 6.phy.Pro modo ſatis ſit nobis ſolutio mathema. quia videlicet,ſaltem per imaginationẽ poſſumus intelligere motũ eſſe diuiſibilem ſine diuiſibilitate mobilis,non autẽ intelligi poteſt motus diuiſibilis ſine diuiſione ſpatij,quia ad imaginationẽ mathe. indiuiſibile põt intelligi moueri,igiẽ principaliter diuiſio motus erit à ſpatio, & non à mobili.Et ſic poteſt ratio Ariſt.in textu ſic colorari. Hæc de motu. De tpe vero ſuppono ꝙ tempus *De tempore.* ſit motus,vt in.4.diſputaui.nam motus cœli eſt tps omniũ motuũ hic inferius,& motus horologij eſt tps menſurans labores,& actiones,& motus aĩalium. Secundo ſupponendum eſt ꝙ licet tps ſit motus, tamen differt à motu ſm conſiderationẽ, quatenus ſupaddit illi rationem mẽſuræ.nã motus cœli vt mẽſura eſt tps primum vnum numero omnium. Motus horologij vt menſura eſt tẽpus ſecundariũ cæterorum motuũ. hoc quidẽ ſecundarium,quia adhuc menſuraẽ tpe primo, quod eſt cœli motus.Ex his ſequiẽ ꝙ tps rõne motus eſt quantũ *Excerpta.* hoc eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia immediate & primo,ratione ſpatij remote & mediate.Probaẽ quia licet tempus ſit motus,tamen nõ diciẽ tempus niſi vt ſuperaddit rõnem mẽſuræ,igiẽ vt ſupaddit rõnem menſuræ differt à tpe,& vt ſic habet diuiſionẽ in infinitũ ratione eius,cui ſuperaddit rationem mẽſuræ. Sed occurres pri *Dubitationes.* mo quia partes temporis copulanẽ ad nunc, partes motus ad mutatum eſſe,ſed mutatum eſſe, & nũc differũt, igitur tempus non eſt motus. Secundo tps habet propria magis & minus alia ab illis motus, igitur eſt aliud. Tertio tempus eſt menſura motus, igitur differt à motu. Vltimo ſolum motus primus eſt tempus, igitur ſaltem tempus differt à motibus horũ, ſed non valent. Ad primam dico ꝙ nunc & momentum non differunt ni- *Solutio.* ſi ratione ſed ſm rẽ idẽ eſt, dicitur.n.momentum vt in motu,dicitur nunc vt menſura illius,vnde momentum horologij eſt momentum in motu illo, & eſt nũc reſpectu momenti in motu equi. Ad.2.dico ꝙ motus, qui eſt tempus ad.A.motum habet propria magis & minus vt horologij motus habet propria magis & minus alia à motu equi,tempus vero ſimpliciter oportet vt habeat magis & minus alicuius motus, vnde tempus habet propria magis & minus alia ab eo motu, cuius eſt menſura,non autem alia ab eo motu cum quo eſt idẽ. Ad tertiã dico ꝙ verum eſt. nã vnus motus eſt mẽſura

alterius,& iſti differunt realiter, Ex hoc non ſequit̃ vt tempus differat à motu, quia ſemper eſt motus.eſt.n. motus ad A.tempus, ad B.aũt motus. At quartam dico ꝙ oĩs motus eſt tempus,ſed nõ reſpectu ſui.Motus aũt cœli eſt primum oĩum tp̃s,ſui vero rõne partiũ. Ex his apparet ꝙ motus eſt tempus, ſed non reſpectu ſui, ſed vt ſuperaddit rõnem menſuræ reſpectu alterius motus q̃ peripſum menſuratur.Secũdo ſequit̃ ꝙ tp̃s vt motus eſt,eſt quantũ rõne ſpatij,quia ſic non eſt aliud q̃ motus,vt vero ſuperaddit rõnem menſurę ad alium motũ, vt ſic vr̃ quaſi per accñs quãtũ,rõne motus, cui rõnem illã ſupaddit,& ſic patet de tp̃e. Hæc de dilucidatione.

Excerpta dilucidationis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis patet ad rões aliorum,qđ concludunt de motu quatenus habet duas partes ad vnum cõem terminũ copulatas, non aũt quatenus habet partes diuiſibiles in ſp diuiſibilia. Ad rões primi capitis,patet ſolo, loquitur.n. Ariſto.de motu quo ad partes diuiſibiles in ſemper diuiſibilia. Hæc de diſputatione vndecima.

Ad aliquid dicuntur alia per ſe vt duplum ad dimidium, & triplum &c. Tex.cõm.20.

DISPVTATIO DVODECIMA
De diſtinctione relationis à fundamento.

Num relatio ſecundum rem differat à fundamento.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod relatio ẽm rem non differat à fundamento. Arguitur primo, quia ſi ſic. Tunc in relationibus eſſet proceſſus in infinitum deducit̃, quia duæ ſimilitudines diſtinguerentur à duabus albedinibus,quæ ſunt earum fundamenta, igitur poſſunt adhuc eſſe ſimiles, & quæratur de illis ſimilitudinibus, & ita aut procederetur in infinitum aut oportet ſtare ad fundamenta, quæ ſint ſuæ relationes.Secundo relatio differt à relatione per fundamentum,ſed differentia non differt ẽm rem ab eo,cuius eſt differentia, igit̃ relatio nõ differt ẽm rem à fundamento.Tertio ſi h̃ eſſet, tunc relatio adueniens fundamento redderet illud cõpoſitius, conſequens eſt falſum & conſequentia patet. Quarto tunc in DEO eſſet compoſitio, quia ſunt relationes additæ.Quinto ſi relatio ẽm rem differret à fundamento.Tunc materia prima eſſet ſubiectum accidẽtis.Conſequentia patet,quia potentia materiæ ad formam eſt relatio, vt patet.1.phyſi.& hæc per te differt à materia, igitur materia eſſet ſubiectum accidentium. Sexto tunc ĩ quolibet corpore eſſent infinitæ res diſtinctæ, quia quodlibet eſt infinities aliquantulum ad aliquid ſui.Septimo tunc poſſet fieri aliquid de nouo alicui per magnam diſtantiam nulla actione facta in medio, vt de ſimilitudine quæ Romæ fieret per me nunc album factum.In oppoſitum cõiter ſunt ph̃i,& ſic quęſtio eſt ambigua pro vtraq; parte

Cõm.70.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

RELATIVA è quibus relatio deducitur,ab Ariſto. ad aliquid dicuntur,eo quia non poteſt alterum correlatiuorũ intelligi, quin & alterum intelligatur.Et propterea Ariſt.in prædicamentis ait relatiua dici quęcũq; hoc ipſum,quod ſunt ad aliud dñr,quid vero ſit fundamentum,dicamus.Ad cuius rei euidentiam debes ſcire quod relatio interdum alicui ineſt mediate vt duplum ſubſtantię mediãte numero, alicui ĩmediate vt numero duplum ineſt ſine medio. Illud cui immediate ineſt, ſubiectum appellant. Illud cui immediate competit appellant fundamentum. Sed mihi non placet hæc deſcriptio quia nullum accidens eſt illud cui accidens inſit,vt patet in prædicamentis. Propterea fundamentũ non poteſt eſſe id cui accidens ineſt, quia oportet eſſe ſubſtantiam.Melius igitur dici poteſt ꝙ cum relatio ſit accideus imperfectũ,quia eſt ita debile, quod quaſi putatur de ſecundis intellectis,vt.12.metaphyſicę habetur non poteſt ſubſtantiæ ineſſe,niſi per medium accidens relatione perfectius.Et ita illud accidens mediante quo relatio ſubſtantiæ ineſt:fundamentum dicitur, ſiue ſibi relatio inſit,ſiue non. Et ita relatio indiget ſubiecto per rõnem generis,quia,videlicet,eſt accñs,cui oĩ cõpetit eſſe in ſubiecto,& indiget fundamẽto,quia eſt accidens debile,qđ pro ſui eſſe indiget pluribus, & ſic fundamentum erit accidens quo indiget ad hoc vt ſubſtantiæ inſit.Verbi gratia duplicitas quia ineſt ſubſtãtiæ mediãte numero,numerus dr̃ fundamentũ illius ſubſtantia vero ſubm̃, dixi aũt ſiue illi accñti inſit relatio,ſiue nõ. Propterea quia ẽm catholicos põt qñq; idem eſſe fundamentum & ſubiectũ virtute diuina, vt in quantitate panis ſacri,vbi remanet quãtitas,quę eſt ſubiectũ ęqualitatis & fundamentum eiuſdẽ.hic veniunt tria gña relatiuorum. Primum quorum fundamentum eſt quãtitas,Secũdum quorum fundamentũ eſt qualitas.Tertiũ quorum fundamentũ eſt mẽſura entitatiua.Huius ſufficientiæ regulã docet Expoſitor,quia cũ relatio cõſiſtat in ordine vnius rei ad alterã, toties relatiua dicent̃ quoties vna res ad aliam ordinari põt, ordinat̃ aũt vna res ad aliã vel ẽm eſſe dependẽtiæ, & ſic habet̃ tertium genus eorum,quorũ fundamentum eſt mẽſura entitatiua:vel ẽm virtutẽ,& ſic habet̃ ẽm genus, quorũ fundamentum eſt qualitas:vel ẽm menſurã quãtitatiuã, & ſic eſt primus genus eorum quorum fundamentũ eſt quantitas. Vlterius eorum, quorum fundamẽtum eſt quantitas quædam fundantur in ipſa quãtitate, quædam in principio quãtitatis.fundantur in quãtitate oĩa,quæ fundant̃ in numero,vt duplũ,& oĩa ꝓportionalia, fundantur in principio quantitatis quæcunq; fundant̃ in vnitate,& hæc ſunt vel quorum ſubſtãtia eſt vna, & dicunt̃ eadem,vel quorum qualitas eſt vna, & dicuntur ſiĩa, vel quorum quantitas eſt vna,& dicũtur æqualia. Eorum vero quorum fundamentũ eſt qualitas, alia ſunt quorũ fundamentũ eſt potẽtia actiua vel paſsiua, vt calefactiuũ ad calefactibile, quædã ẽm qualitatẽ quæ eſt agere & pati ſiue alterationes, & h̃ aut ẽm pñs vt calefaciẽs ad calefactũ, aut ẽm futurũ,vt facturũ ad faciẽdũ, aut ẽm p̃teritum vt pater ad filiũ. Eorũ vero quorũ fundamentum eſt mẽſura ꝑfectionalis ſiue entitatiua, alia ſunt in ſuba,alia ſunt in quãtitate,& breuiter circuũt oẽ genus.Ex his apparet imperite eſſe dictũ à q̃buſdã fundamẽta relationũ eſſe quatuor gña,videlicet, quantitatem,qualitatẽ,actionẽ,& paſsionẽ. Nã ſolum duo ſunt prædicamenta,quibus fundant̃ relationes. Actio.n. & paſsio vt ſunt fundamẽta relationũ,paſsibiles ſunt qualitates.Præterea tertij gñis fundamentũ eſſe põt trãſcendẽs oẽ prędicatũ. Sed occurres in quo differũt relatiua tertij gñis à relatiuis aliorũ generũ. Rñdit quidã ꝙ dña eſt ex parte fundamentorũ,quia fundamentũ relatiuorum primi gñis eſt quãtitas ſiue mẽſura q̃titatiua. Tertij vero gñis fundamentũ eſt mẽſura ꝑfectionis,ſiue entitatiua.Sed aliqui obiiciunt,primo q̃a nõ oẽ contentũ mẽſurat cõtinẽs, vt nec quaternarius mẽſurat quinariũ in quo continetur,nec oẽ cõtinẽs mẽſurat contentum, quia

Confutatio. Quid fundamẽtum ſecundum veritatem.

Cõm.19.

Scotus.5.meta

Cõtra Burleũ.

Dubiũ. 1.Solutio.

quia tēpus non menſurat motū,quia nō totiens ductū reddit motū, nec menſurās ſemꝑ excedit mēſuratum, quia tp̄s mēſurat motū,& tn̄ nō excellit illum. Hæc nō cogūt primū quidē qa quaternarius pōt mēſurare quinarium ſaltē ſm partem. Amplius ſm nihil eſt,qa tēpus excellit motum vt habet rationē mēſuræ,nā motus horologij,qui habet rōnē menſuræ reſpectu curſus æqui excellit illum,quia nō tm̄ eſt mēſura illius,ſed multorū. Multæ dubōnes in his accidere pn̄t, quæ in alijs qōnibus dicentur,nūc vero patet quid ſit nā relatio, quidúe fundamētum. Quid vero volumus per diſtinctionē ſm rem,in dilucidatione apparebit. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

De diſputatione ſunt innumere poſitiones, qa ab Ariſt.& Auer.& aliis peripateticis nihil de diſputatione certi habemus. Propterea hæc diſputatio non eſt intentata niſi à iunioribus, q multifariā loquuntur. Sed ne ſit confuſio,reducemus pōnes ad numerū certū, & famoſum. Propterea duæ fuerūt pōnes cōtrariæ. Altera dicit ꝙ nulla relatio differt ſm rē à fundamento. Altera dicit ꝙ oīs relatio differt ſm rē à ſuo fundamēto. Hę.n. ſunt poſitiones contrariæ. Prima pō eſt fere oīum logicorum,licet non vtanť illo modo dicēdi, ſed ſpeciatim eſt Henrici Gādauēſis, & à multis defendiť ad mentem expoſitorū Tho.& Egidij. Scd̄a videť Ioānis in ḃ.5.& oīum eorū,q res fatenť ſunt pōnes mediæ, quæ enituntur has conciliare,de quibus vberrime poſtea dicemus. Primā poſitionē probant primo de diſtantia, quæ eſt relatio,& tn̄ non differt ab eius fundamēto, aliter dū ego mouerer cauſare relationes diſtinctas ab ipſo cœlo, & ab oībus quæ à me diſtant. Amplius vel acquiriť in inſtāti vel tpe,& nō vr̄ in aliquo horū poſſe acquiri. Adhuc de fundamēto eius à quo differt, vr̄ qō quia nō pōt eſſe quantitas mobilis,quia illa nō plurificať, & diſtantiæ ſic,nec pōt eſſe locus,quia ille nō eſt in re, quæ diſtat,nec pōt eſſe vbi quia illud eſt reſpectus, qui fundať potius in relatione,q̄ ſit relationis fundamentū. Secundo niphum eſſe patrē nihil aliud eſt q̄ niphum hr̄e filiū. Sed filius nihil eſt niphi. igiť relatio nihil addit ſubiecto vltra fundamētū. Tertio ſi relatio differt à fundamento,tūc eſſet accidēs per accidens,& vltra ſequiť ꝙ poſſit adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem,& ita Niphus & Iacobus poſſunt eſſe ſine relationibus. Quarto ſi æqualitas ſit res exiſtēs in re quanta alia ab illa vel eſt tota in toto quanto,vel pars in parte vel tota in toto, & tota in qualibet parte, non tota in toto & pars in parte, quia cum illæ partes non differunt ſpē, tunc cuicunq; totū eſſet æquale,quęlibet pars eſſet illi æqualis, nec pōt eſſe tota in qualibet parte quia tunc pars eſſet æqualis alicui,cui eſt æquale ſuum totum. Alij arguūt. primo quia ſi relatio eſſet res alia à fundamento, tunc relatio poſſet eſſe terminus motus per ſe.deducitur, qa per relationem ipſum fundamentū,cui aduenit de nouo mutaretur realiter. Secūdo quia ſi relatio differt ſm rem à fundamento, tunc relatio haberet proprium ineſſe aliud à cæteris ꝑdicamentis, quod eſt cōtra Simplicium in prædicamētis. Aliæ rationes ſunt tactæ capite primo. Hæc pro prima pōne. Cōtra hanc pōnem,& pro ſecunda poſitione arguūt. Primo quia ille differunt ſm rem,quorum vnū poteſt eſſe realiter ſine alio, ſed fundamentum pōt eſſe realiter ſine relatione. vt patet,igitur differunt ſecundū rem. Secūdo quæcunq; oppoſita pn̄t fundari ſucceſsiue in eodē illo ſemꝑ ꝑmanēte eodē, differūt ſm rē ab illo, ſed ſilitudo & diſsimilitudo pn̄t

Auctores primæ poſitionis.

Auctores ſecūdæ poſitionis.

Rationes Henrici.

Rationes Sco. 2. ſen diſtin. 1. q 5.

fundari in eadē albedine illa ſemꝑ eadē ꝑmanente, igiť differūt ab illa ſm rem. Tertio illa differūt ſm rē, quorum vnum poteſt eſſe vnum,& alterū multiplicari, ſed poteſt albedo quæ eſt fundamentum eſſe vna & ſimilitudines plures,igitur differūt ſm rem. Quarto ea quæ ſic ſeſe habent, quod vnū pōt eſſe altero intenſius, differunt ſm rem:ſed pōt album eſſe albius, & minus ſimile,igitur differunt ſm rem. Quinto ſi relatio eſſet eadē fundamento,tūc æqualitas & ſimilitudo magis differrent q̄ ſimilitudo & relatio potētiæ actiue quæ fundantur in eodē calore, quod eſt falſum, quia ſimilitudo & potentia actiua fundata in calore, ſunt diuerſi generis. Sexto relatio rationis eſt alia res rationis à ſuo fundamento,igitur relatio realis eſt alia res realis à ſuo fundamento. Pro hac parte videtur Ariſt. in prædicamentis, vbi corrigens primam diffinitionem ait illa eſſe ad aliquid,quorū eſſe eſt ad aliud:& certū eſt ꝙ pro eſſe intelligit eſſe reale. igiť eſſe relationis differt à ſubiecto & fundamento. Amplius Simplicius ibidem declarat relationem eſſe ad aliud, adhuc Auer. 12. metaphy. vult ꝙ ſicut principiata ſunt alia,ita & principia, & exemplificat ſpeciatim de diſtinctione relationis ad alia: & principiorum relationis ad principia aliorū. Præterea Auicenna tertio ſuæ metaphy. capite de relatione videtur velle ex intentione ꝙ relatio habeat certitudinem propriam,& in principio capitis vult, ꝙ ſm ſuā certitudinē habeat proprium ineſſe, & propriam accidentalitatē. Ex his tenent quidam ꝙ relationes ſunt res, & diſtinctæ ſm rē à propriis fundamentis, propriiſq; ſubiectis. Hæc de extremis poſitionibus. De medijs vero poſitionibus Ioānes velle videť in qōne ꝙ relationes aliæ ſunt reales,aliæ rationis,& propterea dicit ꝙ omnis relatio realis differt ſm rem à ſuo fundamento. Secundo dicit ꝙ nulla relatio rationis differt ſm rē à ſuo fundamento,dicitur relatio realis apud Ioannem & alios, quæ requirit tria,vt extrema ſint realia, vt ſm rem differant, & vt inter extrema ſit mutua habitudo. defectu primi oppoſitio inter ens & non ens,nō eſt relatio realis, qm̄ extrema non ſunt realia,ſed alterum tātum,defectu ſecundi identitas nō eſt relatio realis, quia licet extrema ſit realia,non differunť ſm rē. Defectu tertij relatio inter ſcibile & ſciētiā,inter cauſam & cauſatū, deū & creaturam,& id genus nō eſt realis, quia ſcibile nō refertur ad ſcientiam niſi quia ſcientia refertur ad ipſum, & de cæteris ſimiliter, vnde Ariſto. in prædicamentis corrigens primam diffinitionem videtur diffinire relatiua realia hoc pacto dicens ad aliquid ſunt, quæcunq; ſm eorum eſſe ad aliud ſeſe habent, & per eſſe non intelligit eſſe in intellectu & intētionale,ſed eſſe reale, hæc ſolent dici ab aliquibus relatiua ſm eſſe, cætera vero dicuntur relatiua ſm dici, ſm eſſe quidē qa mutuo ſecundum eſſe formale ſunt ad aliquid, ſm dici vero illa dicuntur,quia ipſa dicuntur ad aliud, non ſunt tamen ad aliud, dicuntur quidem ad aliud quia alia ad ipſa, non ſunt ad aliud,quia non ſecundum eorum eſſe formale. Auicenna vero fuſius ſumens reale, appellat omnē relationem eſſe realem. Auer. tamē. 12. huius ait eſſe quaſi de ſecundis intellectis. Quod autem reales relationes differunt ſecūdum rem à ſuis fundamentis Ioānes perſuadet,primo quia ſunt in diuerſis prædicamentis, quæ ſunt decem rerū genera. Secundo quia ſi non abſolutum poſſet eſſe realiter ad aliquid qđ habet pro impoſſi. Quod aūt relatio rationis nō differat ſm rē à fundamento patet de identitate, quia eadē ſunt quorū ſubſtantia

Cōm. 19.

Pō Ioā. media.

Quid relatio realis quidue rationis.

Quæ Aui. & Auer. Cōm. 19.

tia eſt vnā,ſed identitas non eſt alia à ſubſtãtia vel vnitate ſubſtantiæ,patet etiam de relatione DEI ad creaturas,quia ſi eſſet realis, tunc DEO poſsit aliquod accidẽs de nouo aduenire.Hæc Ioannes diceret. Sed hæc poſitio media nulla eſt.Primo quia ſiue relatio ſit realis ſiue rationis eſt in diuerſo prædicamento à ſuo ſubiecto vel fundamẽto,igiť per eius rõnem primã ſequiť illam ſm rem prædicamẽti differre à ſubiecto vel fundamento, quod ipſe negat.Secundo quia cõtra ipſum ſunt rõnes factæ,quæ factæ ſunt pro prima poſitione. Alij dixerũt ꝙ aliud eſt fundamentum, per quod aduenit & aliud per quod inhæret. Verbi cauſa.ſit A.album Romæ. & B. fiat album nunc Salerni, fundamẽtum per quod.A. Romæ efficitur ſimile,& per quod ſibi aduenit ſimilitudo eſt albedo ipſius.B.quæ de nouo illi.B.accidit: fundamentum per quod ſimilitudo accidit ipſi.A.Romæ eſt ſua quam habebat albedo,dicunt igitur ꝙ ſimilitudo ipſius.A.ad B.differt ſm rem ab albedine ipſius.B.quæ erat fundamentum aduentus: nõ autẽ ab albedine ipſius.A.quæ erat fundamentũ inhærentiæ. Amplius albedo ipſius A.quæ eſt fundamentum aduentus ſimilitudinis in.B.differt ſm rẽ.A.ſimilitudine ipſius.B.albedo vero ipſius.B.quæ eſt fundamentũ inhærentiæ ſimilitudinis ipſius.B.nõ differt ſm rẽ. Addunt ꝙ qñq; non eſt fundamentum niſi vnum, quod vtriſque extremis eſt fundamentũ aduentus,& inhęrentiæ,vt in relatione DEI & creaturæ,aduenit enim DEO relatio & creaturæ inſimul per vnum tantum fundamentum, vt per mutationem creaturæ & hoc pacto relatio nõ differt ſm rẽ à fundamento,ſic igitur hæc poſitio dicit tria. Primum fundamẽtum aduentus differt ſm rem à ſua relatione. Secundum fundamentum inhærentiæ non differt ſm rem à relatione.Tertium qñ fundamentum eſt vnum & idem,quod eſt aduentus & inhærentiæ: relatio à nullo differt ſm rem.Hæc poſitio tamen non differt ab illa ſecunda,quia illa ſecunda concederet totum hic,& prima etiam,propterea ex hac poſitione adhuc remanet dña.Alij iuniores vt Gratia DEUS & q̃ plures dicũt, ꝙ relatio oĩs eſt vna res cum ſuo fundamento, differt tamen ratione cõceptibili atq; formali, eo quia in conceptu relationis cadit terminus ad quem, qui nõ cadit in conceptu fundamẽti.Sed hæc poſitio nulla eſt: quia ex ea ſequitur ꝙ relatio differt ſm rem à fundamento, quia omne illud differt ſm rem ab alio, quod ſm ſuam formalem rõnem addit aliquid diſtinctum realiter ab illo,nemo enim poteſt hanc negare, ſed per eos relatio addit ſecundum ſuam rationem formalem terminum, qui differt ſm rem à fundamento illius relationis,igitur differt ſm rem à fundamento.Secundo ħ demonſtrando habitudinem ad terminum differt ſm rem à ſuo fundamento patet, quia habitudo ad terminum dicit terminum realiter diuerſum à fundamẽto hoc eſt relatio, igitur relatio differt ſm rem à ſuo fundamento. Tertio terminus eſt realiter & formaliter de eſſentia relationis per eos,terminus non eſt realiter nec formaliter de eſſentia fundamenti eiuſdem, igitur relatio & fundamentum differunt ſecundum rem, aliter eidem rei aliquid poſſet eſſe realiter idẽ,& realiter diuerſum, quod eſt vltra captum humanum. Hæc de poſitionibus.

Confutatio. — *2.pō media duplex fundamentum.* — *Qualis poſitio.* — *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Prima dilucidatio & primum cõſilium.

SED veritas peripatetica põ dilucidari ſm cõem modum loquendi de diſtinctionibus, & ſm modum peripateticum.Primo modo debes ſcire, ꝙ aliqua dicunť diſtincta vel diuerſa, vel differentia ſecundũ rem, bifariam,aut ſm rem eſſentiæ, ſiue prædicamentarię,& ſic omnia illa ſm rem differunt, quæcunq; ſunt diuerſis in prædicamentis vel non in eodem prædicamẽto,aut ſm rem exiſtentiæ,& ſic omnia illa differunt ſm rem quorum alterum põt eſſe ſine altero ſm rem exiſtentię,veluti accidens & ſubiectum,album & dulce,& id genus.

Tunc pñt hoc pacto poſitiones concordari per duas concluſiones. Prima nulla relatio differt ſm rem exiſtentiæ à ſuo fundamento,ſiue illud ſit vnũ, ſiue plura. Secunda concluſio.Omnis relatio ſm rem prædicamẽtariam & eſſentiæ differt ſm rem à ſuo fundamento. Primam concluſionem probant rõnes primæ põnis. Secundam vero probant rõnes ſecundæ poſitionis. Sed dices identitas non differt ſm rem eſſentiæ vel prędicamentariæ à ſubſtantia, nec relatio DEI ad creaturã ab ipſo DEO. Dici poteſt vno modo ꝙ cõcluſiones debent intelligi de relationibus realibus,& prædicamentariis, quales nõ ſunt illæ,multæ.n.ſunt relationes tranſcendẽtes vt ſunt relationes tertij generis. Tertiũ.n.genus forte nõ eſt prædicamẽtale,vt dicemus fortaſſe poſtea. Vel dici poteſt ꝙ fundamentum identitatis & ſubiectum idem eſt: quia vnitas ſubſtãtię,fundamentum etiam & ſubiectum relationis DEI eſt idem, quod ipſa creatura, quia illa relatio non eſt in DEO niſi terminatiuæ non ſubiectiuæ, & tunc dico ꝙ identitas differt ſm rem prædicamentariam ab vnitate ſubſtantiæ,quia identitas eſt relatio, vnitas vero principium quanti. Amplius relatio DEI ad creaturam differt ſm rem prædicamentariam,quia illa relatio eſt relatio, & creatura eſt ſubſtantia,& ſic poteſt generatim defendi ꝙ relatio omnis differt ab eius fundamento ſm rem eſſentiæ vel prædicamenti. Si vero loquimur ſm peripateticos dici poteſt ꝙ aliqua eſſe diuerſa ſunt bifariam, vel in ſubiecto, vel in diffinitione. Tunc dicerem duo. Primũ nulla relatio differt in ſubiecto ab eius fundamento. Secunda omnis relatio differt diffinitione à ſuo fundamento. Prima patet quia relatio & fundamentum eidem ſubiecto accidunt, igitur ſunt eadem ſubiecto. Amplius dicuntur,de eodem ſubiecto: igitur ſubiecto ſunt eadem. Secunda vero deducitur, quia quæcunq; ſunt in diuerſis prædicantis, differunt diffinitione,quia differunt genere & differentia diuerſorum.n.generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſa ſunt genera & differentiæ. Animaduerſione dignum, vt diximus.4. huius quod aliqua eſſe ſubiecto eadem põt eſſe bifariã, aut mutuo & conuertibiliter, quia videlicet, non contingit alicui ſubiecto alterum ineſſe, quin & alterũ inſit, nec contingit alterum de vno prædicari ſubiecto, quin & de illo alterum, aut non mutuo, vt qñ poteſt alterum alteri ineſſe, vel de altero dici, cui non ineſt alterum, vel de quo nõ alterum prædicatur.Propterea ad dilucidationem põt addi ꝙ licet nulla relatio differat à fundamento in ſubiecto, tamen nulla relatio eſt eadem fundamento in ſubiecto mutuo, quia põt fundamentũ permanere relatione abiecta.Ex his poſſunt reduci poſitiones contrariæ,ꝙ,videlicet, ſi velit prima poſitio nullam relationem differre à fundamento ſecundum rem ſubiecti, recte ſentit, ſi ſecunda dicit quod omnis relatio differt à fundamento ſecundum rem diffinitionis etiam recte ſentit, & ſic ambæ bene dicunt,ſin aliter velint,nos negamus illas tanquã remotas ab auribus peripateticorũ. Hæc de dilucidatione.

Quæ diſtincta ſecundum rem Concluſiones. Prima. Dubĩ de identitate. — *Solutio quæ declarat an identitas ſit alia à ſubiecto.* — *Scda dilucidatio.* — *Quæ dictæ Cõcluſiones.2.* — *Conſilium poſitionum.2.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ſoluuntur rõnes ambarum poſitionum.

Ad

Ad primã dico, ꝙ dum mouef diſtans à cœlo cauſatur in cœlo res alia à cœlo ſm rem diffinitionis, vel ſm rẽ prædicamenti, vel eſſentiæ, nõ autẽ alia res ſubiecti, vel exiſtentiæ. Hęc eſt impoſ́e nulla mutatione facta in cœlo ipſum mutari ſm rem eſſentiæ vel diffinitionis, modo ſit mutatio in altero, vt dicit Auer. 8. phy. põt enim relatio effici noua alicui, vel quia ambo extrema mutantur, vel quia alterum. vel quia quoddam tertium. Ad ſecundã dico ꝙ relatio diſtantiæ non per ſe acquiritur, ſed conſequitur terminum ad quem, & ſic poteſt dici ꝙ acquiritur in inſtanti, velut de termino ad quem dici ſolet, & qñ quæritur de fundamento diſtantiæ dico, ꝙ eſt locus: & qñ diceretur ꝙ in eodẽ ſubiecto eſt relatio, in quo eſt eius fundamentum. Dico ꝙ iſti dicentes ſic male legerunt Auer. & Ariſtotelẽ, poteſt enim apud peripateticos noua conſurgere relatio inter aliqua per quoddam fundamentum, vt in. 3. vt. 8. phy. dicitur. Nõ enim de ratione fundamenti eſt aliud, niſi vt ſit id per quod relatio ineſt ſubiecto, ſiue illud inſit idem ſubiecto, ſiue non: vt dictũ eſt. Ad ſecundam principalem dico ꝙ ſm rem ſubiecti & ſm rem exiſtẽtiæ Niphum patrem non eſt aliud ꝙ̃ habere Iacobum filium, ſm tamen rem prædicamẽti eſſentiæ vel diffinitionis, eſt aliud vt patet. Ad tertiam concedo totum vſque ad vltimũ: qa bene relatio poteſt ad eſſe & abeſſe à Nipho, non tamẽ ſtante fundamento, & ſic nihil eſt. Ad quartam dico ꝙ nulla relatio eſt totum, & ſic nec æqualitas, nec multiplicitas eſſe poteſt tota in toto, vel tota in qualibet parte. Ad quintam reſpondet Simpli. in prædicamentis ꝙ relatione adueniẽte alicui de nouo illud ſine dubio mutatur: quia aliter ſe habet, nunc ꝙ̃ prius: verũ ait ꝙ mutari eſt bifariã ad ſe, & ad aliquid, dicit igitur ꝙ ad relationem nõ eſt motus vt in terminum ad ſe, bene motus vel mutatio vt ad aliud. Sed de hoc librum. 5. phy. lege. Ad. 6. dico ꝙ relatio habet propriũ ineſſe aliud ab ineſſe fundamenti, ſed non ſm rem exiſtẽtiæ vel ſubiecti. ſed ſm rem eſſentiæ, vel prædicamẽti, vel diffinitionis. Ad rationes pro ſecunda poſitione. Ad primam concedo ꝙ differunt ſm rem eſſentiæ, prædicamenti, & diffinitionis, ꝙ non ſunt eadẽ ſubiecto mutuo, & hoc concludit prima ratio. Præterea alij dicunt ꝙ relatio nõ poteſt deſinere ſm rem exiſtẽtiæ ſtante fundamẽto, vt dicit Auer. de formis artificialibus. 2. de anima cõmen. 8. Bene tñ ſm rem prædicamẽti, vel eſſentiæ. Ad ſecundã dico ꝙ ratio cõcludit illa diſtingui ſm rẽ prædicamenti, vel eſſentiæ, vel diffinitionis, vel non eſſe eadem ſubiecto mutuo. Et per idem ad tertiam, & ad quartam, ſolũ enim concludunt ꝙ non ſunt eadem in re ſubiecti mutuo: & quod etiam differunt re prædicamenti, eſſentiæ & diffinitionis. Ad quintam dico ꝙ relatio & ſimilitudo magis differunt quo ad rem ſubiecti, vel exiſtentiæ, non autẽ quo ad rem obiecti eſſentiæ, vel diffinitionis. Ad. 6. negatur ſimilitudo, vel concedo totum, quia relatio differt à fundamẽto ſm rẽ eſſentiæ prædicamenti, & diffinitionis. Ad omnes auctoritates patet ſolutio. Ad rationes primi capitis. Ad primam Ioãnes concedit proceſſum in infinitum in accidentaliter ordinatis, oẽs enim illæ ſunt vnius ſpẽi. Ad ſecundam diximus diſputatione prima, ꝙ habitudo ad terminum eſt de eſſentia relationis, & habitudo ad fundamẽtum vel ſubiectum, verum habitudo ad terminum eſt de eſſentia eius vt relatio eſt, habitudo vero ad ſubiectum vel fundamentũ vt eſt accidens, & ſic dici põt ꝙ relatio non differt ab habitudine ad ſubiectum vel fundamentum ſm rẽ eſſentiæ, vt accidens eſt, quicquid ſit de illa vt relatio, propterea genera relationum ſunt data per habitudines ad fundamenta tanquã per notiores. Ad tertiam negant conſequentia, quia relatio nõ eſt actus fundamenti, nec fundamentum eſt potentia, vel poteſt concedi reddi illud compoſitius ſm rem prædicamenti, non autem ſm rem exiſtentiæ. Ad quartam dico ꝙ in Deo ſi ſunt relationes, non ſunt in per modũ actus, & propterea non faciunt compoſitionẽ in Deo. Ad quintam concedunt Auerroici de accidentibus imperfectis vt patet de dimenſionibus, & de potentia & id genus. Ad ſextã concedunt in aliquo poſſe eſſe infinitas res reſpectiuas & in potentia, non autem abſolutas & in actu. Ad vltimam Auer. in. 8. phy. non habet pro impoſsibili in relationibus. ſed in abſolutis res ſit digna conſideratione. Hæc ſufficiant. de. 12. diſpu.

Non eſt autem intellectus ad hæc cuius eſt intellectus, bis enim idem dictum vtique erit &c. Tex. cõm. 20.

DISPVTATIO XIII.

De termino relatiuorum.

Num idem relatiuum ad plura referri poſsit.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod idem relatiuum poſsit ad plura referri. Arguitur primo, quia idem continens referri poteſt ad plura contenta, nam vnus numerus continet multos. Secundo vna met potẽtia actiua refertur per ſe ad ipſum agere & ad potẽtiam paſsiuam. Tertio idem pater referri poteſt ad cõplures filios, vt Niphus pater ad Iacobum, Domicium, & Liuiam filios. Quarto idem ſm rationem gẽneris, poteſt referri ad correlatiuum generis & correlatiuum ſpẽi, vt dicitur in textu, veluti multiplex ad ſubmultiplex, & ad dimidium. Quinto ſpecies refertur ad genus, vt dicit Porphy. & ad indiuidua, quia diffinitur per illa. In contrarium eſt Ariſt. in textu, dicens quia tunc idem bis diceretur, qđ habet pro impoſsibili. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

REFERRI apud authores multifariam eſt. nã apud grammaticos referri quandoq; eſt repreſentare, & hoc pacto relatiua ſunt qs, vel qui, quę quod vel quid. Suus, ſua, ſuum, & cætera grãmaticæ dicta, & relatiuũ apud Priſcianum diffinitur ꝙ eſt ante latæ rei repreſentatiuũ & ſic non loquimur in diſputatione, attinet. n. ad grammaticos. Alio modo referri accipitur apud oratores, & ſic referri vel referre eſt mandatum prætoris publicare, ſicut Senatus votũ Cæſaris referre dicebatur, & nec ſic in propoſito accipitur. Tertio accipitur apud ſcientes pro indicare, eo modo quo dicitur in ſcientia effectus refertur cognitio cauſæ, vt. 2. meta. dictum eſt, & nec ſic accipimus. Demum referri accipitur apud logicos & metaphyſicos pro eo quod hoc ipſo quod eſt ad aliud differentia quo prædicamẽtarium relatiuum deducitur, & hoc modo intelligif in diſpu. refertur enim aliquid ad plura, quando hoc ipſo quod eſt ad plura dicitur, quo vero modo ſumatur, idẽ in dilucidatione apparebit. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM.

DICVNT quidam de mente expoſitoris ꝙ idẽ relatiuum poteſt ad plura referri. Secundo dicunt, ꝙ ſi idẽ relatiuũ ad plura referf, non ad illa dicif per plures relationes, *Prima poſitio. attributa Thomæ.*

relationes,ſed vnica relatione, vt idem pater ad plures filios vnica tm̃ relatione. Sed contra hæc aliqui oppugnant. *Obiectiones.* Primo,quia his datis vna relatio eſſet plures relationes.deducunt, quia eſſe ad,eſt de eſſentia relationis, igitur multiplicato ipſo eſſe ad, relatio ipſa multiplicabit, quia multiplicata eſſentia alicuius,multiplicatur & res,cuius eſt. Secundo tunc idem haberet plures diffinitiones proprias & primas.deducitur, quia relatio & relatiuum non diffinitur niſi per eſſe ad, ſed plura ſunt eſſe ad,quia plures termini, igitur concluſio. Tertio tunc idem ſimul erit & non erit,deductum eſt, & deducitur: quia ſi aliquid refertur per vnicam relationẽ ad plura,ſit illa. A.per. A.igitur refertur ad plura, ſed corrupto vno correlatiuorum, etiam alterum corrumpitur,igitur poteſt vnum illorum corrũpi,& ſic.A. corrumpetur & ita non erit,ex alio vero remanet,quia poteſt aliud correlatiuum remanere,& ſic idem eſſet,& non eſſet.

2.poſitio. Propter hæc tenent primo ꝙ impoſſibile eſt idem referri ad plura per ſe primo, patet hoc per rõnes tactas.Secundo ꝙ idem põt referri ad plura per ſe non primo: declarant quia duplum refertur per ſe primo ad dimidium, per ſe non primo ad ſubmultiplex.Amplius ſpecies refertur per ſe primo ad genus, per ſe vero non primo ad indiuidua, ad quæ refertur per rationem ſui generis, quod eſt vniuerſale,quod apud eos eſt genus ad quinque vl̃ia, igr̃ idem per ſe nõ primo põt referri ad plura.

Confutatio. Sed hæc poſitio eſt confuſa,primo,quia idem relatiuum ſm̃ rem ſubiecti põt ad plura referri, & ſm̃ rem eſſentiæ non,& non diſtinxit, igitur confuſa. Secundo quia apud eos alibi,idem relatiuum materialiter põt referri ad plura numero, & ad plura differẽtia ſm̃ rõnem,nõ autem idem formaliter, & non diſtinxit,igitur confuſa.Tertio rõnes, eorum cõtra primam poſitionem nullæ ſunt, quia prima põ dicit ꝙ vnum & idem relatiuum numero & ſm̃ vnam relationem numero poteſt referri ad plura correlatiua numero,modo ſint eiuſdem ſpeciei vt diximus de patre vno numero per vnicam paternitatem numero, ꝙ põt referri ad plures filios numero per diuerſas filiationes numero,& ꝙ non concludant, Declaratur ad primam dico ꝙ eſſe ad, eſt de eſſe relationis indiuiduæ, non quidem ad relationem indiuiduam, ſed ad relationem ſm̃ ſpẽm, non.n.eſſe ad filium meum Iacobum eſt de eſſentia paternitatis. Niphi:ſed eſſe ad filium, & ſic idem põt eſſe ad plura per vnicam relationem, quia eſt ad illa per rationem ſpẽi, ſic.n. Expoſitor vbiq; ſentit.Per idem ad ſecundam,quia illa relatio non diffinitur niſi per terminum ad quem, ſumptum ſm̃ ſpeciem, ſicut non diffinitur niſi rõne ſpeciei. Ad tertiam nego conſequentiã, quia pr̃nitas mea nõ deſtruitur ad deſtructionem vnius filiationis numero,ſed filiationis ſm̃ ſpeciẽ, & ſic deſtructa filiatione A. vel B. adhuc remanet, & ſic rationes nullę ſunt contra Expoſitorẽ. Hęc de dubõnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS.

1.Suppõ. PRO dilucidatione primo debes ſcire ꝙ idem referri ad plura põt intelligi bifariam, vel ad plura eiuſdem rõnis, vel ad plura diuerſarum rationũ,vt dictum eſt.

Secunda. Secundo debes ſcire ꝙ ſiue ſic,ſiue ſic idem poteſt intelligi referri ad plura,aut ſm̃ identitatem rei exiſtẽtiæ,aut ſm̃ identitatem rei eſſentiæ (vel vt peripatetici loquar) intelligi poteſt: aut ſm̃ identitatem rei ſubiecti, aut rei definitionis.

Tertia. Tertio debes ſcire ꝙ referri ad plura diuerſarum rõnem ſm̃ identitatem rei eſſentiæ vel diffinitionis eſſe poteſt per ſe primo, vel per ſe non primo,vt logici diſtinguunt. Tunc dico primo ꝙ *1.conclu.* idem ſm̃ rem exiſtentiæ,eſſentiæ,ſubiecti & diffinitionis põt intelligi referri ad plura ſm̃ eãdem rationẽ,deducitur authoritate Expoſitoris, quia idem pater numero ſm̃ eandem rem ſubiecti,& exiſtẽtiæ, & ſm̃ eandem rem eſſentiæ & diffinitionis, hoc eſt ſm̃ eandem relationẽ refertur ad plures filios eiuſdem ſpẽi filiationis,& hoc pacto Expoſitor intellexit. Secundo dico ꝙ idem relatiuum ſm̃ identitatem rei exiſtentiæ vel ſubiecti põt intelligi referri ad plura relatiua eiuſdem ſpẽi & rationis,etiã alterius ſpeciei & rationis. patet, quia idẽ homo refertur ad patrem eius,& ad filium eius, idẽ dico ſm̃ rem ſubiecti,& rem exiſtentiæ, res.n.ſubiecti ſiue exiſtentiæ relatiui non eſt aliud,quam eſſe ſui ſubiecti. Tertio pro mente Ariſt.dico ꝙ idem relatiuum ſm̃ identitatem rei eſſentiæ vel diffinitionis nõ põt referri per ſe primo ad plura diuerſarum rationum, patet hæc concluſio per verba Ariſto.quia tunc idem ſm̃ rem eſſentiæ & diffinitionis,bis diceretur ſecundum rem eſſentiæ & diffinitionis, vt deducunt rationes logicorũ. Quarto dico ꝙ idem relatiuum ſecundũ identitatem rei eſſentię & diffinitionis poteſt ad plura alterius rõnis referri per ſe non primo, deducũt.n.hoc rationes pro ſecunda concluſione logicorum, duplum enim eadem duplicitate ſpecie refertur per ſe primo ad dimidium,& per ſe non primo ad ſubmultiplex. Ex his apparet dilucidatio,& vtriuſque poſitionis conſilium.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis. Ad rationes patet ſolutio,idem.n.numerus ſecũdum rem ſubiecti poteſt referri ad plura diuerſarum rationum, non autem ſecundum rem eſſentiæ. idem potens refertur ad agere & ad paſſum,ſed non p ſe primo per eandem potentiã:ad paſſum.n.per ſe primo,ad agere vero per ſe non primo. Amplius quid de parte dicendum ſit in dilucidatione patuit. Ad cætera omnia etiam patuit ſolutio. Hæc de diſputatione.13.

Secundum ſe quidem igitur dicta ad aliquid hæc quidem ſic &c. Tex.cõm.20.

DISPVTATIO XIIII.

De ratione formali terminandi relationem alterius correlatiui.

Num ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui ſit relatio.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ratio formalis terminandi relationem alterius relatiui non ſit relatio. Arguitur primo *Cõm.20.* quia.8.phy.dicitur ꝙ colũna eſt dextera & relatiua ad animal & non per relationem colũnæ ad aĩal, igitur ratio formalis terminandi relationẽ alterius correlatiui non eſt relatio.Secundo nullus terminus vel ratio terminatiua eſt ęque prius terminato,ĩmo prior terminato ſed relatio non eſt prior correlatiuo,igitur non poteſt eſſe ratio terminandi. Tertio Deus refertur ad creaturam atque illius relationem terminat, igitur relatio non eſt ratio terminandi. antecedens concedunt catholici & ph̃i, & deducitur enthymema, quia Deus non terminat relationes creatarum rerum niſi per relationes exiſtentes in creaturis,& non in ipſo. Quarto ſcibile vt dicitur in hoc.5.terminat relationem ſcĩæ ad ipſum & non per relationem exiſtẽtem in ipſo, igitur nõ

ſemper

ſemper relatio eſt ratio terminandi. In contrarium eſt Ariſto.in prædicamentis,vbi dicitur relatiua ſunt ſimul natura,quia ſimul naturali intelligentia.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli. Primo debes ſcire ꝙ in relatiuo ſunt tria.ſubiectum,videlicet,cui relatio ineſt, fundamentum per quod illi ineſt,de quo ſuperius dictum eſt.& ipſa relatio quæ ineſt.Verbi cauſa. in patre eſt homo,cui ineſt paternitas,virtus generatiua,qua genuit per quã ineſt ſibi paternitas,& paternitas ipſa, quæ ineſt.Secundo debes ſcire ꝙ tria ſunt terminus ipſe, conditio terminandi ſiue cauſa ſine qua non,& ratio terminandi,pater quidem terminus eſt filiationis, conditio vero,& ratio terminandi quæ ſit dubium eſt, eſt autem ratio terminandi id propter quod pater dicitur ad filiũ formaliter, ideo quæritur ſi pater dicitur ad filiũ formaliter paternitate,vel ratione abſoluta priore paternitate. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Pō Sco. primo ſententiarũ diſ. 30.q.1.

DE præſenti diſputatione doctor quidam.d.primo ꝙ nulla relatio nec realis,nec rationis eſſe põt rõ formalis terminandi relationẽ alterius relatiui. Secũdo.d. ꝙ ratio formalis terminandi eſt abſolutum relatiui, ſiue illud ſit aliquid præter ſubiectũ, ſiue præciſe ipſum ſubiectũ.Primam concluſionem probat primo de relatiuis tertij generis,quia,vt dicitur in textu hæc dicuntur relatiua,quia alia referuntur ad ipſa,igitur terminãt vt abſoluta,& non relatiua.Secundo de actu & potentia,quia habetur in hoc.9.ꝙ potentia per actum diffinitur & non econtra,igitur actus vt prior potentia diffinit potentiam,ſed vt relatiuum non eſt prior: igitur vt abſolutum diffinit potentiam,& per conſequens vt ſic, terminat potentiæ relationẽ. Tertio generatim arguit, relatio oĩs diffinitur per terminum ad quem,igitur terminus ad quem, eſt prior relatione diffinita ẜm diffinitionem,igitur nõ ſub ratione relatiui terminat, quia vt ſic non eſt prius,ſed in æquo. Quarto tũc in diffinitionibus eſſet circulus.deducitur, quia relatio alterius eſſet ratio diffiniendi alterũ,& illius relatio eſſet ratio etiã diffiniendi alterum:& ſic in diffinitionibus eſſet circulus.Secunda vero cõcluſio deducitur, quia ſi relatio nõ eſt ratio terminandi relationem alterius relatiui,ſequitᷣ vt abſolutum illud quod eſt præter relationem ſit ratio terminandi.Hæc illæ.Sed hæc poſitio non eſt peripatetica.Primo,quia ſi relatio non eſſet ratio terminandi, tũc oẽs relationes eſſent tertij modi,& deducitur, quia relatiua tertij modi ſunt,quæ non per relationes eorũ referuntur,ſed quia alia ad ipſa,modo apud iſtum virũ oĩa relatiua referuntur,quia alia ad ipſa referuntur, igitur omnia eſſent dicta tertij modi,vel ſaltem non poſſet aſsignari differentia inter relatiua tertij modi, & aliorũ generum. Secundo ſi ita eſſet, tunc non quicunq; diſſinite ſciret alterum correlatiuorum, diffinite ſciret & alterum.deducitur quia non quicunque diffinite ſciret vnum relatiuum diffinite ſciret abſolutum alterius, nõ enim vnum relatiuum conuertitur cum abſoluto alterius,conſequens vero eſt contra Ariſto.in prædicamentis:igitur & añs.Tertio ea ratione alterum correlatiuũ terminat relationẽ alterius, qua ratione refertur ad ipſum vt patet in prædicamentis, ſed nõ refertur per abſolutum,igitur nec per abſolutum terminat relationẽ. Quarto Ariſto.in prædicamentis habet pro impoſſi ꝙ ſubſtantia ſit ad aliquid,igitur ẜm ipſum ratio terminandi non poteſt eſſe abſolutum. tenet argumentum, quia vbi ſit abſolutũ ratio terminandi, ſubſtantia poſſet eſſe ad aliquid,ſaltem quia aliud eſt ad ipſam.Ex his & alijs videtur mihi ꝙ hæc poſitio non ſit peripatetica, immo contra Ariſtote. & Porphy. & Boetium. Hæc de poſitionibus.

His argumentis ſolet probari ꝙ vnum relatiuum per alterum non diffinitur.

Confutatio poſitionis.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire, vt dicitur in.2. de anima ꝙ nos dici poſſumus ſcire & anima, & ſcĩa aĩa quidẽ vt materia,& ſubiecto, ſcĩa vero formaliter, ſic põt pater ad filium referri,ſubiecto quidem quia eſt homo,fundamẽto vero quia ipſum potuit generare,& genuit,formaliter aũt quia paternitate.Ex his ſequitur dilucidatio ꝙ ipſum quod refertur eſt relatiuũ vt pater, verũ quo refertur tanq̃ materia & ſubiecto eſt homo, quo vero tanquam conditione referendi eſt potẽtia generatiua: non enim poteſt ad filium referri pater, niſi præſuppoſita potentia generatiua, quo denique refertur tanquam ratione formali referendi eſt paternitas. Hæc dilucidatio deducitur primo, eo modo ſeſe habet albedo ad album, quo paternitas ad patrem, & generatim relatio ad relatiuum, ſed album formaliter eſt album albedine, igitur relatiuum eſt formaliter ad aliquid relatione,& ita ratio qua terminat relationem alterius,eſt relatio.Secũdo eo formaliter refertur & terminat relationem alterius,quo conſtituitur ineſſe relatiuo,ſed formaliter relatione eſt tale,igitur relatione terminat & refertur. Ex his ſequitur ꝙ ſi doctor ille velit relatiuum referri ad aliud vel eſſe terminum relationis alterius vt abſolutum tanq̃ materia vel conditione referendi,recte ſentit,at ſi intelligit ipſum referri vt abſolutum tanquam ratione formali referendi,non eſt peripateticum,vt viſum eſt. Aliter fortaſſe põt inter has opiniones poni concordia,nam aliquid eſſe de ratione alicuius poteſt intelligi dupliciter, aut ẜm rationem generis,aut ẜm rationem ſpẽi,de ratione.n.hominis, vt homo eſt rationale, non autẽ de ratione hominis vt aĩal eſt.Tunc dico ꝙ de ratione relatiui ẜm genus non eſt vt terminet ſuum correlatiuũ per relationẽ, quia multa abſoluta terminant ſua correlatiua, non per relationem tãquam per rationem terminandi. vt relatiua tertij modi.& recte dicere poteſt prima poſitio, ꝙ non eſt de ratione relatiui vt terminet habitudinem ſui correlatiui ẜm rationem generis, de ratione vero relatiui in ſpecie,vt tale relatiuum eſt reciprocũ & id genus, eſt vt terminet habitudinem ſui correlatiui per relationem quia refertᷣ ꝑ ſe ad illud, nõ qꝛ aliud refertur ad ipſum, & ideo baculus ſtat in angulo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis. Ad rationes pro poſitione illius. Ad primam & ad ſecundã dico ꝙ cõcludunt de relatiuis tertij generis.Illa enim ſolũ referuntur, quia alia referuntur ad ipſa, ſecus eſt in relatiuis reciprocis, de quibus rõnes non cogunt.Ad tertiam dico ꝙ vnum relatiuũ diſſinitur per alterũ,& nego ꝙ illud ſit diffinitione prius, quia ſolum in relatiuis habetur ꝙ diffiniens & diffinitũ ſunt ſimul natura vt dicit Ariſto. Immo nec per notius ſed æque notum, quia vt.d.Boetius magis cõdiffiniuntur,ꝙ vnum per alterum diffiniatur, ſunt enim diffinitione & intelligentia & natura ſimul. Et per idẽ ad quartam:concedo enim circulum in relatiuis, quia magis ambo condefiniuntur, quam alterum altero definiatur,ſecus eſt in aliis aliorum prædicamentorum. Ad rationes primi capitis.patet ſolutio, prima cogit de relatiuis tertij modi. Secũda fallit in maiori, immo terminus

nus & ratio formalis terminandi eſt æqualis & conuertibilis cum terminato. Ad tertiam & ad quartam concludunt relatiuis tertij modi, Hæc de diſputatione 14. ſufficiant.

Ex eodem loco oriuntur hæc & ſequentes diſpu. &c.

DISPVTATIO XV.

De diſtinctione relationum.

Num relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis.

Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod formalis diſtinctio relationum ſit à fundamẽtis. Arguitur primo relatio eſt fundamentum, igitur à diſtinctione formali fundamentorum ſortiũtur diſtinctionem ipſæ relationes. Secũdo habitudo ad ſubiectum eſt de eſſentia accidentis, vt. 7. huius patet, ſed relatio eſt accdens, igitur habitudo ad ſubiectum eſt de eſſentia relationis, ſed fundamentum eſt ſubiectum, ſaltem per quod, igitur habitudo ad fundamẽtum eſt de eſſentia relationis, & ita relationes ſortiuntur diſtinctionem formalem à fundamẽtis. Tertio relationes diſtinguũtur numero per ſubiecta & fundamenta, igitur & ſpecie, tenet conſequentia, quia nõ maior ratio eſt de vna diſtinctione quã de altera. añs ſupponitur ſm peripateticos. Quarto à quo res habet eſſe. ab eodem habet formalem diſtinctionẽ, ſed relatio habet eſſe per fundamentum, vt oẽs ſentiũt, igitur ꝑ illud habet diſtinctionẽ eſſentialem. In cõtrarium arguitur, quia per habitudinem ad terminũ relatio definitur vt patuit proxima diſpu. igitur per habitudinem ad terminum relatio habet eſſentialem atque formalem diſtinctionem. Hæc de dilucidationibus.

Capvt secvndvm titvli.

Pro intellectu tituli debes ſcire ꝙ queadmodũ forma eſſentia, ſpẽs, & quidditas apud peripateticos idem eſt, ſic diſtinctio formalis eſſentialis quidditatiua atque ſpecifica idem eſt, quare cum diſputatio quærit ſi relationes ſortiuntur diſtinctionem formalem ab earum fundamentis, intelligit ſi relationes ſortiantur diſtinctionem eſſentialem, quidditatiuã, & ſpecificã ab illis. Sunt tamen qui faciunt vim in verbis aſſerentes aliqua diſtingui per formas, & non formaliter, nec ſpecifice, nam Soc. & Pla. diſtinguuntur per formas, quia alia eſt forma Socratis, alia Platonis, qui tamen nõ diſtinguuntur formaliter nec ſpecifice. Et poteſt hoc habere colorem, quatenus aliud eſt diſtingui per formas tanq̃ ꝑ rationem diſtinguendi, & aliud per formas tanquã ꝑ ea quæ diſtinguũtur, formæ nãq; Platonis & Socratis differunt, nõ aũt Socrates & Plato differũt per formas veluti per rationes diſtinguendi, & propterea non differunt ſpecie, quærit vero diſputatio ſignanter de diſtinctione formali ſiue ſpecifica, quia de numerali diſtinctione diſputatum eſt ſupra. vbi locuti ſumus de principio indiuiduationis. Hæc de titulo.

Quid diſtingui per formas, & ad formaliter.

Capvt positionvm tertivm.

Põ prima.

Aliqvi dicunt ꝙ relatio habet duplicẽ habitudinem, alterã quidẽ ad terminũ, alterã vero ad ſubiectum ſiue fundamẽtũ. Illa ad terminũ eſt de eſſentia relationis, ſed illa ad fundamentum ſiue ſubiectũ eſt eſſentialis, non tñ de eſſentia. hoc declarant, quia aliud eſt eſſe de eſſentia alicuius. aliud eẽtiale. riſibile. n. hoĩ eẽtiale eſt, non autem de illius eſſentia, eſt quidem eſſentiale qa fluit ab eius eſſentia, & eſt ꝓpria illius paſſio, eſt autem non de eſſentia, quia non ponitur in rõne formali illius. Quare volunt ꝙ relationes eſſentialiter per habitudines ad fundamenta differant, non aũt ſpecifice per illas, & ſic dicunt duo ꝙ diſtinctio relationum per fundamenta eſt eſſentialis eſſentialitate paſſionum. Secundo ꝙ nõ eſt ſpecifica, quia nõ per illa, quæ ſunt de eſſentia relationum. Sed hæc poſitio nec quo ad modum dicendi, nec quo ad poſitionem ipſam eſt peripatetica, quo quidem ad modum dicendi, quia apud peripateticos eſſentia, forma, & ſpẽs, idem eſt: igitur quæcũque eſſentialiter differunt, ſpecie & forma differunt, quo vero ad põnem, quia ſi habitudo ad fundamentũ eſt propria paſſio relationis, & habitudo ad terminum eſt de eſſentia illius, tunc habitudo ad fundamentum flueret ab habitudine ad terminum, quod nec ipſi, nec nos cõcederemus. Præterea quicquid eſt de rõne formali generis, eſt de rõne formali ſpẽi, ſaltem per rõnem generis, ſed habitudo ad ſubm eſt de rõne accidentis vt dicemus in. 7. diſpu. prima, igitur de rõne relationis quæ eſt ſpẽs accidentis. Iuniores vero dicunt ꝙ termini non ſunt dr̃iæ relationum. Secundo ꝙ dr̃iæ ſpecificæ relationũ ſumunt̃ à terminis illarum, vbi debes ſcire ꝙ aliquid põt ſumere dr̃iam ab aliquo, qđ non eſt eius dr̃ia, vt motus ſumit dr̃iam à termino ad quẽ, vt dicit̃. 5. phy. qui terminus ad quem nõ eſt dr̃ia motus, ſic in propoſito à terminis relationes ipſæ ſumunt ſpecificam dr̃iam, qui tñ non ſunt dr̃iæ relationum, quod quidem à terminis relationes ſortiantur formalem differentiam, teſtantur per hoc ꝙ relationes diffiniũtur per terminos, quod vero termini non ſint differẽtię relationum, arguunt quia termini ſunt alterius generis, modo diuerſorum generum nõ ſubalternatim poſitorum diuerſa ſunt genera, & differentiæ, igitur termini non poſſunt eſſe differentiæ relationum. Secũdo relationes differũt genere per nihil alterius generis, igitur differunt differentiis per nihil alterius generis. Tertio formalis diſtinctio rei eſt per, propriã rei realitatẽ, ſed terminus non eſt propria relationis realitas, vt patet, igitur nõ eſt illius dr̃ia formalis. Quarto ad idem genus pertinet materiale & formale rei, ſed materiale relationis eſt ſui generis, igitur & formale, & ita terminus non poteſt eſſe eius dr̃ia, quia eſt alterius generis. Sed hæc poſitio eſt ambigua. Primo quia per fundamenta videtur dr̃ia relationum eſſentialis, eo quia quicquid eſt de rõne generis, eſt de rõne ſpẽi, ſed hitudo ad fundamenta eſt de eſſentia accidentis, igitur relationis. Secũdo arguit̃ directe contra põnem, quia Porphy. ait dr̃iam eſſe, qua differũt inter ſe ſpẽs, ſed terminus eſt quo ſpẽs relonũ dr̃nt, igit̃ terminus eſt dr̃ia relationis: ꝑterea ſi per eos relones differunt terminis, aut per ſe, aut per acñs, nõ per accidens, igitur per ſe, ſed differentia eſt qua per ſe differũt ſpẽs, igitur terminus eſt relationis dr̃ia. Vltimo relationis nullæ ſunt, quia aliquid eſſe differentiam alicuius põt intelligi bifariam, aut vt partem, aut vt cãm, terminus. n. ad quem eſt differentia motus, non quidẽ vt pars motus, quia qñ motus eſt, terminus ad quẽ non eſt, ſed eſt illius dr̃ia vt cã, eo quia eſt cã differẽdi, & ſic oẽs rõnes valent, ꝙ terminus non eſt differẽtia relationis vt pars, cum quo tñ ſtat illum eſſe differẽtiam vt cã, & ſic rõnes nullæ ſunt. Hæc de poſitionibus ſatis.

Confutatio.

Põ iuniorum.

Cõm. 9.

Confutatio.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione. Primo accipio relonem habere duas habitudines, alteram ad ſubiectum, alterã ad terminum

minum, & per ſubiectum intelligo ſiue ſubiectum, cui ineſt ſiue per quod ineſt, habitudo ad ſubiectum appellatur eſſe in habitudo ad terminum dicitur eſſe ad: vt aſſerit Boetius. Secundo ſuppono poſſe alicui competere aliquid per ſe per rõnem generis, quod ſibi non competit per rõnem ſpẽi: & econtra, aliquid põt competere alicui per rõnem ſpeciei, quod non cõpetit ſibi per rõnem generis. Exẽplũ eſt Ariſto. in iſto. 5. & Auer. de talpa: cui per rõnem generis competit poſſe videre, per rõnem ſpẽi competit eſſe aboculũ. His ſuppoſitis, ſit prima concluſio habitudo ad fundamentum ſiue ſubiectum competit per ſe relationibus per rõnem generis, hoc eſt inquantum accidens ſunt, hæc concluſio ſupponatur ad mentem peripateticorum, quia diſpu. prima huius. 7. determinabitur eſſe in, eſſe de eſſentia accñtis. Secunda eſſe ad, ſiue habitudo ad terminum competit per ſe relationi non per rationem generis, ſed per rationem relationis ſiue ſpeciei. Probatur prima pars, quia ſi competeret relationi per rõnem accidẽtis, tunc oĩ accidenti competeret. Secunda patet per conſenſum oĩum, & per verba Ariſto. & Boetij in prædicamentis. Ex his apparet dilucidatio, ꝙ videlicet relationes ſortiunẽ dſtinctionem formalem à fundamẽtis, nõ quidem quatenus relationes, & per rões ſpẽrum, ſed per rõnem generis, & quatenus accñtia ſunt, à terminis vero ſortiunẽ diſtinctionem formalem quatenus relõnes, ſunt & per rõnes proprias. Hæc de dilucidatione.

Com. 27.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIs dilucidatis ad rões. Ad primã dico, ꝙ de diſtinctione relationis, & fundamenti dictum eſt ſupra. Sed dato ꝙ relatio ſit fundamẽtum identice, non tñ eſt relatio formaliter. Ad ſecũdam patet ſolutio per dilucidationem. Ad tertiam negatur conſequentia, quia indiuidua differunt per materias numero & ſpẽ per formas, igitur non per idem res differunt numero & ſpẽ. Ad vltimum conceditur ꝙ per fundamenta relationes habent eſſe, & diſtinctionem, non tamen formalem, ſed vt dictum eſt. Ad rõnem in contrarium patet ſolutio per dilucidationem. Hæc de. 15. diſputatione.

DISPVTATIO XVI.

De quidditate relationis.

Num terminus ſit de quidditatiuo conceptu relationis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod terminus de quidditatiuo conceptu relationis ſit. Arguitur primo, quod ponitur in diffinitione relationis eſt de conceptu relationis, terminus ponitur in diffinitione relationis, vt patet in prædicamentis, igitur eſt de conceptu quidditatiuo illius. Secundo terminus attinet ad relationem per ſe, vt diſputatione proxima patuit, & non per ſe ſecundo modo, igitur per ſe primo modo, & ita de illius ratione formali. In contrarium arguitur, quod non eſt relationi idem ẽm rem, non põt eſſe de quidditatiuo cõceptu illius, ſed terminus non eſt idem ſecundum rem relationi, igitur nec de illius quidditatiuo conceptu. Hæc de dubitationibus ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit conceptus quidditatiuus, nõ ſemel in hoc lib. declarauimus, tñ modo dicimus ꝙ cõceptus quidditatiuus, & rõ formalis idem eſt, ratio autem formalis in hab entibus diffinitionem eſt diffinitio, in non habentibus diffinitionem eſt deſcriptio, in non habentibus deſcriptionem eſt conceptus, quo res eſt apta cõcipi vt alibi diximus, cõceptus. n. nõnũquã ſumiẽ formaliter pro actu cõcipiendi, nõnunꝗ obiectiue pro re quę cõcipiẽ vel eſt apta nata cõcipi, & ſic in nõ habentibus diffinitionẽ, nec deſcriptionẽ, cõceptus quidditatiuus eſt conceptus rei obiectiuus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione oẽs antiqui peripatetici velle videntur terminum eſſe de conceptu quidditatiuo relatiui, ſiue relationis, vt indicãt Boetius & Simplicius in prædicamentis, dicẽtes eſſe ad, de ratione relatiui haberi, ꝑ quod Ariſt. vbique ad aliquid vocat relatiuũ, quia eſſe ad, eſt de rõne ipſius relatiui, modo nõ põt de rõne relatiui haberi ipſum eſſe ad, quin de rõne illius habeatur terminus relationis, & ſic cõcludunt terminum eſſe de rõne relatiui. Pro hac poſitione ſunt rões bonæ. Prima eſt quia quicquid eſt de primaria rei ratione, eſt de quidditatiuo cõceptu illius, ſed terminus eſt de primaria ratione relatiui, ſiue relationis, igitur de conceptu quidditatiuo eius. Maior patet, quia primaria rei ratio, & quidditatiuus rei cõceptus idem eſt, vt patet in capite. 2. Minor probaẽ, quia nec intelligi, nec diffiniri põt relatiuum vel relatio ſine termino. Præterea nec abſolui à cõceptu termini. Secunda nõ minus terminus eſt de conceptu quidditatiuo relatiui, quã rõnale de cõceptu hoĩs, quia ſicut nõ põt cõceptu perfecto hõ ſine rõnali apprehẽdi, ſic nec relatiuũ ſine termino, ſed rõnale eſt de cõceptu quidditatiuo hoĩs, vt oẽs dicũt, igitur terminus de conceptu quidditatiuo relatiui. Iuniores vero dicũt duo. Primum ꝙ terminus ponĩẽ in diffinitione relationis ſiue relatiui, vt rões tactæ probãt. Secundũ ꝙ licet ponatur in illius diffinitione, non ponitur in illius diffinitione, vt quid intrinſecũ conceptui quidditatiuo illius, ſed vt quid extrinſecũ, circũcernẽs relationis differentiã vltimam. Prima cõcluſio nõ eget probatione, quia oẽs concordant. Secundã probãt primo quia oĩs relatio, omneque relatiuum cõſtat ex proprio genere, & propria drĩa, ſed terminus nec eſt genus, nec drĩa relationis, igitur non eſt de cõceptu quidditatiuo illius. Maior patet, quia omne quod eſt in prædicamẽto, conſtat ex genere & drĩa, vt dicitur in regulis ante prædicamentorum. Minor non eget probationem apud illos, quia terminus eſt alterius generis apud eos, qui volunt terminum eſſe rem abſolutam, vel ſaltẽ alterius ſpeciei apud nos. Secundo quicquid eſt de conceptu quidditatiuo alicuius, eſt idem illi. Sed terminus relationis non eſt idem relationi, vt patet, igitur non eſt de conceptu quidditatiuo illius. Tertio ſi terminus eſſet de conceptu quidditatiuo relationis, tunc dicendo Socra. eſt pater alicuius filij, eſſet nugatio qa filius ſemel includereẽ in patre, & ſemel in ſe, igitur bis repetitio. Hæc iuniores. Sed hæc poſitio nõ eſt ꝑipatetica. primo quicquid eſt de rõne formali generis, eſt de ratione formali ſpẽi, ſed de rõne formali relatiui eſt terminus, quia relatiuũ eſt, quod hoc ipſo qđ eſt ad aliud ſeſe habet, vt in prædicamentis dicitur, igitur de rõne oĩs ſpẽi relatiui. Secũda hæc eſt bona diffinitio, pater eſt relatiuum ad filium, quæro igitur vel ipſum ad filium ponitur vt accidens, vel per ſe, non vt accidens, quia tunc ſaltem poſſet conceptu perfecto pater intelligi ſine eſſe ad filiũ, ſi per ſe, & cum per ſe in ratione rei ſit eſſe de cõceptu quidditatiuo rei vt patet in lib. Poſte. igitur eſſe ad terminum

Iuniorum.

Confutatio.

minum eſt de conceptu quidditatiuo rei. Tertio omnes antecedens prædicata per ſe ſecundi modi, eſt de conceptu quidditatiuo rei, ſed eſſe ad terminum antecedit omne prædicatum per ſe ſecũdi modi relationis, vt patet intelligenti, igitur eſt de ratione formali relationis. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ terminus cuiuſq; relatiui poteſt ſumi vno modo pro eo ad qđ eſt ipſum relatiuum, vt pro filio, ad quem eſt pr̄ ipſe. Alio modo pro habitudine relatiui ad aliquid, vt ꝓ habitudine patris ad filium, quæ habitudo non eſt terminus, ſed quaſi via cũ termino, veluti terminus motus, vno modo põt ſumi pro fine, ad quem motus ceſſat, & in quo cum peruenit mobile quieſcit, & poteſt ſumi pro via cum termino vltimo, vt patet. 5. phy. Logici ponerent hanc diſtõnem hoc pacto ꝙ terminus põt ſumi categoricæ, & ſyncategoricæ, categoricæ terminus eſt id ſolũ ad qđ relatiuum refertur, vt filius ad quẽ pater refertur, ſyncategoricę eſt filius cũ habitudine, quæ eſt ad filium, qđ appellatur eſſe ad, vt dictum eſt, tunc dico ꝙ ſumendo terminum categoricæ vtpote pro filio, ſic non eſt de cõceptu quidditatiuo patris, quia eſſe de conceptu quidditatiuo (vt nunc loquimur) eſt eſſe partem diffinitionis, videlicet, vt genus vel dr̃iam, filius aũt nec eſt pars eſſentialis patris, nec pars quidditatiua, videlicet genus vel dr̃ia, & hoc probant rõnes factæ pro põne iuniorũ, ſi vero terminus accipitur ſyncategoricæ, ſic terminus eſt differentia relationis, quia habitudo ad terminũ vt ad filium]eſt differentia eſſentialis patris, eſt. n. pr̄ relatiuum ad filium, vbi patet relatiuũ poni pro genere ipſum ad filiũ poni pro dr̃ia, & hoc intellexerũt antiqui peripatetici. Ex iis ſequitur ꝙ licet eſſe ad terminũ ſit de conceptu quidditatiuo relatiui terminus tñ non eſt de conceptu quidditatiuo illius, patet prima pars, quia eſſe ad terminum ponitur ꝓ dr̃ia eſſentiali relatiui. Secũda etiam declaratur, quia filius nec eſt genus, nec dr̃ia patris, vt dictum eſt. Aĩaduerſione dignum ꝙ alibi diximus ꝙ eſſe de quidditatiuo cõceptu alicuius põt intelligi dupl͛r. Vno modo pro oĩ eo ſine quo res nec eſſe, nec intelligi põt ſiue ſit illius pars ſiue non, & ſic ſubiectum eſt de quidditatiuo conceptu accñtis, quia accñs nec eſſe, nec intelligi põt ſine ſubiecto ſm peripateticos vt dictum eſt diſpu. prima huius ſeptimi lib. Alio modo illud dr̄ eſſe de cõceptu quidditatiuo alicuius, ſiue quo res nec eſſe, nec ĩtelligi poteſt, & eſt illius pars, & ſic genus & differentia ſunt de quidditatiuo conceptu diffinibilis, tunc dici põt ꝙ terminus eſt de quidditatiuo cõceptu relatiui ſm primũ modum, quia licet non ſit pars illius ſine ipſo relatiuum nec eſſe, nec intelligi põt. Secũdo dici poteſt ꝙ terminus non eſt de conceptu quidditatiuo relatiui ſm modum ſecundum, quia non eſt illius pars eſſentialis, quia nec genus nec differẽtia, licet habitudo ad ipſum ſit illius, differentia, vt dictum eſt, & hac diſtinctione põt opiniones illæ cõſiliari. Veteres. n. voluerunt terminum eſſe de cõceptu quidditatiuo relatiui ſm primã rationem. Iuniores intelligunt ſecundũ ſecundam rationem. Hæc de dilucidatione.

Exceptum. *2. dilucida.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS modo dilucidatis, ad rõnes facile eſt ſoluere. Ad rõnes pro prima põne, Ad primam dico ꝙ illa concludit terminum eſſe de quidditatiuo cõceptu rel͛onis ſm primam acceptionem. Et per idem ad ſecundam. Ad rõnes pro poſitione iuniorum, Ad primam dico ꝙ terminus non eſt de ratione quidditatiua relatiui ſm ſecundã acceptionẽ, qa nec eſt genus, nec dr̃ia, bene autem ſm primam. Amplius licet terminus nõ ſit genus, nec dr̃ia, habitudo ad terminũ eſt dr̃ia, vt dictũ eſt. Ad ſecundam dici põt vno modo ꝙ ratio concludit terminum nõ eſſe de ratione quidditatiua ſm viam & acceptionem ſecundã, non aũt ſm primã, vel negari põt minor, quia licet terminus categoricæ ſumptus non ſit de ratione quidditatiua relatiui, tamẽ terminus ſyncategoricæ ſumptus bene eſt de ratione relatiui, quia habitudo ad terminum eſt de ratione illius. Ad tertiã dico ꝙ non eſt nugatio: ſicut nec dicendo, homo rõnalis, licet rationale bis includaẽ, quia ſemel in ſe, & ſemel in homine, eo quia nõ eodem modo, quia rationale eſt pars hominis, homo autem totum, ſic eſſe ad terminum eſt pars relatiui, relatiuum autẽ totum, & ſic rationes nullæ, rationes factæ in primo capite ſunt ſolutę ꝑ dilucidationem. Hæc de. 16. diſpu. dicta ſatis ſunt.

DISPVTATIO XVII
De quidditate ſex principiorũ.

Num ſex principia ſint reſpectus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſex principia non ſint reſpectus. Arguitur primo, quia tunc eſſent in genere relationis, & ita non eſſent decẽ rerum prima genera, quod eſt contra Auicen. 3. ſuæ meta. Secundo ſi eſſent reſpectus, tunc illa conuenirent in genere reſpectus, igitur ſaltem illa ſex eſſent vnius generis: & ita tantum quinque prædicamenta. Tertio ſi ſunt reſpectus: tunc ſubiectũ illorũ eſſet ad aliquid: & quæritur ſm ꝙ genus eſſet ad aliquid, nõ. n. ſm primum, vel ſecundũ, vel tertiũ genus, igitur nullo modo ſunt reſpectus. In contrariũ cõiter ſunt oẽs, dicuntur. n. ſex principia, qa ſunt ſex reſpectus, vt dicunt omnes auctoritate Gilberti. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ licet decem ſint ꝓdicamenta quaſi prima rerum genera, vt Boe. inquit, tamen illorum quatuor dicunẽ prædicamẽta per anthonomaſiam, & ſex dicta ſunt principia (vt Gilbertus author eſt) dicunẽ quidẽ prædicamẽta, vt græce categoriæ quatenus in oĩbus coordinantur quædam ſupra, quædam infra ſm rationẽ prædicationis. prima vero quatuor, videlicet, ſubſtantia, quãtum, quale, ad aliquid dicuntur ſignanter prædicamenta, quia in omnibus magis apparet ordo ſpẽrum & generum: reliq ſex, dicunẽ principia, quatenus in illis eſt quoddã primum, ordo tamen in poſterioribus non ita clare ſpectaẽ: immo fortaſſe in illis non inueniuntur ſpecies: vt in prædicamento quando: non. n. eſt de ratione prædicamẽti, vel principij, vt ſpecies plures habet, ſed vt in nullo contineatur genere, hac ratione illa ſex principia dicta ſunt: ſunt autem h̄ agere & pati: vbi & quando, habitus & poſitio. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione aut parum aut nihil inueni diſputatum à veteribus Expoſitoribus. Quicquid ſit tamen apud iuniores inueni de diſputatione tres opiniones famoſiores. Prima eſt quorundam qui voluerũt hæc ſex prædicamenta eſſe ſex relationes, nam actio & paſſio in qualitate fundantur vtpote in potentia actiua & paſſiua, vbi & quando, in quantitate qm̃ vbi non ineſt ſube niſi *Poſitio Burlei.*

niſi illa circunſcribaẽ à loco, vbi.n.à loci circũſcriptione procedit:qñ vero ab adiacẽtia tpis, habitus & poſitio fundantur in relatione: habitus quidem,quia conſurgit ex duratione: qua aliquid aliud diu habet:quod fieri non põt abſque reſpectu:igitur fundamentum habitus eſt reſpectus:põ vero quia ex partium ꝓportione emergit: modo proportio relatio eſt: cum igitur hæc requirant ſubiectum:fundamentum: & terminum cõcluditur hæc eſſe ſex relationes. Pro hac poſitione videtur auctoritas. Auer.6.phy. vbi ait ſitum ſiue poſitionem eſſe relationẽ: ait.n.in ſitum non eſſe motum. quia ad relationem nõ eſt motus: & vt de ſitu.d.ita de cæteris quinque eſt ſentiendum, Sed contra obijciunt primo quia tunc non eſſent decem rerũ genera prima: quia hæc ſex non eſſent prima. eſſent.n.ſpecies relationis.Præterea nihil eſt in genere quod non ſit ſub aliqua ſpecie:ſed hæc ſex ſub nulla ſpecie relatiui eſſe poſſunt: quia nõ ſub modo primo relatiuorum: nec ſub ſecũdo. nec ſub tertio vt conſtat, igitur non ſunt in genere. Propter hæc dixerunt hæc ſex eſſe abſoluta, & non relatiua,eo quia nõ omne quod alicui ineſt mediãte fundamẽto,eſt ad aliquid:albedo.n.ineſt corpori mediante miſtura,& ſuperficie,& non tñ eſt ad aliquid, & multa alia. Alij vero videntur inter hos conſiliari, aſſerunt enim reſpectum eſſe bifariam:alterũ extrinſecũ aduenientem,dicitur quidem extrinſecus adueniens, quoties poſitis actu extremis non ſemper inter illa emergit reſpectus.verbi cauſa:agere dicitur reſpectus extrinſecus aduenies,quia licet ponãtur extrema vt agẽs & patiens non tamen ſemper ſurgit actio: vt patuit per multa miracula,quæ ſcripta ſunt in ſacris,de quibus quære libros nřæ theologiæ, intrinſecus vero aduenit reſpectus,quoties poſitis extremis,ſemper emergit relatio, vt poſito patre & filio omnino ſurgit paternitas:tũc dicunt ꝙ qui volũt hæc ſex eſſe abſoluta:recte dicunt:qa volunt illa non eſſe relatiua prædicamẽtaliter & intrinſece:alij volũt eſſe reſpectus extrinſece:& ſic ambo pñt reduci in bonũ. Sed hæc põ non eſt peripatetica:qm̃ ſi reſpectus intrinſecus aduenies eſt relatio ꝑdicamentaria:tunc omnes iſti reſpectus eſſent ꝑdicamẽtarij, quia peripatetice ſentiendo nõ põt fieri vt ſint agens & patiens approximata,& non emergat actio, quicquid ſit ẽm veritatẽ:igiẽ ſi debemus loqui peripatetice, oportet fateri hæc ſex principia eſſe vere relationes intrinſecus aduenientes,eo quia ẽm peripateticos poſitis extremis oĩno oportet relationẽ accidere, præterea apud peripateticos relatio eſt,quam aliquid hoc ipſo quod eſt, ad aliud dicitur vt in prædicamẽtis tradit Ariſ.ſed actione agens & paſsione patiens hoc ipſo,quod ſunt, videtur dici ad aliquid,igitur ſunt relationes, nec vnquam alibi relatiua deſcripſit Ariſt. Amplius non põt intelligi corpus circũſcribi à loco, & nullibi eſſe, vel contineri tempore,nõ aliquando eſſe,igitur vbi & quando intrinſecus adſunt,demum non eſt intelligibile aliquid habere diu aliud quicquam: & nõ relinqui habitum, ſimiliter eſſe proportionem partium ſine ſitu,propterea hæc conſideratio eſt ambigua.

Com 85. *Rationes contra poſitionem primam.* *Sc̃da poſitio.* *3.pᵒ Sco. in li. ſententiarum.4. diſt.13. q̃.1.* *Confutatio.*

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Prima ſuppõ. Pro dilucidatione. Primo ſummo ꝙ actio & paſſio ſi ſumũtur pro reſpectibus ſunt vere relationes ꝑdicamẽtariæ,vt deductum eſt.Amplius ſitus ſiue poſitio etiam relatio eſt,vt ponit Auer.expreſſe cõtra Auicẽ.6. phyſi.auſcul.cõmẽto prællegato,eſt.n.ſitus ordo partiũ in cõparatione ad locum,& ita tria,videlicet, actio, paſsio,& ſitus,ſine dubio relationes ſunt, & ꝑdicamentariæ,cætera tria ſunt abſoluta ẽm primã rationẽ, quia vbi,eſt locus,quando tẽpus,habitus qualitas.Secũdum vero ſc̃am rõnem ſunt ad aliq̃d,vbi.n.eſt locus vt circũſcribẽns locatũ,quando vero eſt tp̃s vt relictũ in re tparia:habitus aũt qualitas vt diu conſeruata, & ſic addunt de ſecũda rõne relationes:licet ẽm eſſe ſint ſimpl͛r abſoluta, ſunt igitur horũ ſex tria principaliter abſoluta,vt vbi,quando, & habitus,tria principaliter relatiua, vt actio,& paſsio,& ſitus.Secundo ſumo ꝙ hæc ſex pñt cõſiderari vt quid,& vt modi,vt quid, ſunt certi gñis, qa vbi & qñ, gñis quantitatis,actio & paſsio,generis relationis,habitus qualitatis,& ſitus relationis, vt modi, ſic ſunt prima principia & ſuorũ coordinatorum generaliſsima,habent.n.vt ſic quendam modũ ſeſe habẽdi, quo in nullo continenẽ genere.Vel ſub alijs verbis hæc poſſunt conſiderari quo ad id quod ſunt, & quo ad modum quo ipſa ſunt,quo quidẽ ad id quod ſunt,ipſa certi ſunt generis, quo vero ad modũ quo ipſa ſunt, ipſa ſunt genera prima aliorũ.His ſuppoſitis,dico primo ꝙ hæc oĩa nec ſunt reſpectus,nec abſoluta, patet: qa tria ſunt relationes,& tria abſoluta. Secũdo dico ꝙ quouis modo ſint,vt quid,& quo ad id quod ſunt,ſunt in certo genere,vt modi vel quo ad modum quo ſunt,ſunt genera prima.Hæ concluſiones ex ſuppoſitionibus deduci poſſunt facile,& de dilucidatione ſatis diximus.

Secundo.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His dilucidatis.Ad primam dico ꝙ non eſſent prima genera,ſi eſſent vt quid & vt modi in prædicamẽto ſed quia ẽm rem ſunt in prædicamento, & vt modi hñt modos proprios,idcirco ſunt genera prima. Ad ſc̃am pateẽ ſolutio,non.n.oĩa ſunt reſpectus.& cõcedo ꝙ illa tria cõueniũt in genere relationis vt quid, nõ tñ vt modi.Ad tertiã dico ꝙ actio & paſsio ſunt ad aliquid ẽm modũ eorũ,quæ fundanẽ in potẽtia,ſitus vero ſecundũ modũ eorũ,quæ fundanẽ in mẽſura. Animaduerte tamen ꝙ nonnulli tenent quatuor tm̃ eſſe prædicamẽta, & hæc ſex non eſſe ꝑdicamẽta, quia ſunt ſpẽs prædicamenti,nec Ariſt.enumerauit niſi quatuor,& ſi enumerauit,nunquam brobauit,& propterea eſt ſignum decem eſſe prædicamẽta eſſe famoſum,non autẽ demonſtratiuum,& mihi placet, non enim video demonſtrationes pro aliqua parte huius problematis. Hæc de decimaſeptima diſputa. & ita de libro Quinto ſatis.

Finis qvinti libri.

LIBRI SEXTI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In ſeptem Diſputationes diuiſi.

1 *Nũ finis ſcientiæ practicæ cõſideretur ex ordine ad finẽ.*
2 *Nũ practicũ & ſpeculatiuũ ſint eſſentiales dřiæ ſciæ.*
3 *Num diuiſio ſcientiarum in texu,ſit bene poſita.*
4 *Num ſc̃ia vnius generis ſit vna etiã per aggregationẽ.*
5 *Num de ente per accidens poſsit eſſe ſcientia.*
6 *Num de vero conſideret Metaphyſicus.*
7 *Num ens rationis ſit in prædicamento.*

Præfatio

PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea magnanime nominum confuſiones abiecit in quinto huius diuinæ ſcientiæ libro nunc in ſexto hoc,cõſiderandi modum tradidit quo hac in ſcientia res ſint conſiderandæ refellens, videlicet errorẽ qui oriri ſolet ex hac re vbi & diſputationes haſce conlegimus & tibi vt priores cenſendas mittimus, fuerunt ęquidem mihi laborioſæ,ac difficultate plenæ,ſed vtcunque ſit tua auctoritate fretæ maledicorum ſuſurrus non horreſcent.Vale.

Quare ſi omnis ſcientia aut actiua,aut factiua, aut theorica &c. Tex.cõmen.primi.

DISPVTATIO PRIMA
De fine ſcientiæ practicæ.

Num practica ſcientia ſortiatur finem ſuum ex ordine ad finem.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicũ ex fine. Arguitur primo quia tertio de anima ab Ariſtotele & Auerroe habetur ꝙ practicus intellectus à ſpeculatiuo differt fine. Secundo Ariſtote. *Com.4.* primo huius ait practicã eſſe ſpeculatiua ignobiliorem, quia practica vſus gratia eſt,igitur ab vſu atq; fine ſortitur eſſe. Tertio in.2.lib.huius tam ab Ariſt. ꝗ ab Auerroe accipitur ꝙ finis practicæ eſt opus, ſpeculatiuæ vero veritas.In contrarium arguitur,quia Ariſto. in textu *Com.3.* videtur diſtinguere ſcĩam practicã & ſpeculatiuã pœnes obiecta: vt Auerroes indicat commento primo. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli. Primo debes ſcire ꝙ in omni ſcientia duo ſunt finis,videlicet & obiectũ, ſiue ſubiectum.Hæc autẽ interdum concidunt in idem,vt in omnibus ſpeculatiuis,idem.n.eſt finis, & obiectũ in illis, eſt.n.obiectum vniuſcuiuſq; ſpeculatiui finis gratia cuius,omnem.n.conſideratioẽ illius gratia facit ſpeculans & illud finaliter intẽdit,& de illo affectiones,& accidentia perquirit,atq; diffinitionem veſtigat. Interdũ vero ſeparantur, vt in practicis, non.n.in ſcientia medicinali idem eſt obiectum medici & finis, obiectum enim fortaſſe corpus eſt humanum,quia ipſum contemplatur,& de ipſo affectus, accidẽtiaq; conſiderat & ipſius diffinitionem perquirit, at finis eſt illius ſanitas vt per artem medicinæ eſt operabilis vel actu curationis, vel conſeruationis, vel præſeruationis. Præterea dato etiam ꝙ idem eſſet obiectum & finis in his, nõ tñ eadẽ in ratione illud eſſet idem, quia alia rõne eſſet corpus humanũ obiectũ,& alia finis,eſſet.n.obiectũ, vt cõtemplabile quicquam,finis vero vt operationi ſubiectum. Secundo debes ſcire ꝙ ſcĩam practicam vel ſpeculatiuam ſortiri ſuũ eſſe practicũ,vel ſpeculatiuũ à fine aut obiecto,eſt accipere ſuum eſſe à fine vel obiecto, tanꝗ ab his, è quibus per ſe & eſſentialiter habet eſſe. Ex his colligitur titulus, cum in omni practica ſint obiectum & finis,qui eſt praxis. Vtrum practica accipiat rationem eſſentialem à fine vel obiecto, vel vtroque, & quoniam in omni ſpeculatiua idem eſt obiectum, & finis,patet omnem ſpeculatiuam ſortiri eſſe ab obiecto, ideo quæſtio eſt de practicis, & non de ſpeculatiuis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli Thomæ ſectatores ſimpliciter protulerunt illud è quo ſcĩa eſt practica, & denominaꝛ practica:& ꝑ quod differt à ſpeculatiuis, eſſe finem:qui eſt praxis,de qua tãta diximus primo huius. *Poſitio Thomiſtarum.* Pro hac põne argui ſolet primo auctoritatibus, quæ tactæ ſunt primo capite.Secundo quia idem obiectũ eſt contemplabile & operabile,& vt cõtemplabile eſt obiectum ſpeculatiuarũ,igitur vt operabile eſt dñia practicæ,& ſic ab operatione ſortitur eſſe practicum. Tertio practica eſt ꝑꝑ conformitatẽ ad opus.6.Ethico. igitur ab opere ſortitur eſſe practicum, Sed obiiciunt aliqui. *Rationes.* Primo,quia practica dicitur ſcĩa ꝑꝑ extenſionem aptitudinalẽ,ſed oĩs aptitudo eſt reſpectus & ſupponit principium,vnde fluit,igitur ſcĩa non ſortitur eſſe practicũ ab illa aptitudine,ſed à principio illius aptitudinis, ſed principium illius eſt obiectum:igiꝛ ab obiecto. *Obiectiones.* Secundo arguunt ſi à fine ſcĩa ſortitur eſſe practicũ, aut ab illo vt intentus,aut vt in re,non vt in re:quia ſic eſt poſterior,& nullius prioris cauſa,non vt intẽtus.Primo quia ſic haberet rõnem obiecti. Secundo quia antequã finis intendaꝛ ſcĩa habet ſuum eſſe practicum. Tertio principaliter arguunt quia ſcĩa practica habet duplicem reſpectum aptitudinalem ab obiecto,quia conformitatẽ & prioritatem,conformitatem quidem, quia obiectũ eſt rectitudo praxis,& illam virtualiter continet. prioritatem vero quia ab obiecto ſpeculatiua eſt prior practica:pręterea quia obiectũ eſt operabile.Propterea eſt intellectione poſterius. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione.Primo ſumo ꝙ ſcĩa practica, & ſpeculatiua ſunt formę intellectus poñs,quibus ipſe denominatur formaliter practicus & ſpeculatiuus: veluti albedo eſt forma parietis: qua ipſe denominaꝛ formaliter albus,hanc ſuppoſitionem non aliter declaro, ſed ſuppono ex lib.de aĩa.3.Secũdo ſumo ꝙ oĩs forma dependet è tribus cauſis tñ eſſentialiter materia, videlicet,agente,& fine:compoſitum vero ex materia & forma à quatuor,vt à forma, materia, efficiente & finé. *1.ſuppoſitio.* Prima pars patet,quia forma eſt actus materiæ ab agente illatus,ad opus ordinatus,vt oẽs pħi dederũt.Secunda etiam probaꝛ,quia cõpoſitũ depẽdet non tñ à materia,efficiente & fine,ſed etiam forma,è qua non põt forma dependere,quia formę non eſt forma,& ſic ſcĩa ipſa practica quatenus eſt forma intellectus: ſolum à materia,& ab agente,& fine dependęt,intellectus vero practicus cum ſit compoſitum depẽdet ab oĩbus cauſis,qa à materia,forma,agẽte,& fine.His ſuppoſitis dico tria. *2.ſuppoſitio.* Primũ eſt ꝙ ſcĩa practica non tantũ ab obiecto nec tantum à fine ſortitur ſuum eſſe practicum, deduco quia forma eget pro ſui eſſe in ſubiecto, & pro ſui eſſe in rerum natura tribus cauſis,quia materia, qua ſuſtẽtetur, agente,quo inducatur:fine,quo non fruſtrareꝛ, & quo moueatur agens ad illam educendam. *1.concluſio.* Secunda concluſio eſt,ꝙ intellectus practicus ꝑ ſui eſſe requirit.4.cauſas.ſcĩa vero practica,tres tñ.Hæc patet ex ꝑdictis ſuppoſitionibus,nã ſciẽtia practica, eſt forma intellectus: igitur indiget intellectu pro ſui ſuſtentatione: eſt actus agentis,igitur indiget agente pro ſui eductione, eſt intenta,igiꝛ & fine eget: at intellectus practicus eſt quid compoſitum ex ſcientia practica & intellectu: & ideo eget intellectu & ſcientia practica tanquam ipſius partibus, *Secunda.*

Tertia. tibus,& fine & agente: vt dictum eſt. Tertia concluſio ſcientia practica ſuum eſſe ſortitur principalius à fine quam ab obiecto. Deduco primo à principaliori cauſa, principalius ſortitur eſſe: ſed finis eſt principalior cauſa ipſo efficiẽte, igitur ab illo ſortitur principalius eſſe, quàm ab obiecto, quod eſt effectrix cauſa. Secundo, à cauſa quæ eſt omnium cauſarum cauſa, principalius effectus dependet in eſſe, ſed finis eſt cauſa cauſarum, vt omnes volunt, igitur vt prius. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rõnes pro opĩonibus facile ſoluuntur. Ad auctoritates dico ꝙ non ſunt comparatiue, nam quæ.d.ſcientiam practicam ſortiri eſſe à fine, recte dñt,& quę dicunt ab obiecto, etiam bene ſentiũt, quia ab illo habet eſſe: & non tñ per tales habere quo nam magis vel minus eſſe ſortitur, & ſic nihil contra dilucidationem ſunt. Ad ſecũdam rõnem pro poſitione prima dico ꝙ ratio concludit dilucidationem, quia ab obiecto vt operabile eſt principalius ſumit eſſe, & hoc eſt pro dilucidatione. Et per idem ad tertiam. Ad rõnes pro ſecunda poſitione dico ꝙ ſiue practicum dicat aptitudinem, ſiue actum, ſciẽtia habet eſſe & aptitudinem illam à principiis eius, talia ſunt tria vt dictum eſt, & eo principalius à fine, quo ille eſt potiſsima cãrum & ſic negatur minor, eſt.n.principium illius aptitudinis non tantum obiectum, ſed finis. Ad ſecundam dico pro modo ſcientiam practicam ſortiri eſſe à fine vt intento, non tñ pro ipſo intento, vt ipſi dicunt, quia aliud eſt eſſe finem in intentione, & pro intẽtione. Ad rõnes contra hoc. Dico ad primam ꝙ finis vt intentus & pro intentione habet rationem obiecti, non autem in intẽtione & pro re. Ad ſecundam dico ꝙ licet anteq̃ actu finis intendatur ſit practica, non tñ anteq̃ ſit aptus intendi. Ad tertiam principalem patet ſolo: concedo.n. ab obiecto illa haberi, ſed non principaliter, immo habet illa ab oĩbus cauſis, veluti, & eſſe principaliter tñ à fine, eo quia eſt prima cauſarum. Per idem ad rationes primi capitis. Hęc de prima diſputatione.

DISPVTATIO SECVNDA
De diuiſione ſcientiæ in practicam & ſpeculatiuam.

Num practicum & ſpeculatiuum ſint eſſentiales differentiæ ſcientiæ.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod practicum & ſpeculatiuum ſint dñæ ſciẽtiæ. Arguitur primo, quia Ariſt.in textu diuidit ſcientiam per illa, igitur ſunt dñę ſcientiæ, & non accidentales, igitur eſſentiales. Secundo ſcientia eſt genus quoddam, igitur per differentias eſſentiales diuidi debet, & non vr̃ quibus, niſi illis, igiẽ illę ſunt dñæ eſſentiales. In contrarium arguunt quia res vnius prædicamenti non eſt differẽtia eſſentialis rei alterius, ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt reſpectus, & ſcientia eſt qualitas, igitur non ſunt differentiæ eſſentiales, qđ illa ſint reſpectus. probatur, quia practicũ eſt ordo ad opus, ſpeculatiuum priuat illum ordinem, & ſic diſputatio eſt ambigua. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DIFFERENTIA eſſentialis ea eſt, qua genus diuiditur: quaque ſpecies conſtituitur, vt rationale, quo animal diuiditur, & homo conſtituitur, & propterea differentia eſſentialis eſt, quæ ſumitur à forma, accidentalis vero qua differunt indiuidua, & quæ ſumitur à materia, vt album & nigrũ, & id genus. Amplius dici ſolet ꝙ eſſentialis dña eſt, quæ variat eſſentiam, accidentalis vero, quæ non variat eſſentiam. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione dixerunt nonnulli practicum & ſpeculatiuum non eſſe eſſentiales differentias ſcientię, quia differentiæ eſſentiales non ſumuntur à ſubiecto, modo practicum & ſpeculatiuum ſunt potẽtię animæ, quibus anima ſubiicitur ſcientijs, practicis quidem per practicam potentiam: ſpeculatiuis vero per ſpeculatiuam, igiẽ practicum & ſpeculatiuum vñr eſſe ſubiecta, & ita differentiæ ſumptæ ab illis ſunt accidentales, & nõ eſſentiales. Alij probãt idem per rationem tactam, quia res vnius prædicamenti non poteſt eſſe differentia eſſentialis rei alterius prædicamẽti: ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt reſpectus, ſcientia autem eſt qualitas, igitur non poſſunt eſſe differentiæ eſſentiales ſcientiæ. Poſitio Menachi.

Alij dicunt practicum & ſpeculatiuum eſſe differentias eſſentiales ſcientiæ. Probãt per rationem tactam, quia ſcientia eſt genus, & diuiditur per illa, igitur ſunt differentiæ eſſentiales. Tertij conſiliant, dicũt.n.ꝙ practicũ & ſpeculatiuum poſſunt ſumi aut pro reſpectibus, qui bus ſcientiæ ſunt aptæ, illa quidem ad dirigendũ intellectum ad opus, ſpeculatiua vero ad priuandum talem reſpectum, & ſic recte dicunt primi ꝙ talia non ſunt differentiæ eſſentiales, ſed accidentales, vel paſsiones ſcientiarum: aut poſſunt ſumi pro principijs eſſentialibus, è quibus fluunt tales reſpectus, quæ principia circũloquimur per tales reſpectus, & ſic ſunt differentiæ eſſentiales, quia ſunt abſoluta, & non reſpectus: & hoc pacto ſunt differentiæ eſſentiales: & per ſe, quibus ſciẽtia diuiditur. Hæc eſt mens Ioannis. Sed mihi non placet h determinatio. Primo quia practicum & ſpeculatiuum ſumuntur aut ab obiectis, aut à fine, & vtcũque ſumantur, ſunt extrinſeca à ſcientia, igitur per illa non poteſt ſcientia à ſcientia eſſentialiter differre. Secundo omnes ſcientiæ ſunt eiuſdem ſpeciei habitus, vt patet in capitulo qualitatis, ſed quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non differũt differentijs eſſentialibus, igitur illa nõ poſſunt eſſe differentiæ eſſentiales. Prçterea quæ differunt ſpecie non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto vt dicitur.10. huius in textu & cõm.13. Sed omnes ſcientiæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, igitur non differunt ſpecie, & ſic practicum & ſpeculatiuum nõ ſunt differẽtiæ eſſentiales ſcientiarum. Hæc de opinionibus. 2.poſitio. 3.poſitio. Confutatio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ſcientia quo ad ſuam primariam rõnem, atq; ſuum primarium ſignificatum eſt qualitas de prima ſpecie qualitatis, & ens ſimpliciter abſolutum, quo vero ad rõnem ſecundariam atq; ſignificatũ ſecundarium eſt relatiuũ quoddã per ſe ad ſcibile, vt.5.huius eſt declaratum. Tunc dico duo. Primum ꝙ ſcĩa ẽm primariam vel eius rõnem, vel eius ſignificationem eſt ſpecies habitus: & non diuiſibilis per ſe tanq̃ per differẽtias eſſentiales per practicum & ſpeculatiuum. probatur, quia ſpecies vltima non diuiditur niſi per accidentales differentias. Sed ſcientia ẽm primariam eius rationem vel eius ſignificationem eſt ſpecies habitus vltima, igitur practicum & ſpeculatiuum non ſunt illius differentiæ eſſentiales. Scdm ꝙ ſi conſideretur Suppoſitio. 1.concluſio. 2.concluſio.

conſideretur ſcientia quo ad eius vel rationem, vel ſignificationem ſecundariam, ſic practicum & ſpeculatiuum ſunt eſſentiales drīæ quatenus ſumuntur in reſpectu ſcibiliū vel operabilium per illas, declarat, quia relationes ſunt drīæ relatiuorum eſſentiales. vt.5.huius dictū eſt ſed ſcientiæ ſunt relatiua, & practicum & ſpeculatiuum illarum relationes, igitur ſunt drīæ eſſentiales illarum. Ex his apparet conſilium inter pōnes, nam prima poſitio, quæ ait practicum & ſpeculatiuum non eſſe drīas eſſentiales, pōt verificari ſumendo ſcientias quo ad earū primariam vel rōnem vel ſignificationē. Secunda autem poſitio, quæ.d.illa eſſe drīas eſſentiales ſcientiarum, verificatur ſumēdo ſciētias, quo ad illarū rationem vel ſignificationem ſecūdariam, & ſic ambæ recte poſſunt ſentire. Hæc de dilucidatione. *Conſilium.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rationes primi capitis per conſilium facile ſoluitur. Ad primam dico ꝙ Ariſt. conſiderat ſcientiam quo ad eius ſecundariam vel rationē, vel ſignificationem. Per idem ad ſecundam dico ꝙ ſcientia quo ad eius ſecundariam vel ſignificationem, vel rationem eſt genus, quo vero ad eius primariam vel ſignificationem vel rationem eſt ſpecies habitus. Ad rationem in contrarium patet ſolutio, practicum.n.& ſpeculatiuū drīæ eſſentialis ſcīæ ſunt, quatenus illa eſt relatiuum quoddam, non autem quatenus eſt ſpēs habitus, & ſic patet ſolutio. Hæc de diſputatione ſecūda.

Quare tres erunt philoſophiæ theorice, mathematica, phyſica, theologia &c. Tex.cōm.2.

DISPVTATIO TERTIA De diuiſione ſcientiarum in tria genera.

Num conueniens ſit diuiſio ſcientiarum in textu poſita, in Mathematicam, Phyſicam, & Theologiam.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod diuiſio ſcientiarum in textu aſsignata nō ſit recte aſsignata. Arguitur primo logica, & rhetorica, & grāmatica, & poetica ſunt ſpēs ſciæ, & ſub nullo membro diuiſiones in textu aſsignatæ continētur, igitur diuiſio mala. Secundo ſubalternās ſcientia non ponit in numero cum ſubalternatis, nec diuiditur contra illas. Sed metaphyſica ſubalternat ſibi phyſicam & mathematicam, quia ſubiectum metaphyſicæ continet ſubiecta illarum, vt arguit Ariſt. in primo poſteriorum: igitur non eſt conueniens hæc diuiſio. Tertio arguit Ioannes ſcientia debet diuidi ad diuiſionem entis, quia oīs ſciētia eſt de ente: ſed ens diuiditur in decem genera rerum prima: igitur decē ſunt primæ ſcientiæ ſpecies. Quarto vna eſt ſcientia, quæ eſt de corporio, vt naturalis. igitur vna erit quæ eſt de incorporio, & hanc non ponit Ariſt. igitur mancus. Quinto naturalis & mathematicus conſiderant de eadem re, vt de quanto, igitur non contradiuiduntur. Sexto diuiſio omnis debet eſſe bimembris, vt dicit Boetius: & Porphyrius, ſed ſubdiuiſio poſita in textu eſt ī tres ſpecies, igitur non eſt conueniens. In contrarium ſunt Ariſt. & Auer. & omnes expoſitores. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ Ariſto. in textu ſcientiam diuidit prima diuiſione in practicam ſiue operariam, & theoricam ſiue contemplatoriam, contemplatoriam vero ſubdiuiſit in tres, vt in naturalem ſiue phyſicam, mathematicam, ſiue diſciplinabilem, & metaphyſicam, ſiue ſupernaturalem, propterea quæſitum eſt ſi hæc diuiſio ſit recte data. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

PRIMI itaque philoſophantes, qui rerum diſtinctiones non cognouerunt, aſſerentes omnia eſſe vnum ens, ceu Parmenides, & Meliſſus, & quamplures ſcientiarum nullam fecerunt diuiſionem prorſus, horum argumentum eſſe potuit, quia ſcientiæ ſecantur veluti & res ipſæ, de quibus ſunt: at res nullo ſecantur pacto, hac ratione nullam potuerunt ſciētiarum diuiſionem proferre. *1. Poſitio.* Poſt hos phyſiologi qui rerum diſtinctiones balbutiri cœperunt corporea tantum percipientes & naturalia, naturalem ſcientiā fecerunt primam phiam. & nullam aliam cognoſcentes, ceu omnes illi qui intellectum putauerunt ſenſum eſſe. *2. poſitio.* Plato nouit rerum diſtinctiones, verum ſcientiarum nec ordinem, nec diuiſionem feciſſe vllam creditum eſt. *Quæ Plato.* Immo ſcientias adeo confundit vt nullus in ſuis libris ſpectetur ordo, nulla pœnitus diuiſio, vnde Ariſto. primum ſcientiam ad ordinem, diuiſionemq; reduxit, vt græci fere omnes tradunt. Alij vero aſpicientes ad ſubdiuiſionem, dicunt ꝙ diuiſio ſciētiæ ſpeculatiuæ in tres, videlicet, metaphyſicam, phyſicam & mathematicam eſt conuenienter aſsignata, tribus, videlicet, ſeruatis. *Poſitio aliorū.* primum ꝙ loquatur Ariſtoteles de ſpeculatiuis realibus. Secundū ꝙ de illis quæ per ſe primo, & proprie ordinantur ad ſcire vt in finem, quod dicunt propter medicatiuam quæ aliquo pacto ordinatur in ſcire, non tamē proprie, & principaliter: & ſolum. Tertium ꝙ de ſpeculatiuis naturali lumine acquiſitis, quod dicunt propter theologiam, quæ non naturali lumine habetur, ſpeculatiua igitur ſcientia realis, per ſe primo ordinata ad ſcire, naturali lumine acquiſibilis per ſe diuiditur in metaphyſicam, phyſicam, & mathematicam. Dicunt primo realis propter logicam, grammaticam, rhetoricam, poeticam, & omnes quæ non ſunt de rebus. Dicunt ſecundo quæ per ſe primo ordinata eſt ad ſcire, & propter moralem etiam, ſed nō principaliter, immo primo & principaliter ad opus. Dicunt tertio lumine naturali acquiſibilis propter theologiam noſtram, quæ eſt ex creditis. Sed hæc determinatio eſt inſufficiens. *Confutatio.* Primo quia omnis diuiſio eſt bimembris, & per hanc non patet quo nam pacto hæc trimembris reducatur ad bimembrem. Secundo quia per hanc non apparet ſufficientia oīum ſcientiarum. Ariſt.n. debuit aliquo in loco dare diuiſionem ſufficientem omnium ſcientiarum, & nullibi dedit, igitur eſt mancus, propterea dandus eſt modus, quo hæc tollantur. Hęc de opinionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DE diuiſione ſcientiarum legi multos celeberrimos authores: vt græcos, Arabas, & Latinos, apud me tamen nullum vidi peritiorem Alpharabio Babyloniēſe: hic enim pace græcorum dixerim in quodam codicillo de diuiſione ſciētiarum adamuxim omnes ſcientias amplexus eſt, & illas optima via enumerauit. Themiſtius tamen in procemio auſcultationum phyſicarum diuiſionem Ariſtote. generalem pulchre expoſuit, ideo hos precipue ſequar. ſcientia igitur authore Alpharabio prima ſui diuiſione diuiditur in eam quæ de vocibus, & in eam quæ de rebus. Ea quidem quæ de vocibus (vt mihi videtur) cōmuni verbo logica dici *De diuiſione ſcientiarum.*

poteſt,

pôt,ideſt ſermonica, cuius primę partes ſunt dialectica, & grammatica, namq́ de vocibus eſt quo ad cõgruũ, incongruũúe & ornatum grammatica græcæ dr̃ latine literaria,cuius inuentrix fuit Carmenta, quæ vero conſiderat voces,vt ſigna veri falſiúe,ꝓbabilis, & veriſimi lis dialectica communi verbo appellari pt̃. dialegomę .n.græcę latine diſſero:vel diſputo. Inde dialectica græ cæ erit latine diſſerendi facultas:huius ſpẽs ſunt Analy. Topica,Sophiſtica,Retorica,atq; Poetica. Analy. græcæ latine eſt reſolutoria, quæ quia docet iudicium.Iudiciaria appellatur à Cicerone primo topi.hanc abſoluit Ariſto.in lib.prio.qui eſt de ſyllogiſmo ſimpl̃r, & in lib.poſte.qui eſt de ſyll'o demonſtratiuo. Topica vero græce latine eſt locaria,quatenus docet loca,ſedes atq; maximas, quibus probabiliter de quolibet poſſumus diſſerere, hanc Ariſt.abſoluit in octo libris. Sophiſtica autem græcæ latine deceptoria,eo quia docet ſyllogizare & paralogizare. hanc abſoluit in duobus libris elẽchorum Ariſ.Rhetorica gręcę latine eſt exercitatoria, quatenus tradit regulas, ex quibus poſſumus aut inducere, aut exẽplo perſuadere animos aduerſæ opĩonis. Hanc Ariſt.abſoluit in tribus libris rhetoricæ. Eſt tñ apud græcos rhetoricæ quidam libellus non per libros ſectus,Ariſt.attributus, quem nonnulli non Ariſt.ſed Gorgiæ Leõtino aſcribunt:nam Quintilianus nonnulla Gorgiæ in ſua oratoria tradit, quæ reperi in illo lib. re vera tñ ad Alex. regem de rhetorica liber eſt Ariſto. poetica vero quæ à pieo verbo græco deſcendit,latine creo,ſiue facio ea eſt, quæ fingit quædam ad hominũ perſuaſionem,quæque nõ differt(vt mihi vr̃)à rhetorica, niſi ꝙ rhetorica proprijs perſuaſionibus perſuadet, poetica vero fictis: vnde poetæ mimmi rhetoricorum atq; pħorum laruæ appellantur hanc abſoluit Ariſt.in vno poeticæ lib. Sic igitur patet quæ ſint ſcientiæ vocum. Scientia rerum vt docent Thẽ. & Alpharabius prima ſui diuiſione diuiditur in practicam ſiue operariã & theoreticam:ſiue ſpectatoriam. Practicæ duæ ſunt præcipue ſpecies:medicinalis,& moralis. Medicinalis quidem illa,quia docet regulas quibus delentur morbi, & valitudo conſeruetur in corpore.Moralis vero hæc, quia docet vias quibus animæ vitia tolluntur & virtutes indicantur,harum ſubdiuiſiones omitto, ne longus videar,ſpeculatiue vero partes tres ſunt naturalis,metaphyſica,& mathematica,primæ diuiſionis in practicam, & theoreticam rationem ex hoc nãciſcit̃ Thẽ. quia animę duplex eſt vis, appetendi vna cognoſcẽdi altera id genus, quod perficit appetitum practicum appellant peripatetici, quod in cognoſcendo perficit mẽtem ſpeculatiuum dicunt. Secundæ diuiſionis vero rõnem tradit Thẽ.quia ea ſpeculatio quæ circa res materiæ coniunctas, quæque auxilio ſenſus: & viſionũ ope ipſum poteſtatis intellectũ perficit naturalis ſcientia nuncupatur ea ratione quòd & circa eas res:& in his conſiſtere natura vr̃, ea vero ſpeculatio, quæ circa res eſt omnino à materia abiunctas quæque dicuntur ſimpliciter & per eſſentiam ſeparatæ. Metaphyſica vocat̃ quia.ſ.poſt naturalium rerum traditionẽ inſtituta eſt, ea demum quæ verſatur circa res partim materiæ coniunctas,partim ſeparatas mathematica appellatur,hæc .n.de rebus eſt, quæ ſ̃m eſſe materiæ ſunt coniunctæ, ſ̃m vero rationem à materia ſunt ſeparabiles. Hæc ex Thẽ. Quare omnis ſcientiæ diuiſio generali quadã ratione eſt, aut de vocibus: aut de rebus ſi de vocibus logica eſt.ſi vero de rebus,aut perficit vim appetendi, & ſic eſt practica, aut vim cognoſcendi, & hæc aut de ſeparatis,aut de coniunctis.ſi de coniunctis,ſic eſt naturalis.ſi de ſeparatis aut ſimpliciter: & ſic eſt metaphyſica:aut ſ̃m quid,& ſic eſt mathematica.Multę poſſunt aſsignari ſpecies & ſub ſpecies, vt Alpharabius docet, verum nos ratione quadam vniuerſali procedimus. Ex his apparet Ariſt.otelem ſolum amplexum eſſe rerum ſcientias,& non omnes indifferenter rerum & vocum. Secundo apparet quonam modo diuiſio Ariſto. eſt genera li ratione tradita.& reducibilis ad bimembrem. Tertio apparet qualiter diuiſio Ari.tradita in textu eſt ſufficienter aſsi gnata. Sed circa dilucidationem occurrunt difficu'tates. Prima qualis nam ſit ſcientia de Anima an metaphyſica? Secunda qualis nam ſit trium ſcientiarum ordo?Tertia ſub quo horũ diuinandi ſcientiæ contineantur, vt ſomniorum interpretatiua:augurica,& id genus. Amplius necromantia, & magica, & cæteræ id genus. Quarta eſt quia licet de partibus naturalis ad libros naturales,& de partibus mathematicæ ad libros mathematicæ ſpectari debeat, quæritur de partibus metaphyſicæ, nam de his ſpectare debet ad hunc librum. Animaduerſione dignum pro ſolutione. Ad primam nos in libris de Anima,quos primo edidimus tenuiſſe ſcientiam de Anima eſſe mediam & mathematicam propter auctoritatem Thẽ.& Ariſtote. Nunc vero ſum huius opĩonis:ꝙ ſcientia de Anima eſt pars libri de ani malibus, & parua naturalia etiam partes librorum de animalibus, liber.n.de animalibus eſt magnus.& ſectus in.42.libros,vt author eſt Plin.quod non eſſet, niſi inter libros de animalibus connumerarentur tres libri de anima,& omnes libri paruorũ,propter quod liber de animalibus eſt ſeptimus & vltimus & liber de anima & parui ſunt illius partes. Signum autem eſt quia in omnibus codicibus græcis cum libris de Animalibus reperiuntur tres de Anima, & omnes parui, & ſic faciunt omnes græci.Id autẽ quod Thẽ. dicit, non eſt ꝙ ſcientia de Anima ſit mathematica,ſed ꝙ mathematice ſint ſcientiæ de Anima,quatenus mathematicæ ſunt ſciẽtiæ de rebus Animæ, quia de rebus per Animæ actionem ſeparatæ, non autem de rebus ſeparatis per eſſentiam,& naturam rei verum in editionibus noſtris ſecundis res iſta apertius pertractabitur. De ordine vero harum Albertus lib.pħorum primo voluit primam ſ̃m rei naturam eſſe metaphyſicam.Secundam eſſe mathematicam.Vltimam autem eſſe phyſicam:ordine vero ad nos dicit phyſicam eſſe primam. Mathematicam ſecundam.Vltimam metaphyſicam. Mouetur autem ꝙ rerum ordo de quibus hæ ſunt, vr̃ iſte, res.n.abſtractæ per eſſentiam ſimpliciter primæ ſunt ſ̃m rei naturam.Mathematicæ vñr medię inter ſimpliciter,abſtractas & ſimpliciter materiæ cõcretas,igit̃ ille debet eſſe ordo. Sed h̃ Alberti ſolutio non ſapit peripatetici quicquam Ariſt.in lib. præſenti inquit.Si igitur non eſt aliqua altera ſubſtãtia præter natura cõſtãtes,phyſica nimirũ erit prima ſcĩa.Pręterea quę abſtrahuntur ſ̃m rationem ab aliquibus: ſunt poſt illa, è quibus abſtrahuntur.Sed ea quæ conſiderantur in mathematica abſtrahũtur à rebus naturalibus, igitur ſunt poſt res naturales.Tertio motus vel mobilitas,quæ eſt rõ conſiderandi vel prima paſsio ſcĩæ naturalis vl̃ior eſt quantitate quę eſt prima paſsio mathematici.Mobilitas.n.ſe extẽdit ad res oĩum ꝑdicamẽtorũ at q̃titas nõ niſi ad res vnius ꝑdicamẽti, eſt.n.qualitas,& oẽ prædicamẽtũ mobile ſaltẽ terminatiuę,& hoc,ſiue ꝓprie ſiue impro-

Excerpta et dilucidatio.

Dubitationes.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Si ſcientia a'ĩa ſit mathemati.

Sol.1.

Poſitio Alber.

Confutatio

ue improprie, quia hoc pacto mobilitas eſt paſsio. Decepit autem Albertũ fortaſſe id quod credit, videlicet, ꝙ corpus mobile eſſet ſubiectum naturalis phiæ, hoc.n falſum eſt: ſubiectum.n. naturalis phiæ eſt ens mobile mobilitate terminatiua, vel ſubiectiua, propria vel ſm quid, & ſic ſubiectum hoc eſt vniuerſalius ſubiecto mathematicæ, quod eſt ens quantum, oẽ.n.ens q̃tum eſt mobile, nõ aũt cõuertitur. Intelſus.n.eſt ens mobile ſaltem perfectiue: & non eſt q̃tum ens: & multa alia. Quare patet ordine naturæ phyſicam eſſe priorẽ mathematica. Præterea nec eſt apud oẽs verum ꝙ ordine doctrinę phyſicę ſint primę, quia mathematicę ſunt in primo gradu certitudinis & naturales ſequunẽ illas, vt dr̃.2.huius & textu vnde dicuntur apud græcos, quia iſtas pueri incipiebãt primum diſcere, vt accipiẽ primo Ethic. & Alex.in procemio librorum phyſicæ. Quare ſm ordinẽ naturę prima erit metaphyſica: Secunda erit phy. Vltima mathematica, ordine vero doctrinæ cõtra prima erit mathematica: Secunda phyſica. Vltima metaphyſica, hunc ordinem indicat Auer.in hoc.6.in calce ait.n.metaphyſicam eſſe in doctrina poſt phyſicas, & non dixit poſt mathematicas, quia inter metaphyſicas & mathematicas mediãt phyſicæ, artes diuinandi fortaſſę non numerantur inter ſcĩas, & ille q̃ enumerãtur inter ſciẽtias coordinantur cum proprijs cauſis, vt proñoſtica medicinæ quæ diuinat per pulſus & vrinas coordinatur cum medicina pronoſtica aſtronomiæ q̃ per ſtellas coordinatur cum aſtrologia, & ſic de cæteris Hæc de dilucidatione ſatis.

Cõm.16. Sol.propria. Cõm 3.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primã patet ſolo ꝓ dilucidationem, Ariſt.n.enumerauit ſcĩas rerũ, & nõ vocum. Ad ſecundam negaẽ minor, ſunt.n.ex toto auerſæ, & alteri altera nulla ſubalterna, & licet ſubm meta.cotineat ſubiecta cæterarum, nõ ſufficit vt primo huius dictũ eſt, & in lib.poſte. Ad tertiã dico ꝙ ſcientia diuidiẽ ad diuiſionẽ entis, ſed nõ ad quẽlibet entis diuiſionẽ, vñ cõcedo ꝙ quot ſunt, ꝑdicamẽta, tot ſunt ſcĩæ, nõ tñ tot ſunt ſcĩę diuerſæ, qa oĩa ꝑdicamenta poſſunt ꝑtinere ad vnũ genus ſcĩę propter vnã rõnem ſciẽdi. Illa igiẽ auctoritas ꝙ quot ſunt entia tot ſcĩæ debet ĩtelligi ſm ſpẽm, & nõ ſm genus. Ad.4.cõcedo ꝙ de incorporeo eſt ſcĩa ſicut de corporeo, non tñ ſunt hæ ſcĩæ gñe diuerſæ, ſed poſſunt eſſe ſpecie differentes quia poſſunt ſubire vnam rationem ſciendi. Ad quintam dico ꝙ de eadem re duæ poſſunt eſſe ſcientiæ, quia vna res poteſt diuerſa ratione conſiderandi & ſciendi conſiderari. Ad ſextam dictum eſt ꝙ illa diuiſio eſt reducibilis ad bimembrem. Hęc de tertia diſputatione.

Dubitabit autem aliquis, vtrum prima philoſophia ſit vniuerſali aut circa. aliquod genus & naturam vnam &c. Tex.cõm.3.

DISPVTATIO QVARTA
De vnitate generica ſcientiæ.

Num ſcientia vnius generis ſit vna etiam per aggregationem.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſcientia vnius generis non ſit vna per aggregationem. Arguitur primo. Scientia eſt habitus qui gñatur ex frequentatis actibus, igitur eſt vna per eſſentiam à principio vſque ad finem añs oẽs concedunt, ſed conſequentiam deduco, quia magis & minus non variant ſpeciem, ſed propter actus diuerſos habitus ille reditur magis & minus, igitur eſt vnius ſpẽi. Secundo oĩs ſcientia eſt vna ſpecie, quia diuiditur cõtra alias in ſpecie, igitur eſt vnus habitus, qui per additionem augetur & minuitur. In contrariũ arguitur, quia ſi ſcientia eſſet habitus intenſibilis & remiſſibilis. Tunc ad ſcientiam eſſet motus, contra Ariſto.7. phyſi. Hæc de dubitationibus.

CAPVT SECVNDVM TITVLI.

PRO titulo debes ſcire ꝙ ſcientia dicitur vnius generis, quæ eſt de vno ſubiecto ſecundum genus ſcibile vt metaphyſica phyſica, & mathematica, quælibet.n. harum ſcientia dicitur ſm vnum genus, non quidem prædicamentarium, quia omnes ſunt eiuſdem generis aut relationis, aut qualitatis, ſed ſcibile vt patet.1.poſteriorum quæ eſt vnius generis ſcibilis partes & paſsiones conſiderans, quæritur igitur ſi metaphyſica ſit vna per aggregationem, veluti exercitus, aut res publica. Smili ratione & de mathematica, & de naturali intelligi poteſt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione variæ fluxerunt opĩones. Them. vir maximus credidit nos nihil intelligere niſi per eſſentiam intellectus agentis, iuxta cuius opinionem cogimur dicere ſcientiam ipſam nihil aliud eſſe, quã ipſum intellectum agentem, vt per ipſum intelligimus. Quare dicemus iuxta Them.ipſam ſcientiam non eſſe vnam per aggregationem: immo oẽs ſcientias eſſe vnũ quoddam ſimplex variari tñ propter diuerſa phantaſmata, quibus copulatur nobis talis vnicus intells. Secundo dicendum oẽs ſcientias eſſe vnum numero vnitate eſſentiæ intells. Hæc Them. Contra hanc poſitionem obijcimus in lib.de intellectu fortiſsimis rationibus, quas nunc omitto. Auer.autem in quam plurimis locis potiſsimum.7.phy.cõm.20.velle videtur ſcientiam nõ eſſe habitum, ſed intellectum effici nobis habitũ, quatenus per phantaſmata nobis copulatur; vt forma, & principium intelligendi, hanc poſitionem declaraui & confutaui in lib.de intellectu, ideo nunc de ipſa h ſuffi ciant. Iuniores vero quidam arbitrantur ſcientiam eſſe vnam ſm aggregationẽ, verbi cauſa. Metaphyſica eſt vna per aggregationem multarum ſcientiarum differentium ſpẽ, horum autem fundamentum eſt quia voluerunt ad numerum concluſionum ſpecie differentiũ eſſe numerum ſcientiarum: quia alterius concluſionis ſm ſpẽm alia eſt ſcientia, vt huius ſtellæ ſunt lucidæ eſt altera ſcientia ſpecie, & illius terra eſt rotunda, altera etiam ſm ſpeciem. Quare ex oĩbus concluſionibus reſultant in ſubiecto oẽs ſcientiæ ſpecie, & ita vna ſciẽtia totalis, vt phyſica, aut metaphyſica cõtinet multas partiales ſpecie differentes, quare ſcientia totalis eſt vna nõ per vnitatem ſimplicitatis, ſed per aggregationem veluti exercitus per ordinem ad vnum ſubiectum. Pro hac poſitione ſolet argui, quia habitus per actus: & actus per obiecta innoteſcunt, ſed in vna ſcientia totali ſunt diuerſa obiecta ſm ſpẽm, igitur diuerſæ cognitiones, & ſcĩæ, & ſic diuerſi habitus. Sed obijciunt aliqui. Primo quia tunc ſcĩa totalis eſſet vna per aggregationẽ, quod videtur contra Ariſtotelem primo poſteriorum qui ait ſcientiam eſſe vnam ſecundum genus. Scdo túc oẽs ſcientiæ eſſent vna per aggregationem, & ita non eſſent tres ex toto diuerſæ. Tertio obijciũt alij, quia hac poſitione

Poſitio.Them. Prima.

Poſitio Auer. Secunda.

Poſitio Iuni.

Obiectiones.

poſitione data, non eſſet habitus genitus in arte deduco, quia ex vna concluſione non pôt fieri niſi vnus habitus, ſi alterius concluſionis ſic alia ſcientia ſm ſpêm. Quare oportet ponere oẽs concluſiones gñare vnum habitum in ſcientia. Quicquid ſit de veritate pônum ad has rônes poteſt facile ſolui. Ad primam concedo oẽm vnam ſcĩam totalem eſſe vnam ꝑ aggregationem, nec legi contrarium in libris poſte. bene. n. legitur dici vna vnitate gñis ſubiecti, per hoc tñ hr̃ contrarium, hr̃ .n. ſcĩam eſſe vnam per ordinem ad ſubiectum vnum, & ſic eſt vna ordine, & ita vna aggregatione. Dico igit̃ ꝙ ſcĩa totalis dr̃ vna per hoc quod oẽs ſcĩæ partiales ſpẽ differentes hñt attributionem ad vnum ſubiectum formale, & hoc ſatis. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia oẽs ſcĩæ non hñt ordinem ad vnum primum formale ſubiectum, & propterea non poſſunt dici vna totalis, niſi forte ſm genus remotiſsimũ, quatenus oẽs ſunt de ente. Ad tertiam iterum nego conſequentiam quia habitus poſſunt eſſe tot, quot concluſiones. Illius .n. concluſionis terra eſt rotunda pôt eſſe vnus habitus ſpẽ per hoc, quia potuit diuerſis actibus conſiderari, & inde firmari, & hac rône habitus dicetur & ſic rônes nõ cogunt. Expoſitores vero credunt ſcĩam vnam totalẽ. verbi cã, metaphyſicam eſſe vnum habitum ſimplicem ſm ſpẽm ſpecialiſsimam gñatum ex cognitionibus diuerſarum concluſionum eiuſdem gñis ſcietię & ſubiecti, vnde Thomas inquit ꝙ cum aliquis in aliqua ſcĩa totali per demſonem ſcientiam vnius acquirit concluſionis, habet quidem habitum illius ſcientiæ, ſed imperfecte: at cum acquirit in eadem ſcĩa totali ſcĩam cuiuſdam alterius concluſionis, non gñatur ex eo alius habitus, ſed prior perficitur quatenus ad plura ſe extẽdit, & ſic per alias conſequenter, vt igitur temperãtia gñat̃ in appetitu ex diuerſis actibus eiuſdem rônis, ſic ex diuerſis actibus ſciendi eiuſdem rônis & obiecti gñatur in aĩa vnus habitus ſm ſpẽm. Hæc expoſitores. Sed contra hanc poſitionem aliqui obiiciunt. Primo quia actus non poſſunt gñare habitum, niſi per hoc ꝙ naturaliter relinquunt in paſſo ſimilitudinem: ſed agẽtium differentium ſpẽ ſunt ſimilitudines ſpẽ differentes, igit̃ actus diſtincti ſpẽ concluſionum & principiorum non poſſunt gñare eundem habitum. Secundo ex actibus difformibus nõ poteſt generari habitus vniformis, ſed ſcientiæ diuerſarum concluſionum ſunt actus difformes, igitur non pôt gñari ex illis vnus habitus conformis. Tertio habitus principiorum & habitus concluſionum eiuſdem ſcientiæ totalis differunt ſpẽ, vt patet 6. Ethic. igitur non poſſunt efficere vnum habitũ ſpẽ. Quarto rõ euidentiæ in principio & concluſione alia eſt, igitur non poſſunt facere vnum habitum ſpẽ. Quinto arguũt alij ſic. Sit habitus vnius concl'onis A & habitus alterius B & arguo ſic. Cũ A ſtat aliquid ꝙ nõ ſtat cũ B & A repugnat aliquid, qđ nõ repugnat ipſi B. igit̃ A & B differunt, & ita nõ faciũt vnũ habitum ſimplicem. añs apparet. qa cũ A ſtat ſcĩa, & cũ B ignorantia, amplius cũ A ſtat veritas, cũ B error, igit̃ apparet añs. Sexto in his quæ ſunt eiuſdem ſpẽi quicquid cõpetit vni, cõpetit alteri. 2. cœli, & quicquid contrariat̃ vni & alteri, ſed aliquid cõtrariatur ipſi A ꝙ nõ cõtrariat̃ ipſi B. igit̃ vt prius. Vltimo ſcĩa prioris concl'onis pôt deꝑdi ſcĩa poſterioris acquiri: igit̃ non ſunt vnus habitus, nec numero nec ſpẽ. Ex his & alijs ſolet refelli pô Expoſitorũ. Quicquid ſit de veritate pônis, defendi pôt hæc pô: & bene. Ad primam & ad oẽs debes ſcire aliqua poſſe eſſe eiuſdem gñis vno modo: quæ ſunt diuerſorum generum alio modo. Amplius aliqua poſſe eſſe eiuſdem ſpẽi ſm vnam rõnem, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum ſm aliam rationem, verbi cauſa. oẽs formæ ſunt eiuſdẽ generis ſubiecti: & tñ non omnes ſunt eiuſdem generis prædicabilis. Amplius omnes actus temperantiæ ſunt eiuſdem generis, & ſpẽi moris, qui tñ non ſunt eiuſdem ſpẽi prædicabilis, actus temperatus circa venerea alterius ſpẽi prędicabilis eſt ab actu temperato circa iram, & ab actu temperato circa cibum & potum. Tunc diceret Expoſitores ꝙ vnus habitus ſpẽ: vel numero effici poteſt à diuerſis actibus ſpecie prędicabili, mõ ſint eiuſdem ſpeciei moris: vel eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis. Ad primam dico ꝙ oẽs relinquũt ſimilitudinem eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis, omnes. n. cõcluſiones eiuſdem ſcientiæ totalis relinquunt ſimilitudines eiuſdem rationis ſcibilis & cognoſcibilis quia omnes gñantur quatenus obiecta concernunt materiam, concernere. n. materiam eſt vna rõ reſeruabilis in oĩ cognito phyſicæ. Ad ſecundam dico ad maiorem ꝙ ex actibus difformibus oĩ modo non poteſt gñari habitus conformis: at minor hoc pacto fallit, ſunt. n. actus difformes in ſpẽ prædicabili. nõ aũt in ſpẽ cognoſcibilitatis Ad tertiam dico ꝙ habitus principiorum & habitus cõcluſionum differunt ſpẽ virtutis, non aũt ſpẽ cognoſcibilitatis vt dictum eſt. Per idem ad quartam, eſt. n. rõ euidentiæ in principio & concluſione alia atq; alia ſm ſpẽm prædicabilem, non aũt ſm ſpẽm conoſcibilẽ. Ad quintam nego conſequentiam, nam cum albedine vt. 3. ſtat nigrum vt quatuor, quod nõ eſt cũ albo vt quinq; & tñ album vt tria & vt quinq; ſunt eiuſdem ſpẽi. Ad ſextam dico ꝙ non concludunt plus niſi ꝙ ille habitus non eſt vnus ſimplex, & inuariabilis, cum. n. ille ſit variabilis aliquid pôt ſtare cum vno: & non cum alio: aliquid cõtrariari vni & nõ alteri. Amplius propter variationem pôt intẽdi ex vna parte, & minui ex alia parte, vt de alijs qualitatibus dicit expoſitor. Ad dictũ Auer. dico ꝙ debet intelligi per ſe & ſm ſpẽm, modo hoc eſt verũ, quicquid. n. contrariatur ſm ſpẽm habitui vnius concluſionis & per ſe etiam cuilibet contrariatur, ſtat tñ per accñs aliquid cõtrariari vni, & nõ alteri vt de intenſa & remiſſa albedine apparet. Hæc de pône Expoſitoris ſatis ſufficiunt. Alij vero aliam fingunt pônem, volũt. n. ꝙ duplex pôt poni habitus in qualibet ſcĩa totali. vnus quo formaliter. intellectus inclinatur ad ſpeculationem concluſionis, alius quo virtualiter tendit ad ſpeculationem concluſionum in tali ſcientia, tunc dicũt duo. Primus habitus formaliter inclinans eſt alius alterius concluſionis, & tot ſunt quot concluſiones, vt rationes tacte indicant. Secundum eſt ꝙ habitus virtualiter inclinans eſt vnus numero & communis omnibus ſcientiis partialibus eiuſdem ſcientiæ totalis probant, quia concluſiones reſoluuntur in principia omnia principia in vnum primum principium ſcientiæ, & illud primum principium reſoluitur in terminos, omnes termini in ſubiectum primum illius ſcientiæ: & illius principij, igitur omnes habitus formales ſunt vnus virtualiter propter reductionem ad vnum primũ in tali ſcientia. Sed iſti vt noua videantur dicere, videntur non differre à primis, quia ſi omnes habitus formaliter inclinantes ſunt vnus virtute reductionis ꝑdictæ, etiam primi dixerunt omnes habitus aggregatione reduci ad vnum primũ: & ſic videntur differre à primis, & nõ differunt ſm rei veritatem. Scđo tunc oẽs ſcientię totales

Solet defenſio. *Poſitio Tho. Henrici Egid.* *Obiectiones.* *Cõm. 49.* *Defenſio.* *Poſitio aliorũ.* *Confut alio.*

eſſent vnus habitus virtualiter, quod reputarunt impoſsibile,& deduco,quia concluſiones omnium ſcientiarum reducuntur ad vnum primum & commune principium ſimpliciter primum, & ſic omnes eſſent vnus habitus virtualiter per reductionem ad vnum ſimpliciter primum. Tertio ſicut per reductionem ad vnum obiectum omnes concluſiones efficiunt vnum habitum virtualem:cur non per reductionem ad vnum ſubiectũ,qualis eſt intellectus. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ſcientia quæ relinquitur ex concluſione per demr̃onem deducta per ſe eſt cognitio,per accidens habitus,eſt quidem cognitio per ſe,quia ipſum ſcire per ſe eſt per demr̃onem intelligere ſiue cognoſcere,igitur ſcĩa per ſe eſt cognitio quædam, per accidens vero habitus, quatenus accidit eandem concluſionem pluries demr̃ari per eandẽ demonſtrationem ſpẽ, per diuerſos tñ actus vt formetur in virtute memoratiua ſiue illa ſit in intellectu, ſiue in ſenſu: de quo in lib de intellectu, igitur ſcientia vnius concluſionis eſt per ſe cognitio:& per accidẽs habitus, quatenus accidit illam radicari in ſubiecto ex frequentatis actibus circa eandem numero concluſionẽ. Tunc iuxta hanc diſtinctionem dico ꝙ ſi ſcientiæ conſiderã tur vt ſunt habitus, ſic non modo oẽs ſcientiæ eiuſdem gñis ſubiecti ſunt eiuſdem ſpẽi,ſed oẽs ſcientiæ mundi, deduco, quia oẽs ponuntur ſub ſpecie habitus, qui eſt vnius ſpẽi ſpecialiſsime qualitatis vt patet in prædicamentis. Secundo habitus dñr reſpectu habentis,ſed oẽs intellectus ſunt vnius ſpẽi, igitur oẽs habitus erunt eiuſdem ſpẽi ſubiecti. Secunda concluſio ſi ſcĩa conſideretur quatenus eſt cognitio derelicta ex concluſionibus per demr̃ones deductis: reſpectu quidem ſubiecti primi virtute cuius derelinquitur, eſt vna ſm genus illius ſubiecti, reſpectu vero ſubiecti proximi, à quo ꝓxime efficitur,eſt vna ſm ſpẽm vel numero. Quatenus vero à diuerſis concluſionibus relinquitur, ſic eſt vna per aggregationem. Ex his apparet ꝙ non imperite ſentiunt iuniorum quidam, qui dixerunt vnam ſcientiam poſſe ſumi pro vna numero ſiue ſpẽ, pro vna gñe pro vna aggregatione verbi cã, metaphyſica particularis,particularis rei attinentis ad metaphyſicã,dr̃ ſcientia vna ſiue numero,ſiue ſpecie: aggregatum ex oĩbus cognitionibus oĩum conſideratorum in metaphyſica eſt vnum aggregatione. Ipſa tota metaphyſica rõne habita ad primum eius ſubiectum eſt vna genere. Hæc .n.omnia patent ſumendo ſcientiam quatenus eſt per ſe cognitio,non autem quatenus per accidens eſt habitus, quo facile inclinamur ad ſpeculationem eiuſdem vel ſimilis, nam,quatenus eſt per ſe cognitio, ſcientia dici poteſt vna ſpẽ,genere,& aggregatione, quatenus vero eſt habitus quo facile proneue eligimus eandem vel ſimilem concluſionem ſic eſt vna numero qualitas intenſibilis & remiſsibilis,vt dixerunt expoſitores. Sed occurres contra primam concluſionem. Primo quia ſi ſcientia vt habitus intendit & remittitur,tunc ad ſcientiam poſſet eſſe motus alterationis. Secundo ſi omnes ſciẽtię vt habitus eſſent vna qualitas ſpecie reſpectu habentis quod ſpecie eſt vnum pari ratione omnes virtutes eſſent vna qualitas reſpectu habentis,& tñ virtutes ponuntur diuerſi habitus. Contra ſecundam dubitatur, quia tunc vna tota ſcientia non eſſet magis vna, quam eſſent duæ,videlicet geometria & phyſica deducitur, quia aggregatum ex his eſt aggregatum : vt eſt vna ſcientia. Ad hæc dici poteſt. Ad primam nego conſequentiam, nam lumen eſt qualitas intenſibilis & remiſsibilis:& tñ ad lumen non eſt motus, non.n.ſufficit ad hoc vt ad qualitatem ſit motus ꝙ qualitas ſit intenſibilis & remiſsibilis, ſed oportet habere contrariũ poſitiuum, vnde ſm Auer. formæ elementorum intẽduntur & remittuntur, ſed quia non habent contrariũ poſitiuum,ad illas non eſt motus. Ad ſecundam nego ſimilitudinem,quia virtutes ſunt per ſe habitus,per accidens cognitiones, & propterea ſpecie differunt pœnes habitum, ſcientia vero eſt per accidens habitus, & per ſe cognitio,& propterea poſſunt eſſe vnum numero per accidens oẽs ſcientiæ,& per ſe differunt ſpecie. Præterea ratio habendi omnes ſcientias eſt eadem ſpecie, vt intellectus poſsibilis, & memoria: ratio habendi omnes virtutes non eſt eadem ſpecie,immo alia rõne habetur temperantia, alia ratione habetur continentia. Ad tertiam dico vt dixi ꝙ ſcienti vna totalis eſt vna non tm̃ vnitate aggregationis,ſed vnitate gñis: & propterea in habẽtibus vnitatem aggregationis poteſt eſſe maior vnitas, & minor vnitas, aggregatum.n. ex geometria & Phyſica eſt minus vnum quam aggregatum phyſicum tm̃,quia illud non eſt vnum gñe ſicut aggregatum phyſicum. Hæc de dilucidatione.

1. concluſio. · *Secunda.* · *Lau. Bur.* · *Dubitationes.* · *Solutio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

EX his apparet ſolutio rationũ primi capitis, omnes.n.concludũt ſcientiam eſſe vnum numero per accidens quatenus eſt habitus quidam, non autem quatenus eſt cognitio. Præterea apparet conſilium poſitionum. Illa.n.poſitio quæ dicit ſcientiam eſſe vnam ſpecie vel numero, recte ſentit ſumẽdo ſcientiam quatenus eſt habitus. Illa autem quæ dicit eſſe vnam aggregatione recte ſentit etiam ſumendo ſcientiã vt eſt cognitio & reſpectu proximorũ obiectorum à quibus formaliter & proxime generatur, illa quæ dicit ſcientiam eſſe vnam virtualiter etiam recte poteſt ſentire, ſi conſideretur ſcientia ratione habita ad commune ſubiectum, ad quod reducuntur omnia. Hæc de quarta diſputatione.

Primum de eo quod ſecundum accidens eſt dicendum quòd nulla eſt circa ipſum ſpeculatio, ſignum autem &c. Tex.cõm.4.

DISPVTATIO QVINTA
De ente per accidens.

Num de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod de ente per accidens poſsit eſſe ſcientia. Arguitur primo de ente per accidens Ariſt. in textu quædam demonſtrat, igitur de eo poteſt eſſe ſcientia. antecedens apparet, quia ſaltem demonſtrat de ipſo quod cauſatur ab agente vt in pluribus. Secunda perſpectiua eſt ſcientia, & tamen illa eſt de linea viſibili, quod eſt ens per accidens, igitur vt prius. Tertio à primo ente ſimpliciter inuariabili prouenit & ens per ſe & ens per accidens, igitur de ente per accidens eſt ſcientia, deducitur. quia quod habet cauſam ſimpliciter inuariabilẽ poteſt ſciri. Quarto quicquid continetur ſub ſubiecto metaphyſicæ ſcibile eſt. Sed ens per accidens continetur ſub ente communi, quod eſt metaphyſicæ ſubiectum, igitur eſt ſcibile.

eſt ſcibile. Quinto de ente per accidens eſt diffinitio, igitur poteſt eſſe ſcientia, añs apparet, quia in textu diffinitur. Sexto pars ſcientiæ eſt ſcientia, ſed tractatus de caſu & fortuna eſt pars ſcientiæ naturalis, & tractatus de ente per accidens eſt pars metaphyſicæ, igitur de ente per accidens eſt ſcientia. Septimo pluuiã fieri ſub cane eſt ens per accidens vt patet in textu, & tamẽ hoc eſt ſcibile ab aſtrologo, igitur de ente per accidens eſt ſcientia. Octauo oppoſitorum eadem eſt ſcientia atque diſciplina, vt patet. 9. huius, ſed entis per ſe eſt ſcientia, igitur entis per accidens, quod enti per ſe opponitur. Sed in cõtrarium eſt. Ariſtoteles in textu. Hęc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ENS per accidens (vt in textu dr̃) bifariam dicitur aut accidentalitate rei aut accidẽtalitate cauſæ, ens per accidens accidẽtalitate cauſæ illud dicitur: quod euenit extra intentionem cauſæ raro & in paucioribus: raro quidem quo ad tẽpus, in paucioribus vero quo ad ſuppoſita, accidẽtalitate rei adhuc multifariam eſſe poteſt, quia aut eſt quod per accidens ineſt: vt muſicum eſſe ædificatori, aut quod per ſe ineſt, ſed alterius eſt naturæ ab eo cuius ineſt, vt riſibile homini, aut quod eſt alterius naturæ, & ordinis vt album homini, tñ ſolet breuibus diſtingui ꝙ ens per accidens eſt: aut accidẽtalitate rei vtpote illud quod aggregat naturas oĩno diuerſas, vt homo albus & id genus, aut accidẽtalitate cãę: vt fortuitũ & caſuale, quærit igitur diſputatio ſi de ente per accidens quouis modo poſsit eſſe ſcĩa. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione aliqui diſtinguunt de ſcientia quia ſcientia põt haberi de ente per accidens, aut tanquam de ſubiecto, aut tanquã de paſsione vel cõclõne, ſcitur .n. ſubiectum, & ſcitur concluſio, ſubiectum quidẽ tanquam id de quo, ſcitur vero concluſio, tanquã id quod paſsio etiam ſciri põt, tanquã id quod de alio. Amplius diſtinguunt de vnitate ſcientiæ, quia ſcientia dici põt vna & ſm ſpẽm, & ſm genus ſiue proximũ ſiue remo-
1. concluſio. tum. Tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de ente per accidẽs accidentalitate rei, vt de homine muſico: nõ poteſt haberi ſcientia tanquam ſubiecto per ſe vna ſm ſpeciem. deducunt, quia de tali non eſt vna paſsio ſpẽ: cum non ſit vnum ſpẽ. Secundo dicunt quod de ente per accidens accidentalitate rei non poteſt haberi ſcientia tanquam de concluſione per ſe vna vnitate ſpẽi. deducunt vt prius quia de tali nõ poteſt accipi propriũ medium, niſi ratione alterius partis. Tertio dicunt ꝙ ſumẽdo ens per accidens accidentalitate rei, de ipſo poteſt haberi ſcientia per ſe vna ſm genus, & tanquam de ſubiecto, & tanquam de concluſione. tanquam de ſubiecto quidem: vt de linea viſibili, de quo ſm genus ſubiecti proſpectiue multa demonſtrantur, tanquam de concluſione vero, quia ſi poteſt de illo ſcientia haberi tanquam de ſubiecto, magis tanquam de cõcluſione. Hęc de ente per accidens accidentalitate rei. Si autem ſit ſermo de ente per accidens accidentalitate cauſę, tenẽt logici duo. Primum ꝙ de ente per accidens non eſt ſcientia quatenus per accidens, hoc eſt reſpectu illius cauſæ, cuius eſt effectus per accidens, non. n. ſcitur pluuiã eſſe ſole decurrente per canem, per hanc cauſam, quæ eſt ſolis per canem deambulatio. Secundum eſt ꝙ de ente per accidens abſolute eſt ſcientia, quia de pluuia ſole decurrente per canem eſſe poteſt ſcientia, quia ſi non reſpectu ſolis per canem decurſu, ſaltem reſpectu alterius conſtellificationis tũc occurrentis, quæ poteſt vniuerſale exuperare, bene logici ſub alijs verbis de tali ente per accidens ſic loquuntur. Dicunt ꝙ ens per accidens ſciri poteſt, quia hoc ſciri poteſt demonſtrata pluuia eueniente ſole per canem decurrẽte & hoc eſt ens per accidens, igitur ens per accidens ſciri poteſt. Secundo dicunt ꝙ non põt ſciri ens per accidens quia non põt ſciri ens per accidens ea rõne, qua eſt ens per acci-
dens. Sed contra primã partem ſolõnis rationabiliter *Confutatio.*
addubitare poſſum. Primo quia ſi põt haberi ſcientia vna ſm genus, ſequitur vt poſsit haberi ſciẽtia vna ſm ſpẽm, quia nihil eſt ſub genere, quin ſit ſub aliqua ſpẽ. 2 topi. Scđo quia non apparet per eorũ ſolõnem ſi poſsit de ente per accidens haberi ſcientia tanquam id quod demr̃atur de altero. Et ſic prima ſolõnis pars redditur ambigua. Circa ſecundam etiam addubitari poſſum: quia Ariſt. tradit ſcientiã in. 2. lib. phyſi. de ente per accidens ſecundo modo, & non quatenus eſt ens per ſe, quia loquiť de caſu & de fortuna quatenus ſunt caſus & fortuna, igitur quatenus ſunt ens per accidẽs, igitur de ente per accidens quatenus eſt ens per accidens poteſt haberi ſcientia, & ita non tantum de ente per accidens, põt eſſe ſcientia quin ſciẽtia poſsit haberi de ente per accidens: amplius quod põt diffiniri quatenus per accidẽs: põt ſciri quatenus per accidens, ſed fortuna & caſus quatenus fortuna & caſus poſſunt diffiniri quatenus talia, igitur de ente per accidens quatenus per ac-
cidens eſſe põt ſcientia. Ioannes vero tenere vr̃, ꝙ de *Poſitio Ioan. Gandauen.*
ente per accidens põt hr̃i ſcientia, vt importatur ꝑ hoc nomen cõe ens per accidens, non aũt vt importatur ꝑ hoc nomen ſpãle fodiens theſaurum vel id genus. Sed
vr̃ Ioannes errare, quia tunc de ente per accidens poſ- *Confutatio.*
ſet eſſe ſcientia, vt eſt ens per accidens: quod non conceditur cõiter. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione vero debes ſcire quòd ſcien- *Suppoſitio.*
tia de aliquo vno modo eſſe poteſt tanquam de concluſione demonſtrata vel demonſtrabili, & ſic dicitur forte. 2. poſte. quęſtiones ſunt ęquales numero his, quę quidem ſcimus. Alio modo poteſt haberi ſcientia de aliquo tanquam de re ſignificata per aliquem quemuis concluſionis terminum, & hoc pacto primo poſt. accipitur ꝙ ſcientia eſt vnius generis ſubiecti partes & paſsiones conſiderans, igitur poteſt haberi ſcientia de aliquo tanquam de ſubiecto concluſionis, & tanquam de illius paſsione, quorum quodlibet per aliquem con
cluſionis terminum ſignificatur. Tunc dico ꝙ ſumen- *1. concluſio.*
do ens per accidens quouis modo, de illo non haberi põt ſcientia tanquã de concluſione. deduco quia id qđ ſcitur hoc pacto, eſt concluſio vera & neceſſaria, vt patuit in lib. poſte. modo ens per accidens nõ poteſt eſſe
concluſio vera & neceſſaria. Secundo dico loquendo *Secunda.*
de ente per accidẽs quauis ratione, ſic de ipſo eſt ſcientia vt de re ſignificata per terminum concluſionis. deducitur, quia omne ens mundi poteſt ſciri vt terminus concluſionis, velut res ſignificata per terminum cõcluſionis, oĩ. n. entia per accidens ſignificantur per iſtum terminum ens, & per iſtum terminũ ens per accidens, & id genus, igitur de ente per accidẽs quouis modo ſumpto eſſe poteſt ſcientia, vt de re ſignificata ꝑ terminum aliquem concluſionis. Et ſic tradit Ariſto. ſcientiam de ente per accidẽs ĩ hoc lib. ſic de fortuitis & caſualibus in. 2. lib. phy. & alibi. Ex his apparet vſq; ad quantũ recte dixerunt aliqui, & Ioã. Hæc pauca de dilucida.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis ad rõnes primi capitis. Ad primam concedo de ente per accidens haberi ſciam tãquam de termino vel de re ſignificata ꝑ terminum cõcluſionis. Per idem ad ſecundam patet ſolutio. Ad tertiam concedo de ente per accidens haberi ſcientiam, vt reducitur ad per ſe, vt dictum eſt ſuperius. Ad quartam dico ꝙ eſt ſcibile res eſt ſignificata per terminum concluſionis, per idem ad cætera omnia, illa nãque concludunt de ente per accidens haberi ſcientiam vt eſt ens vel res ſignificabilis per terminum cõcluſionis & non aliter.

Hæc de diſputatione quinta.

Quoniam autem complexio & diuiſio eſt in mente & non in rebus, quod autem ita ens alterum ens à propriis &c. quod quidem vt accidens, & quod vt verum prætermittendum &c. Tex.cõm.8.

DISPVTATIO SEXTA
De ſcientia veri.

Num de vero conſideret Metaphyſicus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod verum debeat conſiderari à metaphyſico. Arguitur primo quia metaphyſicus conſiderat de primo obiecto intellectus. Sed verum eſt primum obiectum intellectus, igitur eſt de vero. Secundo habetur lib. huius ſcientiæ.2.metaphyſicam vocari ſciam veritatis, igitur conſiderat de vero. Tertio quod eſt cõe omnibus ſcientijs, non debet conſiderari in aliqua ſpeciali, ſcientia, ſed ſolum in metaphyſica, verum eſt cõe omnibus ſcientijs, igitur non niſi in metaphyſica conſiderandum eſt. Minor probatur, quia oĩs ſcientia de vero ipſo conſiderat tanq̃ de concluſione, igitur conſiderare de vero ſpectat ad oẽm ſcientiam.

Quarto dicitur.4.huius primos pħos poſſe de omnibus conſiderare: igitur nihil ab huius conſideratione eſt remouendum. In contrarium eſt Ariſt.in textu, vbi ait nec de ente per accidens, nec de vero eſſe conſiderandum in metaphyſica. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

De titulo. De ipſo vero falſoúe aliqui multiplicem acceptionẽ fecerunt, voluerunt.n.verum eſſe & quod in re, & quod in intellectu. Amplius verum in re voluerunt aliud eſſe abſolute ẜm rem aliud per relationem ad cognoſcentẽ. Prętérea verum quod eſt abſolute ẜm rem trifariã ſubdiuidunt, quia aliud eſt, quod dicit abſolute conformitatem producti ad producens. Aliud quod dicit dictam conformitatem ſuperaddens imitationem. Aliud vltra dictas conformitatem & imitationem ſuperadit adęquationem. Iterum etiam verum quod eſt in re per relationem ad cognoſcentem, etiã trifariam ſubdiuidũt, quia aliud eſt quod eſt ſui manifeſtatiuum abſolute reſpectu cuiuſuis potentiæ cognoſcitiuæ, aliud quod eſt ſui manifeſtatiuum mediãte quadam ſimilitudine ſiue illa ſit ſpẽs ſiue actus cognoſcendi Aliud eſt ꝙ facta aſsimilatione eſt in intellectu, veluti cognitum in cognoſcente. Hæc de vero in re tradunt, de vero autem in intellectu etiam ſubdiſtinguũt, quia aliud eſt ẜm primam intellectus opõnem. Aliud ſecundum eiuſdem ſecundam opõnem, de quibus quære eos: quia multa ſcribũt.

Confutatio. Sed iſtæ diuiſiones & ſubdiuiſiones ſunt difficiles. Primo quia vt Ammonius dicit in libro de interpretatione verum eſt in aĩa in re & in voce & eſt idem verum numero: & non diuerſa vera: vt credunt logici. Secundo habetur in textu ꝙ bonum & malum ſunt in rebus: & verum & falſum in aĩa igitur diſtinctio eſt cõtra textum. Tertio Ariſt.dicit expreſſe in textu: ꝙ verũ & falſum ſunt in ſecunda operatione intellectus quæ eſt cõpoſitio & diuiſio & non in ſimplici: in qua eſt rõ ipſius quod quid eſt: igitur dicere verum eſſe in prima operatione intellectus eſt contradicere expreſſe Ariſtoteli: vltimo ſine tot diuiſionibus & ſubdiuiſionibus poſſumus veritatem diſputationis dilucidare: igitur iſtæ ſunt ſuꝑfluæ inuentæ potius ad confuſionem q̃ ad dilucidationem. Prętérea Ioannes addit ꝙ æquatio & inadęquatio ſunt proprie in rebus quãtis: & ſic verum falſumúe non poſſunt per eiuſmodi deſcribi. Verius igitur ẜm peripateticos dicerem iuxta Alexandrum in lib. Elẽchorum: & Ammoniũ in libro de Interpætatione ꝙ verum põt vno modo accipi vt diſtinguitur cõtra Metaphoricum Fictum & Alchimicum: qua rõne aurũ minerale dicitur verũ, & Auricalchum dr̃ falſum ſiue Alchimicũ: & hoc pacto verũ eſt entis (vt dicunt iuniores) paſsio, iuxta librum ſecundum metaph. oportet principia ſempiternorum eſſe veriſsima: eſtq; verum hoc pacto in quibuſdam magis, in quibuſdam minus. In cauſa quidem magis, in effectu vero & cãto minus, & propterea principia, & cauſæ ſempiternorum ſunt veriores effectibus & cauſis corruptibilium. Alio modo ſumitur verum vt diſtinguitur contra falſum, & ſic verum eſt relatio quędam, qua compoſitio, vel diuiſio, quæ eſt ſecunda mentis operatio dr̃ vera vel falſa: & de hac loquitur Ariſt. in prędicamentis dum dicit ab eo: quod res eſt vel non eſt dr̃ oratio vera vel falſa. Ex his ſequitur titulus diſputationis, nõ.n.diſputatio loquitur de vero primo modo. quia cum verum primo modo ſit paſsio entis ſimpliciter: ſine dubio de ipſo ſpectat ad metaphyſicũ, vt etiã de ente, quatenus vero eſt huius vel illius entis, ſpectat ad ſcientias ſpãles, reſtat igitur vt diſputatio ſit de vero & falſo, ſecundo modo quæ ſunt in compoſitione diuiſioneúe. Hæc de titulo. *Propria expl.* *Titulus quæſtionis.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1.poſitio. De diſputatione ſunt qui dicunt de vero ipſo nullam artem differere niſi dialecticam, eo quia grammatica orationem contemplatur, quatenus congrua, incongruaúe. dialecticus autem & logicus quatenus vera falſaúe. Præterea hæc vr̃ intentio expoſitoris, vt quilibet videre poteſt qui in expoſitione huius loci aſſerit metaphyſicum de ipſo vero conſiderare nõ poſſe propterea quia ipſum verum eſt ens diminutum: eo quia eſt ens rationis, huic conſentit Auer. in hoc.6.in calce, *Cõm.8.* qui ita ſcribit. Dimittamus igitur perſcrutari de ente, ꝙ eſt per accidens, & de ente, quod eſt veridicans.ſ.quod eſt in anima, ens.n.ꝙ eſt per accidens non habet cauſam terminatam, & quod eſt veridicans non habet cauſam niſi animam, ideo vtrunque numeratur in genere entis diminuti, & ideo perſcrutandum eſt de ente perfecto quod eſt extra animam, ſic igitur apparet de mente Auerrois de ipſo vero non tractare metaphyſicam, quia eſt ens rationis: & ita ſpectat ad logicum, qui ſolum entia rationis contemplatur. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt. Primo quia omnis ars, omnis ſcĩa conſiderat de vero, tanquam de oratione ſiue concluſione, vt dicemus igitur non modo logica vel dialectica. Secundo quia ſi verum eſt ens rationis ſiue ens animæ, vt tangit ſecunda ratio, potius ſpectabit ad *Confutatio.*

ſcientiam

ſcientiam de aïa: eo quia eiuſdem eſt cõſiderare ſubm, & ſubiecti affectionem. Propter hæc dixerunt alij natu ralem phiam debere de vero ipſo perſcrutari, maxime illa pars de vero debet agere, in qua ſubm oïum verorum, & agens conſiderantur, vt eſt ſcientia de anima in qua tractatur ĩtellectus poſsis, qui eſt ſubiectũ oïum verorum, & intellectus agens quod eſt principiũ oïum verorum. vt hr̃ in lib. de anima cóm. 5. Sed objiciunt quia verum non tm̃ eſt in intellectu, ſed in re, igitur de vero conſiderare debet oïs ſcïa, quæ de rebus contem platur. Præterea oïs ſcïa ſaltem de vero conſiderat tanquam de concluſione. Propter hæc dixerunt alij oẽm ſcïam debere de ipſo vero cõſiderare: dicũt oẽm ſcïam ſpeculatiuam, quia eius finis eſt verum, non autem practicam: cuius finis eſt opus, & ꝓ hac rõne facit, quia oïs ſcïa debet conſiderare finem ſuum. Sed cuiuſlibet ſpeculatiue finis eſt verum, igitur debet cõſiderare ipſum verum. Secundo oïs ſcïa debet cõſiderare id per quod differt ab alijs ſcientijs, ſed ſpeculatiua differt à practica per hoc quod eſt de vero, illa de bono: igitur debet cõſiderare de vero. Alij velle vñr conſiliare hos dicunt .n. ꝙ verum in complexum non pertinet ad meta. quia quatenus reſo rationis attinet ad logicũ: quatenus reſo realis attinet ad librum de aïa. Secundo dicunt ꝙ verũ ꝑ comparationem ſumptam ad ꝓducentẽ, pertinet ad metaphyſicã, & ad oẽm ſcientiam, quia in oï ſcïa, & in metaphyſica conſideratur effectus, vt gerit cãæ ſimilitudinem. Præterea verum etiam ſumptum per compa rationem ad cognoſcentem, pertinet ad metaphyſicũ & ad oẽm ſcïam propter eandem rationem. Tertio dicũt ꝙ verum quatenus eſt rei vt ſimilis intelľui, vel per ſpẽm, vel per ſeipſam attinet ad librũ de anima ſiue ad naturalem, & non ad metaphyſicum. Ex his facile patet conſilium põnum. Illa.n.põ quæ ait logicum agere de vero, ſumit verum vt eſt relatio rationis. Illa poſitio quæ dicit naturalem conſiderare de vero, ſumit verum vt eſt relatio realis: & vt eſt rei ſimilitudo ad intellectũ illa deniq; quæ dicit oẽm ſcientiã agere de vero ſumit verum per compoſitionem ad producentẽ. Sed dubia eſt hæc poſitio. Apparet primo, quia verum apud peri pateticos non ſumitur niſi aut vt diſtinguitur cõtra ſophiſticũ aut contra falſum, & ſic poſitio fundaꝛ in falſo fundamento. Secundo quia verum vt eſt relatio rationis, eſt res animæ, & ita attinet ad librum de anima, & etiam vr̃ hæc poſitio ſuperflua: propterea omnes iſtæ poſitiones omittantur. Hæc de poſitionibus.

2. poſitio. *Confutatio.* *3. poſitio.* *4. poſitio.* *Conſilium* *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. PRO dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ verum poteſt bifariam conſiderari. Vnò modo vt concľo, ſiue queſtio ſcibilis. Alio modo vt res ſignata per terminũ cõcluſionis ſiue vt quæſitum de alijs, ſiue vt conceſſum de quo aliud quæritur Amplius verum vt res per termi num concluſionis ſignata, ſiue vt quæſitũ de alio vel vt conceſſum de quo aliud quæritur, poteſt trifariam ſumi apud peripateticos. quia eſt in re vt in cauſa, in ani ma, vt in ſubiecto & materia, in voce vt in ſigno hoc.n. dicit Ammonius in lib. de interpretatione, igiꝛ poteſt conſiderari vt ineſt in anima, vt eſt in re, & vt eſt in voce, ꝙ quidem verum: accipi poſsit vt concluſio patet primo poſte. vbi dicitur ſcïam non eſſe niſi verorum, ꝙ poſsit accipi vt quæſitum de alio, apparet quia ſæpe demrat Ariſt. de aliqua cõcluſione ꝙ ſit vera. Amplius in. 2. lib. de interpretatione enumerat verum & falſum inter modos. Modus autem vr̃ quæſitum quoddam eorum, quorum ponitur modus, quod autem verum vt modus ſiue vt quæſitum poſsit accipi vt in re, vt in anima, vt in voce: patet per Ammonium, qui ait verũ eſſe in re vt in cauſa, dr̃.n. in prædicamẽtis ab eo quod res eſt vel non eſt, dr̃ orõ vera vel falſa, & ſic vr̃ verum eſſe in re, vt in cauſa, eſt etiã in voce vt in ſigno, eo quia voces ſunt eorum quæ ſunt in anima paſsionum notæ eſt etiam in anima vt in ſubiecto, vt patet. 3. de anima qa vera dr̃ compõ vel diuiſio, quæ ſunt animæ operationes, modo operationes animæ ſunt in anima, igitur ipſum verum poteſt conſiderari illis oïbus modis. Ex his apparet dilucidatio, & conſilium poſitionum, dilu cidatio quidem, qm̃ ſi conſideratur verum vt cõcluſio: de ipſo agit omnis ars, atque oïs ſcïa ſi verum conſideratur, vt quæſitum vel vt modus, quatenus eſt in aïa, de ipſo conſiderat naturalis: vt lib. de anima, quatenus in voce, de ipſo agit logicus vel dialecticus, quatenus in re, de ipſo conſiderat metaphyſicus, & ſic patet dilucidatio. Conſilium vero, quia poſitio dicens verum ſpectare ad logicum eſt vera loquendo de vero vt in voce quæ dicit verum ſpectare ad librum de anima: eſt vera loquendo de vero vt in anima quæ dicit de ipſo vero ſpectare ad metaphyſicum eſt vera de ipſo vero vt in re, quæ ait ad oẽm ſcientiam ipſum ſpectare, eſt vera lo quendo de ipſo vero vt concluſio eſt. Hæc peripateticæ quo ad dilucidationem dicta ſatis.

Dilucidatio et conſilium.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis conſultatiſüe. Ad primum conce dunt Tomę ſectatores verum eſſe obiectum ĩtellectus, & propterea de ipſo non conſiderat metaphyſicus: eo quia ratio obiecti diſtrahit. Sed aliqui objiciunt probando verum non eſſe primum obiectum intellectus. Primo quia non præcedit intellectum. Secundo quia non intelligiꝛ actu recto, ſed reflexo. Tertio quia obie ctum ſcientię non debet excedere obiectum potentię. Quarto quia bonũ continetur ſub per ſe obiecto intellectus, quod diſtinguitur contra verum vt patet in tex tu, quicquid ſit de veritate ipſa, de qua diximus peripateticæ in lib. primo. Nunc omnia hæc tolluntur, quia apud Tomam eſt obiectum triſariam. terminatiuum, & hoc eſt ens vt ens, motiuum, & hoc eſt ens ſenſile. cõſecutiuum, & hoc eſt verum entitatiuum, qñ igitur Tomas ait verum eſſe obiectum intellectus, loquitur de obiecto cõſecutiuo, quatenus intellectus nihil intel ligit, quin illud conſecutiue & reflexe vt verũ intelligat, & ſic tollũtur iſtæ captiones. Ad cæteras rationes patet ſoľo per dilucidationẽ, & cõſiliũ. Metaphyſicus conſiderat de veritate vt in re, oẽs ſcientiæ de vero, vt eſt concluſio ſcibilis per media ſuæ artis. Amplius metaphyſicus conſiderat de omnibus & de vero, vt in re. Hæc de diſpu. 6. dicta ſatis.

De vero ſi eſt obiectum intellectus. *Poſitio Tho. Replice logicorum.* *Defenſio Tho.*

Eodem Tex. & commento.

DISPVTATIO SEPTIMA
De ente rationis.

Num ens rationis ſit in prædicamento.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod entia rõnis non ſunt in prędicamento. Arguitur primo, quia tunc in rebus prædicamentarijs eſſet proceſſus in infinitum. deduco quia poteſt aliquis homo aliquid intelligere: & rurſus ĩtelligere

gere ſe intelligere,& ſic infinitum: & tamen intellectiones ſunt entia rationis. Secundo omne quod eſt in prædicamento, eſt ſubſtantia vel accidens, ſed ens rationis non eſt ſubſtantia: vt patet, nec accidens, quia nec proprium, nec commune, vt etiam patet, igitur vt prius. Tertio famoſum eſt nihil eſſe in prædicamento niſi ens reale, igitur entia rationis non ſunt in prædicamento. In cõtrarium arguitur, quia ordo ſecundum ſuperius & inferius eſt prædicamentum: vt dicit Boet. ſed in entibus rõnis poteſt eſſe ordo ſm ſuperius,& inferius, igiẽ ſunt in pdicamento. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Prima poſitio de ente rõnis. QVID ſit ens rationis, non parua eſt quæſtio, nonnulli peritiſsimorum conceptus rerum obiectiuos eſſe entia rationis fatentur. diſtinguunt.n.de conceptu, qm̃ alius eſt conceptus obiectiuus vt res ipſa vt actu concipitur, veluti lapis cognitus. Alius eſt conceptus formalis, vt eſt ratio cõcipiendi ſpecies, videlicet, intelligibilis vel actus intelligendi, hæc.n.formales conceptus dicũtur, quatenus his dicimur formaliter concipientes, volunt igitur cõceptus obiectiuos eſſe entia rationis: quatenus nec ſunt in re ſubiectiue, nec in aĩa ſubiectiue, ſed in intellectu obiectiue, quod vero aliquid poſsit eſſe in aliquo obiectiue, quod non eſt alicubi ſubiectiue, probant multis experientijs. Primo de ſolis quantitate, ſolis.n.quantitas apparet bipeda, quæro ipſa vt bipeda in quo eſt ſubiectiue, non quidem in re, quia illa in re eſt maior tota terra, nec in mente, quia vt color qui videtur, non eſt in viſu, ſic illa ſolis bipeda quantitas non eſt in mente: igitur nec in mente, nec in re, igitur eſt in mente obiectiue & ſic aliquod, eſt ens obiectiue. Secundo in pariete depicto apparet concauitas, quæ nec eſt in re ſubiectiue: nec in viſu, ſed ſolum obiectiue.

Tertio idem perſuaderi poteſt de hiatu & voragine, quæ ſunt foueæ, vel cœli feneſtræ, quæ apparent in æſtate, vt traditur.1.Meteororum. Hæc.n.vt Ariſto. dicit nullibi ſunt ſubiectiue, ſed ſolum apparitiones ſunt obiectiue. Multæ aliæ poſſunt addi experientiæ, quæ omnes ſuper vnam radicem firmantur. *Obiectio Ioannnis.* Sed obiecit Ioan. quia omne ꝙ eſt, vel eſt in ſubiecto, vel de ſubiecto: ꝙ quidem eſt in ſubiecto, accidens eſt, ꝙ vero dicitur de ſubiecto eſt ſubſtantia ſecunda. Sed hæc entia obiectiue per hos, nec ſunt ſubſtantiæ, nec ſunt in ſubiecto, igi*Quæ Ioan.* tur nihil ſunt. Propter hæc tenet Ioan.& huiuſmodi apparitiones nihil ſunt, & concedit non ens poſſe intelligi ab intellectu, non quidem motiue ſed terminatiue. *Confutatio.* Sed hæc Ioannis determinatio non eſt contra eos quos reprobat, quia apud iſtos terminare, & obijci intellectui idem eſt,& propterea quod poteſt terminare intellectus opõnem, & non eſt ſubiectiue in re, nec ſubiectiue in intellectu, dicitur eſſe obiectiuum in intellectu apud illos, & ſic nihil habet Ioan. contra eos, præterea apud ipſum alibi nihil eſt obiectiue in intellectu, quin ſit obiectum intellectus nihil eſt obiectum intellectus, quin moueat intellectum, eſt.n.intellectus omnia fieri, & intelligere in pati: & moueri conſiſtit, vt dicitur.3.de aĩa, igitur nihil eſt obiectum intellectus, quin moueat *Sol.experientiarum.* intellectum apud Ioannem. Propterea ad experientias dici poteſt vt Alber.ait lib.ſuo de aĩa.2.ꝙ illa ſunt obiectiue in virtute apprehendente, apparitio.n.viſualis eſt in re, vt in cauſa, in viſu vt in ſubiecto, licet ſit falſa, nec eſt ſimile de colore, & de apparitione: quia color eſt res vera, apparitio eſt res animæ. Hęc de prima põne.

Poſitio logi. Alij vt logici dicunt ens rationis eſſe conceptus rerum formales, vt dictum eſt, qui res ad extra repreſentat, atq; ſignificant probant quia ſicut entia realia ſunt quæ aut ſunt in re ſubiectiue, aut res ipſæ, ſic entia rationis erunt quæ ſunt in ratione ſubiectiue, ſiue mente. Talia autem non ſunt niſi conceptus formales, igitur entia rationis ſunt conceptus formales. Sed nõ eſt *Qualis poſitio.* dubium conceptus formales eſſe entia rationis, quia ſint in ratione ſubiectiue, tamen nos non quærimus de his entibus rationis, ſed de his, quæ ſunt ſecundæ intentiones. Alij dixerunt ens rationis, quod eſt ſecunda *3.expoſitio.* intentio eſſe reſpectum quẽdam relictum in re quæ intelligitur ex actu collatiuo intellᵉs. Verbi cã intellectus ĩtelligit hoĩem actu recto, deinde comparando hoĩem ad inferos hoĩes relinquit in homine reſpectũ, quo homo ſpecies dicitur, hic reſpectus apud eos eſt ens rationis ſubiectiuę exiſtens in re intellecta obiectiue in intellectu. Sed de iſto derelicto quærendum eſſet an ſit ali*Confutatio.* quid præter rem, quæ comparatiue intelligitur, & certum videtur ꝙ nihil, quia nec ſubſtantia, vt omnes tenent, nec accidens, quia omne accidens eſt ens naturæ. Alij propter hæc voluerũt entia rationis nihil aliud *4.expoſitio.* eſſe, q̃ ea quæ ſola ratione,& mente concipiuntur vt vacuum Hypocentaurus mons aureus, & id genus. Hæc .n.entia rõnis, vt illa entia rei dicuntur. Illa quidẽ entia rei, quia pręter rõnem ſunt in re. Hæc vero entia rationis, quia præter rem in ratione tm̃ collocantur. Sed hæc *Qualis hæc poſitio.* poſitio ſine dubio vera eſt, verum nos loquimur de ente rationis, ꝙ eſt ſecunda intentio, tale.n.non eſt fictio *Poſitio peripateticorum. Cõm.19.* pura. Propterea de hoc quærendum eſt, propter hęc & alia videtur mihi eſſe dicẽdum entia rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones eſſe ſcd̃o intellecta, vnde Auer.12. huius inquit, & dixit proprie relationẽ quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis, ita ꝙ quidam reputauerunt ipſam eſſe ex ſcd̃is intellectis, ecce qũo entia rationis & ſecundo intellecta idem ſunt, eſt autem ſcd̃o intellectũ idem ſm rem, ꝙ primo intellectum, verum primo res intelligitur abſolute. Secundo vero intelligitur cõparatiue, igitur ſecundo intellecta ſunt res quæ comparatiue intelliguntur. Sigñantur aũt ſecundo intellecta per hæc nomina ſpẽs, genus, proprium & accidens, prędicatum, ſubiectum, & id genus, quibus in voce vel in ſcripto nihil corrñdet in re præter hominem & aĩal: & res prædicamentarias vt comparatiue intelliguntur. differunt autem noĩa figmẽtorum & noĩa ſcd̃o intellectorum quia noĩbus figmẽtorũ in voce vel in ſcripto, licet nihil actu vel ptãte ſit aptum corrñdere præter res, eſt intelligibile aliquid corrñdere præter res, at nominibus ſecundo intellectorum correſpondent res ipſæ comparatiuæ intellectæ, & nihil actu vel ptãte vel ad imaginationem eſt aptum correſpondere præter res ipſas. Ex his apparet in quo differt hoc nomen hõ in voce vel in ſcripto ab illo nomine ſpecies, homo.n. in voce ſigñat cõe quoddam vl'e vel formam abſolute ſpẽs ſigñat hoĩem & equum vt comparatiue intelligunẽ ratione habita ad ſuperiora, vel inferiora. Quid igitur ſit ſecunda intentio, quidúe ens rationis vel intentionale, ex his modo patet. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio prima. DE diſputatione aliqui tenent entia rationis eſſe in prædicamento, non quidem vno de decẽ, quia illa ſunt entia realia,& nihil eſt in aliquo illorum niſi ſit ens reale, ſed entium rationis conſtituunt vndecimum prædicamentum, quod continet genera & ſpecies entium rationis, cuius figura eſt.

DIVISIO ENTIS AD MENTEM PERIPATETICORVM.

- *Ens*
  - *Reale*
    - *Deus*
    - *Subſtantia*
    - *Accidens*
      - *Quantitas*
      - *Qualitas*
      - *Ad aliquid*
      - *Quando*
      - *Situs*
      - *Poſitio*
      - *Habere*
      - *Actio*
      - *Paſsio*
  - *Rōnis*
    - *Singulare*
      - *Hoc*
      - *Illud*
    - *Vniuerſale*
      - *Prædicabile in quid*
        - GENVS — *De pluribus differentibus ſpecie.*
        - SPECIES — *De pluribus differentibus numero.*
      - *Prædicabile in quale*
        - DIFFERENTIA — *Eſſentiale*
        - *Accidentale*
          - PROPRIVM — *Conuertibiliter*
          - ACCIDENS — *Non conuertibiliter.*

PRO hac pōne argui ſolet quia logica eſt vera ſcīa, igitur habet verum ſubiectum:& veram paſsionem, & veram diffinitionem, ſed vera paſsio eſt proprium, vera diffinitio conſtat ex vero gñe & vera dr̄ia, igitur in logica ſunt proprium: dr̄ia & genus prædicamentaria. Sed.n.hæc nō poſſunt eſſe entia realia, igitur ſunt entia
Qualis poſitio. rationis. Hæc poſitio eſt contra Auer. primo metaph.
Cōm. 17. vbi ait genus eſſe formam mediam inter potentiam &
Cōm. 14.
Cōm. 17. actum puros,& 12.meta.idem ſentit, igitur nullum ens rationis poteſt eſſe genus. Præterea vl̄ia apud Auer.1. meta.ſunt formæ, igitur entia rationis non ſunt vl̄ia: & ſic non poſſunt eſſe in prædicamento. Amplius fundamentum poſitionis falſum eſt. Primo quia diffinitio eſt
Cōm. 37. formæ vl̄is vt 7.meta.igitur non eſt entis rationis. Se-
Cōm. 43. cundo ibidem dr̄ ꝙ genus eſt forma vl̄is:differentia autem particularis. Ex his accipitur ꝙ entis rationis non poteſt eſſe verum genus, nec vera dr̄ia, nec vera diffinitio,& ſic non poſſunt eſſe in prædicamēto. Et licet poſſint negare auctoritatem Auer. non poſſunt negare auctoritatem Boetij & Simplicij,& nec poſſunt non accuſare Ariſtotelem, qui nihil talis prædicamenti meminit. Præterea fundamentum eorum dubium eſt, quia omnes peripatetici volunt logicam, eſſe organū ſciendi & non ſcientiā,& propterea oīa hæc dubia ſunt. Qui
2. poſitio. vero dixerunt entia rationis eſſe conceptus formales in mente, coguntur dicere entia rationis eſſe in prædicamento qualitatis, cuius poſitionis ſunt logici: qui volūt vniuerſalia & entia rationis eſſe in prædicamento qualitatis: vt ſpecies. Qui autem dicunt entia rationis eſſe *3. poſitio.* conceptus obiectiuos, coguntur dicere illa eſſe in prædicamento qualiter in illo ſunt conceptus obiectiui, vnde ſi conceptus obiectiui ſint in prędicamento entia rōnis ſunt in prædicamento,& ſi non ſunt in prædicamento, nec entia rationis ſunt in prędicamento, ſunt igitur ordinanda veluti conceptus ipſi obiectiui. Iſtæ poſitiones ſunt rectæ, & conſequuntur earum fundamenta, *Qualis pōnet.* peccant vero in primis fundamentis, vt viſum eſt. Propterea de his ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO leuis eſt, & patet ex his quæ in titulo diximus, entia.n.rationis, cum ſint res ſecundo intellectæ, & noīa entium rationis cum ſignificent res vt ſecundo intelliguntur, oportet dicere entia rationis vt ſic in nullo eſſe prædicamento formaliter: quia vt ſic non ſignificant res abſolute, ſed reſpectiue cum hoc tñ ſtat illa eſſe in prædicamento per identitatem, quia vel ſignificant illa quę ſunt in prædicamento: ſi ſumantur in voce vel in ſcripto, vel ſunt illa quę ſunt in prædicamento, ſi ſumantur in re, ſpecies.n.ſi ſumitur in voce aut ſcripto, ſignificant res prædicamentarias, non quidem certi & determinati prædicamenti. Sed oēs res oīum prædicamentorum, quæ poſſunt per nomen ſpēi ſignificari,

ſignificari, ſi ſumuntur in re, ſunt idem ꝙ res prædicamentariæ diuerſorum prædicamentorum. Quare poſſu nt dici eſſe in prædicamento vel per identitatem, vel per ſignificationem, nunq̃ tñ poſſunt dici eſſe in prædicamento formaliter vt ipſa ſunt. Species.n. & genus & cætera id genus in nullo ſunt prædicamento formaliter, bene tamen ſunt idem his, quæ ſunt in prædicamentis, vel ſignificant res prædicamentorum. Hæc de dilucidatione ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis Ioan. ad primum concedit poſſe eſſe proceſſum in infinitum in accidentaliter ordinatis, ſed in eſſentialiter ordinatis negandum eſt, ſm tñ noſtram dilucidationem concedo ad quod deducit ratio, non.n. entia rationis ſunt in prædicamento vno & certo, ſed modo quo diximus. Ad ſecundam dico ꝙ ens rationis eſt ſubſtantia vel accidens per ſignificationem. vel per identitatem, & hoc ſufficit dilucidationi. Ad tertiam dico ꝙ famoſum eſt nihil eſſe in prędicamento formaliter niſi ens reale, tamen poſſunt eſſe in prędicamento entia rationis per ſignificationem vel per identitatem & ſic ad rationem. In contrarium patet ſolutio, concludit.n. entia rationis non eſſe in prædicamento vno certo, & limitato. Hæc de vltima diſputatione, deq́; toto ſexto ſufficiant.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBRI SEPTIMI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In. 19. Diſputationes diuiſi.

1 *Num inhærentia ſit eſſentia accidentis.*
2 *Num ſubſtantia ſit tempore prior accidente.*
3 *Num ſubſtantia oĩbus accidẽtibus diffinitione prior ſit.*
4 *Num ſubſtantia cognitione præcedat accidentia.*
5 *Num forma ſit prior materia, ipſoq́; compoſito, & magis ens vtroq;.*
6 *Num materia ſit ens.*
7 *Num quod quid erat eſſe ſit idem ei cuius eſt quod quid erat eſſe.*
8 *Num eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeant.*
9 *Num compoſitum per ſe primo generetur.*
10 *Num à forma ſeparata poſſit proficiſci hoc aliquod.*
11 *Num in materia rerum generabilium rationes ſeminariæ præſint.*
12 *Num in cauſis agentibus præſint rationes ſeminariæ rerum generandarum.*
13 *Num materia ſit pars eſſentiæ, vel quiditatis.*
14 *Num ſingulare ſit per ſe intelligibile à nobis.*
15 *Num conceptus generis ſit alius à conceptibus ſpecierũ.*
16 *Num differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum.*
17 *Num vniuerſale ſit aliquid in rebus.*
18 *Num formalis differentia partium diſſimilarium eiuſdem animalis ſit propter formas ſubſtantiales.*
19 *Num totum dicat formaliter aliquam entitatem realẽ in realiter diſtinctam à partibus.*

PRÆFATIO.

ET DE modo quo conſiderationes in hac ſciẽtia aguntur hactenus, nunc res aggreditur, quas conſiderare intendit in hac ſcientia, in quibus acutiſſimas diſputationes ſtatuimus, quas vt cæteras tibi recognoſcendas ſcribimus, quęſo igitur vt accurate legas. nam ſi tibi videbuntur neminem dubitabunt. Vale.

Nihil.n.: ipſorum eſt, nec ſecundum ſe aptum natum, nec ſeparari poſſibile ſubſtantia &c. Tex.cõm.3.

DISPVTATIO PRIMA
De natura accidentis.

Num inhærentia ſit de eſſentia accidentis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD inhęrentia non ſit de eſſentia accidentis. Arguitur primo, quia nõ eſt idem cõceſſum & quæſitum, modo eſſentia accidentis eſt conceſſum quia præcognoſcitur, cum ſit diffinitio, quæ medium eſt in demonſtratione illius, medium autem ſemper ante demonſtrationem cognoſcitur, at inhęrentia accidentis proprij ad ſubiectum demonſtratur, igitur inhęrentia nec eſt eſſentia, nec de eſſentia. Secundo ſi ſic: tunc dicendo accidens inhęrens eſſet nugatio. tenet argumẽtum. quia addere aliquid alicui, quod eſt de illius eſſentia eſt nugatio. In contrarium arguitur, quia ſi inhęrentia non eſſet de eſſentia accidentis: eſſet ſubſtantia vel accidens: non ſubſtantia vt patet. nec accidens: quia tunc inhæreret accidenti: & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Secundo Boetius dicit accidentis eſſe proprium & eſſentiale inhærere: & ſic quæſtio eſt ambigua pro vtraque parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CIRCA titulum debes ſcire ꝙ ſunt qui faciũt differentiam inter ineſſe & inhærere: dicẽtes ipſum ineſſe competere formis ſubſtantialibus, quæ materię inſunt: ipſum vero inhęrere cõpetere accidẽtibus. Sed hęc differentia non eſt peripatetica. Boetius.n. in p̃dicamentis ait dici de, conuenire ſubſtantijs: eſſe in, conuenire accidentibus. Præterea. 2. de aĩa. Auer. vult ꝙ tam for- Cõm. 4.
mæ ſubſtantiales, q̃ accidentia ſubiecto inſint, licet differenter. Propterea aliter oportet dicere ꝙ, videlicet, inhærere eſt alicui ineſſe, cum quo non facit vnum per ſe, aut clarius inhærere eſt vnio aliquorum ad aliqua ex qua non reſultat vnum per ſe. & ſic tam formæ: q̃ accidentia inſunt verũ accidentia inſunt inhærenter hoc eſt ſm quid: formæ vero inſunt ſimpliciter. Vlterius. 2. debes ſcire ꝙ accidens poteſt ſumi pro intentione, & pro re ſubiecta intentioni, pro intentione idem eſt ꝙ ens rationis apud nonnullos, pro re vero ſubiecta intentioni diuiditur per nouem prædicamenta vt in quãtum quale, & id genus & dixi notanter pro intentione eſſe ens rationis, quia ſic volunt in vniuerſalibus Porphyrij, licet hi velint illam eſſe idem ꝙ inhærẽtia. Vlterius. 3. debes ſcire ꝙ inhærẽtia ab eiſdem ſolet diſtingui, q̃m alia eſt actualis: alia aptitudinalis, inhęrẽtia actualis eſt vnio aliquorum ineſſe exiſtentiæ & ſingulari. Inhęrentia vero aptitudinalis eſt ipſorum vnibilium in potentia &

non in

non in actu vel ſub alijs verbis inhęrentia aptitudinalis eſt ipſa accidentis depẽdentia, ſiue ipſius accidentis eſſentialis ordo ſm ſuam quidditatem ad ſubiectũ ſm ſuam quidditatem, dico ſm eorum quidditates, quia hæc inhęrentia abſtrahit ab eſſe exiſtentiæ, non autem ab eſſe eſſentiæ. Immo hæc ſupponit ipſum eſſe eſſentię & propterea eſt vnio accidentis cum ſubiecto non ſm eſſe exiſtentiæ, ſed ſm eſſe eſſentiæ, hinc dant drĩas. Prima eſt quia actualis inhęrentia circunſcribitur à demonſtratione, quia demonſtratio abſtrahit ab exiſtentia, & ab his quæ rem conſequuntur vt illa exiſtit, alioquin nõ eſſet neceſſariorum. Secunda vero inhærentia aptitudinalis non circũſcribitur à demonſtratione. Ex hac ſequitur ſecunda drĩa ꝙ actualis non ſemper accidenti ineſt: at aptitudinalis ſemper ineſt, nã prima aut eſt exiſtentia aut conditio propriæ exiſtentiæ, modo non eſt de rõne accidentis ſemper inexiſtere alteri, ſufficit.n. ꝙ

Confutatio. poſsit ineſſe. Sed hæc diſtinctio non eſt peripatetica, ſm.n. peripateticos. oĩs inhęrentia eſt actualis, nam ſm ipſos nõ magis in eſſe cõparatur formis q̃ inhęrere accidentibus, ſed non ſunt formę nisi inſint, igitur nõ ſunt accidentia niſi inhæreãt. Præterea q̃ eſſentiale eſt per ſe eſſe ſubſtantiæ, tã eſſentiale eſt alteri inhęrere accidenti, ſed non eſt ſubſtantia, quin ꝑ ſe ſit, igitur non eſt accidens, quin alteri inhęreat, multas alias rationes addemus.

Qua ſecũdum peripateticos. Propterea ſm peripateticos omnis inhærentia eſt actualis, verum iuxta nonnullos peripateticos oportet dicere ꝙ hęc inhęrẽtia actualis eſt duplex ſm eſſe eſſentiæ, & ſm eſſe exiſtentiæ. Prima quidẽ eſt vnio aliquorum ſm eſſe eſſentiæ tm̃: eo modo quo imaginamur albedinem ſm ſuam naturam: & eſſentiam vniri ſubſtantiæ, vt.n. in ſubſtantijs compoſitis cõcipimus formam ſm ſui naturam vniri materiæ acceptæ ſm eſſe eſſentiæ ſicq; ex tali vnione reſultat quoddam cõpoſitum abſtrahens ab oĩ ſingularitate, & exiſtẽtia, quoddam modo cõe, ſic concipere poſsimus albedinem ſm ſui naturam vniri ſubſtãtiæ ex cuius vnione reſultat quoddam cõe compoſitum ſm quid abſtrahens ab hoc & ab illo compoſito ſm quid, hoc patet quia cõpoſitio & vnio proportionari debẽt principijs vnibilibus, quare vt poteſt ex materia & forma abſtractis ab exiſtentia & ſingularitate cõcipi vnum cõe compoſitum, quod nec eſt hoc, nec illud, ſic poteſt ex albedine: & ſubſtantia concipi vnum actuale compoſitum ſm quid, quod nõ ſm eſſe exiſtentiæ, ſed ſm eſſe eſſentiæ erit cõe abſtrahens ab hoc & ab illo. Secunda vero inhęrentia actualis quę eſt ſm eſſe exiſtentiæ, eſt ſingularium non abſtrahentium ab exiſtentia, hæ differunt quia demonſtratio non abſtrahit à prima, at à ſecunda bene abſtrahit, ꝙ demõſtratio non abſtrahat à prima, declaratur quia Ariſt. &

Cõm. 39. *Qua Auic.* Auer. in litera vt cõm. 3. demonſtrat accidens eſſe inſeparabile à ſubſtantia, amplius & primo phyſi. demr̃ant ꝙ intellectus quærens ſeparationem paſsionum à ſubiectis quęrit impoſsibile. Sed debes ſcire ꝙ hæc diſtinctio non eſt Auerroica, quia ſm Auerroem non datur compoſitum cõe nec ſm quid nec ſimpliciter, vt primo huius diſputauimus, & ſi non datur tale cõe & vle compoſitum non poſſumus concipere talem vnionem accidentis & ſubiecti ſm eſſe eſſentiæ, ſicut nec concipimus vnionem cõem formæ, & materiæ ſm eſſe eſſentiæ, cauſa autem eſt quia vlibus ſm Auer. nihil correſpõdet in re præter formas, vt hoĩ nihil præter formam hoĩs; albo etiam nihil pręter albedinem. Eſt tñ hęc differentia ꝙ compoſitis vlibus in voce vel ſcripto correſpondẽt conceptiones quædã in mente ſm quas poſſumus cõpoſitum ipſum ſingulare ratione vlĩ concipere, & ſm quas ſingularia compoſita poſſumus diffinire, & per quas de ipſis poſſumus quædam demonſtrare. vt dictum eſt. 1. huius.

Exceptum Auerroicũ. Ex his ſequitur ꝙ Auerroice loquendo oĩs inhęrentia eſt actualis, & nulla abſtrahit ſm naturam ab exiſtentia, licet ipſum inhęrens poſsit vlr̃ concipi, non conceptione, cui corrñdeat aliquid præter ſingulare, ſed conceptione cui ſingulare corrñdet, ſed non hoc ſolum, quin aliud, & ſic vocatur cõceptio vlĩs. Animaduerte tñ ꝙ licet ſm peripateticos & maxime ſm Auerroem oĩs inhęrentia ſit actualis, tñ ſm veritatem non eſt ita, quia eſſe poteſt accidens, & nõ actu ſubiecto inhęrens per potentiam ſupernaturalem, quæ ſupplet vicem cauſæ materialis, & effectiue. vt poſtea breuiter tangetur. Et propterea ſm veritatem formæ oẽs poſſunt eſſe actu ſine materia: vt per potentiam ſupernaturalem.

Qua aliqui de eſſe idem eſſentialiter. Quarto debes ſcire ꝙ aliqui faciunt differentiam inter eſſe idẽ eſſentia & eſſe idem eſſentialr̃, nam quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt eſſentialiter idem illi, non autẽ quicquid eſt eſſentialirer idẽ alicui eſt de eſſentia illius, propria.n. paſsio eſt eſſentialiter idẽ ſubiecto, & tñ non eſt de illius eſſentia propterea volũt eſſe de eſſentia, nihil aliud eſſe q̃ de conceptu formali & quidditatiuo, at eſſe eſſentialiter idem eſt conuenire in eadẽ natura exiſtente & ſingulari: quo fit vt ꝑdicata primi modi ſint de eſſentia eius cuius ſunt, ꝑdicata vero ſecundi modi ſunt eadem eſſentialr̃ his, quorum ſunt.

Confutatio. Sed hæc expõ non eſt peripatetica, non.n. vr̃ ꝙ aliquid poſsit eſſe alicui eſſentialr̃ idẽ: & non eſſe de illius eſſentia. Primo quia cuilibet nomini & verbo ꝓprium corrñdet denominatiuum & aduerbiũ, eſſe de eſſentia eſt verbum, modo nõ video ꝙ denominatiuum poſsit illi correſpondere, niſi eſſentiale & nec aliud aduerbium præter eſſentialiter, ab eſſentia.n. inquit Boetius eſſentiale, ab eſſe de eſſentia eſſe idẽ eſſentialiter proficiſci debet, igitur quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt illi eſſentiale, & idẽ illi eſſentialiter, & econtra quicquid eſt alicui eſſentiale, vel idem eſſentialiter eſt de illius eſſentia.

Qua peripatetici. Propterea debes ſcire ꝙ forma, eſſentia, & quidditas idẽ ſunt apud peripateticos, & maxime apud Auer. diffõ vero ſermo eſt explicatiuus quidditatis formæ, &

Cõm. 42. & 43. eſsẽtiæ vt primo huius daclarauimus ex opinione Auer. hic, & propterea eſſe de eſſentia & eſſe de forma, & eſſe de quidditate alicuius eſt eſſe de diffõne illius. vt diximus eſſe eſſentiale, eſſe formale, eſſe q̃dditatiuũ, eſt eſſe diffinitiuum. eſſe eſſentialiter eſſe formaliter. eſſe quidditatiue, eſt eſſe diffinitiue ſecũdum ꝑipateticos, quid igitur ſit eſſe de eſſentia. & eſſe eſſentiale apud peripateticos patet, inſuper etiam patet paſsionem non eſſe eſſantialem, nec de eſſentia nec eandem eſſentialiter ſubiecto ſecundum peripateticos. Sed ſubiectum & propria paſsio forte ſunt eadem in ſubiecto & differunt ratione ſiue diffinitione, hoc enim modo diſtinctionũ vtuntur peripatetici, & per hæc apparet confuſiones in metaphyſica eſſe multiplicatas ex hominibus quorũ ſtudium fuit in deſtruendo veritatem, & non in inueniendo: per hæc enim verba ficta logicorum fiunt difficultates mataphyſicæ, quæ videntur in comprehenſibiles: & tamen in re nihil ſunt. Hæc de titulo.

Capvt secvndvm positionvm.

P8 Sco. I 4 ſen. diſtin. 12. q 1. 1. concluſio. Ad hanc quæſtionem reſpondent aliqui & per cõcluſiones. Prima igitur concluſio eorum eſt ꝙ loquẽdo de accidente pro re ſubiecta intentioni, vt ſic ſit prima con-

ma concluſio. Q. neutra inhærentia eſt de eſſentia accidentis, ſiue ſit accidens abſolutum, ſiue reſpectiuum. Secunda. Secunda concluſio apud eos eſt iſta. Q. inhærentia aptitudinalis eſt eſſentialiter idem accidenti ſumpto pro re ſubiecta intentioni ſiue ſit abſolutum ſiue reſpectiuum. Tertia. Tertia ſumendo vt prius accidens pro re ſubiecta intentioni actualis, inhærentia non eſt idem eſſentialiter accidenti abſoluto. Quarta. Quarta concluſio loquendo de accidente vt prius pro re ſubiecta inhærentia actualis eſt idem eſſentiale accidenti reſpectiuo, hæc dicunt de accidente pro re ſubiecta, ſed de accidente pro intentione nihil expreſſæ hr̄, & videntur vt dixi varij, nam in vniuerſalibus eorum princeps voluit accidēs ſumptum pro intentione eſſe ens rōnis. & ad hunc ſenſum adaptat diffinitionem Porphyrij, hic autem dicūt accidens pro intentione ſumptum eſſe ipſam accidentalitatem ſiue accidentiam, ſiue inhærentiam, & hoc modo velle videntur eſſe rem conceptibilem Et propterea iuxta ea quæ hic dicunt oportet dicere accidēs pro intentione & inhærens eſſe ſynonyma, ſiue multiuoca & ita poteſt poni Quinta concluſio. Quinta. Inhærētia eſt ſynonymum accidenti ſumpto pro intentione, ſiue pro ratione conceptibili & tunc iuxta hæc patent quinque concluſiones, de quibus per ordinem diſputandū eſt. Rationes primæ cō. Primam igitur deducunt quantum ad primam partem quod videlicet, aptitudinalis inhærentia non ſit de eſſentia accidentis abſoluti pro re ſubiecta ſumpti, quia nullus reſpectu eſt de eſſentia abſoluti: ſed vtraq; inhærētia eſt formaliter reſpectus aptitudinalis quidē eſt aptitudinalis reſpectus, ſiue ordo, actualis vero actualis reſpectus ſiue ordo, igitur neutra eſſe poteſt de eſſentia accidentis abſoluti, maior vero eſt Ariſt. & Auer. 4. huius cōm. 26. Præterea iuniores ex auctoritate Ariſt. dicta in. 4. inferant tale enthymema, videlicet, ſi oīa eſſent vera, tunc oīa eſſent ad aliquid, quod habet pro impoſsibili: quæro igitur quid intelligit Ariſt. per eſſe ad aliquid, aut identice, aut formaliter, non idētice intelligi poteſt quia non eſt illud impoſsibile, igitur formaliter, quare impoſsibile eſt abſolutū eſſe formaliter ad aliqd. Sed ſi aptitudinalis inhærētia eſt de eſſentia accidentis abſoluti, tunc accidens abſolutum eſſet formaliter ad aliquid, quod Ariſt. habet pro impoſsibili. Secunda pars de accidente reſpectiuo etiam probatur & ſupponunt in oī eo quod refertur eſſe aſsignare principium referendi, & fundamentum referendi, & quod ipſum refertur. Verbi cā. pater per ſe primo refertur ad filium, pater quidem eſt, quod refertur, fundamentum ſiue ſubiectum, eſt Niphus, vel Iacobus principium ſiue rō referendi eſt paternitas, tunc arguunt ſi inhærentia ſit de eſſentia accidentis reſpectiui, tunc de paternitatis eſſentia eſſet inhærentia ad Niphum, igitur paternitas illa formaliter refert̄, & cum per ſuppoſitionē oportet in oī eo quod refertur dare aliquid præter relationem, ipſam qua refertur, oportet vt p̄ter paternitatem detur inhærentia qua refertur ad Niphum, igit̄ paternitas illa erit præter inhærentiam illam qua refert̄ ad Niphum ipſum, & ſi eſt præter inhærentiā, relinquit̄ illam inhærentiam non eſſe de eſſentia paternitatis, & hoc modo habetur intentum. Tertio cōiter concluſionē probant, quia ſi de eſſentia accidentiū eſt inhærētia aptitudinalis, tunc quātum, quale, & id genus non erunt gn̄aliſsima. deducunt, quia inhærentia eſt eiuſdem rōnis in oībus illis. igitur poteſt abſtrahi cōceptus cōis oībus illis vniuocus, inferior quidē conceptu entis, ſuperior vero conceptibus illorū. Sed oīs talis eſt conceptus gn̄is, & hoc modo habebunt genus ſuperueniens. Præterea arguunt alij ſi inhærentia eſſet de eſſentia accidentis, non poſſet accidens aliqđ concipi ſine habitudine ad ſubiectum. tenet conſequentia, quia nihil poteſt eſſentialiter & p̄ ſe concipi. ſine his quæ ſunt de eius eſſentia. conſequens eſt falſum, quia mathematicus concipit & conſiderat q̄titates ſine ſubiecto. Pręterea vt dictum eſt demonſtrator anteq̄ demonſtret paſsionē conſiderat paſſionem ſine ſubiecto, aliter fruſtra demonſtraret. Hæc pro prima concluſione. Scđam concluſionē deducunt Dedu. 2. iterum. Primo quia nulla naturalis aptitudo eſſentialiter diſtinguitur ab eo, cuius eſt, modo inhærentia aptitudinalis aptitudo eſt quædam vt patuit. Secundo nulla paſsio entitatiua diſtinguitur eſſentialiter ab eo quod continetur ſub ente cuius eſt illa paſsio patet, quia ſi nō diſtinguitur paſsio ab ente in eo qđ ens, nec hęc paſsio ab hoc ente in eo q̄ hoc ens. Tertiā deducunt per me- Dedu. 3. dium catholicum, poteſt tn̄ deduci per mediū naturale ſic. Accidens eſt quod pōt in eſſe & ab eſſe præter ſubiecti corruptionem, igitur inhærentia actualis nō eſt de eſſentia accidentis nec idem realiter vel eſſentialiter illi, aliter nō poſſet niſi ineſſe. Quartā deducunt primo Dedu. 4. & ſupponunt duas eſſe habitudines in relatiuis ipſis vna eſt eſſe in, quæ eſt ipſa inhærentia actualis, alia eſſe ad, q̄ eſt habitudo ad terminum: modo arguūt habitudinem ad ſubiectum ſiue fundamētum eſſe idem realiter ſiue eſſentialiter, quia non poteſt relatio eſſe ſine tali habitudine, & propter hoc dicunt habitudinem ad terminū eſſe de eſſentia relatiui, ad ſubiectū vero vel fundamentum eſſe propriam paſsionem, cā eſt quia habitudo ad terminum eſt prior prima, quia ſi relatio diffinitur, diffinitur p̄ habitudinem ad terminum: & non ad fundamentum, vt patet in. 5. huius, & in prædicamentis, præterea abſolutum & reſpectiuum diuidunt ens, ſed eſſe ad ſe eſt de eſſentia abſoluti, igitur eſſe ad terminum eſt de eſſentia relatiui. Quintam concluſionem de mē Dedu. 5. te eorum facile eſt declarare. nam accidere & inhærere idem noīe & re videntur vt dicunt, amplius accidentia & inhærentia idem. Ex hac quinta concluſione ſequit̄ eſſe duplicem accidentiam, alteram actualem, alteram aptitudinalem, & de accidētia eſt dicendum apud eos veluti de inhærentia. Hæc eſt eorum pō. Sed contra Rōnes Io. contra Scot. quas facit Sco. contra ſe. 4 ſentē. di. 1 2. q 1. & Ant. hic. 1. rō. hanc pōnem arguit Ioan. & præſertim contra tertiam. Primo ſic. Illud quo aliquid formaliter eſt ens, eſt de eſſentia ſui, ſed dependentia ad ſubſtātiam eſt illud quo accidens eſt formaliter ens vt dicunt Ariſt. & Auer. in cōm. 2. huius q̄ accidentis eſſe eſt in eſſe dicentes quia non eſt ens niſi quia entis, modo illa particula quia, vr̄ nota cā formalis. Secundo dicitur. 4. huius q̄ ens dici- Secunda. tur de ſubſtantia & accidente veluti ſanum de ſanis. Sed vrina eſt ſana per dependentiam ad aīal ita q̄ ille ordo ad ſanitatem in aīali eſt ratio formalis ſanitatis in vrina, igitur & in accidente. Tertia. Tertio ſi inhærentia eſſet alia ab albedine inhærente, tunc talis inhærentia inhæreret aut per ſe, aut aliquo alio, ſi ſeipſa, igitur ſtandum eſt in prima. ſi per aliud, dabitur proceſſus in īfinitum. Quarta. Quarto reſpectus rei producte ad productorem ipſum eſt idem eſſentialiter rei productæ, igitur reſpectus accidentis ad ſubiectum erit idem. deducitur, quia reſpectus accidentis ad ſubiectum videtur intimior accidēti, q̄ reſpectus rei productæ ad producens, quia accidēs per ſubiectum diffinitur: non autem res producta per ipſum producens. Quinto ſi inhęrentia eſt alia ab ac- Quinta. cidente

cidente vtpote ab albedine, igitur poteſt eſſe ſine iſto reſpectu depẽdentiæ ad ſubiectum,& ita concipi & diffiniri ſine iſto reſpectu,contra phm.Sexto & vltimo ſi inhærentia actualis eſt poſterior accidente,tunc nõ poteſt eſſe niſi illius propria paſsio.deducitur quia immediate ineſt accidenti,modo omne immediate inhærens alicui vr eſſe illius propria paſsio, & ita oportet fateri actualem inhærentiam eſſe propriam accidentis paſſionem,& per conſequens erit idem realiter & eſſentialiter accidenti. Hæc contra dictam concluſionem. Sed enituntur ſoluere rõnes haſce, nos vero enitemur replicare:quia poſitio vt dicemus nõ eſt peripatetica. Ad primam ſoluunt primo ꝙ qñ Ariſt.ait accidens non eſt niſi quia entis,illa particula,quia,redit cãm,& poteſt re dere cãm formalem: & materialem, & oẽ genus cauſæ, & ita in propoſito redit cãm materialem, eſt.n.ſenſus accidens non eſt ens,niſi quia ſubſtãtia eſt ſubm & materia eius.Sed hæc ſolutio ſtare nõ poteſt. Primo quia à pari dicere poſſemus ſubſtantiales formas nõ eſſe ens, niſi quia entis. deducitur, quia cã materialis formarũ, eſt illud ens,quod eſt materia,igiť formæ non ſunt ens, niſi quia entis. tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius,ſm regulam logicã,ſunt.n.ens quia ſunt huius entis,igitur non ſunt ens niſi quia entis, hoc autem non di cerent peripatetici. Scdo quia ſi accidens non eſt niſi quia entis prout illa particula,quia, dicit cãm materialem,tunc ſubſtãtia eſſet materia accidẽtis,ſed ſm Ariſt. habitudo formæ ad materiam eſt eſſentialis,& de eſſentia formæ vt patet.2.phyſi.textu, & igitur idem quod prius. Ideo pro veritate quam nos catholici tenemus ad primam rõnem Ioan.dicerem, ꝙ illa ꝓcedit ex ſuppoſitis,ſupponit.n.dependentiã accidentis ad ſubſtantiam eſſe illud quo formaliter accidens eſt ens,hoc.n.licet ſit peripatetice dictum de actuali inhærentia, non tñ eſt verum,quia ſm veritatem q̃ tenemus, accidentis eſſe non eſt actu ſubæ inhærere, nec eſt eſſe actu entis, quicquid velint Ariſt.& Auer.Per idem patet ſolutio ad ſecundam.vt patuit.1.& 4.huius. Contra ſolutionẽ ad ſecundam eſt replicatum in.1.& 4.huius,ideo nunc ſufficit. Ad tertiã rñdent concedendo inhærentiã actualem accidenti ipſi inhærere alioquin albedo non eſſet formaliter inhærens, & cum quæris de ſecunda inhærentia, dicunt ꝙ illa non differt à prima, & ꝓpterea eſt ſtatus. Sed hæc ſolutio eſt dubia ſm Ariſt.ſit.n.albedo inhærens, & inhærentia qua inhæret ſit A.& quæro vel A.eſt accidens vel non,& certum eſt ꝙ apud eos oportet dicere ipſum A.eſſe accidens, vel igitur inhæret vel non.ſi non inhęret,tunc erit contra eos,ſit igitur inhærentia qua inhæret B.tũc arguo vel ipſum B.eſt de eſſentia ipſius A.vel adhuc eſt accidens ipſi A.non curo ſiue actuale,ſiue aptitudinale.Si accidens,& accidentis diffinitio eſt in eſſe vel actu vel aptitudine,igitur ipſum B. inhæret ipſi A.quod negarunt, ſi dicis vt fortaſſe credunt, ꝙ ipſum B.eſt de eſſentia ipſius A.& ꝙ A.per ſe inhæret, & per nihil aliud: cum A.ſit accidens, tunc de eſſentia alicuius accidentis accepti pro re ſubiecta eſſet actualis inhęrentia,quod ſuperius abſolute negarũt,dicentes inhærentiam actualem non eſſe idem eſſentialiter accidenti,vbi concľo erat vľis,& ille terminus accidenti,ſm logicos ſtat diſtributiue.Scdo ijs q̃ ſunt eiuſdẽ gñis atq; rõnis quicquid per ſe competit vni competit oĩbus.Sed albedo & ſua inhærentia ſunt eiuſdem rõnis, in accidente quia ambæ conueniunt in rõne accidentis, igitur quicquid cõpetit albedini per rõnem accidẽtis, competit ipſi A.inhærẽtiæ per naturam accñtis.Sed albedini cõpetit vt inhæreat inhærentia præter ſuã ipſius naturam, igiť ipſi A.etiam idem cõpetit per naturã accidentis,quare oportet dicere ipſum A.inhærere inhærẽtia præter ſui eſſentiam.Aliter igiť pro veritate dicerem ſaluo ſemper meliori iudicio cui ſemper me remitto,ꝙ accidens inhæreret per inhærentiam, q̃ inhæret vt quo. album.n.inhæret ligno:vt qđ,& inhærentia, vt quo,& ſic non oportet vt per aliam inhærẽtiam inhæreat ipſum A.quia illud quo aliquid inhęret ſeipſo ĩhæret. Ad ſecundam ſupponit falſum,non.n.album quod inhęret & inhærentia q̃ inhęret, ſunt eiuſdem rõnis,quicqd velit Ariſt.quia alterum eſt quod, & alterum quo. Ad quartam concedunt reſpectum rei productæ ad Deum eſſe idem realiter cum re producta, & negant habitudinem actualem accidẽtis ad ſubiectum eſſe idem accidenti. Vlterius negant magis debere eſſe idem illam habitudinem cum accidente, quam illum reſpectum cum re producta. & qñ dr ꝙ magis deberet eſſe quia accidens non põt diffiniri ſine ſubiecto,igiť reſpectus ad ſubiectum eſt intimior accidenti q̃ reſpectus creaturæ ad Deum, eo quia creatura põt diffiniri ſine Deo. Reſpondent ꝙ accidens diffiniri per ſubiectum non eſt, quia reſpectus accidentis ad ſubiectum ſit accidenti intimior q̃ ſit reſpectus creaturæ ad Deum ipſi creaturæ. Sed hoc eſt quia creatura habet eſſe magis per ſe ſubſiſtens,& hoc modo vr poſſe per ſe terminare actũ intellectus ſine omni alio, accidens vero cum ſit forma ſubiecto inhærens, non vr poſſe quietare per ſe intellm niſi cointelligatur ſubiectum, cuius eſt forma, igitur ponitur ſubiectum in diffinitione accidentis, nõ quia ille reſpectus ſit accidenti intimior, ſed quia accidens eſt impfectus. Sed replicatur primo diffinitio explicat eſſe vt dicit Auer.in hoc.7.cõm.42.igitur illud qđ eſt intimius diffinitioni ipſi, eſt intimius eſſentiæ ipſi, cuius eſt illa diffinitio. Sed habitudo accidentis ipſius ad ſubiectum ipſum eſt diffinitioni ipſi intimior, q̃ ſit habitudo creaturæ ad Deum,igitur habitudo accidentis ad ſubiectum erit intimior eſſentiæ accñtis, q̃ habitudo creaturæ ad Deũ ipſi creaturę. Scdo minus depẽdens ab aliquo in eſſentia,minus dependet ab illo in co gnoſcibilitate.Sed ꝑ eos accidẽs minus depẽdet à ſubto qa habitudo ad ſubiectũ nõ eſt ita ſibi intima, igiť minus in cognoſcibilitate ab eodem dependebit. Tertio q̃ro propter quid accidẽs habet conceptũ imperfectiorem conceptu creaturæ.aut quia ſibi aliquid deficit,qđ pertinet ad eius eſſentiam. aut quia ſibi deficit aliquid quod cõſequiť eſſentiam,aut quia ſibi deeſt aliquid accidentale, nõ.n.audiui à phis aliquem conceptũ poſſe eſſe imperfectũ pluribus modis his. Si poniť ꝙ accidẽs habeat conceptũ imperfectum,quia ſibi deeſt aliquid quod ꝑtinet ad quidditatem. Primo hoc eſt impoſſe, quia per eos habet verũ genus,& veram drĩam.Secũdo ſi accidenti deeſt aliquid quod ꝑtinet ad quidditatẽ, & tale non ſuppletur niſi ꝑ habitudinem ad ſubm, igitur habitudo ad ſubiectum ſpectat ad eius quidditatẽ,igitur nihil ſibi deeſt quo ad quidditatem,ſi vero deeſt ſibi aliquid quod conſequitur quidditatem, ridiculum eſt, quia cui non deeſt quidditas ei non deeſt aliquid conſequens quidditatem.Si vero quia ſibi deeſt aliquid accidentale, tunc nõ propter hoc dr habere conceptum imperfectum vel imperfecte diffinibile. Aliter igitur ſal uo meliori iudicio dicerem pro veritate,videlicet, ꝙ rõ ħ eſt ex ſuppoſitis ab Ariſto.ſupponit.n.reſpectũ rei productæ

Marginalia: Sexta. — Solutiones & replicæ. — Solu.prima. — Replica. — Cõm.36. — Solutio.3 — Confutatio. — Solutio.4. — Replica.

productæ ad ſuum producens eſſe de eſſentia rei productæ, certe falſum eſt ſm veritatē, quia ſm veritatem non eſt idem eſſentiale, & de eſſentia, & ſic reſpectus rei ꝓductæ ad primum producens eſt eſſentiale, quia virtute illius oīs fit productio, non autem ad ſecundarium producens. Siſr dico ꝙ habitudo accidentis ad primam ſubam, quæ eſt prima cā oīum cārum vicem ſupplens, eſt eſſentiale quoddam accn̄ti, licet non de eſſentia ſm veritatem. oīa.n. æqualiter à prima ſuba æque dependent, cur vero magis accidens diffinitur per ſubam, ꝙ̄ producens ꝑ productum, patet ſolutio, quia ſm veritatem vtrunq; diffiniť.ſ. productum ꝑ primum producens, & accidens per ſubam, ſm Ariſt. qui hæc ignorauit, accidens diffinitur per ſubam, quia opinať de eſſentia accidentis eſſe actualem inhærentiam. Ad.5. dicunt ꝙ reſpectus eſt poſterior accidente, & tñ terminus eſt prior reſpectu & accidēte, veluti ſolent exponere de reſpectu creaturæ ad Deum, ꝙ res quæ eſt creatura ipſa, prior.n. eſt reſpectu creaturæ ad Deum, & tñ Deus eſt prior reſpectu illo, & creatura, & concedunt ꝙ poteſt intelligi accidens ſine tali reſpectu, non tñ ſine termino reſpectus intelligi poteſt intellectu quietatiuo. Sed hęc ſolō eſt dubia. Primo, qa ſi accidens eſt prius ipſo reſpectu ad ſubm, & non eſt prius ipſo reſpectu, niſi quatenus eſt reſpectus, & non eſt reſpectus niſi quatenus eſt ad ſubm, igiť nō eſt prior illo reſpectu: niſi quatenus eſt reſpectus ad ſubiectum, igiť ex oppoſito, ſi accidens nō eſt prius termino reſpectus, non erit prior illo reſpectu vt in illum terminum. Scđo mirum eſt ꝙ accn̄s habeat oīa eſſentialia, & quidditatiua ſine habitudine ad ſubiectū, & nō poſsit per ſe ſine ſubiecto diffiniri. Ad vltimā dico ꝙ inhærentia actualis eſt accidens per accidēs accidentis, & quod non immediate inhæret accidenti cuius eſt, ſed mediante propria paſsione illius. Cōtra hāc ſolutionem eſt replicatū, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum. Ideo ad hæc aliter dicerē, cum.n. in quinta rōne inferť ꝙ albedo poſſet eſſe ſine illo reſpectu actuali concederem ſm veritatem, quicquid velit Ariſto. & vlterius concedo ipſam poſſe diffiniri ſine ſubiecto cui actu inhæret, non tamen ſine ſubiecto ſimpliciter, cui poteſt inhærere. Ad vltimam iam reſponſum eſt aliter, quia non oportet procedere in infinitum, quia inhærentia inhæret, vt quo, & accidens, vt quod. Hæc de poſitionibus.

Sol.5. *Replica.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione diſputationis. Primo debes ſcire ꝙ ſimpliciter ens eſt ſuba, accidens vero non eſt ens formaliter ꝓpria & abſoluta entitate. Hoc declaratum eſt primo huius diſputatione prima de mēte Simplicij. Ex hoc ſequitur ꝙ vt ſuba eſt ſimpliciter ens propria & formali entitate, & ſic accn̄s non eſt niſi ꝓpria & eſſentiali habitudine ad ſubſtantiā. Secundo ſequitur ꝙ duplex eſt habitudo alia ad terminū, alia ad ſubiectū, ſubſtantiā, ſiue cām, habitudo ad terminum eſt tanq̄ ad ſuū cōſimultaneū, habitudo ad ſubiectū ſiue ad cām, ſiue ad ſubam eſt veluti ad ſuū prius. Et ꝓpterea habitudo ī terminum eſt relatio prędicamētalis, habitudo in ſubiectū, vel ſubam, vel cām eſſe pōt cuiuſlibet accidentis. Tunc ſit prima concluſio. Habitudo actualis accidentis ad ſubiectum, ſiue ſubſtantiam eſt formaliter & eſſentialiter ipſummet accidens, vt habitudo albi ad ſubſtantiam eſt ipſamet albedo, & ſic potius eſt eius eſſentia ꝙ̄ ſit dicenda de eſſentia. Secūda concluſio. Nullū accidens poteſt aut diffiniri, aut abſtrahi à ſubiecto. Primā concľonem probo. Primo per verba Auer. in hoc. 7. vbi dicit ꝙ diffinitio ſimpľr non inueniť niſi in ſubſtantijs, & non accidentibus, quia accidentia ſunt compoſita ex ſubſtantia & accidente, hoc autem non dicit, niſi quia vult accidens non eſſe niſi habitudinem ad ſubſtantiam. Præterea & dicit & diximus ꝙ ſubſtātia eſt prior diffinitione cuiuſlibet accidentis, qm̄ neceſſe eſt vt ſubſtātia accipiatur in diffinitione cuiuſlibet accidentium, qm̄ partes diffinitionis ſunt illa per quæ conſtituuntur res, & quia accidentia conſtituunť per ſubſtantias, neceſſe fuit vt acciperentur in diffinitionibus eorum. Hæc Auer. ecce quō ambæ concluſiones patent. Tertio Auer. 4. phyſi. infert ꝙ ſi prædicamentum q̄titatis eſſet ſeparatum, tunc q̄titas eſſet ſubſtantia ſeparata, quæ non valet niſi quia habitudo ad ſubiectum eſt ipſummet accidens. Secundo principaliter probatur, quia ſi accidēs haberet eſſe formaliter circūſcripta habitudine ad ſubiectum, tūc ens prædicaretur vniuoce de ſubſtantia & accidente, contra ea quę diximus. 1. & 4. huius. Secunda vero concluſio ſequitur ex prima. cum.n. eſſe accidentis ſit alteri actu inhærere, tunc accidens nec diffiniri, nec abſtrahi poteſt à ſubiecto. Ex his ſequitur genus & dr̄iam, quibus ipſum accidens diffiniť, nihil aliud dicere præter illam actualem habitudinē, qua accidēs eſt ad ſubſtantiam, ſiue qua eſt in ſubiecto, nam pro diuerſis rōnibus, quibus accidens eſt in ſubiecto, ſumunť genus & dr̄ia. Aīaduerte tñ ꝙ hæc ſunt dicta ſm Ariſt. & Auerroem, vt exponit Egid. & Ioannes, ſm veritatem accidens poteſt actu eſſe ſine ſubiecto & ſic actualis inhærentia non eſt de eius eſſentia, & tunc ad auctoritates Auer. patet ſolutio, oēs.n. ſunt negandæ. Ad rōnem concederem ſm veritatem ens eſſe vniuocū ſubſtantię & accidenti, quicquid velint ꝑipatetici, quare tenendo veritatem oportet oīa quæ peripatetici dicunt, negare. Sed contra hanc determinationem quæ eſt ſm peripateticos in eorum via ſunt nō paucę queſtiones. Prima quia tunc nullum accidens poſſet eſſe abſtractum, & ſic non differret albedo & album. Secundo quia nullum accidēs eſſet genus ad aliud, nec dr̄ia. deduco, quia genus & ſpēs æqualiter ſunt ad ſubſtantiam & ad ſubiectum habitudo. Tertio tunc oē accidens eſſet circūcernens ſubiectum vt aquilum vel ſimum, & nullum eſt abiunctum à ſubiecto contra oēs. Quarto tunc ſubiectum & accidens non facerent vnū per accidens, quia addendo ſubiectum non additur aliquid extra eſſentiam accidentis. Quinto tūc accidēs non diffineretur per additionem, quia ſubſtantia eſſet de eius eſſentia, hoc eſt contra Ariſt. & Auer. hic cōm. 17. & 19. Sexto Ariſt. 4. phy. tex. cōm. 58. quærit ſi eſſet ſpatium in quo non eſſet niſi ſonus & color, an tale ſpatium eſſet vacuum, reſpondet ꝙ ſi tale ſpatium nullum haberet corpus, & eſſet receptiuum corporis eſſet vacuum. Hæc Ariſt. vbi patet ꝙ ipſe intelligit ſonum & colorem ſine corpore, igitur de ratione accidentis nō eſt ſubiectum. Septimo intellectus poteſt intelligere albedinem ſine A. & ſine B. ſubiectis, & ſic de cæteris, igitur poteſt intelligi & diffiniri ſine ſubiecto. Octauo videtur hæc poſitio contra religionem, vt patet expreſſe de accidentibus illius diui ſacramenti cui ſine dubio debemus aſſentire. Nono ſi ita eſſet tūc relationi æque intima eſſet habitudo ad ſubiectum, & ad fundamentum ſicut ad terminum, quod non videtur rationale. Decimo tunc actualis inhærentia & aptitudinalis non differrent, aut non eſſet niſi actualis tantum.

2. concluſio. *Cōm. 14.* *Cōm. 4.* *Cōm. 60.* *Dubitationes*

Vndecimo

Vndecimo tunc nullum accñs eſſet intenſibile vel re-
miſsibile.deducitur, quia omne accidens eſt habitudo
ad ſuum ſubiectum,modo talis habitudo non videtur
poſſe intendi nec remitti. Duodecimo tunc nullū eſſet
Qua aliqui de abſtractione. actiuum vel paſsiuū:quia.5.phy.dicit ꝗ relatio nō eſt
de principijs actiuis vel paſsiuis. Ad primū dicunt,qui-
dam triplicē abſtractionē,veluti triplex eſt concretio,
alia quidem naturæ à ſuppoſitis, aliam accidētis à ſubie
cto,aliā relatiui à fundamēto,quia contingit cointelli-
gere naturā cū ſuppoſitis accidēs cū ſubiecto, & rela-
tionē cū fundamēto, quare in ſubſtantia vna eſt tantū
abſtractio,videlicet, naturæ à ſuppoſitis vt humanita-
tis,in abſolutis accidētibus duas,videlicet, accidēs à ſu-
biecto,vt albedo, & naturæ à ſuppoſitis vt albedinei-
tas,in relatiuis tres,à ſubiecto quidē vt paternitas, à fun
damento vt patrinitas,à ſuppoſitis vt quidditas patrini
Confutatio. tatis.Hæc illi. Sed hæc ſolo non placet, Primo quia vt
Themiſt.& Auer.dicunt.1.phyſic.abſtrahere eſt intelli
gere quoddam prius non intellecto poſteriori. Sed oē
accñs eſt poſterius ſubiecto, & oīs relatio eſt poſterior
fundamēto,igiť nō pōt abſtrahi accñs abſolutū à ſub-
iecto,nec relatio à ſubiecto & fundamento, ſed magis
ecōtra ſubiectū pōt abſtrahi ab accidēte, & fundamen
tum à relatione. Secundo ſubiectū & fundamentū idē
ſunt,quia fundamentū eſt ſubiectū relationis quaſi pro
ximum,igiť in relatiuis vna eſt abſtractio à ſubiecto, &
quæ eſt à fundamento. Propterea dicendum ꝗ tam in
ſubſtantia,ꝗ̄ in accidētibus abſolutis, ꝗ̄ in relatiuis vna
tm̄ eſt abſtractio,videlicet, naturæ à ſuppoſitis, huius
aūt cauſa eſt,quia accidentia numerant̄ principal'r ꝓꝓ
ſubiecta, aut ſaltem cōcomitanter ſ̄m eos, igiť abſtra-
here accidēs à ſubiectis,eſt abſtrahere ipſum ab indiui-
duis,quia per ſubiectū erat indiuiduū, quare vna tm̄ eſt
in oībus accidentibus abſtractio, igitur cū abſtrahitur
accidēs ab his vel illis ſubiectis, tunc abſtrahitur à ſup-
poſitis & aliquo mō à ſubiectis, non tn̄ pōt abſtrahi à
ſubiecto cōiter ſumpto,quod reſpiciť ab accñte cōiter
ſumpto. vnde albū eſt cōcretū,quia cōcernit hoc albū,
quod eſt nix,illud vero eſt cygnus,adhuc margaritam,
& id genus,ſed qa pōt intelligi nō intellecto cane, nec
cygno,nec niue,ſed reſpectu cōis ſubiecti, qď eſt mi-
ſtum cōe cani,cygno,niui,& id genus,iō pōt abſtrahi à
ſuppoſitis abſtrahendo ab indiuiduis ſui ſubiecti primi
& cōis:ſubiectū primū & cōe,& hoc pacto differt albū
& albedo, nā albū circūcernit hoc albū qď eſt canis,
vel illud qď eſt cygnus, albedo cōcernit ſubiectū cōe
qď eſt miſtū.Et ſi dices ergo albedo eſt cōcretū,qa cō-
cernit ſubiectū & formā. Dico ꝗ albedo cōcernit ſub-
iectum in cōi in obliquo, albū particularia ſubiecta in
cōcreto,& hac rōne alterū eſt abſtractū,alterū concre-
2. ſolutio. tum.Per idē ad ſcd'm dr̄.n.accñs indiuiduū quia cōcer
nit certū ſubiectū & indiuidū,dr̄ accñs abſtractum ſ̄m
ſpēm,quia cōcernit ſubiectū ſ̄m ſpēm. dr̄ accñs genus,
qa cōcernit ſubiectū ſ̄m genus vt quale eſt genus om-
nium qualiū qa cōcernit ſubām,albū ſpēs, quia cōcer-
nit ſubām miſtā,& ſic vſq; ad indiuidua. Ad tertiā di-
3.ſolutio. co ꝗ oē accidens qď vis cōcernit ſubiectū, ſed dr̄ ali-
quod concernens ꝑ excellentiā qa concernit certū &
conſtitutū ſubiectū atq; ſpecificū vt aquilū ipſum na-
ſum,maſculū & fœmineū aīal & id genus quędam di-
cunt abiunctā accidētia, quia non ſpecificū concernit
ſubiectū,licet nō poſsint abſolui à ſubiecto vt albū,qď
licet nō magis naſum cernat,ꝗ̄ pedē, tn̄ cōcernit miſtā
4 ſolutio. ſubām,& ſic patet dr̄ia inter hæc. Ad quartā vno mo-
do dici pōt ꝗ addēdo accidenti ſubiectū primū à quo
non pōt abſolui vt aquilo naſum, & albo miſtū forſan
nō facit aggregatū ꝑ accidēs,ſed vnū ꝑ ſe, ſed addendo
ſubiectū cōe vt albo hoiem, aquilo aīal eſt aggregatū
ꝑ accidēs. Vel melius dici pōt ꝗ dū addiť accidentibus
ſubiectū propriū & primū, fit aggregatū ꝑ accidēs ex
parte ſubiectorū, nō aūt ex pte accidentiū, hoc.n.na-
ſus aqlus eſt aggregatū ꝑ accidēs nō ex pte aquili, ſed
ex parte naſi,qui nō limitat ſibi aquilū, & hoc ſatis eſt.
Ad quintā dici pōt vno mō ꝗ qn̄ accidēs diffiniť ꝑ pri- *5.ſolutio.*
mum ſubiectū.nō eſt eius diffinitio ꝑ additamentū, ſed
quādo primū ſubiectū circūloquimur,tūc erit ꝑ addi-
tamentū:cōiter.n.prima ſubiecta ignoramus. Vel di-
cendū ꝗ additamentū pōt dupl'r intelligi. Vno modo
pro eo quod eſt alterius pdicamēti, & ſic oē accidēs ꝑ
additamentū diffiniť:qa ꝑ rem alterius generis:& nul-
la ſubſtantia diffinitur ſic,quia ſemꝑ ꝑ res ſuis generis.
Alio modo additamentū intelligiť pro eo qď nō eſt de
eſſentia,& ſic accidēs nō diffiniť ꝑ additamentū:quan
do in eius diffinitione poniť ſubiectū primū,niſi quādo
poneremus ſubm̄ cōe:& ſic patet ſolutio. Ad ſextā di- *6.ſolutio.*
co ꝗ imaginatur ibi ſonū & colorē nō intellecto corpo
re ſenſili:vt aere vel aqua,& id genus, nō aūt nō intelle
cta ſubſtantia ꝗ̄ta,quæ ſaltē eſt ſubiectū cōe ſoni & co
loris,& ſic nihil habes bone cucullate. Ad ſeptimam cō *7.ſolutio.*
cedo ꝗ pōt intelligere albedinē ſine A & B ſubiectis &
ſic de ſingulis ſingularibus, nō tamē ſine ſubiecto cōi,
videlicet,ſubſtantia,vt diximus. Ad octauā de religio- *8 ſolutio.*
ne,bene dico ꝗ Ariſt.cogiť diſcordare à theologo:vn-
de Ariſt.vult actualē habitudinē eſſe ipſum accidens,
theologus & nos ſ̄m veritatē tenemus aptitudinalē in-
hærentiam eſſe ipſum accidēs, & ſic negādus eſt Ariſt.
& eiuſdem rōnes & authoritates ſunt iam ſolutæ in præ
cedentibus.Sed qui volūt Ariſtotelē ſentire cum theo
logis non bene dicunt,ꝓpea cōſidera, quia fundamen
ta ſunt cōtraria.Ad nonā dico ꝗ relatiuis vna & eadem *9 ſolutio.*
eſt habitudo ad ſubiectū & ad fundamentū, quia ſub-
iectum cū illo fundamēto eſt primū ſubiectū relatio-
nis vt aīal potēs genuiſſe,& vlterius dico ꝗ habitudo re
lationis ad ſubiectū eſt prior ꝗ̄ habitudo rel'onis ad ter-
minū,quia illa ſibi cōpetit vt accidēs eſt, habitudo ad
terminum ſibi cōpetit vt relatiuū, prima non dr̄ prædi
camentalis,quia cōpetit oībus accidētibus. Secūda eſt
prædicamentalis quę vero eſt intimior. dici pōt vt de
genere & dr̄ia,nā habitudo ad ſubiectū eſt vt genus, il-
la in terminū eſt vt dr̄ia. Ad decimā ſ̄m peripateticos: *Solutio.10.*
oīs inhærentia eſt actualis reſpectu primi ſubiecti, &
nulla eſt aptitudinalis, actualis dico aut actualitate eſ-
ſentiæ aut actualitate ſubſiſtentię: ſ̄m theologos quæ-
dam eſt actualis,quędā aptitudinalis. Ad vndecimā cō *Solutio.11.*
cedunt cōſequēs,ſed volūt ſubiectū ſ̄m accidēs intendi
vel remitti. Vel pōt dici ꝗ accidēs intēdiť & remittitur
& cōcediť ꝗ habitudo ad ſubiectū pōt intendi vel re-
mitti:nō aūt habitudo in terminū, quæ eſt relatio. Ad *Solutio.12.*
duodecimam eodē modo, ꝗ nullū accidens eſt actiuū
vel paſsiuū:ſed ſubiectū ꝓꝑ accidēs, vel cōcedo habi-
tudinē ad ſubm̄ eſſe de principijs actiuis,nō aūt relatio-
nem quæ eſt habitudo in terminū, de qua loquiť Ariſt.
5.phy. Sed adhuc occurres quia ſi albedo abſtrahit ab *Replica.*
hoc vel illo corpe miſto,nō aūt à miſto vl'i, tunc dareť
miſtū vl'e & cōpoſitū vl'e,cōtra Auerroē. Dico ꝗ apud *Solutio.*
alios non eſt hoc impoſ'e,quia concedunt eſſe compo
ſitum vniuerſale,& miſtū vl'e,apud Auerroē eſt dicen-
dū ꝗ miſtū à quo albedo non abſtrahit eſt ſingulare,

non tamen diſcrete tentũ ſed confuſæ:oportet.n.oĩo qui ipſam albedinem intelligit, aliquod miſtum intelligere,quia vel parietẽ: vel lignũ vel aliquod id genus, abſtrahit tamẽ à ſubiecto,quia nec hoc oportet eũ cõſiderare ſi albedinẽ conſiderat, nec illud diſcrete, nec aliquod tale diſcrete.Hæc ad mẽtem Auer.tamẽ ſm veritatẽ oportet dicere ſimpliciter accidẽs poſſe actu eſſe ſine ſubiecto,& ꝙ actualis inhærentia non ſit de eſſentia accidentis, rationes vero & auctoritates omnes ſunt ſolutæ.Egid.tamen & Ioan.hæc tenent ad mentẽ

Dubiũ obiter an demõſtratio abſtrahit ab exiſtentia. Ariſt. Quærunt nonnulli nunquid demõſtratio abſtrahat à ſingularibus exiſtentibus.Si.n.non abſtrahit,tunc oĩs inhærentia actualis includit exiſtentiam. Si abſtrahit tunc põt dari inhærentia actualis actualitate eſſentiæ vt dictũ eſt, & propterea mouetur hæc dubitatio.

Põ Ioan. Ioannes tenet ꝙ nõ quia vt dicit Linconyenſis nõ põt ſciri aliqua ſpẽs:quin actu ſit in indiuiduis,modo indiuiduum includit exñtiam. *Põ iuniorum.* Iuniores credunt mõſtrare contra Ioannem & probant ꝙ demonſtratio oĩno abſtrahit à ſingularibus.Primo demõſtratio nõ eſt ſingulariũ vt dicit̃ in hoc.7.textu,&.1.poſte. *Cõm.33.* igitur abſtrahit ab exiſtentibus. Secundo demonſtratio eſt paſsionis de ſubiecto,& oĩs paſsio fluit à principijs eſſentialibus ſubiecti, nullis ſingularibus cõſideratis, igitur abſtrahit ab exiſtentibus. Tertio demonſtratio abſtrahit à contingentia,igitur ab exiſtentia,quæ eſt radix cõtingentiæ,& propterea abſolute contra Ioannem volunt omnem demõſtrationem abſtrahere ab exiſtentibus, exiſtentiaq; ipſa. *Confutatio.* Sed contra primo quia naturalis phus demonſtrat dentes anteriores eſſe acutos,per hoc quia melius diuidunt cibum,& conſtat hoc eſſe contingens plerunq;.Sed contingens non abſtrahit ab exiſtentia ꝑ eos, igitur demonſtratio non abſtrahit ab exiſtentia. Præterea dicit̃.1.Prio.ꝙ demõſtrationes naturales verſantur circa contingens plerunq;, mathematice circa ſimpliciter neceſſarium,igitur nõ abſtrahũt ab exiſtentia. Tertio demonſtratio nõ abſtrahit ab his quæ ſunt per ſe,igitur nec ab his quæ ſunt de omni, igitur non à ſingularibus,quia de omni eſſe eſt quando nihil ſubiecti eſt ſumere de quo non prædicatur prędicatũ, & ſic non abſtrahit à ſingularibus. Quarto demonſtratio nõ abſtrahit ab vlibus,ſed vniuerſale eſt vnum de pluribus & in pluribus,igitur non abſtrahit à ſingularibus. *Solutio verá.* Põt igitur dici ꝙ demonſtrationem abſtrahere à ſingularibus,ſiue exiſtentibus intelligi ſolet bifariam: aut intentione prima,& ſic intentione prima abſtrahit à ſingularibus,qm̃ intentione prima non conſiderat illa,nec qđ demonſtrat de illis demonſtrat intentione prima,& poteſt intelligi intentione ſecunda, & hoc pacto conſiderat demonſtrator ſingularia, quia intẽtione prima conſiderando vniuerſalia,& demõſtrando de illis intentione prima id quod quærit̃,intentione ſecunda conſiderat ſingularia,& exiſtẽtia,& hoc pacto poſſent hæ duæ poſitiones concordari. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rõnes in oppoſitum factas reſpondetur.Ad primam dico ꝙ conceſſum eſt paſsionem alicui ſubiecto confuſæ ſumpto inhęrere:immo eſſe inhærentiam alicuius ſubiecti cõfuſæ ſumpti, quæſitum aũt eſt ſi inhæret huic vel illi. Verbi cauſa conceſſum eſt habere tres eſſe alicuius figurę, quæſitum eſt. ſi triangulo inſit.Ad ſecundam dico ꝙ ſicut non eſt nugatio dicere albedinem eſſe accidens,ſic non eſt nugatio dicere albedinẽ inhęrere. Primum quidẽ nõ eſt nugatio quia non explicat̃ ſubiectũ cui inhæret, & ſic nec ſecundum. Præterea dum dico homo eſt aĩal,nõ eſt nugatio, & tamẽ in homine intelligitur aĩal,quia animal eſt vniuerſalius hoĩe,ſic dum dico,albedo inhæret,non eſt nugatio,quia inhærens eſt vlius albo,ſiue albedine. Tunc vlterius ad rationes logicorum & aliorũ factas.3.cap. pro eorum poſitionibus.Ad primam concedo nullum reſpectum ad terminũ eſſe de eſſentia, vel eſſentiã abſoluti,at reſpectus ad ſubiectũ eſt aut de eſſentia, aut eſſentia abſoluti accidentis,immo dico ꝙ nihil niſi Deus eſt ſimpliciter abſolutũ, quia omne citra Deum eſt reſpectiuum vel ad terminũ, vel ad cauſam,vel ad ſubiectũ,vel ad fundamentum. Ad ſecundam dico ꝙ Ariſt. infert omnia eſſe ad aliquid relatione ad terminum,vt patet legentibus verba eius,non aũt relatione ad ſubiectum vel cauſam,quia ab omni reſpectu ſolus Deus eſt abſolutus. Ad tertiam dico ꝙ album eſt quod refertur ad ſubiectũ, albedo eſt habitudo qua album ad ſubiectũ refertur,& ſimiliter dici põt in relationibus vel forte ſolum in relatiuis ad terminum oẽ quod eſt ad aliqđ, eſt aliquid præter relationẽ,nõ aũt in alijs.Ad quartam negatur conſequentia,quia habitudo non eſt vnius rationis,cum.n.habitudo ſit ad ſubiectũ, & ſubiecta non ſint vnius rationis,hac ratione nihil eſt cõe vniuocum & genus ad.9.prædicamẽta, vnde ſi ratio eorum valeret,ens finitũ eſſet genus ad.10.prædicamenta, quia eſt minus ente & vniuocum,igitur genus,& ſic dico ꝙ illa habitudo ad ſubiectũ eſt alterius,rationis in quanto, & quali,& in cæteris,nam quantum eſt ad ſubſtantiã vt in materia,quale eſt ad ſubſtantiam vt habet formam, & ſic in cæteris id genus poteſt conſiderari differentia. Ad quintam dico ꝙ mathematicus nõ abſtrahit à ſubſtantia,quia non poteſt conſiderare lineã, niſi in aliqua ſubſtantia, aut ligno, aut puluere, aut in aliquo tali, abſtrahit tamen à materia ſenſili: quia põt lineã conſiderare non in miſto,nec in elemento, quia eam conſiderat in cœlo,non tñ abſtrahit à ſubſtantia, quia neceſſario oẽ qđ conſiderat in aliquo ſubiecto cõſiderat ſaltẽ cõfuſe ſumpto. *Nota de abſtractione mathematica.* Ad rõnem de paſsione patuit ſolo. Hęc de diſpu. iſta in qua ſi qua phyſicę dixi ad mentẽ Ariſt. volui eſſe dicta.tñ catholicæ ſentiendo dicẽdum eſt ꝙ actualis inhærẽtia eſt oĩno ꝑ accñs quid ipſi accidenti.

Sed ſubſtantia omnium primum ratione, & notitia, & tempore,& natura,aliorum enim.&c. Tex. cõm.4.

DISPVTATIO SECVNDA
De ordine ſubſtantiæ ad ipſum accidens penes tempus.

Num ſubſtantia ſit tempore prior accidente.

CAPVT OBIECTIONVM PRIMVM.

Rõnes Antonij QVod non ſolet argui.Primo quia nulla ſubſtantia prior eſt motu cœli, quia æterno nihil eſt prius.Secundo quia tunc ſubſtantia eſſet tempore prior ipſo tpe,quod eſt ridiculũ. *Rationes Ioan.* Tertio tunc nullum accidẽs eſſet proprium. tenet argumentum, quia nullum ſubiectũ tempore præcedit accñs ſuũ propriũ. In oppoſitum eſt Ariſt.in textu:& Auer. cõm.4.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

SVBSTANTIA multifariam ab Ariſtotele inuenitur ſumpta,in prædicamẽtis.n.prædicamẽtariã ſubam diuidẽs,dixit ſubam eſſe bifariã:primã quidẽ,quę proprie principaliter, & maxime ſubſtat, vt Socrates, &

Plato,& quæ cum in ſubiecto nullo ſit de primis dicitur ſubſtãtijs vt homo & aĩal, in lib. de aĩa & in hoc.7.ſubſtãtiam diuiſit in materiã,formã,& cõpoſitum, ſed breuibus vſia græcæ hic auditur vt diſtinguitur cõtra accidens,& ſic pro ea re,quæ nec apta nata eſt alteri inhærere,nec actu alicui inhæret. Nã ens hic diuiſum in ſubſtantiam & acidẽs viſus eſt primo diuidere. Quid vero ſit accidẽs:diſputatione patuit proxima, prius vero tpe, ſumitur hic vt in lib.4.phy.pro eo quod eſt in aliquo tpe, in quo non eſt aliud,quõ pater eſt prius tpe filio, quia aliquando fuit pater,quãdo nõ fuit filius: in pdicamentis.n.deſcribens prius tpe hoc pacto ſumptum inquit, prius tpe eſt quo aliquid antiquius & vetuſtius alio dici ſolet,quia nãq; plus eſt tpis,antiquius atq; vetuſtius dicitur. Quinto vero huius capite de priori dixit quod priora tpe ſunt aut quia remotiora ſunt à pũcto præſentis tpis: vt Troianũ bellũ prius tpe eſt pſico bello, aut quia de futuris pũcto præſenti ſunt propinquiora veluti Iouij ludi priores ſunt ludis Apollinis. Hoc.n.pacto vbique Ariſt.priora tempore deſcribit,priora vero natura aliquãdo deſcribunt.vt.5.huius deſcribit dicẽs priora natura eſſe quæcunq; poſſunt ſeparatim,eſſe ſine alijs, & alia non ſine ipſis,quo pacto vñus eſt,prius natura minus vñ,aliquãdo pro his quæ ſunt priora cauſalitate vt 2.phyſi.ſumitur & in libro de Subſtãtia orbis. Quo pacto ſubiectum dicit eſſe prius, his quæ ſibi accidunt.

Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Reductio. Põnũ in duas. Poſitio Auer. Com.4. Aliqvi de diſputatione tenent quod ſubſtantia ſit prior tpe accidentibus,& hoc ſumendo prius tpe vt in titulo eſt dictũ. Alij prius tpe æquiuocãt, ſumẽtes prius tpe pro priori ſm ſeparationẽ. Primo tripartiti ſunt:nã Auer.vult præpoſitionẽ Ariſt. eſſe verã de accidẽtibus generabilibus,ſed qm accidens generabile eſt duplex, inſeparabile & ſeparabile,dicit quod ſubſtãtia cõpoſita eſt prior tpe accidẽte ſeparabili,de accidẽte inſeparabili dicit quod ſubſtantia cõpoſita eſt prior rõne materiæ. Contra hoc aliqui arguunt. Primo quia Ariſt. probat in litera ſubſtantiã eſſe priorẽ, tum quia prædicatur in quid, *Replica.* accidens vero in quale, tũ quia ſubſtãtia eſt ens ſimpl'r, accidẽs ens quia entis.modo hęc nõ ſunt vera de materia,nam nec materia pdicatur in quid, ſed in quale ſm Auer.nec accidẽtia ſunt entia quia ſint materiæ. Secundo de eodem probat primitatẽ tpis cognitionis & diffinitionis,modo materia nõ præcedit accidẽtia cognitione & diffinitione. Tertio aut hoc eſt verum de materia ſm ſe,aut de materia ſub forma,non de materia ſm ſe,quia illa nõ cadit ſub tpe,ſi ſub forma, tunc illa eſſet *Defenſio Ioannis.* ſubſtãtia compoſita. Quarto ſaltẽ de accidentibus cœli hoc ſtare nõ põt.Ioan. defendit Auer. ab his,& tu lege ipſum.Sed põt dici quod eadẽ ſubſtãtia cõpoſita eſt prior accidẽte tpe,cognitione,& diffinitione, nõ tamen eadem rõne.eſt.n.ſubſtãtia cõpoſita prior accidente tpe rõne materiæ,intelligẽdo accidẽtia propria & corruptibilia,intelligendo accidẽtia ſeparabilia eſt prior illis ratione formæ. Amplius ſubſtãtia cõpoſita eſt prior accidentibus cognitione & diffinitione rõne formæ,igitur in toto textu de ſubſtãtia eadẽ loquitur,nõ aũt ſub eadẽ rõne,& ſic ſubſtantia eſt prima,quia pdicatur in quid, & quia eſt ens ſimpl'r rõne formæ, rõne vero materiæ eſt prior tpe. Et ſic patet ſolutio ad primã, & ſecundã, aut forte Ariſt.p illa verba quia ſubſtantia pdicatur in qd, & quia accidẽtia non ſunt entia niſi quia entis, probat ſubſtantiã eſſe principale ens,nõ prius tpe vt patet. Ad tertiã vero dicitur quod rõne materiæ ſm ſe ſubſtãtia cõpoſita præcedit accidentia,& licet materia ſm ſe nõ ſit ſub tpe,coexiſtit tẽpori,ad hunc.n.ſenſum dicit Ariſt. motum cœli tpe pcedere alia oĩa, & cœlum pcedere corruptibile tpe,ſatis.n.eſt vt tpi coexiſtat, ſic igitur ſubſtantia cõpoſita eſt quæ præcedit tpe accidẽtia propria,ſed ratione materiæ. Ad quartã dicit Ioannes Auerroem eſſe locutum & Ariſt.in accidentibus corruptibilibus, vnde Egidius breuiter põnem Auer. exponit, quod ipſe velit verbum Ariſt. eſſe verũ de ſubſtãtijs cõpoſitis: nã ſubſtantiæ compoſitæ pcedunt tpe ea accidentia, quæ ſibi adueniunt poſt compoſitionem, ea vero quæ ſimul cũ compõne adueniunt, ſubſtãtia cõpoſita pcedit ex parte materiæ. Sed hæc poſitio Auer.& Ioãnis reuera põt tollerari,tamẽ habet non nihil difficilis. Primo quia diſpo- *Difficultas põnis Auer.* ſitiones nouæ pcedũt ſubſtantiã compoſitam tam ſm ipſum quam ſm Auerroẽ & manent eadem apud eos, & ſunt accidentia ſeparabilia. Preterea Ariſto.abſolute videtur loqui de oĩbus accidentibus, quia diuiſio ente in ſubſtantiam & accidẽs,loquitur de omni accidente cõtra diuiſo ad ſubſtãtiã,potiſsimũ cum iſte liber ſit vniuerſaliſsimus,& propoſitiones vniuerſaliſsimæ. Præterea eſt expoſitio exorta, nam Ariſt. nullã fecit de materia mentionẽ.ſed loquitur de ſubſtantia abſolutę,& ſic videtur hæc expoſitio difficilis. Propter hæc alij ſecun- *2.poſitio.* di & tertij in idẽ veniunt,volunt.n.propoſitionem eſſe veram de ſubſtantia quatenus ſubſtãtia, modo ſufficit generi eſſe verũ de vna ſpẽ, ſubſtantia.n.eſt prior tpe quatenus ſubſtantia, quia Deus eſt prior tpe accidẽte. vnde ſecunda põ eſt quod propoſitio Ariſt. eſt vera ſenſu reduplicatiuo, modo ad talẽ ſufficit verificatio p vno, vnde hæc eſt vera, oĩs ſubſtãtia tpe pcedit accidẽtia: quia quædam ſubſtantia præcedit illa vt ſubſtantia vt Deus ipſe præcedit quatenus ſubſtãtia. Tertij in idẽ cadunt,dicunt.n.propoſitionẽ eſſe verã per ſe, falſam per accidens,qa eſt vera p rõnem generis,& falſa per rõnẽ ſpẽi,vt oẽ aĩal poteſt videre p rõnem generis, per rõnẽ ſpeciei falſa eſt de talpa,vt dictũ eſt.5.huius: vnde eadem propoſitio eſt vera per ſe quia ad ſenſum reduplicatiuum,vt omne continuũ eſt diuiſibile in infinitum, quia vt quantũ,eſt falſa p accidens rõne certi ſuppoſiti, quia de igne vel aliquo id genus, & ſic oĩs ſubſtantia prior tpe eſt accidentibus vt ſubſtantia, non tamen vt hæc vel illa. Contra tamen has obijciunt logici. Primo *Replica contra primam.* quia non ſequitur à ſubſtantia eſt prior tpe accidente vt Deus,igitur B ſubſtantia eſt prior accidente. Secundo quia Deus non eſt in genere. Tertio ſaltem Deus non præcedit ipſum tempus tempore,& ſic ſecunda poſitio nulla. Contra tertiã quia ſi poteſt eadem propoſitio eſ- *Replica contra* ſe vera per ſe,& falſa per accidens,tunc neceſſariũ poſſet aliter ſe habere. Secundo vnde ſit falſa per accidẽs aut ex parte ſubiecti, aut ex parte paſsionis, & non videtur. Hæ rationes non valent contra hos. Prima qui- *Defenſio.* dem non,quia enthymema debet eſſe ſic A ſubſtantia, videlicet, Deus eſt prior accidente quatenus ſubſtantia,igitur B eſt prior tempore accidente quatenus ſubſtantia,& ſic nulla eſt fallacia. Secunda minime, quia p eſſe in genere,intelligitur eſſe inferius, & non proprie. Ad tertiam dicerẽt quod verbum Ariſto. eſt verum de oĩbus accidentibus corruptibilibus. Ad rõnem contra tertiã. Ad primã dico quod propõ dicitur eadẽ dupl'r ſm materiã & ſm formã. dico quod eadẽ propõ dici põt vera & falſa qtũ ad idẽtitatẽ materiæ,nõ aũt qtũ ad idẽtitatem formæ, hoc eſt quo ad eũdem ſenſum, hæc.n.propo-

ſitio ſubſtantia præcedit accidens tempore, eſt vera, & hæc eadem ſm materiam eſt falſa, non tamen ſub eodẽ ſenſu. Prima quidem eſt vera de ſubſtãtia vt ſubſtãtia, ſubſtantia.n. præcedit accidẽs tpe vt ſubſtantia, falſa vero de hac vel illa ſubſtantia, quia A ſubſtãtia nõ pcedit accñs tpe, nec B ſubſtantia. Ad ſcd̃am dico ꝙ eſt falſa ex parte ſubiecti, nõ ſimpliciter, ſed vt reſeruati in ſuis inferioribus, & ſic poſſunt tales põnes defendi. Verum non ſunt ad mentem Ariſt. quia Ariſt. loquit̃ de ſubſtantia abſolutæ, nõ.n. loquit̃ de ſubſtãtia vt ſubſtantia, vel de propoſitione p ſe vel p accidẽs. Alij pp hæc ſupponunt tria. Primũ ꝙ dum Ariſt. ait ſubſtantiã priorẽ eſſe tpe accidente, tp̃s ſumit nõ vt in.4.phyſi. quatenus eſt paſsio motus: quia hæc primitas cõpetit ſubſtantiæ vt conſideratur à metaphyſico, igit̃ ſubſtantiæ vt ſubſtantia eſt, modo ſubſtantia vt ſic abſtrahit à motu & tpe, eſt.n. tp̃s menſura & quietis & eorũ dũtaxat quæ ſunt ſub motu & quiete. Ex hoc ſequitur ſecunda ſuppoſitio ꝙ tp̃s hic ſumptum non accipitur pro menſura ſiue duratione ſucceſsiua alia à rei ipſius eſſentia, quia cũ talis mẽſura ſit accidens, verteret̃ quæſtio de illa ſi, videlicet, ſubſtantia præcederet durationem talẽ tpe, vel ne. Sic igitur ex his fieri põt vna ſuppoſitio ꝙ tp̃s non accipitur vt in.4.phyſi. tum quia ſubſtantia vt hic conſideratur abſtrahit à tpe & motu: tũ quia verteret̃ quæſtio de illo tpe. Tertia ſuppõ eſt ꝙ prius tpe alio hic, accipitur vt dicitur in litera pro eo qd̃ põt ſeparatim exiſtere ſine alio: & aliud non ſine ipſo, hoc autẽ (vt exponunt) eſt poſſe habere actualem exiſtentiam atq; priorem & ſeparabilem ab alia quantũ eſt ex ſe, ita vt nõ ſibi repugnet, cum non dependeat ab illo, vel quia nõ eſt neceſſario cauſa illius, pp duo.n. aliqd põt abſolui quantum eſt ex ſe ab aliquo, & quia non dependet ab illo: & quia non eſt neceſſaria cauſa illius. hac.n. rõne aliquid nõn põt ſeparari ab alio, quia vel eſt illius neceſſaria cauſa, vt ſol non põt ſeparari à luce, quia lucis eſt neceſſaria cauſa, vel quia dependet ab illo, vt compoſitum nõ põt à partibus ſeparari quia dependet ab illis, igitur per oppoſitum ſeparari põt aliquid ab aliquo & quia non eſt illius neceſſaria cauſa, & quia non depẽdet ab illo. Tũc logici dicunt duo. Primum ꝙ loquendo de accidẽtibus ſeparabilibus ſubſtantia eſt prior accidentibus vtroq; modo, & quia nõ eſt cauſa neceſſaria illorũ, & quia q̃tũ eſt ex ſe põt exiſtere ſine illis, & ſic ſubſtãtia illis oĩbus prior eſt natura ſumendo prius natura pro ſeparabilitate. Secundo dicunt ꝙ loquẽdo de accidentibus proprijs, & inſeparabilibus ſubſtãtia eſt prior illis vno modo quia non dependet ab illis, ſed potius ecõtra illa accidentia dependent à ſubſtantia. Hæc logici intelligũt ſumendo prius tpe ad ſenſum ſecundæ ſuppoſitionis, pro eo quod quantum eſt ex ſe põt ſeparatim eſſe ſine alio & non pro tempore propriæ. Sed hæc poſitio acuta eſt & pulchra verum eſt ex torta aliquantulum, dum per eſſe ſine alio: & aliud non ſine ſubſtantia vult ſeparabilitatem exiſtentiæ, hoc enim ex textu non habetur, nec eſt neceſſarium de ſubſtantia omni, ſubſtantia.n. naturalis nec poteſt proprijs ſine accidentibus exiſtere, nec ſine ſeparabilibus omnibus prorſus, vt phyſici textantur. Hac ratione expoſitio hæc non videtur textui conſona.

Poſitio aliorũ. — *Concluſio.* — *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HIS viſis nunc dilucidemus mentem Ariſt. ſed primo debes ſcire ꝙ apud peripateticos eſſe ſine alio ſumitur interdum pro exiſtere ſine alio, quõ dicitur.4.phy. vinum poteſt eſſe ſine amphora & hoc pacto illud qd̃ loco & ſubiecto ſeparari poteſt ab alio, dicit̃ poſſe eſſe ſine illo. Alio modo pro habere eſſentiam independentem ab alio, vt dicitur.12.metaphyſi. ꝙ intelligẽtia põt eſſe ſine orbe, non.n. poteſt eſſe ſine orbe, quia ipſa poſſit exiſtere ſeperata loco & ſubiecto ab orbe, ſed qa habet eſſentiam eius abſolutam atque independentem ab orbe. hinc ſequitur ꝙ prius nã poteſt ſumi dupl̃r. Vno modo pro eo ꝙ eſt prius ſeparabilitate. Alio modo pro eo quod eſt prius cauſalitate, vt in titulo notauimus: illud dr̃ prius nã quantum ad ſeparabilitatem, quod põt exiſtere per ſe aliis corruptis, illud autem cauſalitate, quod habet ſuum eſſe indepẽdẽter ab alio, & illud aliud dependenter ab ipſo. Tunc dico primo ꝙ ſubſtantia non eſt prior tpe accidẽtibus. patet, quia eſſe prius tpe eſt eſſe prius in aliqua menſura, vt in titulo notauimus.

Concluſiones.

Secundo dico ꝙ ſumendo prius natura pro priori ſeparabilitate non oĩs ſubſtantia eſt prior natura accidente. patet, quia ſaltem de ſubſtantia naturali propõ eſſet falſa, quæ nec ſine pprijs, nec ſine cõibus accñtibus eſſe põt. Tertio dico ꝙ ſumendo prius natura pro eo quod eſt cauſalitate prius, ſic oĩs ſubſtantia eſt prior nã accidentibus quibuſuis. probatur, quia ſemper ſubſtantia eſſentiam habet abſolutam atq; ab illis indepẽdentem, ſunt qui calumniant̃ hoc, quia A ſubſtãtia non eſt prior cãlitate omnibus accñtibus, quia non accidentib us ipſius B. & propterea per accidentia tu debes intelligere eius cuius ſunt accidentia, oĩs.n. ſubſtãtia oĩbus ſuis accidentibus cauſalitate prior eſt. ad hũc.n. ſenſum loquitur Ariſto. Animaduerſione tñ dignum ꝙ Ariſto. proponit ſubſtantiam quadrifariam eſſe accidentibus priorem, vt in græcis & latinis codicibus patet, videlicet cognitione, diffinitione, tempore, & nã, at in proſequẽdo tria tm̃ exponit. probat.n. illam eſſe priorem nã cognitione, & diffinitione. priorem quidem natura, quia eſſe poteſt ſine accidentibus, & accidentia non ſine ipſa, cæterę prioritates ſuo loco dicentur. Prioritatis aũt temporis nihil meminit, propterea vel oportet dicere ipſum fuiſſe mancum, vel ipſum prius tẽpore non eſſe hic ſumptum in cõi vſu: vt ipſe docuit in prædicamentis, & in 5. huius ipſum fuiſſe mancum non dicerem, & propterea videtur mihi ipſum accepiſſe prius tẽpore nõ in cõi vſu, vt recte quidam hic dixerunt. Sed vt in textu expoſuit pro eo quod põt eſſe ſine accidentib⁹ & accñtia non ſine illo: inſuper videtur mihi ipm̃ accepiſſe eſſe ſine aliis non pro ſeparatione: ſed pro habere eſſentiam indepẽdentem, hoc eſt pro eo quod cauſalitate eſt prius, ſic.n. verbũ Ariſt. eſt cõe oĩbus, & non eſt alienũ ab vſu eius alibi. Animaduerte ꝙ expõ Auer. fortaſſe caderet ad ſenſum quo qs vellet capere prius tpe ſm cõem vſum, nam capiẽdo prius tempore pro priori ſm naturã, non curauit exponere, quia ex textu patet, & ſic congregã do illud quod Auer. dixit, cum eo quod nos expoſuimus, habet̃ vtrunq;.ſ. ꝙ ſubſtantia ſit prior tpe accñte capiendo prius tpe ſm cõem vſum, & ſm ꝙ eſt idem quod prius natura. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rõnes patet ſolõ. Prima.n. tollit̃ ꝙ ſuba quæ eſt cęlum pcedit motum cãlitate, de q̃ loquimur. Scd̃a etiam quia ſuba quæ eſt cęlũ pręcedit tp̃s cãlitate per eandem rõnem. Tertia etiam quia ſubm̃ præcedit accñs proprium cãlitate. Hæc de diſputatione ſcd̃a.

Et ratione hoc primum, neceſſe enim in vniuſcuiuſque ratione ſubſtantiæ rationem eſſe &c. Tex. cõm.4.

DISPVTA.

DISPVTATIO TERTIA
De ordine ſubſtantiæ ad accidens pœnes definitionem.

Num ſubſtãtia omnibus accidẽtibus definitione prior ſit.

PRIMVM DVBITATIONVM CAPVT.

QVod non arguunt. Primo quia omne accidẽs propria habet genus & differentiã, igitur in illius diffinitione nõ cadit ſubſtantia, & ſic ſubſtantia non eſt omnibus accidentibus prior diffinitione. Secundo nomen accidentis non ſignificat ſubſtantiam, igitur in diffinitione accidẽtis nõ debet poni ſubſtantia. tenet enthymema, quia ratio quã nomen ſignificat eſt rei diffinitio. Tertio ſi ſic, tunc erit nugatio dicere naſum ſimmum, ſi in ſimmi diffinitione ponatur naſus, patet explicatione nominis. Quarto accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto, vt patet in eius diffinitione: eſt id quod adeſt, & obeſt præter ſubiecti corruptionem: igitur & diffiniri. Quinto non omnis ſubſtantia omni accidente diffinitione eſt prior: igitur propoſitio non eſt vl'is, añs declaratur, quia ignis ſubſtãtia nõ omni accidente diffinitione eſt prior, quia nõ accidente cœli, non. n. accidens cœli per ignẽ diffinitur. Sexto ſi in diffinitione accidentis caderet ſubſtãtia, tunc ſubiectum & accidens non facerent vnũ per accidẽs, quia addendo ſubſtantiã, non adderetur aliquid extra eſſentiam accidẽtis. Septimo intellectus põt intelligere albedinẽ ſine A. & ſine B. ſubiectis, & ſic de ſingulis: igiť põt illã diffinire ſine ſubſtãtia. In cõtrariũ eſt Ariſt. in litera: vbi probat ſubſtantiam eſſe omni accñte priorem.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli expoſitione aĩaduertendũ ꝙ ſicut prius cauſalitate id dicitur reſpectu alterius, quod eſſe poteſt per ſe ſine illo, & illud non ſine ipſo, ſic prius diffinitione omne illud dicetur, quod diffiniri poteſt ſine aliquo, & illud non ſine ipſo. veluti animal prius homine diffinitione dicitur, quia põt animal diffiniri ſine homine, & homo non ſine animali, hoc eſt & homo non põt diffiniri, quin in eius diffinitione cadat animal. Ex his ſequitur titulus, eſt. n. ſenſus ſi in cuiuſq; accidentis diffinitione cadat ſubſtantia, ſiue ſubiectũ. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. DE diſputatione Herculei vt habetur primo huius ſola accidentia cognouerunt, & tunc iſti coguntur dicere ſubſtantiam non cadere in diffinitione accidentiũ. pro hac poſitione põt argui, quia omne quod poniť in alicuius diffinitione, eſt illo notius: at ſubſtantia non eſt accidente notior, ſunt. n. nobis. Primo nota accidentia ſubſtantijs, vt primo poſte. habeť. Sed hæc poſitio eſt *Confutatio.* confutata ab Ariſtotele primo huius, & ratio eius nulla eſt, quia tunc nullus effectus poſſet diffiniri per ſuas cauſas, oẽs. n. effectus eſt notior quo ad nos ſuis cauſis, vt habetur primo phyſi. & ꝓpterea oportet dicere pro me & ipſis ꝙ id quod ponitur in diffinitione alicuius ſit notius nobis vel per ſe, vel per inuentionẽ. Modo licet cauſa per ſe non ſit effectu notior, per inuentionẽ tamẽ põt effici notior in genere notitiæ pp qd, & hoc pacto ſubſtantia põt eſſe notior accidẽte, non dico per ſe, ſed per inuentionẽ, p ꝗ in genere notitiæ pp quid effici poteſt notior ipſo accidente. Ioannes vero concedit ſub- *Pō Ioannis.* ſtantiam eſſe accidentibus priorẽ diffinitione. Sed addit ꝙ ſubſtantia eſt prior accidentibus diffinitione dearticulata, hoc eſt diſtincta per partes, quia non poteſt diffiniri accidẽs aliquod niſi in illius diffinitione cadat ſubſtantia dearticulatæ diffinita. Sed hęc expoſitio nõ placet, quia tunc qui actu diffiniret aliquod accidens, ſemꝑ oportet vt actu diffinite cognoſceret ſubſtantiã; hoc aũt eſt falſum: ſtat. n. me diffinire ſimmũ, & nõ dearticulate atq; diffinite ſcire naſum. Præterea ſi ſic: oportet vt cũ aliquod accidens diffiniretur, vt omnia cadentia in eius diffinitione, quæ ſunt diffinibilia diffinirenť actu, quod nõ credo. Alij concedunt accidens diffiniri non poſſe quin in illius diffinitione cadat ſubſtantia, *Poſitio aliorũ.* verum dicũt duo. Primum ꝙ in diffinitione accidentis non cadat ſubſtantia tanꝗ de intellectu illius quidditatiuo. Secundo ꝙ cadit in illius diffinitione ſubſtantia tanquam de intellectu illius quietatiuo. Primum probant quia ſi ſubſtantia poneretť in diffinitione accidentis tanquã id quod eſt de illius eſſentia, tunc diffiniẽdo accidens per ſubſtantiam, diffinitio non eſſet per additamentum: quod eſt contra Ariſtotelem & Auerroem hic. Secundum vero deducunt, quia forma imperfecta, *Cõm. 17 & 19.* quæ imperfectum conceptum dicit, non põt quietatiue diffiniri, niſi ponatur in eius diffinitione illud, cuius ipſa eſt forma: ſed accidens eſt forma imperfecta dicẽs conceptum imperfectum, igitur nõ põt quietatiue diffiniri niſi ponatur ſubiectũ, cuius ipſa eſt forma: & licet contra hanc poſitionem diſputatione prima ſit confutatum, tamẽ nunc non eſt malum eadem melius repetere. Et primo arguo diffinitio rei eſt ſermo nihil aliud ex- *Confutatio. Cõm. 42.* plicans, niſi eſſentiam rei, vt dicit Auerroes. hic igitur omnis diffinitio erit completa, quæ complete explicat eſſentiam rei, & nihil prætermittit de his quæ ſunt de rei eſſentia. Sed per eos accidens habet eſſentiam completam ſine ſubſtantia: igitur illa diffinitio, quæ accidentis eſſentiam explicabit nihil prætermittẽs de illis quæ ſunt illius eſſentiæ, erit completa. ſed diffinitio completa quietat ſemper intellectũ, igiť ſubſtantia nec de diffinitione quietatiua, nec quidditatiua erit ipſius accidentis. Secundo quæro propter quid conceptus accidentis ſine ſubſtantiæ conceptu ſit imperfectus, aut quia ſibi aliquid deficit quod pertinet ad eius eſſentiam, aut qa ipſum ratione habita ad ſubſtantiam eſt imperfectius, non quia ſit imperfectius ſubſtantia, quia ſic ſolus ipſe Deus habebit perfectum conceptũ, nec quia ſibi aliqd deficit, quod ad eſſentiã eius attinet, quia per eos ſubſtantia ipſa non eſt de eſſentia accidẽtis, quare accidẽs nullo pacto ſine conceptu ſubſtantiæ habebit imꝑfectum conceptũ. Hæc nunc de poſitionibus ſufficiãt, nã diſputatione prima ſunt dicta quædam his vtilia.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ in diffinitione accidentis cadere ſubiectum ſiue ſubſtantiam poteſt intelligi dupliciter. Vno modo determinate vt lignum vel ignis, vel aliquod id genus. Alio modo confuſæ ad ſenſum quo logicorum quidã vtuntur ꝙ cadat aliqua ſubſtantia in diffinitione accidẽtis, nulla tamen ſubſtantia in illius diffinitione cadat. Secũdo debes ſcire ꝙ accidentia ſunt in duplici genere, quædã ſunt propria vtpote quæcunq; certum datũ ſubiectũ ſibi limitant vt ſimmitas, & aquilinitas, & id genus: quedã cõia, non quia ſubiectum non requirant, ſed quia ſubiectũ determinatum non requirunt, licet requirant ſubiectũ aliquod confuſæ vt album, nam licet album nec A nec B. ſubiectum requirat: tamen requirit ſubiectum. vt A. vel B. vel C. vel aliquid id genus. His ſuppoſitis dico primo quòd ſi loquimur de proprijs accidentibus, in

 illorum

illorum diffinitione cadit ſubſtantia, & certa data ſubſtantia cadit, pátet hoc inductione, nam in diffinitione ſimmi cadit ſubſtantia, & certa data ſubſtãtia vt naſus, & etiam de alijs eodem modo. Si vero loquimur de accidentibus cõibus, dico ſecundo ꝙ in diffinitione illorum cadit aliqua ſubſtantia confuſæ, nulla tamen ſubſtantia determinate cadit. declaratur primo, quia omne accidens de ratione eius formali vt diſputatione prima patuit eſt alteri inhęrere, non põt aliquid intelligi alteri inhęrere, niſi id cui inhęrere intelligitur confuſæ vel diſtinctæ intelligatur: igitur concluſio. Secundo (vt. 4. huius determinatum eſt) accidens omne nõ eſt ens niſi entitate ſubſtantiæ, dicitur enim ens de ſubſtãtia & 9. prædicamentis vt ſanum de ſanis, igitur non poteſt diffiniri ſine ſubſtantia. Tertio inhærentia actualis ſm peripateticos aut eſt ipſum accidens aut de eius eſſentia, igitur non poteſt diffiniri ſine ſubſtantia. Hæc pauca de dilucidatione, quoniam tota iſta materia dependet ex dictis, tum prima diſputatione quarti huius, tum prima diſputatione ſeptimi præſentis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis ad primam dicerem ꝙ aliquod habere genus proprium & differentiam propriam poteſt eſſe bifariã, aut abſoluta, & hoc modo ſola ſubſtantia hæc habet, aut reſpectiua, & hoc pacto omnia accidentia habent hæc, & nõ dico reſpectiua ad terminum, ſed reſpectiua ad ſubiectũ. Tunc dico ꝙ quæ habent genus & differentiam abſoluta, poſſunt per ſe diffiniri, quę vero illa habent reſpectiua, nõ poſſunt diffiniri ſine termino reſpectus, & hoc modo ſunt omnia accidentia. Ad ſecundum dico ꝙ nomen accidentis ſignificat ſaltem ſecundario ſubſtantiam, non dico hanc vel illam determinate, ſed ſubſtantiam, & propterea diffiniri nõ poteſt ſine ſubſtãtia: Ad tertiam dico ꝙ dicẽdo naſum ſimmũ non eſt nugatio, ſicut nec dicẽdo animal hominem, quia naſus eſt vt genus ſimmi, quod per ſimmum contrahit, ſed dicendo ſimmum naſum, forte eſſet nugatio. Ad rationem dico ꝙ non quotiens idem explicatur bis eſt nugatio, quia tunc dicendo animal homo eſſet nugatio. Sed cum idem explicatur bis neceſſario ſm intellectum, vt dicere gladium cultellum. Vel dici poteſt ꝙ dicẽdo naſum ſymmum, eſt negatio ſm quid ex parte ſymmi, non autem ſimpliciter: ex vtriuſq; vt in illa animal homo, qua nugatione nihil prohibet, vt vtamur. Ad quartam dico ꝙ nõ poteſt accidẽs eſſe ſine ſubiecto, & ad dictũ Porphyrij dictum eſt ꝙ accñs eſt ꝙ poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem: hoc eſt quod eſt prædicatum de ſubiecto nõ conuerſim. Ad quintam dico ꝙ argumentum cõcludit verum, ſed non contra ſenſum Ariſtotelis. Ariſto. n. vult ſubſtantiam omni accidente eſſe priorem, hoc eſt accidens nõ poſſe diffiniri, quin in illius diffinitione cadat ſubſtantia: & ſic nihil ad rem. Ad ſextam dico ꝙ facere vnum per accidens põt intelligi dupliciter, vel ita ꝙ vnum ſit omnino extra eſſentiam alterius, & ſic non faciunt vnum per accidens, vel quia ſunt res diuerſorum prædicamentorũ, & hoc pacto ſubſtantia & accñs pñt facere vnũ per accidens, etiã ſi ſubſtantia ſit de eſſentia accidentis. Ad vltimam concedo antecedens, & nego conſequentiã. vt nõ valet, nõ intelligo Socratẽ nec Platonẽ, igitur non intelligo hoĩem, ſtat. n. me intelligere hoĩem, & non Socratẽ vel Plato. Ad rationes logicorũ quære ſolutionẽ diſputa. 1. Hæc de. 3. diſputatione.

Eodem textu. &c.

DISPVTATIO QVARTA
De ordine ſubſtantiæ ad accidens penes cognitionem.

Num ſubſtantia cognitione præcedat accidentia.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET ARGVITVR ꝙ nõ, quia quod cadit in ſenſibus, eſt prius cognitione, eo qđ non cadit in ſenſibus. Sed accidentia cadunt in ſenſibus, ſuba aũt non, igitur accidẽtia cognitione præcedunt ſubam. Secundo ſubſtantia non cognoſcitur niſi per cognitionem accidentium vt dicitur. 1. de aĩa textu, & igitur accidentia cognitione præcedunt ſubſtantiam. In contrarium eſt Ariſtoteles in textu. *Cõm 11.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſubſtãtia ſit, patuit. Animaduerte tñ ꝙ ſubſtantia põt ſumi nonnunquam pro forma, ſiue quidditate cuiuſq; rei, qũo ſolemus dicere ſubſtantiam hoĩs eſſe intell'm: nonnunquam pro ſubiecto cuiuſq; accñtis ad quem ſenſum concedimus albi ſubſtantiam eſſe corpus. Quid aũt ſit præcedere alterum cognitione, dicemus in dilucidatione. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE veritate non eſt dubium, oẽs. n. volunt cũ Ariſtotele ſubſtantiam præcedere accñs cognitione, ſed de intellectu propõnis eſt nõ parua difficultas. Aliq (quos Ioan. imitatur) diſtinguũt, nam ſubſtanti iampſam pręcedere accñtia cognitione eſt bifariã, aut via originis: aut via perfectionis, illud dicitur eſſe prius cognitione via originis, cuius cognitio nobis primo occurrit, via vero perfectionis illud eſt prius cognitione, cuius cognitio eſt perfectior, atque præſtabilior. Tunc duas conſtituunt concluſiones. Prima ſubſtantia nõ eſt primum accñtium cognitione primitate generationis, ſiue originis, vt rõnes in. 1. capite indicant. Secunda eſt, ſuba eſt primum oĩum entium cognitione via perfectionis, ꝓbãt ſic: cognitio eius quod habet proprie quod quid eſt vr̃ perfectior cognitione illius, qđ nõ habet quod quid eſt. Sed ſuba habet quod quid eſt, accñtia vero nõ: igit̃ cognitio ſubæ eſt perfectior. Et licet hæc põ ſit vera in ſe, ad ſenſum verborum Ariſto. non facit, nec ad ſenſum Auer. nec expoſitoris. Ariſt. n. in textu ꝓbat ſubam præcedere cognitione accidẽs, per hoc quia perfectius declarat illud cuius eſt ſubſtantia, ꝙ̃ illud idem declaret accñs, & ponit exemplum Auer. dicens nos non ſcire aliquod indiuiduum ſubę per aliquod accidẽs, niſi prius ſciamus illud accñs quid ſit aut quantum. At patet põnem hanc non conuenire verbis Ariſt. nec alicuius alterius expoſitoris: ꝓp hæc alij dicunt Ariſto. in tex. formaſſe de ſuba tres concluſiones indefinitas. Prima eſt ſuba præcedit accñs tp̃e. Secunda ſubſtantia præcedit accidens diffinitione. Tertia ſubſtantia præcedit accñs cognitione, & volunt iſtas indefinitas eſſe veras, non tñ de eadem ſubſtantia. Prima eſt vera de ſubſtãtia cõpoſita, reſpectu quidem accidentium, quæ ſibi poſt cõpõnem adueniunt rõne compõnis: reſpectu vero accidentium, quę ſibi adueniunt cũ compõne, vera eſt rõne mãæ, igitur prima concluſio verificatur de ſuba compoſita. Secunda verificatur de ſuba, quæ eſt ſubiectum accidentium, quæcunque ſit illa. Tertia de quidditate & diffinitione, quidditas. n. ſubſtantiæ perfectius explicat id cuius eſt, ꝙ̃ accidens facit, & ſic volunt textum eſſe intelligendum. Sed hæc ſolo. Primo peccat, quia *Confutatio.*

facit

Pō aliquorum & Ioan.

Confutatio.

2. poſitio.

facit cõcluſiones particulares, quæ debẽt eſſe vlíſsimæ eo quia in lib. vniuerſaliſsimo traduntur. Secundo peccat, quia adhuc verba textus per hanc expoſitionẽ nõ patent, vt legens literã videre poteſt. Tertio peccat qa facit ſermonem Ariſt. eſſe æquiuocum, eo quia voluit Ariſt. de ſubſtantia non ſecundum eandẽ rationem eſſe locutum. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione ſupponendum. Primo in toto hoc proceſſu Ariſtotelem fuiſſe locutũ ſemꝑ de ſuba vniuerſali declaraṫ, quia ſolũ de vlíbus eſt ſcĩa. Præterea in ſcĩa vlíſsima, de vlíbus eſt loquendũ, vtrũ vero de materia, forma, vel compoſito fortaſſe nõ eſt curãdũ, forſitan. n. in toto hoc proceſſu loquitur de ſubſtãtia famoſa, & hæc eſt cõpoſita, verum poſt ſtatim ipſe ſubdiſtinguit, Secundo quidem ſuppono ꝙ ſubſtantiã vlẽm de qua loquiṫ in toto proceſſu, p̃cedere accidentia cognitione, bifariam eſt, aut cõparando ſubſtantiã ad accñs, aut comparando ſubſtantiam & accidens reſpectu primarũ ſubſtãtiarũ quæ ſunt indiuiduæ ſubſtãtiæ. Et cõparando ſubam eſſe põt, rurſus bifariam, aut ordine ꝑfectionis, aut ordine gñonis, vt logici ſubdiſtiguũt. Tũc dico ꝙ cõparãdo ſubam & accñs inter ſe, logici bene dixerunt, quia ſuba p̃cedit accñs cognitione ordine perfectionis, non aũt ordine generationis, hæc vero res nõ ex textu eſt, quia ad hũc ſenſum Ariſ. nõ loquiṫ, ſed hæc eſt ratio, quia oẽ illud quod aliud præcedit ſm ꝑfectionem, illud etiã præcedit cognitione ordine ꝑfectionis, modo ſubſtantia eſt perfectius ens accidente, igiṫ ſuba præcedit accidens cognitione via ꝑfectionis. Quod vero non via generationis, dictum eſt. Secunda vero concluſio pro mente Ariſt. in tex. & pro mẽte Auer. & pro mente Expoſitoris, eſt ꝙ comparando ſubſtantiã vlẽm & accidẽs ad indiuidua ſubſtantiæ, ſubſtantia vlís præcedit cognitione accñtia, declarat Ariſt. hãc, quia illud p̃cedit accidẽs cognitione reſpectu indiuiduæ ſubſtantiæ, quod eſſentialius & formalius, ac perfectius declarat indiuiduã ſubſtantiam, ſed vlís ſubſtantia, & vlr oẽ vlẽ ſubſtantiæ eſſentialius, formalius & ꝑfectius declarat indiuiduã ſubſtantiã, q̃ illã declaret accñs, quia vt dicit Auer. perfectius eſt ſcire Socratẽ quia ſit hõ, vel aĩal, q̃ ſcire ipſum quãtus vel qualis ſit, igiṫ ſuba vlís præcedit cognitione ipſum accidens reſpectu indiuiduæ ſubſtãtiæ. Ex his ſequiṫ Ariſt. nihil aliud velle dum ait ſubſtantiã præcedere accidẽs cognitione, quã ꝙ vlia ſubſtãtiæ eſſentialius & formalius declarẽt indiuidua ſubſtantiæ, quã illa met declarent accidentia. Quẽ quidem ſenſum plane Auer. & expoſitor dederunt, cæteri vero, & Ioannes, circa verba parum inſpexerunt.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Dubiũ ſi ſubſtãtiã per propriã ſpẽm cognoſcatur. SOLVTIONES rationũ quaſi patent, verũ occurrit dubitatio, ſi accidẽs ꝑfectius cognoſcatur quã ſubſtantia. Et videṫ ꝙ ſic, id. n. perfectius cognoſciṫ ab intellectu cuius ſpẽs recipitur in intellectu. Sed accidens eſt cuius ſpẽs recipiṫ in ipſo intellũ: non aũt ſubſtantia eſt cuius ſpẽs recipiṫ in intellectu, igiṫ accidẽs ꝑfectius ſubſtãtia cognoſciṫ, maior non indiget probatione, qa vnumquodq; cognoſcitur ꝑ rõnem cognoſcendi, & ita id perfectius, qđ per propriam cognoſcendi rationem cognoſcitur. Quod vero accidens per propriam cognoſcatur ſpeciem, nemo dubitat, quia illius phantaſma cadit in ſenſibus interioribus, igitur agens intellectus illius ſpeciem abſtrahit. Quod autẽ ſpecies ſubſtantiæ non recipiatur in intellectu, patet quia eius ſpecies non cadit in ſenſu, quia ſi ſic ſpẽs ſubſtãtiæ poſſe cognoſci à ſenſu, vel ſubſtãtia per illam ſpeciem à ſenſu cognoſceretur. Circa iſtam dubitationem ſunt variæ ſolutiones vna eſt eorum, qui volunt cum ſpeciebus accidentium multiplicari ſpeciem ſubſtantiæ, in ſenſibus omnibus. dicunt tamen ſenſus ſubſtantiã per illius ſpeciem non ſentire, quia nullus ſenſus eſt ita altus vt illa ſpecie vti poſsit vt ratione cognoſcendi & repreſentandi, ſed cum ſpecies deferẽtur ad intellectũ, qui eſt perfectiſsima virtus, omnibus illis vteṫ vt rationibus repreſentandi. & ſic tam ſubſtantiã, quã accidentia poterit intelligere diſtinctæ & ꝑ proprias earũ ſpẽs. Huius poſitionis videtur eſſe Auer. in lib. de aĩa ſcđo, vbi non tm̃ vim hanc intelľui tribuit, ſed dianæticæ, ſiue cogitatiue, vult. n. ꝙ cũ ſpẽs ille defluxerint ad dianoeticam ſiue cogitariã vſq;, illa vteṫ ſpẽbus hiſce vt proprijs rõnibus cognoſcendi, & ſic ꝑ illas dianætica poterit illa oĩa diſtinctis rõnibus cognoſcere. Vtrũ ſi hæc ſit Auer. poſitio: vel neʔnunc nolo diſputare, & tũc iuxta hãc poſitionem patet ꝙ minor dubitationis eſt falſa quãtum ad illius ſcđam partẽ, quia ſubſtantia ipſa ꝑ propriã ſpeciem cognoſci põt, & eius ſpẽs in intellectu recipiṫ. Sed obiiciũt aliqui ſic, illud qđ pñs intellectui ꝑ propriam ſpẽm immutat intellectum, eius abſentia cũ nõ mutat intellectum, põt cognoſci, patet hoc de viſu, qui cũ per propriam ſpẽm immutaṫ à lumine cognoſcit lumẽ, qñ eſt abſens, vt in lib. de anima ſcđo dr̃, igiṫ ſi intellectus põt cognoſcere ſubſtantiã pñtem ꝑ eius propriã ſpẽm poterit illius abſentiã cognoſcere, qđ non eſt ita, vt in illa ſacratiſsima panis trãſubſtãtiatione videṫ. Sed ſi hęc ratio valeret probarẽ ꝙ viſus nõ cognoſceret accñtia ipſius A. oui: deduciṫ ꝑ horum rõnem, quia abſentia. A. oui non ſemꝑ cognoſciṫ à viſu, vt patet in his q̃ de ouo agũt ioculatores, ꝑpea pro me & ipſis, dici põt ꝙ quando agentia diuerſorum effectuũ ita ſunt ſimilia vt fere in nullo videatur dr̃ia, ex cõſimilitudine agentiũ, q ſpẽs illas agunt in ſenſus, cadit deceptio, & crediṫ ſpẽm ipſius. A. oui vel ſubſtantiæ eſſe pręſentẽ, eo quia ſpẽs. B. oui vel. B. ſubſtãtiæ eſt præſens, quæ ab agente oĩno ſimili genita eſt, & ſic nõ arguit ſubſtantiã non cognoſci ꝑ ꝓpriam ſpẽm, ſed intellectũ decipi, veluti ſenſus decipiṫ circa multa, quæ ꝑ proprias cognoſcit ſpẽs. Nõnulli de mente expoſitoris crediderunt in intellm̃ non effici niſi vnam ſpẽm accidentis, videlicet eius quod in ſubſtantia erat, hæc aũt ſpẽs accidentis cum ſit genita ab accidente virtute ſubſtantiæ, ſimul & ſemel repræſentare habet vtrũq;, licet ordine quodã ex parte intellectus, primo quidẽ accñs, ſcđo ſubſtantiã, cuius illud erat accidens, & ſic ab vna eadẽq; ſpecie duæ conceptiones fieri poſſunt, duarũ videlicet rerũ genere diuerſarum. huius exẽplum pulchrũ eſt de calore: calor enim vt calor non niſi calore generat, vt vero ſubſtantiæ cui coniungitur inſtrumentum generat ſubſtantiã. Sic accidens phantaſticũ, vt accidens cognitionẽ accidẽtis generat, vt inſtrumentũ ſubſtantiæ, cui coniugebaṫ, generat cognitionem ſubſtantiæ, ambaſq; vnicã per ſpeciem. Sed aduerſus hanc obiiciunt ſic, nulla ſpẽs poteſt diſtincte repreſentare illud, quod eſt ipſo perfectius, cuius eſt ſpecies, igitur ſpecies accidentis nõ poteſt repreſentare ſubſtantiam, quæ eſt perfectior accidente, cuius illa eſt ſpecies. conſequẽtia patet per ſe, antecedens vero per exemplũ probaṫ, quia ſpẽs albi remiſsi non poteſt repreſentare album intenſum, quia tunc, quicunque videret remiſſe album, videret intenſe album. Sed hæc

1. Solutio. *Cõm. 63.* *Obiectio aliquorum.* *Confutatio & ſolutio.* *2. Solutio.* *Obiectio.*

Solutio. hæc ratio nulla eſt.maior.n.debet ſic ſumi nulla ſpecies poteſt repreſentare aliquod perfectius eo cuius eſt ſpecies,in cuius virtute non agit,modo ad hũc ſenſum debet negari minor ſub audienda, quia accidens imperfectius ſubſtantia agit illam ſpeciem in virtute ſubſtantię, & vt inſtrumentum ſubſtantiæ,exemplum eorum non eſt ad rem,quia album remiſſum nõ agit in virtute albi intenſi, ſicut accidens agit in virtute ſubſtantiæ.Et ſi dicas adhuc quia ſi ſpecies accidentis repreſentat ſubſtãtiam,tunc in ſacratiſsima illa tranſubſtantiatione repreſentaret abſentiam ſubſtantiæ, iam dictum eſt intellectum decipi propter conſimilitudinem agentiũ virtute

3.Solutio. quorum ſpecies agitur. Nonnulli autem & de mente Expoſitoris crediderunt ſubſtantiam nõ cognoſci niſi per diſcurſum ab accidẽtibus arguẽdo ad ſubſtãtiã veluti medicus cognoſcit morbi ſpeciem per diſcurſum à

Obiectio. ſignis ſenſilibus. Sed contra hoc obiiciunt, quia tunc ſubſtantia imperfectius accidente cognoſceretur,quod eſt contra Ariſto.in textu & deducitur,quia notitia di-

Defenſio. ſcurſiua eſt imperfectior cognitione ſimplici. Dici poteſt pro his cõcedendo accidens præcedere ſubſtantiã cognitione comparando ſubam & accñs inter ſe. Sed comparando hæc ambo ad indiuidua ſubſtantiæ, ſuba vñs præcedit accidens cognitione vt dictum eſt, & ſic hæc ſolutio nõ contradicit Ariſt.iuxta igitur has põnes ad dubium non vno modo dici põt, ſm.n.primas duas negatur minor, quia ſm primam ſuba per propriã ſpeciem cognoſcitur, ſm vero ſecũdam ſubſtantia cognoſcitur per ſpeciem cõem ſubſtantię & accñtis,ſm tertiã

Solu.aliquorũ. aũt, cognitio ſubſtãtiæ eſt imperfectior cognitione accidentis comparando ſubam ad accñs. Ad tertium aũt comparando cognitio ſubæ præcedit.Sed quia hę ſolutiones nõ placent aliquibus,ideo aliter rñdent.volunt.n. ꝙ differt aliqđ eſſe perfectius cognoſcibile in ſe & abſolute & pfectius ab ĩtellectu noſtro cognoſcibile, veluti de viſili, dicitur:eſt.n.ſol ſumme viſile in ſe,non tñ ſumme viſile ab oculis noſtris. Et ſic cõcedunt accidẽs eſſe perfectius à nobis cognoſcibile, non autem abſolute: ſubſtantia.n.vt dicũt eſt perfectius cognoſcibilis in ſe, & à nobis, ſed non pro ſtatu iſto, dictum aũt Ariſtot.eſt verum comparando ſubſtantiam ad accidens

Confutatio. ſm cognitionem in ſe, non aũt reſpectu noſtri. Quicquid ſit de poſitione Ariſto.hic,videtur ꝙ hæc ſolutio non ſit peripatetica. Primo, quia ſi ſubſtantia eſt in ſe ſumme cognoſcibile, igitur ab intellectu noſtro.deducitur,quia intellectus vt Ariſto.dicit eſt oĩa fieri, vnde

Cõm.19. & Auer.in libro de generatione dicit intellectui humano nihil eſſe ignotum. Secundo cognoſcibile eſt relatio aptitudinalis ad intellectum noſtrum, veluti cognitum relatiuum actuale ad intellectum noſtrũ, igitur vt cognitum actuale relatiuum refertur ad intellectũ noſtrum ita cognoſcibilẽ refertur potentialiter ad intellectum noſtrum: ergo ſicut nihil eſt cognitum, quin ab noſtro cognoſcatur intellectu, ſic nihil eſt cognoſcibile quin ab noſtro ſit aptum cognoſci intellectu: igitur nihil eſt in ſe cognoſcibile quin ab noſtro intellectu & reſpectu noſtri intellectus ſit tale,cuius contrarium putant. Tertio ſi ſubſtantia eſt per ſe cognoſcibilis quantum ipſa eſt in ſe cognoſcibilis, & non pro ſtatu iſto, igitur pro alio ſtatu, ſed ſecundum eos alius ſtatus eſt dubius apud Ariſt.igitur dubium antecedens,& per cõſequens non eſt certum ſubſtantiam eſſe perfectius cognoſcibilem.Quod vero dicunt de viſili, nihil eſt, quia ſol quantum eſt viſilis tãtum ab aliquo viſu videri põt, nec eſt plus in ſe viſilis,ꝙ̃ ab aliquo viſu ſit videri aptus, quia licet viſus nocticoracis illũ non videat, quantum eſt in ſe viſilis,oculus aquilæ forte vel alterius videt ipſum quouſq; ille ſit viſilis. Ex his ad dubiũ dico ꝙ comparando ſubſtantiã & accidẽs inter ſe, accidẽs præcedit ſubſtantiã cognitione, quia prius à nobis cognoſcitur & per illius cognitionẽ deuenimus in cognitionẽ ſubſtãtiæ ſm aliquã dictarũ rõnum cõparando ſubſtantiã & accidẽs ad tertiũ,vtpote ad indiuidua ſubſtãtiæ, ſubſtantia præcedit accidens cognitione: & ſic ad rõnes omnes patet ſolutio. Hæc de quarta diſputatione. Propria ſolutio

Quare ſi ſpecies materia eſt prior & magis ens, & ipſo quod ex vtriſque prior erit propter eandem rationem. Tex. cõmen. 7.

DISPVTATIO QVINTA
De ordine formę ad materiã & compoſitũ.

Num forma ſit prior materia,ipſoq; compoſito, & magis ens vtroque.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non ſit prior compoſito,Primo arguitur, quia compoſitũ eſt per ſe, forma per accidẽs, vt pars compoſiti. Secundo ꝙ non magis ens compoſito,quia compoſitum includit quicquid forma,& vltra illam addit materiæ perfectionẽ. Quod vero nõ ſit magis ens materia, perſuadetur: quia materia videtur pluribus ſubſtare, igitur eſt magis ſubſtãtia, & ita magis ens.vltimo ꝙ non ſit prior materia, quia vbi forma ipſa eſſet materia prior, materia non poſſet eſſe ſine forma.cõtrariũ ab oĩbus habeť, quia materia cõtinuo eadẽ numero eſt ſine hac,& ſine hac forma, & ita ſine forma.Sed cõtra hoc eſt textus & cõmentum.7.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo primo debes ſcire ꝙ forma apud veteres conſueuit aliquando accipi pro eo omni, qđ aliud format,atq; perficit, & deducit,ad quem ſenſum Varro forte dixit DEUM eſſe formã mundi, & Aui. intellectum agentem, quia arabice Cholchodea diciť eſſe formam mũdi inferioris. Deus enim apud Varronem forma mũdi dicitur,non quia mundi ſit pars conſtitutiua, ſed quia mundum ſua mẽte format, conficit, & gubernat,& ita forma à formãdo,ſimiliter Cholchodea diciť forma horum oĩum à formando, quia oĩa hæc format præbẽdo his oĩbus formas & pfectiones primas. Alio modo dicta eſt forma,quæ vna cum materia cõpoſitũ cõſtituit,& hac rõne forma ab informãdo dicta eſt. ad quem ſenſum aĩæ aĩalium formæ dicuntur,vt lib.de aĩa patuit,forma vero hoc pacto ſumpta appellatur græce ειδοσ ſpẽs,aut idea,nõnunquam Μορφη latinæ forma,dicitur quidem forma quia informãdo ſeparat & diſtinguit,ſpẽs autem quia per ipſam eſſe habeť & cognitio, nõnunquã logos dicitur,quæ ideo rõ appellatur quia illius tñ eſt per ſe diffinitio. Materia quæ græcè eſt υλη latinæ materia,nõnunquã cõſueuit ſumi pro ſubiecto, ſiue operationis,ſiue cõtemplationis,quo in ſenſu dicimus logicæ materiã eſſe ſyllm,carpentarij aũt ligna, aliquãdo pro partibus quãtitatiuis,ad quẽ ſenſum Demo. dixit primã oĩum materiã eſſe corpora atoma, & Ariſ. 2.phy.dictiones eſſe materiam orationis, & literas dictionis,interdum pro ea parte, quę cum forma ipſum conſtituit compoſitum.In propoſito materia eſt accepta

pta hoc tertio modo,& forma ſecundo modo.Cōpoſitum vero id appello,quod ex his conſtat. prius in diſputatione audimus pro eo quod eſt prius perfectione, magis vero ens pro eo quod eſt principalius ens. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio prima. AD diſputationem reſpondent quidā per cōcluſiones.Prima eſt,forma eſt prior materia & magis ens.qđ quidē prior,patet q̃a actus ſimpl'r eſt potētia prior,potētia vero reſpectu eiuſdē vt.9.huius dicet̃. Quod vero magis ens,patet,quia forma eſt materiæ p̄fectio,at materia non eſt p̄fectio formæ. Secunda forma eſt prior cōpoſito,tū quia eſt prior materiā, quæ cōpoſitū præcedit,tū quia ipſa eſt cōpoſiti principium. Tertia forma non eſt magis ens cōpoſito:probant, quia cōpoſitū includit & formā & vltra,videlicet materiā. Sed p̄ intellectu Ariſt. dicunt Quarto,ꝙ forma eſt prior & magis ens cōpoſito p̄ indepēdentiam,quia minus dependet.Hæc illi.Sed iſtæ concluſiones non ſunt intelligibiles,quia cum in prima dicit formam eſſe priorem materia & magis ens, quærit̃ quid p̄ priorē velint,aut p̄fectione,aut t̄pe,aut natura:non t̄pe nec natura,t̄pe quidem nō,quia forma & materia ſimul ſunt. nec natura, quia forma & materia ipſa ſunt ſibi mutuo cauſæ,vt dicitur.2.phy.& ſic neutra illarū alterā p̄cedit cauſalitate, *Cōm. 30.* quare nec natura.Si vero per priorē ipſi velint ſ̃m perfectionē,tūc idem erit dicere formam eſſe ipſa materia priorem,ꝙ eſſe illa magis ens,quod ipſi euitant. Secunda concluſio eſt æquiuoca,quia dum dicit̃ formam eſſe priorem compoſito pōt in vno ſenſu eſſe vera & in alio falſa,& ſic peccāt p̄ æquiuocationē. Tertia cōcluſio eſt *Cōm.7.* falſa,& cōtra Auer.hic,& in lib. de aīa, & in.2.phyſi.& *Cōm. 7.* probat̃ ſupponēdo de mēte Ariſt. ꝙ perfectū intantū *Cōm. 4.* ſit inquantū pōt operari.declarat̃ hæc in vltimo quarti libri meteo. Præterea.3.de aīa probat Ariſt. intellectū agentē præſtabiliorē eſſe intell'u poſsibili p̄ hoc q̃a eius operatio & modus operādi excellit operationē & modum operandi intell's poſsibilis vt patet p̄ Auer. ibi & *Cōm 19.* The.& omnes,tunc arguo,quicquid operat̃ in participando forma eſt forma ipſa imperfectius, patet hæc, quia quicquid operat̃ in participando aliquid, eſt participatione illius, & ſic ipſum eſt tale participatiue, illud autem tale p̄ eſſentiā & ſic eſt maior clara, ſed compoſitum operat̃ participādo forma ſ̃m peripateticos oēs,ſemper enim extimatur ſp̄es mouēs.3.phyſi.& omne quod operatur,operat̃ vt in actu, & ſic rōne formæ, & illius participatione,igit̃ forma eſt p̄ eſſentiā p̄fecta, & cōpoſitū participādo forma, & ita forma perfectior, hæc ratio eſt efficax oībus bonis p̄hīs. Quarta concluſio,quæ ex verbis eorū colligit̃ ad mentē Ariſt.eſt oīno remota à mente Ariſt.quia Ariſt.ſumit formam eſſe materia priorē & magis ens, & poſtea concludit formam eſſe priorem eo quod eſt ex vtriſq; propter eandem rationem.Modo ratio qua præcedit materiam eſt actualitas,igitur per hanc rōnem præcedit forma ipſum compoſitum.Sed per actualitatem forma præcedebat materiam perfectione & principalitate, igitur per hanc eandem cauſam forma præcedet cōpoſitū perfectione & principalitate, & ſic oīno extra ſenſum Ariſt.loquunt̃.

2 poſitio. Alij fingunt, cōpoſitum eſſe perfectius forma pœnes acceſſum ad ſummū, q̃ fit per additionē partis gradualis ad partē graduałē,formā vero eſſe perfectiorē cōpoſito p̄ receſſum à nō gradu, & ſic forma erit perfectior cōpoſito,quia minorē includit imp̄fectionē cōpoſitū magis perfectū forma,quia maiorē includit p̄fectionē. Sed hæc poſitio nō cōuenit verbis Ariſt.hic, quia Ariſ. *Confutatio.* per eandem rationem dicit formā eſſe cōpoſito perfectiorem,quia dicit formam eſſe materia perfectiorem, modo forma eſt ipſa materia p̄fectior vtroq; modo, & quia minorem imperfectionē includit q̃ ipſa materia, & quia maiorē perfectionē. Secūdo ſuppono mihi formam eſſe totū ad materiā perfectionale ſaltē, ſicut aurum ad argentū,hoc nemo dubitat, nā forma eſt perfectior materia,igitur eſt totū p̄fectionale materiæ. Tūc arguo ſi totū eſt forma p̄fectior per incluſionē maioris p̄fectionis,hoc non eſſet, niſi quia cōpoſitū includeret vltra formā actualē materię p̄fectionē. Sed actualis hęc p̄fectio tota virtualiter ſiue p̄fectionaliter continet̃ in forma,igit̃ cōpoſitū nullā aliā habet p̄fectionē præter illā,q̃ eſt formæ,& ſic cōpoſitū nō erit forma p̄fectius p̄ incluſionē maioris p̄fectionis. Hęc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione primo ſupponamus maiorē p̄ *1 ſuppoſitio.* fectionem alicuius non attendi niſi pœnes perfectionē operationis,ſaltem occaſionaliter. quod addo propter calculatores,qui ſunt in hac re diuerſi. nam alij pœnes acceſſum ad ſummū,alij pœnes receſſum ab imo, alij pœnes multitudinē graduū,alij aliter, oēs tamē conueniunt formā eſſe denominandā perfectiorē altera,quæ perfectiorē operationē perficit,vel eandem perfectiori modo. Cui ſuppoſitioni aſſentientes medici dicunt coæqualem temperationē eſſe perfectiorem qualibet inæquali.Secūdo ſupponamus vnum dici poſſe magis *Secunda.* ens altero,atque principalius,quia minus depēdet. declaratur,quia peripatetici dicunt ſubſtantiā eſſe magis ens accidente,quod non eſſet,niſi quia ſubſtantia minus dependet ab illo.His ſuppoſitis ſit prima cōcluſio, forma eſt materia prior perfectione, & magis ens. declaratur per ordinem,perfectione quidem ipſa materia eſt prior,quia operatio formæ eſt perfectior operatione materiæ,& modus operandi formæ perfectior modo operandi materiæ,patet per ſuppoſitionem primā. Magis autem ens ipſa materia,quia principalius ens,eo quia licet forma dependeat à materia, & materia à forma,modus cauſandi formæ circa materiā per minorē dependentiā habetur,quia forma à materia quaſi veluti à cauſa ſine qua non depēdet, at materia à forma dependet ſimpliciter ſ̃m peripateticos,vt duodecimo metaphyſicæ habetur & alibi. Secūda concluſio pro men *Cōm.14.* te etiā Ariſt.in textu forma eſt perfectione prior com- *Secunda.* poſito & magis ens illo.Prima pars patet,quia licet vna eademúe ſit formæ & compoſiti operatio, tñ forma p̄ eſſentiam eſt operandi principium:at compoſitum participatiue.Sed magis perfectū dicitur altero aut pœnes perfectiorem operationem,aut pœnes perfectiorē circa eandem modum operandi, igitur eſt perfectior ipſo compoſito.Secunda pars declaratur: quia minus forma à compoſito dependet, quam compoſitū à forma vt omnes ſciunt,igitur forma eſt magis ens compoſito patet,quia per ſuppoſitionem pœnes ħ attēditur magnitudo entis. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationes dici poteſt ꝙ ſiue forma ſit propter compoſitum,ſiue compoſitum propter formam, pœnes illud non attenditur perfectio rei, vt patuit. Secundo addit̃,ꝙ forma eſt p̄pter cōpoſitū quo ad actū ſubſiſtendi,at compoſitum p̄p formam quo ad actum eſſentiæ,atque eſſendi vt dicitur ſecundo de aīa, quia

quod

quod propriæ eſt, actus eſt. Ad ſecundam dico ꝙ ſiue addat materiam ipſum compoſitum ſiue non, non pœnes hoc attenditur rei perfectio, ſed pœnes qualitatem operationis, aut dicitur ꝙ licet compoſitum includit actualem perfectionem materiæ, nō propter hoc dicitur abſolute ipſa forma perfectior, nam licet hoc aggregatum, quod eſt Deus & mundus includat actualē perfectionem mundi, quam Deus non includit, tñ non dicitur abſolute perfectius Deo, quia Deus illam mundi perfectionem includit perfectionaliter, & ſic eſt in propoſito, hoc.n. aggregatum quod eſt materia & forma, licet addat actualem ipſius materiæ perfectionem, non dicitur abſolute forma perfectius, quia perfectio materiæ continetur in forma perfectionaliter. Ad tertiam dico conſequentiam eſſe nullam, vel concedo conſequens, quia ſtat formam eſſe materia priorē perfectione, vel magnitudine, entitatis, quæ nō eſt illa prior tpe, quia nunquam fuit forma, quin tunc eſſet materia, nec econtra materia eſt aliquando, quin tunc ſit forma, cōcederem tantum hac & hac & hac forma eſſe priorem & poſſe materiam eſſe ſine hac, & ſine hac ſicq́; de ſingulis diuiſiue, non tamen ſine forma, quia hoc non intelligitur niſi collectiue, de his tamen alibi. Hæc de quinta diſputatione.

Dico autem materia quæ eſt ſecundum ſe nullatenus, neq; quid, neque quantitas, &c. Tex.cōm.8.

DISPVTATIO SEXTA

De materiæ entitate.

Num materia ſit ens.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod materia non ſit ens. Arguitur primo, quia ſubiectum generationis non eſt, vt .5. auſcultationis phyſicæ dr̃. Sed materia ſubm eſt gn̄ationis, igitur non eſt. Secundo omnis generatio eſt ex non ente, omnis generatio eſt ex materia, igitur materia non eſt ens. Maior patet .1. phyſic. quia ſi generatio eſſet ex ente, tunc res eſſet antequam generaretur. Tertio materia non eſt ens ſimpliciter, igitur eſt non ens. antecedens patet, quia tunc eſſet per ſe intelligibilis. Quarto illud, cuius forma eſt priuatio, non eſt ens, ſed forma materiæ eſt priuatio, vt dicitur ab Auer. 2. phyſicæ auſcultationis, igitur materia non eſt ens. In contrarium eſt Ariſt. in libro phyſicæ auſcultationis, & in lib. de gn̄atione, probat.n. ꝙ materia ſit per ſe principium, itemq; in .2. huius probat ꝙ eſt cauſa per ſe, & ſic ſequitur illam eſſe ens. Hæc de dubitationibus. *Cōm.13.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit materia, & quot modis capitur, diſputatione proxima patuit. Ens vero ipſum quid ſit, & quot modis dicatur, libro præſenti diximus & quarto huius. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Pō Arnaldi. De diſputatione hac variæ ſunt pōnes. Arnaldus & quidam alchimicorum dixerunt ꝙ materia, quæ græce eſt hyle conſueuit ſumi apud philoſophos nonnunq̃ pro materia compoſitionis, & ſic lapides & ligna ſunt materiæ compoſitionis domus, interdum pro materia alterationis, quod eſt ipſum corrumpendum, veluti lignum eſt materia alterationis ignis & panis eſt materia alterationis ſanguinis, & id genus. Et iuxta hoc dicunt duo. Primo ꝙ ſumendo materiam pro ipſo corrumpendo, ſic materia eſt ens, non quidem in fine generationis, ſed ante generationē ipſam. Secundo dicunt ꝙ ſumendo materiam pro materia compōnis, quæ dicitur ſubiectum, ſic in naturalibus nulla eſt, ſed in accidentalibus atque artificialibus bene eſt ens. Pro hac poſitione argui ſolet per verba Ariſ. primo de generatione, vbi dicitur ꝙ generatio differet ab alteratione, quia generatio eſt trāſmutatio totius in totum, nullo ſenſili remanēte, alteratio vero trāſmutatio eſt, ſed remanente aliquo ſenſili. Præterea .5. phy auſc. Ari. ponens differentiam inter generationem & motum, dicit ꝙ illud quod mouetur eſt, at quod generatur non eſt. modo ꝙ generatur non eſt niſi materia vt vbi exponit Auer. igitur materia ſumpta pro ſubiecto generationis non eſt ens, vt primo capite tactū eſt. Sed contra obijciunt, quia tūc oīs generatio eſſet ex nihilo, deducūt quia in generationis momento nihil ipſius corrūpendi remanet, nihil etiā generandæ præfuit, igitur ex nihilo. Sed hæc ratio nulla eſt & reſpondeo per eorū ſolutionem dicendo ꝙ productio ſiue fieri ex nihilo bifariā eſt, aut nullo præpoſito vt ſubiecto in quo & ex quo, aut nullo propoſito vt termino à quo. Modo dico ꝙ non eſt impoſsibile immo neceſſariū agens naturale agere aliqd ex nihilo, tanquam ex ſubiecto in quo, ſed agere ex nihilo tanq̃ ex ſubiecto, & termino, hoc ſolus Deus pōt, agens.n. naturale ſemper ſupponit corrūpendum ſi debeat generare, non aūt ſubiectū. Sed cōtra replicāt, qa per præſentiam corrūpendi actio agentis naturalis potius impedit, igitur ſine præſentia illius citius & melius agit. Secundo generatio non fit niſi per remotionem contrarij: igitur remoto corrumpendo generatio celerior fieret, igitur nō eſt neceſſarium ipſum corrūpendum. Sed nec hæ replicæ valent, iſta.n. poſitio ſupponit generationem oēm eſſe ſuapte natura corruptionē & omnem corruptionem eſſe generationem, nec pōt huius reddi alia cauſa, niſi qa gn̄o eſt gn̄o, & corruptio eſt corruptio. Tūc ad rationes. Ad primā concedo antecedens, & nego cōſequentiā, quia ſine prſentia illius non generaret, quia non poteſt generare, niſi corrūpat eo quia omnis generatio eſt corruptio, & ſic licet impediatur, non propter hoc ſine illo fieri poſſet. Et ꝙ hæc ſolutio ſit rationalior, patet quia mobile per reſiſtentiā medij impēditur, & tamen ſine medio nō pōt fieri motus. Et ꝓpter hoc dici pōt ꝙ ſicut duplex eſt impediēs in motu locali ſcilicet reſiſtēs & prohibens, ſic duplex pōt eſſe ipſum corrūpendum aut reſiſtēs, aut prohibēs, & ſic dico ꝙ ſine corrumpendo prohibente citius fieret, non tamen fieri pōt ſine corrumpendo reſiſtēte, ꝓ idem. Ad ſecundam dico ꝙ generatio fit per remotionem cōtrarij prohibitiui, nō aūt fieri pōt, niſi cōcurrat reſiſtens, tale aūt eſt ipſum corrumpendum: cuius reſiſtentia eſt minor potentia actiua generantis, & ſic rationes hæ nullæ ſunt hæc de defenſione primæ poſitionis, verum de rationibus contra ipſam, dicemus in dilucidatione. Plato vero in parmenide ſyllogiſmo parmenidis perſuaſit materiā eſſe non ens, & arguit ſic, quicquid eſt præter ens, & præter vnū eſt multitudo & nō ens: ſed materia eſt præter vnū, quia ꝑter ipſum Deum, qui apud eum ponitur vnitas, & præter ens, quia ꝑter decem prædicamenta, quæ tantū ſunt ens: igitur materia eſt non ens, & multitudo, videlicet dualitas, quæ magno paruoúe deſignatur. Quare iuſta Platonis ſyllogiſmum oportet fateri materiam eſſe non ens. Pytagorici ordinantes rerum ſeries duas fecerunt coordinationes,

Rō poſitionis. *Obiectio.* *Solutio.* *Replica.* *Solutio.* *Platonis poſitio.* *Poſitio Pitagore.*

nationes, bonorum quidem & malorum & in ordine malorum poſuerunt materiã & priuationem. Vnde & Ariſt. dicit ꝙ ſemper machinatur ad maleficium, & ſic iuxta hos materia eſt priuatio & malũ. Hi ſunt qui materiã collocarũt ſub non ente: naturales vero oẽs materiã fecerunt ens, immo ens in actu & aliquod quatuor elẽtorum, vt in lib. phy. dicit̃, & ſecũdo de generatione, nã alij aerem, alij ignẽ, alij aquã, & id genus. Auic. materiã dixit eſſe ens cũ naturalibus & Ariſt. amplius dixit cũ Ariſt. illam non eſſe aliquod quatuor elementorũ, verũ aduerſus Ariſt. perſuaſit materiam eſſe corpus, corpus dico extra oĩa elementa & oĩa miſta, quod ab omnibus illis eſt ſeparabile. Sed contra poſitionẽ naturaliũ & cõtra Auicennã nolo conterere tẽpus, quia copioſe in libris phyſicorũ eſt contradictum & nos ibidẽ, in lib. de generatione. Hæc de poſitionibus.

Poſitio Auicẽnæ.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO huius diſputationis non eſt difficilis, quia omnes volumus materiam eſſe ens. amplius & ipſam eſſe ens in potentia. Quod quidem materia ſit ens in potentia, Plato affirmat in Timæo, vbi ipſam vocat pãdechen, hoc eſt omni capacẽ, quia vt dicit eſt omnium formarũ receptaculũ. præterea Plotinus in lib. de materia expreſſe materiam ponit inter entia, Alcionus Platonicus in lib. de doctrina Platonica aſſerit Platonẽ non diſſenſiſſe ab Ariſt. de ipſa materia. Simplicius etiã & Themiſtius idẽ dicũt. Ariſt. materiam eſſe ens in potentia nactus fuit ex tranſmutatione. cum.n. generatio ipſa non recipiatur in corrumpendo, nec in generante, concluſit eſſe quoddã medium ſubiectũ vtriuſq; termini, quod ipſe hylam appellauit. Vnde vis de demonſtrationis Ariſt. fuit in duabus propoſitionibus, quarũ prima eſt ꝙ generatio ſit motus vel motui, Anaxa. Secunda ꝙ in omni motu oportet intelligere ſubiectũ, vt patet per diffinitionem motus. Ex his ſequitur materiam eſſe ens ſubiectum in potentia. Nam ipſum corrũpendum non poteſt eſſe ſubiectum, nec ipſum generans, igitur oportet eſſe tertium, tu vero lege viam Ariſt. lib. phyſi. nunc.n. raptim ſat eſt locum aperuiſſe. Sed quonam modo ipſa materia ſit ens in potentia, facile põt declarari. Vbi animaduertendum eſt ens in potẽtia eſſe bifariam, aut in potentia obiectiua, vt roſa nunc, aut ſubiectiua, vt ſuperficies dealbãda: verum ſm Ariſto. qui non poſuit creationẽ, idẽ eſt ens in potentia obiectiua, & ſubiectiua, materia.n. vt reſpicit formam per agẽs ipſum deducibilẽ dicitur eſſe in potentia obiectiua, vt autem reſpicit agens abſolute, vt ſic eſt in potentia ſubiectiua, qua fit ab agente paſſiua. Cũ.n. forma ſit obiectum & intentum agentis, materia vt reſpiciens illam poſſe deduci, dicitur eſſe in potẽtia obiectiua. Sed cum reſpiciat agens per potentiam paſſiuam, reſpectu agentis eſt in potẽtia ſubiectiua, materia igitur eſt ens, & ens in potentia quouis modo intelligendo. Ad hunc ſenſum Iamblicus in lib. de ſetta pitagorica Platonem cum Ariſt. cõciliat, nam ens apud Plato. põt ſumi quẽadmodum apud Ariſt. pro oĩ eo quod contra nihil diſtinguit̃, & ſic materia ſub ente continetur, & vnitas, & dualitas, & omne quod non eſt nihil. Alio modo pro ente diuiſo in decẽ prædicamenta, quod quidẽ ex prima proficiſcit̃ vnitate, & hoc pacto materia nõ eſt ens. nec valet materia, non eſt ens prædicamẽtarium, nec vnũ, igitur eſt nihil. Nã cadit ſub multitudine hanc poſitionem etiam Ariſt. nõ negat. In.5.n. huius, ita inquit. per ſe autem ea dicuntur eſſe, quæ prædicamenti figurã ſignificãt. tot enim ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſa dicuntur. præterea in hoc.7. ita inquit. materiam autem eã dico quæ neq; eſt quid per ſeipſam, neq; quantum, neq; aliud quicquam eorũ dicit̃, quibus ipſum ens diffinitur, ecce qũo materiã non reponit ſub ente prędicamentario, conſtat aũt apud Ariſt. ipſam non eſſe nihil, quo fit vt Ariſt. ita cogatur dicere de ente, veluti & Plato, videlicet ꝙ duplex eſt ens ſimpliciter, quod contra nihil diſtinguitur, & ꝙ in decẽ diuiſum eſt prædicamenta, & hoc modo cogitur ponere materiã non ens quia nõ ens prædicamentarium & ens, quia non nihil. non igitur Plato aliud ſentit ab Ariſto. vt recte Iamblicus affirmat, & Simplicius docet. Sed cum ſit determinatum materiam eſſe, ens & quale nam ens, reſtaret diſputare ſi materia habet entitatẽ aliã à priuatione & forma ſimpliciter abſolutam, ac independentem, amplius de illius vnitate, & alia mulia, quæ quia in.1. libro phyſicorum ſatis copioſe diſputauimus contra exteros, nũc volumus ꝑtermittere, ne videamur implere libros inaniter. Hæc de dilucidatione.

Conſilium Pla. & Ariſt.

Te. com. 14. Te. c. 8.

Lege tex. com. 58. de hac re.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis ad rationes. Ad primam Auer. ibi ſoluit ꝙ Ariſt. inter motum & generationem hãc vult eſſe differentiam, ꝙ ſubiectũ motus ſit ens in actu, ſubiectũ vero generationis non ſit in actu, ſed ſolum in potentia. Et ſi replicares ꝙ etiam ſubiectũ motus ſit ens in potentia, quia motus eſt actus entis in potentia tanq̃ ſubiecti, vt dicitur in diffinitione motus, dicerẽ ꝙ motus eſt actus entis in potentia ſm quid, quia non ad eſſe ſimpliciter, at generatio eſt actus entis in potentia ſimpliciter, quia materia eſt in potẽtia ad eſſe ſimpliciter, qd eſt ſubſtantia, vel dicerem ꝙ motus eſt actus entis in potentia, & generatio actus entis in potentia. Sed differt quia motus eſt actus entis in potentia formaliter, cõcomitanter vero entis in actu, quia licet mobile vt mobile ſit in potentia, cõcomitat̃ tamen ipſum eſſe in actu, at generatio eſt actus entis in potẽtia & formaliter & cõcomitanter, quia ſubiectũ generationis non debet eſſe actu nec formaliter nec cõcomitãter. Ad ſecũdam concedo ꝙ materia ſit nõ ens actu quia generatio eſt ex nõ ente actu, tñ cum hoc ſtat ipſam eſſe ens in potentia. Ad tertiam concedo materiam non eſſe ens ſimpliciter quod idem eſt ꝙ eſſe ens in actu, tamen eſt ens ſm quid quia in potentia. Ad quartam ſoliti eramus exponere illum locum, intelligendo per priuationẽ, formam corporis, tamẽ dici põt ꝙ priuatio eſt quaſi forma materiæ, quia inſeparabils à materia, nec intelligit aliter vt patet per verba eius, per hæc ad rationes pro opinione Arnaldi. Quidã dicunt generationẽ eſſe mutationẽ totius in totũ categorematice, nõ aũt ſyncategorematice, qa mutatur totũ in totũ, nõ aũt quælibet pars in quãlibet partẽ. Sed hæc ſolutio, an ſit peripatetica, ignoro. ꝓpea tutius dicerẽ verba Ariſt. in.1. de generatione hæc eſſe, cũ autem totum tranſmutat̃, nullo ſenſili manente tanq̃ ſubiecto eodem ſed veluti ex ſtirpe tota ſanguis, vel ex aqua, aer, vel ex aere toto aqua, eiuſmodi gñatio erit illius, vero corruptio. Hæc Ariſt. Vbi patet ipſum velle generationem eſſet tranſmutationẽ totius in toto nullo ſenſili remanente tanq̃ ſubiecto eodẽ in actu. Modo licet materia maneat, non eſt ſenſile idẽ actu: vt patet per ea quæ dicit, & ſic verba Ariſt. nõ ſunt contra determinata. Scďa eiuſdẽ rõ ſoluta eſt, hęc pauca de entitate materiæ, nam diligentius in libro phyſicæ auſcultationis rem hanc reperies. Hactenus de ſexta diſputatione.

Vtrum

Vtrum autem idem eſt aut alterum quodquiderateſſe, & vnumquodque perſcrutandum eſt &c. Tex.cõm.20.

DISPVTATIO SEPTIMA
De quodquid erat eſſe.

Num quodquiderat eſſe ſit idem ei,cuius eſt.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Cõm. QVod ipſum quodquideſt non ſit idem ei cuius eſt quodquideſt, Arguitur primo, quia Ariſt.3. de aĩa expreſſe ait eſſe carnis eſſe aliud à carne, & eſſe magnitudinis eſſe aliud à magnitudine. vbi Auerro.& Expoſitor:& Them. & Simplicius per carnis eſſe & magnitudinis eſſe intelligunt quodquideſt. Secundo Ariſtò.in hoc.7.ait non eſſe idem ipſum quodquideſt, (Cõm.41.) cum eo cuius eſt quodquideſt in cõceptis cum materia vt patet per Auer.ibidem. Tertio tunc ipm̃ quodquideſt eſſet gñabile veluti id cuius eſt quodquideſt. Quarto ſi ipſum quodquideſt, eſt idem cum eo cuius eſt tunc ipſius quodquideſt eſſet quodquideſt, & ſic in infinitũ: deducit conſequentiã Auer.huius.7.vide. Quinto apud Auer.vt dicemus ſola forma eſt rei diffinitio, diffinitũ (Cõm.21. Cõm.40. Cõm.9.) vero compoſitum hñs formam, vt patet in hoc.7.& 8. metaphy. Sed forma differt ab habente formam veluti pars à toto, igitur quodquideſt & ipſum cuius eſt quodquideſt, nõ ſunt eadem. In oppoſitũ ſunt Ariſt.& Auer. cõm.20.& 21. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVODQVIDERATESSE ſiue quodq̃deſt quod græce eſt τὸ τί ἦν εἶναι vniuſcuiuſq; rei, ꝓpria eſt illius diffinitio. Diffinitio vero greçe eſt horos, latinæ finitio, ſiue diffinitio. dicitur quidẽ finitio, quia in ipſam ſtat cuiuſq; rei diffinibilis reſolutio, dicit̃ vero quodquiderat eſſe rei, quæ diffinitur pro quanto eſt illius principium, quæ cum ipſum diffinitum præcedat tanquã illius principium, iure quodquiderateſſe dicitur & per p̃teritũ, vt notaretur ordo prioritatis illius ad diffinitum, ipſa vero diffinitio ſiue ipſum quodquideſt, põt interdum ſumi pro enunciatione diffinitiua, vt in lib. Poſter. Ariſto. enumerauit ipſam iter propõnes ĩmediatas, & põt ſumi pro prædicato cõuerſim de diffinito ſ̃m eſſentiã illius, vt in lib.topi.docet Ariſt.hic aũt audiatur pro p̃dicato diffinitiue enuntiationis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

(Põ attributa Tho.Egidij.) QVIDAM de mente Expoſitoris, & de mente Egidij hic ſupponunt duo quorũ primum eſt ꝙ ipm̃ quodquideſt ſubſtantia eſt per ſe dicta ſ̃m rõnem. Secundũ ꝙ ſolæ ſubſtantiæ habent quodquideſt. Primum deducunt ex diffinitione ipſius quodquideſt, hoc pacto, prædicata in quid ſunt talia per rationem, quodquideſt vel eſt collectum ex prædicatis in quid, vel ipſa p̃dicata in quid, igitur ipſum quodquideſt ſubſtãtia eſt per rõnem. Secũdum declaratur, quia ſole ſubſtantiæ habent intellectum completum per terminos ſui generis, accñtia.n. ſemper dependent ad ſubm̃: igitur ſolæ ſubſtantiæ hñt per ſe & proprie quodquideſt. Ex his tenent tres concluſiones. Quarum prima eſt ꝙ ipſum quodquideſt idem eſt cum eo cuius eſt quodquideſt, patet per Phm̃ in litera. Secũda in his quę per accñs dicuntur, quodquideſt non eſt idem cũ eo cuius eſt. patet hæc cõcluſio per rõnem Ioan. quia ea quę dñr per accñs, vt homo albꝰ non hñt quodquideſt, igitur ipſum quodquideſt nõ eſt idẽ illis: veluti hyppocẽtaurus nulli eſt idẽ, quia non eſt, vel per rationem Ariſto. in textu, ſi nãq; ipſum quodquideſt hominis albi eſt idẽ illi ꝑ accidẽs dicto, vel hoc erit idẽ tam albo q̃ homini, vel albo, & non homini, vel homini & non albo. Non idẽ vtriſq;, quia tunc illa eſſent eadem inter ſe, & ſic nõ eſſent vnũ ꝑ accidẽs, ſi vero alteri illorũ, quoduis ponat̃, nõ erit idẽ alteri illorũ, & ſic non idẽ illi toti. Tertia concluſio ipſum qdꝫquideſt nõ eſt idẽ ſingularibus. deducũt, quia ſingulariũ nullũ eſt quodquideſt, niſi ratione ſpeciei, igit̃ nullũ eſſe põt illi idem. Hæc de mente Thomæ, & Egidij cõiter tenent̃.

(Obiectiones.) Sed his obijciunt. & primo contra ſuppõnem. Secũdo cõtra tertiã cõcluſionẽ. Cõtra ſuppoſitionẽ quidẽ, primo quia ipſum quodquideſt per rationẽ eſt. ſed vnũquodq; diffinibile formaliter eſt ſuo quodquideſt, igit̃ vnumquodq; diffinibile erit per rationem, & hoc modo vnũquodq; tale per ſolã conſiderationẽ intellꝰ erit tale. Secũdo per verba Ariſt. quia ait ꝙ ipſum quodq̃deſt, dicitur ſubſtantia ſinguli: ſi igitur qdꝫquideſt ſubſtantia eſt ſ̃m rõnem, tunc ſingulum eſſet ens rationis. Tertio prior eſt rei ad rem idẽtitas ſ̃m rem q̃ ſ̃m rõnẽ, igit̃ homo antequã conſideret̃ ab intellꝰ eſt idem ſuo quodquideſt. Quarto arguunt Iuniores, & ſyllogiſmus eſt principiũ demonſtrationis eſt reale: diffinitio ſiue quodquideſt, eſt principiũ demonſtrationis, igit̃ eſt reale. minor nota eſt apud oẽs. & maior multipliciter declaratur: tum quia principiũ demonſtrationis eſt cauſa ſcientiæ, quæ eſt effectus realis, tum ſecundo quia principium demonſtrationis mouet, vel ſaltẽ primariæ terminat actũ intellꝰ, quia ab eo menſurat̃ actus intelligendi, tum per alias cauſas. Cõtra cõcluſionẽ vero primo, quia quodquideſt non eſt niſi ſubſtantiæ, ſed ſingularia ſubſtantię ſunt maximæ ſubſtantiæ, igitur maximę illarum eſt quodquideſt, & ſic idem illis. Secũdo accipio illud quod prima ſubſtantia addit ſpeciei, vel facit vnum cum illa natura ſpeciei per ſe: vel per accidẽs, ſi ꝑ accidẽs, igit̃ ſubſtantiæ primæ nõ eſſet per ſe generatio, quia terminus eſſet aggregatũ per accidẽs. Si aũt facit vnũ per ſe cũ natura illa ſpecifica, tũc illius congregati ex natura ſpecifica & illo addito indiuiduali erit ꝑ ſe diffinibile, quia per ſe ens. Hęc illi.

(Defenſio.) Sed quicquid ſit de veritate rei in ſe, hæc duo in quibus hi reprehendunt Thomã & Egi. bene intellecta ſunt veriſsima, nã (vt ex verbis doctiſsimi Egidij clare habet̃) illud collectũ qdꝫ eſt quodquideſt, vtpote ħ collectum aĩal rõnale qdꝫ eſt quodquideſt hoĩs fieri ab intellectu põt intelligi aut ꝙ intellectus faciat aĩal & rõnale, aut ꝙ intellꝰ colligat illa duo & faciat ea partes illius collecti. Primo modo nec Tho. nec Egid. diceret, nullus enim ita temere diceret ꝙ ſi diffinimus hominem per animal rõnale, nos faciamus animal & rationale vel hominẽ eſſe aĩal rationale, nam ſiue colligamus illa ſiue nõ in re, ſunt animal rõnale, & homo eſt animal rõnale. Secundo modo oẽs dicerẽt. nam niſi nos diuiſione & cõpoſitione, vt docet Ariſt. illa colligeremus in vnũ, nũquam ſciremus illud collectũ aĩal rõnale eſſe ipſius hoĩs qdꝫquideſt, & ꝑpea ſapide inquit Egi. aĩal rõnale eſſe partes rationis: non quidem ꝙ fiãt à ratione abſolute, quia in re ſunt, ſed à rõne fiunt partes diffinitionis & ipſius quodquideſt. Ex his ſequitur eſſe paralogiſmum ſic arguere animal rõnale ſunt in re, igitur partes ipſius quodquideſt non fiunt à ratione, quia aĩal rõnale vt ſunt partes rationis colligunt̃ à rõne, & fiũt partes ipſius quodquideſt à rõne. Albificans.n. facit parietẽ albũ, nõ tñ parietẽ. Sic intellꝰ facit & aĩal rõnale partes ipſis quodq̃deſt, non

non tamen facit aĩal rationale. Secundo ſequiť ꝙ collectum illud aĩal rõnale pro re pro qua ſumunť termini illi aĩal rõnale, nõ fiunt à rõne, ſed vt ſunt partes collecti, ſunt à rõne. Tũc ad primã dico ꝙ maiorem qđ ipſum quodqdeſt pro re ſignata non eſt à rõne, ſed bene pro collecto ſignante, & hoc mõ diffinibile, nõ eſt ens ſuo quodquideſt ſumpto pro ipſo collecto ſignificante, ſed pro ipſo collecto ſignificato. Per idẽ ad verba Ariſto. Ad aliã cõcedo ꝙ prima idẽtitas eſt rei ad rẽ: & de illa loquunť Tho. & Egi. cũ.n. dicũt qđquideſt eſſe idẽ ei, cuius eſt intelligũt ipſum qđquideſt pro re ſignificata vt dixi. Et ꝑ idẽ ad vltimã iuniorũ, cõcedo.n. principiũ demõſtrationis & ipſum quodquideſt eſſe reale pro re ſignificata, pro collecto ſignãte eſt à rõne. Hæc de primo. Ad rõnes cõtra ſcđm dico ꝙ iniuſte cõtradicũt, qa fundamẽtũ Tho. & Egidij eſt ꝙ oẽ indiuiduum ſubſtantiæ ſit aggregatũ per accñs, & ſic illius non eſt diffinitio niſi rõne ſpẽi. Tunc ad primã dico ꝙ diffinitio cõpetit ſubſtãtiæ rõne qua ſubſtantia eſt & vlis, modo primæ ſubſtãtiæ nõ ſunt maximæ vlẽs, vel cõpetit ſubſtantiæ rõne qua ſubſtãtia ꝑ ſe vna, & qa nulla eſt ꝑ ſe vna verius ipſa ſpecie, ideo ſoli ſpẽi cõpetit primo. Hæc.n. eſt declaratio Ariſt. in tex. Ad ſcđam dico ꝙ indiuiduũ ꝑ ſe generať, & tamẽ eſt aggregatũ ꝑ accñs, qm̃ motus eſt vnus rõne termini formalis, & nõ ratione termini totalis, modo licet indiuiduũ ſit ꝑ accidẽs vnũ, tamẽ forma eius eſt ꝑ ſe vna, & rõne illius attenditur vnitas generationis, & motus ꝑ ſe. Hęc dici pñt ꝓ Thoma & Egidio, verum quia nõdum patet dilucidatio, ideo ad põnem eorũ deueniamus. Alij ꝑmittũt quatuor diſtinctiones. Prima eſt ꝙ idẽ põt cõcipi diſtincte & confuſe, cõfuſe quidẽ concipiť aliquid cũ ꝑ nomẽ ſignificať, diſtincte vero cũ ſignificať ꝑ diffinitionẽ. vel ſub alijs verbis confuſe aliquid ſignificať, cũ per vnũ ſignificať nomẽ, qđ totũ eſſentiale ſignificat, diſtincte vero cũ ꝑ plura noĩa ſignificãtia partes illius totius ſignificati, veluti illa res quæ eſt homo, cũ ſignificať ꝑ hoc nomẽ homo, qđ totum eſſentiale hoĩs ſignificat, cõfuſe cõcipiť, cũ vero illamet res ſignificať ꝑ aĩal rõnale, quę ſignificant partes illius totius diſtincte cõcipiť. Ex his ſequiť ꝙ diffinitio quodãmodo reſoluit miſtũ in elementa, vt dicit Auer. 1. phyſi. Secunda diſtinctio eſt ꝙ ſicut forma põt ſumi dupliciter, pro forma totius & forma partis. ſic materia eſt duplex, videlicet, totius, & partis, forma quidẽ partis eſt vt aĩa rõnalis, forma totius humanitas, materia partis altera pars hominis, materia totius eſt hecceitas apud hos, quæ quia correſpõdet formæ totius & contrahit illã ad eſſe hoc, diciť materia totius, vnde quẽadmodum ex materia partis & forma cõficiť cõpoſitum quoddã, ſic ex forma totius & materia totius cõficiť indiuiduũ quidditatiuũ. Tertia diſtinctio eſt ꝙ eorũ quæ ſunt, quædã ſunt ꝑ ſe, quædã ꝑ accidens: per ſe ſunt decem genera & oẽs ſpẽs illorũ, & oĩa indiuidua, quę ſunt per ſe in genere, ꝑ accidẽs ſunt quæ includũt res diuerſorum generũ: ſiue vno, ſiue pluribus noĩbus appellentur, noĩantur aũt vnũ noĩe, albũ & nigrũ, pluribus vero homo albus, & lapis niger. Quarta diſtinctio eſt ꝙ diffinibilia quædã ſunt ꝑ ſe prima vt ſpẽs, quædã ꝑ ſe ſecunda, vt indiuidua ſpecierũ, quæ abſtrahũt ab exiſtentia & accidẽtibus, quædã ꝑ accidẽs, vt quæ circuncernũt exiſtentiã & accidẽtia. Tũc tenẽt duas cõcluſiones. prima eſt in his entibus quæ ꝑ ſe dicunť ſiue ſint ſubſtantiæ ſiue accidẽtia idẽ eſt qđquideſt, & ipſum diffinibile. Secũda in his entibus quæ ꝑ accidẽs dicunť ſiue ſint ſubſtantiæ ſiue accidẽtia, qđquideſt nõ eſt idẽ cũ eo cuius eſt quodquideſt. Primã deducũt per rõnes in textu. Primo quidẽ, quia ſingulũ nõ videť aliud ab eius eſſentia: at diffinitio eſt eſſentia. Secundo quia ſi non eſſet idem rei, res nõ eſſet ſcibilis, quia ſemꝑ in illa eſſet prætermiſſum aliquid rei. Tertio quia tunc nullũ ens eſſet formaliter ens ſua eſſentia, ſiue diffinitione, qa ſemꝑ reſtaret aliqd quo illa res eſſet. Quarto ſit B quodquideſt ipſius A vel B includit. pręciſe idẽ quod A vel plus, vel minus, non minus, vel plus, qa nõ eſſet propriũ, igiť idẽ præciſe. Scđam vero probãt ꝑ li quia entia ꝑ accidẽs nõ habẽt quodquideſt, igiť quodquid eſt in illis nec idẽ nec diuerſum. & ſic non idẽ. Hæc illi Iuniores metaphyſici corrigũt hos in his quatuor diſtinctionibus. dicũt.n. ꝙ prima diſtinctio eſt falſa, eo quia potius diffinitio dicit cõceptũ confuſum, quia dicit conceptũ generis, ꝑ quẽ ſpẽs confuſe cõcipiť, ſpẽs vero concipiť diſtincte in ſe. Sed in hoc non iuxte cõtradicũt, eſt.n. hæc diſtinctio. Auer. 1. phyſi. vbi ait ꝙ diffinitio reſoluit in partes, diffinitum vero cõfundit partes, propterea dico ꝙ duplex eſt cõfuſio ſubiectiua, & eſſentialis, diffinitum eſt confuſum eſſentiale, quia totũ eſſentiale reſolubile in partes eſſentiales, genus eſt confuſum ſubiectiuũ, quia continet ſub ſe plures partes, & ſic ſpẽs dũ reſoluiť in partes eſſentiales diſtinctæ cõcipiť, dũ ꝑ nomẽ ſpẽi cõcipitur, qđ ſignificat illud totũ cõfuſe cõcipiť. Secundo corrigunt eos in ſecũda diſtinctione de illa duplici materia. Primo quia fundamentũ diſtinctionis eſt falſum, nam materia & forma non ſunt relatiua, cũ ſint res abſolute vt ipſimet exteri fateñť, aliter materia nõ poſſet eſſe ſine forma, quia eſſet relatiuum ad formã. Et licet. 2. phy. dicať materiã & formam dici ad aliquid & Auer. dicat ꝙ ſunt in capitulo relationis, per relationẽ intelligit determinationẽ ſiue habitudinẽ, vt patet per verba eius illic. pręterea ſi fundamentũ eſſet verũ, tunc materia diceret multifariã, nã alia eſſet materia ↄpoſita formæ partis aliæ formæ ꝑ ſe ſubſiſtẽti, alia oppoſita quidditati, mõ ab Ariſto. non inuenimus materiã eſſe ſumptã niſi pro materia partis vel pro ſubiecto. Tertio mirabile eſt ꝙ materia ſit proprietas indiuidualis, cũ ſm̃ ꝑipateticos ꝑter materiã & formam in indiuiduo nihil eſt niſi accidẽs, de quo in. 5. huius. Et certe in h̃ iuxte reprehendũt, quia apud Auer. forma partis & forma totius idẽ ſunt vt patet. 7. huius, vbi dicit ꝙ rectũ & forma recti idem ſunt, ſic hõ & forma hoĩs, mõ hõ eſt forma hoĩs, & forma hoĩs eſt homo, vt dicemus, reprehendunt præterea illos in tertia diſtinctione, nõ quãtũ ad diſtinctionem, ſed quantũ ad applicationẽ eo qa illi volunt albũ eſſe aggregatũ ꝑ accidẽs, cũ tñ ſolã qualitatẽ ſignificat vt dr̃ in ꝑdicamentis, & in h̃ recte ſentiũt: qa Auer. voluit in. 5. huius cõtra Aui. ꝙ albũ ſolã qualitatẽ ſignãt, licet ſupponat ꝓ corpe, albedo vero ſignãt qualitatẽ, tñ nõ põt ſupponere pro corpe vt dicemus. Reprehẽdũt vltimo quartã diſtinctionẽ & iuxte nõ quidẽ quãtũ ad mẽbra, ſed quo ad applicationẽ. Primo quia indiuiduũ abſtrahere ab exiſtẽtia eſt nõ eſſe indiuiduũ apud pĥos, nã abſtrahere ab exñtia eſt abſtrahere à rõne cõtingẽtię & ſic eſt effici vlẽ. Præterea illa abſtractio vel eſt ꝑ intellectũ vel ꝑ aliquẽ ſenſuũ. ſi ꝑ intelľuũ, igitur eſt vlis, qa intellectus ↄcquid abſtrahit, abſtrahit ab hic & nũc, non per ſenſum, quia ſenſus omne quod comprehẽdit, comprehendit vt exiſtens. Hæc ad illos.

Pō aliorum. 1. diſtinctio. | Cõm. 5. | Quarta | Correctiones. | Cõm. 5. | Cõm. 26. | Cõm. 36.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione vtemur aliquibus diſtinctioni- Diſt. 1.

bus logicorum,& alter illas applicabimus. Prima igiť diſtinctio fit ꝙ idem pōt concipi confuſe, vt cum per nomen ſignificans ſpēm ſignificatur,& diſtincte,cū per noīa ſignificantia partes ſpēi,vtpote genus & drīam,pa tuit hæc ex dictis. Secunda diſtinctio eſt ꝙ entium q̄-dam ſunt per ſe, quædā per accn̄s,per ſe ſunt, quæcūq; figuram alicuius decem prædicamētorum ſignificant, vt dicit Ariſto.5.huius vt hō & animal,in prædicamēto ſubæ,album & color in prædicamento qualis per accn̄s vero quæcunq; aggregant naturas diuerſorū generū,vt homo albus, & hic hō, & id genus. Tertia diſtō eſt ꝙ diffinibilium,quoddam eſt per ſe primum,quoddā per ſe non primum,quoddā per accn̄s diffinibile per ſe primo eſt forma vt ſignificatur per nomē ſpēi vt homo,& vl'iter oīs ſpēs,& album, & nigrum in gn̄e qualis, & vl'r oīs forma,quæ ꝑ nomē alicuius vl'is ſignificatur, per ſe non primo eſt compoſitum habens formam, in genere ſubæ quidem eſt compoſitum humanum,in gn̄e qualitatis non dicatur, quia illa compoſitio quæ eſſet in illis eſt per accn̄s,& ſic non eſt vnum per ſe quod eſt ſuba & accidente fieret, per accn̄s autem eſt oē indiuiduū generis ſubæ. Sed occurres primo in quo differt ſpēs & compoſitum ſpecificum vt hō & compoſitum humanum:item nōne differt homo & humanitas? igr̄ hō eſt compoſitum. Tertio in quo differt album:& albedo, & corpus album, propterea ſit. Quarta diſtinctio ꝙ noīum vl'ium, quæ ſignificant aliquid cōe,quædam ſignificant cōem formā & nec ſignificant indiuidua com poſita nec protenduntur ſiue ſupponūt pro indiuiduis compoſitis,vt albedo & humanitas, non.n.hoc album eſt albedo,nec hic hō eſt humanitas,quędam ſignificāt cōem formam & non indiuidua cōpoſita, bene tn̄ ꝑtenduntur ſiue ſupponunt pro indiuiduis compoſitis, vt homo & album,nam hic homo eſt, & hoc album ſiue hoc corpus album eſt album,quędam ſignificant nō formas cōes,ſed ſingularia ſub cōceptu confuſo & ſupponunt ꝑ illis vt in ſubſtantia aīal corporeum,humanū & id genus, compoſitum.n.humanum nihil ſignificat niſi ſingularia licet ſub quadam confuſa rōne intelligē di.Ex his ſequitur drīa horum,& patet quid ſit diffinibile primum & per ſe,eſt.n.diffinibile primū & per ſe ſpēs vel vl'e ſiue forma vt ſignificatur per nomen ſpeciei cōis vt homo, & album, & id genus,non aūt humanitas vel albedo,nec humanum vel aīale,diffinibile ꝑ ſe nō primo eſt ſingula re vt ſignificatur per nomē cōe. Diffinibile per accidēs ſingulare vt ſignificatur per nomē ſingulare.Quibus notatis, de mente peripa.ſit hæc ſuppoſitio,videlicet,ꝙ quodquideſt nihil aliud eſt niſi forma,vt per noīa generis & differētię diſtincte ſignificať, patet hæc concluſio per diſtōnes,vt dicemus in hoc 7. nam declarabimus ꝙ materia non eſt pars ipſius quodquideſt,ſed ſolum apparens pars, proprie.n.diffinitionis ſiue ipſius quodquideſt partes ſunt partes foræ vt.5. huius dicitur,& propterea forma ipſa vl'is quęuis vt per genus & drīam explicatur.eſt quodquideſt.Hæc ſuppō pro nunc habeatur, quia poſtea probabitur. Tunc de mente Auer.& Ariſto,ſint iſtę concluſiones.Prima diffinibile ꝑ ſe primo & qđquideſt eius idē ſunt & non differunt niſi per diuerſum modum concipiendi. probať per ſuppoſitionem, quia diffinibile eſt ipſa forma, vt ꝑ nomen ſpēi,vel generis, vel alicuius vl'is confuſæ concipitur.diffinitio eſt ipſa forma, vt per nomen generis & drīæ diſtincte ac reſolute cognoſcitur,igitur diffinibile per ſe primo & quodquideſt idem ſunt pœnitus,& ſolum differunt ſm̄ diuerſam rōnem cōcipiendi. Scđa concluſio diffinibile per ſe non primo vt ſingulare cōpoſitum apprehenſum confuſe ſub ratione vl'is differt à diffinitione ſiue ipſo quodquideſt,vt cōpoſitū habēs formā ab ipſa forma.probatur, quia tale diffinitum eſt habens formam,quodquideſt vero eſt forma, vt dictū eſt:igitur differunt dicto modo.Tertia concluſio diffinibile ꝑ accidēs vt compoſitū ſingulare diſcrete apprehenſum differt ab ipſo quodquideſt,vt cōpoſitū habēs formā à forma & vt aggregatū ꝑ accidens ab altera parte.patet quia ſingulare ſingulariter ſumptum eſt compoſitum & congregās accidentia,igitur vtroq; modo differt.Ex his ſequitur ꝙ entia per accidēs vt homo albus,& id genus non habent quodquideſt,niſi per accidens rōne alterius partis & per cōſequēs ipſum quodquideſt nō pōt eſſe idē eis niſi ratione partis. Sequiť ſecundo ꝙ in entibus per ſeipſum quodquideſt & diffinibile non ſunt idem niſi primo modo: vt ex cōcluſionibus patet,vtrum vero materia ſit pars ipſius quodquideſt poſtea dicetur. Hæc de dilucidatione.

Margin notes: Dubitatio. Solutio. Suppoſitio. Cōm.30. 1.Concluſio. Secunda. Tertia. Excerptum. Secundum.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis.Ad primam dico ꝙ Ariſt.per carnem & magnitudinē intelligit compoſitum, quod eſt diffinibile per ſe non primū, vt patet per Auer.ibidem. Per idem ad ſecundam. loquitur enim de compoſitis quę ſunt diffinibilia per ſe non primo. Ad tertiā conceditur per accidens ratione indiuiduorū, in quibus eſt, nō autē per ſe. Ad quartā dico ꝙ ſequereť illud,quando nec re nec diuerſo modo concipiendi differret. Et propterea ipſius qđquideſt non eſt rurſus aliud quodquideſt. Ad quintam patet ſolutio ꝑ dilucidationem, loquitur.n.ipſe de diffinibilibus per ſe nō primo. Hæc de ſeptima diſputatione.

Quædam enim & illic eadem & ex ſpermate fiunt & ſine ſpermate.&c. Tex.cōm.23.

DISPVTATIO OCTAVA
De genitis ex ſemine & putri materia.

Num eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeāt.

PRIMVM DVBITATIONVM CAPVT.

QVod non arguunt. Primo quia materię ſpecie diuerſa arguūt formas ſpecie diuerſas. Sed materia ſeminalis & materia putris differunt ſpecie,igitur & formæ ex his deducte. Secundo quæ caſu prodeunt differunt ſpecie ab his quæ per ſe fiunt. Sed quæ ex putri exoriuntur materia, caſu prodeunt, quæ ex ſemine,ſunt per ſe intenta,igitur differūt ſpecie. Tertio alterationes differunt ſpecie, vt alteratio ad formā ex ſemine productā,& alteratio ex putri materia, vt patet,igiť termini differunt ſpecie,& ſic formæ erūt diuerſę.In contrariū videť Pħs in textu qui dicit eadem fieri ex ſemine,& ſine ſemine. Hęc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ ea aīalia dicunť ex ſemine oriri,quæcunque ad ſui generationem requirunt particulare agens vniuocum,vt homo & æquus, & id genus vt.12.huius colligitur,quæ vero generantur,& non ab agente vniuoco,hæc dici poſſunt fieri ex putri materia,vel à caſu,vt dicemus,eſt igitur quæſtio ſi eadē ſpecie animalia poſſunt fieri ex ſemine,& ab ipſa putri materia. Hæc pauca de titulo. Cōm.13.

CAPVT

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Com.46. RES iſta eſt diligenter diſputata.8.lib.phy. vbi rationes Auer.& opinionem eius explicaui, verũ nunc de hac diſputatione quædã tangemus ad vtilitatẽ audientium. Euripides itaq; poeta tragicus Anaxagoræ phyſici auditor ait, in illa mundi confuſione, ꝙ cum terra mollis primum ſolis ardore denſior euaſiſſet, putredines nõnullæ tenui cõtente pellicula excitatæ erãt, quæ eruptæ tandẽ ab illa colluuie, varias aĩaliũ formas æderent: quorum ea quæ maiorẽ calorẽ ſortitã eſſent in ſuperiorẽ regionẽ volatilia abierũt: ſicciora aũt & grauiora ſerpentia ac terreſtria euaſerũt aĩantia. Terra deinceps tum ſolis ardore, tum ventis arefacta mutua commiſtione ſenſuũ pfectiora generanť. Huius opinionis etiam Empe. clariſsime eſſe diciť, qui pariter cũ Euripide chaos fattitat: Ari. quoq; peripateticorũ princeps in 2. politi. lib. hanc põnem videť manifeſtiſsime profiteri, dũ inquit putandũ eſſe priſcos illos hoĩes ſiue ex terra genitos, ſiue corruptione aliqua ſeruatos ſiť fuiſſe ignaros, & imprudẽtes, hanc opinionẽ in extremo defendit Aui. qui tenet omne idem animal ſpẽ poſſe fieri ex ſemine, & ex putrefactione, vt hoĩes, & mures & id genus. Pro hac poſitione ſunt rõnes. Prima ſumiť ex eo codicillo, quem de diluuio cõſcripſit. ꝓbauit.n. Auic. in illo libro poſſe ex concurſu ſtellarũ eſſe vle diluuiũ, vbi omne ſup terra diluit. Huius opinionis ſunt aſtronomi præcipue Albumaſar eo libro quẽ de cõiunctionibus magnis cõſcripſit, vbi ponit fuiſſe diluuiũ vle ſup vniuerſam terrã, proueniſſeq; à concurſu Saturni & Iouis in quartadecima parte cãcri, quæ cõiũctio ſm eius ſupputationẽ præceſsit diluuiũ annis. 287. licet apud Haomarũ pceſſerit annis. 279. fuitq; tale diluuiũ vle ante Chri geniturã annis circiter tribus. 1381. diebus. 200. horis circiter. 8. & ſic nõ tm̃ vle diluuiũ eſſe poſe profitenť aſtronomi, ſed fuiſſe de facto, tunc ſic in hoc vli diluuio oẽ genus diluit, vel igiť ppetuo remãſerat, & hoc eſt cõtra ſenſum, vel fuit reparatũ, & ſi reparatũ non videť niſi vi ſtellarũ, & nõ alio mõ, quare oportet profiteri oẽ aĩal poſſe idem ſpecie ſemine & putrefactione fieri. Pro hac põne Iuniores ſolent arguere. Primo quia quodlibet aĩal eſt ad elemẽta immediate reſolubile, igitur ex elementis ſine omni alio immediate generabile. Secundo ſtellæ & elementa ſufficiunt pro corruptione cuiuſq; viuentis, igitur pro gñatione, non enim videť maior rõ de vna ꝙ̃ de altera. Tertio quicquid põt virtus inferior cum inſtrumento, poteſt ſuperior ſine inſtrumento, igitur quicquid põt homo cum ſemine, poſſunt ſtellæ ſine ſemine. Quarto Hermes magnus in omni diſciplinarũ genere ait nullum eſſe in terra animal nec arenarũ granũ, quin propriũ in cœlo non obtineat ſydus ſuſcitãs ad eius incremẽtũ, igitur vnũquodq; fieri poteſt ſuo ab ſydere. alias rationes lege in. 8. phy. propter rationes has fatetur Auic. omne idem aĩal ſpecie poſſe ſemine & ſine ſemine generari, qua ratione fateť matricẽ, ſiue vuluam non eſſe generationi, neceſſariam, ſed illi conuenientiorẽ, & hac ratione animalibus dixit fuiſſe tributa inſtrumenta generationis. Concedit vero Aui. facile hanc poſitionem, quia vult aliud eſſe agens creãs formas & aliud diſponẽs, & propterea ait ꝙ cum in materia eſt diſpoſitio conueniens per actionem ſolis & ſtellarũ inducta, tunc Colchodea creat formas, & ſic poteſt idem animal fieri ſemine & ſine ſemine ab eodem agente, non aũt ab eodẽ diſponente. Sed contra hoc fundamentum obijcit Auer. in hoc ſeptimo dicẽs: ſi aliud eſſet agens diſponẽs & aliud generans formam, tunc generatum non eſſet vnum in actu. conſequentia tenet, quia ſicut actio agentis debet terminari ad ens actu ita actio diſponentis debet terminari ad ens actu aliter ambæ eſſent ocioſæ, quare cũ ſint duæ actiones, igitur genitum eſſet duo in actu, & ſic fundamentum Auice. eſt falſum. Primum etiam fundamentum de diluuio Auer. refellit in libro Meteo. vbi probat diluuium vle per omnem terram non poſſe eſſe, quia non poteſt eſſe aliqua ſiue coniunctio ſiue conſtellatio, quæ æqualiter oẽm terram atq; omnem regionẽ reſpiciat, & videtur rõ Auer. eſſe fundata in præceptis Ptolomæi oĩum mathema. principis, qui in libro apoteleſmaton ſecundo ponit effectus conſtellificationum contingere regionibus, rõne & concordia, ꝙ̃ regiones habent cum ſigno, vbi conſtellatio contingit, & iuniores addunt vel cum ſigno, in quo conſtellificatio accidit, vel cum illo configuratis de diametro, vel quadrangulo, & ſic illa coniunctio Saturni & Iouis in quartadecima parte cancri non portendebat diluuiũ niſi regionibus cancri, & regionibus capricorni, & regionibus Arietis & Libræ, & ſic non vniuerſaliter omnibus regionibus, igitur non potuit vniuerſale oĩbus regionibus diluuium portendere. Præterea, poſt diluuium conſtellificatio hæc non ſemel fuit & tamen tale diluuium non eſt à noſtris amplius obſeruatum. Tertio Ptolomæus iubet in coniunctione eſſe obſeruandum planetam fortiorem modo. Iuppiter in cancro eſt fortior, Saturno, & ſic euentus ſunt pro natura Iouis, modo conſtat Iouem potius temperiem, quam diluuium ominari: & ꝓpterea fundamentum Auic. primũ nullum eſt. Accedit ꝙ nos catholici tenemus fuiſſe diluuiũ vle, ſed ĩ illo fuiſſe hoĩum reparationem per arcam Noe, nec illud de arca eſt dubium vt dicit Auic. quia ſunt hiſtoriæ, quæ tradunt multos homines illam vidiſſe in montibus armeniæ, vt teſtatur Albumaſar & forte hoc Ariſt. indicat in 2. politicæ dum. d. illos priſcos hoĩes eſſe à putrefactione conſeruatos, aut ex terra ortos, non enim aſſerit qđ iſtorum fuit, ſed indicat vtrunq;, & ſic potuerunt eſſe in arca conſeruati, ſed in libro de noſtrarum calamitatum cauſis multa de diluuis diximus. Rationes addite à iunioribus nullæ ſunt. Prima quidem deletur, quia non eodem animal generatur, quo corrumpitur, quia corrumpitur quaſi ab infinitis cauſis, non autem ab infinitis generatur. Ad ſecundam dico ꝙ ſtellæ ſufficiũt cum elementis corrumpere, non autem generare, ꝗa corruptio poteſt fieri à pluribus, generatio non niſi ab vno. Ad tertiam ſecundum Ariſto. illa maior eſt falſa, nulla.n. cauſa vniuerſalis poteſt agere ſine particulari & inſtrumentaria, dicitur tñ vniuerſalis, quia per plura inſtrumenta ad plura ſe extendit. Ad dictum Hermetis dico ꝙ Hermes non vult ſydus ſufficere ad generationem ſui comparis, ſed facilius fieri gñonem à terreno agente vigente ſydere ſuo vt diximus in eruditionibus aſtronomicis, & ſic patet illud quod dixit Auic. de vitulo, eſſe fabulam, cum ait ex nube cecidiſſe corpus vituli. illud.n. ſi fuit, non erat capax vitæ bouis: non potuiſſet eſſe aĩal. Hæc de põne Auic. de qua lege ĩ. 8. lib. phy. quia alia quædam adduximus. Secunda põ eſt ꝙ nullũ idem aĩal ſpẽ poſſit ſemine & ſine ſemine fieri, imo ſp animal ex ſemine ſpecie differt ab animali ſine ſemine. Hanc põnem aliqui Auer. tribuũt, & non ſolum hi, imo tota iuuentus. mouentur autem ad dicendum hanc eſſe poſitionem Auer. pro tanto quia rationes quas fecit. 8. phyſico,

Marginalia: Poſitio prima. — Primum fundamentũ Auicẽ. Nota de diluuio. — Rõnes iuniorũ. — Scdm fundamẽtum Auicen. — Obiectio Auerro. contra fundamentum ſecundum. Com 31. — Obiectionem contra primum. — Secunda põ. Auer. attributa.

Cōm.46. phyſi.contra Auic. vñr vl'es de oī generatio,ſunt.n.illæ nes duæ. Prima eſt,quia ſi hō idē ſpē ſemine & ſine ſemine fieri poſsit,tunc homo ex putri mā eſſet ęquiuoce hō:quia vt addunt logici vnius naturæ vnus ſpē eſt modus cōicandi. Secunda rō eius eſt,ꝙ ſi hō idem ſpē ſemine & ſine ſemine fieri poſsit, tunc vna ſpecies poſſet caſu & per ſe fieri.Hæ ſunt rōnes,mō hę rōnes ſunt vl'es ad oē aīal, vt patet cōſideranti.Et ac rōne aliqui credūt opinionem Auer.eſſe in extremo contrariam opinioni Aui.ꝙ, videlicet,nullum idem ſpē aīal pōt ſemine & ſine ſemine gnari.Hæc ſunt quæ Auer.tribuunt. Deinde *Obiectiones cō tra ſecundā pō.* contra hanc fictam pōnem arguunt, primo contra fundamentum, nam in accñtibus & ſubſtantiis vnius nāæ *Commen.42.* poſſunt eſſe plures modi cōicandi,vt patet.2.cœli de calore,quem per motum & lumen fieri poſſe ait. Pręterea *Commen 56.* de ſubſtantiis idem concedit, patet de igne.tertio cœli, quem dicit poſſe fieri latione & alteratione, & gnatione ab igne etiam.pręterea de impreſsionibns meteorologicis patet ignem fieri ſine igne. præterea de plantis ſenſu videtur,ꝙ ipſe ortę à putrefactione terræ alias per ſemen ſibi ſimiles agunt. Præterea arguunt quia talia videntur habere eandem oppoſitionem ſpecie figuram motum, & oīa propria accidentia eiuſdem ſpeciei,igitur oīa ſunt eiuſdem ſpeciei, vt mures & veſpe,& oīa ta *Cōm.22. et 23.* lia: præterea contra Auer.facit verbum Ariſt.in tex.& Auer.vbi dicitur ꝙ eadem ab arte & ſine arte fieri poſſunt, igitur eadem ex ſemine & ſine ſemine,multa alia pro hac pōne & contra hanc pōnem diximus in lib. 8. phyſi.quæ nunc omittimus potius addentes,quæ tunc non diximus,& prętermittentes quæ diximus.Hæc illi. *Cōtra aliquos.* Sed pace horum dixerim hæc non ſunt ad mentē Auer. nec vnquam Auer.nec vſquam dixit hanc opinionem: ſed ſolum de hoīe reprobauit Auicē.& de aliis aīalibus perfectis, quæ ſunt hoī finitima,& ꝙ hæc nō ſit Auer. *Cōm.31.* *Cōm.15.* poſitio patet.nam.12.lib.metaphyſi.laudat Them.qui dixit eadem aīalia poſſe generatione & putrefactione fieri, vt apes & veſpe, idem potes legere huius ſeptimi, *Cōm.18.* huius verba omitto. Secundo huius admiratur Auic. qui ita dicat hominem fieri putrefactione ſicut murē, & ſic velle videtur murem eundem ſpē poſſe fieri ſemine & ſine ſemine, aliter admiratio nulla eſſet.Præterea Ioan.Ganda.tā curioſus in doctrina huius expreſſe ait Ariſto.& Auer.tenuiſſe medium, cōcludamus igr̄ illos non recte ſeſe habuiſſe. Ad Auer.Quo vero modo rōnes eius valeant de hoīe & aīalibus perfectis & non de aliis,in dilucidatione dicemus. Hęc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRo dilucidatione ſuppono primo ꝙ duplex eſt materia,quæ ad generationem oēm concurrit,compōnis, & alterationis: materia compōnis eſt vna gñato & corrupto, de qua alibi, alterationis vero materia,eſt ipſum *Cōm.62.* corrumpendū, ne cuius corruptione ipm̄ generandum generatur. Verbi cā.ſemen in gñatione hoīs vt dicitur 1.phy.& panis in generatione ſanguinis & ſtuppa in generatione ignis. Secūdo ſuppono ꝙ quāto aliqd' gñandum eſt perfectius tāto in paucioribus alterationis materiis continetur,contra vero quanto imperfectius,tanto à pluribus alterationis materiis generari poteſt. Ex hoc ſequiť ꝙ homo & ea aīalia quæ ſunt homini finitima,fieri non poſſunt niſi ex vna certa mā, tanq̄ ex corrumpendo.nam ſi quæ perfectiora ſunt,in paucioribus continenť materiis perfectiſsima non pñt niſi in vna cōtineri.Tūc de mente Ariſ.& Aue.ſint hæ concſones.Prima homo & aīalia perfecta,quæ homini ſunt finitima vt ęquus & bos & id genus nō poſſunt fieri niſi ex ſemine.Secunda oīa animalia citra hoīem & citra illa aīalia homini finitima eadē poſſunt fieri ex ſemine & ſine ſemine.Primam concluſionē probāt rōnes Auer. quarū prima fuit ꝙ ſi homo vel aliquod tale poſſet ex ſemine & ſine ſemine fieri,tunc illud animal eſſet æquiuoce tale,vt æquiuoce homo vel æquiuoce æquus. hæc conſequentia valet ſupponendo talia non poſſe fieri niſi ab vna materia alterationis,vt ſuppoſui, & ſic ſi fieret ſine ſemine,non eſſet illud,ſed ſimile illi,& ita homo æquiuoce.Per idē tenet ſcd'a ratio, quę erat, ꝙ ſi homo vel aliquod animal pfectum poſſet ſine ſemine generari, tūc eadem ſpecies eſſet caſu, hoc eſt ſine ſemine & per ſemē, quod de perfectiſsimis ſpeciebus eſt impoſsibile quia illæ nō poſſunt fieri niſi ab vna materia alterationis ſpecie. Secunda concluſio patet quia illa ſunt imperfecta, & propterea continentur in pluribus materiis alterationis, de quarū corruptione fieri pñt: & propterea non ſequitur vt aliquod illorum fiat æquiuoce, quia in illis materiæ differūt ſpecie, nec eſt impoſsibile in illis eandē ſpeciem eſſe per ſemē & ſine ſemine, quia ſunt imperfectæ & poſſunt in varijs materijs contineri. Ex his apparet quam iniuſte quidā dicant fundamentum poſitionis eſſe,quia vnius naturæ eſt vnus modus cōicandi.nunquam enim hoc verbum legi in Auer. & ſi illud volunt legere,non eſt legendum niſi de hoīe & aīalibus ſibi finitimis,quorū natura ob eorū pfectionē non eſt niſi vno modo cōicalis, & de vna ſpecie materiæ educibilis, ſecus in aīalibus imperfectis, & hæc apparet ſolutio oīum rōnum eorū. Sed occurres vtrum *Dubitatio.* animal genitū ſine ſemine fiat caſu,& videť ꝙ ſic, quia *Cōm.46.* Auer.appellat illud eſſe caſu. Sed cōtra eſt Auerroes.8. *Cōm.22.* phy. & in hoc.7.vbi dicit ꝙ nulla eadē ſpēs naturalis fit caſu,quia quod natura intendit, non fit caſu & pro hac parte arguitur omne caſu factum eſt imperfectum & quaſi monſtruoſum. Sed mus ſine ſemine genitus non eſt imperfectus,nec monſtruoſus, igitur non fit caſu,& ſic iuxta Auer.poſitionem oportet dicere ꝙ nullum aīal nec ſpecies aliqua poteſt caſu fieri ſed bene in animali vel ſpecie poſſunt nōnulla caſualia fieri pter naturam vt in homine bicipite,& in boue octipedo, & id genus fiūt hæc caſualia, tūc dico ꝙ Auer.appellat hæc animalia,ſine ſemine eſſe facta caſu quia ab agēte ęquiuoco,vtpote à calore putredinali, non aūt à caſu ſimpliciter,& ſine intentione. Sed dices quid eſt agens hæc intendens, reſpondet Ioannes agens hæc intēdens, eſſe motorem vniuerſalem, qui dirigit illum putredinalem calorem.Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia nec monſtruoſitas eſſet caſu,quia eſt intēta à cœlo vt docet Ptolemæus.3.lib.apoteleſmaton,propterea dicerē in materia putri eſſe aliquod proportionale ſemini, in quo eſt virtus ſimilis ſeminariæ, & hæc intendit per ſe illud animal:ſignum autem quia reſpectu illius poſſunt etiā in animalibus cum ſemine accidere monſtruoſitates. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationes. Ad primam dico ꝙ diuerſitas materiæ arguit diuerſitatem formæ, nō quidem in materia alterationis,ſed compoſitionis, in animalibus vero perfectis vtraq; materia arguit differentiam formarum,vt diximus. Ad ſecundam patet ſolutio,animal enim ſine ſemine non dicitur fieri caſu niſi large vt dictum eſt. Ad tertiam patet ſolutio:per dilucidationē. Hæc de octaua diſputatione.

Palàm

Palàm ergo quòd nec ſpēs ſit aut quodcunq; oportet vocare in ſenſibili formam & reliqua. Tex.cōm.27.

DISPVTATIO NONA
De compoſiti generatione.

Num compoſitum per ſe primo generetur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur. Primo quia totum generatur ſm alteram partem, igitur non eſt primo, vt patet.5.phy.auſcul. Secundo forma per ſe primo generatur: igitur non compoſitum. antecedens patet. primo quia gñatio denominatur à forma, eſt.n. generatio naturalis,quia eſt via in naturam, quæ eſt forma. Secundo quia forma ſola accipit eſſe poſt nō eſſe. Tertio materia per ſe generatur,igitur compoſitum antecedens videtur Ariſtote.in principio.8.huius, etiam generatio eſt actus generabilis, igitur materiæ actus eſt. In oppoſitum eſt Ariſt.hic,& Auer.commen.22.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli dilucidatione. Primo animaduerſione dignum per compoſitum in propoſito nō eſſe audiēdum oē congregatum ex quibuſuis partibus, quia ſic exercitus diceretur compoſitum. Sed ex duabus partibus quarum altera eſt forma,& altera materia,nec ex omnibus quibuſuis talibus,quia non ex forma accidentali & ſubiecto,tale.n.compoſitum non generatur ſimpliciter, ſed ſm quid.non.n.ſimpliciter album fit, ſed corpus fit ſm album, vt in libro de generatione diximus igitur per compoſitum intelligendum eſt oē illud quod fit ex per ſe forma, & per ſe materia vere vnum atque per ſe vnum.Quali ratione æquus fit ex vera forma & vera materia vere & per ſe vnius in ſpecie æqui. Secundo animaduerſione dignum verbum per ſe primo apud peripateticos eſſe aliquando ſumptum vt diſtinguitur contra ſecundam partem, hoc eſt vt valet ad ſecundum ſe & quodlibet ſui: iuxta illud.6.phy. ꝙ ſi aliquid mouetur in aliquo tempore per ſe primo mouetur in tempore,& in quolibet illius temporis, & iuxta illud lib.de ſenſu & ſenſili ſi aliquid per ſe primo calefit,ſecundum ſe & quodlibet ſui calefit. Secundo aliquid dicitur competere alicui per ſe primo,quia ipſum includit aliquid in ſe, quod eſt præciſa illius cauſa, & hoc pacto diffinit per ſe primo Ariſt.in lib.poſt.vbi appellat hoc vniuerſale, iuxta quem modum riſibile per ſe primo homini competit, quia homini competit, & non per aliam cauſam, ſed quia homo includit præciſam illius cauſam, veluti rationalem animam, appellant autem logici per ſe primo dictum primo modo per ſe primum quantitatium, ſecundo verum modo dictum per ſe quidditatiuum.ſtatuunt vero inter hæc tres differentias, prima quia per ſe primum quantitatiuum non ſtat cum eſſe tale ſecundum partem, at per ſe primum quidditatiuum ſtat cum eſſe tale per partem, homo.n. per ſe primo quidditatiue eſt riſibilis, & tamen per partem eſt talis,quia per rationalem animam.Secunda eſt ꝙ per ſe primum quantitatiuū remouetur ab eo cuius eſt, ſi remouetur à parte,non enim dicitur per ſe primo quantitatiue ſanari homo, ſi oculus duntaxat ſanetur, at per ſe primum quidditatiuum non remouetur ab eo cuius eſt ſi remouetur ab aliqua illius parte, dicitur.n. homo per ſe primo quidditatiue riſibilis, tam & ſi pes non ſit riſibilis. Tertia eſt ꝙ quicquid competit per ſe primo alicui quātitatiue ineſt vt paſsio homogenea ad ſubiectum homogeneum,hoc eſt ineſt toti & partibus ſub eadem denominatione, vt per ſe primo calefit A quantitatiue,quia ipſi A competit, & cuilibet parti ipſius A quod autem ineſt per ſe primo quidditatiue alicui non ineſt vt paſsio homogenea toti homogeneo: ſed quaſi vt paſsio etherogenea quia nō ineſt illi,& cuilibet parti illius ſub eadem denominatione. Ioannes vero addit ꝙ tertio modo dicitur aliquid per ſe primo tale, quoties ipſum met ſeipſo, & nullo alio cauſa eſt eſſendi tale præciſa,& adæquata,qua ratione dicitur ꝙ vnitas eſt per ſe primo menſura, quia ratio mēſuræ ipſi competit per ſeipſam,& per nihil aliud, puncto etiam competit per ſe primo terminare lineam, quia ſeipſo illam terminat,eſt.n.ipſum præciſa cauſa terminandi. Tertio debes ſcire ꝙ generatio eſt quædam mutatio, omnis autem mutatio poteſt comparari ad duo, videlicet,ad ſubiectum in quo eſt,& ad terminum, vt declarat Auer.in.5.phyſi.terminus autem eſt aut qui terminat,aut quo terminatur gñatio. Quarto debes ſcire,ꝙ *Commen. 9.* mutatio quædam eſt eiuſdem denominationis cum termino, veluti albatio, cum albo vel albedine, quædam alterius denominationis vt generatio cum albo vel albedine,mutatio quæ eſt eiuſdem denominationis cum termino,non denominat terminum,non.n.dicitur album albari, nec nigrum denigrari, ſed ſubiectum.dicit̃ .n.corpus albari,corpus denigrari,& id genus,mutatio vero alterius denominationis à termino indifferenter poteſt ſubiectum,& terminum denominare,nam generatur compoſitum ſiue forma,& generatur materia ſiue ſubiectū,vt patet primo phyſicorum. Ex his potes colligere titulum diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DEMOCRITVS & Empe.dixerunt nec cōpoſitū *Poſitio Demo. Emped.* nec formam gñari,ſed ſeparata atq; diſgregata congregari, quia apud hos gñatio non eſt niſi inordinatorum ordinatio,corruptio autem ordinatorum inordinatio, quare iuxta hos nec forma,nec compoſitum gñabitur.

Sed hæc poſitio reprobatur in lib.de gñatione, ꝓ hoc quia tūc nulla eſſet dr̃ia inter alterationem, & gñationem, & ex multis aliis. Poſt hos Them.Alexā.Auic.& *Poſitio Themiſtiorum. Alex Auic.* oēs tenentes intel̃m agentem eſſe formam à formando formas,dixerunt formas per ſe & proprie gñari,cōpoſita autem participatione formarum fieri.Mouebātur autem primo quia generatio proprie & primo eſt ad eſſe,ſed id quod vere eſt,actus eſt,igitur forma principaliter generatur.Secundo corruptio & generatio habent fieri circa idem, ſed corruptio eſt formæ principaliter, vt Auerroes velle videtur.1. phy.3.propter quod *Cōm. 68.* vnum quodque tale, & illud magis,ſed compoſitū generatur ob formam, igitur magis forma. Quarto illud principaliter gñatur, quod extrahit̃ de potētia ad actū. Sed forma ſola extrahit̃ de potētia ad actū: & cōpoſitū rōne formæ,igit̃ forma per ſe principaliter gñatur. Sed *Confutatio. Cōm.18.* contra hanc poſitionem Auer. arguit.12.meta. vnica rōne. quia ſi forma per ſe fieret, tunc crearet̃ ex nihilo. deducitur,quia apud ph̃os creatio eſt ꝓductio alicuius nulla parte illius ꝑſuppoſita, igit̃ ſi forma per ſe fit, cū ipſa fiat nulla parte eius ꝑſuppoſita tūc crearetur. Propterea cōpoſitū per ſe fit,quia aliqua eius parte ſuppoſita gñatur,qm̄ fit ꝑſuppoſita materia:quæ eſt pars eius. Alij vero breuibus tenent ſex concl̃ones. Quarū prima *Poſitio aliorū.* eſt ꝙ materia per ſe gñatur & corrūpit̃ ſubiectiue. Secunda

cuncta ꝙ materia non generatur terminatiue. Tertia ꝙ forma non generatur per ſe vt terminus qui. Quarta ꝙ forma per ſe generatur vt terminus quo. Quinta ꝙ compoſitum non generatur per ſe primo primitate quantitatiua. Sexta ꝙ compoſitum per ſe primo generatur primitate quidditatiua. Has concluſiones facile deducunt. Primam quidem, quia materia eſt ſubiectum generationis & corrup. igitur per ſe ſubiectiue generatur. Secundo quia generatio eſt actus generabilis vt generabile, generabile vt generabile eſt materia: igitur materia per ſe ſubiectiue generatur. Tertio quia materia mutatur de non ſubiecto in ſubiectum, quia illa nunc eſt ſub vna forma, nunc ſub alia, igitur nunc eſt ſubiectum vnius, nunc alterius, igitur mutatur de non ſubiecto in ſubiectum. Quarto dicitur.5.phy.quod id quod generatur non eſt, vbi omnes intelligunt materiam eſſe id quod gñatur, & quod non eſt. Secundam deducũt quia materia non habet materiam partem ſui, igitur nõ generatur vt terminus.

Secundo quia oẽ quod generatur vt ſic eſt poſſe eſſe vel non eſſe ab intrinſeco: materia nõ eſt poſsibile eſſe vel non eſſe ab intrinſeco, quia tunc materia haberet materiam, poſsibile.n.ab intrinſeco eſt rõne materiæ primo cœli. Tertio materia eſt primum ſubiectum omnium gñationum: igitur ipſa eſt ingenita. rõ eſt Ariſto. Cõm.24. primo phyſico. Tertia vero patet per diſtinctiones in titulo, nam quod gñatur vt terminus qui, oportet habere materiam partem ſui, at forma non habet materiam partem ſui, igitur non generatur vt terminus qui. Quarta etiam patet quia terminus generationis qui formaliter eſt propter formam, & formaliter generatᷣ ob formam, igitᷣ forma eſt terminus formalis generationis, & terminus quo. Quinta concluſio ex diſtinctionibus deducitur, quia illud generatur per ſe primo primitate quantitatiua, quod ſᷣm ſe & quodlibet ſui generatur, modo compoſitum nõ ſᷣm quodlibet ſui fit, quia non ſᷣm materiam, igitur non per ſe primo quãtitatiue generatur. Vltima vero concluſio etiam ex dictis patet: quia illud generatur per ſe primo primitate quidditatiua, quod in ſe cõtinet cauſam præciſam generationis. modo compoſitum continet cauſam præciſam generationis, vtpote formam ipſam, igitur per ſe primo primitate quidditatiua generatur. Ioannes vero addit ſeptimam concluſionem, videlicet, ꝙ forma per ſe primo gñatur perſeitate quarti modi, hoc eſt quia ipſa eſt cã præciſa gñationis. Et ſic quaſi ex toto ſequitur eos, Quale horum. licet vtatur verbis aliis. Sed re vera concluſiones hæ non ſunt falſæ, poſitio videtur inſufficiens. primo quia multum refert aliquid eſſe tale, & denominari tale, in anima.n.eſt ſcientia, non tñ denominatur ſciens. Amplius in re eſt veritas & falſitas, non tñ res denominatur vera vel falſa, vt.d. Ammonius. Et ſic licet compoſitum generetur, forma generetur, & materia generetur, quodlibet ſuo modo, ex poſitione tñ hac non apparet quod horum ſit denominandum generari proprie. Secundo vr̃ ꝙ ſi forma ſit gñationis terminus, & ſi compoſitum ſit gñationis terminus, nullum horum dicatur generari. deduco, quia oẽ illud quo aliud dr̃ generari ipſum non.d.generari, vt quoniam albedine paries albus eſt, ipſa albedo non dicitur alba. Seo forma vel compoſito materia denominatur generari, igitur nec forma nec compoſitum dicere generari. Amplius generatio non debet denominari generari: ſed forma eſt generatio, igitur non debet dici generari. maior apparet, quia albificatio non albatur, nec calefactio calefit. Minor eſt Auerro.5. phy. vbi dicitur ꝙ cale- Commen.8. factio & omnis motus eſt forma imperfecta. Quare forma vel compoſitum nec generari nec corrumpi denominabitur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVONIAM vt diximus refert aliquid eſſe tale, & denominari tale, veluti in eſſe, & denominari, ideo primo dicemus, cui ineſt generatio. Secundo quod illorũ abſolute eſt denominandum generari. Quantum ad primum debes ſcire ꝙ motus ſiue mutatio ineſt ſubiecto, & ineſt termino vt patet.5.& 6.phy.eſt enim ĩ ſubiecto tanquam in eo, cuius eſt actus, eſt in termino tanquam in genere vt dicitur.5.phy. Secũdo debes ſcire Cõm.9. ꝙ generatio omnis eſt ad eſſe, eſſe vero duplex eſt exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ, eſſe exiſtentiæ eſt quo res eſt actu ens extra nihil atque eius cauſas, eſſe ſubſiſtentiæ eſt ens in actu, quo res eſt extra nihil & extra cauſas: & nec pars alterius, nec accidens alicui. Tunc ſequitur, ꝙ ſi conſideretur generatio vt eſt ad eſſe exiſtentiæ eſt in forma. deducitur, quia forma eſt quod vere eſt, atque actus & ens eſt, ſi conſideretur vt eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ eſt in compoſito, quia quod vere ſubſiſtit, compoſitum eſt, quia nullius eſt accidens, nullius eſt pars. Si vero conſideretur generatio vt eſt in ſubiecto, & in materia prima, tunc ſequitur veritas primi ꝙ, videlicet, generatio eſt in materia, in forma, & in compoſito, & ita ſecundum rem materia, forma & compoſitum vere generari videntur. Materia quidem vt ſubiectum, forma vt terminus generationis quatenus generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, compoſitum vt terminus generationis quatenus generatio eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ. Hæc de primo. De ſecundo dico ꝙ ſimpliciter & abſolute materia denominatur generari, forma vero & compoſitum non denominantur generari niſi improprie. deducitur, quia vt ſubiectum albationis proprie denominatur album, terminus vero non dicitur albus, albedo enim improprie dicitur alba, ſic ſubiectum generationis proprie dicitur generari, terminus vero improprie, vt albedo dicitᷣ alba: & hoc dixit Auer. in primo phy. ꝙ id proprie dicitur generari & vere quod eſt materia & ſubiectum. Ex his apparet ꝙ forma & compoſitum ſunt termini generationis, amplius ꝙ generatio eſt in forma & compoſito. non tamen debent denominari genita vel generari. At in materia eſt generatio: & illa denominatur generari. Quod ſi Ariſtote. appellet hæc generari, intelligi debet improprie, veluti improprie albedo dicitur alba, hæc ſunt quæ diximus in lib. phy. & in.12.metaphy. poteſt etiam dici non recedendo multum ab his, ꝙ tam terminus, quàm ſubiectum denominari poteſt generari, quia vt diximus in titulo diſputationis, generari eſt mutatio alterius denominationis à termino, & ſic tam ſubiectum quàm terminus dici poteſt generari, principaliter tamen & abſolute ſubiectum denominatur generari, propter rationem dictam. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rationes concedo totum non generari per ſe primo prout generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, tamen generatur per ſe primo vt eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ. Ad ſecundam patet ſolutio: forma enim per ſe primo generatur vt generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, non autem aliter. Ad tertiam patet ſolutio per dilucidationem. Hæc de diſputatione nona.

Si ſunt

Si ſunt quædam præter ſingularia ad generationes & ſubſtantias nihil vtiles, neque vtique &c. Tex.cõm. 28.

DISPVTATIO DECIMA

De formarum ſeparatarum cauſalitate.

Num à forma ſeparata poſsit proficiſci hoc aliquid.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod à forma ſeparata poſsit hoc aliquid proficiſci. Arguitur primo, quia forma incompoſita eſt principium generandi aliud compoſitum, quod eſt hoc aliquid, igitur ſi per ſe ſeparata eſſet, idem ageret. deducitur primo de calore, quia calor tam coniunctus quàm ſeparatus idem ageret. Secundo quia per eius ſeparationem nihil amittit, igitur adhuc poteſt idem agere. Secundo principaliter arguitur, hoc aliquid vel fit ab agente particulari, vel à forma ſeparata, non ab agente particulari, quia illud non agit niſi mediantibus qualitatibus, quæ non agunt ſubſtantiam, cum nihil agat perfectius ſe, igitur oportet dare agens ſeparatum. Tertio animal quod ſponte fit vt mus, à quo generatur, non quidem eſt ſine agente, igitur oportet ponere agens ſeparatum à quo generetur. omne enim quod fit, ad vniuoco fit. Quarto rationalis anima fit à DEO creante:& eſt hoc aliquid, igitur à forma ſeparata poteſt aliquid proficiſci, quod eſt hoc aliquid. In oppoſitum eſt Ariſto. & Auer. in hoc ſeptimo commen. 38. & 31.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Cõm.27. FORMA ſeparata dici poteſt bifariam: aut ꝑ eſſentiam, aut per participationem. dicitur forma ſeparata per participationem vniuerſale materiale, vt intellectũ actu, vt patet primo meta. forma ſeparata per eſſentiã dicitur illa, quæ per eſſentiam eſt ab ipſa materia eiuſque conditione pœnitus abiuncta, qua ratione DEVS dicitur forma ſeparata, & quælibet intelligentia. formæ ſeparatæ per eſſentiam dicuntur vniuerſalia ante rem, ſiue vniuerſalia per eſſentiam, à Platone vero ideæ, ſiue ſpecies ſeparatæ, formæ ſeparatæ per participationem dicuntur formæ in re, vel vniuerſalia in re, quæ quidem intellectæ actu ſunt vniuerſalia poſt rem. Hoc aliquid vero dicitur indiuiduum ſubſtantiæ. dicitur quidem aliquid quia eſt ſubſtantia, dicitur hoc, quia ſignatum, & ita dicitur hoc aliquid. indiuiduum vero accidentis dicitur hoc quale, quale quidem, qui a accidẽs, hoc vero, quia demonſtratum. vniuerſalia ſubſtãtiæ dicunť quale quid, quid quidem, quia ſubſtantiæ: quale vero quia ſimilitudines particularium, vniuerſalia accidentium dicuntur quid quale, quid quia per modum ſubſtantiæ ſe habent reſpectu ſuorum inferiorum. quale vero, quia ſunt accidentia. Hoc aliquid igitur eſt indiuiduum ſubſtantiæ vt Socr. & Pla. Hæc colliguntur ab Ariſto. in prædicamentis.

Quid ſit hoc aliquid. Hoc quale. Quale quid. Quod quale.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Plato. PALTO quem multi ſequuntur dixit à forma ſimpliciter ſeparata & per eſſentiam abiuncta poſſe hoc aliqud & nouũ proficiſci, veluti à vero vniuocoúe agẽte. huius opinionis, vt narrat Them. primo de Anima capite. 23. duæ ſunt rationes. Prima eſt generatio animalium ſine agente. videmus. n. mures fieri, & non ab aliquo agente particulari, igitur oportet recurrere ad agens ſeparatum, quia non poteſt fieri ab aliquo accidente, quia omne quod fit debet fieri à ſibi ſimili i genere & ſpecie Secundo quia animalia quæ fiunt non videntur vnde poſsint fieri: non. n. ab agentibus particularibus, cum generari poſsint illis non exiſtentibus, nec à ſeminibus illorum, quia omne quod fit, oportet vt fiat ab vniuoco. Modo ſemen. non eſt vniuocum genito ipſi. his duobus motiuis (vt dicit. Them.) Plato opinatus eſt hoc aliquid proficiſci ab ipſa forma ſeparata tanquam ab agente per ſe illius, vtrum vero iſtud agens ſeparatum ſit vnum vel plura, & quæ ſint ideæ apud Plat. alibi dicemus. hanc poſitionem ſectatur Auicẽ. Alexan. Them. & quãplures. Sed contra hãc poſitionem obiicit Auerro. in hoc. 7. tribus rationibus. Prima ſi generatio fieret à forma ſeparata, tunc genitum fieret non præſuppoſita materia. probatur primo, quia nullum agens ſeparatum in agendo depẽdet ſiue præſupponit materiam. Secũdo, quia genitum debet eſſe generanti ſimile, modo agens eſt ſeparatum, igitur & genitum. conſequens autem eſt impoſsibile, quia ex nihilo nihil fit. Secundo arguit pura forma nõ poteſt tranſmutare materiam, igitur pura forma non poteſt generare hoc aliquid. antecedẽs probatur, quia omne tranſmutans materiam, tranſmutat per virtutes materiales, modo forma ſeparata nullas habet virtutes materiales. Tertio vel idem eſt diſponens & generans, vel aliud. ſi idem, tunc cum diſponens ſit corpus: etiam agens erit corpus: & ita non forma ſeparata. ſi aliud tunc genitum nõ eſſet vnum in actu. deducitur, quia actio generantis debet terminari ad ens actu, actio diſponentis ſimiliter debet terminari ad ens actu: igitur genitum erit duo in actu. Hæ ſunt rationes Auerro. quæ hoc pacto ſunt colorandæ, non vt logici inducunt quorum ſtudium eſt in contradicendo tãtum. Sed his rationibus obiiciunt aliqui. Contra primam quidem, quia aſſumit ſubiectum, videlicet ꝙ agens immateriale omne agat non præſuppoſita materia. Hoc enim falſum eſt, quia omne agens citra primum requirit materiam in qua agit, & tamen datur aliquod agens immateriale præter primum, & ſic falſa eſt propoſitio, & hoc modo ad formam rationis neganda eſt conſequentia. Amplius non oportet ſemper agens eſſe ſimile in toto ipſi effectui, quia DEVS creat materiam, & formam & compoſitum, & tamen nulli illorum ſimilis eſt. Contra ſecundam vero, quia etiam aſſumit falſum, videlicet quòd immateriale non poſsit tranſmutare materiam. Primo quia quicquid poteſt cauſa ſecunda, poteſt & prima ſed ſecundæ cauſæ poſſunt tranſmutare materiam, igitur & prima. Secundo ſeparata forma mediante cœlo poteſt materiam tranſmutare, igitur poteſt tranſmutare cœlum medium, nihil enim agit in extremum, quin agat in medium. Sed tale corpus eſt materiale aliquo pacto, igitur contra ipſum.

Rõnes Auer. cõtra poſitionẽ Plato. Cõm.31.

Cõm.31. Obiectiones aliquorum.

Tertio Auerro. 12. metaphy. & hic aperte. d. cœlum in generatione animalium ſpontiuorum dare aliquid loco ſeminis. Sed cœlum eſt forma ſine materia, igitur forma ſine materia poteſt tranſmutare materiam.

Cõm.181. Cõm.31.

Quarto omne tranſmutans tranſmutat vt eſt in actu, igitur maxime in actu maxime tranſmutat. Sed forma ſeparata eſt maxime in actu, igitur maxime poteſt tranſmutare materiam. Contra tertiam obijciunt demum, conedendo poſſe vnam partem geniti eſſe ab vno agente, & alteram ab altero, & genitum eſſe vnum. Primo quia materia eſt à DEO per

creationem, & forma ab agēte, & tñ compoſitum eſt vnum. Secundo idem effectus numero eſt ab omnibus cauſis eſſentialiter ordinatis, & tñ eſt vnus numero, igitur nō omne quod fit à diuerſis cauſis, eſt plura in actu. Propter hæc tenent à forma ſeparata & puta forma poſſe fieri hoc aliquid: vnde eorum poſitio conſiſtit in quatuor concluſionibus. Prima forma ſeparata efficit omnes formas vitales, & omnes animas. Secūda alterans ad animationes eſt cœlum. Tertia licet forma ſeparata formas illas producat, non tamen illas creat. Quarta cæteræ formæ inducuntur ab agentibus particularibus vt ignis ab igne, aqua ab aqua, pro mente tamen. Ariſto dicunt Ariſt. voluiſſe non eſſe neceſſarias ideas particulares ad particulares generationes, non tamen negat vnā communem omnibus vt DEVS poſſe omnes formas producere, hæc tenent de mente Ariſto. & omnium peripateticorum. Primam deducunt, quia anima alicuius animalis inducitur in materia, vel igitur à virtute ſeminis, vel à cœlo, vel ab aliqua forma ſeparata, non à virtute ſeminali, quia nec ſemen, nec eius virtus in momento generationis eſt, igitur nō poteſt ab illa eſſe. Secundo imperfectius non poteſt agere perfectius ſe, ſed ſemen eſt imperfectius animali, igitur non poteſt agere animal, nec per ſe, nec virtute agētis. per ſe quidē non, quia eſt imperfectius, virtute vero agētis minime, quia generans poteſt non eſſe, & in virtute non entis nihil fit. Amplius virtus generantis & ſemen ſunt agentia accidētaliter ordinata, igitur poteſt eſſe generatio neutro illorum concurrente. Ex hoc ſequitur ꝙ forma ſeparata eſt illa, quæ omnes animas efficit, talis autem nō poteſt eſſe niſi DEVS, quia non datur alia apud peripateticos, intelligentia.n. non agit niſi mediante cœlo, nec poteſt eſſe cœlum, quia multa animalia ſunt cœlo perfectiora. Secundam etiam deducunt, quia principium alteratiuum non poteſt eſſe ſemen, quia eſt vniforme, igitur non poteſt alterare ad difforme. Secundo tunc ageret ad ſui corruptionem, quia dum alteratur corrūpitur vt dicit. Auer. 1. phy. igitur recurrendū eſt ad virtutem cœli, vt fecit Auer. hic. Hæc.n. virtus eſt, quæ efficit organorum difformitatem, & præparat corpus ad animarum productionem. Tertiam exponunt, quia creatio eſt alicuius nulla eius parte præſuppoſita productio, modo cum ſecundum Ariſt. non forma fit, ſed compoſitum, ſequitur vt illa non ſit creatio: quia licet compoſitum per ſe fiat, per hoc quòd terminus eius formalis immediate eſt à DEO, tamen non creatur, quia eius aliquid præſupponitur. Quartam vero manifeſtam relinquūt, quia formæ elementorum vel miſtorum imperfectorum ſunt imperfectæ, ideo pro illis non oportet recurrere ad agentia ſuperiora. Hæc ſunt quæ peripatetice aſſerunt. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo, quia Ariſtote. in lib. de generatione animalium. 16. diſputans quæ nam animæ ex ſemine traducantur, quæúe deforis accedant, concludit omnes animas ex ſemine traduci, ſolum autem intellectum deforis accedere, vtitur autem ratione, quia omnis, cuius operatio eſt cum materia, omnis talis venit de potentia materiæ, ſolius intellectus operatio eſt ſine materia, ideo concludit ſolum intellectum deforis aduenire. præterea. 2. phy. auſcul. ait ſic. homo.n. hominem generat ex materia & ſol, vbi Auer. ait Ariſt. hoc dixiſſe contra eos, qui dicebant formas ſeparari & innuit ꝙ formæ naturales ſunt in materia. Hęc Auer. Si igitur animę à DEO ſunt immediate, & alterationes præuie ſunt à ſole, ſiue à cœlo, homo ſiue agentia particularia nihil facerent, & ſic falſa eſt propoſitio Ariſt. dum dixit ſolem hominemúe generant hominem ex materia. Vlterius contra hanc poſitionem opulentius contradicemus in diſputa. proxima vbi rationes horum etiam ſoluemus. Nunc vero de poſitionibus ſatis ſit dictum.

Poſitio eorū et maxime Scot. 2. lib. ſenten. diſtin. 18. q. 1.

Deductio Sco. in 2. lib. ſentē. diſtin. 18. q. 1.

Cōm. 62
Cōm. 3.

Declara. Sco. 2 lib. 4. ſen. diſt. 43. et in quolib. q. vltima.

Confutatio.

Cōm. 27.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DE dilucidatione dico quòd aliter eſt loqui catholicæ, aliter peripatetice. peripatecice.n. oportet ſupponere. Primo ꝙ omne alterans corruptiue ſit corpus. declarauit.n. Auer. in lib. de Subſtantia orbis eſſe differentiam inter primum alterans, & primum mouens, quia primum mouēs oportet eſſe incorporeum impartibile & indiuiſibile, at primum alterans eſſe corpus, eo quia primum. ſ. alterans non alterat niſi per primas qualitates, qualitates autem primæ ſunt calidum, humidum, frigidum, & ſiccum. & igitur alterās oportet eſſe quale, aut actu, aut virtute: actu quidem, vt elemētum vel elemētarium, virtute vt mobile vel lucidum, motu .n. lumine qualitates hæ effici poſſunt, igitur nihil poteſt eſſe alterans apud peripateticos, quin ſit aut elemētum, aut elementarium, aut cœlicū, quod motu luceúe ſit virtute calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Et ſic nihil poteſt eſſe alterans quin ſit corpus. Et ſyllogiſmus eorum eſt, omne quod alterat, oportet alterare qualitatib⁹ primis, vel motu, lumineúe qualitates primas continentibus, omne autem quod qualitatibus primis alterat vel his, quæ primas continent qualitates, eſt corpus, igitur omne alterans eſt corpus, peripatetici.n. non cognouerunt aliud. Secundo peripatetice oportet ſumere nihil de nouo poſſe ex nihilo fieri, hoc deduxerunt, ꝓpterea, quia differt de nouo fieri, & ab æterno, vt docet Auer. in lib. d. d. & in. 8. lib. phyſi. quia omne quod fit de nouo, motu fit, omne autem quod fit, motu oportet ſupponere materiam, in oī.n. motu oportet intelligere materiam apud omnes peripateticos, at quod fit ꝓductione ab æterno, non oportet motu fieri, & ſic nō oportet ſupponere materiā, ideo conceſſerunt nihil poſſe fieri de nouo ex nihilo nulla materia ſubiectoúe præſuppoſito. ſumpſerūt autē iſtud per conſenſum omnium, qui de rebus naturalibus locuti ſunt, & comprobauit Ariſt. hoc inductione. Hæc .n. ſunt duæ ſuppoſitiones peripatetice. Ex his patet vis primæ rōnis Auer. nam ſi agens ſeparatum agit aliquid, vel ipſum agit alterando, vel ipſum agit creando, nō alterando, quia per ſuppoſitionem nihil alterat niſi corpus: igitur agit ipſum creando: ſed non creatione noua per ſecundam ſuppoſitionem. igitur creatione æterna. Sed omne quod æterna creatione creatur, eſt abſolutum à materia, nec eſt elementum, nec elementarium, ſed vel cœlum, vel aliqua ſubſtantia omnino ſeparata, igitur ſaltem habetur quòd non ſit miſtum cum materia vt animal, & id genus, & ſic habetur quòd fit non præſuppoſita materia, & quod aliqua in parte ſit ſimile agenti ſeparato, ſaltem in hoc quod non eſt miſtum cum materia. Et ſic reſponſiones eorum nullæ ſunt, quia Auer. vult agens ſeparatum agere nō ſuppoſita materia pro tanto quia non poteſt alterare, ſed ſi agit non agit niſi creando vt dictum eſt, ceſſat etiam ſecunda ratio, quia oportet ſaltem eſſe ſimile agenti ſeparato in parte, per idem tenet ſecunda ratio, pura enim forma materiam non poteſt tranſmutare alterando, quia omne alterās oportet eſſe corpus vt

Differentia inter cathol. & peripateti.

Quid primum mouens quidue primū alterās.

Syllogiſmo. peripa.

Quæ ex nihilo nihil fit apud philoſophos.

Vires rōnum Auer.

pus vt deduximus. Ad rōnes. Ad primā diceret Auer. illam ꝓpoſitionē non eſſe naturalem, quia cā ſuperior nō dr̄, quia poſsit agere ſine particulari, ſed quia ad plu res effectus ſeſe extendit, q̄ quæuis particularis. Ad ſecūdā dico ꝙ male legerunt Auer. nō. n. eſt imaginandū formam ſeparatam tranſmutare materiam mediante cœlo, tanquam medio delationis, eo modo quo diaphanum illuminatum fert colores oculis, ſed intelligendum eſt mediante cœlo, tanquam ſuo corpore, quod ab illa forma ſeparata perficitur, eo pacto quo rōnalis anima mediāte ſuo corpore gignit, ſentit & id genus. Auer. n. opinatur ex intelligentia & orbe fieri vnū per ſe, viuens per ſe intelligens per ſe, animal per ſe vt alibi declaraui, quod hunc mundum infernum alterat varijs motibus atque luminibus, & ſic non ſequitur illam poſſe immediate alterare cœlum, ſufficit. n. vt moueat cœlum localiter, nam ſic motu & lumine alterat hæc, & hoc non intellexerunt logici. Ad tertiam dico ꝙ cœlum poteſt alterare materiam, quia eſt quale elemētarium ſaltem virtute ſi non forma: nec huius oppoſitum. d. Auer. vult. n. ꝙ forma ſeparata tam ab elementariis viribus: q̄ virtualibus elementariis viribus nullo pacto poſsit materiam tranſmutare. Ad quartam dico ꝙ omne quod tranſmutat, tranſmutat vt eſt in actu formali tale vel in actu virtuali tale, modo probatum eſt ſolum elementum vel elemētarium eſſe in actu formali tale, cœlum vero per lumen & motum eſſe in actu virtuali, nec aliud ph̄i cognouerunt. Et propterea nō ſequitur vt forma ſeparata poſsit tranſmutare materiam, quia licet ſit in actu, non tñ eſt in actu formali talis, vel virtuali talis: quale eſt tranſmutabile in potētia, vt ſupponunt peripatetici. De tertia ratione ſi idem ſit gene-
Cōm. 18. rans & diſponens, diſputaui in lib. 12. huius. Nunc vero ſupponendum eſt nihil poſſe eſſe generans, quin ſit diſponens & alterans, hoc deducitur, quia omne generans agit de nouo, & omne agens de nouo alterat vel mediante motu agit, vt ſuppoſuimus, igitur omne generans alterat vel diſponit, vtrum vero econtra omne diſponens generet, ſine dubio eſt verum ad intellectū Auer. ſed nunc non curo, quia ſine hac propoſitione habet intentum Auer. Ex hoc ſequitur ꝙ cum omne generās diſponat vel alterat & nihil diſponat vel alterat niſi corpus, igitur forma ſeparata non poteſt agere: vel generare, & ſic habet propoſitum. Ad rationem primā nihil eſt, quia ph̄i poſuerunt materiam ingenitam, & ſi forte creata eſt non de nouo. Amplius concurſus omnium cauſarum eſt ad vnum finem, atque ad vnum vltimum effectum, & ſic rationes Auerrois ſunt valide
Quæ cath. ſuppoſitis principijs eius. Sed ſi loquimur catholicæ omnia hæc principia ſunt falſa, primum. n. falſum eſt, ꝙ omne alterans ſit corpus, ſufficit. n. alteranti, vt ſit actu tale, vel virtute tale: modo ſm̄ catholicos cœlum eſt virtute tale, quia lumine & motu, Deus virtute tale quale omne factibile, quia Deus eſt vniuerſalis cauſa cō tinens in virtute omnes cauſas particulares & vniuerſales, & ſic pōt alterare, & facere omne quod fit à cauſis īferis. Amplius falſum eſt ſm̄ fundamētum, quia Deus poteſt de nouo facere aliquid ex nihilo non per motū, quia non omnis noua productio eſt per motum. Et ſic catholicę ſentiendo rationes illæ nullæ ſunt. Sed illi debuerunt confutare principia, & non tacere principia, & refellere concluſiones. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis. Ad primā dico ꝙ ſi in antecedēte intelligatur formam eſſe principium generandi quod generat, falſum eſt, eſt. n. ratio generandi: compoſitum vero quod generat, & ſic non ſequitur ipſam eſſe principium generandi, ſimiliter calor non eſt principium generandi, ſed ratio generandi, calidum enim generat, calor vero eſt ratio qua generat. Dico vlterius ꝙ per ſeparationē amittit eſſe, quia eius ſeparatio à materia eſt eius non eſſe, & ſic nec reſtat principium, nec ratio agendi. Ad ſecundam licet poſtea diſputabimus, tamen nunc dicimus ꝙ qualitates attingunt formas ſubſtantiales, non quidem vt principalia agentia, ſed vt inſtrumentarię rationes agendi, vt dicemus. Ad tertiam patuit ſolutio diſputatione octaua. Ad quartam dico ꝙ dato quòd rationalis anima creetur, non tamen eſt hoc aliquid, ſed pars eius, quod eſt hoc aliquid. Hæc de decima diſputatione.

Dubitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & à caſu vt ſanitas, alia non &c. Tex. cōm. 29.

DISPVTATIO VNDECIMA
De ſeminarijs rationibus in materia.

Num in materia rerum generabilium rationes ſeminariæ præſint.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod rationes ſeminariæ præſint, arguit primo auctoritate Auer. 8. huius vbi habet ꝙ ex actu Cōm. 15.
& potentia non fit vnum, niſi per agens extrahens ad actum, quod quidem non largitur ei multitudinem. ſed perfectionem. Ex hoc apparet quòd præfuit in materia ratio quædam, quæ ſeminaria dici poteſt. Secundo illud, quod eſt in actu non eſt aliud ab eo quod eſt in potentia, ſed illud quod fuit in potentia eſt in actu, & non ſunt duo diuerſa, vt inquit Auer.
illic: igitur forma, quæ eſt præfuit. Sed in contrarium Cōm. 29.
eſt Ariſt. in textu pręſenti & vbi. d. quod veluti domus fit tantum ab extra, ſic quoque ignis ipſe, modo forma domus nihil habet reale præexiſtens, igitur nec ignis: hæc diſputatio eſt difficilis, tum quia & veteres & iuniores diuerſa ſentiunt, tum quia res ipſa habet rationes omni ex parte fortiſsimas, auctores quoque celeberrimos. Hæc de dubitationibus.

CAPVT DILVCID. TITVLI SECVNDVM.

Pro intellectu tituli primo debes ſcire, quòd materia, quam græci hyllam dicunt aliquando accipitur pro omni materiali & ſic omne agens hic inferius materia dicitur, quia reſpectu formarum cœleſtium ſunt corporeæ, atq; paſsiue tm̄, ſic. n. Ariſt. appellauit ſecūdo de generatione agentia particularia materias agentium cœleſtium, & hoc pacto forte veteres ſenſere cū dixerunt formas venire de neceſsitate materiæ, qm̄ veniunt de neceſsitate agentium materialium, quæ dicuntur materiæ reſpectu corporum cœleſtium, & hoc pacto non ſumimus materiam, nam ſic non differt ab agente materiali. Aliquando ſumitur materia pro principio paſsiuo rei generandæ, quæ dicitur prima, atque remota omnium formarum. Altera propinqua & ſecunda certi generis formarum ſuſceptiua, & hoc pacto ſumitur materia in diſputatione. Ratio ſeminaria ī propoſito à ſemine dicitur, quod græce eſt ſperma, ſperma autem eſſe poteſt à parte agentis, & à parte materiæ recipientis,

recipientis, à parte materię dicitur à nonnullis inchoatio formæ generādæ, ab aliis via ſiue exordium, ab aliis ratio ſeminaria: à parte agentis dr̄ & ratio ſeminaria, & virtus generatiua: diſputatio noſtra ſolum perſtringit ad rationes ſeminarias materiales, quæ dn̄r inchoationes formarum, Nam diſputatione proxima tractabimus de ichoatione actiua, ſiue rōne ſeminaria actiua, & ſic patebit totum illud quod addubitari ſolet de inchoationibus. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Poſitio Anax. De diſputatione quidem hac fuerunt poſitiones apud antiquos. Anaxa. clazomenius quodlibet eſſe in quodlibet contendit, & propterea formas totaliter ab intra venire ſibi Ariſt. imponit, ita vt generatio rei non ſit niſi illius formæ, quæ latebat manifeſtatio, & ſic non modo formas inchoatas iuxta poſitionem huius viri oportet concedere, ſed illas eſſe totas ab intra, ad extra vero non apparere propter indiſtinctionem, quam in materia rerum tenent, in hac opīone fuerunt Anaximander, Democritus, & in parte Emped. hi. n. ſunt qui generationem dixerunt eſſe formę latentis dilucidationem. Ariſt. vero in lib. phy. auſcul. refellit poſitionē hanc, quia tunc eſſent rerum naturalium infinita principia, eo quia iſtæ formæ latentes principia ſunt rerum naturalium & generationis illarum, & ſunt infinitæ, igitur infinita erunt rerum naturalium principia, quo fit vt res naturales ipſe ſint ignotæ, eo quia infinitum vt infinitum eſt ignotum. *Obiectiones Ariſt.* Secundo ipſius totius quantitas ſequitur partium quantitatem, quia quanto partes erunt plures, tanto totum erit maius: & quanto pauciores, tanto totum erit minus, igitur ſi partes erunt infinitæ, totum erit infinitum. Sed hoc non videtur, nullū .n. eorum quæ videmus, eſt infinitum, igitur in nullo illorum ſunt partes īfinite. Tertio magis ad rem obiicit cum generatio apud Anaxa. ſit formæ latentis extractio in lucem atque illarum à tenebris materiaque ſegregatio, aut hæc ſegregatio ceſſabit tādem, aut ſemper in infinitum reſtant partes ſegregandæ. ſi ceſſabūt tandem, tunc non quodlibet eſſet in quolibet, ſi reſtant ſemper infinitæ ſegregādæ, tūc in magnitudine finita terminataúe partes ęquales non remanebunt finitæ, ſed infinitæ contra rationem finiti. Quarto omne quod per ſegregrationem diuiditur, reſtat minus. Sed vniuſcuiuſq, rei determinata eſt quantitas ad maximum, & ad minimum: igitur nō quodlibet eſt ſegregabile à quo libet. Quinto tunc data hac poſitione, infinita erunt in infinitis infinities, vt in carne infinita erunt, & in illis adhuc infinita, & ſic in quolibet erūt infinita infinities, quod non conſonat, arguit etiam Ariſt. in lib. de generatione, quia hac poſitione data nihil ſimpliciter generaretur, deducit, quia per generationem ſimpliciter nihil accipere. eſſe ſimpliciter, quia omne quod accipit eſſe, pręfuit, & ſic generatio non differt ab alteratione. propterea Ariſt. de Anaxa. ait ipſum ignoraſſe propriam vocem, quia enitebatur ponere differētiam inter generationem & alterationem, & tn̄ in dictis ſuis nihil aliud eſſe generationem q̄ alterationem profitebatur. Arguūt quoq; iuniores argumento & credunt demōſtratiuo, quia ea data ſequitur vt chaos illud ſit omnia vt homo: bos lapis, ignis, & quolibet, deducūt quia forma quælibet ponit in ſpecie, & dat nomē & diffinitionem. Sed in illo chaos eſt forma hominis ſ̄m eſſe & eſſentiā, igtur habebit nomen & diffinitionem hominis, & ſic erit homo eodem modo de aliis omnibus. Multa alia dici poſſunt: quæ tangentur in aliis poſitionibus. Sed hæc poſitio pace Ariſt. & aliorum dixerim poteſt dupliciter defendi, vel interpretando illam, aut tenendo ad verbum vt iacet. eam interpretes volunt Anaxa. dū dixit quodlibet eſſe in quolibet nō ad formas retuliſſe ſed ad mundos. Poſuit. n. Anaxa. tres mundos ſupremū videlicet, omnium angelicum, vt Pla. in phedro, huic proximnm cœlicum. Tertium ſublunarem, hic quidē tenebrarum eſt mundus, ille lucis, cœlicus autem ex luce tenebraúe miſtus. Vlterius vt Pla. tradunt, quodlibet quod eſt in vno horum, eſt & in quouis alio. in mundo ſub lunari ignis eſt, in cœlico ſol, in angelico ſeraphina, tenet. n. ſol ab cœlicū, ſeraphinaq; ad angelicū mundū, eam rōnem: quā ignis elemētarius in ſublunari: tenet. rurſus in ſublunari aqua eſt in cœlico luna: in angelico vero cherubina, eiuſque cherubica puritas: eſt. n. in hoc noſtro ſublunari mūdo cherubina: aqua pura lympida atq; paruia, in cœlico luna, in angelico cherubina: eius cherubica mens, & in cæteris poteris idem inuenire: tunc ad rem venio. Anaxagoras igitur dum. d. quodlibet eſſe in quolibet non de formis in materia loquitur vt Ariſt. interpretatur, ſed de mundis, quatenus quodlibet quod eſt in vno, eſt in tribus, hanc interpretationem. Picus noſter ſectatus eſt in ſeptiformi ſex dierum generatione, verum quāquā hæc allegorica interpretatio reprehēdi nō poſsit: ſi Ariſt. Simplicio, & Thē̄m. cæteriſque græcis credendum eſt, nullatenus conſona erit. Ariſt. n. vbiq; vt Thē̄m. ĩterpretatur, verba Anax. ad chaos retulit in quo omnia continentur, quod etiā nonnunquam ab Anaxa. migma hoc eſt miſcella, ſiue miſtura appellatur, hanc miſcellam Simp. & Thē̄m. Pla. & peripateticos ſentire voluerunt. propterea græci omnes ferre chaos Anaxa. ſiue migma interpretantur illud quod Ariſto. appellat hylen, catholici abyſſum. Plato. pandochen ſiue oīcapax, homiomera ſiue ſimilaria quæ in chaos contineri aſſerit Anaxagoras, interpretantur inchoationes formarum, quas vetuſtiſsimus Simeō tenebras abyſsi vbiq; appellat, & quia in quolibet cōpoſito naturali eſt materia, in qua ſunt omnes formæ inchoate, iure quodlibet eſſe in quodlibet per inchoationem autumat Anaxa. verum quid ſit hæc formarum inchoatio, in dilucidatione apparebit, ibi. n. Anaxa. adhuc poſitionem dilucidabimus, hoc igitur pacto interpretando poteſt defendi Anaxa. poteſt etiā defendi, reſpondendo ad rationes. Ad primam dicendum non eſſe impoſsibile eſſe infinita principia rerum naturalium numero, ſpecie vero finita, quæ quidem infinita numero cum locum nō occupent, poſſunt eſſe in quolibet puncto materię, ſed quia ſpecie ſunt finita, ideo non tollunt ſciētiam. Ad ſecundā diceret Anaxagoras ꝙ quantitas totius ſequitur quantitatem partium locum & diſtinctionem occupātium, modo formæ iſtæ non dicuntur hoc pacto partes, propterea ex quantitate harum nec magnitudo nec paruitas habetur totius. Ad tertiā diceret Anaxagoras ꝙ nunquam ceſſat talis extractio, & concederetur apud eum remanere partes ſiue formas infinitas, non quidem locum occupantes, vel ſitum, ſed in confuſo, nec eſt impoſsibile infinitas partes indiſtinctas atque confuſas eſſe in magnitudine finita diſtincta atque locum certum occupante. Ad quartam diceret Anaxagoras generationem non fieri per diuiſionem quantitatiuam quia ſic eſt deuenire ad minimum naturale, ſed per diuiſionem æductiuam, quam generationem vocat: &

Defenſio poſitionis.

Qualis ſeraphina.

Qualis cherubina.

vocat: & ſic non eſt venire ad minimum, imo illud de quo aliquid hoc pacto gñatur, corrumpitur per gñationem rei de nouo, & non minoratur, vt credit Ariſt.

Ad quintam Anaxa. concedet vno modo, & negabit alio modo: dicet.n. vnam eſſe materiam ſiue chaos in oĩbus, quod quidem actu eſt in alio atque alio, poteſtate tñ eſt vnum oĩum, & ſic dicet non eſſe impoſsibile infinita infinities eſſe in quolibet in potentia & cõfuſe, non tñ diſtincte & occupatiue. Ad rõnem libri de generatione reſponderet Anaxa. ꝙ generatio ſimpliciter non eſt illa, qua aliquid accipit eſſe ſimpliciter, quia oẽ quod gñatur, ꝓfuit, ſed illa qua aliquid accipit eſſe, quod eſt ens ſimpliciter, puta ſuƀa, alteratio vero qua accipit eſſe aliquid quod eſt ens ẜm quid vt accidens, & ſic ſaluat differentiam generationis ab alteratione. Ad vltimam Anaxa. concedit illud chaos eſſe oĩa, quia homo, equus, & quodlibet id genus, non tñ denominatur aliquod horũ: quia denominatio ſumitur nõ tm̃ ab eo quod eſt, ſed ab eo quod apparet eſſe, apparet autem cum æditur in lucem, æditur vero in lucem, cum formæ acquirunt eſſe diſtinctum & ſitum diuerſum, & ſic rõnes iſtæ non cogunt. Ex his ſequitur in corruptione ſubſtantiali non perditur nomen & diffinitio, nec in generatione acquiritur, ſed ſolum apparet perdi vel apparet acquiri, quia oẽ quod eſt actu nunc, præfuit, & quod nunc actu eſt, poſtea erit, ſola autem differẽtia eſt propter tenebras & dilucidationem, hæc poſſunt dici pro Anaxa. Nec iſta ſunt cõcedẽda, vt multi iuniores credunt, quibus ſufficit dicere contra hos, ꝙ Ariſt. reprobauit illos, non.n. credimus magis Ariſto. vt.d. Alexan. niſi quia eius poſitio inuenta eſt plus remota à cõtradictione, tñ veteres bene interpretati forte non ita temulenter loquuntur, vt ignari audiũt: hæc de Anaxa. Poſt hos inueni Iuniores peripateticos opinatos eſſe formas omnes contineri actu aliquo pacto in materia. Cum.n. materia ipſa & ſit in potentia ad oẽs formas & ſit apta recipere oẽs formas: atq; appetat illas oẽs: neceſſe eſt vltra potentiã paſsiuã materiæ ponere aliquid forę vel foras ipſas aliquo pacto actu ꝑeſſe, non mõ in potentia paſsiua, ſed in potẽtia formali qua & apta ſit oẽs recipere formas: & qua appetat oẽs formas, appetitus.n. atq; aptitudo ratione formę eſt, ait.n. Auer. ꝙ materia appetit formam ꝑ illud qđ habet de motu ad formã: vt patet phy.1. per illud igiẗ quod materia habet de forma appetit & apta nata eſt recipere formas: per eius vero potentiam paſsiuam & ſubiectũ formæ, potentia.n. eſt ratione materiæ, aptitudo autem atq; appetitus ſunt rõne formæ. Quod quidem formę ipſæ aliquo pacto in actu formali præcedant videntur multa verba peripateticorum oſtendere. Auer.n. in.1. phyſicæ auſcul. inquit. ſi materia in ſui natura eſſet formata, non reciperet omnes formas: niſi ens generareẗ ex ente: quemadmodum ſi in ſui natura eſſet priuatio ſimpliciter, tũc oĩno nihil generaretur ex ea. Ex his verbis apparet priuationem vltra potentiam ĩportare aliquid. & hoc non poteſt eſſe niſi ſit forma, vel aliquid formæ generandæ: prætereà Ariſto. vult priuationem diſtingui à materia contra Pla. vt dicitur.1. phy. igitur priuatio vltra materiam dicit aliquid formæ: prætereà Auer.1. phy. inquit. in ſpermate.n. quod fit homo: nõ ceſſant partes ſpermatis recedere: & partes hominis fieri donec forma hominis perficiatur. Ex his ſequitur ꝙ forma pręfuit imperfecte: ſed per generationẽ perficitur, Prætereà Ariſt.1. phy. & Auer. & Them. ibidem

Poſitio iuniorũ peripate.

Cõm.81.

Cõm.79.

Cõm.66.

Cõm.62.

Cõm.43.

dicunt nõ quodlibet fieri ex quolibet: ſed ex determinato determinatum: illud autem determinatum non põt eſſe materia: cum ſit indeterminata atque indifferens ad oĩa: igitur oportet eſſe formæ qui cquàm: quod eſt ante generationem. Pro his ſolẽt fieri rõnes: prima quia ſi nihil formæ præeſſet: tunc generatio eſſet pura creatio: quia fieret forma nihilo eius præſuppoſito. Secundo tunc generatio non eſſet naturalis, probaẗ quia ſi eſſet naturalis, vel naturalitate principij paſsiui, vel naturalitate principij actiui ſiue formalis, non naturalitate principij paſsiui: quia ſic non differt generatio naturalis à generatione artificiaria: in generatione.n. artificiaria præſupponitur materia ipſa in qua forma recipitur, veluti & in naturali, igitur oportet vt ſit naturalis vtroque modo: aliter nulla eſſet differentia inter generationem naturalem, & artificiariam. Speciatim vero ſic ponẽtes differunt. Nam alij poſuerunt inchoationem vnam omnium generalem vt formam corporis de genere ſubæ. Alij omnes formas eſſe inchoatas ẜm earum eſſentias non quidem in numero, ſed in ſpẽ: eſſentiæ.n. rerum in ſpecie habentur: ſunt & alij modi qui cum ſint omnino rudes: ſunt prętereũdi. De primo modo aĩaduertendum eſt quod duplex eſt materię potentia alia quidem paſsiua, qua materia poteſt recipere omnes formas: quaũe nec eſt quid, nec quale nec quantum, nec aliud prædicamentorum: ſed eſt quodlibet horum in potentia. Alia eſt potentia formalis: qua ipſa appetit & apta eſt recipere omnes formas: & hæc eſt inchoatio generalis reſpectu omnium formarum: hãc vocat Auic. in primo ſuę ſufficientię lib. cap.2. formas corporis coæternam materiæ: huius poſitionis ſunt Albertus Linconyẽſis, & videtur opinio Auer. 2. phy. de hac poſitione diximus multa in lib. de generatione: in lib. de Subſtantia orbis: in.12. huius: nunc pro declaratione huius ſufficiant hæc. ſed contra hanc poſitionem arguunt nonnulli iuniorum. Primo quęrũt de forma quæ generatur: cuius ſit actus, an materiæ: an illius formæ communis: an vtriuſque. ſi materiæ igitur fruſtra eſt forma illa: non formæ: quia tũc fruſtra eſſet materia. non vtriuſque: quia tunc generatio eſſet motus: quia ſubiectum eius eſt in actu. Secundo non minus accidentia generantur ẜm quid, quàm ſubſtantiæ generentur ſimpliciter, ſed pro generatione accidentium nullum ponitur inchoatiuum: igitur nec pro generatione ſubarum. Tertio forma ſpecifica quæ inchoatur in generica: aut eſt aliquid præter formam genericam: aut nihil prorſus: ſi nihi prorſus: tunc talium formarum nulla eſſet generatio: eo quia nihil addit forma ſpecifica vltra genericam præexiſtentem. Si vero ſit aliquid præter genericam: tunc quantũ ad illud quod addit vltra illam non eſt inchoata in illa: & ſic non euitatur creatio. Amplius non ſaluatur dr̃ia inter generationem naturalẽ & artificiariã. Quarto ſi formæ ſpecificæ inchoantur in illa generica, tunc contraria eſſent in eodem, qđ vr̃ impoſ͛e, & inchoatiue, & perfecte. Quinto ſi dabitur iſtud inchoatiuũ, tunc daretur quintũ elementum, quia cõpoſitũ ex illa forma & prima materia: quod nullũ elementorum eſt. Contra hãc põnem multas rõnes fecimus in lib. de Suƀa orbis: & in lib. de gñatione: Patauij etiam dum illic legebamus pueri nr̃i multas rõnes mouerunt contra iſtam, verum quia omnes illæ rationes, tunc à nobis fuerunt ſolutæ, & vnuſquiſque aptus ad ꝓbandum ex noſtris dictis poterit illas leuiter delere, nũc nõ dignamur plura ſcribere,

1.Poſitio.

Cõm.15.

Differẽtia poſitionum.

Obiectiones iuniorum.

Excuſatio.

bere, ſat nobis erit ſoluere has, per quas grauiores vir credunt formam hanc elidere. Pro ſolutione igitur debes ſcire, quod inchoatiuum eſt duplex, aliud diſpoſitiuum, aliud graduale, graduale inchoatiuum eſt calor vt duo, ad calorem vt octo: perfectius.n.calor inchoatur gradualiter in illo vt duo: diſpoſitiuum vero bifariam eſt, aliud ſui generis, aliud alterius gnis: alterius gnis eſt diſpoſitio qualitatiua & quantitatiua reſpectu formarum ſubalium.eiuſdem generis eſt vegetatiuum reſpectu ſenſitiui, ſenſitiuũ reſpectu intellectiui vt dictum eſt lib.2.de Anima, oĩum ſubalium formarum cõe eſt forma corporea de genere ſubæ. Tunc probabiliter tenemus vt ſemper tenuimus: formam illam quæ eſt habitus coęuus materię eſſe inchoatiuum diſpoſitiuum oĩum formarum eiuſdem generis cum formis ſubſtantialibus. Ad primam dico, ꝙ forma genita eſt actus primæ materiæ, & negatur ꝙ fruſtra ſit illa forma, qm̃ forma eſt actus primæ materiæ: & tñ nõ fruſtra ſunt diſpoſitiones qualitatiuæ, & quantitatiuæ in materia, ſic dico ꝙ licet formæ ſpecificæ ſint actus primæ materiæ, tñ illa forma eſt neceſſaria vt inchoatiuum diſpoſitiuum, veluti de cæteris diſpoſitionibus concedimus. Ad ſecundam dico ꝙ accidentia habent inchoatiua diſpoſitiua alterius generis: remotum quidem talem formam cõem, propinquum vero formas ſubſtantiales ſubiectorum, quia ſubiectum accidentiũ non eſt niſi ens in actu per formam, habẽt etiam ĩchoatiuum eiuſdem gñis ſiue de genere accidentium, videlicet, dimenſiones interminatas, & hoc ſufficit. Ad tertiam dico ꝙ formæ quæ gñantur ſunt aliquid præter illum habitum ſiue illam formam, & conceditur ꝙ nõ ſunt ĩchoatę in illa gradualiter, veluti caliditas vt octo inchoatur in caliditate vt duo, ſed bene inchoant̃ oẽs illæ in tali forma diſpoſitiue, quia niſi materia eſſet prę diſpoſita hac forma: licet eſſet in potentia ad oẽs: non tñ oẽs eſſet recipere apta, nec appeteret illas. Vlterius euitatur creatio, quia creatio eſt formæ: cuius nulla forma eiuſdem generis præceſſit, mõ licet nihil formę ſpecificæ præceſſit, ſufficit ꝙ præcedat aliquid, quid attinet ad illam ſaltẽ ſ̃m genus, etiam ſaluatur dr̃ia inter gñationem artificialem & naturalem, quia artificialis gñatio per ſe non ſupponit inchoatiuum, nec eiuſdem, nec alterius generis, ſolum.n.hoc eſt per accidẽs. quatenus formæ artificiales ſunt accidentia, q̃ requirunt ens in actu, at naturalis generatio per ſe requirit inchoatiuum diſpoſitiuum vt dictum eſt. Ad quartã concedo oĩa contraria eſſe inchoatiue diſpoſitiue in illa forma, nõ autem inchoatiue gradualiter. Ad quintam nego conſequentiam, quia elementum eſt corpus in actu ſpecifico, ſed ſi velint per elementũ omne illud ex quo fit aliquid, concedo, nec hoc repugnat Ariſto. cum etiam ipſam materiam vocet elementum, vtrum vero hæc poſitio ſit de mente Auer. vel ne, non multũ curo, nam habemus præcipuos auctores non minores Auer. qui hanc poſitionem ſentiunt, pręterea ego alias declaraui hanc poſitionem poſſe ſtare cum rõnibus & poſitionibus Auer. tu vero lege dicta nr̃a, & potes hoc tenere: Hæc de prima põne. Alij imaginantur in materia duplex genus potentiæ. quia aliæ ſunt potentiæ, quibus materia appetit formas, & ipſas eſt recipere apta, & hæ potentiæ ſunt formales, quæ ſunt ſpecificæ eſſentiæ oĩum formarum, vt eſſentia hominis, vel equi eſt potentia formalis, qua ipſa materia appetit, vel eſt apta recipere oẽs formas ſpẽi equi, aliæ ſunt potentiæ, quibus materia eſt potens eſſe ſubiectum oĩum formarum, & hæ ſunt diuerſæ, quia alia potentia põt eſſe ſubiectum formarum equi, & alia formarum hominis, hæ potentiæ dicuntur ſubiectiue, potentiæ iſtæ formales ſunt inchoationes oĩum formarum, hanc poſitionem vr̃ ſectari Egidius in multis locis. Et præceptor noſter celeberrimus in ſuis quibuſdam qõnibus, mouent̃ autẽ iſti: quia formæ fiunt, & oẽ quod fit cõponitur ex eſſe & eſſentia, igitur formę cõponuntur ex eſſe & eſſentia, & cũ eſſentia præcedat eſſe, igit̃ eſſentiæ formarum p̃ceſſerunt. Secundo vniuerſalia ſunt æterna, & non ſ̃m eſſe, quia continuo eſſe fluit & refluit, igitur ſ̃m eſſentias, igitur eſſentiæ oĩum formarum præcedunt. Ex his concedunt inchoationes eſſentiales oĩum formarum: & ſi quæritur ab his: vtrum his inchoationibus eſſentialibus correſpondet aliquid præter materiam & cãs agentes, vel nihil præter materiam & cãs agentes, reſpondent ꝙ his reſpondet aliquid præter materiam & agentes cãs, quod quidem non eſt eſſe exiſtentiæ, ſed eſſe eſſentiæ. Inchoationi.n.oĩum formarum equi correſpondet aliquod extra materiam & cãs actiuas illius, quod quidem eſt ens eſſentiæ, non autem ens exiſtentiæ, vtpote equus ſ̃m eſſe eſſentiæ non autẽ equus ſ̃m eſſe exiſtentiæ, equus.n.ſ̃m eſſe eſſentiæ eſt aliquid pręter materiam & cãs agentes. Contra hanc poſitionem obiiciunt iuniores primo vel eſſentia talis eſt perfectibilis per actum eiuſdem rõnis cum ipſa, vel non. ſi non igitur fruſtra præcedit, eſt etiam contra eos, qui tenẽt formas componi ex eſſe & eſſentia. Quod non ſit perfectibilis per actum eſſendi eiuſdem rõnis. deducunt quia eſſentia equi eſt perfectior eſſe exiſtentiæ eiuſdẽ, igitur non perficitur per eſſe exiſtentiæ. antecedens ꝓbant. primo quia illud eſſe eſſentiæ directe pertinet ad genus ſubſtantiæ, eſſe exiſtentiæ non pertinet ad genus illud, modo quod pertinet ad genus ſubſtantiæ eſt perfectius nõ pertinẽte ad idem genus. Secundo quia nobiliſsima perfectio competit cuique per ſuum proprium genus & ſuam propriam dr̃iam, quæ pertinent ad eius eſſentiam, & non ad eius eſſe. Tertio plus excedit homo poteſtate equum poteſtate: q̃ actu homo hominem poteſtate: at homo poteſtate equum excedit ꝑ eſſentiam, homo vero actu excedit hominẽ poteſtate per exiſtentiam, igitur eſſe exiſtere non eſt perfectius eſſentia. Secundo principaliter in oĩ tranſmutatione eſt aſsignare terminum formalem generationis, aut igitur terminus talis eſt forma generanda ſ̃m eſſentiam, aut forma generanda ſ̃m exiſtentiã, aut eſſentia formę ſub exiſtentia, non ſ̃m eſſentiam, quia quod capit eſſe ſ̃m aliquid ſui, non præeſt in materia, igitur ſi forma eſt terminus generationis ſ̃m eſſe eſſentiæ, ſ̃m tale eſſe non præfuit in materia, nec ſ̃m eſſe exiſtentiæ, quia cũ eſſe exiſtentiæ ſit accidens, tunc talis generatio nõ eſſet per ſe ad ſubſtantiam, nec eſſentia ſub exiſtentia, quia aut ſub ratione eſſentiæ, aut ſub rõne exiſtentiæ. ſi ſub rõne eſſentiæ: igitur eſſentia producitur, & ſic habetur intentum. ſi ſub rõne exiſtentiæ: igitur accidens terminat gñationem. Præterea forma ſub exiſtentia. d. vnũ per accidens quum ſit aggregatum ex ſubſtantia & accidẽte, igitur nõ eſt terminus generationis per ſe. præterea quod non eſt principium agendi non eſt principium & rõ terminandi. Sed exiſtentia non eſt principiũ agendi, ſed eſſentia ſiue natura, igitur eſſentia eſt terminus actionis. Tertio principaliter formæ iſtæ ſ̃m eſſe eſſentiæ, quæ præcedũt in materia, aut ſunt vnitæ materiæ,

Quotuplex inchoatiuum.

Sol. rationum.

2. poſitio Egid. & præceptoris.

Obiectiones iuniores.

materiæ,aut ſeparatæ.ſi ſeparatæ, igitur vr̃ poſitio Platonis ſi vnitæ: igitur reponunt materiam in ſpecie,& ſic ante generationem hominis materia fuiſſet homo, & ſic de aliis. Amplius homo per generationem non acquiret nomen & rõnem,nec per corrup.amittet nomen & rõnem. Quarto illud quod acquiritur per generationem aut erit aliquid præter illud quod præfuit in materia,aut nihil aliud .ſi nihil aliud: tunc nulla eſſet generatio. ſi aliquid præter illud, tunc tale creabitur, quia erit ex nihilo ſui, & ſic non euitant creationem. Quinto oẽ continens virtualiter perfectius continet virtualiter imꝑfectius, ſed agens continet virtualiter formam ẜm eſſe exiſtẽtiæ:igitur ẜm eſſe eſſentiæ,quod eſt ĩperfectius. Sexto forma q̃ ẜm eſſe eſſentiæ præeſt materiæ,aut eſt corruptibilis ẜm tale eſſe, aut nõ.ſi ſic igitur ẜm tale eſſe eſt generabilis : aliter generabile & corruptibile non conuertentur.ſi non, tunc idem numero poterit redire,quia remanet in materia ſub eadẽ aptitudine: & agens manet idem. Septimo tunc darentur inchoationes infinities infinitæ, quia in omni materia ſunt oẽs ſpecificæ inchoationes ,& materiæ ſunt infinitæ,hæ ſunt rõnes cõtra hanc põnem directę: quia indirectæ poſſunt eſſe multæ. Quicquid ſit de veritate huius põnis,iſti cauilli nulli ſunt.vbi aĩaduertendum eſt,ꝙ iſta põ vult vl̃ia realia nihil eſſe niſi tales inchoationes eſſentiales, vt.n.habent eſſe actu in ſuppoſitis dicuntur vl̃ia, vt vero continẽtur poteſtate in ſuis cauſis præcipue in materia dicuntur inchoationes. Secundo aĩaduerſione dignũ tales inchoationes non contineri in materia vt accidentia in ſubiecto, nec vt formæ perficientes in perfectibili. Sed quia in illa continentur oĩa indiuidua gñabilia, in quibus vt in ſuppoſitis tales eſſentiæ ſiue vl̃ia continentur,& propterea non intelligunr̃ ſeparatæ ab indiuiduis, vt.n.materia poteſtate habet oẽs formas indiuiduales, ſic poteſtate præbent vl̃es iſtas formas mediante continentia illarũ indiuidualium. Tũc ad cauillos.ad primã dicerent ꝙ talis eſſentia eſt perfectibilis ꝑ eſſe exiſtentiæ,non quidẽ ſimpliciter, quia ſemper tale eſſe eſſentiæ eſt in aliquo eſſe exiſtentiæ, quia vl̃ia ſunt æterna in ſuis indiuiduis. Sed ẜm quid, & tunc dato ꝙ eſſentia rei ſit perfectior ipſius eſſe,adhuc poteſt perfici ꝑ eſſe ẜm quid,non dico ſimpliciter. Ad ſecũdam dico ꝙ terminus formalis eſt forma particularis quæ ẜm particularem eſſentiã non ꝓfuit,nec ẜm particulare eſſe, ſed præfuit ẜm eſſentiam ſpecificã.tum in ſuppoſitis actualibus,tum in ſuppoſitis potentialibus in materia cõtentis,& hoc modo ceſſat oĩs eorum cauillus,ĩmo ipſi coguntur ponere hãc ſolutionẽ, qui tenent eſſentiam eſſe naturã realem cuius vnitas eſt minor vnitate numerali,& maior vnitate ſpecifica, poteſt.n.hæc rõ torqueri contra eos, quia q̃rerem ad quid terminatur gñatio aut ad illã naturam, aut ad eſſe exiſtentiæ illius naturæ, & arguatur vt prius, & propterea coguntur dicere ꝙ præceſſit eſſe eſſentiæ ſpecificum, non aũt particulare, quod contrahitur per eſſe exiſtẽtiæ. Ad tertiam dico ꝙ iſtæ formæ ſunt vnitæ materiæ in potẽtia rõne ſuppoſitorum, quæ ſunt in materia in potẽtia, & ſic ceſſat rõ. Ad quartam rationem cogũtur ipſi rñdere vt nos, ideo dico ꝙ erit idem & aliud: idem,quia illi correſpondens, aliud qũo ens in actu aliud ab ẽte in potentia, & ſic euitar̃ creatio. Ad quintam data rõne eorum,tunc natura cõis, quam dicunt eſſentiam cõtineretur virtualiter in cauſis, & hoc mõ oportet rñdere pro nobis & ipſis, quod hæc ꝓpõ eſt vera,qñ ambo illa ſunt continebilia,modo nihil poteſt contineri niſi producibile, nã illa ſiue eſſentia non eſt contineri apta, quia non eſt producibilis vt ipſi dicunt. Ad ſextam etiam ipſi cogunr̃ ſoluere qui ponũt eſſentiam eſſe naturam cõem,ꝓpterea dico ꝙ eſt æterna talis eſſentia, non autem reddit idem numero, quia concurrit potẽtia reſpectiua materiæ,q̃ in aduentu formæ particularis corrũpitur. Ad ſeptimam negar̃ conſequentia, quia inchoationes infinitarum materiarum ſunt non numero ſed ſpẽ differentes,ſed ſpẽs ſunt quodam numero vt.d.Porphyrius. Ex his poteſt hæc poſitio defendi, imo dico ꝙ quæcunq; iſti ſcribunt contra hanc põnem, coguntur ipſi etiã ſoluere qui ponũt eſſe eſſentię eſſe naturam cõem,eſſe vero exñtiæ eſſe modũ intrinſecum illius eſſentiæ, oẽs.n.rationes factæ contra põnem illam ſunt contra eorum põnem, nolo plures poſitiones narrare, quia cæteræ quæ ponuntur, nõ habent colorem. Hæc de poſitionibus dicta ſufficiant.

Defenſio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione primo aĩaduerſione dignum ꝙ oĩs effectus in ſuis continetur cauſis, aliter ex quolibet efficeretur quodlibet,effectus vero in cauſis nihil aliud eſt q̃ ſuæ cauſæ,& ita effectus in cauſis nõ eſt ſub eſſentia propria. Sed ſub eſſentia ſuarum cauſarum,quia rõne latens dr̃ in illis,quatenus nõ eſt ſub propria eſſentia; dum vero eſt in ſeipſo extra cãs,patens,dr̃,quia ſub ꝓprio eſſe,propriaq; eſſentia alia à cauſis exiſtit,hinc forma dum producitur educi atq; extrahi de potentia materiæ dr̃,quatenus latebat ibi, eo quia in illa vti in cauſa continebatur, & nõ ſub eſſentia propria, magis autem ẜm eſſentiam cauſæ. Secundo aĩaduerſione dignum ꝙ eſſe in potentia materiæ non eſt vno modo, quædam.n. ſunt in potentia materiæ primo prima,& ſic ſunt oĩa in potentia materiæ,& hoc pacto ex quolibet poteſt fieri quodlibet quatenus in quolibet continetur materia, in cuius potentia primo prima continentur oĩa,quædam ſunt in potentia materię determinata,veluti in pane eſt potentia ſanguis, & hoc pacto nõ ex quolibet fit quodlibet,ſed determinatum ex determinato, vnde vt colligitur.12.huius forma poteſt intelligi in materia bifariam.Vno modo ẜm potentiam materiæ primo primã, & hoc pacto formæ nihil pręeſt,nec de diſpõne formę, ſed ſolum illius præſunt cãæ tm̃.Alio modo forma poteſt intelligi eſſe in materia prout præeſt in potentia ꝓpinqua:quodammodo inclinata ad formam per qualitates naturales, & ſic dr̃ hæc potentia reſpectiua, & ſic licet nihil formæ præſit, præſunt tñ diſpoſitiones formæ. Tertio debes ſcire vt Auer.12.huius declarat ꝙ creatio apud pħos eſt productio alicuius nulla parte illius præſuppoſita,hinc concludit ꝙ ſi forma per ſe fieret,talis crearetur,quia illius nulla pars præſupponeret̃, compoſitum vero per ſe fit, non creatur, quia eius aliqua pars præſupponitur vtpote materia.Ex his apparet dilucidatio,cum.n.quæritur vtrum rõnes ſeminales materiæ præſint pro gñatione formæ. Reſpondeo ꝙ ſi per rõnes ſeminales intelliguntur eſſentiæ formæ, quibus correſpondet aliquid pręter eſſentias cãrum, & diſpoſitionum, vt ſic pro gñationibus rerum non præſunt, rationes ſeminales. ſi autem intelligantur per tales rõnes ſeminales cauſę ipſæ ſiue diſpoſitiones propinquæ, ſic eſſentiæ formarum pręſunt,quia pręſunt cauſæ & diſpoſitiones,quæ ſunt eſſentiæ formarum,& ita pręſunt eſſentiæ oĩum formarum, ſumendo tales eſſentias ꝓut illis nihil correſpõdet præter cãs illarum principales vel diſpoſitiuas.

Commen.11.

Commen. 18.

diſpoſitiuas. Et fortaſſe ħ voluit dicere ſecunda poſitio, & Anaxa. dum dixerunt eſſe oīum formarum inchoationes: quę ſunt oīum formarum eſſentiæ, ſumpſerũt. n. inchoationes non pro rõnibus & eſſentijs quibus correſpõdet aliquid præter diſpões & præter cãs oẽs, ſed ſumpſerunt eſſentias quatenus illis nihil aliud præter cãs principales & diſpoſitiuas correſpondet. Hæc de dilucidatione ipſa dicta pro nunc ſufficiant.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rões. Ad primam dico ꝙ agẽs extrahit effectũ de potentia materiæ quatenus eius eſſe non erat aliud ꝗ eſſe materiæ, at agens ita illum æducit, ꝙ facit ipſum eſſe extra potentiam materiæ, nec præbet ei multitudinẽ ſed perfectionem, qm̃ non efficit alium præter eum, qui in materia cõtinebatur, ſed ipſum perficit in actu. Ad ſecundam dico ꝙ effectus in actu non eſt alius ab eo quod eſt in potẽtia alietate termini, quia quod erat in potentia erit in termino, tñ eſt alius alietate eſſentię, quia in potentia talis effectus erat ſuæ cauſę, in actu eſt per ſe in proprio eſſe & eſſentia alia ab eſſe & eſſentiæ cauſæ. Hæc de vndecima diſpu.

Similiter itaque his & quæ ſunt natura conſtituta ſe habent. nam ſperma facit ſicut quæ ab arte, habet enim poteſtate ſpeciem &c. Tex. cõm. 31.

DISPVTATIO DVODECIMA

De ſeminarijs rationibus in cauſis agentibus.

Num in cauſis agentibus præſint rationes ſeminariæ rerum agendarum.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non præſint, arguo. Primo effectus æqualiter cõtinetur in materia & in agente, ſed ante gñationem ratio ſeminaria materialis erat ſolũ ipſa materia, igitur ratio ſeminaria effectiua erit ſolum ipſum agens: igitur nihil præeſt præter cãs agentes. Secundo agens continens effectum totaliter, non requirit rõnem ſeminalem aliam ab ipſo, ſed cœlum continet effectum totaliter, igitur non requirit aliquam aliam rõnem ſeminalem præter cœlicã virtutem. In contra-

Cõm. 31. Cõm. 18. rium eſt Ariſt. & Auer. hoc. 7. & 12. huius vbi volũt ante gñationem cuiuſq; formę præfuiſſe ſemen, in quo eſt rõ ſeminaria illius formæ. Idem in lib. de animalibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli declaratione oportet declarare quid ſit

Quid ſemen ſe cũdũ aliquos. ſemen, quia à ſemine rõ ſeminalis dicta eſt. Itaq; apud aliquos ſic deſcribitur, ſemen eſt corpus imperfectum productum à gñante: cuius forma intenta eſt vt ex ipſo gñetur ſimile aliquid generanti, cã autem eſt, quia natura primo procedit aſcendendo de imperfecto ad perfectum vt à forma ſeminis vſq; ad formam ſanguinis, è forma ſanguinis vſq; ad formam embrionis, è forma embrionis tãdem vſq; in formam ſpeciei hoīs vel æqui. Contra vero procedit in corruptione, quia primo ex aīali ad cadauer, hinc ad elementa tandẽ. Ex hoc ſequiť ſemen eſſe corpus imperfectum gratia alterius à gñante

Confutatio diffinitionis ſeminis. productũ. Sed hæc diffinitio eſt diminuta, primo quia nihil poniť per quod notetur materia, ꝗ eſt de eſſentia diffinitionis vel illius pars apud exteros, aut ſaltem eſt

Cõm. 16. neceſſaria vt deferens eſſentiam, & hoc ait Auer. primo de aīa, ꝙ qui dimittit materiam indiffiniendo, diminute diffinite vt patet. Pręterea ſi ſemen ipſum eſt corpus imperfectum, aut imperfectione gñis, aut imperfectione ſpeciei, ſi imperfectione gñis, ſic omne aīal præter hoīem erit corpus imperfectum, & ſic male illud addiť in diffinitione ſeminis, non imperfectione ſpeciei: quia oẽ ſemen in ſpecie ſeminis, cum habet oīa requiſita ad eius ſpẽm eſt perfectum in ſua ſpecie, & ſic oīno male additur corpus imperfectum. Tertio cum rõ ſeminalis dicať à ſemine, tunc ſolum in viuentibus eſſent rões ſeminales, & non in elementis vel ſimplicibus aut miſtis inanimatis, quod nõ eſt dicendũ. Propterea aliter oportet dicere. Vbi aīaduertẽdum eſt ſemen poſſe trifariam

ſumi. Vno modo pro oī eo, in quo adeſt virtus productiua alicuius effectus, ſiue illud ſemen ſit deciſum vel productum ab agẽte particulari, ſiue non, & hoc pacto diſpoſitio qualitatiua inducta in ligno à ſole vel igne dr̃ ſemen reſpectu ignis generandi. Secundo ſumi põt pro quodam proportionali vero ſemini. & ſic corpuſculum illud in carne vaccina eſt ſemen reſpectu apis generandæ: quod quidem productum eſt à calore ſolis & cæterarum ſtellarum diffuſo in aere vel aqua vt. d. Auer. 12. *Quid ſemen.*

meta. lib. Tertio poteſt ſumi pro corpore deciſo ex ſuperfluo alimẽti in loco debito gñationis, in quo eſt virtus productiua eius quod eſt ſimile gñanti. Semen primo modo eſt oīs diſpoſitio qualitatiua in qua eſt virtus effectiua alicuius corporis in certa ſpecie conſtituti: & hoc pacto ſemen & rõ ſeminalis idem eſt, quia caliditas & ſiccitas inductæ in ligno ab igne eſt ſemen ad formã ignis generãdam, & hæc eadem eſt rõ ſeminalis. Semen ſecundo modo eſt corpus quoddã productũ ab actione ſolis & cæterarum ſtellarum, in quo reſidet virtus generatiua certi viui, quod eſt ſimile ſaltem virtualiter calori ſtellarũ tunc vigenti. Tertio modo ſemen eſt corpus deciſum à ſuperfluo alimenti patris & matris producti in loco debito gñationis in quo reſidet virtus generatiua alicuius viuentis ſimilis iis è qbus deciſum eſt, tangitur corpus loco gñis, & formæ, tangitur à ſuperfluo alimenti patris & matris ſiue principiorũ agentium loco materiæ, & loco agentium producti in loco debito gñationis tangitur ad expreſsionem maiorem, dr̃ in quo reſidet virtus alicuius viuẽtis productiua loco cãæ finalis, & per ſimilitudinem ad hoc ſemen, quod ſperma appellant græci cætera ſemina dicuntur, hoc. n. modo tangitur in lib. de aīalibus ab Ariſt. Ex his apparet quid ſit ratio ſeminalis, ſi. n. ſemen accipitur primo modo, ſic idem ſm rem eſt ſemen, & ratio ſeminalis, diſpoſitio enim illa qualitatiua vt inducta ab agente eſt ſemen, vt inſtrumentum agentis principalis ad gñationem ignis vel alicuius talis, dr̃ rõ ſeminalis. Si vero ſumen ſumatur. 2. vel 3. modo virtus illa, ſiue qualitas illa quę reſidet ĩ ſpiritu generatiuo, qui eſt pars ſpiritualior & ſubtilior totius corporis, dicitur ratio ſeminalis. Quid ſit ratio ſeminalis, & quid ſemen, modo patet. Hęc de titulo. *Cõm. 18.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione Plato quem ſequuntur Alexan. Theĩn. Auic. Algazel & alij plures dixit formas rerum induci totaliter ab extra, illaſq; non contineri in agentibus particularibus: eo quia agentia particularia non inducunt formas: ſed ſolum diſponunt. Et tunc iuxta hanc poſitionem oportet dicere nullam eſſe rationem ſeminalem. Primo quia in diſpoſitione qualitatiua nõ ineſt virtus generandi; Secundo quia nec in ſemine. 2. vel 3. modo, ſolum. n. ineſt virtus diſponendi ad inductionem *Platonis pñ.*

ctionẽ formæ, virtus aũt gñandi eſt in aĩa mundi apud
Pla.quæ ab Auic.dr̃ cholchodea,à Them. Alexãdroúe
intellectus agens, ab aliis dr̃ forma vniuerſi,dr̃ quidem
anima ab animando cuncta viua,non aũt ab inanimã-
do, dr̃ forma à formando. non autem ab informando:
dr̃ intellectus agens reſpectu intelligibilium. Sed con-
tra hanc põnem non eſt nunc obiiciendum,quia diſpu
tatione decima eſt obiectum ꝑ rõnes Auer.nũc autem
Poſitio aliorũ. ſufficit. Alij vero concedunt ſemina, verũ de ſemine
tenent iſtas concluſiones,prima ſemen non ponitur vt
principium actiuũ attingens vltimã formam ſubſtan-
tialem gñandam.Secunda ſemen non agit ad diſpõnem
ꝑuiam vt ſufficiens principiũ actiuum alterationis, ſed
quaſi vt inſtrumentum cœli. Tertia oẽs aĩæ in materia
diſpoſita inducuntur immediate à Deo. Quarta cæte-
ræ formę inaĩatorem inducuntur ab agentibus earum.
Ex his ſequit̃.5.concluſio ꝙ non præſunt rõnes ſemi-
nales actiue,ſed bene diſpoſitiue:& ſi præſunt ſolum in
formis inanimatorum præſunt.Has conclõnes per or-
dinem deducũt,primã quidem multifariam: & primo
ſupponunt ab imperfectiori non poſſe effectum perfe-
ctiorẽ produci. primo quia ſi nõ, tũc nulla eſſet via ad
ꝓbandum agens vnum eſſe altero præſtãtius, ſemper
.n.Ariſt.docuit illud per maximum in quod poteſt.Se-
cundo oẽ quod eſt in ꝓducto eſt in producẽte actu vel
virtute,igit̃ ſemper producens eſt perfectius vel ſaltem
æque perfectum effectui. Tertio ſignet̃ effectus pro-
ductus à ſemine & ſit A,vel igitur A eſt æquale ſemini,
vel excedit ſemen: vel eſt minus.ſi minus vel æquale,ha-
betur intentũ, quod non concurrit actiue ad ꝓductio-
nem aĩalis. ſi excedit, quæro de illa entitate ꝗ excedit,
vtrũ ſit ab illomet vel ab alio, non ab illomet, quia tũc
contineretur in illo formaliter vel virtualiter,& ſic per
illam entitatem A nõ excederet illud producens, igitur
ab alio oportet illam eſſe, & h̃ eſt propoſitũ 4.oĩs cauſa
æquiuoca eſt perfectior ſuo effectu, ſed ſemẽ eſt cauſa
æquiuoca reſpectu aĩalis producti,igitur nõ poteſt eſſe
illo imperfectius.5.qñ ad eundem effectũ concurrunt
duæ cãæ.ſ.vniuoca & æquiuoca, æquiuoca ſemper eſt
nobilior effectu,igitur à fortiori qñ ſola æquiuoca con-
currit quare cum ad gñonem aĩalis ſolum ſemen con-
currit,ſequit̃ ꝙ ſemen deberet eſſe nobilius illo, qđ eſt
impoſſibile. Sexto nulla forma dare poteſt perfectius
eſſe alicui, ꝗ ſi illi ſeipſam ꝑberet formaliter. Sed ſi for-
ma ſeminis daret eſſe materiæ, non daret eſſe nobilius
aĩali, igitur non poteſt dare eſſe aĩalis. Septimo nullus
effectus eſt ſine per ſe cauſa efficientiæ,ſed in momen-
Commen. 62. to gñationis ſemen non eſt ſm̃ Auer.1.phy. igitur non
poteſt aĩal eſſe à ſemine,vel ſub alia forma ſumus in pri
mo inſtanti geniti eſſe aĩalis, vel igitur aĩal eſt à ſe, vel
alio vel à nullo, & cum non poſſit eſſe à ſe nec à nullo,
igitur ab alio,& non à ſemine,quia illud non eſt,igitur
à motore ſeparato.Hæc de prima concluſione eorum,
multa alia dicunt, tñ ex ſolutione horum apparebit ſo-
lutio cæterorum.Secundam vero deducunt.Primo qa
agens vniformæ non poteſt eſſe ſufficiens principium
actiuum effectus difformis.Tertia vero deducunt,quia
aĩæ illæ non inducuntur à ſeminibus,nec à virtute cœli,
igitur à Deo. Quarta concluſio eorum patet, quia ignis
productus quo ad qualitates ſecum ꝓductas eſt à qua-
litatibus ignis gñantis,quo forma eius eſt à forma gene
rantis,hoc autem eſſe poteſt pro tanto,quia forma ge-
nerantis, eſt applicata materiæ, de qua debet deduci
forma ignis,non ſic forma animalis generantis,Hæc hi

de quæſtione hac.Sed quod hæc poſitio nec ſit peripa- *Confutatio poſitionis.*
tetica, nec Platonica:declaratur. Platonica quidem nõ
quia Plato concedit formas creari,iſti dicunt tales for-
mas fieri,non autem creari.Amplius Plato gñatim oẽs *Optima ratio.*
formas tenet deforis aduenire, iſti ſolum aĩas. Quod
non ſit peripatetica declaratur.Primo quia Ariſt.15.lib.
de aĩalibus,vbi diſputat,quæ nam aĩa ex ſemine quæúe
deforis accedat, concludit ſolũ intellectum deforis ad-
uenire,igitur per exponentes ſequitur,ꝙ ĩtellectus de-
foris aduenit, & nihil non intellectus deforis aduenit,
& ita cæteræ aĩæ traducuntur ex ſemine vt ibi conclu-
dunt rões eius. Secundo ſequeretur ꝙ nullum viuens
vera gñatione generaretur: qđ licet de hoĩe ſolet con-
cedi,de alijs oẽs negãt,& deducitur enthymema, quia
nullum generatũ cuius forma per gñationem non acci
pit eſſe, vere generatur, gñatio.n.eſt naturalis, quia via
eſt in naturam hoc eſt in formam vt.d.Ariſt.2.phy.Sed
quodlibet viuens pręter hoĩem vera gñatione genera-
tur:igitur eius forma per gñationem accipit eſſe, & per
conſequens non per productionem à Deo. Tertio ge-
neratio ſm̃ peripateticos eſt finis alterationis, ſed oĩs
finis alterationis accipit eſſe ꝑ alterationem, in hoc.n.
cõcordant oẽs peripatetici ꝙ terminus motus accipiat
eſſe per motum,ſiue ſit intrinſecus ſiue extrinſecus,igi
tur tales formæ erunt veræ termini alterationum: & ſic
non ſunt à Deo. Tertio formæ viuentium intendun-
tur ab agentibus naturalibus, aliter à caſu præter inten-
tionem illorum fierent,& ſi intenduntur ab illis, igitur
generantur,aliter fruſtrarentur fine intento,quia nite-
rentur ad id quod non eſt in poſſe eorum. Quarto oĩs
effectus qui dependet in eſſe & cõſeruatione ab aliqui-
bus cauſis dependet vel dependuit in gñatione ab eiſ-
dem vel ſimilibus,hæc recipitur ab oĩbus peripateticis
vbiq;, ſed aĩæ oẽs præter rõnalem dependent in eſſe &
conſeruatione à materia diſpõnibusq; materialibus,ita
vt illis remotis amplius non ſint,igit̃ dependent vel de-
penderunt ab his vel ſimilibus in generatione. Quinto
vel tales aĩæ continent̃ in potẽtia in prima materia,vel
pœnitus ab extra inducuntur. Si continentur in potẽ-
tia in prima materia, igitur Deus illas producẽs erit ex-
trahens,ꝙ eſt ridiculum apud peripateticos,non.n.cre
do hos eſſe ita rudes,cum acuti dicant̃,vt hæc dicerent
ad mentem peripateticorum.Si ab extra pœnitus indu-
cuntur,inter diſpõnes & has formas ordo erit acciden-
talis,diſponent.n.materiam ad has formas mere ꝑ ac-
cidens,declaratur.quia nec in his diſpõnibus continen
tur formæ aliquo pacto, nec formæ continent has di-
ſpoſitiones, & ſic per accidens mediantibus talibus di-
ſpõnibus hæ formæ inducerentur.Sexto ſi tales formæ
oĩno deforis accedunt vt arguit Auer.12.huius, tunc *Commen. 18.*
iſtæ proprijſsime crearẽtur probatur quia nihil harum
ſupponitur nec actu nec potentia: igitur vera creatio.
Septimo fortius oĩs productio vel eſt ex ente vel ex nõ
ente. ſi ex non ente ſimpliciter & pœnitus, à peripate-
ticis dr̃ creatio:ſi ex ente in potẽtia dr̃ generatio,in hoc
conueniunt oẽs,tunc arguo vel iſtæ formæ fiunt ex nõ
ente pœnitus, vel ex ente in potentia, in quo ꝓfuerunt
ſaltem aliquo pacto ſi ex oĩno nõ ente,in quo nec actu
nec potentia ſunt:creabuntur,vt patet ꝑ diffinitionem
creationis.ſi ex eo in quo ſunt in potentia,tunc genera-
buntur vera gñone,& non productione,quæ eſt imme
diate à Deo.Hæ rõnes recipiuntur leuiter à peripateti-
cis,ab exteris vero captu erunt difficiles. Secũda con-
cluſio etiam debet exponi, quia vel volunt ꝙ ſemen nõ
cõcurrat

cõcurrat vt principium alteratiuum particulare, vel ꝙ non concurrat ſolum nullo alio concurrente. Si ſecundum, bene dicunt, non tñ conſonat rõnibus eorum, ratio. n. eorum vř probare ꝙ nec concurrat vt particulare agens, vel diſponẽs, nec aliquo pacto, niſi vt coadiuuans, at ſi volunt vt ſemen non concurrat ad alterationem vt particulare alterans contradicunt medicis: qui dicunt ſemen eſſe virtualiter difformæ, quia deciditur à ſuperfluo alimenti oĩum mẽbrorum: & ſic eſt particulare agens ad organizationẽ, cœlum vero eſt vľe agens, non tm̃ gñationi ſed diſpoſitionis, & oĩs motus. Tertia concluſio eſt directe contra Ariſt. in lib. de ſenſu, vbi dicitur ꝙ nulla ſubſtãtia eſt principium immediatum alicuius actionis, & ideo concludit ꝙ ignis agit vt calidus, vt vero calidum igneum ignem generat. Præterea ſi forma ignis poteſt gñare formam ignis immediate ſolum ſuppoſitis diſpoſitionibus qualitatiuis & q̃titatiuis, tunc illamet forma ſi eſſet ſeparata poſſet ignem gñare ſolum præexiſtẽtibus diſpoſitionibus, ꝙ q̃tum ſit peripateticum, tu conſidera: & cõſequentia patet, quia per qualitates ſolum diſponit, & per ſe generat, igitur facta diſpõne totali, poterit illa ſic ſeparata gñare eundem ignem. Sed de his in lib. de gñatione. Hęc de põnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ ĩ vero ſemine tria ſunt: forma ſubalis ſeminis, per q̃ ſemen eſt ſemen, ſpiritus gignitiuus, qui eſt ſubtilior pars ſeminis: & qualitas quædam, quæ eſt calor ſeminalis. hic vero calor eſt cœleſtis & eſt aĩalis. vt deciſus ab aĩali, vt animal eſt, calor iſte eſt aĩalis, vt deciſus ab aĩali, quatenus eſt inſtrumentum ſtellarum & ſolis eſt cœleſtis, in ſemine quoq; proportionali, huic vero veluti in corpuſculo illo hæc tria ſunt, vel his ſimilia: adeſt forma illius ſubalis, adeſt ſpiritus gignitiuus, adeſt calor illæ cœleſtis proportionalis aĩali. in ſemine vero primo modo duo ſunt nõ ſm rem dicta, ſed ſm rõnem: adeſt caliditas vel diſpõ qualitatiua, vt qualitas eſt: & adeſt rõ inſtrumenti, quia illa qualitas inducta eſt qualitas, & eſt inſtrm̃ vt qualitas qualitatem efficit, vt inſtrm̃ ſubſtantiæ efficit ſubam. Tunc dico primo ꝙ ſumendo rõnes ſeminales pro quibuſuis principijs actiuis, ſic dãt rõnes ſeminales remote ex parte quidem agentis ſunt primus motor & cœlũ, ex parte

Cõm. 18. materiæ ſunt ipſa materia, & hoc dixit Auer. 12. huius vbi in calce cõmenti ait ꝙ oẽs formæ ſunt poteſtate in prima materia, & actu ĩ primo motore. Si vero ſumanť rõnes ſeminales ꝓ virtutibus ſeminũ actiuis, ſit ẽt concedimus illas eſſe vel in ſeminibus, vel ĩ ſimilibus his, in vero quidẽ ſemine vel illi proportionali rõ ſeminalis eſt forma ſubalis ſeminis, calor aĩalis reſidens in ſpũ gignitiuo, & hæ duæ ſunt in ꝓportionali ſemini, in metaphorico ſemine rõ ſeminalis eſt rõ inſtrumentalitatis vt dictum eſt, igitur rationes ſeminales ſemper præſunt generationi cuiuſq; formæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC ſoluamus primo rõnes aliorũ. Scđo ad principales dicemus. Ad primã dico ꝙ ab imꝑfectiori põt produci ꝑfectius non abſolute, ſed quatenus inſtrm̃ eſt agentis principalis: forma. n. ſeminis vna cũ calore aĩali vt inſtrm̃ agentis particularis & vľis poteſt ꝓducere ꝑfectius ſe. Ad rõnes, ad primã dico, ꝙ eſt aliqua via, nõ tñ illa via eſt eadẽ de inſtřis & de agentibus principalibus, agẽs. n. principale dř altero ꝑfectius, quia poteſt in maius ꝑ ſe, vel mediante aliquo inſtřo: inſtrm̃ vero eſt ꝑfectius, quia poteſt in maius vt inſtrm̃ ꝑfectioris agẽtis. Ad ſcđam dico ꝙ quicquid eſt in aĩali ꝓducto eſt in ſemine virtualiter nõ principaliter, ſed virtualiter inſtrumẽtaliter, & ſic nõ oportet ſemẽ eſſe ꝑfectius actualiter aĩali, ſed ſufficit vt ſit ęque ꝑfectum virtualiter inſtřaliter, etiam dato ꝙ ſit imperfectius illo actualiter. Ad tertiam dico ꝙ a excedit ſemẽ quo ad actualem ꝑfectionem, tñ non excedit illud quo ad virtualẽ inſtrumentalem ꝑfectionem, eſt. n. ſemen inſtrm̃ agẽtis ęque ꝑfecti, vel ꝑfectioris. Vlterius concedo ꝙ entitas, qua A. excedit ſemen, contineť in ſemine virtualiter non q̃dem principaliter, ſed inſtrumẽtaliter, & ſic non ſequitur ſemen eſſe abſolute ꝑfectius aĩali genito: ſed ſolum eſſe inſtrm̃ agentis perfectioris, vel æque perfecti. Ad quartã dico ꝙ cã æquiuoca principalis eſt ꝑfectior ſuo effectu. Sed cã ęquoca inſtrumentaria non eſt ꝑfectior: ſufficit. n. illam eſſe inſtrm̃ agentis ꝑfectioris. Per idem ad quintã. ſi. n. concurreret æquiuoce principaliter ꝓculdubio habereť intẽtum. Ad ſextam dico ꝙ añs eſt falſum, põt. n. aliqua forma dare perfectius eſſe, q̃ ſi ipſa eſſet forma materiæ, qñ eſt inſtrm̃ perfectioris agentis, non tñ abſolute, & hoc non poſſunt capere. Ad ſeptimam dico ꝙ agẽs eſt duplex. alterum requiſitum ꝓ fieri: alterum requiſitum pro eſſe & conſeruatione, agẽs requiſitum pro fieri eſt ſemen ipſum, agens requiſitum ꝓ eſſe & conſeruatione eſt cœlũ & primus motor, mediantibus diſpõnibus qualitatiuis & q̃titatiuis. dico ꝙ in primo inſtãti eſſe formæ aĩalis, hæc forma eſt, & quũ quæriť vel à ſe, vel à nullo, vel ab aliquo: dico ꝙ in hoc primo inſtanti à nullo eſt effectiue, ab aliquo conſeruatiue, quia à cœlo & diſpõnibus materialibus, nec eſt impoſľe effectum eſſe ſine agente, à quo ſolum in fieri dependet, ſufficit. n. habere agens à quo dependet in cõſeruatione. Hæc ad rõnes primæ concľonis. Ad rõnes pro alijs cõcluſionibus patuit ſolutio in dilucidatione. diximus. n. ꝙ ſemen non eſt totale principiũ alteratiuũ ſic ꝙ nullum aliud agens concurrat, tñ eſt particulare principium alteratiuũ virtute oĩum mẽbrorum, à quorum ſuperfluitate deciditur, cœlum vero eſt vľe principium alteratiuum, & ſi iſtud volunt intelligere, erimus cum eis. rõ vero pro tertia concluſione nulla eſt, quia nulla ſubſtantia agit niſi per qualitates, vt patet. 2. de generatione. Per hæc ad rationes principales ad primam patet ſolutio, in materia. n. erant duæ inchoationes, prima & vľis, & erat ipſamet materia proxima, & erat potentia reſpectiue: ſic ex parte agentis ſunt duæ, remota quidem ipſa agentia, proxima vero ratio ſeminalis. Ad ſecundam dico ꝙ cœlum continet oẽs effectus totaliter, & propterea requirit rõnem ſeminalẽ: qua contrahatur ad A vel B effectum. Hęc de. 12. diſputatione.

Ex quibus vero ſubſtantia eſt vt partibus eſt perſcrutandum. ſi igitur eſt hoc quidem materia, illud vero ſpecies, aliud ex his & reliqua. Tex. cõm. 34.

DISPVTATIO TERTIADECIMA

De pertinentibus ad rerum eſſentias & quiditates.

Num materia ſit pars eſſentiæ, ſiue quiditatis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur. primo, quia. 5. huius cap. de cauſa dř ꝙ partes diffinitionis ſunt formæ, igitur materia non pertinet ad diffinitionem, & ita

ita nec ad quidditatem. Præterea. 2. Ariſt vbiq; formam appellat quodquideſt, igiť materia non ꝑtinet ad quidditatem. Tertio in hoc. 7. habetur ꝙ forma eſt ſubã compoſita, ſpẽs & quodquideratesse: & non materia. igitur vt prius. In contrarium arguitur quia ſi materia non eſſet pars quidditatis ſubſtantiæ cõpoſitę, tunc materia non poneref in illius diffinitione, cuius contrariũ habetur. 2. phy. ꝙ naturalia non diffiniuntur ſine materia ſenſibili: & Auer. 1. de aĩa dici ꝙ q dimittit materiã di-

Com. 13. minute accipit. Scd̃o ſi materia nõ eſſet pars quidditatis ſubæ cõpoſitæ, tunc eius quidditas eſſet indiuiſibilis, cõſequẽs eſt cõtra Ariſt. q vult diffinitionẽ eſſe orõnẽ longã. Tertio q̃dditas cuiuſlibet eſt principiũ ſufficiẽs eius cuius eſt q̃dditas quouis alio circũſcripto. Sed forma nõ ſufficit ſine materia adeſſe compoſiti: igitur nõ eſt eius quidditas. Et ſic quæſtio eſt ambigua pro vtraq; parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli. Primo aĩaduerſione dignum, ꝙ eſſentia & quidditas in ꝓpoſito idem ſunt, licet ſuperius ſit dictum ꝙ eſſentia poſsit capi ꝓ ente in potentia ad eſſe, tñ nunc idem eſt eſſentia & quidditas, nõ differunt niſi reſpectu, nam eſſentia dr̃ quatenus eſt principiũ illius cuius eſt eſſendi, quidditas vero quatenus eſt principium diffiniendi. Quidditas vero eſt id qđ per diffinitionem explicatur: eſt. n. diffinitio ſermo cer-

Commen. 42. tificatiuus quidditatis & eſſentiæ vt dicit Auer. ĩ hoc. 7. habens vero quidditatem eſt compoſitum ex materia & forma apud peripateticos, hoc autem ẜm rem eſt ſingulare, tñ vt concipitur ab intellectu eſt vl̃e, non quidẽ ita vt ſuæ conceptioni correſpondeat aliquid ꝑter ſingularia, nihil. n. ipſi compoſito vl̃i in mente vel in voce vel in ſcripto correſpondet præter ſingularia, tñ dicitur vl̃e, quia concipitur ſub quadã confuſa indifferentia ad hoc vel illud ſingulare, ſingulare vero eſt habens quidditatem & cõpoſitum diſcrete ſumptum, vt Soc. vel Plato. Ex his ſequitur ꝙ proprie vl̃e eſt forma vt ſignificatur per nomen gñis, vel ſpeciei, vt homo & aĩal: animatum vel viuens, & miſtum & id genus non ſunt vniuerſalia, ſed compoſita vniuerſaliter concepta, vt. 1. huius diximus, huius cauſa eſt, vt diximus & dicemus ꝙ vniuerſalibus dum concipiuntur correſpondet aliquid præter ſingularia, quia correſpondent formæ ſingula-

Commen. 27. rium quæ ſunt vniuerſalia in potentia primo huius. Ex his apparet titulus diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio Burl. SVNT qui de diſputatione volunt ꝙ multum refert eſſe partem diffinitionis & partem quidditatis. Dicunt. n. ꝙ oẽs quatuor cauſæ ſunt partes diffinitionis, vel in diffinitione ipſa debent ſignificari, non tñ ſunt partes eſſentiæ vel quidditatis, quia non ſunt cauſæ intrinſecæ, niſi duæ tñ, materia & forma. Quod autẽ omnes cauſæ ſint partes diffinitionis, vel in diffinitione debeãt ſignificari, declarant quia diffinitio eſt ſermo dicens eſſe rei. 2. poſte. Sed eſſe rei eſt ab oĩbus cauſis, igitur diffinitio rei debet eſſe per oẽs cauſas. Secũdo ſciatur eſſe rei per formam tñ vel materiam & formam, & addatur ſcĩa alia eiuſdem, quæ eſt per finem & agens, vel cum priori efficit maius, vel non, non eſt dicendum ꝙ non, quia tunc ſcĩa per oẽs cãs non eſſet perfectior q̃ ſciẽtia ꝑ pauciores cãs, contra oẽs. ſi maior, igitur illę cãæ per-

Confutatio. tinent ad diffinitionem illius. Sed hæc põ non eſt peripatetica, primo quia tunc nihil diffinitiue ſciretur, niſi in illius diffinitione ponerentur omnes cauſæ, & ſic oportet ponere deum & cœlum: & oẽs cauſas à quibus dependet res. tenet conſequentia per rõnem horum, at falſitas conſequentis nota eſt. Secundo hoc vr̃ contra oẽs, quia diffinitio eſt oratio conſtans ex gñe & dr̃ia vltima, ſed cauſæ extrinſecæ non poſſunt explicari in diffinitione, nec vt genus, nec vt dr̃ia, igitur non poſſunt poni in diffinitione. Tertio in hoc oẽs conueniunt ꝙ partes diffinitionis debent eſſe partes rei. Sed cauſæ extrinſecæ non ſunt pares rei, igiť nec diffinitionis. Et tunc ꝑ hæc ad rõnes horum dico. Ad primã ꝙ diffinitio dicit *Solutio. rationum primæ poſitionis.* eſſe rei, quia eſt ſermo certificans eſſe ſiue rei eſſentiã, & dico ꝙ eſſe rei eſt ab oĩbus cauſis depẽdenter, non autem ĩtrinſecæ niſi ab vna tñ, vtpote à forma ẜm Auer. vel duabus, materia videlicet & forma apud alios, & ſic ſolum per formam vel materiam & formam oportet diffinire, quia ſolum per formã, vel per materiam & formã eſſe rei intrinſecæ eſt. Ad ſecundam dico ꝙ ſcientia quę eſt per formam tñ vel materiam & formam tñ eſt ꝑfecta quidditatiue, cui nihil quidditatiue addi poteſt, non autem perfecta ſimpliciter, & ꝓpterea addi poteſt, non quidẽ ad quidditatiuam cognitionẽ, ſed ad cognitionẽ quatenus cognitio eſt. Alij vero & Thomas, & Egid. *Poſitio aliorũ. & Thomæ & Egidij.* auctoritate Auic. voluerunt partem eſſentię atq; quidditatis eſſe tam materiam q̃ formam &, conſequenter diffinitionem perfectam eſſe, quæ formã & materiam explicat, vel cuius partes ſumuntur à materia & forma, vnde Egid. in hoc. 7. ait ꝙ materia & forma non ponũtur in diffinitione actu, eo quia partes diffinitionis ſunt partes rõnis, ſed ponuntur per quãdam correſpondentiam & quaſi indirecte, quatenus ab his ſumuntur partes rõnis, quia niſi partibus rationis rñderent partes rei, diffinitionis partes eſſent figmẽta. & ſic tenet Egid. ꝙ ipſa materia & ipſa forma ponuntur in diffinitione non actu, ſed indirecte quatenus partes rõnis quæ ſunt genus & dr̃ia, ſumũtur per quãdam corrñdentiam ab ipſis videlicet, materia & forma. Hæc Egid. Alij tñ explicatius hanc põnem declarant: vbi debes ſcire apud eos. ꝙ materia poteſt ſumi vno modo pro parte integrali, quo modo ſemicirculus eſt pars integralis circuli, & poteſt ſumi pro parte eſſentiali, quo modo cum forma cõponitur compoſitum. ſi ſumatur pro parte eſſentiali, poteſt ſumi vno modo incontracte, & quaſi vl̃ter. ſecundo modo contracte, & contracte. poteſt vlterius ſumi aut vt contrahitur ad ſingularitatẽ, aut ad exiſtentiam, aut aliquod accidens præter neceſſarium. Tunc dicunt ꝙ ſumendo materiam pro parte integrali non pertinet ad quidditatẽ directe, non. n. ſemicirculus eſt pars quidditatis circuli, nec brachium pars quidditatis hoĩs, pertinet tñ hoc modo conſiderata aliquo pacto ad quidditatem ſaltem indirecte, vel per reductionem, eo quia quicquid eſt cauſa cauſæ videtur per reductionem eſſe cauſa cauſati. Si autem ſumatur pro parte eſſentiali: vel ſumitur incontracte & vl̃r, & ſic tenẽt ꝙ ſit pars quidditatis ſpeciei: & pertineat ad quidditatem ſpecificam. Si contracte ad ſingularitatem eſt pertinens ad quidditatem indiuidui ſingularis diſtincti contra vl̃e, vt huius hoĩs. ſi contracte ad exitentiam eſt pertinens ad quidditatem indiuidui exiſtentis ſi contracte ad accidens præter neceſſarium, nullius rei eſt pars quidditatiua. Ex his ſequuntur duo ꝙ materia eſt pars quidditatis ſpecificæ, & pars quidditatis indiuidui, non tñ eadem ratione, eſt. n. pars quidditatis ſpecificæ vt incontracte ſumitur & vniuerſalis indiuidui vero vt contracte. Hæc exteri. Q̃ autem materia ſit pars quidditatis ſpecificæ, arguiť verbis Ariſt. In. 8. n. meta. laudauit archytã *Rationes propoſitione.*

Tarentinum

Tarentinum qui diffiniebat per materiam & formam, & Auer. idem vr̃ ſentire, præterea ibidem ait ꝙ ratio diffinitiua ſignat aliquid de aliquo, vbi oportet hoc quidẽ eſſe vt materiam, illud vero vt formam, vbi Auer. inqt, diffinitiones.n. rerum ſunt ex materijs & formis. v.g. cyphus qui diffinitur per hoc quod eſt vas talis qualitatis ſiue talis formæ. Ariſt. quoq; inquam pluribus locis huius Septimi libri ſępe vult ĩ diffinitionibus materiam eſſe adiiçiendam, vnde inquit ꝙ parabola Soc. vnioris, ꝙ conſueuit dicere. nõ bene ſe habet, ſuperfluum.n. eſt auferre materiam à quidditatibus rerum, quarum quædam ſunt hoc in hoc. i. forma in materia, & alibi pluries, pro hac parte augeť. aliqui primo eſſentia ſiue quidditas cuiuſq; rei eſt rõ intrinſeca & ſufficiens eſſendi rei, circunſcripta quauis cã alia realiter differẽte. Sed forma non eſt ſufficiens ratio eſſendi compoſiti: igitur non eſt eſſentia illius. minor patet: quia tunc materia ſuperflueret. Secundo ſi ita eſſet, tunc cõpoſitum eſſet incãtum, deducitur, cuius eſſentia eſt incauſata, ipſum eſt ſimpliciter incauſatum: ſed forma quæ eſt eſſentia compoſiti eſt incauſata intrinſece, igitur cõpoſitum eſſet incauſatum, ſed cum cõcluſio ſit falſa, falſum erit formam eſſe eſſentiam cõpoſiti. Tertio ſi ita eſſet, tunc forma faceret cum materia vnum ꝑ accidens, deducitur quia oĩs eſſentia cõpleta in ſpecie cuicunq; vnitur, facit vnum ꝑ accidens, ſed eſſentia eſt completa in ſpẽ, igitur addita materiæ facit vnum per accidens, quare forma quæ eſt eſſentia addita materiæ faceret cum illa vnũ per accidens. Quarto quicquid nec eſt quidditas, nec pars q̃dditatis, nec habens quidditatem eſt nihil. Sed per te materia non eſt quidditas, nec pars quidditatis, nec habẽs quidditatem, igiť nihil. Quinto datur materia vl̃is. igitur eſt pars cõpoſiti vl̃is, igitur eſt pars quidditatis, antecedens primum declarať quia materiæ conuenit facere per ſe vnum cum forma, & non rõne huius vel illius materiæ, igitur ratione materiæ in vl̃i. conſequentia tenet, quia ꝙ competit alicui per ſe, & non vni ꝑ alterum nec alteri per alterum, competit eis per vl̃e cõe, oĩbus materiis competit facere per ſe vnum cum forma, & nõ vni per alteram, nec alteri per alteram, igitur oĩbus illis per vl̃em materiam. Sexto quicquid ponitur in diffinitione ſubſtantiæ materialis: pertinet ad illius quidditatẽ: ſed materia ponitur in diffinitione ſubſtantiæ materialis vt patet. 6. huius, &. 2. phyſi. igitur ꝑtinet ad eius quidditatem, cęteræ concluſiones patent ꝑ ſimiles rõnes, quia ſi materia ſpecifice ſumpta eſt pars quidditatis ſpeciei, materia contracte ſumpta erit pars indiuidui, & quidditatis particularis, erit dico pro rõne pro qua contrahitur: quia ſi contrahiť per ſingularitatem, erit pars quidditatis ſingularis, ſi per exiſtentiam: erit pars quidditatis exiſtẽtis. Sed hæc põ non vr̃ peripatetica primo probatur tribus rõnibus Auer. quarũ prima tãgitur. 7. huius vbi ſumit quidditatem eſſe principium ꝑ ſe eſſendi, tunc arguo. quicquid eſt principium per ſe eſſendi cõpoſiti habentis quidditatem, eſt illius per ſe quidditas: ſed ſola forma eſt per ſe principium per ſe eſſendi, vt. 3. huius textu, materia vero eſt per ſe principium nõ eſſendi, diffinitur.n. forma vbiq; per eſſe principium per ſe eſſendi, materia vero per eſſe id quo res poteſt non eſſe: igitur per ſe principium eſſendi eſt forma, & ita ſola forma erit eſſentia rei & quidditas rei vnde ratio hęc colligitur. 7. huius partim, & partim vbi dicit forma eſt pars. quæ cum fuerit eſt res, materia vero eſt illud quod cum fuerit non eſt res. Et ita vis rationis eſt per ſolam formam compoſitum habet per ſe eſſe, per materiam non habet eſſe niſi per accidens: quia per illam habet ꝑ ſe non eſſe, igitur ſola forma eſt rei eſſentia: & materia ſolum per accidens pertinet ad eſſentiam, quatenus per accidens pertinet ad eſſe. Secunda tangiť primo huius & eſt hæc, id non eſt pars eſſentiæ & quidditatis, per q̃ ipſum compoſitum diffinibile eſt ſenſibile, & nõ intelligibile: ſed per materiam cõpoſitũ eſt ſenſibile, per formam vero intelligibile, vt dr̃ cœli & 12. huius, igitur per formam diffinitur, & non per materiam. Tertia tãgitur eodem primo met. & 12. huius & eſt hæc. Illud eſt principium quidditatis & eſſentiæ per ſe, quo ipſum diffinibile participat per ſe vl̃itate, ſed forma participat vl̃itate, materia, ſingularitate, igitur per formam proprie & veræ diffinitur cõpoſitum habens formam. Quarta rõ eſt Alberti, videlicet illud nõ eſt principium eſſentiæ & quidditatis, quod ẜm ſe eſt ſingulare, eo quia eſſentia & quidditas eſt vl̃e, & rei vl̃is ſingulare nõ eſt pars: ſed materia eſt per ſe ſingulare, deducitur, quod eſt vnum numero in ſua ſpecie eſt per ſe ſingulare. ſed materia prima eſt vna numero in ſpẽ materiæ: quia ſi hæc materia eſt alia ab illa, eſt propter formam, vel accidentia, quibus determinatur ad diuerſas formas: vnde hæc rõ tangitur. 12. huius. Ioannes vult eſſentiam cuiuſq; entis habentis eſſentiam & quidditatem eſſe formam, verum tenet ꝙ id quod per ſe primo diffinitur ſit cõpoſitum habens formam, & hoc quia apud ipſum homo in vl̃i vel aĩal non eſt forma tm̃. Sed cõpoſitum vl̃e ex vniuerſali materia & vl̃i forma. Cõcedit ſecũdo ꝙ materia interdum ponitur, immo debet poni in diffinitione, nõ quidem vt pars eſſentię diffiniti, ſed vt pars diffinibilis. nec valet eſt pars diffinibilis, igitur pars eſſentiæ: vel quidditatis: prætermittitur tñ materia ĩn propria forma, quia ponitur genus, quod loco eius habetur, vel ſaltẽ ab illa ſumitur, quia aĩal apud ipſum eſt quoddam modo materia rõnalis, totum.n. præcedens eſt materia totius ſequẽtis: & ſic rõnale eſt tota eſſentia hoĩs, aĩal vero quatenus ſumitur à materia, non eſt pars eſſentiæ, ſed ſolum quatenus ſumitur à forma gñica, tu vero lege Ioãnem in multis locis. Sed hæc põ licet in parte ſit Auerroica: non tñ eſt cõueniens. Primo qa ẜm Auer. materia non eſt pars rei vl̃is: eſt.n. ꝑ ſe ſingularis in ſua ſpẽ. Secũdo quicquid eſt pars diffinibilis eſt pars diffinitionis, quia diffinitio eſt idem oĩbus modis cum per ſe primo diffinibili. Sed quicquid eſt pars diffinitionis, eſt pars eſſentiæ, igiť ſi materia eſt pars diffiniti erit pars eſſentiæ. præterea Auer. in hoc. 7. ait ꝙ homo vl̃is non eſt homo niſi ẜm formam, igitur non per compoſitionem materiæ & formæ vt Ioannes dicit. Præterea in hoc. 7. ait diffinitio eſt intentionis vniuerſalis, & formæ vniuerſalis, & proprie. i. primo & per ſe non congregati ex materia & forma. Vltimo primo huius declarauimus non dari compoſitum vniuerſale, cui quidem correſpondeat aliquid præter ſingularia, vt diſputatione. 8. videri poteſt. Hæc de poſitionibus.

Côm. 6 | Côm. 9. | Côm. 28. | Côm. 22. et 53. | Commen. 20. | Commen. 37. | Côm. 27. | Côm. 29. | Côm. 14. | Côm. 18. | Côm. 14. | Côm. 14. | Poſitio Ioãnis. | Confutatio. | Commen. 29. | Commen. 37.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Pro dilucidatione debes ſcire, primo ꝙ entium quædam ſunt per ſe, quædam per accidens, per ſe ſunt quæcunq; ſubeunt figuram alicuius prædicamenti, vt in prædicamento ſubſtantiæ homo, in ꝑdicamento qualitatis album, & id genus: per accidens vero quæcunq; non ſubeunt figuram alicuius prædicamenti, ſed pluriũ prædicamentorum: vt homo albus, & id genus. entium per ſe vlterius, quædã ſunt ſimpliciter abſoluta vt ſubſtantiæ,

Quot modis entia.

ſtantiæ,quædam aut accidẽtia,aut aliquo pacto rõnem accidẽtis vel alicuius reſpectus includentia, accidentia quidẽ vt album,nigrũ & id genus,includentia accidens vel aliquo pacto relationem vt natura, materia, forma, aĩa grauc:leue,& id genus.Tunc ſit prima ſuppõ quidditas ſiue eſſentia ꝓprie non eſt entium per accidẽs.patet quia nullum illorum eſt ens per ſe,& ſic nullius illorum eſſe poteſt eſſentia vel quidditas.Secunda,quidditas vel eſſentia non eſt entium ꝑ ſe, quæ ſunt accidẽtia, vel accidens aut relationẽ includentia,patet quia quidditas eſt id quo res exiſtit vel eſt ens ad ſe vt dr̃ in litera, at nullum horũ eſt ens ſimpliciter ad ſe,quin aliquo pacto vel ẜm dici, vel ẜm eſſe, ſit ad aliud. Natura.n.aliquo pacto eſt ad aliud, materia aliquo pacto ad aliud, aĩa ſimiliter,& breuiter oẽ tale aliquo pacto eſt ad aliud. Tertia ſuppõ quidditas eſt ſolius ſubæ compoſitæ, deducitur quia ſola ſuba compoſita eſt ens per ſe & abſolutũ in certo gñe collocata. Ex his ſequitur ꝙ in naturali ſcĩa multa diffinitur, vbi ponitur materia, multa vbi ponuntur oẽs cauſæ, multa vbi ponuntur genus & dr̃ia tm̃,cauſa eſt.quia qñ diffiniuntur accidẽtia, vel effectus naturales,vel res reſpectiue aliquo pacto,tunc ponitur materia, interdum aliquæ cauſæ interdum oẽs. eo quia diffinitio non eſt abſoluta entis abſoluti:ſed ẜm cõditiones rei. Qñ vero diffiniuntur cõpoſita quæ ſunt per ſe in gñe,vt homo & aĩal & id genus,tunc ſolum per genus & dr̃iam diffiniuntur. Quarta ſuppoſitio eſt quod de mente Auer.triplex eſt diffinibile,aliud quidẽ per ſe primum & hoc eſt forma vt ſignificatur ꝑ nomen ſpeciei vel gñis de prædicamento ſubæ vt homo vel aĩal, aut equus,& id genus, quodlibet.n.horum forma eſt ꝑ nomen ſpecici ſignificata, vel gñis, aliud per ſe non primo vt ſingulare ſignificatũ per nomen cõe, veluti aĩale, miſtum,aĩatum compoſitum ex aĩa rationali & corpore:& cętera id genus,quolibet.n.ſingulare eſt,quia non datur vl'e compoſitum præter ſingularia quia tñ ſignificatur per nomen cõe,ideo vr̃ eſſe vl'e,aliud eſt ꝑ accidens & eſt ſingulare vt ſignificatur ꝑ nomen ſingulare veluti Soc. & Pla.quæ ſunt ſingularia hoĩs, aut hoc miſtum vel illud aĩatum, quæ ſunt ſingularia cõpoſitorum per nomen cõe ſignificatorum, hæc notauimus diſputatione.7.huius ſeptimi. Ex his ſequitur ꝙ quæcunq; diffinitio eſt hoĩs per ſe,eſt ꝑ accidens ſingularium hominis, vt Soc.& Plato.& eſt per ſe non primo cõpoſiti ex forma hoĩs & materia, vt aĩalis humani, quæcunq; diffinitio eſt aĩalis humani eſt ſingularium eiuſdem per accidens. His notatis & ſuppoſitis ſit prima concluſio de mente peripateticorum: ſumendo diffinitum per ſe primo ſic materia nec eſt pars eſſentiæ ſiue quidditatis illius,nec pars diffiniti.hæc concluſio patet,quia diffiniti eſſentia & diffinitum ipſum per ſe primo eſt forma ipſa vt per nomen ſpeciei ſignificatur,vt homo vel equus:modo materia non eſt pars formæ,igitur nec eſt pars eſſentiæ nec pars diffiniti. Secunda concluſio ſumendo diffinitum ſecundo vel tertio modo, materia non eſt pars eſſentiæ alicuius illorum,ſed bene eſt pars diffiniti.patet,qa eſſentia eſt forma:cuius materia nũq̃ eſt pars,diffinitum eſt habẽs formam, cuius materia eſt pars, igitur materia non eſt pars eſſentiæ : bene tñ pars rei quæ diffinitur. Tertia,materia cum ponitur in diffinitione diffiniti per ſe primi, vel in diffinitione cæterorum, non ſignificatur vt pars eſſentiæ, ſed vt deferens eſſentiam vel vt pars diffiniti.hæc concluſio eſt de mẽte Auer.in hoc.7.& probatur quia cum eſſentia diffiniti primo vel alijs modis ſit ſola forma,& forma nõ poſſit eſſe ſine materia,relinquitur ꝙ ſi ponitur collocatur vt ſubiectum deferens formã eo modo quo ſubiectum ponitur in diffinitione,accidentis. Sed occurrunt difficultates, quas tetigimus in lib.d.d.diſputa.5. in ſolutione tertij dubij. Prima qñ ponitur materia in diffinitione diffiniti ſiue primo, ſiue alijs modis ſumpti, quænam materia ponitur vtrum materia prima, vel materia ſignata. Secunda tunc diffinitio eſſet ſimplex & non oratio longa,qm̃ forma eſt ſimplex,& vnius conceptus tm̃,igitur non diceret genus & dr̃iam. Tertia tunc diffinitio ſubſtantiæ eſſet per additamẽtum, quia materia cum additur,non ponitur vt pars eſſentię:ſed vt ſubiectum eſſentiæ,igitur eſt additamentum. Quarto tunc materia non prædicaretur in quid de ipſo diffinito,nec eſſentialiter:probaẽ,quia nõ eſt eſſentia,nec pars eſſentiæ,nec de eſſentia,hoc autem vr̃ impoſsibile.quia ſaltem cõpoſito eſt æque intrinſeca ſicut forma. Quinto dubitatur vtrum diffinitio quæ cõpetit diffinito per ſe primo, competat oĩbus diffinitis ſibi ſubordinatis alijs modis ſumptis,vt vtrum diffinitio quę cõpetit homini, competat aĩali humano, & Soc.an alia diffinitio ſit hominis,alia aĩalis humani, alia Socra.multæ alię difficultates tanguntur in lib.d.d.loco allegato,& alia multa diximus diſputa.7.huius lib.7. Hæ nunc ſufficiant. Ad primam Egid. credit ꝙ aĩal rationale quod eſt diffinitio hoĩs, ſit compoſitum ex partibus rõnis, ſed quia partes rõnis ſunt figmenta niſi ſumantur à partibus rei, & partes rei ſunt materia & forma,ideo voluit aĩal ſumi à materia,rõnale à forma, hæc vr̃ ſententia Auer.in hoc lib.7.circa finem cõmenti,vbi velle vr̃ ꝙ vltima dr̃ia ſit ſola rei forma cæteræ partes ſunt veluti à materia ſumptæ,& tunc iuxta hanc põnem oportet dicere ꝙ materia quæ ponitur in diffinitione cuiuſuis diffiniti eſt genus quod quidem licet nõ ſit materia:tñ ſumitur à materia, quia aĩal ſumitur à ſenſitiuo quod eſt materia rõnalis,ſimiliter cũ diffiniẽ aĩal & dr̃ ꝙ eſt corpus viuens ſenſitiuum,genus qđ eſt corpus viuens eſt materia ſenſitiui, quia vegetatiuum eſt materia ſenſitiui. Sed hæc ſolutio nõ eſt Auerroica,licet poſsit eſſe recta, qa apud Auer.genus non prędicaretur per ſe eſſentialiter de diffinito. deducitur quia apud ipſum materia non prædicatur ꝑ ſe eſſentialiter de diffinito vt patet ĩ hoc.7.& 8. huius,& 9.huius & alibi, vult.n.materiam prædicari ſolum ꝑ accñs neceſſario de diffinito,quia nõ eſt de eſſentia illius.Aliter igiẽ dico ꝙ materia non ſemper ponitur in diffinitione: quia in diffinitione diffiniti per ſe primi non neceſſario ponitur, quia vt dicetur genus & dr̃ia ſunt partes formæ,non autem ſumptę à materia & forma,ponitur autem in diffinitione diffiniti per ſe primo vt additum atque ſubiectum eſſentiæ,ponitur in alijs vt pars diffiniti, ſed ſiue ſic ſiue ſic ponatur, ſemper ponitur materia propria & ſpecifica quæ eſt conueniens formæ,quæ eſt eſſentia diffiniti. Ad ſecundam dico ꝙ diffinitũ per ſe primo eſt forma ſola: & diffinitio eſſentialis eſt ſermo explicans oẽs conceptus formæ, & oẽs illius gradus. Sed qm̃ forma ſpecifica habet omnes gradus,quibus conſtituiẽ compoſitum, quia habet gradũ ſpecificum gradum genericum,& id genus,ideo diffinitio quæ explicat omnes gradus tales, eſt oratio longa: genus.n.& differentia non dicunt diuerſas formas, ſed diuerſos gradus,quibus forma ſe habet ad compoſitum. Ad tertiã dico ꝙ diffinitio dr̃ per additamentũ,qñ datur per aliquid alterius gñis, mõ licet in diffinitione ſubſtantiæ

Prima ſuppoſitio quorũ eſt quidditas.
Quot modis diffinibile.
1.concluſio.
Cõm.34.
Difficultas.
Prima.
Secunda.
Solutio.
Qua Egid.
Cõm.41.
Confutatio.
Cõm.13.et 34.
Cõm 6.
Cõm 12.

ſubſtantiæ ponat̃ materia,quæ nõ eſt de eſſentia,tñ non eſt alterius gñis à forma:ſiue eſſentia,& ſic non eſt ꝑ additamentum. Ad quartam Auer.concedit,vult.n.materiam & oẽ prædicatum ſumptum à materia prædicari per accñs neceſſario, quia non per ſe eſſentialiter. Ad rõnem dico ꝙ licet ſit æque intrinſeca compoſito,non tñ eſt pars eſſentiæ compoſiti. Ad quintam debes ſcire ꝙ diffinitum per ſe primo prædicatur de diffinito ꝑ ſe non primo,& de diffinito ꝑ accidens,& ideo quęcũque diffinitio competit diffinito per ſe primo competit per ſe oĩbus alijs,& econtra, eſt tñ hæc dr̃ia ꝙ materia quæ ponit̃ in diffinitione non eſt pars eſſentiæ diffiniti per ſe primo,nec pars diffiniti:at in cęteris licet non ſit pars eſſentiæ,eſt pars diffiniti, quia quodlibet illorum eſt compoſitum ex materia & forma.Et ita materia cũ ponitur in diffinitione diffiniti ꝑ ſe primo, ponitur vt differens & ſubiectum eſſentiæ, cum ponitur in diffinitione cæterorum, ponitur vt differens eſſentiam, & vt pars diffiniti. Aĩaduerte tñ ꝙ etiam aliæ cãæ adduntur in diffinitionibus ſpecierũ ſubæ vt patet in lib.de aĩalibus,diffiniuntur.n.per efficiens, finem & materiam & formam,tñ ſola forma eſt propria, cæteræ cãæ addũtur extra eſſentiam, licet cõueniant diffinitionibus pro q̃to ab illis dependent diffinita.Vnde aliquid ponitur in diffinitione vt eſſentia vel prædicatum ſumptum ab eſſentia,vt forma & oẽ ꝙ ſumitur à forma, aliquid vt differens eſſentiam vel pars rei habentis eſſentiam vt materia, aliquid vt id è quo dependet eſſentia vt efficiens & finis proprie tñ forma & ꝓ̃dicata formalia ſunt de eſſentia. Et debes ſcire vt diximus ꝙ oĩa hæc intelligũtur de entibus per ſe abſolutis,quæ ſunt per ſe entia cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ,nam accidentia non proprie diffiniuntur,vt dr̃ in textu. Itẽ nec ea quę includunt accidens vel reſpectum accidẽtalem vt materia, natura, & motor,& id genus,qm̃ in accidẽtibus, vel his quæ accidens includunt,non eſt eſſentia: & propterea in diffinitione illorum ponuntur interdum oẽs cauſæ proximæ interdum materia & forma,interdum accidens, nos autem locuti ſumus in his:quibus proprie competit diffinitio,cuiuſmodi ſunt ſubę & ſpecies ſubę.Hęc de dilucidatione dicta ſatis, tu vero collige dicta nr̃i in diſputatio.7.huius, & in lib.deſtructionũ loco ſupius allegato,& in.1.huius diſputatione.8. & habebis oĩa de mẽte peripateticorũ.

Quot modis aliquid ponitur ĩ diffinitione.

Limitatio dilucidationis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis rñdetur ad rõnes aliorum. Ad primam per auctoritates dico ꝙ Ariſt. vult materiam poni in diffinitione nunq̃ tñ dicit illam poni vt partem eſſentiæ, interdum.n.ponitur vt deferens eſſentiam, vt dicit Auer.interdum vt differens:& vt pars diffiniti:& q̃tum ad hoc laudat Archytam.Tunc ad rões. Ad primam dico ꝙ forma eſt ſufficiens & per ſe cã eſſendi compoſitum, quia materia eſt quo compoſitum non eſt, & negatur ꝙ ſine materia compoſitum eſſe poſsit, quia concurrit per accidens & tanq̃ cauſa ſine qua non:ſine .n.materia compoſitum non haberet eſſentiam, & ſic ad formam negatur minor. Ad probationem dico ꝙ materia non ſuperfluit, quia licet non ſit pars eſſentiæ, eſt pars compoſiti & deferens eſſentiam. Ioannes dicit ꝙ forma eſt principium ſufficiẽs in gñe cauſæ formalis, materia vero eſt principium in gñe cauſæ materialis,& in idem venit. Ad ſecundam nego conſequentiam & concedo formam eſſe intrinſece incãtam, tñ dependet in eſſe & conſeruatione à materia vt à ſubiecto,& propterea cõpoſitum eſt cãtum, vnde ꝙ intrinſece eſt incãtum,& non dependet ab aliquo,id cuius eſt eſſentia eſt incãtum,non ſic eſt in propoſito,quia licet forma ſit intrinſece incauſata tñ dependet,& propterea cõpoſitum eſt cãtum. Ad tertiam dico ꝙ eſſe cõpletum in ſpecie eſt dupliciter.vno modo ꝙ ipſum nullã habet partem q̃ compleat ipſum ĩ ſpẽ,& ſic formæ vt homo & aĩal ſunt cõplete in ſpẽ.alio modo ꝙ nec hñt partem nec dependeant ab aliquo,& ſic nõ ſunt illa completa in ſpẽ,quia dependent à materia,tunc dico ꝙ illud quod eſt cõpletum in ſpẽ ſecundo modo cuicunq; vnitur, per accidẽs vnitur:ſed quod eſt cõpletum primo modo poteſt per ſe vniri materiæ,è qua dependet, & ſic non cogit. Ad quartã dico ꝙ maior eſt inſufficiens,oportet.n.addere ꝙ nec ſit deferens quidditatem, nec pars eius ꝙ habet quidditatem. Ad quintã dico ꝙ ꝑ materiam vl̃em poſſumus intelligere materiã cõem pluribus materijs eiuſdem ſpeciei materię,& hoc pacto non dat̃ materia vl̃is, quia nõ eſt niſi vna tm̃ materia in ſua ſpẽ:veluti vna numero intelligentia in ſua ſpẽ.Alio modo poſſumus intelligere materiam vl̃em materiam cõem per potentiã reſpicientem formam cõem, vt illam hoĩs, & non huius hoĩs,& ſic concedo ꝙ datur materia vl̃is,& eſt pars cõpoſiti vl̃is,non quidem ita vl̃is,vt illi in voce vel in mẽte corrñdeat aliquid ꝑter ſingularia:ſed ita vl̃e,quia cõcipitur vl̃r,& ſic concedo ꝙ eſt pars compoſiti vl̃is non tñ pars eſſentię,quia vt dixi ſola forma & prædicata formalia ſunt de eſſentia compoſiti. Ad vltimum patet ſolutio, in diffinitione.n.ponuntur interdum oẽs cauſæ, & tñ ſm̃ eos ſola forma & materia ſunt de eſſentia, propterea debet limitari maior, ꝙ quicquid ponitur in diffinitione per ſe vt pars eſſentialis eſt pertinens ad eſſentiam,aliter non oportet, ponit̃.n.materia vt deferens eſſentiam, cæteræ cãæ ponuntur vt neceſſariæ ad eſſentiam, quorum nullum ponit̃ vt pertinens ad eſſentiam, ꝑ hæc patet ſolutio ad oẽs alias rões factas pro parte noſtra & contra partẽ noſtram,vt patet. Aĩaduerte tñ ꝙ licet doctiſsimus Expoſitor Thomas videatur diuerſus ab hac poſitione, quia tñ ipſe raro aut nunq̃ diſſentit à doctrina peripatetica, fuit.n.ortus peripateticus & oĩ ſtudio peripateticus,& nunq̃ aliud voluit niſi quod peripatetici, propterea ſua põ poteſt reduci facile in bonum,poteſt.n.eſſentia capi dupliciter.Vno modo pro forma cuiuſq; rei compoſitæ, qua illa dicitur eſſe per ſe & principaliter,& hoc pacto Thomas concederet materiam non eſſe partem eſſentiæ. Alio modo capitur eſſentia pro entitate reſultante ex partibus alicuius per ſe,& ſic eſſentia eſt tertia entitas,& hoc pacto ait materiam eſſe partem eſſentiæ, ſumit.n.eſſentiam large pro omni reſultante ex partibus. Auer.autẽ ſumpſit eſſentiam proprie pro eo quod eſt principium per ſe eſſendi,& nullo modo per accidens, ſicut eſt forma: & ſic non diuerſa ſentiunt, Et quod hæc ſit poſitio expoſitoris,declaratur vult enim ipſe in hoc.7.& alibi ꝙ materia habeat duplicem gradum: vnum quo materia eſt materia,& alium à forma,per gradum quo materia eſt materia, eſt principium indiuidui, per gradum quẽ habet à forma eſt principiũ ſpẽi & eſſentiæ. Et ſic velle vr̃ ipſe per eſſentiam entitatem reſultantem ex compoſitione materiæ & formæ ſiue reſultet à materia quatenus eſt materia, ſiue à materia rõne formæ Auer.aũt ſumit eſſentiam pro eo, quo res eſt per ſe & primo ratione ſua & ſic ſermo Auer.eſt præxus, ille expoſitoris eſt fuſus atque amplus,tñ recte conſiderando non differunt.Hæc ſunt de mente Expoſitoris. Alij non poſſunt conuenire,

Defenſio Expoſi.

cōuenire, quia ipſi volūt naturæ materiæ rñdere propriam vnitatem realem minorē vnitate numerali: huic vero materiæ volunt reſpondere vnitatem ſingularitatis per hecceitatē & ſic volunt materiam eſſe per ſe partem eſſentiæ, & propriæ, & ſtrictæ. Tu vero hæc conſidera. Hæc de decimatertia diſputatione.

Abeuntes vero ex actu non palam, vtrum quidam ſunt aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur & cognoſcuntur vniuerſalis ratione &c. Tex. cōm. 35.

DISPVTATIO XIIII.

De intellectione ſingularium.

Num ſingulare ſit per ſe intelligibile à nobis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non ſolet argui. Primo, quia quodquid eſt, eſt per ſe & primum obiectum intellectus. Singulare nō habet quodquideſt, tum quia eſſet diffinibile, tum quia ſingulare, vt ſingulare dicit aliquod incōicabile, at quodquid eſt, eſt cōicabile, igitur ſingulare non habet quodquideſt. Secundo ſi ſingulare per ſe directe eſſet intelligibile aut per eandem ſpēm, ꝑ quam intelligiť vľe, aut per aliam atq; aliā. nō per eādē, quia nulla vna ſpēs pōt repræſentare ſub rōne diſtincta & indiſtincta, modo vľe eſt indiſtinctum, ſingulare diſtinctum, igiť vna ſpēs nō pōt illa repræſentare. non ꝑ aliam atq; aliam, quia ſicut per vnum ſingulare cauſaretur ſpēs vľis, ita & per quodlibet ſingulare cauſaretur ſpēs eiuſdem vľis, quo dato ſequitur ꝙ aut infinite ſpēs vľis eſſent in intelľu, aut ꝙ eadē ſpēs poſſet intēdi in infinitum. conſequens eſt falſum, igitur & añs. conſequentia patet: quia ſpēs vľis generať à ſpē ſingularis, igiť vt generatur ab vno ſingulari, ita à quolibet alio, ſed cum talia poſsint ire infinitū, ſequiť ꝙ talis ſpēs vľis vel poſſit multiplicari in infinitum, vel ſaltem intendi in infinitum. Tertio vt ſenſus ad obiectum ſenſus, ſic intellectus ad obiectum intellectus, igiť ꝑmutatim vt ſenſus ad intellectum, ſic obiectū ſenſus ad obiectū intelľs, ſed ſenſus nō eſt intelľs: igiť obiectū ſenſus ꝙ eſt ſingulare non eſt obiectū intelľs, & ꝑ cōſequēs nō pōt intelligi. Quarto arguitur ſi intelľs per ſe & directe intelligeret ſingulare, tūc intelľs eſſet hic & ſingularis. tenet argumētum vt dicit Auer. quia natura recipiēs diuerſať per naturam rei receptę vt habetur. 3. de aïa, igiť ſi res recepta eſt ſingularis, intellectus erit hic & ſingularis: & ſic corruptibilis vt deducit Auer. Quinto nihil operať potentia paſsiua quin ad illam operationē cōcurrat potentia actiua ſibi adequata, ſed ipſe intelľs poľis & agens ſunt potentiæ adequatæ, igitur nihil pōt intelľs poľis, quin illud poſsit mediāte intelľu agēte, igiť nihil pōt intelligere, quin abſtrahatur ab intellectu agēte, ſed omne quod abſtrahitur ab intellectu agente, eſt vľe, igitur intellectus poſsibilis nō pōt in ſingulare. In cōtrarium arguitur quia intelľus componit propoſitiones & enunciationes ſingulares, igiť intelligit ſingularia, intelľs. n. cōpoſitus ſupponit ſimplicē. Hęc de dubitationibus.

Cōm. 5.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

SINGVLARE in propoſito ſumitur pro indiuiduo, & indiuiduū pro ſingulari, indiuiduū aūt diciť quaſi indiuiſum, indiuiſiuū vero dř vel quia nō diuiſibile in partes quātitatiuas actuales: qūo atoma corpora dixit Democritus eſſe indiuiſa ſiue indiuidua, & ſingularia. Aut diciť quia indiuiſibile eſt in partes diuerſarū rōnum, & hoc pacto ſpēs dř indiuiduū ſiue ſingulare vt patet primo phy. aut q̃a indiuiſibile in partes eiuſdē rōnis vt Socra. q non diuidiť in plura ſuppoſita vt patet in propoſito, igiť ſumiť ſingulare pro indiuiſibili in ꝑtes eiuſdē rōnis. De hoc. n. queriť ſi ſit ītelligibile à nobis, q̄ tñ dñia ſit īter ſingulare & īdiuiduū, ſu pı⁹ notauim⁹. Hæc de ti.

Cōm 5.

CAPVT POSITIONVM SECVNDVM.

DE hac diſputatione determinauimus veritatem in lib. 1. huius diſpu. 11. verum quia aliqui illam mouent, & non determināt peripatetice: volumus illam in parte retractare. Aliqui itaq; antequā diſputationē determinent, ponunt diſtinctiones, verū de diſtinctionibus nō eodē modo loquunť. Alij & antiquiores dicunt, ꝙ ſingulare triplex eſt: aliud abſtrahens ab exiſtentia & accidentibus, vt hic homo, qui nihil aliud præter naturā & ſingularitatē includit, aliud includēs ſingularitatem & exiſtentiam, ſed abſtrahens ab accidentibus, vt hic homo exiſtēs. aliud quod includit ſingularitatē: exñtiam, & accñtia vt quantitatē, tēpus, locum: & id genus. Iuniores diſtinguūt ꝙ duplex eſt ſingulare: aliud ſignatū, aliud vagum, vagum eſt natura determinata proprietate indiuiduali vaga atq; indeterminata, vt aliquis hō & aliquis equus, quia cōcipitur natura in aliquo ſuppoſito indeterminate cōcepto, ſingulare ſignatū eſt ipſa natura determinata ꝓprietate indiuiduali ſignata, & determinata, vt Socrateitate vel Platoneitate, velut hic homo Socra. vel Plato. ſubdiſtinguunt ſingulare ſignatū, quia aliud eſt quod eſt vnum per ſe, & ſic nihil aliud eſt quam natura cum proprietate indiuiduali, quia natura & proprietas indiuidualis ſeſe habēt vt actus & potentia per ſe: è quibus ſit per ſe vnū, vt hic homo, aliud eſt quod eſt vnum ꝑ accñs, quod quidem non modo naturam, & ꝓprietatē indiuidualē includit, ſed accñtia materialia, vt locum, tp̄s, figuram, & id genus. Hæc iuniores exteri. Secunda eorum diſtinctio eſt ꝙ intellectio quædam eſt abſtractiua, & hæc abſtrahit ab exñtia reſpiciēs ſolū rei quidditatem vt quidditas eſt, alia intuitiua, & hæc eſt rei exiſtentis in propria exiſtentia. Tertia diſtinctio apud eos eſt ꝙ obiectū intellectus aliud eſt primo tale, aliud tale per partem. Primo tale eſt ꝙ adequat intellectionē, vt ipſum totū: per partem vero ꝙ nō adequat intellectionē, vt partes totius, homo. n. adequat intellectionem, partes eſſentiales hoïs ſeorſum nō adequāt intellectionē. Iuniores diſtinguunt ſic ꝙ aliq̄d eſſe intelligibile pōt eſſe vel ex natura ſui. vel per cōparationem ad intellectum cognoſcentem, aliquid. n. eſt intelligibile per ſe ꝙ nō pōt attingi ab intellectu propter improportionē ipſius ab obiectum. Hæ ſunt diſtinctiones: quas præſupponunt ſm eorum fundamenta. Iuxta diſtinctiones has antiquores has ponunt concluſiones, & primo ex ꝑte ſingulari intelligibilis: quarum prima eſt, ſingulare quouis modo ſumptum per naturā eius eſt per ſe intelligibile. Secunda ſingulare quouis modo ſumptum eſt primū & totale intelligibile ex natura ſua. Tertia ſingulare vt abſtrahit ab exiſtentia, & ab accidentibus, eſt per ſe intelligibile intelligibilitate abſtractiua, ſingulare vero, vt includit exiſtentiam vel accñtia, eſt per ſe intelligibile intellectione intuitiua. hæc ex parte rei ſingularis intelligibilis. Ex parte vero nři intelľs ponūt has concluſiones. Prima eſt, ſingulare quouis modo ſumptū eſt ab intellectu nřo cōiuncto intellectione ſaltē abſtractiua ꝑ ſe intelligibile. Secunda intelľs cōiunctus nō ꝑ ſe intelligit ſingulare ſub ꝓpria rōne ſingularitatis. Tertia intelľs cōiunctus ītelligit ſingulare ꝑ lineā reflexā. Iuniores vero pōnē hanc

Diſtōnes de ſingulare.

Antonius Andrea.

Iuniores.

Quotuplex intellectio.

Quotuplex obiectū intellectus.

Cōcluſiones antiquorum.

Cõcluſio iunio. reducũt ad has cõcluſiones. Prima eſt ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum eſt per ſe intelligibile. Secunda ſingulare ſignatum acceptum ſub propria rõne ſingularitatis non eſt intelligibile ab intellectu coniũcto, hæ duæ ſunt ex parte rei. Tertia ſingulare ſignatum intelligitur ab intellectu coniũcto reflexe. Quarta ſingulare vagum primo primitate originis per ſe & directe intelligitur ab *Rationes eo.* intellu coniuncto. hæc aũt ex parte intellectus. Et ne ſit cõfuſio adduco rões pro prima cõcluſione, in qua ambo conueniunt, videlicet, ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum eſt per ſe intelligibile. Prima eſt, qa ſingulare quouis modo ſumptũ eſt veræ ens, igr̃ veræ intelligibile atq; p ſe, tenet cõſequẽtia, qa intelligibilitas abſolute ſeqtur entitaté. añs patet qa ſingulare ſiue addat ꝓprietatem ſingularem ſiue exñtiam, ſiue accidens nihil diminuit ab entitate, immo addit ad entitatem, igitur addit ad intelligibilitatem. Secundo ſpeciatim arguunt de ſingulari ꝙ vltra naturam nihil addit niſi ſingularitaté, quia à tali ſingulari non excluditur intelligibilitas rõne incluſi in vli ſuperiori, quia tunc vlia non eſſent per ſe intelligibilia, nec rõne ſingularitatis addite, quia tunc intelligentia non eſſet per ſe intelligibilis, nec Deus qui eſt ſingulariſsimus, igitur tale ſingulare eſt per ſe intelligibile, duæ aliç concões quæ ponunẽ ex parte ipſius rei ſingularis, facile deducunẽ, ſcda quidem, quia ipm ſingulare includit oĩa ſuperiora, & ipm à nullo illorum includitur, igr̃ ipſum eſt primum & totale intelligibile, cætera ſuperiora quaſi partialia eius ĩtelligibilia. Tertia etiam conſtat, quia cum ipm ſingulare vt abſtrahit ab exñtia atq; accñtibus: ſit per ſe intelligibile & non intellectione intuitiua, quia abſtrahit ab exiſtentia, quæ requiritur ad intuitiuam intellectionem, igitur per ſe intelligibile erit intellectione abſtractiua, ipm vero vt includit exiſtẽtiam, qm̃ includit exñtiam qua res intelligitur intuitiue: intelligibile erit per ſe intuitiua intellectione, & ſic patent tres ipſe concluſiones quæ ſunt de intelligibilitate ſingularis ex parte ipſius. Prima concluſio quç ponitur de intelligibilitate ſingularis ex parte noſtra, non explicatur à iunioribus, tñ apud oẽs conceditẽ, oẽs.n. volunt ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum ſit intelligibile per ſe ab intellectu noſtro coniũcto ſaltem intellectione abſtractiua. Et hoc probant primo quia intells coniunctus per ſe cognoſcit differentiã inter vle & ſingulare: igitur cognoſcit ſingulare. Secundo intellectus per inductionẽ diſcurrit à ſingularibus ad vle, igitur per ſe cognoſcit ſingularia. Tertio intellectus imponit nomina rebus ſingularibus: igitur illas per ſe cognoſcit. Quarto nos diligimus ſingularia & magis quã vniuerſalia, igitur illa intelligimus per ſe. Quinto voluntas per ſe vult aliquem actum ſingularem, igitur intellectus per ſe intelligit ſingulare. Sexto quicquid põt potentia inferior poteſt & ſuperior, igitur cum ſenſus poſsit cognoſcere ſingulare, intellectus per ſe & magis poteſt illud cognoſcere. Septimo ſpecies repreſentat illud è quo gignitur, ſed generatur à ſingulari, igitur repreſentat ſingulare: & ita per ſe intelligi poteſt. Vltimo intellectus habet diſtinctã memoriã ſuorum actuũ ſingularium, igitur illos cognouit per ſe, multas alias rationes tetigimus li.1. huius diſput.11. Qꝫ vero ſingulare ſub propria rõne ſingularitatis non ſit per ſe intelligibile, vt oẽs conueniunt, arguunt primo & potiſsime, quia ſi ſingulare ſub propria rõne ſingularitatis per ſe intelligeretur ab intellectu coniuncto, poſſet cognoſci vt diſtinguitur à quouis alio è quo ipſum diſtinguitur, hoc autem non videẽ, quia ſi hæc albedo ponatur in eodem loco & oĩbus alijs paribus, illa non cognoſcitur ſub ea vnitate, ſub qua diſtinguitur ab altera eiuſdem ſpẽi, iterum hoc patet de duobus ouis, quorum nullũ intellectus apprehendit ſub propria vnitate, iterum patet de radijs, inter quos intellectus minime diſcernit. Amplius per rõnem, quia ſingularitas nõ eſt ratio mouendi, ſed natura cõis, igitur ſingulare ſub ꝓpria rõne ſingularitatis nõ poteſt per ſe intelligi ab intellectu cõiuncto. Penultimam concluſionẽ, videlicet, ꝙ ſingulare ſignatum intelligatur ab intellu noſtro reflexe probant: quia illud quod intelligiẽ non ꝑ propriam ſpẽm, ſed per reflexionẽ potentiæ ad aliquod repræſentatiuũ illius intelligiẽ reflexe. Sed intellectus coniunctus intelligendo ſingulare ſignatũ, nõ intelligit ipſum per propriam ſpẽm immediate reprçſentantem ipſum ſed ꝑ reflexionem ad phantaſmata, igitur tale ſingulare reflexe intelligitur. Vltimam vero concluſionẽ de ſingulari vago, declarant quia cognitio intellectualis ſequitur naturam: ſed agens naturale nõ primo intendit vle, quia tũc producto vli: vtpote corpore, nõ protenderet vlterius actionẽ, nec tale agẽs intendit ſigulare ſignatũ, qm̃ ꝓducto tali ſingulari, adhuc ceſſaret actio naturę. Sed primo intendit producere naturã in aliquo ſuppoſito: quod eſt indiuiduũ vagũ, igiẽ in productione intelluali ſpẽs primo repræſentabit naturam in aliquo ſuppoſito indeterminate accepto, ſecundo ipſam naturam in ſe. Tertio repræſentabit naturã ipſam multis circũſtatis ſignatã relucentibus in phantaſmatibus & hoc eſt reflectere, & ita primum cognitũ primitate originis eſt ſingulare vagum. Secũdum eſt ipſa natura in ſe. Tertium eſt ſingulare ſignatum, quod reflexe intelligiẽ. Hæc illi tenent. Sed hæc pace horum dixerim, q̃q̃ ſint topice *Confutatio.* dicta, non videntur peripatetica & primo videẽ ꝙ prima diſtinctio de ſingulari ſit triplex: non videẽ peripatetica, quia accipio ſingulare quod abſtrahit ab exiſtentia & ab oĩbus accñtibus: & quæro quæ virtus ipſum abſtrahit vel eſt aliquis ſenſus, vel intells. ſi ſenſus igitur non abſtrahitur ab accidentibus qm̃ ſemper ſenſus cognoſcit rẽ per accidentia ẽm eos. ſi eſt intellectus, tunc nõ peripatetice loquunẽ, quia intells quicquid abſtrahit, abſtrahit à materia & conditionibus materiæ modo conditiones materię. 3. de aĩa ſunt hic & nunc, igitur *Cõm. 5.* intells abſtrahit ipſum ab hic & nunc, & ita à ſingularitate. Secundo ſi ſingulare vt ſingulare abſtrahi põt ab intellectu ab exiſtentia & ab accidentibus, tunc de ipſo poſſet eſſe per ſe ſcĩa: ꝙ nunq̃ peripatetici conceſſerũt, dicunt.n. de ſingularibus poſſe eſſe ſcĩam, nõ tñ vt ſingularia, ſed per rõnes vles, in hoc.n. Themiſtius, Auerroes, & Simplicius primo de aĩa cõueniunt: & deduciẽ cõſequentia, quia in illo priori ſingulare abſtrahit à cõtingentia queẽadmodum & vle, igitur vt ſic eſt ſaltem incorruptibile, & ita de ipſo põt haberi ſcĩa vt ſic. Tertio abſtrahibile ẽm eos eſt aut vlius, aut prius ẽm cauſam. Sed hecceitas non eſt vniuerſalior exiſtentia, cum exiſtentia ſit modus eſſentiæ apud eos: & cõior ſingulari nec cauſa exiſtẽtiæ, ĩmo videtur exñtia cã hecceitatis, qa niſi res exiſtat, non eſt terminus gñationis, & vt res eſt terminus gñationis, eſt ſingularis & ſic vr̃ exñtia eſſe cauſa ſingularitatis. Secundo principaliter vr̃ ꝙ ſingulare vt exiſtens, non abſtrahit ab accidentibus, quia vt arguebatur, vel ipſum vt ſic abſtrahitur per intellm̃ vel per ſenſum, non per ſenſum vt prius, quia ſenſus non abſtrahit ab accidẽtibus, nec per intellectũ ꝑ eandem

dem rationē, quia intellꝰ quicquid abſtrahit, abſtrahit ab hic & nunc,igitur abſtrahit ab exiſtentia.Secundo ſi intellectus abſtrahit ſingulare vt exiſtēs à cæteris accidentibus,tunc notitia intuitiua intelligeret ſingulare contra eos,& deducitur,quia nihil abſtrahitur vt exiſtens,quin cognoſcatur vt exiſtēs, ſed quod cognoſcit̄ vt exiſtens,intuitiue cognoſcit̄ per eos, igitur ſingulare pro ſtatu iſto intuitiue cognoſci poſſet,quod ipſi negant.Expreſſe. Diſtinctio vero illa quæ dicit ꝙ ſingulare aliud eſt vagū,aliud ſignatū niſi reducatur ad regulam logicorū nulla eſt, logici.n.concedunt aliquē terminum ſupponere pro ſingularibus cōfuſe:nō aūt pro ſingulari diſcrete:vt in illa Cæſar ter debellauit teucrū, volūt.n.illum terminū teucrū ſupponere pro ſingularibus teucri,non tamē diſcrete,ſed cōfuſe tantum,ſi igit̄ per ſingulare vagū velint ſingulare in ſuppoſitione cōfuſa, recte forte dicūt,verū tale ſingulare ſic acceptum eſt ſignatum,intelligitur tamen confuſe tantum.quod non concederent.ſi aūt velint per ſingulare vagum ſingulare ſumptum pro natura ſignata proprietate indiuiduali indeterminata, tūc proprietas indiuidualis poſſet ſumi determinate, & indeterminate. Sed omne qđ pōt ſumi determinate,& indeterminate, poteſt ſumi cōiter & diſcrete,& oē qđ pōt ſumi cōiter, pōt cōcipi ſub ratione alicuius vl̄is: quare relinquitur proprietatem illā non eſſe vltimā dr̄iam indiuiduale ex ſe hāc. Præterea ſi illa proprietas pōt concipi indeterminate,poteſt concipi vt contracta, vel igitur ſeipſa, vel alia proprietate adhuc determinatiori:non ſeipſa, quia non magis per ſeipſam cōciperet̄ nūc determinate q̄ ante determinationem,quia idem ad ſe ſemper habet eadem rationem & eūdem modū.ſi alia proprietate determinatiori, tūc illa eſſet cōtrahibilis per aliam hecceitatem : quod ipſi habent pro impoſſi,volūt.n.proprietatē indiuidualē eſſe vltimum determinans in toto ordine. præterea ſumatur illa proprietas vaga,qua natura contrahitur ad ſingulare vagū,vel illa eſt ita determinata vt Socrateitas, vel adhuc indeterminatior. Si ita vt Socratis proprietas,tunc cum illa Socratis ſit ſignata, & hæc erit ſignata.ſi indeterminatior, tunc erit contrahibilis per illam Socratis,& ſic hecceitas nō erat vltima dr̄ia indiuidualis. Hęc de diſtinctionibus ipſius ſingularis. Vlterius principaliter obijciendum eſt contra diſtinctionem de notitia datā,quia licet apud peripateticos duplex ſit notitia intuitiua,& abſtractiua, tamen non recte exponitur:quia ſi intuitiua notitia eſt rei ſolum vt exiſtentis in propr̄ia exiſtentia,tunc nihil intuitiue cognoſceret̄ niſi ꝙ per ſe exiſteret propria exiſtentia, hoc aūt falſum eſt,quia apud ph̄os accidens pōt intuitiue cognoſci, & abſtractiue:& tamen apud ipſos nullum accidēs habet proprium exiſtere aliud ab exiſtere ſui ſubiecti, igitur nullum poſſet intuitiue cognoſci,propterea hæc diſtinctio debet intelligi vt declarauimus in primo huius diſputa.11. Et tu quære illic. Tertio principaliter illa diſtinctio non eſt peripatetica,videlicet, ꝙ aliquod pōt eſſe per ſe ex natura ſui intelligibile,quod non per comparationem ad intellectum cognoſcentē, expreſſe.n.
Com. 1. Auer.2.huius reprobauit hoc, quia tunc eſſet aliquod ocioſum in natura, feciſſet.n.aliquid natura ſuapte intelligibile & à nullo intellꝰu apprehēderet̄. Secūdo principaliter omne intelligibile eſt relatiuum intellectus, igitur quicquid eſt per ſe intelligibile,ab aliquo intellectu eſt intelligibile,aliter relatiuum eſſet ſine ſuo correlatiuo.Tertio ſi aliquid eſt per ſe intelligibile, hoc eſt vel quia poteſt per ſe mouere intellectum, aut per ſe terminare actum intellectus,nūquā.n.aliud inuenitur apud eos:vltra quicquid dicatur, dabitur aliquis intellectus, qui ab illo dato pōt vel moueri, vel eiꝰ operatio terminari ab illo eodem,fruſtra.n.eſt actiuum,cui non correſpōdet proprium paſſiuum,dicit̄.n.in.3. de aīa in omni natura vbi eſt aliquid faciens eſſe aliquid ab illo patiens.Quarto intellectus poſſis eſt oīa fieri, vt oēs græci, & Ariſt.dicūt,igitur nihil eſt intelligibile, quin illud intellectus poſſet intelligere,aliter non eſſet oīa fieri:& ita illa diſtinctio non videtur peripatetica. Hæc de diſtinctionibus.Nunc contradicamus concluſionibus, & primo contra primā ſurgamus,& per eadem principia ſyllogizemus. *Confutatio Concluſio.* Primo ꝙ non eſt per ſe ens,nō eſt per ſe intelligibile,ſed ſingulare non eſt per ſe ens, igitur nec ꝑ ſe intelligibile.maior eſt eorū.minor declaratur, quia ꝙ non eſt per ſe vnum:nō eſt per ſe ens: ſed ſingulare non eſt per ſe vnum, hoc tenet Boe. in lib. Porphyrij, vbi vult quodlibet indiuiduum eſſe aggregatū per accidens,& 2.poſt.Ariſt.ait ſub eadē ſpē eſſe dr̄ias, nō quidem ſm ſubſtantiam,ſed per accn̄s,vbi Philoponus ait hoc dixiſſe, quia indiuiduum ſub ſpecie eſt aggregatū per accn̄s.præterea conſtitutū à dr̄ia accn̄tali eſt vnum per accidēs,ſed ſm peripateticos quodlibet indiuiduū eſt conſtitutum à dr̄ia accidentali, igitur quodlibet eſt vnum per accidens, igitur nullum illorum eſt ens per ſe,nec per ſe intelligibile.Ex ſecunda ratione eorum arguitur ſic.Quod ſuperaddit naturæ accn̄s ſolum, illud non facit cum natura vnum per ſe, ſed ſingulare addit naturæ accidēs tm̄,inquit.n.Boe.in lib.Porph.ꝙ ſpēs dicit totam ſubſtantiā indiuidui, & indiuiduum nihil addit niſi accidēs ipſi naturæ:igitur cum natura non facit vnum per ſe. Secundo ſi illud quod addit ſingulare ipſi naturæ non eſſet accidens, tunc indiuiduum ab indiuiduo non differret per accidentalē dr̄iam contra Porphyrium,qui ait,ꝙ ſpēs differunt dr̄ia faciēte aliud, indiuidua vero differentia faciēte alteratum, & oēs exponunt qđ differunt ꝑ accn̄s.Vlterius videt̄ ꝙ concluſio quæ dicit ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum ſit ꝑ ſe intelligibile ab intellꝰu cōiuncto, & illa quæ dicit ꝙ nō eſt intelligibile ab intellꝰu cōiuncto ſub rōne ꝓpria ſingularitatis,nō pn̄t ſimul ſtare, & accipio rōnes eorum. Prima ſic,quod eſt intelligibile ab intellꝰu cōiuncto ſub rōne qua differt ab eo,quod non eſt ipſum eſt per ſe intelligibile ſub propria ratione:ſed ſingulare eſt intelligibile ab intellꝰu coniuncto ſub ea ratione,qua differt ab oībus vl̄ibus,quę nō ſunt ſingularia, igit̄ ſingulare eſt ꝑ ſe intelligibile ſub ꝓpria rōne, qua ſingulare. maior eſt ꝑ ſe nota,nihil.n.pōt cognoſci vt differt ab alio niſi ſub propria rōne cognoſcatur,nihil.n.aliud eſt cognoſcere aliquid ſub propria rōne,niſi cognoſcere illud vt differt ab oī eo quod non eſt ipſum,& quod cognoſcit̄ vt differt ab oī eo,qđ non eſt ipſum,cognoſcitur ſub ea rōne qua eſt tale,hāc oīs aptus recipit. Minor aūt eſt eorum. volunt.n.ꝙ intellectus coniunctus cognoſcat ſingulare per hoc,quia cognoſcit dr̄iam inter vl̄e & ſingulare, & ſic cognoſcit ſingulare ſub ea ratione qua differt ab oībus vl̄ibus, & ita tota ratio patet. Secūdo arguo per rationē eorum.Omne illud quod cognoſcit̄ ab intellectu coniuncto vt principium ſcientifici diſcurſus cognoſcit̄ ſub propria ratione,hæc eſt per ſe nota, aliter per confuſe cognitum poſſet aliquid ſub propria ratione cognoſci:ſed ſingulare ꝑ eos eſt principiū ſciētifici diſcurſus:igit̄ ſingulare eſt ꝑ ſe intelligibile ſub pro-

pria rōne ab intellectu coniuncto. Tertia etiam per rationem eorum arguo, Omne illud, cui intellectus diſtincta rōne imponit nomen, cognoſcit diſtincta rōne, hęc debet recipi: quia ſi imponere nomē alicui arguit per eos illud cognoſci ab intellectu: imponere nomen ſub certa rōne & diſtincta eidem eſt cognoſcere illud diſtincta & propria rōne. Sed intellectus coniunctus imponit nomen ſingulari ſub propria & diſtincta rōne vt ipſi cōcedunt: igitur cognoſcit ſingulare ſub diſtincta rōne. Quarto per eorum rōnem, Omne quod per ſe ſub propria rōne appetitur & amatur, ſub propria rōne intelligitur, ſed ſingulare ſub ꝓpria rōne appetit̃ & amatur. patet, quia intel̃ls appetit & amat proprium actū ſciendi ſub ea rōne qua eſt proprius & ſuus, igitur ſub propria rōne illum cognoſcit. Quinto arguo etiam argumento eorū. Illud cuius eſt diſtincta memoria ſub propria rōne cognitum: fuit hęc eſt maior eorum, ſed ſingularis eſt diſtincta memoria, igitur ſub propria rōne cognoſcitur: hæc rō tota eſt eorum & ſic videtur vna concluſio alteri contraria. *Pō logicorum.* Logici vero parum differentes ab his dicunt: ꝙ intellectus coniunctus ſingulare per ſe intelligit, non aūt intelligit per ſe ſingulare. Prima probatur, quia hoc per ſe intelligit demōſtrato Socra. hoc eſt ſingulare, igit̃ ſingulare per ſe intelligit. Secunda etiam probatur, quia non intelligit ſingulare ſub ea rōne qua ſingulare, vt exteri deduxerunt, igitur non intelligit per ſe ſingulare. *Confutatio.* Sed iſti falluntur. Primo quia intellectus coniunctus cognoſcit ſingulare vt differt ab omni alio ſingulari, & licet decipiatur de aliquibus, tñ hoc eſt per accñs, & ita per ſe cognoſcit ipſum ſub rōne ſingularis, per accñs vero poteſt ipſum non cognoſcere: quatenus accedit vnum eſſe idem vel ſimillimum alteri, vt ſuperius dictum eſt. Secundo etiam ad hoc vt aliquid cognoſcatur per ſe ſub propria rōne, ſufficit vt cognoſcatur ſub ea rōne, qua differt an omni alio, quod eſt alterius rōnis ab ipſo, modo vnum ſingulare non eſt alterius rationis ab alio ſingulari, & propterea ſufficit vt ſingulare cognoſcatur ſub ea rōne, q̃ differt ab vniuerſali, à quo differt rōne, & hoc modo cognoſcitur ſub propria rōne, hoc. n. ſorticolę & exteri nō perceperunt. Tūc antequā ad dilucidationem veniā ad rōnes factas pro omnibus concluſionibus rñdeo, quicquid ſit de veritate concluſionum in ſe. Ad primam pro prima concluſione negatur añs. Primo quia ſingulare eſt ens per accñs ſicut vnum per accñs. Secundo quia includit materiam, quæ diminuit ab entitate, quia ſm Auer. eſt id quo res tendit in non eſſe, igitur diminuit ab entitate, ſaltem in potentia, & ſi non in actu. Ad ſecundam dico ꝙ ſingulare propriæ vt nunc loquimur includit materiam, & ſic vltra formam quæ eſt vl̃e in potentia apud Auer. addit principium, non eſſendi, & ita minuit. dixi ſingulare proprie, quia loquendo large de ſingulari, ſic aliqd̓ in materiale eſt ſingulare vt Deus, & hoc pacto non repugnat ſingulare per ſe intelligi, ſingularitas .n. cōiter dicta non repugnat intellectioni. Ad rōnes q̃ probant ſingulare intelligi ab intellectu coniuncto, reſpondēt ſectatores Thomæ, vt ipſimet concedunt, ꝙ concludunt verum, nam ſingulare eſt intelligibile ab intellectu cōiuncto, ſed ꝑ accñs hoc eſt non per naturā intellectus, ſed vel per reflexionem ad phantaſma, vel mediante ſenſu vt dicemus. Ad rōnes quæ probant ſingulare non poſſe intelligi ſub propria rōne, qua ſingulare, patet ſolo. dato. n. ꝙ ſingulare non cognoſceret̃ ſub ea ratione qua dr̃t ab alio ſingulari, adhuc cognoſcitur ſub propria ratione, quia ſub ea ratione quia differt ab vl̃i. Amplius ratio eorum non argueret niſi ꝙ ſingula re per accidēs quandoq; non cognoſcitur vt differt ab alio, tamen per ſe eſt cognoſcibile vt differt ab alio, modo apud eos etiam quandoq; ſtat vnum eſſe tale ꝑ ſe, & falſum per accidens. Hæc de poſitionibus ſatis, quia primo huius fuſius diximus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO hæc patet prolixe. Primo huius per dicta diſput. II. ad huius tamē declarationem quædam reſumamus. Et primo ꝙ ſingularium quædā ſunt materialia ſiue ſenſibilia, vt ſubſtantiæ primæ, & indiuidua accidentium, quædā immaterialia: immaterialium vlterius quædā ſunt deducta ex ſingularibus materialibus, vt actus intelligendi ſingulares: ſpēs ipſe intelligibiles, & id genus, quædam ſunt ſimpl̃r immaterialia vt Deus & ſubſtātiæ ſeparatæ. Secundo reſumemus ꝙ aliquid pōt cognoſci tripl̃r. Vno modo cognitione eius in ſe, & hoc dicit̃ cognoſcere rē intuitiue, vtpote quando res cognoſcit̃ in ſe: aliquid cognoſcit̃ mediante aliquo repræſentatiuo medio cognito, & hoc vocatur cognoſcere abſtractiue. Tertio aliquid dicit̃ cognoſci deductiue, eo mō quo cauſa cognoſcit̃ per effectū, è quo deducit̃ eius cognitio: vide. I. huius diſpu. I I. tūc dico ꝙ ſi loquimur de ſingularibus immaterialibus ſimpl̃r, vt ſunt Deus & cæteræ ſubſtātiæ ſeparatæ, hæc nō cognoſcuntur ab intel̃lu coniuncto per ſe intuitiue, quia non cognitione in ſe, nec abſtractiue, quia nō per hoc ꝙ intellectus cognoſcat aliquod medium cognoſcendi illa, qm̃ non faciūt ſpēs vel phātaſmata in ſenſibus, & ſic nō poſſunt cognoſci per hoc ꝙ cognoſcat aliquod ſimile repræſentatiuum illarum: igitur nec intuitiue nec abſtractiue: igitur cognoſcunt̃ deductiue, vtpote ꝑ effectus illarum, è quibus colligi pñt conceptus aliqui per quos illa cognoſcimus. Tu vide primo huius. Si vero loquimur de ſingularibus immaterialibus deductis à materialibus, vt actus intelligendi ſingulares, actus credendi & id genus, ſic dico ꝙ talia ſingularia intelligi poſſunt ꝑ ſe ab intel̃lu noſtro intuitiue. declarat̃ quia cognoſcunt̃ notitia in ſe, & non ꝑ ſpēs adhuc abſtractas ab illis, igit̃ notitia intuitiua: & tu intellige ꝙ hæc intelligunt̃ intuitiue actu primo, vel actu ſecūdo conuerſo, nam hoc nō refert, vt primo huius patuit. Sin aūt de ſingularibus ſenſibilibus loquimur, dico ꝙ intel̃ls coniunctus intelligit illa interdum intuitiue: interdum abſtractiue non ꝑ naturam intel̃ls, ſed quatenus eſt ſenſibus coniunctus, vt velle videt̃ Auer. 3. de aīa. *Cōm. 9.* Quod quidē talia ſingularia intellectus nr̃ cognoſcat, relinquo ꝓbatū ab oībus, ꝙ vero nō per naturā intel̃ls deduco: quia tunc oīs intel̃ls ſingularia materialia intelligeret, ꝙ peripatetici negāt de intel̃lu diuino, vt patet. I 2. huius. *Cōm. 51.* Amplius ſi intel̃ls talia ſingularia per ſe intelligeret per naturā intel̃ls: tūc ipſe eſſet hic: & virtus organica: vt deducit Auer. 3. de anima. *Cōm. 5.* Quod deniq; interdum abſtractiue, interdum intuitiue illa cognoſcat, declarat̃, quia abſtractiue illa cognoſcit quando cognoſcit phantaſmata, quæ ſunt in dianetica virtute quatenus ſunt imagines ſingularium ſenſibilium, intuitiue vero quatenus cognoſcit ipſa ſingularia in ſe vt ab illis, colligit vniuerſale principium artis & doctrinæ. *Dubitatio.* Sed occurres quia intel̃ls nihil intelligit niſi per ſimile, ſed in intel̃lu nulla eſt ipſis ſingularis ſimilitudo, igitur non poteſt ipſum intuitiue cognoſcere. de hac dubitatione diximus primo huius diſputa. dicta, & nūc replicamus ꝙ oīs cognitio fit ꝑ ſimile, quo

mediante

mediáte intellectus cognoſcit ipſum cognoſcibile, non ita ꝙ ſimilitudo ſit id quo cognito cognoſcibile cognoſcaẽ,ſed eſt id quo cognoſcens ipſum reddaẽ proportionale rei cognitæ:nõ.n.ſpẽs ponunẽ vt ꝑ ipſas cognitas cognoſcanẽ vl̃ia,ſed vt ꝑ ipſas reddaẽ ꝓportionalis rebus intelligibilibus, verũ quia intellꝰs quædã intuitiue cognoſcit ꝑ naturã intellectus & directe vt rerum formas,quæ ſunt ptãte vl'es quædam intuitiue cognoſcit nõ quidẽ recte,ſed reflexe intuitiue,vt ſpẽs intelligibiles,& actus intelligendi & id genus,quædã vero intuitiue,ſed non per naturam intellectus, ſed per naturam ſenſus:cui coniungitur.hac ratione fit,vt illa quæ directe per eius naturam intelligit non intelligit, niſi ꝑ ſimilitudines,quæ ſunt in ipſo,& hoc pacto vl̃ia ipſa intelligit,habet.n.ſpẽs illorũ.quibus illis redditur proportionalis, quæ intelligit ꝑ naturã eius intuitiue reflexe, non intelligit per ſimilitudines alias ab ipſiſmet:ſed illa in ſeipſis & ꝑ ſeipſa intelligit. Quæ vero intelligit per naturam ſenſus,cui cõiungitur, per ſimilitudines intelligit: non quæ ſunt in ipſo ſed quæ ſunt in ſenſu,& hoc pacto ſenſilia ſingularia intelligit. Hæc.n.cognoſcit per phantaſmata.quæ ſunt ſimilitudines in ſenſibus exiſtentes. Et ſic patet ſolutio ad dubium,tu vero quære complura in primo huius,nũc.n.illa prætermitto,ne videar ſuperfluus,hanc.n.diſputationẽ nolebam pertractare,niſi quia exteri determinarunt quæſtionem non peripateticæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico ꝙ maior eſt vera de intellꝰu per naturã intellectus,tamen ſingulare poteſt eſſe obiectũ intellꝰs vt ſenſibus coniungitur. Ad ſecũdam patet ſolutio,nam ſingulare ſenſibile cognoſciẽ ab intellectu per ſpẽs exiſtẽtes in ſenſibus,quia per illas intuitiue cognoſcitur:ſingulare immateriale non intelligiẽ per ſpẽm,ſed alterũ per conceptus collectos,alterũ per ſe cognitione intuitiua. Ad tertiã cõcedatur totũ, ipſum.n.ſingulare nõ eſt per ſe obiectũ intellectus per rõnem & naturam intellꝰs,ſed per rõnẽ ſenſus, cui cõiungitur. Ad quartam patet ſolutio,dictũ eſt.n.ꝙ ſi intellectus per naturam intellꝰs intelligeret ſingulare,ꝙ eſſet hic & virtus organica,ſed quia intelligit ſingulare per naturam ſenſus,cui coniungitur:ideo ſenſus eſt ſingularius & organicus. Ad vltimam dico ꝙ nihil operaẽ potentia paſsiua per naturam eius quin ad illam operationem concurrat potentia actiua illi æqualis, modo ſi intellectus poſsibilis operatur circa ſingulare:hoc nõ agit per naturam intellectus,ſed per rationem & naturam ſenſus cui copulatur, & ſic non oportet intellectũ agentẽ cõcurrere,& hãc determinationẽ fere oẽs ignorarunt ante me,hæc.n.eſt vera mens lucida peripateticorum. Hæc de quartadecima diſputatione.

Si ergo genus ſimpliciter non eſt præter eas quæ vt generis ſpecies &c. Tex.cõm.43.

DISPVTATIO XV.
De diuerſitate conceptus generis & ſpeciei.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod conceptus generis non ſit alius à cõceptibus ſpẽrum,argui ſolet.Primo quia genus non eſt præter eas quæ ſunt generis ſpẽs, vt diciẽ in
Cõm.43. tex.Secundo illa dato ſequeretur ꝙ genus non prædicaretur de ſpẽ.deducitur,quia genus nõ eſt quid diuerſum à ſpẽ,niſi quia eſt illius pars,ſed pars non prædicatur formaliter de toto,igiẽ genus nõ ꝓdicaẽ de ſpecie. Tertio ſpẽs eſt tota ſubſtantia & eſſentia indiuiduorũ, igitur genus tota ſubſtantia atq; eſſentia ſpẽrum. tenet enthymema,quia eodẽ modo ſpẽs ad indiuidua ſeſe habet,& genus ad ſpẽs. añs eſt Auer. in hoc.7.vbi dicit ꝙ Cõm.10.
Socr.non eſt aliud q̃ aĩalitas & rationalitas, & illud eſt ſpẽs.Amplius Boe.in lib.Porphyrij ait ſpẽm eſſe totam ſubam indiuiduorũ. Sed contra arguitur quia ſi conceptus generis eſt idem conceptibus ſpẽrum, vel eſt idẽ oĩbus,vel alteri tm̃.ſi oĩbus, tũc quot eſſent conceptus ſpecierum tot eſſet conceptus generis, ꝙ eſt falſum, ſi idem alteri tantum,tunc genus non prædicareẽ niſi de vna ſpecie tm̃. Secundo ſi genus non eſſet aliud q̃ ſuæ ſpẽs,tũc eſſet æquiuocũ.cõſequẽs eſſet falſum, & deducitur qa ſpẽs differũt ẜm rõnes, & ſic genus eſſet multa ẜm rõnes,& ita æquiuocũ. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ cõceptus, vno modo accipitur ex parte intellꝰs,alio mõ ex parte obiecti.Primo modo conceptus eſt actus intelligendi,ſiue ſpẽs intelligibilis,quo vel qua aliqd cõcipiẽ:& talis conceptus formalis dicit apud exteros. Secundo modo cõceptus eſt ipſum obiectũ cõceptibile, qđ concipiẽ & intelligiẽ ꝑ illum cõceptũ formalẽ. Ex hoc ſequiẽ, ꝙ cum quærunt ſi conceptus generis ſit alius à cõceptibus ſpẽrum non quærunt de conceptu formali, quia de tali cõceptu,nõ eſt difficultas,nam oẽs volunt alio formali ſiue actu cõcipiendi cõcipi genus,& alio ſpẽm q̃uis. Sed quærimus ſi huic nomini aĩal vel alterius generis correſpondeat alius conceptus præter conceptus obiectiuos ſpẽrum. Hæc enim eſt quæſtio non parua. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ALEXANDER Aphrodiſius in lib. priorum & in Põ Alexan.
lib.de interpretatione tenet ꝙ genus non eſt aliud pœnitus q̃ ſuæ ſpẽs, & ſic velle videtur generi non correſpondere alium conceptũ obiectiuũ præter conceptus obiectiuos ſpẽrum,concederet igitur genus non dicere obiectiuũ conceptũ aliũ præter obiectiuos conceptus ſpẽrum,huic videtur cõſonus. Ariſto.7.phyſi.vbi ait in genere latere ęquiuocationes, qđ non eſſet verũ ſi generi corrñderet alius obiectiuus conceptus præter ſpẽs.Præterea.10.huius dicitur ꝙ genus ẜm ſe eſt diuerſum in diuerſis ſpẽbus. Poſitionẽ hãc ſectanẽ ſorticolę, addunt.n.ꝙ licet in mente ſit alius conceptus formalis generis,& alius ſpẽrum,tñ præter cõceptus obiectiuos ſpẽrum nullus alius conceptus obiectiuus reſpondent. Et ita quia conceptus formalis eſt alius generis,& alius ſpẽrum, propterea genus eſt terminus cõmunior ſpẽ, eo quia conceptus ille formalis ſignat plura vel indiuidua generis,quæ non ſignat cõceptus formalis ſpẽrum. Põ Tho.
Expoſitor vero.1.meta. lectione illa. Poſt dictas vero ꝓbias,voluit ꝙ modo intelligendi, non corrñdet modus eſſendi,eo quia alius eſt modus,quo res intelligiẽ, & alius modus eſſendi quo res eſt, quia licet id quod intellectus intelligit,oporteat eſſe in re, non tñ eodẽ modo, vnde vt dicit, q̃uis intellectus intelligat mathematica non cointelligẽdo ſenſibilia,& vl̃ia ꝓter ſingularia, nõ tñ oportet vt mathematica ſint præter ſenſilia, nec vl̃ia præter ſingularia. nam videmus ꝙ etiã viſus ꝑcipit colorem ſine ſapore,& tamen color & ſapor in ſenſibilibus ſunt miſti.Hæc expoſitor. Ex quibus colligitur primo ꝙ in mente alius eſt conceptus formalis generis & alius ſpẽi,patet per eius verba, & per exemplum eius de

viſu. Secundo colligitur ꝙ alius eſt conceptus obiectiuus generis à cõceptibus obiectiuis ſpẽrum, ſed nõ præter oẽm operationẽ intelľs, ſed ſolũ dũ intelľs ꝑ conceptũ formalẽ cognoſcit obiectiuũ cõceptũ gñis.tũc.n. vt dicit genus intelligiť præter ſpẽs, & vľe præter particularia, non tñ ex parte rei genus eſt aliquid ꝑter ſpẽs, nec vľe præter ſingularia, quia vt dicit modo intelligendi nõ correſpondet modus eſſendi, igiť de mente expoſitoris conceptui formali generis, dũ per ipſum, genus intelligiť, corrñdet alius cõceptus obiectiuus ꝑter conceptus obiectiuos ſpẽrum, ante tamẽ ꝙ̃ genus ꝑ cõcetum formalẽ intelligať, nihil corrñdet præter ſpẽs ipſas. Ex his ſequiť aliquos non iuſte ſeſe habuiſſe ad expoſitorem, non tñ expoſitor ait genus & dñam & ſpẽm ſolum differre modo concipiendi: vt patet ꝑ hæc verba ꝑ nos inducta. Sed vult ꝙ differunt modo concipiẽdi, & non tm̃, ſed etiam differunt conceptibus: verũ voluit ex parte rei, nullam eſſe illorum dñam, ſed ſolũ dũ concipiuntur. Et ſic oẽs captiunculæ eorũ ceſſant, cõcludũt.n. ꝙ differunt conceptibus proprijs, ſed nõ ex parte rei. Amplius concludunt ꝙ nõ differũt ſolũ modis concipiẽdi, ſed cõceptibus, & hoc apte tenet expoſitor, quare iniuſte ipſum incuſarũt. Sed quæres adhuc in doctrina expoſitoris, ſi illis conceptibus obiectiuis nihil correſpondet in re ante actualẽ conceptionem, vel ne? Dicerẽ ꝙ circũſcripta actuali conceptione illorũ, in re non eſt niſi ſpẽs in indiuiduis, quæ eſt potẽs in intelľu facere diuerſos cõceptus formales, quibus intelľs apprehendat diuerſos cõceptus obiectiuos, genus, ſpeciei, & differentiæ, igitur in re non eſt aliqua diſtinctio illorum trium cõceptuum actualis, ſed ſolum aptitudinalis, quatenus in re eſt aliquod, quod apprehẽſum ab intelľu, eſt aptũ formare diuerſos conceptus formales, quibus repñtenť diuerſi conceptus obiectiui. videlicet, generis, dñæ, & ſpeciei. Sed obijciũt aliqui. Primo quia dum cõcipitur genus, aũt cõcipiť aliquid rei in ſpẽ, vel nihil. ſi nihil, tũc hæc conceptio eſſet ficta. ſi aliquid rei in ſpẽ. igitur vel idem vel aliud. ſi idem, tunc erit idẽ conceptus generis & differẽtiæ. ſi aliud, habetur propoſitum ꝙ in re eſt diſtinctio quædam prior diſtinctione conceptuum. Scdo vna res conceptibilis non eſt apta formare niſi vnũ conceptum adæquatũ, igitur non poteſt formare plures cõceptus diuerſos. Tertio differentia prior omni actu rationis eſt differentia ex natura rei, ſed obiecta naturaliter præcedunt actus, & diſtinctio obiectorum diſtinctionem actuũ: igiť in re eſt aliqua diſtinctio actualis prior diſtinctione conceptuum. Hæc ſunt argumenta. Ad primam dico ꝙ dum concipiť genus correſpõdet aliquid in re, & illud eſt idẽ, & aliud, idem quidẽ actu, & pręter oẽm operationẽ intellectus, aliud vero dũ concipitur: vnde præter operationem intellectus actu vnũ eſt quod eſt aptum facere in mẽte diuerſos conceptus, ſed dum cõcipitur conceptionibus rñdẽt diuerſi cõceceptus obiectiui, qui non ſunt diſtincti ante cõceptionem, ſed dum cõcipiuntur. Ad ſcđam dico, ꝙ vna res per vnum apparens non eſt apta facere niſi vnũ conceptum tm̃, vt homo per hoc apparens quod eſt rõcinari non eſt aptus facere niſi cõceptum differentiæ, at vnamet res ꝑ diuerſa apparẽtia, apta eſt facere diuerſos cõceptus. inquit.n. expoſitor in.2.de aĩa ꝙ à rationali aĩa quatenus eſt principium intelligendi ſumitur differentia hominis, quatenus eſt principium ſentiendi ſumitur ratio animalis, & propterea vna eſt aĩa quæ eſt rõnalis, ſenſitiua, & vegetatiua, & per hoc põt etiã dici ad primum ꝙ diſtinctioni cõceptuum obiectiuorum corrñdet aliqua diſtõ realis ex parte rei, non quidem ipſorũ in ſe, ſed apparentium, quorum vnamet natura eſt principium. Ad tertiam dico ꝙ obiectũ pręcedit actus, non aũt diſtõ obiectorum præcedit diſtõnem actuum, quia actus ab eodem obiecto actuali proficiſcuntur, præterea dici põt etiam ꝙ ſufficit vt ante diſtõnem actuum præcedat reali diſtõ apparentium, quorum idem oƀm eſt principium. Et aĩaduerte ꝙ recurrere ad ipſa apparentia, non eſt contra expoſitorem, ĩmo expoſitor expſſe in.2.de aĩa ad illa recurrit, & ꝑpea oẽs captiunculę iſtorum recurrẽdo ad illa facile tollunť. Hæc de põne Tho. de ꝙ̃ latius poſtea dicemus. Alij vero tenẽt tria primum eſt ꝙ cõceptus oƀtiuus gñis ſit in ſe vnus, alia vnitate & minori ꝙ̃ ſit vnitas ſpẽi. Scđm eſt ꝙ cõceptus generis eſt alius ab oĩbus conceptibus ſpẽi. Tertium eſt ꝙ conceptus generis oƀtiuus ex natura rei actu diſtinguitur à conceptibus ſpẽi & dñæ. Ex quibus ſequitur ſpẽm non eſſe compoſita ex gñe & dña tanquam ex re & re, ſed tanquam ex realitate & realitate. Primũ deducunt trifariam. Primo quia intelľs eſt certus de cõceptu generis, & põt dubitare &c. de conceptibus ſpẽrum, igiť ille conceptus eſt alius & vnus. Scđo quia non poſſunt eadem conuenire & differre in eodẽ conceptu. Sed ſpẽs conueniunt in conceptu generis, & differunt in conceptibus differẽtiæ, igť conceptus gñis eſt alius & vnus ab illis. Tertio genus prædicatur in quid & vniuoce, igitur dicit vnum cõceptum ſm quem predicatur. Scđm deducunt, quia partiale eſt aliud à totali. Sed conceptus generis vna cum conceptu dñæ efficit conceptũ ſpẽi, igitur eſt alius ab vtroq;. Tertium vero probarũt, & põt eſſe vna rõ, quia circũſcripto actu intelľs eſt aliqua differentia inter conceptũ oƀtiuum gñis & conceptum oƀtiuum ſpẽi & dñæ. Hæc ſunt quæ dicunt. Sed hæc nullam habent neceſsitatem, quia vt logici tradũt ſtat intelľm eſſe certum de genere vt de aĩali, dubiumq́; de ſpẽbus, vt de equo & boue, nec ſequitur ipſum eſſe de aliquo animali certum. præterea vt Tho. dicit intellectus eſſe poteſt certus de conceptu oƀtiuo generis, & dubius de conceptibus oƀtiuis ſpẽrum, non ꝙ conceptus generis ſit alius in re ab illis, ſed ſolum dum concipitur. Secunda etiam nulla eſt, quia ſpecies differunt differentiis & conueniunt genere, & ſic alius eſt conceptus oƀtiuus generis, à conceptibus oƀtiuis differẽtiarum, ſed nõ ante conceptionẽ, ſed ſolũ dum illa concipiuntur. Ad tertiam patet ſoľo, quia prædicatur in quid vniuoce, ideo dicit alium conceptum obiectiuum, ſed non ante prædicationem, nec ante conceptionẽ, vt dictum eſt, & per hęc patet ꝙ conceptus oƀtiuus gñis eſt partialis, conceptus ſpẽi totalis, ſed nõ ante cõceptionẽ. Amplius patet ꝙ circũſcripto ope intelľs ex nã rei nulla eſt inter illos conceptus oƀtiuos dña actualis, ſed ſolum dum concipunť, & ſic quæ exteri dicunt nullã hñt neceſsitatẽ, ſed vtrum hęc ſtare poſsint in qõne ve vniuerſalibus diſputabimus. Hæc de poſitionibus.

Defenſio Tho.

Dubiũ in doctrina Thomæ.

Solutio.

Obiectiones aliquorum.

Defenſio.

Põ aliorum.

Confutatio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo animaduerſione dignum ꝙ genus eſt vnum in forma media inter actum & potentiam, vt Auer. dicit primo huius. & 12. huius, amplius etiam ſpecies ipſa vnum eſt in forma, quia omne vľe eſt vnum in forma vt docet Auerro. in hoc. 1. Ex his ſequitur ꝙ conceptus gñis eſt forma per quam indiuiduum reponiť in ipſo gñe, vt conceptus oƀtiuus aĩalis eſt ſenſitiua aĩa per ꝙ̃ hõ eſt aĩal, conceptus ſpẽi oƀtiuus eſt forma

Cõm. 17.
Cõm. 14.
Cõm. 27.

eſt forma per quam indiuiduũ reponitᷣ in ſpẽ, vt cõceptus obiectiuus hoĩs eſt aĩa rõnalis, ꝑ quã hic hõ eſt homo. cauſa aũt eſt, quia vlẽ eſt ſolũ forma vt ſignatur ꝑ nomẽ generis vel ſpẽi, vt ſæpiſsime in hoc lib. eſt dictũ.

Dubitatio. Sed dices vtrũ forma quæ eſt obiectiuus cõceptus generis, & forma quæ eſt obiectiuus cõceptus ſpeciei ſint vna forma, quod eſt quærere vtrũ id qđ ſignatur ꝑ nomen generis, & id qđ ſignatur ꝑ nomẽ ſpẽi ſit vnamet forma. Secũdo dubitatᷣ vtrũ id qđ ſignatur ꝑ nomen dr̃iæ ſit vnamet forma cũ eo qđ ſignatur ꝑ nomẽ generis & ſpẽi.

Solutio. Cõm. 43. Ad ambas has rñdet Auer. in hoc. 7. verſus finem, dicens manifeſtum eſt ꝙ vltima differentia eſt ex ſpẽ, quæ eſt ſubſtantia illius ſpẽi ſolius, & ſola diffinitio eius, & ꝙ illud quod eſt ante, non eſt ſubſtantia ꝓpria ei, neq; aliquid exiſtens extra aĩam in actu intendit, qm̃ cum illud quod inuenitur ſpẽs in actu, ſit vnum, manifeſtũ eſt ꝙ illud qđ ſignificat diffinitio eſt vnũ, & ꝙ diffinitio eſt vna, qm̃ in ea nõ eſt aliquid in actu niſi vnum, & multitudo quæ eſt in ea eſt in potentia. Hæc Auer. ad verbũ. Ex quibus apparet aperte ꝙ id qđ ſignificatur per nomen generis, & id qđ ſignificatᷣ ꝑ nomen ſpẽi, & id qđ ſignificatᷣ ꝑ nomẽ dr̃iæ extra aĩam eſt vnũ & idẽ in actu, poteſtate vero quatenus põt facere in mente diuerſos conceptus formales, qui repreſentant diuerſos cõceptus obiectiuos, eſt multitudo quædã, vt. n. in mente poteſt facere tales conceptus formales relinquuntur tres conceptus obiectiui, quorum primus eſt genericus determinabilis. Secundus dr̃iæ determinãs. Tertius ſpecificus conſtitutus ex ijs. Secundo apparet ꝙ Expoſitor non differt ab hac nr̃a dilucidatione niſi in vno tm̃, ꝙ ille vult vlẽ non eſſe formã, ſed cõpoſitũ ex materia & forma, ꝑꝑ qđ apud Thomã genus erit cõpoſitũ ex forma & materia quætenus forma ſumitᷣ ſub rõne cõiori, ſpẽs vero ex eiſdẽ quatenus forma ſumitᷣ ſub rõne ſpẽliori, dr̃ia forte eſt forma tm̃ apud ipſum, at Auer. hęc tria dicit eſſe vnam formã, ꝑ diuerſos formales conceptus conceptibilẽ, qui repreſentant diuerſos obiectiuos conceptus, non quidẽ diſtinctos ante conceptionẽ, ſed ſolum dũ cõcipiuntᷣ, & ſic parua eſt dr̃ia Thomæ. Et propter hoc rationes eorũ quemadmodũ nõ cogũt cõtra Thomam, ita nec cõtra Auer.

Dubitatio. Sed quæres adhuc ꝑꝑ qđ conceptus illi formales repreſentant diuerſos illos tres conceptus obiectiuos, cum ante cõceptionẽ nulla ſit diſtinctio.

Solutio. Dici põt ꝙ repñtant illos tres ꝑꝑ duo apparentia vt diximus, cũ. n. ad extra appareat ſenſus & motus, ab hoc apparenti ſumitᷣ cõceptus formalis, qui repñtat hoĩem in q̃tum aĩal, amplius cum appareat rõcinari, ab hoc ſumitᷣ formalis conceptus, qui repræſentat hoĩem vt rõnalem. Ab ijs duobus ſumitᷣ tertius conceptus formalis, qui repñtat hoĩem vt hoĩem, & vt quid cõpoſitũ ex primis duobus cõceptibus obiectiuis hæc fuerũt dicta in defenſione Thomæ. eſſet autem vna dubitatio ſi forma generis eſt in cõpoſito alia ab illa ſpeciei, quomodo ſaluatur famoſum dictum expoſitoris & Boetij, ꝙ genus non dicat vnam naturam ſed vnum conceptũ & ſpecies vnum conceptum & vnam naturam, ſolutionẽ vide. 7. phyſico. nam illic ſaluaui hoc dictum. Et de dilucidatione hæc pauca ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis oẽs rationes facile tolluntur. Ad primam dico ꝙ in actu genus non eſt aliud præter generis ſpẽs, ſed bene ꝑtãte vt dictũ eſt. Ad ſcđam dico ꝙ ſi genus diceret cõceptũ illũ ꝑ modum partis non ꝑdicaretᷣ de ſpẽ, ſed qm̃ dicit ſpẽm ſub rõne cõceptibili cõi, ideo prędicatur de ſpecie per ſe & in quid. Ad tertiam concedo totum. nõ. n. differt genus in ſubſtantia à ſpẽbus, ſed ſolum in conceptu obiectiuo, quia dicit ſpẽs ſub ratione conceptibili cõiori. Ad rationes ad oppoſitum. Ad primam dico ꝙ actu genus non eſt aliud quam ſpẽs, tñ poteſtate genus dicit ſpẽm ſub rõne cõceptibili cõiori, q̃ ſit ratio cuiuſq; ſpẽi, & ſic cõceptus, quem actu dicit alium ab illis ſpẽrum, nulli ſpẽi idem eſt conceptibiliter, actu vero non eſt aliud ab oĩbus ſpẽbus, immo idẽ oĩbus, quia præter operationem intellectus non eſt, & per cõſequens pręter operationẽ intellectus quot ſunt ſpecies, tot ſunt generis actuales conceptus. non. n. præter intellectũ eſt actualis vnitas, ſed potentialis, vt dictum eſt. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia licet actu nõ ſit aliud quã ſuæ ſpecies, poteſtate eſt aliud quid vt dictũ eſt. Hæc de diſputatione decimaquinta.

At vero & oportet diuidi differentiæ differentiã vt animalis differentia eſt pedalitas. Itẽ aĩalis habentis pedes differentiam ſcire oportet & reliqua. Tex. cõm. 43.

DISPVTATIO XVI.

De diuerſitate differentię ſpeciei à differentiis generis.

Num differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod differentia inferior formaliter includat ſuperiorem. Arguũt primo, quia ſi nõ, tũc differentia inferior non diuerſificaret ipſum genus per ſe, quod eſt falſum, & deducitur, quia ſit genus quod diuerſificatur genus intermediũ animal, & quæro per quid diuerſificatur, & certum eſt ꝙ non diuerſificatur per differentias ſuperiores, quia in illis non formaliter includitur, igitur per illas non poteſt diuerſificari, nec põt diuerſificari per inferiores, quia illæ ſunt extra rõnem eius, & extra rõnem differentiæ ſuperioris per aduerſarios, igitur per illas non diuerſificabitur. Secundo omne magis commune includitur formaliter in minus communi, ſed differentia ſuperior eſt magis communis, & differentia inferior eſt minus cõis, igitur differentia ſuperior includitur formaliter in differentia inferiori. Tertio quęcunq; vniuntur alicui tertio, eo modo quo vniuntur illi tertio, vniuntur inter ſe. Sed differentia ſuperior & differentia inferior vniuntur formaliter in ſpecie. Senſitiuum enim & rõnale ambo de homine formaliter dicuntur, igitur vniuntur formaliter inter ſe. Quarto quæcunq; ſumuntur ab eadem forma ſunt eadem formaliter, & vnum includitur formaliter in altero. Sed dr̃ia ſuperior & differentia inferior ſumuntᷣ ab eadem forma vt nũc ſuppono, igitᷣ vna includitᷣ formaliter in altera. Sed in contrariũ ſunt multi authores, igitᷣ diſpu. eſt ambigua. Hæc de dubitatione.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID dr̃ia ſit, alibi declarauimus, nũc aũt ꝑ differentiam ſuperiorem audimus illã, quæ genus cõſtituit & ſuꝑueniẽs genus diuidit, vt ſenſitiuũ quod corpus aĩatũ diuidit, & aĩal cõſtituit, ꝑ inferiorẽ vero eã volumus: quæ genus diuidit, ſpẽm vero gñis cõſtituit, vt rationale, qđ aĩal diuidit & hoĩem conſtituit, & non modo per ſuperiorẽ eã volo, quæ proximũ ſpeciei genus conſtituit, ſed oẽs ſuperiores vſq; ad ſuprẽmum genus. Erit igitᷣ diſputatio ſi differẽtia quæ ſpẽm vltimã conſtituit,

ſtituit, vt rationale, includat oẽs ſuperiores, quæ ſuperiora genera ad hoĩem cõſtituũt, vt ſenſitiuũ corporeũ, & id genus, qđ eſt dicere ſi ſenſitiuum & corporeum includantur in ipſo rõnali formaliter, ita vt hæc ſit pdicatio formalis, rõnale eſt ſenſitiuũ. Hic igiť eſt titulus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Expoſitio. DE diſputatione dicunt nonnulli iuniorũ, ꝙ includi formaliter in alio eſt bifariã. Vno mõ tanquã partẽ formalem vel formã illius. veluti albedo in hoĩe albo. Alio modo quia clauditur in formali & quidditatiuo conceptu illius, veluti aĩal in hoĩe. tũc dicunt, ꝙ dr̃ia ſuperior vt ſenſitiuũ non includiť in dr̃ia infera vt in ipſo rõnali tanquã forma in formato, aut tanquã pars formalis in cõpoſito formato, vt patet, quia dr̃ia ſuperior non eſt pars dr̃iæ inferæ. Secũdo dicũt ꝙ ſuperior dr̃ia includiť formaliter in infera ſecundo modo, videlicet, quia eſt de formali & quidditatiuo cõceptu illius. Hãc *Rõnes põnis.* ſcđam probãt multifariã. Primo quod pdicatur de aliquo in abſtracto, includitur formaliter in illo. Sed dr̃ia ſuperior pdicať de infera in abſtracto, igiť includiť formaliter in infera. maior patet, quia in abſtractis nõ eſt vera pdicatio niſi per ſe & formalis, vt oẽs dicũt. minor patet in textu, dicitur. n. ꝙ fixio eſt pedalitas, & p fixionem ſumit dr̃iam inferã, p pedalitatẽ vero dr̃iam ſuperam. Secundo ſi ſuperior differentia non prædicareť de infera, tunc infera differentia eſſet ſimpliciter ſimplex, hoc aũt eſt falſum, quia non eſt ſimplicior generaliſsimo, quia eſt illo poſterior, at generaliſsimũ nõ eſt ſimpliciter ſimplex, ſed reſolubile in plures cõceptus: & deducitur conſequentia, quia talis differentia in nullo cõueniret formaliter, & ita ſimpliciter ſimplex. Tertio ſi differentia ſuperior non pdicareť de infera, tunc dr̃ia eſſet de primis prædicatis. conſequens eſt cõtra Auer. *Cõm. 8.* 8. meta. vbi habet ꝙ 10. genera rerũ ſunt. 10. prima prædicata. & conſequentia deducitur. quia de dr̃ia non *Obiectiones.* prædicať genus, igitur ſi nec dr̃ia ſuperior, de ipſa nihil prædicareť, igitur eſſet de primis prædicatis. Sed contra hanc põnem ſunt obiectiones, quæ licet formentur ſuo modo, ego illas ſic reduco. Prima eſt, ſi ſuperiores differentiæ de infera formaliter prædicantur, & in illa formaliter includunť, tũc dr̃ia eſſet tota ſubſtantia rei diffinitæ, hoc eſt falſum. tum primo, quia tũc genus nõ eſſet ſubſtãtia rei diffinitæ. tum ſecũdo, quia diffinitio non haberet partes. tum tertio, quia tũc in diffinitione nõ poneť aliquid vt materia, & aliquid vt forma, ſed ſola dr̃ia vltima vt forma. Secũdo principaliter arguitur, quia tunc eſſet nugatio, quia idẽ bis repeteretur: vt differentia ſuperior ſemel in ſe: & ſemel in dr̃ia infima. Tertio in diffinitione debet eſſe ordo, quia aliud ſeſe habet vt materia & prius, aliud vt forma & poſterius, *Obiectiones aliorum.* at vbi vltima differẽtia oẽs alias includeret nullus eſſet ordo. Quarto arguũt alij, ꝙ tũc differentiæ non eſſent primo diuerſæ, quia differẽtiæ ſpecificæ vt rõnale & irrationale conuenirent in differẽtia ſupiori generica vt in ipſo ſenſitiuo. Quinto tunc pdicatio vnius differentiæ de altera negatiua, non eſſet immediata, quia extrema cõuenirent in aliquo. Sexto tunc eſſet proceſſus in infinitum, quia rationale & irrationale conuenirent in ſenſitiuo. vel igitur ſeipſis differũt vel alijs differentiis, non ſeipſis, quia tunc eſſent primo diuerſæ, & ita in nullo conuenirẽt. ſi alijs, tandẽ aut ſtabitur ad primo diuerſa, aut ibitur in infinitum. Vltimo tunc differentia ſuperior eſſet genus, quia prædicaretur in quid de differentiis, quæ ſpecie differunt. Sed quicquid ſit de poſitione ipſa, rationes iſtæ non valent. Ad primam nego conſe- *Defenſio.* quentiam, quia licet includeret oẽm ſuperiorẽ differentiam, non tamen includeret oẽ genus ſuperius, & ſic nõ ſequiť differentiam inferam eſſe totã rei diffinitę ſubſtantiam: dato ꝙ oẽs ſuperas differẽtias formaliter includeret. Ad ſecundam dico ꝙ bis dicere idem non eſt nugatio, ſed bis dicere idem & eodẽ modo, at in propoſito diciť bis idem, ſed alio modo, quia prius diciť indeterminate. 2. determinate. Ad tertiã concedo ꝙ in diffinitione eſt ordo, & tamẽ dr̃ia vltima includit formaliter oẽs differentias ſuperiores, quia iſte ordo eſt inter magis cõe, & inter minus cõe. Ad quartã dico ꝙ primo diuerſa ſunt, quæ in nullo conueniunt, qđ diuidať p dr̃ias, & hoc pacto differentiæ ſunt primo diuerſæ, qa licet conueniant in dr̃ia ſuperiori, illa tamen non diuiditur p differẽtias alias ab illis, & propterea ſunt primo diuerſæ hoc modo. Ad quintam nego conſequentiã, quia immediata eſt, qua in ſyllogiſmo non eſt altera prior, modo hac propoſitione nullum rationale eſt irrationale nulla eſt ſyllogiſtica prior, & licet extrema cõueniant, non tñ illud põt eſſe medium, eo quia ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura nihil ſequitur. Ad ſextam dico ꝙ conueniunt in dr̃ia ſuperiori, & differunt ſeipſis, nec oportet ꝙ quæcunq; in aliquo conueniunt, ipſa differant p alias differentias, ſi ſint differentiæ. Ad vltimam dico ꝙ dr̃ia ſuperior prædicatur in quid, ſed non de pluribus differentibus ſpẽ, quia differentię non differunt ſpẽ, ſed ſunt, ea quibus ſpẽs differunt, & ſic rationes non cogunt. Sed licet rationes iſtæ non cogant, *Quid de poſitione ipſa inſe.* tamen poſitioni nõ aſſentior, quia ſi genus non pdicatur de differentia formaliter nec in illa formaliter includitur, videtur ꝙ nec differentia conſtitutiua formaliter ipſius generis, debet prædicari de differẽtia diuiſiua generis, quia de quocunq; nõ prædicatur ſubiectũ: de illo non prędicatur pdicatũ cũ illo ſubiecto conuertibile, igiť de quo non pdicať aĩal, de illo non prædicať ſenſitiuum, quod eſt aĩalis prędicatũ formale, & conuertibile. Sed de quo non prædicatur formaliter, in illo nõ includitur formaliter, igitur cum differentia ſuperior nõ prædicetur formaliter de inferiori. nec in illa formaliter includeť. Secũdo quæcunque ſunt eadẽ formaliter & conuertibiliter, neceſſario ſic ſe habent, ꝙ à quocunque alterũ illorũ formaliter remoueť. ab eodem etiam alterum remouebitur, hæc patet, quia ex oppoſito prędicati infertur oppoſitum ſubiecti, quia ſi alterum remouebitur, & alterum ſit idem, illa non pñt eſſe formaliter eadem inter ſe. Sed differentia ſuperior & genus ſunt eadem formaliter & conuertibiliter, vt patet, quia ſuperior differentia conſtituit genus formaliter, & cũ illo cõuerſim dicitur, igitur à quocunq; formaliter remouetur genus, ab illo etiam formaliter differẽtia eius conſtitutiua remouebitur, aliter non conuerteneť formaliter. Propter hæc alij iuniores dicunt ꝙ dr̃ia poteſt *Põ. 2. iuniorum* conſiderari quo ad id quod eſt, & quatenus ſpẽm conſtituit, vel ſub alijs verbis poteſt conſiderari materialiter & formaliter, tunc dicũt ꝙ ſi dr̃ia inferior conſideratur quo ad id quod eſt ſiue materialiter, ſic dr̃ia infera generis diuiſiua includit formaliter differentiam ſuperam generis conſtitutiuã, probatur quia differẽtia quo ad id quod eſt, ſiue materialiter conſiderata nõ eſt aliud quam ſpecies, ſed ſpẽs includit differentiam ſuperam formaliter, igitur differentia quantum ad id quod eſt, etiam includit differentiã ſuperiorẽ. Secundo dico ꝙ ſi *Confutatio.* differentia infera conſideretur formaliter, ſic non includit

dit formaliter ſuperam. probatur, quia vt ſic alium formalem conceptum dicit ſupera, & aliũ infera. Hæc iſti. Sed hæc ſolutio friuola eſt. Primo quia differētia quo ad eius materiale & quo ad id quod eſt non eſt differentia, ſed ſpēs, & ſic dicere ꝙ differentia quo ad id quod eſt includit differētiam, eſt dicere ꝙ ſpēs & non dr̃ia includit dr̃iam, & ſic nihil ad rē. Secundo ſi formale dr̃iæ ſuperioris non includitur in formali differētiæ inferioris, abſolute ſuperior differētia eſt extra dr̃iam inferiorem, quia à formali eſt potiſsima rō diſtinctionis & idētatis, incluſionis & excluſionis, eo quia in vnoquoque formale eſt potius mãli. Tertio ſi rõne mãlis aliquid poſsit formaliter includi in alio, tũc ſuba poſſet formaliter includi in albo, quia album quo ad materiale eſt corpus, quod eſt formaliter ſuba, & tñ nemo concederet conſequēs. Propter hæc & alia aliqui tenent abſolute & ſine diſtinctione ꝙ differētia inferior non includat formaliter ſuperiorem, & conſequēter ꝙ ſuperior eſt extra eſſentiam & formalem rõnem inferioris. Hæc illi, quorum rõnes ſunt tactæ. Sed contra hanc pōnem eſt dubō. Primo quia ſuperior differētia & inferior dicunt eandē formã etiam apud ipſos, quia ſenſitiuum & rõnale eandē formam dicunt in homine, igitur ſunt eadē in forma, ſed vt diximus olim à forma deducitur formalitas, igitur ſunt eadē formalr, vnde argui pōt ſic. Quæcunq; ſunt eadē in forma apud peripateticos, ſunt eadē formaliter, ſed differētia ſuperior & inferior ſunt eadē in forma, igitur eadem formaliter. Secundo, quęcunq; ſunt formalr eadē alicui tertio, ſunt formalr eadem inter ſe, quia quæcunq; vni tertio ſunt eadē eodē modo quo illa ſunt eadem, ſunt inter ſe eadem. Sed ſuperior differētia & inferior ſunt eadē ſpēi formaliter, igitur inter ſe. Hæ ſunt dubitationes contra hanc poſitionem. Hæc de poſitionibus.

Aliquorũ pō. — *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliquid alicui eſſe formalr idē, vel in illo formaliter includi pōt deduci à formali vel à forma vt olim diximus, ſi enim deducitur à forma, ſic aliquid eſt idē formaliter alicui, vel in illo formaliter incluſum, quotiēs cum illo dicit eandē formam, vel quotiēs ambo ab eadem ſumuntur forma. Sed ſi deducitur à formali, ſic aliquid alicui eſt idē formaliter vel in illo formaliter includitur, quoties formale vnius includitur vel eſt idem cum formali alterius, quid autem ſit formale, diximus. nam ratio formalis & formale, & id quo aliquid dicitur formaliter tale idē eſt. Tunc dico duo. Primum ꝙ ſi formaliter includi in alio vel eē idem illi formaliter idē eſt ſumi ab eadem forma vel dicere eandem formam, ſic ſuperior differētia formaliter includitur in infera, eſtq; illi eadem formaliter. patet, quia ambæ dicunt eandem formam, vel ab eadem forma ſumuntur, apud peripateticos. Si vero includi formaliter vel eſſe idem formaliter deducitur à formali ſiue rõne formali, ſic differentia ſuperior nec formaliter includitur in infera, nec eſt illi eadem formaliter. patet, quia formale illius eſt extra formale alterius, quia licet ſumantur ab eadem re formæ, non tñ ab eodem gradu rei formę, nec ab eodē apparenti, vt diſputatione proxima eſt declaratum. Hæc ſunt quæ peripateticæ dicerem pro dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes. Et primo ad rationes primæ poſitionis. Ad primam dico ꝙ in græco non legitur in abſtractis, ſed in concreto illa litera, vt patet conſideranti verba græca. Ad ſecundam concedo ꝙ dr̃ia vltima eſt ſimpliciter ſimplex, & nego ꝙ generaliſsimum nō ſimpliciter ſimplex, quia ſm̃ peripateticos vltra generaliſsima non inueniunẽ niſi noĩa, nec habeo pro incõuenienti aliquod minus cõe eſſe ſimpliciter ſimplex & non magis cõe, quando illud minus cõe eſt contractiuum. Ad tertiam dico ꝙ differentia eſt primum p̄dicatum, quia competit ſpēi per ſe primo, & ſine medio, & quum Auer. ſumit. 10. genera eſſe prima prædicata, recte dicit, quia illa ſunt prima prædicata, non tamē eſt intelligēdum ꝙ tm̃ ſint prima prædicata, nec hoc dicit Auer. & ſic ratio nulla. Alij aliter dicunt, nō curo, rõnes vero factæ pro alijs poſitionibus, nō obſtant contra dilucidationem, imo faciunt pro illa, vt patet intelligenti. Ad rõnes vero tactas in principio. Ad primam dico ꝙ concludit oppoſitum, nam actuale contrahit potentiale, & eſt extra rationē formalem illius: propterea negatur maior, oportet. n. cōtrahēs eſſe extra rõnem contrahibilis apud multos. Ad ſecundam negatur maior, niſi ſit magis cõe in recta linea prædicamentali. Ad tertiam concedo ꝙ vniuntur inter ſe formaliter vt ipſum formaliter vniri deducitur à forma, non à rõne formali. Per idem ad vltimum. patet enim illa eſſe eadē formaliter ſm̃ formam, non aũt ſm̃ formale, vt diximus. Hæc de decimaſexta diſputatione.

Videtur enim impoſsibile eſſe ſubſtantiam eſſe quodcunque vniuerſaliter dictorum. Primum enim ſubſtantia &c. Tex. cõm. 4. 5. & 6.

DISPVTATIO XVII.
De vniuerſalium entitate.

Num vniuerſale ſit aliquid in rebus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vl̃e ſit aliquid in rebus arguitur. Secunda ſubſtantia eſt aliquid in rebus, vt patet in prædicamentis, & in hoc ſeptimo, vbi dicitẽ ꝙ ſubſtantia eſt primum ens, & ſecunda ſubſtãntia eſt vl̃e. igitur vl̃e eſt aliquid in rebus. Secũdo eſt aliquis effectus vniuerſalis, vt patet. 2. phyſicæ auſcul. vbi diciturẽ ꝙ effectuum vniuerſalium cauſæ ſunt vl̃es, igiẽ vniuerſale eſt aliquid in rebus, tenet conſequentia, quia oĩs effectus cuiuſuis cauſæ eſt in re. In contrariũ eſt Ariſt. in litera.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

VNIVERSALE quid nam ſit & quoties diciẽ, in primo huius diſputatione. 11. cap. 2. copioſæ eſt explicatum, nec oportet repetere verum per vl̃e eſſe aliquid in rebus. volumus intelligere ſi vniuerſale ſit ens reale, ens autem reale ſemper audimus vt diſtinguitur contra ens intentionale. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione hac fuit non tantum apud iuniores diſcordia maxima, ſed apud veteres. Amplius & in diuerſis ſectis non tm̃ fuit dr̃ia, ſed in eadē, adeo ꝙ qd velit Ariſt. nondum patuit, eo quia alij alia in huius viri ſecta ſenſere. Inter antiquos itaq; Herculei & oẽs qui Heraclitum atq; Cratillum imitati ſunt ſola ſingularia profitentur. horũ ratio erat, quia intellectus eſt ſenſus, igitur intelligibile eſt ſenſibile, & per cõſequens intelligibilia erant mere ſenſibilia atq; ſingularia, ſic ꝙ nec in re, nec in mente vl̃ia concedebant, eo quia mēs erat apud eos ſenſus, ſiue potiſsima ſenſitiua vis, & hac ratione negarunt ſcire, & ſciam, aſſerentes nihil poſſe ſciri,

Poſitio Herculeorum.

ſciri,quia nullũ eſt ſcibile, nullumq; vl'e.Hæc Herculei.

Poſitio Plat. Plat. vero his occurrens volens ſcire ipſum ſaluare, vniuerſalia conceſsit,nõ quidem in rebus, ſed ſeparata, quæ ab eo ideæ dictæ ſunt. mouebatur aũt primo quia modo intelligendi correſpõdet modus eſſendi. Sed nos poſſumus intelligere hominẽ ſine ſingularibus,& aĩal ſine ſpẽbus,igitur vniuerſalia ſunt in re ſine ſingularibus, vt homo ſine ſingularibus hoĩs, & aĩal ſine ſpeciebus. Secundo mouetur quia oẽ tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, ſed hic homo eſt homo participatione humanitatis, igitur humanitas eſt homo per eſſentiam,& ita vl'e per eſſentiam. Tertio ſcire eſt eorum quæ nec ſũt ſingularia,nec in ſingularibus poſita, vt oẽs concedunt, ſed vl'um eſt ſcĩa, igitur vniuerſalia nec ſunt ſingularia nec in ſingularibus poſita,& per conſequens ſunt à ſingularibus ſeparata. Quarto ſingulare ad generationem ſui ſibi nõ ſufficit, igitur requiritur vl'e in cuius virtute agat.Et ſic his rõnibus Plato poſuit vniuerſalia realia, à ſenſibilibus ſingularibusq; ipſis ſ'm eſſe ſeparata q̃s formas vel ideas appellat vbiq;.

Obõnis Ariſt. *Cõm.31.* Obiiciunt aũt huic Ariſto.& Auer. in hoc.7.&.1.quia oẽ quod prędicatur per ſe de aliquo prędicatur, vel quia eſt idem illi de quo prædicatur, vel quia eſt in illo, vt in lib. prædicamentorum dictum eſt. Sed vl'ia prædicãtur de ſingularibus & primis ſubſtantiis per ſe, igiẽ vel erũt eadem illis vt ſecundæ ſubſtantiæ, vel erunt in illis vt accidentia per ſe, & per conſequẽs non poſſunt eſſe ſeparata. Secundo arguit Ariſtot.1 o.huius, quia ſi homo eſſet vl'e ſeparatum, tunc eſſet ſubſtantia incorruptibilis. Sed corruptibile & incorruptibile non ſunt eiuſdem ſpeciei, imo nec eiuſdem generis, igitur homo & hic homo differũt ſpecie & genere, vide declarationem Auer. illic. Tertio arguit Auer.3.de anima ꝙ ſi vniuer-*Cõm. 26.* ſalia eſſent ſeparata, tũc fruſtra daretur intellectus agẽs, *Cõm. 18.* eo quia vniuerſalia ſunt actu abſtracta per eſſentiam, & non indigẽt eius actione, & ita fruſtra dabitur. Quantũ vero ad id quod Plato ponit de generatione ꝙ videlicet tales ideæ ſint neceſſariæ pro generatione, ſatis eſt diſputatum his diebus in diſputationibus de rõnibus ſeminalibus, ꝓpea de re hac nunc nulla ſit vis, hæc contra Platonem nunc ſufficiant, ſed an concludant, & vtrum Ariſto.& Platonem ſit aliqua concordia, poſtea in dilu-*Põ Burleicenſ.* cidatione dicemus. Inter peripateticos vero ĩuenimus nõnullos qa vniuerſalia realia eſſe cõceſſerunt, & à ſingularibus ſ'm rem diſtincta,& quantum ad hoc Pla. imitari videntu r, differunt tñ quia talia vniuerſalia ponunt ſuis ſingularibus communicata, propter quod ipſa de ſingularibus ſuis prædicari poſſunt. Plato vero vniuerſalia poſuit realia, nec ſuis ſingularibus eadem, nec illis cõicata, & propterea de ſingularibus ſuis prædicari nõ *Põ logicorum.* poſſunt. Alij in extremo huic oppoſiti in eadem ſecta dixerũt vniuerſalia nullo pacto dari niſi totaliter ex parte intellectus, vt ſorticolæ, hi.n. dixerunt nullo mõ dari vniuerſalia realia, ſed ſolum vniuerſalia apud hõs ſunt termini communes de pluribus prædicabiles, in mente quidem nãliter, in voce vero vel ſcripto ad placitũ. Addentes his terminis in mẽte aut voce aut ſcripto nihil in re correſpondere præter ſingularia, hæ ſunt duæ poſi-*Põ aliorum.* tiones extremæ in ſchola peripateticorum. Alij vero licet plura dicant, tamen breuibus ad præſens proponamus ad mentem illorum duas diſtinctiones, quarum prima eſt ꝙ videlicet duplex eſt intentio, quędam prima, quædam ſecunda, dicitur prima intẽtio conceptus obiectiuus rei, quæ abſolutæ intellgitur, vt lapis appræhenſus, dicitur vero ſecunda intentio reſpectus quidam attributus rei conceptæ per actum collatiuum intellectus vt hæc intentio genus, ſpecies, vniuerſale,& id genus. Secunda diſtinctio eſt ꝙ vl'e eſt nomen cõcretum ſecundæ intentionis, & quia oẽ concretum apud Auerroẽ in.5.huius põt ſumi pro forma & pro re ſubie- *Cõm. 14.* cta formæ, ſic vl'e põt ſumi ꝓ intẽtione, & pro re ſubiecta intentioni, vlterius pro re ſubiecta intentioni põt ſumi pro ſubiecto propinquo, quod eſt ipſa natura per intellectum indeterminatæ ſumpta & pro ſubiecto remoto, quod eſt ipſa natura, cui nõ repugnat eſſe in pluribus. Hæ ſunt diſtinctiones. Tunc ponanẽ concluſiones de mente iſtorũ. Prima vl'e ſumptum pro intentione nihil eſt in rebus, immo eſt ſolũ per actũ collatiuum intell's, pro hac concluſione ſunt verba Auer.1.de aĩa *Cõm. 8.* & 12.metaphyſicæ.& alibi pluries, pro his valẽt verba *Cõm. 4.* Themiſtij in.1.de de aĩa ſupra illud verbũ, aĩal vl'e aut nihil eſt aut poſterius eſt,& ſic quantũ ad hanc cõcluſionem verificant oẽs authoritates eorum, qui dicũt vl'e non eſſe in rebus. Secũda concluſio vl'e ſumptũ pro re ſubiecta intentioni, tam propinquæ quã remote, eſt aliquid reale, propinquæ quidem exiſtẽs obiectiue in intellectu, remote vero eſt quædam natura realis alia ex natura rei à ſingularibus, cuius vnitas eſt realis minor vnitate numerali & maior vnitate vl'is in actu. Tertia vnitates naturarum ſunt tot quot ſunt naturæ vel conceptus obiectiui reales,& differũt ſ'm magis & minus.

Rationes. Pro ſecunda concluſione arguitur multifariam. Primo circũſcripto omni actu intellectus naturæ humanæ nõ repugnat intelligit vt vl'e & cõe pluribus: naturæ ſingulari repugnat intelligit vt vl'e, igitur præter operationẽ intellectus natura humana eſt alia à natura ſingulari,& ſic eius vnitas alia ab illius vnitate. Secundo natura coloris eſt ratio formalis obiectiua terminandi viſum: & hic color non eſt ratio terminandi viſum, igitur differunt ex natura rei. Antecedens pro prima parte patet, quia ratio formalis obiectiua viſus non eſt hic color, ſed color. Primo quia ratio formalis obiectiua eſt ratio aſsimilandi, modo hic color nõ poteſt eſſe ratio aſſimilandi, ſed color. Secundo quia ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis non eſt apprehẽſibile ab intellectu, igitur quanto minus à ſenſu. decipitur.n. ſenſus circa ſingulare ſub propria ratione. Tertio menſura rerum realium debet eſſe vna & realis, quia menſuratum dependet à menſura, ens aũt reale nõ dependet ab ente rõnis, igitur ꝓpoſitio patet. Sed vnitas ſpeciei eſt prima menſura generis apud Ariſt. igitur vnitas ſpẽi qua menſurantur oĩa ſub gñe cõtenta debet eſſe realis. Quarto vnitas alicuius naturæ in qua aliqua comparantur realiter, debet eſſe realis, ſed in vnitate ſpẽi comparantur indiuidua eiuſdẽ ſpẽi,& realiter, igitur debet eſſe realis. Quinto circũſcripto omni actu intellectus plus conuenit Socrates & Plato quam Socrates cum aliquo cane, igitur præter operationem intellectus eſt ſimilitudo illa. Sed omnis relatio realis requirit fundamẽtum reale, igitur datur natura vna cõis realis, quæ erit fundamentum illius ſimilitudinis. Sexto ſi omnis vnitas realis eſt numeralis, igitur omnis diuerſitas realis eſt numeralis. tenet argumentum, quia idem & diuerſum ſunt immediate oppoſita decimo huius. conſequẽs falſum, quia tunc omnia æqualiter differẽt. Septimo qđ non deſtruit aliquid, illud permittit. ſed dr̃ia numeralis præter operationem intellectus non deſtruit vnitatẽ ſpecificam, igitur differẽtia numeralis realis illã permittit,

mittit, & p conſequēs cū diſtinctis numero ſtat vnitas ſpecifica realis. Octauo quæ ſolo numero differūt præter operationem intellectus non ſunt diſtincta ſpecie vt Socrates & Plato:vt patet. Sed hæc ſunt, igitur ſunt indiſtincta ſpecie præter operationem intellectus. tenet argumentum à negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de pdicato infinito cum cōſtantia ſubiecti, ſunt indiſtincta ſpē præter operationē intellectus, igiť datur vnitas quædam realis ſpecifica. Nono quæcunq; non diſtinguunť realiter ſm oēm rationē incluſam in eis, habēt aliq rationem realem in qua conueniunt realiter, ſed Socra. & Pla. nō diſtinguunť realiter ſm oēm rōnē in eis incluſam, quia Socrates inqtum homo non diſtinguitur realiter à Platone, aliter oīs homo diſtingueretť à Plat. & ſic idem diſtingueretur à ſeipſo. Decimo ignis generans ignem aut intendit ſingularē ignē, aut vľem, non ſingularē, quia ſunt præter intentionem artis & naturæ. ſi vniuerſalem. igiť dať ignis realis cōis.

Cōm. 48. Pro hac cōcluſione ſunt authoritates Auer. 7. n. meta. ita inquit qm nullum vľium prædicabilium ſm quid de re demonſtrata ſignificat ea ſm ꝙ eſt demonſtrata & indiuidua, ſed ſm ꝙ in ea eſt natura ſimilis naturæ, quæ eſt in quolibet indiuiduorū illius vľis, ſ. natura cōis præ

Cōm. 9. ter naturam propriam vnicuiq; eorū. Præterea primo huius inquit ſpēs hoīs non eſt forma hominis tm̄, vt dicit Plato, ſed congregatum ex materia & forma, igitur

Cōm. 5. Cōm. 15. eſt aliquid in rebus præter ſingulare. Ad idem. 1. phyſi.

Cōm. 28. lege, præterea in. 1. metaphy. ait ꝙ qui ponunt vľia eſſe noīa tm̄, quibus nulla correſpondet in re intentio cōis, deſtruunt ſciam. Præterea. 1. auſculta. phyſicæ inquit ꝙ genus & dr̄ia debent eſſe entia in rei veritate, quia partes rei quæ ſunt ſm diffinitionem, præcedūt rem in eſſe. Ex his deducitur tertia concluſio etiam. Si. n. dať natura ſpecifica realis, per eaſdē rōnes dabitur vnitas realis correſpōdens generi minor vnitate ſpecifica, & vnitas cōceptus realis entis minima, & ſic patet poſitio eo-

Confutatio. rum. Sed pace horum dixerim, nec modus loquēdi eſt peripateticus, nec poſitio ipſa. Modus quidem loquēdi non eſt peripateticus, qa apud peripateticos quæcunq; diſtinguuntur, aut in ſubiecto, aut in diffinitione diſtin guūtur, ſed vľe etiam pro re nec in ſubiecto, nec in diffinitione à ſingularibus diſtinguiť, igiť nullo pacto eſt aliud à ſingularibus. Poſitio vero non videť peripatetica, quia peripatetici diſtinctiones naturarū nacti ſunt ex operationibus, ſed vna & eadem eſt huius hoīs operatio, & hominis, igitur inter naturā hoīs, & huius hoīs nulla poteſt eſſe diſtinctio præter operationem intellectus. Secundo ſi natura humana præter actionē intell'is eſt cōicabilis, igiť vel eſt talis per eſſentiam, vel participatione intellectus, ſi talis per eſſentiam, igitur ſuapte natura ſeparata per eſſentiam, ſed oē ſeparatum per eſſentiam eſt intelligibile per eſſentiam apud oēs peripateticos, igitur talis natura intelligibilis erit per eſſentiā.

Cōm. 18. Quod ſi ſit intelligibilis per eſſentiam, fruſtra ponetur intellectus agens, vt deducit Auer. 3. de aīa & conſidera hanc rationem, quia non eſt leuis. Tertio aut hic homo eſt homo participatione hoīs, aut homo eſt homo participatione huius hoīs, aut idem eſt homo & hic homo, non eſt homo, participatione huius hoīs, quia tūc nihil eſſet homo, niſi participatione huius hoīs, & ita Plato eſſet hic homo participatione huius hoīs, & ſic de cæteris, nec hic homo eſt homo participatione hominis, quia tūc dareť homo p eſſentiam, qui non eſſet hic homo, non enim idem eſt participans, & participatū, & ſic eſſet idea Pla. nō. n. Plato per ideā aliud voluit niſi hoīem per eſſentiam, ſed hoc eſt impoſſibile, igiť pter operationem intellectus idem eſt homo & hic homo, & ita fictio eſt hæc poſitio. Quarto natura humana ante actum intellectus, eſt vniuerſalis in potentia, igitur eſt actu ſingularis. tenet conſequentia, quia actus & potentia ſunt oppoſita circa idem, igitur ſi illa natura eſt vniuerſalis poteſtate, actu erit ſingularis, & per conſequens nihil eſt præter operationē intellectus niſi ſingularia. Quinto actus & potentia ſunt eiuſdem generis, immo circa idem numero vt diciť. 3. phyſi. diuidunt. n. quodlibet prædicamentum, & q̄libet ſpēm eiuſdē pdicamēti, & quodlibet indiuiduum eiuſdē. Sed actu vniuerſales eſt per intellectum apud exteros, igitur & potentia vniuerſale etiā erit per intellectū & ita pter operationē intellectus nihil erit actu, nec potentia vľe, ſed ſolum ſingulare. Sexto quicquid eſt in potētia ad aliqd præter operationē intellectus, qn̄q; deducetur ad actū præter operationem intellectus tenet conſequentia, qa actus potentię correſpōdet ſm eandem rōnem, igiť ſi natura illa cōis præter operationē intellectus eſt potentia vniuerſalis, qn̄q; deduceť ad actū vniuerſalitatis ſine operatione intellectus. Septimo quod intelligitur nulla mutatione facta in re, ante & poſt intelſionē eſt æqualiter vnū, & æqualiter ens. Sed oīs res intelligitur nulla mutations facta in re, vt dicitur in lib. de interpretatione, vbi habeť ꝙ pp noſtrum intelligere nihil mutatur ex parte rei, igitur ante & poſt intellectionem res erit æqualiter ens & æqualiter vna, igitur ſicut poſt intellectionem erit vniuerſalis vna actu, ita ante, vel ſicut ante erat actu ſingularis, ita poſt intellectionem, & per conſequens per intellectionem, non redditur actu vniuerſalis. Demum contra hanc poſitionē ſunt verba Them. Pō ſectatorum Tho.

in. 1. de aīa. c. 4. vbi vult vľe nihil eſſe in re niſi ſingulare. Sed ſi eſt, eſt mera nocio, idē Simpli. ibidem, & Philopo. & Alexan. & oēs græci. Sectatores vero Tho. magis ad veritatem accidentes, cum peripateticis volunt bene in re eſſe naturam hoīs, & huius hoīs, dicunt tamen illam nunquam eſſe vnā vľem, niſi p rationē. imaginantur. n. duplicē conceptū: alterum formalē, qui generať à ſingulari phātaſtico virtute luminis, & alterū obiectiuum per illum formalem repreſentabilem. Primus eſt conceptus ſeu conceptio, qua concipitur homo. Secundus eſt homo, vt per illum repreſentatur. Ex his ſequiť ꝙ homo nunquā efficiť vnus in pluribus, niſi per cōceptum formalem eius cōcipiatur, igitur eius vnitas cōis eſt per rationem, ſiue conceptionem, qm non niſi dum concipitur. Secundo ſequiť ꝙ Thom. parum differt ab exteris: ambo. n. conceptum naturam eſſe vnam, verū Tho. vult illam non eſſe vnam, niſi dum per formalē cōceptum cōiter repreſentatur. Alij vero dicunt illam eſſe vna ante repreſentationem, & p repreſentationem volunt effici vnam actu vľem. Ex his habes poſitiones famoſiores vſq; ad annos noſtros. Hæc de pōnibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione ſupponēdum. Primo ꝙ res quæ intelligitur nihil acquirit per intellectionem. declarať, quia vt diciť quinto huius ſcibile refertur ad ſcientiam, non relatione ſcibilis ad ſciam, ſed relatione ſciæ ad ſcibile, igitur eodem modo intelligibile. Secundo colores nihil acquirunt aut deperdunt per hoc ꝙ vidētur, vt dicitur. 2. de aīa, igitur nec intelligibila per hoc quod intelliguntur. Secunda ſuppoſitio res effici actu intellectas & vľes nō eſt niſi nos illas actu intelligere vľr per rōnes 1 ſuppoſitio. Cōm. 60.

repre-

repreſentatiuas vniuerſales, res eſſe in potētia intelligibiles nihil aliud eſt, q̃ nos eſſe in potentia ad rationes vl'es quibus illas vniuerſaliter intelligimus. hæc deducitur ex prima, & patet per ſimile in coloribus, quia colores efficiuntur actu viſiles, quia in nobis fiunt rōnes actu repreſentantes illos, potentia vero quia in nobis ſunt ſenſus ipſi rōnes illas potentes recipere. Tertia ſuppoſitio aliquid dicitur actu vl'e vel potentia vniuerſale, actu & potentia exiſtentibus in nobis, patet ex dictis, quia actu vniuerſalia erunt aliqua, quando in nobis erunt rōnes illorum actu repñtantes, poteſtate vero per hoc, quia in nobis adeſt intellectus potētiæ potens illas rōnes recipere. Quarta ſuppō rōnes iſtæ in nobis eſſe non pñt,

Cōm. 15. niſi moueamur à rebus, patet. 12. huius, quia intelligere noſtrum cauſatur à rebus, intelligere Dei eſt cauſa rerum, igitur niſi tales rōnes cauſentur in nobis à rebus,

1 concluſio. nunquam erunt actu in nobis. Tunc dico de mente peripa. vniuerſalia actu & vniuerſalia potentia ſunt formę rerum ſingularium probatur authoritatibus Aue. 1. me-

Cōm. 27. taphy. & 12. huius. Et probatur rōne, illa ſunt vniuer-

Cōm. 6. *Cōm. 14.* ſalia actu & poteſtate, rōne quorum ſingularia ĩ nobis agunt rōnes cognoſcendi vl'es, ſed ſingularia agunt in nobis rōnes cognoſcendi vl'r propter formas, & rōnes cognoſcendi ſingulariter propter materiam vt dictum eſt in lib. cœli & 12. metaphy. igitur formę erunt vniuerſalia actu & ptāte. Secunda concluſio formæ ſunt vniuerſales actu & potentia qñ in nobis ſunt rōnes cognoſcendi actu vel potentiæ. Patet ex ſuppōnibus, quia res dicitur actu vel potentia vniuerſalis ex parte noſtra, nō

Excerptum. ex parte rei. Ex his ſequitur formas ſingulariū eſſe actu vniuerſales, qñ in nobis ſunt rōnes repñtantes illa vl'r, poteſtate vero quia in nobis eſt intellectus tm̃ agens & poſſis. Tertia vl'ia ſunt actu & ptā te aliquid præter ſingularia extra aīam, probatur, quia vl'ia ſunt formæ, ſingularia ſunt cōpoſita ex materia & forma: igitur vl'ia ſunt præter ſingularia, eo modo quo formæ ſunt præter cōpoſita. Vltima concluſio vl'ia actu & ptāte ſunt aliquid in rebus, patet quia formæ ſingularium ſunt aliquid in rebus ſingularibus, ſed vl'ia ſunt formæ, igitur ſunt aliquid in rebus. Sed occurres primo quia ſi vniuerſalia ſunt formæ, tunc non prædicarentur de ſingularibus.

Dubōnes. Secundo ſi vniuerſalia ſint formæ, tunc de compoſitis non eſſet ſcientia, quia nullum eſſet vniuerſale. Tertio

Solutio. quid de Pla. & Ariſt. an differunt, de his qōnibus & aliis pluribus in lib. 1. & in hoc. 7. & alibi pſepe diximus, nūc vero hæc pauca ſufficiant, ne videamur inanes. Ad primam dico ꝙ formæ prædicantur de ſingularibus & de compoſitis, quādo ſignificantur per nomen generis & ſpēi, vt forma hominis qñ per nomen hoīs ſignificatur, & forma aīalis qñ per hoc nomen aīal, qñ ſignificantur per noīa partium, tunc non prædicantur. Ad ſecundam dico ꝙ oē compoſitum eſt ſingulare, verum quædam compoſita pñt ſignificari per noīa cōia vt miſtum, aīale, humanum & id genus, quædam ſolum per noīa diſcreta vt Socra. & Pla. tunc dico ꝙ de compoſitis ſignificatis per noīa cōia bene pōt haberi ſcīa, nō aūt

Concordia Platonis & Ariſ. de ſignificatis per nomina diſcreta. De conciliatione Plato. & Ariſto. multa diximus in libris de aīa, & maxime in prīo in expōne illius tex. aīal vniuerſale aut nihil eſt aut poſterius eſt, ibi. n. enarraui multas opiniones. Nunc omitto, & alia via vñr poſſe concordari, vbi animaduertendū eſt ꝙ Ariſto. non obiicit ſenſui Plato. vt recte docet Ammo. i lib. de interptatione, & ſæpe Simp. ſed male interpretātibus verba illius, vt Xenoc. & aliis. Ariſt. igitur probauit vñia non poſſe eſſe ſeparata ſimpliciter ẜm eſſe exiſtentiæ à ſingularibus, vt Xenocra. interpretabatur. Plato. n. formas dixit eſſe vl'ia, & quia formæ ſunt aliæ à compoſitis ſingularibus, dixit illas eſſe ideas ſeparatas, hanc ſeparationem Xenocra. & alij intellexerūt ẜm eſſe exiſtentiæ, & contra hoc procedūt rationes Ariſt. verum Pla. nō intellexit ſic, ſed ꝙ formę ſunt ſeparatæ à ſingularibus, & ſeparatione, qua forma differt à compoſito cuius eſt forma, & hoc non negaret Ariſt. Ariſtoteles igitur recte obijcit, quia cōtra malos interpretes, Pla. bene dixit, quia recte interpretando nihil aliud voluit quam id quod ſentit Ariſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his apparet ſolutio ad oēs rationes, quæ probāt dari naturam cōem & vnam alia vnitate à ſingularitate, oēs. n. concedunt quia forma cōpoſiti ſingularis eſt alia à ſingulari compoſiti, & eius vnitas alia ab vnitate compoſiti. nam vnitas formæ eſt ſpecifica, & per quā compoſitum reponitur in ſpē, vnitas compoſiti ſingularis eſt per materiam, & per quam eſt vnum numero, vt diximus ſepe in hoc lib. hinc apparet aliam eſſe vnitatem hoīs, & huius hoīs, quia homo eſt vnus ẜm formam. hic hō ẜm materiam, vel ẜm formam hanc, quæ addit adhuc aliquid, vt dictum eſt in diſputatione de principio indiuiduationis, per idem apparet ſolutio ad rationes primi capitis, rationes vero noſtrę quę probāt non dari naturam cōem aliā à ſingulari, ſumunt naturam cōmunem pro forma totius ex materia & forma reſultante. vt alij ſumunt, & ſic rationes cogunt, verū quia aliqui afficiuntur doctrina logicorum, aliqui doctrina Thomæ, ad illas per ordinē dicamus. Et primo ad primam dicerent ꝙ naturæ humanæ repugnat intelligi vt vl'e, quia nulla natura humana eſt apta intelligi vt vl'e, bene tamē pōt intelligi natura humana vt vl'e, & conceditur ꝙ natura humana præter operationē intellectus à natura ſingulari eſt alia, quia hęc vel illa natura humana ab hac vel illa natura ſingulari eſt alia, non tamen alia à natura ſingulari, quia non alia à ſeipſa, hæc ſolutio patet his, qui norunt eorum ſuppoſitiones. Iuxta Thomam dici pōt ꝙ naturam humanam poſſe intelligi vt vniuerſale, eſt bifariam vel potentia & aptitudine in natura humana, vel potentia & aptitudine in nobis. Primo modo negatur, ipſa enim vt diximus per intellectionem non variatur de ſingulari ad vl'e, nec aliquo pacto propter noſtrum intelligere. Secundo modo conceditur, quia nos per conceptū formalem in nobis de nouo occurrentē poſſumus naturam humanam intelligere vt vl'e. Ex hoc non ſequitur ex parte rei eſſe differentiam, ſed ex parte noſtra, quia per vnum conceptum formalem poſſumus intelligere naturam humanam vt vl'e, & per alium vt ſingulare, & ſic conceptus quibus illa intelligimus, differunt, non autem obiecta. Ad ſecūdam logici negarent ꝙ natura coloris eſt ratio formalis obiectiua viſus, ſed bene concederent ꝙ ratio formalis obiectiua viſus eſt natura coloris, & cōſequenter negarent hunc colorem differre à colore, ſed bene hunc colorem à colore eſſe alium vel differre, vt patet in eorum ſuppoſitionibus, vel iuxta alios dicitur ꝙ color eſt obiectum ſiue ratio obiectiua viſus, nullus tamē color eſt obiectū, ex hoc non ſequitur ꝙ hic color differt ex natura rei à colore, ſed bene concederent ꝙ color differt ab hoc colore, quia hic vel ille color differt ab hoc colore, iuxta Tho. dicerem ꝙ extra aīam, nec color,

color,nec hic color eſt ratio obiectiua viſus,bene tamē color eſt in re aliquid quod per cōceptum formalē coloris in nobis de nouo occurrentem, pōt intelligi vt ratio formalis obiectiua viſus, & in re eſt aliquid qđ per conceptum formalē coloris pōt intelligi non vt ratio formalis,hæc aūt ſunt ex parte diuerſorum conceptuū in nobis,non aūt ex parte rei vt diximus. Ad tertiā dico,ꝙ q̃uis vnum indiuiduum non ſit mēſura oīum indiuiduorum eiuſdē generis,vel eiuſdem ſpēi, quia tūc eſſet mēſura ſui,vnum tñ indiuiduum pōt eſſe menſura indiuiduorum alterius generis, vel pluriū indiuiduorū eiuſdē ſpēi,& hoc ſufficit. Ad quartam dicerent indiuidua comparari in aliqua reali natura, in nulla tamē reali comparari.Tho.vero diceret ꝙ circūſcripta operatione intellectus indiuidua non comparātur in aliquo; bene tamē ex parte nr̃a pōt conceptus quidam,quo repræſentari pōt aliquid in quo ſunt comparabilia. & alij conceptus,qui repræſentant res comparabiles, & ſic in rerum natura non eſt aliqua diſtinctio. Ad quintā dicendum ꝙ circūſcripto oī actu intelľs, Socrates & Plato ſunt ſimiles & conuenientes:plus ſeipſis,vel per eorum aīas,non tamē ſunt ſimiles vna ſimilitudine, ſed pluribus,& ꝑpea nō oportet dari vnum in quo ſunt ſimilia, ſed plura quibus ſunt ſimiles. Ad ſextā nego cōſequentiam,quia oīs vnitas realis pōt eſſe numeralis,& tamen dr̃ia pōt eſſe ſpecifica,& ratio quia hæc non ſunt oppoſita,& dies ſaltē ſequitur, ꝙ erat aliquod differēs ſpē ab alio. Sed oē differēs ſpē realiter eſt vnū realiter, igiť ſequitur vt prius,concedo ꝙ omne differens ſpē realiter eſt vnū realiter,quia Socrates differens ſpecie ab equo eſt vnum ſpē realiter,ſed non per aliquod cōe reale,ſed per ſuam aīam realem,vel per ſuam naturā realem. Ad ſeptimam dico ꝙ dr̃ia numeralis pmittit vnitatem ſpecificā,quia ſtat aliqua differre numero, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,non tamē ſunt eiuſdē ſpēi per aliquod cōe præter operationem intellectus,ſed per plura vna præter operationē intellectus, vnde Socrates & Plato ſunt eiuſdem ſpeciei realiter, non vna vnitate reali, ſed ſuis proprijs vnitatibus & naturis,ſiue formis realibus.Et ꝑ idem ad octauam patet ſolutio. Ad nonam cōcedo ꝙ Socrates & Plato habent quædā realia quibus differūt, quædam realia quibus conueniunt præter operationē intellectus.Sed illa non ſunt diuerſa, his.n.met quibus differunt numero realiter,his ipſis conueniunt ſpē realiter,quia dr̃ia numeralis & conuenientia ſpecifica non ſunt oppoſita:& ita illa quibus differunt realiter numero,eſſe poſſunt quibus conueniunt ſpē, non tamen per eadem poſſunt differre numero,& conuenire numero. Ad decimam dici pōt ꝙ natura intendit ſigulare,nullum tamen ſingulare intendit,vt ignis intēdit ignē, nullum tamen ignem intēdit,vel iuxta Tho.dico ꝙ intendit ſingulare non diſcrete tentum,ſed confuſæ,& idem. Ad auctoritates Auer.dico ꝙ ꝑ naturam vbiq; ipſe intelligit formam,nam forma,eſſentia,quidditas, & natura,idem eſt,immo Auer.7.metaphy.dicit ꝙ indiuiduo non eſt ſubſtātia niſi materia & forma particulares, ex

Cōm.44. quibus cōponitur. Ad authoritatē primi phyſi. dico ꝙ genus & differētia explicant formam compoſiti, quia ſumuntur ab eadem forma, & ꝑpea ſunt partes rei & præcedunt rem in eſſe, eo modo quo forma præcedit compoſitum,rationes Platonis ex dilucidatione ſunt ſolutæ. Ex his appparet ſolutio omnium rationum, & ita de tota decimaſeptima diſputatione.

Maxime autem vtiq; aliquis aīatorum ſuſpicabitur partes & eas quæ animæ propinquæ ambas fieri entes, & actu & potentia &c. Tex.cōm.56.

DISPVTATIO XVIII.

De formali diſtinctione partium diſsimilarium.

Num formalis differentia partium diſsimilarium eiuſdem animalis ſit propter formas ſubſtantiales.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod formalis dr̃ia partiū diſsimilarium eiuſdē aīalis ſit ꝑꝑ formas ſubſtantiales, arguo, quia vel partes illæ differūt ſolis proprijs accidentibus, vel accidentibus & formis ſubſtantialibus. ſi formis & accidentibus,habeť intentū, non proprijs accidētibus ſolis,quia ex dr̃ia propriorum accidentiū, propriarumq; operationū arguitur dr̃ia formarum, aliter nunquā poſſet argui dr̃ia ſpecifica formarum, nec pħi inuenerunt aliam regulam venandi rerum formas,& illarum diſtinctiones,vnde videmus ꝙ partes diſsimilares differunt opere figuris, complexionibus, & cæteris proprijs accidentibus,igitur formis. In contrarium arguitur,quia vbiq; Ariſt.in lib.de aīa, & in hoc.7.ait manum abſciſam eſſe ęquiuoce manum, igitur non habet aliā formā ꝑter illā totius. Et ſic quæſtio eſt ambigua.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ANIMALIS vt diciť primo de hiſtoria aīalium partes,aliæ ſunt ſimilares, quæ græcæ dicunť homiomera ſiue homogeneæ.Aliæ diſsimilares, quæ græcæ dicunť etherogeneæ. dicuntur illæ ſimilares, quia ſimili noīe, ſimiliq; rōne appellātur, vt partes carnis, aut partes oſſis,& cæteræ id genus, quælibet.n.pars carnis noīe & diffinitione carnis appellať caro,& quælibet pars oſsis noīe & diffinitione oſsis os nuncupatur. dicuntur autē hæ diſsimilares, quia diſsimili noīe rōne dicunť, vt ſunt caro & os reſpectu aīalis,alio.n.noīe, aliaq; diffinitione dicitur caro,& alia os,dicūtur etiā officiariæ, ſiue organicæ ſiue inſtrumentariæ, quia ad diuerſa opera aīalis deſeruiūt.diſputatio itaq; noſtra non de ſimilaribus eſt,quia nemo dubitare debet vniuerſam carnem & ſingulam illius partem eſſe eiuſdem formæ, ꝑpea de partibus diſsimilaribus vertit qō. ſupponit aūt diſputatio vnum,videlicet partes diſsimilares differre formaliter & inter ſe,& ab vniuerſo,vt medici ſentiunt,ſed qa differentia formalis pōt eſſe per formas accidentales, veluti duæ carnes,quarū altera nigra, altera alba eſt formaliter differunt,& pōt eſſe per formas ſubſtantiales, veluti equus & homo, propterea diſputatio ſupponēs partes illas differre formaliter, quærit ſi hæc dr̃ia formalis ſit propter formas ſubſtantiales,quod eſt quærere ſi per eandem formam caro ſit caro,& os os: an per aliam atq; aliam. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTVM.

CIRCA hāc diſputationē multæ ſunt pōnes,& multa argumenta & difficultates,de quibus vberrime in.1. de generatione & corruptione lib. in cōmento noſtræ interpretationis.77.dictum eſt, nūc vero quædā dicamus,& breuibus,quibus fieri pōt, ne videamur eadem pluries repetere,vt ventoſi agunt. Thomas itaq; & diſcipulus eius Egid.voluerūt in cōpoſito quouis nō eſſe niſi vna tm̃ formā,in aīali vero & hoīe nullam aliā ꝑter rōnalem,& cōſequēter tenent diſtinctionē partiū diſsimilariū formalē non eſſe ꝑ formas ſubſtātiales, ſed accidentales Pō Thoma.

cidentales quia forma ſubalis per q̃ caro eſt caro non differt ſubaliter à forma, per q̃ os eſt os, nec forma ꝑ q̃ ſubaliter neruus differt ſubaliter ab ea per q̃ carthilago eſt carthilago. Sed oĩa mẽbra ſunt talia ab vnica forma totius. Pro hac pōne argui ſolet multifariã, ſed ad pſens arguitur primo, quia pluralitas non eſt ponẽda ſine neceſsitate. Sed nulla eſt neceſsitas ponendi tot formas, igr̃ non ſunt. Secundo maior apparet dr̃ia in potentiis aĩę q̃ in potentiis corporis, vt in videre & audire, & id genus. Sed propter illam dr̃iam nō ponunt̃ tales partiales forã in aĩa ſenſitiua, igr̃ nec in mixto corporeo. Tertio diuerſa ſpẽ non poſſunt cõtinuari. Sed aĩal eſt vnum vere continuum, igit̃ non habet partes differentes ſpecie. Quarto ex diuerſis numero non fit vnum numero, igit̃ nec ex diuerſis ſpẽ pōt fieri vnum aĩal ſpẽ. Quinto diuiſo verme quęlibet pars eius viuit vt patet, vel igr̃ eſt vna aĩa ſpẽ in vtraq; eius parte, vel vlterius. ſi primum, tunc ante diuiſionem erat vna in oĩbus illius partibus. ſi plures, tunc vermis diuiſus erit plura animalia ſpẽ. Sexto aĩal eſt verius ens elemẽto, igr̃ verius vnum, ſed elr̃tum eſt vnum ab vna tm̃ forma, igitur aĩal erit vnum ab vna tm̃ forma. Septimo ex pluribus exiſtẽtibus in actu non

Cōm.7. fit vnum per ſe, vt dr̃. 2. de anima, igit̃ nō poſſunt mem bra ſpẽ differre, & plures rõnes ſunt dictæ. 1. de genera-

Obõnes. tione loco ſuperius allegato. Sed aliqui obiiciunt primo de digito abſciſo, quia vel manet illamet forma, quæ præfuit, vel noua generatur ſi manet, igitur in toto ha buit aliam formam & à toto, & à cæteris partibus ſi nō manet: igit̃ digitus vera gñone genitus eſt, quod eſt impoſe Primo quia oẽ generationem præceſsit alteratio, ſed hic ſolus motus localis præceſsit: vt diuiſio, igit̃ non vera gñone gñatur. Secundo quia hæc gñatio eſſet ſubi

Cōm.62. taria contra Auer. 1. phy. vbi vult oẽm generationẽ eſſe ſucceſsiuam ſaltẽ ꝑꝑ alterationem preuiam. Tertio vna forma miſti non videtur poſſe informare tot diuerſa & repugnantia miſta. Sed in corpore aĩalis ſunt tales miſtiones diuerſæ & repugnantes, igitur oportet ponere tot formas. Quarto in generatione aĩalis ſunt multę mutationes completę, per quarum ſingulam fit certum mẽ brũ vt dicit̃ in lib. de aĩalibus, vt cor prius, deinde cerebrum, &c. Sed oĩs mutatio completa habet propriam formam & proprium terminum, vt oẽs ſciunt, igitur in generatione cordis eſt forma per q̃ eſt cor, & in gñone cerebri ſimiliter, & ſic differũt ſpẽ. Quinto arguunt me dici diuerſæ temperationes arguunt diuerſas formas. Sed per diſsimilares habent diuerſas tpationes, igitur

Cōm. 2. Cōm. 59. Pō. 2. diuerſas formas. Sexto pro hac parte vr̃ facere Auer. 12. huius, & 7. phyſi. Propter hæc in miſtis aĩatis tenent præter aĩam, per quàm viuens eſt animatum formam miſtionis, quàm corpus appellant, & vltra hanc tot for mas partiales, quot ſunt partes diſsimilares. verbi cã in homine vltra rõnalem animam, per quàm hō eſt homo, ponunt formam miſtionis quæ dr̃ corporis & miſtionis, corporis quidem, qa per illã hō eſt corpus, miſtionis vero, quia virtualiter continet formas elr̃tarias, & quia per illam homo eſt miſtum quoddam, vltra vero hanc, tribuunt omnibus partibus diſsimilaribus tot

Confutatio. formas ſubales, quot ſunt partes diſsimili nomine & ratione ductę. Quicquid ſit de probabilitate pōnis, arguo contra hanc pōnem ex dictis eorum, primo ſic, qa non eſt ponenda pluralitas ſine neceſsitate. Hæc eſt eorum

Rōnales ſupta ex h. ſen. 2. diſt. 15. q. 1. maior contra Auicennam & Auerro. de formis elr̃torum. Sed plures eſſe tales formas nulla eſt neceſsitas. Primo non cogit experientia, quia maxime eſſet ꝑꝑ diuerſitatem complexionum & accñtium, & operationum, complexionũ quidem non, quia vna forma vltima pōt tot diuerſa per eos informare, igitur diuerſitas complexionum non arguit dr̃iam formarum, aliter nō pōt vna forma vltima eſſe oĩum illorũ, accñtium minime ꝑ idẽ, quia ſi accidẽs proprium diuerſum argueret diuerſam formam, tunc non pōt eſſe vna vltima forma tot diuer ſorum ſm accidens, nec propter differẽtiam operationum, quia vna forma per diuerſa inſtrumẽta poteſt diuerſas operationes exercere, vt ſenſibilis aĩa. Secundo nec cogit illas, ratio vt propter euitandam cõtradictionem, vtpote quia tunc digitus abſciſus eſſet digitus ſine alteratione præuia, quia ſi ſic eſſet pars lacertæ quæ eſt aĩal non potuiſſet fieri aĩal per ſolã diuiſionẽ, quare nulla eſt hæc ratio. Secundo arguitur ex ſecunda eorũ ratione contra illoſmet ſic, quælibet forma ſubſtantialis eſt nata conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ, hæc eſt maior eorum contra Auerroem & Auicennam de formis elementorum. Sed in compoſito animato vtpote animali ſunt duæ formæ to tales apud eos vtpote aĩa, & forma miſtionis ſiue corporis. quarum quælibet eſt forma ſubſtantialis, igitur quælibet harum eſt nata conſtituere animal in ſpecie atq; ſuppoſito in eſſe per ſe ſubſiſtenti, & ita in oĩ animato eſſent plura ſuppoſita, quod licet nō eſſet impoſſibile ſm diuerſas materias, tamẽ eſt impoſe ſm eandẽ materiam, vt eſt in propoſito, in oĩ. n. puncto materiæ vbi eſt anima, eſt miſtio, igitur duo ſuppoſita ſm eandem materiam. Et breuiter ratio hæc conſiſtit in hoc ꝙ data poſitione horũ, ſequeretur in eodem aĩato eſſe duo ſuppoſita per ſe ſubſiſtentia ſm eandem partẽ ma teriæ, quod ipſi reputant impoſe, & conſequentia patet per nunc dicta. Tertio aſſumo aliam eorum maiorem omnem ſubſtantiam corporalem conſequitur quantitas, quæ eſt propria paſsio ſubſtãtiæ corporeæ, hæc eſt maior eorum, ſed forma miſti cum materia conſtituit ſubſtantiam corpoream atq; cõpoſitam, igitur ipſam conſequitur propria quantitas, veluti paſsio propria. Amplius rationalis, anima cum materia etiam conſtituit ſubſtantiam compoſitam per eandem rõnem, igitur talem ſubſtantiam conſequitur etiam propria quan titas, & ita in vno ſubiecto erunt plures quantitates, videlicet alia miſti, alia compoſita ex anima & materia, ſic vel duo corpora erunt ſimul, vel compoſitio illa erit quædã iuxta poſitio, hæc eſt tota ratio eorum. Quarto arguo per rationem eorum, ſi vna forma nō poteſt eſſe tot diuerſorum, vt ſumunt ipſi, tunc partes diſsimilares plantarum different formis ſubſtantialibus contra Theophraſtum, & omnes qui ſcribunt libros de plãtis, tenet argumẽtum per rationem eorum. Quinto ſi duæ formæ totalis pñt eſſe in eadẽ materia: vel æque vltimæ & hoc eſt cõtra Auer. in lib. de Subſtantia orbis, vbi ait vnũ ſubiectum non poſſe habere plus vna forma ſpecifica & vltima nec intẽſa nec remiſſa. Amplius. 1. phy. habet Auer. ꝙ ſi materia habet formã propriã videli- Cōm. 69.
cet vltimã & ſpecificã, nullã aliam recipit. Sic igit̃ patet duas formas vltimas totales non poſſe eſſe in eadẽ materia, nec pñt eſſe ordinate, quia ſi ꝓcederet forma miſti, tunc ſubm recipiẽs aĩam eſſe in actu, & ita vt infert Auer. 1. phy. gñatio eſſet alteratio, qa ſubm eſſet ens in Cōm. 69.
actu, immo plus in actu, q̃ quoduis elementũ, ſed elementũ non pōt eſſe ſubm gñonis, vt ꝓbat Ariſt. vbiq; igit̃ nec miſtũ. Et ſic ex eorum rõnibus pōt poſitio eorum refelli. Hæc pauca de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione dico ꝙ iſtud eſt problema neu trũ pro qualibet parte ſuſtentabile, nec video demonſtrationes. Dico tñ pro dilucidatione quatuor. Primũ eſt ꝙ nulla eſt neceſsitas ponendi formã miſtionis aliã à forma vltima, quia non debet neceſſario poni vt aĩatũ ponaẽ in genere corporis, quia pari rõne debuiſſet poni in elementis, quia quodlibet illorũ eſt corpus, nec vt euiteẽ creatio, ob quod Albertus poſuit formã corporis generalem, quia cum non ponaẽ in elementis, elementa crearentur nec vt per illam diſponatur materia quantitatiue, & qualitatiue, quia materia ſufficit recipere formam vltimam per formas diſsimilarium partium, & illarum diſpões, nec ad euitãdam reſolutionẽ vſq; ad materiã primã, quia ſufficiũt formæ diſsimilares, & illarũ diſpoſitiones quas ponũt, nec vt ſaluenẽ vir tutes elementorum in illa tanꝗ in medio, quia ſatis illæ ſaluari poſſunt in vltima forma, quæ eſt aĩa tanꝗ in ꝑfe ctiſsima totius forma. aliter vnumquodq; miſtum eſſet bis miſtum, ſemel ꝑ vltimam formam, ſemel per illam, igitur hæc forma non eſt neceſſaria. Secundum eſt ꝙ formæ diſsimilares poni pñt, non quidem vt media receptiua vltimæ formæ, vt alij dicunt, qa nõ poſſet euitari quin gñatio eſſet alteratio, illud.n. eſt mediũ receptiuum, qđ eſt ratio recipiendi recipiẽs, modo tales formæ non pñt poni tanꝗ rões recipiẽdi recipientes, quia tũc gñatio vltimæ formæ eſſet alteratio, vt deductũ eſt, quia ſubiectũ eſſet plus in actu quã quodlibet elemẽtorum. Tertiũ eſt ꝙ pñt concedi præexiſtere in materia tãquã medium diſpoſitiuũ atq; determinatiuũ materiæ, cũ.n. materia ſit apta recipere oẽs formas indifferenter ꝑ tales formas diſpoſitiones illarum diſponitur atq; determinatur ad rõnalem aĩam, vel aliam talem. Quartum dicendum eſt ꝙ tales poni pñt, quatenus ex illis reſultat vna cõis diſpoſitio, quæ eſt mediũ diſpoſitiuũ atq; determinatiuum vltimæ formæ, nõ aũt quatenus ex illis reſultat vna ſubſtantialis forma miſti, patet hæc concluſio de mente oĩum medicorum, multa alia dici poſſunt in dilucidatione quæ quia ſunt explicata in libro de generatione. Hæc ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ad rationem pro opinione expoſito ris. Ad primam dico ꝙ duplex eſt neceſsitas prima eui tandæ reſolutionis vſq; ad materiam primam, quæ con tradicit oĩbus ſenſibus. Secunda & diſponendi materiã atq; illam determinandi, vt dictũ eſt. Ad ſecundam di co ꝙ illa ratio concludit ſi formæ partiales ponerentur propter diuerſitatem oppoſitionum, vt volunt alij, nõ enim poſſunt euitare quin ſenſibilis anima eſſet plures aĩæ, ſed illa ponitur ob duplicem neceſsitatem dictam, ob ꝗ non ponunẽ plures ſenſibiles aĩæ. Ad tertiam di co ꝙ diuerſa ſpẽ non poſſunt continuari, qñ alterũ nõ præponeretur vt diſpoſitio ad alterũ, modo formæ partium oẽs præponuntur vt diſpoſitiones ad vltimã formam, & propterea ad vltima forma eſt vnitas, & continuatio, & hoc non poſſunt euitare exteri. Ad quartam dico ꝙ ex diuerſis vel ſpẽ vel numero non fit vnum nu mero: quãdo vnũ ad alterũ non ordinaẽ, nec ambo ad tertium, modo ſic in propoſito eſt, oẽs.n. illæ ordinanẽ vt diſpoſitiones ad vltimam formam. Ad quintã de verme dici põt vt dictũ eſt in lib. de aĩa, ꝙ non eſt impoſ'e formam fieri ꝑ ſolam diuiſionem, quando potẽtia proxima in materia contineretur. Ad ſextam dico ꝙ aĩal eſt verius ens & verius vnum elemento: quia cæteræ formæ præcedunt non dantes eſſe principaliter, ſed vt diſponentes ad vltimã principaliter, à qua eſt vnitas com poſiti. Ad ſeptimam dico ꝙ ex pluribus exiſtentibus in actu quorũ quodlibet recipitur in materia per ſe, & nõ vt diſpoſitio ad aliud non fit vnũ, modo oẽs illæ formæ recipiuntur vt diſpoſitiones ad vltimam formã. Sed replicabis acutæ, vtrũ caro ſit caro ꝓpter eius formã an propter aĩam vltimã. ſi propter formã carnis, igitur illæ formæ præcedunt vt dent eſſe, & non tm̃ vt diſpoſitiones ad vltimam formã. ſi non eſt caro propter eius formam, tunc aliqua forma eſſet in materia apta conſtitue re indiuiduum in ſpẽ, & illud nõ conſtitueret. Dico probabiliter ꝙ illa forma dat illi eſſe carnis, verum principa liter non eſt vt det eſſe, ſed vt diſponat materiam ad vlti mam formam, vnde principaliter diſponit, & ex conſequenti dat eſſe & ſic nõ habetur impoſsibile, multa alia poſſent dubitari quæ omitto. Hæc de diſputatione decimaoctaua ſufficiant nunc. *Replicatio fortis.* *Solutio.*

Quoniam vero compoſitum ex aliquo fit: vt vnum ſit omne, ſed non vt cumulus, ſed vt ſyllaba &c. Tex. cõm. 60.

DISPVTATIO XIX.

De diſtinctione totius à ſuis partibus.

Num totum dicat formaliter aliquam entitatem realiter diſtinctam à ſuis partibus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod totũ dicat formaliter aliquã entitatẽ realiter diſtinctam à partibus arguiẽ multipl'r. Primo quia ſi non, tunc totũ non eſſet notius ſuis partibus, quod eſt contra Ari. in prologo auſcult. phy. & deducitur, quia nihil eſſe poteſt ſeipſo notius. Secundo tunc idem conſtitueret ſeipſum, quod eſt impoſ'e, & deducitur, quia demonſtratis oĩbus partibus alicuius totius verũ eſt ꝙ iſtę partes conſtituunt illud totũ, & illemet partes ſunt illudmet totũ: igitur idẽ conſtitueret ſe. Tertio partes ſunt priores toto: igitur partes non ſunt totũ & ita oportet illud dicere tertiã entitatẽ. Quarto partes ſunt in toto, totũ non eſt in toto: igitur partes non ſunt ſuum totum, & ſic addit tertiũ. Quinto ſi par tes ſunt ſuum totum, tunc materia & forma hominis eſſent homo, & ita materia eſſet homo: & forma eſſet homo. probatur vltima conſequentia per ſimile, quia valet, Socra. & Plato pugnant: igitur Socra. pugnat: & Plato pugnat, & ſic valet materia & forma ſunt homo, igitur materia eſt homo, & forma eſt homo. Sex to tũc homo eſſet æternus, deducitur enthymema expoſitorie, hoc pacto, hæc demonſtratis materia & forma ſunt æterna: hæc illiſmet oſtenſis, ſunt homo, igitur homo eſt æternus. Septimo ſi materia & forma Socratis eſſent Socra. tunc materia & forma viderent, tenet quia Socra. videt. Octauo tunc A & B augerenẽ. & tñ B ipſum diminueretur, deduciẽ dato ꝙ A B ſunt duæ medietates alicuius totius: & ꝙ A augeaẽ, & B diminuatur, ſintq; medietates ipſius C augeaẽ tamen A plus ꝗ B ipſum minuaẽ: & patet cõſequentia, ꝑ idem poſſet deduci idem eſſe albũ & nõ albũ: idẽ quadratũ & non quadratum. Amplius aliqua eſſe æqualia videlicet A & B, & tñ nõ eſſe æquale A ipſi B adhuc paria eſſe imparia, & multa alia per ſimiles caſus deduci poſſunt, ſed quia eadem radice oẽs ceſſant: omittimus. In cõtrariũ argui ſolet qa ſi totũ adderet dictã entitatẽ, tũc eſſet proceſſus in infinitum, deduciẽ quia ex illa entitate, & ſuis partibus reſultaret *Tex. c. 4.*

ſultaret adhuc quarta,& ex illa & ſuis partibus reſultaret quinta,& ſic de infinitis.Secundo ſi ſic, tunc ab aliquibus poſſet tolli,aliquod pondus quę adhuc tantundem ponderarent, deducitur quia ſi ab A & B partibus vnius libræ reſultat c libra diſtincta ab illis diuidantur illa patet c tolli:& tñ A B diuiſa adhuc tantundem ponderarent, & ſic diſputatio eſt ambigua pro vtraque parte. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Totū quod mō dic. TOTVM apud peripateticos interdum accipitur ꝓ ente perfecto,& ſic definitur.3.phy.totum eſt extra qđ nihil eſt. Totum hoc mō logici appellant categorematicum,quatenus eſt prædicatiuum tm̃,& ſolum à parte prædicati vt dicunt:interdum pro oĩ,iuxta illud lib.cœli totum & oē idem: & totaliter totum dictum nuncupant logici totum ſyncategorematicæ,hoc eſt diſtributiuum, vel ſignatiuum,quia ſolum à parte ſubti diſtribuit pro ſingula parte. Ex iis ſequitur error logicorum, *Contra logicos de toto.* qui dñt totum à parte ſubti teneri ſyncategorematicæ, à parte prædicati teneri categorematicæ,quia vt ille terminus,oē pōt teneri ſyncategorematicæ vtraq; ex parte,licet ſolum à parte ſubti reddat propōnem vl'em, ſic & totum vtraq; ex parte teneri poteſt etiam ſi ſumatur ſyncategorematicæ.Amplius vt id qđ eſt naturale prędicatum pōt poni vtraq; ex parte:ſic totū categorematicæ vtraq; ex parte teneri pōt.Nos vero in diſpu.accipimus totum categorematicę pro ente profecto ex partibus compoſito ,quia ex ſolutione iſta pōt ſolui de toto ſyncategorematicæ,qm̃ quælibet pars eſt totum categorematicæ. Secundo aĩaduertendum totum categorematicæ in diſpu.ſumptum eſſe multiplex.aliud ăcci- *Quod tota.* dente vt corpus album. aliud vñitate, vt aĩal reſpectu ſpērum.aliud diffinitione vt ſpēs, quæ ex genere & dñia conſtat aliud eſſentia, vt cōpoſitum ex materia & forma. aliud ptāte, vt rationalis aĩa continens plures virtutes & miſtum continens plura elñta . aliud quãtitate vt tum integrale ſiue quantitatiuum. Reducuntur aūt oĩa ad duo quia totum eſt aut cuius partes habēt ordinem eſſentialem aut cuius partes habēt ordinem accñtalem & quouis mō ſumptum intelligitur in diſpu. Quid vero ſit realiter diſtingui diſputationibus quinti & quarti huius patuit:nec oportet repetere. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM QVARTVM.

Pō Auic. IN HAC diſputatione ſunt duo magni viri contrarij ex toto. Auicen.videlicet & Auer. Auic.nãque in ſuæ metaphy.lib.1.capite quarto abſolute dixit, omne totum diſtingui à ſingulis partibus & ab omnibus ſimul ſumptis vt de denario declarat, & capite ſecūdo de aĩa *Pō Auer. Cōm.17.* & corpore. Auer.vero.1.phyſi.tenuit nullum totū diſtingui à ſuis partibus, ſed omne totum eſſe ſuas partes collectiue ſumptas, vt dicemus, & ita poſitiones ſunt *Rōens pro Auic.* contrariæ.Pro prima poſitione arguitur multifariam. Primo humanitas, quæ eſt totum , nec eſt materia,nec eſt forma, igitur non eſt materia & forma:tenet enthymema, quia ad veritatem copulatiue requiritur veritas vtriuſque partis.Secundo terminus generationis eſt totum,partes ſimul ſumpte non ſunt terminus generationis,igitur totū differt à ſuis partibus ſimul ſumptis. Minor probatur quia terminus generationis debet eſſe ens vnum & abſolutum, partes vero ſimul ſumpte nō ſunt ens abſolutum per ſe vnum, addunt enim relationem. Tertio quod prius natura capit eſſe eſt aliud ab eo quod capit eſſe per ipſum, ſed compoſitum per ſe ſumit eſſe, partes vero ratione compoſiti, quia vt dicitur ſeptimo huius materia & forma nō generantur niſi quatenus ſunt partes cōpoſiti . Quarto cōſtituens differt realiter à cōſtituto,ſed partes ſimul ſumpte conſtituunt totū,igitur differūt realiter à toto. Quinto in corruptione hoĩs aliquid ſubſtantialiter corrumpitur, & non materia, nec forma quia ambæ ſunt æternæ: igitur tertia entitas.Sexto arguit Ioãnes cauſæ per ſe & eſſentiales alicuius diſtinguūtur eſſentialiter & realiter à cauſato,ſed materia & forma ſunt per ſe & eſſentiales cauſæ totius,igitur totū dicit quid reał'r diſtinctum ab illis. Septimo totum eſt quædã relatio,vel igiť fundať in materia,vel in forma, vel in tertio ex illis reſultante, nō in materia,vel forma,quia nullum illorum eſt totū, igiť in tertio. Octauo cōpoſitum differt à partibus vtpote à materia ſeorſum,& à forma ſeorſum, vel differt à materia rōne formæ,vel rōne tertiæ entitatis addite vtriſq;. ſi ratione formæ,tunc totum non differt à materia, niſi dñia formæ, quod eſt impoſ'e, igiť rōne tertio entitatis. Nono ſi materia & forma ſunt eadem realiter ipſi compoſito,tunc eſſent eadem realiter inter ſe , per primum principium geometriæ . Decimo illa non ſunt idem de quorum vno vere aliquid affirmatur qđ vere negat ab altero ſed de toto verificatur eſſe per ſe cauſatū à materia & forma,de quibus non verificať eſſe cauſatum. Amplius de materia & forma ſimul ſumptis verum eſt dicere iſtas conſtituere totum de toto non eſt illud verum. Adhuc totū eſt aliquid materia & forma nō ſunt aliquid,prę terea riſibile dicitur de hoĩe, & non de materia & forma ſimul ſumptis . Vndecimo ſi partes ſunt ſuum totum,tunc omnes partes vniuerſi eſſent vnum numero,& ſic redderetur poſitio Parmenidis.Duodecimo tunc ſubſtantia & accidens eſſet vnum numero: quia Socra.albus eſt vnum numero, ſed Socra. & albedo ſimul ſumpti ſunt Socrates:igitur ſunt vnum numero.Decimotertio tunc quatuor eſſent mille, & ſimplicia eſſent cōpoſita,& deductio patet . Pro pōne Auer. *Rōnes pro p. te Auer.* ſunt rationes,prima nihil differt ab aliquo realiter, niſi includat aliquid reale diſtinctū ab illo. Sed totum nihil præter partes eius includit,nec aliquid qđ nō ſit in partibus,quia ſi qd eſſet,illud eſſet vnio, ſed vnio eſt relatio,modo relatio non eſt de ratione abſoluti. Secundo ſi totū differt à partibus,vel ſeipſo vel aliquo alio. non ſeipſo,quia tunc per ſingulū illius.nec aliquo alio,quia non videtur quid eſſet illud, eſſet.n.ſubſtantia vel accidens,& nō pōt eſſe accidens,quia tunc accidēte ſolum differret,& ita nō per ſe,& ſi ſubſtãtia, vel materia, vel forma,vel cōpoſito,& nullū pōt dici. Tertio ſi totū diceret illam tertiam entitatē vltra partes , tunc diffinitio non diceret totam eſſentiam diffiniti , quia ſolum dicit materiã & formã, vel genus & dñiam , & non tertium. Quarto ſi ſic: tunc forma vniretur materiæ mediãte illa tertia entitate.Quinto tunc ternarius eſſet quaternarius,quia vltra tres vnitates adderet quartam reſultantem ex illis quæ addita illis quaternariū. & ſic videntur ambæ illæ pōnes cōtrariæ probabiles . Sūt autem inter has extremas poſitiones mediæ. Aliqui quidem tenent *Pō.1.* primo ꝙ cōpoſitum eſſentiale vt illud quod fit ex materia & forma,dicat formaliter entitatē diſtinctam realiter à ſuis partibus. probant primo quia entitates partium pñt exiſtere ſine entitate totius:igitur differunt ab illo realiter. añs apparet ꝑ verba Ariſt . ꝗ expreſſe hoc dicit de ſyllaba,ab.Secūdo materia & forma quæ ſunt cãæ intrinſecæ cōpoſiti aliquid cãnt,& nō altera alterã, quia principia non ſunt ex alterutris, igiť tertiū & per

conſequens

conſequens differt illud ab illis. Secundo dicunt ꝙ illa tertia entitas eſt abſoluta: tum quia generatio non eſt per ſe ad relationem, tum quia abſoluta principia non cauſant relationem, nec ſunt partes relationis. Tertio tunc oĩa compoſita eſſent eiuſdem generis quia omnis talis reſpectus eſſet vnius generis. Quarto omne compoſitum eſſet formaliter reſpectiuum. Quinto tunc nullum compoſitum eſſet per ſe vnum. dicunt tertio ꝙ talis tertia entitas eſt forma totius ſiue quidditas vel eſſentia: addunt ꝙ talis forma totius non eſt ſuperueniẽs formæ partis, nec medium vniens materiam formæ ad conſtituendum cõpoſitum, nec aliqua forma vltra illã partis materiam perficiens, & propterea eſt forma qua ſuppoſitum eſt ens quidditatiue ſm rem diuerſa à forma partis. Hæc autem poſitio media dicitur, quia non loquitur expreſſe niſi de toto eſſentiali. Propter quod nonnulli volunt in cæteris totis non dari tertiam entitatem aliam à partibus. Sed ſiue hæc poſitio ſit media ſiue extrema, videtur ꝙ ſit omnino irrationalis & contra eos. Primo ſic, quia apud ipſos diſtinctio realis eſt inter rem & rem, & res apud illos eſt eſſentia cum exiſtentia, hæc.n. facit diſtinctionem realem, tunc arguo ſi totum diceret tertiam entitatem realem ſm rem diſtinctam à partibus ſimul ſumptis, tunc illa tertia entitas eſſet res, & ita includeret exiſtentiam aliam à partibus, quod nec ipſi concedunt. Secundo quæcunq; ſunt eadem formaliter, ſunt eadem realiter, quia ꝑ eos identitas formalis infert realem, ſed totũ & partes ſunt eadẽ formaliter, quia partes per eos ſunt de eſſentia & formali ratione totius, igitur erunt eadẽ realiter. Tertio quæcunq; differunt realiter apud peripateticos differunt aut ſm rem ſubiecti, aut ſm rem diffinitionis, ſed h non differunt ſm rem ſubiecti, quia cuicunq; ſubiecto ineſt totum, illi eadem inſunt partes ſimul ſumpte. & de quouis prædicaꝛ totum, de illo eadem & partes ſimul ſumpte: igiꝛ non differũt ſm rem ſubiecti, nec ſm rem diffinitionis, quia partes apud ipſos ſunt de diffinitione totius atq; de illius eſſentia. Iuniores huius ſecte conſueuerunt dicere totum eſſe idẽ formaliter partibus, quia eius diffinitio formalis eſt per partes & eſſe idem realiter partibus, at partes differũt realiter à toto & formaliter ab illo, quatenus totum non eſt de ratione partiũ licet partes ſint de ratione totius: & ſic ſaluant ordinẽ in diſtinctionibus. Sed hæc euitatio non valet, quia ſaltem ſequitur partes ſimul ſumptas non differre ſm rem à toto. deduco, totum per eos non differt ſm rem à partibus, quia non põt eſſe ſine illis, nec partes ſimul ſumpte poſſunt eſſe ſine toto, igitur ſaltẽ partes ſimul ſumpte erunt eædem ſecundum rem toti. præterea ſi partes ſimul ſumptæ differunt à toto vel ſm rem exiſtẽtiæ vel ſm rem eſſentiæ & naturæ ſi ſm rẽ eſſentiæ & naturæ, tunc ſolũ ex natura rei differũt, contra eos, qui volũt expreſſe partes differre non tm̃ ex natura rei, ſed realiter. ſi ſm rem exiſtentiæ, igiꝛ partes ſimul ſumpte poſſent exiſtere ſine toto, quod eſt impoſſe apud oẽs. Vlterius illud qđ dicũt de forma totius eſt expreſſe contra Auer. in hoc ſeptimo vbi expreſſe ait formã recti, & ipſum rectum idem eſſe, & ſic vult formã totius & formã partis eſſe vnã eãdẽue. Prꝭterea arguiꝛ rõne, quia hac data, tũc materia eſſet forma vel formale quoddam qđ nõ concedere, & deduco ꝗcquid eſt de eſſentia formæ, eſt forma vel formale eius: cuius illa eſt forma, hæc patet, ꝗa quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt de formali cõceptu illius, & ſic eſt de formali conceptu eius, cuius illud eſt forma ſed materia eſt de eſſentia formæ totius, igiꝛ eſt formale ipſius totius, vel illius forma, qđ eſt ridiculum. Secũdo cuilibet formæ apud peripateti. opponiꝛ priuatio, nec vnꝗ aliter legi in eorũ doctrina. Sed forma totius eſt: forma igiꝛ ſibi oppõniꝛ priuatio, ſed oppoſita tam cõtrariæ ꝗ priuatiue ſunt quæ apta ſunt fieri circa idẽ ſubiectũ apud ꝑipateticos, igiꝛ forma totius & eius priuatio ſunt aptæ fieri circa idẽ ſubiectũ, ſed oĩs priuatio eſt apta fieri circa materiã, igitur forma totius circa materiã eſt apta fieri. Sed quæcũq; forma eſt apta fieri circa materiã, eſt forma partis, quæ cũ materia cõponere põt cõpoſitũ, igiꝛ forma totius eſt forma partis, & ita propoſitũ. Tertio Ariſt. vbiq; diuidit ſubſtantiã in materiã, & formã, & in cõpoſitũ ex illis, igiꝛ cõpoſitum non eſt forma, quia nullũ diuidẽs eſt ſuũ cõdiuidens. Quarto apud Auer. materia non eſt pars formæ, materia eſt pars illius tertiæ entitatis, igiꝛ illa tertia entitas nõ eſt forma. Amplius apud Auer. materia non eſt pars eſſentiæ, nec ꝗdditatis, forma totius eſt eſſentia & quidditas, igiꝛ materia nõ eſt pars formæ totius, & ita forma totius nõ eſt aliud ꝗ forma partis. Quinto apud Auer. forma totius eſt vl'e vt explicaꝛ per nomẽ generis, vel ſpẽi, vel alicuius quinque vl'ium, ſed forma partis eſt vl'e, vt dictum fuit, igiꝛ apud eum idẽ eſt forma partis, & forma totius. Sexto forma totius apud ipſum non differt à forma partis, niſi quia illa intelligiꝛ & ſignificaꝛ ꝑ nomẽ prædicabile de cõpoſitis ſingularibus vt ꝑ hoc nomẽ homo, vel aĩal, forma vero partis vt ſignificaꝛ ac intelligiꝛ per nomen dẽ nullo cõpoſito prꝭdicabile vt ꝑ hoc nomen rationalis anima vel ſenſitiua, igiꝛ idem eſt rationalis anima & homo idem ſenſibilis aĩa, & aĩal & ſic forma partis & forma totius idem ſunt. Hæc enim eſſe de mente Auer. volui indicare propter proteruos. Ioãnes vero in ꝗõnibus aliter mediat. diſtinguit.n. de diſtinctione reali, quia aliqua dici pñt diſtingui realiter diſtinctione, ſeparationis, vt quæcunq; loco & ſubiecto differunt. vel diſtinctione idẽtitatis, vt queꝗ̃q; ſunt diuerſæ res, veluti ſubiectũ & accidẽs ſunt diuerſæ res, non tamen diſtinctæ loco & ſubiecto, tũc tenet duo. Primũ ꝙ cõpoſitũ dicit tertiã entitatẽ additam partibus ſm rẽ diſtinctam diſtinctione idẽtitatis, ꝗa ſunt diuerſæ res: vt rõnes pro poſitione Aui. cogunt. Secundũ eſt ꝙ illa tertia entitas non eſt diſtincta à partibus ſimul ſumptis diſtinctione ſeparationis, quia non pñt loco & ſubiecto ſeparari, & ita cõcedit Ioannes totũ dicere quid aliud & totũ à partibus ſimul ſumptis, non quidẽ ſm diſtinctionẽ ſeparationis, ſed ſm diſtinctionem identitatis rei ad rem. Pro opinione Ioannis faciunt auctoritates. prima eſt Ariſt. in libro de aĩa & Auer. ibidem vbi diſtinguunt ſubſtantiam in materiam & formã & cõpoſitũ, & aiunt cõpoſitum eſſe tertium, quod eſt ex his. Amplius Auer. tertio de anima in ſolutione ſecũdæ quæſtionis ita inquit & eſt manifeſtũ ꝙ materia & forma copulantur adinuicem, ita ꝙ congregatum ex eis ſit vnicum: & maxime intellectus materialis, & intẽtio intellecta in actu: quod.n. componiꝛ ex eis nõ eſt aliquod tertiũ aliud ab eis ſicut eſt de aliis cõpoſitis ex materia & forma. Hæc Auer. quibus nihil clarius pro Ioanne. Præterea. 5. metaphyſice Ariſto. dicit ꝙ bis tria non ſunt ſex: ſed ſemel ſex ſunt ſex: vt patet per Auerro. ibidem: hoc vero non eſſet ſi totum eſſet ſuæ partes. Præterea octauo huius textu & dicunt Ariſtote. & Auerro. ꝙ quæ non ſunt

Confutatio. *Qua Iuniores.* *Confutatio.* *Cõm 36.* *Poſitio Ioãnis.* *Cõm. 5.* *Cõm. 19.* *Cõm. 15.*

vnum ſicut aceruus, oportet ponere aliã cauſam vnitatis vbi patet ipſum indicare tertiam entitatem. Pręterea primo phyſi.auſcultationis Ariſt. ait non valere illud Parmenidis ꝙ ſi infinitum eſt immobile ſm totum, *Cõm.24.* ꝙ eſſet immobile ſm partes, quia vt dicit ibi Auer. ſtat totum quieſcere & ſingula parte moueri, igiť totũ eſt aliud à partibus. Præterea in hoc ſeptimo diciť ꝙ ſyllaba,ba diſtinguiť ab A & B quia manentibus A & B cor- *Cõm.60.* rũpitur,ba,vbi Auer.ait quia ex illis ſit aliquod additũ aliud à cõponentibus,vt ſyllaba.quæ fit ex literis,ſyllaba.n.non eſt literæ ex quibus fit: ſed eſt aliquid additũ literis,& ſimiliter caro non eſt terra & ignis ex quibus componitur,ſed eſt aliquod aliud additum. Et ex commento accipiť hæc ratio pro Ioanne, quia ſi ex materia & forma nihil aliud reſultaret niſi materia & forma ſimul ſumptæ,tũc in corruptione nihil aliud remaneret. cõſequens eſt falſum,vt dicit, quia tunc nulla eſſet dr̃ia inter aceruũ & cõpoſitum eſſentiale, & ſic veluti poſt aceruũ non remanet niſi partes,qua præerant, ſic poſt corruptionem cõpoſiti per ſe ſolũ, partes quæ præerat remanerent: quod eſt contra ſenſum, igitur oportet in corruptione compoſiti per ſe corrumpi aliquid ꝑter *Confutatio. Põnis Ioan.* partes.Hæc pro Ioanne. Sed hæc poſitio auctoritates habet contra ſe.Primo expreſſe.1.phyſi. vbi Auer.clare dicit totũ non eſſe aliud quam ſint ſuæ partes ſimul, *Cõm.17.* præterea The.auctor præcipuus in.1.phy.in expõne dicti textus:cũ Auer.ita inqt. Quãuis.n.ſingulæ diuerſæ ſint ab eo vniuerſo quod continet, oẽs tñ efficiunť il- *Cõm.39.* lud vniuerſum:hęc The.è quo accipit Auer.amplius in hoc ſeptimo inquit,vl'r intẽdebat ꝙ ens eiuſdẽ ſpẽi,ſ.ꝙ *Cõm.48.* eſſe totius eſt eſſe partiũ:cõmento vero ait & vl'r oĩs natura congregata ex duabus naturis conuenientibus,ne- *Cõm.43.* ceſſe eſt vt ſit de natura cõponentiũ. Rurſus.4.phy.ait totũ nihil aliud eſſe niſi ſuas partes.Præterea.2.de aĩa & *Te.& c.10.* The.ibidẽ dicunt ꝙ ſicut oculus & pupilla ſunt vnũ, ita corpus & aĩa ſunt vnũ aĩal. Preterea diſtinctio rerũ non poteſt haberi niſi per diſtinctionẽ accidentium vel operationũ.Sed nulla cõpetit toti, quin etiã partibus collectiue competat: igitur totũ eſt partes collectiue. Hæc de poſitionibus dicta ſufficiant.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Terminus pluralis quot modis teneri poteſt. PRO dilucidatione primo ſumamus ex logicis, ꝙ oĩs terminus pluralis pluraliter tentus,ſub copulatione ſignificat ſuum ſignificatũ,vt patet primo Elẽchorum, verum in ſignificãdo ſuũ ſignificatum ſub copulatione, põt teneri diuiſiue,& poteſt teneri collectiue, vt docet ibidem Ariſto.tenetur quidem diuiſiue, qñ propoſitio cuius eſt ſubiectũ vel pr̨edicatũ exponiť per vnam copulatiuam,verbi cauſa.hoĩes viuũt,exponiť ſic, hõ viuit & homo viuit.ſimiliter iſti ſtudent, exponitur quia iſte ſtudet,& iſte ſtudet. Tenetur vero collectiue, qñ exponitur propoſitio cuius ipſe eſt ſubiectũ vel prædicatum per vnã categoricã de extremo copulato, vt iſti ferunt lapidem,quia iſte & iſte ferunt lapidem,quæ eſt vna categorica de ſubiecto copulato. Similiter põt dici de illo termino,omnes,in plurali vt dicit Ariſt.poteſt *Excerptum.* nãq; teneri diuiſiue & collectiue eodem modo. Ex his ſequitur ꝙ à propoſitione de ſubiecto vel ꝑdicato plurali diuiſiue tento licet inferre duas categoricas illi correſpondentes per notam copulationis coniunctas, vt ex iſta,duo homines currunt, valet igitur iſtæ currit,& ille currit,ex propoſitione vero de ſubiecto, vel prædicato plurali collectiue tento non licet inferre duas categoricas,ſed vnam de extremo copulato, non enim ſequitur,iſti ſunt duo,igiť iſte eſt duo & iſte eſt duo, ſed quod iſte & iſte ſunt duo,hæc enim ex primo elenchorum in paralogiſmo diuiſionis & cõpoſitionis colliguntur, quæ oportet ſupponere in diſputatione,quia Auerro.& omnes græci quæſtionem hanc non ſoluunt niſi logice. His diſtinctionibus præmiſsis ſit prima ſup- *Suppõnes.1.* poſitio totum non eſt ſuæ partes diuiſiue tentæ. probatur, quia ſi totum eſſet ſuæ partes diuiſiue tentæ,tũc homo eſſet materia, & homo eſſet forma. tenet conſequentia per ſuppoſitiones,quia ex propoſitione de extremo plurali diuiſiue tento licet inferre duas categoricas illi correſpondentes, ſimiliter econtra ſi partes eſſent ſuum totum diuiſiue, eodem modo ſequeretur. Secunda ſuppoſitio partes ſunt ſuum totum collectiue, *Secunda.* & ſuum totũ eſt ſuæ partes collectiue, declaratur,quia materia & forma ſunt totum hæc medietas lineæ & illa ſunt linea, & ſic de omnibus totis, igitur partes ſunt ſuum totum. Hæc ſuppoſitio eſt de mente Them. & Auerro. vbique. His ſuppoſitionibus ſtantibus:dico duo pro dilucidatione. Primum totum cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatę, dicit additum & tertium vltra partes: patet, quia dicit illum ordinem eſſentialem,qui eſt aliquid vltra partes. Secundum totum cuius partes non ſunt eſſentialiter ordinatę,nihil dicit pręter partes, patet quia vnio partiũ illius eſt ipſemet partes vnitæ at vnio partium eſſentialiter ordinatarum non eſt illæ partes vnitæ præciſe, ſed vltra addit ordinem eſſentialem, qui eſt aliquid præter partes vnitas. Pri- *Cõm.60.* ma concluſio eſt pro mente Auerro. in hoc ſeptimo, & pro auctoritatibus factis ad partem Ioannis: & ter- *Cõm 39.et 41* tio de anima. Secunda eſt pro mente Ariſto.& Auer. in lib.de anima, vbi animal dicit eſſe nihil aliud quam animam & corpus,& de mente Auerro. hic vbi velle videtur totum accidentale non addere tertium vltra partes vt de aceruo qui nihil dicit præter partes vnitas hoc enim verum eſt, quia totum accidentale quouis modo ſumptum vltra partes non dicit ordinem eſſentialem. Ex his ſequitur ꝙ ſiue totũ addat tertium,ſiue non:ſemper eſt ſuæ partes collectiue, quia illud tertium non eſt ſubſtantia abſoluta, ſed vt dixi oẽs ſuæ partes collectiue & non diuiſiue tentę & hæc eſt pulchra dilucidatio multum conſonans doctrinæ Ariſto.& Auer. in pluribus locis vt patere poteſt bene ſpeculantibus eorum dicta in eorum libris. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes pro Auicenna reſpondetur. Ad primam concedo quòd totum quod eſt humanitas ſiue homo non eſt materia neque eſt forma, tamen eſt materia & forma: & ambæ illæ partes diuiſiue ſunt verę, tamen cum illis ſtat vna categorica de extremo copulato, vt dictum eſt. Ad ſecundam nego minorem, quia partes collectiue ſumptę ſunt terminus generationis, tamen nulla illarum eſt terminus generationis, & vlterius dico quòd partes collectiue ſumptæ ſunt per ſe vnum, propter additionem tertij, quod dicebamus eſſe ordinem eſſentialem. Ad tertiam dico quòd ſimul eſt totum & ſuæ partes collectiue ſumptæ,tamen totum capit prius eſſe partibus diuiſiue ſumptis, veluti partes collectiue ſumptæ prius ſumunt eſſe partibus diuiſiue tentis, vt dictum eſt. Ad quartam dico quòd partes ſimul ſumptę conſtituunt compoſitum, non quidem collectiue tentæ, ſed diuiſiue,& hoc modo partes

do partes collectiue tente differunt ſm rem à partibus diuiſiue tentis per additionem ordinis eſſentialis vltra partes, qui ordo eſſentialis nō eſt ille partes. Ad quintam illa ratio de homine eſt difficilis, quia dubium eſt apud aliquos an de mēte Ariſt. rationalis anima maneat poſt mortem, vnde Auer. hanc rationem non parui faceret, q̄ nihil poſt mortem remanere fatetur præter elementa & per materiam, tamen dici poteſt ꝙ in corruptione hominis corrūpitur homo, qui erat ſuæ partes collectiue, reſtant autem partes, diuiſiue, & ſic non reſtat homo, vnde corpus & anima collectiue corrūpuntur, tamen nec aīa nec corpus diuiſiue corrumpitur: ſed de his in libro de intellectu. Ad ſextam dico ꝙ totū eſt ſuæ partes collectiue: & non relatio, dico tn̄ totum vltra ſuas partes diuiſiue tētas addere relationem, vtpote ordinem eſſentialem: qui eſt aliud ab illis, & iſte ordo eſt ſubiectiue in partibus collectiue ſumptis, in nulla tamē parte ſubiectiue eſt, & ſi quæritur de fundamento talis ordinis, dici poteſt ꝙ ſunt diſpoſitiones qualitatiue, & quantitatiue, quibus forma eſt in materia. Ad ſeptimā dico ꝙ totum differt ab omnibus partibus diuiſiue per omnes partes collectiue, & etiam per alteram partem, & ſic differt alia dr̄ia quam ſit formæ ad materiam. Ad octauam dico ꝙ ſi materia & forma eſſent eædem realiter toti diuiſiue, eſſent eadem inter ſe, ſed quia ſunt illi eadem collectiue, nihil ſequitur. Ad decimam dico ꝙ arguit totū eſſe aliud quā ſint ſuæ partes diuiſiue, nō aūt collectiue, quia quicqd toti cōpetit, partibus etiā competit collectiue. Ad vndecimā cōcedo ꝙ omnes partes vniuerſi collectiue ſunt vnū numero, nō tn̄ oīa diuiſiue ſunt vnum numero. Per idem ad duodecimā & cōcedo ad tertiādecimā ꝙ quatuor ſunt mille, qa hæc ſunt mille, & hęc ſunt quatuor: igiť quatuor ſunt mille, veluti cōceditur ꝙ vnum in actu eſt plura in potētia, ꝑ hæc eadem poſſunt ſolui oēs rōnes primi capitis, vt patet recte intelligenti, per idem ad rōnes aliorū. Ad primam dico ꝙ partes diuiſiue poſſunt exiſtere ſine toto, non aūt collectiue. Ad ſecūdam dico ꝙ materia & forma diuiſiue ſunt cauſę totius, qđ eſt materia & forma collectiue, nec eſt hoc impoſſe, in cauſis & cātis intrinſecis. Ad rōnes quæ probant illam tertiam entitatem eſſe ſubam abſolutam. Ad primā dico ꝙ generatio non eſt ad illud tertium additum, ſed ad totū, qđ eſt ſuę partes collectiue. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia cōpoſita non differunt per illum ordinem, ſed quia vnum eſt ſuæ partes vnius generis, & aliud aliæ partes alterius gn̄is. Ad tertiam dico ꝙ partes diuiſiue cauſant totum, quod eſt partes collectiue vt dictum eſt. Ad quartā negatur conſequentia, quia compoſitum eſt ꝑ ſe vnum abſolutum propter formam vnā abſolutā. Amplius partes collectiue non ſunt reſpectus, ſed ſubſtātia. Quibus omnibus patent ea, quæ Auer. 1. phyſi. auctoritate The. dixit, hāc enim qōnem logice oēs græci ſoluerūt, & Auer. ſectās Cōm. 17. grecos illā logice ſoluit, & ita pōt reduci Auic. ad bonū ſenſum, quia cū dicit totum eſſe aliud à partibus, forte loquiť de toto per ſe, cuius partes dicunt ordinē eſſentialem, & ſic ꝑ illud tertiū intelligit ordinē, qm̄ eſt aliud quid à partibus, aut pōt dici ꝙ loquiť de partibus copulatiue ſumptis diuiſiue tētis, ſic enim totū non eſt ſuæ partes, quia ſic homo eſſet materia & eſſet forma, non autem negaſſet totum eſſet partes collectiue. Auer. vero quando dicit totum eſſe ſuas partes, intelligit collectiue, & vbi dicit totum ꝑ ſe & eſſentiale dicere tertiū, recte dicit, quia per tertium non intellexit tertium reſultans, ſed ordinem eſſentialem, qui eſt aliquid additum partibus diuiſiue tentis vbi vero ait totum eſſe aliud à partibus, ſumit partes diuiſiue, amplius vbi ait. totū nō addere tertium loquitur de toto per accidēs, cuius partes non dicunt ordinem eſſentialem, & hoc modo pn̄t conſiliari poſitiones & auctoritates contrariæ Auer. & Ari. Animaduerte ꝙ dubium eſſet de illo ordine, quem addit totum per ſe vltra partes an ſit res diſtincta à partibus ſimul ſumptis, vel ne? quod quidem quia eſt problema neutrum, teneri poteſt ꝙ differt à partibus ſimul ſumptis ſm rem, non autem à fundamento hoc eſt diſpoſitionibus, quibus partes illæ copulantur. Hæc de vltima diſputatione libri Septimi dicta ſufficiāt, & ita de toto ſeptimo.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

LIBRI OCTAVI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In. 12. Diſputationes diuiſi.

1 *Num in motu alterationis permanere oporteat idem ſubiectum: ſimpliciter ſub vtroq; termino.*

2 *Num menſtruū femelle ad generationē cōcurrat actiue.*

3 *Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omniū formarum ſubſtantialium vſq; ad primam materiam.*

4 *Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum.*

5 *Num aliquæ formæ poſſint intendi & remitti.*

6 *Num gradus ſint partes intrinſecæ, ac eſſentiales formæ intenſibilis.*

7 *Num intenſio formæ ſit motus continuus.*

8 *Num intenſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario.*

9 *Num intenſio fiat penes diſtantiā à non gradu, remiſſio econtra penes appropinquationem ad non gradum.*

10 *Num intenſio formæ fiat per maiorem radicationem in ſubiecto.*

11 *Num intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanente.*

12 *Num latitudo vniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio.*

PRÆFATIO.

MI ANDREA Comes magnanime atq; diſertiſſime legiſti diſputationes, quas in ſeptimo conflauimus. & cum Ariſto. in hoc. 8. de ſubſtantia agat mō fere phyſico: deq; ente vt in decē genera prima diuidiť has etiam diſputationes dilucidamus, quas rogo non raptim, ſed accurate perlegas, nam ſi illas laudaueris eas inter fœlices reponam. Vale.

Quod vero ſubſtantia eſt materia palam. Nam in omnibus oppoſitis mutationibus, eſt aliquid quod ſubiicitur vtputa ſecundum locum, quod nunc hic &c. & ſecundum alterationem quod nunc &c. Tex. cōm. 4.

DISPVTATIO PRIMA
De identitate & diuerſitate ſubiecti in motu alterationis.

Num in motu alterationis permanere oporteat idē ſubiectum ſimpliciter ſub vtroq; termino.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Cōm. 20. Tex.cōm.7. Tex.cōm.7.

QVOD maneat idem ſubiectū ſimpliciter. Arguitur primo per verba Ariſt.in tex.idē per Ariſt.& Auer. primo de generatione: idem.5.phyſi.idem.12.huius.In contrariū arguitur per Auer.& Ariſto.qui.6.phyſi. volunt alterationis finem eſſe generationem, ſed in generatione nō manet idem ſubiectum ſimpliciter,igitur nec in alteratione. Hæc pauca de dubitationibus

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID alteratio ſit.5.phy.auſculta.eſt dictum,motus.n.ad qualitatem alteratio eſt,veluti ad vbi,eſt latio, ad quantitatem,eſt auctio.Vnde alteratio eſt motus,cuius finis proprius & eſſentialis eſt qualitas, dico finis ꝓprius & eſſentialis:quia alterationis finis poteſt eſſe ſubſtantia, non tñ proprius & eſſentialis. ſubiectum vero quod græci hypocimenon appellant.i.vel de quo aliud dicitur, vt prædicatum vel in quo aliud eſt.ſubiectum: igitur alterationis illud eſt, in quo alteratio eſt.manere vero idem ſimpliciter ſub vtroq; termino eſt ſub termino à quo, & ſub termino ad quem variari, non quidem quo ad nomen atque definitionem, ſed ſemper habere idem nomen, atque eādem diffinitionem. qūo idem Socra.ſm idem nomen eandemúe diffinitionem ſit nunc grammaticus,nunc ignarus grammaticæ.Quærit igitur diſputatio ſi idem ſubiectum ſimpliciter ſm idem nomen eandemúe deffinitionē maneat ſub vtroque alterationis termino. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1.Poſitio ALIQVID de diſputatione breuibus dicunt alterationem bifariam dici. Alteram quidem puram,quæ hac rōne pura dicitur, quia generatione non eſt admiſta. ceu dealbatio, qua corpus ſine ſuæ ſubſtantiæ corruptione aut generatione dealbatur. Alteram vero impuram, quæ ideo impura appellatur quia generationi eſt admiſta,veluti elementorum alteratio cuius finis eſt generatio.tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de pura alteratione, ſic in alteratione idem ſimpliciter ſubiectū manet ſub vtroque alterationis termino, vt apparet in dealbatione,in qua idem homo ſpecie & numero dealbatur.Sin autem loquimur in alteratione impura,dicunt ꝙ ſubm non manet idem ſub vtroque termino,verum ħ eſt per accidens, non per ſe, quoniā non competit alterationi ħ quatenus alteratio, ſed quatenus eſt præuia diſpoſitio ad generationem.Hęc illi. Et licet hęc poſitio ſit probabilis, non tamen eſt Auer.qm̄ ſm Ariſto.& Auerro. in lib.de generatione.2.non poteſt fieri alteratio in ſecundis qualitatibus, quin fiat in primis, & propterea dicuntur ſecundæ qualitates. Sed non poteſt fieri alteratio in primis qualitatibus quin fiat etiam in formis
Cōm.67. ſubſtantiariis, vt.3.cœli probat Auer.igitur non poteſt albari quicquam,quin aliquod ſubſtantiarium varietur nomine & definitione in parte, vel in toto, quare hæc poſitio non eſt peripatetica. Hæc volo ſufficiant de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur.primo debes ſcire,ꝙ alteratio bifariā dicitur. alia enim eſt perfectiua, qua nihil abiicitur à ſubſtantia rei,vt illuminatio,& id genus.alia corruptiua:quæ rurſus ſubdiuiditur,quia alia eſt prima, dicta quidē prima,quia in primis fit qualitatibus,vt calefactio,& id genus,alia ſecunda,dicta ſecunda,quia in ſecūdis cōſtat qualitatibus,vt dealbatio. tūc apud Auer. dicendum primo,ꝙ in alteratione ꝑfectiua manet idē ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque termino, atq; nulla ſubſtantia corrūpitur,nec remittit̄. Hæc patet oībus. Dicendum.2.ꝙ in alteratione ſcd'a idem ſubiectū ſimpliciter manet ſub vtroque termino : nō aūt ita vt nihil ſubſtantiæ corrūpat̄ aut remittat̄ quia vt dictū eſt non pōt eſſe alteratio in ſcd'is qualitatibus quin ſit in primis, & non pōt in primis eſſe, quin ſit aut ſubſtantiæ alicuius elementariæ corruptio, aut eiuſdē aliqua, remiſsio, tamen licet in elemētis fiat aliqua aut corruptio aut remiſsio,fit infra latitudinem diſpoſitionū, quibus eadē forma miſti conſeruatur in materia & ꝓpea manet idē ſubiectū ſimpl'r ſm nomē & diffinitionē ſumptā à prin
cipali forma.Dicendū.3.ꝙ in alteratione.1.ſubiectū va Cōm.115.
riat̄ aut ſm generationē vel corruptionē aut ſm inten
ſionē vel remiſsionem, hæc patet.3.cœli & 2.de anima Cōm.67.
vbi dicitur ꝙ elementum purum alterari non poteſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

AD rationem patet ſolutio,probat.n.idem ſubiectū manere in alteratione ſcd'a, vel in alteratione ꝑfectiua, cum quo tamen ſtat in alteratione prima poſſe ſubiectum variari aut ſm ſubſtātiam, aut ſm remiſsionē vel intenſionem. Hæc de prima diſputatione.

Omnes oportet cauſas dicere contingentes, vt hominis quæ cauſa vt materia equidem menſtrua, quid autem vt mouens equidem ſperma &c. Tex.cōm.12.

DISPVTATIO SECVNDA
De menſtruo fœminę in generatione.

Num menſtruum femellæ ad generationem concurrat actiue.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod menſtruū femellæ ad generationem non actiue concurrat. Arguit̄.1.ꝑ verba Ari.in tex. vbi ait ſanguinē menſtruū hoīs eſſe cauſam vt materiā,vt mouēte verò ſemē, igit̄ menſtruū concur-
rit paſsiue,& Auer.in illius partis inquit ſi quæſierimus Cōm.12.
cauſam hoīs:quę eſt cauſa materialis,nō oportet quærere cām remotā,vt quatuor el'nta, quæ ſunt cauſæ remotæ,ſed oportet quærere materiā propriā,vt eſt ſanguis menſtruus.Secūdo tūc idē eſſet in actu & in potentia.Nā menſtruū illud ex ea parte, qua materia eſſet in potētia,ex ea parte qua agēs eſſet in actu.Tertio ſi mēſtruum cōcurreret actiue,tūc matrix ſiue vulua fruſtra illud foras eiiceret,tanq̄ ſuperfluū. Modo videmus vuluam illud vomere,vt viri ſemē ad ſe traheret, igitur nō concurrit aliquo pacto. In contrarium ſunt medici, & potiſsimū Gal.in lib.de ſemine,quia vt dicūt niſi menſtruum concurreret actiue ad generationē embrionis non magis eſſet mater prolis,q̄ alterius animalis ex illo materialiter geniti. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID menſtruū ſit,lib.de generatione aīaliū Ari. declarat:attamē in ꝓpoſito aīad uerſione dignū, menſtruum

ſtruum eſſe bifariā:aliud quidē purum qd' guttā, ſiue ſe men femellæ appellant:ħ purū eſſe fatenť: quia ad hoc vt formā ſuſcipiat,ampliori alteratione nō eget, pp qd' vltima cōcoctione quaſi cōſtitutū albū cernitť in colore. Aliud vero impurū,qd' p excellentiā mēſtruū dicunt, quia oī mēſe pro decurſu lunę fluit, tāquā mulieris expurgamentū.ħ impurū & cōmiſtum eſſe volūt, quia ad ħ vt formā ſuſcipiat,alteratione cōcoctioneúe vlterius indiget:p p qd' ſanguineū & rubrū cōſpicitť, illud quidem concubitus tpe fluit:vt mulieris matrix aperiatur, & ſemen viri deglutiat,ħ vero omni menſe iuxta motū lunę.Amplius vtrūq; materia eſt gňationis:verū primū nulla eget vlterius concoctione,vt formā ſuſcipiat,Secundum & alteratione & cōcoctione eget. patet igitur in diſputa.quid per menſtruū ſit intelligendū. nā licet vtroq; modo ſumptū in diſpu.locum habet proprie tñ per menſtruū guttā intelligūt:quæ tpe cōcubitus fluit ob delectationē:fœmella in oī aīaliū gňe, in quo videre eſt marē & fœmineā:ea eſt. quæ ſemē maris intra ſe recipit:vt dicitur in lib.de gňatione aīaliū: hæc eſt quæ poſt partū mater appellaťť,veluti mas pater. Actiue vero in generatione cōcurrere eſt cooperari vt principiū, vñ motus ad aliquē effectū,ad quē altera cauſa cooperatur,ceu ſol & hō ad hoīs gňonem effectiue cōcurrūt, quia ſole cooperante ad hoīs generationē,hō concurrit ad illū vt principiū vnde motus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Et licet hæc diſputatio non ſit metaphyſica,ſpectat enim ad librū de aīalibus, tñ quia aliqui illam hic perſcrutanť,nos ipſam volumus ptractare,& raptim,propter qd' primo videndæ ſunt duæ pōnes extreme Gal. videlicet,& Auer.deinde proximo(vt conſueuimus)capite opinionē Ariſt.dilucidabimus. Gal.itaq; in eo lib. quem de ſpermate,hoc eſt de ſemine inſcripſit, voluit tam viri quā femellæ ſemen ad generationem, & materialiter,& effectiue concurrere,non tamē ſm eaſdē partes,nam ſm partes craſſas atq; corpulētiores, materialiter cōcurrit,ſm partes tenuiores atq; ſpūaliores,effectiue.Pro hac pōne arguit quidā vir in multis locis. Primo quia ſemina amborū ſunt eſſentialiter eiuſdē ſpēi, neutrūque eorū orbatū eſt atque occaſionatum,igitur ſunt eiuſdem potentiæ actiue. tenet conſequentia,quia formas eiuſdem ſpēi apte ſunt conſequi potētiæ & virtutes eiuſdem ſpēi.Scđo cauſæ productiuæ ſeminū amborū viri,videlicet,& femellæ ſunt oēs eſſentialiter ſimimiles,materia quoq; ſimilis,finis etiam idem,igitur ambo ſpecie eadem.tenet argumentum, quia oīs varietas in forma ſequitur varietatē agentis, aut materiæ vt colligitur.7.& 9.huius. Tertio intemperatiſsima femella in iuuentutis ætate perfectius decoqui pōt ſuperfluum ſanguinis alimentū in ſemē cōuertendū q̄ in melancholico mare in ætate ſenili, ſed hic mas producere pōt ſemen plificū ſui ſimilis generatiuū,igiť & femella.Quarto quia dato oppoſito nō cōtingeret fœtū mři in colore aut in particularis mēbri diſpōne merito ſpūs denſi à mře aſsimilari:qd' eſt cōtra ſenſum. Liuia.n.noſtra filia in naſo & oculis angelellæ vxor pœnitus pſimilis eſt. conſequentia deduciť,quia ſi nullus ſpūs in ſemen femellæ incluſus efficit generationē,nullus etiā efficit particularē ſimilitudinē in genito. Quinto ſi genitum aſsimilať mři:non pōt eſſe quia menſtruū ad formationem cōcurrat paſsiue,igiť concurrit actiue.añs apparet. Primo quia non apparet vnde menſtruū,quod eſt materia cōis generationis fœtus diſpōnem contraxit, è qua generetur mēbrum cum tali diſpoſitione mři per ſimili. Secundo quia talis effectus eſt poſitiuus, igiť eidē correſpondet agens per ſe illius productiuum.Sed hmōi non eſt ſpūs ſeminis viri eo quia illum effectū non naturaliter intendit,igiť ſpūs eſt in ſemine femellæ. Tertio plerūque cōtingit fœtū matri eſſe per ſilem, patri vero diſſimilem,aut při minus ſimilē quam matri, aut ecōtra tā eſſentialiter quā accñtaliter, ſicut aſinus ex equa gňat mulum per oīa magis ſimilem aſino, & canis ex vulpe fœmina generat aīal p oīa magis ſimilem vulpi, & vir magis paruus curuus ex muliere alba magis recta filiū generat albū magnū mři ſimilē,arguitur igitur vt prius ſic talis ſimilitudo fœtus ad matrē eſt effectus particularis poſitiuus,igitur eidem correſpondet particularis cauſa per ſe illius productiua,ſed talis cauſa non eſt niſi ſpūs in ſemine matris,igiť vt prius. Ex his perſpicuum eſt primo de mente Galeni in femella verum ſemen generari,quod græci ſperma dicunt,& plificū,& ab ea in coitu emitti,& quod illud non eſt de genere menſtrui. Secundo perſpicuū eſt vnde in fœtu ſexus contingat varietas,contingit.n.interdū fieri fœtum maſculū, quandoque fœmineum, eo quia contingit ſemen maris in trāſmutando materiam generationis prædominari ſemini femellæ,tunc.n.maſculus ſit: cōtingit aūt interdum econtra,& hoc accidit propterea quia materia generationis magis eſt diſpoſita vt recipiat impreſsionē ſeminis femellæ quā maſculi,vel pp imbecillitatem ſeminis maris aut pter vtrūque, & tūc produceť fœmella quod ſi cōtingerit hmōi ſemina in potētiis ſuis equata eſſe,gňabitur hermophroditus. Tertio patet cauſa ſimilitudinis & diuerſitatis fœtus ad parentes. interdū patribus.n.aſsimilātur in ſexu,in cōplexione, in moribus:in figura:& in cæteris id genus, vt cum ſemen viri ſuper ſemen femellæ,vel eius menſtruū perfecte optinuerit,interdū cōtra fœtus omnino matri aſsimilatur, vt cum ſemen femellæ optinuerit ſuper illud viri. nonnunq̄ remiſſe vtriuſq; tenet ſimilitudinem,vt cū ſemina ſuis potētiis ęquata vel fere equata ſunt. aliqñ vero neutri eorum fœtus ſimilis eſt,vt cum vtriuſque ſemen debile fuerit,aut cū mēſtruum ad coloris figuræúe ſuſceptionē male affectum fuerit,cōtingit pręterea nōnunquam in colore vni aſsimilari in figura aut magnitudine alteri eo quia maris ſemen contingit potentius eſſe ad colorandum,illud femellæ ad recipiendum magnitudinē. Hæc de mēte Galeni. Sed vt mihi videtur fundamenta quibus Galenus mouetur:ſunt duo. Primum quia mas & fœmina ſunt vnius ſpēi, igiť eiuſdē potentiæ.Secundo quia fœtus pōt matri interdum aſsimilari, igitur in ſemine femellæ eſt virtus productiua ſimilitudinis,& ſic concurrit actiue,addunt quoque alij, & tertium quia mater diligit filium,& magis quam pater, vt 8. Ethic. igitur eſt opus matris, vt deducitur. 4.Ethicorum.Sed hæ rationes ſunt ambiguę. Prima quidem quia ſi eſſet vera,tunc femella ſine concurſu viri poſſet fœtum concipere. deducitur primo ab Auerroe in colliget, quia in femella eſt virtus actiua, & virtus materialis per Galenum,igitur poteſt concipere, cum in illa ſint omnia requiſita, eſt enim menſtruum, quod eſt materiæ fœtus, eſt & ſemen femellæ, quod eſt cauſa effectrix,eſt & in ſemine virtus formatiua,igitur oīa requiſita.Secundo ad idē cū virtus productiua ſeminalis in ſemine femellæ ſit eiuſdē ſpēi, cū virtute ſeminali in ſemine viri.ſequiť q̧ illa inteſa, erit ad plus aucta virtus productiua ſit, igiť virtus pductiua cuiuſdā viri vt duo

Margin notes: *P. Gal.* — *Rationes. Sco. in. 3. ſen. diſ. 4. q. 1. & in quolibeto. q. 13.* — *Excerpta primum.* — *Secundum.* — *Tertium de ſimilitudine fœtus ad parẽtes.* — *Fundamenta Galeni.* — *Quæ rõnes ba ſunt ambiguæ.*

& illa femellæ vt quatuor, & volo ꝙ illa femellæ virtute ætatis & bonitate regiminis, & beneficio medici creſcat ad duo plus, erit, & tunc tota vt ſex: ſed aggregatũ ex vtriſq; erat vt ſex: igitur cum illa mulieris erat aucta ad ſex non erit neceſſaria illa viri, igitur poteſt mulier ſine concurſu viri concipere. *In quolibe. 10. q. 15.* Quidam vir intendens euitare hanc rõnem, ait ſemen patris & ſemen matris ambo concurrere actiue, ſed ideo requiruntur ambo, quia non ſm ordinem eundem concurrunt. nam ſemen pr̃is principalius, illud matris minus principaliter cõcurrit.

Solutio. Replica. Sed hæc ſolutio adhuc latet. Primo, quia vel principale & minus principale tollunt conuenientiam ſpẽi: vel ſtant cum identitate ſpecifica. ſi tollunt rõnem ſpẽi, tũc rõ eorum & Gal. nulla eſt, quæ dixit potentias in ſemine pr̃is & mr̃is eſſe eiuſdem ſpeciei. patet. n. h̃ fundamẽtum eſſe falſum. Si vero ſtant cum identitate ſpecifica, tunc principale & minus principale erunt veluti magis & minus, quæ. 5. phy. ſunt vnius ſpẽi & rõnis. Sed ip̃m minus per crementum põt fieri æquale ad magis, igitur ip̃m minus principale põt fieri æquale ad principale, & ita ſemen femellæ põt creſcere ad æquale aggregato ex vtroq; ſemine, & ita ſtabit rõ vt ſupra. Secundo ſi ſemen viri concurrit principalius, vel hoc eſt q̃a ſm gradum cõcurrit intenſius, vel quia ſm eſſentiã concurrit perfectius. ſi ſm gradum concurrit intenſius, tunc contingit ſm gradum concurrere remiſsius, & cõtingit ſemen femellæ ſm gradũ cõcurrere intenſius, & ſic redit rõ vt ſupra. ſi ſm eſſentiam concurrit perfectius tũc concurrit ſm rõnem ſpẽi diuerſam, & q̃m potentia ſequitur eſſentiã: tunc potentia ſequens illam eſſentiã erit alterius rõnis, & ſic tollitur primum fundamentum eorum, quod procedebat de potentiis. Pręterea principalr̃ ad idem, ſi pars craſſa ſm Gal. concurrit materialr̃, ſubtilis effectiue, tunc non eſſent eiuſdem ſpẽi, quia paſsiuũ & actiuũ apud ipſos dr̃nt ſpẽ. Scd̃m vero fundamentũ: quod proceſsit ex ſil̃itudine, etiã deletur, quia cõtingit nõnunquã filios aſsimilari auis, & nonnũquã pro auis & attauis, nõnũq̃ patruis, vel auunculis, conſtat aũt ſemina horũ non concurrere effectiue ad gñonem filiorum, igr̃ per h̃ ꝙ natus mr̃i eſt ſil̃is, non debet inferri illã concurrere effectiue. Tertium etiam fundamentum friuolũ eſt, quia multi amant filios, aliorũ patrũ credentes illos eſſe ſibi filios, & tñ non effecerũt aliqd ad illorũ gñonẽ, & hoc mõ Ariſt. 9. Ethi. aſsignat cãm quare mr̃es diligũt magis filios q̃ pr̃es, & inquit & ob h̃ mr̃es filios magis amãt, nã laborioſior eſt ptus: & magis ſciũt eſſe ſuos hos, & hoc mõ rõnes nullæ. Pręterea arguit Auer. 2. colliget, quia ſemen mulieris interdũ ad gñonem nõ cõcurrit, igr̃ non eſt vt dicit Gal. añs deducit q̃a experimẽto clare patet mulierem impregnati abſq; hoc ꝙ ſpmatiçet, ait. n. ſe inquiſiuiſſe à pluribus mulieribus ſe impregnatas fuiſſe abſq; ſeminis ꝓprij emiſsione ĩmo ſibi diſplicuit coitus, cũ fuiſſent violatæ: & iuramento ſuæ vicinæ approbat Auerro. ꝙ fuit impregnata in balneo in quo mali hoĩes coiuerunt, cũ eſſent balneati in illo. Hæc

Põ Auerro. pria cõcluſio. contra Gale. Auer. vero fidus ſacerdos Ariſto. in extremam opinionem truditur. Voluit. n. 1. ſemen mulieris non neceſſario concurrere ad gñonem, & ita nec materialiter, nec effectiue neceſſario concurrit. *Secunda.* Scd̃o dicit, ꝙ vtile eſt ad gñonem, eo quia ꝓp expulſionem talis guttę mulier vehementius in coitu oblectatur, quo fit vt viri ſemen auidius in matricem femellæ attrahatur. Secundo vtilis eſt, quia illa gutta pellitur ad hos matricis, q̃ redditur lubricum, ac irroratum, & ita ſemen maris ad mr̃icis concauum facilius labitur. Tertio vtilis eſt, quia cum gutta illa ſemini viri commiſta eſt, ipſum reddit ſubtilius, & ſic prẹparat vt melius in materia generationis, hic eſt in menſtruo profundatur. *Tertia.* Tertio volunt de mente Auerro. partem corpulenta ſeminis viri non concurrere materialiter ad generationem, immo vt deducit Apponenſis in ſuo conſiliatorio, ſemen quo ad eius corpulẽtam partem efficitur pars conſtitutiua embrionis, cõuertitur. n. in ſp̃m, at ſpũs ille efficitur embrionis pars, & ad hunc ſenſum põt concurre materialiter. Quod aũt pars ſeminis craſſa nonnulla concurrat ad generationem. Primum ſignum eſt, quia gallina poſtq̃ ouũ concepit, & cum teſta dura ꝑfecit, ſi gallus cum ea coeat, facit ouũ prolificũ, cõſtat autem partem ſeminis craſſam corticem durum non penetrare, ſed ſolum ſpũoſam. Secundum ſignum eſt ꝙ piſciũ quidam ſunt quorũ fœmina in aqua emittit oua: & tunc ſequitur maſculus, qui ſup illa oua emiſſa eicit ſperma & ita illa contanguntur ab illo ſpermate emiſſo, & redduntur prolifica. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non eſt intelligibilis pace horum dixerim, quia ſi poteſt fieri conceptio ſine gutta vel ſpermate mulieris, tunc quæro ex quo fiunt mẽbra corporis, non quidem ex parte corpulenta ſeminis viri quia eſſet contra tertium eorum, igitur oportet fœmellam aliquid in generatione præbere quod eſt ſemẽ vel aliquid loco ſeminis: & ſic falſa eſt prima Auer. concluſio. Secundo non eſt certum ex verbis Ariſt. partem corpoream ſeminis nullatenus concurrere, ĩmo ſignum illud de ouis legitur in contrarium in græcis codicibus: habetur. n. ꝙ ſi gallus coit anteq̃ cortex fuerit durus, redduntur oua prolifica, & hoc modo dubia eſt tertia concluſio. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRo dilucidatione ſumamus primo, ꝙ non poteſt fieri generatio, nec corporis fœtus formatio niſi fœmella in coitu tribuat aliquid. deducitur ſm Ariſto. quia à muliere deciditur ſanguis menſtruus, qui in mulierum teſticulis dealbatur, conuertiturq; verſus naturam ſpermatis, eſtq́ue veluti materia munda & præparata conuerſioni in membra, quæ dicuntur ſpermatica, & propterea ait Ariſ. ſperma mulieris non eſſe verum ſperma ſed quaſi ſimile. Amplius dicit ſperma viri ſeſe habere ad illud fœmellæ, vt coagulũ in lacte, igitur non poteſt fieri generatio niſi mulier aliquid emittat. Secundo ſumo ꝙ licet ſemen viri habeat partes craſſas & tenues, effectiue non format de ſanguine menſtruo corpus fœtus niſi quo ad partes tenues, quia partes ſeminis craſſæ aut euaneſcunt, aut conuertuntur in tenues, veluti fit in coagulo: niſi enim coagulum conuertatur in tenue, nõ põt coagulare. Ex his apparet dilucidatio: dicendum enim primo de mente Ariſt. ꝙ ſine ſemine mulieris vel proportionali ſemini nullatenus fieri põt generatio deduco, quia non põt fieri generatio, niſi membra formentur. Mẽbra non formantur ex craſſa ſeminis viri parte, igitur formantur ex ſemine fœmellæ, vel ex ſanguine menſtruo loco ſeminis, & hęc videtur concluſio cõtra Auer. quia voluit poſſe fieri cõceptionem muliere nihil emittente. Secundo dicendũ, ꝙ ſine ſemine viri nullatenus per naturam fieri põt conceptio: deduco, quia menſtruũ vel materia non mouet ſe, igitur eſt neceſſaria aliqua virtus formatiua: hæc non poteſt eſſe niſi ſit in ſpirituoſa ſeminis viri parte, igitur eſt neceſſaria ſpirituoſa pars ſeminis, & q̃m illa reſoluitur, niſi craſſa conuertatur in illam, nunq̃ fieret conceptio,

igitur

igitur ſunt neceſſariæ ambæ partes. Tertio dicēdū q̄ ſm opionē Ariſt. ſemen viri ſolū effectiue concurrit ad cō ceptionē. deduco, quia ſi cōcurreret materialiter: cōcurreret ſm illius partē craſſam, ſed ſm illā nō concurrit, qa illa aut euaneſcit, aut cōuertiṫ in ſpūalem partē, igiṫ ſolū effectiue concurrit. Quarto dicendū q̄ ſanguis menſtruus mulieris ſiue ſit ſemen, ſiue ſit loco ſeminis, cōcurrit mere materialiter. deduco, quia ex illo tanq̄ ex materia formanṫ mēbra ſpermatica à virtute & ſpū deciſo à patre, igiṫ mere materialiter cōcurrit. Hæc de mēte Ariſto. Verū inter Gal. & Ariſto. pōt poni quoddam conſiliū, vbi debes ſcire q̄ in ſemine viri, & in mēſtruo mulieri ſunt nōnullę qualitates elemētarię vt calidū, frigidū, & id genus, & nōnullæ ſpiritales vim elemēti nō ſubeūtes, vt formatiuā, aſsimilatiua, & id genus, ſpiritales ſunt vt artes elētarię ſunt inſtrā, vt dr̄. 12. hui⁹. Propterea ſpiritales illæ qualitates principes ſiue primæ dn̄r: cæteræ inſtrariæ ſiue ſecundæ, tunc pōt poni conſiliū, q̄ qn̄ Gal. ait ambo illa ſemina cōcurrere effectiue potuit intelligere quo ad qualitates elementarias inſtrumētariasúe, qn̄ vero Ariſt. dixit ſemē viri effectiue, & illud mulieris materialiter concurrere, intellexit quo ad qualitates principales, an vero ſit illud conſilium de mente Gal. relinquo medicis. Hæc de dilucidatione.

Conſilium inter Gal. et Ari.

Cōm. 18.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

SVNT qui & Galenum & Ariſt. enituntur defendere, & hanc vtriuſq; partis defenſionem arbitrantur eſſe diſputa. dilucidationem, nos vero mentem Ariſt. dilucidauimus, & illam defendendo r̄ndemus ad primam rōnem Gal. dico q̄ licet illa ſęmina ſint forte ſm rōnē primam eiuſdem ſpeciei, tn̄ diſpoſitiue & accidentaliter differunt ſpē, vt de mare & fœmina dr̄. 10. huius, & quia accidentaliter ſpecie differunt, ideo poſſunt ſm potentias alterius rōnis ad eundem effectum concurrere. hoc apparet in exemplo, nam oīa membra ſunt eiuſdē ſpeciei eſſentialiter, quia tn̄ differunt ſpecie accidentaliter, propterea ſubeunt potentias ſpecie diſtinctas, & per idem ad ſecundam & tertiam. nam licet oēs cauſæ ſint eſſentialiter ſimiles, ſunt tn̄ accidētaliter diſsimiles, ſimiliter intemperata muliere non ſic perfectæ decoquitur ſperma, ſicut in melācholico potente generare, quia non habet in ſe temperamentum veri ſpermatis, ſicut licet iecinoris temperatio ſic robuſtior q̄ illa teſtiū nunquam tn̄ generare poterit ſperma. Ad rōnem de ſimilitudine, iam patet qualiter reduci poteſt contra Galenum. dictum eſt. n. aliquem effectum poſitiuum īmediate pendere ab aliquo agente poſitiuo, aliquem pendere ex impedimento agentis, cum. n. agens impeditur, facit interdum quod non intendit, vt patet in alchimia. Propterea dici pōt q̄ cauſa ſimilitudinis pōt eſſe diſpō materiæ, eſt. n. mēſtruū itā mulieris in potentia paſsiua, vt ſemen in potentia actiua, ſpermate igitur ībecilli exn̄te formare nō potēte materiā, ad ſui ſimile, ex īpedimēto format illud ad mr̄is ſimilitudinē, eo qa mēſtruū eſt magis mr̄is q̄ pr̄is ſimilitudinis receptiuū. Simili rōne de aliis ſimilitudinibus dici pōt, ſępe. n. naſcitur maſculus cū neuo vel ſtigmate mr̄is, hoc. n. nō ob aliud eſt, niſi quia mēſtruū qđ eſt materia cōis, & decidiṫ à materia iā toti diſtributa, in q̄ particulares mēbrorū diſpōnes aliquatenus īpreſſe ſunt, poterit hæc materia ab hoc agente eſſe ſolū taliter diſponenda vt mr̄i in hac particulari diſpōne, videlicet, ī ſtigmate aſsimiletur & per idē ad quintam patet ſoro. Rōnes aūt factę cap. 1. ſunt pro dilucidatione. Hæc pauca de hac diſputatione, quia res ħ eſt tractata propter exteros, qui materiā hanc tetigerunt licet obiter propter exemplum Ariſt. Et de ſecunda diſputatione ſatis.

Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quia principium erit aut quia ex reſoluto in principium. Tex. cōm. 11.

DISPVTATIO TERTIA

De reſolutione formarum ſubſtantialium vſque ad materiam primam in ipſa corruptione.

Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omnium formarum ſubſtātialium vſq; ad primam materiam.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod in corruptione ſimpliciter non fit reſolutio oīum formarum ſubſtantialium vſq; ad primam materiā. Arguitur primo, quia vel in eodem īſtanti materia eſſet ſub forma corrupti, quo eſſet ſub forma gn̄ati, vel alio, atque alio momento: ſi eodē in momento, tunc duo contraria eſſent ſimul in eodē. ſi alio atque alio, tunc materia poſſet aliquo tempore eſſe ſine forma, probatur, quia quæuis duo momenta cadit tempus mediū. Secundo in corruptione non abiicitur forma corporeitatis, igitur non fit reſolutio ſimpliciter. an̄s probatur primo quia agens naturale non abiicit à materia, è q̄ aliquid generat, niſi formas illas, quę formæ gn̄andæ ſunt incōpoſsibiles ſed forma corporis ſtat cum oībus formis, vt elementariis, cum miſtis, & cū aīatis, igitur non abiicitur à materia. Secundo partiens phyſicam actionem eſt corpus. Sed corrumpendum in inſtāti corruptionis patitur phy. actionem, igitur eſt corpus & non corporeitate noua, igitur corporeitate veteri, & ita manet eadem numero ſub vtroque termino corruptionis. Tertio principaliter aīa & corporeitas non ſunt eadem, igitur non fit reſolutio vſque ad primam materiam. deduco conſequentiam, quia ſi ſint formæ diuerſæ, non poſſunt eadem & vna corruptione corrumpi, quia vnus motus, eſt ad vnum terminum, quare oportet alteram prius altera corrumpi, & ſic in corruptione ſubali alterius nō fit reſo̾o vſ̄s oīum. an̄s vero deduco quia ſi aīa & corporeitas eſſent idem, tunc ex aīa & corpore non fieret realis compō, ex non diſtinctis. n. ſm rē non pōt compō confici realis. Quarto principaliter arguitur q̄ ſi fieret reſolutio ad vſq; primā materiā, tunc aut daretur vacuū aut motus ſubitarius, quorū vtrūq; eſt aperte cōtra pħos. & deduciṫ enthymema, qa ſit materia p̄diſpoſita q̄titate pedali ꝑ aīa rōnali recipiēda, & q̄ratur ſi materia illa in inſtāti īductionis eundem occupet locum, quē prius occupabat, vel nō. ſi nō, cū nullū aliud corpus poſsit naturaliter poni illū locū occupare, dabiṫ igiṫ locus priuatus corpore, & ita vacuū. ſi vero locū occupat, cū ī illa materia corrupta ſit q̄titas p̄exn̄s ex quo ꝑ te facta eſt reſo̾o vſq; ad primā materiā, ſitq; alia de nouo inducta, vt poniṫ ſequiṫ q̄ motus quo ꝑducta eſt hæc quātitas eſt ſolū ꝑ hoc inſtāti cū īmediate ante hoc nō fuerit, & cū ſit motus ꝑpriæ dictus, qa ad quātitatē, igiṫ motus ſubitarius. In cōtrariū videṫ Ariſt. ait. n. in textu, dupl̄r. n. hoc fit ex hoc, aut qa principiū erit, aut quia ex reſoluto in principiū. idē Auer. in eiuſdē textu. Præterea Ariſt. poſtea ita ait. & quæcūq; itaq; ſic trāſmutanṫ adinuicē, ad materiā oportet redire, vt ſi ex mortuo aīal in materiā primam,

Cõm.14. primam, idem & Auerro. illius textus & ſic quæſtio eſt ambigua. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

De corruptione quid ſit. CORRVPTIO & generatio ſimpliciter mutationes ſunt in ſubſtantia, quæq; ſimpliciter dicuntur, quia terminãtur ad ens ſimpliciter, quod eſt ſubſtantia, quæ vero ſunt in accidentibus, tales dicuntur ſm quid, quia terminantur ad ens ſm quid, quod eſt accidens, hæc ex *Cõm.4.* calce huius.8. colligi poſſunt. Vel dici põt illam eſſe corruptionẽ ſimplr, per quã ſimplr corruptum perdit nomen & diffinitionem, cum.n. homo ſimplr corrũpitur homo dicetur ſimplr non eſſe, vñ valet, homo eſt corruptus, igitur homo ſimpliciter non eſt. dr autem corruptio ſm quid. per quam non perditur nomen ſimpliciter, ſed ſm quid, non.n. pro hoc ꝙ homo deſinit eſſe albus, deſinit eſſe ſimpliciter, ſed bene ſm quid, & hoc *Cõm.63. et 69.* colligi põt. 1. phy. & alibi, corruptio.n. ſimpliciter (vt dr illic) eſt in qua perditur nomen & diffinitio, corruptio vero ſm quid, in qua neque nomen neq; diffinitio *De reſolutione.* ſimpliciter perditur. Reſolutio vero generatim eſt reductio ſiue diuiſio rei in partes è quibus componitur, hanc tñ ſubdiuiſerunt exteri, quia alia eſt phyſica, veluti miſti in elementa, & elementi in materiam & formam alia metaphy. vt ſpeciei in conceptus reales gñis & differentiæ. alia logica vt confuſe cogniti indiſtincte cognita, at naturalis reſolutio, alia eſt accidentium, alia ſubarum, reſolutio accidentium eſt nullum accidentiũ quæ præfuerunt remanere, reſolutio, ſubſtantiarum eſt nullam ſubſtantiarum ingenito remanere præter materiam primam. Quid vero ſit materia prima. 7. Lib. dictum eſt. Hęc igitur eſt diſputa. ſi in corruptione ſimpliciter aliqua forma ſubſtantialis maneat, earum quæ præfuerunt. Hæc de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

Poſitio Thomæ THOMAS vir magnus in oĩbus locis, in quibus de re hac loquitur voluit in corruptione ſimpliciter nullã formam ſubſtantialem remanere, & propterea ſubſtãtialium formarum fieri reſolutionem vſq; ad primam materiam. huius poſitionis fundamentum eſt, quia in vno compoſito ſiue ſimplici, ſiue miſto vna duntaxat eſt forma ſubſtantialis, per quam illud compoſitum habet ſimpliciter eſſe. quare, cum per corruptionem ſimpliciter perdatur eſſe ſimpliciter, perdetur proculdubio forma illa vnica, per quam compoſitum illud habebat ſimpliciter eſſe, & ita fiet reſolutio vſq; ad primam materiam. Pro hac poſitione vr facere diffinitio generationis & corruptionis. dicitur.n. in lib. de generatione generatio ſiue corruptio eſt mutatio totius in totum *Cõm. 39. & 35. & 56.* nullo ſenſili remanente. præterea in. 7. huius, & alibi accipitur ꝙ manus ſeparata, dicitur æquiuoce: igitur fit reſolutio dicta, idem in. 2. lib. de aĩa expreſſe & à textu. *Poſitio aliorũ.* & à cõmento non ſemel colligitur. Alij voluerunt reſolutionem fieri ad vſque primam materiam bifariam intelligi poſſe. Vno modo ſubitarie momentarieúe: hoc eſt eo momento, quo compoſitum ipſum corrumpi ſimpliciter dicitur. Alio modo temperarie, quia non eodem momento, quo compoſitum corrumpi dicitur, ſed per interuallum temporis eõ vſq; quo vſq; fit tota lis corruptio. Secundo accipiunt diſputationẽ poſſe intelligi de miſtis, & de ſimplicibus, tunc dicunt tria. Primum ꝙ ſi loquimur de reſolutione in ſimplicibus corporibus. ſic in corruptione ſimpliciter fit reſolutio ex parte formarum ipſarum ſubſtantialium ſubitaria. deducunt, quia in talibus corporibus vnica eſt forma, per quam vnumquodq; illorum habet ſimpliciter eſſe, & ideo arguitur ſi in corruptione talium non fieret reſolutio vſq; in primã materiam ex parte formarum ſubſtantialium, hoc eſſet quia remaneret in gñato aliqua forma quæ fuit in corrupto. Sed hoc eſſe non põt, quia vel eſſet forma corrupti, & ſi nõ, qa ſi illa maneret corruptum maneret, quia manente forma ſubſtantiali rei manet res, vel fuiſſet in materia cum forma corrupti, & minime eſſe poteſt, quia ſic fuiſſent plures formæ ſubales in ſimplicibus, igitur in corruptione talium fit ex parte formarum ſubſtantialium reſolutio vſque ad primam materiam. Secundum in corruptione miſtorum non fit reſolutio ex parte formarum ſubſtantialium ſubitaria, ſed bene temperaria. Quod quidem non fiat ſubitaria reſolutio, eo declarat, quia in quolibet miſto vltra ſpecificam formam, ponunt formam miſtionis, per quam miſtum eſt miſtum, hanc faciũt formam corporis, quia per hanc reponitur miſtum in gñe corporis & miſti. & quia hæc forma eſt, propterea oportet dicere illam in corruptione miſtorum remanere, & non eo momento corrumpi, quo perditur forma ſpecifica miſti. Præterea aliam ob cãm non fit ſubitaria reſolutio, quia in miſto diſsimilari, vt in homine ſunt plures formæ diſsimilarium partium, vt oſsis carnis, & cæterarum id genus, hæc.n. non eo momento corrumpuntur, quo forma ſpecifica totalis corrumpitur, & hac rõne etiam non momentaria fit reſolutio. Quod vero fiat temporaria tandem eo patet quia licet remanent illæ formæ, vel forma miſti, quia tñ non ceſſat corruptio tota niſi fiat reſolutio vſq; ad primam materiam hac rõne oportet fieri reſolutionem oĩum ſaltẽ temperariam. Tertium eorum eſt ꝙ ſi loquimur de reſolutione indifferenti ad momentariã, & temperariã, ſic in oĩ corruptione ſimpliciter fit reſolutio ex parte formarum ſubſtantialium ad vſq; primam materiam. deduci põt, quia in corruptione miſtorum fit reſolutio temperaria, in corruptione ſimplicium ſit reſolutio momentaria, igitur in oĩ corruptione cuiuſuis compoſiti fit reſolutio ad vſq; primam materiam. Hæc de mente horum. Sed hæc poſitio tota fundatur in illo de forma miſtionis: quia.n. datur quædam forma miſtionis, *Confutatio.* præter formam vltimam, hac rõne negant in miſtis reſolutionem ſubitariam. Sed obiiciamus contra per ea quæ in lib. proximo dicta ſunt, & quæramus ſi hæc miſtionis forma ſit aliquid præter elementa, vel eſt ipſamet elementa collectiue, veluti totum eſt ſuæ partes collectiue: vel eſt forma præter elementa virtute & poteſtate illa continens: non eſt ipſamet elementa collectiue quia exteri nõ ponunt elementa actu formali remanere in miſto, igitur eſt forma præter elemẽta virtute & poteſtate illa continens, & hoc ipſi aperte fatentur modo contra hoc non aliis rõnibus contradicamus, niſi illis quibus vtitur eorum princeps contra opĩonem Auer. de miſtione. Primo ſic. quælibet forma ſubſtantialis eſt nata conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens *Sumuntur rationes iſtæ. 2. ſentem. diſt. 15.* in gñe ſubſtantiæ, igitur ſi ſint plures formę ſubſtantiales in miſto, videlicet, forma miſtionis, & forma propria, quælibet conſtituet ſuppoſitum, & ita in oĩ miſto eſſent plura ſuppoſita, quia ibi erit ſuppoſitum hoĩs, & ſuppoſitum miſti quorum quodlibet eſt natum per ſe ſubſiſtere vigoratur hæc rõ potiſsimum, quia rõ principis exterorũ eſt de forma elementaria: modo forma miſtionis eſt actualior & perfectior illa elementi, quia cõtinet oẽs illas, & eſt minus cõis; igitur eſt apta conſtituere

tuere

tuere ſuppoſitum actualis,& magis ſubſiſtere aptum. Secundo per eiuſdem rônem oêm ſubſtantiam corpoream conſequitur quantitas,quę eſt propria paſsio ſubſtantiæ corporeæ, hæc maior eius eſt, addo minorem noſtram. Sed forma miſtionis cum materia conſtituit ſubſtantiam compoſitam & corpoream, igitur ipſam conſequitur propria quantitas, ſicut paſsio propria, ſed eadem propria paſsio vt dicit nõ eſt plurium ſubiectorũ, igiť in vno ſubiecto erunt plures quantitates vel alia hominis, & alia miſti, & hoc modo compoſito hæc erit iuxta poſitio. Hæc eſt rõ illius. Tertio arguo rône Auer. forma miſtionis eſt perfectior & actualior forma elementi, ſed forma elementi, non poteſt eſſe in ſubiecto in quo eſt aliqua alia forma, niſi remittatur vt

Com. 63. patet. 3. cœli, igitur forma miſti non põt eſſe in ſubiecto in quo eſt aliqua alia forma,niſi remittatur, at tale conſequens eſt impoſsibile & ita añs, ex quo ſequitur.

Quarto oĩs forma ſubſtantialis perficiens materiam, conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter. declaratur, quia accidentaria forma perficiens ſubiectum, conſtituit illud in eſſe ẽm quid,igitur ſubſtantialis perficiens materiam, conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter: eſſe.n.ſubſtantiale eſt eſſe ſimpliciter, vt.7.huius dictũ eſt.Sed forma miſtionis per hos perficit materiã,igitur conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter, tunc vltra, ſed omne adueniens poſt eſſe ſimpliciter eſt accidens, igitur omne adueniens poſt formam miſtionis erit accidens:quod eſt impoſsibile & contra eos. Quinto forma vltima & ſpecifica eſt perfectior forma miſtionis,vt oẽs concedunt,igitur continet oẽm rem quam illa miſtionis cõtinet,igitur fruſtra forma miſtionis dabiť aliter formæ elemẽtorũ continebũtur in vltima forma,&

Poſitio Auic. in forma miſtionis:& ita bis cõtinebunť. Auic. vero vltra formam miſti vltimam ponit elementarias formas, & ante illas in oĩ compoſito formam corporeitatis materiæ coæternam,hic.n.vir imaginať in miſto vltra formam eſſe elementarias formas, in ſimplicibus autem vltra formam propriam eſſe in materia formam corporis,per quam cõpoſitum oẽ eſt corpus,quæ quidẽ forma eſt materię coæua ingenita & incorruptibilis,veluti eſt ipſa materia,cui coæua eſt, cuius poſitionis fuerunt Albertus Linconienſis,& Auicebron fundamenta horum in libro de Subſtantia orbis perquirantur. Ex his oportet dicere ad horum mẽtem in nulla corruptione ſimpliciter fieri ſubſtantialium formarum ad vſq; primam materiam reſolutionem deducitur,quia in corruptione miſtorum remanent elementariæ formæ,& forma corporis cõis, in corruptione at ſimplicium remanet poſt corruptionem forma corporis cõis, igitur in nulla corruptione ſimpliciter fieri poteſt reſolutio vſq; ad primam materiam quin ſaltem remaneat coæuum

Obiectiones. illud materiæ. Contra hanc põnem multa obiecimus.

Com. 63. et 69. in.7.libro huius,tñ obijciũt nunc primo ꝑ verba Auer. 1.phyſi.ait.n.ꝙ ſi materia haberet aliquam formam ſibi coæternam,tunc nullã aliam poſſet recipere. Præterea Ariſt.in hoc ſeptimo ait materiã non eſſe quid nec quale,nec q̃tum,at ſi forma aliqua eſt ſibi coæterna,materia eſſet quid, & ſic ſubiectum gñationis eſſet in actu. Tertio eſſe æquũ, & eſſe corpus idem eſt vt oẽs credũt, igitur per vnãmet formam equus eſt equus, & corpus, igiť præter formã æqui nulla eſt corporis forma coæterna materiæ. Quarto nulla eſt aliqua forma diſtincta correſpondens alijs prædicatis eſſentialibus, igitur nec aliqua eſſe poteſt corrñdens corpori.tenet argumentũ, quia nulla apparet potior rõ, qua debeat corpori correſpondere, & non alijs. Quinto oẽ adueniens alicui quod per ſe exiſtit,& eſt independens,eſt accidens,cõſtitutũ ex materia & illo coæuo perſe exiſtit, & eſt independens,igitur oẽ adueniens poſt illud erit accidens. Minor declaratur,quia oẽ prius & incorruptibile quód à nullo dependet poſteriori,eſt ꝑ ſe exiſtens,& indepẽdens:tale eſt illud cõpoſitum, eſt.n.prius oĩbus alijs, & ſimpliciter à nullo dependens. Sexto ſi talis forma eſt à materia inſeparabilis, materia prima nõ poſſet naturali rõne cognoſci, quod eſt contra Ariſt.in.1.phy.& deducitur quia materia nõ cognoſcitur rõne naturali:niſi per tranſmutationem ſubalem, igitur cum non poſsit tranſmutari ab illa forma, quæ eſt ab ea inſeparabilis, rõne naturali non poterit cognoſci.Septimo tunc aliqđ eſſet in gñe,quod in nulla eſſet ſpẽ deducitur, quia accipio compoſitum ex materia & forma corporis in illo priori: in quo cõpoſitum illud præcedit oẽm formam aliam. patet tale compoſitum eſſe in gñe, & tñ in nulla eſt ſpẽ. Octauo ſol & luna conueniunt in gñe corporis,& differunt ſpẽ inter ſe,igitur oportet ponere in ſole duas formas, per quarum vnam ſit corpus:& per alteram ſol. tenet argumentum per rõnem Auic. ꝑ quod probat illam eſſe cõem in oĩbus gñabilibus.Sed an iſtæ rationes cogant,& quid probent,in libro de Subſtantia orbis diſputauimus: nunc autem volumus hæc ſufficere. Hæc de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione debes ſcire ꝙ remanere aliquã formam ſubſtantialem in corruptione ſimpliciter poſſumus bifariã intelligere. Vno modo ꝙ remaneat tanq̃ perficiens materiam:& tanq̃ finis materiæ & agẽtis.alio modo ꝙ remaneat in materia tanquã diſponens materiam ad vlteriorem formam,& tanquã ordinatum in finẽ alium.Tunc dicerem de mente Auer duo. Primum ꝙ nulla remanet forma ſubſtantialis in corruptione ſimpliciter tanquã perficiens materiam, & vt finis illius & agentis.deduco,quia ſi remanẽt formæ elementariæ in miſto,illæ non remanent vt perficientes materiã principaliter & propter ſe, ſed vt diſpoſitiones ordinate ad nouam formam,priori formæ perficienti contrariam. Verbi cã,in corruptione hoĩs,remanent formæ elementariæ vt diſpões ad formam cadaueris, non autem vt perficientes materiam finaliter propter ſe.Secundũ eſt ꝙ in oĩ corruptione ſimpliciter remanet aliqua forma ſubſtantialis ſaltem vt diſponens ad vlteriorem formã: deduco, quia in corruptione miſtorum remanent elementariæ formæ vt diſponentes ad nouam formam, in corruptione ſimplicium remanet forma corporis tanquam diſpoſitio cõis ad quam conſequiť dimenſio,qua materia eſt apta eſſe ſubiectum generationis, igitur remaneret aliqua forma ſubſtantialis.Ex his colligitur dilucidatio. patet.n.fieri reſolutionem oĩum formarum ſubſtãtialium vſq; ad primam materiam ad ſenſum primę concluſionis,quia nulla remanet forma ſubſtantialis materiam perficiens vt principalis finis agentis atq; materiæ.Secundo patet non fieri reſolutionem ad ſenſum ſecundæ concluſionis, quia ſaltem remanet aliqua forma vt diſpoſitio vel propria, vel cõis. Tertio patet error Auic.& aliorum, voluerunt.n.remanere formam aliquam tanquam perficientem materiam propter ſe. Contra.n.hanc opinionem valent omnes rationes tactæ, & contra illos, & contra Auic. ꝙ ſi ipſi velint intelligere,veluti nos dilucidauimus, placet nobis eorum

poſitio,

poſitio, & non eſt contra peripateticos. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis atq; dilucidatis. Ad primam dico fieri reſolutionem eodem in momento, quia in momẽto corrupti eſſe eſt gñatum eſſe: eſt.n.primum non eſſe præcedentis, primum eſſe ſequentis, & hoc pacto non ſunt duo contraria in eodem: eſt.n.idem momentũ, quo altera deſinit, & altera incipit. Ad ſecundam facit pro dilucidatione: conceditur.n.remanere formam corporis, non tñ tanquã principaliter materiam perficiens, & hoc modo reſpondetur ad oẽs alias, oẽs.n.volunt aliquid remanere, quod conceſsimus in dilucidatione, verum diximus illud non remanere vt principaliter perficiens, ſed vt ad principaliter perficiens ordinatum. Hæc de tertia diſputatione.

Tex. eodem.

DISPVTATIO QVARTA
De reſolutione diſpoſitionm qualitatiuarum.

Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non fiat reſolutio ex parte diſpõnum qualitatiuarum. Arguitur primo, quia tũc aliquid corrũperetur, quod tñ à nullo corrũperetur. & deducitur, quia, cum ex aere gñetur aqua, corrũpitur humiditas aeris per iſtos & non corrũpitur ab aqua, cũ ei non contrarieť: nec ab aere, quia ei naturalis. nec poteſt fingi aliud quicquam, à quo corrũpi poſsit, igiť aliquid corrũperetur, quod à nullo corrũperetur. Secũdo in corruptione bouis apparet caliditas in cadauere, vt obſeruatio docet, & non gñatur ab interficiente, quia interficiens poteſt eſſe aqua, nec à forma cadaueris, qa illa potius trahit ſecum frigiditatem, cum frigiditas diſponat ad illam, igitur erit eadem, quæ & prius. In contrarium arguitur, quia ſi maneret, accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire, ꝙ quærere ſi in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpõnum qualitatiuarum, eſt quærere, ſi aliqua qualitatiua diſpõ, quæ fuit in corrupto, maneat eadem numero in gñato. Eſt autem qualitatiua diſpõ, qualitas diſponens ad corruptionẽ vnius & faciens ad gñationem alterius. Verbi cauſa, caliditas ignis facit ad gñationem ignis, & diſponit ad corruptionẽ aquæ. amplius qualitatiue diſpoſitiones in miſtis ſunt, quæ diſponunt pro formis miſtorũ, & faciunt ad corruptionem aliarum, latius tñ qõ intelligi poteſt de oĩbus accidentibus. nam accidentium, alia diſponũt ad vnius corruptionem, & ad alterius gñationem, vt ſunt qualitates primæ quatuor & ſecũdæ has proximæ ſequentes veluti cõplexiones, & miſtiones, & id genus, alia nec diſponunt, nec indiſponunt, ſed conſequuntur qualitates diſponentes, vt album, nigrum, & id genus. alia nec diſponunt nec indiſponunt, nec conſequuntur diſpõnes, vt figura, ſtigma, & cicatrix, & id genus, alia conſequuntur formam tm̃, vt ſciẽtiæ & habitus, poteſt igitur diſputatio fuſius moueri de omnibus accidentibus, quibuſuis talibus ſi, videlicet, remaneant eadem in generato, quæ præfuerunt in corrupto. Hæc de titulo diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

LOGICI vt Albertilla & Marſilius ſenſere eadem numero accidentia oĩa manere, quæ fuerunt in corrupto: modo illis non ſuccedat contrarium, fundantur ãt in vna ſuppoſitione, ꝙ, videlicet, immediatum ſubiectũ accidentium eſt prima materia, & probãt primo de caliditate, quia ita de alijs volunt intelligere, quia ſi caliditas non eſſet immediate in prima materia, vt in ſubiecto, tunc ipſa caliditas per ſe ageret ad corruptionẽ ſuæ cauſæ, ſine qua ipſa nõ poteſt permanere, quia caliditas per ſe agit ad corruptionem aquæ, & aqua eſt per ſe ſubiectiua cã eius, igitur caliditas agit per ſe ad corruptionem ſuæ cãæ. Secundo ꝑ idem ipſa caliditas ageret per ſe ad corruptionem ſui, quia ad corrup. agit per ſe ſuæ cauſæ: igitur ad corrup. ſui. Tertio caliditas æducitur de potentia materię aquæ: igiť eſt in materia aquæ, non .n. ex vno æducitur, & in alio eſſe debet. antecedẽs apparet: quia non vř ipſam poſſe æduci de potentia ipſius aquę, ſed materiæ formę aquæ. Quarto ſi caliditas toti aquæ inhæreret, tunc ipſa aqua remoto calefaciente non deberet iſtam caliditatem corrũpere: non.n.fieri põt vt idem ſit adæquate agens, & adæquate patiens: modo in hoc caſu tota eſſet agens, & tota paſſa. Tunc probant concluſionem. ſi diſponens facientes pro forma ſequenti corrumperentur, vel corrumperentur ad ſucceſſum contrarij, & ħ non: quia nullum vř contrariũ vel ad corruptionem ſubiecti, & hoc minime: quia per ſuppoſitionem oĩa talia ſubiectiue ſunt in prima materia. Secundo principaliter, ponatur ꝙ ex aqua generetur ignis, & diſpoſitiones, quæ diſponunt ad corruptionem aquæ, & faciũt ad generationem ignis ſint A B quæro vel A B diſpoſitiones in aduentu formę remanẽt, vel corrumpuntur. ſi remanent, hř propoſitum. ſi corrumpuntur. quæro e quo forma generanda æducitur, non.n.ab agente extrinſeco, agenș.n.extrinſecũ formã non æducit, niſi per qualitates, in materia inductas, igitur oportet illas qualitates remanere. Tertio principaliter dum ex aqua fit ignis, quęro de diſpoſitionibus corrũpentibus formam aquæ, vel ſunt illæ quæ formã ſequuntur ignis, vel quæ aquæ corruptioni præfuerũt, aut quæ in momento ſunt corruptionis, non ſunt illæ q̃ formam ignis ſequuntur, quia prius natura aqua corrũpitur q̃ ignis genereť & conſequenter q̃ inducanť qualitates conſequentes formam ignis, non quæ præfuerũt corruptioni aquæ, quia q̃ cito ſunt diſpõnes aquæ incõpoſsibiles, tam cito aqua non eſt, & hoc modo nõ potuerunt præeſſe corruptioni, igiť ſunt in corruptionis momento, & ita non corrũpuntur. Quarto oẽ qđ mutatum eſt, qñ primo mutatũ eſt: eſt in termino motus, vt dř.6.phyſi. ſed materia aquæ in inſtanti corruptionis formæ aquæ eſt mutata primo ad aliquam raritatem incõpoſſem formæ aquæ: eo quia antea nõ erat in materia iſte gradus raritatis, igiť in hoc inſtanti materia aquæ eſt ſub iſto raritatis gradu, & ſic non eſt facta reſolutio vſq; ad materiam primam. Quinto ſi diſpoſitiones illiuſmodi inſtanti gñationis ignis corrumpuntur aut corrũpuntur à gñante ignem, aut ab aliquo alio illis contrario, non ab aliquo contrario, quia nullum tale eſt, nec à gñante ignem, quia fruſtra illas induxiſſet. Sexto ſi fiat reſolutio vſq; ad materiam primam, tunc materia aut nullam formam reciperet, aut ſimul omnes

Poſitio logicorũ Albertillæ & Marſilij.

omnes.tenet argumentum, quia illo in inſtāti materia eſt indifferens. Septimo arguit Ioānes in lib.de aīa, quia hac poſitione ſtante motus finitus eſſet ſine termino motus:& ipſum moueri ſine mutatum eſſe. & deducit, ponamus.n.ꝙ in menſtruo debeat forma hoīs introduci, oportet ꝙ in toto tpe pcedenti inſtatis introductionis, ſanguis menſtruus diſponatur calefaciendo & exiccando,& ita in toto tpe pcedenti calefit & exiccatur,& in illo calefieri & exiccari non eſt aliquod calefactum eſſe, nec exiccatum eſſe: nec etiam in inſtanti introductionis, quia in illo inſtanti ponitur caliditas & ſiccitas acquiſita corrūpi. Octauo vel corrūpuntur per accidēs vel per ſe, non per accidens: quia vnumquodq; corrumpitur quatenus eſt corrūpi aptū: ſed illę ſunt per ſe corruptibiles, igitur non debent per accñs corrūpi, nec per ſe, quia nullum eſt contrarium, è quo corrumpi videntur. Nono vel corrūpunt in tpe: vel in inſtanti, non in tpe, quia nec ſequente, nec pcedente introductionem nouæ formæ, nec in inſtanti, quia oē corruptibile taliter corrūpitur, qualiter genitum eſt, ſed genitę fuerunt in tpe, igit non poſſunt corrūpi in inſtāti. Amplius nec in inſtanti, quia tunc duo contradictoria eſſent ſimul in ſubiecto eodem, quia oportet ſubiectum eſſe in vtroq; termino motus. Præterea omne corruptū eſſe præcedit mutatio ad corruptionē, ſiue ipſum corrumpi, ſed continuo ante hoc perficiebantur diſpoſitiones iſtæ, igitur non corrūpuntur in inſtanti. Ex his concludunt ꝙ oīa accidentia ſaltem ſymbola, hoc eſt, quæ cōiter poſſunt corrūpendo & generādo in eſſe, remanent eadē numero in vtroque. Expoſitor aūt voluit nullum accidens remanere in generato, quod præfuit in corrupto, ſiue ſit diſpoſitio qualitatiua, ſiue ſit diſpoſitio quantitatiua, ſiue quoduis accidens. Pro hac poſitione argui poteſt quia omnia alia à primis ſubſtantijs, aut ſunt in primis ſubſtantijs, aut prædicantur de primis, vnde in prædicamentis cōcludit, deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere. Sed deſtructa forma, deſtruitur prima ſubſtantia, igitur & omne accidens deſtruetur. Secundo accidentis eſſe eſt in eſſe: igitur eadē inhærentia non manente, non manebit idem accidens: ſed corrupta forma ſubſtantiali, non manet eadem inhærentia, igitur & accidēs corrūpetur. Tertio corrupto per ſe ſubiecto accidētis, corrūpitur accidēs, ſed ſubiectum per ſe accidentiū eſt ens in actu, ſiue cōpoſitum, vnde Ariſt. in primo de generatione ait materiam eſſe ſubiectum cæterarum trāſmutationū, quia eſt ſubiectum ſubiectorū, igitur materia eſt ſubiectum remotum. Sed hæc poſitio eſt valde difficilis, & primo quia contrario huius poſitionis aſtipulātur oēs ſenſus, tactus quidem, quia tactu deprehendimus idem tactile remanere, quod in viuente præfuerat, vt eadē cicatrix, eadem figura, eadem durities, eadē grauitas, & id genus, viſus vero, quia viſus cognoſcimus eodem numero remanere colores, idem poſſunt & alij ſenſus teſtari, ſi ſint aliqua per illos ſenſilia. Secūdo videt hæc poſitio contra Ariſt. 2. de generatione libro, nam ibi declarat aliquam generationem eſſe velocem, aliquam eſſe tardam, velociter enim ignis ex aere fit, quia habent ſymbolum hoc eſt cōionem, vtpote calidū cōe vtriſque, igitur manet idem numero calidum: vnde Auer. illius partis ait, cōuenientia elementa facilę tranſmutari inuicē, quia altera qualitatum tm̄ corrumpit, altera vero remanet eadē numero, modo vnum ꝙ plura facilius eſt tranſmutare. Tertio euidentiſsimis rationibus Auer. in lib.

Pō Tho.

Obiectio.

Cōm. 29.

de Subſtantia orbis ſaltem de dimēſionibus probauit illas eſſe materię coæternas,& in.2.phy.auſcul.ait priuationem quæ eſt propria primæ materiæ nunquā denudari à primis contrariis, quæ ſunt quatuor qualitates,& ſic nō poſſunt corrūpi. Multas rōnes alias multaſq; difficultates tetigimus in lib. de generatio. & corrupt. & in lib.de Subſtantia orbis,& ideo q cupit totum, videat totum. Hæc de poſitione Thomæ. Nonnulli, quorum videtur aliquando Ioannes Gādauenſis, poſuerunt accidentia in duplici dr̄ia, nā alia voluerūt eſſe cōia miſtis dūtaxat, vt albū, nigrū, dulce & id genus. Alia ſimplicibus & miſtis, vt calidum, frigidū,& id genus. Tūc dixerunt accidentia propria miſtis tm̄ nunꝙ poſſe remanere eadem numero in generato, quæ præfuerunt in corrupto. Probant autem, quia in corruptione corrumpitur ꝓportio, quæ erat fundamentū accñtium taliū, igit deſinūt talia accñtia, accñtia vero cōia miſtis & ſimplicibus adhuc diſtinguūt, qa alia ſunt quibus cōpetit cōtrarium, vt ſunt primæ qualitates, alia ſunt ſimpliciter abſoluta à contrario, vt dimenſiones, ideo dicunt accñtia ſimpl'r abſoluta à cōtrario ſemper remanere eadem numero in generato, quæ præfuerunt in corrupto, immo eſſe materiæ coæterna, eo quia carent ſimpliciter contrario, accidentia vero, quibus contrariū cōpetit, dicunt tādiu manere eadem numero ꝙdiu non ſuccedit contrarium in genito ipſo. Sed hæc poſitio non reſpondet ad propoſitum. nos.n.quærimus de diſpoſitionibus inductis per agens, ſi remanent eadem numero in aduentu formæ, vel ſi corrūpantur,& non quærimus ſi aliqd accidens maneat idem numero in generato, quod præfuit in corrupto. Secundo videt mirum ꝙ non maneat eadem albedo, ſi manent eadem elementa numero, nā albedo ſequitur miſturam, nō quidē punctalē, ſed latā, & quia manet eadem miſtura ſm aliquā latitudinē, igit videtur manere eadem ſecunda qualitas illam miſturā conſequens. Hæc pauca de poſitionibus.

Cōm. 15.

3. pō quæ videtur Ioan.

Obiectio.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione debes primo ſcire, ꝙ aliud eſt quærere ſi fiat reſolutio ex parte diſpoſitionū,& aliud ſi maneant eadem accidentia. dū.n.quærimus ſi maneāt eædem diſpoſitiones, volumus intelligere de illis, quæ diſponunt ad formam generandam, ſiue ſint qualitatiue, ſiue quantitatiue: amplius ſiue ſint de nouo inductę ab agente nunc generante, ſiue præfuerūt, ſiue coæternæ ſint, ſolum.n.quærimus ſi diſpoſitiones, quæ faciūt pro generatione formæ ęqui ſiue qualitatiue, ſiue quātitatiue, maneant in aduentu illius formæ. Secundo debes ſcire, ꝙ diſpoſitiones tales ſiue ſint qualitatiue, ſiue quantitatiue pn̄t dici pręcedere formā equi, & poſſunt dici ſequi, quatenus quidem terminatę ſunt ad certum gradum, atque extenſionem, vt ſic ſequūtur, quia cauſa terminationis eſt ipſa forma inducta, quatenus vero interminatę ſunt, continuoq; tendentes ad terminum, vt ſic præcedunt,& diſponunt, vnde primum inſtās geniti eſſe eſt primum inſtans terminati eſſe illarum, licet in tali inſtanti ſit ordo quidam naturæ & rōnis, vt dictū eſt, quo concipimus formā eſſe pręinductā tanꝙ illius termini cauſam. Ex his dici pōt, ꝙ ſi conſiderentur diſpoſitiones tales quatenus terminatę, vt ſic non manēt eædem, quia ſub alio termino ſtabant cum forma rei corrumpendæ,& ſub alio cum forma rei genitę, & ſic euariatis illarum terminis non poſſunt dici manere eædem numero actu, & vt terminatę, ſin autem conſiderētur quatenus interminatę atque in potentia: vt ſic manent

nent eædem numero in potentia, quia ſubiectũ illarum vt ſic non eſt niſi prima materia ſimpliciter, vel ſecunda materia vt eſt ſub aliqua forma cõi & potentiali. Sed occurres quid nam ſit terminus diſpoſitionum: dici põt ꝙ diſpõ eſt duplex qualitatiua & quantitatiua, modo terminus debetur alicui ea rõne, qua ſibi debetur motus, competit aũt qualitatibus motus pænes intenſum & remiſſum, quatenus.n. qualitas variabilis eſt per intẽſum & remiſſum, vt ſic ſibi debetur terminus, quantitas vero variatur pænes extenſum, & minus amplum.

Dubiũ de termino diſpõnum et ſolutionum.

Ex his ſequitur terminum quantatiuarum diſpõnum eſſe certum gradum intenſionis, videlicet, illum quem requirit forma pro ſui eſſe in materia, vel qua formam conſequitur vt eſt in materia, vel certum gradum remiſſionis, terminum aũt quantitatiuarum diſpõnum eſſe certum gradum extenſionis, quem, videlicet, requirit forma inducta, igitur diſpoſitio in terminata eſt vt conſideratur ſine certo dato gradu intenſionis vel extẽſionis, terminata vero eſt ſub certo dato gradu, & ſic patet terminus quid nam ſit. Sed adhuc occurres fortiſſime, oẽ quod eſt in genere, eſt differentia propria terminatum, ſed diſpões ſunt per ſe in genere, igitur eſſentialiter terminate, & ſic non poſſunt conſiderari niſi vt terminate. Põt dici ꝙ duplex eſt terminus aliud eſſentialis, quo quidem aliquid in gñe cõſtituitur, & hoc modo differentia rei eſt illius terminus. aliud accñtalis, quo res ipſa denominatur, & ſic dico ꝙ diſpões oẽs ſunt eſſentialiter terminate, quia oẽs ſunt per ſe in gñe. poſſunt aũt dici terminate vel interminate accidentalr, & de tali accideutali termino loquuntur phi oẽs, & Auer. in lib de Subſtantia orbis. Hæc de dilucidatione.

Replica.

Solutio.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His dilucidatis facile eſt ſoluere rões. Quia illæ, quæ primo capite ponuntur, faciunt pro nobis, verum quia ſunt contra Expoſitorem, cuius auctoritas nõ parua eſt, ſoluo illas. Ad primam dico ꝙ humiditas corrumpitur, non quidem ab aqua, ſed ad corruptionem ſubiecti, quod erat aer vel eius forma, vt dicitur in lib. de longitudine, & breuitate vitæ, accñs.n. bifariam eſt corruptibile vel ad corruptionem ſubiecti, vel à contrario, addunt & tertio vel defectu conſeruantis vt lumen. Ad ſecũdam dico ꝙ generari põt caliditas illa bouis ab aqua, non quidem per ſe, ſed ſaltem per accidens quatenus generat formam cadaueris, dans.n. formam dat oĩa conſequentia naturaliter illam formam. Ad rões vero ſorticolarum facile reſpondetur defendendo Expoſitorem. Ad primam dico ꝙ duplex eſt ſubm caliditatis, videlicet, naturale, & violentũ, aqua quidẽ ſubiectum eſt caliditatis violentum, ignis vero naturale, mõ non habeo pro impoſsibili aliquid agere ad corruptionem ſui ſubiecti violenti, modo intendat generare ſuũ ſubm naturale. Ad ſecundam nego conſequentiam, non.n. omne quod educitur de potentia materiæ eſt in materia, niſi qñ per ſe vt terminus vltimus educeretur, at quia inducitur per accidens, vt diſpões ad vlteriorẽ terminum põt de potentia materię educi, & eſſe incompoſito. Ad tertiam non habeo pro impoſſi caliditatem agere ad corruptionem ſui per accidens, quatenus agit ad corruptionem ſui ſubiecti violẽti. Ad quartam nego conſequentiam, quia aqua nõ eſt naturale ſubm caliditatis, ſed violentum, & propterea reducit ſe, & ſic patet ſolo ad primum principale. Ad ſcđam vero dico q AB diſpõ corrumpitur in aduentu formæ, & dico ꝙ forma generanda inducitur ab illis diſpõnibus, quę fuerũt ſemper vſque ad primum inſtans eſſe talis formæ. nam tale primum inſtans talis formæ, eſt primum non eſſe illarum diſpoſitionum, non.n. requiritur prædicantia agẽtis in primo inſtanti eſſe formæ: ſufficit enim ꝙ agens fuerit vſq; ad illud, ad hunc ſenſum ꝙ in illo non fuerit, & in quolibet inſtanti antea fuerit. Ad tertiam dico ꝙ diſpoſitiones aquã corrũpẽtes ſunt illæ, quæ prę fuerunt ad hunc ſenſum ꝙ in hoc inſtãti eſſe formæ nõ ſint, & antea fuerint. & cum dr̃ nunquã ante hoc fuerũt formæ incõpoſes, concedo, immo continue cõpoſes, ſed primũ inſtans incõpoſsibilitatis, & primũ eſſe formæ ignis, & primum non eſſe illarũ idem eſt. Ad quartum diſtinguo maiorem, quia mutari primo ad aliquid põt eſſe per ſe, & per accidens, tunc dico ꝙ materia nõ mutatur primo ad aliquẽ raritatis gradum formæ incõpoſem, ſed per accidens: & ſic non oportet aliqñ eſſe in illo gradu, ſed quia mutatur ꝑ ſe ad formã generati, ideo aliqñ eſt in illa. Ad quintam dico ꝙ corrũpuntur à defectu ſubiecti, erãt.n. illæ in corrũpẽda re vt in ſubiecto: & ꝑꝑ illa corrupta, corrũpũtur diſpoſitiones, nec ꝑꝑ hoc fruſtra inducte erant, quia fuerunt diſpoſitiones non quidem pro eſſe, ſed pro fieri. Ad ſextam nego conſequentiam, quia non eſt credendũ diſpões prius tpe corrumpi: & deinde formã generari: ſed ſimul & ſemel eſt primum inſtans eſſe formæ: & primũ non eſſe diſpoſitionum. Ad ſeptimam dico ꝙ terminus illius eſt extrinſecus, videlicet, forma genita, non aũt terminus intrinſecus: nec habeo pro impoſe motũ aliquẽ eſſe ſine termino, modo finiat̃ termino extrinſeco. Ad octauam dico ꝙ corrũpuntur per accidens, & cõcedo illas eſſe aptas corrũpi per ſe & per accidẽs: vt dicitur in lib. de longitudine & breuitate vitę: ſubſtantia vero tm̃ per ſe eſt apta corrũpi. Ad nonã dico ꝙ corrũpunt̃ in inſtanti, quia in illis ſimul eſt corrũpi & corruptum eſſe: & cõcedo ꝙ ſunt corruptibiles in tpe: & in inſtanti: in tpe quidem, qñ per ſe corrũperent̃: in inſtanti vero qñ per accidens ad alterius corruptionem. Amplius nego duo contradictoria eſſe ſimul: quia vnum eſt inſtans primum eſſendi formæ genitæ: & non eſſe diſpoſitionum. Præterea concedo oẽ corruptum eſſe præcedere mutationem ad corruptionem: quãdo per ſe illud corrũperetur: aliquando corrũpitur ꝑ accidẽs: nõ oportet præcedere, & ſic rões ſorticolarum nullæ ſunt contra Expoſitorẽ. Rationes vero Expoſitoris minime cogũt. Ad primã dico ꝙ deſtructa forma deſtruitur accidens vt terminatum ꝑꝑ illam formam, ſed vt interminatum non oportet deſtrui: quia vt ſic nõ formam, ſed materiam conſequitur. Ad ſecundam dico, ꝙ licet non maneat eadem inhærentia accidentis vt terminatũ eſt: manet eadem vt interminatum. Ad tertiã patet ſolo: per ſe.n. ſubiectũ accidẽtis vt terminati eſt ens in actu, vt interminati eſt ens in potentia cõis rei generãdæ & corrumpendæ. Hęc de quarta diſputatione.

Palã aũt & quia ſi ſint aliqualiter numeri ſubæ, ſic ſunt, & non ſunt, vt quidã dicunt vnitatũ multitudo &c. t. c. 10.

DISPVTATIO QVINTA
De intenſione & remiſsione formarum.

Num aliquæ formæ poſsint intendi & remitti.

Capvt dvbitationvm primvm.

Quod aliquæ formæ intendantur remittãturúe. Arguitur primo, quia aliquę formæ ſunt motus alterationis termini, igitur ſunt intenſibiles

les.Secundo per aliquas formas aliquid magis aliquid minus denoĩatur:igitur nonnullæ formæ ſunt intẽſibiles,atque remiſsibiles.añs patet quia ẽm calorem aliqd dicitur magis vel minus calidũ. Tertio forma vt qualitas dicitur ſeipſa ꝑfectior aliqñ:& aliqñ imperfectior, igitur intenſibilis atq; remiſsibilis. Quarto in prædicamẽtis dr̃ ꝙ aliqua qualitas ſuſcipit magis & minus,igitur eſt intẽſibilis & remiſsibilis. Quinto ſi nulla forma eſſet intenſibilis vel remiſsibilis, tũc nullum agens poſſet eſſe in eadẽ ſpecie altero actiuius vel minus actiuũ. deducitur,quia non dr̃ agens actiuius, niſi qñ formam inducit in materia gradualiter ꝑfectiorẽ. Pro parte oppoſita multifariã argui ſolet primo per Ariſtote.in textu:qui ait formas rerum eſſe ſicut numeros, quare veluti numerus non ſuſcipit magis & minns ſic nec forma aliqua. Secundo ſi forma intenderetur vel remitteret, tunc vna forma diceretur magis vel minus, quare albedo ipſa diceret magis albedo vel minus albedo, quod eſt impoſ'e. Tertio forma eſt ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens,igitur nõ eſt intenſibilis vel remiſsibilis. Quarto ſi aliqua forma eſſet intenſibilis & remiſsibilis,ſit illa gratia argumẽti caliditas,modo probo ꝙ caliditas non põt intendi vel remitti. Primò quia ſi poſſet intendi vel remitti tunc in infinitum Niphus poſſet eſſe calidior Platone. deducitur, & ponatur ꝙ Niphus & Plato ſint æqualiter calidi, & Niphus maneat per horam vel duas ſub eodẽ præciſe gradu caliditatis, & in eodem tpe caliditas Platonis continue remittatur, ita vt in fine hore Platonis caliditas ad vſque nõ gradum remiſſa ſit. Tunc arguo, in duplo Niphus erit calidior Platone,tũc qñ caliditas Platonis erit in duplo remiſſior caliditate Niphi,& ĩ triplo Niphus erit calidior Platone,tũc cũ Platonis caliditas erit in triplo remiſsior caliditate Niphi,& ſic in infinitum, igitur in infinitum Niphus erit calidior Platone. Quare cũ hoc ſit impoſ'e:caliditas nõ põt remitti,& ita nulla forma poterit remitti vel intendi. Secundo ſi poſſet caliditas intendi vel remitti, infinitam caliditatẽ habebit Niphus. ꝓbatur ponendo ꝙ continue intendatur caliditas Niphi. per aliquod tempus excluſiue terminatum ad A inſtans tpis ſequentis quod quidem inſtãs ſit terminus excluſiuus temporis menſurantis intẽſionẽ caliditatis Niphi, & ponatur cum hoc ꝙ illud inſtans ſit primum non eſſe Niphi,ita vt Niphus cõtinue ante illud ſit, & in illo primo non ſit,caſus eſt imaginarius,tũc arguo quacũque caliditate data quam Niphus habet, adhuc maiorem habebit,igitur infinitã habebit Niphus caliditatẽ. cõſequentia patet.& probaẽ añs,quia nulla caliditas quam habet Niphus eſt maxima inter caliditates quas habet, qm̃ ſi qua eſſet maxima,vel eſſet illa quã habebit in A hoc eſt in primo inſtanti ſui non eſſe, vel in aliquo inſtanti citra A, vtpote in B non in A quia tunc primo non eſt,non in B quia inter quæcunque duo inſtantia mediat tẽpus: igiẽ inter A & B eſt tẽpus, & cõtinuo caliditas Niphi intẽdebaẽ in toto tpe,igitur caliditas in B nõ eſt maxima, igitur inter eas caliditates quas habet Niphus,nulla eſt maxima,igitur infinitam habebit Niphus. Quinto principaliter argui ſolet ſi aliqua forma intẽdiẽ:ſit pars præexiſtens A adueniens ſit B aggregatum vero ex vtraque ſit C tunc arguo non augetur A quia non fit maior, nec B quia non præfuit, nec C. nam quid augetur, ſiue intenditur, oportet idem numero præfuiſſe primo de generatione. Sexto ſi aliqua forma eſſet intenſibilis,tũc formæ eſſet aliqua latitudo,ſed nulla poteſt formæ eſſe latitudo,quia tunc oĩs forma eſſet quanta, oĩs.n.latitudo quantitas eſt,& formæ vt forma nulla eſt quantitas, quare quæſtio eſt pro vtraq; ſui parte dubia.

Com. 31.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quales fõnes calculatoria.

ANTEQVAM ad titulum veniamus debes ſcire, ꝙ de intenſione atque remiſsione formarum multæ acutæ atque ſubtiles ſolent moueri difficultates, qua rõne libri plurimi de illis ſcribunẽ, qui ob illorum,quæ in illis ſcribuntur,laborem, vidẽtur quaſi ſeparati à iure philoſophiæ,vendicantes ſibi nomen propriũ. Apud autẽ veteres difficultates eiuſmodi non erant depræhenſe, immo quaſi primus fuit Zeno cleates, qui res haſce cœpit balbutire,poſtea diligentius Ariſt. nonnulla principia in.6. & 7.libris phyſicæ auſcul.tradidit, è qbus poſteriores multa deduxerunt,quæ non ſunt ſilentio prætereunda, propterea quædam mouebimus nõ recedendo ab illis,quæ in libris phyſicæ auſcult.ſcripſimus, ſed vel dilucidando,vel locupletãdo illa. Pro tituli igiẽ præſentis diſputationis declaratione,& cæterorum quæ dicturi ſumus. Oportet declarare multa, & primo quid gradus,& quid non gradus ſit. Secundo quid latitudo formæ,& cuius formæ ſit aſsignabilis latitudo, & cuius non. Secundo quot ſint latitudinis ſpẽs. Pro declaratione igitur horum debes ſcire, ꝙ alicuius formæ partes poſſunt eſſe duplices,quia aut graduales,aut quãtitatiuæ:graduales partes ſunt ẽm quas forma dicitur maior vel minor in eadem parte ſubiecti, quãtitatiue vero ſecundum quas dicitur maior vel minor ſecũdum diuerſas partes ſubiecti, vtpote ad extenſionem ſubiecti. Igitur de gradu formæ aliter loqui poſſumus ẽm imaginationem aſtrologi, aliter ẽm imagina.medici, aliter etiam ẽm imagina.phyſici.aliter ẽm imaginationẽ mathematici ſiue calculatoris,qui phyſicus eſt mathematicus. Aſtrologus gradum appellat.360.cuiuſque circuli partem,eſtq; tm̃ zodiaci ſpatium,quãtum ſol cõi curſu vno die naturali peragrare põt. Medicus appellat gradum medicinæ tãtam calidi,vel frigidi,vel humidi, vel ſicci qualitatẽ,quãta ſenſibiliter põt alterare tactũ temperati medici. Phyſicus vero gradum non vna rõne.d. vult.n.gradum eſſe minimum formæ, verum minimũ eſt duplex,vel reſpectu ſubiecti, vel reſpectu formæ,dicitur minimũ ſubiecti minimũ extẽſionis, minimũ formę dr̃ minimũ intẽſionis. Sed pro huius rei imaginatione oportet imaginari eſſe dabile minimũ agẽs,qđ diciẽ minimũ agẽs illud,qđ minima vel proportione, vel exceſſu ſuperat paſſum, tũc phyſicus gradũ extẽſionis vel minimũ extẽſionis appellat tm̃ ſubiecti vl' paſsi quantũ minimũ agẽs ſubitaria actione põt qualificare:& hoc ſi tale agens ageret ſubito,qđ addo, propterea quia hoc non eſt ẽm oẽs opiniones. Minimum vero intenſionis, vel gradum appellaret qualitatem tãtam quantam minimum agẽs vnica & ſubitaria actione in paſſo põt inducere,vel gradus eſt tanta forma,quanta non minorẽ agens poteſt in ſubiecto inducere. Ex quo ſequitur ꝙ aliquod agens, ſi actio fieret ſubito poſſet agere vni actione plus quam vnum gradum. probatur,quia ſi eſſet duplum ad minimum, ageret vnica actione duos gradus,& ſi triplum:ageret vnica actione tres,& ſimiliter ſi aliter, verum quia ſecundũ plures naturales agens naturale agit non ſubito, ſed paulatine, iure ab infinita parua parte agere incipit. Tamen gradus dicitur tanta qualitas quantam minimum agens induceret vel qua non minorem ageret ſi ſubito ageret, ad quam cũ agẽs quod ſucceſsiue agit,deuenit vnum gradum induxiſſe dicetur.

De gradu.

Quid gradus Aſtronomicus.

Quid gradus Medici.

Quid gradus Phyſic.

Excerptum.

Alia declaratio phyſica.

dicetur. Nonnulli vero dixerunt & nos quandoq; gradum eſſe tantam qualitatem quantam qualificans vnica actione poteſt inducere ſi illud ageret ſubito, & hoc ſiue illud ſit minimum agẽs ſiue non. Et tunc iuxta hãc poſitionem oportet concedere aliquẽ eſſe gradum reſpectu vnius agentis, quod eſt dimidium gradus reſpectu alterius agentis fortioris. Præterea oportet concedere aliquam latitudinẽ eſſe vt octo reſpectu A agentis, quæ non erit vt octo, ſed vt quatuor reſpectu B agẽtis in duplo potentioris, vel dicas hoc non ſequi neceſſario, quia vt diximus apertiſsime in.6.phy. agens dicit̃ fortius, quia in minori tpe poteſt plura minima producere, non aũt propterea quia plus minimo poteſt vnica actione producere, & hoc dicemus poſtea, nunc ſat ſit loqui vt plures. Quare tanta qualitas, vel tm̃ ſubiecti, quantam vel quãtum pōt agẽs agere ſi ſubito ageret, vocatur gradus intenſionis vel extenſionis.

Quid gradus calculatoris.

Quid gradus vero ſit apud calculatorem, non vna rõne accipit̃, vocat.n.calculator nõnunquam gradum oẽm formam gradualem: qua rõne etiam qualitas intenſa vt octo dicetur gradus, nonnunquam partem intenſiuam formę, & hac rõne gradus dici non pōt latitudo completa, cũ illa nullius ſit pars, ſed ſolum illa. quæ alicuius formæ eſt pars, interdum gradus accipit̃ pro indiuiſibili formę, vt n.in linea puncta, & in tpe momenta, nã vt nec linea ex punctis, nec tempus ex momentis, ſic nec forma ex gradibus conficitur. Sed veluti momenta terminant & copulãt partes temporis & pũcta partes lineæ, ſic gradus copulant & terminant partes qualitatum, & ppea nullus gradus per ſe eſt altero intenſior, vel remiſsior, ſed ſolum rõne latitudinis, quam terminat, dicitur.n.gradus vt octo intenſior gradu vt ſeptem, non quia partes plures intenſiuas habet, eſt.n.ſimpliciter indiuiſibilis, ſed quia intenſionem latitudinem terminat. Quare gradus formæ erit ſm hunc modum indiuiſibile formæ, huius calculatoris imaginatio eſt quod forma intenſibilis ſit quædam quãtitas perfectionalis, veluti corpus quantitas dimenſiua, qua rõne vt corpus diuidi poteſt in partes potentiales diuiſione infinita, & in actuales diuiſione finita, ſic forma intenſibilis, quæ eſt quantitas pfectionalis, diuidi poteſt in partes actuales, quarũ quælibet eſt minimũ illius potens per ſe exiſtere, & potentialis, quarum nulla poteſt per ſe exiſtere, gradus igitur erunt partes actuales formæ: atq; minima formæ puncta quæ tales partes terminant, vel copulant, dñr gradus punctuales, partes potentiales dicuntur partes graduales, & nonnunquam gradus improprie. Hactenus de gradu.

De nõ gradu.

De nõ gradu vero diſtingui poſſet vt de gradu, quoniam aſtronomice, medice, phyſice, & calculatorie loqui poſſumus, ſed quia totum hoc ex ſuo contrario intelligitur, hac rõne loquamur de non gradu apud vſum calculatorum. Non gradus igitur vno modo accipitur negatiue, & ſic oẽ ens mundi, modo non ſit gradus: eſt non gradus: vt lapis eſt non gradus caliditatis, Deus, & id genus. alio modo accipitur non gradus priuatiue, & ſic oẽ contrarium, in quo eſt ſimpliciter priuatio ſui contrarij, eſt non gradus illius: verbi cã non gradus caliditatis eſt frigiditas, in qua eſt ſimpliciter priuatio caliditatis, & hoc modo nõ gradus formæ eſt nihil illius formæ, & ſic formam deduci in non gradum eſt ipſam deduci in nihil illius. alio modo ſumitur non gradus poſitiue, & hoc pacto infinita parua pars formæ eſt non gradus illius, vt infinita parua pars caliditatis eſt nõ gradus caliditatis, qm̃ gradus erat pars actualis formæ ſiue minimum formæ, igitur pars potentialis ſiue infinita parua pars dici poteſt non gradus, & ſic pars gradualis eſt non gradus, iuxta quem ſenſum latitudinem terminari ad non gradum dicunt, quæ quouis gradu dato ad infinitum remiſsiorem terminat̃, incipere vero à non gradu, quia quocunq; gradu dato ab infinito remiſsiori incipit. itẽ dici pōt nõ gradus punctus formæ, e quo incipit formæ latitudo, vt dictum eſt de punctis in corpore. hactenus de non gradu.

Quæ ſit forma gradualis.

Nunc quæ ſit forma gradualis declaretur. Et facile ex his patere pōt, nã gradualis forma apud calculatores dicet̃, cuius plures partes ſunt adæquate in eodem ſubiecto ſm eandẽ partem. qua rõne facile patet quid ſit forma non gradualis, igitur gradualis forma erit, quę gradibus conficit̃: non gradualis, quæ nullis conſtat gradibus, hactenus de graduali forma.

Quid latitudo.

Et de latitudine tranſigamus, & dicimus multum differre eſſe latitudinem, & intelligi latitudinem: & ideo primo videamus quid ſit latitudo. Secundo quo nam pacto intelligenda ſit latitudo formæ.

Opinio Nicolai ...borenſis de latitudine.

De latitudine igit̃ formæ non eadem rõne oẽs loquuntur. Auctor latitudinũ in ſuo de latitudinibus codicillo voluit latitudinẽ formæ eſſe gradualem formæ exceſſum, intẽſionem formæ, ſiue formam ipſam intenſam. nec aliter probatur res hæc, niſi vſu eorum, qui in hac materia loquuntur.

Dubitões.

Sed hæc poſitio eſt dubia, qm̃ ſi latitudo formæ nihil aliud eſt ꝙ formæ ipſius intenſio, tũc cuiuſlibet formæ gradualis eſſet aſsignanda latitudo, & ſic habitus eſſet aſsignabilis latitudo, qui eſt forma intenſibilis, quod ipſe negat. Secundo ſi ſola intenſio formæ ſit latitudo, cũ forma poſsit dici intenſa, cuius partes plures ſunt in eodem puncto ſubiecti, tũc latitudo formæ poſſet intelligi ſi forma eſſet in eodẽ ſubiecti puncto, & ſic poſſet eſſe non cointellecta extenſione. Tertio ſi ſola intenſio formæ eſſet latitudo, tunc aut oĩs latitudo eſſet vniformis: aut nulla latitudo eſſet vniformis, vel difformis, probatur quia intenſio formæ vt intenſio formæ poteſt ſaluari in eodem pũcto ſubiecti, vbi eſſe non poſſet latitudo aliter quã vniformis, vel ſaltem nulla talis, hæc ſunt quæ poſitionem illam reddunt ambiguam.

Pō Burlei.

Alij dixerunt latitudinem formæ eſſe corpus naturale triangulum, vel quadrangulum, cuius quælibet pars quantitatiua eſt qualitate graduali qualis. probant, qm̃ oĩs latitudo agit vel patitur, & nihil agit vel patitur niſi corpus naturale, igitur latitudo eſt corpus naturale. Secundo, forma vt forma nõ intenditur, igitur vel nihil intenditur, vel naturale corpus per formam dicetur intendi, at latitudo eſt id quod dicitur intendi, igitur latitudo eſt corpus naturale, quatenus participatione formæ intendit̃.

Dubitões.

Sed poſitio eſt ambigua. Primo, quia eſt contra vſum calculatorũ, & mathema. non.n.pōt ſupficies corpus eſſe, at latitudo ſuperficies eſt quædam, igitur nec latitudo eſſe pōt corpus. Præterea forma dicitur intendi & non corpus, igitur forma eſt intenſio, & non corpus, dicitur etiam formæ intenſio & non corporis, igitur latitudo eſt formæ, & nõ corporis. demum dubia eſt, quia nondum patet ſi corpus vel forma dicatur intendi: res.n.hæc expoſcit propriam diſpu.

Dilucidatio.

Propter hæc dicendum latitudinem nõ vna ratione eſſe dicẽdam. Mathematicus.n.latitudinem vult eſſe ſuperficiem, quæ fluens cauſat corpus. dicta quidẽ latitudo ſi tribus vel quatuor lineis clauditur. Naturalis latitudinem formæ vult eſſe corpus naturale, cuius quælibet pars quantitatiua eſt forma graduali qualis. Naturalis.n.phs corpora naturalia per ſe conſiderat &

omnia

omnia vt ratione corporis participant, & hoc ſi forma ipſa ſit intenſibilis, ſiue corpus naturalem per ipſam. Calculator vero latitudinem formæ vult eſſe intenſionem,(ſed non cuiuſq; formæ,ipſius.n.habitus non eſt latitudo,ſed formæ extenſæ ad extenſionẽ ſubiecti,quare intenſio formæ extẽſæ vel extẽſibilis eſt latitudo,formæ.quid igitur ſit latitudo formæ, perſpicuũ. Sed quonam modo ſit intelligenda formæ latitudo, dicamus, & debes ſcire ꝙ in omni latitudine ſunt aſsignãdæ duæ lineæ:cum.n.latitudo ſit intenſio formæ extenſe,oportet in omni latitudine intelligi intenſionem, & extenſionem,quare oportet dare proprie in illa duas lineas: extenſionis,& intenſionis.linea extẽſionis eſt linea longitudinis,linea intenſionis eſt linea altitudinis. verbi cauſa in figura ſiue latitudine A B C:lõgitudo per B C ſignatur,altitudo ſiue latitudo per A B in figura vero A B C D,longitudo ſignatur per C D,altitudo ſiue latitudo ꝑ A C.igitur longitudo ſemper eſt aſsignanda ꝑ lõgiorem lineam,latitudo ſiue altitudo per breuiorem. Ex his ſequitur ꝙ latitudini vt ſeruit formis intenſibilibus & remiſsibilibus,ſolum duæ lineę ſunt neceſſariæ, videlicet, linea longitudinis & linea altitudinis, probaẽ quia cuiuſlibet formæ latitudo eſt intenſio cointellecta extenſione formæ.Sed extenſio repræſentaẽ per lineã longitudinis intenſio per lineam altitudinis,ſiue latitudinis, igitur duę tantũ lineæ ſunt neceſſariæ, tertia linea, vel quarta imꝑtinenter additur, vel ad deſignandũ ſimul intenſionem & extenſionem formæ, vel ad deſignandã formæ finitatẽ. Tũc per hæc facile patet:cuius natura formæ ſit latitudo:non.n.eſt formæ vt formæ, qm̃ non oĩs forma eſt intẽſibilis,nec eſt formæ gradualis vt forma gradualis,qm̃ nõ eſt ipſius habitus, nec formarum gradualium inextenſarum, igitur eſt formæ gradualis extenſe,dicitur gradualis,quia aĩæ equi licet ſit extenſa, non eſt latitudo, qm̃ non eſt gradualis, dr̃ extenſe, qm̃ formæ gradualis inextenſe non eſt latitudo. Ex his ſequitur ꝙ cum forma poſsit dici extẽſa ratione ſubiecti, & ratione tp̃is per qd̃ partibiliter acquiritur, ideò latitudo ſumi põt pœnes ſubiectũ tm̃, vel pœnes tẽpus tm̃, vel pœnes vtrũq;,forma diciẽ extẽſa pœnes tp̃s tm̃,quæ ſolum diuidiẽ diuiſione tp̃is, vt motus, diciẽ forma extenſa pœnes ſubiectũ tm̃,quæ ſubito acquiriẽ,ſed ꝑ totum ſubiectũ, vt forma minimi calidi, dr̃ forma extenſa pœnes vtrunque,quæ diuiſione ſubiecti extenditur, & ſucceſsiue acquiritur. Et de latitudinis diuiſionibus nunc agamus,latitudo igitur formæ prima diuiſione diuiditur,qm̃ alia eſt vniformis, alia difformis: & difformis,iterũ ſubdiuiditur, qm̃ vel vniformiter difformis: vel difformiter difformis:& difformiter difformis,rurſus ſubdiuidiẽ: qm̃ alia eſt difformiter difformiter difformis,alia vniformiter difformiter difformis: latitudo vniformis eſt qualitas,quæ eſt eiuſdem gradus per totũ, difformis autem qualitas eſt quæ non eſt eiuſdem gradus per totum. Ex hoc ſequitur omnem latitudinem eſſe aut vniformem, aut difformem: probo quia inter eſſe eiuſdem gradus per totum,& nõ eſſe eiuſdem gradus per totum non daẽ medium, cũ ſint cõtradictoria, latitudo autem difformiter difformis, eſt latitudo difformis,cuius graduum exceſſus non eſt æqualis, vt A B.cuius gradus ita ſunt inæquales, vt exceſſus etiam ſint inæquales, vniformiter vero difformis cuius graduum exceſſus eſt æqualis, vt C D, nam per quantum ſecũdus gradus excedit primum,per tm̃ tertius ſecundũ,& quartus tertium, & quintus quartũ. Sed occurres primo ſicut difformis latitudo eſt duplex vniformiter difformis,& difformiter difformis,cur etiam vniformis non eſt duplex vniformiter vniformis, & difformiter vniformis.Secundo latitudo E F eſt latitudo difformis, vt patet:& tamen non eſt vniformiter difformis, nec difformiter difformis, quod quidem non ſit difformiter difformis,patet,quia inter exceſſus graduũ eſt regula, quod vero non ſit vniformiter difformis, etiam patet, quia inter gradus non ſeruatur æqualitas exceſſuũ, nã quatuor duo excedunt per duo,& duo vnum per vnũ, & in cæteris ſimiliter.Ad primam dico ꝙ latitudo vniformis nõ põt eſſe niſi vna,quia vniformiter vniformis idem eſt quod vniformis: nihil.n. vniformæ addit ad vniformæ,ſicut nec æqualitas ſupra æqualitatẽ, difformiter vero vniformis ſi qua eſt, idem eſt quod latitudo vniformiter difformis,noĩa.n.tranſpoſita idem ſignificant.Quare omnis latitudo vel eſt vniformis,vel difformis,& difformis,vel vniformiter difformis, vel difformiter difformis.Per idem ad ſecũdum dico, ꝙ latitudo E F eſt vniformiter difformis arithmetice, eſt.n.latitudo vniformiter difformis duplex: arithmetice per vniformem proportionum æqualitatem, & geometrice ꝑ vniformem exceſſum ſimilitudinem.Difformiter vero difformiter difformis eſt illa cuius & gradus per totum non ſunt æquales, nec exceſſus, vel proportio æqualis, nec variatio exceſſum, vel proportionum æqualis. vt A B.cum enim gradus ſint inæquales, & exceſſus inęquales ad nullam reduci poſſunt regulam:ideo latitudo dicitur difformiter difformiter difformis, vniformiter vero difformiter difformis eſt,cuius gradus nõ ſunt ęquales,nec exceſſus æqualis,ſed exceſſus exceſſuum æqualis:vt C D,eſt enim inter gradus aliqua regula, qa inter primum & tertium & quintum eſt ſimilitudo qualis inter ſecundum quartum & ſextum. Quoties igitur gradus ſunt inæquales inæqualiter inæquales, latitudo eſt difformiter difformiter difformis, quoties vero ęqualiter inæqualiter inæquales, eſt vniformiter difformiter difformis.Sed occurres quales latitudines ſint E F, & G H.dici põt ꝙ ambæ vniformiter difformiter difformes diſcõtinuę,qm̃ nõ eſt vniformis regula partiũ,nõ tñ eodẽ mõ, quia E F eſt vniformiter difformiter difformis geometrice,cum ſint oẽs pares exceſſu ſimiles, & oẽs impares ſimiliter. G H aũt arithmetice, qm̃ oẽs impares ſimiles proportione. & oẽs pares ſimiliter, diſcontinue autem ambæ. qm̃ non ſeruatur æqualitas exceſſus vel proportionis in oĩbus continua. Ex his apparet oẽm latitudinem difformiter difformem non eſſe niſi duplicẽ vel vniformiter difformiter difformem, vel difformiter difformiter difformem,cũ inter æquale & nõ æquale non ſit medium,igitur inter difformiter difformiter difformæ, & vniformiter difformiter difformæ non eſt medium, quoniam omne difformiter difformę vel eſt æquale: vel non eſt æquale. ſi æquale, eſt latitudo vniformiter difformiter difformis,ſin autẽ inæquale, erit latitudo difformiter difformiter difformis.Hæc de latitudinibus,deq; titulo diſputationis, quę volui eſſe cõia omnibus his,quæ de hac materia diſputaturi ſumus.

De imaginatione latitudinis. *Exceptum.* *Cuius formæ ſit latitudo.* *Exceptum.* *Diuiſio latitudinum.* *Solutiones.* *Dubitatio. Solutio.* *Exceptum.*

Capvt positionvm tertivm.

Pſ logica. De diſputatione nõnulli logicorum dixerunt generatim oẽm formam,quæ ponitur in genere,vel quæ eſt pars alicuius,quod ponitur in genere eſſe intenſibilem & remiſsibilem.mouentur,quia quæcunque ſm̃ magis & minus ſunt cõparabilia ſuſcipiunt magis & minus atq; intenſibilia,& remiſsibilia, at oĩs forma quæ eſt in

genere, vel quæ eſt pars alicuius quod eſt in genere cõparari poteſt alteri eiuſdem generis ſm magis & minus perfectum, vt omnibus patet, igitur oẽs formæ, quę ſunt in gñe, vel quæ ſunt partes alicuius quod eſt in ge
Confutatio. nere ſunt intenſibiles. Sed hæc poſitio non videtur peripatetica. Primo quia Ariſto. in lib. prædicamentorũ voluit nullam ſubãm ſuſcipere magis & minus, nullam etiam quantitatem, item nonulla relatiua ſuſcipere magis ac minus vtpote quorum fundamenta ſuſcipiunt, vt ſimile & diſsimile, nonnulla minime, quorum fundamenta minime ſuſcipiunt. Præterea. 5. phyſi. ait formã non eſſe intenſibilem, niſi quæ ſub eadem ſpecie ſuſcipit magis & minus: igitur non quælibet forma generis
Pi 2. vel alicuius, quod eſt in genere eſt intenſibilis. Alij vero qui expoſitorem arbitrantur imitari, & nõnulli aliorum diſtinguunt de intenſione, nam alia eſt intenſio ſimilis quantitati diſcretæ, alia ſimilis quantitati continue, intenſio habitus vel virtutis ſimilis eſt quãtitati diſcrete, quia ad multa ſe extendit obiecta, è quibus generatur: vt metaphy. quæ reſpectu oĩum concluſionũ metaphy. eſt vnus habitus ſimplex intẽſibilis intenſione diſcreta, intenſio vero caliditatis eſt ſimilis quantitati continuæ, quia generatur ab vno agente, vt ſuperius dictum eſt, aut è pluribus eiuſdem ſpecifice virtutis, tunc dicunt ſolum illas formas intendi ac remitti intenſione continua, quę ſunt contrariæ, vt in prædicamento qualitatis calidum & frigidum, in prædicamento relationis ſimile & diſsimile: illæ vero dicuntur intenſibiles intenſione diſcreta, quæ poſſunt ad plura com-
Confutatio. parari obiecta, vt lumen & habitus, & id genus. Sed hæc põ deficit, primo quia ex hac poſitione non habemus regulam, qua ſcitur formam, eſſe intenſibilem vel remiſsibilem, de qua eſt ſumma dubitatio. Secundo, quia quælibet intenſio videtur aſsimilari continue quantitati: qm̃ quælibet aſsimilatur lineæ vt di-
Cõm. 62. ctum fuit in titulo. Præterea Auer. 3. cœli tenet formas ſubſtantiales elẽtorum intenſibiles, atq; remiſsibiles, quæ nec ſunt contrarię, nec diſcrete quantitati compa-
Pi. 3. rabiles. Alij dixerunt formas illas eſſe intenſibiles atq; remiſsibiles: quæcunq; poſſunt eſſe termini motus per ſe, quę vero non ſunt termini ipſius motus, non poſſunt eſſe formæ intenſibiles. Sed hæc poſitio deficit etiam, Primo, quia Auer. vbi ſupra concedit formas ſubſtantiales elementorum intenſibiles & remiſsibiles, ad quas motus eſſe non concederet, vt patet. 5. phyſi. Secundo 7. phyſi. habitus eſſe formas intenſibiles ac remiſsibiles concedit, ad quos non ponit motum Ariſt. Præterea ẽt nonnullas relationes ponit intenſibiles, ad quas nõ ponit motum per ſe, vt patet de ſimili & diſsimili. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ non eſt dubium ſi ſint aliquæ formæ intenſibiles, vel remiſsibiles, intelligendo vel ꝙ ipſæ in ſe ſuſcipiant magis & minus, vel ꝙ ſint rõnes formales, quibus aliqua denominantur ſm magis & minus talia: licet. n. aliqui dubitent ſi formę ipſæ ſm ſe atq; earum eſſentias ſint intenſibiles. nemo tñ dubitat eſſe aliquas formas intenſibiles, vel quia ipſę ſunt intenſibiles ſm ſe, vel quia ſunt formales cãæ quibus alia ſint talia. Supponamus igitur eſſe nonnullas formas intenſibiles vel per hoc quia ipſę in ſe ſunt tales, vel quia cãæ formales aliorum, quare ſint talia: tũc quæritur de regula, qua ſciamus, quæ ſint iſtæ, & quot. dicendum regulam non eſſe, quia ad aliquas eſt motus: qm̃ multæ ſunt tales: ad quas nemo concedit motum: nec quia ſunt contrariæ, quia lumen & habitus ſunt formæ intenſibiles, quæ non ſunt contrariæ. Erit igitur re- Regula.
gula vt oẽs illæ ſint intenſibiles remiſsibilesúe quæcũq; ſunt cauſæ formales, quare aliqua ſuum eadẽ ſpẽ ſuſcipiunt magis & minus, vel dicũtur ſm magis & minus. tales ſunt oẽs formæ per ſe contrariæ, vt qualitates, vel relationes fundatæ in formis contrariis: vel formæ, quas per ſe conſequuntur contraria, vt elementariæ formæ, vel habitus, vt virtutes lumen & ſciæ: & notanter dixi ſub eadẽ ſpẽ, qm̃ ſub eodem genere variata ſpecie non eſt intenſio vel remiſsio, ſed ſub eadẽ ſpecie: vt. 5. phyſi. diximus. Si quis autem velit ſcire regulã à priori, quærat alios. Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

HIS diſputatis dilucidatiſq;, ad rationes ante oppoſitum patet ſolutio, oẽs. n. ſunt pro dilucidatione. Ad rationes vero poſt oppoſitũ rñdetur. Ad primã ꝙ Ariſt. voluit formas. hoc eſt quidditates eſſe ſicut numeros, non autem formas ſm eſſe. Ad ſecũdam pro nunc do nec in ſequentibus diſputabiť, concedantur ſiľes propoſitiones, albedo intendiť, caliditas remittiť, & cæteræ id genus, non quidem in prædicatione formali, ſed in prædicatione cauſali, quatenus ſunt cauſę, quibus aliqua dicantur magis & minus talia, alba vel calida, & id genus. Ad tertiam dico ꝙ formæ in prædicatione formali ſunt ſimplices ſm eſſentiã, at in prædicatione cauſali ſunt intenſibiles & remiſsibiles: vt dictum eſt, & dicemus. Ad quartam dico ꝙ caliditas põt intendi & remitti ſaltem in prædicatione cauſali, & conceditur, Niphum in infinitum poſſe eſſe calidiorem Platone, capiendo infinitum ſyncategorematice vel in potẽtia, nõ aũt categorematice vel in actu: & ſic cõceditur Niphũ poſſe eſſe in infinitum calidiorẽ Platone, non quidẽ caliditate infinita actu & categorematice, ſed ptãte ac ſyncategorematice, & hoc concludit ratio. Per idem ad ſecundum cõcedo ꝙ Niphus infinitã habebit caliditatẽ, non tamẽ caliditatẽ infinitã, vt ſorticolæ tradunt, vel vt loquar peripatetice concedo ꝙ Niphus habebit caliditatem infinitã vel infinitã caliditatem in potentia, vel ſyncategorematice, nunꝗ tñ in actu, vel categorematice, vt ratio concludit. Et hoc ratio probat, verum de ſolutione ampla horum quęre primo Elenchorum in de loco ab æquiuocatione. Et ſi replicetur hæc caliditas non finitur, igitur eſt actu infinita, negatur añs, quia finitur per terminũ excluſiuum, vtpote per inſtãs, in quo Niphus primo non erit, & ſic in A finiť non incluſiue, ſed excluſiue. Ad quintã dico ꝙ nec A nec B intenditur, nec C totum in prædicatione formali, tñ totũ ipſum C dicitur intenſum in ꝑdicatione cauſali, quatenus eſt illud quo aliqđ diciť intenſius tale in eadẽ ſpẽ. Ad vltimũ patet ſolutio in titulo. Hæc de quinta diſputatione.

Textu eodem.

DISPVTATIO SEXTA
De gradibus formæ intenſibilis.

Num gradus ſint partes intrinſece, ac eſſentiales formæ intenſibilis.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod gradus ſint partes intrinſece ac eſſentiales formæ intenſibilis, arguitur primo. gradus ſunt partes formæ gradualis, vt cõiter dicitur: vel

vel igitur partes quantitatiuæ, vel ſubiectiuæ, vel eſſentiales, non ſunt partes quantitatiuæ, quia forma gradualis non eſt quanta, nec totum quantitatiuum, vt per ſe patet, igitur gradus non poſſunt eſſe partes quantitatiuæ nec poſſunt eſſe partes ſubiectiuæ, quoniam forma gradualis non eſt totum vniuerſale ad gradus, igitur ſunt partes eſſentiales, eſt enim triplex pars, vt accipitur 1.phy. quia aut quantitatiua, ſiue integralis, aut eſſentialis, vt genus & differentia reſpectu diffinibilis, & materia & forma reſpectu compoſiti, aut ſubiectiua, vt ſpecies reſpectu vniuerſalis. Quare cum gradus non ſint partes integrales, nec ſubiectiuæ, & ſunt partes, igitur erunt partes eſſentiales. Secundo impoſsibile eſt aliquã formam communicare ſe alicui ſecundum magis & minus, niſi in ſua eſſentia habeat gradus. Alioquin omnia participantia illa participarent ipſa ſecundum eundem gradum, ſed forma de qua quæritur, communicat ſe alicui ſm magis & minus, igitur in ſua eſſentia habeat gradus. Tertio eo modo gradus conueniunt formę graduali: quomodo illi conuenit ratio contrarietatis, quoniam habere contrarium infert gradus, ſed contrarietatis ratio competit ratione eſſentie, igitur ratione eſſentie cõpetit formæ graduali gradus, & ſic videtur pars illius eſſentialis. Quarto ſub alia forma ſic, forma gradualis contrariatur formæ graduali eſſentialiter per eius eſſentiam forma gradualis contrariatur formæ graduali per partes graduales: igitur partes graduales ſunt eſſentia, & ſic eſſentia eſt totum, & gradus ſunt partes eſſentiæ. In contrarium arguitur per textum, dicitur enim in textu formas eſſe ſicut numeros, ſed numerus eſt indiuiduus ſm eſſentiam, & igitur omnis forma. Secundo ſi gradus pertineret ad eſſentiam, tunc albedo remiſſa non eſſet pfecta in ſpecie albedinis deducitur quia ſibi deficeret aliquid, quod pertineret ad eius eſſentiam. Hæc de dubitationibus.

Com.5.

Capvt titvli secvndvm.

Qvid ſit gradus, quęſtione proxima diximus, & illud nobis ſufficiat, nam deſcriptiones, quæ ponuntur de gradu, ſunt infinitæ, oẽs. n. loquuntur conformiter de ipſo, veluti & de intenſione, & propterea illa, quæ diximus, volumus nunc ſufficere, quia particulares poſitiones patebunt propriis locis. Partes tot modis dicuntur, quot dicitur totum, dicitur autem totũ aut ſm ſenſum ſiue integrale, ſiue quantitatiuum, aut vniuerſale, aut eſſentiale, & hæc tria tota narrat Auer. 1. phy. auſc. addunt nonnulli totum poteſtatiuũ, cuiuſmodi eſt aĩa: quæ continet plures poteſtates, vnde intellectum Ariſt. vocat partem animæ, & certum eſt illum nõ eſſe partẽ animæ, niſi poteſtatiuam, quatenus eſt illius poteſtas. Alij addunt totũ vnitiuũ, ꝙ videlicet cõtinet plures pfectiones graduales, ſub vnitate eſſentiæ, vt albedo, vt octo, hæc vnę eſſentia exiſtens vnit perfectiones omnes graduales. Quare tot modis & partes dicetur. Aliæ quidem integrales, aliæ ſubiectiuæ, vt ſpecies generis, aliæ eſſentiales, vt genus & differentia diffinitionis, & materia & forma compoſiti, aliæ poteſtatiue vt potentię ac virtutes, quæ ab vna eſſentia fluunt, aliæ perfectionales, vt gradus eiuſdem formæ. Hæc de titulo.

Quot modis partes.

Com.5.

Ant. And. eſt.

Capvt positionvm tertivm.

De iſta diſputatione innumeræ ſunt poſitiones, verum nos famoſiores pertractabimus, ne nimia prolixitate, præclara ingenia confundamus. Nonnulli & acuti ſenſerunt gradus alicuius formæ eſſe indiuiduales differentias illius formæ, quibus illa indiuiduatur, quas hæcceitates vocant Qua ratione ſequitur gradũ eſſe de indiuidui eſſentia, atque intra illius conceptum poſitiuæ, tanquã illius partem conſtitutiuã quatenus ſingulare eſt. Secũdo ſequitur, tot eſſe in vna forma intẽſibili indiuidua, quot ſunt in illa gradus aſsignabiles, vt in caliditate vt tria, ſunt tria caliditatis indiuidua, & tres hæcceitates ſiue differentiæ indiuiduales. Tertio ẽt ſequitur vnam formã perfecte intenſam eſſe vnum quoddam totũ ex pluribus indiuiduis eiuſdem ſpeciei vnitiue aggregatum. eſt. n. idẽ gradus formæ & hæcceitas ſiue indiuidualis differentia formæ, tunc per hæc patet ad qõnem, ꝙ videlicet gradus ſunt partes eſſentiales nõ formæ ſpecificæ, ſed formæ indiuiduæ, ex quibus vna cũ natura cõſtituuntur ſingularia ſpeciei, ſingulares vero formæ, quæ per tales gradus conſtituuntur, ſunt partes vnitiuæ formæ complete, quæ intenditur vel remittiẽ, hæc iſti.

Poſitio Bon.

Sed hæc poſitio diſſentit ab eorũ principe, & à veritate. ab eorũ principe qdem, nam cũ in qualibet forma cõpleta, vel intẽſibili tot ſint indiuidua, quot gradus apud iſtos, tunc vel indiuiduũ graduale acqriẽ ſubito, vel in tpe: nõ in tpe, qm̃ tũc in quolibet illorũ eſſent plura indiuidua, & ſic in infinitum, & deducitur cõſequentia, qm̃ omne quod ſucceſsiue acquiritur, non acquiritur, niſi per ſucceſsionem pluriũ partium gradualium ſm eorũ principem: ſi ſubito, tunc intenſio formæ non eſſet motus continuus contra eorum principẽ in. 2. lib. ſent. vbi aperte tenet intenſionem omnem atq; alteratione oẽm eſſe motum continuum & ſucceſsiuum, & conſequẽtia patet, qm̃ quodlibet illorũ acquireretur ſubito, & totũ ſimul. Præterea in lib. primo eorum princeps cõparat intenſionem formæ ipſi infinito, vnde inquit quia infinitum non eſt quaſi attributũ vel paſsio entis, ſiue eius de quo dicitur, ſed. d. modum intrinſecum illius entitatis, itaque cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quaſi per accidens ex ſubiecto & paſsione, ſed cõceptum per ſe ſubiecti in certo gradu perfectionis. ſ. infinitatis, ſicut albedo intenſa, non. d. cõceptum per accidens, ſicut albedo viſibilis. immo intenſio. d. gradũ intrinſecum albedinis in ſe, ecce qũo gradum ſiue intenſionem vult eſſe formæ modum intrinſecũ, queadmodum infinitudinem entis ipſius, cuius eſt, idẽ ſentit vbique eorum princeps. Sed modus itrinſecus alicuius nõ eſt illis differentia indiuidualis, nec illius hæcceitas, igiẽ hæc poſitio diſſentit ab eorũ principe. Quod autẽ diſſentiat a veritate, arguitur, qm̃ gradus formæ vt diximus eſt pars formæ, at pars formæ nõ eſt differentia indiuidualis formæ, præterea poſitio hęc de principio indiuiduationis eſt confutata. 5. lib. quare non eſt peripatetica. Alij peritiores huius ſectæ dixerunt gradum eſſe perfectionem partialem formæ, imaginantur. n. formã intenſibilem eſſe quoddã totum perfectionale vnitiue continens portiones perfectionis formæ: qua rõne forma ipſa eſt ſecundum eſſentiam indiuiſibilis, ſm tamen perfectionem eſt gradualiter diuiſibilis. Ex hoc dicunt hæcceitatem eſſe gradũ eſſentiæ, gradum vero formę eſſe gradum perfectionis formæ, & qm̃ forma ſecundum ſui eſſentiam eſt prior forma ſecũdum ſui perfectionẽ, iõ hæcceitas eſt prior grado, tunc ad diſpõnem volũt gradus non eſſe partes eſſentiales, ſed perfectionales, quoniam non ſunt partes formæ, vt eſt forma, ſed vt eſt perfectio quædam. Sed hæc poſitio vr̃ ambigua, qm̃ ex hac poſitione, ſequitur ꝙ tunc gradus caliditatis nõ eſſet caliditas formaliter, qm̃ tales gradus non ſunt de eſſentia caliditatis ſm iſtos, igitur nõ eſſent caliditas, hoc

Confutatio.

Diſ. 1. q. 9.

Diſ. 3. q. 1.

Dubitatio Ant. And.

Obiectio.

eſt falſum. Primo quoniam tunc calefactio non terminaretur formaliter ad caliditatem, ſed ad aliquod quod non eſſet formaliter caliditas, terminaretur.n.ad gradũ, qui non eſſet formaliter caliditas. Secundo ſi gradus non eſſet formaliter caliditas quæritur vtrũ ſit aliquod abſolutum, vel relatio ſiue reſpectus. non reſpectus, qm̃ tunc calefactio eſſet ad reſpectum, vel caliditas componeretur ex reſpectibus; ſi autem gradus eſt ens abſolutum, tunc erit in aliquo genere, & non videtur eſſe niſi in genere qualitatis, & cum nihil ſit in genere quin ſit in aliqua eius ſpecie, tunc gradus erit in ſpẽ qualitatis. & non videtur rationabile illum eſſe niſi in ſpecie tertia qualitatis, igitur tandem oportet dicere gradum caliditatis eſſe caliditatem, & gradum albedinis eſſe albedinẽ & in cæteris ſimiliter. Tertio ſi gradus formæ non eſſet ipſa forma formaliter, tunc diſſimilitudo nõ poſſet fundari immediate in duabus qualitatibus eiuſdẽ ſpeciei, & ita ſupra duas caliditates eiuſdem ſpeciei non poſſet fundari diſsimilitudo, quod eſt contra Ariſto. in prædicamentis, & deducitur argumentum, qm̃ diſsimilitudo non fundatur in qualitatibus eiuſdem ſpeciei, niſi ratione diuerſorum graduum, nam vbi & qualitas & gradus eſſent ſimiles, non eſſet diſsimilitudo, ſed ſimilitudo. Vltimo ex hac poſitione non habemus an gradus differunt ab ipſa forma ſecundum rẽ, vel inter ſe, & quõ differunt: & propterea adhuc oportet vlterius diſquirere. Alij gradus formæ voluerunt eſſe indiuiſibilia formæ, veluti puncta lineæ, & ita quemadmodum nec tempus ex momentis, nec linea ex pũctis componitur, ſic nec qualitas ex gradibus, ſed ſicut momenta terminant & copulant partes temporis, & puncta partes lineę, ſic gradus terminant & copulant partes qualitatis: & propterea nullus gradus eſt alio intenſior, vel remiſſior, ſed ſolum rõne latitudinis quã terminat, dicitur.n. gradus vt octo intenſior gradu vt quatuor: nõ quia plures partes intenſiuas habet: eſt enim ſimpliciter indiuiſibilis, ſed quia intenſiorem latitudinem terminat. Fundamentum poſitionis eſt, quia gradualis qualitas eſt quantitas perfectionalis: igitur vt in quantitate dimenſiua ſunt partes, & termini ſiue puncta, ſic in quantitate intenſiua debent eſſe partes & puncta ſiue termini: termini intenſiue quantitatis gradus dicuntur, partes autem qualitates q̃ in terminos hoſce terminantur, perſuadẽt vero poſitionẽ, qm̃ ſi gradus eſſent partes qualitatis, tũc in latitudine vniformiter, difformi non poſſet aſsignari gradus intenſiſsimus, ſicut nec pars intẽſiſsima, hoc eſt contra communiter calculantes, igitur gradus nõ poſſunt eſſe partes latitudinis, ſed termini illius, vel partiũ eius. Et licet hæc poſitio de gradibus bene fingit. tamẽ adhuc reſtat qõ ſi partes graduales, quæ per gradus terminantur, ſint partes eſſentiales formæ intenſibilis: an partes quãtitatiuæ: & quę: & ſic qõ reſtat adhuc dubia. Præterea ſm peripateticos indiuiſibilia non ſunt niſi in potentia, & ſic iſti gradus non erunt niſi ſm rõnem atque mentẽ: vt diſputauimus.6.phy. Alij dixerunt gradus in forma intẽſibili nullos eſſe actu, ſed poteſtate: dicunt.n.ꝙ quemadmodũ in quanto nõ ſunt partes actu diuiſæ, ſed poteſtate diuiſibiles: ſic in qualitate quæ eſt perfectionalis quantitas non ſunt actu gradus, ſed poteſtate. fundamẽtũ poſitionis eſt: quia intenſio formę incipit & definit per terminos excluſiuos, & totus motus eſt vnus & cõtinuus: igitur in forma: quę hoc motu acquiritur: non ſunt partes actu diuiſæ: ſed poteſtate. Quidam ſectatores Thomæ fingunt quaſi idem ꝙ gradus ſit ipſa forma quæ acquiritur. imaginãtur enim gradum eſſe ipſam formam aliter atque aliter ſeſe habentẽ: verbi cauſa: agat ignis per remotionem de præſenti in A lignum: tunc in aliquo tẽpore immediate poſt hoc cauſabit in ligno calorem remiſiſſimum, & hic dicetur primus gradus, & quia lignum per aliquod tempus qeſcit ſub illo remiſiſsimo calore, iterum ignis aget in lignum calorem illum reddendo perfectiorem, ſub quo iterum quieſcit lignũ, & hic eſt ſecũdus gradus, & ſic vſque ad ſummum; quare gradus ipſi ſunt ipſamet forma aliter atque aliter ſe habens, & per conſequens quantum ad hoc non videntur differre à primis; quia vtrique videntur velle gradus non eſſe actu diuiſos in tota forma, ſed ſolum poteſtate, ſed omnes hæ poſitiones ſunt contra peripateticos, vt dicemus, ideo de põnibus hactenus.

Poſitio P.V. et Tho. Bernardini in lib. de proportionibus. — Confutatio — Poſitio Pet. M. — Iuni. Tho.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione ſupponamus. Primum gradus formæ eſſe minima formę, hoc ex proxima diſputatione deductum ſit, quoniam gradus formæ partes actuales formæ, & minima formæ eadem ſunt. Secundo accipiamus hæc minima eſſe actu, diſtincta inter ſe, formamq́; ipſam gradualem eſſe hæc minima collectiue ſumpta. caliditas enim vt octo eſt octo minima caliditatis collectiue ſumpta, & hæc ipſa minima collectiue ſumpta, ſunt caliditas vt octo, hoc patet ex his, q̃ Auer. & omnes calculatores dicunt, ꝙ intenſio formæ fit per additionem partis gradualis ad partem gradualẽ vtraque remanente in actu, quod poſtea dicemus. Ex his facile patet dilucidatio. Nam cũ gradus ſint partes formæ gradualis, & partes eſſentiales, vt dictum eſt in titulo ſint bifariæ, aliæ quidem quæ ſunt diuerſarum rationum, veluti genus & differentia reſpectu diffinitionis, & materia & forma reſpectu compoſiti naturalis, & membra reſpectu animalis, quæ diſsimilares partes dicũtur; aliæ vero eſſentiales quia eſſentiam aliquam conſtituũt iure gradus erunt partes eſſentiales, non quidẽ diuerſarum rationum, ſed quia eſſentiam conſtituũt eandem ſm rõnem, ſunt formæ partes actuales eiuſdem rõis, ſiue ſimilares, pro quãto quęlibet illarum eſt forma: omnis enim gradus caliditatis eſt caliditas, igiť gradus ſunt partes eſſentiales ſimilaris. Sed hæc dilucidatio adhuc latet, quia ſi actu ſunt tales gradus in forma. Tunc forma non erit vna numero in fine motus: imo tot numero quod gradus, præterea tunc plura accidentia numero differentia erunt in eodem ſubiecto, quod eſt cõtra ea, q̃ diximus in.5.huius. Secundo dubitatur vtrũ quilibet gradus acquiratur ſubito, vel in tempore, ſi in tẽpore, igitur adhuc habet partes actuales, ſi ſubito, igitur omne agens eſſet æquale, quia nullum vnica actione poſſet agere niſi vnum gradum formæ in ſubiecto. Tertio dubitatur quia data hac poſitione agens corrumpens aliquam totam latitudinem, tardius corrumperet ſummam quam remiſſam, quoniam ſumma habet perfectius eſſe in ſubiecto quam remiſſa, igitur fortius & longiori tempore reſiſtet corrumpenti. Quarto ſi omnes gradus formæ ſunt eiuſdẽ rationis, & agens eſt æqualiter omnium productiuũ, quare magis producitur vnus quam alter. Quinto vnus gradus eſt altero perfectior, igitur inter illos eſt ordo per ſe ac eſſentialis. Sexto ſi gradus ſunt minima formæ, igitur erunt indiuiſibiles. Septimo ſi gradus erunt in actu in ipſa forma, tunc latitudo non erit compoſita ex gradibus vel tunc latitudo eſſe poſſet infinita, quoniam agẽs poteſt infinita minima producere in diuerſis ſubiectis; igitur

1. ſuppoſitio. — Secunda — Dilucidatio. — Dubitationes, prima.

igitur in eodem,non.n.eſt maior rõ. Octauo vtrum vltimus gradus ſit inteñſior primo,videtur quod non, quia quodlibet minimũ cuilibet minimo eſt æquale ex alio, videtur ꝙ ſic,quia ab illo tota latitudo denominatur vt octo,à primo vero vt vnum. Nono dubitatur, quia tũc quælibet latitudo eſſet vniformis, qm̃ in prĩa parte erit vnum minimum in gradu,& in ſecunda vnum, & ſic in qualibet parte vſq; ad vltimam ſemper erit vnum, ergo quælibet erit vniformis. Sed poteſt dilucidatio ſaluari. Ad primam dico totam formam ex illis minimis eſſe vnam vnitate rationis, quatenus vna ratio ſaluatur in omnibus illis amplius & vnitate finis, quatenus ordinantur omnes illæ partes in vnam vltimam. vniuerſa igitur forma eſt vna duplici rõne, vtpote quia vna rõ ſaluatur in omnibus,& quia oẽs in vnam ordinãtur.ratione quidem prima, albedo tua vt vnũ & mea vt duo erunt vna forma, defectu ſecundæ rõnis hoc eſt, quia non ordinantur ambæ ad vnam vltimam, non dicitur vna ſimpliciter. erũt igitur gradus formæ partes actuales formæ,eiuſdem rationis, atq; ſimilares, ceu quælibet pars quanti eſt quanta, ſic quilibet gradus caliditatis eſt caliditas, igitur erunt partes actuales eiuſdem rõnis ac ſimilares: per idem ad ſecundum. non.n.eſt remotum plura accidẽtia partialia quæ vnum numero totale componunt, eſſe in eodem ſubiecto numero, ſed de accidentibus totalibus illud eſt impoſsibile, vel dicendum formam eſſe vnam actu plures tñ poteſtate, quatenus eſt diuiſibilis in partes actuales eiuſdem rõnis ſiue ſimilares quæ dicuntur gradus, vt de quantitate dr̃, tu vero quale alibi. Ad ſecũdam nonnulli ex doctrina expoſitoris dixerunt ſingulum gradum acquiri in tp̃e, imaginantur.n.ignem in primo inſtãti, in quo approximatus eſt calefactibili, ipſum primo calefacere per remotionem de pręſenti,hoc pacto nunc non calefacit,& immediate poſt hoc ſic.Quia non datur primũ mutatũ eſſe.6. phy. & ita in aliquo tp̃e ĩmediate poſt hoc ignis cauſat in ligno aliquid caloris, vtpote calorem remiſiſſimum,& iuxta hoc habetur differentia inter actionem agentis debilis & fortioris, quia licet ambo immediate poſt hoc inſtans, quod eſt præſens remiſiſsimum agant calorem tamẽ in minori tp̃e ĩmediate poſt hoc magnus ignis agit calorem illum,q̃ paruus,& iſtum volunt eſſe primum gradum caloris, & poſtea lignum per aliquod tp̃s quieſcit ſub hoc primo gradu,qui eſt calor remiſiſsimus ac minimus, & inter ea diſponitur, per raritatem vel alio modo ad ħ quod iſtimet calor efficiatur perfectior,& in vltimo inſtãti tp̃is fit perfectior ille calor, qui vt ſic & vt eſt in potentia ad vlteriorem perfectionẽ dr̃ eſſe ſcd̃us gradus, & ſic ſucceſsiue donec perueniaẽ ad ſummum,qui vt ſic conſideratus cũ negatione potẽtiæ ad maiorem perfectionem dr̃ ſummus gradus.Sed hęc ſolo friuola eſt: qm̃ qua rõne ſucceſsiua & continua eſt diſpoſitiua alteratio tota,eadem rõne oĩs alteratio, igiẽ ſi agens calorem nunquã ceſſat diſponere ad calorẽ,eadem rõne nunquã ceſſat calefacere: igiẽ tota calefactio erit continua.Præterea inductio gradus apud eos eſt finis præcedẽtis remiſsionis & oĩs finis vult eſſe indiuiſibile.6.phy. Sed quia ħ res in proxima diſpu.retractabiẽ, nũc dico gradum oẽm fieri ſubito in ſubto, & ſic totalis alteratio erit ſucceſsiua, non aũt continua vt dicemus: & negatur oẽ agens eſſe æquale,qm̃ agens pollẽs & debile non differunt pœnes effectum primo productum, vt iſti credunt,qm̃ ab vtroq; ſemper primum productũ æquecito producitur,quia ſubito.Sed pęnes multitudinem effectuũ productorum in æquali tp̃e, nã agens pollens erit,ꝙ in æquali tp̃e ꝓducit plura minima, formæ atq; ſubti gñandi,q̃ produceret agens debile,oẽ.n.agẽs eſt qd̃ ad paſſum habet proportionẽ maioris inæqualitatis, quare ſi in minori tp̃e plura producit erit pollẽs. ſi aũt in maiori,erit debile, vel forte differunt pęnes q̃titatem effectus vnica actiorem producti vt ſequenti diſpu.colligetur. Ad tertiam dico ꝙ citius corrumpit ſummã,cuius ſignum eſt,quia ſi aliquid agens in inſtãti qd̃ eſt pñs applicẽ alicui ſumme calido,nũc illud erit primo non ſummũ:quia vt ſemptẽ huius rõnem aſsignant calculatores,qm̃ gradus vltimo ꝓductus eſt minus fixus quia quãto mã eſt aliqua forma magis priuata tanto magis illam appetit,indigentia.n.cã appetitus eſt:& quãto minus illam appetit, tanto minus perfecte habet eſſe in ſubto,at cum gradus ſummus vltimo inductus cũ non ſit talis,quo materia maxime caret, & quem non maxime appetit, iõ eſt minus fixus & cõſequẽter primo corruptibilis, agens igr̃ corrumpens applicatum calido vt octo:corrũpit vltimũ,quia ille p̃cæteris eſt minus fixus. Ad quartã nonnulli dixerunt agens potens producere oẽs gradus octo æquaẽr, magis producere A quã B gradum:quatenus determinatur à cœlo,vt.n.potentia motiua indifferens ad producendum A vel B motum,vtpote in dextrum & ſiniſtrum,determinatur ab appetitu ad producẽdum motum in dextrum:ſic agens æque potẽs oẽs gradus producere determinaẽ ad producendum A vel B ab ipſo cęlo,qd̃ cęlũ licet ſit agẽs vr̃e,tñ contractũ per certum illius ſtatũ ac conſtellationẽ reddiẽ particulare ſimpr̃,vel dici põt ꝙ eorum quæ ſunt per ſe reddi põt ratio ordinis, at gradus tales ordinẽ non habẽt niſi per accñs,& ideo non põt reddi cã ordinis, & ſic A produxit,& non B,quia paſſum illos ſimul recipere non poteſt,& quia accidit A prius eſſe productum, non.n.põt reddi cauſa quare auus meus DOMICIUS NIPHUS pręceſſit me,niſi ex incidenti:vt.8.huius dicetur. Ad quintam dico ꝙ quilibet gradus cuilibet eſt per ſe æqualis,quicquid velint calculatores, qm̃ quilibet eſt minimum in gradu,bene tñ vltimus erit perfectior per accñs, quatenus cæteros ſupponit, & ſic præſuppoſitiue vnus eſt altero perfectior, abſolute aũt omnes ſunt æquales, & ſic negatur ordo eſſentialis inter illos. Ad ſextam dico gradus eſſe indiuiſibiles in partes actuales,ſunt tñ diuiſibiles quantitatiue vel gradualiter in partes potẽtiales,vt de minimis ſolet dici,nam gradus formæ, & partes ſimilares actuales formæ eædem ſunt,vt dictum eſt. Ad ſeptimam nego conſequentiam, tota.n.latitudo octo conſtat gradibus,cum.n.ſubiectum recipiat formã vt illam appetens,tãdiu durat appetitus,quãdiu dicitur priuata,& econtra,& tot gradus recipit,quot appetit,& ad quot eſt potentia, & quia ad octo ceſſat appetitus ſubiecti,& priuatio:& potentia,vt calculatores accipiũt, ideo latitudo conſtat octo gradibus, & non pluribus. Ad rõnem vero negatur iterum conſequentia, licet.n. vnum agens poſſet producere infinitos gradus diuiſim in diuerſis ſubtis non tñ in vno põt plures producere q̃ octo, quia quodlibet ſubiectum põt appetere ſemper aliũ gradum vltra gradum vſq; ad octo,nullum tñ appetit plures octo,quia ad illum ſtat perfecta aſsimilatio, & ad illum ceſſat priuatio,potentia,& appetitus. Ad octauam patet ſolo:omnis.n.gradus per ſe omni gradui per ſe eſt æqualis,p̃ſuppoſitiue octauus eſt intenſior,& propterea ab eo eſt toti' latitudinis denoĩatio. Ad nonã negaẽ argm̃,reſpectu.n.vnius minimi ſubti fortaſſe omnis latitudo

[Margin notes: Solutio. Dubitati. — 2 ſolutio. — Confutatio. — Commen. 32. ppria ſolutio. — Ad tertiam. — Ad quartam. — Ad quintam. — Ad ſextam. — Ad ſeptimam. — Ad octauam. — Ad nonam.]

latitudo eſt vniformis, at conſiderata extenſione ſubiecti, poteſt eſſe aliqua vniformis, & aliqua difformis, vniformis quidem ſi quodlibet minimũ ſubiecti eſt ęqualiter quale, difformis aũt ſi non quodlibet ſubiecti minimum erit æqualiter quale, vt ſuperius dictum eſt. Ex iis patet quales partes ſint gradus ipſius formæ, non enim ſunt partes eſſentiales diuerſarum rõnum, ſiue diſsimilares, quare erunt partes eſſentiales eiuſdem rõnis ſiue ſimilares quæque non indocte dicuntur partes quantitatiue perfectionales actuales, quæ ita ſunt formæ intenſibilis, ſicut partes actuales quanti ipſius, eſt.n. forma quantitas quędã perfectionalis. Hęc de dilucidatione.

Quæ partes gradus ſint.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis ad primam patet ſolutio: partes.n. graduales ſunt eſſentiales, & quantitatiuæ: quantitatiuæ quidem perfectionales, eſſentiales vero eiuſdem rõnis, vt dictum eſt. Ad ſecundam dico ꝙ aliquam formã habere gradus ſm eſſentiam põt intelligi bifariam, aut ſm eſſentiam; quia reſpectu eorum, de quibus prædicatur eſſentialiter, vel quibus ineſt eſſentialiter, & ſic nulla forma habet gradus, albedo enim reſpectu huius, vel illius albedinis non habet gradus, cum illis comparetur mere quidditatiue, ac indiuiſibiliter, aut reſpectu eorũ, quibus cõpetit per accñs, vtpote reſpectu ligni vel corporis, quæ ſunt illius ſubiecta, & ſic forma intẽſibilis habet gradus ſm eſſentiam, vt dicemus in.10. huius: Ad tertiam dici poteſt, ꝙ duplex ex contrarietas, meta. & phyſica, metaphy. eſt ſm eſſentias formarum: & hęc nõ requirit gradus, alia eſt phyſica, quæ eſt reſpectu ſubti, cui repugnanter inſunt formæ, & hęc requirit gradus, & ſic ſoluitur argumentum: & per idem ad aliam formam. Hæc de ſexta diſputatione.

Eodem textu

DISPVTATIO SEPTIMA

De motu intenſionis formæ.

Num intenſio formæ ſit motus continuus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod intenſio formæ ſit motus cõtinuus, arguitur prio, quia oĩs motus eſt cõtinuus, at intẽſio formę eſt motus in formã: igitur intenſio formę eſt continua. maior probatur primo ex diffinitione motus, inquit.n. Auer.3.phy. ex diffinitione motus colligi

Com.6. continuitatem. Secundo ante omnem motum eſt motus, igitur omnis motus eſt vnus & cõtinuus añs eſt Ari

Cõm.59. ſto. & Auer.6. phyſico. vbi ex propria intentione verificant hanc põnem in omni ſpecie motus. Tertio ſi motus non eſſet vnus & continuus tunc motus aliquis eſſet in inſtanti; & vltra ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem, vt arguit Ariſto. in.6.phy. Quarto oẽ agẽs citius agit in partem propinquam quam in remotam, igitur oĩs motus eſt vnus & continuus. añs eſt Ariſto. in

Cõm.48. 6. & Auer. Quinto ſi non omnis motus eſſet vnus & continuus, tunc motus daretur primum contra Ariſ.6. phy. per totum. Sexto ſi motus non eſſet vnus & continuus, tunc nullo toto motu pars aliqua eſſet prior, qđ eſt contra Ariſt. qui probat in ſexto primam medietatẽ eſſe priorẽ toto motu, quia motus eſt vnus & cõtinuus, ſic igitur omnis motus eſt vnus & cõtinuus, & cum intenſio formæ ſit motus, relinquitur intenſionem eſſe vnam & continuam. Secundo principaliter arguitur alteratio & auctio ſunt motus continui: igitur intẽſio, qm̃ intenſio formæ eſt alteratio quædam in formam & auctio eiuſdem. Tertio remiſsio formæ eſt motus continuus, vt calculatores ſupponunt, igitur & intenſio, qm̃ intenſio vnius contrarij eſt remiſsio alterius, & econtra. Quarto vna intenſio formę eſt altera velocior, igitur intẽſio eſt vna & continua, oẽ.n. velox eſt in tẽpore. Quinto intenſio velocitatis in motu naturali, & remiſſio in motu violento eſt vna & continua, qm̃ motus naturalis & violentus eſt vnus & continuus, igitur & intenſio velocitatis. Sexto ſi intenſio non eſſet motus cõtinuus, tunc eſſet dabile minimum in gradu. cõſequentia tenet apud oẽs: & cõſequens eſt impoſsibile, quia fit detur ſit illud remiſiſsima viſio, ſiue minima viſio, quæ ſit cauſata à viſibili quodam in tanta diſtantia in quanta ſufficit cãre minimã illã viſionem. Tunc arguo ꝙ ſi hæc daretur, tunc rei permanentis daretur vltimum, qđ deduco ſupponendo, in hoc inſtanti quod eſt præſens, in quo primo eſt illa minima viſio, illud viſibile elõgari ab oculis, tunc illud erit vltimũ. deduco quia in illo erit & immediate poſt illud non erit, igiť illud fuit vltimũ. Septimo raritas continue intenditur, igitur alicuius formæ intenſio eſt cõtinua. añs probatur, quia partes eius corporis, quod rare fit; continuo magis ac magis diſtãt inter ſe per motum localem ipſarum partium: igitur raritas talis corporis continuo intenditur: aliquod.n. rarius eſſe nihil aliud eſt ꝗ partes eius magis ac magis diſtare. Octauo intenſio luminis in medio eſt vna & continua, igitur aliqua intenſio eſt vna & cõtinua. añs probatur ponendo per caſum ꝙ aliquod luminoſum alicui parti medij illuminabilis approximetur per negationẽ de præſenti, tunc arguo in quolibet inſtanti temporis menſurantis approximationem illius luminoſi pars illa eſt magis lucida ꝗ erat, igitur talis intenſio eſt continua & vna rõ patet, quia ſicut approximatio eſt vna & continua, ita illuminatio erit vna & cõtinua. Nono ſi intenſio non eſſet vna & continua, tunc agens naturale approximatum paſſo bene affecto non ageret, deducitur quia vel poſtquam agens cœpit agere continuo per totum tempus aget, vel deſiſtet ab actione, ſi cõtinuo agit formam intendendo, tunc intenſio erit vna & cõtinua, ſi deſiſtet ab actione, tunc ſequitur dictum abſurdum. Decimo intenſionem non vnam eſſe & continuã contradicit ſenſibus, quilibet.n. experitur poſtquam ſenſit calorem in manu ꝗ in eadẽ approximatione teneat manum ad ignem illam continuo magis calefieri. In contrarium ſunt peripatetici oẽs qui tenent intenſionẽ formæ bene eſſe motum ſucceſsiuum, non tamen vnum & continuum. Hæc de dilucidationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli debes ſcire duplicẽ eſſe, formæ generationem, alteram per quam forma ipſa dr̃ abſolute eſſe, alteram per ꝗ non dicitur abſolute eſſe, ſed qua dicitur eſſe maior vel intenſior ꝗ erat. Prima dr̃ generatio abſoluta, quia per ipſam forma abſolute hẽt eſſe poſt non eſſe. Secunda dicitur generatio comparatiua. quia per illam dr̃ forma eſſe maior ꝗ erat. Quare intenſio formæ eſt gñõ comparatiua formę, ſiue motus formæ, quo ipſa dr̃ maior ac maior ꝗ prius erat. Remiſsi ãt dr̃ generatio formæ, per ꝗ forma dr̃ minor ac minor, ꝗ erat. Ex his patet oẽm intenſionẽ formæ ſupponere illius gñonem, & oẽm remiſsionem ſupponere illius eſſe. accipiť aũt coninuum in propoſito, vt diſtinguiť cõtra diuiſum ac interpollatum. Diuiſus.n. motus dr̃ inter

Quid intenſio. *Quid remiſſio.* *Exceptum.*

cuius

Quid cōtinuū cuius partes cadit quies. Continuus autem cuius partes copulantur ad vnum cōem terminum, videlicet ad vnū mutatum eſſe, ſiue ad vnum cōe momentum. Quærit *Intellectus quæſtionis* igitur diſpu. ſi intenſio formæ ſiue generatio comparatiua formæ ſit motus vnus ac cōtinuus, inter cuius partes nulla inter ſit quies, imo quæ copulentur ad vnum terminum communem. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. DE diſputatione ſenſere nonnulli & de mente expoſitoris totius formæ intenſionem non eſſe vnā & continuam, ſed partialem, cuius partis intenſionem volunt eſſe continuam & vnam, totam aūt eſſe ſucceſsiuam, nō tamen vnam ac continuam. Dicitur autem forma tota, qua habita ceſſat priuatio, potentia & appetitus ſubiecti ad illam, qualem calculatores dicunt eſſe caliditatem vt octo, hæc. n. dicitur tota, quia totam potentiā ac priuationem, totumq́; appetitum ſubiecti ad illā tollit. partialis forma dicitur, quæ partem potentiæ, priuationis, ac appetitus tollit: vt vna pars illius actualis, q́ dicitur gradus formæ. *Quid tota forma quidue partialis.* Volunt igitur generationem cuiuſq; gradus, quæ dici poteſt partialis intenſio, quatenus in illa ſemper aliquid pręſupponitur & aliquid fit maius quam erat eſſe vnam & continuam, totam vero intenſionem totius formæ eſſe ſucceſsiuam, ſed non vnam & continuam. *Modus dicendi* Modus aūt eſt, vt ſumatur ignis & ſignetur primū inſtans approximationis alicui calefactibili ſiue accipitur in quo non approximetur per affirmationē, ſed ſic ꝙ in illo non: & īmediate poſt illud ſic, certū eſt ꝙ ignis in illo incipiet agere per negationem, quare immediate poſt illud aget in ligno aliquid caloris, vtpote calorem remiſsiſsimum, non tamen illum egit ſubito, quia illum citius ageret fortior ignis, quam debilior: & hoc modo in tempore. hæc igitur generatio huius caloris dicitur prima intenſio, & eſt continua, quia in tempore vno: deinde ceſſat ignis agere & lignū pati donec iterum ſecunda intenſione ab eodem agente in idem lignum gñetur tantundem caloris, & iterū quiete interpoſita faciat tertiā partē caloris: quouſq; tota ſit acquiſita. Quo in caſu patet particularem intenſionem, quæ eſt vnius gradus, generationem eſſe continuam & vnā, *Confutatio.* totam vero intenſionem eſſe ſucceſsiuam, non tamen vnam & continuam, quatenus quies interponitur. Sed hæc poſitio eſt friuola, qm̄ quæro propter quid particularis intenſio eſt motus cōtinuus et vnus, totalis nō, aut hoc eſt quia agens prius diſponit, & poſtea generat, aut quia prima eſt diuiſibilis in infinitū, ſi quia agens prius diſponit, tūc intēſio illa particularis erit finis prioris alterationis diſpoſitiue, ſed oīs finis eſt indiuiſibilis, vt di*Commen. 53.*citur. 6. phyſi. ſemper. n. terminus eſt indiuiſibilis ex ea parte qua eſt terminus, igitur talis particularis intenſio erit indiuiſibilis, ſi quia prima eſt diuiſibilis, tunc magis tota intenſio erit vna & cōtinua: qm̄ forma eſt magis diuiſibilis. præterea pars formæ eſt eiuſdem ſpēi cum tota forma: vel igitur pars formæ eſt continuo motu acquiſibilis per naturam formæ, aut per naturam agentis illā, aut ſubti recipientis, non per nām formę, quia cum tota forma & illius pars ſint eiuſdē ſpēi, eadem rōne erit de tota, vt de parte: non per rōnē agentis, qm̄ agens aut eſt potentius poſt primam actionem, aut æquipotens, quare ſi motu cōtinuo potuit partē primā gñare, igiť & oēs, quia ad oēs comparať ſm̄ tādē rōnem, nec ex parte ſubti recipientis, qm̄ ſubm per acquiſitionē primæ partis magis eſt aptum reſiduū recipere, igiť ex parte ſubti erit aut ęqualis cā, aut maior gñationis reſidui vltimo ſi prima pars formæ motu continuo & in tempore acquireretur, tūc eſſet ex partibus actualibus infinitis, vt deducetur contra proximam poſitionem. Alij & fere *Pō Gregorij in 1. ſententiarū.* oēs calculatores dixerunt oēm formæ intenſionem eſſe vnam ac continuam, imaginantur. n. formam aliquā, v. g. caliditatem primo generatione abſoluta gñari quo ad primum minimum, deinde illi intēſionē continuam addi. verbi cauſa in hoc inſtanti quod eſt pñs caliditatis vnum gradū induci in ligno, & in eodem per negationē incipere illius intenſionem, vt ſi A ſit primum inſtās eſſe caliditatis, tunc in A non eſt illius intenſio & īmediate poſt A in toto tempore illi A inſtāti continuo vſq; ad finem erit intenſio, quare tota intenſio eſt vna & continua, licet generationis formæ ſit dare primum. Sed hęc *Confutatio.* pō non eſt peripatetica. Primo accipio primum minimum: vel acquiritur in tempore, vel in inſtāti. ſi in tpe, igitur nō erit primum, omne. n. primum & vltimū vult eſſe in indiuiſibili temporis. 6. phy. ſi ī inſtanti, vel igitur in eodem inſtanti eſt remiſsio formæ illi contrariæ, vel in toto tempore præcedenti primū inſtans illius formę forma cōtraria remittebatur. ſi in inſtanti, igiť remiſsio non erit continua, immo indiuiſibilis: & à pari nec intēſio, ſi in tpe ꝑcedenti ſit remiſsio formæ contrariæ, & in primo nō eſſe illius gradus formæ cōtrariæ ſit illius minimi generatio, tūc corruptio vnius cōtrarij nō eſſet generatio alterius, non. n. ita cito ſicut forma contraria inciperet corrumpi, altera ſibi cōtraria inciperet gñari ſm̄ hunc caſum. quare oportet dicere illud minimum generari in tempore, ſicut gradus oppoſitus corrumpiť in tpe. Secundo aut primū minimum formæ, intēdēde acquiritur ſubito quia eſt generatio, & totum reſiduum non, quia totius reſidui acquiſitio eſt motus, aut quia primum & reſiduum differunt natura. Ex parte. n. agētis & ſubti nulla poteſt poni differentia, eſt. n. agēs idē, & ſubiectū, idem in prima & totali acquiſitione, igitur eſſe non pōt differētia niſi quia acquiſitio primi gradus eſt generatio, cęterorū aūt eſt motus: ſed non eſt aquiſitio ſubitaria primi gradus: quia illa eſt generatio, cæterorum temporaria, quia eſt motus, qm̄ ambæ vñr generationes: prima quidem abſoluta, ſecunda vero comparatiua, prima ex non eſſe formæ ad eſſe, ſcđa ex non tanta forma ad tantam formam, igitur vtraq; eſt ex priuatione in formam, item vtraq; eſt ab eodem agente, & vtraque in eodem ſubiecto ſm̄ quid in potentia: igř acquiſitio primi gradus erit generatio: & cuiuſlibet cæterorum, nec dici poteſt prima generatio & ſcđa motus: quia primus gradus, & ſecūdus differūt nā, ambo. n. ſunt partes eiuſdem formæ ſimilares atq; eiuſdem rationis. Quare ſicut primi gradus acquiſitio erit generatio, ita cuiuſlibet cæterorum. Tertio volo quòd producto primo gradu caliditas, calefaciens deſiſtat ab actione per horam, deinde iterum agat vel incipiat agere totū reſiduum caliditatis, vel igitur illius nouæ caliditatis generande habitus primum, vel non. ſi non, igitur non cuiuſlibet rei permanentis generande daretur primum contra regulas. 8. libri phyſi. ſi ſic, & tale auget ſiue intendit primum gradum iam productum, & non niſi ſubito, quia tale primum ſubito fit per eos: igitur aliqua intenſio alicuius formæ: non erit motus vnus & continuus. Et de poſitionibus hactenus dicta ſufficiant.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Pō ꝑipatetica. AVERROES, Thomas, Simplicius, Them. & oēs boni peripatetici arbitrantur hoc modo nullius formę

intenſionem eſſe motum continuum & vnum, ſed eſſe quaſi cõpoſitum ex pluribus motibus pluribusq; quietibus, quatenus ſemper inter partes motus quies intercidit, verbi cã, in intenſione caliditatis in primo inſtãti approximationis ipm calefaciens producit in ligno primum gradum caliditatis, qua generatione caliditas dr̃ abſolute generata, vel in primo inſtanti approximationis agit tam perfectam caliditatem, quã põt: poſtea mobile per tempus quieſcit ſub prima forma producta donec iterum calefaciens ſecundo producat tantam vel minorem vel maiorem, in eodm ligno priorem augẽdo, & hoc modo vſque ad finem, & vt de intẽſione caliditatis dicunt, ita de intenſione cuiuſque formę volunt eſſe intelligendum. Ad cuius dilucidationem accipio primo trifariam eſſe qualitatem intenſibilem apud calculatores alia quidem eſt gradualiter diuiſibilis. Sed nec in ſubiecto diuiſibili, nec habens contrarium, vt habitus atque animæ virtutes.3. Ethico. hæ enim gradu diuiſibiles ſunt, & intenſibiles, at neque ſunt in ſubiecto diuiſibili, nec habent contrarium, alia eſt gradu diuiſibilis, & eſt in ſubiecto diuiſibili: contrarium, tamen non habet, vt lumen, viſio, & quæuis ſenſatio, lumen enim in perpiſcuo eſt diuiſibili, ſenſatio in organo alia eſt gradu diuiſibilis, in ſubiecto diuiſibili, & habens cõtrarium, vt primæ qualitates elementorum, & ſecundę ex illis reſultantes, huius generis reductiue ſunt velocitas in motu & tarditas, item dimẽſio, licet modo quodam ęquiuoco dicantur intenſibiles. Secundo accipio nullam qualitatem intenſibilem eſſe diuiſibilem in infinitas partes actuales, immo calculatores dixerunt cuiuſque talis partes eſſe octo, quas gradus appellant, hoc enim numero contenti ſunt & probatur partes tales actuales non poſſe eſſe infinitas, quoniam quælibet qualitas talis eſſet infinita, quoniam conſtaret ex partibus infinitis, quarum quælibet eſt aliquantæ perfectionis, igitur tota qualitas erit infinitę perfecta, & infinitę. Ex hac ſuppoſitione ſequitur eſſe dabile minimum, & maximum in gradu per affirmationem apud peripateticos. deducitur, quia cum qualitas ſit diuiſibilis in partes actuales finitas, deueniendum eſt ad minimam, qua minor eſſe non poteſt, & ad maximam, qua maior eſſe non poteſt. Tertio accipio nullam talem formam eſſe producibilem ſub minori gradu quã ſit eius minimum. probatur, quia ſub tanta quantitate ſiue gradu forma eſt producibilis, ſub quanto eſſe poteſt. probatur, quia generatio eſt ad eſſe, igiť, ſub quanto eſſe poteſt ſub tanto eſt producibilis. quare cum nõ poſsit eſſe ſub minori gradu minimo, igitur nec generari poterit ſub minori. Ex hac ſuppoſitione ſequitur intenſionẽ in vnoquoq; inſtanti tpis menſurantis illam non fieri poſſe ſub minori q̃ ſit vnus gradus, qm̃ intenſio eſt generatio poſterioris partis formę, & auctio prioris, quando.n. caliditas intenditur, ſupra priorem formam generatur poſterior: quare omnis intenſio quædã eſt gño ſaltem poſterioris gradus, ſed generatio eſſe nõ põt formæ ſub minori gradu quã ſit minimus per ſuppõnem, igitur nec formę intẽſio põt fieri in quolibet inſtanti per minus minimo. Quarta ſuppõ licet forma nõ ſit producibilis ſub minori gradu quam ſit minimus: eſt producibilis ſub maiori nõ tñ ſub maiori maximo. Prima pars patuit, qm̃ minimum potens eſſe, eſt minimum in generatione ac productione. Secũda iterũ patet qm̃ minimũ agens eſt quod minimũ habet exceſſum ſupra paſſum & per conſequens minus minimo ꝓducere non poteſt, at ſi agens excedat paſſum per plus quã per minimum ſupra pari reſiſtẽtia producet plus, & hoc modo patet ſecunda pars. Tertia conſtat quia ꝙ non eſt poſe eſſe, nõ eſt producibile, at maius maximo nõ eſſe poſe eſſe, igitur nec producibile. His ſumptis ſit prima concluſio, oĩs intenſio ſiue auctio cuiuſuis formæ totalis eſt motus ſucceſsiuus. probatur, qa vna pars acquiriť prius, & alia poſterius, & nullæ duę ſiť, igitur eſt motus ſucceſsiuus, aliter ita cito ſicut acq̃reret illius vna pars, oẽs ſimul acquirerẽtur. dr̃ aũt in cõcluſione totius formæ ſiue totalis, quia quicquid ſit de parte illius, tota forma intenſibilis ſimul acquiri nõ põt in ſubto aliquo, niſi aut illud nullius eſſet reſiſtẽtię, aut agens eſſet infinitum. Secunda ex parte gradus nulla intenſio totalis formæ eſt motus cõtinuus è principio vſque in finem. probatur, quia ſi eſſet motus continuus, tunc in quolibet inſtanti temporis menſurantis illum motum erit forma intenſior quam prius erat: vel igitur in quolibet inſtanti erit intenſior pluſquam erat per minimum, aut per minus, aut per maius: nõ per minus minimo, quia per quartam nulla forma eſt generabilis per minus minimo, & per illius excerptum nec intẽſibilis eſt per minus minimo. ſi aũt in quolibet inſtanti erit ſemper maior ac maior per minimum, vel plus, cum in illo tempore inſtantia ſint infinita, in fine tota forma erit infinita: qm̃ in fine in ſubiecto erunt producta infinita minima, & ita, infinita erit forma per ſecundam ſuppõnem. hanc rõnem non modo olfecit Auer. 8. phy. dum probauit auctione non eſſe motum continuum, ſed expreſſit. intulit. n. ꝙ ſi auctio eſſet motus continuus, tũc in fine quantitas aucta eſſet infinita, quod valet per fundamenta hic declarata. Tertia ex parte extenſionis ſubiecti nulla intenſio totalis eſt motus continuus, probatur qm̃ ſicut agens non poteſt agere vnica actione formã quantumlibet minorem, nec paſſum quantumlibet minorem recipere ſic ipſum agens vnica actione non põt agere in paſſum quantumlibet minus, & ſic oportet vt ſua potentia non ſe extendat in minus minimo nec in maius maximo. Quare nec ex parte gradus nec extenſionis ſubiecti intenſio eſſe põt motus vnus & continuus. Et quia eſt ſucceſsiuus. igitur erit totalis intenſio compoſita ex pluribus motibus, pluribusq; quietibus. Quarta cõcluſio, partialis intẽſio fit in inſtanti. v. g. ſit generatus nunc vnus gradus caloris, dico ꝙ ſi debet prior gradus intendi, in inſtanti debet generari in eodẽ ſubiecto ad minus vnus alius gradus: probatur, quia ille ſecundus gradus, vel generatur in tpe, vel inſtanti. ſi in inſtanti, igitur particularis intenſio fit in inſtanti, qđ volebam, ſi in tempore, igitur vna eius pars in parte vna temporis, & altera in altera, igitur gñatio formæ poſſet eſſe minus quam per minimũ, qđ eſt contra oĩa dicta, quare oportet dicere ꝙ quemadmodũ gño primi gradus ſiue minimi primi eſt ſubitaria, ſic generatio ſecundi, at gño ſecundi eſt primi intenſio, igitur intenſio ipſa particularis eſt momentaria, & gño tertij eſt intenſio totius prioris aggregati ex primo & 2. & eſt etiã in inſtanti, & hoc modo de quarto vſq; ad finem, igiť licet quælibet intenſio particularis ſit ſubitaria, tota eſt ſucceſsiua, qm̃ inter inſtantia ſemper cadit tempus: hãc rõnem tangit Auer. 3. phyſi. arguens ſi augumentũ ſiue alteratio eſſet motus ſimpliciter cõtinuus & vnus, tunc ſm quodlibet minimum tẽpus ſenſibile menſurante auctionem & alterationem, eſſet aſsignare minimam partem formę, ſenſibilem, habet conſequens tanq̃ impoſe, quare

Triplex qualitas. — *1. ſuppoſitio.* — *2. ſuppoſitio.* — *Excerptum.* — *3. ſuppoſitio.* — *Excerptum.* — *4. ſuppoſitio.* — *1 concluſio.* — *2. concluſio.* — *Com. 23.* — *3. concluſio.* — *4 concluſio.* — *Com. 6.*

quare concludit auctionem & alterationẽ non eſſe vnũ & continuum motũ, ſed compoſitum ex pluribus motibus, pluribuſq; quietibus. Nunc de modo intenſionis agamus, & primo de qualitatibus gradualiter diuiſibilibus, quæ ſunt in ſubiecto diuiſibili, & habent contrarium: ſunt autem iſtæ aut primæ elemẽtariæ, aut ſecundæ mixtorum: ſecundæ augentur intenſione primarũ: ideo de intenſione primarũ agamus, nam de intẽſione ſecundarum erit dictũ: ſapor. n. intendiť ex intenſione caliditatis ac humiditatis, primæ autem nullarũ aliarũ priorũ intẽſione præſuppoſita intendunť quare de intenſione harum dicamus, accipiať igitur agẽs aliquod vtpote calefaciens, quod excedat reſiſtentiam paſsi ſaltem minimo exceſſu, quo ſufficit agere, probauimus. n. illum eſſe dabilem in lib. cœli, & notanter dico ꝙ excedat paſſum, quia vbi nõ excederet, actio nulla eſſet, ab æqualibus. n. non prouenit actio, tũc in primo inſtanti applicationis huius agẽtis ad paſſum producit in ligno tantam caliditatem quantã potuit, non tamen minorẽ minima, & illam in prima parte ſubiecti, quæ eſt minima ſiue tanta in quantã potuit idem agẽs, in eodemq; inſtanti contrariam abiecit: ita vt hoc inſtans ſit primũ applicationis, primum eſſe formæ intendẽde ſiue producende, & primũ non eſſe formæ contrariæ, hæc igitur prima ꝓductio appellatur abſoluta generatio formæ: qua ipſa ſimpliciter nũc primo eſt poſt non eſſe: tunc dico ꝙ facta hac productione, vel illud agens remanet præciſe æquipotens, vel augebitur aliqua ex cauſa, minus. n. remanere non põt; ſi remaneret æquale, adhuc vel paſſum eſt vnius minimi, vtpote pedale vel pluriũ: vtpote bipedũ, vel tripedũ. ſi pedale, tũc dictum agens æquipotens in dicto pedali eundẽ calorẽ continuo conſeruabit, ſin aũt ſubiectũ eſt magnum. V. g. tripedum & agens ex actione auctum, tũc agens illud producta prima caliditate, & interpoſita quiete tã actionis quã paſſionis, in ſm ſubiecti pedale aliã producet caliditatem, & priorem intendet, ita vt in ſecundo inſtanti priori ꝑ tps mediato contrariam expellet à ſecundo pedali ſubiecti, & in eodem contrariã remittet in primo pedali ad duo & priorem intẽdet vltra ad vnum, ita vt ſit vt duo, & oĩa hæc in ſecuudo inſtanti illi priori mediato ꝑ tps certum, in tertio inſtanti introducet vnam tantam caliditatem in tertio pede ſubiecti, quãtam in ſecũdo illius & primam in primo pede intendet ſupra priorẽ ad vnũ, & ſecundam iterũ ad vnũ, ita vt prima ſit vt tria in primo pede, ſecunda vt duo, in ſecundo pede, tertia ſit vt vnum in tertio pede, & ita de cæteris vſq; in finem: ſi ſubiectũ eſt magnũ: & agẽs ex actione ſemꝑ reſtet æquale, in primo inſtanti in primo pedali producet vnum & in ſecundo in pede ſecundo, ſecundũ, & in tertio in tertio pede tertium nullum illorum intẽdendo vſq; in finẽ latitudinis, at ſi ſubiectũ eſt pedale & agẽs ex actione auctum, in primo inſtanti in illo remittit cõtrarium ad vnum & introducit de forma vnum, & in ſecundo remittet contrarium ad duo, & auget priorem ad duo, & ſic ſemper quiete interpoſita vſq; ad finem ꝓficiſcetur, huius interpolationis cauſa eſt dicta, qm̃ forma nec eſt diuiſibilis in minora minimis, nec producibilis per minora minimis, quibus patet intẽſionem ſemper eſſe generationem, qm̃ reſpectu prioris eſt intenſio, reſpectu nouæ generatio. Prima. n. formæ gñatio non eſt intenſio, ſed illius abſoluta productio, itẽq; & cõtrarij remiſſio, at ſecunda eiuſdem generatio eſt prioris intẽſio: & cõtrarij etiam remiſsio. Hæc de qualitatibus diuiſibilibus, in ſubiecto diuiſibili, & habentibus cõtrarium. Et de luminis intenſione ac qualitatum diuiſibilium nõ habentium cõtrarium auctione agamus. luminoſum igiť vt ſol in vltimo inſtanti tpis menſurantis eius acceſſum ad perſpicuũ producit in illo vnum gradũ luminis, deinde & ſi continuo ſol moueatur, tunc per aliqd' tps non producet maius lumen: nec extẽſiue nec intenſiue: & in vltimo inſtanti illius motus cauſat lumen minimũ extenſiue ſecundam partem perſpicui illuminãdo, qua minorem non poſſet per ſe illuminare, & in ipſomet inſtanti ſecundo prius lumen in parte prius illuminata intendet, donec cõpleatur illuminatio tota gradualiter, & extenſiue. cauſa aũt eſt & quia non quælibet approximatio ſufficit ad illuminandũ, & quia intenſio luminis fieri non põt per minus minimo. De habituum intenſione agamus, & dicimus ꝙ habitus & virtutes augenť ex frequentatis actibus. 3. Ethic. oportet. n. imaginari ꝙ quẽadmodũ nõ oẽs guttę cauant lapidem. 8. phy. ſed vltima virtute cæterarum: ſic nõ oẽs actus habitum augẽt, ſed vltimus virtute cæterorum. Et de auctione magnitudinis eodem modo eſt dicendum. Tum quia auctio vel eſt generatio formæ in pluri materia ꝗ erat, vel finis illius, igitur particularis auctio erit ſubitaria, ac per minima, tum quia dimenſio vt eſt forma naturalis, non eſt diuiſibilis in infinitum in partes actuales, quare oportet imaginari vniens ipſum ſub certa dimenſione productum prima actione ab aĩa augeri per minimum: ita vt prima auctione relinquatur maius quã erat ꝑ minimũ, & in ſecunda iterũ plusꝗ erat per minimum, & ſic vſq; in ſtatum, qua ratione tota auctio licet ſit ſucceſsiua, non eſt continua: quod Auer. 8. phy. probat, nam ſi in quolibet inſtanti vniens eſſet auctum: in fine tꝑis eſſet infinitum. probatur, quia non põt eſſe actum per minus ꝗ ſit minimum: cum forma non ſit diuiſibilis per minora minimo, igitur in quolibet inſtanti erit auctũ per minimum, ſed infinita ſunt inſtantia in illo tpe, igitur in fine erunt in vniente minima infinita, & ita erit in infinitum auctum. Hæc Auer. Simili rõne de velocitatis intenſione eſt dicendũ in motu locali ipſo naturali, nam ſi velocitas continuo intenderetur, tunc in quolibet inſtãti tꝑis menſurantis motum naturalẽ eſſet maior, & cũ nõ poſsit eſſe maior minus quam per minimũ, cũ velocitas ſit forma naturalis, & nulla forma naturalis eſt diuiſibilis in minora minimis, igitur ſi in quolibet inſtanti eſſet maior, tunc in quolibet inſtanti erit maior per vnũ gradum minimũ, & cũ inſtantia ſint infinita, igitur in fine motus velocitas erit infinita. Sic igitur vt de lumine eſt dicendum, ꝙ in motu à virtute mobilis & medij acquiritur vnus gradus velocitatis, deinde mobile moueť certo tpe, in cuius vltimo producit ſm gradum velocitatis priorem augendo, & ſic vſq; in finẽ, & huius cauſa eſt, quia velocitas eſt quædam forma naturalis, quæ nõ eſt acquiſibilis per partes minores, & minores in infinitũ, vt cæteræ formæ naturales. Erit igitur ex oĩbus, ijs concluſio hæc ꝙ nulla intẽſio eſt motus cõtinuus, & vnus. qua ratione euenit, vt nec ipſa remiſsio nec tarditas nec diminutio ſit motus continuus & vnus. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

Modus intenſionis.

De qualitatibus primis.

De intenſione luminis.

De intẽſione habituum.

Cõm. 23.

De auctione.

Cõm. 23.

De intenſione velocitatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS ſufficienter elucidatis ad primam negatur maior. Ad rationem primã quæ probat maiorem dico ꝙ 3. phyſi. diffinitur motus in eo ꝙ motus, & conceditur de ratione motus vlis eſſe continuitatem, non aũt de ratione huius vel illius motus in ſpẽ, vt ibidẽ dicit Auer.

Aliquid.n.competit alicui per rationem generis, quod non competit motui per rationē ſpēi, per rationem.n. motus in genere oīs motus eſt vnus & cōtinuus, non tamen per rōnem ſpēi, ſolus.n.localis per rationem generis & ſpēi eſt vnus & continuus, cæteri oēs per rōnem generis ſunt continui: per rationē ſpēi ſunt interpolati,
Com. 74. vt Auer. ait. 6. phy. Ad ſecundam cōcedo ante oēm motum eſſe motum per rōnem generis, non aūt ꝑ rōnem ſpēi, ante.n. primam minimi generationem non eſt generatio. Aīaduerte tamen, ꝙ ante oēm motum eſſe motum pōt bifariā intelligi etiā ſub ratione generis, quia vel per inceptionē, vel per deſitionem: ſi intelligitur ꝑ deſitionem, conceditur ante oēm motū deſijſſe aliquē motum, quia ſemper ante totum motū deſijt prima eius pars. ſi per inceptionem, negatur ante oēm motum eſſe motum, quia non ante oēm motū incepit motus, qa tunc idem motus inciperet ante ſeipſum, ſilr conceditū poſt oēm motū eſſe motū per inceptionē, qm̄ poſt oēm motum incipit motus aliquis, nō aūt poſt deſitionem, non.n. poſt oēm motum definit motus, tūc.n. idem eſſet poſt ſe. Ad tertiam conceditur aliquem motum eſſe in inſtanti, non quidem per rationem generis, ſed per rationem ſpēi. Ad rationē Ariſ. dico ꝙ arguit ad hominem: qui tenebat lationem eſſe ſubitariam, & continū componi ex indiuiſibilibus, tunc.n. ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem. Ad tenēdo Auer. dico ꝙ alterans in vno nunc alterat prima alteratione, in ſecundo nunc mediato ſecunda alteratione etiam alterat, & ſic non ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem, quia non in quolibet nunc eſt motus & quies, nec ſequitur idē moueri ſimul motibus cōtrariis. Ad quartam conceditnr ex parte agentis agens agere citius in partem propinquam quā in remotā, vel negatur illa oī ex parte, nec.n. forma produci pōt per minus quā per minimū extenſiue vel intenſiue, nec agēs pōt agere vna actione in maius quam in minimum: quare agens naturale æque cito producit effectum in partem propinquā & in remotam intra ſphæram minimam ſuæ actionis. Qm̄ in tota ſphæra & cuilibet parti illius æque bene applicatur. Ad quintā dico ꝙ licet de primo in motu ſint plures poſitiones. Peripatetici tenēt dari primum & vltimum motus in eo ꝙ motus per negationē: motus vero per rationem ſpeciei totalis concedunt primum & vltimum in acquiſitione per affirmationē, per exemplū in alteratione primum erit in primo inſtanti generationis caliditatis: vltimum erit vltimus gradus illius vel primum dicitur primum minimum. vltimum aūt dicitū vltimum minimum, cum quibus tamen ſtat cuiuſlibet rei permanentis dari primum per affirmationem, nō autem vltimum per affirmationem, nam multum refert appellare vltimum & primū ſm eſſe, & primum & vltimum ſm generationem, concedunt.n. peripatetici primum & vltimum ſecundum generationē, qm̄ primum minimum: quod prima generatione acquiritur, & vltimum quod vltima generatione habetū. Secundū tamen eſſe concedunt primum, negant tamen vltimum, qm̄ omne quod in hoc inſtāti eſt, adhuc erit. Secundum.n. eſſe vltimum dicitur poſt quod res primo non erit. Primum autem, ante quod nihil prius erat, qua ratione cōcedunt primum, negant vltimum, in generatione autē acquiſitiua cōcedunt primum & vltimum: vt dictum eſt. Ad ſextam patet ſolutio, qūo pars intelligi poteſt prior toto, & qūo non, itē & qūo poſterior. Ad ſecundam principalem patet ſolutio ex dilucidatione. Ad tertiam etiam patuit ſolutio ex dilucidatione. Et addo ꝙ non omnis remiſsio vnius contrarij eſt intenſio alterius, qm̄ ſtat frigiditatem vt octo remitti ad vnum, & hæc remiſsio nullius erit intenſio, ſed bene erit eius contrarij generatio. Quando.n. alterum contrarium remittitur, alterum oīno aut intenditū, aut generatū. Ad quartam dico ꝙ vna totalis pōt eſſe altera totali velocior, quia eſt ſucceſsiua in tpe, particularis omnis eſt ſubitaria. Ad quintam negatur aſſumptum, quia licet motus localis naturalis ſit continuus, non tamen continuo velocitatū, vel intenditur in velocitate, vt dictū eſt in dilucidatione. Ad ſextam oēs negant minimum inexiſtēs, *De minimo.* ſiue ipſum ſit quantum intenſiue, ſiue extenſiue, qm̄ oē quantum quouis modo eſt diuiſibile in infinitū in partes inexiſtentes ſiue potentiales, at minimum per ſe exiſtens. Quidam concedūt illud ſm extenſionem ad hūc ſenſum, ꝙ in aliquanta ſubiecti magnitudine pōt naturaliter ſaluari aliqua naturalis forma, & in aliquanta minori non pōt, igitur dabilis eſt minima in qua pōt. Pari ratione cōcedunt maximum quod, ſic quia in aliquanta maiori pōt: nō aūt ſub omni maiori, igitur datur maxima, nōnulli minimum & maximum extenſionis in diſsimilaribus, quæ etherogenea dicuntur. negāt autē illud in ſimilaribus, quæ dicuntur homogenea, volunt enim dari maximum & minimum bouem, negāt autē maximam & minimam carnem, ſed hoc friuolum eſt, qa ſi partes homogeneæ ſiue ſimilares poſſunt eſſe ſemper minores, poterunt in tam parua quantitate ſumi ꝙ cōſtituūt corpus etherogeneū ſiue diſsimilare in quantitate grani frumenti eiuſdem rōnis cum corpore, qđ nunc eſt bos, qm̄ ſi cum quantūlibet minore magnitudine partium homogenearum poteſt ſtare eſſe & forma, etiam cum illis quantūlibet minoribus poterit ſtare vita, qm̄ vita totius reſultat ex compoſitate partium, ſic igitū cōcedatur minimum extenſionis in oībus vt in libris phy. eſt concluſum. De minimo intenſionis calculatores negant illud oīno, & per ſe exiſtens & inexiſtens. probant hoc fortiſsimo argumento, quia ponatū aliquod lucidum illuminare aerem ſumme diſpoſitum ad lumen ſm quātācunq; diſtantiam pōt, tunc arguo, oī parte proportionali huius luminis eſt aliqua remiſſior, & loquor de partibus ſm extenſionē ſubiecti, igitū non eſt dare minimum lumen intenſiue. deducitur, qa ſi detur minimum lumē, eo nō erit in hoc medio aliud minus in aliqua illius parte. antecedēs probatur: qm̄ in caſu dato nulla pars medij eſt per totum vniformiter lucida, ſed quæ remotior eſt, ſemper minus eſt lucida, & quia non eſt dare vltimā partem ſimplr, quæ ſit illuminata etiam non erit dare aliquā minime illuminatā ſeu remiſſiſsime, & ita quælibet eſt aliqua remiſsior pars luminis ſitu diſtincta, & ita talis formæ nō eſt dabile aliquod minimum intenſiue, & ſicut dicunt de lumine, ita in oībus formis intenſibilibus negāda ſunt minima, & maxima intenſiue, ſiue in gradu. Et licet de hac materia fuerit longus ſermo alibi, tamen teneo de intentione peripateticorum minimum & maximū etiam in gradu intenſionis, vt ſuppoſuimus in dilucidatione. Tunc *1. ſolutio.* ad rationem de viſione remiſiſsima: dicunt nonnulli dabilem eſſe remiſiſſimam viſionem in fieri: non aūt in corrumpi, in fieri quidem, quia rei permanentis datur primum, at in corrumpi non quia non datur vltimum, & ſic admiſſo caſu illa viſio fieret remiſsior ꝑ remotionem viſibilis, & ita oportet illam deſinere per primum nō eſſe & idem de cæteris volūt. Sed hoc nihil eſt: quia *Confutatio.* ſi non

ſi non daretur vltimum in corrumpi, igitur nec in generari, nam ſi minimum calidum verſus corruptionem poteſt eſſe ſub minori quantitate, tunc minimum frigidum poteſt generari ſub minori & minori in infinitum alr corruptio vnius non eſſet generatio alterius, qm̄ illius quod minimum fuit in generari pōt in infinitū aliqua pars minima corrumpi, igitur in infinitum minor generari. Alij dicunt in his quæ ſubito fiunt, quæ non niſi per inſtans durant, & ex quorum corruptione nihil fit vt ſunt viſio, & illuminatio, & momentum dari primum & vltimum exponendo ſemper per affirmationem: remiſiſsima.n.viſio nunc eſt, & īmediate poſt hoc non erit, item nec immediate ante hoc, igitur ſimul incipit & deſinit, & cum ex illius corruptione nihil generetur, non ſequitur in eodem inſtanti eſſe ſubiectū ſub duobus contrariis. Vel dici poteſt primum inſtans elongationis ipſius viſibilis eſſe primum non eſſe viſionis remiſiſsime, & ſic nego eſſe dabile vltimum, quia quoties tu primum inſtans elongationis ſumis, erit tunc primum non eſſe illius & ſic rō nulla. *2. Solutiones.* Ad ſecundam rationem, quæ nunc facta eſt de lumine dico eſſe deueniendum ad vltimū ſpatiū medij illuminati, quod ęqualiter eſt per totum remiſſe illuminatum, quia ex quo eſt minimum, agens pōt æqualiter in primam & vltimam illius partem, vnde concedo lumen ſphæraliter multiplicari proportionabiliter non quidem per partes potentiales, ſed per partes actuales, eſt igitur deuenire ad vltimum remiſſum lumen. Ad ſeptimam dico ꝙ neceſſario raritas conſequitur illam partium diſtātiam, non enim eſſe pōt, quin corpus rarefiat, tn̄ raritas non conſequitur eam pro quolibet inſtanti, vt dictum eſt de velocitate, & ſic negatur conſequētia. Alr & facilius dico occupationem maioris loci non eſſe motū localem, ſed gn̄onem maioris loci: quę fit in inſtanti, ſicut generatio caliditatis, & gn̄o raritatis, occupatio.n.maioris loci nō fit per ſe, ſed conſecutiue, ſicut tenendo reſolonem vſq; ad materiam primam. In inſtanti gn̄onis ignis ex aqua fit maior raritas & occupatio maioris loci, ex quo ſeqtur occupationem illam non eſſe per ſe tm̄ alicuius motus, ſed conſecutiue tm̄. Ad octauam patet ſolutio ex dilucidatione, non.n.quęlibet approximatio ſufficit ad illuminandum, ſed in vltimo inſtanti certe approximationis fit lumen, vt dictum eſt, & ita licet motus luminoſi ſit continuus: tn̄ illuminatio eſt interpolata. Ad nonam dico ꝙ agens eſt impeditum propter formæ repugnantiam: repugnat.n.formæ in quolibet inſtanti intendi. Et ſi dices tp̄s interpolationis eſt diuiſibile, & hēt plura inſtantia, quare igitur agens potius in vno quā in altero agit, patuit ſolutio ex proxima diſputatione, tn̄ dico ꝙ ordinis accn̄talis non eſt reddenda cauſa, niſi ex motu cœli, ſol.n.plures radios producere pōt, producit tn̄ hunc magis quam illum per accidens: ex motu tn̄ cœli ordinato. Ad propoſitum agens agit magis in vno quam in altero per accn̄s, ex motu tn̄ cœli eſt determinatum. Dici etiam poteſt agens interim agere, ſed conſeruādo, non aūt producendo. Ad.10.dico ſenſum decipi circa ſenſibilia per accn̄s, non aūt circa ſenſibilia per ſe. *Correlaria.* Ex his apparet primo eſſe dabile primum intenſum eſſe, nā primum inſtans eſſe ſecundi gradus eſt primū intēſum eſſe prioris. Scd̄o apparet ꝙ licet ad oēm remiſsionem alicuius cōtrarij ſequatur gn̄o alterius, nō tamen ſequitur illius intenſio, qm̄ ſp intēſio formæ ſupponit illius generationem. Hæc de.7.diſputatione.

Eodem Textu.

DISPVTATIO OCTAVA

De modo intenſionis formarum.

Num intenſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod intenſio formæ non fiat per maiorē elongationem è ſuo contrario, arguitur primo: qa multæ ſunt formæ, quæ carent contrario, quæ tamen intenduntur, vt lumen, ſenſationes, & aīæ operationes, præterea multæ ſunt formæ quæ habēt cōtrarium, vt virtutes, quæ non per elongationē è contrario intenduntur, ſed ex frequētatis actibus, vt dictū eſt. *1. Ratio.* Secundo arguitur, quia tunc hoc dato, nulla erit vera formæ intenſio, vel remiſsio, ſed ſm̄ apparentiam tm̄: quia ſi per ſolā elongationē intendit, tunc forma quę dicitur aucta: in rei veritate non dicetur aucta vel intēſa, cum nec maior quam erat prius, ſed ſolum apparet maior ꝑ ſui contrarij depurationem, ꝙ ipſius apparentiam impediebat. Tertio data quæſtione, tunc nūquā forma augeretur in aliquo ſubiecto, quin ſimul in eodem ſubiecto forma illius contraria augeretur, nam ſi albedo augetur, tunc minus nigredini permiſcetur, igitur ecōtra nigredo minus miſcetur albedini, non.n.pōt albedo à nigredine remoueri quin econtra nigredo ab albedine etiam elongetur, quare vtraq; intendetur. Quarto ſi forma intenditur per elongationē à contrario vel hoc eſſet ipſa remanente tanta quanta erat prius, vel quia ꝑ contrarij diminutionē aliquid addit priori formæ vltra illud ꝙ erat. ſi ſibi nihil additur: tunc nō erit intenſa ſm̄ rei veritatē, qm̄ præciſe eſt tanta quanta erat, ſinaūt per talem elongationem aliquid additur priori formæ, igit auctio formæ non erit ſola contrarij minutio. Quinto ſi quęſtio eſſet vera, tunc remiſsio fieret per accretionem contrarij, igitur vbi eſſet forma ſine tali miſtione: illa eſſet ſumme talis, quod eſt falſum. nam in aere puro non eſt frigiditas aliqua: & tamen eſt remiſſe calr, pōt.n.fieri aer purus magis vel minus calidus, & tamen eſt ſine contrarij admiſtione, aliter nō eſſe purus. Sexto nulla cauſa priuatiua eſt cauſa alicuius poſitiui, at remotio talis eſt aliquid priuatiuum, igitur non eſt cauſa intenſionis, quæ eſt res poſitiua. Septimo denominatur à termino ad quem, ex.5.phyſi. ſed illa intenſio albedinis eſt dealbatio ex eodē quinto, igitur terminus eius eſt aliqua albedo, & ita non eſt ſui contrarij remotio. Octauo data quæſtione, tunc ita caliditas ſucceſsiue gradualiter acquireretur, ſicut frigiditas ſucceſsiue gradualiter deperderet, at frigiditas quæ remittit à gradu ſummo ad non gradum remittitur ad ſubduplum: ad ſubquatruplum, & ad ſuboctuplum, & ſic in infinitum, igitur caliditas intenditur ad duplum, ad quatruplū & octuplum, & ſic in infinitum, & ſic nūquā remitteretur tota frigiditas alicuius, quin induceretur infinita latitudo caliditatis. Nono applicetur aliquod infrigidās alicui calido in hoc inſtanti, quod eſt præſens, & quæro vel in hoc inſtāti qđ eſt præſens introduxit in illo aliq̃ frigiditatem, vel in inſtanti illi immediato, vel mediato: non in inſtanti, ꝙ eſt præſens, quia non pōt eſſe motus in inſtanti: nec in inſtanti immediato, quia non eſt inſtans immediatum inſtanti, igitur illam induxit in inſtanti mediato, ſed inter quælibet duo inſtātia mediat tempus, igitur tempore medio non induxit illam frigiditatem in calido vt octo: & continuo in illo tempore

medio illud infrigidans remiſit, igitur cum aliqua caliditate remiſſa nõ ſtat aliquid ſui contrarij,& ſic remiſſio vnius contrarij non erit intenſio ſui contrarij. Decimo ponatur quòd A ſit vnũ calidũ vniformiter difforme in extremo intenſioris terminatum ad gradum caliditatis ſummum,& in extremo remiſsiori ad nõ gradum,& cum illa caliditate coextendatur frigiditas vniformiter difformis: per qõnem,ſic ꝙ vbi terminatur caliditas ad ſummum,terminetur frigiditas ad non gradũ, & vocetur gradus ſummus ad quem terminatur illa latitudo B,& gradus medius totius,latitudinis C,& tunc cũ ipſius B ad C ſit proportio finita,ſit illa dupla, & arguo ſic aliquis eſt gradus citra B in latitudine ſignata, cuius ad C,eſt proportio plus quam dupla:& quilibet talis eſt ipſo B,remiſsior, igitur aliquis gradus ipſo B, remiſsior erit intenſior,aſſumptum probatur: quia verſus B eſt reperire aliquem gradum ꝙ eſt in duplo minus admiſtus cum ſuo contrario, & aliquem qui in triplo,& ſic in infinitum, quia ad illud extremum terminatur frigiditas ad non gradum, igitur eſt reperire aliquem gradum in duplo intenſiorem,& in triplo, & ſic in infinitum. tenet conſequentia,quia ſicut proportionaliter eſt minus ſuo contrario admiſtus, ſic erit intenſior, quare ſi verſus B eſt reperire gradum aliquem in duplo minus admiſtum, erit reperire gradum in duplo intenſum:& ſic in infinitum, quare erit reperire aliquem gradum citra B cuius ad C erit proportio plus quam dupla. Vndecimo data qõne, tunc aliqua forma immediate poſt hoc remittetur,quæ erit infinitæ intenſionis,quæ tamẽ antea erat finitæ intenſionis. probatur & ponatur ꝙ A ſit vna caliditas ſumma extẽſa per aliquod ſubiectũ: & B ſit vna forma remiſſa præciſe ſubdupla ad A,& incipiat A per aliquod agens contrarium inſtanti quod eſt præſens remitti, ſic ꝙ illud agens incipiat in ſubiectum illud cui extenditur A inducere frigiditatem à non gradu deducto quocunq; iuuamento : vel impedimento extrinſeco, iſto poſito arguitur ſic, A inſtanti quod eſt præſens eſt præciſe in duplo intenſius B, & immediate poſt inſtans quod eſt pñs erit infinite intenſius B in nullo variato B: igitur A immediate poſt hoc erit infinitæ intenſionis. tenet conſequentia, & añs pro prima parte patet ex caſu. Et ſecunda pars añtis arguitur, quia B eſt aliqualiter admiſtum cum ſuo contrario,cum ſit forma remiſſa, & A immediate poſt hoc erit in infinitum minus admiſtum cum ſuo contrario quam ſit B, igitur A immediate poſt hoc erit in infinitum intenſius ꝗ B, conſequentia patet, & añs probatur ſic, nullam latitudinem frigiditatis immediate poſt hoc acquiret A & ſi aliquam latitudinem frigiditatis A immediate poſt hoc acquiretur A eſſet aliqualiter admiſtum cum ſuo contrario, & aliqualiter intenſum,& ſi in duplo minorẽ A, eſſet in duplo minus admiſtum, & in duplo magis intenſum, & ſic in infinitum : igitur ſi immediate poſt hoc in infinitum minorẽ illa certa data acquireret, foret in infinitum modice admiſtum cum cõtrario, & ſic infinite intenſum,& ꝙ ipſi A non acquiretur aliqua latitudo patet ex caſu. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DIXIMVS proxima diſputatione intenſionem formæ eſſe illius comparatiuam generationem, & qm̃ oẽ comparatiuũ ſupponit poſitiuũ,ideo generatio comparatiua formę ſupponit illius poſitiuam generationem formæ, igitur primo abſoluta atque poſitiua generatione generatur, poſtmodum ipſa genita augetur, quæ auctio eſt formæ intẽſio,huius aũt intenſionis vt dictũ eſt primum non eodem modo ab oĩbus aſsignatur,qui enim intenſionem volunt eſſe motum continuum : aſſerunt primum inſtans quod eſt ipſius generationis ꝑ affirmationem,eſſe intenſionis per negationem.peripatetici aũt qui intenſionem eſſe motum diſcretum atq; interpolatum fatenẽ, dicũt primum inſtãs intenſionis eſſe per affirmationem eſſeq; illud in quo fit ſecũdi gradus eiuſdem formæ comparatiua generatio, vt dictum eſt, miſta contraria dicuntur,quæ ſunt in eodem ſubiecto coextenſa,vt ſi in ligno pedali eſſet caliditas, & frigiditas coextenſe, hæ miſtæ dicerentur elõgari vero qñ altera recederet,altera permanente. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

SIMPLICIVS de præſenti diſputatione velle videtur formas effici intenſiores vel remiſsiores per maiorem vel minorem cũ contrario admiſtionem, aſſerẽs formam eſſe intenſiorem,quæ minus ſuo contrario eſt admiſta, remiſsiorem,quæ magis illi copulata, qua ratione velle videtur intenſionem nihil aliud eſſe,qui formæ depurationem:remiſsiorẽ aũt nihil aliud quã illius cõmiſtionem. Hanc põnem viſus eſt ſequi Expoſitor vbiq;,qui dicit formas intendi per maiorem è contrarijs elongationem. Ariſt.3.Topic.dicit ꝙ quæ cõtrarijs ſunt impermiſtiora,ſunt magis talia,vt albius, quod nigro impermiſtius. Præterea Auer.5.phy.inquit albũ nõ fieri minus album niſi ex miſtione ſui contrarij,& ibidẽ ait diminutũ in omni genere eſſe diminutum per miſtionem contrarij, &.2.de generatione volens probare quatuor elementa eſſe in miſto,dicit ꝙ ſi calidum non eſſet in cõpoſito,non eſſet in eo frigidum : niſi in fine,i. in ſummo:ex quo videtur ẽm ipſum ꝙ purum frigidũ eſt frigidum in ſummo : & pura frigiditas eſt ſumma:& ita frigiditas non ſumma,ſed remiſſa, eſt frigiditas caliditati cõmiſta. Præterea Ariſt.6.Phy. nullã tribuit accidentibus diuiſibilitatem niſi per accñs,ratione ſubiecti:inquit.n.de albo aũt alia ratio eſt ꝑ id qd' ẽm accidens oĩa diuiſibilia ſunt,cui.n.accidit albũ,aut quale illud diuiſibile eſt,vbi Auer.inquit ſed oĩa ſunt diuiſibilia per accñs,i.oẽs qualitates, quare ſi non ſunt diuiſibiles niſi rõne ſubiecti,relinquitur ꝙ non pñt eſſe gradualiter intenſibiles,& ſic aut nullo modo erunt intenſibiles remiſsibileſúe, aut per admiſtionem contrarij, idem quoq; Ariſt.ait in.5.auſcul.phyſicæ. Sed huic poſitioni obijciunt quidã.Primo quia qñ albedo intẽditur aut intenditur per aduentum alicuius poſitiui:vel ꝑ ſolam contrarij remotionem. ſi primum igiẽ intẽſio principaliter eſt propter additionẽ partis ad partem, & non per ſolam remotionem contrarij.ſi ſecundum, tunc ſola priuatio eſſet cauſa effectus poſitiui, vt intenſionis, quæ eſt effectus poſitiuus, remotio.n.cõtrarij pura priuatio eſt.Secundo vt arguebatur, motus denominatur à termino ad quem ex.5.phy.ſed illa intenſio albedinis eſt dealbatio,vt ibidem dicitur,igitur terminus eius eſt albedo,& ita non eſt remotio contrarij. Tertio arguo ergo fortiſsime ſic. ſi nulla qualitas eſt gradualiter diuiſibilis ſed ſolum ratione ſubiecti, tunc eius intenſio vel remiſsio fieri non poſſet per contrarij maiorem vel minorem admiſtionem,qm̃ eius cõtrarium eſſet etiam indiuiſibile gradualiter,& ita cuicũq; cõparabitur indiuiſibiliter comparabiẽ & non ẽm magis & minus, faciũt etiam rationes oẽs in principio contra hoc. Alij iuniores ſimpliciter protulerunt intenſionem fieri per minorem miſtionem cum contrario,non quidem ꝑſe primo ac prin-

Margin notes (right column): P. Simp. — Com.29. — Com.45. — Com.48. — Com.41. — Obiectiones. — 2. poſitio.

ac principaliter,ſed quaſi per accidens, ſiue conſecutiue. Imaginātur enim formam intendi per additionem partis ſimilaris formæ ad partem ſimilarē, & hoc principaliter, ſed quia non poteſt addi albedini pars albedinis, quin ab eodem ſubiecto remoueatur pars nigredinis,dixerunt intenſionem fieri per minorē cum cōtrario admiſtione cōſequenter,& quaſi per accñs, quatenus ad additionē ſimilis ſupra ſuum ſimile ſequitur remotio contrarij. *Confutatio.* Sed hæc poſitio ſic nude poſita eſt falſa.primo quia non eſſet vniuerſaliter vera, qm̄ non vt omnis forma habet contrarium, item nec oīs forma habens contrarium, ſic intenditur vt in primo cap.tactū eſt.Præterea cōtra hanc poſitionem faciunt oēs rationes primi capitis, & præcipue.8.9.10.& 11.hac.n.data ſequuntur illa abſurda,ad quæ rōnes ille deducunt, videlicet ꝙ aliqua forma in fine intenſionis eſſet infinite intenſa,& quod remitti poſſet vnum contrarium altero non intenſo,& quod aliquis gradus citra ſummū eſſet maior ſummo, & ꝙ aliquis gradus remiſsior ſummo eſſet infinite intenſus,& tunc quære rōnes, omnia enim hæc ſequuntur ſi proportionabiliter ſicut vnum contrarium remittitur:alterum intenderetur.Quare hæc pō ſic nude probata eſt erronea. Hæc de pōnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur accipio. Primo ꝙ cōtrarium pōt ſumi poſitiue,& priuatiue, vt Phyſici dicunt: cōmuni enim verbo forma & priuatio contrariæ dicūtur, preſſo aūt,album & nigrum. Secundo accipio priuationem & formam ita ſeſe habere,ꝙ ſi forma eſt intenſibilis,atque remiſsibilis eius cōtrarium ſiue illud ſit priuatio, ſiue forma, etiam eſt intenſibile & remiſsibile, *Excerptum.* hoc fatentur oēs & Phyſici: & calculatores. Ex his ſequitur ꝙ dum dicimus intenſionem formæ fieri ꝑ minorem admiſtionem cum contrario ibi cōtrarium accipitur cōmuniter vt ſeſe extendit tam ad priuationem, quā ad formā,qm̄ omne tale eſt intenſibile, ſicut ſuum contrarium.Tertio accipio ꝙ vnū contrarium intendi vel remitti ꝑ maiorem vel minorem admiſtionē cū cōtrario pōt bifariam intelligi,aut gradualiter, aut ꝓportionaliter,gradualiter quidē, vt ſi alterum cōtrariū remittitur per vnum gradū,alterum etiam ꝑ vnum intēdetur,& ſi iterum alterum per vnum alium remittatur, iterum & alterum per vnum alium intēdatur,& ſic ſemper gradualiter vſque ad non gradum.i.ad primum nō eſſe talis contrarij remittendi: proportionabiliter vero vt ſi alterum cōtrarium ſit in duplo remiſſum intēdendum ſit in duplo intenſum, & ſi remittendum ſit in triplo remiſſum,intendendum ſit in triplo intenſum & ſic in infinitum, ſemper proportionabiliter vſquequo remittendum deducatur ad non gradum. *Quæ Calculato.* Hanc diſtōnē iuniores calculatores ſub alijs verbis obſcuris tradunt dicentes ꝙ vnum cōtrarium intendi vel remitti ꝑ maiorē vel minorem admiſtionem,pōt intelligi geometrice,vel arithmetice, & intelligunt & geometrice hoc eſt proportionabiliter,arithmetice vero gradualiter, vt dictum eſt, geometrica enim proportionabilitas eſt proportionum.eorum quæ cōparantur: ſimilitudo, quaſi proportione ſunt cōparabilia ſex ad tria, & quatuor ad duo.vtrobique.n.eſt dupla proportio. Arithmetica vero eſt graduum ſiue differentiarū eorum quæ comparantur, æqualitas quaſi cōparatione ſunt proportionabilia,ſed & quatuor,tria & vnum, vtrobique.n.exceſſus ſiue differentia eſt per duo. Quarto accipio ꝙ vnū cōtrarium intendi vel remitti per maiorem vel minorem admiſtionē ſiue proportionabiliter & geometrice, ſiue gradualiter & arithmetice intelligatur, poſſumus accipere aut motu cōtinuo,aut motu diſcreto, ſiue interpolato. *Dilucidatio.* Ex his facile patet dilucidatio per cōcluſiones. Prima eſt ꝙ nullum contrarium intenditur vel remittitur principaliter per maiorem vel minorem admiſtionem cū contrario,patet, quia hæc maior:vel minor admiſtio eſt priuatio,quæ nullius effectus poſitiui cauſa eſſe poteſt. *Excerptum.* Ex quo ſequitur tale principaliter intendi per additionem alicuius poſitiui eiuſdē rōnis cum præcedenti,vt dicemus, & conſequenter per maiorem vel minorem admiſtionem cum ſuo contrario. Secūda eſt ꝙ ſiue cōtrarium intendatur vel remittatur per talē maiorem vel minorem admiſtionē principaliter, ſiue cōſecutiue,intelligi non pōt iſtud fieri motu cōtinuo. ꝓbatur per præcedentem diſputationē,quia tunc intēſio eſſet motus vnus,& continuus, & hoc nō aliter probo. Tertia eſt ꝙ ſiue cōtrarium intendatur vel remittatur principaliter per maiorē talem vel minorē talem admiſtionem ſiue cōſecutiue,non pōt intelligi per maiorem vel minorē admiſtionē proportionabiliter geometrice, ſed arithmetice gradualiter. probatur per quatuor rōnes tactas in vltimo primi capitis, qm̄ ſi intelligitur geometrice proportionabiliter illud fieri, tunc ſicut tale cōtrarium fiet in duplo minus admiſtū, ita fiet in duplo maius, & ſicut in triplo minus admiſtum ita in triplo maius, quare cū in infinitū fiet minus ac maius admiſtum fiet in infinitum maius,quod eſt falſum.præterea ſicut ſuū contrarium remittetur ad duplū ita ipſum intendetur ad duplum,& ſicut illud ad quadruplum:& ſic in infinitum,ita & ipſum intēdetur in infinitū,quod eſt impoſ̄e. cauſa autē huius eſt: quia vt dicitur.3.Phyſi. diuiſibile oē poteſt proportionabiliter diuidi in infinitum,augeri autem non, quia omne poſsibile augeri erit quandoq; auctū, poſsibile aūt diminui nō oportet eſſe quādoque diminutū,ſic igitur proportionabiliter geometrice nihil poteſt intendi vel remitti ꝑ maiorem vel minorem talem admiſtionem,at gradualiter arithmetice bene, quia ſicut pōt per vnum gradum vnū cōtrarium minus miſceri ſuo cōtrario, ſic per vnum gradum pōt augeri,& ſic vſque ad octo, vel vſque ad ſummum, non enim ſequitur tale in fine eſſe infinitę intēſum, qm̄ ſuum contrariū gradualiter eſt finite remiſſum. *Alius modus facillim.* Si quis nollet has confuſiones, peripatetice dicere poſſet nullā formam eſſe intenſibilem niſi gradualiter, & nullū cōtrarium eſſe remiſſibile niſi gradualiter,nullum.n.contrarium pōt remitti ad duplum,ad triplum,& ſic in infinitum,qm̄ remiſsio eſt diſcreta & gradus ꝑ gradum, & non partis per partem in infinitū, & ſic nulla forma eſt intenſibilis niſi gradualiter. qm̄ nulla pōt intendi ad duplum & triplum,& ſic in infinitum, cū nihil motu cōtinuo per partem poſt partem intendatur,ſed ꝑ motū diſcretum gradus per gradū. Quare oēs tales calculatorum confuſiones euitare potes. *Dilucidatio.* Ex his facile patet oē contrarium intendi vel remitti per maiorem vel minorem admiſtionem contrarij gradualiter tantum, & motu diſcreto:non autem proportionabiliter motu continuo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis ad oēs rationes patet ſolutio. Ad primam tñ dico ꝙ licet careant contrario poſitiuo,nō carent contrario priuatiuo, ꝙ eſt intenſibile ac remiſsibile vt illius forma. Ad ſecūdam patet etiam ſolutio, illa enim conſequentia ſequeretur,qñ intenſio eſſet per ſo-

lam elongationem a contrario intelligendo nihil addi poſitiui,tunc enim ratio valeret:at Simpl.& Expoſitor dicunt principaliter formam augeri per additionẽ ſimilis,conſequenter aũt per remotionẽ illam. Ad tertiã negatur cõſequentia, qm̃ quando remouet̃ albedo ab ipſa nigredine,remouetur per corruptionẽ nigredinis, vbi aũt nigredo remaneret,tũc eſſet elõgatio mutua. Ad.4. patet ſolutio per reſponſionẽ ad ſecundã. Ad.5.quære ſolutionem in lib.de generatione,vbi diximus elementum purum alterari nõ poſſe pura alteratione, ſed alteratione miſta generationi. Ad.6.cõceditur totum ad ꝙ deducit ratio: illa.n.remotio nõ eſt cauſa intẽſionis,ſed magis effectus,quia cõcomitatur ipſam intenſionẽ, vel ſequitur.aut dici poteſt, ꝙ eſt quaſi cã: quia cã ſine qua non, vel diſpoſitiua vt dicemus. Ad.7.conceditur totũ, nam remotio non eſt terminus, ſed comitans terminũ, vel terminus per accidens, neceſſario tñ. Ad.8.conceditur primo gradualiter remitti alterũ cõtrariorum, & gradualiter intendi alterum,tñ cũ remiſsio non ſit gradualiter in infinitum, nec intẽſio erit gradualiter in infinitũ,& negatur ꝙ remiſsio alterius fiat proportionabiliter vſque in infinitum, quia ſecũdum peripateticos remiſsio fieri nõ poteſt niſi gradualiter. Secundo dato ꝙ fiat remiſsio proportionabiliter in infinitum, vt calculatores dicunt,tñ intenſio,nõ creſcit in infinitum, nõ enim oportet auctionẽ rñdere remiſsioni ſm diuiſionẽ proportionum,ſed bene ſecundum diuiſionem graduum,vt dictum eſt. Ad.9.apud calculatores nõ dat̃ primum applicationis per affirmationẽ, ſed ꝑ negationẽ, & tunc cõcedo immediate poſt hoc eſſe introductã aliquam caliditatẽ, nullam tñ caliditatẽ eſſe inductã, quia nec vt tria, nec vt quatuor,nec aliqua talis.vel peripatetice cõceditur primum ꝑ affirmationẽ primũ gradum caliditatis eſſe inductũ,& primũ gradum frigiditatis eſſe corruptum,& vlterius cõceditur aliquem motũ partialem eſſe ſubitarium, non aũt totalem. Ad.10.atque 11.patet ſolutio,cõcludunt.n.intenſionẽ nõ fieri ꝑ elongationem à cõtrario cõtinuo proportionaliter: cũ quo tamen ſunt illam fieri cõtinuo gradualiter, hæc ſecundum calculatores, ſm Peripateticos dico ꝙ intẽſio nec fit per remotionẽ cõtrarij cõtinuo ꝓportionaliter, nec continuo gradualiter, ſed ſolum ſucceſsiue diſcrete gradualiter. Ex his patet recte Simplicium atq; Expoſitores ſenſiſſe,voluerunt enim intenſionem fieri per remotionem,non tanquam per cãm, ſed tanquam per effectũ ſequentẽ ad cãm.Et de.8.diſputatione hactenus.

Intellectus expoſitionis Simplic. & Tho.

Eodem Textu.

DISPVTATIO NONA
De intenſione & remiſsione formarum penes terminos.

Num intenſio fiat penes diſtantiam à non gradu: remiſsio econtra penes appropinquationem ad non gradum.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

1. Ratio.

QVod quæſtio ſit falſa arguitur. Et ſupponatur de mente Calculatoris ꝙ oĩs caliditas ſumma finite diſtet à nõ gradu. Secundo ſupponatur ꝙ latitudo motus vel velocitatis motus ſit infinita. probatur,quia latitudo proportionis eſt infinita, & latitudo motus vel velocitatis motus ſequitur ꝓportionem ſeu latitudinem proportionis, igitur latitudo motus eſt infinita, his ſuppoſitis arguo, cuiuſlibet latitudinis remiſsio attenditur pænes appropinquationẽ ad nõ gradum, cum igitur A motus & B caliditas æqualiter appropinquat non gradui, vt volo ſic acceptũ per caſum, ſequitur ꝙ A motus, & B caliditas ſint ęque remiſſa, quare ſi intenſio formæ eſſet per diſtantiam à nõ gradu: & remiſsio per appropinquationẽ, caliditas ſumma eſſet remiſſa. Præterea de facto arguitur de lumine & arguo, aliquod lumẽ ꝙ diſtat à non gradu tanta diſtantia quãta caliditas ſumma ab eodem, eſt remiſſum, igit̃ ſumma caliditas erit remiſſa. añs deducitur ponendo, ꝙ A calidum per horam in aliquo calefactibili ſufficiat inducere caliditatem vt octo: & ꝙ ſol per ſuum motũ cõtinuũ magis apici meridiei appropinquet, illuminando continuo magis ac magis aliquã partem medij: tũc arguo ita ſol põt illuminare partem illam, vt A ignis põt B calefactibile calefacere, ſed A ĩ hora calefacit B vt octo, igitur ſol in eadẽ hora põt illã partẽ illuminare lumine vt octo, hoc oĩbus patet quia lumini nihil reſiſtit, & ſol eſt maioris potentiæ quã ignis, igitur ſi in hora A calefacit B caliditate vt octo, ſol illuminauit illam partẽ in hora lumine vt octo, vel tanto lumine gradualiter, quanta eſt caliditas ſumma, ſed illud eſt remiſſum, quia continuo magis ac magis creſcit in meridiem vſque, igit̃ calor ille erit remiſſus, aliter remiſſum erit ſummo ęquale, quale intenſio non fit per appropinquationẽ ad nõ gradum. Tertio intenſio & remiſsio ſunt idem, igitur omne intenſum eſt remiſſum, & oẽ remiſſum eſt intenſum. tenet argumentum, quia ſi poſſet aliquod eſſe intenſum, ꝙ non eſſet remiſſum, intenſio nõ eſſet remiſſio, & econtra, ſi poſſet aliquod remiſſum non eſſe intenſum, tunc remiſsio non eſſet intenſio, igitur ſi intenſio & remiſsio idem eſt, omne intẽſum eſſet remiſſum, & oẽ remiſſum intenſum. antecedens vero probatur, quia oĩs gradus caliditatis eſt ſua intenſio & oĩs gradus caliditatis eſt ſua remiſsio, igitur remiſsio eſt intẽſio & econtra. probatur prima pars añtis, qm̃ eodem modo habetur ſecunda: nã ſi non, detur oppoſitũ, tunc aliquis gradus caliditatis non eſſet ſua intenſio, ſit ille A & ſua intenſio B & cum B intenſio ſit tanta quãtus eſt gradus A. igitur ipſius B erit aliqua intẽſio, & ſit illa C: & tũc vel oportet ire in infinitum, vel dicere ꝙ gradus caliditatis ſit ſua intẽſio, & ſic patet añtis prima pars. eodem modo põt ſecunda deduci, quare intenſio eſt remiſsio & econtra: & ita oẽ intenſum eſt remiſſum, & econtra: quare ſumma caliditas ſi dicitur ꝑ diſtantiam à nõ gradu: tunc erit remiſſa. Quarto cuiuſlibet caliditatis gradus tm̃ præciſe diſtat à non gradu ſicut ipſe eſt propinquus non gradui, igitur quilibet eſt ita intenſus, ſicut remiſsius. cõſequentia patet, quia intẽſio fit ꝑ diſtãtiam, remiſsio per appropinquationẽ. añs ꝓbatur, quia præciſe per tantam diſtãtiam ſiue latitudinẽ, diſtat quilibet gradus à non gradu, per quãtam ipſemet non gradui eſt propinquus, quare ſequitur vt prius idem impoſsibile. Sexto ſi qõ eſſet vera, tunc oĩs forma includens maximam diſtantia à non gradu eſſet ſumma. & ſic caliditas vniformiter difformis terminata ad ſummum eſſet ſumma: ꝙ eſt contra Calculato. Septimo data qõne, tunc in caſu duæ qualitates ſunt æqualis intẽſionis, quæ per totum aliquod tempus æquali velocitate intendunt̃, quæ tñ ꝑ tales intenſiones à non gradu inæqualiter recedunt, ꝙ eſt falſum, & arguitur cõſequẽtia: ponẽdo ꝙ A & B ſint latitudines vniformiter difformes in ſuis extremis intenſioribus terminate ad gradũ medium

Secunda.

dium totius latitudinis caliditatis, qui gratia exempli ſit vt quatuor, & in extremis remiſsioribus ſint terminate ad gradū mediū medietatis remiſsioris vtpote vt duo, & approximetur C ſumme calidum extremo intenſiori ipſius A,& per totam iſtam horam vniformiter agat in ipſum quouſque A,in extremo intenſiori terminetur ad gradum ſummū hoc eſt ad octo,& D calidum vt ſex approximetur extremo remiſsiori ipſius B:& ꝑ totam eādem horam agat in ipſum B vniformiter; ſic ꝙ in fine horæ B terminetur ad gradum vt ſex ſecundū extremū ꝙ tunc erit intēſiſsimū, iſto caſu poſito, ſequitur ꝙ A & B per totam iſtam horam æquali velocitate intenduntur,qm̄ quāta velocitate C intendit ipſum A:tanta D ipſum B,& neutrum illorū agentium agit niſi intendēdo, igitur quāta velocitate C intēdit A, tanta D ipſum B cōſequētia patet,& añs probatur, quia ab vtroque horum agētium maxima latitudo inducta eſt vt quatuor, nam C intēdit A ipſum à quatuor ad octo:& D ipſum B è duobus ad ſex, vbi patet diſtantias eſſe æquales,quare æquali velocitate intenduntur qualitates iſtæ, quæ tñ continuo inequaliter recedunt à non gradibus quia A maiorem diſtātiam cōtinuo acquiret q̄ B, cū in fine includet diſtantiam vt octo: & B, vt ſex. Septimo aliqua qualitas velocius recedit à nō gradu,quæ tñ non acquirit maiorem intenſionem cæteri paribus, igitur talis intēſio nō eſt penes receſſum à non gradu mēſurāda ꝓbaꝛ añs,ponendo ꝙ A & B ſint ſub ſummo nigredinis colorata, & ſub nō gradu albedinis,& debeāt ꝑ totā iſtam horā vniformiter intendi ad albedinem ſummā, ita vt in fine horæ vtrūque ſit ſumme albū:& cū hoc ſupponaꝛ ꝙ A trāſeat per plura media quā ipſum B ꝙ eſt poſe, qm̄ tranſitus de albo in nigrū, & ecōtra, pōt fieri qñque ꝑ plura, qñq; ꝑ pauciora media, & ita qñq; ꝑ tranſitum maioris qñq; minoris latitudinis,& arguiꝛ ſic, ꝑ totā illam horā velocius recedit à nō gradu albedinis A ipſum quā B, q̄a cōtinue maiorē latitudinē ſiue diſtātiam trāſit A quā B ꝑ caſum,& tñ præciſe ęqualē latitudinē acquirent, q̄a præciſe in fine vtrūq; erit ſumme albū, quare rō patet. Octauo ponaꝛ ꝑ caſum ꝙ A & B ſint duæ latitudines caliditatis,& ambæ extenſæ ꝑ duo ſubiecta pedalia, vt ipſum A ꝑ C,& ipſum B ꝑ D,& volo ꝙ caliditas A taliter deperdatur ꝑ motū vniformē in hora:ꝙ prima medietate horæ deperdaꝛ tota medietas quātitatiua exñs in ipſius C ſemipedali,altera medietate ipſius C in nullo alterata, & in altera medietate horæ deperdaꝛ ſecunda medietas caliditatis in altera medietate ipſius C. B vero caliditas taliter deperdatur in D ſubiecto, ꝙ ꝑ motū vniformē in prima horæ medietate cuilibet puncto deperdaꝛ tota caliditas à ſummo ad medium: & in ſecunda horæ medietate etiam per motū vniformē tota reſidua à medio vſq; in nō gradū etiam in quolibet pūcto, iſtis ſtātibus, arguo, A & B ꝑ motus vniformes in æquali tp̄e deperdūtur ad non gradū,vt innuit caſus, & illi motus erūt inæqualiter veloces; q̄a motus quo ipſum A deperditur eſt in duplo velocior, quā motus quo deperditur B:quia in prima medietate horæ ꝑ motū quo deperdiꝛ A, deperditur tota latitudo à ſummo ad nō gradū, & tunc ꝑ motū quo deperdiꝛ B præciſe deperdiꝛ tota latitudo à ſummo ad mediū,& eodē modo de ſecūda medietate; igitur nō per receſſum à nō gradu menſuraꝛ intenſio, nec remiſsio ꝑ appropinquationem. Nono ſolet argui de raritate & denſitate, quia aliquis gradus raritatis eſt alio gradu denſior,qui non eſt illo diſtantior à nō gradu, & hoc mō non eſt vñs regula. aſſumptum vero facile deducitur ſupponendo,ꝙ quilibet gradus raritatis ꝑ infinitū diſtat à non gradu raritatis, ꝙ pōt probari, quia ſi præciſe finite,tunc aliquod remiſſe rarū poſſet terminari ad nō gradū raritatis, ſed hoc eſt impoſe, quod ꝓbo, & ponatur ꝙ A rarū vniformiter difforme in extremo intenſiori termineꝛ ad certū gradū raritatis, ĩ extremo aūt remiſsiori ad nō gradū raritatis ſi fit poſe, & arguo ꝙ tale nō ſit rarum:nā illud eſt infinite denſum, igitur nō eſt rarū. añs ꝓbatur quia ſub extenſione finita habet infinitū de materia,igitur A eſt infinite denſum,& ꝓbaꝛ iterū añs ſecundū,& diuidatur A in partes proportionales,itaque prima medietas intenſior A ſit prima pars ꝓportionalis, & prima pars medietatis reſiduę ſit ſecunda & ſic deinceps, & arguo ſi ſecunda pars ꝓportionalis ipſius A foret tanta ſicut prima, & in duplo intenſior quā ſic iam prima,ipſa includeret in duplo plus de materia quā prima,ſed ipſa nunc in duplo minus includit de materia quā tūc includeret,eo ꝙ eſt in duplo minor cæteris paribus:igitur nūc includit tm̄ præciſe de materia ſicut prima, & cōſimiliter argui pōt de.3.reſpectu ſecundæ,& de.4.reſpectu tertiæ, & ſic in infinitum, igiꝛ in qualibet parte ꝓportionali ipſius A tm̄ includiꝛ materia ſicut prima,igitur ſub extenſione ipſius A habetur infinitū de materia, & ita ipſum A erit infinite intēſum, igitur nullo pacto rarū,& ita nullū remiſſe rarū pōt terminari ad nō gradū raritatis, & ita quilibet gradus raritatis ꝑ infinitum diſtat à non gradu,& ita patet ſuppoſitio,tunc arguo quilibet gradus raritatis ꝑ infinitū diſtat à nō gradu,igiꝛ nullus plus alio diſtat, & ꝑ cōſequēs de raritate regula non habet locū. Decimo arguo & pono ꝙ ſit vna caliditas vt quatuor coextenſe vni frigiditati vt quatuor in vno pedali,& volo ꝙ agens aliqd' vt octo calidum intendat illam caliditatē vſq; ad octo,tūc probo,ꝙ ſi intenſio fieret ꝑ diſtantiam,& remiſsio per appropinquationē ad nō gradū, tūc in fine horę caliditatis illa eſſet in infinitū aucta,ꝓbo,frigiditas erit in duplo nō gradui ꝓpinqua & in triplo,& quadruplo, & ſic in infinitū, igiꝛ erit in infinitū remiſſa, ſed ꝑ quātū ꝓportionabiliter frigiditas remittitur, ꝑ tm̄ augeꝛ caliditas,igiꝛ caliditas erit in fine in infinitū aucta, plures aliæ rōnes fieri poſſent, ſed hæ ſufficiant. In cōtrarium ſunt calculatores. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID non gradus, & quid ſit ſummum prioribus diſputationibus eſt dictum,amplius quid intenſio,& q̄d remiſsio formæ etiam eſt dictum, intenſionem vero fieri pœnes diſtantiam à non gradu, eſt intenſionem menſurari per diſtantiam à nō gradu:mēſurantur aūt intenſiones per diſtantias eiuſmodi, qñ qualis eſt proportio diſtātiarum qualitatum cōtrariarū à nō gradibus earū, talis eſt proportio intenſionum talium graduū, vt quia gradus ſummus in duplo plus diſtat à non gradu quam medius, ideo ſummi ad medium proportio eſt dupla intenſiuæ, & de cæteris, id genus ſimiliter. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli calculatores & non imperiti dixerunt intenſionem formæ attendi pœnes appropinquationem ad ſummum,remiſsionem vero pœnes receſſum à ſummo. huius opinionis videtur Auer. in.10.lib.huius, vbi ait in omni genere eſſe vnū metrum cæterorum,quæ ſunt in illo genere, & exponit illud eſſe optimum. præterea in lib.de Beatitudine dicit omnes res menſurari comparatione ſummi, præterea Ariſtot.

1.Suppoſitio.

Commen.7.

3.Phyſi.

3.Phyſi.dicit vnam eſſe viam ab Athenis in Thebas,& contra à Thebis in Athenas. Dico vnam ſubiecto,rõne tamen alteram,quare vna erit ſubiecto via, qua inteſio diſtat à non gradu,& ſummo appropinquat, igitur non magis intenſio menſurari debet pœnes receſſum à non gradu, quàm pœnes acceſſum ad ſummũ attendi. Sed hanc poſitionem refellũt calculatores.Primo, quia hac põne data,tunc gradus ſummus caliditatis in infinitum excederet gradũ medium totius latitudinis caliditatis, quod eſt impoſsibile.& deducitur, q̃a plus excedit gradus ſummus gradum medium totius latitudinis, quã aliquis citra ſummum,& vltra medium, ſed in infinitum aliquis gradus citra ſummum & vltra medium excedit ipſum medium,quia in duplo plus,& ĩ quadruplo, igitur ſummus gradus ĩ infinitum excedit medium. Quot autem in infinitum aliquis gradus citra ſummum & vltra medium excedat ipſum medium,ꝓbatur, quia in infinitum aliquis gradus appropinquat ſummo q̃ ipſe medius,& pœnes appropinquationem ad ſummum eſt intenſio menſuranda,igitur concluſio patet. & ꝑ idem deduci põt aliquem gradum citra ſummum eſſe intenſiorẽ ſummo,per idem etiam deduci põt ꝙ aliquis gradus vt A eſt in duplo inteſior nunc præciſæ quã gradus B,& tamen A gradus immediate poſt hoc erit in infinitũ intenſius B,& tñ cõtinuo poſt hoc remittetur A.præterea per idẽ deduci põt ꝙ gradus medius totius latitudinis in infinitum foret remiſsior ſummo & oĩa eadem radice deduci pñt vt in.1.cap.proxime diſputationis eſt inductum. Propter hæc dicũt alij calculatores ꝙ pœnes aliud ſumitur intenſio formæ, & pœnes aliud proportio intenſionis vnius formæ ad aliam formã. intenditur enim forma per gradualẽ receſſum à non gradu,& gradualem acceſſum ad ſummũ, & ꝑ gradualẽ remotionẽ à contrario,qm̃ quælibet forma quæ intenditur,per tantam latitudinem fit propinquior ſummo, per q̃tam remouetur à non gradu,atque à contrario illius, vt dictũ eſt in ꝓxima diſputatione,nõ gradus.n.formæ, & nihil formæ,& priuatio ſiue contrarium formæ idem eſt, at proportio vnius intenſionis ad proportionẽ alterius nõ eſt ſumenda pœnes proportionem talium acceſſuũ ad ſummum, quia poteſt vna forma alia in duplo plus accedere ad ſummum, quæ tñ eſt ea minus quã in duplo intenſior,ſicut gradus medius medietatis totius latitudinis caliditatis in duplo plus accedit, qui tñ non eſt gradu medio in duplo intenſior,ſed in ſex qui altero,igitur proportio intenſionis vnius formæ ad proportionẽ intenſionis alterius formę ſumenda eſt pœnes proportionem diſtantiarum à non gradibus. Hæc ſunt quæ calculatores ſentiunt. Sed põnes hæ ſine admiratione non ſunt,& ab hominibus vtpote ocioſis adinuentæ ſunt, q̃ non veritatẽ adinuenire,ſed cõfundere enixi ſunt,& ꝓpterea vr̃ mihi hęc nõ eſſe ſapide nec peripatetice dicta. Primo quia oĩs forma intenſibilis ſm̃ peripateticos eſt finita,diſtantia aũt à non gradu eſt diminuibilis & augmentabilis in infinitum, igitur intenſio qualitatis nõ eſt attendenda pœnes talẽ diſtantiam,nullũ.n.finitum poteſt attendi pœnes id, quod eſt infinitum. Secundo ſi intenſio attendit̃ pœnes diſtantiam à non gradu ad ſenſum eorum,vel intenſio totalis, vel partialis, nõ partialis,quia omnis talis eſt ſubitaria, igitur nulla talis eſt in proportione velocitatis alteri comparabilis non totalis:qm̃ illa eſt diſcreta atque motus interpolatus,vt probatum eſt,igitur pœnes nihil attenditur velocitas intenſionis totalis, velox.n.& tardum de motu dñr cõtinuo, & ita proportio intenſionis vnius formę ad proportionẽ intenſionis alterius formæ, pœnes nihil eſt ſumẽda. Tertio apud peripateticos datur velociſsima intenſio, & tardiſsima,ſimiliter & maxima & minima intenſio, igitur nulla poteſt alteri comparari in proportione velocitatis in infinitũ, quæ cũ ſit perſpicua apud peripateticos omitto vlterius ꝓbare.Et de põnibus hactenus.

Obiectiones. *Poſitio calculatoris, & Iaco. & Iani.* *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire de intenſione formæ non aliter eſſe ſentiendum, q̃ de auctione alicuius quãti.vt igitur augmẽtatio duplex eſt,totalis, videlicet & particularis, ſic intenſio formæ erit duplex. auctio quidem particularis eſt vnius minimi ſubitaria generatio, qua auctum dicit̃ maius q̃ erat quãtitate vnius minimi,totalis vero auctio eſt generatio totalis tot minimorum quot cõſtituũt vnã q̃titatem naturalẽ aucto, per quã auctum eſt deductum ad terminũ, quẽ requirit ſua propria forma.Qua rõne patet nec auctionẽ,partilẽ nec vniuerſam eſſe motũ: partilẽ continuũ quidẽ non, quia illa eſt ſubitaria:vniuerſam vero minime, quia illa eſt cõpoſita ex partibilibus auctionibus atq; minimis, nõ aliter formæ inteſio(vt dictũ eſt)duplex eſt, partilis quidem,qua vnum ſiue minimũ ſiue gradus formæ ſubito acquiritur,quo forma eſt maior quã erat per vnũ gradũ,totalis aũt,eſt generatio totalis tot ſiue minimorum,ſiue graduum,quot formã reddũt perfectã, quare nec prima nec ſecũda motus eſt cõtinuus. Prima nõ, quia eſt ſubitaria.Secunda minime, quia eſt motus diſcretus,& per minimas intenſiones cõgregatus.Secundo debes ſcire ꝙ multum refert intenſionẽ eſſe velocẽ vel tardam & breuem vel longam, velocius enim dicitur ꝙ motu cõtinuo inæquali tẽpore ꝑtrãſit maius, vel in minori æquale,tardius econtra, breuis aũt atque longa dicitur reſpectu termini vltimi,vt dicatur illa intenſio breuior, quæ in breuiori tempore pertingit in ſuum terminum ad quẽ, illa longior, quæ longiori tempore peruenit in eundem. Ex his ſequitur primo nullã intenſionem eſſe altera velociorẽ, nec tardiorẽ niſi æquiuoce,qũo etiam poetæ dicunt metaphoricæ tẽpus velox, & propterea videmus Ariſt. velox & tardum ſolum in motu locali dediſſe, bene tñ vna dicitur altera breuiora.altera longior, vt quæ ſuum in finem breuiori tẽpore perducit,breuior dicitur,quæ longiori, longior. Secundo ſequitur, nullam intenſionẽ eſſe alteri cõparabilẽ in proportione velocitatis,vel tarditatis, & ita pœnes nihil attendit̃ velocitas vel tarditas intenſionis, nec pœnes aliquid eſt ſumenda proportio intenſionis vnius formæ ad proportionem inteſionis alterius. Tertio ſequitur duas inteſiones totales eſſe æque breues, ꝑ quarum vnam maior forma eſt acquiſita, quã per alteram. Exemplum,ſi ſint duæ totales inteſiones in eadẽ hora, & ꝑ vnam acquiratur forma intenſa vt octo, & ꝑ alteram vt quatuor,hæ ſunt ęque breues,quia in æquali tẽpore pertingũt ad ſuos fines, altera tñ eſt maior altera, non in velocitate, ſed in aggregando plures partiles intenſiones, nam altera octo, altera quatuor partiles intenſiones cõgregat.Quarto ſequitur, duas intenſiones factas in æquali tempore,quarum vna eſt altera maior,ita ſeſe habere, vt nulla ſit altera nec velocior, nec tardior,immo nec breuior,nec longior. patet iſtud per tertium nunc deductum, illæ enim intenſiones totales ſunt æque breues,& vna altera maior,& inæquali tempore factæ, & tñ altera non eſt altera velocior. Ex his patet dilucidatio,ꝙ videlicet intenſio formæ nec ꝑ diſtantiam

1. Suppoſitio *Interpretatio* *Dilucidatio*

ſtantiam à nō gradu, nec per acceſſum ad ſummum attenditur, niſi forte per accidens, vt dictū eſt. Hęc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His elucidatis patet ſolutio ad rōnes fere oēs, tamē ſpeciatim. Ad primā conceditur prima ſuppoſitio, & negatur ſecunda, immo oīs latitudo eſt finita, cū nulla forma naturalis ſit infinita. Ad probationē dico ꝙ latitudo proportionis ſit finita, qm̄ & virtus actiua & virtus reſiſtitiua eſt finita, dictum eſt.n. ſuperius ꝙ velocitas motus non acquiritur continuo ꝑ diminutionē reſiſtentiæ, nec per crementum potentiæ actiuę. Ad ſecūdam de lumine dico ꝙ tota latitudo luminis acquiritur vſque ad meridiem, & non ante, quia non niſi qn̄ ſol venit ad directū partis, & licet ſoli & lumini nihil reſiſtat tn̄ nec lumē eſt citius acquiſibile, nec vſq; ad meridiem eſt diſpoſitio requiſita ad illius productionē, quia deficit illi directio aſpectus. Ad tertiā dico ꝙ ī aliquibus intenſio & remiſſio eſt idem, vt in forma vt quatuor: in aliquibus nō, nam caliditas vt octo eſt ſumma intenſio formæ & nullo mō remiſſio, caliditas vt vnum eſt ſumma remiſſio & nullo modo intenſio, qm̄ licet ſit diuiſibilis, non tn̄ pōt diuidi in partes minores potētes per ſe exiſtere. cā aūt eſt, quia intenſio & remiſſio ſunt reſpectus, & propterea nō pōt aliqua forma dici remiſſio niſi reſpectu intenſionis, & nulla intēſio niſi reſpectu remiſſionis, quia caliditas vt vnum nullā habet remiſſiorem, ideo dicit̄ remiſſio tm̄, & nullo mō intenſio, caliditas autem vt octo dicit̄ intenſio, quia reſpectu nullius dicit̄ remiſſio, & hoc modo patet ꝙ licet aliqua intēſio, & aliqua remiſſio ſubiecto ſit eadē, tn̄ in omnibus nō eſt ita, vt dictū eſt. Ad quartā cōcedo aliquā caliditatē ꝑ tātū diſtare à non gradu, ꝑ quātum illi eſt propinqua, tn̄ dicit̄ intenſa tm̄ ſi eſt vt octo, vel remiſſa tm̄, ſi eſt vt vnū, quia intenſio & remiſſio non dñr rōne diſtantiæ vt dictū eſt, ſed reſpectu alicuius alterius. Ad quintā dico ꝙ nō dicitur caliditas ſumma ꝑ hoc, quia includit maximā diſtātiam, quia nō rōne diſtantiæ dicit̄ intenſio, ſed rōne pluralitatis graduū. prætereа latitudo vniformiter difformis licet actu includat diſtātiā ſummā, tn̄ virtute eſt tanta quātus eſt gradus medius, vt dicemus. Ad ſextam patet ſolutio, quia intenſiones illæ cū non ſint cōtinuæ, nō pnt̄ eſſe æque veloces, vel inæqualiter veloces. ꝑterea ammiſſo caſu adhuc dico intēſiones illas eſſe æque veloces, quia ſemꝑ æqualiter ꝓportionalr̄ creſcūt reſpectu gradus medij, cui quælibet illarū rn̄det, & ī fine ſunt ambæ æquales, quia q̄libet eſt æqualis ſuo gradui medio. A.n. in fine eſt vt quinq;, quia aggregādo extremū intenſius & extremum remiſſius, totum eſt vt decē, medium aūt quinque, ſimiliter B in fine eſt vt quinque, qa extremū intenſius eſt vt ſex, & remiſſius vt quatuor, quæ aggregata ſunt decem, quorū medium etiā quinq; ſunt, quare ſemꝑ ſunt æquales, & in fine æquales, bene tn̄ dico ꝙ ſm̄ peripateticos rō nulla eſt, quia nulla illarum eſt motus continuus, & ita erūt æque breues, altera tn̄ altera non eſt intenſior. Ad ſeptimā patet ſolo, quia rō ſupponit falſum, ſupponit.n. caliditatē velocius recedere à nō gradu, ī mo nec velociter, nec tarde qualitas pōt dici recedere à non gradu ſed breuiori vel longiori tēpore. prætereа licet vna illarum poſſet recedere per plura media ꝑ accn̄s, per ſe aūt oēs ꝑ vnū medium eiuſdē rōnis recedūt, videlicet per qualitatē remiſſam, rubrū.n. & fuſcum ſunt ꝑ accn̄s media, at remiſſum album eſt medium ꝑ ſe ad intenſum albū, & remiſſum nigrū ad intēſum nigrū. Ad octauā primo dic rōnē ſupponere falſum, videlicet ꝙ motus illi fiāt cōtinuo. ſcdo dic, ꝙ ſemꝑ erūt æqueueloces, quia ſemꝑ ſubiectū remanet æqualiter tale, nā qn̄ tota latitudo A deꝑditur in altera ipſius B medietate altera remanēte in fine medietatis horæ totū C remanet calidum vt quatuor, quia eſt regula calculatoris, ꝙ ꝑ quātum latitudo eſt ī ſubiecto ꝑ tm̄ ſui denoīat illud, vt qm̄ eſt ꝑ medietatē ſubiecti, ideo ꝑ ſui medietatē denoīat illud, quare C remanebit vt quatuor, & ſic ī toto tꝑe ſemꝑ reſpectu totius ſubiecti ſeruabitur eadē ꝓportio diſtāte à nō gradu. Ad nonā de raro & denſo dico iuxta pōnē Auer. dari maxime rarum, & maxime denſum, itē minime rarū & minime dēſum, & ita nō oē rarū eſſe dēſum, nec ecōtra, & ita negatur oēm gradū raritatis ꝑ infinitū diſtare à nō gradu. immo eſt dare minimū in raritate, & cōcedit̄ tale finite diſtare à nō gradu, & cōcedit̄ vlterius caſus, ſed negatur tale eſſe infinite denſum. Ad rōnē primo dico ꝙ illud acceptū nō poteſt diuidi in aliquas partes, qm̄ eſt minimū, & dato ꝙ diuideret̄ in partes potētiales, adhuc dico ſcd̄am partē non hr̄e tm̄ de materia q̄tū prima habet. Ad rōnem dico ꝙ debet ſic argui ſi ſecunda pars proportionalis eſſet tanta ſicut prima & in duplo intenſior quam ſit prima, ipſa includeret in duplo plus de materia quam prima, igitur nunc cum ſit ſubdupla includeret æqualem de materia, quando remaneret æque denſa, aliter negatur argumentum, & ſic ratio nulla eſt, quia deficit ſecunda conditio, poteſt enim medietas habere æqualem materiam cum ſuo toto, quādo eſſet illi ęqualiter denſa, aliter negat̄ argumentum, plus.n. accipit̄ in antecedente, quam inferatur in conſequente. Ad vltimum patet multiplex ſolutio. primo negat̄ ſuppoſitio; qm̄ intenſio & remiſſio nō eſt motus cōtinuus. Secundo dico ꝙ non per quātum remittitur proportionaliter alterum cōtrariorum. ꝑ tm̄ alterum proportionabiliter intenditur. ſed per tātum gradualiter. Tertio negatur ſimpliciter alterum intendi per quātum alterum remittitur, vt dictū eſt in proxima diſputatione. Hæc de nona diſputatione.

Eodem textu.

DISPVTATIO DECIMA

De intenſione formæ penes ſubiectum.

Num intēſio formæ fiat per maiorem radicationem cum ſubiecto.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod quæſtio ſit falſa. Arguitur primo radicatio illa eſt qualitas intenſibilis, igitur intenditur per maiorem radicationē, & ſic erit proceſſus in infinitum. Secundo ſi forma ſuſcipit magis & minus per maiorem radicationē, igitur per eſſentiam eius non erit intenſibilis, ſed per cauſam in ſubiecto, & ſic omnes formæ erunt tales, quia eodem modo ſubiectum omnibus comparatur. Tertio ſubiectum non ſuſcipit magis & minus, igitur in illo nihil magis vel minus poteſt radicari. Quarto albedo ſeparata poteſt eſſe intenſior alia, igitur intenſio non eſt per maiorem radicationem. In contrarium eſt expoſitor vbique, qui vult formam intendi per maiorem radicationem cum eius ſubiecto. Hæc de dubitationibus.

CAPVT

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID intenſio formæ ſit, prioribus diſputationibus patet, at radicatio quid ſit, in dilucidatione apparebit, hic aūt generali verbo, intelligiť pro fixione, atque intimatione cū ſubiecto, ſeu (vt alij dicunt) pro participatione, qua ſubm formā participat, ſeu ꝑ comprehenſionem, qua ſubiectum formā comprehendit, ſubiectum.n. nōnullis formis participat ꝭm magis & minus, quas comprehendere dicitur ſecundū magis & minus: nōnullis participat indiuiſibiliter tm̄, quæ cōprehendūtur ꝭm magis, dñr magis radicari, q̄ ꝭm minus, dñr minus radicari, qd igiť ſit radicatio verbo cōi, nunc patet. nā verbo proprio, in titulo dicetur. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. Poſitio. QVIDAM de mente expoſitoris dixerunt nullā formam ꝭm ſui eſſentiam eſſe intēſibilem vel remiſſibilē, ſed quatenus ſubiectum illa participat ꝭm magis & minus, at participare ꝭm magis & minus ſubiecto ineſt ꝑ hoc, ꝙ forma magis vel minus ſubiecto eradicať, quare forma eſt intēſibilis ac remiſſibilis ꝑ maiorē minorēue radicationē eius cū ſubiecto. Hanc pōnem nō modo olfecit Ariſt. ſed videtur illā expreſſe fateri. 4. phyſicæ auſculta. vbi inquit, nam queadmodum ex frigido calidū, & ex calido frigidum, qñ fit, eadem eſt materia, quia poteſtate erat ambo, ſic & ex calido magis calidū fit nulla prorſus parte facta tūc calida, q̄ nō erat antea calida, cū calida minus erat, hæc Ariſt. vbi patet aliquid calidius effici, & non propter aduentū alicuius de nouo, ſed qa totū erat minus calidū, idem patet per aliud exemplū,
Commen. 84. quod ſubdit de circūferentia maioris circuli. Res hæc confirmatur per Auer. ibi vbi aperte dicit calorē nō fieri maiorem per additionem caloris, ſed per eductionē,
Confutatio. quæ eductio vř radicatio quædā ſubiecti. Sed hæc poſitio licet in diſputatione proxima refelletur, tñ nō eſt peripatetica, quia vbi forma ꝭm eſſentiam eſſet indiuiſibilis, & ſolum per radicationem diuiſibilis, tunc medium nō eſſet ex extremis ꝭm eſſentiā refractis, vt vult Auer. vbique. Scd̄o hæc pō non pōt euitare nonnulla argumēta facta in cap. 1. quærerē.n. de tali radicatione an eſſet qualitas intēſibilis, vel ne, & ſic oportet tandē venire ad intenſibile ꝑ eſſentiā. Secūdo tūc ſubiectū reſpectu cuiuſcūq; ſe haberet diuiſibiliter: & ſi non, quæ eſt cauſa ꝙ ad vnā formā ſubiectum ſeſe habet diuiſibiliter: ad aliā indiuiſibiliter, nihil.n. dicere pñt: niſi volūtarij ꝗcquā afferāt. Tertio principaliter quæri ſolet de hac radicatione quid ſit, quia vel eſt aliquid diſtinctū à forma, vel ipſamet forma: ſi ipſamet forma, tūc nihil aliud erit formā radicari magis vel minus, q̄ ipſamet formā ſuſcipere magis & minus, ſi aūt ſit aliquid diſtinctū, vel erit forma abſoluta, vel reſpectiua, ſi ſit forma abſoluta, habeť intētū, qđ forma abſoluta ꝭm eius eſſentiā intendiť vel remittiť. ſi ſit forma reſpectiua, cū nullus reſpectus intēdať ꝑ ſe, ſed rōne formæ abſolutæ, adhuc habeť ꝓpoſitū, videlicet, qđ forma abſoluta ꝑ ſe intendiť, & nō ꝑ radicationem. Quarto ſi ita eſſet, tūc vbi forma eſſet magis radicata, ſem ꝑ ſubiectū eſſet magis tale: hoc eſt falſum. nā apud medicos febris ethica eſt magis radicata q̄ cholerica, & tñ cholerica febris eſt intenſior febris, atq; febriens tali febre intenſius febrit. Vltimo Simpľ. in prædicamentis cōmendat opinionem Archite de intenſionis cā, & inquit mirabiliter Architas breui ſermone cām eius, quod eſt magis & minus inſinuat, dicens, qualitas.n. quia infinitate quadā participat, ideo ꝭm rationē eius ſuſcipit magis & minus, & non ex participantibus. Hæc Simpľ. Alij dicunt propter hæc argumēta, ꝙ radicatio maior vel minor formæ in materia non eſt cā ſuſcipiendi magis & minus, ſed præciſa cā eſt latitudo graduū ī forma, ſiue (qđ idē eſt) illimitatio formæ, quæ ſubiectum participat. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, nec vera. Primo quia non pōt forma intendi quin magis radicetur in eius ſubiecto, vel igiť radicatio illa cōcurrit vt cā, vel vt effectus, non vt effectus, quia tunc ſicut forma intenderetur, ita radicatio intēderetur, hoc eſt falſum, quia gradus octauus eſt minus cæteris fixus, cū prius cæteris corrumpať: igitur erit concurrēs, vt cā. Secundo radicatio formæ eſt cōtrarij poſitiui & priuatiui abiectio, ſed talis abiectio eſt ſaltē cā materialis diſpoſitiua, igiť hęc radicatio cōcurrit aliquo pacto, vt cauſa. Tertio ſi intēſio formæ eſſet cā maioris radicationis in ſubiecto, tunc intenſio formæ de foris accideret, vt arguit Auer. 4. Phy. Hæc pauca de poſitionibus. 2. Poſitio. Commen. 84

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quid per radicationem. PRO dilucidatione debes ſcire. Primo quid per radicationē formæ expoſitores intelligāt. Secūdo de quæſito dicendū. Quātum ad primum dico ꝙ ante productionē formæ ſubiectū erat ſub illius cōtrario poſitiuo, 1. Suppoſitio. ſi illi erat aliquod tale cōtrariū, & ſub potentia ad illam, & ſub priuatione etiā illius: qñ igiť ī ſubiecto plus eſt de contrario formæ, atq; plus de potētia, & de priuatione, plus erat indiſpoſitū ad formā, quāto aūt potentia contrariū & priuatio remittunť magis, ac magis, tāto plus de forma recipiť magis ac magis, quare radicari in ſubiecto eſt priuationē & potētiā & cōtrariū remitti, forma itaque intendi ꝑ maiorem radicationē eſt ipſam recipi in ſubo vel ſubiectū illa participare ꝑ maiorē contrarij potentiæ & priuationis remiſſionē. Secūdo dico ꝙ for- Secunda. mā intēdi ꝑ maiorē radicationē pōt dupľr intelligi, aut ita ꝙ fiat illorū cōtrariorū remiſſio nullo ſimili addito formæ, aut aliquo ſimili ei quod præerat addito. Tunc 1. Concluſio. dico ad diſputationē primo ꝙ nulla forma intendiť vel remittiť ꝑ maiorē vel minorē radicationē talē: intelligēdo ipſi formæ nihil poſitiui addi, ꝓbať, quia tunc forma eſſet ante & poſt ſem ꝑ æqualis, igiť ſubiectū illa nunq̄ participabit ꝭm magis, q̄ prius. Secundo dico ꝙ for- Secunda. ma intendiť ꝑ maiorē radicationē talē ꝑ hoc ꝙ aliquid illi addiť. ꝓbať hoc ex primo, qa ſi nihil addiť, tunc nūquā ſubiectū illa participabit ꝭm magis. Tertio dico ꝙ Tertia. maior vel minor radicatio cā eſt diſpoſitiua maioris intenſionis vel remiſſionis, itaq; cā eſt quare ſubm participat forma ꝭm magis & minus, etiā quare ſubiectū reddiť ſimile agenti, hoc deductū eſt, quia ſubiectū diſponitur ad recipiendum formā ꝑ omnium contrariorum remotionem, quare per gradualē remotionē potētiæ, & ꝑ gradualem remotionem priuationis, & etiam contrarij, ſi habet. Hæc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rōnes igitur. Ad primā patet ſolutio, illa.n. radicatio eſt cōtrarij remiſſio, modo hæc intenditur ꝑp intentionē formæ de nouo intendendæ, altera.n. eſt cā ꝑ ſe alterius & altera diſpoſitiua, intenſio formæ quidē cā eſt ꝑ ſe talis maioris radicationis, at radicatio cā ꝑ accidens ſiue diſpoſitiua intēſioris. Ad ſecundā dicemus in proxima diſputatione, tñ pro nunc negatur cōſequētia, ſequereť.n. illa, qñ forma intēdereť per maiorē radicationē intelligendo nihil addi ipſi formæ. Ad tertiam patet ſolutio, in ſubiecto.n. nihil ꝑ ſe magis vel minus radicať, ſed ꝑ accñs, vt in illo ſunt diſpōnes cōtrariæ formæ radicante. Ad quartā negať aſſumptū, immo ſi albedo eſſet

eſſet ſeparata à ſubto, eſſet ſubſtãtia ſeparata, & per conſequens eſt omnino indiuiſibilis, & propterea aſſumptum eſt falſum, ad auctoritatẽ Ariſt. & Auer. in. 4. phy. adductam pro prima poſitione facile reſpondetur per ea quæ diximus in lib. phy. volunt enim peripatetici per intenſionem calidi nihil acquiri acceſsiuæ, hoc eſt ita ab extra, quod non præfuerit potentia ad illud, vt Platonici dixerunt, qui voluerunt formas accedere ab extra, bene tamen peripatetici volunt aliquid de nouo acquiri eductiue, quoniam & forma & gradus formæ educuntur de potentia, & non ab extra accedunt, tu vero quære noſtras cõmentationes illic. Ex his apparet recte ſenſiſſe expoſitorẽ, qui dicit formas intẽdi per maiorem radicationẽ, & quatenus ſubm illis pticipat magis, non .n. vult formę nihil eſſe addendũ. ſic .n. cõfutata eſt põ, ſed vult nihil eſſe addẽdum, alterius rõnis ac eſſentiæ à præcedenti, oẽ .n. qđ addiť, eſt eiuſdẽ eſſentiæ, rõnis, & ſimilare toti pcedenti, vt dicemus in proxima diſputatione. Hæc de decima diſputatione dicta ſufficiant.

Expoſitio opinionis Tho.

Eodem Tex.

DISPVTATIO VNDECIMA

De modo intenſionis formæ.

Num intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanante.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

SI quæſtio eſſet vera, tunc eadẽ eſſet forma, quæ intenditur à principio ad finem, at conſequens eſt falſum de lumine, quod continuo eſt aliud atque aliud, aliter illuminatio non eſſet ſubitaria contra Auer. 4. phy. Secundo termini motus intenſionis ſunt incompoſsibiles, igitur forma quæ eſt terminus è quo corrũpitur adueniente ea quæ eſt terminus ad quẽ in tali motu. Tertio, cõtraria nõ pñt eſſe ſimul, ſed albũ & minus albũ ſunt cõtraria, vt dř. 5. phy. igiť non manet idẽ albũ. Quarto ſi maneret eadẽ forma oĩs forma intenſa in fine motus eſſet infinitæ intẽſa. pbatur quia in quolibet inſtanti eſt pfectior quã erat, & ĩfinita ſunt inſtãtia in quouis paruo tpe, igitur oĩs forma infinitæ intẽſa erit in fine ſi remanent oẽs partes priores. Quinto data qõne, tum alterabile quod in tota hora continuo alteratur in. 2. parte horæ non fuiſſet alteratum. deduco, quia nihil noui eſſet acquiſitum. nam totum quod acquireret eſſet idem cum priori. Sexto tunc mobile moueretur ad id quod habet & deducitur conſequentia, quia in toto tempore eſt eadem numero forma, igitur mobile non mouetur ad aliam formam quam ad priorem. Septimo eadem numero res non poteſt eſſe fundamẽtum duorum contradictoriorum, ſed forma intenſa & forma remiſſa eſt fundamentum duorum contradictoriorum quia intenſi, & non intenſi, igitur non eſt vna numero. Octauo ſi pars prior & pars poſterior remanent, tunc plura accidentia ſolo numero differentia eſſent in eodẽ ſubiecto. Nono tunc quanto forma eſſet intenſior. tanto eſſet imperfectior. tenet argumentum, quia magis eſſet compoſitior. Decimo argui ſolet intenſio & generatio ſunt mutationes diſperatæ, igitur intenſio poteſt eſſe ſine generatione: & ita forma poteſt intendi ſine productione alicuius alterius partis ſimilis, & per conſequẽs ſine pductione alterius. Vndecimo in ĩdiuiduis eiuſdẽ rõnis non eſt ordo eſſentialis ẽm perfectionem, igitur in intẽſa forma & remiſſa ſunt vna met forma. Duodecimo, ſi forma augeretur p additionẽ, aut illud additũ eſſet eſſentiale naturæ, aut accidentale: ſi eſſentiale, igitur præexiſtens forma, cui additur, non erat per ſe in ſpecie illa, cum careret eo, qđ eſt de rõne & eſſentia ſpeciei: ſi accidentale, igitur nõ facit per ſe vnũ cũ præcedẽti. Tertiodecimo ſi forma intenditur per hoc ꝙ additur alia priori cõſiſ, igiť forma ſubalis, & quãtitas ſimiliter intẽderetur, cũ formæ ſubali poſsit addi pars priori ſimilis faciens per ſe vnũ cũ ea, & quanto ſimiliter. Decimoquarto cum album condenſatur, fit albius ſine additione nouæ partis, igitur intenſio non fit per additionem partis. Decimoquinto cum viſibile à remotis fit propinquius videndi, viſio intenditur, & tñ viſioni nihil additur, cum ipſa ſit totaliter indiuidua. Decimoſexto tunc forma intenſa non eſſet vna per ſe, non .n. ex aliquibus fieri poteſt vnum, niſi alterum actus, alterum potentia ſit. Decimoſeptimo ſi pars præcedens & pars ſequens fiunt vna forma, vel per identitatem, vel per vnionem, non per identitatem, quia tunc eſſet forma ſimplex. ſi per vnionem, tunc aliquibus ſui vnirentur, veluti duæ aquę ſuis vltimis, at ſic vniri nõ poſſunt partes illę, cum nõ habeant vltima. Decimooctauo ſi partes pcedentes remanerẽt, tunc eodẽ ſubto primo erunt calor intenſiſsimus & remiſiſsimus, qđ eſt impoſſe. Primo quia remiſſum aliquo modo intenſo contrariatur. Secundo quia ſi ponantur in diuerſis ſubiectis alterum ageret in alterum, quanto magis ſi ĩ eodem ponuntur. Decimonono nulla forma remittitur per diminutionẽ partis à parte, igitur nec intendi poteſt per additionem partis. antecedẽs probatur: quia quælibet medietas formæ ẽm intenſionem eſt æque proxima agenti remittẽti, & eſt æqualis alteri in virtute reſiſtitiua, & vir nulla eſt rõ, qua vna potius corrumpatur q̃ altera, & ſic vel vtraq; ſimul vel neutra corrumpetur, & eodem modo de medietatibus medietatum & de omnibus dicẽdum. Et ꝙ neutra ſit magis apta à remittenti corrumpi quã altera, Arguitur primo, quia inter illas medietates nullus eſt ordo, cum oẽs ſint æquales in eodem pũcto ſubiecti. Secundo actio eſt ratione contrarietatis, & agens vtriq; medietati æqualiter cõtrariatur, igitur in vtrãq; æqualiter & ſimul aget. Tertio ſi ſumantur duæ qualitates conſimiles omnino quãtum ad gradus & cætera, inter quas nullus ſit ordo naturalis, & ponantur in eodẽ ſubto adæquato, ita vt ex illis fiat vna totalis forma, vt tenet opinio, tunc agens cuilibet parti illius æqualiter comparabitur, & ſic neutra erit dignius corrumpi. Vltimo ſi vna medietas ante alteram corrumpitur, quæratur vtrum in tempore quo vna corrumpitur remittatur altera ſi non, tũc agens naturale approximatũ paſſo ſufficiẽter diſpoſito nõ ageret ſi remittatur altera medietas qñ corrumpitur prima, pari rõne remittetur medietas medietatis, qñ corrũpitur prima medietas medietatis, & ſic oẽs ſimul remittẽtur, igiť tota ſimul forma corrumpitur. Viceſimo ſumatur indiuiduum albedinis vt A ĩdiuiduũ nigredinis vt B. & arguo ſi forma ĩtẽderetur p additionẽ ptis, tunc A eſſet infinite pfectũ, & deduciť, quia A excedit ſuam medietatẽ in dupla pportione & ſua medietas excedit ĩ pfectione ipſum B, igř A excedit B ĩ duplo, eodẽ mõ pt pbari ꝙ A excedit ipſum B in q̃druplo, qñ A excedit ſuam quartã in quadruplo, q̃ quarta excedit ipſum B: & quicqd excedit excedẽs, excedit exceſſũ, igiť A excedit B in quadruplo, & ſic ĩ infinitũ cũ A ẽm opĩonẽ ſit diuiſibilis in ĩfinitũ ẽm ptes for

Cõm. 119.

T. c. 19.

males, & ſic vltra q̃libet ꝓportionem A excedit B & ita infinite. Viceſimoprimo tūc forma nō augeref, quod eſt oppoſitum, & deducitur quia nec pars præcedens, nec ſequens augetur. Vigeſimoſecundo ſi intenſio fit per additionem, tunc remiſſe calidum poſſet inducere in ſubiecto intenſiſsimum calorem, & deducitur, nam agens potens inducere vnam partem formæ, poteſt inducere aliam partem æqualem in ſubiecto æqualiter vel magis diſpoſito, ſit igitur A remiſſe calidum, & ſit B gradus caloris, quē A poteſt inducere in ſubiecto C, tūc inducto gradu B in C ſubiecto, adhuc A poſſet inducere in eodem ſubiecto alium gradū æqualem gradui B, q̃m ſubiectum C poſt inductionem vnius gradus formę nō minus, imo magis eſt diſpoſitum ad recipiendum calorem q̃ prius, & ſimiliter poſt ſm gradum pōt inducere tertium, & ſic ſemper quouſque deueniatur ad calorem intenſiſsimū, quia ſm opiōnē ex tali additione ſemꝑ calor augef. In cōtrariū ſunt ꝑipatetici & maxime Auer. q̃ vbiq; vult formā creſcere ꝑ additionē ꝑtis ad ꝑtē vtraque remanēte. Hęc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Partes graduales q̃. PARTES graduales nonnulli etiam potentiales intelligunt, nos autem cuiuſlibet formæ partes duplices dicimus actuales, & potentiales infinitæ ſunt in quauis parua parte formæ, actuales vero dicuntur non ꝙ actu inter ſe & à toto ſint diuiſæ, ſed quia poſſunt actu exiſtere ſi ſepararentur à toto, vel inter ſe, partes tales ſunt in qualibet forma finitæ, & hæ gradus formæ dnr, & nōnunquam minima formæ, pro quanto nulla forma pōt ſub minore parte gñari. *Quid intenſio.* Intenſio quid ſit pluries declaratū eſt, tñ dicimus intenſionem formæ eſſe gñonē formæ, non ſimpliciter, ſed maioris q̃ erat, vt. n. dictū eſt duplex eſt formæ gño, poſitiua ſiue abſoluta, qua forma ſimpliciter incipit eſſe poſt non eſſe. Alia comparatiua, nō qua forma ſimpliciter incipit eſſe poſt nō eſſe, ſed poſt q̃ fuit, incipit eſſe maior quā erat, & hæc dr formæ intēſio, contra autem formæ remiſſio, dr. n. remiſſio gño, non qua forma incipit eſſe, ſed qua incipit eſſe minor, quare oīs intenſio ſupponit formam eſſe. *Addi partem partibus quid.* Addi vero partem parti vtraque remanente intelligitur formam eſſe genitam, & illi addi ſimile quoddam & eiuſdem rationis, ex quo & præcedenti totum fiat maius quā erat, vt ſi aliqua aqua hic eſſe ſimpliciter genita, & ſibi per aliam gñonem intelligeremus vnā aliā addi, ex qua & ꝓcedēti reddaf maior quā erat. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Egidij I quolibetis quolibeto. 2. q. 14. NOVVS expoſitor diſtiguit de forma, ait. n. formā eſſe duplicem, alteram quę ſubiecto dat eſſe ſimpliciter, vt ſubſtantialis, & hæc nec ſm eſſentiam, nec ſm eſſe eſt intenſibilis, alteram quæ ſubiecto dat eſſe ſm quid, & hæc eſt intenſibilis ſm eſſe quod habet in ſubiecto, non autem ſm eſſentiam, & tunc iuxta hāc diſtinctionē dicit intenſionem fieri non poſſe per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanente, ſed per eandem formam præciſe nec intenſam nec remiſſe eſſentialiter, per quam ſubiectum erat tale. v. g. album redditur magis album, quatenus albedine magis ac magis ſubiectum participat. *Rationes noui expoſitoris.* Probat autem pōnem hanc quia rerum eſſentiæ conſiſtunt in indiuiſibili, vt indicat Ariſt. in textu dicēs formas eſſe ſicut ſunt numeri. præterea Auic. ait equinitatem eſſe tm̃ ipſam, igitur non poteſt eſſentia alicuius formæ eſſe gradualiter diuiſibilis. Quod vero ſm eſſe forma poſſit ſuſcipere magis & minus, arguit nouus expoſitor, quia ipſa in ſui eſſentia non variata ſubiectum participare pōt ſm magis ac minus, vt. n. virtus ad agere, ſic forma ad perficere ſubiectum, at eadem numero virtus in ſe non variata poteſt magis & minus agere in ſubiectum pro ratione, qua ipſum inuenit magis minuſúe affectum, igitur eadem forma numero. v erbi cauſa calor poteſt ſubiecto dare perfectius & imperfectius eſſe pro ratione qua ſubiectum eſt magis ac minus recipere illam aptum, quare licet forma ſit ſm eius eſſentiam indiuiſibilis, poteſt illa ſubiectum magis minuſúe participare pro ratione diſpoſitionum quibus illam recipit, diſpoſitiones autem talis ſic docet expoſitor nouus, imaginatur. n. qualitates ſecundas intendi remittiúe per intenſionem remiſsionemúe primarum, quæ ſunt diſpoſitiones ad ſecundas, primas vlterius dicit intendi remittiúe propter intenſionem primarum qualitatum materialium, quæ ſunt raritudo denſitudoúe, at hæ non intenduntur propter intenſionem aliarum priorum. ſed ratitudo propter maiorem extenſionem & denſitas maiorem materiæ conſtrinctionem intendentur, tanto nāque res rarior eſt, quanto ipſa ſine additione alicuius extrinſeci maiorem occupat vel occupare nata eſt locum: & de denſitate econtra, ꝙ autem materia nunc magis nunc minus extenſa ſit, non requirit aliam diſpoſitionem præter dimēſiones, & vim agentis, & ſic vitatur proceſſus in infinitum in diſpoſitionibus. præterea dicit etiam nonnunquam formam intendi propter maiorem diſpoſitionem ſubiecti, dato ꝙ illa diſpoſitio non intendatur, poteſt. n. vna forma recipi in ſubiecto duplici qualitate, veluti caliditas mediante ſiccitate & humiditate, ſiccitas magis diſponit ad calorem q̃ humiditas, vnde in materia ſicca cæteris paribus eſt calor intenſior, q̃ in humida, igitur aliquod ſubiectum ſic calidum & humidum, & poſtea fiat ſiccum, erit calidius q̃ fuit prius, & tñ ſubiectum non erit magis diſpoſitum ad calorem propter intenſionē prioris diſpoſitioni, ſed propter nouam diſpoſitionē alterius rationis à prima. Sic igitur de mente expoſitoris noui collige primo formam ſubſtantialem nec ſm eſſentiā, nec vt illa ſubiectum participat eſſe intenſibilem atque remiſsibilem. *Summa poſitionis noui expoſitoris.* Secundo collige formas accidētales ſm eſſentias non poſſe eſſe intenſibiles, ſed ſecundum ꝙ illis ſubiecta participant magis & minus. Tertio collige illas ſubiectum recipere ſecundum magis ac minus, ad quas cōcurrūt diſpoſitiones aut intenſibiles & remiſsibiles, aut reddentes ſubiectum magis affectū: aut agēs melius applicatum ſubiecto, aut aliquid tale, quod diſponat magis ſubiectum, quicquid ſit illud. Hæc nouus expoſitor. *Obiectiones quorum.* Contra hanc poſitionem obijciunt aliqui. Primo quia accipio illud eſſe per quod forma dicif intenſibilis, & quero vel tale eſſe eſt omnino idē cū eſſentia formæ, aut aliud quid à tali eſſentia, ſi idē cum eſſentia formæ: tunc ſicut tale eſſe ſuſcipit magis & minus, ſic etiam eſſentia erit maior, ac minus, ſinautem aliud, tunc vel tale eſſe ſm eius eſſentiam ſuſcipit magis, & minus, vel ſm eius eſſe. ſi ſm eius eſſentiam, habef propoſitū. ſi ſm eius eſſe, tunc erit proceſſus in infinitum. Secundo vel alteratio terminaf ad eſſentiā formæ, aut ad eius eſſe. ſi ad eſſentiā, igitur in prima parte motus ceſſaret oīs motus, quia ita cito ſicut aliq̃d caliditatis acquirif, ita cito tota eius eſſentia acquirif, igif ita cito ſicut inciperet motus, deſineret, ſinaūt ad eſſe terminetur, igitur facta prima ipſius formæ acq̃ſitione nihil formæ eſſentialiter acquireretur. *Obōnes Gregorij Ariminenſi.* Alij arguunt primo ſic, quia ſi pō eſſet vera, tunc ſubm magis diſpoſitū ad aliquā formam intenſius

intenſius illam reciperet, hoc eſt falſum, quia tunc aer
intẽſius à cãdela illuminaretur, q̃ aqua à ſole, quia aer eſt
intenſius diſpoſitus ad recipiendũ lumẽ. Scđo vel ſubm
per hoc ꝙ magis diſponitur, recipit formam intẽſiorẽ,
vel præciſe æqualem, ſi intenſiorem, igitur contra po-
ſitionem, ſi præciſe ęqualem, igitur ſubiectum non po-
teſt denoĩari ſm magis & minus ab illa, ab indiuiſibili
.n. nihil dr̃ magis vel minus tale, ſed ſemper æqualiter.
Tertio ſequeretur ꝙ forma ſubſtãtialis poſſet ſuſcipe-
re magis & minus, deducitur ſi pręciſa cauſa ſuſcipiendi
magis & minus in forma eſt ex maiori & minori diſpo
ſitione ſubiecti, tunc cum reſpectu formæ ſubſtantialis
ſubiectum poſſit eſſe magis & minus diſpoſitum, for-
ma illa põt ſuſcipere magis & minus. Quarto argui po-
teſt contra diſpoſitiones quas fingit, qm̃ multa pñt effi
ci calidiora q̃ erant, & non propter maiorem raritudi-
nem, vt patet de adamante in anulo clauſo, qui calefit
magis ac magis, & tñ non rerefit magis ac magis, idem
de ferro videmus, vel auro, quod calefit, & non ſentitur
rarius, nec denſius, igitur talia redduntur calidiora ꝓ-
pter intenſionem qualitatis & non propter diſpoſitio-
nem, præterea ſi lunæ appropinquaretur aliquod cor-
pus potens illam illuminare, quanto plus appropinqua
retur. tanto luna magis illuminaretur, & tñ ipſa nec ra-
refieret nec condenſaretur, nec aliqua diſpoſitione affi-
Poſitio. Gotho fredi Burl. ceretur. Alij dixerũt intenſionem fieri per acquiſitio-
nem nouæ formæ perfectioris q̃ erat præcedens, non
tñ vtraq; remanente ſed ſimul adueniente noua pręce-
dens corrũpitur, ita ꝙ in ſubiecto nunquam ſunt ſimul
tales duæ formæ, quarum vna fuerit prius in ſubiecto, q̃
altera, propterea dicunt ꝙ quẽadmodũ in motu locali
mobile in quolibet inſtanti tp̃is menſurantis motum,
habet aliud atq; aliud vbi, ſic quoq; in alteratione alte-
rabile in quolibet inſtanti tẽporis mẽſurãtis alterartio-
nem habet aliam atq; aliam formam numero. præter-
ea etiam vt in auctione quantitatiua augmentabile cõ-
tinuo eſt ſub alia atq; alia quantitate, ſic alterabile in
intenſione formę erit continuo ſub alia atq; alia forma,
hanc poſitionem Auicenna ſentire videtur ſecundo li-
Confutatio poſitionis. bro ſuæ phyſicæ, auctor etiam ſex principiorum, & Al-
bertus ibidem eandẽ videntur ex toto ſectari. Sed ſine
dubio hæc poſitio eſt cõtra peripateticos. Ariſt. n. octa
Cõm. 63. uo phyſicorum ait, inconueniens videbitur, ſi factum
mox, neceſſe ſit corrumpi, & nullo tempore ꝑmanere,
vbi Auer. inquit oẽ generatum habet eſſe in actu, & oẽ
exiſtens in actu eſt in tempore demonſtrato, alias natu
ra ageret ocioſe, & per hoc ambo concludunt duos mo
tus contrarios continuari non poſſet, & loquũtur gene
ratim tam de ſubſtantijs, quam de accidentibus. præter-
ea data hac poſitione, tunc in qualibet intenſione con-
Cõm. 32. & 49. tinua daretur primũ intẽſum eſſe, quod eſt cõtra Ariſt.
& Auer. & ipſi etiam reputant impoſſibile, & deduci-
tur argumentum, & ſummo aliquam partem aeris re-
miſſe lucidam, quæ vocetur A. lumen vero quo ipſa eſt
ſic lucida vocetur B & ponatur ꝙ B lumẽ cauſetur à cã-
dela diſtante, deinde volo ꝙ A aer per continuum can-
delæ approximationem reddatur magis lucidus, tunc
arguo in aliquo inſtanti A eſt primo mutatum A lumi-
ne B hoc nemo dubitat ſm opinionem, aliter lumen B
ſtaret pluſquam per inſtans in mutatione, & in eo in-
ſtanti in quo A eſt primo mutatum A lumine B eſt muta-
tum ad lumen maius ponendo ꝙ continuo cãdela ap-
proximetur, vt dictum eſt, igitur ſi A primo mutatur A
lumine B, igitur A erit primo intenſum in lumine, igiĩ in-
tenſi dabitur primum. Hæc igitur poſitio videtur con-
tra peripateticos. Secundo argui ſolet ſupponatur ꝙ
niphus prius calidus incepit hodie ipſe calefieri, & ſit in
eo intenſio ipſius caloris continua, & non ceſſet ante
finem huius diei & ſummo vnum gradum caloris, quẽ
in hoc inſtãti præſenti habet, & nunc primo acquiſiuit,
vt eſt poſſibile ſm opinionẽ, qui gradus ſit A. Et arguo
A gradus eſt nunc primo genitus, igitur aliquis gradus
caloris in Nipho eſt nunc primo corruptus, patet hoc
apud eos, qui volunt ꝙ adueniente nouo gradu corrum
patur præcedens A. igitur gradus eſt nunc primo geni-
tus, igitur aliquis gradus eſt nunc primo corruptus, ſit
ille B, B igitur gradus eſt nunc primo corruptus, vel igi-
tur in eodem inſtanti eſt nũc primo genitus, vel in alio
priori, non in eodem. quia non poteſt ipſum B in eodẽ
inſtanti: nunc primo eſſe genitum & nunc primo eſſe
corruptum, quare in alio priori, & ita per tempus dura
uit. Tertio non poſſunt euitare motum intẽſionis eſſe
quin ex mutatis componatur, vt deduci poteſt per de-
ductionem Ariſtote. in. 6. phyſicorum. Quarto cõceſſa
hac poſitione, aut idem eſſet producens & productum,
aut aliquid eſſet productum ſine producente, & dedu-
citur conſequentia ponendo ꝙ A caliditas agat. in B fri
giditatem, & econtra, cum detur reactio per communi-
ter loquentes, & ſit inſtans quod eſt præſens medium
actionis, & arguitur ſic. Caliditas A nunc primo eſt ꝓ-
ducta, vel igitur à frigiditate quæ nunc primo eſt pro-
ducta per remiſsiorem, vel à frigiditate quæ pręfuit, &
quod caliditas A nũc primo ſit producta, patet quia per
reactionem frigiditatis in illam eſt producta nunc pri-
mo, cum ſit remiſsior quam erat, igitur per poſitionem
nunc primo eſt producta, ſi igitur ſit producta nunc pri
mo à frigiditate, quę nũc primo eſt producta per actio-
nem caliditatis in illam, tunc frigiditas eſſet producta
nunc primo ab A caliditate: & nunc primo ipſum A pro-
ducens, aut erit productum ſine producente, vnde A
caliditas erit producens B frigiditatem, & erit producta
ab eadem, ſinautem dicatur ꝙ caliditas A nunc primo
producta ſit A frigiditate quæ præfuit, non A frigiditate,
quæ nunc primo eſt producta, vel igitur ab ea quæ pręſ-
fuit immediate, vel mediate. ſi immediate, & cum illa
non durauit niſi per inſtans per poſitionem, tunc fuiſſet
inſtans inſtanti immediatum, ſinautem ab ea quæ præ-
fuit mediate, ſit illud inſtans huic mediatum C in quo
frigiditas producens præfuit, tunc arguo inter C inſtãs,
& inſtans, quod eſt præſens infinita fuerunt inſtantia,
ſed in quolibet ĩſtanti alterationis ipſius B fuit alia & alia
frigiditas totaliter in B vt ponit poſitio, igitur poſt C in-
ſtans infinitæ frigiditates præfuerunt, & ita frigiditas
quæ fuit in C non immediate produxit caliditatem quæ
nunc eſt, cum infinitas antea produxerit, quod eſt con-
tra caſum. Quinto data poſitione tunc qualitas per ſe
ſenſibilis corrumperetur ſine motu præcedente eius
corruptionem, & conſequentia patet, nam incipiat A ca
lidũ agere in B frigidum, & econtra, & tunc patet ꝙ ca
liditas A immediate poſt hoc erit corrupta, & ſimiliter
frigiditas B, & tamẽ nullus motus præceſsit in B vel in A:
eo quia nunc primo incipit alteratio in vtroq; illorum.

Sexto agat A ignis in B aquam & econtra, tunc vel per
aliqđ totum tẽpus manebit aliqua caliditas in igne, vel
præciſe per inſtans. ſi per aliquod totum tempus, ſequi
tur oppoſitũ poſitionis ſi p̃ciſe per ĩſtans, igiĩ A ignis nõ
calefacit B aquã, qđ eſt cõtra caſum, & deduco argu-
mẽtũ, q͞a nõ eſt poſe A ignem calefacere B aquã per mo

tum ſuo calore, qui per inſtans tantum ſit. Septimo vero data poſitione, tunc vna gutta aquæ poſſet corrumpere totius ſpherę ignis caliditatem, & deducitur cōſequentia dato ꝙ vna gutta aquæ approximetur ſphæræ ipſius ignis, aget.n. tunc ignis in aquam & aqua in ignē illum remittendo, quare totus ignis erit corruptus per poſitionem, quia totus erit remiſsior, q̈ erat. Octauo illa quorum, quodlibet non durat niſi per inſtans non poſſunt inuicem continuari, ſed gradus formæ ſunt tales, igitur non poſſunt continuari & ſic nullus motus alterationis poteſt eſſe cōtinuus, quod eſt cōtra poſitionem. Nono data poſitione, tunc ſequitur ꝙ ſi ignis calefaceret aquam quamlibet caliditatem inductam infinite caliditates pręceſsiſſent, & deducitur inconueniēs, quia ſi in quolibet inſtanti temporis menſurantis motum eſt alia & alia caliditas, & quodlibet inſtans infinita præceſſerunt inſtantia, ſequitur inconueniens. Decimo ſequitur ꝙ alius eſſet viſus in me quàm ante hoc fuit. Et deduco ponendo ꝙ virtus viſiua mea continuo fuerit remiſſa vſque ad hoc inſtans. Et cum per poſitionem in intēſione, vel remiſsione formæ, forma eſt cōtinuo alia atque alia, ſequitur ꝙ nunc virtus viſiua mea ſit alia ī me q̈ antea fuit. Vndecimo data poſitione, deduci poteſt, oēm alterationis motum eſſe infinitæ velocitatis, quia quælibet qualitas ēſt infinitæ modicæ reſiſtentiæ, quia nulla qualitas ſufficit per certum tempus alteranti reſiſtere per poſitionem, igitur oīs alteratio erit infinitæ velox. hæ rationes cōiter tanguntur à Galterio & à for Iiuia. Alij non arguūt. Duodecimo vt Albertilla. 5. phy. auſculta. quia ſi in remiſsione cōtinuæ eſſet alia atq; alia qualitas totaliter, tunc ſumma caliditas ꝑderetur in nō tpe quod deducitur, quia ſi B frigidum applicetur A calido in ſummo, tunc illud remitteret caliditatem A & ſic ſubito deſinet eſſe ſummæ calidum, hoc autem eſt impoſsibile quia caliditas vt octo non eſſet maioris reſiſtētiæ q̈ remiſſa vt duo. Tertiodecimo arguiť ꝙ poſitione data, tūc oīs qualitas ſubito acquireretur, & ſic ad nullā qualitatē eſſet motus, vt deductū fuit. Alij euitant has rōnes dicentes primo intenſionē non eſſe motū continuū, qm̄ ſi eſſet motus cōtinuus, tūc in quolibet inſtanti tpis menſurātis motū eſſet forma perfectior, & cum non poſsit eſſe perfectior minus vno minimo, vt ſuperius eſt deductū, erunt in illo tpe infinita ſiue minima ſiue gradus inducti, quia infinita ſunt inſtātia in quouis paruo tēpore. ſic igitur volunt formam non eſſe eandem numero, immo aliam è principio vſq; in finem, non tamē per motum continuum, ſed per motum diſcretum ſiue interpolatum, imaginantes agens poſt generationem abſolutam formam per certum tempus nihil amplius agere, ſed illam conſeruare, deinde in vltimo illius aliam perfectiorem producere, & priorem corrumpere, ita vt primum eſſe perfectioris ſit primum non eſſe imperfectioris, & hoc modo euitant multas rōnes. Secundo dicunt reactionem poſitiuam q̈ patiens remittat agens. & in illo aliquid producat, nō eſſe poſsibilem, ſed bene reactionē priuatiuā, qua mobile reſiſtit mouenti ne ſubito alteretur vel moueať, & per hoc etiā euitant nonnullas alias rōnes. Et licet hæc poſitio multa euitet, tñ adhuc argui poteſt. Primo quia data hac poſitione, tūc frigidum remittēs calidum per ſe calefaceret, quod eſt contra naturam frigidi, & deduco conſequentiam, quia producens caliditatem calefacit, at frigidum remittens calidum producit caliditatem ſm̄ poſitionem igitur vt prius. Secundo data poſitione, tunc aliquod agens produceret aliquem effectum in gradu & forma ꝑfectiorem, & deducitur, quia B frigidum remiſſum remittēs A calidum intenſum, agit nouam caliditatem per poſitionem, ſed oīs caliditas qualibet frigiditatem eſt perfectior in forma, igitur B producit effectum perfectiorem in forma, & ꝙ in gradu arguitur, quia inducit caliditatē intenſiorem ipſo B frigido, vt per caſum poteſt poni. Tertio data poſitione, quælibet forma eſſet intenſiue īdiuiſibilis, & nulla haberet partes graduales, hoc eſt impoſsibile, quia tunc ad nullam formam eſſet per ſe motus. Quarto in elementorum tranſmutatione remanet ſymbolū vt in generatione aeris ex igne, vt dr̄. 2. de generatione, & caliditas aeris eſt remiſsior illa ignis, igitur vna numero caliditas eſt primo intenſior & illamet numero remiſsior. Quinto ponatur ꝙ aer huius domus ſatis intenſo lumine illuminetur, ſuperueniatq; lumen ſatis remiſſum, quod in eodem aere lumen cauſet, tunc aut in tali productione luminis remiſsi corrūpitur lumē præexiſtens intenſum, vel remanent ambo. ſi remanēt ambo, hr̄ poſitionis oppoſitū, videlicet ꝙ plures gradus eiuſdem formæ in ſpecie manent ſimul in eodem ſubiecto primo, ſin autem primum corūpitur, tunc adueniente remiſſo lumine ſuper lumen illud intenſum, non intenſius, ſed remiſsius mediū illuminaretur, quod eſt cōtra experientiam, & deducitur cōſequentia, quia lumē vt duo adueniens præexiſtenti lumini vt ſex ſi corrumpit illud, gñare non poteſt niſi lumen vt duo, non.n. pōt intenſius generare q̈ ipſum ſit, & ita medium vt duo remanebit illuminatum. Sexto data poſitione, tunc daretur aliqua latitudo qualitatis vniformiter difformis, quę non erit vniformiter difformis, quod implicat contradictionem, & deducitur conſequentia. ſi.n. dabitur latitudo vniformiter difformis, quæ eſt vniformiter difformis, ſit illa A B quæ incipiat à gradu vt ſex, & terminet in nihilum illius ſiue in non gradum, & quero vel in parte A latitudo eſt plurium partium quàm in parte B vel æque indiuiſibilis in A ſicut in B, ſi æque indiuiſibilis in A parte ſicut in B neutra erit altera plurium partium, igitur non eſt latitudo vniformiter difformis, vt patet per eius diffinitionē ſuperius poſitā, & hoc mō hr̄ illatum, ſin autē in A eſt plurium partium quam in B, igitur A cōponitur ex parte, & parte, & ſic non eſt forma indiuiſibilis, vt tenet poſitio. Septimo data poſitione, facile deduci poſſet aliquod totum eſſe, quod non eſſet diuiſibile in duas medietates, quarū quælibet eſſe ſubdupla ad totum, imo ꝙ eſſet aliquod totum, & ī nullas partes eſſet diuiſibile, vt patet ſi latitudo eſſet forma indiuiſibilis. Octauo deduci poſſet contra hanc vt contra primam ꝙ frigidiſsimum poſſet generare oēm caliditatem citra ſummā, & ꝙ caliditas remiſſa poſſet generare caliditatē in duplo intenſiorē, vt fuerūt deducta, de reactione vero, quā negant, nolo nunc loqui, qm̄ de illa eſt problema neutrū. ꝑterea illa cōceſſa adhuc hęc poſitio poſſet ſaluari, ſed vtcunque ſit, de poſitionibus hactenus.

Tertia poſitio.

Obiectiones.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

His diſputatis ꝓ dilucidatione. Primo videamus ſi forma aliqua poſsit itēdi ſm̄ eſſentiā, remitti ēt. Scđo videamus de q̄ſito. Quātū ad primū debes ſcire eſsētiā formę poſſe accipi biſariam, quēadmodū ꝑtes eſſentiales, è qbus eſſentia reſultat, pn̄t accipi dupl̄r. Quædā.n. partes eſſentiales alterius rōnis, quæq; diſsimilares dn̄r, vt genus & differentia, quędam ſunt partes eiuſdem rationis quęque ſimilares dicuntur. Quare altera eſt eſſentia formæ reſultans ex partibus eſſentialibus alterius rationis ac diſ-

Si ſecūdū eſſentiam aliqua forma eſt intenſibilis.

Quot ꝑtes eſſentialiter.

Q̄t modis eſſentia.

ac diſsimilaribus, quam eſſentiam dicit diffinitio eius, altera reſultans ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis ſiue ſimilaribus: & ab hac non ſumitur diffinitio, eſſentia primo modo datur in omnibus, quæ ſunt diffinibilia, vbi enim ſunt partes eſſentiales diſsimilares, ſiue alterius rationis, ibi eſt eſſentia. quare in omni eo quod eſt in genere reperitur eſſentia primo modo. Eſſentia ſecundo modo ſolum in his reperitur, in quibus duæ formæ eiuſdem rationis poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti, vt albo, nigro, calido, frigido, & id genus, poſſunt enim duæ albedines eiuſdem rationis eſſe in eodem pūcto ſubiecti, & duæ caliditates eiuſdem rationis eſſe etiam in eodem puncto ſubiecti, in ſubſtantijs autem in quibus forma ſubiecto dat eſſe ſimpliciter, talis eſſentia ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis reſultans eſſe non poteſt, in aliquibus etiam accidentibus, quæ licet non dent ſubiecto eſſe ſimpliciter, dant eſſe indiuiſibiliter, etiam talis eſſentia non reperitur, de his ſuperius dictum eſt, vnde patet in his omnibus, in quibus eſſentia ſecundo modo reperitur, in his reperiri eſſentiam ſecūdum primam rationem, non autem ecōtra, cum in ſubſtantijs & nonullis accidentis reperiatur eſſentia ſecundum primam rationem in quibus eſſentia ſecundum ſecundam rationem non eſt reperibilis. Ex his facile patet dilucidatio, nam loquēdo de eſſentia ſecundum primam rationem, nulla forma ſecundum talem eſſentiam poteſt ſuſcipere magis ac minus. Quoniam, vt recte nouus arguit expoſitor, omnis forma ſecundum talem eſſentiam eſt indiuiſibilis, omnia præterea in indiuiduo eiuſdem ſpeciei in eſſentia tali comparantur indiuiſibiliter, quemadmodum in definitione etiam, ſin autem loquimur de eſſentia ſecundum rationem ſecundam, poſſumus intelligere formam ſuſcipere magis & minus ſic intelligendo, ꝙ forma præcedens per aduentum formæ ſequentis in eodem puncto ſubiecti reddatur maior, vel intenſior, & ſic nulla forma ſecundum talem eſſentiam ſuſcipit magis & minus, quoniam forma præcedens in A puncto per aduentum nouæ formæ in eodem A puncto nunquam redditur maior, nec minor, ſemper enim eſt præciſæ tāta. Aut poſſumus accipere ſic intelligendo, ꝙ ex forma præcedenti in A puncto, & forma de nouo adueniente in eodem A puncto reſultet maior forma ſecundum eſſentiam, quàm ſit p̄cedens, & quàm ſit ſequens, & ſic concedimus formas tales ſuſcipere magis & minus ſecundum eſſentiam. 2. modo. nam ex forma præcedente in A puncto, & forma nouiter recepta in eodem A puncto reſultat vna forma maior ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis, quàm ſit quælibet illarum, quoniam talis forma reſultans eſt ex pluribus partibus eſſentialibus eiuſdem rationis, quàm quælibet illarum, eſt præterea totum ad quamlibet illarum, & omne totum eſt maius ſua parte. Quibus facile opiniones contrariæ poſſunt conſiliari, qui enim dicunt nullam formam ſecundum eius eſſentiam ſuſcipere magis & minus, ſi intelligāt de eſſentia reſultante ex partibus alterius rationis, recte ſentiunt, æque .n. eſſentialiter albedo vt vnum eſt albedo quēadmodū albedo vt octo, qm̄ vtriq; diffinitio albedinis eſt ęqualis, qui aūt dicūt formas ſuſcipere magis & minus ſm eſſentiā ſi intelligant ſm eſſentiā reſultantē ex partibus eiuſdē rōnis, & .2. mō dicto, ēt recte dicunt, ex p̄cedenti .n. forma & ſequenti ſemper reſultat vna eſſentia maior q̄ ſit eſſentia cuiuſlibet illarū ſeorſum, ex pluribus partibus eiuſdem rōnis conſurgens, vt dictum eſt in .2. mō quomodo igitur formæ ſm eſſentiam ſuſcipiant magis & minus, ex his patet. De .2. vero dico non eſſe dubium formam ſuſcipere magis & minus per additionē partis eſſentialis eiuſdem rationis atque ſimilaris, ſupra parte eiuſdem rationis ac ſimilaris vtraque remanēte, quoniā aliter eſſentia reſultans ex illis partibus nō eſſet maior eſſentia cuiuſlibet partis vt deductum eſt, oportet igitur concedere ex parte præcedente in A pūcto & parte ſequente in eodem A puncto confici eſſentiam formæ, qua forma dicatur intenſior quęlibet parte conſtituentium. Dubium autem eſt ſi forma quæ intēditur, ſiue quæ redditur maior ſecundum eius eſſentiam, ſit continuo alia atque alia. Et iuxta peripateticorum poſitionem etiam patet talem formam non poſſe eſſe continuo aliam atq; aliā hoc eſt in quolibet inſtanti perfectiorē, & ꝑfectiorem, tum primo quia ſm ꝑipateticos intēſio nō eſt motus cōtinuus, tum etiam quia ſi ī quolibet inſtanti eſſet perfectior, & ꝑfectior: cum non poſſit eſſe perfectior niſi ad minus ꝑ vnum ſiue minimū ſiue gradum, tūc in fine temporis motū menſurantis forma eſſet infinita, patet igitur formam non poſſe eſſe aliā atq; aliā continuo, hoc eſt in quolibet inſtāti. reſtat igit̄ videre quonam mō forma poſsit eſſe alia, & quo motu. Dico igitur ꝙ alia forma dici pōt ſyncategorematicæ, & categorematicę, vt loquar verbis logicorum, dicitur aliquod aliud ſyncategorematicæ, quando ſecundum ſe & quodlibet ſui eſt aliud, vt ſi corrumpatur totum ſecundum ſe & quodlibet ſui, & ex corruptione illius generetur aliud totum ſecundū ſe & quodlibet ſui. Aliud categorematicæ vero dicitur, quando ſm ſe eſt aliud totum, non tamen ſecundum quolibet ſui, & hoc modo mundus eſt alius hodie q̄ heri fuit, qm̄ eſt aliud totū ſecundum ſe, non tamen ſm quodlibet ſui, tunc dico ꝙ forma intēſior eſt alia q̄ remiſsior categorematicæ qm̄ eſt aliud totum ſm ſe, ab eo, quod præceſsit, non autē alia ſyncategorematicæ, quia non ſm ſe & quodlibet ſui eſt alia, quoniam totum præcedens in A punctum remanet cum eo, ꝙ ſequitur in idem A punctum, igitur non eſt alia ſyncategorematicę. Dico .2. ꝙ forma quæ intēditur nec categorematicæ, nec ſincategorematicæ ęſt continuo motu alia atque alia, ſed categorematicę eſt alia motu diſcreto, qm̄ eo inſtanti quo ītenditur, eſt alia categorematicæ ab ea quæ præceſsit, at inter inſtans ītenſionis, & gn̄ationem præcedentis ſemper mediat tēpus ſecundum peripateticos. Et de dilucidatione.

Dilucidatio. / *Concordia.* / *Si forma intēditur per additionem partis vtraque remanente.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His elucidatis. Ad primam patet ſolutio, lumen enim non eſt motu continuo aliud atque aliud, ſed motu diſcreto aliud eſt categorematicæ. Ad ſecundam dico ꝙ terminus à quo, & terminus ad quem generationis abſolutæ ac poſitiuæ ſunt ſimpliciter incompoſsibiles, & ideo ſimpliciter adueniente termino ad quem, terminus è quo omnino corrumpitur, at generationis cōparatiuæ termini ſunt ſm quid incōpoſsibiles, & ſit ſm quid corrumpitur terminus equo, non autem ſimpliciter, modo terminus à quo erat priuatio tantæ formæ, & illa corrumpitur adueniente tanta forma. Ad tertiam dici poteſt ꝙ album & minus album ſunt contraria ſecundum quid, & ſic non pn̄t eſſe ſimul ſm quid, at bene pn̄t ſtare ſimul ſimpliciter, quia vt ſic non ſunt contraria, vel dic ꝙ album & minus albū ſunt contraria per accn̄s, quatenus ad minus album comitat̄ nigrū, quod eſt ꝑ ſe albo cōtrariū, vt patet. Ad quartā patet ſolo, illa

enim ratio valeret, quando intenſio eſſet motus continuus. Ad quintam nego conſequentiã, & dico ꝙ motu diſcreto, qđ acquirit, eſt aliud à priori categorematicę, non autem ſyncategorematicę. & ſic aliquid noui habetur per intenſionem ſecundam, quod non habebatur per primam. Ad ſextam patet ſolutio, quoniam forma quæ acquiritur in ſecunda intenſione eſt alia categorematicæ, & ſic non eſt ad illud quod habebat. Ad ſeptimam patet ſolutio, eſt enim eadem numero, quia nõ alia ſyncategorematicæ, cum quo tamen ſtat eſſe aliam numero categorematicæ & iſtud ſufficit per contradictione ſaluanda. Ad octauam dico plura accidentia ſolo numero differentia poſſe eſſe in eodem ſubiecto poteſt intelligi dupliciter, aut actu, aut poteſtate. actu quidem non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, poteſtate bene, modo forma intenſa eſt plures partes graduales poteſtate, non actu, quia ex priori & poſteriori fit vna numero forma, quæ continet plura numero poteſtate, non actu. Ad nonam negatur aſſumptum, & dico ꝙ de tali compoſitione loquendo quanto forma eſt compoſitior, tanto eſt perfectior, & quamuis ſimplicitas ſit perfectior ſimpliciter, non tamen omne ſimplex perfectius eſt quolibet compoſito, immo aliquando econtra aliquod compoſitum perfectius eſt hoc vel illo ſimplici, vt homo perfectior eſt ſua materia, & quodlibet compoſitum vtraque ſui parte. Ad decimam dico ꝙ generatio poſitiua & intenſio ſunt mutationes diſparate, at generatio comparatiua, & intenſio idem eſt, vt ſæpe diximus. Ad vndecimam dico ꝙ inter indiuidua eiuſdem rationis non eſt ordo eſſentialis accipiendo eſſentiam primo modo, quoniam omnia ſunt eiuſdem eſſentiæ ſecundum primam rationem, tamen inter aliqua indiuidua eiuſdem rationis poteſt eſſe ordo eſſentialis ſecundum eſſentiam ſecundo modo, quia vnum poteſt eſſe imperfectius altero, & hoc ſufficit. Ad duodecimam dico ꝙ ſi per naturam intelligis eſſentiam reſultantem ex partibus alterius rationis, illud additum non eſt eſſentiale naturæ, ſed differentia eſt eſſentiale quid naturæ, vt ſic, ſi vero per naturam intelligis eſſentiam ſecundo modo, dico ꝙ illud additum eſt eſſentiale naturæ, quia ex priori & poſteriori reſultat eſſentia maior. Ad decimamtertiam nego conſequentiam, quia non quælibet additio alicuius ſimilis in ſpecie faciens, cũ eo cui additur vnum ĩdiuiduum illius ſpeciei, ſufficit ad intenſionem, ſed oportet vltra hoc ꝙ additum & illud cui additur ſint in eodem puncto ſubiecti primo, ita vt ex illis nihil maius fiat extẽſiuæ, & ſic ceſſat de quantitate ratio, in ſubſtantialibus autem formis talis additio fieri non poteſt, quia ſubſtantialis forma eidem puncto materiæ dat eſſe ſimpliciter, & ita tollit omnem potentiam ad formam eiuſdem rationis, niſi de formis elementarijs de quibus dicemus, ſit verum. Ad decimamquartam dico ꝙ vbi album condenſetur, & nullus gradus albedinis acquireretur, ipſa nunquã dicitur maior ſecundum veritatem, ſed ſolum ſecundum apparentiam, eo ꝙ propter maiorẽ partium appropinquationẽ fortius mouet ſenſum, at ſi res talis ſit albior ſecundum veritatem, tunc neceſſario ibi erit aliquis nouus gradus ex condenſatione generatus. Ad decimamquintam dico illam viſionem intendi per additionem ſimilis, ſicut aliæ formæ, non enim eſt eſſentialiter ſimplex, ſed veræ ex partibus eiuſdem rationis compoſita, vt albedo. Ad decimamſextam dico ꝙ ex aliquibus poteſt fieri vnum per ſe, quando alterum eſt in potentia ad alterum, vel quando ambo ſunt in potentia ad tertium. Ex duabus enim aquis vna aqua fit, & tamẽ nulla pars eſt potentia reſpectu alterius, ſed ambæ reſpectu tertij, & ſic in propoſito, præcedẽs enim non eſt potentia reſpectu ſequentis, nec ſequens actu reſpectu præcedentis, ſed ambo ſunt potẽtia reſpectu totius. Ad decimamſeptimam patet ſolutio. Ad decimamoctauã dico ꝙ calor remiſſus poteſt accipi dupliciter. vno modo pro eo, qui ſtat cum frigiditate, & iſte non ſtat cum intẽſiſsimo calore. alio modo pro eo, qui eſt pars ſummi caloris, & ſic cum intenſiſsimo ſtat remſiſsimus. Ad decimamnonam ſuperius eſt ſolutum, vbi dictum eſt in ordine accidentali non eſſe hoc prius hoc poſterius ſecundum rationem. vt omnes rationes cogunt, tamen hic ordo quia reducitur ad cœlicum motũ, ideo hoc eſt prius, hoc poſterius, tu vero quære ſuperius. Ad vigeſimam dici poteſt ꝙ albedo eſt pluſquam in duplo perfectior nigredine, & pluſquam in triplo, & ſic in infinitum, & negatur ꝙ albedo eſt perfectionis infinitæ, ſed ſi deberet valere, deberet addi ꝙ albedo & nigredo ſint inter ſe comparabiles, & eiuſdem ſpeciei, ſed quia ſunt diuerſarum ſpecierum, ideo albedo eſt infinities perfectio, nigredine, ſed ſemper per eandem numero eſſentialem ſiue ſpecificam perfectiorem, atque finitam, vnde albedo eſt nigridine infinities perfectior eadem ſemper ſpecifica perfectione, & propterea non poteſt albedo eſſe infinita. Ad vigeſimamprimam patet ſolutio, dictum eſt enim formam augeri ſecundum eſſentiam, non per hoc ꝙ præcedens per additum augeatur, ſed per hoc ꝙ ex præcedenti & ſequenti reſultat maior forma ſecundum eſſentiam, vt dictum eſt. Ad vigeſimam ſecundam dicant quid velint alij, ego dico ꝙ agens calidum vt vnum poſtquam in a. puncto produxit calorem vt vnum, ceſſat agere in eodem puncto, quoniam ceſſat appetitus agendi, quoniam agens non agit niſi vt aſsimilet ſibi paſſum; & quia poſt talem actionem paſſum redditur ſimile agenti, ideo ceſſat agere vlterius in eodem puncto. Et vlterius dico bene, tale punctum eſſe magis diſpoſitum ſimpliciter, non tamen reſpectu agentis vt vnum, immo reſpectu illius ceſſat diſpoſitio ad vlterius agendum vel patiendum. Rationes poſitionum iam per hæc facile ſolui poſſunt, illa quidem de vbi, ſæpe eſt ſoluta, dictum eſt enim eſſe aliud vbi categorematicæ, non autem aliud ſyncategorematice, & de auctione ſimiliter dicatur. Hæc de vndecima diſputatione.

Eodem Tex.

DISPVTATIO DVODECIMA
De medio difformis latitudinis.

Num latitudo vniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur, latitudo vniformiter difformis non habet extrema, igitur nec medium. añs patet quia ſaltem non habet remiſiſsimum, quoniam omni tali dato, eſſet adhuc dabile minus. Secundo latitudo vniformiter difformis eſt vnus triangulus, ſed triangulus nõ eſt æqualis ſue mediæ pti, igı̃ latitudo talis ſuo gradui medio nõ eſt æqualis. Tertio data põne, tũc duo inæqualiter calida intẽſiuæ poſſent ĩ duo paſſa

paſſa æqualis reſiſtentiæ æquales effectus producere, quod eſt contra omnes.& deducitur cõſequentia,quia ſit A vnum vniformiter calidum.v.g.vt quatuor per totum,& B vniformiter diſformæ calidum terminatum in extremo intenſiori ad gradum vt quatuor, in remiſſiori vero ad non gradum ,& volo ꝙ extremo ĩtenſiori ipſius B applicetur aliquod frigidum in quo poteſt A agere ſecundum illud extremum, & vnum aliud applicetur ipſi A ita vt primum ſit C & ſecundum E, patet ꝙ ex quo ambo illa paſſa ſunt æqualis reſiſtentiæ, nunquam A ceſſabit agere in B donec calefaciet illud vt quatuor : nec B in C, ſimiliter donec calefaciet ipſum etiam vt quatuor, igitur ab vtroque illorum A & B prouenit æqualis effectus ſuper æquales reſiſtentias, & tamen A eſt calidum vt quatuor, & B quia reſpondet ſuo gradui medio,erit vt duo, & ſic habetur propoſitũ. Quarto data poſitione, tunc A & B erunt mobilia, quæ præciſæ mouebuntur per iſtam horam. & A mouebitur in duplo velocius ipſo B, & tamen æqualia ſpatia peragrabunt,cõcluſio omnibus patet eſſe impoſsibilis, & deducitur, & capio vnam latitudinem motus vniformiter difformem à non gradu vſque ad octo, & volo ꝙ A mouetur continuo illa latitudine circulariter, ita ꝙ medius punctus ipſius A quieſcat, & volo ꝙ B continuo per eandem horam medio gradu iſtius latitudinis moueatur etiam circulariter, illis poſitis patet ꝙ A in duplo velocius continuo mouebitur quam B quia omne mobile dicitur ita velociter moueri, ſicut aliquis punctus eius velociſsimæ motus , at punctus velociſſimæ motus mouetur gradu vt octo , & B continuo gradu vt quatuor, & tantum ſpatij peragret B quantum A , patet quia omnis latitudo vniformiter difformis correſpondet ſuo gradui medio per poſitionem. In contrarium ſunt mathematici omnes , & hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DISPVTATIO ſupponit vnum, & aliud quærit, ſupponit enim cuiuſlibet latitudinis vniformiter diffor mis eſſe dabilem gradum medium,& quærit,ſi tota latitudo ſit correſpondens illi. De primo nolo diſputare, quoniam pertinet ad calculatores, atque ad arithmeticos,volo tamen quædam ſine diſputatione colligere & per regulas.

Prima regula de calculatione vniformiũ.

Quoniam igitur latitudo alia eſt ſimpliciter vniformis,alia ſimpliciter difformis, quæ dicitur diffor miter difformis,& alia ſecundum quid,quę dicitur vniformiter difformis, & vniformiter difformis,alia incipit à non gradu, alia à certo gradu, ideo de ſimpliciter vniformi patet gradum medium eſſe æqualem cuilibet extremo.v.g.ſit vna latitudo talis A q̃ ſit tota vt octo , huius gradus medius eſt octo, patet quia tota eſt vniformiter vt octo, & ſi per aliam regulam gradum medium quæris, congrega numeros denominantes ambo extrema,& erũt ſexdecim, huius numerus medius erũt octo, quare hæc latitudo erit vt octo dicenda.

Secunda regula de vniformiter difformi.

Secunda regula in latitudine vniformiter difformi quæ incipit à nõ gradu, & terminatur ad gradum certi numeri, v. g. ad octo : gradus medius denominatur à numero ſubduplo ad numerum intenſius extremum denominãtem, & quia extremi numerus eſt octo, gradus mediuſ erit quatuor,probãt geometrę hanc regulam per quartam propoſitionem lib. 6. Euclidis quæ dicit ꝙ cuiuſlibet trianguli linea duo latera ſecans per æqualia, eſt ſubdupla ad tertium latus non ſectum, verbi cauſa E D linea quæ ſecat A C: & B C latera per æqualia eſt ſubdupla ad latus A B non ſectum : quare ſi latus A B erit vt octo, linea E D erit vt quatuor, poteſt etiam hæc regula declarari phyſica ratione, quia c ũ dicta latitudine poteſt in eodem ſubiecto modo econtrario coextendi vna alia latitudo formæ contrariæ.v.g.cum latitudine caliditatis vniformiter difformi, quæ incipit à non gradu & terminatur ad gradum vt octo,poteſt modo contrario vna latitudo frigiditatis ſimilis coextendi, vt cum non gradu caliditatis ſit gradus vt octo frigiditatis, & cum ſummo caliditatis non gradus frigiditatis, & ſic coextendendo cæteros correſpondenter, vbi patet totum ſubiectum, vbi ambæ illæ extenduntur, dici calidum vt quatuor,& frigidum vt quatuor, cum nõ poſſunt illa contraria ſub intenſiori gradu compati, vt ſuppono.

Tertia regula de vniformiter difformi incipiente à certo gradu.

Tertia regula eſt de vniformiter difformi incipiente à certo gradu.v.g.de C huius inueſtigatur gradus medius, vt numerus qui denominat extremum remiſſum, & numerus qui denominat intenſum aggregẽtur,& ſubduplus ad illum eſt gradus medius,vt quoniam numerus congregatus eſt.x.& huius ſubduplus eſt quinque,hic eſt gradus medius,huius cauſa eſt,qa ſi ab octo demas tria, & illa addideris extremo remiſsiori,latitudo tota erit vt quinque & quælibet pars,vt patet intuenti.

Quarta regula de difformiter difformi.

Quarta regula de diſformiter difformi eſt, vt difformiter difformis reducatur ad vniformiter difformem, & poſtea per regulam tertiam reducatur ad vniformem.v.g.ſit latitudo D difformiter difformis,cuius prima medietas ſit vt quatuor,& ſecunda vt ſex, tota erit difformiter difformis. Reducitur autem ad vniformiter difformem ſic aggregando numerum denominantem primam eius partem,& numerum denominãtem ſecundam, & productum erunt. x. huius medium eſt quinque,& hic eſt totius illius gradus medius, vel vt placet calculatori, accipe ſubduplum prime partis, & ſubduplum ſecundæ. verbi gratia duo & tria, & hæc congrega, & totum productum erit gradus medius, videlicet, quinque, huius cauſam reddit calculator, quia omnis gradus per quam tam partem ſubiecti extenditur, per tantam ſui partem denominat. verbi cauſa ſit vnum ſubiectum cuius altera medietas ſit vt quatuor, & altera nulla qualitate affecta per imaginationem : dico quòd totum ſubiectum denominatur vt duo. Quare ad propoſitum, quia extremum alterum eſt vt quatuor, eius denominatio erit per duo, & quia extremum alterum eſt vt ſex eius denominatio eſt vt tria : igitur aggregando ambos numeros, totum erit vt quinque . Eodem modo ſi ſit vna latitudo E ſecta in quatuor partes, & prima ſit vt duo, ſecunda vt tria, tertia vt quinque,& quarta vt ſex. Primo igitur inuenitur gradus medius primæ partis, & per regulam erit vnum . ſecundæ vero vnum & dimidum tertiæ duo . & dimidum . vltimæ tria hæc agregentur : & productum erint octo, & ſic in cæteris id genus fieri poteſt. Supponatur igitur cuiuſlibet latitudinis eſſe reperibilem gradum medium : vtrum vero ſit reperibilis omnibus his, per regulas tales, ſupputantibus atque arithmeticis omitto,hoc enim propoſitum noſtrum non deſtruit. Secundo debes ſcire latitudinem correſpondere ſuo gradui medio eſt illam eſſe ęqualem ſuo gradui medio, verbi cauſa ſi vnum lignum ſit calidũ latitudine caliditatis incipiente à nõ gradu, & terminata ad octo,hęc latitudo caliditatis correſpõdet gradui medio, quoniam lignum denoĩatur calidũ vt quatuor, ſed ſi ſit calidũ latitudine caliditatis vniformiter difformi ĩcipiẽte à gradu

 vt duo,

vt duo,& terminata ad gradum vt octo;totum lignum erit calidum vt quinque ; quia hic eſt gradus medius: quærit igitur diſputatio vnum , & alterum ſupponit: concedit enim cuilibet latitudini eſſe gradum medium reperibilem , & quærit vtrum ſubiectum denominet numero illius , an numero intenſioris extremi. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1.poſitio. De diſputatione nonnulli ſimpliciter dixerunt latitudinem vniformiter difformem correſpondere ſuo gradui medio, hoc eſt denominare eius ſubiectum numero medij eius gradus. probant hoc:quoniam quantam qualitatem poteſt producere tale ſubiectum, tanta denominatur , ſed præciſe qualitatem medij gradus poteſt producere in paſſo vniformiter diſpoſito,igitur tale ſubiectum tanta qualitate denominatur. Secundo accipiatur vnum corpus vniformiter difformiter calidum ; cuius latitudo gratia exempli repreſentetur per triangulum A B C & in extremo eius intenſiori applicetur vnum corrumpens, & in extremo remiſsiori aliud agens generans tantum in extremo remiſsiori quantum in extremo intenſiori corrumpitur, tunc patet in fine temporis actionis totam latitudinem A B C eſſe vniformem,& præciſe eſſe tantæ intenſionis,quantæ erat antea. Confutatio. Sed contra hanc poſitionem ſolet obiici de latitudine motus : nam ponatur q A moueatur ſup B. ſpatium vniformiter per totam iſtam horam intendendo motum ſuum à non gradu vſque ad octo, ſic tamen q in prima quarta huius horæ ipſum acquirit latitudinem à non gradu vſque ad quatuor,in aliis autem tribus quartis latitudinem à quatuor vſque ad octo,túc patet q latitudo acquirenda ab A correſpondet gradui ſuo intenſiori q̃ ſit medium quia plus pertranſibit A de ſpatio,q̃ ſi moueretur per totam horã gradu vt quatuor patet, quia per primam quartam huius horæ pertranſibit tantum præciſe de ſpatio, quãtum ſi moueretur vniformiter gradu vt duo, quia medium quatuor duo ſunt per alias tres, tantum quantum ſi moueretur vniformiter gradu vt ſex;quia medium inter quatuor & octo ſunt ſex, modo patet q ſi aliquod mobile moueretur per vnam quartam huius horæ vniformiter gradu vt duo,& p alias tres vniformiter gradu vt ſex;plus pertranſiret quàm ſi vniformiter moueretur per totam horam gradu vt quatuor. 2.poſitio. Hoc argumento tenent latitudinem poſſe conſiderari quantum ad eius eſſe ſucceſsiuum , vel quantum ad eius eſſe permanſiuum, & tunc dicunt non omnem latitudinem vniformiter difformẽ quantum ad eius eſſe ſucceſsiuum correſpondere ſuo gradui medio, qm̃ poteſt latitudo vniformiter difformis pmanſiue acquiri latitudine acquiſitionis ſiue motus difformiter difformi: quæ non rñdet gradui medio latitudinis quo ad eius eſſe pmanſiuum,ita q non oportet vt gradus medius latitudinis quo ad eius eſſe pmanſiuum ſit æqualis gradui medio eiuſdẽ quo ad eius eſſe ſucceſsiuum, vt rõ probat. Secundo dicunt latitudinẽ formæ vniformiter,vniformiter acquiſitam tã quo ad eius eſſe ſucceſsiuum q̃ permanſiuum eidem gradui medio correſpondere,& ſic primam poſitionem corrigũt. Obiectiones. Sed hæc correctio primo videtur ambigua quia vel auctor loquitur in motu locali, aut in cæteris motibus. ſi in motu locali, nulla latitudo acquiritur per motum localem, ſolum enim acquiritur vbi quod nullius eſt latitudinis ; ſinautem in cæteris motibus tunc cum nullus talis ſit motus continuus nulla alia eſt motus latitudo præter latitudinem formæ. Secundo argui ſolet homo eſt æque perfectus ſicut eius nobiliſsima pars, igitur latitudo erit æque perfecta, ſicut eius intenſiſsimus gradus. Tertio mobile mouetur ęque velociter ſicut punctus velociſsime motus,igitur latitudo eſt denominãda ab intenſiſsimo gradu. Propter hæc tenent quodlibet difformæ eſſe æqua intenſum ſicut eius eſt intenſiſsimus gradus. Hæc de poſitionibus. 3.poſitio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

His viſis ſic has poſitiones conciliarem, quoniam aliquod dici tale poteſt eſſe per actualem denominationem, & poteſt eſſe per virtualem vel æquiualentem denominationem.homo per actualem denominationem eſt ita perfectus, ſicut eius anima rationalis, per æquiualentem autem ita perfectus ſicut gradus medius inter animam rationalem & corpus,quoniam anima & corpus æquipollent medio perfectionis inter animã & corpus. ſic in propoſito, latitudo vniformiter difformis actu eſt æque intenſa;ſicut intenſiſsimus eius gradus æquiualenter vero ſicut medium inter intenſiſsimum & nõ gradum vel remiſiſsimum, vt rationes probarũt. 1.dilucida. Et aliter etiam ſoliti ſumus dicere latitudinem vniformiter difformem poſſe conſiderari quo ad eius genus, hoc eſt vt latitudo eſt ; & quo ad eius ſpeciem ſi conſideretur quo ad eius genus hoc eſt,quatenus latitudo eſt ſic eſt æque intenſa ſicut ſui medium & ab eius medio eſt nuncupanda. ſi conſideretur ſub ratione ſpeciei, vt ſic ab intenſiſsimo eſt denominanda ; tu vero potes excogitare alios modos;ideo omitto. Hæc de dilucidatione. 2.dilucida.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His viſis ad rationes. Ad primam dico,q latitudo incipiens à non gradu habet extrema, quia non gradus eſt alterum extremum : & hoc ſufficit. Ad ſecundam patet ſolutio,dictum enim eſt totum triangulum ęquipollere ſuo medio, vt patet .6. Euclidis propoſitione quarta. Ad tertiam iterum patet ſolutio, quia B non põt producere in C niſi caliditatem vt duo: A vero in B. caliditatem vt quatuor ; qm̃ B non ageret in C per extremum intenſum, ſed virtute medij, cui totum æquiualet. Ad quartam patet ſolutio: nam motus illæ circularis correſpondet etiam ſuo gradui medio & non erit tantus quanto motu mouetur punctus velociſsimo, vt .6.phyſi.patuit. Hæc de diſputatione duodecima vbi volo me excuſare, nam quæſtiones diſputaui, quæ nihil attinent ad metaphyſicum , h enim feci propter vnam exterorum quæſtionem : quæ tetigit omnia hæc, vt igitur in his quæ tetigerunt veritas dilucidetur, volui quæſtiones haſce diſputare, præterea per has quæſtiones multa confuſe dicta in naturalibus illuſtrauimus , quare parcatur mihi. Et ſi Deus vitam producet: conficiam dilucidarium diſputationum calculatoriarum , in quo omnibus calculatoribus obiiciemus eorum inportunitates refellentes : ſcimus enim illas nec eſſe peripateticas, nec neceſſarias ad ſcientiam, ſed ad oſtentationes hominum, propterea per principia contraria omnibus principiis eorum , illis obuiabimus dilucidando ſemper mentem peripateticorum in omnibus. Hactenus de diſpu.duodecima, deq; toto.8.lib.

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBRI

LIBRI NONI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Sex diſputationes diuiſi.

1 *Num aliquid poſſit à ſeipſo moueri.*
2 *Num rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem vnius tantum oppoſiti.*
3 *Num ratione ſit actus potentia prior.*
4 *Num actus ſit tempore prior potentia.*
5 *Num actus præcedat potentiam ſubſtantia.*
6 *Num actio ſi ſit in paſſo, veluti in ſubiecto.*

PRÆFATIO.

HActenvs de ſubſtantia deque ente diuiſo in decem prædicamenta diſputationes ædimus, at nunc Ariſto. de ente pertractat: quod per actum potentiamúe diuiditur: vbi diſputatio. has fecimus eaſq; tibi mitto, vt recenſeas recognoſcaſq;, erunt enim tunc ab omni maledicentia atque liuore ſecuræ. Vale.

Quapropter inquantum ſimul natum eſt nihil patitur ipſum à ſeipſo. Vnum enim & non aliud eſt, &c. Tex. cōmen. 2.

DISPVTATIO PRIMA
Si aliquid à ſeipſo poſsit moueri.

Num aliquid poſſit à ſeipſo moueri.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod nihil poſsit à ſe moueri, arguitur primo per verba textus, vbi dicit̃ ꝙ nihil aptum eſt pati à ſeipſo. Secundo, quia potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud, igitur nihil poteſt idem eſſe in potentia actiua, & paſsiua, & ita nihil moueri à ſeipſo. Tertio quia vt ſecundo de aīa deducitur: tunc tale ſemper ageret in ſeipſum, quia actio illa non dependeret ex aliquo extrorſum, cum idem ſit agens & patiens. Quarto dicitur primo de generatione ꝙ idem & oīno ſimile nō poteſt agere in ſe, quia tunc vt Auer. ibi ait: idem & ſm idem ageret in ſe, & ſi ſic, tunc nihil eſſet impaſsibile, vt deducit. præterea eodem de gñatione lib. & in textu habetur, oē quod mouetur à ſe, oportet diuidi in partes duas tm̃. Præterea Auer. 3. de aīa lib. contra Auēpa. habet tanq̃ abſurdum idem mouere ſe, vt patet. In contrarium eſt Ariſt. 8. phyſi. auſcul. vbi ait aliquid moueri à ſe: veluti ſunt animalia, vt in textu & cōm. 30. colligitur. Hæc de dubitationibus.

Cōm. 43.
Cōm. 73.
Cōm. 35. 29. & 30.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MOTVS gñatim in diſputatione accipitur, nam ſi in quanto fuerit, auctio, vel imminutio appellatur: ſi in quale: alteratio eſt: ſi in vbi, vel locum, latio vel motus localis dicitur; ſi in formam generatio, aut corruptio, quæ ſi eſt in formam, quæ eſt ſubſtantia, dicitur gñatio ſimpliciter: vel corruptio ſimpliciter, eo quia ſubſtantia eſt ens ſimpliciter. ſin autem ſit in formam, quæ eſt ens ſm quid, vt accidens gñatio vel corruptio erit ſm quid. Præterea ſunt qui faciunt dr̃iam inter aliquid moueri à ſeipſo, & per ſe, dicunt. n. id moueri à ſeipſo: quod mouet̃ à principio intrinſeco, & à nullo extrinſeco concurrente in eodem genere principij veluti animalia, id autem moueri dicunt per ſe, quod mouetur à principio intrinſeco, ſiue concurrat aliud, ſiue non veluti grauia & leuia; quæ mouentur à forma, & dum incipiūt moueri, concurrit aut generans aut remouens prohibens aut tale aliquid, ſed an hæc differentia ſit faciēda quæratur in lib. de Subſtantia orbis primo. Hæc pauca de titulo dicta ſufficiant. Commen. 2.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione Plato vbiq; voluit non oē poſſe à ſemetipſo moueri, ſed ſimplex duntaxat, cōpoſitum vero ab altero moueri opinatur, propterea ait ſimplex in hoc à cōpoſitis entibus differre: ꝙ cōpoſita mouent̃ per alterum quoddam, at ſimplex per ſeipſum mouetur, & hac rōne Deum & animam aſſerit eſſe numeros ſeſe mouentes. Motus eſt autem Plato nō ab re: videbat. n. cōpoſita entia moueri participatione ab altero: oē autem quod ab altero mouetur participatione illius motus, reducitur ad aliquod tale, quod ꝑ eſſentiam mouetur: igitur illud ſimplex à quo cōpoſitum mouetur, oportet vt ꝑ eſſentiam moueat̃. Amplius cōprobauit pōnem Iablicus, arbitratur. n. actionem oēm ab vniuoco proficiſci. Quare cum ipſum compoſitum moueatur à ſimplici, oportet vt ſimplex moueatur, aliter id quod mouetur, & ipſum mouens non vniuoce in motu conuenirent. Sed contra Platonem obijcit Ariſto. ꝙ ſi idem ſimplex ſeipſum moueret, tunc idem eſſet mouens & motum, quod eſt impoſsibile, eo quia omne quod mouetur, ab alio mouetur. Ioannes vero in lib. de Subſtantia orbis arguit contra Platonem, quia ſi idē ſimplex poſſet ſeipſum mouere, tunc idē eſſet in actu & in potentia, quod aſſerit eſſe impoſsibile, eo quia actus & potentia ſunt dr̃iæ valde oppoſitę vt dr̃ primo de Anima. Sed aliqui hanc rōnem cauillant hoc pacto, quia non eſt abſurdum idē eſſe in actu & in potētia ſm diuerſas rōnes: in actu quidem virtuali ſeu poteſtatiuo, in potentia vero formali: hoc. n. modo actus & potentia non ſunt valde oppoſiti īmo pn̄t in idem concidere, idem graue in actu eſt formæ quo poteſt motum deorſum efficere in potentia vero materiæ, qua poteſt illum recipere, his & Auer. 8. phy. auſculta. vr̃ cōſentire: dum dicit poſſe idē eſſe in actu & in potentia æquiuoce. præterea ipſemet Ioannes tenet graue rōne diuerſa poſſe eſſe in actu vtpote rōne formæ, & in potentia rōne materiæ, & hac ratione vult. 8. phyſi. auſculta. grauia & leuia moueri à ſemetipſis. Sed cauillus iſte non eſt peripateticus de ſimplici ente. Ariſto. n. 8. phyſi. auſculta. habet pro impoſſi idem mouere ſe, contingeret. n. inquit vt docens diſcat quorum alterum habere ſcientiam: alterum non habere neceſſe eſt; & ita habet pro impoſsibili idem ſimplex mouere ſe vt deducit Auerro. ſi enim idem ſimplex moueret ſeipſum, ex ea parte, qua moueret haberet motum, ex ea vero parte qua mouetur, careret motu, & ita haberet motum, & non haberet quod Ariſtote. putat eſſe abſurdum. Quod ſi dicas ꝙ ex ea parte qua mouet, habet in actu virtuali ſiue effectiuo, ex ea parte autem qua mouetur: non habet in actu formali, tunc nihil

Obiectio cōtra Plato.
Quæ Ioan.
Lib. cōm 6. Cauillus aliquorum.
Cōm. 40.
Confutatio cauilli.
Cōm 38.
An idē in actu virtuali & in potentia formali.

nihil haberet Ariſto. aduerſus Platonem, contra quem obiicit, vt omnes ſentiũt Expoſitores: diceret enim Plato primum mouens à ſeipſo moueri quia poſſet eſſe in actu effectiuo motus, & in potentia formali illius, quia nihil prohibet idem habere motum virtute, & non habere actu illum, & ſic ceſſat omnis via inueniendi primum mouens immobile, quare oportet dicere nullum ſimplex poſſe eſſe mouens ſeipſum ſecus eſt de compoſito: quia ratione formæ poteſt eſſe actu, ratione vero materiæ in potentia, at ſimplex cum ſit actus tantum, vel potentia tantum, erit vel mouens tantum, vel mobile tantum, bene autem credo. Ioannem vocem propriam ignoraſſe, credit enim eſſe impoſsibile, vt idem ſit in actu, & in potentia, quia actus & potentiæ ſunt differentiæ valde oppoſitæ, quod friuolum eſt: quia ſunt differētię oppoſitę relatiue vt in hoc nono habetur modo nihil prohibet idem eſſe relatiuum ad ſe, vt quinto huius habitum eſt, propterea vt dicemus idem eſſe in actu, & in potētia, in re ſimplici eſt impoſsibile, in re cō poſita non propter rōnem tactam, hęc contra Plato.

Contra Ioan. *Cōm. 12.*

Alij vero dicunt principaliter tria primum poſsibile eſt aliquid agere in ſemetipſum, quod eſt dicere ꝙ idem poteſt eſſe agens & patiens. Hoc probant quadam ratione, quam achillem appellant, & vt vis rationis pateat ſupponēdum apud eos primo ꝙ calefactiuum reſpicit pro primo & per ſe, & adæquato obiecto ipſum calefactibile vniuerſale, hæc patet quia cuiuſlibet potentiæ reſpondent obiectum primum, vt viſui viſile auditui auditile, & ita calefactiuo calefactibile. Secundo ſupponendum potentiam reſpicere per ſe primum obiectum primo, ac contenta ſub illo per ſe non primo, vt viſus viſile per ſe primo, flammam vero vel carbonem per ſe nō primo: hæc etiam patet per diffinitionem vniuerſalis primo poſteriorum. Ex his ſequitur ꝙ calefactiuum reſpicit per ſe primo ipſum calefactibile vt calefactibile, & omne calefactibile per ſe non primo, igitur reſpicit ſe per ſe non primo, ſed quia reſpicit calefactibile per ſe poteſt agere in calefactibile, igitur quia reſpicit ſe per ſe, poteſt agere in ſe per ſe, non autem per ſe primo, & ita idem poteſt agere in ſemetipſum ſaltem per ſe non primo. Sunt de his qui ratione hanc confirmant per illud quod dicitur de actione immanente, eſt enim actio immanens, quæ in agente manet, igitur idem eſt agens patiens illam. ſpeciatim argui ſolet, quia per verba Auer. 4. cœ. & tertio cœli vbi habetur ꝙ idem graue vel leue mouet ſe. Præterea natura eſt principium motus eius in quo eſt, & per principium Auerro. 2 phy. auſculta. vult actiuum & formale, ſemper enim principium abſolute prolatū intelligitur de efficiente. 1. phyſico. auſculta. & 12. metaphy. Amplius intellectus materialis intelligit ſe. igitur idem eſt agens & recipiens intellectionem, & ita idem agens & patiens, antecedens apparet tertio de anima. Secundo dicunt, ꝙ nihil poteſt ſe mouere cauſando formam ſubſtantiariam in ſemetipſo, hoc eſt nihil poteſt ſe generare. Probant hoc pro tanto quia nullum imperfectius eſt actiuum principium perfectioris, modo nulla forma ſubſtantialis poteſt aduenire quin illa ſit perfectior quauis entitate præcedente ipſam, in ſubſtantialibus enim formis ſemper vlterior eſt perfectior. Tertio dicunt nihil poſſe in ſemetipſum agere actione vniuoca, probant, quia tunc duo indiuidua abſoluta atque eiuſdem ſpeciei poſſent eſſe in eodem ſubiecto ſimul, & deducitur quia principium agendi & terminus auctionis eſſent eiuſdem ſpeciei, cum ponatur actio vniuoca, & different numero, & ita habetur abſurdum. Ex his faciunt excerpta, primum eſt, ꝙ idem poteſt augere ſe, alterare ſe & mouere ſe localiter: eo quia quantitas qualitas, & vbi quæ ſunt termini actionum ſunt ſpecie à forma ſubiecti diſtinctæ, igitur actione æquiuoca poſſunt cauſari ab illius forma. Secundum ſpeciatim eſt ꝙ ſubiectum in ſemet cauſat eius propriam paſsionem, & hoc quia æquiuoce ſeſe habent. Amplius quia potentia mere paſsiua eſt contradictionis, quare cum ſubiectum non ſit in potentia contradictionis ad ſuam propriam paſsionem, non erit in potentia mere paſsiua, & ſic eſt in potentia actiua. Tertio ſpeciatim dicunt grauia & leuia mouere ſe ad vbi effectiue, animalia etiam vt propter cauſam dictam. Quarto ſpeciatim dicũt aquam calefactam ſeſe infrigidare, & ſemen ſeſe effectiuę alterare. Vltimo dicunt potentiam appetitiuam, & cognoſcitiuam mouere ſe ad actum, ſaltem partialiter, quod dicunt propter obiectum, quod apud eos partialiter concurrit. Hæc de poſitionibus.

Pō aliorum. *Ratio Scoti in lib. ſententiarū 2. dist. q. 10.* *Cōm 12. Cōm. 18. Cōm. 3.* *Cōm. 1 Cōm. 4.* *Cōm. 8. & 13.* *Excerpta ex*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire, ꝙ aliquid poſſe à ſemetipſo moueri poteſt intelligi de ſimplici, & poteſt intelligi de compoſito: voco autem ſimplex, quod omni compoſitione caret, vtpote vel ſimplex forma, vel ſimplex materia. compoſitum vero, quod ex materia & forma componitur vlterius compoſitum aliud eſt ſimilare, vt quodlibet elementum purum, atque mixtum, cuius quælibet pars eadem rōne eodemúe nomine appellatur, aliud diſsimilare, vt animal vel mixtum cuius partes diſsimili ratione & nomine appellantur, in animali enim alia ratione & nomine dicitur cor alia iecur alia cerebrum. Secundo debes ſcire ꝙ moueri à ſemetipſo bifariam intelligi poteſt, vno modo ꝙ ad motum eius nihil aliud concurrat nec pro initio, nec pro cōtinuatione motus, qua ratione animalia moueri à ſemetipſis dicuntur, alio modo ꝙ licet pro initio concurrat aliquid pro continuatione: ſufficit principium intrinſecum qua ratione graue moueri à ſe creditur. Tunc loquar per ordinem & dicamus primo, ꝙ loquendo de generatione & corruptione nullum ſimplex per ſe, nec per accidens poteſt mouere ſe motu generationis, motu vero corruptionis poteſt ſe mouere, ſaltem per accidens. Prima pars patet ſaltem, ſecundo de anima, & ideo poteſt eſſe, quia quod generat, eſt, quod generatur, non eſt. quare ſi idem ſe per ſe vel per accidens generare poſſet: tunc idem eſſet, & non eſſet, quod eſt impoſsibile tam per ſe, quàm per accidens. Secunda etiam patet, quia corrumpens eſt, & quod corrumpitur eſt, & hoc modo ſaltem per accidens idem ſimplex poteſt ſe corrumpere, vt de calore naturali dicitur, qui corrumpendo humidum per accidens ſeipſum necat. Secundo principaliter dicerem ꝙ ſi de compoſitis loquimur & ſimilaribus, nihil idem poteſt ſe per ſe generare, nec ſe per ſe corrumpere, bene tamen ſaltem per accidens corrumpere vt tactum eſt, & hoc non alia probatione volo eſſe probatum. Tertio dico ꝙ ſi de compoſitis diſsimilaribus loquimur idem per ſe poteſt & ſe generare & ſe corrumpere, ſed ſecundum diuerſas partes. patet de animali ſaltem, ī quo vna pars eius agit in alteram illam corrumpendo, vel generando, eo quia differunt forma & qualitate, hæc de generatione, deque corruptione. Et de alteratione dicamus primo ꝙ nullum ſimplex poteſt ſeſe alterare nec cor-

1. ſuppoſitio *2. ſuppoſitio* *1. concluſio* *2. concluſio* *3. concluſio* *De alteratione 1. concluſio*

corruptiue,nec pfectiue:& hoc per ſe.corruptiue quidem non quia finis alterationis corruptiue eſt generatio vt.6.phyſic.dr. igitur ſi nihil põt ſe per ſe generare nihil poteſt ſe per ſe alterare corruptiue, quod enim non poteſt in finem nec poteſt in media, perfectiue vero minime,quia ſi quid poſſet ſe perfectiue alterare,eſſet intellectus,qui ponitur ſe intelligere, at hoc fieri nõ poteſt, quia vt dicitur tertio de anima, intellectus non intelligit ſe per ſe,ſed intelligendo alia. Secundo dico ꝙ ſi loquimur de compoſito ſimilari corruptiue nihil alterat ſe,pfectiue bene poteſt. Prima pars patet; quia ſi poſſet corruptiue alterare ſe per ſe, poſſet generare ſe per ſe,vt deductum fuit. Secunda pars patet de aqua calefacta apud nonnullos, ipſa enim cum ponitur indiſpoſitione naturali reducit ſe,& ita alterat ſe perfectiue, verum de aqua calefacta eſt quæſtio,vt dicemus poſtea propterea ſit hoc ĩductum tanquam exemplum. Tertio dico ꝙ ſi loquimur de compoſito diſsimilari, idem poteſt per ſe & corruptiue & perfectiue alterare ſe,hoc patuit, quia ſecundum diuerſas partes diſsimilares poteſt idem eſſe alterans & alterabile. Hæc de alteratione. Et de auctione dilucidemus, nam ſi loquimur in ſimplici nihil per ſe auget ſe, tum quia ſimplex non eſt quantum,tum propter rationem tactam,ſi in compoſito ſimilari etiam nihil per ſe auget ſe, patet per idem, quia ipſa auctio vel eſt generatio, vel non ſine generatione. Amplius vel alteratio vel non ſine alteratione, ſed nullum ſimilare poteſt ſe per ſe generare vel alterare: igitur nec augere,ſin autem loquimur in compoſitis diſsimilaribus, ſic ſaltem partialiter idem poteſt per ſe augere ſecundum diuerſas partes,cor enim vna cum cibo auget omnia mẽbra ſaltem partialiter. Hæc de auctione. Et de motu locali dicamus primo, ꝙ nullum ſimplex põteſt ſe per ſe mouere,probatur ex ſuppoſitionibus,quia ſimplex vel eſt totaliter actus, vel totaliter potentia,igitur non poteſt eſſe in actu & in potentia,& ita non poteſt eſſe mouens & mobile. Secundo dico ꝙ licet compoſitum ſimilare poteſt ſe mouere per ſe non tamen à ſe. Prima pars patet, quia ex quo eſt compoſitum:habet aliquid, quo poteſt eſſe in actu: & aliquid quo poteſt eſſe in potentia: & ita poteſt eſſe mouens & motum. Secunda probatur per differentiam, quam tangit Ariſtote. inter viua & compoſita non viuas.8. phyſico. vult enim viua per ſe & à ſe moueri: quia habẽt principium per quod, & à quo diſtinctum à mobili, vel vt dicit Auerro. quia componuntur ex motore in actu,& mobili in actu: vtpote ex anima quæ eſt motor in actu:& corpore, quod eſt mobile in actu: at compoſita non viua vt elementa & id genus, non componuntur ex motore in actu, & mobili in actu, materia enim ex qua conſtat, non eſt mobile in actu, quia non reſiſtit formæ mouenti, aliter in vacuo poſſunt ſimplicia corpora moueri,& propterea ad motum elementorum concurrit ſaltem medium, quod non ad motum animalium. Tertio dico ꝙ compoſitum diſsimilare poteſt ſe mouere & per ſe, & à ſe:hoc nullo alio patet, niſi exemplo ſumpto ab animalibus;quæ & per ſe & à ſe mouentur. Ex his deducũtur contra aliquos. Primum ꝙ ſubiectum non eſt effectiuum principium ſuæ proprie paſsionis,vt ignis non eſt principium effectiuum caloris nec aqua humoris probatur primo, quia tunc idem alteraret ſe per ſe. Secũdo quia dicitur.8.phyſicorum ꝙ agens quantum dat de forma tantum dat de accidentibus per ſe quæ conſequuntur illam formam mediante illa forma, igitur ſi ſubiectum daret ſibi accidentia per ſe:daret ſibi formam mediante qua dat ſibi accidentia. Secundum ꝙ grauia & leuia non mouentur à ſe ad vbi effectiue,deducitur quia ſemꝑ concurrit aut generans, aut remouens prohibens, aut medium verum de re hac quere noſtras commen.in.8.lib.phyſi. Tertium ꝙ animatum non mouet ſe per ſe & à ſe ad motum auctionis,patet quia cõcurrit cibus vt dictum eſt. Quartum ꝙ aqua calefacta non reducit ſe quod probatur, quia aqua calida eſt remiſſa in ſua frigiditate, igitur in ſui ſubſtantia,vt patet.3.cœli:habet enim Auerro.contra Aui. quàm per quantum elementum remittitur in qualitate ſibi propria, per tantum remittitur in ſubſtantia, quare ſi aqua poteſt ſe infrigidare, poterit ſe in ſubſtantia generare quod eſt contra ſuperius dicta, de reductione vero aquæ quære in lib.de generatione, & in lib.phyſi.in lib.de Subſtantia orbis. Vltimo patet ꝙ nec potentia appetitiua, nec cognoſcitiua mouet ſe ad actum appetendi vel cognoſcendi, patet quia nullum ſimplex põt ſe per ſe alterare perfectiue. Hæc de dilucidatione, multa poſſunt addi: ſed ſunt extra rẽ noſtram, q̃re tñ in lib.de Subſtantia orbis, & in lib.de gñatione.

Côm.8. 2.cõcluſio. — *3.concluſio* — *De auctione.* — *De motu locali.* — *Excerpta contra aliquos.* — *Côm.4.* — *Côm.67.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

RATIONES factæ in prima parte diſputationis ſunt pro dilucidatione noſtra. omnes enim concludũt nihil agere in ſe ſecundum eandem rationem, & nihil moueri à ſe,ita vt ſub eadem ratione idem ſit mouens & motum, pro ſecunda parte diſputationis dico ꝙ ratio eſt de compoſitis,& viuentibus vt in dilucidatione viſum eſt. Ad rationes vero aliorum ad achillem dico ꝙ aliquid eſt verum ſecundum rationem generis,quod eſt falſum ſecundum rationem ſpeciei: vt. 7.phyſi. dicit Auer. vnde.5.meta.viſus talpæ repugnat in ſpecie,& ſecundum rationem ſpeciei, non autem ſecundum rationem generis, vt patet per Auerro. ibidem ſic: in propoſito omne actiuum poteſt agere in ſe ſecundum rationem generis,hoc eſt inquantum actiuum, ſecundum vero rationem ſpeciei vtpote vt alteratiuum, vt generatiuum vt actiuum non poteſt agere in ſe, & alterans quatenus agens poteſt agere in ſe quatenus patiens,non autem quatenus alterans,& ſic per rationem generis illa eſt vera, per rationem autem ſpeciei falſa, ad illud de actione immanente dicemus, nunc vero dico ꝙ actio immanens non dicitur:quæ eſt in agẽte quatenus agẽs:ſed quæ eſt in agente ſiue per eandem, ſiue per diuerſam rationem, quæ enim tranſit in materiam exteriorem, tranſiens actio dicitur quæ non tranſit in materiam extra materiam agentis: immanens appellatur, ex hoc nihil ad propoſitum eorum haberi poteſt. Ad verba Auerro.patuit ſolutio per dilucidationem:loquitur.n.in compoſitis, & in motu locali, ſimiliter ad illud de diffinitione naturæ, non.n.eſt natura niſi ſit pars naturati,mõ naturatum eſt compoſitũ ex materia, & forma,& ſic idem ꝙ prius. De intellectione vero dictum eſt: intellectus.n.non intelligit ſe niſi intelligẽdo alia,vt dictum eſt in.3.de Anima, & ſic rationes nullæ ſunt. Sed quoniam non eſt iuſtum credere diſcipulum diſſentire à perito præceptore, videtur mihi Ariſtote. non diſſentire à Platone, propterea debes ſcire ꝙ apud Platonem id appellatur mouens ſeipſum, quod nullo alio deducitur ad mouendum ſuũ mobile,ſed per eſſentiam illud mouet.hoc pacto Deus mouẽs ſeipſum dicitur apud Platonem, quia mouendo primũ mobile ſiue vniuerſum à nullo deducit̃ ad ſic mouẽdũ, & propterea eſt

Côm.2. — *Côm.17.* — *Inter plato & Ari. cõſilium.*

ea eſt per eſſentiam mouens; anima etiam ſeipſam mouet, quia in viuificando & perficiendo corpus, per eſſentiam viuificat & perficit corpus: & ſic deus & anima numeri dicuntur ſeipſos mouentes: quatenus eorum mobilia mouent ſeipſis per eſſentiam, & non per hoc, quia deducuntur ad mouendum ab aliis, veluti mouent agētia naturalia, hoc idem non negat Ariſto. dum dicit, ꝙ agens primum ſemper mouet, quia non deducitur de potentia ad actum, ſimiliter & anima eſt actus primus, quia per eſſentiam eſt actus, & ita non aliter Ariſt. ſenſit quàm Plato præceptor licet ignari illos diſſentire velint, quod diſplicet Simpli. Ammonio & cæteris bonis peripateticis. Hæc de diſputatione prima.

Palam, quia & potentiarum aliæ erūt irrationabiles aliæ cum ratione, quapropter &c. *Tex. cōm. 3,*

DISPVTATIO SECVNDA

De obiecto rationalis, & irrationalis potentiæ.

Num rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem vnius appoſiti.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod rationalis potentia non ſit oppoſitorum, arguitur. Primo quia ſi ſic, tunc aliquod agens per talem potentiam poſſet oppoſita agere, quod eſt contra verba Ariſto. & deducitur conſequentia, quia habens potentiam poteſt illud, cuius eſt illa potentia, & ita habens potentiam ad oppoſita ſimul illa poterit. Scđo dr̄ in litera, ꝙ potentia oppoſitorum non exit in actum niſi determinetur, ſed cū ſic determinatur non eſt oppoſitorū, igiť vt prius. Tertio ſi potentia rōnalis eſſet oppoſitorū, per conuerſionem per contrapoſitionem. quæ eſſet non oppoſitorum, eſſet non rationalis, & ſic cum apud phōs potentia dei non ſit oppoſitorum, eſſet non rationali, contra communem conſenſum. Quarto potentia primæ materiæ eſt oppoſitorum & non eſt potentia rationalis, ſed irrationalis. Quod vero irrationalis potentia ſit oppoſitorum, declaratur. Primo de potentia primæ materiæ. Secundo de potentia ſolis, quæ eſt diſſoluendi & congelandi glaciē. Tertio de frigore: quod infrigidat, & per antipariſtaſim calefacit: & ita calefacit & infrigidat, & tamen eſt vna potentia. Quarto potentia motiua eſt motus & quietis. Quinto ignis eſt indifferens ad comburendum hoc vel combuſtibile: immo & ad non comburendum. Vltimo effectus raro fieri poteſt à potentia irrationali; igitur & effectus æqualis, quia effectus raro eſt aptus minus produci. In oppoſitum eſt. Ariſtote. hic & Auer. & Alexander & Themiſtius. Hæc de dubitationibus. *Cōm. 10.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo diſputationis debes ſcire. Primo, ꝙ potentia in titulo diſputationis intelligitur pro actiua, & non pro paſsiua, non enim eſt dubium potentiam primæ materiæ eſſe oppoſitorum, atque contradictionis, vt in hoc. 9. dicitur. Secundo debes ſcire ꝙ potentiarū actiuarum, aliæ ſunt rationales, quæ græce in textu logicæ dicuntur, aliæ irrationales, quæ à logicæ nuncupantur. dictæ vero ſunt rationales, quia non deducuntur ad actum, niſi ratione, ac diſcurſu electiuo, illæ irrationales, quia deducuntur ad actum, non diſcurſu, ac ratione, ſed ſola propinquitate paſsi, & omnibus requiſitis ad actionem ſtantibus. Ex his ſequitur primo ꝙ potentia effectrix dei, & ītellectuum ſeparatorum, non dicitur rationalis. patet, quia non deducitur ad actum per rationem & diſcurſum, ſiue delibaratione atque electione, eo quia intellectus diuinus non diſcurrit nec prædeliberat ſecundum phōs. Dicitur autem irrationalis per negationem quia deducitur ad actum ſine diſcurſu. *Excerpt. 1.* Secundo ſequitur contra nonnullos, quòd hæc diuiſio potentiarum per rationalem & irrationalem non valet tantum quantum per voluntatem & naturam. *Excerpt. 2.* Nam licet omnis natura ſit irrationalis potentia, tamen non omnis irrationalis potentia eſt natura, intellectus enim diuinus irrationalis eſt, qui non eſt natura, vt nunc loquimur de natura. *Cōtra aliquos* Tertio ſequitur ꝙ prima potentiarū diuiſio nō eſt per rōnalē & irrationalem, quia potentia diuina nec eſt rōnalis, nec irrōnalis. irrationalis. n. potentia idem eſt, ꝙ naturalis, at naturalis irrationalis idem quod deducibile ad actum ſine diſcurſu. *Excerpt. 3.* Tertio debes ſcire oppoſita in diſputatione accipi pro contradictoriis, hoc eſt pro affirmatione & negatione, non autem pro contrariis. declaratur, quia eo modo oppoſita accipi debent, quo modo ipſum contingens conſtituunt, ſed contingens eſt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe, igitur hac ratione debent ſumi in diſputatione. Animaduerſione dignū contradictoria ſummi, non quidem per negationem modi, veluti ſunt poſsibile, & non poſsibile, ſed per negationem dicti, vt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

STOICI qui omnia neceſſario euenire contendunt, opinantur potentiam rationalem non eſſe oppoſitorum, ſed alterius tantum partis oppoſitionis, quia rationalis potentia non differt à naturali per hoc ꝙ naturalis ſit alterius cōtradictionis partis, rationalis autē vtriuſque, ſed pro tanto quia rationalis libere eligit, naturalis autem non libere. libere vero eligere non eſt cōtingenter eligere apud Stoicos, immo nec apud peripateticos, quia deus libere agit non tamen contingenter, ſed libere agere eſt ſecundum rationem principaliter agere, nihil expectando perfectionis à re quam agit, & hac ratione libere deus agit, quia agendo bonum in rebus, nihil boni aut perfectionis expectat à rebus ipſis, quibus bonum confert & benefacit. potentiæ autem naturales, ſiue agentia naturalia agunt non ſecundum rationem, nec nihil expectando ab actione, cum cuncta agant, vt perficiantur ac vt acquirant aliqud perfectionis pro eſſe & eorū cōſeruatione. Ex his apparet de mente ſtoicorum primo ꝙ rationalis potentia differt ab irrationali quatenus rationalis libere, irrationalis non libere agit. Secundo apparet ꝙ agentia per intellectum ſunt potētiæ rationales: agentia per naturam ſunt agentia & potentiæ irrationales. Poſitionem hanc ſequuntur naturales nonnulli vtpote qui negant caſum & fortunam dicentes omnia neceſſario euenire, & de neceſsitate naturę. Amplius imitantur & hanc aſtronomi, qui omnia facto & cœlo neceſſario ſubdunt. hanc & epicurei autumant. Ioannes etiam Ganda. in hoc. 9. quæſtione. 5. fauet huic poſitioni, immo aſſerit hanc mentem fuiſſe peripate. Ari. maxime & Auerro. Et licet de hac re in lib. de interpretatione diligenter diſputaui, & lib. deſtructio deſtructionum, & lib. cœli etiam īportunitas Ioannis Ganda, cogit me addere quædam, quæ in dictis locis non tetigi. amplius cogit me facere rationes contra eum, ne tantus error poſſit aliquibus prauis videri; *Pō Stoicorum*

nis videri:nolo tamen adducere rationes,quibus moue tur,quia illas poſui in cõmentationibus noſtris lib.cœli,vt in expoſitione textus,ibi enim potes copioſe atque abunde legere rationes, quas ipſe fecit in quæſtionibus libri cœli, & in hoc.9.hac ratione ne faſtidio afficiam lectores, bona fronte ſuperſedeo : aſſurgamus igitur contra ipſum rõnibus ſuis confutando eius friuolas ſolutiones.

Cõm.120.& 121.

Rationes contra Ioannes, Cõm.48.

Primo,ꝙ ſi oẽ poſsibile neceſſario erit,tũc oĩa de neceſsitate euenirent,quod eſt contra Ariſto.in lib, de interpretatione & contra Auer.2.phy. auſculta. & contra Them.& Simplicium ibidẽ.Scd̃o hac poſitione conceſſa tolleretur conſiliũ de rebus agendis,& ita fruſtra fuiſſet ſenatus Romanus. Tertio liberum tolleret̃ arbitrium : deducitur.quia libertas arbitrij eſt circa res q̃ ſunt in hoĩs poteſtate,& ad vtrũq;,vt docet Ariſto.in 2.Ethi. Quarto tollerentur oẽs leges & humanæ,& diuinæ humanæ quidem quia nullũ eſſet vitium vituperabile,quia ea quæ ſunt à natura nõ ſunt laudanda,nec vituperanda,vt.3.dr̃ Ethi.diuinæ vero quia vana & nulla eſſet punitio vitiorũ, cum vitia neceſſario futura ſint & à natura inſita .

Solutiones Ioã.

Enititur Ioannes in pñti.9.& in lib.cœli euadere cum diſtinctione. ait.n.neceſſariũ bifariũ eſſe. alterũ continuum,vtpote ꝙ in oĩ eſt t pe,& in quolibet momẽto tpis:ceu deũ eſſe & cœlũ moueri.alterũ diſcõtinuũ, quod eſt etiã bifariũ . alterum & quo ad nos , & quo naturam determinatũ , vt ſolẽ vel lunam deficere; non.n.ſol aut luna continuo deficit,ſed certo ſtatuto,& limitato tempore,& quo ad nos,& quo ad naturã,veluti aſtrologi docent per ſupputationes motuum,& ita dicitur neceſſarium quo ad naturam quia neceſſario eueniet,dicitur quo ad nos determinatum, quia ſcitur euenire.diſcontinuũ aũt,quia non in oĩ tempore, nec in oĩ momento temporis euenit, alterũ vero quo ad naturã determinatum,ſed quo ad nos indeterminatũ,ac incertũ, veluti Domiciũ pħm fore. Iacobũ aũt ſacerdotem, hæc.n.ambo ex cœli in eorum genituris conſtitutione his promittuntur,& ita ſunt naturæ ſtabilita, nobis aũt incerta, ac indeterminata .

Excerpta & mẽte Ioannes.

Ex his de mente Ioannis ſequit̃ primo , ꝙ oĩs natura eſt neceſſaria.patet; quia aut neceſſaria continua,aut neceſſaria diſcontinua.Scd̃o ſequitur ꝙ natura poſsibilis eſt neceſſaria ſm naturæ determinationem, verum quo ad noſtræ certitudinis determinationem poſsibilis, & ideo poſsibile eſt non qd̃ indifferens eſt ad eſſe,& ad non eſſe,ſed quod nõ eſt nobis determinatũ eſſe vel non eſſe.Hæc de mente Ioãnnis. Tunc reſpondet Ioannes ad rõnes. Ad primã cõcedit oĩa neceſſario euenire,nec hoc reputant peripatetici ĩpoſsibile , ſed volunt non oĩa neceſſario euenire neceſsitate continua, vel diſcontinua determinata quo ad nos . Ad ſcd̃am dicit ꝙ conſilium non tollitur quia res futuræ q̃ñ in natura ſunt conſtitute, & ſunt per conſiliũ agibiles , etiam conſiliũ fieri pro illarũ executiõne eſt conſtitutũ,& ſic non eſt fruſtra. Ad tertiã dicit ꝙ libertas arbitrij non conſiſtit in eligendo duo oppoſita, ſed in eligendo quicquid eligit gratia ſui, & ſm rõnẽ & hoc pacto eſt libertas arbitrij, vt patet in Deo, qui libere mouet, & tñ non contingenter mouet . Ad quartã dicit ꝙ leges ſunt bonæ, quia factæ propter laudem, vel vituperium,& punitiones etiam iuſtæ , quia propter mala cõmiſſa, ſed vtraq; ſunt ſtabilita , vt legens, & ea quæ leges agunt .

Confutatio.

Sed quantum vir iſtæ deliret nemo ignorat verum contra ſolutionem. Ad primam arguitur primo quia Ariſt. & oẽs expoſitores.2.phyſicæ auſcultationis ex propria intentione refellunt eos qui negant caſum, & fortunam,adducentes ad hoc impoſsibile,ꝙ tunc oĩa euenirent de neceſsitate naturæ modo ſm Ioãnem hoc non modo nõ eſt impoſsibile, immo neceſſarium quia apud ipſum oĩs natura eſt neceſſaria , & nulla eſt in ſe contingens & contra Auer. eius quem tantum extollit eſſe videtur hoc:vt patet , qui adducit contra Aui.tanq̃ impoſsibile , eſſe aliquod neceſſarium reſpectu vnius , & contingens reſpectu alterius , modo apud Ioannem omne contingens eſt neceſſarium in natura,& contingens quo ad nos.

Cõm.48.

Secundo tolleretur diuiſio contingentis,per natum,& æquale,quia omne eſſet natũ ſiue naturæ conſtitutum.non enim dicitur æquale,quia æqualiter nobis certum & incertum. nec illud natum , quia magis certum. lego.n.qui bene legi tex. Ariſto.in libris Priorum: & Alex.& Philoponi nõ memini me ſic legiſſe diffinitiones illorum, vnde Alex.ait natum eſſe quod eſt magis aptum euenire æquale vero , quod æqualiter eſt aptum euenire,& non euenire. Tertio ſi omnia de neceſsitate naturæ euenirent apud Ioannem,vel neceſſitate naturæ particularis,vel neceſsitate naturæ vniuerſalis, non neceſsitate naturæ particularis, quia tunc nullus eſſet caſus , quoniam caſus eſt non de intentione naturæ particularis,vt monſtruum,& id genus , at ſi omnia de neceſsitate naturæ particularis euenirent , nihil foret,quod non eſſet de intentione naturæ particularis, & ita nullus eſſet caſus . ſin autem omnia ſaltem eueniũt de neceſsitate naturę vniuerſalis,tũc (cum natura vniuerſalis ſit cœlicum fatum)quod promitteretur à cœlo, eſſet ineuitabile , quod eſt contra Ptolomæum & in procemio apoteleſmaton, & in libro centum enuntiatorum in lib.centum enuntia . quidem quia.d.animam ſapientem poſſe multa euitare, eorum quæ cœlum promittit in procemio. apoteleſmaton autem dicit cœlicas promiſsiones neceſſario fore, quamdiu non ſunt prouiſæ. ſi enim vt dicit Anonymus Ptolomæi interpres : & Porphyrius ex cœli ſtatu natali alicui ꝓmitteret̃ anno ſuæ ætatis viceſimo,menſe illius anni.9.die illius menſis 12.hora illius diei ab ortu ſeptima caſus ex equo. quis enim tam fatuus diceret talem caſum eſſe ineuitabilem, eſſet enim ineuitabilis vbi ignoraretur,vbi autem eſſet prouiſus de loco & tempore & alijs cur non eſſet euitabilis ? Si enim mihi promitteret̃,& eſſet mihi iſtec promiſsio prouiſa de tempore loco , & alijs , illo anno,illo menſe , illo die,illa hora equũ nullũ equitatẽ , & ꝓpterea dicit Ptolomæus aſtronomiæ inuentũ fuiſſe apud gẽtes & hoĩes per cognitionẽ atq; ꝓuiſionẽ futurorũ, poſſent illa euitare,quare nihil vel ſaltẽ nõ oĩa ſunt neceſſaria neceſsitate naturæ vniuerſalis.hæc cõtra primã. Cõtra ſolutionẽ ad ſcd̃am arguo & ſuppono apud oẽs gẽtes conſilium eſſe ꝓ euitando malũ,& ꝓſequẽdo bonũ,hoc.n. eſt oĩum conſultantiũ intentũ & finis,tunc arguo , aut ꝑ conſiliũ põt euitari malũ futurũ , aut non.ſi nullo mõ euitari põt malũ futurum,igitur fruſtra fiunt conſilia,& ſic idẽ, quod prius , ſin aũt euitari põt malũ , & acquiri bonũ:igitur non oĩa neceſſario eueniunt vt credit Ioã. q̃m malũ venturum per conſilium euitari põt , & bonũ non futurũ per conſilium acquiri , hæc contra ſcd̃am. Cõtra ſolutionẽ ad tertiã arguo ſi liberũ arbitriũ humanum non eſſet de contingentibus,ſed de neceſſarijs,tũc actus humani non eſſent in poteſtate noſtra,hoc eſt cõtra exemplum vt Ariſt.dicit , nemo.n.dubitat ait Ariſt. in lib. de interpretatione eſſe in poteſtate noſtra incidere tunicam,vel non incidere.Hæc ad tertiam . Cõtra quartam patet confutatio , per ea quæ addit, ipſe enim neſcit

neſcit quid dicit: vnde quæro ab eo de intento legum aut intentum legum eſt euitare male: & multiplicare bonum: aut non. non eſt dicendum ꝙ non quia contra intentum eſſet iuriſconſultorum, atq; legiſlatorum. ſi ſic igitur non oĩa neceſſario eueniunt: cum per leges poſſint mala euitari, & bona multiplicari, hæc pauca volui contra Ioannē adducere, qm̃ in lib. de interpretatione & in lib. cœli. & in libro deſtructionum diligenter diſputaui.

Poſitio Burle. 2. phyſi.

Alij iuniores dixerunt inter rõnales potentias & naturales ſiue irrationales talem eſſe differentiam q naturalis potentia dum non applicatur paſſo ſufficienter diſpoſito, eſt oppoſitorum, dum autem applicatur paſſo ſufficienter diſpoſito, eſt determinata ad alterum oppoſitorum, rõnalis autem potentia ſiue applicetur paſſo, ſiue non ſemper eſt oppoſitorum.

Confutatio

Hanc opinionem confutaui. 2. phy. exponendo cõm. 48. tñ arguo & accipio aliquod agens naturale per potẽtiam naturalem, ſiue irrationalem, vtpote A ignem nondum B combuſtili applicatum. ſi per opinantes A ignis eſt in potentia contradictionis ad comburendum & non comburendum B cõbuſtibile, vel ab intrinſeco, vel ab extrĩſeco. ſi ab intrinſeco, igitur haberet aliquid quo per naturam illius non eſt ipſius B cõbuſtiuũ: ſin autem ab extrinſeco, igitur ab intrinſeco eſſet determinatum ad alterum oppoſitorum, & ita non eſt in potẽtia ad vtrũq;. Secundo potentia oppoſitorũ eſt contradictionis, vt dr̃ in iſto. 9. contradictio vero habet partes quarũ vna hẽt vim vniuerſalẽ nulli in eſſendi. & altera vim particularem alicui in eſſendi, vt in lib. de interpretatione dr̃: ſed ignis non applicatus non habet partes contradictionis hoc mõ, quia eſſet ſenſus ꝙ eſſet in potentia ad cõburẽdum oẽ B & in oĩ loco & in oĩ tpe, & ad aliquod B nõ cõburendum, aliter non eſt contradictionis potentia, mõ hoc non eſt ita, ignis. n. ſemper & in oĩ tpe, & in oĩ loco eſt combuſtiuus ipſius B, hec pauca contra ſecundã poſitionẽ ſed ſi vis diligẽtiorẽ cõfutationẽ perquire ſcd̃m lib. phy.

Poſitio aliorũ.

Alij vero, & ſi confuſe loquantur, tñ eius põ põt reduci ad ordinẽ, dicunt igiť primo ꝙ diuiſio Ariſto. in tex. dum ait potentiarum aliã eſſe rõnalẽ, aliã irrõnalẽ eſt in naturã & voluntatẽ, quia per rõnalẽ potentiã voluit Ariſt. voluntatẽ, per irrõnalẽ voluit naturã, hoc confirmant ex verbis Ariſt. 2. phyſi. ponentis caſum iuxta naturã: fortunam iuxta voluntatẽ. Scd̃o dicunt ꝙ dr̃ia inter potentiã rõnalẽ, & irrõnalem eſt ex modo eliciendi actum circa obm̃, quia potẽtia rõnalis approximata ſuo obiecto, & oĩbus impedimẽtis circumammotis cõtingẽter elicit actum circa illud obiectum, irrõnalis vero dum obiecto approximata eſt & impedimenta ſunt ammota: neceſſario elicit. Tertio dicunt ꝙ cã diuerſitatis talium modorum eliciendi eſt diuerſitas naturarum illarum, voluntas. n. contingenter ſic elicit, quia eſt voluntas, natura vero ſic neceſſario elicit, quia eſt natura. Quarto dicunt ꝙ quia voluntas eſt indeterminata non per inſufficientiã ſed per ſuperabundantia actualitatis, ideo põt ſe ad actũ reducere, quia vero natura eſt indeterminata per inſufficientiam actualitatis, & requiſitorum quia aliqñ tempus deficit aliquando approximatio paſsi, aliquando requiſitorum aliquod hac rõne non deducitur ad actum niſi aliquo cõcurrente. Quinto dicunt ꝙ licet Ariſt. in textu videatur per potentiam rationalem intelligere intellectum, tñ intelligit intellectum & voluntatem, quia intellectus ſolus eſt magis natura ꝗ̃ contingens, maxime in illo priori in quo præcedit actum volũtatis, & ita volũt Ariſt. accepiſſe rationalem potentiam complete pro intellectu vt ſtat ſub actu volũtario. Hæc ex verbis eorum colligi poſſunt & hac forma reduci ad ordinem.

Confutatio.

Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. primo quia tunc diuiſio illa non eſſet ſufficiens, quia ſub nullo membro potentia actiua Dei contineretur, illa enim non poteſt contineri ſub rationali, quia non cõtingenter elicit apud peripateticos nec ſub natura, quia ſicut Deus eſt ſupra naturam, ſic potentia eius non eſt naturalis. Secundo vt dicetur in dilucidatione voluntas non eſt potentia ſed actus intellectus ratiocinantis: vnde vuleſis græcæ, latine voluntas non eſt potentia volitiua, illa enim intellectus eſt: ſed actus intellectus diſcurrentis de agẽdis: cum enim intellectus diſcurrit de agendis, electio illa, quæ ex cõſultiuo ſyllogiſmo relinquitur, ab Ariſt. vuleſis interdum: nonnunquam prohæreſis nonnunquam orexis dicitur, latine voluntas, electio vel appetitus, non igitur per potentiã rationalem voluntatem ĩtelligere poteſt, ſed intellectũ. Secundo errant, quia ſi differentia potentiarum eſt ex modo eliciendi actus circa propria obiecta, & differentia modorum eliciendi eſt propter differentias naturarum, igitur differentia prima eſt propter naturas, quod ipſi non dicunt. Tertio non peripatetice loquuntur dũ dicunt voluntatem eſſe potentiam in differentem, reducere tamen ſe propter ſuperabundantiam actualitatis, nam Auer. 8. phyſi. ait à voluntate indifferenti nullã ꝓuenire actionem: & infra idem dicit: igitur voluntas nõ potentia indifferens eſt, ſed electio intellectus indifferentis. Vltimo errant volẽtes Ariſt. per rationalem potentiam intellexiſſe completam vtpote intellectum cũ voluntate, quia Ariſt. in præſenti textu dum docuit differentiam potentiarum rationalium & irrationalium ſubſcripſit modum, quo rõnalis potẽtiam reducitur ad actum dicens illã reduci ad actũ appetitu, vel electione ſiue voluntate, igitur per potentias rõnales intelligit intellectum abſque electione. Hæc de poſitionibus.

Cõm. 15. Cõm. 16.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire Ariſt. per potentiam rationalem intellexiſſe intellectum, & nõ quẽuis, ſed rõnalem, hoc eſt diſcurſiuum, qualis eſt humanus. intellectus enim diuinus non eſt rationalis: eſſet. n. cœlum animal rationale, niſi quis pro rationale intelligit id quod eſt ratio per eſſentiam. Amplius diſcurreret Deus vel cœlum. Per irrationalem vero potentiam intellexit potentiam non diſcurſiuam ſub qua cadit intellectus diuinus, & natura: natura enim non diſcurrit in eliciendo actum, nec diuinus intellectus in mouendo, & hoc capiendo in pro non. Secundo debes ſcire (vt tactum eſt) voluntatem non eſſe potentiam aliam ab intellectu, immo non eſſe potentiam, ſed quaſi concluſio conſultiui ſyllogiſmi, dupliciter. n. intellectus ſeſe habet ad obiectum operabile, quia aut limitatur ad eliciendũ actum appetitu, hoc eſt concupiſcentia, & ſic oblique & turpiter eligit. hunc. n. modum eliciendi habent voluptuoſi & improbi viri, aut limitatur pro hereſi hoc eſt voluntate & electione derelicta ex conſultorio ſyllogiſmo, & ſic recte & ſtudioſe eligit. Quare quẽadmodũ appetitus ſiue cõcupiſcentia actus eſt intellectus deprauati à ſenſibus, ſic voluntas actus eſt intellectus conſultiui, dũ per conſiliũ elicit actũ circa obiectum.

Dilucidatio.

Ex his apparet dilucidatio, hoc eſt quo nã modo rõnalis potẽtia differt ab irrationali: differt. n. primo ex parte obiecti. ſcd̃o ex parte potẽtiæ agentis. tertio ex parte modi agẽdi. Ex parte obiecti quidem, quia obiectum rõnalis potentiæ

tentiæ eſt bonum verum, vel apparens. verum quidem dum eſt eligibile per rationem rectam, apparens autē dum eligibile eſt per concupiſcentiam. potentiæ vero irrationalis eſt bonum verum, quia ſi potentia irrationalis ſit diuinus intellectus ille non agit nec poteſt agere niſi verum bonum, ſinautem ſit potentia agentis naturalis, illa in agendo dirigitur ab intelligentia non errante, & ſic non poteſt obiectum potentię irrationalis eſſe niſi bonū verū, ex parte potentiæ agentis, quia potētia rōnalis ſua natura eſt conſultiua, & ſic oppoſitorum electiua, irrationalis vero ſua natura eſt limitata ad alterum oppoſitorum, & in hoc recte exteri dicunt nullam aliam eſſe cauſam, niſi quia hæc eſt talis, illa autem talis. Ex parte modi eliciendi deniq;, quia rationalis potentia etiam ſuo obiecto approximata contingenter elicit, quia conſultiuus ſyllogiſmus eſt de vtroq; oppoſito, irrationalis vero neceſſario elicit, cum non per conſultiuum eligat ſyllogiſmum, ſed per eius naturā, licet Deus ipſe contingenter eligat. Ex his apparet quonā modo reducatur ad actum rationalis potētia, & quo nam mō irrōnalis, rōnalis. n. vt dr̄ in textu reducitur ad actū aut appetitu ſiue cōcupiſcentia: vt qn̄ illicite reducitur, aut electione ſiue volūtate, vt qn̄ reducitur ſyllō cōſultiuo recto, veluti circa actus licitos, irrōnalis aūt vel ſemper eſt in actu, vt diuina & cœlica potētia, aut reducitur per aduentū alicuius reqſitorū vt tpis, vel loci vel approximationis & cæterorū id genus. Hæc pauca de dilucida. *Interp. ſent.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis. Ad primam dicerē negando cōſequētiā, ſufficit. n. ꝙ poſsit agere oppoſita, aut ſimili aut pro diuerſis tēporibus, irrōnalis aūt potētia aut ſemper agit alterū oppoſitorū, vt diuina, aut alterū tm̄ eſt agere apta, vt naturalis. Ad ſcd̄am dico ꝙ licet dum ſit determinata ſit alterius, ſufficit ꝙ per ſui naturā ſit vtriuſq;. Ad tertiā cōcedo ꝙ potētia Dei eſt non rōnalis, non. n. elicit actum per conſiliū. Ad quartā patet ſolutio, diſpu. n. loquitur in actiuis potentiis, & nō in paſsiuis. Ad rōnem de potentia ſolis patuit ſolutio. illa. n. eſt cōtrariorum propter diuerſas materias, non aūt cōtradictoriorum circa eandē materiā. Ad rōnē de frigore. patet illud eſſe circa contraria, & per accidens. Ad rōnem de igne dico vt prius, ꝙ nunq̄ ignis eſt indifferens ad cōburendum, & non cōburendū, quia licet ſit ī differens ad non cōburendū hoc: non tn̄ ſequitur ipſum eſſe indifferentē ad non cōburendū ſimpliciter, Ad rōnē de contingēti raro dico ꝙ bene effectus raro ab agente produci pōt, æqualis aūt nunq̄, & cauſa eſt quia æqualis effectus eſt agenti incōpoſsibilis, cū ſit potentiæ paſsiuæ tm̄, rarus vero effectus ſubeſt potentiæ actiuæ: quia effectus plerunq; eueniēs ſubeſt potētiæ actiuæ, ꝓuenit. n. effectus rarus ab agēte, quia effectus plerunq; eueniens eſt prouenibilis, per eius rarū īpedimētū effectus rarus euenit, tu tn̄ quære librū ꝑm phyſi. Hęc de ſcd̄a diſputatione.

Palàm quia prior eſt actus potentia, dico autem potentia non ſolum determinata & c. Tex. cōm. 13.

DISPVTATIO TERTIA
De ordine actus ad potentiam.

Num ratione ſit actus potentia prior.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Cōm. 11. Quod non ſit actus rōne potentia prior. Arguit 1. quia correlatiua ſunt ſimul rōne ꝑm Porphy. & Ariſt. at actus & potentia ſunt correlatiua, dicit. n. Auer. ꝙ actus & potētia ſunt relatiua cōtraria, & vtrunq; relatiuorū accipitur in diffinitione alterius, & non accidit inde malum. Secundo ſempiternum comparatur ad corruptibile veluti actus ad potentiam: vt dr̄. 3. de anima. Sed corruptibile eſt rōne & cognitione æterno, prius igitur potentia rōne actu prior erit. *Cōm. 16.* Tertio confuſa ſunt cognitione priora, vt dr̄. 1. auſcul. phy. Sed potentia eſt quid confuſum: actus vero quid diſtinctum, cum ſeparet, & diſtinguat potentiam, igitur potentia eſt ratione actu prior. In contrarium ſunt Ariſtote. & Auerro. & omnes expoſitores. Hæc de dubitationibus. *Cōm. 13.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Qvid actus ſit quidúe potētia. Amplius quot modis actus quotúe modis potētia dicantur, quinto huius diligenter dictum eſt, id tn̄ vt Ariſt. inquit non ignorādum eſt, potentiam eſſe accipiendam generatim pro principio tam motus quàm quietis, tam actiuo quàm paſsiuo, tam motus corruptiui vt generatio, & alteratio, & auctio ſunt quàm motus perfectiui, vt latio, & ītelligere, & id genus. Actus vero ſumitur pro operatione talis principij, cuiuſmodi ædificatiui actus ædificare eſt viſiui videre, viſibilis videri, & id genus, prius autem ratione ſeu diffinitione id dicitur, quod cadit ī alterius diffinitione & alterum non in eius diffinitione, vt dictum eſt, 7. huius de ſubſtantia reſpectu accidentis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

De diſputatione Ioannes Gandauenſis quæſtione 8. huius. 9. libri opinatur tam actum q̄ potentiam duas habere diffinitiones, perfectam videlicet & imꝑfectā: & tunc velle vr̄ duo, primum ꝙ potentia non cadit in perfecta actus diffinitione, licet cadere poſſet in diffinitione actus imperfecta. Prima pars patet in tex. per inductionem. Secunda patet, quia actus & potentia ſunt relatiua, modo oportet vt vnum relatiuorum ſemper cadat in alterius diffinitione perfecta vel imperfecta. Secundum eſt ꝙ actus cadit in diffinitione potentiæ perfecta, & hoc patet in textu, tunc ad rem dicit Ioannes propoſitionem Ariſt. eſſe ſic intelligendam ꝙ actus eſt prior potentia perfecta diffinitione quatenus ipſe cadit imperfecta potentiæ diffinitione, econtra autem potentia non cadit in actus perfecta diffinitione. Hæc Ioānes velle videtur. Sed hæc expoſitio ſtare non poteſt, qm̄ perfecta diffinitio eſt, quę explicat totam rei eſſentiam, vt Auer. dicit in. 7. huius. Sed eſſentia atq; eſſe vnius relatiui eſt ad aliud ſe habere, vt dicit Ariſt. in prædicamētis, & actus & potentia, vt concedit Ioannes ſunt relatiua, igitur oportet vt imperfecta actus diffinitione cadat potentia & econtra. Britanus in h. 9. ait Ariſto. accepiſſe actum pro ipſo exiſtere, potentiam pro eo quod nō eſt. & non repugnat exiſtere, hoc eſt actum & potentiam obiectiuam, & non ſubiectiuam, & tunc dicit ꝙ actus exiſtendi ſiue obiectiuus eſt diffinitione prior potentia exiſtendi ſiue obiectiua, & huius rōnē aſsignat, qa actus hoc pacto ſeſe habet vt habitus, potentia vero vt ſic, ſeſe habet vt priuatio, mō habitus eſt priuatione ꝑm diffinitionē prior, vt in ꝓdicamentis patet. Sed licet hæc expōſit in ſe vera, tn̄ nō cōſonat textui. Ariſt. n. ſeipſum exponit dicens ſe loqui nō de potentia diffinita, quæ eſt principiū motus duntaxat, ſed de potentia quę eſt tā motus q̄ quietis pricipiū, & hoc a pte dicit Auer. in hoc. 9. ita dicens, & non intelligo hic per potentiam, potentiam quam diffiniuimus in principio iſtius tractatus, in quo diximus

Poſitio Ioan. *Confutatio.* *Cōm. 4. & 41.* *Pō Britani.* *Confutatio.* *Cōm. 13.*

diximus ꝙ potentia actiua eſt principium tranſmutationis in aliud ſecundum ꝙ eſt aliud & paſſiua principium tranſmutationis ab alio ſecũdum quod eſt aliud. Sed intelligo hic per potentiam omne ꝙ eſt principiũ motus omnis habentis motum, & principium quietis omnis habentis quietem, & eſt intelligendum hic per motum trãſmutationem, & per quietem priuationem tranſmutationis. Hæc Auerro. Igitur hic per potentiam intelligit generatim principium motus & quietis, & nõ
Pl aliorum & maxime Sco. 30. diſt. primi lib. ipſum non exiſtere, vt Britanus autumat. Alij vero dicunt (vt mihi videtur) duo primum eſt ꝙ actus non refertur ad potentiam per ſe, ſed quia potentia refertur ad actum, vnde actus eſt per ſe quid abſolutum, verum quia potentia refertur ad ipſum, actus dicitur relatiue ad potentiam relatione potentiæ ad actũ, hoc pacto ſcientia refertur ad ſcibile, & ſcibile ad ſcientiam, ſcientia.n. per ſe ad ſcibile dicitur, at ſcibile refertur ad ſcientiam relatione ſcientiæ ad ſcibile, vnde ſcibile potius terminat relationem ſcientiæ, quàm ad ſcientiam referatur, & hoc pacto actus potius relationem potentiæ terminat quàm ad potentiam referatur. Secundo dicunt ꝙ ea quæ ſic non mutuo referuntur, non oportet eſſe ſimul ratione, erit.n. alterum altero ratione prius, quia extremum abſolutum prius rõne extremo relatiuo vt ſcibile prius ratione ſcientia. Ex his ad diſputationem dicunt ꝙ actus eſt ratione prior potentia, quia non refertur ad potentiam, ſed magis econtra. potius.n. relationem potentiæ terminat, aut ſi refertur non per ſe ſed per accidens refertur relatione potentiæ ad actum, & propter ea actus cadit in ratione potentiæ, & non potentia in
Confutatio. Com. 11. ratione actus. Sed hæc poſitio eſt directe contra Auer. ait.n. ꝙ actus & potentia ſunt relatiua contraria, & vtrũque relatiuorũ accipitur in diffinitione alterius, & non accidit inde malũ. Hæc Auerroes. Ecce quomodo vult illa mutuo referri, mutuoq; alterum in alterius diffinitione collocari. Præterea ꝙ relatio non poſſit referri, aut terminari ad abſolutum, bonis rationibus eſt perſuaſum. 5. huius, propterea nunc nolo amplius ſermonem ampliare. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ actus & potentia poſſunt vno modo ſumi formaliter ꝓ relationibus, quibus aliquid dicitur eſſe formaliter in potentia, & aliquid formaliter in actu, & poſſunt accipi materialiter pro his quę denominantur eſſe aut in potentia, aut in actu. Verbi cauſa, potentia moueri deorſum pro graui, actus vero pro deſcenſu. potẽtia moueri ſurſum pro leui, actus autem pro aſcenſu: & in cæteris id genus ſi-
Dilucidatio. militer. Tunc dicerem ſaluo meliori iudicio, ꝙ ſi actus & potentia ſumãtur formaliter, ſic ſunt ſimul ratione, quia vt ſic ſunt relatiua, vt recte Auerro. ſentit in dicto 11. commento. at ſi ſumantur materialiter, ſic actus eſt prior ratione ipſa potentia. vnde Ariſto. per moueri ad medium diffinit graue, & per moueri à medio diffinit leue, & per moueri circa medium diffinit neutrum. Secundo dico ꝙ licet actus ſit potentia ſecundum rationem prior, tamẽ nec omnis actus omni potentia eſt ratione prior, nec aliquis actus omni potentia, ſed omnis actus omni potentia ſibi correſpondente eſt prior, vt moueri ad medium eſt ratione prius ipſo graui, quatenus in illius rõne cadit & non econtra, moueri à medio prius ratione ipſo leui, & in cęteris ſimiliter. quare omnis actus omni potentia ſibi correſpõdente prior eſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis patet ſolutio. Ad primũ dico enim ꝙ argumentum verum concludit de actu & potentia ſumptis formaliter at de ipſis materialiter ſumptis aliter eſt. Ad ſcd̃m patet ſol'o, nos.n. loquimur de actu & potentia ſibi correſpondentibus, modo ſiue hęc ſint æterna, ſiue corruptibilia, actus ſemper cadit in diffinitione potentiæ, & non econtra. Ad tertiam ſi aliquid ratio concludit: illud eſt de confuſa notitia, at nos loquimur de diffinitiua ratione. Hæc de tertia diſputatione.

Omni itaq; tali prior eſt actus ratione & ſubſtantia, tẽpore vero eſt quidẽ vt ſic, eſt aũt vt non, &c. Tex. cõm. 13.

DISPVTATIO QVARTA

De ordine actus ad potentiam pænes tempus.

Num actus tempore prior potentia.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod actus non ſit potentia tempore prior. Arguitur, quia primus actus eſt cœlum vel DEVS. Prima vero potentia eſt prima materia. Sed apud Ariſt. hęc ambo ſunt æterna, igitur neutrum neutro tempore prius eſt. Secundo nullus actus eſt omni potentia tempore prior, igitur actus non eſt tempore prior potentia, antecedens patet, quia ſunt nonnullæ potentiæ paſſiuę æterne quibus nullus actus tempore prior eſt, igitur propoſitio falſa. Tertio materia tempore præcedit formam ſed materia eſt potentia, vel ſaltẽ in potentia, & forma actus, igitur potentia tẽpore actũ præcedit. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire ꝙ hæc propoſitio actus eſt potentia prior, eſt multiplex, & non vniuoca: quia poteſt intelligi de prioritate rationis & ſic verificata eſt ſumendo potentiam & actum materialiter, potentiam quidem pro principio generatim, actum pro operatione proficiſcente ab illa potentia ſiue principio potẽtiali, & põt intelligi de prioritate temporis, & ſic verificatur ſumẽdo actum & potentiam materialiter vt ſupra, ſed potẽtiam pro potentia propinqua, vt eſt ſemen, & triticum actum pro agente in actu, à quo ſemen ſeu triticum ꝓficiſcitur. Tertio poteſt intelligi de prioritate naturę, & hoc modo verificatur in ſenſu explicando diſputatione proxima, igitur ſenſus noſter pn̄tis diſputationis eſt ſi actus.i. agens in actu ſit potentia proxima quale eſt ſemen, ouum, vel triticum prius tempore, eſt enim hic ſenſus ambiguus quia ouum tempore præcedit gallinã, & gallina tempore præcedit ouum. Amplius granum tritici tempore meſſes præcedit: & meſſes tempore triticum. Rurſus animal ipſum tempore ſemen præcedit, ſemen tempore animal. Propterea reſtat dilucidare hũc ſenſum in quo Ariſto. vult poſſe eſſe verum actum potentiam tempore præcedere. Ex his apparet ꝙ in prima *Excerptum*
& præſenti diſputatione actus & potentia licet ſumantur materialiter, non tñ præciſe eodem modo materialiter, quia potentia in diſputatione proxime dicta ſumitur pro principio motus vel quietis generatim, actus ꝓ operatione ab illa potẽtia proficiſcente, hic vero actus ſumitur ꝓ agente in actu, potentia pro potẽtia ꝓxima, ex qua ꝓuenit vltimus terminus ad quẽ quale eſt ſemẽ, granũ tritici, & ouũ: cæteraq; id genus. Hæc de titulo.

CAPVT

Caput positionum tertium.

Poſitio prima Britani. Britanus vult ꝙ actus & potentia eodem mō materialiter ſumātur hic & proxima diſputatione, quia actus pro exiſtere, potentia pro eo ꝙ non exiſtit, ſed nō repugnat exiſtere? Tunc dicit ꝙ potentia actum præcedit: qui de illa extrahitur, actus autem ſimpliciter potentiam præcedit. Prima pars patet, quia omne genitū, & corruptibile prius fuit in potentia, & poſtea in actu, igitur poſſe exiſtere tpe præcedit exiſtere ſibi correſpōdens. Secunda probatur, quia non extrahitur ens in potentia ad actum, niſi per aliquod quod actu exiſtit, quòd tempore præcedat illam deductionem & hūc ſenſum ait eſſe Ariſtote. huius opinionis eſt Albertilla, & omnes ſorticolæ metaphyſici. *Poſitio Ioan.* Ioannes Gandauenſis dicit quòd ſi actus ſimpliciter & potentia ſimpliciter ſumantur, neuter neutrum tempore præcedit, quia actus & potentia ſimpliciter ſumptæ non menſurātur tempore, abſtrahunt enim à tempore. Secundo dicit ꝙ ſi actus & potentia ſumantur ſecundum ſpeciem, ſic etiam neutrum neutro tempore eſt prius, quia vt ſic ſunt æterna, & in æternis nihil tēpore eſt prius. Tertio dicit ꝙ ſi actus ſumatur pro actu indiuidui vtpote pro eſſe Socratis, & potētia pro potentia qua Socrates poteſt eſſe: ſic potentia tempore actū præcedit, quia Socrates prius tempore fuit in potentia ad eſſe, quàm fuiſſet in eſſe. Dicit quarto ꝙ ſenſus Ariſt. eſt ꝙ actus ſecundum ſpēm tpe præcedit potentiam ſecundum indiuiduum, quia licet nec ſemen animal nec animal ſemen tempore præcedat, tamen animal ſm ſpeciem hoc vel illud ſemen præcedit, & hunc dicit eſſe ſenſum quo Ari. vult propoſitionem eſſe veram, & vt Ioānes dicit actus hoc eſt ens in actu ſecundum ſpeciē tempore potentiā proximam præcedit ſm indiuiduum non potētiam remotam, quia potentia materiæ eſt vna numero, quæ à parte ante eſt ſempiterna, vt dicitur .1. cœli. *Com. 10. & 110.* Hæ poſitiones non aliter ſunt confutandæ niſi ꝙ prima literæ nō conſonat, vt patet intelligenti. Secunda autem eſt incompleta, vt in dilucidatione patebit. Hæc de poſitionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Debes ſcire vt dictū eſt in titulo, ꝙ Ariſt. verificat propoſitionē ſub illo ſenſu ſumendo actū & potentiam materialiter. Amplius ſumendo actū pro agēte in actu, ſiue ꝙ eſt ens in actu, & potētiam pro diſpoſitione propinqua, quale eſt ſemen, granum tritici & ouū vt patet in textu. Secundo debes ſcire, ꝙ logice & iuxta regulas logicorū loquendo nullum ens in actu eſt prius ente in potentia ſm tps, quia nullū ens in actu eſt omni ente in potentia prius ſm tps, ét nullum ens in potentia eſt ſm tps prius ente in actu, quia nullū ens in potentia eſt oī ente in actu ſm tps prius, vt patet facile volentibus deducere. Ad ſenſum vero peripateticū ens in actu ſm ſpeciem eſt omni ente in potentia ſm indiuiduū tpe prius, qa licet ouū ſit tpe gallina pri⁹, & gallina tpe ouo prior: tn̄ ſumendo gallinā generatim ſiue ſm ſpeciem eſt tpe omni ouo prior quia quouis ouo dato gallina aliqua eſt prior, & hunc ſenſum voluit Ariſt. intelligere de illa propoſitione, & in hoc bene Ioannes ſentit, loquitur. n. conſone verbis Ariſ. & Auer. *In tex. cōm. 13. Dilucidatio.* Ex his ſequitur veritas ſenſus Ariſt. intelligit. n. ꝙ ens in actu ſm ſpeciem eſt omni ente in potentia propinqua ſm indiuiduum tempore prius quatenus omni ente in potentia ſecundum indiuiduum ſumpto, ſemꝑ aliqđ ens in actu, à quo illud ꝓficiſcitur eſt tempore prius. Hæc de dilucidatione.

Caput solutionum quintum.

His dilucidatis. Ad primam patet ſolutio. Ariſt. n. loquitur de potentia proxima: q̄ æducit̃ tanquā media diſpoſitio ad vltimum terminum ab agente. Ad ſecundam patuit ſolutio, quia licet de rigore logico quælibet illarum eſt falſa, tamen ad ſenſum peripateticum illa eſt vera modo dicto. Ad tertiam diximus diſputationem loqui de potentia propinqua: & non de prima materia. Hæc de diſputatione quarta.

Eodem tex.

DISPVTATIO QVINTA
De orine actus ad potentiam penes ſubſtantiam.

Num actus præcedat potentiam ſubſtantia.

Caput dubitationum primum.

Quod actus non ſit potentia prior ſecundum ſubſtantiam. Arguitur primo quia potentia eſt propinquior primæ ſubſtantię: eſt enim prima materia propinquior primis ſubſtantijs, quia maxime ſubſtat, quam ſit actus, qui fere non ſubſtat. Secundo potentia eſt ſubſtantia, vt patet de materia, & actus eſt accidens, igitur potentia eſt prior actu ſecundum ſubſtātiam. Tertio antequam mundus eſſet factus, poſsibile erat Socratē eſſe, vt patet ſecundum catholicos, & multos philoſophos, tunc quæro vtrum potentia ad eſſe Socratis ante mundi productionem, erat aliquid vel nihil. ſi nihil erat, tunc nec erat melior nec peior. Amplius nec ꝑfectior, nec imperfectior, entis enim ad nihil nulla eſt comparatio. ſi autem illa potentia erat aliquid cū tunc nihil erat niſi Deus, erat igitur illa potentia Deus: & tunc nullus actus illa potentia poterat eſſe prior ſubſtantia ſine perfectione. Quarto actus & potētia nunquam ſimul ſunt, quia vt dicit Auer. in primo cœli dum actus eſt ceſſat potentia ad eſſe: & dum potentia eſt, nō eſt actus quia ſuccedunt ſibi mutuo circa idē ſubiectū: igitur nunquam ſimul ſunt: & ſi nunquam ſimul ſunt: neutrum neutro poteſt ſubſtantia eſſe prius, quia comparabilia oportet vt ſint. Vltimo motus eſt actus cœli vel intelligentiæ mouentis, & tamen motus non eſt ſecundum ſubſtantiam perfectior cœlo, igitur diſputatio falſa. Hæc de dubitationibus.

Caput tituli secundum.

Quid actus ſit qdúe potentia, ſatis dictū eſt, & dicimus ꝙ actus accipit̃ interdū pro exiſtere, ſiue ꝓ eſſe actualis exiſtentiæ: interdū ꝓ agente in actu, interdū ꝓ forma, potentia vero econtra ꝓ eo qđ nondū eſt, & poteſt eſſe, quod dicitur eſſe in potentia obiectiua, nōnunquā ꝓ principio paſsiuo, vt pro cōbuſtibili, aliqñ ꝑ materia, q̄ eſt ſua potentia: ſuba in diſputatione non ꝓ vno decē ꝑdicamentorū accipitur, ſed pro perfectione, vnde eſſe prius ſubſtantia eſt eſſe prius perfectione, nonnulli ꝑ prius ſubſtantia intelligūt prius natura vel prius cāſitate, & totū eſt vtile, qa in idē venit. Hæc de titulo.

Caput positionum tertium.

De diſputatione nonnulli dixerunt Ariſt. actū accepiſſe pro operatione alicuius potentiæ actiuæ vel paſsiuæ. potentiam autem pro principio actiuo vel paſsiuo, huius rō ex verbis Ariſt. colligi poteſt, qui actum appellat ipſum videre gratia cuius eſt ipſa viſiua potentia, & domificare actum domificatoris. *Prima poſitio* Sed hęc poſitio facile refellitur, *Confutatio*

refellitur,primo quia hac poſitione ſtante, rationes Ari
ſto.eſſent nullæ.Prima quidem rō eſt,quia priora gene
ratione ſunt imperfectiora,at potentia generatione eſt
prior ipſo actu,igitur imperfectior. Secunda ratio eſt,
quia finis eſt perfectior his quæ ſunt ad finem at opera-
tio potentiæ finis eſt potentiæ,igitur perfectior ipſa po
tentia,& deducitur ꝙ non valeant iſtæ rationes,quia ſi
valerent,deducerem intellectionem eſſe perfectiorem
intellectu,tum per primā rationem, quia eſſet genera-
tione poſterior,tum per ſecundam,quia eſſet finis. Se-
cundo deducerem motum eſſe perfectiorem motore
& mobili,& per primam & ſecūdam rationem,per pri-
mam quidem quia motus eſt generatione poſterior, ꝑ
ſecundam vero quia ſeſe habet vt finis motiui & mobi-
lis:poſſem vlterius de multis alijs deducere, quæ omit-
to. Secundo principaliter contra cōcluſionem argui-
tur,quia operatio eſt accidens,velut accidens,at poten
tia eſt ſubſtantia,aut vt ſubſtantia, igitur potius poten
tia eſt perfectione prior ipſo actu. Tertio principaliter
arguitur contra inſufficientiam poſitionis, quia nō de-
duxit rōnes vt debuit,habet enim prima ratio inſtātias
quia ſubſtātia accidente generatione eſt prior, quæq;
eſt ēt perfectione prior:vt dicitur.7.meta.Amplius cæ
tera animalis membra ſunt gñatione ipſo corde poſte-
riora,quæq; ſunt pfectione,ēt poſteriora, & ſic hæc po
2.Poſitio. ſitio eſt omnino dubia. Alij velle videntur Ariſt. ꝑ actū
intellexiſſe formā,& per potentiam materiā,& pro hac
poſitione videntur facere rationes. Prima quidē,quia
forma eſt generatione vltima. Secunda vero quia eſt
Confutatio. finis materiæ. Sed hæc poſitio non conſonat verbis
Ariſt.q exēplificando de actu,ait videre ipſum eſſe actū
& ipſum ædificare,quæ exēpla non formis, ſed opatio-
nibus formarum conueniunt. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES ſcire ꝙ ſi actus ſumitur pro forma,& potē
tia pro materia,actus eſt perfectior potētia dupliciter,
& quatenus eſt cauſa potentiæ, & vltima generatione,
& quatenus eſt finis potentiæ.ſi vero actus accipitur ꝑ
operatione,& potētia pro principio illius opationis,ſic
actus eſt perfectior potentia ſm quid hoc eſt ſub rōne,
qua finis.Verum pro mente Ariſt. propoſitio ſic intelli-
gitur ꝙ actus eſt pfectior potentia.i.ꝙ idē vt in actu eſt
perfectius ſeipſo vt in potentia.Verbi cā, domificator
vt potens domificare eſt imperfectior domificatore vt
domificat nunc,& ad hunc ſenſum valent rōnes.Prima
quidē qa agēs vt in actu eſt poſterius generatione ſeip-
ſo,vt in potentia,prius enim generatione eſt potēs age
re quam agens.Secunda eſt quia agens vt in actu eſt fi-
nis ſui ipſius vt in potētia.Ex his ſequitur ꝙ illa propo
ſitio priora generatione ſunt imperfectiora,non eſt ve-
ra niſi in eodē genere,vt in propoſito,agēs.n.quod po-
teſt agere,& agens ꝙ nunc agit ſunt eiuſdē generis, &
in talibus priora generatione ſunt im pfectiora, in his
vero quæ genere differunt non habet locum, vt ꝑ inſtā
tias deduximus. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam dico ꝙ ſiue materia
ſit propinquior,ſiue remotior primis ſubſtantijs, nihil
ad rem,quia Ariſto.ſumit actum pro agente in actu: &
potentiam pro agente in potentia, ſiue pro patiente in
potentia. Vel dici poteſt ꝙ nec materia nec forma eſt
primis ſubſtantijs propinquior in ratione ſubiiciendi.i.
in ratione eſſendi ſubiectum prædicationis,ſed materia
eſt propinquior in ratione ſubiecti inherentiæ. Ad ſe-
cundam patet ſolutio,quia Ariſto. per actum intelligit
agens,vel patiens vt in actu. Ad tertiam dici pōt ꝙ aſ-
ſumptum eſt apud catholicos,apud autē peripateticos
deus ſemꝑ fuit in actu,& nunquā in potētia. Ad quartā
dico ꝙ licet nunquā ſimul ſint ſm ſimultatē tꝑis ſunt ſi
mul ſm rationē concipiendi,& hoc ſufficit in propoſi-
to. Hæc pauca de quinta diſputatione ſufficiant.

Quorumcunque igitur aliquid alterum eſt præter vſum, horum actus in facto eſt, &c. Tex. cōm. 16.

DISPVTATIO SEXTA
De ſubiecto actionis.

Num actio ſit in paſſo veluti in ſubiecto.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod actio ſit in agente. Arguit primo, quia
paſsio eſt in paſſo,igitur actio eſt in agente. te-
net argumentum,quia forma videtur eſſe in eo
quod denominat, modo actio non paſſum,ſed agens
ipſum denominat. Secundo Ariſto.& Auer.8. phyſi- Comm.15.
cæ auſcul.fecerunt tale enthymema, ſi motus non eſ-
ſet æternus, ſed incœpiſſet, tunc primus motor fuiſſet
tranſmutatus,quod quidem enthymema nullum eſſet,
niſi virtute illius propoſitionis,omne quod agit de no-
uo tranſmutatur, & certum eſt ꝙ agens non mutatur
mutatione, quæ eſt paſsio, igitur mutatione quæ eſt
actio,quæ eſt in agente,& propterea tenet ratio. Ter-
tio pono quòd vnus ignis duo calefaciat ligna: quæro
aut eſt vna actio,aut duæ.non duæ. quia vnius agentis
non ſunt ſimul duæ actiones, igitur erit vna actio, mo-
do vnum accidens non poteſt eſſe in duobus ſubiectis,
igitur hæc vna actio non poteſt eſſe in duobus lignis,
quæ ab igne calefiunt,erunt igitur in igne agēte. Quar-
to actio & paſsio non ſunt in patiente, igitur actio erit
in agente, & paſsio in patiente. Antecedens deducit,
quia aut eſſent duo motus in patiente exiſtentes. aut
vnus,non ſunt duo motus in paſſo exiſtētes, quia tunc
actus vniuſcuiuſq; non erit in vnoquoque, actio enim
agentis actus eſt,veluti paſsio actus patientis,ſin autem
vnus eſſet motus,qua ratione ille eſſet in paſſo, eadem
ratione eſſet in agente. Amplius tunc diuerſorum ſecū
dum ſpeciem eſſet vnus motus,videlicet,agentis & pa-
tientis. Præterea doctio & doctrina eſſent vnus mo-
tus,quod eſt impoſsibile,quia tunc diſcens aliquid illud
doceret in contrarium eſt Ariſt.in tex.& Auer.qui vo- Cōm. 18.
lunt ædificationem eſſe in re ædificata. Hæc de dubi-
tationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACTIO & paſsio multifariam accipi ſolent. Actio
enim nonnunquam pro vita ſumitur, vnde in lib. de
animalibus Ariſto. per actiones animalium differen-
tes illorum vitas concluſit,quòd niſi actio pro vita in-
telligeretur, non eſſet verum. nonnunquam actiones
ſumuntur pro rebus geſtis, vt apud rhetores & hiſtori
cos geſta virorum illuſtrium actiones dicuntur: inter-
dum apud iuriſperitos actio accipitur pro iure, & au-
ctoritate,vt ſiquis amiſiſſet cauſam in poſſeſſorio,dicūt
iuriſperiti adhuc remanere actionem ſuper petitoriū,
ſumitur enim actio pro auctoritate agendi,ſumitur au
tem & in ꝓpoſito prædicamētaliter pro vt eſt vnū de-
cē prædicamētorum:vel vnum ſex principiorū,& hoc
mō accipit in diſputatione,paſsio quoq; multifariā ac-
cipi

cipi ſolet,apud medicos quidem pro dolore, vnde & Galenus fecit capita de paſſionibus matricis:hoc eſt doloribus matricis,apud logicos vero pro conceptu,vt in lib.de interpretatione.d.Ariſt.ea quæ ſunt in voce ſunt earum,quæ ſunt in anima paſsionum notæ. Amplius & apud naturales paſsio accipitur pro inclinatione,& effectu corporeo,vt ſumit Ariſ.in primo de anima metum,iram,& id genus eſſe animæ paſsiones, quæ inſunt ſibi ratione corporis,& cum multis etiam alijs modis ſumatur, hic debet ſummi prædicamentaliter pro vno decem prædicamentorum, vel vno ſex principiorum: paſſum vero ſeu patiens illud eſt quod recipit influxum ab agente,vt calorē,humorē,& id genus,ſubiectū vno modo ſumitur vt diſtinguitur contra prædicatū: ita vt ſubiectum ſit id de quo aliud dicitur,prædicatū vero id cui competit dici,de aliquando prout diſtinguitur contra accidens quod eſt id cui aliquod accidens inheret, & ſic primæ ſubſtantiæ dicuntur maximę,tum quia omnia alia aut de illis dicuntur,vt ſubſtātiæ ſecundæ,aut in illis ſunt,vt accidentia,aliquando etiam ſubiectum accipitur,vt diſtinguitur contra formam ſeu priuationē, quo modo materiam Ariſ.in lib.phy.ſubiectum eſt accidētis,ſed ſubiectum,ꝙ forma perficit,& cuius appellat, non quidem cui inheret forma, quia inherere proprium potentiam terminat. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

Poſitio Ioan. Ioannes Gandauen.in hic.9.quęſtione.10.vt mihi videtur,tres diſtinctiones īdicat.Prima eſt, ꝙ actionum alia eſt īmanēs,& eſt illa pręter quā nihil remanet vt exclamatio,& intellectio,& id genus.alia eſt tranſiēs extra quā aliquid relinquitur in materia, vt ædificatio, calefactio,& id genus.Secunda diſtinctio eſt ꝙ actionē manere in agente bifariā intelligi pōt. Vno modo ꝙ maneat in eodē formaliter,hoc eſt vt vna ſit virtus effectrix,& paſsiua illius actionis. Alio modo vt maneat in eodē agente materialiter, hoc eſt ꝙ virtus effectrix & paſsiua ſint diuerſæ formaliter & ſecundū rē, ſint tn̄ in eodē ſubiecto. Tertia diſtinctio eſt,ꝙ effectrix virtus eſt bifariam.alia quidem,quæ cum ſuo effectu, cuius eſt principium ſit eiuſdem ſpeciei,vt caliditas, quæ eſt eiuſdē ſpeciei,cū calore,cuius eſt ipſa effectrix. alia vero eſt cuius effectus nec ſpecie, nec genere eſt idem cū ipſa.virtus enim motiua differt ſpecie à motu,& genere etiā,quia virtus illa eſt qualitas, motus autē in genere quanti. His diſtinctis Ioannes dicit primo ꝙ nulla actio,hoc eſt nec immanens,nec tranſiens eſt in agēte formaliter ita ꝙ ſit in agente ſecundū eādē formalē potentiā,hoc patet,quia poteſtas actiua eſt principium tranſmutandi alterū inquantum alterū, & dixit inquātum alterum,quia non ſecundum eandem rationē formalem potentiæ. Secundo. d. ꝙ bene eſt aliqua actio quæ immanet ſecūdo modo,hoc eſt ꝙ virtus effectrix & paſſiua non ſint ſubiecto diſtinctæ, declaratur ꝑ hoc quia animal mouet ſe. Amplius viſio:& intellectio ſunt tales. Tertio dicendum apud Ioan. ꝙ virtus eiuſdem ſpeciei cum effectu acto non eſt in eodem ſubiecto cū effectu,quia caliditas,& calefactio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, virtus autē differens ſpecie & genere bene poteſt eſſe in eodē ſubiecto cum ſua actione,vt patet de motu,& virtute motiua. Hæc Ioannes.

Confutatio. Sed hæc determinatio eſt inſufficiens. Primo quia adhuc eſt quō ſi actio pro reſpectu ſit in agente,vel in patiente,non.n. ex determinatione Ioannis aliquid habetur. Secūdo nō eſt neceſſarium ponere illas virtutes ſecūdum rē diſtingui,per quarum vnam agit,& per alterā patitur agēs, ſufficit enim diſtinctio rationis.

Poſitio aliorū vt Sco. in. 4 li. & in li 1. diſ. 6. & in 3. diſ. eiuſdem. q. 1. ad. 3. Alij vero diſtinguūt de actione ꝙ actio vno mō accipiť pro reſpectu, tranſmutantis ad tranſmutatū. Secundo mō pro re acta, q̄ eſt forma ꝑ actionē reſpectiuam producta, & vlterius actio acta bifariā eſt,īmanens videlicet. & tranſiens, vt dictum fuit,actio acta īmanens eſt qualitas actio acta tranſiens eſt in diuerſis prædicamentis. Secundo diſtinguunt de reſpectu,ꝙ alius eſt intrinſecus adueniēs, vt relationes de genere ad aliquid, & dicitur intrinſecus adueniēs,q poſito termino neceſſario ſequitur ſuū fundamentū. Alius eſt extrinſecus adueniens, qui non neceſſario ſequitur ambo extrema poſita in actu, & ſub hoc mēbro cadere dicunť ſex vltima ꝓdicamenta. His diſtinctis dicunt primo, ꝙ actio accepta pro reſpectu, eſt in agente:& intelligunt concluſionē ꝙ actio pro reſpectu eſt in agente vt in ſubiecto,& in potentia actiua vt in fundamento, ſimiliter paſsio pro reſpectu eſt in paſſo, vt in ſubiecto, & in potentia patiaria vt in fundamento. Et quòd hoc pacto actio ſit in agente, deducitur. Primo quia in eodem eſt reſpectus, in quo eſt eius fundamētū, & cuius eſt potentia eius eſt actio, vt in libro de ſomno dicitur,ſed potentia actiua quæ eſt fundamētū actionis ē in agente,igitur actio.Secundo ſi actio eſt formaliter in paſſo,patiens denominabitur formaliter agens,quia omnis forma denominat ſubiectū ī quo ęſt. Tertio reſpectus oppoſiti nō poſſunt eſſe eodem in ſubiecto,ſed actio & paſsio ſunt reſpectus oppoſiti,vt patet,igitur non poſſunt eſſe in eodē ſubiecto,& ita actio erit in agente,& paſsio in patiente.Secundo dicunt ꝙ actio ſumpta pro re acta:ſi ſit īmanens,ipſa eſt in agēte,patet de intellectione & de volitione, & cæteris id genus,& addunt ꝙ actio acta īmanens eſt in agēte ſecundum aliam atque aliam rationē, nam agens vt in actu virtuali eſt agens,vt in potentia formali eſt patiens.Tertio dicunt ꝙ actio acta tranſiens eſt in paſſo, patet per diffinitionē eius.Hæc illi.

Confutatio. Sed hæc poſitio eſt mihi dubia.Primo in eo ꝙ dicūt actionē reſpectū nō eē in ꝓdicamēto relationis:hoc.n.falſum eſt,vt probatum eſt.5.lib.huius diſpu.vlti.capite.3.ibi.n.deduximus nullū poſſe eſſe reſpectū,quin ſit intrinſecus adueniēs apud Ariſt.& cæteros peripateticos. Secundo qđ dūt actionē reſpectū eē formaliter in agente, quia ſi actio reſpectus eſt formaliter in agēte,tunc agēs eſſet patiēs, quia oē recipiens,aliquā formā eſt patiens,ſed ipſi hn̄t tanq̄ impoſsibile patiēs eſſe agēs, igitur impoſsibile eſt agēs eſſe patiens,igitur actio reſpectus non eſt in agēte.Secundo ſi actio eſt in agente, vel ſimul & ſemel actio eſt agente,& paſsio in patiente,vel paſsio prius in patiēte quā actio in agēte,vel actio prius in agēte quā paſsio in patiēte,non actio eſt ſimul in agēte,& paſsio in patiēte, quia tunc agens nō eſſet prius paſſo,& cā nō prior cāto: & motor non prior mobili,quod eſt falſum, nec paſſio prius in paſſo quā actio in agēte,quia nullus effectus eſt prior cā,nec conditio effectus pōt eſſe prior conditione repta in cā,mō paſsio eſt cōditio paſsi effectus,& actio cōditio agētis ſiue cauſæ, igiť paſsio non pōt eſſe prius in paſſo,quā actio ī agēte.Nec dici pōt actionē eē prius in agēte quā paſsio in patiēte,quia tūc reſpectus nō eſſent ſimul natura,igiť nullo mō actio pōt eſſe niſi in paſſo.Pro hac parte ſunt auctoritates Auer.vt.3.phy.auſc. & alibi pluries,vbi ſemꝑ actionē vult eſſe ī paſſo.

Comm.9.18. 20.& 21 *Poſitio Auer.* Auer. vero velle videtur actionē & paſsionem eſſe motū, vnde velle vř in dictis cōmentis motū & eſſe motū,& eſſe actionē,

actionem,& eſſe paſsionem, motus enim dicitur ꝑ ordinem ad terminum ad quem,vt ab agẽte illatus actio dicitur,vt in paſſo recipitur, paſsio dicitur iuxta quam poſitionem non oportet concedere actionem reſpectũ & actionem actam diſtingui ſecũdum rem, idem enim ſunt motus,motus enim vt intelligitur in ordine ad terminũ ſignificaꝛ ꝑ hũc terminũ motus, vt intelligitur in ordine ad agẽs ſignificatur per hunc terminum actio,vt intelligitur in ordine ad patiens, ſignificatur per hunc terminum paſsio,igitur actio paſsio & motus idẽ ſunt omnino, differunt vero ſecundum diuerſam rationem concipiendi. Sed hæc poſitio non placet,quoniam inter prædicamenta eſt ſaltẽ diſtinctio realis realitate prædicamentaria, & ſi non realis realitate ſubiecti,vt in.5. diſputauimus, ſed ſecundum opinionem hanc non eſt niſi diſtinctio rationis, & nullo modo rei, igitur non eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus. *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire, ꝙ actio & paſsio & motus cum ſint aut diuerſa prędicamenta,aut in diuerſis prædicamentis,oportet dicere ꝙ ſint diuerſæ res,& ſi non diuerſitate rei exiſtentiæ atque ſubiecti, ſaltem diuerſitate rei eſſentiæ, aut prædicamenti. Secũdo debes ſcire,quod concedi debet actionem eſſe bifariam pro reſpectu,& pro forma acta:pro forma acta eſt motus,qui eſt fluxus, pro reſpectu autem eſt prædicamẽtũ per ſe. Amplius oportet ſubdiſtinguere de actione acta ꝙ alia eſt tranſiens,alia immanens, ſimiliter & de paſsione oportet dicere. Tunc dicerem ꝙ ſi actio ſumatur pro forma acta,ſiquidem pro tranſeunte,ſic recte illi volunt illam eſſe in paſſo;& hoc non alijs rationibus probare oportet niſi rationibus illorum;ſin autẽ pro immanente:etiam poſſunt recte ſentire ꝙ illa ſit in agente,vt deducunt:at ſi actio ſumitur pro reſpectu,ſic actio eſt immobili;quod recipit motum vt in ſubiecto inherentiæ,in agente vero vt in ſubiecto prędicationis: in fluxu autem qui eſt motus vt in fundamento. Prima pars patet: quia probatum eſt illam non poſſe eſſe in agente vt in ſubiecto inherentiæ:igitur eſt in patiente. Secunda pars etiam deducitur:quia ſubiectum prędicationis eſt,de quo aliud dicitur:modo de agente dicitur actio,ignis enim agens dicitur; nec oportet idem eſſe ſubiectum prædicationis:& inherentiæ: quia ſubſtantiæ ſecundæ de primis dicuntur vt de ſubiectis,non autem in illis ſunt vt patet ꝑ Boetium, & Simplicium, & Ariſt.in prædicamentis. Tertia etiã declaratur,quia nullus reſpectus poteſt immediate ſubſtãtię inherere; modo non videtur actionem inherere poſſe; niſi mediante motu pro fluxu ſumpto: igitur ſi actio & paſsio ſumantur pro reſpectibus:ſic erunt in paſſo;vt in ſubiecto;in fluxu;vt in fundamento;in agente:vt in ſubiecto prædicationis. Ex his patet. Primo ꝙ actio & paſsio pro reſpectibus ſumptæ nõ diſtinguuntur à fluxu realiter realitate exiſtentiæ;quid actioni & paſsioni ſic ſumptis nulla correſpondet realitas exiſtentiæ præter realitatem motus ſiue mobilis, bene tamen diſtinguuntur realiter realitate eſſentiæ:quia actio & paſsio & motus ſunt in diuerſis prædicamentis:quæ differunt realiter ſaltem realitate eſſentiæ. Secũdo patet ꝙ ſumẽdo actionem & paſsionem pro reſpectibus etiam inter ſe differunt realiter realitate eſſentiæ,quia ſunt in diuerſis prædicamentis,vel ipſa ſunt diuerſa ꝑdicamenta,non tamẽ differũt realiter realitate exiſtentiæ, quia nulla rñdet illis realitas exiſtentiæ præter illam motus. Tertio patet ꝙ ſumendo actionem & paſsionem pro re acta, ſic nec inter ſe nec à motu differunt aliquo modo realitatis,quia vt ſic nihil ſunt, niſi motus ipſæ. *Excepta, Primum. Secundum, Tertium.*

Dubitatio 1. Addubitant nonnulli ſic quorumcunq; principiorũ effectus ſunt incompoſsibiles,ipſa etiam principia ſunt incompoſsibilia,at agere & pati ſunt incompoſsibilia, quæ ſunt effectus actionis & paſsionis,nõ enim paſſo competit agere & pati, nec põt competere agenti. *Secunda.* Secundo nulla cauſa eſt vt in ſubiecto in ſuo effectu, eo quia ſubiectũ præcedit accidens natura tempore & diffinitione, ſed paſſum eſt effectus actionis,igitur actio non poteſt eſſe in paſſo. *Tertia.* Tertio quæcunque referuntur mutuo relationibus realibus,referuntur proprijs relationibus formaliter exiſtentibus in ipſis formaliter, ſed agens & patiens referuntur mutuo realibus relationibus, igiꝛ actio eſt in agente,& paſsio in patiente. *Solutio.* Sed hæc ſunt veritatis cauillamenta,igitur. Ad primum dico ꝙ agere & pati ſunt effectus incompoſsibiles alicui tanquã ſubiecto prædicationis,non autem tanquam ſubiecto inherentiæ,ambo enim inherent mobili, non autem ambo de ipſo mobili prædicantur. Ad ſecundum negatur ꝙ paſſum ſit effectus actionis, bene.n.concedo aliquid per actionem in paſſo ipſo effici, non tamen concederem paſſum ipſum totaliter per actionem effici. Ad tertiũ negatur minor,non enim agens & patiens mutuo realibus relationibus referuntur, paſſum enim bene per ſe ad agens refertur,at agens non niſi relatione quæ eſt in paſſo dicitur agens. Hanc noſtram dilucidationẽ ad verbum tetigit lucidus doctor Themiſtius, 3. phyſicorum libro capite. 4. & capite. 7. cuius verba quære tu ſi curioſus es. Thomas etiã inter expoſitores præcipuus, Egidius & Albertus idem vbique autumant. Auicenna, Alfarabius:& alij multi idem credunt. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam negatur conſequentia. Ad probationem dico ꝙ ſubiectum prædicationis, & inherentiæ quandoq; eſt idem,vt in accidentibus abſolutis,interdum non,vt in accidentibus reſpectiuis, dicitur enim columna dextra dextreitate exiſtente in animali,& non dextreitate exiſtente in columna, & ſic in propoſito ignis dicitur agens actione exiſtente immobili. Ad ſecundam dico enthymema illud non tenere per hoc, quia actio eſt in agente, ſed per hoc ꝙ mutaꝛ intentionaliter de nolente ad volens, vt deducit Auerroes. Ad tertiam dico ꝙ eſt vna actio reſpectus, & duę actiones actæ,quia duo motus,& duo calores,vnus tamen reſpectus propter denominationem ab vna eademque cauſa, & ſic differunt in realitate ſubiectiua, non autem in realitate reſpectiua ſiue formali. Ad quartam dico ꝙ ſunt vnus motus, qui potius eſt in mobili paſſoue quam in mouente agenteue propter rationes tactas,& concedo vnum eſſe actum agentis & patientis, ſicut vnus eſt actus motiui & mobilis, q eſt motus, non tamen eadem ratione,vt dictum eſt. Ad vltimam concedo doctionem & doctrinam eſſe vnum motum; non tamen diſcens docet:quia licet ſit vnus motus ſm ſubiectum,eſt rõne differens, vt dicit Themiſtius, quære etiam ea quæ ſcripſi in.3.phy.quia ibi dedi aliam poſitionem,ſed hæc eſt magis probabilis. Hæc de ſexta diſputatione,& de toto nono lib.

FINIT LIBER NONVS.

LIBRI

LIBRI DECIMI METAPHYSICORVM

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Nouem diſputationes diuiſi.

1 *Num Deus ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ.*
2 *Num vnum & multa contrariæ opponantur.*
3 *Num multitudo ſit ratione vnitate prior.*
4 *Num à priuatione in habitum regreſsio fieri poſsit.*
5 *Num ea, quæ inter extrema contraria ſunt media, vera compoſitione ex extremis componantur.*
6 *Num formalis repugnantia, quæ eſt inter ſubſtantiarias formas, ſit repugnantia contrarietatis.*
7 *Num maſculus & fœmina ſpecie differant.*
8 *Num idem terminus ſpecie poſsit per ſe acquiri per motus ſpecies differentes.*
9 *Num corruptibile & incorruptibile genere differant.*

PRÆFATIO.

HActenus pſtans Comes de totius ſciæ materia, vt de ente Ariſt. perfecit in oĩbus prioribus libris, vbi tot diſputationes legiſti, at nũc de vno, atque cæteris, quæ vnum conſequuntur pertractat. Nacti vero ſumus has diſputationes, eas igitur diligenter examines velim, quia edere non dubitabo. Vale.

Quare ſiquidem in paſsionibus & in qualitatibus & in quantitatibus &c. numerus eſt quorundam & ipſum vnum aliquid vnum, ſed non hoc ipſius ſubſtantia & in ſubſtantiis neceſſe eſt ſimiliter ſe habere &c. Tex.cõm.7.

DISPVTATIO PRIMA De Deo, quatenus omnium menſura.

Num Deus *ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod Deus non ſit ſubſtantiarũ menſura. Arguitur primo, quia menſura notior eſſe debet, at Deus noſtro intellectui ſeſe habet, vt lumen ſolis oculis noctuæ. Secundo menſura aliquoties replicata reddit menſuratum, at Deus nunquam. Tertio quòd nec eſt maius, nec minus aliquibus, non poteſt eſſe illorum menſura, at Deus nec maior eſt, nec minor ſubſtantijs, quia eſt infinitus, quod nulli eſt comparabile. Quarto menſura debet eſſe minimum at Deus eſt ſubſtantiarum maxima. Oppoſitum velle videtur Ariſtoteles. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID Deus ſit, quidúe genus ſubſtantiæ, perſæpe hic in lib. patuit, at menſura eſt, vt Ariſto. ait in litera, quæ in toto genere eſt minimum, notius, & tale, quod aliquoties ſumptum reddat totum: vtrum autem aliis modis dicatur menſura in dilucidatione dicetur. Hæc de titulo.

CAPVT OPINIONVM TERTIVM.

AVERROES huius lib. 10. voluit Deum eſſe menſuram ſubſtantiarum, & vtitur hac ratione, quia cætera menſurantur, atque moderari ſolemus fine, vt. 2. de anima lib. traditur: ſed in. 12. lib. probatur Deum eſſe formã & finem: igitur Deus eſt menſura ſubſtantiarum, & omnium rerum. Secundo alij ſolent arguere vt Auer. in lib. de beatitudine, id pœnes cuius acceſſum vel receſſum attenditur latitudo rerum, eſt illarum menſura: at pœnes acceſſum ad Deum & receſſum res ponuntur in latitudine perfectionis, igitur vt prius. Alij dixerunt menſuram ſubſtantiarum & omnium rerum eſſe non gradum perfectionis, quia latitudo difformis attenditur pœnes receſſum à non gradu, ſed quia latitudo rerum eſt difformis, & non gradus eſt infinite paruum ens, tale eſt prima materia, infra quam nihil eſt, & media inter ens, & non ens, igitur materiam menſuram eſſe aſſerũt. Obijcit autem Expoſitor contra Auer. Primo quia vt Ariſ. indicat metrum debet eſſe coniunctum, & non ſeparatum, at Deus eſt ſeparatum quoddam à materia & magnitudine. Secundo quia tunc Deus eſſet in prædicamento ſubſtãtię, quia menſura, & mẽſuratum ſunt eiuſdem generis. Contra ſecundam poſitionem obiicit Alber. Primo quia non omnis ſubſtantia habet materiã. Secundo quia materia eſt incerta. Tertio materia eſt cauſa numeri, igitur non eſt menſura quia menſura vult eſſe vnum quid. Propter hæc aliqui volunt in genere ſubſtantiæ eſſe aliquid, quod ſit omnium ſubſtãtiarum menſura, verum nõ patet quid ſit illud, propterea ſit nũc gratia veritatis A. A enim eſt prima menſura, tum quia ſibi competit vnitas, tum quia eſt cum mẽſuratis eiuſdem generis. Sed hæc poſitio eſt adhuc dubia. primo quia ſi A eſt ſubſtantia & nobis ignota, non poteſt habere rationem menſuræ, ſemper. n. menſura eſt menſuratis notior. Secundo ſubtiliter arguit Egidius quia totũ genus ſubſtantiæ eſt menſurabile, quia totũ genus ſubſtantiæ eſt ſimpliciter ens, cætera ſunt entis, cũ igiť totũ genus ſubſtantiæ ſit menſurabile, igitur per nihil ſui generis debet menſurari. Tertio non põt aufugere iſta poſitio, quin A ſit aut perfectiſsima ſubſtantiarum ſpecies, aut imperfectiſsima. ſi perfectiſsima, illa nõ erit niſi ſpecies angelica, vel humana, & ſic eſt certa, quod ipſi negant, ſin autem imperfectiſsima, ſic eſt elemẽtum, iſtud enim apud omnes philoſophos eſt in tota ſpecie ſubſtãtiæ materię propinquiſsimum, & ſic idem ꝙ prius. Alij (vt videtur Ioanni) diſtinguunt de menſura, volunt. n. menſuram aliquorum eſſe bifariã intrinſecã: & extrinſecã, dicunt propter hoc Deũ eſſe ſubſtantiarũ extriſecam menſurã, at intrinſeca illarũ mẽſura non Deus eſt, ſed forma cuiuſq; ſubſtantiæ. Sed obiicit Egidius hanc diſtinctionẽ nullã eſſe in genere ſubſtantiarum, quia vt. d. aliter eſt in ſubſtãtijs, aliter in cæteris ꝑdicamentis, in ſubſtantiis. n. non põt aſsignari mẽſura niſi extrinſeca, eo quia idẽ eſt eſſe ſubſtantiæ & entis inquantum ens menſurã: quia ſola ſubſtantia eſt ens & cætera ſunt entis, & propterea idẽ eſt eſſe menſuram entis vt ens, & ſubſtantiæ ſed ens tranſcendit genus ſubſtantiæ: igiť oĩs menſura in ſubſtantiis eſt extrinſeca. Propter hæc tenet Egi. Deũ eſſe ſimpliciter menſurã ſubſtantiarũ, eo ꝗa ſubſtantijs nulla põt accõmodari mẽſura niſi extrinſeca ꝗa eadẽ eſt entis & ſubſtãtiæ mẽſura, at Deus apud oẽs eſt entis

Cõm. 7. Pō 1. Auer. — Secunda. — Obiectiones Expoſi. — Poſitio. 3. — Obiectio. — Poſitio Ioan. — Obiectio. — Poſitio Egi.

C. futatio. tis menſura,igitur & ſubſtantiarum. Et licet Egidius acute loquatur,ſua tamen poſitio non placet, quia ſi ratio ſubſtantiæ & entis ſit vna,vel intelligit per ſubſtantiam genus ſubſtantiæ prædicamentarium,vel quid cõmune omnibus quibuſuis ſubſtantiis, ſiue in predicamento conſtitutis ſiue extra prædicamentum poſitis, ſi intelligit per ſubſtantiam genus prædicamentarium, tunc omne ens eſſet in prædicamento,erunt enim tot ſpecies entis,quot ſubſtantiæ,ſiquidem eſt eadem ſubſtantiæ & entis ratio,quod non credo Egidium concedere,ſi per ſubſtantiam intelligit quid commune, tunc reſtat quæſtio quid eſt ſubſtantiarum contractarum ad genus ſubſtantiæ metrum, illud enim non poteſt poni Deus,quia apud Egidium deus eſt menſura ſubſtantiæ quatenus eſt menſura entis,non eſt autem eadem ratio ſubſtantiæ prædicamentariæ & entis, igitur non põt poni Deus. *Poſitio quarundam peripate.* Non deſunt qui dicant ſubſtantiam menſurari pœnes eius operationem,docuit enim Ariſt. in.1. cœli rerum perfectiones & virtutes menſurari per maximum in quod poſſunt,quod quidem eſt aut earum operationes,aut non ſine operationibus, captiunculatores vero in idem fere concidunt menſurari diffiniriúe per minimum in quod non poſſunt. *Confutatio.* Sed ſi ſubſtantiæ mẽſurarentur operationibus,tunc operationes eſſent mẽſuræ ſubſtantiarum, & ita menſura non eſſet eiuſdem generis cum menſurato, operationes enim ſubſtantiarum non ſunt ſubſtantiæ, vt omnes ſciunt. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire. Primo ꝙ ratio mẽſuræ & menſurati non competunt niſi quantis proprie & per ſe,eo quia de ratione menſuræ eſt vt ſit in ſuo genere primum minimum,& per replicationem comparabile menſuratis. Primum quidem ſaltem quo ad notitiam noſtram,minimum non quidem ſimpliciter, ſed quo ad ſenſum,per replicationem comparabile menſuratis,quia aliquoties ſumptũ debet reddere menſuratum:tale eſt granum frumenti in ponderibus,eſt primũ quia nulli dubium,nulli occultum,ĩ omni enim regione granum frumenti patet,non autem in omni regione granum ciceris,vel fabæ, vel ordei,quia ſine leguminibus viuere poſſumus,non ſine frumento. Amplius apud omnes agentes patet ſacrificia, at ſine pane nullũ celebratur ſacrificium,& ita granum frumenti omnibus eſt primum & notiſsimum. Eſt etiam granũ frumenti quo ad ſenſum minimum, quia licet granum milij eſſet minus, non tamen ſufficit variare notabiliter pondus. Eſt præterea per replicationem comparabile omnibus menſurantis,nam grana.20.faciunt ſcropulũ & 60.dragmam:& ſic procedere poſſumus vſq; ad infinitum,igitur de ratione proprie menſuræ eſt vt ſit prima minima,& per replicationem comparabilis menſurandis rebus:hæc non niſi quantis competere poſſunt, tranſumptiue vero cæteris prædicamentis, quatenus participant aliqua ratione ipſa quantitate. Secundo debes ſcire ꝙ pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum abſolute hoc eſt quatenus ſubſtantię, & ens pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum vt in prædicamento ponuntur. Abſoluta enim ſubſtantiæ ratio cõtinet omnia quæ ſunt ſimpliciter entia, vt Deus,& intelligentiæ,& cætera id genus, prædicamentum autem ſubſtantiæ cõtinet genera ſpecies & indiuidua, vlterius etiam pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum, vt omnes ſub vno ponuntur genere communi, igitur alia ratio menſuræ competit ſubſtantiis, vt ſubſtantiæ, alia ſubſtantiis,vt prędicamentarię, alia ſubſtantiis omnibus,vt ſub vno continentur primo genere. Tertio debes ſcire ꝙ ratio menſuræ poteſt competere ſubſtãtiis omnibus vt ponuntur ſub vno primo & communi genere bifariam à priori & quo ad naturam,& à poſteriori & quo ad nos. *Dilucidatio.* His prædefinitis,de hac ardua diſputatione videtur eſſe mihi dicendum ꝙ ſi conſiderentur ſubſtantiæ vt prædicamentariæ,tunc menſura illarũ eſt ſubſtantia prima.deduco,quia Ariſ.in lib. prædicamentorum docet primas ſubſtantias eſſe maxime & ꝓprie & principaliter ſubſtantias, eo quia illis maxime competit ratio prędicamenti ſubſtantiæ: quæ eſt ſubſtare, & docet comparare genera & ſpecies ad illam per hoc ꝙ ſpeciebus magis, generibus minus competit rõ ſubſtantię, & propterea concludit maxime ſubſtãtias eſſe primas,poſt illas eſſe ſpecies,vltimas genera. Si vero conſiderentur ſubſtantiæ,vt in vno communi ponũtur genere,quatenus omnes ſunt ſpecies vnius generis communis,quod eſt corpus ſubſtantiarum,vt peripatetici volunt:& Auer.maxime in his paraphraxibus,quas ſcripſit in lib.Porphyrij, menſura omnium illarum eſt ſpecies humana,declaratur quia eo modo quo tranſumptiue his ſubſtantiis ratio menſuræ competit, ſpeciei humanæ videntur competere omnes conditiones. prima quidem,quia eſt notiſsima,omnibus enim homo patet, non omnibus quoduis animal. Secundo minima eſt ſaltem quo ad partẽ intellectiuam,dicitur enim in lib. de anima intellectum eſſe vltimum,& minimum. Amplius intantum eſt minimum,quod nec corpus,nec partem aliquam corporis occupat. Tertio reddit omnes ſpecies non quidem replicatione, quanti ſed continentia virtutum, habet enim virtutes elementorũ, mixtorum imperfectorum,mixtorum perfectorum, animantium, & omnium; igitur ſpeciei humanæ cõpetit ratio menſurę omnium ſubſtantiarum quatenus ſub vno cõmuni genere continentur hoc eſt decretũ Galeni Auicennæ,& oĩum medicorum,ſi naũt ſubſtantiæ cõſiderẽtur abſolute vel vt entia ſunt,ſi quidem menſuræ ratio ſumitur pœnes gradus naturales, & quo ad naturas rerum,bene dixit Egidius,& bene dixerunt logici. Egidius quidẽ aſſerens Deum eſſe menſuram,eſt enim bene dictum, ſi res ponuntur in latitudine pœnes acceſſum ad ſummum:bene logici dicentes materiã,ſi reſponuntur in latitudine pœnes receſſum à non gradu:ſi autem mẽſuræ ratio ſumit̃ quo ad nos.ſic recte vltima poſitio ait,ſubſtantias menſurari per operationes, quia ꝑ illas arguimus ꝑfectiones eſſentiales, per quas collocamus illas in gradibus naturalibus latitudinis totius entis. Hæc de diluci.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam dico ꝙ Deus eſt notior naturę,vel ſaltẽ eſt nobis notiſsimus quo ad eius primã operationẽ,quæ eſt motus diurnus,eſt. n. hæc operatio notiſsima,& quantũ ad hãc ſufficit eſſe notiſsimũ. Ad ſecundã dico ꝙ Deus non eſt menſura per replicationẽ eſſentiæ,ſed per cõparationẽ receſſus, & hoc ſufficit. Ad tertiã quicquid ſit apud philoſophos, tñ dici põt ꝙ menſura per replicationem receſſus non debet maior eſſe nec minor,ſed ſufficit ſub aliqua rõne eſſet ꝑfectiorẽ. Ad vltimã reſpondeo ꝙ Deus eſt minimũ ſimplicitate eſſentiæ,& hoc ſatis eſt. Hęc de diſputatione prima.

Opponuntur autem vnum & multa ſecundum plures modos quorum vno vnum &c. *Tex.cõm.9.*

DISPVTATIO SECVNDA
De oppoſitione vnius & multorum.

Num vnum & multa opponantur contrarie.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non opponantur. Primo arguitur, quia vnum oppoſitorum non prædicatur de altero, ſed vnum de multitudine prædicaẽ. Eſt n. iſtud armentum vna bouum multitudo, illud ſtabulũ vna equorum multitudo: & de cæteris id genus, igitur non opponuntur. Secundo vnum vni opponitur, at multum opponitur pauco, igitur non vni. Tertio quod eſt pars alicuius, non opponitur illi. Sed vnum eſt pars multitudinis, igitur non opponuntur. Quod vero nec contrarie opponantur. Arguitur quarto per regulam ſecundi Topico. ſi ſunt quatuor termini oppoſiti adæquate, ſi vnus illorum conuertitur cũ altero, & alterum cum altero conuerti neceſſe eſt, modo ens & non ens opponuntur, & vnum & multa etiam opponuntur, igitur ſi vnum cum ente conuertitur, multitudo cum non ente conuertetur. Sed inter ens & non ens eſt oppõ contradictoria, igitur inter vnum & multa. In oppoſitum videtur Ariſto. in textu. Hæc de dubitationibus.

CAPVTITVLI SECVNDVM.

VNVM & multa bifariam accipi ſolent: interdum. n. prædicamentaliter, quatenus vnum eſt pricipium multitudinis ex diuiſione continui productæ: & quatenus ipſa multitudo ex diuiſione continui efficitur, nõnunq̃ traſcendenter, quatenus eſt principiũ multitudinis entium, vt entia. Egidius addit multitudinem poſſe tertio accipi, vt diſtinguitur contra paucum, iuxta prædicamentum quanti cũ dicitur multũ & paucum eſſe quanti propria, de his tñ quære in lib. 4. diſput. 3. per totum. Dicitur aũt alterum alteri opponi quadrifariã vt Ariſt. d. in prædicamentis, aut vt ad aliquid, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio & negatio. vt relatiua quidem veluti duplum dimidio, vt contraria vero veluti bonum malo, vt ſm̃ priuationẽ & habitum ceu cęcitas viſui, vt affirm. & nega. ceu ſedet & nõ ſedet. Ex his patet titulus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio. 1. QVIDAM dicunt vnum & multa poſſe bifariã cõſiderari vno modo quo ad eorum rõnem perfectam & actualem, v.g. vnum quod ad eius rõnem formalem, & multitudo etiam quo ad rõnem formalem: alio modo quo ad rõnem imperfectam, & vt in potentia, tunc dicunt ꝙ ſi vnum & multa ſumantur quo ad rõnem imperfectam & vt in potentia, vt ſic nullo mõ opponunẽ, imo vnũ eſt pars multitudinis vt ſic, & vna multitudo pars alterius, ſin autem ſumantur quo ad rõnes formales perfectas, ſic opponuntur contrarie, & hoc probant per verba Ariſt. qui concludit illa opponi vt contraria, hæc determinatio videtur expoſitoris, & videtur Ioan. Obiectiones logicorum. & plurium aliorum. Sed logici obiiciunt præcipue Albertilla eorum dux, quia ſi vnum & multa opponantur contrarie, aut ſumẽdo illa materialr̃ pro naturis de quibus vnum & multa prædicãtur, auẽ formaliter, non materialiter, quia vt ſic non opponunẽ aliquo modo, vnus enim homo & multi hoĩes pro rebus ſumpti non opponuntur. ſi formaliter ꝙ vnum formaliter dicat indiuiſibile, & multitudo dicat diuiſibile, vt Ariſto. d. in tex. & co. 8. co. 3. 2. pa. tunc priuatiue, & non contrarie opponentur. Secundo data hac põne, tũc vnum diceret aliquid formaliter poſitiuum ſuperadditum enti, quod eſt contra Auer. in hoc decimo: quarto huius: eſt etiam ſubtiliter reprobatum quarto huius diſpu. ſuperius allegata. Non deſunt qui dicunt vnum & ens quatenus diuerſis conſiderantur rõnibus, quadrifariam opponi: nam ſi vnum conſideratur vt cũ ente conuertitur, quicquid eſt vnũ habet rõnem entis, at multitudo eſt non ens, quatenus cadit à rõne vnius & hoc modo contradictorie opponuntur, ſi autem conſideretur vnum vt menſura multitudinis, vt ſic vnum & multa relatiue opponuntur, ſi autem vnum conſideretur quo ad eius formalẽ rõnem quæ eſt indiuiſio, ſic opponitur multitudini priuatiue, at ſi conſideretur quo ad materialẽ rõnem, quæ eſt ens, opponitur contrarie. Obiicit Ioan. primo mẽbro, quia quantũcunq; multitudo nõ ſit ens, tñ nõ eſt nihil: eſt. n. ſaltem entia, at extrema cõtradictionis talia eſſe debẽt, vt alterum de entibus, alterum de non entibus prædicetur, poſſent defendi iſti ꝙ dum dicũt hæc opponi cõtradictoriæ nolunt dicere proprie & vere ceu ſedet & non ſedet, ſed dicunt opponi contradictorie quatenus multitudo aliquo pacto rõnẽ entis aufugit. Sed quicquid ſit de rõne Ioan. dico ꝙ multitudo nõ aufugit mõ aliquo rõnem entis, imo multitudo eſt ens, & eſt vna, vt hæc lapidũ multitudo eſt ens, & eſt vna, põt. n. dici vna multitudo & duæ multitudines, & ſic eſt vna, & eſt ens. Quod ſi dicas tunc vnum & multa non opponentur, dictum eſt. 4. huius loco allegato, ꝙ opponuntur quo ad rõnes formales, tñ ea quæ ſic opponuntur. pñt ita ſeſe habere ꝙ alterum de altero prædicatur. Præterea errat hæc põ, vt ſentiunt recte logici in eo quod dicunt hæc quo ad rõnes materiales opponi contrarie, dictum eſt enim illa ħ pacto nullo mõ opponi. Hæc de põnibus. Obiec. Ioan.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

FACILE eſt dilucidare diſpu. veritatem, ſi recte accipiantur fundamẽta peripateticorum. 4. huius, vbi debes ſcire ꝙ non eſt dubium ꝙ ſumendo vnum ꝓ defectu, & multitudinem pro exceſſu. Amplius etiam ꝙ ſumendo vnum pro menſura & multitudinem pro menſurato, illa opponi relatiue. licet non vno relatiuorum modo, quo ad præſens non curo explicare, ſatis. n. ex lib. 5. haberi põt, ſed diſpu. punctum eſt quonam modo vnum & multa opponantur ſumendo vnũ vt. d. indiuiſibile, & multa vt. d. diuiſibile ſiue ſumanẽ tranſcendenter, ſiue ſumantur prędicamentaliter. Et dico vlterius ꝙ ſi vnum conſideretur vt pars multitudinis, & vt habet rõnem incompletam, vt ſic nulla oppoſitionis ſpẽ opponũtur vt dictum eſt. Præterea dico ꝙ ſi vnum & multa ſumantur pro fundamentalibus rõnibus, vnum pro ente & multitudo pro entibus, minime etiam opponũtur, ſed ſumendo vnum formaliter vt. d. in diuiſionem, multa vt. d. diuiſionem, ſic pure priuatiue opponuntur. Vnde dilucidatio põt ſic componi & ordinari, vnũ & multa trifariam ſumi poſſunt. Vno mõ quatenus vnum d. defectum, & multitudo. d. exceſſum, & ſic opponuntur relatiue vno relatiuorũ mõ. Alio modo vt vnum dicit menſuram, & multitudo menſuratum, & hoc modo opponuntur relatiue ẽt mõ menſuræ ad menſuratum. Ordo dilucid.

Tertio poſſunt capi vnũ & multa vt diuidunt ens, ſiue prędicamentaliter, ſiue tranſcendentur, & ſic aut vnum vt pars & multitudo vt totum, & iſto modo nulla oppoſitionis ſpecie opponũtur, aut ambo vt dicunt rõnes proprias actuales, & iterum bifariam aut pro rationib⁹ fundamentalibus atq; materialibus, videlicet vnũ pro ente, multa pro entibus, & ſic etiam nulla oppoſitionis

ſpecie opponuntur vt recte logici, aut rõnibus formalibus, videlicet vnum pro indiuiſibili, multa pro diuiſibili, & ſic opponuntur pure priuatiue contradictorie quidem non, quia contradictionis alterum oppoſitorum eſt ens, alterum non ens, at extrema huius oppoſitionis ambo entia ſunt, contrarie aũt minimę, quia vnũ formaliter nihil poſitiui.d. vltra ens ſm opinionem peripateti. igitur non poteſt opponi contrarie relatiue nequaquam, quia vnum & multa nõ ſunt formę reſpectiue, ſed abſolute, igitur ſi qua inter ea oppoſitionis ſpẽs eſſe poteſt, illa eſt priuatiua, vt Ariſto.d. qualis eſt inter diuiſibile & indiuiſibile. Sed occurres, quia Ariſto. concludit vnum & multa opponi contrarie, inquit.n. cũ igitur oppoſitiones quadrifariam ſint & horum alterum ſecundum priuationem dicatur contraria erunt vtiq; hæc Ariſto. Sed ſi ſtandum eſſet verbis nudis Ariſto. in prin.d. vnũ multis opponi vt indiuiſibile diuiſibili, quę oppoſitionis ſpẽs eſt priuatiua, ꝑpterea verba eius debent medulitus intelligi, vt Auerro. ſupplet, ꝙ videlicet Ariſt. abutitur noĩe contrarietatis, ſumit.n. contraria ꝓ priuatiue oppoſitis, & non abſone: qm̃ contraria ſemper ad priuatiue oppoſita reducũtur, quatenus ſemper alterum contrariorum eſt imperfectius ſeſe habens, vt priuatio, alterum perfectius ſeſe habens vt habitus, & ſic ſapiens Auer. vult contraria ſumpſiſſe Ariſt. pro priuatiue oppoſitis. Expoſitor autem indicat aliam cauſam quare Ariſto. ea ſic confundit aſſerens ꝙ vnum non.d. puram priuationem ſicut actũ, dicit.n. principaliter ens ſuperaddens indiuiſionẽ, & hac rõne aſſerit illa contrariorum mõ opponi, non tñ pure contrarie, nec pure priuatiue vt cęcum & videns, ſed priuatiue modo contrariorum. Hæc de dilucidatione.

Dubiũ. Solutio. Com. 6.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico vnum & multa opponi ſm rõnes formales, & ſic abſtractiue neutrum de neutro dicitur, non enim vnitas eſt multitudo, nec econtra, bene tamen concretiue multitudo eſt vna. Ad ſecundam ſatis patuit, vnum enim multis opponi poteſt diuerſis rationibus. Ad tertiam iterum patuit. Ad quartam illa regula non habet locum in tranſcendentibus. Præterea eget multis conditionibus. Hæc de ſecunda diſputatione.

Quare ratione prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum. &c. Tex.cõm.9.

DISPVTATIO TERTIA
De ordine multitudinis ad vnitatem penes rationem.

Num multitudo ſit ratione vnitate prior.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vnitas ſit multitudine rõne prior, arguit. Primo quia multitudo diffinitur per vnitatem, dicitur.n. multitudo eſt vnitatum congregatio, igitur vnitas eſt rõne prior multitudine. Secundo prius in ordine concipiendi eſt vnum, quã multa. intellectus enim. Primo apprehendit ens, ſecundo non ens, tertio intelligit diuiſionem entis à non ente, quarto intelligit vnum quod priuat talem diuiſionem: vltimo intelligit multitudinem, quæ ex talis vnitatis, replicatione reſultat, igitur vnitas eſt ordine concipiendi multitudine prior: & ita ratione, & quo ad nos prior. Tertio tunc indefinitionibus erit circulus, deducitur quia vnum diffinit multitudinem, dicitur enim multitudo aggregatio vnitatum & multitudo diffinit vnum, quia vnum eſt diuiſione carens, vt dicitur in textu, igitur circulus. In contrarium eſt Ariſt. in tex. quum dicit quare multitudo prior eſt ob ſenſum ipſo ĩdiuiſibili ratione. Hæc de dubitatio.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

RATIO quam ſignat nomen diffinitio eſt, vt dicitur. 4. huius, & propterea eſſe prius rõne nihil aliud eſt quam eſſe prius diffinitione, at illud diffinitione prius altero eſt: quod in illius diffinitione cadit & non econtra, ceu ſubſtantia prior accidente eſt diffinitione, quia in illius cadit diffinitione, & non econtra: vnum vero & multa non aliter in præſenti diſpu. intelliguntur, quã proxima intelligebantur, ſumuntur enim tranſcendenter, vt primo ipſum ens diuidunt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

PLATO non modo ante multitudinem poſuit ipm vnum, imo ante ens: imaginatur.n. ꝙ quemadmodum ab ipſo puncto fluit linea: & ab ipſa linea ſuperficies, & oĩno ab indiuiſibili diuiſibile, ſic ab ipſo vno fluit ens & multitudo: propterea quædam ponit ſub vno, vt materiam, quæ non ponit ſub ente. Sed hæc poſitio eſt in multis locis à nobis reducta in bonum, nunc de ea ſatis. Ioannes de diſpu. breuibus ſeſe expedit, volens ordine naturæ vnum eſſe prius ipſa multitudine, tum quia ſimplex, tum quia cauſa illius: igitur ordine naturæ vnum prius eſt multitudine. Secundo.d. ꝙ quo ad nos noſtramq; cognitionem multitudo eſt prior vnitate, probat quia multitudo eſt ſenſibilior vnitate, vnde Auer. ait hoc eſſe pro tanto quia diuiſibile eſt maius indiuiſibili, & maius manifeſtius eſt minori. Sed hęc ſolutio Ioan. eſt vera, non tamen eſt ad propoſitum tituli, nos enim quærimus an multitudo ſit diffinitione prior vnitate, ecce quod noſtra diſputatio eſt de ordine cognoſcendi in via diffinitiua: & ad hoc non reſpondet Ioan. in ſua prima ſolutione. Aliqui partim ſumentes ab expoſitore, partim addentes dicunt. primo ꝙ nec vnum ratione ſeu diffinitione eſt prius multitudine, nec multitudo vno, ſed alterum altero prius eſt diffinitione reciproce alia atque alia ratione. Quod declarant, quia multitudo poteſt conſiderari quo ad illud quod ipſa multitudo eſt, ſi eſt vt multitudo, & vt diuiſio ſimiliter vnum põt conſiderari, vt vnũ, & vt indiuiſibile ſi multitudo cõſideretur vt multitudo, eſt rõne poſterior ipſo vno, quia diffinitur vno: eſt.n. vt ſic, aggregatio vnitatum, ſin autẽ cõſideretur vt diuiſio eſt rõne prior vno, quia ipſum vnũ diffinitur per negationem diuiſionis, vt punctus per negationem partium, eſt.n. vnum diuiſione carens, vt punctus id cuius pars non eſt, hoc eſt primum eorum, quod ab expoſitore ſumpſerunt. Secundum eorum eſt, ꝙ in ordine concipiendi, vnum prius eſt, quia dum concipimus ordinate, prius concipimus ens. ens enim & res prima impreſsione imprimuntur in anima, vt.d. Auicen. Secundo concipimus non ens, eſt enim in cognitione alterius oppoſiti quaſi contenta cognitio alterius. Tertio concipimus diuiſionem entis à non ente, quia cum extrema concepimus, differentiam concepiſſe oportet. Quarto cõcipimus vnũ, quod eſt ens indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio. Quinto concipimus multitudinem, quæ replicatione vnius conficitur. Hæc ex teri. Sed circa hæc addubitatur primo, quia Ariſtote. abſolute dixit multitudinem priorem eſſe, & non partim ſic. partim non, & ſic iſta

Põ Plato. Põ Ioan. Com. 6. Confutatio. Põ Expoſi. Obiectio.

expoſitio

expoſitio eſt corrumpere textum. Secundo videtur ꝙ ſm dictum eorum contradicat primo, quia ſi vnum in ordine cõcipiendi eſt prius, igitur & in ordine diffinien di, aliter diffinitio non ex his eſſet, quæ ſunt cõceptio ne priora. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire. vnum & multitudinem poſſe comparari in via diffinitiua, vel quo ad rõnes eorum generum. verbi cauſa, vnum quo ad rõnẽ indiuiſibilis, & multitudo quo ad rõnem diuiſibilis comparari poſſunt, vel quo ad rõnes ſpecierum, hoc eſt ſi vnum vt vnum & multitudo vt multitudo comparentur, tunc dico ꝙ ſi vnum & multitudo comparentur quo ad rõnes generum, ita vt vnum quatenus indiuiſibile, & multitudo quatenus diuiſibile comparentur, ſic multitudo diffinitione prior eſt vno probat Ariſto. in tex. Primo quia priuatio ſuo contrario declaraṫ, at vnũ vt indiuiſibile eſt priuatio: multitudo vt diuiſibilis eſt habitus, igitur vnum vt ſic, diffinitur multitudine. Secundo arguit quia diffinitiones dãtur quo ad nos, & cognitionem noſtram ſenſitiuã, ad multitudo vt diuiſibile ſenſibilior eſt vno vt ĩdiuiſibile Secũdo dico ꝙ ſi vnũ comparetur multitudini ſub rõne ſpeciei, hoc eſt vnum quatenus vnum, ſic ipſum vnũ prius eſt ipſa multitudine diffinitione, cuius ſignum eſt, quod dum diffinitur ipſa multitudo vt multitudo, deſcribitur vnitate: dicitur enim multitudo eſt vnitatum aggregatio. Ex his apparet dilucidatio. Ariſto. enim dum multitudinem diffinitione priorẽ fecit ipſo vno ſumpſit multitudinem, quo ad rõnem generis, arithmetici dum faciunt vnitatem priorem, ſumunt vnitatem, & multitudinem ſub rationibus ſpeciei. Hæc noſtra dilucidatio forte intelligitur ab expoſitore, vt patet ei, qui vult curioſe eum legere. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis patet ſolutio obiectionum. Ad primã enim patet ſolutio. Multitudo enim diffinitur per vnitatem: quatenus rõnibus ſpecificis & poſitiuis conſiderantur, quatenus vero rõnibus genericis, vt ſic vnũ ipſum multitudine diffinitur. Ad ſecundam patet ſolutio, vnum enim ipſum eſt prius ordine concipiendi, dum concipitur ſpecifica ratione, aliter non. Ad tertiam negatur argumentum: circulus enim eſſet quando eiſdem rationibus alterum altero prius & poſterius eſſet. Hæc de tertia diſputatione.

Si itaq; generationes ipſi materiæ ex contrarijs fiunt, aut ex ſpecie & ex ſpeciei habitu, aut priuatione, &c. Tex. c. 6.

DISPVTATIO QVARTA
De priuationis ad habitum regreſſu.

Num à priuatione ad habitum regreſſio fieri poſſit.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod è priuatione ipſa in habitum regreſsio fieri non poſsit, arguitur primo per verba Ariſt. in prædicamentis: vbi ait è priuatione in habitum non poſſe fieri regreſsionem. Secundo priuatio nõ poteſt habere rationem termini è quo, quia ſemper ſequitur habitum, igitur ab illa nulla fieri poteſt mutatio. Tertio ſi è priuatione fieri poſsit regreſsio: tunc idem corruptum poſſet redire: contra Ariſto. in lib. de generatione. In contrarium ſunt Ariſto. & Auer. & Expoſitores. Hæc de dubitationibus. Cõm. 16.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRIVATIO quam græci ſtereſim vocant: multifariam dicitur apud ipſos: dicitur. n. & de priuatione ante rem, qualis eſt illa, quæ formam præcedit: & de priuatione poſt rem, qualis eſt cęcitas poſt viſum, latini vero illam quæ eſt ante rem, non priuationem, ſed carentiam appellant, ſolum aũt quæ poſt rem eſt, priuationem nuncupant, ſed imitemur gręcos, & arabas, vnde Auer. Cõm. 7. in hoc lib. 1 o. priuationem etiam extendi vſq; ad imperfectas formas. Nigredo. n. dicitur priuatio albedinis, & terra priuatio ignis. Quot vero modis priuatio dicatur. 5. huius proprio de priuatione capite legaṫ. Patebit aũt diſtinctio alia ĩ dilucidatione. Habitus vero interdũ pro medio quodam inter rem quæ habet: & rẽ quæ habetur accipitur, & hoc pacto eſt apud quoſdam reſpectus extrinſecus adueniens, cuius extrema ſunt res ipſa habens, & res ipſa, quę habetur, qua ratione & calciatum eſſe, & veſtitum eſſe habitum dicimus, nonnunquã pro diſpoſitione, qua boni vel mali dicimur, & hac ratione virtutes & vitia habitus dicuntur: dicti quidem habitus, quia ex actibus frequentatis generantur, vt dicitur. 3. Ethi. & quibus facile cadimus in actiones, vt dicitur. 3. de Aĩa, inquit. n. Auer. hæc. n. eſt diffinitio habitus. ſ. vt habens habitum, intelligat per ipſum, illud quod eſt ſibi proprium ex ſe, & quando voluerit abſq; eo ꝙ indigeat in hoc aliquo extrinſeco, verum in propoſito per habitum formam intelligimus, quæque habitus materię dici poteſt, quatenus per illã facile cadit in actionẽ. Cõm. 18. Regreſsio autem reditus eſt, vnde hoc pacto è priuatione in habitum vel ab habitu in priuationẽ regreſsio fieri poteſt, qñ in ſubto prius fuit habitus deinde illo abiecto, iterum in idem redit ſubiectum, ſimili rõne & de priuatione intelligi poteſt. Hæc de titulo

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

SVNT qui ex verbis Platonis reditum crediderunt: non tñ è priuatione ipſa in habitum, ſed è corrupto in idem numero viuens: vnde Plato in Timæo, quem Calcidius commentatur inquit, eſt tñ intellectu facile, qđ perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demum cum omniũm octo circulationum curſus peracti fuerint, velut ad originem atq; exordiũ circumactionis alterius reuertentur, quam ſemper idẽ atq; vniformis motus dimetitur. hæc Plat. Ex his aſtronomi ſumpſerunt annum maximum quem non vna ratione tradiderunt, nõnulli. n. ipſum fecerunt decem millia annorũ ſpatium, eo quia Plat. d. nullum annum vnde venerat redire niſi poſt. 1 o. millia annorum. Macrobius. d. illum eſſe. 15. millia annorum, nonnulli quos inter hebreos ſectatur Ioſephus aſſerunt illum eſſe. 4 o. millia annorum. Ptolomęus, & qui temporibus ſuis obſeruarunt motum ſtellarum fixarum annum hunc volunt eſſe. 36. millia annorum, obſeruarunt. n. ſtellas fixas centum annis peragrare gradum vnum zodiaci, ſed gradus ſunt. 3 6 o. quare ſi centum ducantur in. 3 6 o. complebitur reuolutio in 3 6. millia annorum. Id vero quod hodie tenetur de anno iſto ab omnibus fere, vt Campano, Thebitio, Alfonſo, & cæteris iunioribus eſt annum maximum eſſe. 4 9. millium annorum: obſeruarũt. n. poſt Ptolomæum ſtellas fixas in 135. annis diebus. 4 o. peragrare vnum zodiaci gradum, quæ ratio docet, ꝙ ſi 3 6 o. ducantur in annos. 136. & dies. 4 o. reuolotio cõplebitur in 4 9. millibus annorum. In iſto ipſo tempore caput Arietis. 8. ſepties capiti Arietis. 9. coniungi aſſerunt, & qñ viderunt coniunctionem fieri ſingulis ſeptem

De opiniõe Plato. deq; anno maximo.

ptem millibus annorum, & ſeptem ducta in ſeptem faciunt. 4 9. millia annorum, hac rōne reuolutio illa com pletur dicto tempore, verum de his regulis, deque quātitate anni maximi, & de defenſione Ptolemæi in lib. de ſexdiangulis omnium ſtellarum dicemus. Nunc vero dicamus ꝙ tenētes annum maximum crediderunt res poni in duplici differentia, nā aliæ ſunt, quarum formę rediguntin materias. aliæ quæ poſt corruptionem remanent: vt homines, tunc dicunt ꝙ quælibet res cuius forma remanet ſingulis. 4 9. millia annorum redit eadē numero ſimpliciter, probant quia redit cœlica eius con ſtellatio, ſub qua exoriebatur in hoc tempore, vnde om nium ſtellarum cōſtitutio quæ fuit in natali meo, ſingulis. 49. annorum millia reddit, vt idem ſit præciſe horoſcopus. idem cœli cardo meridianus, idem imum, idem occaſus: cæteriq; ſignorum ſit: planetæ præciſe in hiſmet locis quibus antea fuerunt, conſtituentur igitur ſi eadem præciſe conſtellatio eodem modo diſponet materiam, & idem animus qui remanſit redit, & idem ſingulis. 4 9. millia annorum vnuſquiſq; redibit. Secundo dicunt ꝙ quælibet res cuius forma nō remanet poſt eius corruptionem ſingulis. 49. millibus annorum, non ſimpliciter eadem, ſed ſimillima redibit, adeo ꝙ per ſen ſum eadem ſimpliciter diiudicabitur. Declarant quia quantumcunq; redeat conſtellatio eadem, non tamen idem numero motus, nec idem numero lumen, nec forma rei eadem numero, & huic non eadem, ſed ſimillima exorietur. Pro hac pōne dicunt facere ea quæ Ariſt. ait in lib. meteoro. & in lib. cœli, & in lib. meta. vbi inquit: eaſdem opiniones infinities generari, infinities corrumpi, & cætera id genus, ſi enim non. d. niſi aīaduer tens ad tales conſtellationum reditus. Sed qualis ſit hæc pō, & quomodo nec eſt catholica, nec phyſica. 5. phyſi. auſcult. diſputaui, ibi enim declaraui diligenter hāc poſitionem. Præterea diſputaui de reſurrectione acutiſſime inſuper etiam ħ poſitio non eſt ad propoſitum, nos. n. non quęrimus ſi idem corruptum numero poſſit redire, ſed ſi à priuatione in habitum fieri poſſit regreſſio. Expoſitor ſubtiliter de priuatione diſtinguit volens priuationem aliam eſſe, quæ immediatum ordinem habet ad ſubiectum, aliam quæ mediante habitu ordinem dicit ad ſubiectum. Tunc dicit, Primo ꝙ loquendo de priuatione immediatum ordinem dicente ad ſubiectū, fieri poteſt regreſſio à priuatione in habitum, & ab habitu in priuationem, vt aer pōt à lumine in tenebram, & è tenebra in lumen mutari. Secundo. d. ꝙ loquendo de priuatione dicente ordinem ad ſubiectum mediante habitu ſic è priuatione in habitum non poteſt fieri regreſſio, niſi forte pluribus mediis: non enim oculus po teſt è cæcitate in viſum regredi, nec materia è morte in vitā, forte. n. pluribus mediis id fieri poteſt: vt. d. Auer. 8. huius in fine. Hæc expoſitor. Sed obiicit quidam, quia nec ſubiectum dicere poteſt immediatū ordinem ad priuationem, nec priuatio ad ſubiectum, vnde ſua rō poteſt ſic formari vt videatur alicuius valoris. Priuationem dicere ordinem ad ſubiectum mediāte habitu, non poteſt eſſe niſi bifariam, aut quia ſubiectum. d. ordinem eſſendi ad priuationem mediante habitu, aut. d. ordinem recipiendi mediante habitu, & ſi ordinem reci piendi quadrifariam eſſe poteſt, aut quia ſubiectum nō recipit priuationē niſi præcipiat habitum, aut quia non eſt aptum recipere priuationem niſi prius ſit aptū recipere habitum: aut quia non recipit priuationem, niſi ſit prius aptum recipere habitum: aut quia non eſt aptū

Qualis hæc pō.

Pō expo. & aliorum.

Com. 14. Obio Sco. in prædicamentis.

recipere priuationem niſi recipiat habitum, non enim pluribus modis eſſe poteſt, vt mihi videtur. Non poteſt ſubiectum ad priuationem dicere ordinem eſſendi mediante habitu, quia nihil. d. ordinem ad ignobilius mediante re nobiliori: igitur ſubiectum non. d. ordinem ad priuationem mediante habitu, qui eſt priuatione nobilior. Quod aūt nec rationem recipiendi, deduco quia non per hoc ꝙ non recipit priuationem niſi prius recipiat habitum, quia poteſt aliquis eſſe cæcus, qui nunq̄ prærecipit viſum, vt de cæco nato. Amplius de ſurdo nato idem patet, eſſe. n. poteſt ſurdus: qui nunquam audiuit. Nec per hoc ꝙ non ſit aptum recipere priuationem: quin ſit aptum recipere habitum, quia omnis pri uatio eſſet talis: non. n. aliquod ſubiectum mundi pōt aliquam priuationem eſſe aptum recipere, quin habitū illius recipere ſit aptum. Nec per hoc quia non recipit priuationem, quin ſit aptum recipere habitum, quia ſic omnis priuatio eſſet talis, vt dictum eſt, nullum enim ſubiectum recipit priuationem, quin ſit illius habitum prius aptum recipere. Nec dici poteſt hoc eſſe propterea quia non eſt aptum recipere priuationem, quin recipiat habitum, quia dictum eſt oculum eſſe aptum cæcitatem recipere: dato ꝙ prius non receperit viſum, immo de facto ita accidit ſæpe: igitur ſubiectum nullo modo dicere poteſt ordinem recipiendi ad priuationē mediante habitu. Sed hic vir nihil habet contra expoſitorem, & ſibi contradicit: nam hic determinat cū expoſitore: cui contradixerat in prædicamentis: ideo pro vtroq; dicerem ꝙ priuatio non. d. ordinem ad ſubiectū mediante habitu, quia ſubiectum. d. ordinem ad ipſam mediante habitu, nec ſm eſſe, nec ſm recipere, non. n. auditum eſt à ſeculo ꝙ ſi homo ordinetur in beatitudinem mediāte virtute, ꝙ beatitudo ordinetur in hoīem mediante virtute, & propterea dico priuationem dicere ordinem immediatum ad ſubiectū, qn̄ poteſt recipi in ſubiecto nullo habitu ſuppoſito vt tenebra pōt recipi in aere vel in aqua nullo lumine prius recepto. Mors vero dicit ordinem mediatum, quia non poteſt recipi in ſubiecto: niſi præfuerit vita: & ſic membra non ſunt ad propoſitum: quia male ſumpſit ſenſum expoſitoris: Et licet hæc expō pulchra ſit, non tamen procedit ad ſenſum Ariſto. loquitur enim de priuatione generatim ſecundum rationem metaphyſicam, & non deſcendit ad priuationem immediatam, vel mediatam. Hæc de poſitionibus.

Defenſio.

Qualis pō expoſitoris.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES ſcire ꝙ aliqua propoſitio eſt vera per ſe, quę eſt falſa per accidens, vel(vt vtar verbis Auerro. 7. phyſi. & 6. phyſico. & alibi) aliquid competit per ſe alicui ſub rōne generis, ꝙ remouetur & repugnat illi ſub rōne ſpeciei, vt moueri in infinitum velociter competit cœlo inquantum mobile, & per rōnem generis mobilis, quod non competit cœlo abſolutæ, item etiam talpæ non repugnat, videre per rōnem animalis, hoc eſt inquantum animal, quod tamē repugnat talpæ abſolute. Tunc dico ꝙ ſi conſideretur priuatio quatenus eſt vnū oppoſitum fieri aptum in eodem ſubiecto, in quo eſt aptus fieri habitus: vt ſic ab omni priuatione in habitū fieri poteſt regreſſio, inquantum priuatio eſt oppoſitū habitui circa idem ſubiectum, & hoc pacto ad tenebra in lucem, & à cęcitate in viſum fieri poteſt regreſſio per rationem generis, videlicet vt eſt oppoſitum fieri aptū circa idem ſubiectum, ſinautem priuatio conſideretur per rationem ſpeciei, videlicet, quatenus eſt hæc vel illa

Commen. 8. Commen. 15.

Dilucidatio.

illa priuationis ſpecies, vt ſic non ab omni priuatione in ſuum habitũ nec ſpecie, nec numero fieri pôt regreſſio, non enim à cecitate in viſum eundẽ ſiue numero ſiue ſpecie fieri poteſt regreſsio quatenus cecitas, nec à morte in vitam eandem numero vel ſpecie fieri poteſt reditus. Vnde expoſitione expoſitoris: & hac noſtra cõſideratione poteſt confici dilucidatio ſic. ſi conſideretur priuatio ſub ratione generis hoc eſt vt habitui opponitur (eſt enim oppoſitio genus priuationis.) vt ſic ab omni priuatione in habitum fieri poteſt regreſsio, quia ab omni priuatione vt eſt oppoſitum habitu in habitũ fieri poteſt regreſsio, quia oppoſita ſunt quæcunq; circa idem ſubiectum numero apta nata ſunt mutuo fieri. ſi vero conſideretur priuatio ſub ratione ſpecifica vel conſideratur ſub ratione qua. d. ordinem immediatum ad ſubiectum, & vt ſic ab omni priuatione in habitum iterum fieri poteſt regreſsio, vt dixit expoſitor, vel ſub ratione, qua. d. ordinem ad ſubiectum mediante habitu, & ſic à nulla tali poteſt regredi ad habitum. Hæc de dilucida.

Compoſita Dilucidatio.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS deductis. Ad primam dico quòd Ariſt. loqtur de priuatione ſecundum rationem ſpeciei. Ad ſecũdam negatur aſſumptum, immo priuatio ſub ratione qua habitui opponitur, habet rationem termini à quo: & termini ad quem. Ad tertiam negatur conſequentia, quia licet è priuatione in habitum poſsit fieri regreſsio, non tamen in eundem numero habitum, vt dictum eſt in dilucidatione. Hæc de quarta diſputatione.

Quoniam autem contrariorum contingit medium eſſe aliquid, & quorundam neceſſe eſt ex contrariis, &c. T. cõ. 22.

DISPVTATIO QVINTA
De medij inter contraria compoſitione.

Num media, quæ inter extrema contraria ſunt, ex extremis ipſis vera compoſitione componantur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod media ex extremis ipſis non componantur, arguitur. Primo quia duæ ſpecies non concurrunt ad compoſitionem tertiæ ſpeciei ſecũdum Porphy. in hoc enim ſpecies à differentia differt, ſed extrema contraria ſunt duæ ſpecies, ceu album & nigrum, igitur non conſtituunt tertiam ſpeciem videlicet pallidum, & rubrum. Secundo ex duobus entibus in actu non fit vnum, ſed extrema ſunt duę formæ in actu, igitur ex illis non fit vnum medium. Tertio ex his non fit aliquid vnum, quæ non poſſunt ſimul in eodem ſe compati, ſed duo extrema contraria non ſimul compatiuntur in eodem, vt ſuppono, igitur ex illis non poteſt fieri per ſe vnum medium. Quarto forma vt. d. Gilbertus eſt compoſitioni contingens ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens, ſed medium eſt forma, igitur non poteſt componi ex extremis. In contrarium eſt Ariſ. & Auer. in hoc decimo. Prterea etiam in lib. de ſenſu & ſenſili idem. d. Ariſ. de coloribus mediis, & de ſaporibus mediis, ſemper enim aſſerit media talium ex extremis confici, adhuc media participant extremis ſecundum magis & minus, igitur ſunt ex illis compoſita. Hæc de dubitationibus.

Cõm 23.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MEDIVM multifariam accipi ſolet apud peripateticos, in propoſito tamen medium accipitur reſpectu contrariorum, & hoc pacto medium ſi accipiatur, medium erit vt Auer. ait huius. 10. id in quod quoties mobile de contrario in contrarium mouetur, per ſe primo mutatur. verbi cauſa, ſi aliquod moueretur de albo in nigro, neceſſe eſt per ſe primo mutari in colores medios, vt tandem deueniat in nigrum, ſic igitur medium eſt illud, in quod per ſe primo tranſmutatio ipſa cadit. Ex his ſequitur medium hoc pacto intellectum non eſſe medium ſubiecti, quale medium ponimus inter cecum & videns lignum, ſed eſſe medium formę: vt iuniores dicunt, ceu tepidum calidi atq; frigidi, rubrum albi & nigri, & cætera id genus. Sequitur ſecundo tale medium formę eſſe non poſſe niſi in accidentibus, & potiſsimę in qualitatibus tertiæ ſpeciei, declaratur, quia medium tale non eſt niſi inter contraria, cum quibus eſt eiuſdem generis, modo contrarietas non eſt niſi in his accidentibus, atque his qualitatibus, quæ ſunt tertiæ ſpeciei, dixi potiſsime in qualitatibus, quia apud Auer. tale medium poteſt reperiri in ſubſtantijs elementarijs, in his enim reperiri poteſt medium formæ, & tamẽ extrema non ſunt contraria, niſi ſecundum qualitates apud ipſum, verum de his remitto me in lib. de generatione, & in codicillo de miſtura. Solum enim de mediis accidentibus loquimur, in quibus proprie eſt ratio medij, & contrarij. Per hęc patet quid ſint contraria, ſunt enim contraria (vt Auer. ait eodem commento) quæcũque in eodem genere ſunt, cum mediis, vt album, & nigrum cum rubro, & pallido: calidum & frigidum cum tepido, & cætera id genus cum cæteris id genus. Quid vero ſit ipſa compoſitio, quotúe modis dicatur, aliqui dicunt compoſitionum alteram eſſe totalem eſſentialemúe, qualis eſt hominis ex anima & corpore, alteram partialem, qua videlicet aliquid quo ad aliquam ſui partem componitur, vt hominis compoſitio ex carnibus oſsibuſúe, hęc enim compoſitio homini competit, non merito hominis, ſed merito alterius partis hominis, hoc eſt merito corporis. Vlterius ſecundo compoſitio totalis atque eſſentialis apud ipſos, altera eſt ex partibus realiter diſtinctis, eſſentialiterque differentibus, qualis eſt ex materia formaúe, altera eſt ex partibus formaliter diſtinctis, qualis eſt compoſitio ſpeciei ex genere differentiaúe. Tertio de compoſitione partiali iterum ſubdiuidunt, quoniam alia eſt ſimilaris partibuſque ſimilaribus, qualis eſt cõpoſitio totius carnis ex partibus carneis, alia diſsimilaris, quæ ex partibus conficitur diſsimilaribus, & eſt duplex, quia aut partes differunt ratione & ſitu, vt compoſitio ipſius domus ex parietibus & tectis. eſt enim paries ratione differens à tecto, & non modo ratione, ſed etiam ſitu: hæc etiam compoſitione manus hominis ex neruis carne & oſſe componitur. Aut partes rationem quidem differunt, ſitu vero non qualis eſt compoſitio mixti ex elementis apud Auer. & Auicen. non enim elementa componentia ſitu differũt in miſtura ipſa, ſed ratione duntaxat, at omnia ſunt in qualibet parte mixti. Sed quoniam ſimplex compoſito, & ſimplicitas compoſitioni opponitur, & quot modis vnum oppoſitorum, alterum dici ſolet, hac ratione de ſimplicitate diſtingui ſolet ab eis, quoniam quoddã eſt ſimplex per carentiam compoſitionis totalis atque eſſentialis, vt anima ipſa per ſe ſumpta: anima enim ſic abſolute ſumpta ſimplex eſt per carẽtiam compoſitionis totalis

Cõm. 22.

Excerptum de mediis primum.

Secundum.

De compoſitione quoſdam.

De ſimplicitate.

nis totalis atque eſſentialis,vt anima ipſa per ſe ſumpta: anima enim ſic abſolute ſumpta ſimplex eſt per carentiam cōpoſitionis totalis apud ipſos,quicquid ſit apud græcos:quoddam eſt ſimplex per carentiam compoſitionis partialis;vt eſt aliqua accidentis ſpecies:vt color, vel id genus,bene enim componitur ex differentia & genere,non autem ex partibus quantitatiuis, Vlterius ſimplex per carentiam compoſitionis eſſentialis atque totalis:aliud eſt per carentiam compoſitionis ex partibus realiter eſſentialiterúe diſtinctis:quali ſimplicitate ſpecies accidentis dicitur ſimplex. Aliud eſt per carentiam partium formaliter diſtinctarū,quali ſimplicitate differentia vltima:& cōceptus entis dicitur ſimplex. Præterea etiam ſimplex per carentiam compoſitionis partialis,aliud eſt per carentiam compoſitionis ſimilaris, quali ſimplicitate punctum & vnitas ſimplex dicitur. Aliud per carentiam compoſitionis diſſimilaris: quali ſimplicitate,ignis dicitur ſimplex, & omne totum ſimilare. Quibus inferunt aliquod idem poſſe eſſe ſimplex & compoſitum diuerſa ratione. verbi cauſa ignis ſimplex eſt per carentiam partium diſſimilarium compoſitus tamen propter partes,quas habet ſimilares, & de cæteris id genus dici poteſt.Hæc illi de compoſitione,ſimplicitateúe. *Diffinitiones peripateticæ.* Ego vero non contradicendo, ſed moderando dicerem compoſitionum alterā eſſe, quæ competit alicui ratione totius alteram quæ competit alicui partium homini ratione totius hominis competit compoſitio ex anima corporeúe:homini autem ratione corporis.quod eſt altera hominis pars,competit alia compoſitio, quæ competit homini ratione totius a peripateticis dicit qualitatiua:hoc eſt ex partibus rōne & genere diuerſis,quæ autem competit homini ratione corporis,quātitatiua appellatur ab ipſis, vt patet primo phyſicæ auſcul.vnde Auer.ibi ait compoſitionē *Com.5.* eſſe alteram qualitatiuam, alterā quantitatiuam. Quæ autem eſt qualitatiua,etiam à peripateticis diſtinguitur vt patet primo phyſicæ quoniam alia eſt ex partibus ſecundum rationem:vt illa generis & differentiæ,alia ex partibus ſecundum rem : vt illa ex materia & forma. Quæ etiam quantitatiua compoſitio nuncupatur,bifariam etiam à peripateticis ſubdiſtinguitur, quoniā alia eſt quæ græcæ homogenea dicitur hoc eſt ſingularis ſimilaribuſq; partibus vt carnes ex carneis partibus, alia eſt dicta etherogenea hoc eſt diſsimilaris diſsimilaribuſq; partibus, qualis illa domus ex tectis, & parietibus.& diſsimilaris vlterius ſubdiſtingui poſſet, vt exteri dicunt ſed ſufficit de ſimplicitate quoque eodem pacto diſtingui poteſt,ſed ſufficit, quare de titulo volui hæc notaſſe.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Auer. Ioannis & Iacobi. De diſputatione eſt poſitio Auer.ꝙ ī omni medio, qualitatiuo ſunt actu extrema. Imaginatur enim in tepido eſſe caliditatem & frigiditatem actu ſub gradibus tamen remiſsis:& vt in tepido ſunt extrema actu ſub gradibus remiſſis,ita in coloribus medijs ſunt colores extremi ſub remiſsis gradibus ipſos componentes, vnde ſecundum hanc poſitionem medium non eſt niſi ipſa extrema ſub quadam proportione remiſsionis conſtituta, & quia proportio remiſsionis non vna ratione etiam,ideo fuſcum differt à rubro, eſt enim fuſcum album & nigrum remiſſa ſub quadam proportione remiſſionis,rubrum vero illamet remiſſa ſub quadā alia remiſsionis proportione,& de cæteris id genus eodem modo ſentiunt,hæc poſitio habetur.5.auſcul. phyſicæ, & in iſto.x.li.& alibi ſectantur hanc poſitionem Ioannes Gandauenſis, & Iacobus ille forliuias, & multi alij. *Com. 51: Cō.24. & 35.* Et pro hac poſitione videntur rationes Ariſ. in textu, vt Ioannes colligit,quarum prima ſumitur ex eo quia extrema ſunt ſimplicia,eſt enim regula ꝙ in omni genere ſimplicia ſunt cauſæ componentes alia eiuſdē generis,quæ non ſunt ſimplicia, modo extremæ qualitates ſunt ſimplices,igitur componunt medias, quæ in eodē genere non ſunt ſimplices. Secūda ſumitur ex eo,quia in medium fit tranſmutatio ab altero extremo ſed cum omnis tranſmutatio ſit de contrario in contrarium, igitur ſi ab albo fit mutatio in aliquem colorem medium, hæc non fit niſi quatenus in medio illo colore, eſt alterum extremum,& hæc ratio eſt Auer.5.phyſicæ auſcu. Tertia ratio ſumitur per hoc quia medium ſeſe habet *Com. 52.* ab extrema ſecundum magis & minus,quoniam quod ad alterum extremum eſt magis,ad alterū minus, illud eſt compoſitum ex illis,vt omnibus patet. Sed medium ſecundum formam ad alterum extremum magis eſt, ad alterum minus,vt Auer.deducit contra Galenum : igitur medium ex extremis componitur. Quarta ratio ac *Com.23.* cipitur ex eo quia extrema ſunt prima principia, nam prima principia ſunt ex quibus omnia poſteriora componuntur,ſed extrema ſunt prima principia : & media ſunt poſteriora, igitur vt prius, hoc pacto & his quatuor rationibus Ariſt.concludit media eſſe in eodem genere cum extremis, & inter contraria conſtitui atq; compoſita eſſe ex contrarijs, hæc Ariſ. Vlterius vltra rationes Ariſ.arguunt forticolę pro hac poſitione,quia ſi in tepido nihil eſſet caloris, nihilq; frigiditatis, tunc aliquod poſſet à tepido mutari ſubito,in calidum.deducitur applicetur A frigidum B tepido, & quæritur, aut tepidum reſiſtit frigido alterant vel non : non eſt dicendum ꝙ reſiſtat,quia omnis reſiſtentia eſt ratione contrarij at in tepido non eſt calidum frigido contrarium, igitur nulla eſt reſiſtentia, tunc vltra ſi in tepido nulla eſt reſiſtentia, ad A frigidum: igitur A frigidum ſubito corrumpit B tepidum, & ſic patet argumentum. Secūdo tepidum conuenit cum calido ſecundum ſpeciem, & conuenit cum frigido etiam ſecundum ſpeciem, ſed impoſsibile eſt per eandem realitatem aliquid alicui cōuenire,& differre: vel duobus extremis conuenire, igitur tepidum habet duas realitates, per quarum vnam conuenit cum frigido,& per alteram cum calido, & differt à frigido,pro hac parte eſt Auer. 5. phyſicæ auſcul. *Com.6.12. 52. & 54.* idem.4.cœli,& primo phyſicæ auſcul. & in hoc.10. & alibi infinities. *Obiectiones* Sed aduerſus hanc poſitionem omnes *Com.6.& 26.* fere aſſurgunt. *Com.56.* Primo per verba Auer.4.metaph. vbi *Com 7.& 21* ait ſic duo contraria habentia medium ſunt in ipſo medio in potentia,ſicut albedo & nigredo inueniuntur in *Com.27* *Com. 7.* *Com. 23.* pallore,ſed non in actu:in hoc.10.inquit, non debet aliquis dicere ꝙ colores componantur ex duobus.ſ.albo & nigro,& vbi potiſsimum rem hanc diſputauit, tandem concludit ſic in compoſito inuenitur ex altero cōtrariorum magis ex altero minus : non ſimpliciter ſed aliquo modo.i.in potentia. Contra hanc poſitionem expreſſe expoſitor cuius authoritas non parua eſt. Amplius & Egi.noſter,omnes etiam alij. Præterea arguūt rationibus. Primo ſic ex naturis ſpecie differentibus nūquam poteſt fieri tertia ſpecies illis permanentibus in ſuis ſpecificis naturis.Sed medium differt ſpecie ab extremis,igitur non poteſt conſtitui ex extremis, maior deducitur,quia id quod cū altero concurrit ad compoſitionem alicuius non pōt eſſe natura totalis: ſed tantū

partialis.

partialis, quia omne componens habet naturam partis, at extremum habet naturam totius: & non partis, minor patet ab omnibus, eſt enim rubrum ſpecie differēs ab albo, nigroq́;. Præterea extremæ qualitates vt calidum & frigidum diſponunt ad formas elemētarias. mediæ qualitates vt tepidum, diſponunt ad formam mixtorum, igitur medium non poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei cum extremis, aliter ad quicquid medium diſponeret, ad illud idem extremum diſponeret, quod patet eſſe falſum. Secundo contraria non poſſunt eſſe in eodē actu at extrema ipſa qualitatiua ſunt contraria tam ſecundū eſſe intenſum, quàm ſecundum eſſe remiſſum, ſecundū eſſe intenſum quidem, quia omnes hoc concedunt, ſecundum eſſe remiſſum vero quia intenſum & remiſſum non variant ſpeciem, quare ſi calidum ſecūdum eſſe intenſum contrariatur frigido, cum calidum remiſſum & calidum intenſum eiuſdem ſint ſpeciei, etiam calidum remiſſum frigido contrariabitur, igitur extrema nullo pacto actu poſſunt eſſe in eodem medio. Tertio ſi medium componeretur actu ex extremis, nullum elementum medium eſſet ſimplex ſecundum complexionem, deduco, quia aer eſt leuis & grauis, quia medium igitur eius qualitas motiua componeretur ex extremis, & ita

Rationes Bur. non eſſet ſimplex. Quarto arguūt alij quia hac poſitione data, tunc omnis alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas, deducitur, quia ſi fit alteratio ab albo in nigrum, alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas, ſi à minus albo in album, etiam eſſet inter formas ſpecie diſtinctas, quia à minus albo eſſet motus per illud quod eſt in eo de nigro & ſic idem ꝙ prius, ſimiliter ſi à minus albo in nigrum fieret mutatio, igitur omnis alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas. Quinto tūc omnis alteratio quæ eſſet ab albo; eſſet eiuſdē ſpeciei, deducitur quia omnis motus ab albo eſſet ad nigrum & ita ſemper eſſet ad vnam formam, quia ſemper ad nigrum, & ita rubificatio, & defuſcatio eſſent eiuſdē ſpeciei, quia omnes eſſent in nigrum. Sexto ſequeretur ꝙ duo motus: quorum alter eſſet ad fuſcum: & alter ad rubrum, eſſent eiuſdem ſpeciei, deduco quia volo quòd ambo ſint ab albo, certum eſt ꝙ non eſt motus ad fuſcum ab albo, niſi ratione nigri, quod eſt in fuſco, etiā non eſt motus ab albo in rubrum niſi ratione nigri ꝙ eſt in rubro, igitur illi duo motus ad illa duo ſunt ratione vnius termini ad quem, & ſic ambo erunt eiuſdem ſpeciei. Septimo data poſitione, tunc omne quod alteraretur, prius eſſet in extremum quàm in formam mediam, deducunt quia ſi aliquod alteraret̄ ab albo prius fieret ſub nigro, quàm ſub rubro: vel fuſco, quia prius ſub albo remiſsiori, in quo eſſet nigrum. Octauo arguunt petentes an in forma media ſit aliqua forma alia à formis extremis, vel præciſe extremæ formæ ſi præciſe formæ extremæ: tunc per nihil medium differt ſpecie ab extremis, & ita medium & extrema non differrēt ſpecie, & cōuenirent genere, ſi autem detur ꝙ vltra extrema ſit ibi medium quoddam, ex illis reſultans, cum tale medium ſit ſenſilis qualitas: & habens contrarium, tunc in illam poſſet eſſe per ſe motus, abſq; eo, quod intelligatur eſſe in contrarium extremum, cuius contrarium ſentit ipſe Auer. Nono arguunt ꝙ data poſitione tunc in eodem ſimul poſſet eſſe calefactio & frigefactio, deducunt quia ſi in medio poſſunt eſſe extrema calidum, videlicet & frigidum, tunc motus contrarij qui ſunt in illa eſſe poterunt in eodem, hoc autem eſt impoſsibile, quia calefieri eſt recedere à frigido, frigifieri eſt accedere à frigidum: quare ſi in eodem poſſent eſſe calefactio, & frigefactio, tunc idem ſimul poſſet accedere & recedere à frigido. Decimo vero arguunt ſi duo contraria poſſunt eſſe in eodem, tūc de eodem poſſent verificari contradictoria, deducunt, quia ſi ſic eſſet ꝙ idem eſſet ſimul album & nigrum; tunc illud eſſet ſimul album, & non album, quod eſt impoſsibile. Præterea contra hanc poſitionem arguimus rationibus noſtris, quas ſcripſimus. 5. phyſicæ auſc. in expoſitione: ſed quia Cōm. 52. ibi diligenter illas poſuimus, & ſoluimus, nunc ſub ſilētio tranſimus, ne videamur verboſi. Alij vero propter 2. poſitio. hæc dicunt. Primo media non componi ex extremis cōpoſitione totali, deducunt quia omne tale componitur ex materia & forma, at nullum extremum eſt materia alterius extremi. Secundo dicunt media componi cōpoſitione eſſentiali ex partibus formaliter diſtinctis, deducunt quia media ſunt in genere. igitur componuntur ex genere & differentia, tanquam ex partibus formaliter diſtinctis. Tertio dicunt media non componi compoſitione partiali deducunt quia omne tale componitur ex parte & parte, & quod ſic componitur: eſt quantum, ac media ſunt formæ ſimplices. Quarto dicunt media non componi ex extremis, nec totali. nec eſſentiali, nec partiali compoſitione, totali quidem non, quia nullum extremum eſt ad alterum materia, eſſentiali verò minime, quia nullum extremum ſeſe habet vt genus, vel vt differentia reſpectu alterius, partiali autē nequaquam, quia extrema non poſſunt eſſe partes integrales medij, quia nec ſimilares, nec diſsimilares. hæc illi. Sed hæc poſitio eſt manca. Primo quia non exponit Confutatio quonammodo media eſſe poſsint ab extremis aliquo modo compoſita, vt exclamant verba Ariſto. pluribus in locis: potiſsimum hic. Secundo quia dato medium non componi ex extremis compoſitione totali: vel partiali vel eſſentiali, poteſt componi ex illis compoſitione virtuali, vt etiam ipſi dicunt alibi. Propter hæc nonnul Poſitio tertia. li alij diligentius credentes dicere, aiunt ꝙ medium nō componitur ex extremis compoſitione actuali, quia extrema non ſunt in medio, nec vt tota, nec vt partes. Secundo dicunt medium componi ex extremis compoſitione virtuali. deducunt quia medium continet extrema virtualiter, & ſic componi dicitur ex illis compoſitione virtuali. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt: quia Confutatio ſi medium contineret extrema virtualiter, tunc omni extremo quodlibet medium eſſet perfectius, & ſic fuſcum albo eſſet perfectius contra Ariſ. in hoc. 10. & cō Cōm. 7. tra Auer. vbi ait album eſſe metrum omnium qualitatū ſui generis, argumentum patet per omnes cucullatos, qui dicunt continens virtualiter eſſe perfectius contento virtualiter. Secundo hac poſitione data, tunc omne medium omne extremum poſſet producere, deducimus authoritate cucullatorum: qui tenent virtualiter cōtinere nihil aliud eſſe quam poſſe producere aliquid alterius ſpeciei. Modo conſequens eſt impoſsibile, quia nullum mediū in ſecundis qualitatibus poteſt producere extremum, nec enim fuſcum album poteſt producere, nec rubrum nigrum, quicquid ſit in primis qualitatibus, vbi tepidum poteſt producere caliditatem in tactu frigido, frigiditatem autem in tactu calido. Tertio ſuppono omne quod agit, agere quatenus eſt in actu vel virtuali, vel formali, patet. 3. phy. vbi dicitur ſemper extimatur ſpecies mouens, tunc ſumo A tepidum, quod agat in tactum calidum, certum eſt quod erit in actu per ſuppoſitionem, vel igitur in actu formali erit calidum,

dum,vel in actu virtuali.ſi in actu formali, igitur tepidum eſt formaliter calidum quod volo. & pari ratione probari poteſt de frigido.ſinautem ſit virtute calidum, igitur tepidum eſt perfectius calidum, quam ſit ipſum formaliter calidũ,deduco quia virtualiter tale eſt perfectius tale eo quod eſt formaliter tale,vnde ſol, qui eſt virtualiter calidus eſt perfectius calidus ligno actu calido,quare tepidum erit perfectius calidum ligno, quod eſt actu calidum,vel tactu Socratis,qui eſt actu calidus quod eſt inauditum. Vltimo omnis forma cuius operatio eſt eiuſdem ſpeciei cum operatione alterius formæ aut eſt illa forma in ſpecie,aut habet illam formam actu in ſpecie. Sed operatio tepidi eſt calefacere & frigefacere,& frigefacere eſt operatio frigidi & calefacere eſt operatio calidi: igitur tepidum aut eſt eiuſdem ſpeciei cum calido & frigido:quod negant.aut habet calidum & frigidum actu tanquam ſui partes. ꝙ coguntur

Opinio Burl. 8.phyſi. dicere. Propter hæc nonnulli tenent medium componi ex extremis non compoſitione actuali, ſed ſimilitudinaria,quatenus medium ad A eſt ſimile calido ad B eſt ſimile frigido,eo quia ad A calefacit, & ad B frigefacit:& iuxta hoc dicit,ꝙ medium quatenus conuenit cũ vno extremo,videtur contrariari alteri, & ita ſecũdum ſimilitudinem videtur componi ex vtriſq;, & videtur contrariari vtriſq;,& per hæc ſaluãt dicta Auer.hincin-

Confutatio. de. Sed hæc poſitio friuola eſt. Primo quod vere calefacit,aut virtualiter vere eſt calidum, aut actu vere eſt calidum,operatio enim arguit formam, vt dictum eſt, ſed tepidum vere calefacit frigidũ & frigefacit calidũ, igitur tepidum eſt aut vere virtualiter calidum & frigidum,aut formaliter vere calidum & frigidum.ſi virtualiter tale & tale.tunc redit poſitio proxima, quam proximo confutauimus. ſinautem formaliter tale & tale, tunc oportet vt contineat calidum & frigidum tanquã ſui partes,& actu,& ita contra poſitionem eorum. Secundo ſi tepidum eſt calido ſimile, & non vere continens calorem,tunc tactus dijudicans ipſum calidum erraret: quod non concederem:deducitur quia iudicaret ipſum eſſe calidum: quod tamen eſt ſimile calido, & ita nullam per tactum poſſemus habere de medijs tactilibus certitudinem. Et de poſitionibus dictum ſit intantum.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ diſputatio hęc nõ poteſt dilucidari,niſi vna alia prior dilucidetur, ex cuius veritate veritas huius diſputationis dependet, prior autem diſputatio,ex cuius veritate veritas iſtius dependet, eſt ſi contrariæ qualitates poſſint eſſe in eodem: Thomas enim & Egidius,atque multi peripatetici dixerunt qualitates contrarias nec intenſas, nec remiſſas poſſe eſſe in eodem ſubiecto,immo nec ſecundum partes,nec ſecundum totas,& tunc iuxta hanc poſitionem conſequenter coguntur concedere mediam formam non poſſe ex extremis ãctu atque formaliter componi, immo illam eſſe ſimplicem, quemadmodum eſt quælibet forma extrema,deducitur, quia ſi formæ extremæ eſſent in eodem ſubiecto ſecundum totas ac intenſæ, tunc media forma ex illis actu conficeretur intenſis ac ſecundum totis.ſinautem non ſecundum totas intenſe eſſent in eodem, ſed ſecundum partes & remiſſe, tunc media forma ex illis conficietur remiſsis atque ſecundum partes, igitur eo modo de compoſitione formæ mediæ eſt dicendum quo modo de cõtrarijs ſi eſſe poſſint in eodem eſt dicendum. Quare cum expoſitores nullo pacto velint extremas formas & contrarias poſſe eſſe in eodem velle coguntur medias formas nullo pacto ex illis actu & formaliter poſſe componi. At Auer. *Com. 47.*
cum concedat contraria poſſe eſſe in eodem, vt in.2. de generatione,vbi vult in complexione eſſe extrema, ſed non æqualia ad pondus,ſed altero prædominante. Amplius, in hoc.10.& in.3.cœli & in.4.meteororum, cogit *Cõm. 23. Cõm. 67. Cõm. 10.* dicere media reſultare, ex compoſitione extremorum, ea nanq; ratione qua extrema concedit eſſe in eodem, concedere cogitur media reſultare ex illis, concedit autem extrema non poſſe eſſe in eodem ſecundum tota, & æque intenſa,vt Galenus credidit, quia ſic non reſultaret complexio.ex æqualibus enim non poteſt reſultare complexio,ſed bene concedit contraria poſſe eſſe in eodem remiſſa & ſecundum partes,ſemper altero prædominante,& propterea cogitur dicere complexionẽ mediam,mediamque formam ex extremis reſultare.

Iaco. forli geietanus. Sed quoniam modo medium reſultet ex extremis ipſis non eſt clarum de mente Auer. nonnulli enim ad mentem Auer.dixerunt medium nihil aliud eſſe niſi extrema remiſſa ſub certa proportione conſtituta, ſed quia proportiones ſunt quodammodo infinitæ,inde emergunt infinitæ mediæ formæ,erit igitur rubrum album & nigrum ſub A. proportione reducta fuſcum, album & nigrum ſub B proportione,& in cæteris id genus.

Confutatio. Sed hæc poſitio non eſt Auerroica,quia Auer. vbiq; mediã complexionem atque medium ipſum comparat miſto:& vbique de complexione,deq; medio ipſo loquitur,veluti de miſto,ſed miſtũ non eſt ipſæ formę elemẽtariæ ſub certa proportione tantum, ſed vltra addit formam miſtionis, igitur nec media complexio: nec medium erit extrema tantum ſub certa proportione, & ita oportet aliud addere.

Propria poſitio. Propterea aliter videtur hic eſſe dicendum,vbi debes ſcire apud Auer. medium bifariã dici,aliud quidem medium eſt tranſitus,aliud medium eſt reſultationis.Medium tranſitus ſiue motus eſt, ſub quo mobile ipſum non quieſcit ſed per quod tranſit, & tale medium eſt tota latitudo qualitatis quæ ſucceſsiue acquiritur vel à non gradu,vel ab illo gradu à quo incipit motus ad gradum vſque ad quem terminatur, hoc enim medium dicitur à nonnullis medium motus ſiue tranſitus, quia non poteſt motus perfici niſi per tale tranſeat medium,dicitur etiam à nonnullis medium eſſentiale,quia fieri non poteſt motus:quin per ipſum trãſeat mobile.Medium vero reſultationis eſt forma media, quæ ex extremis reſultat remiſsis, vel ſecundum partem coalitis,vt complexio medium eſt reſultationis ex primis contrarijs reſultans, pallidum medium eſt reſultationis ex albo & nigro emergens, hoc medium dicitur reſultationis,quia non poteſt eſſe niſi ambo extrema concurrant in eodem ſaltem remiſſa, vel ſecundũ partes,dicitur à nonnullis medium accidentale, reſpectu motus, quia non oportet mobile dum mouetur à calido in frigidum, vel ab albo in nigrum tranſire per omnes complexiones medias, vel per omnes colores medios,& propterea dicitur accidentale medium reſpectu tranſitus, tale medium etiam eſſe poteſt terminus ad quem motus,complexio enim poteſt eſſe terminus motus alterationis: & palledo etiã terminus alterationis:& hac ratione poteſt eſſe extremum, tunc dicerem ꝙ loquendo de medio tranſitus: de mente Auer. tale medium non reſultat ex extremis,nec eſt extrema conſtituta ſecundum tota nec ſecundum partes, immo eſt ęque ſimplex vt quodlibet extremum,nam caliditas remiſſa

miſſa medium eſt tranſitus:albedo remiſſa medium eſt tranſitus,modo caliditas remiſſa eſt ita ſimplex vt caliditas intenſa,albedo remiſſa ſimiliter, vt albedo intenſa, ſinautem loquimur de medio reſultationis: tunc dicerem tale medium reſultare ex contrarijs imaginando ꝙ velut materia formæ miſtę præhabet formas elemẽtarias vt diſpoſitiones præuias in eſſe remiſſo , & vltra has habet formam vltimam, per quam miſtũ reponitur in ſpecie,ſic ſubiectum,complexionis, vel cuiuſuis formæ mediæ habet formas contrarias actu, non ſecundum totas ac in ſuis vltimis perfectionibus conſtitutas, ſed remiſſas & ſecundum partes tanquam diſpoſitiones ſubiecti ad complexionem atq; mediam formam, quæ tamẽ complexio ſiue forma media eſſentialiter differt ab extremis,quemadmodum illa miſti differt ab elemẽtis,& quia illę diſpoſitiones poſſunt multifariam variari,ideo complexiones,& mediæ formę poſſunt eſſe multæ. *Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ complexio non eſt primæ qualitates ſecundum partes coalitæ de mente Auer. ſed eſt forma addita primis qualitatibus ſic ſecundum partes coalitis,vnde vt forma miſtionis non eſt elementariæ formæ ſecundum partes coalitæ,ſed addita illis,ſic cõplexio additur primis qualitatibus ſic coalitis, eodẽ modo de cæteris medijs eſt cenſendum. *Dilucidatio.* Tũc venio ad dilucidationem,& dico ꝙ ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſecundum partes,medium reſultationis,ex cõtrarijs reſultat ſecundum partes coalitis actualiter & formaliter,ſi autem contraria non poſſunt eſſe in eodem, ſic medium reſultationis non reſultat ex contrarijs ſecundum partes coalitis actualiter vel formaliter, vtrum vero contraria poſſunt eſſe in eodem.5.phyſicę auſcul. diſputatum eſt:& pro parte.8.huius,nunc vero ſatis ſit dilucidaſſe iuxta ambas poſitiones: cũ ambæ ſint probabiles. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

Capvt solvtionvm qvintvm.

Antequam ad rationes factas ca.primo reſpõdeamus oportet ſoluere primo rationes vtriuſq; ſectæ. Ad primam igitur contra expoſitores & pro Auer. reſpondetur,vbi debes ſcire,ꝙ continentia ſiue compoſitio triplex eſt,alia quidem actualis ceu illa domus ex lateribus,& tectis virtualis veluti illa lucis ſolis ex calido, humido:ſicco,& frigido,componitur enim lux ex his virtualiter,quia cõtinet illas virtualiter, poteſt enim ſol ſua luce calefacere, ſi lux ſua vim mutuetur à Ioue,põt ſua luce frigefacere:ſi lux ſua vim mutuetur à Saturno, poteſt ſua luce humectare, ſi lux ſua vim mutueſ à Venere.poteſt ſua luce exiccare areſcereq; ſi vim ſuam lux eius mutuetur à Marte, igitur lux cõponitur virtualiter ex primis qualitatibus,eſt & compoſitio potentialis, veluti complexio ex primis componitur qualitatibus, rubrum ex albo & nigro. Eſt autem differentia inter virtualem compoſitionem, & potentialem, quoniam omne virtualiter compoſitum eſt perfectius his, ex quibus virtualiter componitur:& hoc quia per ſe quodlibet illorum poteſt producere, potentialiter vero compoſitum non oportet vt ſit perfectius his,ex quibus potentialiter componitur, non enim quod potentialiter ex aliquibus cõponitur,poteſt per ſe producere quodlibet componentium,ſed per accidens,aut vt inſtrumẽtum alicuius agentis potentis illorum quodlibet producere:vt complexio quæ eſt inſtrumentum animæ potentis per complexionem calefacere,aut frigefacere, & id genus.At ratione materiæ,in qua agit,veluti tepidũ, non enim per ſe calefacit nec per ſe frigefacit, ſed quatenus agit in tactum frigidum calefacit, quatenus agit in tactum calidum frigefacit.Aut quia coniungitur alicui vel aliquibus potentibus agere quodlibet illorum componentium,& hoc pacto rubrum componitur potentialiter,ex albo & nigro,quia coniungitur vel conſequitur primas ipſas qualitates, quæ poſſunt extrema illa producere,ſic igitur patet quòd cõpoſitum vel continens virtualiter aliqua eſt perfectius quolibet illorum , hac ratione videlicet quia quodlibet illorum per ſe producere poteſt, & hoc modo lux componitur ex primis qualitatibus,compoſitum vel continens potentialiter aliqua non oportet eſſe perfectius quolibet contento vel componentium & hoc quia compoſitũ potẽtialiter componitur ex illis:vel quia poteſt quodlibet illorum producere vt inſtrumentum alicuius principalis agentis.vel poteſt quodlibet illorum producere ratione materiæ potentis quodlibet illorũ recipere. vel quia nullum illorum producere poteſt,ſed reſultat aut conſequitur ad quædam quę poſſunt quodlibet illorum producere. Ex his ſequitur quòd aliquod potentialiter dici poteſt componi ex aliquibus trifariam aut quia eſt inſtrumentum alicuius principalis potentis quodlibet illorum per ſe producere,vt complexio dicitur compoſita potentialiter ex primis qualitatibus aut quia poteſt quodlibet illorum ratione materiæ apte producere, vt tepidum componitur ex calido & frigido. *Excerptum.* Aut quia con ſequitur quædam quæ poſſunt quodlibet illorum producere, vt rubrum ex albo & nigro componitur, quia conſequitur ad primas qualitates quæ poſſunt & album & nigrum producere. Tunc ad primam concedo extrema eſſe ſimplicia & media componi ex extremis non tamen compoſitione actuali,ſed vel virtuali,vel potentiali, & hoc probat ratio. Ad ſecundam concedo illud ad quod deducit ratio, in medio enim eſt quodlibet extremum vel virtualiter vel potentialiter, & hac ratione ab extremo fit in medium mutatio. Ad tertiam conceditur totum, in medio enim eſt quodlibet extremum ſecũdum magis & minus virtualiter,vel potentialiter:non autem actualiter. Ad quartam eodẽ modo dicitur, concedo enim media compoſitio ex extremis virtualiter, vel potentialiter: & hoc quia prima ſunt contraria. Ad quintam dico quòd tepidum reſiſtit calido: & frigido alteranti, & conceditur quòd ſit cuilibet illorum contrarium,ſaltem contrarietate medij ad extremum, quæ ſufficit pro reſiſtentia. Ad ſextam dico quòd tepidum forte non conuenit in ſpecie niſi cum calido,quia eſt calidum remiſſe,vel dato quòd cõueniret cum vtroque, dico quòd formaliter cum nullo conuenit,immo differt ſpecie à quolibet illorum, poteſt tamen cum quolibet illorum conuenire potentialiter vel virtualiter, & tunc non oportet habere duas realitates, quia vna realitas poteſt eſſe fundamentum conueniendi cum vtriſque potentiale, hæc ad rationes contra expoſitores. Ad rationes vero contra Auer. Ad authoritates patet ſolutio: vult enim Auer. contraria contineri in medio in potentia,quia medium nõ eſt formaliter contraria: vt credunt iuniores ſed ex cõtrariis ſecundum partem coalitis reſultans, in quo reſultante medio ſunt ipſa contraria potentialiter. Ad authoritates Thomæ: Egidij, & cæterorum dicendum illos eſſe alterius partis. Ad primam rationem dico ꝙ ex naturis ſpecie differentibus non poteſt fieri tertium formaliter, ſed bene diſpoſitiue, ex elementarijs enim formis fieri poteſt miſtum diſpoſitiue:nõ autem formaliter,

liter,& quando dicitur omne illud ex quo aliquid fit habere naturam partis:concedo quando ex illo fieret aliquid formaliter,quando vero fit diſpoſitiue ex illo aliquid, ſufficit quòd coalatur cum alio ſecundum partem. Ad ſecundam patet ſolutio,non enim qualitates dicuntur contrariæ,niſi quando ſub eodem genere maxime diſtant,maxime diſtare eſt ſecundum omnes gradus diſtare,& ſic licet intenſum & remiſſum nõ variant ſpeciem qualitatis variant rationem contrarij. Ad tertiam reſpondet Auer. 3.cœli illa elementa non eſſe media reſultationis,nec media tranſitus,ſed media in reſpectu,& talia non oportet componi ex extremis, tunc ad quartam concedo omnem alterationem eſſe inter formas ſpecie diſtinctas, vel ratione formarum ſpecie,diſtinctarum, non poteſt alteratio ab albo in minus album,niſi quatenus minus album ſubit rationem nigri, vel ſecum habet coalitum nigrũ : nec hoc vnquam fuit abſurdum. Ad quintam negatur argumentum,quia ab albo poteſt eſſe alteratio in fuſcum, in rubrum, in pallidum & id genus, quorum nullum eſt nigrum licet reſultet ex albo, & nigro coalitis, & hoc ignorant arguentem,hæc enim reſultationis, ſunt per ſe media reſultationis, per accidens vero media tranſitus, & ideo poſſunt eſſe termini ad quos ipſius motus. Ad ſextam patet ſolutio,motus enim qui eſt ad fuſcum, per ſe eſt ad fuſcum,per accidens ad nigrum,qui eſt ad rubrũ per ſe eſt ad rubrum,per accidens ad nigrum, nõ enim eſt ex albo in rubrum rationem nigri,quod eſt in rubro ſed ad rubrum per ſe, quia rubrum quod eſt medium reſultationis: poteſt eſſe terminus ad quem, bene tamen concedo motum qui eſt ad minus album eſſe ad illud quatenus eſt nigrum. Ad ſeptimam concedo illud quòd alteratur ab albo in nigrum, prius eſſe in nigrum, quam in rubrum, vel in aliquod tale medium reſultationis, quoniam medium reſultationis non eſt medium tranſitus,nego tamen illud eſſe prius in nigrũ: quam in minus album,nam minus album eſt medium tranſitus in nigrum. Ad octauam concedo vltra extrema eſſe aliquod medium reſultationis,quod reſultat ex illis coalitis, & concedo in illud poſſe eſſe per ſe motus ratione ſui, non ratione nigri, vel alibi, & quando Auer.dixit non eſſe motum in medium niſi ratione extremi quòd eſt in medio:ſumpſit medium tranſitus, nõ enim eſt motus in minus album ex albo, niſi quatenus minus album eſt nigrum reſpectu albi. Ad nonam nego argumentum,licet enim medium reſultationis reſultare non poſſit niſi extrema coalantur,non tamen ſequitur idem poſſe calefieri & frigefieri:ſed bene mediũ habere potentiam calefaciendi & frigefaciendi, & cauſa eſt, quia illa extrema coalita non ſunt illic niſi vt diſpoſitiones,non autem vt formæ,& propterea non habent vim agendi,ſed diſponendi. Ad decimam dico quòd contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem mediũ reſultationis æqualiter, vt putauit Galenus, ſed altero ſemper prædominante & ab illo prædominante fit denominatio, & ſic non erit idem album, & nigrum, & per conſequens nec idem album,& non album. Ad vndecimam aliorum dico ꝙ non oportet alterum eſſe vt materia alterum vt forma,quia medium non eſt formaliter extrema, ſed ex illis coalitis reſultans,& ita ſufficit vt illa prædiſponant materiam. His ſolutis, nunc ad rationes factas in primo cap. Ad primam patet ſolutio,non enim ipſa contraria concurrunt ad cõpoſitionem tertij, bene tamen poſſunt diſponere ad tertiã ſpeciem. Ad ſecundam concedo ex extremis nõ fieri vnum medium formaliter,bene tamen extrema coalita hoc eſt ſecundum partes refracta poſſunt diſponere ad vnum medium. Ad tertiam patet ſolutio, non enim poſſunt extrema ſecũdum tota ſe compati, bene autem ſecundum partes. Ad quartam dico ꝙ forma media eſt ſicut q̃libet extrema:licet ſupponat extremas coalitas vt diſpoſitiones. Ad rationes ad oppoſitum patet etiam ſolutio. Ariſtoteles enim voluit medium componi ex extremis potentialiter,& non actualiter vt tactum eſt. Ad rationem dico ꝙ media participant extremis ſecundum magis & minus non quidem actu & formaliter. Hæc de diſputatione.5.dicta ſatis.

Quare & in eadem coelementatione omnia contraria categorice quæcunque ſpecie differentia & non genere, &c. Tex.cõm.24.

DISPVTATIO SEXTA
De formarum ſubſtantialium oppoſitione.

Num formalis repugnantia, quæ eſt inter ſubſtantiarius formas, ſit repugnantia contrarietatis.

Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod repugnantia quæ eſt inter formas ſubſtantiarias non ſit repugnantia contrarietatis. Arguitur primo, quia contraria ſunt inter q̃ fieri poteſt motus.Sed in ſubſtantia non poteſt eſſe motus,vt.5.phyſicæ auſculta.dicitur:igitur formæ ſubſtantiariæ non poſſunt eſſe contrariæ. Secundo.5.phyſicæ auſc. & in p̃dicamẽtis expreſſe dicitur ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium,& hac rõne ad ſubſtantiam ait non eſſe motum.Tertio contraria,ſunt quæ nata ſunt fieri circa idem ſuſceptiuum. Sed duæ formæ ſubſtantiariæ nõ poſſunt eſſe circa idem ſubm, quia vna corrupta ſubm perdit nomen & diffinitionem, igitur formæ ſubſtantiariæ non poſſunt eſſe contrariæ. Quarto ſi formæ ſubſtantiariæ eſſent contrariæ,tunc differentiæ, quæ ab illis ſumerentur formis, eſſent contrariæ,hoc aũt eſt falſum,quia differentiæ ſubſtantiæ opponuntur priatiuę veluti rationale:& irrationale. In contrarium videntur Ariſt.& Auer.in hoc.10. vbi velle videtur quæcunque ſpecie differunt,eſſe contraria. Sed duæ formæ ſubſtantiariæ differunt ſpecie,igitur ſunt contrariæ. Præterea ratione arguitur,quia omne quod corrumpitur,è ſuo corrumpitur contrario,at ſubſtantiæ corrumpuntur, igitur è ſuis contrarijs corrumpũtur, & ita habẽt contrarium.Secunda forma ſubſtantiaria,& materia ipſa pellitur,& non a ſe:igitur è ſuo contrario. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant. Cõm.24.

Capvt titvli secvndvm.

Pro titulo debes ſcire. Primo hæc tria in diſputatione pro eodem ſumi,repugnantiam videlicet,incompaſsibilitatem & oppoſitionem, eſt autem oppoſitio genus ad contradictionem contrarietatem, priuationem,& relationem,quia vt dictum eſt quadrifariam cõtingit opponi, aut contradictorie, aut contrarie aut relatiue: aut priuatiue: igitur quadrifariam aliqua repugnare dici poſſunt,& quadrifariam incompoſsibilia eſſe,aut contradictorie, aut contrarie, aut relatiue, aut priuatiue:verum non omnis repugnantia nec omnis incompoſsibilitas eſt oppoſitio,eſt enim duplex repugnãtia.du-

tia.duplex etiam incompoſſibilitas quædam formalis, quædam materialis,inter formam Socratis: & formam Niphi repugnantia eſt,& incompoſſibilitas, non quidē formalis, ſed materialis.Formalis .n. repugnantia atq; incompoſſibilitas eſt per differentias formales:& eſſentiales,atq; ſpecificas. Materialis autem per materiales differentias,atq; indiuiduales,& ita formalis repugnantia,atq; formali incōpoſſibilitas eſt ſpecifica, materialis vero eſt numeralis vel indiuidualis: ſic igitur dico ꝙ non omnis repugnantia nec omnis incompoſſibilitas eſt oppoſitio,non enim incompoſſibilitas,atque repugnantia duarum formarum eiuſdem ſpeciei, numero differentium eſt oppoſitio,& ita ſola repugnantia formalis hoc eſt ſpecifica dicitur oppoſitio,dicitur autem ſpecifica repugnantia ſiue incompoſſibilitas formalis, quia eſt inter formas,& ratione formarum: at licet illa quæ eſt formarum eiuſdem ſpeciei numero differentium,ſit formarum,non tamen ratione formarum ſed

Exceptum. ratione materiæ:vel accidentium. Ex his ſequitur ꝙ repugnantia formalis,incompoſſibilitas formalis:& diſtinctio ſpecifica idem eſt, quia diſtinctio ſpecifica eſt inter formas,& ratione formarum, propter hæc patet titulus diſputationis,quæritur enim ſi repugnantia ſiue incompoſſibilitas,ſiue diſtinctio formalis, quæ eſt inter formas ſubſtantiarias ſit repugnantia ſiue oppoſitio contrarietatis:& dicitur formalis, quia nulli dubiū eſt materialem repugnantiam non eſſe oppoſitionem contrarietatis,duæ enim formæ ſubſtantiariæ eiuſdem ſpeciei repugnant nō contrariȩ,ſed diſperate,hoc eſt quærere cum forma ignis & forma aquæ formaliter repugnant quia ſpecifice diſtinguuntur: vtrum contrariæ opponantur. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Alex. ALEXANDER Aphrodiſius vir in peripatetica familia præcipuus voluit in lib.de ſenſu,& in his commentationibus,quas ſcribit in phyſicis,nō omnem formalem repugnantiam,quæ eſt inter formas ſubſtantiarias eſſe oppoſitionem contrariam,ſed ſolum eam, quæ eſt inter formas elementarias:quæ autem eſt inter formas miſtorum,negat eſſe oppoſitionem contrariam.Mouetur autem ex eo,quia credidit formas elementorum eſſe qualitates,ignis enim formam vult eſſe caliditatem: aquæ vero frigiditatem aeris humiditatem: terræ deniq; ſiccitatem,formas autem miſtorum non qualitates has dicit eſſe,ſed ſubſtantias, quarum tales qualitates ſunt

Obiectiones Com. 10. accidentia. Obijcit autem Auer.5.auſcul.phyſicæ. Primo,quia tūc ad ſubſtantiam poſſet eſſe motus, eo quia in illa eſt contrarietas, & ita motus. Secundo quia ſi ſubæ elementariæ ſunt contrariȩ propter qualitates:tūc non per ſe eſſent contrariæ,ſed rōne qualitatum.Tertio non videtur qualitas ſuba elementorum,quia quod eſt accidens vnius,non eſt ſubſtantia alterius:ſed qualitates hæ ſunt accidentia miſtorum, igitur non ſubæ elementorum,verum de opinione Alexādri & de eius defenſione,perquiratur in commentationibus noſtris. 5.

Poſitio Auer. Cōm. 10. phyſicæ auſcul. Auerroes autem in eodem loco, & in lib.de Suba orbis, vult repugnantiam formalem ſubſtantiarum eſſe concomitatiue ſiue conſecutiue oppoſitionem contrarietatis,imaginatur enim formæ ſubſtantiariæ per ſe nihil eſſe contrarium, & ita repugnantiam formalem illarum non eſſe oppoſitionem contrariam: ratione vero qualitatum formas illas comitantium bene concedit eſſe oppoſitionem contrariam. Hæc eſt

Obiectiones. poſitio Auerrois. Sed hæc poſitio non videtur carere dubitatione.Primo quia conſiderando formā ignis per ſe,& illam aquæ per ſe circunſcriptis omnibus, qualitatibus,ille ſunt incompoſſibiles formaliter,atque formaliter repugnantes. Sed omnis formalis repugnantia eſt oppoſitio,igitur tales formæ opponuntur, ſed nihil eſt in genere,quin ſit in aliqua ſpecie, igitur vel opponuntur contradictoriæ, vel contrariæ, vel relatiue, vel priuatiue.non contradictoriæ, quia ambæ ſunt ens nec priuatiue,propter idem.ambæ enim ſunt entia poſitiua.nec relatiue,quia ſubſtantia ad ſubſtantiam per ſe non refertur,igitur cōtrariæ. Secundo in primo phyſicæ auſcul. lib. dicitur ꝙ in genere ſubſtantiæ eſt vna prima contrarietas,ad quam omnes reducuntur,igitur ſubſtantiæ ratione ſubſtantiæ eſt aliquid contrarium. Tertio Ariſt.in textu præſenti ait ꝙ differentia ſecundum ſpeciem eſt differentia contrarietatis, vt inductiue probat, igitur ſubſtantiæ ratione ſubſtantiæ eſt aliquid contrarium. Quarto contrariarū mutationum ſunt cōtrarij termini vt. 5.dicitur phy. Sed generatio & corruptio ſunt mutationes contrariæ, igiť termini ſunt contrarij,& ita ſubſtantiæ eſt aliquid contrariū. Quinto effectuum contrariorum ſunt cauſæ contrariæ, ſed calor & frigus ſunt effectus contrarij, igitur cauſæ illorum, quæ ſunt formæ ſubſtantiariæ ſunt contrariæ.

Propter hæc alij primo diſtinguunt de contrarietate, *Poſitio tertia.* ꝙ contrarietas bifariam dicitur, quædam perfecta ſecundum omnes conditiones, quædam imperfecta ſecundum aliquas conditiones tantum,ad perfectā contrarietatem volunt ſex requiri.Primo quòd illa quæ cōtraria dicuntur ſpecie differant, genere conueniant: vt in textu dicitur.Secundo quòd ambo extrema ſint poſitiua,& non alterum poſitiuum, alterum priuatiuū vel ambo priuatiua, propterea inter cecum & ſurdum non eſt contrarietas,nec inter cecum & videns. Tertio ꝙ maxime diſtent,quia contrarietas eſt differentia perfecta. Quarto quòd vni vnum ſit contrarium, quia maxima diſtantia non poteſt eſſe inter aliqua, niſi quatenus quodlibet extremum eſt vnum. Quinto ꝙ mutuo ſint apta fieri circa idem, & non ſimul. Sexto quòd ſint talia,à quorum vno ſi fiat mutatio non tranſeatur ad aliud niſi per omnia media.in quibus igitur hæc ſex inueniuntur,aſſerunt perfecte & proprie econtraria eſſe & repugnantiam talium eſſe perfectam contrarietatem,alia vero eſt cōtrarietas imperfecta fuſe dicta,quȩque eſt inter ea,quæ non ſecundum hȩc ſex opponunť, ſed ſecundum quædam horum tantum: tunc dicunt. Primo ꝙ repugnātia formalis duarum formarum ſubſtantialium non eſt contrarietas ſecundum omnes cōditiones proprie,& perfecte,quia ſibi deſunt nonnulle dictarum conditionum. Primo quia non maxime diſtant:quæ enim non gradualiter diſtant, non maxime diſtant,immo nec ſecundum magis,nec ſecundum minus diſtant,cum nullo pacto gradualiter diſtent. Secundo,quia vniforme,plures eſſe pñt contrariæ,vt formæ ignis omnes aliæ elementariæ repugnant. Tertio quia dum ab vna fit in aliam mutatio, immediate fieri poteſt non per omnia media.contingit.n.quodlibet elementorū immediate mutari in quodlibet, igitur deſunt tertia,quarta:& ſexta conditio. & ita talis repugnātia non eſt contrarietas perfecta ſecundum omnes rationes. Secundo dicunt ꝙ talis repugnantia formalis duarum formarum ſubſtantialium eſt contrarietas imperfecta,& fuſe dicta ſecundum quaſdam tantum conditiones. Primo quia differunt ſpecie. Secundo quia

ambæ ſunt poſitiuę. Tertio quia mutuo ſeſe pellunt ab ipſa materia: & non poſſunt ſimul in illa eſſe, igitur eſt contrarietas ſecundum tres conditiones, primam, ſecũdam, & quintam. Hęc illi de diſputatione. *Confutatio.* Sed hæc poſitio deficit in diſtinctione. Primo quia conceſſa prima conditione, ſuperfluit ſecunda, quoniam prima conditio eſt ꝙ differunt ſpecie, & conueniant genere. Sed q̃ differunt ſpecie, & conueniunt genere, ſemper ambo ſunt poſitiua, non enim poſſunt differre & conuenire niſi ambo ſint, & ita niſi ambo ſint poſitiua, igiť ſuperfluit addere ꝙ ambo ſint poſitiua conceſſa prima conditione. Secundo conceſſa prima & ſecunda ſuperfluit tertia, quia quæcunque poſitiua ſpecie differunt maxime ſub genere differunt. Præterea q̃ro q̃d ꝑ maxime diſtare velint, aut ſm̃ omnes gradus, & ſic ſolũ albũ vt octo & nigrum vt octo maxime diſtarent: & ſic contraria ſecundum partes poſſunt eſſe in eodem, & ita medium poſſet eſſe ex extremis: quod negant, vel intelligunt ea maxime diſtare, quæ ſub eodem genere nõ numero ſed ſpecie differunt: & tunc hæc conditio intelligitur in prima & ſecunda: igitur prima ſuperfluit. vel hæc tertia. Tertio conceſſa prima & tertia ſuperfluit quinta: quia quæ maxime differunt: & ſpecie, non poſſunt fieri ſimul circa idem ſubiectum: ſed ſucceſsiue: igitur ſuperfluit quinta conditio. Sexta eſt falſa & contra *Com. 104.* Auer. 2. de anima: vbi ait. Non enim eſt neceſſe vt trãſlatio in extremis ſit ſuper omnia media: igitur dato ꝙ inter ſubſtantias eſſent plura media, non oportet vt per omnia illa tranſeatur, quemadmodum licet inter albũ, & nigrũ plura inter ſint media, non tamen oportet id quod de albo tranſit in nigrum, per omnia media tranſeat: vt proxima etiam diſputatione declaraui. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. PRO dilucidatione igitur debes ſcire quòd aliqua poſſunt intelligi eſſe contraria ſecundum rationem metaphyſicam, & ſecundum rationem phyſicam. intelligũtur quædam opponi ſecundum rationem phyſicam, q̃cunque circa idem ſubm̃ motus intelliguntur opponi: & hoc pacto in lib. 5. phyſi. conſiderauit oppoſitionem Ariſt. contrariam, voluit enim illa contrarie opponi q̃cunq; per verum motum circa idem ſubm̃ ens in actu ſunt apta fieri ſucceſsiue, & non ſimul, ea autem intelliguntur opponi contrariæ ſecũdum rationem metaphyſicam, quæcunq; maxime, hoc eſt ſpecie ſub eodem genere diſtãt, phyſicus enim qui rationem motus, in omni conſideratione includit contraria dicit, quæcunque opponuntur circa idem ſubm̃ mobile per motum. Metaphyſicus autem qui abſtrahit à motu & ab mobili, ea contraria eſſe dicit, quæcunq; ſub eodẽ genere ſpẽ differunt. Nam ſi differunt ſpecie, & genere conueniunt maxime diſtabũt: & erũt poſitiua, & circa idem ſubm̃ abſolute vt abſtrahit à motu conſideratũ, erunt repugnantia, atque incompoſsibilia. *Dilucidatio.* Ex his facile patet dilucidatio, quum enim quæritur ſi formalis repugnantia formarum ſubſtantialium ſit contrarietas, dico ꝙ ſi conſideretur contrarietas ſecundum rationem phyſicam: ſic non eſt contrarietas: quia non ſunt vt ſic per motũ circa idem ſubm̃ mobile receptibiles, ſunt enim receptibiles circa ſubm̃ ens in potentia, quod non eſt mobile. Amplius nec per motum: ſed per mutationem: igitur conſiderando contrarietatem ſecundum rationem phyſicam, repugnantia talium non eſt contrarietas, ſin autem conſideretur contrarietas ſecundum rationem metaphyſicam & abſtracte, vt ſic talis formarum ſpecifica repugnantia eſt contrarietas, quoniam ratio metaphyſica eſt vt maxime ſub genere differũt, & circa idẽ ſubm̃ abſolute conſideratum repugnant modo formæ tales ſpecie differentes ſub genere maxime diſtant, & circa idem ſubm̃ abſolute repugnant, igitur ſecundum metaphyſicam rationem contrariantur, & hæc aperte intentio Ariſt. qui ſpẽ differentia vocat contraria, ſunt enim contraria ſecundum rõnẽ metaphyſicam: ſm̃ q̃ de contrarijs loquitur. Præterea cum ea, quæ ſpecie maxime differunt, metaphyſicæ opponantur, & quadrifariam aliqua metaphyſicæ opponi dicantur, quemadmodum quadrifariam phyſicæ opponuntur: ea quæ opponi, intelliguntur, oportet illa metaphyſicæ intelligi opponi, aut contradictoriæ, aut contrariæ, aut relatiue, aut priuatiue, formæ tales nõ poſſunt metaphyſicæ intelligi opponi contradictoriæ: nec priuatiue, nec relatiue, vt deductum eſt, igitur contrariæ. Ex his apparet quam docta fuit poſitio Auer. voluit enim ſubſtãtiales formas non poſſe intelligi eſſe contrarias per ſe, hoc eſt ſecundum rationem phyſicam, vt recte probat: bene tñ poſſunt intelligi eſſe contrarie ſm̃ rõnem phyſicam cõcomitatiue, quatenus illas concomitãtur accidentia cõtraria. *Expoſitio poſitionis Auer.* Præterea non negaſſet etiam illas poſſe eſſe per ſe contrarias ſecũdum rõnẽ metaphyſicam, quatenus ſub eodem genere maxime differunt & circa idem ſubiectũ ſimpliciter repugnant. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS declaratis. Ad rationes oẽs, quæ factę ſunt contra poſitionẽ Auerrois. patet ſolutio, omnes enim concludunt ſubſtantiæ eſſe aliquid contrarium conſiderando contrarietatem ſm̃ metaphyſicam rationem, quod non negabat Auerroes. Per idem ad rationes factas capi. primo omnes. n. concludunt ſubſtantiæ nihil eſſe cõtrarium conſiderando contrarietatem ſm̃ rõnem phyſicam, ſed ſm̃ rõnem metaphyſicã nihil prohibet ſubæ eſſe aliquid contrarium. Præterea falſum eſt alterã differẽtiam habere rationem priuationis, & eſſe priuationem, quia priuatio non conſtituit ſpeciem, ſolet autem differentia ignota appellari nomine priuatiuo propter latentiam. Hæc de ſexta diſputatione.

Dubitabit autem aliquis quare fœmina viro nõ ſpecie differt, &c. Tex. cõm. 25.

DISPVTATIO SEPTIMA

De diſtinctione maſculi & fœminæ.

Num maſculus & fœmina differant ſpecie.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod maſculus & fœmina differunt ſpẽ. Arguitur primo maſculinitas & fœmineitas ſunt differentiæ contrarię vt diciť in tex. igitur maſculus & fœmina differunt ſpecie, differentia. n. contrarietatis eſt ſpecifica: vt dictum eſt. Secundo cauſæ maſculizantes & cauſę fœminizantes tam cœlicæ quam elemẽtarie differunt ſpecie vt patebit in titulo diſputationis, igitur maſculus & fœmina differunt ſpẽ. tenet argumentum, quia effectus ſortiuntur eſſe & differentiam à proprijs cauſis. Tertio maſculus & fœmina differunt plus quam numero, igitur ſpecie, tenet argumentum: quia nulla differentia eſt plus q̃ numero, quin ſit ſpecifica. antecedens declaratur, quia maſculus & fœmina differũt plus

plus quam Socrates & Niphus, vt conſtat, & Socrates & Niphus differunt numero, igitur maſculus & fœmina differunt plus quã numero. Quarto maſculinitas & fœmininitas diuidunt immediate genus, vt animal, omne .n. animal aut maſculinũ, aut fœmininũ: & nõ immediate ſpẽm, non .n. oẽ maſculinum eſt hõ, nec oẽ fœmininũ hõ, in plus enim eſt maſculinum & fœmininum quam homo, igitur maſculus & fœmina differunt ſpecie deducitur, quia differẽtiæ diuiſiue generis cõſtituũt ſpeciem. Quinto quæ differunt complexione moribus & vita differunt ſpẽ, ſed maſculus & fœmina differũt cõplexione, moribus & vita, igitur ſpẽ maior eſt Ariſt. in li. de aĩalibus, non enim alia via nanciſcimur differentiam ſpecificam animalium niſi ex complexionum differentia, morum atq; vita minor declaratur, quia differunt complexione, eo quia vt medici aſſerũt complexio maſculina calidior eſt complexione fœminina: imo frigidiſſimus vir eſt calidior calidiſſima muliere, moribus autem, quia dicitur in lib. phyſiognomicorum fœmina eſt magis mali operatiua quam vir. Amplius & vita differunt, viuit enim fœmina vita propria, quæ nec conuenit viro, nec iuxtum eſt illam viro conuenire: vt dicunt philoſophi. Sexto quæ differunt fine differunt ſpecie: patet, quia differentia finitum procedit à differentia formarum, ſed maſculus & fœmina differunt fine, vt enim dicitur in politicis ſummum bonũ mulieris eſt pulchritudo animi corporis, hominis autem viri ſummum bonum eſt prudentia, nõ enim viro cõuenit pulchritudo. dicit enim Vegetius viris quidem pulueres ſudores & labores, mulieribus pulchritudo & munditiæ. Amplius

Mar. mulieri non prudentia competit. Vnde Martialis. Sit mihi verna ſatur, ſit non doctiſsima coniunx. Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies. At viris competit prudentia. In cõtrarium arguitur ratione Ariſt. hic, & in lib. de animalibus, quia quæ differunt ſola materia non differunt ſpecie, ſed mas & fœmina ſola materia differunt: vt dicetur, igitur non differunt ſpecie. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CIRCA titulum. Primo videndum eſt quid maſculus, quidúe fœmina ſit, atq; quibus differentijs differũt. Secundo ſi ſint differentiæ generis, an ſpeciei, & ſi adæquatæ diuidant genus. Tertio de embrionica generatione, deq; tota fœtus deportatione tam maſculi quam fœminæ in ſpecie humana. Quarto de cauſis maſculinizantibus, & fœmininizantibus. De primo dicamus vt Ariſ. & Plato authores ſunt. Mas in vnaquaq; ſpecie is eſt qui vim habet agẽdi in alio, ſed fœmina eſt quę vim habet recipiendi. Vnde hac rõne de elementarijs qualitatibus duæ qdẽ fœmineſcũt, vt humiditas & ſiccitas, humiditas quidẽ quia facile recipit, ſiccitas aũt qa receptũ bene detinet, duæ vero maſculeſcunt vt caliditas & frigiditas, quia ambæ vim hñt agendi, ĩmo ipſe poteſtates ſunt actiuæ. Hac etiam ratione vt Ptolo. in primo apoteleſmaton inquit ſtellarum nonnulla maſculeſcũt, vt Saturnus, Iuppiter: Mars, & Sol: nõnulla fœminineſcunt, vt Venus & luna. Vna ſola ambigui eſt ſexus: vel magis hermophroditum Mercurius; maſculeſcunt Saturnus: Iuppiter Mars, & ſol, quia actiuis vigent qualitatibus. Saturnus quidem quia frigidus. Iuppiter Mars, & ſol quia calidi oẽs ſunt, at frigiditas & caliditas actiuę ſunt vires, fœmineſcunt Venus & luna, quia vires habẽt humectandi, at humiditas patiaria vis eſt: at quia Mercurius nunc exiccat, nunc frigefacit; hermophroditus

Quid mas quid fœminæ

Quæ qualitates maſculæ quæ fœminæ.

Quæ ſtellæ maſculæ quæ fœminæ.

eſt, vtriuſq; potentiæ particeps, ſic igitur patet in omni ſpecie maſculum eſſe id q vim detinet agendi: q vero vim recipiendi habet id fœmininum eſſe. Differunt autem multifariam mas & fœmina, figura, moribus, & cõplexiõe: vt Ariſ. author eſt in lib. de animalibus, & in lib. phyſiognomicorum. Cõplexione quidem, quia in omni ſpecie fœmina eſt humidior mare, ſignum autẽ quia & minus & neruoſa, carne etiam humidior, eſtq; & mollior, vnde & à mollitie mulier dicta eſt. Mas aũt calidior, tũ quia natura fortior, fortitudo .n. calorẽ comitatꝰ neruoſior atq; durior. Moribus vero (vt Ariſ. inquit) quia fœmina eſt tractabilior, manualibus diſciplinis capacior, mitior atq; minus iracunda. Hæc humiditatis dominium comitantur vt docet Ariſ. vir quia calidior, ipſe immitior: iracũdior: atq; manualibus diſciplinis incongruus, minus quoq; tactabilis. Præterea fœmina eſt illiberalior, mali magis actiua. Mas liberalior, & boni plus capidus, cauſa huius ex .2. de generatione animaliũ lib. colligitur, quoniã fœmina homo eſt occaſionatus mancus atq; mutilatus, & hoc ratione eius anima eſt orbatior: ſuis in operibus impedita, atq; viribus imbecillior, cum .n. animę ſectentur corpora & muliebre corpus monſtroſum ſit reſpectu corporis viri iure aĩa per tale monſtruoſum corpus non poterit debitas exercere vires: quemadmodum mas per ſuum exercebit corpus, & propterea fœmina eſt iniuſtior, & timidior. Mas fortior, & æquior. Differunt etiam figuris vt in humana ſpecie ſatis ſpectatur. Nam fœmina eſt cõparatione viri atq; maris capitetula, vultiuſcula, colliuſcula, petiuſcula, & generatim mare paruior, atque minor, eo quia humiditas & frigiditate comprimitur, & graueſit. Propterea inferiora habet maiora. Mas autem quia calidior, et calidi eſt augere, ideo mas eſt fœmina maior. Sed occurres his quæ diximus non iniuria. Primo quia Ariſto. in 4. de hiſtoria, & primo de generatione animalium vult non eſſe ita in omnibus ſylueſtribus, quia nõ in auibus rapacibus, neque in entomijs, neque in quibuſdam piſcibus, neque in quadrupedis ouiperis, in his enim fœmine ſunt maiores & potentiores, & animoſiores ipſis maribus. Soluit vero apponenſis in quodam de phyſiognomicis codicillo, hæc euenire in talibus per accidẽs, per ſe aũt eſt, vt Ariſto. aſſerit. Sed ſolutio hæc philoſophiam naturalem non ſapit. Nam quod eſt per accidens non conſequitur totam ſpeciem; quia enim bicipitas per accidens eſt, totam humanam ſpeciem non ſequitur. Quod autem fœmina in rapacibus auibus ſit maior & potentior mare totam ſpeciem talium conſequitur, igitur non eſt per accidens. Propterea animaduerſione dignum eſt animalium quædam eſſe, quæ à tota ſpecie calidiſsima ſunt, vt ſpecies rapacium auium qua ratione ſit vt mares hac in ſpecie ſint calidiores, atque areſcentiores duplici cauſa. Primo quia à tota ſpecie ſunt cæteris animalibus calidiores. Secundo quia mares, eſt enim mas fœmina calidior hinc fœmine talium ſunt maiores & potentiores, mares minores & imbecilliores. Nam maſculi illa duplici caliditate & areſcentia affecti paruiores, & imbecilliores redduntur, quia ſicci eſt comprimere & coartare calidum, & per conſequens reddit ipſum reſolubilius, & ita imbecillius, quare maſculi erunt minores, & imbecilliores, fœmine vero talium econtra, ſunt enim temperatiores. quia licet à ſpecie ſint calidiſsime, à ſexu fœmineo ſunt humiditatis participes, & hac ratione humiditas ſexus redit calidum maius, & ipſum facit minus reſolubile, & per

Differentia maris & fœminæ.

Differentia cõplexionum.

Differẽtia morum.

Differentia figurarum.

Dubitatio.

Solu. apponenſis.

Confutatio.

Qualiter quædam animalia fœminæ ſunt maiora maſcu.

conſequens magis reſiſtens laboribus & pugnis,& hac ratione fœminę taliũ maiores & potentiores, ouipera autem quadrupeda:vt teſtudines & nonnulli ſerpentes maiora ſint cum fœmine ſunt maſculus ob finem, quia ipſa ſimul oua habent,& ſuperueniuntur à maribus, vt igitur oua & marem ſufferre poſsint,debuerunt eſſe fœmine maiores & potentiores. Hanc enim cauſam retulit Ariſt. nec meliorem dudum reperi. Hæc de differentijs atque de primo.

Si mas & fœmina ſint generis differentiæ vel ſpeciei.

De ſecundo vero ſi maſculinitas & fœmininitas ſint differentiæ generis, nõ parua eſt queſtio, videtur enim quòd primo diuidant genus & remotum, quia maſculinum & fœmininum diuidant potentiam generatiuam, eſt enim maſculinum quod vim habet generandi actiuam,fœmininum vero quod vim habet generandi paſsiuam. Sed vis generandi eſt primo data gradus & vegetatiuo, qui conſequitur viuens, igitur primo diuidunt viuens, & hoc tenent Empedocles,& Democritus,qui plantas fœminas aſſerũt eſſe,& maſculas,eo quia maſculum & fœmineum ſunt viuentis primæ differentiæ.

Cuius differentia ſint mas et fœmina.

Sed pace horum dixerim videtur primo quòd maſculinum, & fœmininum non ſint differentiæ vegetatiui,quia ſi ſic,tunc plantarum nonnullæ eſſent maſcule,nonnulle fœmine,quod non conceditur à philoſophis,nec ſunt primæ animalis differentiæ,quia non omne animal eſt aut maſculum, aut fœmina,aut hermaphroditicum,animalia enim ex putri materia orta,neque maſcula ſunt:neque fœmina, neq; hermaphroditica,vt Ariſtote. dicit in lib. de animalibus.

De generatione animalium cap. 1.

Neque ſunt primæ hominis differentię,in plus enim eſt maſculum, quam homo, vel nec omnis homo maſculus vel fœmina, nec omne maſculum vel fœmina homo eſt,quare oportet dicere has nullius eſſe primas differentias.

Maſculum & fœmininum quæ differentiæ ſint & cuius primæ.

Vbi animaduerſione dignum, quaſdam eſſe differentias,formales, quæ conſequuntur formas & ratione formæ faciunt differre,quaſdam eſſe materiales ſiue accidentales:quę conſequuntur materias,& ratione materiæ differre faciunt,modo Ariſt. vult tales differentias non eſſe formales:atque eſſentiales, ſed materiales,& accidentales,ſunt enim hæ differentiæ materiales & accidentariæ, eo quia vt dicemus conſequuntur diſpoſitiones materiales, ſunt enim accidentia quædam quæ indiuiduum conſequuntur compoſitum, tunc dico quòd differentiæ materiales atque accidentariæ nullius ſunt per ſe primæ differentiæ, quia ex quo conſequuntur diſpoſitiones materiales: nullius ſunt primæ, ex quo autem ſunt accidentia,nullius per ſe, & quidditatiue,at differentiæ formales,omnes ſunt & alicuius primæ:& alicuius per ſe,primæ quidem,quia nihil conſequuntur,per ſe vero,quia non ſunt accidentia. Ex his patet veritas ſecundi:ꝙ videlicet,maſculinum & fœmininum nullius ſunt primæ differentiæ,& ita neque generis,neque ſpecie,ſed ſunt accidentia comitantia indiuidua viuentium,ſiue animalium ratione materiæ,atque diſpoſitionum materialium.

De ſexu plantarum.
Prima poſitio de ſexu plantarum.

Ad rationem vero dico quòd id quod aſſumit non parua eſt quæſtio, nonnulli enim plantis tribuerunt ſexus,vt Abrutalis,Dioge.Democritus, & alij. Et hanc partem Theophraſtus peripateticus ſequitur in lib.ſuo de ſtirpibus,& pro hac opinione facit ratio tacta.quia plantis ineſt vis generatiua & omnis vis generatiua aut maſcula aut fœmina eſt, vt dictum eſt. Præterea ſi ſtellis competit ſexus,& qualitatibus elementarijs cur non plantis viuentibus.

Obiectio.

Pro parte oppoſita arguitur,quia maſculus in vnaquaq; ſpecie eſt,qui (dum generat)in alio generat, fœmina autem, quæ (dum generat) ab alio generat,& ſunt ſeparati, at talia in plantis non videmus,non enim ſeparata concumbunt.

Poſitio Abrutalis.

Quidam cui nomen eſt Abrutalis: voluit omnẽ plantam eſſe ſimul maſculam & fœminam,cauſam abtulit,quia complete ſemen generat ſine maſculi concubitu.

Obiectiones.

Sed hoc videtur falſum. Primo quia non poſſunt aliqua inueniri coniuncta quæ primo non fuerunt ſeparata,ſed in plantis hi ſexus nunquam fuerunt ſeparati,igitur nec coniuncti. Secundo quia omnis planta eſſet hermaphroditica & ita eſſe poſſet ſimul & ſemel agens & patiens. Tertio tunc planta eſſet homine perfectior deducitur,quia planta non egeret in generando extrinſeca re,at animal ſiue fœmineum,ſiue maſculum ſemper egeret. Quinto Ariſto.in . 2.de generatione animalium cap. primo,inquit,quòd in quibuſcunq; fieri poteſt mas a fœmina ſeparatꝰ quia diuine cauſæ ſunt cauſæ melioris eſſe in contingentibus,ſed melius eſt ſeparari melius à deteriori,melius autem eſt mas quã fœmina,igitur in plantis deberent eſſe ſeparati.

Opinio. Anax. & Leomenis.

At Anax. Clazomenius negat omnino ſexus in plantis, & propterea aſſerit patrem plantarum eſſe ſolem, matrẽ eſſe terram,quod Ariſto.primo de generatione animalium capi.2.aſſerit,terra quidem eſt mater, quia plantas nutrit, & educit atq; lactare videtur,ſol vero pater: quia primum principium generandi fructus, & hanc partem defendit Leomen.

Obiectio.

Sed contra obijciunt græci & Theophraſtus maxime,quia ſemen aſsimilatur ouo, igitur vt in ouo eſt vis maſcula & fœmina,ita in ſemine,ſed non poteſt ouum eſſe prolificum,niſi ſit ex mare & fœmina, igitur nec ſemen eſſe poteſt prolificum, niſi procedat à mare,fœminaq;,vel ab aliquo vim vtriuſque habente.

Poſitio Ariſt. & Theo.

Videtur igitur mihi eſſe dicendum, ꝙ plantis competit ſexus ęquiuoce quaſi ad ſexum animalium, competit quidem ſexus primo ratione qualitatum,& ſic plãte calidiores maſculeſcunt, frigidiores, fœmineſcunt. Qua ratione diceremus primum : quia calidior eſt populo, maſculeſcere, populum fœmineſcere. Secundo ratione proprietatum,vt quando in eadem ſpecie arboris vna eſſet ſterilis:altera fœcunda,quòd videmus in cypreſſis,nam alter eſt ſterilis, alter vero fœcundus,ſterilis quia ſemen non emittit,maſculeſcit,fœcundus vero quia ſemen edit tanquam ouum fœmineſcit.Tertio ratione partium ſeminis, quia in ſemine ſunt nonnulle partes tenuiores & ſpiritualiores,quæ maſculeſcũt, nõnullę craſsiores,ac copulentiores quæ fœmineſcunt, & propterea in planta vnde editur eſt virtus maſcula , & fœmina. His denique tribus rationibus plantis ſexus competere poteſt, at ſi maſculus ſumatur vniuoce & propria ratione, vt is dicatur maſculus, qui in alterum ſemen emittit, ea fœmina, quæ intra ſemen emittit atque recipit,vt Ariſt.diffinit primo de hiſtoria ſic ſolum in animalibus reperitur mas & fœmina, & non in plantis. Ex his facile patet conſilium tantorum virorum, qui enim negant ſexum in plantis, ſexum ſumunt vniuoca ratione,qui illum plantis tribuunt, ſexum ſumunt æquiuoce.

De vtero hic agitur.
De embrionica generatione.

Hæc de . 2. Et de.3.tranſigamus, quòd eſt de embrionica generatione deque fœtus deportatione nec loquemur generatim in omni animalis ſpecie,ſed in homine,ſic enim facile poterimus de alijs intelligere. Medici itaque & aſtrologi pariter conſentiunt embrionicam fœtus generationem non excedere ſpatium duorum menſium, immo maximum tempus dicunt eſſe.45.dierum minimum autem .35. quoniam embrionica generatio maiori tempore quam ſit ſpatium.

Poſitio Aſtrologorum embrionica in generatione.

tium.45.dierum perfici nõ poteſt,nec in minori quam ſit ſpatium.35. Aſtrologi vero in tali embrionica generatione ſeptem perceperunt differẽtias pro ratione aut numero ſeptem planetarum, qui prædominantur illi vnuſquiſque proprie differentiæ. Prima differentia eſt duorum ſeminum conſtantia:qua,videlicet, ſemen maris & fœmine conſtant in vnum. Secunda eſt ſpiritus qui in tali coagulato reſidet, vigoratio, cum enim duo ſemina coagulata fuerint:ſpiritus viuificus.qui membra componit & diſtinguit vires aſſumit maximas,& hæc eſt ſecunda differentia. Tertia eſt formatio trium veſiſicularum pro tribus efficiendis membris,cum enim ſpiritus vires aſſumpſit tres edit veſicas vt tria efficiat mẽbra principalia cor,cerebrum,& iecur. Quarta eſt taliũ veſicarum ad auctio,augentur.n.veſicę eiuſmodi intantum vt membra illa ita efficiantur,vt vitam inde ſuſcipere poſsint.Quinta eſt mẽbrorum æditorum lineatio & nonnullorum extrinſecorum noua æditio. Membra enim quæ ædita erant rude,diſtinguuntur & lineãtur atq; pulchra fiũt. Sexta eſt oculorum aurium & inſtrumentorum ſenſuum formatio. Septima eſt humoris creatio,oportet enim humorem effici aliquantum, vt membra formata vitam & animam recipiant. Prima differentia duobus circiter diebus perficitur dedicaturq; Saturno.Nam Saturnus ſua frigiditate atque ſiccitate in ſeminibus influxis ſemina coagulat,illaq; cõſtare facit. Secunda ẽt q̃ duobus circiter diebus agebaẽ, datur ioui qui benefica ſua caliditate ſpiritum in ſeminibus contentum vigorat,ad auget atq; coaleſcit.Tertia quoque quæ diebus etiam circiter duobus eſurgebat, aſcribitur marti, qui calore ſuo efferueſcente ad æditionem veſicorum promouebat. Quarta q̃ tribus circiter diebus conficitur,ſoli imponitur,qui ſuo viuifico in calore,veſicas pro vitæ capacitate increſcere facit. Quinta quæ.9.agitur diebus veneri annuitur,quæ ſua virtute amicabili membra liniat,& pulchra facit. Sexta quæ.12. accumulatur diebus aſtipulatur Mercurio,qui ſcientiæ, & loquelę atq; cognitionis dominus exiſtit:hic.n.ſua vix oculos & ſenſoria adminiſtrat. Septima quæ quinq; vel pluribus diebus æditur,lunæ committitur, quæ humorem efficit pro animatione aptũ, & ſic embrionica generatio diebus completur.35.circiter,vel maiori ſpatio vſq; ad.45. ſi vltimam differẽtiam luna ageret in diebus.15.qua perfecta anima accedit in corpus iuſſu Dei vt dicit Ariſt.animaduerſione dignum ꝙ non eſt credendum planetas agere has ſeptem differentias per ſe abſq; cauſis ſecundis,ſed eſt intelligendũ virtutem ſeminalem in ſeminibus contentã facere hæc ſeptem opera virtute ſeptem planetarum. Ver.g.coagulationem efficit virtute Saturni, atq; vt illius inſtrumentum vigorem ſpiritualem virtute Iouis, & vt illius inſtrumentum, & in cæteris id genus eodem modo.

Prima differentia eſt diebus duobus.

Secunda. 2.

Tertia. 2.

Quarta.3.

Quinta. 9.

Sexta.12.

7.5.vel.15.

Confutatio.

Sed hæc aſtrologorum poſitio nec ratione, nec obſeruatione fulcitur,ex quibus.n.obſeruationibus talem finxerint poſitionem ego neſcio:ratione etiam carẽt, quia peripatetici ſoli duntaxat embrionicam generationem tribuunt,Sol enim & homo generant hominem: vnde Ariſt.primo de generatione animaliũ authoritate Anaxagore facit ſolem omnium patrẽ, ꝙ nõ feciſſet niſi ſol tantum embrionicam perficeret generationem.Ptolo. non minus philoſophus quam aſtronomus in ſuo centum enumeratorum lib. numerato. 86. inquit,Sol eſt fons vitalis potentiæ,luna naturalis & ſenſus eſt vt Porphy.exponit in eruditionibus ſuis ꝙ virtute lune potẽtia ſeminalis naturaliter embrionẽ format pro animatione recipienda,ſolis autẽ virtute vitam & animationem præbet formato ipſi embrioni, eſt enim luna fons naturalis potentiæ, qua embrion formatur à ſeminaria vi, quaque enutritur & vegetaẽ, eo quia humore embrion formationi reditur aptus & humore enutrimur, cuius luna ipſa abundat,Sol autem vitalis,qua embrion viuificatur:& animatur, eo quia calore viuimus, quo Sol exuperat,recte igitur Ptolo.vim naturalem præbet lune,qua embrion formetur,& enutriatur,vitalem Soli qua viuificetur & animetur. Quare cum embrionice & generationis duæ ſint præcipue differentiæ, videlicet,embrionis formatio, & illius viuificatio ſiue animatio:Sol & luna in embrionica generatione tantum præerunt,luna formationi, Sol animationi, debes ſcire chaldæos trãſlatores huic Ptolo.enumerato multa addidiſſe,quæ grææ ſcripta non ſunt, nec à græcis interpretibus tacta,vt ꝙ Saturnus eſſet fons potentiæ retentiuæ. Iuppiter auctiue. Mars iraſcibilis. Venus concupiſcibilis. Mercurio diſſertiuæ, quæ vt dixi nec grææ ſcribuntur,nec græci interpretes tangunt.Ptolo.n. Solem duntaxat & lunam accepit,vt dictum eſt. Quibus patetq; temulenta ſit hæc aſtrologorum fictio, propterea cum medicis videtur nobis eſſe dicẽdum ſummum atq; maximum tempus dicte embrionicæ formationis eſſe dierum.45.minimum.35. mediocre eſſe inter hæc, cã autem ex luna redi põt,quia.30.circiter diebus luna redit ad coitũ quinq; ſunt,quibus ipſa vires habet proprias non à Solis fulgore impeditas, & hac ratione minimum tempus fuit dierum circiter. 35. quia tanto dierum numero luna à primo coitu ad ſuas redit vires, aut fortaſſe quia tanto dierum numero luna à viribus,quas ante primum congreſſum habebat redit in vires, quas poſt congreſſum ſecundum habebit, & plus & minus pro ratione ſuæ velocitatis & tarditatis: & pro ratione aſpectus,& miſture,quos cum cæteris planetis tenebat hora qua vir ſemen emiſsit. Fauet huic, obſeruatio medica,nam obſeruato die conceptionis nunquam embrionem completum minus quam in.35. dies viderunt, bene tamen incompletum nonnunquam viderunt infra.35.diem in.45.die ſemper completum obſeruarunt. Quare minimum tempus embrionice generationis erit ſpatium.35.dierum quia minori illo nunquam embrionem completum obſeruarunt,maximum vero eſt ſpatium.45.dierum,quia in illo nunquam viderunt ipſum niſi completum, inter hæc vero tempora & completũ, & incompletum obſeruarunt. In tali autem embrionica generatione in.35.diebus ad minus conſtituta videntur quatuor notabiles differentiæ.Prima eſt, qua vis ſeminaria veſicas format tres pro tribus præcipuis membris edendis,quæque ſpatio circiter,ſex dierũ menſuraẽ. Secunda eſt quam embrionica maſſa rubicat atque ſangueſcit,vt nutrimentũ redatur melius ac melius,& hæc nouẽ diebus agitur,qui ſi diebus primæ differentiæ adduntur,numerus excreſcens erit. 15. Tertia differentia eſt in qua ſeminaria vis cætera membra ædit, vt neruos oſſa,& cætera id genus,& hæc.12.diebus perficiẽ.Quarta eſt in qua omnia membra figuris & lineationibus diſtinguũtur vt animationis redantur apta & hæc.18. diebus completur,quibus oĩbus congregatis numerus excreſcens erit dierum.35.hoc.n.ſpatiũ embrionice generationis minimum eſt,& tanto aĩa accedit in corpus & non in minus. Fuerunt aũt dr̃iæ iſte quatuor: quia cũ luna exit à Solis congreſſu quatuor habet notabiles cõ-

Quæ ſtella præſint embrionicem generatio.

Luna præeſt generationi embrionica, & de embrionica generatione ſecundum veritatem.

Obſeruatio medica.

Differentiæ embrionica generationis.

Quare quatuor differentiæ.

ſigurationes, quadrangulum ſiniſtrum, oppoſitionem ſiue diametrum, quadrangulum dextrum, demum congreſſum, nec mirãdum eſt ſi dies quibus luna quatuor has habet differentias, non correſpondẽt diebus: q̃bus dñię embrionicæ generationis hñtur, quia ſtelle agunt in nos pro capacitate nr̃a, cum. n. materia embrionica non ſit acta aliter differentias illas ſubire quam illis ſtatutis tẽporibus, hac ratione luna pro illius natura quatuor differentias efficit in embrionica generatione canũ forte alijs tp̃ibus dñias illas cõpleuit, quia non aliter materia embrionica illorum potuit illas recipere, & ſic in cæteris id genus. Quare differentias quatuor luna in omni generatione embrionica efficit, quia quatuor cũ ſole differentias habet: non aũt in omnibus pro ſimilibus temporibus, quia materiæ non ſunt in ſimilibus tẽporibus illarum capaces. Has quatuor differentias docuit obſeruatio quam medici de abortiuis habuerunt, nonnunquam. n. ab ortum obſeruarunt à conceptione in. 6. die, & nihil niſi veſiculas inuenerunt in illo, interdum. 15. à conceptione abortum viderunt, & nihil plus in embrione cognouerunt niſi ruborem & ſanguinem, & in cæteris eadem rõne & via fecerũt quæ obſeruatio docuit differentias illas quatuor in tota embrionica generatione videri, & non plures viſu notabiles. Sunt ẽt & peritiſsimi medici, qui miſcendo obſeruationes cum aſtronomis rationibus, dicunt minimum tempus generationis embrionice eſſe dies. 30. maximum autem dies 45. inter hæc media eſſe. 35. & cætera. Nam ſub dñio Saturni virtus ſeminaria primis ſex diebus edit ipſa principalia membra atq; vmbilicum: & confuſe quidem nihil nutrimenti è matrice ipſa petendo, cum nondũ ſit nutrimenti indigentia. Sub dñio Iouis virtus ipſa componit, & alas pectoris cõficit tribus fere diebus, quos cũ prioribus aggregando ſunt nouem. Sub dñio martis virtus eadem cõcoquet, rubicat imprimendo calorem, & ſanguinem facit ſex circiter diebus, quos cũ ſuperioribus congregando, ſunt. 15. Sub dñio ſolis ſanguis efficit caro circiter. 12. diebus, quos aggregando cum prioribus ſunt. 27. Sub dominio Veneris virtus tranſmittit humorem ad nucam, & nuca æditur tribus fere diebus, q̃ cum prioribus faciunt. 30. ſub dñio Mercurij quinque diebus virtus effici ſenſus, ſenſoriaque illorum, qui cũ prioribus ſunt. 35. Demum. 15. alijs diebus ſub lunæ denominatu virtus diſtinguit, ædit, perficit, & totum corpus animatione redit capax, atque aptum, & ita maximum tempus eſt. 45. diebus verum quia virtus nonnunquam hæc opera accelerat, retardet interdum: fit vt minimũ tp̃s dictæ generationis ſit. 30. dierũ interdũ. 35. interdũ aliter. Minus aũt. 30. diebus nunq̃ obſeruatũ eſt embrionem fuiſſe perfectum, nec nõ fuiſſe ꝑfectũ. 45. diebus, quare maximum eſt. 45. & minimum. 30. Hæc iuniores. Sed vt dictum eſt, tota embrionica generatio eſt à luna, & quia luna. 30. diebus totũ peragrat Zodiacum, eſſe poteſt vt minimum tempus ſit pro lunæ peragratione. Maximũ autem eſſe poteſt pro lunæ miſtione cum cæteris ſtellis, proq; eius velocitate, atq; tarditate, redit enim luna ad illud ipſum ſignum, ꝙ tenebat die cõceptionis in. 3. diebus, verum ſi illo die tarda erat & cum tardis, & tepedantibus ſtellis miſta, tarda eſt cã generationis embrionicæ ita vt. 45. diebus poſsit tardari generatio embrionica hanc ob cauſam. Hæc de embrionica generatione. Et de ipſa embrionis de portatione: hoc eſt de tempore, quo fœtus in vtero geſtatur, agamus. Aſtronomi itaque dogma Hermetis imitati

Obſeruatio medica.

Hæc poſitio eſt iuniorum medicorum Gilbert. & Michae.

Quid de hac poſitione.

Poſitio aſtronomorum de tempore quo fœtus geſtatur in vtero que eſt Petoſiris & Hermetis.

geſtandi fœtus triplex tempus conſtituũt, minus, medium, maius. Nam alij breuiori, alij productiori nonnulli medio quodam inter hæc tempore naſcũtur: hoc tempus geſtandi triplex, moram triplicem imperiti appellant, verius manſio dicenda eſt, manet enim fœtus in vtero, non autem moratur, conſtituunt vero has tres manſiones pro loco lunæ, quem tenet hora genituræ, vbi nãque genituræ tẽpore luna tenuerit partialiter gradum occidentem, manſit fœtus in vtero per manſionẽ minorem, quæ eſt dierum. 258. ſi tenuerit eodem genituræ tempore partiliter gradum orientem, manſit in vtero per manſionem mediam, quæ diebus cõſtat. 273. ſinautem luna tenuerit vltimum gradũ ſextæ domus, hoc eſt gradum q̃ eſt ante gradum occidentem eodem genituræ tempore per manſionem ſtetit fœtus in vtero maiorem, quæ diebus conficitur. 288. Mouentur viri iſti hac cauſa, ꝙ pars ſuperior hemiſpherij calidior eſt, atq; magis actioni & virtuti apta, regio inferior eſt imbecillis, atq; actioni inepta. Quare cum luna genituræ tempore tenuerit ſuperiorem cœli regionem fœtus celerius æditur, cũ inferiorem tardius, quo fit vt cum ipſa ſit in occaſu ſuper terram fœtus editur minori tempore, eo quia occaſus finis eſt temporis, cũ in ortu medio tempore editur, quia principium eſt temporis, cum in vltimo gradu ſextæ domus maiori tempore (quia ſub terra) editur. Nec credendum eſt his manſionibus partiliter fœtum ſtetiſſe in vtero: non enim luna ſemper aliquem horum locorum tenet. obſeruauimus enim genituras: in quibus luna nullum horum tenuit, & hac ratione fit, vt ſint plures aliæ manſiones inter has mediæ, per. 30. dies variabiles quatenus inter minorem & maiorem manſionem differentia eſt. 30. dierum: vnde cum luna tenet geniture tempore regionem cœli ſuperiorem, & ſit inter ortum & occaſum, mãſio nec fuit maior, nec minor, nec media, ſed maior minore, & minor media, pro quantitate partium cœli, qua elongatur ab occaſu, cum vero tenet cœli eam regionem. quę eſt ſub terra, manſio fuit maior media, & minor maiore ꝑ quantitate elongationis ab ortu. Sed pace tantorum dixerim, hæc obſeruatio nec eſt aſtronomica, nec medica, nec naturalis. Quod quidem non ſit aſtronomica, declaratur primo, quia tempore conceptionis non ſemper vnus, idemq; planeta principatum ſibi aſſumit. Saturnus enim ſi principatum in conceptione aſſumpſerit, cum ſtella eius tarda ſit, atque difficilis partum ipſum perſępe moratur. Mars ꝙ præcipitantior ſit, propter calorem, citius præſtat omnia. Iuppiter & Venus propter inſitam moderationem cunctis moderatur. Mercurius ſuapte natura feſtinus & agilis, facile in aliorum ſeſe naturam vertit. Secundo vt aſtronomi fatentur, ſint duæ fœmellæ, quarum altera è genitura partus habuerit difficultatem, altera vero facilitatem, & ambæ vna partili hora concipiant, cõſtat tunc manſiones fœtus eſſe inequales, vbi tamen luna conſtituebatur ęqualiter in conceptione vtriuſque. Quod vero non ſit medica declaratur: quia dato quòd ambæ illæ fœmellæ eadem hora concipiant, tunc per medici auxilium non poſſet altera facilius, altera difficilius parere, quod eſt friuolum, & contra omnium medicorum decretum, q̃ docent auxilia, quibus partus facile edantur. Quod demum hæc poſitio non ſit naturalis. deducitur, quia ſint illæ duæ fœmellæ eadem hora concipientes in complexione & habitu corporeo diſſimiles, vt altera ſanguinea robuſta. Altera flegmatica imbecillis. Amplius altera ex

Confutatio.

ra ex ſemine concipiat potenti, ex imbecilli altera patet tunc manſiones non equales eſſe, vbi tamen luna conſtituebatur equaliter in conceptione. Quare poſitio hæc friuola eſt, nullam habens rationem.

3. Aſtronomorum poſitio vt Alkabitij.

Alij aſtronomi quorum eſt Alkabitius aliam fingunt poſitionem de manſione. Nam volunt planetas in tota ipſius fœtus geſtatione vim habere, non tamen omnibus immenſibus, ſed vnumquemq; in ſuo. Saturnus quidẽ primo ipſo in mẽſe fœtui præeſt, ꝙ virtus ſeminaria ſemina coagulat, compingit: indurat. atq; figit, quæ non ageret niſi iura Saturni ſortiretur. Secundo menſe Iupiter fœtui præeſt, ꝙ fœtum ipſum viuificat, ſpiritus vitabiles procreat, & membra vigorat, quæ virtus ipſa non ageret, niſi iura Iouis nata eſſet. Tertio menſe fœtui pˀeſt mars ꝙ virtus ipſa iura Martis accipiens priora membra tria confuſe edita colare martio diuidit, caput è cæteris mẽbris ſeparat, brachia, & crura ſecernit. Quarto menſe fœtui præeſt ſol, ꝙ virtus ipſa luce & calores ſolis viuifico è corde alijs membris ſenſus, & motus & vitam mittit, mouetur enim fœtus quarto ipſo in menſe, & ſentit. Quinto menſe fœtui præeſt Venus: ꝙ virtus coaptat viridia, muliebria, pedes, digitos, nares, os, & omnia veneria. Sexto mẽſe fœtui præeſt Mercurius, ꝙ virtus ipſa Mercurij vires ſuſcipiens vocis & loquelæ inſtrumenta componit, ſupercilia & oculos efficit, capillos & vngues agit. Septimo menſe fœtui præeſt luna, quatenus humore lunę virtus ipſa vacuitates fœtus omnes replet & ſic fœtus completur, atq; perficitur. Qua ratione fit vt ſeptimenſtris partus vitalis ſit, quia luna benefica eſt, & humore ſuo vitæ conducit. Octauo menſe fœtui pˀeſt Saturnus, quia per reuolutionem. 8. loco ſuccedit, & hac ratione octimenſtris partus non eſt vitalis, quia vt aiunt planetarum nonnulli ſunt vitæ amici ſm ambas qualitates, nonnulli ſm alteram tantum, nõnulli ſecundum ambas vitæ contrariantur. Secundum ambas quidem vitæ amici ſunt ſol Iupiter, & Venus. Secundum alteram tantum Luna Mercurius & Mars. Contrarius ſecundum ambas eſt Saturnus, & quia. 8. menſe ad Saturnum dominium reuertitur, qui ſecundũ ambas qualitates vitæ contrariantur, octimenſtris partus vitalis eſſe non poteſt. Nono vero menſe, quia dominium redit ad Iouem, qui eſt vitæ amicus ſecundum ambas qualitates, fœtus æditus vitalis eſt, niſi alia aduerſentur. Non eſt alienum partum poſſe eſſe vitalem. 10. menſe, quòd tunc mars redit in dominium, qui ſaltem per alterã qualitatem vitæ non eſt contrarius. Nec eſt alienum. 11. mẽſe poſſe partum eſſe vitalem, quia ſol redit in dominium qui etiam per ambas eius qualitates vitæ eſt proficuus, Duodecimus menſis eſt etiam vitalis, quia redit Venus ſecundum ambas amica vitæ. Decimuſtertius etiam eſt vitalis, quia Mercurius redit ſecundum alteram amicus vitæ. Decimuſquartus etiam eſt vitalis, quia dominiũ redit ad lunam quæ vitæ eſt benefica ſuo humore. Decimuſquintus vero vitalis eſt nunquam, quia tunc dominium redit in Saturnum, qui per ambas eſt vitę contrarius, vt dictum eſt de. 8. mẽſe.

Confutatio.

Sed hæc poſitio eſt benefica, nullum tamen fundamentum habens. Primo quare principium totius geſtationis è Saturno acceperunt & non à luna, non enim à Saturno initium geſtationis eſt ſumendum, quia ſua frigiditate & ſiccitate coagulat, nam ſicut ſine ſiccitate non eſt coagulatio, ſic ſine humore minime eſt, & ſic non magis Saturnus præerit. primo ipſo in menſe, quam luna, nec à Saturno, quia primus eſt, prior enim quo ad nos eſt luna, & ſenſibilior, ſenſibiliores vires afferens nobis, quare è luna magis erit geſtandi initium. Secũdo cum Saturnus primo mẽſe per ambas qualitates vitę præparet coagulando ſemina, & coinſpiſſando cur. 8. menſe per ambas aduerſaſ, non enim idẽ agens poteſt alicui conducere, & aduerſari per eaſdem vires, quare cum. 1. menſe vitæ pręparet coagulando, & coinſpiſſando ſemina per ambas, per illaſmet ambas non poteſt. 8. menſe vitæ aduerſari. Tertio ſcribit Auic. in Hiſpania inueniri fœminas, quæ. 8. menſe victuros pariunt & Ariſt. ſcribit illas ẽt inueniri in Ægypto, vbi patet tunc Saturnum vitæ non aduerſari, qui tamen dominium. 8. menſe ſortitur non minus in illis, quam in cæteris. Et hac de cauſa nonnulli opinantur fœtum. 7. menſe conari vt egrediatur, tum quia perfectus eſt, tum quia menſis ille criticus eſt, ceu dies ſeptimus in acutis morbis, & cum eo mẽſe ad egreſſum conetur, fœtus ipſe obleditur ob eum conatum.

Quare octimẽſtris non viuit.

Quare ſi octo egreditur, vtpote nondum reſtitutus ſuæ incolumitati, viuax eſſe non poteſt. Sed poſterius rẽ hanc diligentius explicabimus. Quarto aſtronomi quorum princeps eſt Ptolomæus voluerunt Saturnum, & Martem ſtellas eſſe maleficas, & anæreticas, hoc eſt interfectiuas quia aſpectu, & corpore pernecant, cum aphęta hoc eſt emiſſor vitæ ad ipſorum corpora, vel aſpectum inambulat, & hoc eſt decretum omnium aſtronomorum, qui in re vitæ ſcribunt. Quare ſi octimenſtris partus non viuit, quia menſis ille dicatus eſt Saturno, minime viuet qui. 10. exoritur menſe, quia is menſis tributus eſt Marti, qui pernecat corpore & aſpectu. vt Saturnus, & ſic poſitio nulla, nec valet dicere Martem non pernecare fœtum decimenſtrem, quia vitę aduerſatur per alteram tantum qualitatem, quia ſi non aduerſatur fœtui, minime aduerſabitur ipſi nato. Quare ſi nato aduerſatur (vt dicit Ptolomæus, & cæteri aſtronomi) etiam fœtui aduerſabitur, & ſic. 10. menſe nemo victurus eſſet fœtus. Quinto aſtronomus nihil dicit, quod non obſeruatione didicerit, modo non video qua nam obſeruatione rem hanc potuiſſent depræhendere, comperi. n. ego nõ ſemel in primo menſe Saturnum male affectum fuiſſe, & fœtum nullam paſſum eſſe leſionem, in reuolutione menſurna obſeruarũt Iouem damnatum, qui tamen. 2. menſe nihil mali fœtui obiecit. Quare poſitio hæc friuola eſt, & voluntaria.

Poſitio medicorum.

Medici vero dicunt tempus geſtandi fœtum non eſſe ſtabilitum, ſed correſpondere tẽpori generationis embrionicæ ſecundum proportionalem rationem, ſunt. n. tria tempora in ipſa geſtatione. Primum eſt tempus embrionicæ generationis. Secundum eſt tempus motus fœtus. Tertium eſt tempus ortus, correſpondent autem ſibi hæc tpa ſecundum proportionẽ hoc pacto, ꝙ tempus generationis embrionicę eſt primũ, triplũ ad hoc eſt tp̄s motus. Triplũ ad hoc ſecũdũ, vel duplũ ſexquitertiũ eſt tp̄s ortus. Verbi cã, ſi tp̄s generationis embrionicæ ſit menſis, tempus motus erũt tres menſes, tribus enim menſibus mouetur fœtus, duplum ſexquitertium ad tempus motus eſt tempus ortus, ſeptem enim ad tria proportio eſt dupla ſexquitertia & hoc. 7. exoritur fœtus interdum, triplum etiam ad tempus motus exoritur fœtus, vt. 9. menſe, nouem enim ad tria proportio eſt tripla.

Excerptum.

Ex his concedunt. 8. menſem, & 10. & 11. eſſe vitali, vtpote quãdo tempus generationis embrionicæ ſit. 35. vel 45. dies, vt patet ſupputando proportiones. Hæc ex Auic. colliguntur. 9. de animalibus lib.

Poſitio iſta refellitur.

Sed tametſi hæc poſitio vera ſit, tamen nuda eſt & nullam rationem abtulit de tali proportione, ꝙ. n. tẽ-

pus motus debeat eſſe triplum ad tempus generationis embrionicæ,& ꝙ tempus ortus duplum ſexquitertium ad tempus motus,nullam video rationem ex rei natura. Quare ex his videtur mihi rationem geſtandi eſſe nanciſcendam ex ſola,generatio enim embrionica lunæ data eſt ob illius celeritatem, geſtatio ſoli tribuẽda eſt,eſt enim ſol fons caloris & vitæ, vnde ſol, & homo hominem generant,eſt hominum pater eſt etiam cã criſium tardarum.Quo fit vt partus ſit vitalis atq; naturalis.7.menſe.9.menſe.10.menſe & 11.menſe,rationẽ aũt aſſignamus ex his,quæ Ptolomæus dixit in re vitæ,quia 7.menſe ſol decurrit per. 7. ſignum ab eo quod tenuit in conceptione.conſtat autem. 7. diametrum eſſe primo ſigno,& cum partus ſit quaſi criſis geſtationis, fit vt.7.menſe vitalis ſit partus,eo quia ſol venit in diametrum ſigni,quod tenebat in cõceptione. Amplius.7.ſignum ſeptimam conſtituit domum imperfectione cõceptionis.Septima autem domus vitalis eſt, & aphætica,quia ſuper terram habetur, ſuperior enim regio lumine,& calore ſolis & ſtellarum vitalis eſt, inferna minime,vt Ptolo.tradit,vitalis eſt menſis nonus. quoniam ſol cum venit in ſignum,quod nonam cõſtituebat domum imperfectione conceptionis, in triangulũ venit, & ſuper terram,quia in dextrum eius,ſignũ enim. 9. eſt ſigno ſolis triangulum, eſt etiam ſuper terram & dextrum,& ita menſis nonus vitalis eſt. Decimus menſis rurſus vitalis eſt,quod ſol venit in ſignum quadrangulum à ſigno quod tenebat ſol eſtq; in figura profectionis ſuper terram & dextrum. Vndecimus etiam menſis vitalis eſt:quod ſol venit in ſignum ſexãgulum à ſigno, quod tenuit in conceptione ſol, eſt etiam ſuper terram & dextrum,in figura profectiõnis. Octauus,& duodecimus licet ſint ſuper terram & dextra. vitales non ſunt quoniam ſigna quæ tenebant. 12. & octauam domum in figura profectionis conceptus,nullam cum horoſcopante ſigno rõnem habent. Quintus menſis,& quartus, & tertius vitales non ſunt,licet ſigna tertiæ & quartæ & quintæ domus rationem habent cum ſigno ꝙ ſol tenebat in conceptionis tempore,quoniam in figura profectionis ſigna hæc domicilia conſtituunt ſubterranea,q̃ vitæ non conueniunt, vt dicit Ptolomæus. Secundus menſis & ſextus vitales non ſunt,quia ſigna per quę ſol peragrat his menſibus nullam cum ſigno,quod ſol tenebat in conceptione configurationem habẽt,ſunt præterea ſubterranea,& ſiniſtra.Medici igitur ſi obſeruationi tantum innitantur,puri voluntarij ſunt, quare miſcendo medicorum obſeruationes, cũ rationibus aſtronomicis perficitur ratio.Ex his ſequitur. Primo ꝙ octimenſtris partus non poteſt eſſe vitalis primo ratione naturali,quam Hippocrates tradit in lib.de octimenſtri partu,ꝙ videlicet. 8. menſe difficilis ſit vtero geſtatio, tunc enim grauius ſeſe habent prægnantes, & in matrice neſcio quæ patiuntur grauia & incommoda, quare eo mẽſe ſi pariant duplici labore oppreſſe partus, videlicet,& ęgritudinis,infirmæ fiunt vnde neceſſario ipſe fœtus imbecillior factus,raro diu viuit,aſtipulatur huic rei ꝙ ſi quæ inueniuntur vegetiores,validioreſq; fœminæ,ſolent.8.menſe parere victuros,quales in Hiſpania, & in Ægipto ſunt fœminæ,vt diximus. Sed licet hæc Hippocratica ratio pulchra ſit, non tñ ſatisfacit acutiori ingenio,exquiret enim acutior.Quam ob cauſam.8. menſe grauia illa incommoda exoriantur, & non. 7. & non.9.Medico.n.ſat eſt obſeruatio, ſed rationalis diligentius perquirens.dicet eo menſe emergi hęc incommoda vuluæ,ꝙ menſe.8.ſol deuenit ad ſignum lætale, eſt.n.8.ſignum ab eo quod ſol tenuit, cadens in domo mortis,hac ratione emergunt iſtec grauia,ꝙ. 8. ſignũ morti accommodatur, & propterea ingraueſcit geſtatio,& redditur menſis ille letalis.Secundo ſequitur. 12. menſe fœtum nullum eſſe victurum, quia ſol deuenit in.12.ſignum ab eo,quod tenuit in profectione,at.12.ſignum licet non ſit letale,eſt tamen maleficum,quia carcerum,ruinæ,& malorum,& hac ratione niſi vigor parientis conſeruet,efficitur vitalis nunquam.13. menſe ſi vitalis ſit partus,eſt quia ſol redit ad ſignum,quod tenebat in conceptione,quod ſi præparabat vitæ,nõ eſt fas, vt vitæ rurſus aduerſetur. Decimuſquartus menſis non eſt vitalis,cum ſol redeat in ſecundum profectionis ſignum,quod ſub terra eſt, & nullam cum primo rationẽ habet,poteſt tamen fœtus viuere ſi hoc menſe ædaẽ robuſtitate atq; vigore parientis, vt dictum eſt, vltra hunc menſem non repertum eſt, viuere nec fœtum vllũ edi,quoniam ſpecies humana vltro nõ parit, recte propter hæc Plinius ſentit dum ait cæteris animalibus ſtatutum & pariendi,& partus egerendi tempus ſit, hõ vero incerto gignitur ſpatio.hæc de homine. De geſtatione cæterorum animalium facile quis poterit per hæc tranſigere quæ nos ad tempus differimus.nobis.n.de homine dicere ſat ſit hæc de geſtatione & de cauſis quæ maſculizant,quæque fœmininẽſcãt,agamus. Medici dixerunt cauſas maſculinitatis eſſe plures. Prima eſt ſeminis caliditas,quia à viro calide complexionis calidum deciditur ſemen. Secunda eſt quantitas eius,maio.n.ſeminis quantitas requiritur pro maſculinitate,quam pro fœminitate,nam maſculus plerunque eſt fœmella maior. Tertia eſt mundificatio mulieris à menſtruis.R emanet enim ſic ſemen purius & calidius, & ſic maſculinum. Quarta eſt ꝙ ſemen è deſtro decidatur teſticulo, eo q̃a teſticulus dexter calidior eſt ſiniſtro, eſt etiam concoctius,& denſius,ſignum affert Ariſt.ex eo quia paſtores dum ex vaccis aut ouibus maſculos cupiunt,ligant ſiniſtrum teſticulum aut Tauri,aut Arietis. Quinta quòd ſemen proiectum cadat in dextrũ matricis, eo quia dextrum eſt ſiniſtro calidius.Propterea docent medici mulierem dum coit cum viro iacere ſuper dextrum, & poſt concubitum dormire ſuper dextrum. Sexta eſt caliditas ſpermatis mulieris,cum enim eſt calidum, facit ad maſculinitatem. Septima eſt regio,& ventus,ſeptemtrio enim & ventus ſeptemtrionalis calefaciendo interiora per antiparaſteſem,calefaciunt fœmina, & ſic maſculeſcunt,ſignum autem eſt incolentes ſeptentrionem abundare in maſculis incolentes auſtrum in fœmellis. Octaua eſt ætas nam virilitas eſt melior ad mares procreandos,quam ſenectus, vel pubeſcentia. Nonnulli (quos Auic.refert)dixerunt tempus generandi maſculos eſſe poſt menſtrua ad diem.5.à quinto vero ad octauum vſq; eſſe fœmellarum,ab octauo ad vſq; vndecimũ eſſe maſculorum,hinc ad finem eſſe hermophroditum huius obſeruationis vel traditionis nemo potuit cauſam afferre,ſed quicquid ſit, videtur mihi hos velle vnã tantum eſſe propriam & per ſe cauſam maſculi vtpote caliditatem ſeminis,nam ſi vera eſt illa opinio ꝙ maſculus eſt fœmina calidior & ſiccior, immo frigidiſsimus maſculus, eſt muliere calidior, tunc vna ſola eſt cauſa maſculi,videlicet caliditas ſeminis,ſiue ex parte ſeminis viri,ſiue vtriuſq;,cum enim complexio ſeminum vergit ad calidum & ſiccum,tunc mas procreatur,cum autem vergit ad frigidum,& ad humidum,procreatur fœmina,

cauſæ

Poſitio propria.

Quare octimẽſtris partus nõ viuit.

Qualis hippocratica ratio.

Ratio aſtronomica.

De cauſis maſculi & fœminæ.

Alia poſitio.

cauſæ vero prædictæ adiuuant ad calefaciendum ſemina, vt quantitas ſeminis viri, mũdificatio, deciſio è dextro latere, receptio in dextrum matricis, caliditas ſeminis fœmellæ, & regio vel ventus. hæ enim omnes calefaciunt ſemina, vt eorum complexio reddatur calidior & ſiccior, quia ſic maſculeſcit, cauſa autem huic cõtraria eſt fœmellæ, & ita cauſæ fœminineſcunt.

Signa conceptus. Afferunt autẽ medici & inditia conceptus, & indicia ſexus, concepit enim mulier ſi mammarum capita contumeſcunt, & in colore mutentur. Secundo ſi oculi eius concauentur. Tertio ſi vultus acuetur. Quarto ſi pupilla oculorum diaphaneſcat: atq; clara ſuperappareat. Quinto ſi albũ oculi plenum & denſum efficiatur. Sexto ſi corpus imbecille reddatur: adſunt alia ſigna plurima, & à caſibus & ab exeũtibus, & à qualitate mutata, & ab eſſentia collecta, quæ medicis omittantur.

Signa maſculi. Indicia vero maſculi ſexus ſunt. Primo ſi venter rotundus & formoſus efficiatur. Secundo ſi mammarum capita rubicent. Tertio ſi color mulieris ſplendidus & bonus fuerit. Quarto ſi lac denſum & coagulatum ſpectetur, vt quando ſuper ſpeculum proijcitur in ſole & per ſpatium horæ colligatur, vt margarita, plurima alia adderem, ni medicus, & non metaphyſicus viderer.

Inditia maſculi futuri. Tamen addunt ſigna futuri maſculi quæ colligunt à partu, nam ſi in capite nati fœtus corona capillorum cernitur, alium naſciturum portendit, & ſi duas coronas videris, duos præſagias naſcituros. Præterea in longitudine vmbillici ex parte matricis nodos, vel ſpinã videris: maſculos dic naſcituros, & quot fuerint, tot dicas, ꝙ ſi nullos videris. Amplius nullos pariet.

Inditia fœmellæ. Fœmellæ indicia ſunt plura, ſed precipua ſunt vt venter ſit latus oblongus, & turpis, vt color ſit fœdus, & maculoſus: vt capita mammillarum ſint nigra, vt lac ſit liquidum & fluidum, tu vero perquire alia plurima, ſed ſcias indicia maſculi eſſe ea omnia, quæ ſuper caliditatem, fœtus arguunt: quæ autem ſuper frigiditatem, eſſe indicia fœmellæ.

Hermophrodita quando. Ex his apparet Hermophroditum effici, quoties ſemina ſubeunt complexionem vtriuſque ſexus, licet ſemper altera diſpoſitio ſuperexcellat.

De gemellis. Gemellorum duplex eſt cauſa apud naturales. Prima eſt ſuperfœtatio, quia etſi vulua hoc eſt matrix claudatur poſt concepti coitus, tamen oblectatione noui ſeminis: nonnunquam rurſus aperitur, & ipſum deglutit, ceu ſtomachus qui poſt cibum clauditur, tamen noui cibi oblectatione aperitur rurſus, ſunt etiam nonnullæ luxurioſæ mulieres vt Auicen. & Gal. & Ariſtotel. narrant, quarum vuluæ non clauduntur poſt conceptum ſemen, & iſtæ plurimum ſuperfœtant, verum debiles pariunt fœtus, aut aboriuntur. Secunda cauſa eſt diuiſio ſeminis in multas celulas, vnde obſeruauit Petrus apponenſis in villa ſua mulierem ſeptem embriones fuiſſe æditam, quorum quilibet mouebatur. Albertus vero narrat medicum compatrium ſuum ſibi narraſſe mulierem germanam peperiſſe. 60. fœtus, & in ſingulo partu quinque, quorum nullus venit ad anni ætatem. Auicenna narrauit vidiſſe abortum de. 20. figuratis.

Miracula Alber. Idẽ Albertus narrauit dictum medicum vidiſſe. 150. ſimul, quos lumbricos putabat eſſe æditos è matrice, at cum tela detegebatur, inſpexit eſſe pueros quantitatis auricularis digiti, & vidit eorum plures moueri dilatatione & conſtrictione. Amplius omnes clauſos oculos iacere, & multa alia ſigna vitæ de monſtruoſis partibus dictum eſt, diligenter in ſecundo libr. auſcultationis phyſicæ. Hæc me dici.

De cauſis aſtronomicis. Verum cauſæ non ſufficiunt, nec hæc ſigna valent vt dicit Ariſto. Nam ſi caliditas ſeminaria ſit maſculi, & frigiditas fœminæ, interdum obſeruatum eſt fœminam eſſe ortam omnibus illis cauſis maſculi exiſtentibus, contra autem interdum fœminæ cauſis exiſtentibus fuiſſe ortum marem, & propterea oportet perquirere altiorem cauſam.

1. poſitio aſtronomorum. Quidam aſtronomi & periti voluerunt cauſam perquirendam eſſe ex luna. Mouet enim luna menſtrua, & mundificatio menſtruorum eſt cauſa fœminæ, & maſculi, vnde è menſtruo in menſtruum tempus eſt quantum è lunatione in lunationem. Quare vt in lunatione ſunt quatuor partes, quas quadras appellant, ſic in menſtruis ſiue in tempore menſtruationis quatuor ſunt partes. Dicunt igitur primos ſeptem dies cum dimidio maſculeſcere poſt menſtrua, quia prima lunæ quadratio eſt maſculina. Septem ſecundos dies cum dimidio fœmineſcere, quia ſecunda lunæ quadratio fœminina eſt. Septẽ tertios dies iterum maſculeſcere, propterea quadratio lunæ illi correſpondens maſculeſcit. Vltima fœmineſcit, quia vltima lunæ pars fœminineſcit.

Confutatio. Sed hæc cauſa friuola eſt, quia obſeruatum eſt contrarium, multæ enim mulieres fœminas ædiderunt, quæ conceperunt primis ſeptem diebus. Præterea in prima lunæ quadratione abundat humiditas, quæ fœminineſcit apud Ptolomæum, & in tertia ſiccitas, quæ eſt qualitas fœmina. quare hæc poſitio nulla eſt.

Poſitio. 2. aſtronomorum. Nonnulli dixerunt marem ædi, quando in partu viget conſtellatio maſculinizans, quando autem viget fœmininizans, fœmina æditur: quæ vero ſit conſtellatio maſculinizans, quæúe fœmininizans, non eſt præſentis indagationis, attinet enim ad aſtrologos.

Confutatio. Sed hæc poſitio nulla eſt, quia nullum poſterius eſt cauſa priores, ante fœtus in vtero fuit maſculus vel fœmina, quam æderetur, igitur cauſæ non ſunt à partu colligendæ, qui eſt poſt maſculi conceptum. propterea quæ colliguntur ex partu ſunt indicia potius fœtus maſculi vel fœminæ, & valent ſi cum cauſis concordauerint in conceptione.

Poſitio Ptolo. Ptolomæus autem aſtronomorum monarcha in tertio apoteleſmaton libro ait, cauſam maſculi & fœminæ eſſe colligenda ex conſtellatione, quæ tempore conceptus viget. Nam ſi illa quidem maſculeſcit, conceptus maſculus ædetur. ſi autem fœminineſcit, conceptus fœmina erit, conſiderat tamen & conceptionem & ortum, vnde in loco prædicto inquit, maxime tamen circa lationis diſpoſitionem colligendæ ſunt cauſæ cœlicæ maſculinæ hoc eſt circa conceptionem, & omnino complete circa eam, quæ conuerſionis eſt, totum enim eſt obſeruandum. ecce quomodo vult vt conſideretur conſtellatio quæ tempore conceptus viget, & quæ tempore partus, vbi nanque ambæ maſculeſcunt, partus maſculus ædetur, vbi autem fœmineſcunt: ædetur fœmina, fieri autem non poteſt vt vna maſculeſcat, & altera fœmineſcat, quoniam ſibi correſpondent, imaginatur enim Ptolomæus aerem continentem alterare ſemen pro qualitate quæ tunc viget cœlica. Nam cum in conceptione viget cœlica vis maſcula, aer ſemen continens, illud facit maſculinum, contra vero ſi viget fœminina vis, illud efficit fœmininum.

Dubitatio contra Ptolo. Sed contra aſtronomorum principem illud mihi ſemper fuit addubitandum, nam videmus vna nocte, vnoque minuto horæ eadem in regione, immo eadem in aula, & forte in eodem lectulo concepiſſe duas fœminas, quarum vna maſculum. altera fœminam peperit, vbi tamen vna eademque

demq; conſtellatio tūc in conceptione vigebat. Propterea mihi viſum eſt duas eſſe cœlicas cauſas conceptionis maſculæ, vel fœminæ: quarum vna colligitur ex conſtellatione maſcula vel fœmina, quæ tunc viget, q̄n ſemen ſpargitur. altera colligitur ex qualitate occulta ſeminis parentum, quæ datur parentibus ab eorum genituris, habet enim hic pater in ſuo ſemine vim occultā generandi vel omnes mares, vel omnes fœminas, vel partim hos, partim illos. Quare nec conſtellatio vigens in conceptione ſufficit, nec qualitas occulta in ſemine contracta in genituris parentum, ſed quando ambæ cō cordauerint, tunc maſculus ædetur, quando vero ambę fœmininefcent, fœmina ædetur, nec eſt hoc alienum à mente Ptolomæi. Ptolomæus enim docet aliquem hominem debere maſculos ædere ab eius natali & docet etiam illud à conceptione, igitur vtrūq; vult eſſe obſeruandū. Ex his apparet error aſtronomaſtrorum: qui p̄ſumunt à natiuitate prædicere ſexum, cum nec ſufficiat illud præſagire à conceptione atq; natali ſimul: de cauſis cœlicis gemellorum, deq; mōſtruoſis partibus omittimus eſſe conſiderandum ab aſtrologis. Hæc de cauſis, deq; toto titulo diſputationis ſatis.

Poſitio propria. — *Error aſtronomaſtrorum.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. SVNT nonnulli qui dixerunt marem & fœminam differre ſpecie accidentali, qua ratione differunt homo Æthiops, & Scytha, Gallus & Gręcus, differūt.n. ſpecie non eſſentiali quidem, ſed accidentali. *Confutatio.* Sed hæc poſitio friuola eſt, nam quæcunq; accidentali differentia differunt, numero & non ſpecie differunt, vt Porphyrius dicit. Præterea tunc homo eſſet genus, quod non eſt auditum. *2. poſitio.* Alij dixerunt marem & fœminam differre materiali ſpecie, non autem formali. Quod quidem materiali ſpecie differunt hoc patet, quia differunt complexione. Præterea hæc eſt poſitio Ariſt. in textu. Quod autem non formali ſpecie differunt declaratur, quoniam omnis differentia ſpecifica eſt per differentias formales & eſſentiales, at mas è fœmina non differunt formali atque eſſentiali differentia, igitur non poſſunt ſpecie formali differre. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

ARISTOTELES dilucidat diſputationem volens marem & fœminam non differre ſpecie: ſed ſolū numero, & ratio eius eſt. Primo quia non differunt niſi accidentibus. Secundo quia in conceptibus illorum nō eſt formalis contrarietas, ſed materialis, igitur vir et mulier ſolum numero differunt, & non ſpecie. Hęc pauca ſufficiant pro dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam reſpondet Ariſt. ꝙ maſculinitas & fœmininitas ſunt differentiæ contrariæ materiales, & non formales, & ſic non differunt ſpecie, ſed numero. Ad ſecundam concedo antecedens de cauſis effectiuis, non autem de cauſis elementarijs hoc eſt intrinſecis, hæ enim numero tantum, & non ſpecie differunt. Ad tertiam nego antecedens, bene enim differūt numero, & plusquam hęc vel illa, quę numero differūt, non autem plus quam numero, in differentibus enim numero quædam magis, quędam minus numero differūt. Ad quartam patuit ſolutio, illæ differentiæ non genus immediate diuidūt, ſed animal ratione materiæ, vel accidentium materialium. Ad quintam concedo ꝙ differunt complexione, moribus & vita, non tamen ſpecie. Ad Ariſt. dico ꝙ differentia ſpecifica accipitur pœnes formam, & differentia formalis colligitur ex differētia operationum eſſentialium, modo eſſentialis operatio viri non differūt ſpecie ab eſſentiali operatione mulieris, non enim intelligere differt ſpecie in viro, & muliere. Ad ſextam negatur minor, nam beatitudo eſt viri & mulieris finis, & illa non differt ſpē in hoc, & in illa bene tamen concedo ꝙ differunt fine morali, atq; politico, non autem fine vltimo, ad quem ex forma omnes nitimur peruenire. Hæc de .7. diſputatione.

DISPVTATIO OCTAVA
De identitate termini in quouis motu.

Num idem terminus ſpecie poſſit per ſe acquiri per motus ſpecie differentes.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod terminus idem ſpecie non poſſit per motus ſpecies differentes per ſe acquiri. Arguunt primo, quia motus ſortiuntur ſpeciem, & genus à termino ad quem, vt dicit Auer. 5. phyſicæ auſcultat. igitur non poteſt terminus eſſe idem ſpecie, & motus numero differre. Secundo motus & terminus motus ſunt eiuſdem ſpeciei, igitur non poteſt terminus eſſe ſpecie vnus, & motus in illum ſpecie differre, quia quæcunq; ſunt eadem vni tertio, per ſe, ſunt eadem inter ſe ea. videlicet, ratione, qua illi tertio ſunt eadē, quare cum motus ſint per ſe idem termino, erunt inter ſe idem ſpecie, & ſic non differunt ſpecie. In contrarium ſolet argui, quia idem terminus poteſt acquiri per motum rectum & circularem, qui differunt ſpecie. *Cōm. 9.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire diſputationē hanc eſſe obiter motam, & non quidem propter verba aut Ariſt. aut Auer. aut alicuius expoſitoris, hæc.n. diſputatio attinet magis ad librum phyſicæ auſculta. & ad librum cœli. Verum quia iuniores metaphyſici illam hic pertractarunt nos vt veritatis amici breuibus illam dilucidabimus. Secundo debes ſcire peripateticos per terminum motus velle omne id quod per motum acquritur. Verbi cā, in motu locali terminus eſt vbi, ſiue locus, in auctione, vel diminutione, quantitas, in alteratione, qualitas, & dicitur terminus, quia ipſo acquiſitio ceſſat motus. Secundo debes ſcire ꝙ aliquid acquiri p̄ motum poteſt eſſe dupliciter, aut per ſe, aut per accidens, per ſe quidem ex calefactione non acquiritur niſi caliditas, per accidens autem nonnunquam acquiritur frigiditas, vt patet in febribus acutis, & peſtilentibus, in quibus per alterationem febrilē per ſe calor cordis acquiritur, per accidens vero acquiritur frigiditas mortificans, in diſputatione igitur quæritur ſi idem terminus ſpecie poſſit per ſe acquiri per diuerſos motus ſpecie, quoniam nulli dubium eſt illum poſſe acquiri per accidens per diuerſos motus ſpecie. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli ſimpliciter dixerunt eūdē terminū ſpē poſſe acqri è diuerſis ſpē motibus. Qđ probant. *1. poſitio.* Primo quia idē terminus motus pōt acqri p̄ motū rectū & circularē, vt q̄n fierent ab A in B. alter qdem per arcum, alter autem per chordam. Secundo idē vbi poteſt acquiri per motū ſurſum, & deorſum, vt idē concauum ignis pōt acquiri per motū aeris è medio, & eiuſdem aeris è concauo. Tertio idem pedale pōt acquiri

quiri auctione & diminutione, quæ differunt ſpẽ. Quarto arguunt idẽ, quia quouis modo ſumatur motus, ſiue pro forma fluente, ſiue pro fluxu formæ ſemper motus poſſunt inter ſe differre ſpecie, & eſſe eiuſdem rõnis cum termino motus. Sed hæc poſitio naturalem philoſophiam non ſapit. Primo quia hac data eidem corpori ſimplici competerent motus per ſe ſpecie differentes. contra Ariſt. 1. cœli, & deducitur, quia idem aer ſpecie poteſt moueri è ſurſum in deorſum, vt in concauũ ignis & è deorſum, in ſurſum, quia è medio in idem concauũ & iſti motus per hos differunt ſpẽ, igitur eidem aeri ſimplici naturaliter competerent motus ſpecie differentes. Secundo data hac poſitione nulla eſſet regula venandi diſtinctionem ſpecificam motuum, non. n. illã nanciſcimur ex parte corporum, quia potius diſtinctionem ſpecificam corporum. Ariſto. natus eſt ex diſtinctione ſpecifica motuum, non ẽt ex parte mediorũ, per q̃ fiunt motus, quia terminus eſt motui intimior quã mediũ, vt oẽs peripatetici exclamant, igiẽ reſtat ſola via terminorum, & ſic deletur poſitio. Hæc de poſitionibus.

Confutatio

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione debes ſcire peripateticos nulla alia via natos eſſe motuum eſſentialem differentiam niſi pœnes terminos, omnes enim illi motus ſpecie differunt ẽm eos, qui ſunt per ſe è contrarijs terminis in contrarios terminos, huius cãm aſsignauit Auer. 5. phyſic. quia motus non differt è termino per ſe motus, niſi pœnes perfectum, & imperfectum quæ nec genus nec ſpeciem variant. Ex his deducitur motum in arcu & motum in chorda, ſi ambo ſunt ad B non differre ſpecie, licet ſint per diuerſa media, quoniam differentia mediorum eſt accidentalis, & non eſſentialis. Secundo ſequiẽ ꝙ motus aeris à concauo cœli in concauum ignis, & è medio in idem concauum non differunt ſpecie, & ſi ſint per diuerſa media, quoniam terminus eſt vnus ẽm ſpeciem. Secundo debes ſcire terminũ eſſe duplicem vltimatum & non vltimatum. Vltimatus terminus is eſt, in quo mobile per ſe quieſcit, veluti in motu terræ terminus vltimus eſt medium mundi. terminus autem nõ vltimus eſt concauum ignis, & concauum aeris, quia licet in illa moueatur, tamen in illis non quieſcit motus terræ naturaliter. Ex his ſequiẽ. Primo motus eos differre ſpecie, qui ſunt ex per ſe terminis vltimis: in per ſe terminos vltimos. Secundo ſequitur nõ oẽs motus deorſum eſſe eiuſdem ſpeciei deducitur, quia motus aquę in regionem eius eſt deorſum, qua mouetur è cœlo, & motus terræ ab eodem eſt etiam deorſum, & tamen differunt ſpecie, & hoc quia termini vltimati differunt ſpecie. Tunc patet dilucidatio, ꝙ videlicet non poteſt idẽ terminus vltimatus per ſe & naturaliter acquiri à moribus ſpẽ differentibus, nã nulla alia via ſpecifica dr̃ia motũ colligiẽ niſi ex dr̃ia terminorum vltimatorum, vt dictum eſt, dictum eſt ꝑ ſe & naturaliter quia per accidens & violenter põt idem terminus acquiri è motibus ſpecie differentibus. Hæc de dilucidatione.

Com. 9. *Excerptum primum.* *Secundum.* *Excerptum primum.* *Secundum.* *Dilucidatio.*

Capvt solvtionvm qvintvm.

His apertis. Ad primam rõnem cucullatorum dico ꝙ illi duo motus vel non differunt ſpecie, vel nõ ſunt per ſe, & naturaliter in illum terminum, vt dictum eſt. Ad ſecundam patuit ſolutio, nam illi duo motus nõ differunt ſpecie, ſed numero vt dictum eſt in dilucidatione. Per idem ad tertiam diminutio quæ definit in pedale: & auctio q̃ definit in pedale non differunt ſpecie, vt dictum eſt. Ad quartam negatur antecedens nec ipſi probant illud, imo quouis modo ſumpti motus ſemper ſpecie differunt ꝑꝑ terminos vltimatos. Hęc ad rõnes cucullatorum. Ad rõnes aũt factas in principio patet ſolutio, ſunt. n. ꝓ nobis. Hæc de octaua diſputatione.

Neceſſe eſt diuerſum eſſe genere corruptibile & incorruptibile, &c. Tex. cõm. 26.

DISPVTATIO NONA
De corruptibili & incorruptibili diſtinctione.

Num corruptibile & incorruptibile differant genere.

Capvt dvbitationvm primvm.

Quod corruptibile & incorruptibile nõ differũt genere, arguiẽ. Primo, quia ſunt in eodẽ p̃dicamento in genere ſubę ſunt ſubæ corporeæ & incorporeæ, ẽm Porph. cœlũ, & elementũ. Secundo ſuba dicitur vniuoce de æterna & corruptibili, igiẽ eſt genus ad illas antecedens ſupponitur. Tertio cõtraria ſunt eiuſdẽ generis, corruptibile & incorruptibile ſunt contraria, vt patet igitur eiuſdem generis. Quarto ſi corruptibile & incorruptibile differunt genere. hoc eſt: qa differunt materia, ſed diſtinctio generica nõ põt accipi à materia, tũ quia in fundamento materiæ nulla eſt diſtinctio, tum quia id è quo ſumitur genus debet eſſe notiſsimum, at materia eſt ignota. In oppoſitum eſt Ariſt. in textu.

Capvt titvli secvndvm.

Corrvptibile trifariam dicitur, vt. 1. cœli expoſitum eſt, vno mõ tranſcendenter pro omni eo ꝙ cõtingit nõ eſſe, dico contingit. nõ eſſe ſiue ꝑ corruptionẽ, quo mõ miſtum eſt corruptibile, quia mediante corruptione contingit non eſſe, ſiue abſque corruptione, quo mõ relationes & motus dicũtur corrumpi, hęc deſinunt eſſe, & non mediante corruptione: ſic igitur vno modo dr̃ aliquod corruptibile pro oĩ eo ꝙ põt non eſſe ſiue mediãte corruptione, ſiue abſq; corruptione. alio mõ generatim corruptibile dr̃ pro oĩ eo ꝙ põt nõ eſſe mediante corruptione, & hac rõne dñr elementa & miſta corruptibilia, quia dum corrũpunẽ deſinunt mediãte corruptione alteratiua. Alio mõ dr̃ corruptibile ſpeciatim pro oĩ eo ꝙ mediante corruptione põt non eſſe & facile, & hoc pacto miſtũ dr̃ corruptibile, quia mediante corruptione põt non eſſe, & facilius quã elementum, medici ẽt dicunt carnem porcinam eſſe corruptibilem, quia facile recipit putrefactionẽ, hñt aũt ſeſe modi iſti ſubordinate, quia primus eſt communiſsimus, quia eſt indifferens ad corruptibile per corruptionẽ, & ſine corruptione. Secundus addit, quia ſolum eſt indifferens iis, quæ corrumpuntur mediante corruptione. Tertius addit adhuc ſecundo, quia eſt indifferens iis, q̃ corrumpũtur mediante corruptione, & facile. Et propterea primus modus dicitur tranſcendens, qa oĩbus cõis. Secundus generalis, quia paucis cõis. Tertius ſpãlis, quia minimæ cõmunis hæc de corruptibili. Incorruptibile vero dr̃ ẽt trifariã aliud quidẽ, ꝙ põt nõ eſſe abſq; corruptione ſiue alteratione corruptiua, & hoc pacto relatio & motus dñr incorruptibiles, nõ qa ſint ęterni, ſed qa non corrumpuntur mediãte corruptione, aliud vero quod eſt impoſsibile nõ eſſe & hoc quouis modo vt æternum: aliud quod difficile corrumpiẽ, aut aurum & mons, in diſputatione corruptibile ſumitur pro poſſibili

Quotifariam corruptibile.

bili non eſſe,quouis modo,incorruptibile vero pro im poſsibili non eſſe ſimplr,hoc eſt pro æterno. Nam ſumendo corruptibile pro eo ꝙ pôt non eſſe mediante corruptione,& incorruptibile alijs modis poſſunt eſſe eiuſdem generis. Secundo debes ſcire ꝙ aliqua pñt intelligi differre genere,bifariam aut poſitiuæ,vtpote quæ in aliquo genere conueniunt,& in alio differunt, vt animal & planta; hæc enim differunt genere, quia ſunt in genere,aut priuatiuæ, vtpote, quando vnum eſt in genere,& alterum non, & ſic priuatio & forma differunt genere,qm̃ priuatio nõ eſt in genere,forma vero ſic, & vtroq; mõ pôt intelligi in diſputatione. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio. 1. ALIQVI ſumentes nonnulla verba expoſitoris,& male illa percipientes de diſputatione.primo acceperũt *1. Suppoſitio.* tria.Quorum primum eſt ꝙ genus eſt bifariam logicũ, quod dicitur genus prædicabile,vt Porphy. diffinit ꝙ de pluribus differentibus ſpẽ prædicat̃,& eſt genus phyſicum:quod eſt ſubm,& hoc eſt illud ꝙ ſubijcitur pluri *Secunda.* bus differentibus ſpecie,vt prima materia. Secundũ eſt ꝙ aliqua poſſunt genere logico eſſe eadem, quæ genere phyſico differunt,vt hõ & angelus, hi.n.phyſico genere differunt quæ tñ in genere logico conueniunt:nunquã tñ fieri poteſt,vt aliqua differunt genere logico: q̃ gene *Tertia.* re conueniant phyſico. Tertium eſt ꝙ incorruptibile duplex eſt cãtum,vt cœlum,& angelus, & incãtum vt *Concluſiones. Prima.* Deus. Tunc dicunt tres concluſiones.Prima eſt ꝙ corruptibile:& incorruptibile incãtum differunt genere & phyſico,& logico,patet:quia Deus: qui eſt incãtum incorruptibile:cum ſit illimitatum:tranſcendit omne ge *Secunda.* nus:& phyſicum, & logicum. Secunda concluſio eſt: corruptibile & incorruptibile cãtum differunt genere phyſico:declaratur:quia differunt materia:eo quia corruptibilia habent materiam: incorruptibilia vero aut non habent materiam:aut ſi habent: illa eſt alterius rõ *Tertia.* nis: vt ſupponitur.Tertia concluſio eſt: ꝙ corruptibile & incorruptibile cauſatum non differunt genere logico declarant, qa hñt aliquod cõe prædicabile de illis ẽm vnam rõnem:vt eſt ſuba,q̃ ẽm eandẽ rõnẽ dr̃ de corruptibili & incorruptibili cauſata. Secundo arguũt iuniores ꝙ corruptibilibus corporibus, & incorruptibilibus intellectus poteſt aliquod inuenire, è quo generis rõnẽ pôt accipere:vt corpus:quod ẽm vnã rõnem prædicat̃ de corruptibili & incorruptibili:igit̃ conueniunt logico *Autoritas Thomæ.* genere. Huic poſitioni vr̃ expoſitor conſentire: inquit enim circa textus expoſitionẽ corruptibile & incorruptibile genere differre:nam corruptibiliũ & incorruptilium non p̃t eſſe eadẽ materia,genus aũt phyſice loquẽdo à materia ſumit̃:vnde ſupra dictũ eſt ꝙ ea q̃ non cõmunicant in materia:ſunt genere diuerſa:logicæ autem loquendo:nihil prohibet ꝙ conueniant in genere inq̃tum cõueniunt in vna cõi rõne ſubæ:vel qualitatis: vel *Confutatio.* alicuius huiuſmodi. Hæc expoſitor. Sed huic poſitioni aduerſatur expoſitor forti ratione in calce ſuarum commentationum pñtis textus:& arguit ſic. q̃ diuidũt per ſe primo ens:non pñt genere aliquo pacto conuenire:nã ens nec eſt genus phyſicum: nec genus logicum: eſt.n.apud Tho.æquiuocũ,apud vero exteros nullo pacto genus: igitur differentiæ q̃ per ſe primo ipſum ens diuidunt:non pñt aliquo pacto genere conuenire: ſed corruptibile & incorruptibile diuidunt ꝑ ſe ens: qa corruptibile eſt:quod pôt non eſſe:incorruptibile: ꝙ non pôt non eſſe:igitur differunt oĩno gñe.hæc eſt ratio expoſitoris:& demonſtratiua profecto contra exteros.

Secunda rõ ſumit̃ ex verbis Auer.4.huius vbi inquit ꝙ *2. ratio Auer. Cõm. 5. circa calcem.* ignis & terra & aqua ſunt eiuſdem generis:& affert cauſam:quia omnia hæc ſunt cãæ conuenientes in genere: quia oẽs ſunt eiuſdem mãæ:& diuerſificantur in forma: vnde poteſt argui ſupponendo duo. Primo ꝙ materia pôt cõparari ad formã ſimpliciter, & ad formã limitatam. Secundo ſupponendo diuerſum modum prædicandi ſumi à materia primo modo conſiderata: quod inductione conſtat.nam prædicamentum ſubæ ſenſilis ſumit̃ quatenus comparatur ad materiam:tanquam ad partẽ ſui:& quatenus de illa ꝑdicat̃ vt totũ de parte: & in obliquo:qualitas illi materiæ comparatur vt eſt illius diſpoſitio,& modus quantitas vt illi dat diuiſionẽ, & in cæteris ſir̃,igit̃ à materia primo mõ conſiderata ſumuntur diuerſi modi ꝑdicandi, q̃bus diuerſa prædicamenta efficiuntur,à materia vero ſecundo mõ conſiderata ſumitur diſtinctio generica ſubalternorum generũ, nã à materia vt ſtat ſub forma corporis, ſumit̃ genus quod eſt corpus,vt ſtat ſub forma plantæ, ſumit̃ genus ꝙ eſt corpus aĩatum,& in cæteris eodem mõ, igit̃ arguamus omnis diſtõ generica aut eſt ꝑ diuerſos modos ꝑdicãdi, aut ꝑ reſpectus ad diuerſas formas,ſed tã primo q̃ ſecũdo mõ differentia ſumit̃ à materia, vt patuit ꝑ ſuppoſitiones,igit̃ non pñt diuerſa eſſe in materia primo modo & conuenire genere pñti,nec in materia ſecũdo mõ, & conuenire genere ſubalterno,ſed corruptibile & incorruptibile differunt in materia oĩno, quia incorruptibile vel nõ habet materiã, vel habet illã q̃ eſt alterius rõnis. igit̃ non pñt conuenire nec in gñe prædicamẽti, nec in genere ſubalterno. Tertia rõ ſumitur ab Auer.2. cœli *3. ratio. Cõm. 49.* contra Auic. Auicenna.n. voluit orbes eſſe eiuſdẽ gñis & differre ſpecie.cõtra arguit Aue.qa ſi orbes ſunt eiuſdẽ generis,tunc eſſent compoſiti ex materia & forma, & ſi ſic,tunc eſſent generabiles & corruptibiles,& reliqua q̃ conſequentiæ nullæ eſſent,niſi quia Auer.ſupponit differentiã ſpecificã ſumi à forma,genericam autẽ à materia,eo quia ſpẽs forma eſt & actus, genus aũt eſt quoddam potentiale,oẽ aũt potentiale ſumit̃ à materia igit̃ q̃ differunt materia differunt potentialitate,& ꝑ cõſequens differũt genere.Præterea Simpli.ſummus pipa *4 ratio. Simplicij.* teticus ponens differentiã inter Platonem & Ariſto. ait Platonẽ velle generaliſsimũ eſſe ſubſtãtiã cõem corporeis & incorporeis.Ariſt.autẽ non ſubſtãtiã, ſed corpus dicit eſſe generaliſsimum, & Auer. in lib. Porphyrij in ſua paraphraxe ait,non oẽ corpus eſſe generaliſsimum, ſed corpus corruptibile,& ratio eorũ eſt,quia nihil vni uoce dr̃ de corruptibili & incorruptibili. Quinta ratio *5. ratio Ioan.* Ioan.non eſt deriſibilis,vt iuniores ſentiunt, nam Ariſ. refellit poſitionem Platonis,qui voluit hoĩem ſingularẽ & ideam hoĩs ſeparatam eſſe eiuſdem ſpeciei, arguit enim Ariſt.hõ ſenſibilis, & idea hoĩs differunt genere, igit̃ ſpẽ.antecedens non aliter probat,ꝙ quia corruptibile & incorruptibile differunt genere,idea eſt incorruptibilis,hõ ſenſilis corruptibilis,igitur differunt genere mõ conſentaneum eſt ꝙ ſi Ariſt.loquitur de ſpẽ prædicabili,& de genere prædicabili loquatur, niſi in tam paucis verbis æquiuocet.Præterea Boetius vir inter peripa *Authoritas Boetij.* teticos ſummus ait in prædicamentis Ariſt.determinare de ſubſtantia cõpoſita media relictis extremis, & tu lege reliqua, igitur generaliſsimũ eſt ſuba cõpoſita ex *Authoritas Alexandri* materia & forma. Amplius Alexan.& omnes peripatetici dicũt duo eſſe principia generis ſubæ, videlicet materiam,& formam,& hoc quia quodcunq; eſt in genere ſubæ,eſt compoſitum ex materia & forma, & ſic poſitio

ſitio exterorum nullo modo eſt peripatetica,ſed Platonica. Alij & nos interdum dixerunt ſecus eſſe in ſubſtā- *a poſitio.* tijs,ſecus in accidentibus.in ſubſtantijs enim dicūt corruptibile, & incorruptibile variare rationem generis, eo quia variant materiā,& ita genus p̄dicamēti : in accidentibus vero dicunt non variare rationem generis, nā accidens æternum & accidens corruptibile poſſunt eſſe eiuſdem generis vt dimenſio cœli,& dimenſio elemēti,lux cœli & lux elementi, motus cœli & motus elemē- *Confutatio.* ti,& in alijs id genus. Sed contra hanc poſitionē militat ratio expoſitoris ꝙ videlicet corruptibile & incorruptibile per ſe primo diuidunt ipſum ens tam in ſubſtantia,quam in accidentibus,igitur in vtriſq; facit differentiam generis.Præterea militat ratio Auer. quoniā non pōt eſſe genus quin ſem ꝓ ſumatur à potentiali,modo tam in ſuba quā in accidente potentiale ſumiť à ma- *Cōm.26.* teria,vnde & Auer.ait in lib.de Suba orbis nihil dici cōmune vniuoce in æternis & corruptibilibus , & in hoc 10.inquit ꝙ corruptibile & incorruptibile ſunt differentiæ contrariæ,& illud ꝙ congregat illa, eſt nomen æquiuocum,& loquitur generaliter in omnibus quia ſpecialiter ſubdit vnde corpus ꝙ diciť de corruptibili , & incorruptibili eſt nomen æquiuocum, & ſic nec iſta poſitio eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus .

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diſputatione facilis eſt dilucidatio,nam ſi loqmur de differentia poſitiua,ſic quæcunq; differunt gñe, ſunt in aliquo genere , & hoc pacto corruptibile & incorruptibile non differunt genere,eo quia ſm peripateticos incorruptibile non eſt in aliquo genere vt probatum eſt,quia non habet materiam,vel ſi habet,illa eſt alterius rationis,ſin autem loquimur de differentia negatiua,ſic tam in ſubſtantia,quā in accidentibus corruptibile,& incorruptibile differunt genere,eo quia incorruptibile ſiue ſit ſubſtantia , ſiue ſit accidens in nullo eſt genere,& ad hoc facit rō Tho . quia corruptibile & incorruptibile diuidunt primo ens,ꝙ non pōt eſſe genus, & ita differunt genere,quatenus vnum eſt in genere,& alterum non,declaratio vero eſſe poteſt , quia genus in ſubſtantia ſumitur à potentiali,vnde.1.metaphy.genus *De genere accidentium.* aut eſt materia,aut ſumiť à materia.Genus autem in accidente ſumiť à potentiali ēt,tñ potentiale generis ſubſtantiæ eſt à materia ex qua,potentiale generis accidentium eſt à materia in qua ſiue ſubiecti,& ideo non albedo,ſed albū dř genus,quia albedo non eſt quid potētiale ſed album, & quia ſubm accidētium æternorū differt genere à ſubiecto accidentium corruptibilium,igiť accidens ab accidente. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His apertis. Ad primam dico ꝙ minor eſt falſa,et ꝙ Porphyrius loquitur exēplariter vt dicit ibidē Auer. vel loquitur Platonicę,vt dicunt alij. Ad ſecundā negatur añs,imo ſubſtantia dř æquiuoce de æterna,& de corruptibili. Ad tertiā dico ꝙ corruptibile & incorruptibile ſunt contrariæ differentia circa ens. nō aūt circa ens p̄dicamētale vt Ariſt.indicat in textu. Ad vltimā nego aſſumptum quia licet in fundamēto materiæ nulla ſit diſtinctio rōne habita ad materiā , tñ habitudine ad formam ſimpliciter,vel talē formā bene eſt diſtinctio,vt in diſputatione dictum eſt,ſimiliter licet materia ſit ignota,vt tñ ſumitur per habitudinem ad formā , eſt nota. Ad rationes exterorum ad primā nego antecedens,immo dico nihil commune vniuocum illa habere , ſed oē prædicatum cōmune corruptibili & incorruptibili eſſe æquiuocū ꝓ idē ad rōnem iuniorum,illud enim ꝙ intellectus inuenit,non eſt vniuocum , ſed analogum. Ad verba expoſitoris dico , ſi deberemus ſtare illis verbis , tunc expoſitor eſſet ibi contrarius,eo quia in calce cōmentationum dicit contrarium,propterea dicerē ſalua meliori ſnīa ꝙ expoſitor ꝑ genus logice conſideratum non intelligit genus prædicamenti,vt exteri crediderūt ſed oē prædicatum ſiue ſm vnam rōnē vniuocā, ſiue analogice,& hoc pacto ens , & ſubſtantiā diceret eſſe genus logice conſideratū,quia & ens & ſubſtantia prædicantur ſm rōnē vniuocā,vel analogicam,vnde Auer. ēt qñq; p̄dicatū analogicū appellauit genus vt patet.2.cœli contra Auicennā, ꝑ genus aūt phyſicæ cōſideratū intelligit genus naturæ:hoc eſt genus p̄dicamēti, cui corrñdet aliqua natura,quia ſaltē potentiale materiæ,& ſic Thomas ſibi non eſt contrarius:& eſt pro nobis, tu vero Thomiſta conſidera: quia hæc noſtra expō eſt pulchra:& facit Thomā ſibi conſonū:& peripateticū. Hæc de nona diſputatione,deque toto decimo libro . *Cōm.49.*

FINIT LIBER DECIMVS.

LIBRI VNDECIMI

METAPHYSICORVM

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Quatuor diſputationes diuiſi.

1 *Num caſus ſit res humana.*
2 *Num fortuna ſit res diuina.*
3 *Num euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe & determinata.*
4 *Num generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſsiua.*

PRÆFATIO.

ET de materia & de affectionibus materiæ huius ſcientiæ Ariſ. diligēter intētauit,at nūc de entis vniuſue ſpecibus quaſi phyſica cōſideratione pertractat, vbi has paucas diſputationes vtiles putaui:videas igitur illas:nam à tuo deſertiſsimo ingenio reuulas nemo exhorrebit. Vale.

Quod autem gratia huius in his quæ à natura fiunt & à mente eſt,fortuna autem eſt,&c. Cap. 8.

DISPVTATIO PRIMA
De Caſu.

Num caſus ſit res humana.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD caſus ſit res humana , arguitur . Primo quia multa homo agit caſu,igitur caſus eſt res humana.Secundo ꝙ accidit rei inferiori quā ſit ipſe hō , res eſt humana,eo

na,eo quia homo poteſt in his,quæ ſunt in hominis,& his quę ſunt infra hominem ſub illius cura,ſed caſus accidit rebus infra hominem quæ ſub cura continentur hominis:igitur eſt res humana.In contrarium eſt Ariſ. cap.8.huius lib.11.dicit enim caſum eſſe rem naturæ,& non hominis.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

GRAECI Tychen hoc eſt fortunam, & Automaton hoc eſt caſum plerunque pro cauſis per accidens ſumpſerunt,in his videlicet quæ neque ſimpliciter, neque plerunque fieri poſſunt, atque horum in his, quę alicuius gratia ſunt,inter Tychen vero, & Automaton talem differentiam aſsignarunt,ꝙ Automaton ad plura ſe extendat,eſt enim in his:in quibus & fortuna eſt,& adhuc in alijs,vt in hominibus & brutis, & naturalibus rebus. Dicimus enim æquum caſu veniſſe, vt euaſus ſit profectus, non autem euadendi gratia venit, & tripodam etiam cecidiſſe caſu,ſtetit enim vt ſit ſedens, ſed nõ huius gratia cecidit,at fortuna in his eſt,quę electione aguntur,qualiter ſunt humana,& licet caſus & fortuna plerunque pro cauſis accipiantur,quæ ſunt per accidens eorum quæ neq; ſemper,neq; plerunq; eueniunt, tñ nonnunquam accipiuntur pro euentis rarẽter,& extra intentionem agentium,& ita caſus & fortuna accipi poſſunt pro cauſis,& pro effectibus,hæc ab Ariſt.2. phyſicæ auſcul. Et de titulo hactenus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1.poſitio antiquorum. SVNT qui de diſputatione volunt caſum nihil eſſe, nihilq; euenire caſu,ſed omnium cauſam eſſe determinatam,& per conſequens volunt caſum nec eſſe rem humanam,nec rem diuinam,nec rem naturalem, quoniã quod nihil eſt,nullius ſubit ratione. Quod autem caſus nihil ſit,ſic perſuaſerunt,ſi caſus eſt,caſus eſt, cauſa ſed caſus non eſt cauſa,igitur non eſt. Quod non ſit cauſa, probabant,quia omnis cauſa eſt determinata atq; diffinita,at nullus caſus eſt diffinitus, atque determinatus,
Confutatio. igitur non eſt cauſa,& ita nihil eſt. Sed Ariſt.2.phyſicæ auſculta.refellit poſitionem hanc, per hoc quia multa ſunt,& fiunt à caſu,quod non aliter probat niſi conſenſu omnium,igitur caſus eſt. Præterea multa eueniunt præter intentionem agentis & raro,igitur caſus eſt. antecedens ſupponitur ꝑ ea,ꝙ videmus, & conſequentia patet per diffinitionem caſus, & tunc reſpondet ad eorum rationem,& concedit caſum eſſe cauſam, & vlterius concedit omnem cauſam eſſe determinatam,& diffinitam,aut per ſe, aut per reductionẽ, caſus enim & ſi non ſit cauſa per ſe, reducitur ad per ſe, quia omne per accidens reducitur ad per ſe. Hæc Ariſt.de prima poſi-
Poſitio Democriticorum. tione. Democritici vero caſum dicunt eſſe, ſed non rem humanam,nec rem diuinam, nec rem naturalem, ſed vniuerſalem omnium cauſam,vtpote cœli, & mundanorum omnium,hi enim dicunt omnia eſſe à caſu,et ita nec caſus eſt humanorum tantum cauſa, nec naturalium tantum,nec cœlorum tantum,ſed vniuerſalem
Motiuum. cœli, & mundanorum cauſam. Mouebantur hi quia cœleſtes motus ſunt à caſu, non enim poteſt reddi cauſa, cur diurnus cœli motus ſit ab ortu in occaſum, & motus cæterarum ſtellarum ſit econtra ab occaſu in ortum. Præterea nec reddi poteſt cauſa,cur quinq; planetæ ſunt nunc repedantes, nunc progredientes, nunc ſtatarij, nunc cœleres, nunc ſeri. Sol autem & Luna nunquam,ſed ſolum tardi, vel cœleres, hi igitur motus (cum nullam determinatam cauſam habeant) eſſe non poſſunt niſi à caſu, ſed motus cœleſtes ſunt cauſæ omnium, igitur omnia ſunt è caſu. Hæc Democritici.
Confutatio Ariſt. Sed refellit hanc poſitionem Ariſtot. Primo quia nos videmus animalia, & plantas ex certis & ſtatutis cauſis proficiſci, non enim ex quouis ſemine, animal exoritur,nec planta,ſed certo ſtatutoq; proficiſcitur ſemine vnumquodque talium,igitur hæc non fiunt caſu, at ſi animalia & plantæ non fiunt caſu, minime diuina illa corpora cœlica. Secundo quia ſermo iſte videtur negare prouidentiam, & Deum, nam tollendo ordinem in cœleſtibus tollitur prouidentia,& ita Deus, in quo eſt omnium præſentium & futurorum prouidentia. Tertio hi contradicunt ſenſibus,nam in cœlo nihil vident fieri caſu,at in his terrenis multa videmus caſu euenire in quibus negant caſum. Ex his Ariſto.confutauit hanc poſitionem. Hæc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

1.ſuppoſitio. PRO dilucidatione accipiamus. Primo duplex eſſe agens alterum naturale,alterum ex deliberatione, ꝙ vocatur agens liberum,naturale vero duplex, aut per naturam formæ, quæ ratione agit ignis, non enim agit niſi naturaliter per naturam eius formæ, aut per impetum naturalem tantum, qua ratione agunt animalia bruta,nam licet agant per cognitionem,non agunt diſcurrendo,ſed per impetum derelictum ex ſenſu. & contractum ex ſenſilium ſpecie, quum enim mouentur à ſenſilibus,non deliberant, ſed ex impreſsione & impetu derelicto ab illis mouentur. Agens vero liberum eſt, quod licet à ſenſibilibus moueatur: tamen antequam agat deliberat,& eligit diſcurrẽdo, & hoc pacto homo
2.ſuppoſitio. agit. Secundo accipio ꝙ caſus & fortuna ſunt cauſæ per accidens, non quidem reducibiles ad omne genus cauſæ per ſe, ſed ad agentes cauſas, caſus quidem ad agens naturale,fortuna ad agens liberum, eſt enim caſus agens naturale aliquem effectum,quem non intendebat raro & in paucioribus. verbi cauſa æquus auſugiens tabanos ad antrum ſaluatus eſt ex lupis, intendebat enim fugere tabanos,non autem lupos, & propterea equus agens fuit caſuale ſuæ ſalutis,fortuna vero eſt agens ex deliberatione agens aliquem effectum, quem non intendebat raro & in paucioribus, vt ſuffodiens agrum vt plantaret oleam: inuenit theſaurum: ſuffodiens eſt agens fortuitum inuentionis theſauri,per ſe au-
Dilucidatio. tem foſſe. Ex his patet dilucidatio,eſt enim res naturalis, caſus, & non humana,nam ſi caſus accipitur pro effectu caſuali eſt res quæ proficiſcitur ab agente naturali præter intentionem agente aliquod quod non intẽdebat,ſi autem ſumitur pro cauſa caſuali, ſic eſt ipſum agens naturale, quod agit præter intentionem: igitur caſus quouis modo ſumptus eſt res communior humanis rebus,competens his quæ accidunt rebus naturalibus,caſus igitur nec eſt res humana:nec animalis, ſed naturalis: non quidem naturalis: quia ſit aut cauſa effectum naturalium per ſe intentorum: vel effectus intentus à natura:ſed naturalis:quatenus accidit rebus quæ ab agentibus naturalibus proficiſcuntur. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

PER hæc. Ad primam concędo multa hominem agere caſu:non tamen ſequitur caſum eſſe rem humanam:ſed vel communiorem rebus humanis. Ad ſecundam nego maiorem quia accidit homini.& rebus infra hominem:& ſic eſt vniuerſalior rebus hominis. Hæc de prima diſputatione.

Propter quod circa eadẽ fortuna et mens,&c.cap.eodẽ.

DISPV-

DISPVTATIO SECVNDA
De Fortuna.

Num fortuna ſit res diuina.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod fortuna ſit res diuina:arguiť. Primo,quia eſt humanæ menti occulta:vt oẽs antiqui aſſerunt:ſed nihil eſt humanæ menti occultũ : niſi ſit diuinũ & elongatũ à noſtris ſenſibus:igitur eſt res diuina.Secundo fortuna eſt Dea,vt omnes poetę dixerũt: igitur eſt res diuina : antecedens eſt omnium poetarũ & conſequentia patet. In contrarium eſt Ariſt.in præſenti libro capite eodem dicens.quapropter circa eadẽ eſt mens & fortuna:& ita eſt res humana. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit fortuna,& quid ſit caſus:quo etiam modo differunt,ex præcedenti diſputatione perſpicuũ eſt, per eſſe vero rem diuinam intelligo ſi ſit cauſa per accidens reducibilis ad aliquod agens diuinum , aut ſi eſt effectus proficiſcens ab aliquo agẽte diuino,pŏt.n. fortuna accipi apud græcos pro effectu fortuito, & pro cã fortuita, igitur eſt ſenſus ſi illa cauſa quæ eſt fortuita, ſit res diuina. vel ſi effectus fortuitus ſit à cauſa diuina . Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio veterũ. DE diſputatione vt narrant Ariſt.& Them.fuerunt nonnulli qui fortunam dixerunt eſſe diuinum quoddã, atq; humanę menti occultum,ex hac veterum poſitione emerſerunt duæ principales, altera quidem poetarũ *Pœ Poetarum.* altera nonnullorum philoſophorum.Poetę quidem finxerunt fortunam eſſe quoddam diuinum,quatenus eſt quædam Dea ſeorſum diuerſa ab omnibus intelligentijs primoq́;motore cui tres fatales Deę clotho, lacheſis,& atropos deſeruiũt ſecũdum diuerſas rõnes , vt ipſi poetæ decantant. *Confutatio.* Hæc poſitio ſic ad verbum intellecta fictio eſt poetica,& ab Ariſto. deſpecta, nulla.n.eſt Dea ſiue intelligentia , q̃ non moueat orbẽ , vt ſecundo cœli diſputatũ eſt. *Poſitio aliquorũ philoſophorum.* Nonnulli vero philoſophi dixerũt fortunam eſſe quodam diuinum,quatenus eſt DEVS ipſe,ad quem oẽs effectus fortuiti reducuntur , tanquam in primã cãm ordinantem,quatenus omnia cadunt ſub eius prouidentia.Sed iſtos refellit Ariſt.in lib . de bona fortuna.Nam fortuna q̃ gręcæ eſt Tyche vult eſſe inordinata,at DEVS eſt omnium rerum ordo . Præterea eſt fortuna bona & mala, at DEVS non eſt niſi bonũ quoddam ſemper rurſus eſt fortuna inuida , cum diſtribuat, ſæpe iniuſtæ,at Deus non eſt inuidus. Adhuc eſt fortuna mutabilis,at DEVS immutabilis ſemp. Ex his & alijs concludit Deum non eſſe fortunam nec fortunam eſſe Deam vel Deũ. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quid ſit fortuna per diuiſionem hic declaratur. QVID fortuna ſit Ariſt.in lib.de bona fortuna nãſciſcitur per diuiſionem.nam fortunam eſſe, nemo debet dubitare,cũ videamus multa & eſſe,& fieri à fortuna.Reſtat igitur videre qd nam ſit fortuna ipſa, id autẽ quod prima facie apparet eſt fortunam eſſe , aut naturã ſiue agens naturale intelligendo ꝑ naturã qd commune aĩatis & inanimatis agentibus. Aut intellectum ſiue agẽs voluntarium,aut Deum,aut aliqđ horũ,vt artem, vel ſcientiam,vel rõnẽ,q̃ ſunt aliquid intellectus,aut,ꝓuidentiam quæ eſt aliquid Dei.aut fatum, ꝙ eſt aliquid naturę ſaltem vřis.aut aliquid reducibile ad horum aliquid,non.n.fingi pŏt aliud quid pręter hæc,vt ſtudioſis patet. Quod qdẽ fortuna non ſit natura, probat Ariſt. *Quod fortuna non ſit natura.* Primo quia natura eius cuius eſt cã , plerunq; vel ſemp cã exiſtit,at fortuna fortuitorũ euentuũ cã eſt rarenter. Secundo natura eius cuius eſt cã,ordinate & regulariter cã eſt,at fortuna inordinate & irregulariter cã eſt ſuorũ effectuum. Præterea ꝙ fortuna non ſit fatum,declarať, *Quod non ſit fatum.* nã fatum eſt duplex particulare,& vniuerſale , fatũ particulare aſtronomi dicũt eſſe certã & ſtatutã ſtellarum conſtitutionem, q̃ in genitura cuiuſq; colligitur. Verbi cã ſtellarum illa conſtitutio,q̃ tum erat cum primũ Niphus in lucem ęderet, queq; fecit ipſum philoſophũ muſicum,venatorẽ, & reliqua, fatũ eſt particulare Nipho, videlicet accõmodatũ ex ſuo natali , de tali Hermes ſapientiſsimus inquit,nullũ granũ arenarũ eſt in litore q̃n propriũ obtineat ſidus ſuſcitans ad illius incrementũ. Vře vero fatũ volunt eſſe nexũ ſtellarũ & oĩum ſecũdarũ cãrum,quatenus agunt lumine & motu,vnde ordo ille vřis,qui in ſtellis eſt,quatenus ſunt cãæ ſecundæ agentes lumine & motu fatũ eſt vře, ordo vero ſtellarũ quatenus ſunt ſic vel aliter conſtitutæ , fatũ eſt particulare, vt dixit Ariſt.Quod fortuna igitur non ſit fatũ vře , nec particulare,nunc perſpicuũ . Primo quia fatum oẽ aut eſt ordo,aut non ſine ordine agit, at fortuna & ſine ordine , & ſine regula pœnitus facit quicquid facit. Inſuper etiam fatũ omne aut neceſſario , aut plerunq; efficit quod in ſua continetur ptãte vt aſtronomi ſentiunt , at fortuna raro efficit,quod factura eſt,fortuna igitur nec eſt natura, nec naturæ quicquã. Quod vero non ſit intellectus,ꝑſuadet Ariſt.1.quia intellectus,agit cũ ordine *Quod fortuna non ſit intellectus.* & regula, & ſemp vel plerunq;:fortuna vero agit & ſine ordine regulaq́;, & raro. Præterea vbi eſt multum de intellectu,ibi ſolet eſſe minus de fortuna , & vbi multũ de fortuna ibi minus de intellectu. igitur fortuna non eſt intellectus. Quod etiam fortuna non ſit aliquid in- *Quod fortuna non ſit aliquid intellectus.* tellectus,patet etiam,non.n.eſt ars, non ſcĩa,non ratio, non conſilium,non tale aliquid,q̃m hæc oĩa aut ordines & regulę ſunt,aut nõ ſine ordine, at fortuna ſine ordine & ſine regula agit. Quod vero fortuna non ſit Deus, *Quod non ſit Deus nec prouidentia.* nec aliquid Dei vtpote nec cura Dei,nec prouidẽtia, facile declarat Ariſt.Primo quia Deus eſt conueniẽs & iuſtus bonorum diſtributor , bona.n.bonis & malis mala diſtribuit,vt dicit Ariſto.at fortuna bonis mala,& mala bonis perſæpe diſtribuit, inquit.n.Seneca in tragœdijs. O fortuna viris inuida fortibus,cur non æque bonis p̃mia diuidis,igiť fortuna,nec eſt Deus,nec aliquid Dei. Pręterea fortuna temulẽter & iniuſtę agit,abſit aũt deo vt dicit Ariſt.talia attribuere,fortuna igiť nec eſt Deus, nec aliquid ipſius DEI. Eſt igiť fortuna reducibile quid *Quod fortuna ſit reducibilis ad aliquid horum.* ad aliqđ horũ, cũ.n.fortuna ſit cã ꝑ accñs , & vnũqđq; horũ ſit per ſe cã,& omne ꝑ accñs reduciť ad per ſe,igiť fortuna reducetur ad aliquod horum. Non reduciť ad *Quod non reducatur ad naturam.* naturã,quia ſic fortuna non eſſet tm̃ in humanis , cuius oppoſitũ arbitranť q de Tycha hoc eſt fortuna loquũtur. Non reducitur ad Deũ,nunquã.n.diceremus Deũ *Quod ad intellectum.* fortuito agere,igiť reduceť ad ipſum intellectũ.Quo fit *Quid fortuna ſit.* vt fortuna ſit intellẽs,non rectus & ordine agens,ſed cũ aliquid p̃ter intenſionẽ & raro agit,eſt igiť fortuna mẽs agens aliquid p̃ter intenſionem & rarenter.Verbi cã,cũ per mentem dux victoriam intendit contra hoſtem , & euenit ſeruitus,mens ducit fortuito egit.Ex his apparet dilucidatio,patet.n.ꝙ fortuna eſt res humana,quia ſiue *Dilucidatio.* ſumať ex parte cãę,ſiue ex parte effectus,ſemper eſt res humana,ex parte cauſæ quidẽ,eſt mens ſiue intellectus qui

qui

qui eſt hominis quicquam, ex parte effectus vero, quia (vt Ariſt. dicit in textu) circa idẽ verſatur mẽs & fortuna. Et ita fortuna eſt res humana. Hęc de dilucidatiõe.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His declaratis. Ad primam patet ſolutio in textu & ex dictis, fortuna enim non dicitur nobis occulta, quia ſit res diuina ſed quia ſit, cauſa per accidens, nam ꝙ eſt per accidens eſt fere infinitum, qđ humanæ menti eſt occultum. Ad ſecundam negatur opinio poetarũ, multa enim mentiuntur poetæ vt dicit Ariſt. in procemio huius. Hæc de .2. diſputatione.

Si igitur fortuna aut caſus cauſa cœli, prius intellectus cauſa & natura, &c. Cap. eodem.

DISPVTATIO TERTIA

De euentuum fortuitorum cauſa.

Num euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe, & determinata.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod euentus fortuiti non proficiſcantur è cã aliqua per ſe, arguitur: Primo, quia tunc omnia è neceſsitate naturæ contingerent, quoniam omnia euenirent cauſa per ſe, & hoc confutauit Ariſt. in lib. phyſicæ auſculta. Secundo quia quod eſt per accidens, reſpectu nullius debet eſſe per ſe, at euentus huiuſmodi per accidens ſunt, igitur non poſſunt eſſe per ſe reſpectu alicuius cauſæ. Tertio ſi tales euentus euenirẽt ab aliqua per ſe cauſa non dicerentur ſimpliciter fortuiti, cuius oppoſitum tenetur. In contrarium eſt Ariſt. qui vult omne per accidens reduci ad per ſe, & ideo infert ꝙ ſi fortuna & caſus cœli ſunt cauſæ, prior mens cauſa erit, atq; natura. Quod non pro alio dicit, niſi quia vult nihil euenire ſimpliciter per accidens, quod non habeat aliquam per ſe cauſam. Præterea poetæ omne ſentiunt idem, vnde Seneca quicquid patimur mortale genus, quicquid facimus, venit ex alto. igitur nihil eſt ſimpliciter per accidens, & fortuitum. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Debes ſcire quod iſtam diſputationem pertractauimus in lib. deſtructio deſtructionũ diſputatione .14. & in lib. de interpretatione, & in lib. auſcul. phyſi. nunc autem ſummatim illam tangemus, & fructũ opinionũ breuibus reſumemus. Secundo debes ſcire bona apud peripateticos trifariam eſſe animæ vt virtutes, & ſcientia, corporis vt valitudo, robur, & pulchritudo. Atque fortunæ, vt diuiciæ & honores, & id genus, quæq; externa dicuntur. Mala etiam trifariam dicuntur, vt ex his patet: bona corporis bonaq; aĩæ non dicuntur eſſe à fortuna, qm̃ animę bona intenduntur ab anima ipſa tãquã perfectio à perfectibili. bona autẽ corporis ſunt bona naturæ, quæ ab agente intenduntur naturali, vtrum aũt bona animo, & bona quædam corporis poſsint eſſe à fortuna nolo nunc diſputare, nam primũ ſpectat ad librum Ethic. ſecundum vero ad librũ phyſicæ auſcul. Eſt igitur ſenſus diſputationis, vtrum bona fortunę ſint ſimpliciter & omnino fortuita an habeant aliquã per ſe cauſam. Præterea diſputata veritate de bonis fortunæ, patebit & de bonis & malis naturę, & de bonis & malis animæ. Hæc de titulo. *Triplex bonũ.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Catholici dixerunt omnia fortuita reduci in prouidentiam diuinam. Et propterea nihil ſimpliciter euenire dicitur fortuito, cum omne adueniens cãm habeat per ſe, videlicet prouidentiam, fortuita igitur ipſa ſiue bona, ſiue mala, ſiue ꝓſpera, ſiue aduerſa, reſpectu quidem noſtri à fortuna erunt: atque per accidens, & præter intentionem. reſpectu aũt diuinæ prouidentiæ per ſe. atque determinata. Nam quemadmodum nihil eſt, quod non de entitate & bonitate participet, ita nihil eſt, quod non cadat ſub illius prouidentia, eſt enim diuina prouidentia æqualis ſuæ eſſentiæ. Hæc catholici. Sed contra hanc veritatem obijcit Ariſt. in lib. de bona fortuna. Primo quia tũc deum prauum iudicẽ faciemus, nam bonis nonnunquam mala & ipſis malis bona diſtribueret. Secundo vt dicitur. 10. Ethic. tunc Deus erit iudex diſtributionis bonorum & malorum. quod eſt nefas bonitati diuinæ. Tertio arguit Auer. ꝙ tunc Deus vileſceret, vt oculus videns turpia viſibilia. Multas alias obiectiones ſcripſimus in lib. de interpretatione, & in lib. deſtructio deſtructionum, quas nunc omittimus, quia ſummatim diſputamus, verũ in dilucidatione patebit quantum valeant omnia hæc. Alij vt Epicurus, Auer. & The. hæc fortuita nulla cã ꝑ ſe euenire dñt: ſed pœnitus eſſe fortuita. Amplius dñt nihil ꝑ ſe euenire niſi aut bona naturæ, aut aĩæ, at bona fortunæ cũ rarenter & ꝑter intẽtiõnẽ cõtingãt pœnitus ꝑ accñs proficiſci dicent, pœnituſq; è caſu, & fortuito, nec oportet illa reducere niſi ad cãm ꝑ ſe alium finẽ intendentem, vnde doctiſsimus The. in. 2. phyſicæ auſcult. libro voluit vnã met cãm eſſe per ſe, & fortunam. Verbi cauſa. mens, vt ordinata in finem, quem intendit, eſt per ſe, vt vero cũ illo fine coniungitur aliquis alius finis non propoſitus, nec intentus, quiq; rarenter euenit, mens ipſa fortuna dicitur, quæ ratio docet fortuita ipſa nulla è cauſa per ſe eſſe præter illam, quæ alium per ſe finem intendit, & ſic tales effectus fortuiti in nullam cauſam reducẽdi ſunt, quàm in agentem particularem, quæ per ſe agit aliquẽ effectum & per accidens alium illi coniunctum. Hęc ex Themi. Eſt autem huius opinionis fundamentum, quia putant ſub Dei cura ac prouidentia particularia minime contineri. Sed hæc poſitio eſt contra leges, & contra communem hominum conſenſum, & contra rationes. contra leges quidem, quia omnes leges hæc fortuita in Deum aliqua ratione reducunt. contra vero cõmunem hominum conſenſum, quia homines pro malis euitandis & bonis recipiẽdis vota promiſsiones exhibent Deo. Modo quod eſt commune omnibus non eſt in toto falſum, vt dicit Ariſt. in lib. de ſomno. Præterea dum vetulæ mala nobis exoptant puniuntur, à lege, dum vero bona nobis volunt, agimus gratias: quod nõ eſſet niſi hæc bona & mala haberent aliquam cauſam ꝑ ſe præter particularem à vetulis exoptabilem, vel odibilem. Eſt præterea hæc poſitio contra rationes quia obſeruauimus non ſemel ſtellas fortunatas in hominum natalibus, fortuita & inopinata ſibi præſagire, quæ ipſi non intendebant, igitur habent cauſam per ſe. Præterea videmus nonnullos impetus mouere noſtras mentes ad agendum aliquid pœnitus contra rationẽ quod poſtea adueniens, fortuito eueniſſe dicimus vt dicit Ariſto. in lib. de bona fortuna, igitur iſta habent aliquo pacto cauſam per ſe. Propter hæc Ariſto. in lib. de bona fortuna tandem hæc fortuita ſiue bona, ſiue mala proficiſci autumat ab impetu quodam nobis inſito, fingit enim

Poſitio catholi[corum]. *Obiectiones p[e]ripateticorum.* *Poſitio Epicu[ri] Auer. The.* *Confutatio.* *Poſitio Ariſt. in lib. de bona fortunæ.*

enim vnumquemque ſuo ab ortu, generationeque impetum quendam ferre, quo quidem & ad recte agendum, & ad praue operandum propellitur atque allicitur. Qua ratione euenit, vt hi fortuiti effectus: reſpectu quidem intellectus ſint fortuiti quatenus contingunt præter rationem, reſpectu autem impetus mouentis intellectum ad agendum præter rationem, erunt per ſe. Verbi cauſa, vt formica ab inſtinctu colligit grana, ita homo fortunatus ab impetu mouetur ad proſperitatem futuram. Quare quemadmodum granorum collectio eſt per ſe reſpectu inſtinctus per accidens reſpectu cognitionis formicæ quæ grana nunquam colligit ſic fortuiti euentus ſiue proſperi ſiue aduerſi ſunt per ſe reſpectu impetus mouentis intellectum, per accidens reſpectu intellectus agentis præter rationem & conſilium. Hæc Ariſto. in lib. illo. Et licet hæc Ariſto. poſitio ſufficiat phyſicis, qui rerum naturas obſeruant ſapientibus, qui per altiores cauſas incedunt, non ſufficit. Nam adhuc quæſtionis locus relinquitur, eo quia & impetus ipſe videtur fortuito homini datus inſtinctus nanque naturæ ſpeciem totam conſequitur & hac ratione datur à patre matreúe mediante eorum ſemine, at impetus hic cum vniuerſam hominum ſpeciem non conſequatur adhuc fortuito hominibus contingit & cum omne per accidens reducatur in cauſam per ſe, adhuc illius quærenda eſt per ſe cauſa in quam reducitur: non enim pater materúe ad illius generationem ſufficiunt, cum ſemper filium æderent in conſimili impetu conſtitutum, ceu pater cholericus filium efficit cholericum & eandem choleræ ſpecie affectum, vt de his qui eorum patres verberãt ſcribit Ariſt. in lib. Ethico. Quare videtur adhuc huius impetus aliunde cauſam eſſe perquirendam. Præterea adhuc ex his, quæ Ariſto. dixit, non apparet quid ſit impetus ipſe, nec è quibus exoriatur cauſis, nec qua nam via nobis congeneretur. Propter hæc aſtronomi. Reſpondent, & declarant. Primo vnde impetus ipſi hominibus prodierint. Secundo qua nam via nobis congenerentur & ſic quaſi poſitioni Ariſtotelicæ ſupplent, tranſcendebat enim negocium phyſicum id declarare, & propterea Ariſtot. illius declarationem prætermiſit. Aſtronomi igitur hos ſiue impetus ſiue propẽſiones in cœlicas reducunt cauſas, nam (vt Ptolomæus omnium ſapientium princeps ſcribit in lib. apoteleſmatum) ſi aliquis ex natali partis fortunæ dominatrices ſtellas in culmine habuerit, ſuis, in iuriſdictionibus conſtitutas, beneque è luminibus affectas hic impetum ex tali nanciſcetur conſtellatione, quo iuſta dominantium ſtellarum peripaton hoc eſt in ambulationem ad magnas inopinata quæ facultates mouebitur. Præterea & qui ambo lumina, vel alterum conditionarium in culmine habuerit planetis omnibus circundatum, maioribus quidem matutinis: minoribus autem veſpertinis, & in ſignis maſculinis luminibus ipſis conſtitutis hic ex tali cœli conſtitutione impetum natalem ſortitur, quo ad regia ſceptra promouebitur. Inſuper & qui aliquam ſtellarum fixarum ex regijs in medio cœli habuerit cum altero luminum, vel cum Ioue, hic ex tali cœli ſtatu impetum conſequetur, quo ad regias poteſtates etiam ſi ex vili fuerit genere aſcendet. Qua ratione fit, vt calamitas hæc, vel proſperitas cum ipſi nato contingerit, fortuito adueniat reſpectu ſui intellectus, qui ad talia non præuidit ſeſe aſcendere, reſpectu tamen impetus collecti ex cœli conſtitutione (quam particulare fatum appellauimus) per ſe eſt. & ita impetus eiuſmodi ad parentes comparati fortuito eueniũt, cum non ſecundum parentum intentionem exoriantur, parentes enim non niſi ſibi ſimiles ſecundum ſpeciem agere intendebant. comparati autem ad cœleſtem conſtitutionem, quæ fatum eſt particulare, virtute cuius parentes agunt, non fortuito euentus fortuiti eueniunt. Ex his patet vnde impetus ipſi hominibus prodierint. Quo vero modo nobis congenerentur, declarant imaginando cœleſtem illam conſtitutionem, quæ tunc viget, cum aliquis in lucem æditur (quam fatum particulare nuncupauimus) aerem qui nos continet alterare: vt Ariſt. dicit in lib. 8. phyſicæ auſculta. aer autem ipſe alteratus, quaſi omnem cœlicam vim, quæ tunc manet, cum quis in lucem æditur, mutuans è cœlo, fœtum tum æditum mox alterat: & extra permeatus, & ꝑ foramina intrãs generat in eo qualitatem quandam vitæ nati coæuam, eo modo quo calor in ligno calorem generat, quam qualitatem Ariſt. appellauit impetum. Cicero propenſionem, ad futuros euentus concitantem natum ipſum pro varia ſtellarũ profectione ad calamitates atq; ꝓſperitates nato inopinatas: hanc qualitatem etiam Ptolomæus numen ſiue afflationem Socr. demonium appellarunt. hæc Ptolomæus: & cæteri aſtronomi, quæ ſupplementa ſunt poſitionis Ariſt. Sed certe poſitio hæc & ſupplementa iſta manca ſunt. Primo quia adhuc fortuito atq; caſu videtur nato datum, vt hac ædatur conſtellatione, vt impetum conſequatur talem: quo alliciatur ad hoc vel illud agendum, non. n. hoc totam ſequitur ſpeciem: & ideo quod mihi hic è cœlo detur impetus: quo ad regias poteſtates impellar, tibi vero ille, quo ad viles conciteris: ſorte & fortuito videtur eueniſſe, & cum omne per accidens reducatur ad per ſe: adhuc licet quærere cauſam per ſe: qua mihi hic: & tibi ille ſit tributus impetus. Secundo nec tibi ille mihi hic impetus datur: quia parentes hoc vel illo concubuerint tempore, quia & parẽtes mei ꝙ hoc concubuerint tempore, & tui quòd illo etiã fortuito ſemper eueniſſe videtur, & ita per accidens, & per conſequens oportet perquirere cãm per ſe, quæ ſit prima omnium, cauſa: qua habita ceſſet omnis quęſtio. Motores enim cœlorum nõ ſemper hos impetus agũt: agunt. n. motus & lumine, & non hos particulares impetus principaliter intendunt. ergo fortuito hos agunt, oportet ergo adhuc cauſam altiorem quærere: vnde per ſe emergunt, & ſic aſtronomica hæc fictio adhuc manca videtur. Hæc de poſitionibus.

Confutatio poſitionis Ariſt. — *Demonium impetus. Propenſio. Numen. Afflatio Confutatio* — *Poſitio aſtronomorum.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Ad quis reducitur omne hominis bonum.

HIS omnibus confutatis, & recte omnibus inſpectis patet totum hoc eſſe reducendum in diuinam illam prouidentiam, quæ eſt omnium cura, & ſub qua omnia continentur: quam & cæci philoſophi videre nõ potuerũt: nec ſapientiſsimus Ariſt. nec ſummus Ptolomæus cognouit. Quod declaratur, nam fortuita in impetum reducuntur tanquam in cãm per ſe, & quia impetus fortuito adhuc contingit: in aerem alteratum à cœlica vi reducitur tanquã in cauſam per ſe, & quia fortuito aer ſic alteratur in meo natali, in fatum particulare reducit ꝙ tunc viget cum ęditur quis, & cum fortuito fatum illud tunc vigeat fatũ hoc particulare in intelligentias ſecundas, quæ ſic mouerunt reducitur, tanquã in fatum vniuerſale & cãm per ſe, & quia adhuc fortuito ſic mouerunt, vt fatum tale efficeretur, tandem in diuinam illã prouidẽtiã recurrendũ ẽſt, q̃ ab æterno intelligẽtias illas

illas ad ſic mouendum inſtituit, vt tale particulare fatum proficiſceretur. Quare oĩa ſub prouidentia inſtituta & ordinata ſunt ab æterno, & omnia bona nobis & mala, & quæcunq; contingunt ſub prouidentia æterna collocata ſunt. Talem ordinem nec cæci philoſophi: nec ſuperbi aſtronomi, nec vani poetæ pertingere potuerunt: ſed ſoli catholici quam diuino minime fuerũt afflati. Erit ergo ordo ꝙ effectus fortuiti reſpectu mentis agentis: fortuiti ſunt. reſpectu vero impetus per ſe. & cum impetus à parentibus proficiſcantur, & non per ſe: reſpectu eorũ fortuiti ſunt, reſpectu medij fœliciter affecti, per ſe. at cum hæc medij fœlix affectio non ſit ſemper ſed producatur à conſtellatione fortuita, à qua non ſemper eſt: reſpectu motorum erit per ſe fortuita vero reſpectu medij: at cum motores non ſemper beate moueant, nec bene. Motus fœlices ad motores comparari fortuiti ſunt. ad prouidentiam vero per ſe erunt, & hic ſtatur. ſiquidem mens fœliciter à parentibus, parentes fœliciter à medio: medium fœliciter à ſtellis, ſtellæ fœliciter ab earum motoribus, hi deniq; à prouidentia moti ſunt. Sed eſſet vna ardua, & laborioſa quæſtio hic obiter occurrens, ſi cum hac diuina prouidentia omnium eorum, quæ contingunt, ſtet contingentia rerum futurarum, ſed quoniam rem hanc diligenter in lib. deſtructio deſtructionum tractauimus & diligentius in lib. de interpretatione, volo ab iſta queſtione ſuperſedere, ne maleuoli vocent me ventoſum, & ſuperfluum. Hæc de dilucidatione.

Excuſatio ab ardua quæſtione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam nego argumentum, quia licet omnia in prouidentiam reducantur, cum illa ſtat futurorum contingentia vt ſuppoſuimus ex alijs libris. Ad ſecundam negatur antecedens, quia omne per accidens reducitur ad aliquod per ſe ſecundum poſitionem Ariſt. & propterea quod eſt per accidens, eo modo quo eſt per accidens, nunquam eſt per ſe ſed poteſt quod eſt per accidens reſpectu vnius eſſe per ſe reſpectu alterius vt dictum eſt. Ad tertiam conceditur cõſequens, & conſequentia, quia nihil eſt ſimpliciter fortuitum in natura, quod non ſit ab aliqua per ſe cauſa vt dictum eſt, nec contrarium eſt tenendum. Hæc de tertia diſputatione.

Quoniam autem omnis motus permutatio quædam permutationes autem tres dictæ. Harum autem quæ ſecundum generationem, & corruptionem non motum, &c. Cap. 10.

DISPVTATIO QVARTA
De generationis quantitate.

Num generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſsiua.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

1. ratio. QVod nullius ſubſtantiæ generatio poſsit eſſe gradualiter ſucceſsiua, arguitur. Primo, quia tunc duo contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti. deduco quoniã ſi generatio eſt gradualiter ſucceſsiua, eſt ratione contrarij: vel igitur quia ipſi eſt per ſe aliud contrarium, vel quia eam comitatur aliquod contrarium, cui eſt aliquid contrarium non quia illi ſit aliquid contrarium, igitur quia illam comitatur cõtrarium, ſi illam comitatur contrarium, tunc ſucceſsio erit propter ſucceſsiuam cõtrarij deperditionem & illius contrarij gradualem ſucceſsiuam acquiſitionem. Sed non poteſt eſſe ſucceſsiua contrarij deperditio, & ſui contrarij gradualis ſucceſsiua acquiſitio niſi contraria ſint in eodem puncto materiæ vel ſubiecti, igitur ſi generatio alicuius ſubſtantiæ eſt gradualiter ſucceſsiua, contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti, & ſic deducta eſt conſequentia. At conſequens multipliciter ſolet oſtendi eſſe impoſsibile. Primo quia ſi contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti: ſint illa caliditas & frigiditas, modo arguo in quibuſcunque ſubiectis diſtinctis ponantur caliditas & frigiditas, ſub quibuſuis gradibus ipſis ſufficienter approximatis, caliditas agit in frigiditatem illam corrumpendo: & econtra, igitur à fortiori agunt & patiuntur ſi in eodem ponantur ſubiecto, quoniam agens magis paſſo erit approximatũ. Secundo ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, hoc eſſet in aliquantis gradibus ſic, & in aliquantis non. non enim in quantiſcunque gradibus contraria ſtare poſſunt in eodem ſubiecto, quia tunc ambo in ſummo poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, ſi aliquantis ſic: & aliquantis non. Sit caliditas A compoſsibilis frigiditati B. modo arguo. ſi caliditas A compatiẽ ſecum frigiditatem B. Aut igitur frigiditatem B præciſe & non maiorem nec minorem. Aut maiorem & nõ minorem. Aut minorem & non maiorem. Aut tam maiorem quam minorem. Si datur quòd caliditas A compatitur ſecum frigiditatem B præciſe, & non maiorem, nec minorem, igitur caliditas A non poteſt ſecum compati minorem frigiditatem quem ſit B igitur à fortiori calor maior caliditate A non poteſt minus frigiditatis frigiditate B ſecum compati, & ſic caliditas A non poterit augeri per remiſsionem contrarij. Præterea ſi caliditas A non poteſt ſecum pati minorem frigiditatẽ frigiditate B igitur maior caliditas, caliditate A ipſam B. frigiditatem nõ poterit pati ſecum in eodem ſubiecto, & ita ſi intendetur caliditas A oportet vt intendatur frigiditas B. cum ſecum illam non poſsit compati, & per ſimile, argumentum arguitur cõtra illam partem quòd A non compatitur ſecum intenſiorem frigiditatem, frigiditate B poſito ꝙ A remittatur, vt patet intuenti, ſic igitur patet falſitas primi membri. Secundum membrum erat quòd A caliditas compatitur ſecum maiorẽ frigiditatem frigiditate B & non minorem. Contra, A tunc ipſo A intenſo ipſum B non oportet remitti. Immo ſi caliditas A intendetur: oportet frigiditatem B intẽdi: & conſequentia patet: quoniam A nõ minorem, ſed maiorem frigiditatem ſemper ſecum patitur in eodem ſubiecto per membrum. Tertium membrum erat ꝙ A caliditas compatitur ſecum frigiditatem minorem frigiditate B. non autem maiorem. Contra, ſit C illa minor frigiditas, ipſa B frigiditate, quam ſecum A caliditas patitur in eodem ſubiecto. Et capio caliditatem intenſiorem A caliditate, vt D quæ ita ſeſe habeat ad B frigiditatem, vt ſe habet A caliditas ad C frigiditatem, hoc eſt ſi ipſum A excedebat C per vnum, etiam D excedat B per vnum & ſequitur quòd ſicut A ſecum patitur C ſic D, caliditas intenſior ipſo A compatitur ſecum B. & ꝑ conſequens ad intenſionem A. non oportet remitti ipſum B. cuius oppoſitum ſentit poſitio. Quartum mẽbrum erat, quòd A compatitur ſecum tam maiorem quam minorem frigiditatem frigiditate B. Contra. Primo, quia vtraque pars copulatiue eſt nunc improbata, igitur tota copulatiua eſt falſa. Secundo ſi A caliditas poteſt ſecũ compati maiorem frigiditatẽ B frigiditate: aut

Rationes quibus probatur contrarie non poſse ſimul ſtare.

Argumentum Gregorij arim.

Primum membrum. Secundum. Tertium. Quartum. Confutatio primi.

Confutatio ſecundi.

Confutatio tertij.

Confutatio quarti.

aut igitur quantancunque maiorem, vel non quantancunq; .nõ quantancunq; maiorẽ, quia tunc poſſet ſtare cum ſumma frigiditate: ſi vero non quantancunq;, ponatur cum ipſa A. caliditate tanta frigiditas, quanta ſecũ in eodem ſubiecto eſſe poteſt & volo ꝙ ipſi A approximetur aliquod frigefaciens, tunc q̃ro cum illud tale frigefaciens inducat maiorem frigiditatem B. frigiditate, aut remittit̃ A aut non. ſi nõ remittit̃ ipſum A, igitur iſta frigiditas quæ nunc poſita eſt cum A non fuiſſet tota, q̃ ſecũ potuiſſet ſtare, nec põt dici A remitti per talem approximationem, quia ſi A non compatit̃ ſecum maiorẽ frigiditatẽ quam ſit illa B, multo minus caliditas remiſſior ipſa A caliditate, quoniã oĩs caliditas remiſſior eſt minoris potentiæ, & ita ſecum poterit minus compati frigiditatem maiorem. Sic igit̃ ꝑ hoc argm̃ prolixũ apparet contraria eſſe non poſſe in eodẽ ſubiecto ſm̃ eandem partem. Tertio ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, tunc duricies & mollicies eſſe poſſunt in eodẽ ſubiecto, non.n. videtur maior rõ de calido & frigido, quam de duro & molli, quo cõceſſo ſequitur idem eſſe durum & molle, ꝙ eſt impoſsibile. Quarto tunc idem ſubm̃ poteſt eſſe calidum & frigidũ, & ſic cõtraria affirmabunt̃ de eodẽ, & conſequentia patet, quia oĩs forma alicui ſubiecto inhærens illud eſt apta denominare.

Argumentum Iacobi. Quinto ſolet argui proliſſo, argumento etiam ſic ſi vnũ contrarium poteſt eſſe in eodem ſubiecto cum ſuo contrario ſit illud caliditas, tunc cum caliditas nõ poſsit ſtare cum omni frigiditate, oportet accipere vel maximũ vel minimum & q̃m volo abbreuiare argumentum, illud maximum non poteſt eſſe niſi per affirmationem, & minimum ꝑ negat. arguo igitur & probo. Primo ꝙ non poſsit accipi maximus gradus frigiditatis ſecum cõpoſsibilis, q̃m ſit ille gradus A, tunc vel A eſt gradus ſummus vel remiſſus non ſummus: quia nulla caliditas põt ſtare cum ſummo gradu frigiditatis. ſinautem A ſit gradus remiſſus, tunc A diſtat per aliquã latitudinem à ſummo gradu frigiditatis, accipiatur igitur gradus medius inter A gradum, & ſummum, & ille ſit B. tũc B eſt gradus intenſior A. & A eſt maximus gradus frigiditatis cui eſt compoſsibilis caliditas, igitur ipſi B. non erit compoſsibilis caliditas per expoſitionem ipſius maximi, & tamẽ B eſt frigiditas remiſſa quia non eſt ſumma, igitur alicui frigiditati remiſſe non erit compoſsibilis caliditas, ꝙ videtur contra poſitionem. Secundo arguo ꝙ non poſsit accipi minus gradus cum quo non ſtat caliditas. Quia ſit A talis gradus, cum quo non ſtat caliditas, & arguo cum A. gradu non ſtat caliditas, igitur nec cum intẽſiori A: ſed cum quolibet remiſsiori, quod eſt falſum, quia aliqua eſt frigiditas remiſsior A gradu cũ qua nulla ſtat caliditas, quia cum nulla parte graduali ipſius A ſtat caliditas, quia cum caliditas non ſtet cum A nec cum aliqua parte ipſius A ſtabit, & tamen pars gradualis ipſius A eſt remiſsior A. Præterea datur maxima frigiditas, cũ qua non poteſt ſtare caliditas, igitur non datur minima cum qua non quia, repugnat dari maximam cum qua non: & minimam cum qua non, & probatur aſſumptũ, quia ſumma frigiditas, eſt ſumma frigiditas cum qua non poteſt ſtare caliditas: quia inter omnes frigiditates cum quibus non poteſt ſtare caliditas ipſa illa eſt ſumma, cum nulla ſit reperibilis maior illa, & cætera membra omitto. ſic igitur patet contraria eſſe nõ poſſe in eodem ſubiecto per hoc argumẽtum quintum, proliſſum. Sexto argui ſolet. ſi cõtraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, albedo & nigredo poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, non enim maior ratio de aliquibus, quam de alijs, ſed contra arguitur: quia tunc ſumma rubedo, & ſumma viredo poſſunt eſſe adæquate in eodem ſubiecto: quod omnes putant impoſsibile, & deducitur, quia quilibet gradus albedinis à quolibet gradu nigredinis formaliter plus diſtat, quàm ſummus gradus rubedinis, à ſummo gradu viredinis, vt omnibus patet, at poteſt aliquis gradus albedinis ſtare cum aliquo gradu nigredinis, igitur ſummus rubedinis cum ſummo viredinis ſtare põt. Septimo ſi caliditas & frigiditas ſunt compoſsibiles in eodem ſubiecto adæquate, tunc terminus ad quem motus calefactionis, & terminus ad quẽ frigefactionis ambo erũt in eodem ſubiecto compoſsibiles, quo dato idẽ ſubiectum ſimul poterit calefieri & frigefieri. Octauo quilibet terminus è quo alicuius motus eſt incompoſsibilis termino ad quem eiuſdem: ſed ſub quocunq; gradu quælibet caliditas poteſt eſſe terminus à quo reſpectu cuiuſuis gradus frigiditatis producendæ, igitur ſub quouis gradu caliditas eſt cuilibet gradui frigiditatis in compoſsibilis. Nono ſuppono de mente Auer. ſecũdo cœli, ꝙ in his quę ſunt eiuſdem ſpeciei quicquid eſſentialiter ac formaliter competit vel contrariatur vni illorum competit vel eſt contrarium omnibus: tunc accipio caliditatem vt quatuor, & ſecum in eodẽ ſubiecto adæquate frigiditatem vt quatuor, quæ per poſitiones ſunt compoſsibiles: & intendatur caliditas vt quatuor per duos gradus. ſic videlicet, vt ſit: nunc primo vt ſex & q̃ro tota frigiditas, vt quatuor eſt corrupta. vel ſolum de illa duo gradus, ſi tota pari ratione poteſt argui de inductione primi gradus, & ſic ad vnius gradus caliditatis introductionẽ neceſſe eſt totam ſemper frigiditatem corrumpi. ſi de illa ſunt corrupti duo gradus, igit̃ duo gradus caliditatis ſunt contrarij duobus illis frigiditatis, ſed per principium philoſophorum q̄cquid cõtrariatur vni indiuiduo eiuſdem ſpeciei, contrariatur omnibus, igitur omnis caliditas omni frigiditati erit cõtraria. Decimo tunc in omni intẽſione mobile duobus motibus moueretur: videlicet intenſione caliditatis: & deperditione frigiditatis, & ſic duobus motibus contrarijs. Vndecimo data poſitione, tunc ſi aliqua frigiditas remittatur ad non gradum, caliditas acquireretur intenſiue infinita, & deducitur: quia per quantum alterum contrariorum remittitur, per tantum alterum intendetur, ſed frigiditas remittitur ad duplum triplum, & ſic in infinitum, igitur caliditas augetur ad duplum triplum, & ſic in infinitum. Duodecimo videtur intentio Ariſto. contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto adæquato, in prædicamentis enim ait nihil contraria ſimul ſuſcipere, & per hoc probat magnum & paruum non eſſe contraria, quia tunc idem ſimul eſſet magnum & paruum. Præterea Ariſtotel. 4. huius probat contradictoria ſimul eſſe vera non poſſe: quia impoſsibile eſt eundem habere contrarias opiniones vbi Auer. ait vniuerſaliter eſſe impoſsibile contraria eſſe in eodem. Præterea ibidem. Ariſtotel. contra Anaxagoram vult contraria bene poſſe eſſe in eo poteſtate, actu vero minime, vt exponit Auer. Ex his omnibus concludo contraria nullo pacto eſſe compoſſibilia in eodem ſubiecto adæquate, igitur formæ ſubſtantiales non poſſunt ratione intenſionis & remiſsionis contrariorum, quæ illas comitantur eſſe gradualiter diuiſibiles, & ita nec poteſt generatio eſſe gradualiter ſucceſsiua. Secundo principaliter argui ſolet quia ſi generatio alicuius ſubſtãtiæ eſſet gradualiter ſucceſ-

Com. 49. *Com. 17.* *Com. 18.*

ſiua,omnino eſſet motus:vt deducitur. Tertio ſi aliqua generatio eſſet gradualiter ſucceſsiua, aliqua ſubſtantia ſuſciperet magis & minus,hoc autem eſt falſum, tū quia ſubſtantia cuicunq; dat eſſe: dat eſſe ſimpliciter:igitur non poteſt dare eſſe ſecundum quid, & per conſequens nec gradualiter,tum ſecundo quia non habet cōtrarium.Quarto in hoc inſtanti quod eſt præſens verū eſt dicere ꝙ eſt ignis A.& immediate ante hoc non erat verum dicere eſſe A.ignem,igitur A ignis nūc primo eſt, & ita ſubito,& ſic generatio ignis erit ſubitaria, & non ſucceſsiua.Quinto ſi generatio alicuius ſubæ eſſet gradualiter ſucceſsiua,tunc ſubſtantia haberet cōtrarium: quia omnis ſucceſsio eſt propter reſiſtentiam, & reſiſtētia propter contrarium,vt dicunt philoſophi. Sexto in ſubſtantia non eſt forma diminuta quæ poſtea fiat com-
Cōm. 21. pleta,vt.5.phyſi.dicit:& 6.phyſic. Septimo, ſi gene-
Cōm. 45. ratio alicuius ſubſtantię eſſet gradualiter ſucceſsiua,maxime eſſet generatio elementorum. Et arguitur ꝙ nō poſsit illorū generatio eſſe ſucceſsiua gradualiter. Primo quia tunc forma ſubſtantialis elementi intenderet, vt remitteretur modo hoc eſt falſum, quia non poteſt intendi pars prior formæ,nec pars ſecunda, nec aggregatum,ꝙ antea non fuit,igit nulla intenditur. Secundo ſi forma elementorum intenditur, aut ſicut intenditur eſt alia atq; alia numero:aut ſemper eadem numero. ſi alia atq; alia numero,tunc indiuiduum ſubſtantiæ non
Textu.63. duraret niſi per inſtans,ꝙ eſt contra Ariſt.8. phyſi. ſin autem ſit eadem numero ſemper, tūc ſecundus gradus materiæ ipſi ſuperueniens non daret illi eſſe ſimpliciter & ſic non eſſet ſubſtantia: ſimiliter per generationem nihil noui acciperetur,quod non præfuit. Tertio ſi ſic, tunc forma elementi haberet gradum,& gradum: & arguitur ꝙ non:quia vel ambo eidem puncto materię darent eſſe ſimpliciter idem omnino, vel quilibet daret ſuum eſſe ſimpliciter,& aliud atq; aliud: non idem eſſe ſimpliciter,quia tūc dum materia vnum gradum perderet,omnes ſimul perderet:ſinautem aliud atq; aliud tunc materia per vnam formam elementi ſemper haberet multiplex eſſe ſimpliciter. Quarto intenſio fit per maiorem elongationem à contrario, at ſubſtantiæ nihil eſt contrarium:igitur nulla ſubſtantia intenditur.Quinto ſi forma eſſet intenſibilis,tunc eius priuatio eſſet intenſibilis,ꝙ eſt difficile. Octauo principaliter arguitur generatio omnis eſt inter contradictoria, igitur omnis generatio eſt in nō tpe.omne.n.ꝙ ab altero oppoſitorum recedit,immediate poſt hoc recedit.ſimiliter omne ꝙ ad alterum oppoſitorum accedit, immediate ante hoc non accedebat,igitur ſubito acceſsit.hæc omnia patent.6.phyſi.Nono terminus motus ſemper vult eſſe indiuiſibilis ea ex parte qua eſt terminus motus, ſed generatio formarum elementorum eſt finis alterationū elementariarum ea ex parte,qua motus eſt gradualiter ſucceſsiuus:igitur eſt indiuiſibilis. minor deducitur, quia formæ elementorum non generantur inductis primis qualitatibus ſub quibuſuis gradibus: igitur oportet inducere ſummos gradus,cū quibus poſſunt ſtare: & poſtea illas generari,quare finis ſunt alterationis.Prẹterea
Cōm.32. Auer.vbique in.5.phy.& in.6.maxime,vult generationem eſſe finem motus atq; alterationis, & nō vult generationem eſſe finē quatenus alteratio eſt dimenſiue ſucceſsiua:quia forte cum illa vt ſic eſt æqualis,igitur quatenus eſt gradualiter ſucceſsiua, igit omnis generatio eſt gradualiter indiuiſibilis.Decimo ſi generatio elemēti eſſet gradualiter diuiſibilis: tunc aliquid poſſet dici magis vel minus ignis ſecundum talem formam. Vndecimo tunc purū elementū in ſua ſphæra non eſſet ſimpliciter graue vel leue deduco,quia in ſua ſphæra continuo à ſuo vicino in primis qualitatibus remittitur, & ita ignis in ſua ſphæra poſſet eſſe non ſimpliciter leuis. Duodecimo ſi generatio talium eſſet gradualiter diuiſibilis:eſſet quia ad remiſsionem qualitatum vel intēſionē formæ creſcerent,vel remitterentur,vt Auer.3.cœli Cōm. 67.
deducit contra Auic.& tunc arguo formæ ſubſtātiales tales remittuntur ad remiſsionem qualitatū,vel igit remittūtur ita vniformiter ſicut qualitates, aut remiſsioni qualitati non reſpondet præciſe remiſsio ſubæ. non eſt dicendum ſecūdū, quia eſt contra Auer. vbi ſupra, & arguo contra primum,quia tunc cum vno gradu caliditatis poſſet ſtare forma ignis,vtpote in miſto aliquo vbi non eſt plus vno gradu caliditatis,videlicet marmore vel cryſtallo,quod eſt impoſsibile, qm̄ maioris reſiſtentiæ eſt ignis in actu, quā ſit ignis refractus in miſto at ignis liber & in actu non poteſt ſtare cum vno gradu caliditatis:igitur nec in miſto. Tertiodecimo ſi ita eſſet nullum elementum poſſet pura alteratione alterari qm̄ forma & eius qualitas ſemp ſunt inſeparabiles. Decimoquarto data poſitione,tunc ita cito ſicut qualitas alicuius elementi remitteretur fieret generatio miſti deduco,quia cum cito remittitur qualitas,tā cito forma ſibi propria elementi remittetur:& quam cito forma elementi remittitur,tam cito forma elementi contrarij generabitur:igitur tā cito erit miſtio. Decimoquinto & vltimo arguitur per textum pręſentis libri capite decimo expreſſe dicentem generationē non eſſe ſucceſsiuā, quia tūc eſſet motus,igit nulla generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. In contrariū arguitur nullū agens cuius ſubſtantia eſt in tpe,agit in non tempore, vt in libr. de cauſis dicitur propoſitione penultima, ſed ſuba generantis eſt in tpe:igitur agit in tpe, & ita generatio tpe, menſurabitur,& ſic erit ſucceſsiua. Secundo ante oēm generationē præceſsit generatū eſſe & generari.6.phy. igitur oīs generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. Tertio ſi aliqua generatio eſſet momentaria, tunc generās eſſet infinitæ potentiæ.deducitur quia poſſe producere eſſe ctum aliquem p̄ciſe in hora eſt aliquantæ virtutis, & in medio horę eſt duplæ virtutis,igitur in momēto erit infinitæ virtutis quare generās erit infinitæ virtutis. Quarto oīs virtus agētis naturalis eſt finita, igit oīs eius actio eſt tparia,igitur oīs generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. Quinto omnis ſubſtantia ſaltem elementaria eſt cōdenſabilis & rarefactibilis,& cū condenſatio eſt abſque alicuius corporis aduentu, tunc ſub aliquanta quantitate erit plus de ſubſtantia quam prius, & non extenſiue, quia non maiorem occupat locum,igitur intenſiue. Vltimo Auer.3.cœli, tenet expreſſe generatio- Cōm. 67.
nem elementorum eſſe gradualiter ſucceſsiuam. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu. Primo debes ſcire ꝙ duplex eſt mutatio.altera quidem ſucceſsiua. altera vero momentaria ſiue ſubitaria, verum non apud oēs eodem modo declarantur.Nam peripatetici ſucceſsiuam dicunt mutationem,quæ eſt in aliquo tempore vt in menſura adæquata.Verbi cauſa.curſus quo noſtra peregrina leporē aſſequitur,mutatio eſt ſucceſsiua,quia eſt in quodā certo tempore vt in menſura adæquata.quia in hora pręciſe.Momentaria vero vel ſubitaria eſt illa,quæ eſt in indiuiſibili temporis,quod Ariſt. vbiq; nunc appellat:alij inſtans,

inſtans,alij momentum,veluti in menſura æquata, ceu illuminatio momentaria dici ſolet,quia in indiuiſibili tẽ poris eſt vt in menſura æquata. Logici autem qui talia indiuidua negarunt:dixerunt mutationem dici ſucceſsi uam,quæ eſt in aliquo tempore toto,hoc eſt vt in men ſura æ quata.Momentaria vero q̃ eſt tota ſimul, & non illa cuius vna pars fuit prior & alia poſterior,ſed tota ſi mul:dicitur vero tota ſimul,quotiẽs eſt in tempore & in nullo tempore toto , vt illuminatio eſt in tempore, quia non extra tempus,ſed in nullo tempore toto, quia non in ita paruo quin ſit in minore atque minore in infinitum. Sed his prætermiſsis , videtur mihi ſucceſsiua mutatio,quã cũ intellectus conſiderat iudicat eã eſſe in aliquo tempore toto,vt in æquata menſura. Momentaria illa quam cum intellectus conſiderat confert eam ad non temporis,ſiue ad indiuiduum temporis, ſiue tale indiuiſibile temporis ſit in re ſiue in anima conſiderante ac conferente mutationem ad tempus. Secundo debes ſcire ꝙ trifariam ſucceſsio in generatione intelligi poteſt.aut pœnes partes graduales illius quod acquiritur.aut pœnes partes quantitatiuas ſubiecti, cui illud acquiritur aut pœnes vtraſq;.Exemplũ primi.eſt ſi aliqua caliditas acquireret̃ in vno ſubiecto ſm eandẽ par tem.hæc eſt generatio gradualiter ſucceſsiua,qa nunq̃ ceſſat generatio,donec in eadem parte ſubiecti caliditas ſit gradualiter perfecta.Exemplum ſecundi eſt.generatio ignis in ſtuppa,vel exhalatione,ibi enim ſucceſsiue ignis generatur pœnes partes ſubiecti quantitatiuas, quia prius generatur in prima parte ſubiecti , ſecundo in ſecunda:donec in toto ſubiecto eſt genitus. Exẽplũ tertij eſt.ſi caliditas acquireretur in aliquo ligno dupli ci ſucceſsione pœnes partes graduales intelligendo illã fieri gradualiter perfectiorem in ſingula parte , & ſimul extendi in alia parte donec totum ſubiectum ſit calefactum perfecta caliditate. Diſputatio igitur noſtra non quærit de ſucceſsione generationis pœnes partes ſubiecti,quia nemo dubitat formam ſucceſsiue generari in partes ſubiecti , ſaltem ſecundum minima , vt dictum eſt in.8. libro de formis accidentalibus , ſed quærit in ſucceſsione pœnes partes formæ. Vtrum videlicet aliqua ſubſtantiæ generatio ſit ſucceſsiua pœnes partes graduales formæ,quę generatur:an quęlibet eſt pœnes partes formæ indiuidua. Hæc de titulo.

Quæ logici. *Veritas.* *Nota.* *Intellectus dubitationis.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio iuniorum.

IVNIORES quidam de diſputatione . Primo acceperunt ſubſtantiales formas habere partes graduales ſm quas dicuntur magis & minus.Et hoc probant. Primo quia aliquod accidens eſſentiale formæ ſubſtantiale intenditur ac remittit̃: igit̃ forma cuius eſt illud.antecedens patet de caliditate,q̃ eſt accidens eſſentiale igni probant conſequentiam , qa effectu variato ſm magis & minus cã debet ẽt variari.Auer.autem.3. cœli probat rem hanc aliter,de quo quære librum de generatione, & codicillum de miſtura.Secundo arguũt,quia in aqua corrumpenda eſt calor,igit̃ ignis,aliter accidẽs eſſet ſine naturali ſubiecto nec põt ibi eſſe ignis intenſus : igit̃ remiſſus , quare ſubſtantialis forma eſt intenſibilis remiſsibiliſue. Tertio oẽ ꝙ mutatur partim eſt in termino è quo,partim in termino ad quem.6.phyſi. igit̃ generatio eſt partibilis:& non intelligit Ariſt. de partitione ſubiecti:peteret enim tunc ratio Ariſt. tum quia multæ mutationes fiunt ſubito ſm ſubiectum vt in lib. de ſenſu tum quia ſubiectum ſtatim relinquit terminũ è quo, igitur pœnes partibilitatem formæ, quare forma habet partes graduales. Quarto forma ignis poteſt dici maior & minor,igitur habet partes graduales antecedens patet:quia duo ignes iuncti faciunt vnum maiorem ac intenſiorem.Ex his patet ſuppoſitio ꝙ formæ ſubſtantiales ſunt gradualiter diuiſibiles: tunc ſecundo dant cõcluſionem, videlicet,generatio formarum ſubſtantialiũ eſt gradualiter ſucceſsiua . probat̃ ex ſuppoſitione , qa non aliter res ſit: quã ipſa ſit apta nata eſſe. Sed formæ ſubſtantiales ſunt gradualiter diuiſibiles , igitur gñatio illarum eſt gradualiter ſucceſsiua.Hæc illi. Sed hæc poſitio multifariam deficit.Primo quia per illam non habetur quomodo generatio ſit inter contradictoria , & quomodo generatio aliqua poſsit eſſe ſubitaria , aliqua non . Nam legimus peripateticos qui dixerũt generationem eſſe ſubitariam,& generationem eſſe ſucceſsiuam,& ex poſitione non habetur quæ ſit momentaria, quæúe ſucceſsiua.Secundo ex hac nõ habet̃ cauſa quare generatio non ſit motus,imo videt̃,primo aſpectu vere motus . nam generatio eſt gradualiter ſucceſsiua , igitur prius ſubiectum recipit vnã partem formæ,& poſtea aliam vſq; in finem,& tunc accipio ſubiectũ,vt pręhabet primam partẽ,& certum eſt ꝙ eſt in actu ſimpſr ꝑ illam : igitur quicquid recipit poſt illam recipit vt eſt in actu,& ita generatio reſidui formæ erit vere motus, ex poſitione igit̃ non videt̃ differentia inter motum & generationem.Tertio videtur ꝙ nulla forma ſubſtantialis ſuſcipiat magis ac minus,qm̃ quęlibet dat eſſe ſimpliciter ſubiecto,igitur indiuiſibiliter, & per conſequẽs nulla erit gradualiter diuiſibilis . Tertio vel intelligunt de omni forma ſubſtantiali, vel de formis elementarijs tantum.non credo illos intelligere de omni forma , nemo enim dixit rationalem animam eſſe gradualiter diuiſibilem:& ſi intelligunt de elementariis tantũ , cõtradicũt eorum principi in.2.lib.ſententiarum diſtinctione.15.vbi directe tenet oppoſitum contra Auer.Secunda poſitio,quam nos.5.phyſi. hoc anno diſputauimus, ſupponit formas ſubſtantiales elementorum eſſe intenſibiles ac remiſsibiles tantum:& nullas alias ſubſtantiales formas. Cauſa autem eſt, quia ſolæ hæ poſſunt dare eſſe ſubiecto ſimpliciter,& ſecundum quid dant quidẽ eſſe ſubiecto ſecundum quid:cum recipiuntur in materia vt diſpoſitiones ad formas miſtorum,tunc enim inſunt materiæ , & non perficiunt materiam inſunt quidem , quia diſponunt, & conſtituunt illam in eſſe ſecundum quid ad modũ,quo accidentia cõſtituũt ſubſta non perficiunt vero,quia non reponunt ſubiectum in eſſe ſpecifico proprio , ſed diſponunt ſubiectum ad eſſe ſpecificum accipiendum per formam miſti . Dant autẽ eſſe ſimpliciter, quando inſunt materiæ vt perficientes illam,vtq; reponentes eam in ſpecie,quare hæ ſolæ poſſunt ſuſcipere magis & minus. Secũda cauſa eſt,quia tales formas comitantur quædam accidentia propria & eſſentialia,vt primæ qualitates. quæ ſunt intenſibiles & remiſsibiles,vt Auer.dicit.3.cœli.Quare non temere ab Auerroe dicuntur mediæ inter ſubſtantias & accidentia , quatenus poſſunt dare eſſe materiæ ſimpliciter vt ſubſtantiæ faciunt , & dare eſſe ſecundum quid diſponendo,vt accidentia etiam . Secundo dicebam formas ſubſtantiales elementorũ eſſe intenſibiles poſſe bifariã intelligi ſm eſſe,& ſm eſſentiam, hoc eſt reſpectu indiuiduorum proprij generis & reſpectu indiuiduorum alterius generis,poſſunt.n.formæ hæ comparari ad indiuidua proprij generis,& ad indiuidua extranea, ſubſtãtiales qdẽ formæ non intendunt̃ reſpectu indiuiduorũ

Com. 67. *Confutatio.* *2. poſitio*

proprie ſpeciei,non enim hic ignis eſt magis vel minus ignis illo, nec hæc aqua minus aqua illa reſpectu vero indiuiduorum extraneorum,de quibus prędicatur per accidens & in concreto bene ſunt intenſibiles & remiſſibiles, poteſt enim hoc miſtum eſſe magis vel minus igneum.Quare concluſimus has formas non eſſe intenſibiles remiſsibileſue ſecundum eſſentiam,ſed bene ſm̃ eſſe,quod habent in ſubiecto,ꝙ illis participat ſm̃ magis & minus.Secundo ſupponit generationem elementorum eſſe duplicem. Alteram quæ dicit̃ poſitiua, ſiue abſoluta,ſiue ſimpliciter qua videlicet elementum accipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe, hanc nonnulli appellant completam generationem, & falſo quia completum non dicitur niſi perfectum, at ſtat per generationẽ aliquid denominari album, ꝙ non eſt perfecte album. Alteram cõparatiuã: & eſt illa qua corpus ſimplex vel forma ſimplex,ſiue accidens non incipiens eſſe, incipit eſſe in tanto gradu,hoc eſt perfectius, vel imperfectius quã erat,vtpote aut albius aut calidius,aut magis igneũ quam prius erat hanc nonnulli in completã vocãt, ſed quoniã prima non dicitur completa,nec ẽt hæc dicenda eſt incompleta, hæc põt dici intenſio elementi vel miſti propter elementum,ſicut generatio cõparatiua calidi eſt intenſio caliditatis. Tertio ſupponit hæc poſitio nullam mutationẽ poſſe eſſe continuam præter motũ localem,probauimus hoc. 8. huius, & probatur nunc breuiter,quia omnis mutatio præter localẽ motum eſt vel momentaria ſiue generatio poſitiua, ſiue abſoluta ſiue ſimpliciter, aut generatio cõparatiua ſiue intenſio formæ,ſi eſt generatio ſimpliciter ſiue poſitiua,ſiue abſoluta,cũ illa ſit qua res incipit eſſe poſt non eſſe, erit oĩs talis momentaria,quia inter eſſe & non eſſe non dat̃ mediũ.ſi aũt eſt generatio cõparatiua ſiue intẽſiua,ꝓbatum eſſe nullam intenſionem eſſe continuã,qm̃ nihil põt intendi ꝑ minus quã per vnum gradũ, ſiue vnũ minimum:igitur ſi erit continua, in quolibet inſtanti forma quę intẽdit̃,erit maior per vnum minimũ quã erat, igitur cũ in quolibet tp̃e quantuncunq; paruo infinita ſint inſtantia,in fine intenſionis oĩs talis forma erit infinite intenſa. Quare nulla generatio eſt mutatio continua.

Concluſiones prima.

Ex his patent cõcluſiones.Prima generatio cuiuſlibet formæ miſti eſt gradualiter indiuiſibilis: & pœnes partes formæ momentaria patet, quia nulla talis forma eſt gradualiter diuiſibilis. Secunda concluſio generatio poſitiua ſiue abſoluta, ſiue ſimpliciter elemẽtorum eſt ſubitaria.probat̃,quia oĩs talis eſt ſimpliciter in contradictoria vt patuit.Tertio generatio cõparatiua elementorũ ſiue intenſio formarũ elementorũ eſt gradualiter ſucceſsiua,non aũt continua. patet iſtud ꝑ diffinitionẽ talis generationis: & per ea q̃ diximus octauo huius de intenſione.Quo vero mõ fiat intenſio ꝑ minima & quomodo intenſio ſit diſcreta,ſiue interpollata.8.huius dictum eſt,non.n.oportet toties idem repetere. Ex his apparet qua generatio ſit inter contradictoria & ſubitaria, q̃ vero nõ ſed ſucceſsiua, qm̃ comparatiua ſiue intenſiua generatio elemẽtorum eſt ſucceſsiua,gradualiter,& nõ inter ſimpliciter cõtradictoria,generatio vero elementorũ poſitiua eſt inter cõtradictoria & ſubitaria.Secundo apparet q̃ formæ ſubſtantiales ſint intẽſibiles,q̃ vero non,& cauſa quare elementariæ ſic miſtorũ vero nõ.Tertio apparet ꝙ non oĩs ſubſtantiæ generatio eſt ſucceſsiua gradualiter,ſed ſolum elementorũ,hęc erant mãca in exterorum poſitione.

Quæ in poſitione ſunt ambigua.

Sed contra hãc poſitionẽ duo reſtant dubia.Primum,quia non video quomõ hæc poſitio poſsit dicere generationem elemẽtorũ cõparatiuam ſiue intenſiuã non eſſe motũ.hæc.n. comparatiua generatio ſiue intenſio elementi ſupponit generationẽ ſimpliciter ſiue poſitiuã. igit̃ ſupponit ſubm̃ in actu,& per conſequens erit motus non.n.valet dicere ꝙ hæc generatio elementi cõparatiua eſt à priuatione ſm̃ quid, quia à non tanto gradu formæ ad tantum gradum,qm̃ ſic nec intenſio caliditatis eſſet motus,qm̃ intenſio calidi eſt à non tanto cãlido ad tantũ calidum: vnde non video quomodo hæc poſitio poſsit ſaluare differentiam inter generationẽ intenſiuam formæ elementorum & motũ. Quare hoc remanet dilucidandũ. Secundum dubium eſt:quia.8.huius probatum eſt,formã non intendi vel remitti niſi ſm̃ partes formæ, at partes formæ ſunt partes eſſentiæ, igitur formæ elementorũ ſunt ſm̃ eſſentiam intenſibiles.

3 Poſitio

Propter hæc.5.phyſi. in diſputatione quadam extra ordinaria diximus aliter ꝙ elementa ſuſcipere magis & minus põt intelligi bifariã aut pœnes gradualem menſurã,formæ,& ſic non ſuſcipiunt magis & minus, vt rõnes probant aut pœnes multitudinẽ,vel paucitatem minimorũ, ex q̃bus miſta conſtant: & ſic concedit̃ elementa ſuſcipere magis & minus in miſto. Nã cum elementa non cõficiant miſta: niſi redacta ad minima,vt dr̃ in lib.de generatione, ꝓpterea in aliquo miſto erũt plura minima elemẽti ignis, quã cæterorũ elementorum in alio pauciora, qua rõne vnum miſtũ erit altero magis igneũ, altero minus pro multitudine minimorũ ignis,è quibus conſtat.

Excerptum.

Ex hoc ſequit̃ elementorum cõcreta denominatiue prædicari de miſtis ſm̃ magis & minus,vt magis aereũ ſit oleum, q̃ ferrum,qa in illo ꝑdominat̃ aer,& hoc quia in eo plura ſunt aeris minima.non aũt ob aeris maiorẽ vel minorẽ intenſionẽ:ſed (vt dixi) propter maius vel minus illius dñium in miſto.ꝙ dñium qualitatem elementorũ ſeqtur ꝑ cõparationẽ ad alia elementa,q̃ ipſum miſtum cõponunt.

Dubitatio.

Sed occurres,quia vel elementorũ minima remanent in miſto ſub proprijs dimenſionibus alijs à dimenſionibus formæ miſti:aut vna eſt oĩum minimorũ dimenſio,videlicet,illa q̃ eſt formæ totius miſti, nõ eſt dicendũ ꝙ remaneant minima ſub proprijs dimenſionibus,qa cum q̃libet pars miſti ẽt in infinitum parua ſit miſta,tunc eſſet penetratio corporũ, aliter nõ poſſet q̃libet pars quantumlibet parua eſſe miſta. Præterea cum forma miſti limitet ſibi dimenſionẽ terminatã, tunc in eodẽ materiæ pũcto eſſent duæ dimenſiones,videlicet, illa q̃ eſt totius, & illa q̃ eſt cuiuſq; minimi:& ſic penetratio.

Solutio.

Sed ſoluit̃:qm̃ dicere poſſumus aliqđ miſtũ eſſe magis igneum,non pœnes maiorẽ quantitatẽ minimorũ,q̃ actu ſunt in eo,ſed eorũ q̃ præfuerunt ante punctũ miſtionis,aut q̃ in reſolutione erunt. nã actu eadẽ quantitate oĩa ſunt quanta quantitate,videlicet,totius miſti. Quare iuſta hanc poſitionem erit dicendũ nullius ſubſtantiæ generationem eſſe gradualiter ſucceſsiuam: qm̃ nulla ſubã ſuſcipit magis & minus.

Confutatio. Cõm. 67.

Et licet hęc poſitio ſit optima, tamen eſt contra Auer. qui.3. cœli contra Auicennam vult ſubſtantiales formas elementorũ gradualiter eſſe intenſibiles ac remiſsibiles,facit enim in illo cõmento enthymema caliditas ignis remittit̃, igitur ignis aliter forma, ignis poteſt ſtare ſine caliditate, vbi patet ipſum eſſe locutum de graduali remiſsione formę. Præterea quid mouiſſet Auerroem dicere tales formas eſſe medias inter ſubſtantias,& accidentia niſi quia voluit illas intendi ac remitti, vbi enim in miſto non eſſent remiſſa niſi quo ad quantitatem, & propterea erunt

dicende

dicendæ mediæ, cum nihil accidentis habeant. Quare hæc poſitio videtur contra Auerroem. Videtur etiam contra rationem: quoniam ſi oleũ dicitur magis aereũ ferro: vel dicitur magis aereum à maiori quantitate aeris, vel à maiori intenſione aeris. ſi à maiori quantitate, vel quæ nunc eſt in oleo: vel quæ præfuit. non quæ nunc eſt per poſitionem, quoniam vna eſt miſti & aeris quantitas, nec quia præfuit, nihil enim dici poteſt actu magis vel minus tale ab eo quod actu nunc nõ eſt, ſed fuit oleum: igitur non dicitur magis aereum maiori quantitate, igitur à maiori intenſione aeris, & ſic aer eſt gradualiter diuiſibilis. Hæc igitur de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DVO igitur pro dilucidatione ſunt primo declaranda. Primo quo modo formæ ſubſtantiales elementorũ ſuſcipiant magis & minus. Secundo quo modo generatio formarum talium comparatiua differat à motu. Tertio cocludemus dilucidationem. *De intenſione formarum elementorum.* Quantum ad primum debes ſcire vt. 8. huius eſt dictum, ꝙ duplex eſt eſſentia cuiuſq; formæ, & etiam elementi, altera quidem quæ reſultat ex partibus eſſentialibus alterius rationis, videlicet, genere & differentia, & hæc dicitur à peripateticis quidditas, quã diffinitio explicat vt patet. 7. huius. Altera vero quæ reſultat ex partibus eſſentialibus eiuſdẽ rationis, quum enim partes caliditatis eiuſdem rationis in eodem puncto ſubiecti recipiuntur, reſultat vna eſſentia caliditatis maior, quam ſit eſſentia partis quæ præceſsit & partis quæ de nouo aduenit. Ex his ſequitur ꝙ quemadmodum intẽſio caliditatis fit per additionem partis caliditatis ad partem caliditatis in eodem puncto ſubiecti vtraque remanente ex qua vtraque reſultat eſſentia quædam caliditatis maior eſſentia partis præcedentis, & partis ſequentis, ſic intenſio formæ ignis fit vniformiter ſicut intenſio caliditatis per additionẽ partis gradualis formæ ad partem gradualem eiuſdem rationis in eodem puncto ſubiecti vtraque remanente: ex qua vtraque reſultat quędam eſſentia maior: ꝙ ſit eſſentia partis præcedentis & partis ſequentis, tunc patet an formæ elementorum ſecundum eſſentias ſint intenſibiles. *Exemplum.* Nam ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus alterius rationis nulla talis eſt intenſibilis quoniam omnis forma ſecundum talem eſſentiam eſt indiuidua, vt 8. huius eſt dictum ſecundum autem eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdẽ rationis omnis talis ſecundum Auerroem eſt intenſibilis remisſibiliſue. Et de intenſione hactenus. *An intenſio formæ elemẽti ſit motus.* Vtrum vero intenſio formæ elementi ſit motus non eſt facile diffinire. Aliquando enim diximus illam eſſe verum & proprie motum, quoniam eſt ſubiecti entis in actu & de contrario ſufficienti ad motum in contrarium quod ſufficit ad motum. Et quando dicitur generatio diſtinguitur contra motũ, dicitur hoc eſſe verum de generatione abſoluta. de cõparatiua autem non: quoniam intenſio caliditatis eſt generatio comparatiua, & motus. & cum dicitur ſi generatio comparatiua formarum elementorum eſt motus: vel auctio: vel alteratio, vel latio, vt. 5. phyſicorum dicitur, dico quòd eſt alteratio, & conceditur terminũ ad quem eſſe qualitatem vel ſecundum eſſe vel ſecundum modum: forma enim elementi eſt qualitas ad formam miſti comparata, quia reſpectu illius ſe habet vt diſpoſitio qualitatiua, reſpectu vero materiæ: quam poteſt perficere in eſſe ſimpliciter eſt ſubſtãtia. Sed quoniam famoſum eſt huius opinionis oppoſitum: poſſumus dicere intenſionem formæ elementi ſiue generationem intenſiuam formæ elementi eſſe generationẽ, & non motum: & tunc pono hanc differentiam, quòd in generationem intenſiua totius formæ elementi ſubiectum eſt ſimpliciter & per ſe primo in potentia: ſubiectum enim totius formæ ignis quæ per comparatiuam generationem acquiritur: eſt ſimpliciter, & per ſe primo in potentia: ſubiectũ autem totius formæ accidentalis quæ per intenſionem acquiritur, eſt ſimpliciter in actu, & ſecundum quid in potentia. Generatio igitur poſitiua ſiue abſoluta formę ignis, qua ignis incipit nũc primo eſſe poſt non eſſe, non eſt motus, quia ſupponit ſubiectum ſimpliciter in potentia. Generatio comparatiua eiuſdem formæ, quæque dicitur intenſio formæ ignis, non dicitur motus, quoniam licet qualibet pars formæ quæ intenditur, ſupponat ſubiectum in actu: tota tamen forma quæ per talem intenſiuam generationem in fine acquiritur, ſupponit ſubiectum omnino in potentia, accedit etiam ad hoc quòd totalis intenſio formæ elementi non eſt, de contrario in contrarium niſi concomitatiuæ, ac intenſio totalis caliditatis & cæterorum id genus eſt per ſe de contrario in contrarium. Ex his facile patet dilucidatio. *Dilucidatio.* Nam habemus primo generationem formarum miſtorum non eſſe gradualiter ſucceſsiuam, ſed omnem eſſe generationem ſimpliciter ſiue poſitiuam, ſiue abſolutam, quoniam tales formæ non ſunt gradualiter diuiſibiles. Secundo habemus generationem elementi qua forma incipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe, quæque dicitur poſitiua & aſoluta, eſſe omni ex parte indiuiduam quoniã vt ſic indiuiſibiliter forma acquiritur, habemus. 3. generationem elementorum comparatiuam, quæ elementũ vel eius forma incipit eſſe perfectior, quam erat, vel ſub tanto gradu, ſub quanto non erat eſſe gradualiter diuiſibilem ac ſucceſsiuam, & non eſſe motum. Hæc ſunt quæ ſectantes fundamenta Auerrois coguntur dicere. Hactenus de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

PRO ſolutione igitur rationum oportet declarare. *An contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto æquate.* Primo ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto adæquato. Secundo ad rationes omnes dicemus. Et licet *Poſitio Græ.* de hoc nulla ſit dubitatio apud Auerroem, qui mediũ vult eſſe extrema contraria collectiua ſumpta, vt diximus in decimo libro, tamen importunitas aliquorum coegit me aliqua repetere, quæ in. 10. libro omiſimus. Quidam boni viri & acuti dixerunt ſimpliciter eſſe impoſsibile virtute agentium naturalium contraria in aliquo gradu intenſo, vel remiſſo ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partẽ æquate. Quam opinionem perſuadent per rationes multas, quas primo capite tetigimus. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, licet illam expoſitores fere omnes ſectentur. *Confutatio* Primo quia Ariſto. 6. phyſi. vult omne quod mouetur: habere aliquid vtriuſque extremi, vbi Auer. & omnes antiqui dicunt omne mobile eſſe diuiſibile participatione terminorum, & Auer. 5. phyſi. idem ponit expreſſe: *Cõm. 32. Com. 12. et 54. Cõm. 17.* Præterea Auer. 4. phyſi. ait cauſam ſucceſsionis motus eſſe reſiſtentiam: quæ non eſt abſque contrarietate, igitur oportet eſſe ſemper in ſubiecto duo cõtraria. Præterea vbique Auer. vult miſto remanere elemẽta formaliter tam ſecundum qualitates quam ſecundum formas. Præterea. 5. phy. Ariſt. dicit motum qui eſt ab extremis in medium eſſe de contrario in cõtrarium, quia in medio eſt contrarium, vbi Auer. dicit, & dixit quodammodo quia *Cõm. 52.* mediũ eſt contrariũ vtriq; extremo non ſimplr ſicut al-

rerum extremum eſt contrarium alteri ſed medium eſt contrarium alteri extremo per illud quod eſt in eo de altero extremo, idem .1. phyſi. & in .10. huius idē. 2. li. de anima, idem in libro de ſenſu & ſenſato Ariſto. & Auer. expreſſe, & breuiter famoſum eſt ſecundum oēs Auerroem fuiſſe huius opinionis, ꝙ contraria ſunt in medio ſubeſſe remiſſo, cuius ſignum eſt quia Expoſitor ſibi quantum ad hoc contradicit in lib. de generatione, nouus Expoſitor in lib. phy. & alij plures. Hæc igitur poſitio non vř mihi poſſe ſtare cum dictis & fundamentis Auer. Aliter igitur dicendum ad dubium, vbi primo debes ſcire proprie contraria de quibus loquimur non eſſe niſi qualitates tertiæ ſpeciei, vt ſunt primæ qualitates elementorũ, caliditas frigiditas, & id genus: tunc dicendum ꝙ caliditas & frigiditas poſſunt effici cōtrariæ & ſimiles contrarijs, efficiuntur quidem contrariæ, quando circa idem ſubm intenduntur, ſic ꝙ ex illarum intenſione reſultet numerus graduum maior quàm ſit totius latitudinis cuiuſque illarum, qua ratione caliditas vt quinq;, & frigiditas, vt quatuor effectę ſunt contrariæ, quia numerus graduum ex latitudinibus vtriuſque collectus excellit latitudinem cuiuſq; illarum, cum ille numerus ſit vt nouem, efficiuntur autē ſimiles contrarijs, quando circa idē ſubiectũ ita remittuntur vel cō miſcentur, ꝙ ex illarum commiſtione remiſsioneúe reſultet numerus graduum nō maior vel minor quàm ſit latitudo cuiuſq; illarũ qua ratione caliditas vt quatuor & frigiditas vt tria ſunt ſimiles cōtrarijs, quia ſunt eiuſdem ſpeciei cũ caliditate vt octo & frigiditate vt octo quæ erant contrarię, reſultat enim ex illis commiſtis numerus vt ſeptem. Quæ igitur ſint qualitates contrariæ quæúe ſimiles contrarijs, ex his patet, tunc de mente peripateticorum dico primo ꝙ nullæ qualitates contrariæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partem æquate: patet quia vt ſic numerus graduum illarum excellit latitudinem. Secundo dico, ꝙ licet qualitates contrariæ non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partem, tamen qualitates ſimiles cōtrarijs poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſm eandē partē adæquate patet quia caliditas vt quatuor & frigiditas vt quatuor poſſunt ſimul ſtare, & hæ ſunt ſimiles in ſpecie ipſis contrarijs, non aũt, ſecundum gradualem menſuram contrariæ. Hæc de poſsibilitate contrariorum.

Nunc ad rationes oēs. Ad primam nego conſequētiā: ſolum enim ſequiť in eodē ſubiecto ēt quædā ſimilia cō trarijs: quæ videlicet ſunt eiuſdē ſpēi cum ipſis contrarijs. Vlterius ad rationem, dico ꝙ caliditas & frigiditas non agunt & patiuntur in quibuſcunq; ſubiectis poſitæ ſed ſolũ ſi ponuntur tali mō ꝙ ſint contrariæ: vbi autē eſſent contrarijs ſimiles, & nō cōtrariæ non agũt, nec patiunť, ſimiliter ſi caliditas vt quatuor poneret in ſubiecto A & frigiditas vt quatuor in ſubiecto B etiā illis approximatis, non agerent & paterentur, quia ab æqualibus non peruenit actio, ſic igitur nunquā ille agunt quā diu ſunt contrarijs ſimiles ſed quā cito ſunt contrariæ agunt. Ad ſecundam rōnē contra idē cōſequens. Reſpondent qdā acuti calculatores, & cōcedunt ꝙ caliditas & frigiditas ſeſe cōpati poſſunt in aliquãtis gradibus non, vnde ſub gradibus intenſiſsimis non, ſed bene qlibet gradus caliditatis citra ſummũ pōt ſecum cōpati frigiditatē, & econtra. Et cũ vlterius arguiť ꝙ caliditas A cōpatiať ſecũ frigiditatē B admittunt & cũ arguiť vel caliditas A cōpatiť ſecũ pciſe B. dicũt ꝙ A caliditas ſub gradu remiſsiori cōpatiť ſecũ frigiditate intenſiorē ꝗ frigiditatē B ſub intenſiori gradu non compatitur ſecum frigiditatem intenſiorem quàm eſt frigiditas B, ſed remiſſiorem frigiditate B & ſic compatitur ſecum intenſiorē & remiſsiorem: non tamen ipſa ſumpta ſub eodē gradu ſed variata, per gradum: vt dictum eſt & ſic volunt ſolutũ eſſe argumentum prolixũ: & recte dicunt vt mihi videtur iuxta eorum poſitionem. Ego vero facile dicerem ꝙ ratio cōcludit verum, videlicet ꝙ caliditas & frigiditas non poſſunt ſimul ſtare vt ſunt contrariæ, & ſic concedo nulla contraria eſſe compoſsibilia, vt argumētum concludit, at vt ſunt ſimiles contrarijs in ſpecie, bene poſſunt ſimul ſtare. Et ſi perſtringeres argumentũ, & diceres vel caliditas & frigiditas poſſunt ſtare in aliquantis gradibus ſic & in aliquantis non: vel in omnibus ſic, vel in nullis. Dico ꝙ caliditas & frigiditas vt ſunt in ſpecie contrarijs ſimiles, poſſunt ſtare in omnibus gradibus ad intra ſimilitudinem, at vt contrariæ in nullis gradibus ſtare poſſunt, quam cito enim efficiuntur contrariæ, efficiuntur incompoſsibiles: quare in oībus gradibus ſtare poſſunt ex parte illarum eſſe in qbus non ſunt contrariæ, ſed contrarijs ſimiles, & in nullis vt ſunt contrariæ. Et notanter dixi ſecundũ earum eſſe, qm̄ caliditas & frigiditas poſſunt conſiderari quo ad illarum fieri, & quo illarum eſſe. ſi conſiderantur quo ad illarum eſſe, bene poſſunt ſtare ſub oībus gradibus ſub qbus non ſunt contrarię, ſed contrariis ſimiles, vt dictum eſt. ſin aũt conſiderenť quo ad illarũ fieri, nō poſſunt ſtare ſub oībus gradibus ſub quibus non ſunt contrariæ, non. n. caliditas vt vnũ cum frigiditate vt vnum pōt ſtare: qm̄ tũc non oporteret ad vniformē gradualem contrarij remiſsionem alterũ cōtrarium vniformiter gradualiter intēdi, & ſic ꝑ accidēs caliditas vt vnum & frigiditas vt vnum non ſtant ſimul: qm̄ non merito illarum eſſe ſunt incompoſsibiles, quoniā merito illarũ eſſe non ſunt contrarię, ſed contrarijs ſimiles, ſed merito illarũ generationis, qm̄ ſemꝑ ſtant merito illarũ generationis ſub tot gradibus: ex quot reſultaret vna latitudo completa, & ſic caliditas vt ſeptem ſtat cum frigiditate vt vnum & caliditas vt ſex cũ frigiditate vt duo, & ſic vſq; ad non gradũ caliditatis ſemꝑ intendendo frigiditatem. Quare patet quantũ ad illarũ eſſe qualitates illas eſſe compoſsibiles ſub oībus gradibus, ſub quibus ſunt contrarijs ſimiles, non aũt quo ad illarum generationem, & ſic ſolutum eſt argm̄ prolixum. Ad tertiā cō ceditur conſequētia. & negať idem eſſe durum & molle, quia ad hoc vt aliquid ſit durum, requiritur ꝙ vel in ſe adæquate habeat duritiē ſummā, vel duritiē dominantem molliciei & concediť vlterius ꝙ tale habet qualitatem. qua tactui reſiſtit, non tamen eſt durum, niſi illam habeat in ſummo, vel à prædominio. Ad quartam negatur argumentum, nec eſt verum ꝙ ſi aliqua caliditas denominet ſubiectum illud denominet calidum, quoniam ſi eſt caliditas remiſsior frigiditate denominat illud remiſſe calidum, ſi intenſior frigiditati denominat illud ſimpliciter calidũ: & ſic ſemper aliquo modo denominat, non tamen ſimpliciter, calidum niſi quando prædominatur. Ad quintam eiuſdem reſpondent calculatores eſſe dabilem maximam frigiditatem per negationē, quæ dicitur maxima cum qua non poteſt ſtare caliditas, & ſimiliter, poteſt dari minima cum qua non exponendo illa variis modis. Ego vero dico ꝙ caliditas ſm ſui rationem, qua nō eſt contraria frigiditati ſed ſimilis contrariæ poteſt ſtare cum oī frigiditate intra limites ſimilitudinis: & cũ nulla frigiditate ītra terminos contra-

Com. 56. Com. 25. Com. 45. — *2. Poſitio.* — *Solutio 1a.* — *Solutio pro pria.* — *Replica.* — *Solutio pulchra.* — *Quæ calculatores. De maxima frigiditate.*

contrarietatis. Vlterius poſſum concedere eſſe dabilē maximam frigiditatem per affirmationē cum qua poteſt ſtare, quia cum illa ſic: & nulla maiori. Et vlterius dico ꝙ A eſt gradus remiſſus reſpectu ſummi ſimpliciter, & eſt ſummus cum quo poteſt ſtare hoc eſt ſummus eorum: qui cum caliditate ſunt compoſsibiles, & ita concedit cum B caliditatem non eſſe compoſsibilē, quia licet B ſit remiſſus reſpectu ſummi ſimpliciter eſt intenſus reſpectu ſummi poſsibilium, & ſic ratio ceſſat omnino. Ad ſextam dico ꝙ caliditas & frigiditas poſſunt ſtare ſimul non vt cōtrariæ, ſed vt cōtrarijs ſimiles, & ſic albedo & nigredo, & ſic vt ſimiles cōtrarijs rubedo & viredo, vt cōtrariæ aūt nec albedo & nigredo, nec rubedo & viredo poſſunt ſimul ſtare. Et ſi dicitur plus diſtat vnus gradus albedinis ab vno nigredinis, quā rubedo & viredo ſumuntur. Poteſt cōcedi quatenus rubedo & viredo ſumuntur vt ſimiles contrarijs ſed quatenus contrariæ, negatur illud, immo totum oppoſitum oportet dicere. Præterea de coloribus forte aliter eſt dicēdum quàm de qualitatibus actiuis & paſsiuis, quoniam ſecundum Auer. ſolum contraria actiua & paſsiua remiſſa poſſunt ſimul ſtare, cætera aūt non licet exemplariter videatur dicere de omnibus, & cauſa quare de actiuis conceditur & de illis alijs non quære alibi. Nam diximus illa eſſe compoſsibilia propter mutuā illorum actionem, cætera non ſunt actiua mutuo: ſed reſultant ex actiuis, ſed de his hactenus. Ad octauam concedūt quidam terminos eſſe compoſsibiles, & tamen motus non: vt ſphæra aeris eſt idem terminus aſcēſus & deſcenſus: & tamen motus aſcenſus & deſcenſus non ſunt cōpoſsibiles. Vel dici poteſt terminos eſſe cōpoſsibiles, vt ſunt ſimiles contrarijs, & non vt cōtrarij, & ſic non ſequitur idem poſſe moueri motibus cōtrarijs vt dictum eſt. Ad nonā dici ſolet, aliquod eſſe verū per ſe, quod eſt falſum per accidens vt. 6. Phyſi. dictum eſt vnde per ſe caliditati vt duo non eſt contraria frigiditas vt duo ſed bene per accidēs quatenus eſt pars caliditatis vt ſex. Verbi cā, ſit vnum lignum in quo ſint coextenſæ caliditas vt quatuor, & frigiditas vt quatuor, & intendatur lignum ad caliditatem vt ſex, certum eſt ꝙ de frigiditate corrumpuntur duo gradus, quoniam frigiditas remanet vt duo & caliditas ligni, vt ſex: igitur illi duo gradus caliditatis ſunt cōtrarij duobus illis frigiditatis, qui ſunt corrupti, dico quòd hoc eſt per accidens, quatenus illi duo gradus caliditatis ſunt partes caliditatis vt ſex, non autem per ſe: tunc ad formam dico ꝙ quicquid competit alicui indiuiduo alicuius ſpeciei per ſe illud competit omnibus eiuſdem per ſe, per accidens autem fallit, vt dictum eſt: & ſic patet ſolutio. Ad decimam dico ꝙ illi duo motus non ſunt contrarij, vt patet. 5. Phyſi. vbi diſputaui rem hanc, & tu quære illic omnia dicibilia. Ad vndecimam negatur argumētum quoniam vt dictum eſt. 8. huius ad remiſsionem vniformiter proportionalem alterius contrarij, non ſequitur intenſio proportionalis alterius, poteſt enim à calidum remitti ad duplum, triplum, & ſic in infinitum, & non ſic proportionaliter intendi frigidum, ſed bene ad remiſsionem gradualem, quoniam per quot gradus alterum remittitur: & per quātam latitudinem, & alterum per tot gradus, & tantam latitudinem. Secundo dici poteſt diuiſionem illam proportionem eſſe in potentia & non in actu: vt. 8. huius ſatis diximus. Ad auctoritates omnes: dic ꝙ omnes volunt contraria non poſſe ſimul ſtare cum quibus tamen ſtat ſimilia contrarijs in ſpecie eſſe compoſsibilia, & ſic ſolutum eſt primum argumentum principale. Ad ſecundam patet ſolutio ex dilucidatione, diximus enim quomodo differt generatio hæc à motu. Ad tertiam concederem argumentum, & tunc ad primam contra illud, dico ꝙ ſubſtantia elementi poteſt ſimpliciter & ſecundum quid dare eſſe: vt dictum eſt: ſimpliciter quidem quando materiæ inhæret, vt perficiens, ſecundum quid autem, quando inhæret vt diſponens. Ad ſecundam dico ꝙ habet contrarium concomitanter, & illud ſufficit. Ad quartam principalem, concedere illam generationem poſitiuam, quam compoſitum ſimpliciter incipit eſſe poſt non eſſe fieri ſubito, & non eſſe gradualiter ſucceſſiuam, vt dictum eſt: cum quo tamen ſtat generationem comparatiuam fieri gradualiter ſucceſsiue. Ad quintam patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt ad tertiam. Ad ſextam dico ꝙ in ſubſtantia perfecta vel miſta nō eſt forma diminuta, at in ſubſtātijs quæ poſſunt eſſe diſpoſitiones ad alias ſubſtantias, bene reperitur forma diminuta & perfecta. Ad ſeptimam dico ꝙ nec prior pars intenditur: nec poſterior, ſed reſultans ex illis eſt maius quolibet illorum, & ſic fit intenſio, vt dictum eſt. Ad aliam eiuſdem, dictum eſt in octauo: ꝙ eſt alia categorematice, quia aliud totum, non alia ſyncategorematice, quia non ſecundum ſe & quodlibet ſui. Ad alia etiam dico ꝙ neuter gradus dat eſſe per ſe, ſed bene ambo dant eſſe vt partes eſſentiæ reſultantis ex illis, & ſic dant idem eſſe per accidens, diuerſum autem per ſe, vt quando ſunt ſeparati à toto, & inter ſe. Per idē ad quartam eiuſdem, ſubſtantia enim habet contrarium concomitanter, & hoc ſufficit. Per idem ad quintam dictū eſt octauo huius priuationem eſſe intenſibilem. ſi eius habitus forma eſt intenſibilis, & licet hoc videtur difficile, non tamen eſt impoſsibile. Ad octauam negatur antecedens: ſolùm enim generatio ſimpliciter ſiue poſitiua eſt inter contradictoria, at generatio intenſiua, ſiue comparatiua eſt inter poſitiua, vt dictum eſt, aut inter priuatiue oppoſita ſecundum quid, & ſic licet quęlibet generatio cuiuſque gradus ſit ſubitaria, tota generatio totius formæ eſt gradualiter ſucceſsiua. Ad nonā dico ꝙ generatio elementorum abſoluta eſt finis motus, generatio intenſiua eſt ſimul cum motu & non finis motus, & propterea prima eſt indiuiſibilis ſecunda eſt ſucceſsiua motui coextenſa. Ad decimam dico ꝙ aliquid poteſt dici magis vel minus ignis ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis: non autem ex partibus eſſentialibus alterius rationis. Ad vndecimam forte non eſt peccatum dicere non eſſe dabile elementum purum, vt de aqua & terra patet apertiſsime. Præterea partes vicinas ignis forte dicimus eſſe miſtas, ſecus de partibus cētralibus ſphęrę ignis, ſed de his alibi. Ad duodecimam cōcedo formas illas remitti gradualiter vniformiter ſicut eius qualitates propriæ remittuntur, & concedo ignem in marmore vel cryſtallo ſtare ſub eſſe remiſſo, ſub quo ī propria ſphæra non ſtaret cauſa autem, quia conſeruantur in tale eſſe à forma totius miſti, & virtutis cœli miſtum illud generantis ac conſeruantis, & ſic eſt maioris virtutis per accidens in miſto, quam extra miſtum. Ad tertiamdecimam Auer. 2. de anima: concedit totum, & tu quære ea quæ illic diximus, voluit. n. Auerroes nunquam elemēta poſſe alterari pura alteratione quin ſemper illa ſit generationi miſta. Ad decimamquartā concedit Auerroes totum, quoniam quàm cito elementa in

Replic.
Solutio.
Comment. 15.
Comment. 115.

ta in ſubſtantia remittuntur,tam cito miſcentur,nec eſt impoſsibile eſſe miſtum in fieri ex duobus elementis, non autem in facto eſſe, vt in libro de generatione dictum eſt. Ad vltimam patet ſolutio. vult enim generationem non eſſe gradualiter ſucceſsiuam ad modũ quo eſt intenſio formarum accidentalium, in quibus ſubiectum eſt ſimpliciter in actu, tunc enim eſſet motus, vt arguit Ariſtot. Et de diſputatione.4. hactenus, deque toto lib.11.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

LIBRI DVODECIMI METAPYSICORVM

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In 15. Diſputatione diuiſi.

1 *Num Metaphyſicus de ſubſtantia contempletur.*
2 *Num diuiſio ſubſtantiæ ſi bene aſsignata.*
3 *Num productio cuiuſlibet formæ ſit vniuoca.*
4 *Num agente exiſtente vno, & materia vna, effectus ex his producti poßint dici plures.*
5 *Num prima ſubſtantia ſit in potentia.*
6 *Num ſubſtantiæ,quæ mouent orbes, ſint pœnitus immateriales.*
7 *Num ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, ſint mobiles.*
8 *Num motores ſecundi intelligant ſeſe per eorũ eſſentias.*
9 *Num vnus motorum ſeparatorum intelligat alium.*
10 *Num vna intelligentia cognoſcendo Deum, & omnes alias,intuitiue cognoſcat.*
11 *Num intelligentiæ in mouendo moueant vt aſſimilentur primo mouenti.*
12 *Num cum vnitate diuinæ eſſentiæ poſſit ſtare Trinitas aliqua.*
13 *Num attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei.*
14 *Num intelligentiæ ſecundæ ad hoc quòd intelligant quiditates citra ipſas, requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas.*
15 *Num intelligentia prima ad hoc vt intelligat rerũ quiditates, ſit neceſſariũ ponere rationes æternas in eius diuina mente.*

PRÆFATIO.

HABES hactenus mi Andrea magnanime diſputationes vndecimi: necnon cæterorum librorum,quę potius phyſicæ ſunt: quam diuinæ. At nunc Ariſt. diuinas res aggreditur:quæ humano captu ſunt difficiles. Vnde Alexander Aphrodiſius in peripatetica familia grauis, non iniuria hunc librum duodecimum totius diuinæ ſcientiæ carpon appellat,hoc eſt fructum, quoniam finis totius metaphyſici negocij eſt liber hic quippe cum humanum intellectum olim naturali cognitione affectum, diuinis cognitionibus coniungat in quarum copulatione ſapientes beatitudinem ac animæ bonum poſuerũt. Accipe igitur quæſtiones haſce: quas legere non dedigneris. Placebunt profecto cæteris, ſi è tuo ſpectatiſsimo ingenio commendatas ſentient. Vale.

De ſubſtantia quidem theoria,eſt nam ſubſtantiarũ principia & cauſæ quæruntur, &c. Tex.cõm.1.

DISPVTATIO PRIMA De ſubſtantiarum ſcientia.

Num Metaphyſicus de ſubſtantia contempletur.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD de ſubſtantia Metaphyſicus nõ contẽpletur. Arguitur primo de nulla ſubſtantia Metaphyſicus cõtemplatur,igitur quęſtio falſa. antecedens apparet, quia nec de hac, nec de illa ſubſtantia Metaphy. contemplatur. Secundo quicquid Metaphy.cõſiderat, eſt abſtractũ à materia, vt patet.6.huius ſed ſubſtantia non eſt abſtracta à materia, quia prædicatur de ſubſtantia materiali: igitur de ſubſtantia nõ eſt Metaphyſica cõſideratio. Tertio de ſubſtantia conſiderat logicus: vt patet in prædicamentis, igitur non Metaphyſicus. tenet argumentum,quia ſcientiæ diuerſæ non verſantur circa idem,vt dicitur.3. de Anima. Quarto ſi de ſubſtantia conſiderat Metaphyſicus,de omni ſubſtantia conſiderabit,quia eiuſdem ſcientiæ eſt de genere & ſpeciebus vſque ad indiuiduam conſiderare,& ſic cæteræ ſcientię quæ erunt de ſubſtantia, erũt ſuperfluæ. Quinto ſi de ſubſtantia Metaphyſicus conſiderat, etiam & de accidente conſiderabit conſequens eſt contra textum, qui de ſubſtantia.d.eſſe conſiderationem, & nihil meminit accidentis. In contrarium eſt Ariſtot. per multas rationes, quas in noſtris commentationibus explicauimus. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire. Primo ꝙ librum hũc his annis præteritis expoſuimus ad votum Hieronymi Bernardi noſtri, necnon & Antonij Iuſtiniani, vbi multas quæſtiones enucleauimus: licet breuibus vt noſtri moris eſt (nam peritis loquimur.) Nunc vt vides ad mandatum Sereniſsimi Principis Roberti ſecundi Sanſeuerini ædimus diſputationes, his de cauſis breuibus percurremus, tum quia multa tetigimus in commentationibus. tum quia alij pauca tetigerunt: addemus tamen diſputationes aliquas & propter Ioan. qui bene quædam excitauit,& propter alios qui in hunc librum tranſtulerũt multa theologica,& vera,vt videbitur. Secundo debes ſcire ꝙ quid ſit ſubſtãtia, quodúe accidens.7.lib. dictũ eſt. Hæc de tit.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

LOGICI quidam dixerunt. Prima conſiderata, & propria in Metaphy.eſſe ens inquãtum ens: & quęcũque ens inquãtum ens conſequuntur, vt ſunt vnum,bonum,verum,& id genus. Amplius actus & potentia:finitum & infinitum & id genus. Secundo dicunt de nullis alijs conſiderari in Metaphy. niſi quatenus ſubeunt rationem primorum conſideratorum: & ſic de ſubſtantia conſideratur in hac ſcientia,& de omnibus entibus, non quidẽ quatenus ſubſtantia,nec quatenus accidens, vel quatenus tale,ſed de omnibus quatenus entia. Amplius & quatenus omnibus attribui poſſunt ea quæ ens vt ens conſequuntur, tunc ſoluunt ad diſputa. dicentes *Poſitio quorundam logic.*

de

de ſubſtantia eſſe metaphyſicam conſiderationem, vt rationes Ariſtot. probant, non autem de ſubſtātia, nec de accidente quatenus ſubſtantia, vel accidens. & cauſa eſt, quia nullum horum eſt primum conſideratum, vel proprium conſideratum, in hac ſcientia, hinc captiunculatorie ſoluunt dicentes ſubſtantiam conſiderare metaphyſicum, & accidens etiam, non tamen metaphyſicum conſiderare ſubſtantiam vel accidens, primam probant, quia id quod eſt ſubſtantia metaphyſicus conſiderat, quia ſaltem ſub ratione entis. ſecundam deducunt, quia non ſubſtantiam quatenus ſubſtantiam, nec accidens quatenus accidens, vt dictū eſt.

Confutatio. *Commen. 1.* *Commen. 5.* Hæc ſorticole de quæſtione. Sed contra hanc poſitionem eſt auctoritas Auer. in k. 12. lib. & alibi, vbi expreſſe voluit de ſubſtantia quatenus ſubſtantia eſſe cōſiderationem metaphyſicam. ſunt etiam cōtra hanc poſitionē duæ rōnes Ariſt. pcipue poſitæ in tex. Prima quia ſubſtantiæ vt ſubſtantia principia & cauſæ in hac ſcientia quæruntur, igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt cōſideratio hæc. antecedens non aliter probat, niſi ſupponendo in hac ſcientia conſiderari ſubſtantias ſeparatas vt ſunt principia ſubſtantiæ ſimpliciter, non ſubſtantiæ mobilis. Secunda ratio eſt quia de prima parte entis eſt per ſe conſideratio vt talis eſt, at ſubſtātia eſt prima & principalis pars entis, vt probatur in tex. igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt prima & principalis conſideratio, ſunt etiam rationes & verba Ariſtot. & Auer. 7. huius, & præcipue Auer. Hæc igitur poſitio non eſt peripatetica.

Commen. 9. *Poſitio Ioan.* Ioannes quæſtione huius lib. primi reſpondet ſimpliciter de ſubſtantia eſſe metaphyſicam conſiderationem, & probat concluſionem per quatuor rationes poſitas in tex. quas vide in ſua quæſtione, & in noſtris commentationibus.

Confutatio. Sed eius poſitio eſt māca & imperita. Primo quia per eius determinationem nō habetur an de ſubſtantia ſit conſideratio quatenus ſubſtantia, aut quatenus ſubijcit rationem primorū conſideratorum. Secundo non habemus ex eius poſitione ꝙ conſideratum ſit ſubſtantia, an ſubiectum, an pars ſubiecti, an proprium ſubiecti, vel tale quid, & ſic poſitio Ioannis nec calidum facit nobis, nec frigidum. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quæ in dilucidatione conſideranda. PRO dilucidatione primo declaremus ſi de ſubſtantia quatenus ſubſtantia eſt cōſideratio, & de accidente quatenus accidens. Secundo declarabimus quod cōſideratum eſt ſubſtantia in Metaphyſi. ex quibus poſtea concludemus dilucidationem.

Quod de ſubſtantia vt ſubſtātia deque accidente vt accidens ſit Metaphyſica conſideratio. Quātum ad primum debes ſcire ꝙ duplex eſt ratio cōſiderādi in quauis ſcientia, qua conſideratur quicquid in illa cōſideratur. altera quidditatiua & formalis. altera ſubiectiua ſiue obiectiua: Prima eſt in habentibus diffinitionem diffinitio. In non habentibus autem eſt conceptus formalis, & eſt illa ſuper quam cadit nota reduplicationis. Verbi cauſa: ens inquātum ens conſideratur in hac ſcientia, ens ſuper quod cadit nota reduplicationis inquātum eſt ratio formalis quidditatiua huius ſcientiæ, quia licet non ſit entis diffinitio, eſt conceptus formalis entis, ratio ſubiectiua eſt illa qua contrahit conſideratum ad certum genus ſubiecti. vnde de ſubſtantia conſideratur in naturali ſcientia, & de ſubſtantia conſideratur in hac ſcientia, etiam de ente conſiderat phyſicus, & de ente metaphyſicus, verum phyſicus de ente vt mobile, de ſubſtantia vt mobilis, metaphyſicus vt abſtrahit à mobili & immobili: igitur rō ſubiectiua qua cōſideratur ens in ſcientia naturali, qua vt ſubſtantia eſt mobilitas, quia ꝑ illam contrahit ad genus phyſicū, abſtractū vero à mobili & immobili eſt rō ſubiectiua, qua cōtrahiť ad genus metaphyſicū. Animaduerſione tñ dignū nos ꝑ abſtractum intelligere non per eſſentiam, quo modo DEVS & motores cęlorū dicūtur abſtracti ſed per indifferētiam, quo modo ens ſubſtantia & accidēs dicuntur abſtracta, quia ſunt materialibus & immaterialibus cōmunia atq; indifferentia, vt noſtris patet cōmētationibus, & diſpu. prima etiam primi lib. Ex his ſequitur ꝙ rō formalis ſubiectiua pōt eſſe aut paſsio ſubiecti prima, aut cōditio ſubiecti, aut accidens ſubiecti, at rō formalis quidditatiua nunquam eſt niſi aut diffinitio, aut conceptus formalis. cauſa autem eſt, quia poteſt cōſiderabile cōtrahi ad certum genus ſcientiæ tam ꝑ primā ſubiecti paſsionem, q̄ per conditionem, nunquam tñ per ſe primo cōſiderabitur, niſi per eius rationem quidditatiuam. Tunc reſpondeo ad primum ꝙ de ſubſtantia vt ſubſtātia eſt conſideratio, & de accidente vt ſubſtantiæ ſimpliciter accidit. probatur, quia ſubſtantia vt ſubſtantia eſt communis materialibus & immaterialibus accidens vt ſubſtantiæ accidit eſt cōmune materialibus & immaterialibus, igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt hæc cōſideratio. tenet argumentū, quia quæ includūt rōnē ſaltem ſubiectiuā alicuius ſcientiæ cōſiderātur inquātum tale in illa, ſed ſubſtantia vt ſubſtantia & accidens vt accidit ſubſtantiæ includunt rōnē ſaltē ſubiectiuam huius ſcientiæ, quia tam ſubſtantia vt ſubſtantia, q̄ accidens vt accidens ſunt abſtracta per indifferentiam à materialibus & immaterialibus, quia ambo ſunt cōia materialibus & immaterialibus, igitur patet añs & conſequentia, & cōcluſio. Animaduerſione dignū eſt accidēs quod ſubſtantiæ ſimpliciter accidit accidere materialibus, & immaterialibus. De materialibus quidem patet, ꝙ aliquod ſit accidens rebus materialibus. probatur, quia ſunt quædam prædicata illis cōmunia nō conuerſim & extra eſſentiam, igitur illis cōpetūt accidentia quædā, hæc. n. eſt diffinitio accidentis poſita. 1. Topic. Hæc de primo.

Pro intellectu ſecundi debes ſcire in ſcientia multa cōſiderari. quædam vt ſubiectum primum. quædā vt prædicatū primū de primo ſubiecto. quædā vt prima accidentia primi ſubiecti, quædā vt partes primæ ſubiectiuæ primi ſubiecti. quædam vt cauſæ & principia ſubiecti, tūc dico ꝙ ſi primum ſubiectum in hac ſcientia eſt ens vt ens, vt diſputatum eſt primo lib. de ſubſtantia conſideratur hic vt eſt prima entis pars ſiue ſpecies, de accidente vero vt eſt ſecundaria pars entis ſiue ſpecies, & etiam vt eſt accidens primæ entis ſpeciei, hanc probat Ariſt. in tex. & ait ꝙ ſi omne hoc eſt ens ſit vt totum ſubſtantia eſt prima pars, & ſi ens eſt in eo quod conſequenter adhuc ſubſtantia eſt prima ſpecies entis, deinde quale aut quātum, igitur de ſubſtantia conſideratur hic, vt eſt prima pars entis, primaque illius ſpecies. Quo vero modo intelligantur verba Ariſt. hic poſita, lege noſtras commentationes, & nihil tibi remanebit occultum. Hæc de 2. *Quo de ſubſtātia hic conſideratur.*

Ex his concluditur dilucidatio. Nam patet ex his primo de ſubſtantia hic eſſe conſiderandum vt eſt ſubſtantia. Amplius ipſam cōſiderari vt eſt prima ſpecies ſubiecti, vel forte ſubſtantia conſideratur vt primum ſubiectū, quia eſt prima & principalis ſpēs entis, ens cōſiderať vt eſt primū ꝑdicatū: accñs vero vt ſubſtantiæ ſimpł̄r attributū, ſed de his 1 lib. 1. diſp. 1. Hæc de dilucidatione. *Dilucidatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis poteſt rñderi. Ad primam multifariam,

riam,ſed ſufficiat nobis negare añs, quia de oĩ ſuƀa hic agitur,non quidem vt hæc vel illa,ſed vt ſubſtantia, & hoc ſufficit. Ad ſecũdam negatur minor,quia ſuƀa eſt abſtracta à materia ꝑ indifferentiam, & ideo prædicať de materialibus, & immaterialibus. Ad tertiã dici poteſt ẜm peripateticos logicũ non conſiderare de re quę eſt ſubſtantia,ſed de hac voce ſubſtantia, vt.d.Boet.eſt enim logica de vocibus,& nõ de rebus,vt Boet.Simpľ. & Ammonius ſentiunt. Ad quartam cõcedo de omnibus ſubſtantijs hic conſiderari, non tamen ſub rationibus particularibus,ſed vniuerſalibus,vt primo lib.diſputatum eſt,& propterea cæteræ non ſuperfluunt. Ad vltimam dico ꝙ de accidẽte etiam cõſiderat, & licet textus non dicat niſi de ſubſtantia,dat intelligere accidens dũ.d.ſuƀam eſſe primum conſideratum. Nam ſi ſuƀa eſt primum conſideratum, accidens erit ſecundum, & ſic dat illud intelligere. Hæc de prima diſputa.

Subſtantiæ vero tres ſunt, vna quidẽ ſenſibilis cuius, alia quidem ſempiterna,&c. Tex.cõm.5.

DISPVTATIO SECVNDA
De ſubſtantiæ partitione.

Num diuiſio ſubſtantiæ ſit bene aſſignata in tex.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod diuiſio ſubſtantiæ in tres non ſit bene aſſignata. Arguiť primo, quia oĩs bona diuiſio eſt bimembris,vt.d.Boet.in lib.diuiſionũ. Secundo vř ꝙ ſubſtãtiæ ſint tm̃ duæ ſenſibilis,videlicet,& inſenſibilis. Tertio videnť plures q̃ tres,quia ſub ſubſtãtia inſenſibili cõtinenť plura & ſub ſenſibili etiam, igitur plures quã tres. In contrarium eſt Ariſt.in textu. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire pro titulo ꝙ Ariſt. vult eſſe tres ſubſtantiæ primas naturas, ſenſibilis duas, videlicet corruptibilem,vt ea quæ ſub globo lunari cõtinenť, incorruptibilẽ,vt ſunt cœli:& inſenſibilem vnã. videlicet totũ genus ſubſtantiarũ immaterialium.propterea quæritur ſi ſint hæ tres naturæ: & ſi ſubſtantia bene diuidatur in illa tres. Hæc de pauca titu.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Heraclitano. HERACLITANI quique Herculei dicuntur eſſe: ſolũ ſubſtantiæ vnã conceſſerũt naturã,videlicet,ſenſibilẽ corruptibilẽ,nã inſenſibilẽ deſpexerunt, tanquã à ſenſibus remotã, cœlicam nõ alienã ab elementis naturã eſſe ꝓfitebanť,& ſic ſolũ naturã ſubſtantiæ vnã ſenſibilẽ,corruptibilẽ voluerunt eſſe,eo quia tã cœlicã, quã elementariã fecerũt ſenſibilẽ & corruptibilẽ,ſeparatam aũt non cognouerunt. Hi ſunt vt dicit Ariſt. qui phyſicã fecerũt primã pħiam,eo quia metaphyſicã deſpexerũt.Mouebanť aũt ex eo quia nihil erat ponẽdum:quin ipſum eſſet ſenſibile,aut ex eius ꝓprijs accñtibus ſenſibilibus colligibile,at nihil eſt ĩ ſenſibus deprehenſibile: qđ poſſit concludere ſubſtantiã aliquã eſſe æternã, nec .n.ipſum eſſe æternũ eſt ſenſibile, nec aliqđ accñs eius ſenſibile:igiť nihil tale eſt ponẽdũ. *Obiectiones Ariſtot.* Obijcit aũt huic opinioni Ariſt.pluribus rõnibus, ꝑcipue aũt & principales ſunt tres.Prima habeť primo lib.de cœlo,quia dať quædã natura q̃ nec eſt elementũ,nec elementariũ, igiť tertia natura æterna añs declarat Ariſt. ex motu, quo illa natura moueť,quia oẽ quod mouetur, aut ſimplici moueť motu,aut cõpoſito,cœlica natura moueť,igitur aut ſimplici motu, aut cõpoſito mouebiť: ſimplex motus eſt triplex,aut à medio,aut ad mediũ, aut circa mediũ, cõpoſitus eſt à ꝑdominio alicuius naturæ,q̃ aliquo horũ motuũ moueť:cœlica natura nõ moueť ad mediũ, nec à medio:vt ſupponiť,igitur vel circa medium,vel à ꝑdominio alicuius horum trium,non à ꝑdominio,quia ſic vel ad medium, vel à medio, vt prius igitur moueť circa medium,& ſic eſt alterius naturæ ab elementis, atq; & à rebus elementarijs,& ſic patet añs. conſequentia vero ꝑſpicua eſt, quia oĩs natura corruptibilis eſt aut elementum,aut natura elementaria. Quare cũ cœlica natura nec ſit elementũ, nec elementarij quicquã, igitur erit natura tertia alia ab his,& ita æterna,& ſic habetur prima & præcipua rõ. Secũda rõ colligitur ex.8.phyſicæ auſcul.nã perpetua eſt generatio & corruptio.horũ ſublunariũ,vel igiť ab aliquo quod eſt eiuſdẽ naturæ cũ ipſis,vel alterius naturæ.non ab aliquo, quod eſt eiuſdẽ naturæ cũ ipſis,quia nihil põt perpetuari ab eo quod in ſe nõ eſt perpetuũ, igiť cã perpetuæ ſucceſſionis non põt eſſe aliquid de illa multitudine,erit igiť alterius naturæ & ſpeciei ab omnibus illis & ſic perpetuũ. Hæc eſt ſecũda rõ & principalis. Tertia rõ colligiť ĩ eodẽ.8.& eſt præcipua & potiſſima in qua fundatur Auer. videlicet,quia motus eſt perpetuus,& præcipue circularis,vt dictũ erat in.7.lib.Phyſi.& in.8.eo quia ſi motus eſſet factus,& ꝑcipue circularis,tũc ante oẽm motũ eſſet motus,& ꝑcipue ante circularẽ,& ſic ante primũ motũ,eſſet motus,per idẽ probatur ꝙ non eſt corruptibilis. Qđ ſi motus eſt perpetuus, oportet motorẽ & mobile eſſe perpetua,& habetur propoſitũ. Quarta rõ accipiť ex 4.lib.Phyſicæ auſcult.ex parte tẽporis,qui tp̃s eſt perpetuum,igiť & motus,& per conſequens mobile & motor erunt perpetui.añs patet,quia ſi tp̃s inciperet, tũc prius non fuiſſet,& ita an tp̃s fuiſſet prius & poſterius, & ita ante tp̃s fuiſſet tp̃s.Ex his colligitur eſſe aliquam naturã æternam ſiue ſenſibilem,ſiue inſenſibilem, contra Heraclitanos. Empedocles autem agrigentinus, neſcio *Poſitio Emped.* his vel alijs rõnibus voluit duplicem eſſe naturam elementariam,quã ſublunarẽ dicimus,& ætheriã, quæ cœlica eſt,ſublunarẽ quidem voluit & appellauit mũdum, quem viciſſim confundi & diſtingui lite & amicitia ꝑpetua reuolutione contendit, & quia cœlica illa natura aliena eſt ab his,idcirco cœlos facit deos, & cœlũ.d.primã cãm,& ſic naturam æternã inſenſibilẽ pœnitus deſpexit aſſerens naturã ſenſibilem corrupt.& ſenſibilem incorrup. & corruptibilẽ ſubijci illi incorruptibili. Et ſi modo patet ſolutio Empedoclis. Sed huic poſitioni *Obiectio Ariſtot.* obijcit Ariſt.& ꝓbat dari adhuc naturã æternã inſenſibilẽ,quæ mouet ſenſibilem æternã, & ꝑ cõſequẽs concludit dari tres naturas ordine quodam ſubalternas, vt dicemus.Prima ratio colligitur.8.Phyſi.ex eo quia oẽ, quod mouetur à ſe,diuiditur in partem motam, & partem mouentem,cum igitur natura cœlica ſit perpetua & moueatur à ſe,igitur diuidetur in partem mouẽtem, & partem motam,illa pars mouens non poteſt eſſe corpus.nec virtus dependens à corpore,quia tunc eſſet corruptibilis,& ſic eſt virtus ſeparata, & tota vis octaui eſt circa declarationem huius rationis. Secunda rõ colligitur in hoc.12.lib.ex eo quia motus cœli eſt vniformis & regularis,igitur ab intellectu,& omnis intellectus eſt natura æterna inſenſibilis,igitur datur tertia ſubſtantia. Tertia colligitur ab Auicen.8.ſuæ Metaphy. capite.3. *Ratio Sco.2. ſenten.* & illam ſequuntur multi doctores. Et eſt, aliquid eſt

mouens

mouens & à ſe, hoc eſt independenter, igitur illud eſt extra magnitudinē. antecedens patet, quia aliquid mouet & ab alio, igitur ſi non eſt procedere ad infinitum, oportet eſſe aliquod mouens & à ſe. cōſequentia autem deducitur, quia omne corpus vel virtus in corpore mouet dependenter ab alio, quia vel dependenter à partibus, vel ab aliquo tali. Multæ rōnes fieri poſſunt, oēs tamen ad has reducuntur. Ex his patent tres ſubſtantiæ, corruptibilis quidem ſenſibilis patet ſenſibus, incorruptibilis vero ſenſibilis vt cœlum patet rationibus, ſimiliter æterna inſenſibilis etiam rōnibus patet. Hæc eſt poſitio Ariſt. Plato vero ſenſibilem naturam cum Ariſt. geminam fecit, videlicet corruptibilem, & æternam, inſenſibilem etiam geminam idealem, quam & Ariſtot. conceſsit, ambo enim ideas ſeparatas poſuerūt, nō quidem vt vulgus credidit, ſed illas quas nos intellectus appellamus, conceſsit & naturam inſenſibilem mathematicam, vt in commētationibus noſtris dictum eſt. Quare naturæ & ſubſtātiæ quatuor ſunt apud Plat. duæ ſenſibiles duæque inſenſibiles, rationes vero quibus conceſsit mathematica ſeparata omitto quia primo lib. ab Ariſtot. clariſsime ſunt explicate. Hæc Plat. Obiecit autem Ariſt. contra quartam illam naturam, quā Plat. mathematicis dedit. Primo quia res mathematicæ ſunt accidentia. Modo nullum accidentium ſeparabile eſt. Secundo quia ſunt res imaginariæ, & nihil imaginarium ſeparabile eſt. Tertio quia ſunt infra res phyſicas, igitur minus ſeparabiles. antecedens patet: quia ſi nulla eſſent entia præter phyſicas naturas, tunc phyſica eſſet prima phīa, vt dicitur in .6. huius. Ex his Ariſtot. tres fecit in ſuba naturas, & non quatuor. Hæc de pōnibus.

Poſitio Ariſt. *Poſitio Plat.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Differentia inter catholicos et philoſophos. Quæ catholica.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliud eſt catholice ſentire & aliud phyſice diſputare. Catholice enim & ſecundum veritatem ſentiendo concedendæ ſunt tres naturæ, non quidem, vt illas conceſsit Ariſtot. ſed corruptibilem quidem ſenſibilem elementorum, & eorum quæ ex elementis conſtant, concedendo hanc etiam & Platoni, & Peripatetici aſſerunt: concedenda eſt etiam naturam inſenſibilis & æterna, qualis eſt illa DEI ſaltem, quāque omnes & Græci & Barbari aſſerunt. Tertiam naturam inter has quaſi mediam nos aſſerimus & dicitur media, quia non eſt æterna omni ex parte, ſed ſolum à parte poſt, nec eſt per generationem vel motu deducta, ſed per ſimplicem emanationē, quam creationem appellamus, & hæc eſt diuiſa in duas, inſenſibilem quidem, qualis eſt cœlorum. cœlica enim natura eſt à parte poſt: licet cum motu & tempore incœperit, vt Plato etiā cōceſsit, nō quidē generatione ſed creatione, & in inſenſibilem, qualis eſt illa intellectuū, Hæc enim cœpit, nunquam tamen peribit. Hæc catholice & ſecundum veritatem ſentimus. Phyſicæ diſputādo videtur mihi ſaluo meliori iudicio & remittendo me ſemper peritioribus, ꝙ nulla dictarū rationum eſt demonſtratiua, quibus probauimus eſſe aliquam naturam æternam, eo quia omnis demonſtratio eſt aut propter quid per cauſam, aut quia per effectum vel per cauſam remotam, per cauſam quidem nulla illarum eſſe poteſt, quia æterni aut nulla eſt cauſa aut illa eſt nobis poſterius nota. ſi per effectum, tunc eſſet petitio principij, quia non poteſt probari naturam æternam eſſe per effectum quin ille ſit æternus, & ſic ſupponitur æternum eſſe, quod erat demonſtrandum, non per cauſam remotam, quia per illam non demonſtrantur niſi conclusiones negatiuæ, igitur nulla demonſtratione poteſt probari æternum eſſe. Rationes quoque Ariſt. ſunt ꝓbabiles, & ex creditis acceptæ, ratio enim illa accepta ex lib. cœli deducit ad quādam naturam tertiam, quæ nec eſt elementum, nec elementarium, nō tamē ex hoc ſequetur illam eſſe ſimpliciter omni ex parte æternam, ſufficit enim illam eſſe æternam ex parte poſt, & voluntate diuina, vt. d. Plato. Secunda ratio ſumit falſum, non enim perpetua eſt generatio, quia cœlū incœpit, nec ꝑpetua erit, quia quandoque deſinet, igitur ſupponit falſum, vel ſaltem non generabile. Tertia ratio ſumpta ex tempore, vel ex motu friuola eſt, & non digna Ariſtot. quia dicimus nos motum & tempus incepiſſet, nō quidem per ſe, tanquā res per ſe inceptibilis, ſed per accidēs ad inceptionem eorum, quæ conſequuntur, videlicet mobilium & motorū. Quare rōnes illæ ſunt aut ex falſis, aut dialecticæ per idem demuntur rationes: quibus probabatur natura inſenſibilis æterna, quia prima ratio ſupponit cœlū moueri æterno motu, quod eſt falſum, & non demonſtrabile. Secunda ratio etiam petit, nō. n. eſt demonſtratum vniformem motum eſſe ab intellectu, fortaſſe. n. eſſe poteſt à natura cœlica, quæ non eſt intellectus, nec demonſtratum eſt oppoſitum. Tertia demitur ab Auer. & ait illam rationem Auicennæ, eſſe dialecticam, quia per ſe notū eſt aliquid moueri ab alio, ſed eſſe mouens ex ſe propter hoc nō ſequitur, quia dicerem eſſe proceſſum in infinitum in mouentibus ab alio, nec poteſt demonſtrari oppoſitum, vt in multis locis diſputaui. Quare dictæ rōnes dialecticæ ſunt. Animaduerſione tamen dignum ꝙ ſi teneamus ſolum illa, aut quæ ex ſenſibus memorijſque deducuntur, aut quę nulli ſenſuum contradicunt, oportet fateri nullam eſſe productionem, niſi generationē, quia oībus ſenſibus patet oē quod fit, fieri ex ente, vt per viſum ꝙ albū fit ex nigro, per tactum ꝙ calidum ex frigido, per auditum ꝙ graue ex acuto, per guſtum ꝙ dulce ex amaro, per olfatum ꝙ ſuaue ex auſtero. At ſi nulla eſt productio niſi generatio, tunc oportet fateri generationem eſſe perpetuam, eo quia omne quod fit: ex ente fit, & vbi generatio eſſet perpetua, oportet concedere motum circularem eſſe perpetuum, & ſic oportet concedere tres illas naturas vt. d. Ariſtot. & hoc pacto Ariſtot. inceſsit, non enim nouit alium modum producendi, quàm per generationem, quia ſolum per ſenſus phatus eſt, nos vero catholici, qui non pœnitus ſenſus ſequimur, concedimus concluſionem Ariſtot. quia per aliam viam illam credimus. negamus autem eius demonſtrationem, quia ſupponit falſum. Ex his patet ꝙ qui dictam veritatē enituntur credere per rationes Ariſtot. non catholice ſentiunt, quia veram concluſionem deducere enituntur per rationes non catholicas. Animaduertens autē hæc Ariſt. & ipſe: & cognoſcens rationes ſuas eſſe ex ſuppoſitionibus proprijs, eſſe ſubſtantiam æternam inſenſibilem, quæ eſt DEUS, probauit cōceſſu gentium, dicens illam eſſe, propterea quia & Græci, & Barbari aſſerūt illam cœlis inhabitare. Hæc de dilucid.

Quæ phyſi. *Ante rationes Ariſt. habent vim.* *Contra iuniores metaphyſicos.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam patet ſolutio, nam hæc diuiſio eſt reducibilis ad bimembrē, omnis enim ſubſtantia vel eſt ſenſibilis, vel inſenſibilis, & omnis ſenſibilis vel æterna vel corruptibilis eſt, inſenſibilis vero ꝗa omnis eſt intellectilis, ideo tanquam vna enumeratur. Per idem ad ſecundam. Ad tertiam per idē, licet enim ſub vtraque contineantur, plura tamē ſub ſenſibili ſunt

duo

duo prima genera, ſub inſenſibili autē vnum primum genus, quod eſt omnium intellectuum. Hæc de ſecunda diſputatione.

Poſtea quia quæcūque ex vniuoco fit ſubſtantia. Nam & quæ nam ſunt ſubſtantiæ & alia, &c. Tex.cōm.13.

DISPVTATIO TERTIA
De formæ cuiuſque productione.

Num productio cuiuſlibet formæ ſit vniuoca.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non omnis formæ productio ſit vniuoca. Arguitur primo, quia nōnulla animalia ex putri materia exoriuntur, quorum generatio non poteſt eſſe vniuoca. Secūdo mulus generatur: & tamen eius generatio non eſt vniuoca. Tertio multa fortuito & caſu fiunt, quorum generatio nō eſt vniuoca. Quarto calidum in corporibus inferioribus generatur à ſole, & non à calido, igitur non omnis generatio eſt vniuoca. Commen.142. Commen.56. Quinto ſecundo cœli, calor cauſatur è motu, & lumine, igitur non omnis generatio eſt vniuoca. Sexto.3. cœli, habetur ꝙ ignis generatur etiam à cōcuſsione lapidum cum ferro, igitur qō falſa. Septimo motor cœli efficit motum, igitur vt prius. Octauo ſol generat plantas & herbas, igitur vt prius. In contrarium eſt Ariſtot. Cōmen.13 & 18.& 14. Commen.31. & Auer. in h.12.lib. & alibi, item.7.huius. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ duplex eſt generatio, ſiue inductio formæ, quod idem eſt, vniuoca, & æquiuoca dicitur quidem generatio vniuoca, quotiens agens, & effectus, ſiue generans, & generatū ſunt ſimilia ſaltem in forma, & hoc quia vniuoca ſunt quorum & nomen cōmune eſt, & ratio ſubſtantię eadē, modo ratio quam nomen ſignificat, eſt diffinitio, diffinitio autē forma eſt explicans formam & eſſentiam, igitur vniuoca generatio eſſe non poteſt quin ſaltem generās & generatum ſimilia ſint in forma, æquiuoca generatio aūt eſt, quoties generans & ipſum generatum diſsimilia ſunt forma: eo quia æquiuoca ſunt, quorum & nomen & ratio diuerſa eſt. Ex his patet titulus diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Commen.18. PLATO vt narrat Auer. in h lib. & vt apparet in lib. Parmenidis de vno omniū rerū principio, voluit oēm generationem eſſe vniuocā, quia cuiuſlibet formæ generabilis poſuit formam ſeparatam ſuæ ſpeciei, quæ eſſet agens formas ſibi ſimiles in ſpecie in materia, quæq; verbo græco idea dicitur: latine ſpecies. Obiectiones Ariſt. & Auer. Obijcit autem huic pōni Ariſt. & ſuus pedagogus Auer. Primo qa ex poſitione Platonis ſequiť oppoſitū, nā forma illa (quam ponit Plato ſeparatā) eſt alterius ſpeciei, eo quia eſt incorruptibilis, & vt dictum eſt.10.lib.huius corruptibile & incorrupt. differunt plus quā ſpecie: & ſic dicens generationem eſſe vniuocā propter ideas ſeparatas, negat generationē eſſe vniuocā, quia ſeparatæ ſubſtantiæ ſunt alterius ſpeciei. Præterea in.7.arguebāt ambo, quia nullum miſtum cū materia fit niſi ex miſto cū materia, at Commen.18. ideæ ſunt ſimplices. Tertio arguit Auer. quia tūc generatio nō eſſet eductio formæ, ſed inductio ſiue creatio, Pō Themiſt. vt dedit. Hæc aduerſus Platonem. Themiſtius autem gloſſat Ariſt. propoſitionē tribus conditionibus ſeruatis. Prima eſt vt intelligatur in agente, & non in inſtrumento. Secunda in propinquo, nō in remoto. Tertia in agente eſſentiali, & non accidentali dicitur in agente, quia corrigia agit dolorem, & ſerra agit aſciſionē, & tñ corrigia nō aſsimilatur dolori, nec ſerra diuiſioni, verū hæc non ſunt agentia, ſed inſtrumenta verberātis, & diuidentis, nam verberans per dolorem mentalem: & diuidens per diuiſionem mentalem agunt illa, & ſic non inſtrumentis, ſed agentibus ſunt ſimilia, dicitur in ꝓpinquo, & non in remoto, propter primum principium, quod cuncta agit, quod tamen nō cunctis aſsimilatur, dicitur eſſentiali, propter genita caſu & fortuito, ſiue propter aīalia ex putri materia orta. Hæc Them. Alex. Poſitio Alex. Aphro. Aphrodiſius trifariam exponit ꝓpoſitionē, vult enim. Prima expō. Primo propoſitionē eſſe intelligendam in his quæ vere generantur, ad excludendum ea quæ caſu & fortuna generantur, nam hæc vt errores fiunt. Secundo vult ꝓpoſitionem eſſe intelligendam de vniuocatione in forma, vel in virtute, & ſic animalia genita ex putri materia ex ſimili fiunt ſaltem in virtute. Secundo exponit Secunda. Alexan. dictam propoſitionem vniuerſaliter in oībus, dummodo ſimilitudo ſit in genere, vt ſi eſt ens naturale à natura, & ſi artificiale ab arte, & ſi caſuale à caſu ꝓficiſcatur. Tertio exponit propoſitionem eſſe intelligendam Tertia. in his, quæ vere generantur, & de vniuocatione in ſpecie ſpecialiſsima, vel ſubalterna. d. in vere genitis propter animalia ex putrefactione genita & caſu facta. d. in ſpecialiſsima vel ſubalterna, propter generationem muli. Hæc Alexan. Aprodiſius. Auer. autem Poſitio Auer. Commen.13. eſt varius, nam huius.12. intelligit propoſitionē Ariſt. ſolum in ſubſtantijs, non autē in accidentibus, quia credidit oēm ſubām fieri ex ſibi ſimili, non autē accidens. Septimo vero huius intellexit propoſitionē ſolū in his, quæ generantur à patre & matre. Sed prima expoſitio Obiectio eſt ambigua, quia ignis non tm̄ fit ab igne, ſed ab excuſſione lapidum cum ferro, vt dictum eſt. Præterea vel per vniuocationem intelligit ſimilitudinem in forma: vel in virtute. ſi in forma, fallit in animalibus genitis ex putrefactione, hæc enim ſunt ſubſtantiæ, & tñ non fiūt ex ſimili in forma. ſi in virtute, tunc erit vera in omnibus, etiam in accidentibus. omne enim accidēs fit à ſibi ſimili in virtute, nihil enim generatur ab aliquo, quin contineatur in illo ſaltē virtualiter. Forte propter hæc Poſitio aliorū. alij aiunt propoſitionem eſſe veram in omnibus tā ſubſtantijs, quā accidētibus, modo ſimilitudo intelligatur vel in forma & modo eſſendi formæ ſimul, vel in forma tm̄ ſpecialiſsima, vel ſubalterna, aut in virtute tātū: hæc declarant verbis multis, vt patet ab eis. Sed videtur Confutatio. hæc ſolutio contra textum, quoniam textus nō vult propōnē eſſe verā niſi in ſubſtantijs, & iſti ampliant ꝓpoſitionē ad oīa. Secundo tunc ea quæ caſu fierent, etiā fierēt ab vniuoco. Tertio tūc nulla eſſet generatio dicta ſimpliciter æquiuoca, qa omnis eſſet à ſibi ſimili aut in forma & modo eſſendi formæ, aut in forma tantū, aut in virtute, igitur omnis eſſet dicenda ſimpliciter vniuoca, & tñ omnes expoſitores & Græci & Latini volūt duplicem eſſe generationem, quia aut æquiuoca, aut vniuoca. Quarto nulla generatio eſſet ab aliquo ꝑ accidēs, quia oīs eſſet à ſibi ſimili aliquo pacto, & ſic nulla eſſet, per accidens. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo accipiamus generationē dici vniuocam, quoties generatum & generans ſunt ſimilia in forma, mō ſumatur forma generatim vel ꝓ gradu, è quo ſumitur ſpēs, vel pro gradu è quo ſumitur genus,

nus, vtroque enim modo aliqua dici poſſunt ſimilia in forma, quia tã genus, quàm ſpecies forma dicitur à peripateticis. Secundo ex hac ſuppoſitione cõcludamus omnem ſubſtantiam fieri à ſibi ſimili in forma altero horum modorum. probatur, quia omnis ſubſtantia fit vel ab agente ſuę ſpeciei, vt homo ab homine, & equus ab equo, vel ab agente ſui generis, vt veſpa à ſubſtantia ſtellarum, & carnes putridæ, ſunt enim hæc eiuſdẽ generis prædicamenti ſubſtantiæ, quia omnia ſunt ſubſtantiæ. Secundo concludamus non omne accidens fieri à ſibi ſimili altero illorum modorum, poteſt enim accidens fieri ab accidente, & à ſubſtantia, vt calidũ à calore, & à ſtellis, quæ ſunt ſubſtantiæ, vt patet. Ex his patet dilucidatio, videlicet, ꝙ propoſitio Ariſtot. eſt vera ſolum in ſubſtantijs, quia ſolum in ſubſtantijs omne qđ fit, generatur ab agente ſibi ſimili aut in ſpecie: aut in genere, eo quia non poteſt ſubſtantia generari, niſi ab agente, quod eſt ſubſtantia, in accidentibus aũt non habet locum: quoniam accidens poteſt & ab accidente, & à ſubſtantia generari, hanc expoſitionem voluit forte Auer. hic. Hæc de dilucidatione.

Dilucidatio.

Commen. 14.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam dico ꝙ talia animalia generãtur vniuoca generatione, quia à ſibi ſimili in genere ſaltem: non enim fiunt niſi ex ſubſtantia. Ad ſecundam patet ſolutio, mulus enim fit ab equo & aſina ſui generis. Ad tertiam patet ſolutio, quia licet quædam ſint fortuito reſpectu vnius, ſunt per ſe reſpectu alterius, igitur ſunt à ſibi ſimili in genere ſaltẽ. Ad quartam diximus illam non habere locum in accidentibus. Et per idem ad quintam. Ad ſextam dico ꝙ ignis generatur principaliter à ferro & lapide, quæ ſunt ſubſtantiæ, diſpoſitione autem à motu illorum, & ſic generatur à ſibi ſimili in genere ſaltem. Ad ſeptimam patet ſolutio, quia motus eſt accidens, modo accidens poteſt generari æquiuoca generatione. Ad octauam patet ſolutio, quia ſol & plantæ ſunt eiuſdẽ generis ſubſtantiæ ſaltem analogicæ, quia ambo ſunt ſubſtãtiæ. Ex his apparet duplicẽ eſſe generationem vniuocam, & æquiuocam, vniuoca generatio eſt, quoties generans & generatum ſunt ſimilia in forma, vt dictum eſt, & hac generatione ſolæ ſubſtantiæ generantur, æquiuoca autem eſt quoties generans & genitum ſunt in forma diſsimilia, & hac generatione accidens generatur, licet propter ſui imperfectionem vniuocæ & æquiuoce generari poſsit. Hæc de tertia diſputatione.

Duplex generatio.

Quoniam quare infinita facta ſunt, ſed non vnum. Intellectus enim vnus, quare ſi materia vna illud factum eſt actu, &c. Tex. cõm. 11.

DISPVTATIO QVARTA
De vnitate effectus reſpectu plurium cãrum.

Num agente exiſtente vno, & materia vna effectus ex his producti poßint eſſe plures.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod materia exiſtente vna & agente exiſtente vno effectus ex his ꝓducti poſsint plures eſſe. Arguitur primo, quia ſecundũ veritatem Deus vnus eſt, & tñ omnia immediate & ſine omni materia effecit: etiam apud Ariſto. licet ſm eum illa effecerit ab æterno. Secũdo materia exiſtente vna effectus poſſunt eſſe plures, patet quia diuerſitas põt eſſe ex parte agentium, & agente exiſtente vno etiam effectus poſſunt eſſe plures, qa põt diuerſitas eſſe rõne materiæ: igiẽ agente exiſtente vno, & materia exiſtente vna effectus poſſunt eſſe plures. tenet argumentũ: quia copulatiua propoſitio, vel categorica de extremo copulato vera eſt, quando ambæ partes ſunt veræ: igitur diſputatio falſa eſt. Tertio de facto materia eſt vna omnium: vt dicitur: & agens primũ quod poſuit Anaxagoras eſt vnũ oĩum: & tamen de facto ſunt effectus plures: igitur diſputatio falſa. Quarto vnus artifex numero ex ligno vno numero poteſt plures effectus facere: igitur qõ falſa. In cõtrarium eſt Ariſt. contra Anaxa. Hæc de dubitationibus.

Commen. 14.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire ꝙ licet hæc qõ cadat proprie in textu præcedente, vt Auer. diſputauit, quia tñ poteſt cadere in multis locis huius libri mouetur nunc, parũ de ordine curando. Secundo debes ſcire ꝙ ꝑ agens intelligimus illud quod ab aliquibus dicitur efficiẽs, quod quidem eſt, vnde motus principium vt dicitur. 2. Phyſicæ auſcul. & materiam intelligimus ſubiectũ, in quod agẽs agit, quodque formã recipit ab ipſo agente. Tertio debes ſcire, ꝙ licet vnũ multifariam ſumatur, hic pro vno numero audimus, eſt. n. ſenſus. Vtrum agẽte exiſtente vno numero, & materia exiſtẽte vna numero, effectus ab his producti, poſsint eſſe plures. Hæc de titulo.

Commen. 11.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ANAXAGORAS Clazomenius poſuit omnium rerum agens proximũ & immediatum eſſe vnũ. Amplius & materiam etiam oĩum vnã, & tñ ſaluare eniſus eſt pluralitatem effectuũ ex illis productorũ, agẽs. n. quod poſuit, erat intellectus diuinus, quẽ immiſtũ, & immateriale fecit, vt oĩa ageret. Materiam aũt appellauit chaos ſiue miſturã, ſaluabat aũt effectuũ pluralitatẽ, & generatorũ multitudinem, quia licet chaos ſiue materia ſit vna oĩum, in illa oĩa generabilia eſſe dixit, & propterea qñ generatur aliquid ex ſuo cõpari, quæ in chaos præerat, generatur: & ita generata dicebat eſſe plura, hanc poſitionẽ olfacerunt nonnulli iuniorum, qui inchoationes oĩum formarũ poſuerũt in materiam coæternas, vt viſum eſt. 7. huius. Contra obijcit Ariſt. ſubtiliter (vt mihi vr̃) quia ſi materia illorũ generabilium, quæ ĩ chaos ſiue materia æternaliter præerant ſit vna ſimplr̃, & nulla differentia eſt ex parte agentium, ꝓculdubio nulla põt reddi cã quare in materia tot fuerunt generabilia, vñ licet Anaxagoras põt reddere cãm pluralitatis eorũ, quæ generantẽ, non põt reddere cãm, quare generabilia quæ ab æterno ꝓfuerunt, erãt multa, nõ. n. cã põt aſsignari ex parte materiæ, qm̃ materia illorũ vna eſt, vt d. nec ex parte agentis, qm̃ ſine illa primordia fuerũt facta, ſiue coæua materiæ, agens ſemper eſt vnum, quare nullo pacto illa primordia ſunt multa, ſed ſemper vnum. Auer. autẽ arguit ſubtiliſsime ſic, ſi formę primordiales, quæ ĩ materia prę̃ſunt pro generatione rerũ, ſint multæ vel ſunt multæ ab agente tm̃, vel à materia tm̃, vel ab vtroque, vt propter diſpõnes diuerſas. nõ ab agente tm̃, quia illæ vel non ſunt ab agẽte, vel ſi ſunt ab agente, agens eſt vnum ſubiecto & diſpoſitione, & hoc modo non pñt eſſe multæ propter differentiã agẽtium. nec à materia tm̃, quia materia ſubiecto & diſpõne vna eſt oĩum illarũ. nec ab vtroque, quia quodlibet illorum vnum tm̃ eſt. nec propter diſpõnes diuerſas, quia apud Anaxagoram primordiales illæ formæ nõ ſunt diuerſæ ꝑp diſpõnes diuerſas, imo cũ materia diuerſis diſpõnibus afficiẽ. eſt illarũ gño. Hęc ex Auer. Alij (vt Egid. narrat) dixerũt ad mẽtẽ Ariſt. oĩa agẽtia reduci ad primum agens,

Poſitio Anaxagoræ clazomenij.

Confutatio poſitionis.

Auer. rõ. Commen. 11.

Poſitio aliorũ.

agens, tanq̃ ad oĩum eorũ cãm ſit & oẽs materias reduci in vnã prmã & cõem materiã, tũc dicunt hæc duo prima ſufficere ad diuerſitatẽ effectuũ, & ita agente exiſtente vno & materia vna, pñt plures effectus eſſe. Et qđ hęc ſufficiant ad rerũ diuerſitatem efficiendã, probant. Primo quia materia aut nihil facit ad factũ, aut ſaltẽ nõ ad oĩa, non.n. materia ſe extendet ad ſubas ſeparatas, cum in illis nulla prorſus ſit mã, igitur oportet tale effectum diuerſitatem eſſe ab agente, & non à materia. Scđo quãto agens eſt præſtãtius, tanto minus pra ſupponit, vt patet de arte & de natura, cum.n. natura ſit agens arte p̄ſtantius, põt producere formas ſubantiales, ſola materia præſuppoſita: at cum ars ſit agens debilius ſupponit materiã & ſubſtãtiales formas, & ſolũ accñtia producit. Quare cũ primum agẽs ſit oĩum ſumptum, nihil oĩno ſupponit in ſua actione, igitur rerum diuerſitatẽ poterit producere abſq; diuerſitate materiæ. Obiicit aũt huic põni Egid. Primo quia modus p̄bandi peripatc. eſt alius à modo p̄bandi Platonicorum, nã peripatetici proceſſerunt à ſenſibilibus ad intelligibilia. Platonici econtra ab intelligibilibus ad ſenſibilia, & ita poſitio Ariſto. nõ põt eſſe ex toto falſa, & per conſequens aut dixit verum aut non impoſe, ſed contra ſenſum eſt ab vno agẽte immediate poſſe plura de nouo produci, igit̃ põ illorum aut eſt falſa: aut nõ eſt peripatetica. Scđo arguit in via. Ariſt. ſupponendo q̃dam. Primo ſupponit de mẽtę peripate. duplex eſſe agens, vl'e quidẽ vt cœlũ, particulare aũt vt homo ad gñationem hoĩs, & equus ad gñationẽ equi. Scđo ſupponit ꝙ ad gñationem rerum perfectarũ vt hoĩs, & equi, nihil poteſt agens vl'e ſine agente particulari, vnde dr̃. 2. phy. Sol & homo generant hoĩem. Ad gñationem aũt rerũ perfectarum, vt herbarum, & apũ: & cęterorum id genus ſufficit agens vl'e ſine particulari vt apes de carnibus vaccarũ põt generare ſine particulari agente, non tñ ſine motu & tranſmutatione. Ex hiduabus ſuppõnibus ſequit̃ tertia, ꝙ apud peripateticoſs nihil abſq; tranſmutatione, & motu deducitur, quia ſiue fiat mediãte agente particulari, ſiue ſine agente particulari & ſolum ab agẽte vl'i: ſemper concurrit motus: & trãſmutatio. Quarto ſupponit intelligẽtias ſeparatas non poſſe aliquid agere ſine motu ad vbi: mediãte quo cauſent cæteros motus, & hos inferos effectus, agẽs aũt particulare nihil agere põt niſi mediante motu ad formã: cũ.n. duplex ſit motus, videlicet, ad formã: in quo multum tranſmutationis eſt: & ad vbi: in quo eſt parũ tranſmutationis: concludit Egi. de mente peripate. motum ad vbi eſſe attribuendum motoribus ſeparatis: motoribus vero materialibus eſſe tribuendũ motũ ad formam. Quare hic eſt ordo: ꝙ quẽadmodũ cęlũ nõ agit niſi mediante agente particulari: ſic ſubæ ſeparatæ non agunt niſi mediante motu ad vbi: & motus ad vbi: non niſi mediante motu ad formã & ſic intelligentiæ ſeparatæ in agendo determinantur per motum corporis cœleſtis, cœlũ aũt per agens particulare. Hæ ſunt ſuppõnes peripateticæ. Ex his concludit Egid. ad rerum diuerſitatẽ efficiendam requiri & diuerſitatem agentium: & materiarum agentium quidem, quia vnũ agens vl'e nõ ſufficit, quin concurrant particularia, vel motus diuerſi: materiarũ aũt quia nullum agẽs corporeum põt plura facere, non concurrente materia: quæ licet ſit vna oĩum, tñ eſt multiplex potẽtialitate, & diſpõne, vt in cõmento expoſui. quare concurrunt plures materiæ ſaltẽ ſm̃ diſpõneſ & potentias. Hæc Egi. Sed vellẽ à viro iſto intelligere ꝑꝑ quid Deus apud Ariſt. in primordiis rerũ ſufficit plura facere ſine materiæ diuerſitate: imo ſine oĩ materia prorſus: nõ aũt ſufficit plura facere de nouo ſine materię diuerſitate. Vult.n. Egid. oĩa imediate fuiſſe cãta à Deo: nõ quidẽ de nouo, ſed ab æterno: iõ emergit dubõ maxima: ꝑꝑ quid Deus æterna productione potuit vt diuerſa efficere ſine diuerſitate materiæ: non autem de nouo: niſi diuerſitas materiæ ſupponatur hęc .n. qõ eſt tacta ab Egidio, ſed non eſt ſoluta & apud me eſt maxima, qa Deus eſt æquę potẽs ſi agat actione æterna: & ſi agat actione noua. Hęc contra Egi. Et de põni.

Rõnes põnis ſecunda. Prima. Secunda. Obõnes Egid. Prima. Secunda. Suppõ pria. Secunda. Tertia. Quarta. Dubõ contra Egidium.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliter eſt catholice ſentire & al'r dialectice: ſiue phy. diſputare: catholice .n. ſentiẽdo oportet ſupponere Deum eſſe agẽs libere & contingenter. quod licet non poſſit demõſtrari: põt bonis ꝑſuaſionibus ꝓbari: qđ nũc omitto: quia alibi probaui. Secũdo oportet ſupponere Deũ eſſe ifinitũ: & ita poſſe ſupplere vicẽ oĩs agẽtis: & materiæ: qđ ẽt eſſet ꝓbabile, nõ tm̃ creditũ. Ex his facile patet catholice ſentiendo rerũ diuerſitatẽ poſſe à Deo ꝓuenire imediate, & ſine materia patet: quia eſt agens infinitũ ſupplens vicem materiæ & agentiũ oĩum, effectus ipſos efficiens mere libere & cõtingenter. Hæc catholice ſentio. Phy. vero diſputando & vt.d. Egidius: via ſenſus, oportet dicere aliter eſſe in prima rerũ ꝓductione, & aliter in noua ꝓdũctione. Ariſt.n. via ſenſus poſui duo prĩcipia cõtraria his, q̃ nos ſentimus. Primum eſt ꝙ licet Deus agat libere, tñ agit neceſſario, quia apud ipſum libere agere. nõ eſt cõtingẽter agere, ſtat.n. cũ cõtingẽtia, & neceſſitate, vt.d. Aui. & ſæpe diximus in hoc lib. Scđm eſt Dei actionẽ eſſe limitatã & finitã, vel qa Deus ipſe eſt virtute limitatus & finitus, vel qa effectus ipſe eſt capacitate cõtractus, nõ curo nũc hæc replicare, qa in lib. de ifinitate primi ſatis diſputaui. Ex his apparet aliter eſſe i prima rerũ ꝓductione, & al'r in noua rerũ ꝓductione, nam prima rerũ ꝓductione Deus fecit oĩa, q̃ poterat facere, vel q̃ erãt poſſia fieri, qa egit libere & neceſſario & imediate: at i noua rerũ ꝓductione, qa agi neceſſario, & mediate, nõ põt aliqd facere nõ cõcurrẽte mã. Et quãtũ ad hoc recte ꝓceſſit Egidius. Sed cũ q̃rebatur vlterius ꝑꝑ quid in prima rerum ꝓductione Deus fecit oĩa: in noua aũt non facit oĩa. Amplius ꝑꝑ quid in pria rerum ꝓductione egit imediate & in noua rerum ꝓductione mediate (hæc.n. dubõ maxĩa eſt cõtra peripate.) Dici põt Deũ in prima rerum ꝓductione per ſe cãſſe mundũ, tanq̃ vnũ effectũ & ſuæ potentiæ æquatũ. Sed res ipſas produxiſſe tanq̃ partes mundi, & quaſi per accñs, & hac rõne in prima rerum productione per ſe egit vnũ, per accñs plura. at in noua rerum productione per ſe facit plura, quia non facit illa per accñs, faciendo mundũ per ſe, & ſic oportet cõcurrere agẽtia particularia, vt ꝓbauit Egidius, & mãm. Amplius in prima rerũ ꝓductione fecit plura imediate, quia illa ꝓduxit per accñs tanq̃ partes ſui effectus æquati in noua rerũ productione nihil facit niſi ꝑ mediũ, quia nullũ productũ eſt effectus Deo æquatus, & ꝑpea requirit̃ particulare agens tanq̃ limitatiuũ actionis diuinæ ad talẽ effectũ inadęquatũ. Ex his ſequitur Deum produxiſſe mũdum apud peripa. imediate, quia mundus eſt effectus æquatus Deo, & ẽt quia nullũ eſt agens particulare, potens in mundum, per qđ actio Dei limitetur ad mundũ ipſius ꝓductionẽ. Scđo ſequit̃ mundũ non potuiſſe produci niſi ab ęterno apud ipſos, quia mundus eſt effectus æquatus Deo, & mediãte nullo agẽte alio ꝓductibilis, Deus ẽt agit mere neceſſario,

Põ noſtra catholi. Phyſi. via. Dubõ contra Egid. et Ariſ. Solutio. Excerptũ primum. Secundum.

apud

apud catholi. autem bene mundus producitur immediate, non quia ſit effectus, æquatus Deo, ſed quia nullum agens citra Deum poteſt in illum. Amplius apud nos licet ab æterno potuit à Deo mundus produci. tamen etiam de nouo produxit, quia mundus nec eſt effectus æquatus Deo, cum Deus ſit potentię infinitæ, nec immediate producibilis, quia potuit produci de nouo, eo quia apud nos Deus agit mere libere & contingenter, hęc ſunt quibus catholici differunt à p̄his, quare qui vult hæc miſcere cum principiis Ariſtote. nec phyſice, nec catholice ſentit. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam patet ſolutio, nec oportet amplius dilatare. Ad ſecūdam dico, ꝙ quælibet pars eſt vera, non tamen contra propoſitionem Ariſtote. quia propoſitio Ariſtote. eſt vna categorica ſimplex de extremo copulato, & propterea nō poteſt eſſe vera niſi copulatim & coniunctim, non autem copulatiue & diuiſæ. Ad tertiam dico. ꝙ licet materia ſit vna omnium, tamen eſt eſt plures diſpoſitione & habilitate. Ad quartam Ariſtot. loquitur in agente naturali vel neceſſario, & non in agente libero & contingenti, vt in commento patuit. Hæc de quarta diſputatione.

Oportet igitur principium eſſe tale cuius ſubſtantia actus, &c. Tex. cōm. 30.

QVINTA DISPVTATIO
De prima ſubſtantia.

Num prima ſubſtantia ſit in potentia.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod prima ſubſtantia ſit in potentia: arguitur. Primo quia primo enti debetur prima entis differentia, ſed potentia & actus ſunt primæ entis differentiæ, & potentia adhuc eſt prior actu, vt. 9. huius dictum eſt, igitur primę ſubſtantiæ debetur potentia. Secūdo prima ſubſtantia intelligit aliud à ſe, igitur eſt in potentia, omne enim intelligens eſt in potentia ad intelligibilia, vt dicitur. 3. de anima, antecedens declarabitur in hoc lib. Tertio prima ſubſtantia nunc mouet, & prius non mouit, igitur eſt in potētia, antecedens patet apud catholicos, ſed apud philoſophos declaratur, quia prima ſubſtantia nunc mouet materiam ſimul cū agente particulari ad generationem alicuius: & prius non mouit cum tali agente, igitur eſt in potentia. Quarto prima ſubſtantia non differt à prima materia, aliter darentur duæ primę ſubſtantiæ, & ſic duo prima. Præterea omnis differentia eſt per formam, at nec prima materia, nec prima ſubſtantia habent formas, igitur nō differunt, ſed materia eſt in potentia, igitur prima ſubſtantia eſt in potentia. Sed contrarium arguit Ariſtote. in tex. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PER primam ſubſtantiam volumus ītelligere, quod græci Deum appellant, qui prima eſt ſubſtantia primitate perfectionis, & cāſitatis, eo quia eſt omnium perfectiſsima, & omnium cauſa, vt dicemus, potentia autem multifariam dicitur, vt videbitur, ſed in propoſito per potentiam intelligimus principiū patiendi ab alio. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Platonicorum. NONNVLLI Platonici Dei attribuerunt potentiam & actiuam & paſsiuam, eſt enim duplex potentia. vt Ariſto. etiam ſentit, actiua quidem, quæ principium eſt mutandi aliud, paſsiua vero: quæ eſt principium mutandi ab alio. Quod quidem Deus potentiā habet actiuam, patet. quia eſt primum mouens, primum agens, nihil autem mouet, aut agit, niſi per potentiam actiuā. Quod vero paſsiuam, probatur, quia eſt numerus ſeipſum mouēs vt Plato. d. Præterea ītelligit ſe. Amplius nihil mouetur niſi ab eo, quod ſeipſum mouet, at omnia à Deo mouentur quare Deus ſeipſum mouet. Quod ſi ſeipſum mouet: & ſeipſum intelligit, ipſe à ſeipſo mouetur, & à ſeipſo recipit intellectionem, quare habet potentiam paſsiuam. Hæc ex Platone. Obiicit autem Ariſto. huic poſitioni in textu, ꝙ ſi prima ſubſtantia ſit in potentia ad motum paſsiua, tunc motus nō erit ſempiternus. deducit, quia contingit potentia exiſtens non eſſe, nam poſsibile eſt vel quod eſt, & poteſt non eſſe, vel quod non eſt, & poteſt eſſe. Quare ſi ſubſtantia prima mouet per hoc quod eſt in potentia paſsiua, tunc poteſt mouere & non mouere, & ita quandoque motus non erit. Secundo arguit Ariſ. infra & in. 9. huius, ꝙ ſi ſubſtantia prima eſſet in in potentia paſsiua, tunc aliquod eſſet prius ſubſtantia prima, deducit, quia omne quod eſt in potentia paſsiua extrahitur ab aliquo, quod eſt prius, & in actu. Tertio arguit in textu. ſubſtantia prima eſt ſimpliciter perfecta, igitur non eſt in potētia paſsiua. tenet argumentum, quia omne exiſtens in potentia paſsiua eſt imperfectum. Hęc Ariſt. *Obiectiones Ariſtote.*

Ioā. vero Gādauē. tenet propter hæc primo ꝙ prima ſubſtantia nec eſt potentia paſsiua, nec habet potētiam paſsiuam, nec eſt in potētia paſsiua, patet totum hoc per dictas rationes. Secundo tenet ꝙ prima ſubſtantia non habet potentiam actiuam, nec eſt in potentia diuerſa ab eius eſſentia. Probat quia prima ſubſtantia eſt primum mouens, virtute cuius omnia mouent, vnde poteſt argui: quod primo & virtute propria mouet, non habet potentiā diuerſam ab eius eſſentia, at prima ſubſtantia primo mouet, & virtute propria, igitur non habet potentiam aliam ab eius eſſentia. Tertio. d. ꝙ prima ſubſtantia eſt in potentia ſiue habet potentiam quæ eſt eius eſſentia, probatur, illud ad quod reducuntur omnia quæ mouent per participatiue, mouet per eſſentiam ſiue per potentiam quæ eſt ſua eſſentia: ſed ad primam ſubſtantiam omnia, quæ mouent, reducuntur, igitur mouet per eſſentiam, ſiue per potentiam quæ eſt eius eſſentia. maior probatur. quia omne tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, quare ſi omnia mouentia reducuntur ad primam ſubſtantiam, illa mouebitur per eſſentiam, & ita per potentiā: quæ eſt eius eſſentia. *Poſitio Ioan.*

Obiectio. Sed obiiciunt Logici. Primo quia videntur duæ concluſiones incompoſsibiles, videlicet ꝙ prima ſubſtantia ſit in potentia, ſiue habeat potentiam, & ſit talis per eſſentiam, nam ſicut albedo nō eſt alba, nec habet albedinem. quia eſt talis per eſſentiam, ſic prima ſubſtantia non habet potentiam: ſi eſt talis per eſſentiam. Secundo tunc idem erit potens & potentia deducitur quia prima ſubſtantia habet potentiam actiuam per Ioannem, igitur eſt potens & eſt talis per eſſentiam: igitur eſt potentia, igitur idem erit potens, & potentia, & ſic potentia erit potens. Propter hæc tenent logici ꝙ prima ſubſtantia, nec ſit in potētia paſsiua, nec ſit ipſa potentia paſsiua, vt rationes Ioā. dicunt. Secundo dn̄t ꝙ prima ſub̄a non eſt in potentia actiua, nec habet potentiam actiuā, ſed ſit ipſa actiua potentia, ꝓbat̄ *Poſitio logicorum.*

cõcluſio ꝑ ea quæ dicta ſunt cõtra Ioã. Præterea Ariſt. ipſe in tex. concludit primam ſubſtãtiam eſſe tale, cuius ſubſtantia eſt actus, & ita eſt ipſa potentia actiua. Sed *Confutatio.* hæc poſitio nõ eſt peripatetica. Primo, quia apud peripateticos in abſtractis à materia idem eſt ſumptum & principale, hoc eſt quicquid denominatur nomine abſtracto, denominatur nomine concreto, vt dicit Auer. & videbitur infra, in illis enim intellectus dicitur intel- *Cõm. 39.* ligens. Prima.n. ſubſtantia eſt intellectus & intelligens, eſt intellectio & intelligibile, eſt bonum & bonitas, ſapiens & ſapientia, & breuiter ſi denominatur nomine abſtracto, denominatur nomine concreto: igitur ſi prima ſubſtãtia eſt potẽtia, denominabitur potens, ſiue habens potentiam, ſiue ens in potentia; quare cauillationes ſunt contra Ioan. hę: quas dederunt. Secundo videtur ꝙ prima ſubſtantia nec ſit potentia actiua, nec habeat potentiã actiuam, probatur. quia agere & pati ſunt per qualitates actiuas & paſsiuas: vt dicitur in lib. de generatione capite de agere & pati, ſed prima ſubſtantia non eſt qualis nec quanta, igitur nec eſt potentia actiua nec habet potentiam actiuam. Tertio ſi prima ſubſtantia eſſet in potentia actiua, tunc poſſet agere & non agere tenet argumentum, quia contingens æquale eſt tam in potentiis actiuis quàm paſsiuis vt.d. Auicẽ. quicquid velit Auer. 2. phyſi. hæc igitur poſitio non eſt clara. Hæc pauca de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Quot modis potentia. Pro dilucidatione primo debes ſcire ꝙ potentia (vt dictũ eſt) interdũ pro actiua, ĩterdũ pro paſsiua accipit, verũ ſicut paſsiua apud Ariſt. in lib. de aĩa conſueuit accipi interdum in famoſo ſignificato pro principio quo aliquid patitur ab alio corruptiue, eo mõ quo lignum patitur ab igne, nonnũquam pro prĩcipio, quo aliquid patitur ab altero perfectiue; ceu intellectus ab intelligibili, & mobile ſm locum à motore, ſic & actiua poteſt accipi in famoſo ſignificato pro principio, quo aliquid agit corruptiue ĩ aliud, & hoc pacto qualitates primę ſunt potentiæ actiue, interdum pro ſignificato minus famoſo, quod eſt principium, quo aliquid agit in alterum perfectiue, eo modo quo intelligibile agit in intellectum, de agere & pati deque potentiis actiuis & paſsiuis ſm famoſum ſignificatum acceptis loquitur. Ariſto. in lib. de generatione & corrup. de hiſmet in ſignificatorum minus famoſo loquitur Ariſto. in lib. de *Nota quæ denominationes fiunt in abſtractis.* anima. Secundo debes ſcire, vt accepimus contra logicos, ꝙ in ſeparatis à materia, quicquid denominatur à ſumpto, denominatur à principali, & econtra, hoc eſt quicquid denominatur à concreto, denominatur ab abſtracto, Deus.n. eſt intellectus, & eſt intelligens, & eſt intellectio, & eſt ĩtelligibile, hoc pro nũc petatur, quia *Dilucidatio. 1. concluſio.* infra declarabitur. Tunc dico primo ꝙ ſimpliciter hoc eſt in famoſo ſignificato loquẽdo in prima ſubſtantia, nec eſt per ſe potentia actiua nec paſsiua, nec eſt in potentia actiua, nec paſsiua, hoc ex dictis deducitur, quia prima ſubſtantia, nec patitur corruptiue, nec agit *Secunda.* corruptiue, igitur concluſio vera eſt. Secundo dico ꝙ loquendo de potentia paſsiua ſecundum ſignificatum minus famoſum prima ſubſtantia, nec habet per ſe potentiam paſsiuam, nec eſt per ſe in potentia paſsiua, nec eſt per ſe potentia paſsiua, deducitur, quia tunc eſſet in potentia ad aliquam perfectionem, & ſic eſſet aliquod *Cõm 31.* perficiens primam ſubſtantiam, hoc eſt de mẽte Ariſt. *Tertia.* infra in textu. Tertio dico, ꝙ etiam loquendo de potentia paſsiua ſm ſignificatum minus famoſum, licet per accidens non ſit potentia paſsiua, per accidens poteſt dici eſſe in potentia paſsiua. Prima pars patet, quia ipſa prima ſubſtantia in ſe nec per ſe, nec per accidens eſt perfectibilis ab altero. Secunda deducitur, quia ſaltem ratione mobilis, cui applicatur, eſt in potentia paſsiua ad vbi craſtinum. Primum.n. mobile licet ſm materiã non mutet vbi, ſm formam eſt in potentia ad vbi, vt dr̃ 6. phyſi. igitur prima ſubſtantia, quæ mouet primum mobile, dici poteſt in potentia paſsiua, eo modo quo columna dr̃ dextra, vel ſiniſtra, non dextreitate accidẽte in ipſa, ſed in animali, ſic etiam prima ſubſtantia dici poteſt in potentia ad vbi, non ipſo vbi accidente in ipſa, ſed in corpore, quod ipſa mouet. Hæc concluſio eſt de mente Auer. 8. phy. Quarto dico, ꝙ loquendo de po *Cõm. 31. Quarta.* tentia actiua ſm ſignificatum famoſum, ſic per accidẽs eſt potentia actiua; ſiue habet actiuam potentiam, deducitur quia prima ſubſtantia per ſe mouet primum mobile localiter, motus autem localis eſt per ſe generatiuus, & per accidens corruptiuus, pro quanto adducit, & abducit generans, vt dr̃ in. 2. de generatione, & etiam in textu. Vltimo dico, ꝙ prima ſubſtantia eſt per *Quinta.* ſe potentia actiua ſm ſignificatũ minus famoſum, ſiue habet per ſe potentiam actiuam, deducitur, quia prima ſubſtantia per ſe mouet primum mobile, modo motus localis eſt per ſe perfectius & generatiuus vt dictum eſt, hæc concluſio eſt de mente Ariſt. qui ait. primam ſubſtantiam eſſe per ſe actum ſemper mouentem, vult.n. dicere ꝙ prima ſubſtantia ſit potentia actiua perfectiue per eſſentiam, & quia in ſeparatis quicquid denominatur ab abſtracto, denominatur à concreto, ſequitur ꝙ ſi prima ſubſtantia ſit per eſſentiam potentia actiua perfectiue, etiam erit potẽs perficere per eſſentiam, & habebit potentiam perficiendi per eſſentiam. Quo quidem igitur modo prima ſubſtantia ſit, in potentia, perſpicuum eſt. Animaduerte tamen ꝙ hæc ſunt ſecundum Ariſto. & Auer. dicenda, quia ſcundum veritatem fortaſſe dicendum eſſet aliter, nam ſecundum veritatem forte nullo modo Deus eſt in potentia paſsiua, ſed de his phyſicæ dicemus qõ. 7. Hæc de dilucidatione.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His diſputatis. Ad primam concedo primo enti & primæ ſubſtantiæ deberi potentiam, eo modo quo dictum eſt. Ad rationem dico, ꝙ potentia eſt prior actu in rebus generabilibus, & reſpectu eiuſdem indiuidui, at in æternis nõ cadit paſsiuam potentia, & ſic ratio nulla. Ad ſecundam conceditur, ꝙ prima ſubſtantia intelligit *Cõm. 51. Cõm. 18.* alia à ſe, non quidem per ſpecies acceptas à rebus, ſed per ſcientiã quæ eſt cauſa rerum, vt dicetur, vnde Auer. in hoc loco. d. ꝙ omnes formæ ſunt in potentia in prima ipſa materia, actu autem in primo motore, igitur prima ſubſtantia intelligit omnia, quatenus eſt cauſa illorum. Ad tertiam negaret Ariſto. primam ſubſtantiam prius non mouiſſe, quia apud ipſum ſemper mouit, diceret tamen primam ſubſtantiam prius non mouiſſe à motu, & ſic fuiſſe in potentia per accidens ratione mobilis, non per ſe vt dictum eſt, catholici vero dicerent primam ſubſtãtiam prius ſimpliciter non mouiſſe, & nũc mouetur; nõ tamen eſt mutata, quia mutatio cadit in re mutata, non in re mutante. Ad quartam concedo ꝙ prima ſubſtantia non differt à prima materia, ſed eſt prima diuerſa, quia cum ea in nullo conuenit, & ſic ceſſant rationes. Hæc de quinta diſputatione.

Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtãtias ſine materia. ſempiternas enim eſſe oportet, &c. Tex. cõm. 30.

Dispvtatio

DISPVTATIO SEXTA

De ſubſtantiis mouentibus orbem.

Non ſubſtantiæ, quæ mouent orbes ſint pænitus immateriales.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſubſtantiæ mouentes orbes non ſint pænitus immateriales, arguitur. Primo quia dicũtur indiuiduæ, ſed indiuiduum dicitur tale per materiam vt dictum eſt. in. 7. Secundo, quicquid reperitur in effectibus, reperitur in cauſa, ſed in ipſis effectibus reperitur materia, igitur in ipſis ſubſtantijs mouentibus ſtellas maior patet, quia oportet agens & patiens conuenire in materia. Tertio ſaltem ſubſtãtiæ quæ ſunt citra primam ſunt materiales, dicitur. n. 3. de anima: nulla eſt ſubſtãtia liberata à materia prꝗter primã. Quarto quælibet ſubſtantia mouens orbem eſt forma orbis ꝑficiens, & conſtituens, igitur quælibet habet materiã, & ſic quęlibet eſt materialis. In contrarium arguit Ariſt. quia tunc eſſent corruptibiles, omne enim habens materiam eſt corruptibile. Hæc de dubitationibus.

Cõm. 5.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Materiale quot modis dicitur.

MATERIALE multifariam dr̃. Aut. n. quia habet materiam tanquam ſui partem & hoc pacto compoſitum ex materia & forma dr̃ materiale. Aut quia dependet in eſſe & in conſeruatione è materia, & ſic formæ elementariæ dicuntur materiales, dependent. n. ſuis è materiis in eſſe & conſeruatione. Aut quia impurũ hoc eſt imperfectum, & ſic omne minus perfectum dr̃ materiale, vt terra reſpectu ignis. Igitur immateriale dr̃ trifariam. Aut quia non habet materam tanquam ſui par tem. Aut quia non dependet in eſſe & conſeruationes è materia ipſa. Aut quia purum & perfectum. Subſtantiæ quæ orbes mouent, ſunt cœlorum animæ, quæque vulgo angeli dicuntur, à peripateticis intelligentiæ mouentes orbes: ſunt autem tales ſubſtantiæ ordinatæ pro ratione & ordine orbiũ vt. d. Auer. Quæritur igitur ſi tales ſubſtantiæ ſint immateriales pænitus quouis modo ſumendo immateriale. Hæc de titulo.

Immateriale quot modis dicitur.

Quæ ſint ſubſtantiæ quæ mouentur orbes.

Cõm 44.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Prima poſitio Auicebrontis.

SVNT nonnulli qui ex his quæ Auicebron dixerat in eo lib. quem fontem vitę inſcripſit acceperunt ſubſtantias haſce quę ſtellas mouẽt, & oẽ citra primũ componi ex materia, & forma. Mouebatur aũt Auicebron hac ratione, quia materia eſt ita vniuerſale principium, rerum, ſicut DEUS vniuerſale agens. Quare ſicut nihil eſt, quod ſubtrafugiat DEI cauſalitatem effectiuam, ſic nihil eſt, quod ſubtrafugere debet cauſalitatem materiæ, igitur vt omne quod eſt, dependet à DEO, ſic omne quod eſt dependet à materia, & per conſequens citra DEUM nihil eſt immateriale, nihil ſimplex, quin ipſum componatur ex materia & forma. Huic videtur aſſentiri Auer. in. 3. de anima. vbi inquit. nullam eſſe ſubſtantiam liberatam à materia præter primam. Præterea in hoc lib. videtur tangere argumentum Auicebrontis. ait. n. oẽs formas contineri in materia potentia, ceu omnes continentur actu in primo motore. Quare ſicut nulla eſt forma, quæ non dependeat à primo motore, ſic nulla eſt forma, quæ non dependeat à materia, igitur omnis ſubſtantia eſt materialis. Alij in idem incidentes tetigerũt rõnẽ Auicẽnæ. Auicẽ. n. voluit tales ſubſtantias eſſe in genere, componique ex genere & differentia, ſedq̃m nihil eſt in genere, niſi propter materiam, vt tenet Auer. igitur tales ſubſtãtiæ dependent è materia. Hæc dicunt̃ pro hac poſitione. Sed cõtra hanc poſitionem plurimæ ſunt obiectiones. Prima quidem, quia cũ multiplex ſit materia, pro hac nõ patet ex qua nam materia tales ſubſtantiæ componantur. Secundo obijcit Ariſt. & Auer. quia ſi tales ſubſtantiæ eſſent materiales. eſſent corruptibiles, quia materia eſt qua res põt eſſe & non eſſe. Tertio tales ſubſtantię ſunt intellectus vt patet. quia ſunt ſupranoſtrum intellectum, nihil. n. eſt ſupra intellectum, quin ſit intellectus, ſed intellectus eſt immaterialis. 3. de aĩa, igitur tales ſubſtantiæ ſunt immateriales. Quarto cœlum eſt alterius naturæ ab elementis & miſtis cum materia, vt primo cœli eſt deductum, igitur formæ cœlorum ſunt alterius naturę à formis elementarijs, & ſic erunt immateriales. Quinto tales ſubſtantiæ intelligunt per earum eſſentias, igitur ſunt pænitus immateriales, antecedens deducitur. 3. de aĩa. Sexto tales ſubſtantiæ ſunt indiuiſibiles, igitur immateriales, antecedens deducitur in lib. de Subſtantia orbis, & illic deducta eſt conſequentia. Hæc cõtra poſitionem.

Quæ Aui.

Obiectio.

In tex. & cõm. 10.

Poſitio quorundam ſectatorũ Tho.

Nonnulli Thomiſtæ ex quibuſdam verbis male intellectis expoſitoris dixerunt concluſionem Ariſtote. eſſe veram, ꝙ, videlicet tales ſubſtantiæ omnes ſint immateriales, non tamen rationes Ariſto. ſunt demonſtratiuę, quia omnes ſupponũt motum eſſe æternum, & propter hanc ſuppoſitionem valent omnes rationes. Prima quidẽ, quia ducit ad hoc ꝙ eſſent corruptibiles, modo hoc non eſt impoſſibile niſi ſupponẽdo motũ, quo mouent eſſe æternũ, quia mouẽt motu æterno. Tertia etiã ſupponit æternũ, quia illas eſſe ſupra noſtrũ intellectum non probatur, niſi quia mouent motu æterno. Tertia ẽt ſupponitur motũ ęternũ, quia cœlũ eſſe alterius naturæ ab elementis, non habetur, niſi quia mouetur circa mediũ, & perpetuo. Quarta ẽt ſupponit motũ æternũ quia non põt ſciri illas intelligere per earũ eſſentias, niſi ſupponendo illas eſſe ſimplices intellectus, eas aũt eſſe intellectus non habetur niſi via motus æterni, vt dictũ eſt. Quinta etiã habetur ſupponendo motũ æternũ, non. n. ſcitur illas eſſe indiuiſibiles, niſi ſupponendo motũ ęternum, nam quicquid mouet motu æterno eſt indiuiſibilis forma, vt deducit Auer. quare oẽs rõnes Ariſt. ſunt ex ſuppoſitione. Propter hæc probant concluſionẽ demonſtratiue alio medio vtpote via productionis, nam ſi aliquid producitur, oportet eſſe producens, & tunc quæritur ſi tale producens ſit factum, aut æternum, & ſi æternũ, tunc erit ĩmateriale, & ſi factũ, adhuc erit aliud producens, & cũ non ſit producere in infinitũ, ſtabitur ad producens ĩproductum qui eſt ſimplex, & ĩmateriale. Sed contra hanc rõnẽ dubitare ſolitus ſum in noſtris cõmentationibus, quia hæc rõ vr̃ etiam ex ſuppoſitione, ſupponitur. n. non poſſe procedi in infinitũ, hoc aũt licet ſit verũ, nõ tñ cõſtat, quia aduerſarius dicet nõ eſſe impoſſibile vt procedatur in infinitũ. Quod nunq̃ ĩprobabitur niſi ſupponendo motũ æternũ, vt deductũ eſt in lib. phyſi. auſcultationis. Præterea hæc rõ ſi valet, non valebit niſi de prima ſubſtantia, vt oĩbus patet, & ſic nulla via eſſet ad probandũ cæteras ſubãs eſſe ĩmateriales. Quidam vt ſuperius dicebatur, probat idẽ alia rõne, ait. n. ĩmateriale eſſe & quod mouet motu æterno, vel quod aptũ natũ eſt motu æterno mouere, at ſubæ quæ mouent orbes, licet nõ mouẽt motu æterno, ſunt aptæ mouere: igiẽ ſunt ĩmateriales. Alij eiuſdẽ factionis ſic ꝓbant quod nõ mouet cũ pæna & labore, eſt ĩmateriale,

Probã expoſitoris.

Dubitatio contra rationem.

Sco. eſt in primo ſenten.

ſed ſubſtantiæ quæ mouent orbes, non mouent cum pæna & labore, igitur ſunt immateriales. Sed ſi velint has rationes eſſe demonſtratiuas falluntur, non enim in libris demonſtrationum inueni tales poſſe eſſe demonſtratiuas. Prima quidem, quia minor ſupponitur; & non video quo medio probari poſsit, immo peripatetici dicerent ꝙ ſi tales ſubſtantiæ ſint aptæ mouere motu æterno, ꝙ moueant motu æterno, quia in æternis non differt eſſe & poſſe. Amplius in æternis omne melius & poſsibile eſt neceſſarium, propterea prima ratio eſt ex ſuppoſitione. Secunda etiam quia minor ſupponitur, non enim ſciri poteſt tales mouere ſine pæna & labore, niſi quia mouent æterno motu. Præterea elementum apud eos mouetur à ſemet abſque pæna & labore. & tamen eſt materiale, & propterea omnes rationes ſunt dialecticæ, & ex ſuppoſitione, niſi ſupponatur motus circularis æternus. Alij voluerunt demonſtrationem Ariſtote. non valere niſi de prima ſubſtantia, & componunt demonſtrationem ſic, quod mouet ex ſe & virtute propria, eſt immateriale. Sed prima ſubſtantia mouet ex ſe & virtute propria, igitur eſt immaterialis, cui demonſtrationi conſentit Plato, nam Plato per ſe mouens atque virtute propria mouens, vult eſſe numerum per ſeipſum mouentem, talem autem numerũ facit ſemper æternum & immateriale. Sed rurſus contra hanc rationem eſt dubitatio, quia eſſe aliquid ex ſe virtute propria mouens eſt ſupponendum, non per ſe notum, quia non eſſe procedendum in infinitum eſt dialecticũ non demonſtratũ. Quare hęc põ eſt ambigua ẽt de primo motore. Præterea Ariſt. demõſtratio videtur eſſe vniuerſalis de oĩbus motoribus, quia vtitur motu æterno, quo mouent omnes. Hæc de poſitionibus.

Confutatio. *Poſitio aliorũ.* *Dubitatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, vt in titulo tactum eſt: ꝙ materia poteſt ſumi multifariam, vno modo pro materia intentionali: quæ vulgariter à peripateticis appellatur intellectus poſsibilis. Alio modo pro materia tranſmutationis, quæ eſt potentia ad eſſe vel non eſſe, quæque dicitur ab ipſis materia prima. Alio modo pro materia motus, quæque dicitur ſubiectum & mobile ipſum. Vltimo pro imperfectione, qua ratione dicitur imperfectum materia perfectioris, vt dicitur. 3. de anima. Secundo debes ſcire ꝙ materiales dicitur, vel per hoc quia ipſum eſt compoſitũ ex quauis harum materia, vel qua dependet ab aliqua harum materia. Tunc dicerem ꝙ prima ſubſtantia, eſt ſimpliciter materialis ab omni ratione materiæ abiuncta, patet. quia nec dependet ab aliqua harum materia nec componiẗ ex aliqua materia, nec eſt imperfecta. Secundo dico, ꝙ cæteræ ſubſtantiæ mouentes orbes ſunt materiales ſumendo materiale pro imperfecto, deducitur; quia quælibet recedit à prima ordine quodam, igitur omnes ſunt imperfectæ, & hanc concluſionem vult Auerro. 3. de anima, dum, d. nullam eſſe intelligentiam liberatam à potentia præter primam; quoniam quælibet componitur ex gradu perfectionis quo primo enti accedit, & gradu imperfectionis quo ab eodem recedit. Vnde & Plato appellat illas impuras ſubſtantias, omne autem impurũ eſt materiale. Tertio dico. ꝙ quælibet ſubſtantia mouens ſtellam eſt immaterialis per carentiam compoſitionis ex materia primo, & ſecundo, & tertio modo accepta, patet. quia nulla illarum componitur ex intellectu poſsibili & agente, vt ſupponitur ex libro de intellectu, nulla illarum componitur ex materia tranſmutationis & forma, demum nulla illarum componitur ex motore & ipſo mobili, quia quælibet eſt ipſe motor. Vltimo dico quamlibet talem eſſe immaterialem per carentiam dependentiæ ab aliqua talium trium materierum, patet. quia nulla dependet ab intellectu poſsibili tanquam è ſubiecto nulla à materia tranſmutationis, nulla ab ipſo mobili, quod mouet, igitur ſimpliciter & abſolute omnes ſunt immateriales, licet ratione habita inter eas prima ſit pænitus immaterialis, cæteræ compararatione illius materiales, ſed abſolute immateriales. Animaduerſione dignum, ꝙ licet concluſiones iſtæ ſint verę: & illas concedant omnes gentes, & oẽs ſectæ: & catholici noſtri, tñ non video illas poſſe demõſtrari; ſed ſolum rationibus dialecticis probari, ſunt aũt rõnes dialecticæ multę quas omitto; quia has concluſiones nemo dubitat, oẽs. n. græci, & oẽs barbari hæc volunt, hæc ẽt colunt. Hæc de dilucidatione.

Quot modis materia. *Cõm. 36.* *Quid materiale.* *Dilucidatio prima cõcluſio.* *Secunda.* *Cõm. 5. & 14.* *Tertia.* *Quarta.* *Quales hæ cõcluſiones.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis, Ad primam, dico, ꝙ tales ſubſtantiæ ſunt indiuiduę æquiuoce, & non per hoc. ꝙ ſunt in materia ſignata, ſed quia in eadem ſpecie non eſt plus vna, & ſic per negationem materiæ potius. Ad ſecundam dico, ꝙ maior eſt vera quando cauſa eſt vniuoca effectui, non autem quando eſt æquiuoca, vt in propoſito eſt. Ad tertiam conceditur totum ad intellectum dilucidationis. Ad rationes pro parte Auicebronis. Ad primam dico, ꝙ materia eſt vniuerſale principium generabilium non autem omnium. Ad ſecundam negat Auerroes minorem in. 2. cœli. vbi ait. nullam talem eſſe ĩ genere, & tu lege ibidem. Hæc de ſexta diſputatione. *Cõm. 49.*

Eodem Tex.

SEPTIMA DISPVTATIO

De ſubſtantijs mouentibus orbem, ſi mouentur

Num ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, ſint mobiles.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſubſtãtiæ quæ mouẽt ſtellas, ſint mobiles, arguitur. Primo quia tales ſubſtantiæ intelligũt ſe & amans ſe, igitur mouentur ſaltem motu ĩtentionali. Secundo omnia mouentia reducuntur ad tales ſubſtantias, igitur tales mouent ſeſe per eſſentiã, oẽ. n. tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam. Tertio ait Ariſt. 2. Topi. motis nobis mouentur omnia, quæ ſunt in nobis. Sed tale ſubſtãtiæ magis vniuntur cœlo, q̃ forma cum materia, vt dr̃. 2. cœli igiẗ ſi mota mã moueẗ forma, à fortiori motis orbibus mouebuntur eorum animæ. Quarto intellectus mouetur moto corpore humano, vt dicitur in hoc, 12. ſed intellectus apud pħos aut eſt infima intelligentiarum, vt dicitur. 3. de anima, aut eſt indiuiſibilis ſaltem ẜm veritatem, igitur ille ſubſtantiæ ſunt mobiles motis orbibus. Quinto dr̃. 2. cœli ꝙ tales ſubſtantiæ hñt ſolicitudinem eorũ, quæ hic fiunt, igitur ſunt mutabiles, oẽ. n. intelligens res mutabiles eſt mutabile. Sexto tales ſubſtantiæ ſubſtant nouis relationibus: quia producunt res nouas mediante motu, igitur ſaltem ſunt relatiue mutabiles. Septimo mutatio eſt perfectio quædam vt dr̃. 3. phyſi. ſed omnis perfectio conuenit perfectis, & maxime primæ cãæ, vt dr̃. 5. huius, igitur tales ſubę mutabiles ſunt. Octauo quælibet aĩa eſt numerus ſeipſum mouens ẜm Platonem,

Cõm. 5. *Cõm. 38.* *Cõm. 19.* *Cõm. 37.* *Cõm. 15.* *Cõm. 16.*

Platonem, tales ſubſtantiæ ſunt animæ, igitur ſeipſas mouent, & per conſequens ſunt mobiles. In contrarium eſt Ariſto. & Auerroes in præſenti textu. Et hæc de dubitationibus.

Com.30.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ licet mobile nõ nunq̃ accipiatur pro mutabili, tñ hic ſumitur mobile ꝓ eo, quod eſt aptum natum aliqua vera ſpẽ motus moueri, ſunt autem veræ motus ſpecies tres, augmentatio, & diminutio, alteratio, & motus localis, vt.5.phyſi. patuit igitur quæſtio q̃ſt, ſi tales ſubſtantiæ ſint aliqua talium ſpecierum motus mobiles. Nam de mutabilitate iſtarum dicemus poſtea. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio.

NONNVLLI ex ſecta Platonica voluerũt ꝙ tales cœlice ſubæ ſint orbium aĩæ: & perficientes, & conſtituentes illos in eſſe, vlterius dixerunt orbes moueri oĩbus ſpeciebus motus, vt alteratione quatenus enutriuntur ab elementis, & quatenus patiuntur eclypſes. Auctione & diminutione: quatenus oẽ quod nutritur, augetur & diminuitur, & latione, quia circa medium mouentur, ſed q̃m aĩa afficitur corporis affectione, hac rõne fit, vt tales cœlice ſubæ alterentur: augeantur: & moueantur: ſaltem per accidens, mouebantur autem, quia oẽ animatum patitur omnem ſpeciem motus. Sed orbes ſunt animati, igitur patiuntur oẽm ſpeciem motus, ſed q̃m animæ afficiuntur corporis affectione, vt dr̃ primo de anima, igitur ſaltem per accidens patiuntur oẽm motus ſpeciem. Obijciunt pħi peripatetici, vt Ariſto. 2.cœli. Primo oẽ alterabile eſt calidũ, vel frigidum, vel ſiccum, at nullus orbis eſt talis, vt nunc ſupponatur. Secundo arguit Auer. in lib. de Subſtantia orbis primum alterans nõ alteratur, licet bene moueatur localiter. Sed cœlum eſt primum alterans, vt perſpicuum eſt, igitur non alteratur. Q. vero non augeatur, vel diminuatur, arguit Galenus, quia vbi orbes ſiue ſtellę accreſcerent, vel decreſcerent, in tot annorũ millibus, coſmetræ, qui quantitatem ſtellarum metiti ſunt inueniſſent euariatam, at & Caldæi, & Babyloni, & Ægyptij, & omnes, qui coſmetrati ſunt ſtellas ſemper inuenerunt æquales: igitur orbes non augentur, nec deminuuntur. Secundo arguit Auerroes in lib. d. d. diſputatione. 2. in ſolutione dubij quarti: quoniam ſi ſol vel quæ vis ſtella decreuiſſet, iam in tanto tempore aliquid fuiſſet diminutum, & cum diminutio ſit quędam corruptio: & ex omni corruptione aliquid generetur, tunc aliquid in tanto tempore fuiſſet genitum. Sed hoc non apparet, quare friuola eſt talis poſitio. Tertio arguit Ariſt. in lib. cœli, ꝙ ſi cœlum augeretur, vel diminuetur, tunc ſeneſceret. Modo tale ſenium nemo percepit. Quinto ſi cœlum augeretur & diminuetur, nutriretur, & vbi enutriretur, tunc aggeneraretur aliquid ſuperflui nutrimenti, vt ſtercus, & vrina, quæ ſunt deriſibilia. Sexto omne qđ nutritur habet os vel aliquid ori ſimile, vt dicitur in lib. de anima, at nec os nec ori ſimile in cœlo videmus, quare cœlum non eſt augmentabile, nec diminuibile. Ex his ſequitur ꝙ ſubſtantiæ cœlice quæ cœlos mouẽt nec per ſe, nec per accidens mouentur alteratione: vel auctione Vtrum vero moueantur motu locali diſputabitur. Hæc contra primam poſitionem. Alij catholici dixerunt tales ſubſtantias, nec alteratione, nec auctione moueri, vt recte contra Platonicos eſt illatum. Verum ſunt per ſe mobiles motu locali & continuo, vt patet in ſactis, vbi ſcitur angelos poſſe per ſe moueri, & fuiſſe

Obiectiones.

2. poſitio.

Poſitio Scoti in 2. ſententiarũ li.

per ſe motu continuo motos probant concluſionem. Primo quia ſunt virtutes limitate, igitur ſunt ita hic, ꝙ non alibi, & per conſequens mobiles de loco ad locum. Præterea ſicut ſunt in loco ita mouentur, ſed ſunt in loco diffinitiue: igitur mouentur motu continuo per loca diffinitiue. Tertio non repugnat indiuiſibile poſſe moueri motu vero: igitur ſaltem angelos moueri vero motu continuo non repugnat. Sed hæc poſitio nec eſt ſecundum omnes catholicos, nec eſt peripatetica. peripatetica quidem non, quia Ariſto. ſcripſit librum. 6. phyſi. directe contra Platonem, qui voluit indiuiſibile vt Deũ poſſe per ſe moueri aſſerens Deum eſſe numerum per ſeipſum mouentem. Ariſt. directe probauit nullum indiuiſibile eſſe mobile, vt concluderet Deum non eſſe per ſe mobilem, vt omnes græci Expoſitores dixerunt. qua ratione fit, vt hęc poſitio non ſit peripatetica. Præterea nec eſt ſecundum omnes catholicos. Primo quia noſtra diſputatio eſt de ſubſtantijs, quæ mouẽt ſtellas, modo licet angeli mobiles ſint, tamen illæ intelligentiæ quæ mouent orbes, nõ ſunt angeli miſsiui: igitur adhuc tales ſubſtantiæ ſunt ĩmobiles, de quibus eſt diſputatio, hoc enim eſt quod vir catholicus, & magnus Thomas ait vbique, poſuit angelos diuerſorum ordinum, de quo ſatis nunc. Amplius tales angelos moueri motu cõtinuo videtur quaſi extraneum, quia taliter mouentur qualiter ſunt in loco, ſed in loco non ſunt niſi per operationem, igitur non mouentur niſi per applicationem virtutum, & ſic non motu continuo, & hoc eſt argumentum Thomæ, Egidij, & Alber. qui fuerunt ſummi in theologia, Vnde Ariſto. aſſerens Deum eſſe in cœlo, nulla ratione hoc dixit, niſi quia illic apparet eius operatio. vt Auerroes ſcribit in. 2. cœli & alibi. Hæc contra ſecundam poſitionem. Suggerius & Baccho. viri magni in ſchola Auerroica, vt narraui in lib. de infinitate primi motoris cap. 9. opinantur primum motorem, & cæteras intelligentias, quæ mouent cæteros orbes omnes moueri ſaltem per accidens motu orbium, quos mouẽt, probant rem ſuam. primo quia moto perfectibili per ſe mouetur & prima illius perfectio ſaltem per accidens ſed primus motor, & cæteræ intelligentiæ ſunt perfectiones, primæ: igitur mouẽtur per accidẽs. Hęc Auerroici. Ioannes vero, & iuniores noſtræ etatis voluerũt primum motorem, & cæteros motores nõ moueri, nec per ſe, nec per accidens, aliqua ſpecie motus, per ſe quidem non, quia non ſunt corpore nec diuiſibiles, omne enim quod mouetur quauis ſpecie motus eſt corpus vel diuiſibile, per partes vero minime, quia omnes ſunt ſimplices & impartes, eo quia ſtatim ſunt id quod ſunt 8. metaph. Q. deniq; nec per accidens. Ioannes per verba Ariſtote. & Auerrois. 8. phyſi. probat, quia omne per accidens contingit non eſſe, omne enim accidens eſt cõtingens, quod poteſt non eſſe. Secundo ſi per accidens mobiles eſſent, tunc eſſent per accidens diuiſibiles, vt primo cap. de Subſtantia orbis dicitur. Tertio ſi per accidens mouerentur: eſſent formæ materiales, ibidem deducit Auerroes Quarto ſi per accidens, cum per accidens ſit duplex: vel quod mouetur per aliud, & poteſt ſeorſum moueri, ceu equitans in naui, vel ꝙ mouetur per aliud, & non poteſt ſeorſum moueri ceu accidentia, hoc dicit. Auerroes primo de anima, aut igitur mouebuntur per accidens primo modo, & patet quòd non quia ſeorſum moueri non poſſunt, cum non ſint corpora. nec ſecundo modo: quia tunc eſſent aut formę accidentales, aut accidentaliter extenſe. Hæc

Obiectiones.

Cõm. 15. Poſitio Sugge. & Bacchonis.

Poſitio Ioan.

Cõm. 36. & 73.

Cõm. 57.

ſe. Hæc Ioannes in pluribus locis phiæ naturalis, quicquid dicat hic. *Obiectiones Auerrois.* Obiicit autem Auerroes.8.phyſic.per verba Ariſtote.quia omne illud mouetur per accidens: cuius ſubiectum per ſe mouetur alio motu quàm moueat illud, ſed ſubiecta cæterorum motorum mouētur per ſe alio motu: quàm moueantur à proprijs motoribus: mouentur enim per ſe à primo motore motu diurno, igitur omnes alij motores præter primum mouentur per accidens. *Poſitio Auer. Com. 52.* Propter hoc Auerroes.8.phyſicæ auſculta.tenet primum motorem non moueri per ſe, nec per accidens. per ſe quidem non quia non eſt corpus, nec diuiſibilis per accidēs vero minime, quia eius ſubiectum nullo alio motu mouetur quàm primus motor ipſum moueat, primum enim mobile mouetur motu diurno à primo motore,& à nullo alio motore alio motu mouetur. Præterea primus motor eſt forma independens à ſubiecto, igitur non poteſt moueri per accidens motu ſui ſubiecti. Secundo dicit cæteros motores moueri per accidens motu quo mouentur eorum ſubiecta probatur quia eorum ſubiecta mouētur ab alio motore alio motu quàm proprij motores ipſa moueant, mouentur enim motu diurno à primo motore, à proprijs autem motoribus motu econtra. igitur mouentur per accidens? *Obiectio.* Sed hæc poſitio ſuperficietenus videtur falſa quia omne quod mouetur per accidens: eſt ſaltem per accidens diuiſibile. Præterea eſt materiale, & dependens, ab eo, ratione cuius mouetur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ aliquod moueri eſt dupliciter,per ſe & per accidens; per ſe illud moueri dicitur, ꝙ eſt per ſe & ratione ſui eſt ſubiectum motus vt corpus,vel animal ipſum. per accidens autem bifariã dicitur,aut per per accidēs ſubiectiue: aut per accidēs attributiue. per accidens ſubiectiue id moueri dicitur, quod mouetur ratione ſubiecti,è quo dependet in eſſe & conſeruatione. Vel quod motui ſubijcitur ratione ſubiecti, è quo dependet in eſſe & conſeruatione: & hoc pacto animæ animalium mouentur per accidens, quia ratione corporum è quibus dependent in eſſe, & conſeruatione: per accidens, attibutiue autem id moueri dicitur: quod in ſe non eſt ſubiectum motus, nec per *Dilucidatio.* accidens eſt ſubiectum motus. Sed attribuitur alicui ſubiecto, quod mouetur per ſe & alio motu & ab alio motore quàm à proprio: è quo proprius motor dependet in eſſe & conſeruatione. *1.concluſio.* Tunc dicendum primo: ꝙ nullus cœlicus motor alteratione vel auctione eſt mobilis aliquo pacto, hoc eſt nec per ſe, nec per accidens aliquo modo per accidens. per ſe quidem non quia nullus illorum eſt corpus, nec corruptibilis.per accidens vero minime, quia nō per accidens ſubiectiue, eo quia nullus eorum dependet à ſubiecto, in quo eſt in eſſe & conſeruatione.nec per accidens attributiue quia nullus illorum attribuitur alicui ſubiecto,quod ſit per mobile alteratione aut auctione, vt fuit deductum contra primam poſitionem. Igitur nullus cœlicus motor eſt mobilis alteratione vel auctione aliquo pacto. *2.concluſio.* Secundo dicendum,ꝙ nullus cœlicus motor eſt mobilis per ſe localiter,patet.quia nullus talis eſt corpus, vel diuiſibilis *3.concluſio.* Tertio dicendum: ꝙ nullus cœlicus motor eſt mobilis per accidēs ſubiectiue localiter, deducitur, quia nullus dependet è ſubiecto,cuius eſt motor. *4.concluſio.* Quarto dicendū: ꝙ primus motor nec eſt mobilis per accidens attributiue:declaratur, quia ad hoc ꝙ aliquid ſit per accidens attributiue mobile tria requiruntur, vt tangebatur, videlicet ꝙ attribueretur alicui per ſe mobili. Secundo ꝙ tale mobile moueatur alio motu, quàm mouetur à proprio motore. Tertio ꝙ moueatur ab alio motore è quo & motor proprius & ipſum mobile dependent modo licet primum mobile quicquid ſit illud,ſit per ſe mobile: nō tamen alio motu quàm ipſum moueat primus motor. Nec ab alio motore eſt,quo primus motor depēdeat, Igitur primus motor non eſt mobilis per accidēs attributiue. *5.concluſio.* Quinto & vltimo dicendum,omnes alios motores à primo eſſe mobiles per accidens attributiue, deducitur.quia attribuuntur alicui per ſe mobili, & alio motu quàm ipſi moueant, & ipſi & eorum mobilia ab illo dependent. Vnde licet motores ſecundi moueant ab occaſu in ortum ſtatutis temporibus, tamen aggregatum ex omnibus orbibus mouetur motu diurno ab ortu in occaſum à primo motore. è quo primo motore & ipſi ſecundi motores, & ipſorum corpora dependēt. Igitur omnes ſecundi motores mobiles ſunt localiter per accidens attributiue. Hæc colligi poſſunt.8.phy. & in tex.& cōm.52.Multa alia tetigimus in libello de infinitate è primi motoris cap.9.quæ ſtudioſi poſſunt accurate legere, Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam dicetur in proximis diſputationibus. Ad ſecundam dicendum; ꝙ omnia mouentia & mota reducuntur ad ea,quæ mouent per eſſentiã, non autem ad ea quæ mouent ſe, vt Plato credidit. Ad tertiam Ariſto.loquitur de his,quæ ſunt in nobis depēdenter qualiter motores non ſunt in orbibus. Ad quartam dico,ꝙ intellectus mouetur ſecundum reſpectum, quia corpus mouetur.non autem quia ipſe mouetur,vt in lib.de intellectu dicitur.Vel negatur minor, nō enim intellectus eſt infima intelligentiarū, vt credidit Auer. ſed forma coniuncta corpori ſecundum eſſe. Ad quintam negatur conſequentia, & cauſa dicetur in hoc.12. nam intellectus tales intelligendo res:non mouentur à rebus eo quia intelligunt res ſcientia, quæ eſt cauſa rerum. Ad ſextam dico ꝙ tales ſubſtantiæ ſubſtant nouis relationibus non realiter,ſed ſecundum rationem:quia referuntur non per ſe, ſed quia alia referuntur ad ipſas. Ad ſeptimam dico, ꝙ mutatio eſt perfectio ſecundum quid, non autem ſimpliciter, & propterea non oportet vt conueniat primæ cauſæ. Ad octauam patuit ſupra quo modo Plato intelligit, vnde maior eſt falſa: & ſi ſuperficietenus intelligatur. Ad rationes quæ fiebāt propoſitionibus, Ad rationem pro Platonica poſitione dicitur, quod animatum anima dependente à corpore: vel anima organica patitur omnem ſpeciem motus.Sed animatum anima perficiente corpus, & anima inorganica non oportet vt moueatur niſi ſpecie motus localis. Ad rationes pro poſitione aliorum. Ad primam concedo angelos eſſe mobiles localiter, non quidem illos condices ſed angelos miſſiuos,nec motu continuo. ſed motu diſcreto; vt Thomas acute ſcripſit: quãquam hoc non dicerent peripatetici. tamen eſt verum: & creditum. Ad ſecundam concedo illos eſſe virtutes limitatas, & propterea ſunt mobiles, non quidem motu continuo,ſed diſcreto,vt dictum eſt. Secundum tamen peripateticos nō omne limitatum eſt mobile, ſed omne quod eſt ens in potentia ad locum circunſcriptiuum,quō non ſunt angeli. Ad tertiam dico, ꝙ ſunt in loco per operationem, & non per diffinitionē vel circunſcriptionem. Ad quartam patuit.3.huius & 6.phy.

Ad

Ad rationem Suggerij: patuit ſolutio: angeli.n.nõ ſunt perfectiones orbiũ dependentes, ſed perficiẽtes. Ad rõnes Ioã. Ad primã dicẽdũ, oẽ per accñs poſſe nõ eſſe qñ eſt per accidens dependens: non autem qñ eſt per accidens attributiue. Ad ſecundam dico, ꝙ qñ eſſent per accidens mobiles dependenter, tunc eſſent diuiſibiles, at quia ſunt per accidens mobiles attributiue, non oportet. Ad tertiam negatur conſequentia, quia non ſunt ꝑ accidens tales dependenter. Ad quartam patuit in dilucidatione quo nam modo tales ſint mobiles per accidens, neutro.n. illorum modorũ ſunt mobiles. Sed attributiue per accidẽs; vt dictũ eſt. Hæc de ſeptima diſpu.

Eodem Tex.

DISPVTATIO OCTAVA
De ſecundorum Motorum intellectione.

Num motores ſecundi intelligant ſeſe per eorũ eſſentias.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod motores ſecundi non intelligant ſeſe per eorum eſſentias, arguitur. Primo quia hoc non eſſet niſi quia eorum eſſentiæ ſunt actu intellectiles, & eorum intellectibus præſentes, ſed intellectus noſter eſt actu intellectilis, & actu ſibi præſens vt catholici & phi pariter dicunt, igitur intellectus noſter intelliget ſeſe per eius eſſentiam cõtra Ariſt. 3. de anima vbi dicit intellectum intelligere ſe intelligendo alia: vt exponit Auer. Secundo eſſentia cuiuſlibet motoris ſecundi eſt ſingularis & ſingulare non eſt per ſe intellectile, igitur motores ſecundi non poſſunt ſe intelligere per eorum eſſentias. Tertio oportet oẽ recipiens eſſe denudatum à natura recepti, vt Auer. 3. de aĩa enititur ꝓbare, tu vero vide: igitur nũ poſſunt intelligere ſe per eorum eſſentias. Quarto nihil idem patitur à ſeipſo, quia tunc idem eſſet in actu & in potentia, ſed eſſentia cuiuſlibet ſecundi motoris eſt idẽ ſibi, igitur non poteſt eſſe obiectum immediate imprimens in ipſum ſuiipſius intellectum. Quinto tunc intellectio, qua vnuſquiſq; ſe intelligit eſſet ſibi idẽ, vel cum eſſentia hoc eſt falſum, quia ſoli Deo competit, & deducitur argumentum quia extrema ſunt eadem: igitur & medium, modo eſſentia intellecta, & intellectus intelligens in illis ſunt idem, igiẽ intellectio medians. In cõtrarium ſunt peripatetici, qui volunt in ſeparatis à materia idem eſſe intellectum & ꝙ intelligitur. Secũdo aliqua forma materialis agit per eſſentiam, vt calor in igne, igitur forma immaterialis aget per eſſentiam, cum immateriale ſit magis actiuum, igitur quilibet motor ſecundus aget intellectionem in ſuum intellectũ per eſſentiam. Hæc de dubitationibus.

Com. 8. | Com. 4.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Introductio disputationis. Pro intellectu tituli debes ſcire. Primo ꝙ hæc diſputatio mouetur pro tanto: quia Ariſt. in textu dicit. ſeparatas ſubſtantias eſſe actus per eſſentiam, & propterea quęritur ſi ſint actu intellectiles à ſemetipſis per eſſentiam. Secundo mouetur quia dicit illas eſſe immobiles, ideo cum probatum ſit illas eſſe immobiles motu reali, quæritur de motu intentionali, & primo de motu intentionali, quo ſemet intelligunt, & quo intelligunt alia, circa quòd formantur diſputationes plures, vt videbitur. *Suppoſitum in diſputatione.* Secundo debes ſcire quòd diſputatio ſupponit ſecundos motores ſeſe intelligere, quia ſecundi motores ſunt ſupra noſtrum intellectum: & conſtat illum ſeſe intelligere. igitur & ſecundi motores ſeſe intelligunt, propterea quæritur de modo, quo ſeſe intelligunt. Tertio debes ſcire ꝙ in intellectione qua intellectus noſter intelligit res materiales, vt communiter dicitur occurrunt quatuor. *Quæ cõcurrũt ad intellectionẽ.* Primum eſt intellectus ipſe intelligens. Secundum eſt obiectum, quod intelligitur. Tertium eſt ratio intelligẽdi: quo tale obiectum intelligitur. Quartum eſt repreſentatiuum, quo obiectum pñtetur ipſi intellectui ſub ratione intelligibilis, quæ communi verbo dicitur ſpecies intelligibilis. intellectus quidem intelligens, eſt intellectus poſsibilis ſiue ĩtellectus in potentia: obiectum quod intelligitur eſt vniueſale, vt homo, aut animal: ratio intelligendi eſt natura communis, cui cõpetit vniuerſalitas, ſeu forma, quæ pro intellectione redditur vniuerſalis apud Auerroem: repreſentatiuum eſt ſimilitudo obiecti, quæ ab aliquibus dicitur ſpecies intelligibilis, ab alijs dicitur rõ intelligendi non cognita, quia non intelligitur niſi reflexe. Quæritur igitur in noſtra diſputatione ſi eſſentia cuiuſlibet motoris ſecundi ſit ratio intelligendi, qua quilibet talis ſeſe intelligit ſine aliquo repreſentante ꝓcedente actum naturaliter: quod eſt quærere, ſi quilibet motor intelligat ſe per eſſentiam tanquam per rationẽ intelligendi, nulla concurrente ſpecie intelligibili ad talem ſuiipſius intellectionem. Hæc de titulo. *Senſus tituli.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Antequam ad poſitiones, & ad poſitionum differẽtias deſcendam debes ſcire, ꝙ expoſitor & quidam alius conueniunt. *Tho. 1. parte. q. 56. arti. 1. Sco. 2. ſen. di. 3. q. 8.* Primo, quia ambo volunt ĩtellectionem, qua tales ſe intelligunt, ſit accidens intellectibus eorum, ceu eſt de intellectione, qua noſter intellectus intelligit vniuerſalia materialia. Quod quidem accidẽs reſpectu intellectus recipientis dicitur paſsio: reſpectu obiecti ſiue eſſentiæ, quæ intelligitur, dicitur actio: dico actionem vel paſsionem non quidem corruptiuam, ſed perfectiuam. Secundo conueniunt: quia ambo negant ſpeciem intelligibilem, non.n. volunt angelum, ſiue aliquem motorem ſecundum ſeſe intelligere per ſpeciem abſtractam ab eſſentia, quæ intelligitur, quia talis abſtractio non eſt niſi qñ obiectum eſt materiale, vt per talem ſpeciem reddatur immateriale: & intellectui ꝓportionale, quia vero obiectum in illis eſt mere immateriale, hac ratione nulla eſt neceſsitas ſpeciei repreſentatiue. Tunc expoſitor vult, ꝙ in intellectione qua quilibet talis ſeipſum intelligigit, totalis ratio intelligendi ſit eſſentia ſola, & ſic quilibet talis intelligit ſe ꝑ eſſentiam tanquam per totalem rationem intelligendi. *Põ expoſitoris 1. Concluſio.* iuxta cuius opinionem oportet dicere obiectum, & rõnẽ totalẽ intelligẽdi, & totale agens intellectionẽ, idẽ in talibus eſſe, ĩtellectionẽ vero eſſe accñs, ꝙ ꝓducit ab eſſentia in eor ũintellectibus. Scdo.d. expoſitor ꝙ ĩtellectio, q̃ tales ſeſe ĩtelligũt, eſt neceſſaria & ĩmutabilis: ita ꝙ nõ pñt tales ſubæ nũc ſeſe ĩtelligere, nũc nõ. *Exerptum pũ Expoſitoris, 2. Concluſio.* Amplius non prius fuerunt in potentia ad ſeſe intelligẽdũ, nũc in actu ſed ſemper & ineuitabiliter ſeſe intelligunt, & neceſſario dum ſunt, ſeſe intelligunt. Mouetur autem per illud quod cõiter ab omnibus ſacris conceditur, ꝙ in abſtractis à materia voluntas determinatur pro æterno. Tertio dicit expoſitor ꝙ intellectus recipiẽs talẽ ĩtellectionem & ipſa eſſentia, quæ intelligitur, quæq; eſt rõ totalis intelligẽdi differunt ſm rem pdicamenti, qm̃ eſſentia eſt ſuba, & intellectus eorum eſt virtus ſiue potentia, ſiue qualitas, eo quia in creaturis virtus & eſſentia differunt, *3. Concluſio.*

differunt, nulla.n.creatura apud expoſitorem agit vel patitur per eſſentiam, ſolus.n.Deus agit per potẽtiam, quæ eſt eius eſſentia. Quibus patet apud expoſitorem ꝙ motores ſecundi intelligunt ſeſe per eorum eſſentiam. *Obiectiones aliquorum.* Hęc expoſitor. Obijciunt autẽ expoſitori aliqui. Primo quia obiectum in rebus creatis non eſt totale agens intellectionem, nec natura cõis eſt totalis rõ agendi, igitur eſſentia non eſt totalis ratio agendi intellectionem in illis, & ſic primũ expoſitoris fallit. Contra ſcd̃m arguunt. Primo, quia intellectus in talibus recipit intellectionem volens, & per voluntatem veluti & nos, igitur non neceſſario ſemper ſeſe intelligunt. Secundo talis intellectus eſt potentia ad intellectionem, quia intellectio non eſt ſubſtantia, ſed accidens, & oẽ ꝙ eſt in potentia, poteſt eſſe in actu & ſub priuatione actus: vt de- *Cõm. 15.* ducetur ab Ariſt. in hoc. 12. vnde Ariſt. in hoc. 12. vt exponit Auer. facit tale enthymema, ſi prima intelligentia eſſet in potentia ad intellectionem, eius intellectio non eſſet continua, quare per idem arguunt intellectus cuiuſlibet motoris ſecundi eſt in potentia ad intellectionem per expoſitorem, igitur intellectio non eſt cõtinua. Contra arguunt, quia vbi eſſentia & virtus differunt ſm rem, tunc talis actio non eſſet immanens, deducitur. quia agens & patiens non eſſet idem, vt pa- *Poſitio Scoti.* tet. 9. huius. Et ſic hæc poſitio expoſitoris refellitur ab his. Propter hæc tenet quidam, ꝙ eſſentia in illis eſt rõ agendi & obiectum agens intellectionem, ſed non totale, ſed partiale, vt.n. in intellectione noſtra obiectum & intellectus conſtituunt vnam cauſam totalem intellectionis, ſic in illis eſſentia & eorũ intellectus conſtituunt vnam cauſam totalem intellectionis, qua ſeſe intelligũt. Secundo dicit ꝙ intellectio qua tales ſeſe intelligunt nõ eſt continua & neceſſaria. Tertio dicit, ꝙ intellectus intelligens in illis. & obiectum ſiue eſſentia intellecta ſunt idem ſm rem, differunt autem ex natura rei. Primum eſt deductũ contra expoſitorem, quia obiectum nunq̃ eſt totalis cauſa, nec totalis ratio agẽdi intellectionem. Secundum eſt probatum per rationem Ariſt. in hoc. 12. dicit Ariſt. ꝙ ſi prima ſubſtantia intelligit per potẽtiam qua eſt in potentia ad intellectionem, tunc eius intellectio non eſſet continua, quare eadem ratio valebit de cæteris. Tertium nunc ſupponatur de mente eius alibi, *Confutatio* non.n. oportet diſputare de illo nunc. Sed contra hãc poſitionem ſunt non paruæ rõnes. Prima quia ſm oẽs peripateticos in ſeparatis à materia idem eſt intellectio & res intellecta, igitur eſſentia intellecta & intellectio qua illa intelligitur idem eſt: & ita intellectio non eſt accidens, ſed ſubſtantia. Secunda nulla videtur neceſſitas ponendi intellectum in illis eſſe cauſam partialem intellectionis eo quia vt in ſenſibus obiectum eſt totalis cauſa ſenſationis: & ſic eſt in intellectione obiectũ totalis cauſa intellectionis. Tertia eſt: quia Ariſt. in hoc lib. & Auer. dicunt differre intelligere noſtrum ab intelligere illorum, quia illi perpetuo & ſemper intelligunt, nos paruo tempore, igitur intellectio illorum eſt continua. Præterea intellectio oritur ab eſſentia & ĩtellectu: Sed hæc ſunt ſemper, & applicata, igitur ſemper intellectio, & continua erit. Amplius vt Auer. docet nos non ſemper intelligimus, quia laboramus ſaltem per accidens intelligendo, at illi intelligunt ſine labore, vt docet Ariſto. igitur eorum intellectio eſt perpetua. Hæc de poſitionibus.

Dilucidatio apud peripatet.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ catholici differũt à philoſophis, nam p̄hi ponunt tales motores ſubſtantias ſempiternas & intellectus ſeparatos, & quatenus ſunt ſubſtantiæ ſempiterne. P̄hi ponunt illas actus puros, quibus nihil potentiæ contingentis aſt admiſtum, & ita coguntur dicere intellectionem nõ eſſe accidens, nec intellectum eſſe accidens, eo quia actus purus non ſubſtat accidentibus, cum nihil potentiæ contingentis habeat. Tunc apud peripateticos dilucidandum eſt & dicendum. Primo ꝙ tales ſubſtantię intelligunt ſe per eſſentiam ad hunc ſenſum ꝙ eſſentia eſt totalis rõ intelligendi: totalis intellectio & totale obiectum intelligibile, patet quia tales ſubſtantiæ nihil habent potentiæ contingentis: igitur hæc oĩa eadem ſunt. Secundo dicẽdum, ꝙ licet ſub rõne generis obiectum intelligibile & intellectus differunt, ſub rõne ſpeciei & in tali natura non differunt, igitur obiectum intelligibile, rõ intelligẽdi, intellectio & intellectus eadem ſunt in talibus: quatenus oĩa ſunt vna ſimplex ſubſtantia, & purus actus. Ex hix ſequitur primo ꝙ quælibet talis ſubſtantia eſt *Excerptũ primum.* ſibi intellectio. Amplus ſibi ratio intelligendi, rurſus ſibi obiectum intelligibile. Secundo ſequitur in talibus *Secundum.* quemlibet intellectum eſſe ſibi intellectionem ſibi obiectum intelligibile, ſibi rationem intelligendi. Ex omnibus his patet apud peripateticos tales ſubſtantias intelligi per earum eſſentias. Hæc peripatetici. Catho- *Poſitio catholica.* lici vero quia tales ſubſtantias ponunt contingentes & poſsibiles non eſſe voluntate tamen diuina perpetuas, vt Plato etiam ſentit in Timæo, ponunt in talibus potentiam eſſe aliam ab eſſentia. Amplius in talibus accidentia concedunt. Dicendum igitur tunc primo ꝙ in- *Dilucidatio cathol.* tellectio, qua tales ſubſtantiæ ſeſe intelligunt, eſt accidens. Secundo dicendum eſſentiam non eſſe ſibi intellectionem ſed obiectum intelligibile, vel rõnem intelligendi. Ex omnibus his patet apud catholicos nullam *Excerptum primum.* talem ſubſtantiam eſſe ſibi intellectionem, quia tunc intellectio eſſet ſubſtantia. Amplius nullum intellectũ eſſe ſibi rationem intelligendi, nec ſibi intellectionem, nec ſibi obiectum intelligibile, vt deductum eſt. Quia *Secundum.* vero eſſentia eſt perfectior quauis re materiali: & intellectus perfectior noſtro intellectu, ſequitur in talibus eſſentiam eſſe totalem rationem intelligendi & totale obiectum intelligibile, vt expoſitor recte ſentit. Qua ratione fit, vt tales ſubſtantiæ ſeſe per eſſentias intelligant, hæc catholice. Et de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam concedo intellectum eſſe actu intellectilẽ, & ſibi præſentem, & ſic ſequitur quãtum eſt ex parte ſui poſſe ſeſe per eius eſſentiam intelligere, non tamen ſeſe per eſſentiam intelligit propter impedimentum, eſt autem impedimentum ꝙ propter ordinem potentiarum nihil poteſt intelligere niſi phãtaſiabile, vnde autem hoc impedimentum noſtro intellectui ſit tributum, catholici dicunt propter peccatum primi hoĩs, p̄hi propter ordinem naturalem potẽtiarum ſibi mutuo deſeruiẽtiũ, motores vero cœlici nec propter peccatum nec propter ordinẽ potentiarũ ſunt impediti, & ſic ſeſe intelligunt per eſſentiam. Quo vero modo intellectus ipſe ſeſe intelligat. 3. de anima & lib. de intellectu dictum eſt. Ad ſecundam dico quòd duplex eſt ſingulare, quoddam quòd eſt vnum in tota eius ſpecie, vtpote ſingulare immateriale, quod nec eſt, nec poteſt eſſe plus vno in eius ſpecie, & tale eſt per ſe intellectile. Aliud eſt ſingulare, quod ſub eadẽ ſpecie eſt plus vno, vt ſingulare materiale: & tale eſt ſingulare materiale,

riale, quod ratione materialitatis eſt bene ſenſile, non autem intellectile, & tunc patet ad formam, eſſentia.n. motoris cœlici eſt ſingularis primo modo, & propterea per ſe intelligibilis. Ad tertiam dico, ꝙ ratio non eſt ad ꝓpoſitum, quia motor cœlicus non intelligit ſe recipiendo actum intelligendi ab eius eſſentia, non.n.eſt accidẽs talis intellectio, ſed intelligit ſe per intellectionem, quæ eſt ſubſtantia ſiue eſſentia intelligentis, & ꝓpterea ratio non militat, per idem. Ad quartam, ſuppo nit enim falſum: non enim intelligere tale eſt in pati, vt dictum eſt. Ad quintam concedunt peripatetici totum, & dicunt talem modum intelligendi non competere ſoli Deo, ſed omnibus ſeparatis, quia omnia ſunt immaterialia. Deo autem ſoli competit independenter, cæteris autem dependenter, vt dicetur. Ad rationes vero contra expoſitorem pace eorum dixerim nullæ ſunt. Ad primam negatur ſuppoſitio, non enim obiectum eſt partialis cauſa, ſed totalis ipſius ĩtellectionis, illa.n.ſuppoſitio debet diſputari in lib. de ĩtellectu vbi diligenter eſt diſputata: & nunc omittitur. Ad aliã dico ꝙ illa intellectio non eſt neceſſaria ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ex determinatione pro æterno, vt expoſitor exponit, vel dici poteſt volũtatem eſſe neceſſariam in illis ſi comparetur ad intra, extra vero contingens, vt patet de illa Dei. Ad aliam concedo intellectũ eſſe in potentia ad ipſum intelligere ſm dimidium con tingentis, non autem ſm vtrunque, & propterea eſt tan tum ad eſſe, & non ſimul ad eſſe, & non eſſe propter dictam cauſam. Quo vero modo intelligitur deductio Ariſt. quæratur in noſtris commentationibus. Ad aliam dico, ꝙ ad hoc vt actio dicatur immanens: ſufficit vt agens ſit paſſo vnitum inſeparabiliter apud Thomam. Hæc de diſputatione octaua hactenus.

Tex.eodem.

DISPVTATIO NONA
De intellectione motorum inter ſe.

Num vnus talium motorum intelligat alium.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vnus talium non cognoſcat alium, arguitur. Primo ĩtellectus talium habet in ſe aliquàm naturam determinatam de numero aliarum naturarum, igitur alias cognoſcere non poteſt. tenet argumentũ per Ariſt. in.3. de anima, vbi dr̃ ꝙ habere ſimilem naturam impedit cognoſcere extranea. Secundo ſi vnus talium cognoſcit, aut per eſſentiam motoris cognoſcentis, aut motoris cogniti, aut per ſpeciem, non per eſſentiam motoris cognoſcentis qm̃ omnis cognitio fit per ſimile, ſed eſſentia motoris cognoſcentis nõ eſt ſimilis motori cognito niſi in genere, vt ſupponitur, igitur hæc cognitio eſſe in genere, & confuſa, nec per eſſentiam motoris cogniti, quia illud quo intellectus intelligit eſt intrinſecum intellectui, at eſſentia vnius nõ eſt intrĩſeca eſſentiæ alterius, nec per ſpeciem, quia ſpecies non differt ab ipſo motore intellecto, cum vtrunq; ſit immateriale, igitur nullo modo vnus alium cognoſcere poteſt. Tertio ſi vnus alium cognoſcit, aut per ſpeciem innatam, aut per ſpeciem è rebus ipſis acquiſitam, non per ſpeciem innatam, quia vbi tunc Deus nouum motorem crearet, non poſſet cognoſci ab his qui nunc ſunt, nec per ſpeciem acquiſitam è rebus, quia tunc motores ſuperiores nõ poſſent inferiores cognoſcere, quia ab illis nihil recipere poſſunt, igitur nullo pacto vnus alium cognoſcere põt. Quarto quilibet beatur in ſui ipſius cognitione: igit̃ ſuperfluit vt vnus cognoſcat aliũ. añs concedunt peripatetici, & conſequenia patet; quia beatitudo eſt ſimplex. Quinto ſi vnus illorum cognoſceret alios, vel omnes ſimul, vel ordine quodam, non omnes ſimul, quia vnus intellectus vnum intelligit. 4. huius: nec ordinem quodam, quia vt dr̃ huius. 12. in illis non eſt ordo, nec conſecutio, igitur non poteſt vnus illorum cognoſcere omnes alios. Sexto ſi vnus illorum intelligeret inferos. tunc vileſceret, vt deducit Auerro. in hoc. 12. In contrarium arguitur, quia inferior agit gratia ſuperioris, igitur cognoſcit ſuperiorem. Præterea inferior cognoſcit eſſentiam primi, & eſſentiam propriam infimam, igitur omnes medios motores. Hæc de dubitationibus.

Cõm.44. *Cõm.51.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ motores ſunt ordinati ceu eorum mobilia, quæ dñr orbes, & propterea ſunt motores ſuperiores, & ſunt motores inferiores. Superiores motores ſunt hi, qui ſunt primæ ſubſtantiæ ꝓximiores, quique mouent perfectiora mobilia. Motores inferiores ſunt qui ſunt è prima ſubſtantia remotiores, quique mouent imperfectiora mobilia: propterea diſputatio quærit ſi infimus illorum intelligit omnes ſuperiores, & ſupræmus omnes inferiores, & ſi medius tam ſuperiores quàm inferiores: Secundo debes ſcire, ꝙ in tali diſputatione, veluti in cæteris præcedentibus excludimus Deum, non enim quærimus nunc ſi vnus illorum intelligat omnes alios claudendo in alijs Deum ipſum, quia de hoc formabimus ſeparatam diſputationem. Hæc de titulo.

Motoris ſuperioris. *Motoris inferioris.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE præſenti diſputatione ſunt, qui etiam ad mentem Ariſt. tenent vnum motorem talium nihil intelligere prẹter ſe, & per eius eſſentiam. In qua quidem cognitione vnuſquiſq; beatur. Mouentur, quia quemadmodum primus motor nihil intelligit extra ſe, propterea quia ſeſe intelligit per eius eſſentiam, ſic cum quilibet motor inferior per ſuam eſſentiam ſe intelligit, nihil extra ſe intelligit, igit̃ vnuſquiſque ſeſe intelligit tm̃. Secũdo mouentur, quia quilibet talis eſt infinitus perfectiõne, vt credunt de mente Ariſt. igitur vnuſquiſque eſt ſibi beatitudo, & fœlicitas, & per conſequens nullus eorum intelligit niſi ſemetipſum. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo quia tunc omnes motores eſſent perfectione æquales deducitur, quia omnes eſſent infiniti, & æqualiter beati. Secundo quia Ariſt. ponit omnes intendere vnum finem, igitur omnes intelligũt aliquid præter ſe. quia ille finis eſt alius ab omnibus motoribus ſecundis. Tertio apud peripateticos intellectus noſter intelligit omnes ſuperiores ſubſtantias, & omnes inferiores: igitur quilibet intellectus ſuperior. Sic.n. deducit Auer. 3. de aĩa. Quarto intellectus cuiuſlibet taliũ eſt magis capax beatitudinis q̃ ſit nr̃ intellectus, ſed noſter nõ beatur in cognitione ſui. ſed in cognitione oĩum ſuperiorum, igitur intellectus cuiuſlibet illorum non debet beari in cognitione ſui tantum ſed omnium aliorũ, hæc igitur poſitio eſt erronea. Auicenna clariſsimus in pħia voluit inferiorem intelligentiam cognoſcere eã tantum quæ ſibi eſt proxima, & nullam aliam, in illam beari, atque fœlicem effici, inferiores quidem non, quia quicquid perfectionis eſt in inferioribus: continetur in ſuperiori, remotiorem minime quia remotior non habet cognitionem cum illa, eo quia nulla producitur niſi

1. Poſitio. *Argumentum poſitionis.* *Confutatio.* *Cõm.36.* *Poſitio Auic.*

Confutatio. niſi à ſibi proxima, ſm Auic. 9. ſuæ meta. cap. 4. Hæc poſitio eſt reprobata in lib. de intellectu, & alibi & nunc contra ipſam arguo: quia non minoris beatitudinis eſt humanus intellectus: q̃ ſit cœlicus, vt omnes tenent, ſed humanus non beatur niſi in cognitione primi entis, igit̃ nec cœlicus, minor eſt probata in lib. de beatitudine, & nũc ſupponitur. Secundo prima ſubſtantia eſt intelligibilis ab infimo intellectu vtpote ab intellectu noſtro qui eſt infima intelligentiarum ſm Auerroem, igitur ab omnibus intermedijs intellectibus, qui ſunt & perfectiores & capaciores noſtro intellectu. Tertio apud Ariſt. prima ſubſtantia mouet vt amata & intelligibilis, & omnes aliæ vt amantes: & intelligentes, igitur omnes *Com. 44* intelligunt primam ſubſtantiam. Quarto omnes dependent à prima ſubſtantia ſm Ariſt. & Auerroem, igitur omnes beantur in prima ſubſtantia, & per conſequens non tantum in proxima: hæc volo ſufficiant contra Auicenam, quia in lib. de beatitudine multa ſcripſimus de his. *Poſitio Auer.* Auerroes autem licet variæ loquatur, tamẽ ꝙ ꝓ maiori parte ſuis dictis conſonat, eſt ꝙ inferior intelligentia omnes ſuperiores intelligat, & nullam inferiorem, poteſt perſuaderi poſitio, quia intelligibile eſt perfectio intelligentis, ſed inferior non poteſt eſſe perfectio ſuperioris, igitur inferior non poteſt intelligi à ſuperiori. Secundo intelligentia media cognoſcit aliquod quod continet perfectionem omnium inferiorum. igit̃ *Confutatio.* fruſtra cognoſceret inferiores. Sed hæc poſitio ſiue ſit Auerrois, ſiue cuiuſuis nõ eſt vera. Primo quia per eius rationes probarem ꝙ intellectus noſter non poſſet intelligere res materiales, quia res materiales non poſſunt eſſe perfectiones intellectus. ſunt enim multo imperfectiores, per ſecundam rationem probarem ꝙ intelligẽtiæ non intelligerent niſi primam tantum, quia prima continet perfectiones omnium cęterarum. Igitur ſuperflueret cognoſcere cæteras. propterea hæc poſitio nulla eſt. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quæ ſunt dilucidatione videnda. PRO dilucidatione. Primo videndum eſt ſi vna intelligentia aliam cognoſcat. Secundo ſi eodem modo ſuperiores: & inferiores. Tertio ſi inferior cognoſcendo omnes ſuperiores & omnes inferiores ordinem habeat. Quarto qualis ſit nam hęc cognitio? *Si vna intelligentia aliam cognoſcat.* Quantum ad primum concordant & catholici & peripatetici & Platonici, ꝙ vna intelligentia aliam cognoſcit. vnde in lib. de cauſis dicitur, quod omnis intelligentia ſcit res, quæ non corrumpuntur. Declaratur autem illud, quia intelligentia media dependet ab omnibus ſuperioribus, & eſt cauſa omnium inferiorum. Igitur quatenus ab illis dependet, debet redire ad illas. Aliter eſſet imperfecta, quatenus eſt cauſa inferiorum, debet cognoſcere illas. In omni. n. cauſa continetur cognitio effectus. Sed *Si eodem modo vna intelligentia cognoſcat omnes.* q̃m de hoc primo non eſt multa difficultas, ſufficiant hæc. Quantum ad ſecundum volunt p̃hi, ꝙ non eodẽ modo, nec eadem cognitionis ſpecie media cognoſcat ſuperiores & inferiores. Imaginantur enim intelligentiam mediam deprehendere ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris, inferiorem vero per eſſentiam propriam. Primum declarant, quia eſſentia ſuperioris eſt ſibi & inferiori intellectio, & ſic inferiores intelligunt ſuperiores per eſſentias illarum, eſt autem intelligere aliquid per eſſentiam illius, vt proxima diſputatione diximus, q̃n intelligitur aliquid per eius eſſentiam tanquam per rationem cognoſcendi, nec ſpecie, nec actu cognoſcendi *1. Excerp.* concurrente. Ex hoc ſequitur primo, ꝙ inferior intelligentia cognoſcit ſuperiorem ĩtellectione, quę eſt ſubſtantia, deducitur, quia cognoſcit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris cognitæ, ſed eſſentia illa eſt ſubſtantia, igitur inferior cognoſcit ſuperiorem cognitione, quæ eſt ſubſtantia. *Secundum.* Secundo ſequitur quod vnamet res eſt intentio & res. deducitur, quia ſuperior intelligẽtia qua tenus cognoſcitur ab inferiore eſt intentio: quatenus autem eſt ens naturale eſt res. *Tertium.* Tertio ſequitur apud peripateticos non eſſe neceſſariam ſpeciem intelligibilem nec actum intelligendi ſi inferior debet ſuperiorẽ intelligere. deducit̃ quia Ariſt. nõ ponit ſpẽm, niſi quia obm non eſt ꝑ ſe in aĩa, lapis. n. inquit non eſt in aĩa, ſed ſpẽs lapidis, at ſuperior intelligentia eſt intimior proximæ, q̃ ſit eius ſpẽs, quia quatenus intentio, eſt illius pfectio. Præterea Ariſto. non ponit ſpecies niſi rerum materialium, at ſuperiores ſunt immateriales. Quo autem modo apud p̃hos media intelligentia cognoſcat ĩferiores, declaremus. Et primo dicemus ꝙ media nõ cognoſcit inferiores per eſſentias illarum, patet quia inferior non eſt ſibi & ſuperiori intellectio, quia non eſt ſibi res, & ſuperiori intentio, cum non ſit forma ſuperiori. Dicimus ſecundo ꝙ media non intelligit inferiores per ſpecies defluxas ab illis, deducitur quia illæ ſpecies non dantur vt deductum eſt, igitur media intelligentia ſi illas cognoſcit, illas ĩtelligit per eſſentiam propriam, nam eſſentia propria eſt ĩtellectio ſui primo & per ſe, & omnium aliorum, quæ ab illa media dependẽt per eius eſſentiã ſecundo & per accidens, modo inferiores dependent aliquo pacto à media, & ꝑp eius eſſentiam, igitur media cognoſcit ĩferiores ꝑ eius eſſentiã: hoc eſt quatenus eius eſſentia eſt primo & ꝑ ſe rõ cognoſcẽdi ſui, ſcđo & per accñs inferiorum. Ex his patet ſecundũ videlicet ꝙ nõ eodem mõ media cognoſcit oẽs, & hoc eſt quod dr̃ in lib. de cauſis, dicitur enim ꝙ omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, inquantum eſt cauſata ab eo, & quod eſt ſub eo, inquantum eſt cauſa eius. *1. Excerp.* Ex his ſequitur. Primo ꝙ media intelligentia intelligit ſuperiorem ſcientia, quæ nec eſt cauſa ſuperioris, nec effectus ſuperioris, ſed bene ſcĩa quę eſt cã intelligentiæ intelligentis: patet, quia cognoſcit ſuperiorẽ per eſſentiã ſuperioris, modo eſſentia ſuperioris non eſt cauſa ſui, nec effectus ſui, ſed bene cauſa intelligentiæ intelligentis. *Secundum.* Secundo ſequitur ꝙ media intelligentia ſcit inferiores ſcientia quæ eſt cã. deducitur quia intelligit illas per eſſentiam propriam. quæ eſt cauſa illarum; igitur ſcit illas ſcientia, quæ eſt illarum cauſa. *Tertium.* Tertio ſequitur mediam intelligentiam ſcire ſuperiores bifariam: & ſcientia quæ eſt effectus, & ſcientia quæ eſt cauſa. Q̃ꝫ quidem ſciat illas ſcĩetia, quæ eſt effectus, deducitur: quia ſcit illas per eſſentiam propriam, media. n. intelligentia per eſſentiam mediæ cognoſcit ſe, & ſuperiores, cuius talis eſſentia eſt effectus, igitur cognoſcit illas ſcientia, quæ eſt effectus. Q̃ꝫ vero illas ſciat ſcientia, quæ eſt cauſa, deducitur: quia ſcit illas per eſſentias illarum, & eſſentiæ illarum ſunt cauſæ inferiorum, igitur ſcit illas ſcientia, quæ eſt cauſa. *Quartum.* Quarto ſequitur ꝙ media intelligentia ſcit inferiores vno tãtum modo, vtpote ſcientia quæ eſt cauſa: quia ſcit illas ſua eſſentia, quæ eſt cauſa illarum: hæc de ſecundo. *Media ſi omnes intelligat ordine.* Et de tertio agamus: & dicamus ꝙ media inferiores non cognoſcit ordine aliquo: quia illas non cognoſcit per eſſentias illarum, nec per ſpecies defluxas ab illis, ſed per eius eſſentiã, quę vna omnium ſimplex cognitio. *Duplex ordo.* Superiores autem non cognoſcit ordine temporis, quia omnes ſimul & ab ęterno: ſed quia duplex eſt ordo perfectionis

fectionis videlicet & originis, dicunt phi ꝙ ordine perfectionis ſemper perfectiorem prius intelligit, ordine originis imperfectiorem: igitur via originis primo ipſa media intelligentia cognoſcit ſuam eſſentiam, deinde proximiorem vſque ad vltimam, quatenus ſemper ꝓximior eſt vt diſpoſitio ad altiorem, hæc dicit Auerro. in libro de beatitudine, hæc pauca de.3. Et de quarto dicamus. Et primo ꝙ catholici differunt à phis. nam catholici voluerunt intelligentias bifariam proceſsiſſe à prima omnium cauſa & quo ad eſſe naturale ſiue reale, quod eſt eſſe ſubſiſtentiæ, & quo ad eſſe intentionale, quo quidem ad eſſe reale, Deus eſt cauſa intelligentiarum ſimpliciter. Quo vero ad eſſe intentionale, quatenus Deus impreſsit ſimilitudines tam rerum ſpiritualium, quam rerum materialium: vt videlicet per huiuſmodi ſiue ſpecies, ſiue rationes, ſiue ſimilitudines impreſſas, tam corporalia, quam ſpiritalia cognoſcerent, phi autem negant tales ſpecies ſiue rationes, volentes intelligentias non proceſsiſſe à prima ſubſtãtia niſi vno modo videlicet ſecundum eſſe reale, & quia proceſſerunt ſecundum eſſe reale, ideo bene comparatur inferioribus intelligẽtijs dupliciter, & vt res, & vt intentio, vt res quidem eſt cauſa rerum, & vt intentio eſt illis omnibus cognitio, vt dictum eſt; & propterea negant tales ſpecies. dico quod poſitio theologorum eſt vera, tũ quia omnes ſacri in illa concordant, tum quia facilior, & non habet tot dubia. Hæc de dilucidatione.

Qualis non ſit cognitio.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam dico ꝙ licet ĩtellectus illorum habeat aliquam naturam, illa nõ impedit, quia eſt ſpecie diſtincta & præterea non per modum noſtrũ intellectio illorum fit. Ad ſecundam dico, ꝙ poteſt teneri per oẽs illos modos, & conceditur primo ꝙ cognitio, qua media intelligentia cognoſcit per eius eſſentiã, ſit in genere & confuſa, nec hoc eſt extraneum, quia nõ ſolum hac cognoſcit, ſed alijs modis conceditur, ſecũdo ꝙ per eſſentiam motoris cogniti, & negatur talem eſſentiam eſſe extraneam: ĩmo eſt intimior ĩtellectui mediæ, q̃ ſit ſpecies. cõceditur tertio ꝙ per ſpẽm, quia licet ſpecies & eſſentia non differunt quo ad eſſe materiale, & immateriale differunt quo ad eſſe naturale & intentionale, quia ipſa intelligentia quo ad eſſe reale: eſt forma ſubſiſtens, ſpecies autem non habet niſi eſſe intentionale. Ad tertiam dico ꝙ per ſpecies concreatas à Deo ipſo, & dico ꝙ vbi Deus creaſſet nouam naturam, etiã nouam ſpeciem concreaſſet. Ad quartam negatur aſſumptum; non enim beatur in ſui cognitione beatitudine completa, ſed beatitudine, quæ eſt diſpoſitio ad ſupremam. Ad quintam patuit ſolutio. Ad ſextam dico ꝙ vileſceret ſi illos cognoſceret recipiendo cognitionem ab illis. Hæc de diſputatione nona.

Deductio autem eſt qualis optima paruo tempore nobis; ſic enim &c. Tex.cõm.39.

DISPVTATIO DECIMA
Quomodo intelligentiæ Deum cognoſcant,

Num vna intelligentia cognoſcendo Deum, & omnes alias, intuitiue cognoſcat.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod nulla intelligentia cognoſcat Deum arguitur. Primo quia Deus in infinitum diſtat ab intelligentia, ſed in infinitum diſtans non poteſt attingi, igitur nulla intelligentia poteſt Deum cognoſcere. Secundo ſi intelligentiæ Deum intelligerent intuitiue, tunc omnes eſſent naturaliter beatæ. hoc eſt falſum, quia beatitudo non eſt ens naturaliter acquiſibile. Tertio quælibet intelligẽtia cognoſcit Deum & omnes alias intelligentias per ſui ipſiuſmet cognoſcentis ſubſtantiam, vt dictum eſt, igitur non intuitiue. Quarto perfectius quælibet intelligentia Deum cognoſcit, quàm nos illum apprehendamus, ſed nos apprehendimus illum & omnes intelligentias per collectionem pluralium prædicatorum diſcurrendo, & cõponendo, igitur quælibet intelligentia illum & omnia ſeparata cognoſcit per multo plura prædicata componendo & diuidendo & diſcurrendo; quare non intuitiue Quinto intellectus perfecte attingens aliquid, illud attingit ſecundum omnem rationem attingendi, ſed intellectus intelligentiæ perfecte ſe, & Deum & omnes intelligentias attingit, igitur ſecundum omnem rationẽ attingendi, ſed attingere ſecundum omnem rationem non eſt attingere intuitiue, ſed compoſitiue, diuiſiue & diſcurſiue colligendo prædicata propria & communia quidditatiua & qualitatiua, eſſentialia & accidentalia, igitur nulla intelligentia cognoſcit Deum & cæteras intelligentias intuitiue. In cõtrarium arguitur, quia intelligentiæ inferiores intelligunt ſuperiores per eſſentiam illarum, igitur intuitiue, antecedens eſt declaratum. Præterea dicitur in textu ꝙ illæ intelligẽtiæ ſunt ſemper in illa diſpoſitione in qua nos ſumus paruo tempore; & loquimur Ariſtoteles vt exponit Auerroes, de gñatione beatifica, quæ non eſt niſi intuitiua, igitur ille ſolum intuitiue Deum & cæteras ſubſtantias cognoſcunt. Præterea plus eſt virtus apprehenſiua intelligentiæ quàm ſit intellectus poſsibilis affectus toto intellectu ſpeculatiuo, ſed apud peripateticos intellectus poſsibilis affectus toto intellectũ ſpeculatiuo poteſt Deum attingere intuitiue, igitur intellectus cuiuſlibet intelligentiæ ſemper Deum & omnia ſeparata attingit intuitiue. Hæc de dubitationibus, *Cõm.39.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire vt in primo & 2. huius diximus & apud ſacros, & peripateticos duplex eſt cognitio, altera intuitiua, quæ ab Auer. dicitur eſſentialis. 3. de anima, altera abſtractiua ĩtuitiua eſt q̃n eſt ad ipſum obiectum in ſe terminata, abſtractiua autem quãdo non ad ipſum obiectum in ſe terminatur, ſed ad repreſentatiuum illius obiecti. verbi cauſa cognitio, qua intellectus colorem cognoſcit in ſe, atque in proprio exiſtẽtia, dicitur intuitiua, ea vero cognitio quæ eſt coloris non in ſe, ſed in proprio coloris repreſentatiuo, dicitur abſtractiua, verbi cauſa, ea quæ eſt phantaſmatis coloris, iuxta quàm diſtinctionem concedi ſolet vnã eãdemúe notitiam eſſe intuitiuam & abſtractiuam, nõ quidem vna ratione, ſed diuerſa: nam notitia qua phantaſma in ſeipſo apprehenderetur, eſſet intuitiua reſpectu ipſius phantaſmatis, abſtractiua autem reſpectu rei repreſentatæ, & ita vna eademúe notitia & intuitiua & abſtractiua, intuitia quidem ipſius repreſentatiui, abſtractiua vero rei præſentatæ. Ex his apparet titulus. & quid per notitia intuitiuam intelligimus. Animaduerſione dignum nos in diſputatione ſuppoſuiſſe quamlibet intelligentiam cognoſcere Deum, & cęteras ſeparatas ſubſtantias, nõ enim in hoc eſt dubium, vt viſum eſt in proxima diſputatione, quærimus autem de modo cognoſcendi, an quidem ſit intuitiue, an abſtractiue, an *Cõm.36.*

quis?

qui? hæc enim eſt non parua quæſtio,& inter ſacros,& phos non parua differentia. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

h. prima par. q quæſtio. 57. artic. 3.

IN iſta diſputatione reſpondet Thomas in quàm pluribus locis ſuæ theologiæ & dicit trifariam aliquid cognoſci, vno modo per præſentiam ſuæ eſſentiæ in cognoſcente: & hac ratione lux videtur ab oculis, & hoc pacto vnaquaque intelligentia ſeipſam cognoſcit. dictum eſt enim intelligentiam ſeipſam cognoſcere per eius eſſentiam, tanquam per rationem cognoſcẽdi. Alio modo per præſentiam ſuæ ſimilitudinis in potentia cognoſcitiua, & hac ratione lapis ab oculis videtur, quia per hoc ꝙ eius ſimilitudo reſultat in oculis, & hoc pacto intellectus humanus intelligit res ipſas materiales. Tertio modo per hoc ꝙ ſimilitudo rei cognitę non accipitur immediate ab ipſa re cognita, ſed à re aliqua in qua reſultat, & hac ratione hominem in ſpeculo videmus. *Prima concluſio tho. et Hẽri.* Hac diſtinctione ſtante Thomas noſter tenet. Primo, ꝙ nulla intelligentia Deum intelligit ex puris naturalibus primo modo, hoc eſt eſſentiam, Dei. probatur, quia nulla creatura in puris naturalibus derelicta eſt naturaliter beata. modo nihil aliud eſt beatitudo, niſi intelligere Deum per eſſentiam Dei, hoc eſt intellectione: quæ eſt ipſemet Deus, quare nulla intelligẽtia Deum hoc pacto intelligit derelicta ſuæ naturæ, & circunſcripto omni ſupernaturaliter aduentitio, *2 concluſio.* ſicut nulla illarum eſt naturaliter beata. Secundo tenet ꝙ nulla intelligentia intelligit Deum ſecundo modo hoc eſt per præſentiam ſuæ ſimilitudinis ſiue ſuæ ſpeciei in intellectu intelligentiæ, *Rõnes Henri. quoli 3. q. 3. & quoli. q. 7.* probatur hoc à ſolenni doctore Henrico. primo nulla ſimilitudo, ſiue ſpecies, ſiue effigies ducit in diſtinctam notitiam alicuius, niſi æquetur illi, ſed nihil poteſt Deo æquari, quia Deus eſt infinitus: & nihil citra Deum eſt infinitum, igitur nulla intelligentia poteſt Deum intelligere per præſentiam ſimilitudinis. Dei diſtincte repreſentatiuæ illius. Secundo vbi illa ſpecies poneretur, illa magis conueniret cum re creata, ꝗ̃ cum Deo, ex quo ponitur creata. Sed illa non ducit in diſtinctam notitiam alicuius rei creatæ. Igitur nec in diſtinctam Dei notitiam. Tertio nihil poteſt eſſe imago infiniti, Deus eſt infinitus, igitur nihil poteſt eſſe imago, ſiue ſpecies Dei, & ſic talis ſpecies nulla eſt. Quarto hac ſpecie conceſſa, tunc quælibet intelligentia poſſet naturaliter diſtincte Deum cognoſcere, quia per hanc ſpeciem mẽtibus ſeparatis impreſſam. Hæc Henricus. *3. concluſio.* Tertio tenet ꝙ intelligentiæ in puris naturalibus derelictæ cognoſcũt Deum, tertio modo hoc eſt per eſſentias earum, quatenus eſſentia illarum eſt Dei imago. probatur: quia eſſentia cuiuſlibet rei immo animæ noſtræ eſt Dei imago, igitur eſſentia cuiuſlibet ĩtelligẽtiæ: quare ſi per eſſentiam animæ noſtræ poſſumus Deum cognoſcere quatenus eſſentia illa eſt Dei imago, à fortiori per eſſentiam intelligentiæ ipſamet intelligentia poteſt Deum cognoſcere. *Excerptum primum.* Ex his ſequitur, quod ipſæ intelligẽtiæ nec intuitiue, nec abſtractiue in puris naturalibus derelictæ, hoc eſt circunſcripto oĩ ſupernaturaliter aduẽtitio poſſunt Deum cognoſcere, quia nõ cognoſcunt Deum per eſſentiam Dei, quod eſt intuitiue cognoſcere, quia ſic eſſent naturaliter beatæ, nec cognoſcunt Deum per hoc ꝙ cognoſcunt aliquod repreſentatiuum Dei, vtpote ſpeciem, ſeu phantaſma, quod eſt abſtractiue cognoſcere. Igitur nec intuitiue nec abſtractiue Deum cognoſcunt. *Excerptum ſecundum.* Secundo ſequitur ꝙ quælibet intelligentia Deum intelligit intellectione, quæ eſt eſſentia intelligentiæ intelligẽtis probatur quia quælibet intelligit Deum per eſſentiam intelligentiæ intelligẽtis: vt dictum eſt. Hæc Thomas & Henricus. *Obiectiones Scoti in 2. lib. ſententiarũ di. ſpu. 3. q. 9.* Obijcit autem quidam, primo, quia ſi intelligentia intelligit Deum per eſſentiam propriam inquantum eſt imago Dei, tunc quælibet intelligentia diſcurreret intelligendo Deum: probatur, quia duplex eſt imago altera cognita, quo modo effectus eſt imago cauſæ, effectus enim eſt cauſę imago, non autem ducit in cognitionem cauſæ niſi quatenus effectus cognoſcitur. altera eſt imago non cognita, quomodo ſpecies lapidis in intellectu reſultãs eſt imago lapidis, dicta quidẽ non cognita, quia repreſentat lapidem: & ipſa non cognoſcitur niſi reflexe. Si igitur intelligentia cognoſcit Deum per eſſentiam propriam tãquam per imaginem, & non tanquam per imaginem non cognitam, vt probatum eſt ab eis, igitur tanquam per imaginem cognitam. Sed cognoſcere aliquid per imaginem cognitam eſt diſcurrere ab illo cognito. igitur intelligentię diſcurrerent. Secundo nullum obiectum facit diſtinctam notitiam alterius obiecti, niſi ĩcludat in ſe virtualiter illud quia quod non includit aliud in entitate, non includit illud in cognoſcibilitate. ſed eſſentia intelligentiæ non includit virtualiter eſſentiam diuinam ſub illa ratione diſtincta, igitur non eſt ratio cognoſcendi eam diſtĩcte ſub aliqua ratione. *Poſitio Scoti in 2. ſen. di. 3. q. 9.* Propter hęc voluit, ꝙ quamuis intuitiue nulla intelligentia poſſit Deum diſtincte cognoſcere naturaliter. bene tamen poteſt eum naturaliter diſtincte cognoſcere abſtractiue. Q. quidem nulla intelligentia poſſit intuitiue Deum naturaliter intelligere, probat: quia nulla creatura eſt naturaliter beata, & in hoc conuenit cum poſitione prima. Quo vero modo intelligentia Deum diſtincte abſtractiue naturaliter intelligat, laborat vir iſte, & tandem ponit cuilibet intelligentiæ inditam eſſe quandam ſpeciem Dei naturaliter repreſentatiuam, & hanc non vult eſſe naturalem cuilibet illarum hoc pacto, ꝙ intelligentia ex naturalibus ſuis poſſit illam acquirere, nec quia poſſit eam habere ex aliquo obiecto naturaliter, agente quia licet habeat illam ab eſſentia diuina, tamen eſſentia diuina non naturaliter illam agit: quia nihil agit naturaliter ad extra. Sed dicitur naturalis, quia eſt intelligentiæ indita tanquam eius naturalis perfectio. Per hanc igitur ſpeciem hoc pacto naturalem vult quamlibet intelligentiam Deum diſtincte cognoſcere, & abſtractiue. quia hæc ſpecies repreſentat Deum non vt in propria præſtantia conſtitutum, quia etiam abſentem illum repræſentare eſt apta. Quare quælibet intelligentia Deum diſtincte cognoſcit naturaliter, & abſtractiue, naturaliter quidem quia per quoddam, quod eſt intelligentiæ naturalis pfectio, abſtractiue vero, quatenus illud repreſentat Deũ non tantum quatenus præſens eſt, ſed etiam quatenus abſens. Quæ quidem ſpecies Deum indiſtincte repreſentat quia illum ſub propria & eſſentiali ratione, perſuadet vir iſtæ poſitionem eius, primo quia naturalis beatitudo intelligentiæ eſt perfectior & maior naturali beatitudine hominis etiam naturaliter beati, & non videtur per quid ſit maior, niſi per talem ſpeciem. Secundo quia ſi quis vidiſſet eſſentiam Dei, poteſt memoriam habere illius notitiæ, vt de Paulo ſacri omnes ſcribunt. & non videtur per aliud niſi per talem ſpeciem ſeruatã. Hæc ille, cætera quæ dicit, quia attinent ad ſacra, omitto. *Confutatio.* Sed pace tanti viri dixerim: hæc poſitio videtur dubia primo quia ſi notitia hæc dicitur abſtractiua pro tanto, quia ſpecies illa poteſt repreſentare eſſentiam diuinam

uinam præſentem, & abſentem: tunc intellectus noſter per ſpeciem in ipſo collocatam nihil poſſet intuitiue cognoſcere, quia ſemper per talem ſpeciem poſſet rem præſentatam vtroque modo cognoſcere, & ſic omnis talis eſſet abſtractiua. Secundo videtur hæc ſpecies fruſtra quoniam quicquid poteſt Deus per cauſam ſecundam, poteſt agere ſine illa, ſed Deus & talis ſpecies poſſunt in intellectu intelligentiæ efficere notitiam diſtinctam eſſentiæ. igitur Deus ſolus, & perconſequens fruſtra hæc ſpecies ponitur. Tertio videtur quod hæc notitia non ſit naturalis per talem ſpeciem: quia ſi dicitur naturalis, quatenus eſt per ſpeciem, quæ eſt naturalis perfectio intellectus intelligentiæ, tunc omnis notitia habita de Deo eſt naturalis, quia tam diſtincta abſtractiua quàm diſtincta intuitiua eſt per aliquod quod eſt naturalis perfectio intelligentiæ, & non violenta. Signum autem quia ad illam eſt naturale deſiderium, & ad illam enitimur peruenire. Quarto quæro de tali ſpecie, vel eſt abſtractior Deo repreſentato: vel æque abſtracta: vel minus abſtracta non abſtractior, quia nihil eſt immaterialius nihil ſeparatius Deo. non minus abſtracta, quia tunc non repreſentabit Deum diſtincte & ſub ratione qua eſt abſtractus, & ſi æque abſtracta: fruſtra ponitur, quia Deus ſeipſo poterit tãtam notitiam efficere in quouis cognoſcente. Quare hæc ſunt mihi ambigua.

Poſitio tertia. Nonnulli in phia peripatetica clariſsimi dixerunt intelligentiam mediam aliter cognoſcere Deum. aliter intelligentias ſuperiores, Deum quidem cognoſcit per eſſentiam propriam intelligentiæ intelligentis quatenus illa eſſentia eſt imago Dei, vt Thomas & Henricus autumant. Intelligentias ſuperiores vero per eſſentias illarum. probant quia intelligentiæ ſuperiores comparantur inferioribus, vt formæ intentionales, & non vt cauſæ effectrices, &, propterea non poſſunt cognoſci niſi per eſſentias illarum, at Deus comparatur intelligentijs omnibus, vt cauſa effectrix, & non formalis, quia ex quo eſt infinitum ens, nullius põt eſſe forma. Quare intelligentiæ intelligunt ipſum Deum per eſſentias earum quatenus eſſentiæ earum ſunt effectuales ipſius Dei imagines. Mediæ autem ſuperiores non quidem per eſſentias mediarum, quia non ſunt effectuales imagines illarum; ſed per eſſentias ſuperiorum, quia ille ſuperiores ſunt formæ intentionales inferiorum, Sed hæc poſitio falſa

Confutatio. eſt & phiæ non conſona, Primo, quia Deus non aliter eſt beatitudo ipſis intelligentijs quàm ſibi ſecundum peripateticos: ſed eſt ſibi beatitudo quatenus ſibi eſt intellectio, igitur omnibus alijs erit beatitudo quatenus illis eſt intellectio, & ſic non tantum cæteræ intelligentiæ Deum intelligunt per earum eſſentias, ſed etiam per Dei eſſentiam. Præterea non minus fœlices ſunt ſemper intelligentiæ quam ſimus nos in ſtatu adeptionis: quia vt dicitur in litera nos paruo tempore tales ſumus, quales ille ſemper. Sed ſecundum peripateticos nos in ſtatu adeptionis ſumus beati intellectione Dei intuitiua, quæque eſt

Cõm. 17. per Dei eſſentiam, vt Auerroes in hoc lib. xij. declarauit igitur tali intellectione ille ſunt ſemper beatæ, & ita intelligunt Deum ſemper per eſſentiam rei intellectæ Tertio intelligentia inferior dependet à ſuperiore in genere formæ & finis ſecundum omnes peripateticos, igitur & in genere efficientis: tenet argumentum, quia forma finis &

Cõm. 34. efficiens, eſt idem in ſeparatis à materia, vt dicitur. Quare inferior intelligit ſuperiores non tãtum intellectione intuitiua, quin etiam per eſſentiam propriam intelligẽtiæ intelligentis, quatenus eſt effectualis imago omnium ſuperiorum. Hæc igitur poſitio non eſt peripatetica.

Poſitio logicorum & P. Veneti. Logici vero & nonnulli medici dixerunt intelligẽtias inferiores cognoſcere ſeſemet ipſas & Deum & omnes ſuperiores ſimplici, & cõpoſita, & ſyllogiſtica ſiue diſcurſoria notitia, & ſimplici. vtroque modo intuitiua & abſtractiua. inferiores autem ſimplici & compoſita, & diſcurſoria cognitione, & ſimplici, adhuc intuitiue, & abſtractiue. probant totum hoc generatim, quia quicquid competit homini cõſtituto in ſtatu perfectiſſimo, debet intelligentijs competere, & adhuc perfectiori modo, ſed homini beato his omnibus modis competit Deum & ſuperas cognoſcere intelligentias, igitur ipſimet intelligẽtiis, Minor patet, homo enim fœlix cognoſcit Deum & intelligentias cognitione ſimplici cognititione compoſita & quidditatiua & qualitatiua diſcurſoria, quia illorum effectus equorum proprietate ſyllogizat multa de illis intuitiue. quia per eſſentias illorum, aliter non eſſet fœlix abſtractiue, quia cognoſcit imagines repreſentatiuas illorum. igitur omnibus modis. Speciatim idem declaratur, quia quælibet intelligẽtia cognoſcit ſe, eiuſque eſſentiam: quæque eſt imago non quidem repreſentatoria omnium ſuperiorum cauſarum, ſed diſcurſoria, è cuius proprietatibus cognitis poteſt multa ſyllogiſtice cognoſcere de omnibus ſuperioribus. præterea quælibet intelligentia cognoſcendo eius eſſentiam, cognoſcit omnia quidditatiua & qualitatiua eſſentiæ, igitur cognoſcit compoſitæ quædam de ſe, & diuiſe alia. Amplius cognoſcere poteſt ſimilia de ſuperioribus. compoſite vel diuiſe, Rurſus cognoſcit ſe & eius eſſentiam intelligit omnes ſuperiores, & Deum per ſpecies inditas, igitur poteſt illas cognoſcere intuitiue, quando illas cognoſcit in proprijs exiſtentijs, & abſtractiue, quando cognoſcit repreſentatiua illarum, quare omnibus modis. & forte adhuc ſenſum Plato & Porphyrius voluerunt angelos eſſe rationales, dicit enim Porphyrius mortale ſeparare nos ab illis, & nõ rationale, quia ſumus rationales nos & dij. Hæc illi.

Confutatio. Sed iſti errant mirabiliter, quia quod peripateticos aliter nos intelligimus Deum & cætera ſeparata, & aliter illa ſeſe intelligunt, nos enim illa intelligimus per attributa, modo attributa ſumuntur ab entibus cauſatis:

Cõm. 19. quæ ſunt in materia, vt dixit Auerroes, & ſic Deus aliquo pacto videtur eſſe in materia, pro quanto attributa ſibi accipiuntur ex his quæ ſunt in materia, Deus autem & ille ſubſtantiæ non ſeſe intelligunt per attributa collecta à rebus cauſatis, & propterea non intelligunt formãdo propoſitiones de ſe, nec ſyllogiſmos, Quare Deus & cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt ſeſe intelligere niſi ſimplici cognitione, & hæc eſt ſententia Ariſto. 9. huius: & in lib. 3. de aĩa, & vbique. Præterea apud peripateticos in ſeparatis non eſt accidens nec motus, igitur nec compoſitio, nec diſcurſus, ſed ſolum ſimplex cognitio. Tertio homo fœlix intelligit Deum & ſubſtantias illiuſmodi ſimplici cognitione. Sed ſubſtantiæ ille cognoſcunt ſemper Deum & ſeſe ſemper quemadmodum nos dum ſumus fœlices: igitur ille non poſſunt intelligere Deum & ſeſe niſi cognitione ſimplici. Quarto ſi ille poſſunt compoſite & diuiſe intelligere & diſcurrere poſſunt errare, Hæc enim omnia fiunt ad errorem euitandum. Vbi nãque error non eſt poſsibilis, non erit poſsibile intelligere his modis, Sed ille non poſſunt errare, in ſeparatis enim ſubſtantijs: nec eſt error nec falſum, nec peccatum, igitur non poſſunt cognoſcere niſi cognitione ſimplici. Hæc de poſitionibus.

CAPVT

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quod ſacri dif ferunt à philo ſophi. CIRCA diſputationem præſentem debes ſcire, ꝙ p̄hi debent diſcordare à catholicis tenendo eorum prin cipia, ideo primo videamus principia p̄horum. Secundo ex illis opinionem eorum dilucidabimus. Poſtea vi debimus principia catholicorum, & ex illis dilucidabimus veritatem. *Primum. prin cipium.* Quantum ad primum principia p̄horum ſunt multa. primum, omne poſsibile & melius in ſempiternis eſt neceſſarium, hoc habetur ſecundo cœli. *Secundum.* Secundum eſt, intelligentiæ inferiores poſſunt intelligere Deum & oẽs ſuperiores intuitiue, & hoc pacto intelligere illarum eſt melius, hoc eſſe poſsibile fatentur ſimul ſacri & p̄hi. amplius illud eſſe melius autumãt omnes leges. Ex his habetur propoſitum, videlicet ꝙ intelligentiæ inferæ Deum & ſuperas intelligunt intuitiue de facto & ſemper. *Tertium.* Tertium principium p̄horum eſt ꝙ nihil eſt in ſeparatis ſubſtantijs, quod non ſit ſubſtantia, hoc declararunt vbique, quia formæ ſimplices non poſſunt eſſe ſubiectæ. Ex hoc ſequitur ꝙ intelligentiæ inferæ non poſſunt Deum: nec ſuperas ſubſtantias intel ligere intuitiue per ſpeciem inditam, q̄ poſuit quidam, quia illa eſt accidens. nec per hoc ꝙ eſſentia Dei & ſuperiorum ſubſtantiarum cauſant aliquam notitiam præter ſubſtantiam intellectæ rei & intelligentis, propter eãdem cauſam, quia illa non eſſet niſi accidens, igitur illa cognitio intuitiua erit ſolum per eſſentiam rerum intellectarũ. *Quartum.* Quartum principiũ eſt quod eſſentia cuiuſlibet intelligentiæ inferæ eſt imago non quidem repræſentatoria Dei & ſuperiorum, ſed effectuaria, patet hoc quia omnes ſuperiores ſunt cauſæ inferiorum in tripli ci genere cauſæ: vt dictum eſt. *Dilucidatio.* Tunc dicamus ꝙ triplex eſt notitia ſimplex quædam quę eſt ipſa res intellecta & hæc non poteſt eſſe niſi intuitiua, quia nõ poteſt eſſe niſi rei, vt præſens quędam quę eſt ipſius rei ſimilitudo. & hæc non poteſt eſſe niſi abſtractiua, quædam quę eſt ipſius rei effectus: ſiue ipſius rei cauſa, & hæc vocatur ſpecularis, non tamen intuitiua nec abſtractiua, dicitur autem quælibet harum ſimplex, quatenus quælibet harum eſt rei ſimplicis, & non compoſitæ. Tunc apud peripateticos dicendum ꝙ intelligentiæ mediæ naturaliter relictæ Deum & ſuperas formas cognoſcunt bifariã, videlicet intuitiue: cognitione quę eſt ipſe res cognitæ, ſpeculariter cognitione quę eſt ipſius Dei & ſuperiorum formarum effectus, inferas autem cognoſcunt vno tantum modo, videlicet ſpeculariter. quatenus cognoſcũt illas cognitione, quæ eſt illarum cauſa. Hæc dilucidatio patet ex dictis. Q. quidem cognoſcant Deum & ſuperas ſubſtãtias intuitiue, deductum eſt, quia hoc eſt illis poſsibile & melius per primum principium. Quod vero intuitiue, cognitione, quæ eſt ipſe res cognitæ, deductum eſt per tertium principium, quia in illis oẽ quod eſt, ſubſtantiæ eſt. Præterea quod inferæ ſubſtantiæ Deũ & ſuperas cognoſcũt ſpeculariter cognitione quæ eſt ipſarum rerum cognitarum effectus, deductum eſt per alia principia, quia cognoſcunt ſuas eſſentias: quæ ſunt Dei & ſuperiorum effectus ſpeculares. Quod denique ſuperiores inferas cognoſcunt ſpeculariter cognitione, quæ eſt illarum cauſa, deductum eſt, quia cognoſcunt ſuas eſſentias, quę ſunt inferarum cauſę. Hæc peripatetici. *Poſitio catho licorum.* Quantum ad ſecundum dicamus ꝙ catholici tenent oppoſita principia, primum enim eſt ꝙ nihil eſt ſimpliciter neceſſarium niſi Deus ipſe. Secundum eſt ꝙ quicquid Deus agit ad extra, libere & contingẽter agit. Tertium eſt ꝙ illud eſt naturale alicui, aut quod competit ei per naturam, aut quod datur ſibi ab agente mere naturaliter agente. Ex his colligitur primo ꝙ mediæ intelligentiæ in ſuis propriis naturis collocatæ Deũ & ſuperas ſubſtantias intelligunt ſpeculariter, cognitione videlicet quæ eſt illarum ſubſtantiarum effectus. inferas autem cognitione, videlicet quæ eſt quaſi illarum cauſæ declaratur, quia dum propriis naturis derelinquuntur, non habent ſpeciem aliquam à Deo naturaliter influxam, nec ab aliquo infero, nec habent aliquid niſi eſſentias earum tantum, quæ ſunt ſuperiorum omnium effectus, & inferiorum cauſę, igitur n̄ poſſunt nõ intelligere ſuperas & inferas, niſi cognitione, quæ eſt ad ſuperiora effectus, ad inferiora autem cauſæ. *Dilucidatio ca tholica.* Secundo colligitur ꝙ intelligentiæ omnes ſunt ſupernaturaliter beatæ. quia non poſſunt eſſe beatæ niſi quia Deus cauſat in illis actum intelligendi beatificum, ſiue immediate, ſiue mediante ſpecie modo patet ꝙ Deus non cauſat talem actum naturaliter per dicta principia, nec talis actus eſt quid eſſentiale illis, igitur intelligentiæ non ſunt niſi ſupernaturaliter beatæ. Et hæc fuit poſitio doctoris noſtri Thomæ, & doctoris ſolemnis Henrici, quam enixus eſt calumniari quidam. Hæc catholici. Hactenus de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis, ad primam negatur maior ſecundũ peripateticos, Deus enim apud eos non eſt infinitus. Sed virtute & vigore limitatus. Secundum vero catholicos negatur minor, quia Deus & ſi ſit infinitus, poteſt cognoſci aliqua rõne ab intelligentiis, non aũt cõprehendi vt dictum eſt, & propterea cognitio quam habẽt intelligentiæ de Deo diſtat in infinitum à cognitione, quam habet Deus de ſeipſo. Ad ſecundam peripatetici concedunt argumentum, & ꝙ beatitudo eſt naturaliter acquiſibilis, vt dictum eſt. Secundum vero catholicos, falſum eſt antecedens, non enim Deus cognoſcitur intuitiue ſed per eſſentiam intelligentiæ cognoſcentis. Ad tertiam concedunt totum catholici, at peripatetici negant argumentum, quia intelligentiæ nõ vno modo me cognoſcunt, ſed intuitiue. & per eſſentiam cognoſcentium. Ad quartam patuit ſolutio, non enim modus cognoſcendi noſter eſt vniuocus modo cognoſcendi illarum, ille enim nec ſe, nec inferas intelligentias, nec dum compoſitæ, aut diuiſæ, aut diſcurſiue cognoſcunt, hoc enim eſt propter imperfectionem virtutis cognoſcentis, nos autem cognoſcimus his modis, & in ſtatu etiam intuitiue, & propterea modus cognoſcendi illarum eſt perfectior modo noſtro. Ad quintam concedo apud p̄hos ꝙ intelligentię attingunt Deum & ſe ſ̄m omnem rationem attingentiæ, tamen talis attingentia nõ eſt niſi intuitiua, & non per compoſitionem prædicatorum, vel ſyllogiſmum. Vnde debes ſcire ꝙ prædicata quidditatiua & qualitatiua ſunt illis attributa ex parte noſtra, cum nos illas ſubſtantias cognoſcimus per effectus repertos in nobis. at ex parte earũ nulla in illis ſunt prædicata huiuſmodi at cum illæ ſeſe intelligant ſimpliciter, & nõ ex parte noſtra, idcirco illa cognitio eſt ſimplex & non per compoſitionem, vel diffinitionem, vel ſyllogiſmum. Ex hac declaratione ſequitur eſſe aliquam cognitionem perfectiſsimam de aliqua re, quæ nec eſt quidditatiua, nec qualitatiua, ſed ſimplex & intuitiua, patet de cognitione, quia ipſę cœlicæ animæ ſeſe cognoſcunt, & quã Deum etiam intelligunt. Si quis autem vult defendere poſitionẽ noſtri doctoris Thomæ quæ catholicæ ſentiendo eſt veritas ad rationes factas

ctas in contrarium facile reſpondetur. Ad primam negatur conſequentia, & conceditur antecedens, non.n. ſufficit ad diſcurſum illud quod aſſumit, oportet enim addere ꝙ diuerſis actibus eſſentia illa ſit cognoſcibilis & Deus, modo vnico actu tam eſſentia intelligentiæ, quam eſſentiam Dei intelligitur, & propterea non diſcurrit. Præterea diſcurſus debet eſſe ab aliquo prius noto, vel apto prius noſci, quod non eſt in propoſitio, & hoc nondum vidit arguens. Ad ſecundam reſponderet expoſitor noſter ꝙ obiectum illud continet eſſentiam Dei virtualiter inſtrumentaliter. vnde effectus continet cauſam, & cauſa effectum. cauſa quidem effectum virtualiter principaliter effectus cauſam virtualiter inſtrumẽtaliter, & hoc ſufficit. Ad rationes probante ſpeciem reſpondendo. Ad primam dico ꝙ beatitudo intelligentiæ excellit illam hominis, quatenus eſſentia intelligentiæ per quam cognoſcit Deum excellit effectus naturales, per quos cognoſcit homo & hoc pacto beatitudo naturalis intelligentiæ eſt maior beatitudine naturali hominis. Ad ſecundam dico ꝙ videns eſſentiam Dei nõ videt niſi ſupernaturaliter ſecũdum catholicos, & hoc pacto ſupernaturaliter creabitur illa ſpecies, & non naturaliter, vt fingit arguens. Ad rationes pro poſitione ſorticolarum patuit ſolutio, intelligẽtię enim perfectius cognoſcunt ea quæ cognoſcunt, non quia pluribus modis cognoſcant. non enim componendo vel ſyllogizando intelligunt, quoniam non ſumunt cognitionem ab effectibus & ab attributis ipſis effectibus, ſed cognoſcunt ſeſe per eſſentias earum. Ad ſecundam dico ꝙ circunſcripta compoſitione ad nos illis nullæ inſunt proprietates, nulla attributa, nulla prædicata. Sed quoniam cognoſcunt ſeſe circunſcripta compoſitione ad nos, hac ratione intelligendo nec componunt nec diuidunt nec ſyllogizant, nec diſcurrunt at quia nos illas non intelligimus niſi ab his, quæ reperiuntur in effectibus, hac ratione illas ſubſtantias non cognoſcimus niſi componendo prædicata, vel diuidẽdo, vel ſyllogizando. Et de decima diſputatione hactenus.

Quoniam & delectatio actus huius, & propter hoc. Tex. cõm.39.

Vel mouet autem ſicut appetibile &c. Tex.cõm.36.

DISPVTATIO VNDECIMA

De ea, qua mouent, orbes intelligentiæ ratione.

Num intelligentiæ in mouendo moueant vt aſsimilentur primo mouenti.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod intelligentiæ non moueant, vt aſsimilẽtur primo motori, arguitur primo quia mouent propter nos, vt dicitur ſecundo cœli. Sed mouere propter nos non eſt mouere vt primo motori aſsimilentur, igitur quæſtio falſa. Secundo ſi mouerent, vt aſsimilentur Deo, tunc aliquando talem ſimilitudinem náſciſcentur, aliter fruſtra eſſet talis actio, & ſic aliquando ceſſaret motus cœli contra phos. Tertio illæ mouẽt ꝓpter naturas earum, quia videlicet ſunt naturæ motiuæ, vt dicit Auicẽna, igitur de neceſsitate naturæ, & conſequenter propter nullum finem. Quarto ſimilitudo eſt vnitas qualitatum, ſicut æqualitas vnitas quantitatum, & identitas vnitas ſubſtantiarum, ea enim ſunt ſimilia, vt dicitur. Quinto huius, quorum quãtitas vna eſt, è qualia vero quorum quantitas vna, eadem, quorũ ſubſtantia vna. Sed Dei & intelligentiarum non poteſt eſſe vna qualitas, eo quia nullũ accidens cõpetit illis nec põt illis competere vna quantitas, nec vna ſubſtantia, igitur intelligentiæ per nihil poſſunt Deo aſsimilari, nec equales effici, nec eædem videri. Quinto ſi intelligentiæ mouent vt primo aſsimilentur motori. Tunc primus motor eſſet finis omnium motuum & actionum, quibus mouent & agunt intelligentię. Sed hoc eſt falſum, quia finis eſt qui per actionem & motum aquiritur, at Deus non acquiritur nec aliquid Dei, igitur nõ eſt finis motuũ. Sexto primus motor non mouet effectiuæ agendo motum alicuius orbis vel totius cœli, quia (vt dicitur in textu) mouet vt intelligibile, & appetibile, igitur tales ſubſtantiæ ſi mouerent vt aſsimilarentur primo motori, deberent mouere vt fines, & non effectiue. Septimo ſi mouẽt, vt Deo aſsimilarentur, tunc nunquã quieſcerent, hoc eſt falſum, quia finis omnis motus, eſt quies, & laborum ocium, quare eſſent ſemper in miſeria, Octauo ſi mouerentur vt primo aſsimilarentur motori, tunc æmulatoriæ mouerent, quod eſt nefas tantis ſubſtantiis, & deducitur conſequentia, quia emulatio, vt dicitur in lib. Ethico. in hoc differt ab ĩuidia, quia inuidus vult agere, vt deſtruat compar emulator vt ei efficiatur aut par, aut maior, aut ſimilis, quare inuidæ vel emulatoriæ mouerent. In contrarium videtur Ariſto. qui dicit primam ſubſtantiam mouere vt appetibile & intelligibile, & cæteras ſubſtantias vt appetentes & intelligentes, modo nihil videtur appetere & intelligere niſi ſimilitudinem Dei quantum poſſunt, vt Auerroes indicat. Quare videtur mouere, vt diuinam nãciſcantur ſimilitudinem. Hæc de dubitationibus. Cõ.36

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID per primum motorem in diſputatione intelligamus, non ſemel patuit, at replicamus volentes per primum motorem illud quod ſacri, & omnes gentes Deum dicunt, qui primus motor dicitur, vt nunc ſupponimus, quia eſt primum efficiẽs, eſt enim Deus id è quo cœlum & tota natura depẽdet, vt dicit Plato. Amplius quia mouet vniuerſum, primo & principaliſsimo motu, videlicet diurno, hic enim eſt primus & principalis motus apud peripateticos, eo quia per hunc habetur continuitas & ꝑpetuitas, cæteri motus ſunt cãæ mutationũ & generationis corruptioniſúe. Similia vero ea ſunt, vt dictum eſt proximo capite, quorum qualitas eſt vna, verum vt quantitas dicitur bifariam, altera quidem molis, altera virtutis, ſic qualitas dicitur bifariam, altera quæ eſt accidens ſecundum quod quales ſumus, altera quæ eſt perfectio, ſecundum quàm quales dicimur, dicimur enim quales bonitate, & malitia, quorũ nullum eſt accidens, ſumus autem quales albo & nigro, quæ ambo ſunt accidentia. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

AVERROES in peripatetica familia clarus voluit intelligentias cœlicas mouere ſua corpora, vt ſint & cõſeruentur in optima diſpoſitione. Propterea lib.2. de cœlo dicit illas primaria intentione mouere propter ſe, ſecundaria autem propter nos. Vnde pro ſuæ opinionis declaratione Auerroes voluit duas propoſitiones. prima erat ꝙ intelligentiæ ſunt in optima diſpoſitione per hoc quod mouent. Secunda erat ꝙ talis optima diſpoſitio, quàm habent per hoc quod mouent, non eſt de nouo acquiſibilis, ſed bene per motum ipſum conſeruabilis, Poſitio Auerr.

ſeruabilis,igitur mouent vt in optima diſpoſitione cō-ſeruentur. Quare principaliter mouent propter ſe, hoc eſt vt conſeruentur. Secundario propter nos, hoc eſt propter conſeruationem noſtram. Hęc Auer. in quampluribus locis. *Obiectiones Egid.* Obiicit autem huic poſitioni nouus expoſitor in lib. de generatione. primo quia quod corporibus competit, eſt infimus gradus. at mouere competit corporibus, igitur ſi intelligentiæ eſſent in optima diſpoſitione per hoc quod mouent, tunc eſſent in optima diſpoſitione per gradum infimum. Secūdo optima diſpoſitio intellectus eſt beatitudo. Sed nihil pōt beari per operationem exteriorem, igitur nulla intelligentia eſt in optima diſpoſitione per hoc ꝙ mouet. vnde ſub alijs verbis eſſe in optima diſpoſitione eſt eſſe in ſtatu ac beatitudine. Sed intelligentiæ per hoc ꝙ mouent, non ſunt in beatitudine, igitur per hoc ꝙ mouent, non ſunt in optima diſpoſitione. Minor patet. 10. Ethico. quia fœlicitas non eſt in mouendo, ſed in cognoſcendo. Tertio motus non eſt finis intelligentiæ, quia vt dicitur primo politicæ finis eſt in īfinitum appetibilis quo modo non eſt motus ipſe appetibilis, igitur non ſunt in optima diſpoſitione propter hoc ꝙ mouēt. Hęc nouus expoſitor. Amplius arguere nos ſumus ſoliti, qa quod non eſt corruptibile, non eſt conſeruabile. Sed intelligentię non ſunt corruptibiles, igitur non ſunt per motum in optima diſpoſitione conſeruabiles. ſed euadere poteſt Auerroes ab his argutijs. *Solutio obiectionum.* Ad primam debes ſcire ꝙ intelligētia, & eſt anima & eſt intellectus, quatenus quidem eſt intellectus, eius optima diſpoſitio eſt intelligere primam ſubſtantiam, quæ eſt Deus, intellectione videlicet intuitiua, quæ eſt Deus ipſe, vt dictum eſt. quatenus quidem eſt anima eius perfectio eſt mouere ſuum corpus perfectiori & nobiliori motu, quo ꝑfectiſsima & nobiliſsima mouentur animalia, qualis eſt motus circularis perpetuus. Ad formam dico ꝙ intelligentiæ ſunt in optima diſpoſitione quatenus animæ ſunt per hoc ꝙ mouent, non quidem per hoc ꝙ mouēt ſimpliciter quauis ſpecie motus, ſed per hoc ꝙ mouent perfectiori & nobiliori motu, quo mouētur perfectiſſima animalia, quæ ſunt cœli, qui quidem motus eſt circularis, vt dictum eſt. Quatenus autem intellectus, ipſe ſunt in optima diſpoſitione per hoc ꝙ amant & intelligunt Deum, intellectione videlicet & amore, qui eſt Deus ipſe. Ad ſecundam per idem patet ſolutio. intelligentiæ mouent vt ſint in optima diſpoſitione non quidem vt intellectus, ſed vt aīæ, nam aīa eſt in optima diſpoſitione dum viuit vita nobiliori, qualis eſt motus circularis, quo viuunt diuina corpora. Ad tertiam dico ꝙ motus eſt finis quo finis gratia cuius eſt conſeruari in optima diſpoſitione. Intelligentiæ igitur non mouēt, vt moueant tanquam ob finem gratia cuius agant, ſed mouent, vt cōſeruentur in optima diſpoſitione animaſtica. Ad quartam ſolemus dicere ꝙ duplex eſt conſeruatio, quædam præſeruatoria à corruptione, eo modo quo conſeruamus vinum, ne aceſcat, & carnem ſale ne putreſcat. & hac conſeruatione non conſeruantur ſubſtantiæ illæ per motum, nihil enim conſeruatur hac cō-ſeruationis ſpecie, niſi corruptibile. Alia conſeruatio eſt coexiſtitoria, eo modo quo materia conſeruatur ſucceſſu formarum, non enim materia hac ſucceſſione cō-ſeruatur, quia ipſa ſit corruptibilis ſed quia nullis in ea poſitis formis, ipſa eſſet nihil. quare, vt ſit ſemper ens conſeruatur ſucceſſu formarum, eſt enim hæc conſeruatio coexiſtitiua: & non præſeruatiua, & hoc pacto intelligentiæ illę conſeruantur per hoc ꝙ mouēt, niſi enim mouerent, non eſſent apud peripateticos, vt igitur ſint, mouent & ſic poteſt Auerroes euadere. Sed licet euadere poſſit Auerroes ab his, non tamen eius po- *Obiectio noſtra* ſitio videtur mihi vera, quia ex eius poſitione non apparet quor per hoc ꝙ mout, ſinēt in optima diſpoſitione, cum enim dicitur illas eſſe in optima diſpoſitione, quia mouent perfectiſsimo motu, adhuc quærendum eſt, quor motus hic ſit perfectiſsimus. Secundo hæc cauſa videtur friuola, quia aut mouent, vt ſint in optima diſpoſitione ſimpliciter, aut in optima diſpoſitione quæ eſt illis poſsibilis non vt ſint in optima diſpoſitione ſimpliciter, quia in illa ſolus Deus exiſtit, in qua nihil citra Deum eſſe poteſt, igitur ī optima diſpoſitione, quæ eſt illis poſsibilis, & ſic hæc cauſa nō eſſet propria, ſed communis, omne enim agens, & omne patiens agit aut patitur, vt ſit in optima diſpoſitione, quę ſibi eſt poſſibilis. *Alia poſitio peripateticorum.* Propter hæc alij peripatetici vt Theſn. & Alexander dixerunt tales ſubſtantias mouere, vt conſeruentur in ſimilitudine diuina, Deus enim mouet vniuerſum motu diurno, tales igitur dum mouent ſua corpora, & ſi non moueant diurno motu, ſaltem mouent motu circulari, quo generatim omnes illæ ſubſtantiæ mouent, igitur mouent vt aſsimilentur primo motori, in cuius ſimilitudine conſtitutæ ipſæ conſeruantur in eſſe, & in optima diſpoſitione. Ex hoc ſequitur ꝙ mouent, vt ſint in optima diſpoſitione, & vt aſsimilentur Deo, quia optima diſpoſitio, & ſic Deo aſsimilari idem, aut quia ſunt in optima diſpoſitione quia mouendo ſunt Deo mouēti ſimiles. *Obiectiones Egid.* Obijcit autem nouus expoſitor huic poſitioni in eodem libro de generatione. primo quia ſiue moueant, ſiue nō, ſemper ſunt Deo ſimillimæ, quia ſemper intelligunt & amāt per earum eſſentias, eo modo quo Deus intelligit & amat ſe, igitur fruſtra datur hæc aſsimilatio. Secundo hęc aſsimilatio eſt modica & communis omnibus omnia Deo aſsimilantur per hoc ꝙ operantur, ignis enim per hoc ꝙ calefacit, Deo eſt ſimilis, quare hæc cauſa eſt modica, & communis. *Obiectio authoris.* Obijcere etiam ſolemus nos, quia impoſsibile non eſt appetibile. Sed intelligentias aſsimilari Deo eſt impoſsibile, quoniam diſtant ab illo per infinitum, igitur non eſt appetibile. *Plato poſitio.* Plato autem in tymeo aliter intelligentias, quos Deos ſecundos appellat, mouere dicit, ait enim Deum in ſeptem diebus compleuiſſe opus ſuum, quod Moſes noſter diligenter declarauit, è quo ferunt Platonem accepiſſe poſt modū iuſsiſſe Dijs ſecundis creare alia mortalia, & quoniam mortalia creari non poſſunt, niſi per motus cœlicos, vt pariter Plato & Ariſt. credunt, iuſsit Dijs ſecundis mouere ſua corpora cœlica. Quare vult intelligentia mouere nullam aliam ob cauſam, niſi vt Deo obediant non enim vt conſeruentur, quia ſola Dei voluntate conſeruantur, quæ (vt dicit) maior eſt nexu illarum ad non eſſe nec vt aſsimilentur, quia ſiue moueant, ſiue non, ſimilitudinem nactæ fuerunt per hoc ꝙ creatæ ſunt à Deo in eſſe intellectuali quare mouent finaliter, vt Deo Deorum obediant. *Poſitio Maurorum.* Mauri quos narrat Auer. parum à Platone differentes dixerunt intelligentias mouere ſua corpora. vt Deo placeant Differunt autem placere & obedire. nam obedimus coacte. placemus libere. Præterea obedimus mandatis. placemus amicis. Dij igitur ſecundi mouent, vt libere Deo placeant: tāquam amica, qui gratanter hoc recipit. videtur autem hæc poſitio ſonorior illa Platonis, quia ſi dedit nobis inferis liberam actionem, conſonum eſt vt illis

magis

magis dederit: vt igitur nos non iuſſu agimus, ſed libere vt Deo placeamus: ſic ille non iuſſu, ſed libere Deo placent, quare mouent, vt Deo placeant, placent autem Deo, quia Deus amat bonum vniuerſi, quod non conſeruatur, niſi motu, quare mouẽdo Deo placent.

Obiectiones Auic.

Obiicit autem poſitionibus his Auicen. primo quia in his, quæ ſunt à natura, nec placemus, nec obedimus. Sed animæ cœlorum mouent eorum corpora mere naturaliter: igitur nec vt placeant, nec vt obediant. minor probatur, quoniam non eſt in poteſtate animę dum eſt in corpore viuificare illud, vt patet ſecundo de anima, mere enim naturaliter anima hominis dum in ipſo eſt corpore, corpus viuificat. Sed intelligentia eſt in cœlo, vt anima, igitur mere naturaliter illud viuificat. Sed nõ veuificat illud gradu vitæ, qui eſt ſenſus, quia cœlum non ſentit, nec gradum vitæ, qui eſt nutritio, quia cœlum non nutritur, & ſic de alijs, igitur gradu vitæ, qui eſt motus, igitur mere naturaliter mouet. Secundo non eſt in poteſtate animæ perficere corpus. Sed animæ cœlorum non perficiunt corpora per hoc ꝙ illis inſunt, vt formæ dantes eſſe: ſed per hoc quia ſunt formæ mouentes. igitur nõ eſt in illarũ poteſtate cœlos mouere, quia ſic in earum poteſtate eſſet cœlos perficere. Propter

Poſitio Auic.

hæc Auic. clariſsimus philoſophus credidit intelligentias mouere cœlos neceſſario neceſsitate naturæ, videlicet quia ſunt illorum naturales animæ quæ neceſsitate naturę corpora perficiunt.

Confutatio.

Sed pace tanti p̃hi hæc poſitio ſic nude intellecta videntur erronea, primo quia tunc intellectuale ſubſtantiæ agerent abſque fine præconcepto. In hoc enim differunt intellectus & natura, quia natura agit vt directa apte concipiente at intellectus ipſe eſt, qui non agit niſi præconcipiat. hoc intelligitur in. 2. phyſicæ auſculta. Secundo Ariſt. in. 2. phyſico. probat naturã agere propter finem, igitur à fortiori entia nobiliora naturæ. Tertio non minus perfecte animæ cœlicæ mouent cœlos: quàm animæ naturæ noſtra corpora. Sed animæ noſtrę mouent præconcipiendo finem, igitur & illæ. Amplius noſtræ animæ mouent voluntate & cognitione, igitur & illæ. præterea noſtræ animæ mouent liberę, igitur & illæ. Hęc igitur poſitio non eſt vera. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Catholici & philoſophi diſſerunt.
Poſitio ſuppoſitio.

CIRCA dilucidationem, quia catholici diſcordant a p̃his: primo opinionem philoſophorum dilucidabimus. Secundo veritatem catholicam approbabimus. Quantum ad primum accipiamus primo non eſſe aliqua ſimilia, niſi ea quorum qualitas vera, vel metaphorica ſit eadem. eſt autem vera qualitas accidens, ſecundum quod quales ſumus, vt album, nigrum, ſedere, & id genus qualitas. metaphorica eſt perfectio quędam, ſm quales dicimur, vt rationale, ſenſibile, animal, & id genus.

Quatuplex qualitas.
2. concluſio.
Similia trifariam.

Secundo accipiamus aliqua dici ſimilia trifariam, quędam ſm formam genericam, vt omnia qualia. quędam ſecundum formam ſpecificam, vt omnia calida. quædam ſecundum gradum formæ ſpecificæ, vt omnia calida, vt quatuor, quæ quidem ſunt ſimilia ſecundum gradum formæ ſpecificæ, ſunt ſimilia ſecundum formam ſpecificam, & ſecundum genericam, & non econtra. quæ vero ſunt ſimilia ſecundum formam ſpecificam, ſunt ſimilia ſecundum formam genericam, & non econtra.

3. concluſio.
Duplex ſimilitudo.

Tertio accipiamus quòd intelligentias & res quaſuis poſſumus intelligere aſsimilari Deo quouis modo ſimilitudinis bifariam, aut ſimilitudine æqualitatis, & hoc pacto æmulator nititur aſsimilari compari. Aut ſimilitudine ꝓportionis, eo modo quo paterfamilias enititur aſsimilari regi per hoc ꝙ eius domum gubernat.

4. concluſio.
Optima diſpoſitio duplex.

Quarto accipiamus ꝙ duplex eſt optima diſpoſitio intelligentiarum, quædam optima ſimpliciter, videlicet illa, quæ eis competit, vt ſunt intellectus, qualis eſt intelligere Deum intellectione, quæ eſt Deus. quædam ſecundum quid, quæ competit illis, vt animæ ſunt, qualis eſt mouere optimo & perfectiſsimo motu.

5. concluſio.

Quinto accipiamus intelligentias nec poſſe eſſe in optima diſpoſitione quouis modo, nec Deo ſimiles niſi moueant optimo & perfectiſsimo motu. probatur, quia non poſſunt eſſe tales, & tales niſi ſint, & nõ poſſunt eſſe ſm p̃hos, niſi moueant, igitur ſuppoſitio vera.

6. concluſio.
Duplex finis.

Sexto accipiamus duplicem eſſe finem actionis intentum & alterum euentum, verbi cauſa miles militat propter vectoriam tanquam propter finem intentum, propter finem vero euẽtum militat propter honorem, propter vtile, propter ſimilitudinem, qua regibus aſsimiletur.

Dilucidatio peripateticorum.
1. concluſio

His ſuppoſitis ſm peripateticos, dicendum primo intelligentias mouere vt ſint in optima diſpoſitione & ſimpliciter, & ſm quid, tanquam propter finem intentum. probatur, quia non poſſunt eſſe in prima diſpoſitione ſimpliciter quæ competit eis vt intellectus ſunt, nec in optima diſpoſitione ſm quid, quæ competit eis, vt animæ ſunt, niſi ſint, & non poſſunt eſſe, niſi moueant per quintam ſuppoſitionem, igitur mouent, vt ſint in optima diſpoſitione vtraque tanquam propter finem intentum.

2. concluſio.

Dicendum ſecundo intelligentias mouere, vt aſsimilentur primo motori tanquam propter finem euentum probatur quia principaliter tanquam propter finem intentum mouent, vt ſint in optima diſpoſitione. Sed quo ſunt in optima diſpoſitione ſimpliciter ſunt Deo ſimpliciter ſimiles, quo autem ſunt ĩ optima diſpoſitione ſm quid, ſunt Deo ſimiles ſm quid igitur mouent, vt Deo aſsimilentur, tanquam propter finem euentum.

3. concluſio.

Tertio dicendum illas mouere, vt aſsimilentur Deo non ſimilitudiine æqualitatis, ſed ſimilitudine proportionis, non quidem in qualitate vera, ſed metaphorica. Hoc ex ſuppoſitionibus eſt perſpicuum: nec aliter declaro.

4. concluſio.

Quarto dicendum illas mouere vt aſsimilentur Deo ſimilitudine proportionis ſecundum formam genericam, & ſpecificam, non autem ſecundum gradum formæ ſpecificæ, probatur quia impoſsibile non eſt appetibile at eſſe Deo ſimiles ſecundum proportionem gradualiter eſt impoſsibile, generice autem & ſpecificæ eſt poſsibile, quia ſecundum genus ſunt ſimiles, quia omnia ſunt entia ſubſtantiæ, & res ſecundum ſpeciem etiam, quia omnes ſunt intellectus, at ſecundum gradus fieri non poteſt. Quo igitur modo intelligentiæ mouent, vt Deo aſsimilentur, quæúe ſit iſthæc ſimilitudo, amplius quo modo mouẽt vt ſint in optima diſpoſitione, & quæ ſit hæc optima diſpoſitio, ex hiſce patet ſecundum philoſophos.

Quæ catholici.
1. ſuppoſitio.
multiplices angeli.

Nunc quæ catholicæ ſint dicenda tranſigamus, & primo quòd intelligentiæ, quos græci angelos appellant ex operæ creationis diuinæ fuerunt in multiplici differentia, quædam ex operæ creationis diuinę fuerunt motui cœlorum. Alij miſsiuij, alij ad alia opera inſtituti, vt docent ſacri. Hæc diſtinctio eſt catholica, & nunc tanquam credita ſupponatur.

2. ſuppoſitio.
Duplex neceſſarium.

Secundo dicamus quòd neceſſarium duplex eſt. alterum ſimpliciter, vt Deum eſſe. Alterum ſecundum quid, vt comedere, eſt enim comedere nobis neceſſarium ſi viuere volumus, non autem ſimpliciter.

Dilucidatio catholica prima
1. concluſio.

Tunc dicendũ ꝙ intelligentiæ cœlicæ

mouēt nec propterea quia ſint in optima diſpoſitione, nec quia ſint Deo ſimiles, probatur, quia ſine motu poſſunt eſſe Deo ſimiles, & in optima diſpoſitione. Secundo dicendum illas mouere, quia ex opere creationis diuinæ productę fuerunt motiue neceſſario, non quidem ſimpliciter, vt credidit Auicen. ſed ſecundum quid, hoc eſt quouſque perficiatur generatio. has autem mitti, quia fuerunt productæ miſsiue, atque alias alia facere, quia ad illa fuerunt producte. Tertio dicendum illas mouere vt reſtaurentur naturæ angelicæ deperdite, non enim poterant recuperari niſi per generationem hominum, modo homines non poſſunt generari niſi per motum cœli, igitur mouent vt angelicæ naturæ recuperentur. Hunc autem finem philoſophi ignorarunt, qui ſolum philoſophati ſunt ex ſenſibus, at ſacri qui per reuelationem veritatem tradiderunt, potuerunt hanc veritatem dicere. Ex his ſequitur ꝙ motus ille non fuit neceſſarius ex operæ creationis tantū, vt nonnulli catholici crediderunt, nec neceſſarius neceſsitate naturæ creatę, vt Auic. voluit, ſe neceſſarius ſecundum quid neceſsitate finis, qui eſt deperditarum naturarum inſtauratio. & hac ratione non ſemper mouent, ſed eouſque quouſque dictum finem nanciſcantur. Nonnulli catholicorum græcorum, vt īdicat Euſebius, aliter & forte melius dicunt, aſſerunt enim angelos cælicos ex opere creationis effectos eſſe, vt virtutes inſtrumentarias diuinę virtutis, quibus & cœlici motus agerentur, cœlicos vero motus, vt generationes & corruptiones præcipue hominum emergerent generationes & corruptiones hominum vt deperditæ naturæ repararentur. Quare ſi quæritur propter quid mouent cœlicæ intelligētiæ, immediate dici poteſt, quia ex operæ creationis ſunt factæ vt mouent, dici poteſt vt generationes & corruptiones emergerent. & ſi quæritur propter quid ſunt generationes & corruptiones, dici poteſt tandem vt natura deperdita reparetur, igitur tales ſubſtantiæ mouent tandem, vt tales ſubſtantiæ reparentur. Quibus è rebus patet cœlicas intelligentias nō mouere vt aſsimilentur Deo, nec, vt ſint in optima diſpoſitione. quia ſiue mouent, ſiue non mouent, ſunt in optima diſpoſitione, & ſimiles Deo pro ſuis naturis, & rationibus, quemadmodum nec homines fuerunt vt deperditum recuperaretur prīcipaliter, homines enim tanquam ob finem intentum facti ſunt, vt Deum intelligant, & ipſo intellecto fruerentur. tanquam tamen finem euentum facti ſunt, vt deperditum inſtauretur. Hæc catholici hactenus de dilucidatione.

2. concluſio. *3. concluſio.* *Excerptum.* *3. dilucidatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His adamuſsim apertis atque prælibatis, ad primam ſolutum eſt per Auerroem, dictum eſt enim intelligentias principaliter mouere propter ſe. Secundario propter nos. Ad ſecundam patet etiam ſolutio, non enim mouetur, vt ſimilitudinem nanciſcantur, ſed vt habitam conſeruent, & propterea non quam ceſſabit motus ille apud philoſophos, quid vero ſit dicendū catholice, patuit. Ad tertiam negatur authoritas. Auicennæ, vt fuit dictum in poſitionibus. Ad quartam patuit ſolutio: accipitur enim qualitas metaphoricæ perfectionaliter: ceu quantitas. Ad quintam dico ꝙ ratio concludit Deum non eſſe finem quo, ſed gratia cuius: amplius non eſſe finem generationis: ſed rei generate. Ad ſextam dici poteſt ſecundum philoſophos antecedens eſſe falſum, quia philoſophi volunt Deum mouere vniuerſum motu, diurno, & propterea intelligentiæ in mouendo aſsimilantur Deo, generice quidē, quia mouent vt ipſe Deus, ſpecifice vero quia mouent motu circulari. non autem gradualiter, quia non motu diurno. Sed alijs gradibus motus. Ad ſeptimam patuit ſolutio, ſm enim philoſophos cœlum nūquā quieſcet, quia licet quies ſit finis motus recti, non tamen finis motus circularis. Ad octauam nego conſequentiam, quia non mouent vt aſsimilentur Deo ſimilitudine ęqualitatis, ſed ſimilitudine proportionis. Hæc philoſophi ad has rationes. Ad obiectionem contra poſitionem Auerro. patuit ſolutio, quoniam declarata poſitione, vt in dilucidatione fecimus, ablata eſt obiectio, patet enim ꝙ illę mouent, vt ſicut in optima diſpoſitione, & ſimpliciter, & ſecundum quid apud Auerroes & Ariſt. quia niſi mouerent, non eſſent, & niſi eſſent, non eſſent in optima diſpoſitione. Vnde vt animæ ſunt, mouent, vt ſint in optima diſpoſitione animaſtica, vt intellectus, mouent vt ſint in optima diſpoſitione intellectuali. Ad rationes Egidij patuit ſolutio. Ad primam tamen dico quòd ſecundum peripateticos ſi illæ non mouent non ſunt ſimiles Deo ſimpliciter, nec ſecundum quid quia non ſunt, & propterea mouent tandem vt ſint ſimiles. Ad ſecundam fallit Egidius, hæc enim aſsimilatio eſt plurima, quia eſt in genere, & ſpecie, & improportione, qualis non eſt illa ignis. Amplius eſt plurima, quia ſine hac nulla illarum eſſet. Hæc de vndecima diſputatione.

Eodem Tex. & cōm. 39.

DISPVTATIO XII.

De vnitate & trinitate in diuinis.

Num cū vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare poſsit trinitas aliqua.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod cum vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare non poſsit aliqua trinitas. Multifariam arguitur. Primo cum vnitate non ſtat multitudo, quia vnū & multa diuidūt ens ex oppoſito. Sed diuina eſſentia eſt vna & trinitas eſt multitudo, igitur cum illa vnitate non ſtat trinitas. Secundo cum ſumma ſimplicitate non ſtat pluralitas. Sed Dei eſſentia eſt ſummæ ſimplex & trinitas eſt pluralitas, igitur quæſtio falſa. Tertio hæc trinitas, aut eſt rerum, aut conceptuum non rerum, quia tunc Deus eſſet vna & tres res. non conceptuum, quia illa eſſet ex parte noſtra, & non ex parte Dei. Quarto quæcunque ſunt in eſſentia diuina, ſunt eadem eſſentiæ diuinæ, quòd quæ ſunt eadem eſſentiæ diuinæ ſunt eadem inter ſe. igitur non poteſt in eſſentia eſſe trinitas. Quinto illa trinitas aut eſt ſubſtantiarum, aut accidentium, omne enim ens aut ſubſtantia, aut accidens eſt. non accidentium, quia diuinæ eſſentiæ nihil accidit. nec ſubſtantiarum: quia tunc Deus non eſſet vnus, niſi compoſitione. Sexto nihil eſt ponēdum in entibus & maxime in ſummo bono, quo non poſito, nihil perfectionis deficit in vniuerſo. Sed aliquo trinitatis non exiſtente, nihil perfectionis deeſt vniuerſo, quoniam vno illorum ceſſante omnis perfectio poſsibilis remanet in duobus, & amplius ſecundo ceſſante omnis perfectio manet in primo, igitur fruſtra ponitur hæc trinitas, Septimo ſi eſſet trinitas, quum quolibet illorum ſit Deus. Tunc eſſent tres Dij, & tria neceſſe eſſe, quare nulla eſt trinitas. Octauo ſi cum

cum vnitate eſſentiæ poteſt ſtare trinitas, à pari dualitas & infinitudo, quæ non ponitur. Solum enim philoſophi & ſacri concedunt trinitatem & non aliam ſpeciem numeri. Nono ſi hæc trinitas eſt in Deo, vel eſſet producta, aut improducta. Si producta, tunc omnia tria eſſent producta, præterea tunc in Deo eſſet productio. Amplius aliquod quod eſſet Deus, eſſet productum, ſin autem improducta, tunc vnumquodque trium eſſet à ſe, quod negatur. In contrarium ſunt omnes ſacri, & Pythagoras, aſſerentes trinitatem in Deo, qua ratione numerum orationum Deo exhibitarum dicit Pythagoras debere eſſe trinum. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Cōm. 39. Cauſa diſputationis de trinitate.

DEBES ſcire quòd diſputatio hæc mouetur propter Auerroem qui refellit trinitatem in diuinis, nec exponit ſe, ne igitur ſit profanis cauſa errandi, volui poſitionem noſtram declarare, necnon poſitiones antiquorum enarrare, & quæ veteres de trinitate conſcripſerint. nolo tamen dilatare fibrias, nam negocium iſtud eſt theologicum, & in ſacris literis bene diſputatum. Tantum tamen quantum philoſophis licet percurremus rem. Pro intellectu tamen tituli debes ſcire quòd triplicem quidam imaginantur vnitatem, vt ſimplicitatis, ſummæ ſimplicitatis, & ſimpliciter ſimplicitatis. eſt enim vnum triplex, quia ſimplex, ſummæ ſimplex, & ſimpliciter ſimplex. Vnum ſimplex eſt, quod facit, aut eſt aptum natum facere vnum conceptum formalem in intellectu vt ſpecies & genus & reliqua. Summæ ſimplex eſt, quod nec eſt compoſitum, nec componibile alicui, vt Dei eſſentia. Simpliciter ſimplex eſt conceptus ita reſolutus, vt non poſſit in priora, & communiora reſolui, vt conceptus entis. In propoſito per vnitatem diuinæ eſſentiæ: intelligitur vnitas conceptus ſummæ ſimplicis. Trinitas in iſta noſtra diſputatione licet accipiatur vt ſignificat determinatum numerum perſonarum, tamen generatim accipitur, vt eſt ſpecies pluralitatis, nam pluralitas eſt genus quoddam ad trinitatem. quatrinitatem, & ad cæteras id genus, quare trinitas in diſputatione audienda eſt generatim, vt ſignificans pluralitatem contractam ad numerum trinarium, propterea quærabatur ſi aliqua trinitas poteſt ſtare cum vnitate ſumma diuinæ eſſentiæ, ad ſignificandum plures poſſe imaginari trinitates diuinæ eſſentiæ compoſſibiles. Hæc pauca de titulo.

Vnū quot modis.

Quid per trinitatem.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Cōm. 39. Poſitio veterū de trinitate.

DE diſputatione (vt Auerro. narrat) antiqui videntes reperiri hæc tria ſapientiam videlicet, amorem, & vitam, in Deo ſubſtantiarum trinitatem addiderunt, itaque voluerunt in Deo eſſe tres ſubſtantias, ſubſtantiam vitæ, videlicet ſubſtantiam ſapientiæ atque ſubſtātiam amoris, hæc enim non poterant eſſe accidentia, quia Deo nihil accidit qua ratione dixerunt Deum eſſe ſubſtātialiter trinum, vnum autem compoſitione. hæc veteres de Deo. Obijcit autem huic poſitioni Auerro. quia tunc Deus eſſet congregatio trium ſubſtantiarum realiter diſtinctarum, & ſic Deus erit vnum quoddam per vnam formam additam illi congregato, veluti miſtum eſt vnum propter vltimam formam additam miſtioni, quæ eſt forma ſpecifica. omne enim vnum per ſe, eſt vnum propter formam vnam. quare cum omnis forma ſit reſpectu materiæ, igitur Deus eſſet compoſitus ex materia & forma, quare non æternus. Hæc

Obi. Auerro.

Auerro. contra veteres. Mauri vero euitantes rationem hanc dixerunt illa tria eſſe tria accidentia abſoluta eſſentiæ diuinæ addita. Obijcit Auerro. primo quia omne accidens præſupponit formam & compoſitum, quare ſi hæc tria ſunt accidentia, tunc Deus erit compoſitus ex aliqua forma, per quam Deus eſt vnus, & ſic ſequitur dictum impoſsibile. Secundo ita ex ſubſtantia ſit compoſitum accidentale nouum: ceu ex ſubſtantia & ſubſtantia ſit compoſitum ſubſtantiale, quare adhuc ſequitur Deum non eſſe æternum. hæc Auerro. Catholici vero dixerunt cum vnitate & ſumma Dei ſimplicitate non modo poſſe ſtare perſonarum trinitatem. Sed ſemper coextitiſſe æternaliterq́; Deum ipſum fuiſſe perſonis trinum: eſſentia autem vnum. Dicunt ſecundo perſonas ipſas tres neceſſe tres ſubſtantias, nec tria accidentia. Sed eſſentię diuinæ addunt tres relationes, quibus conſtituuntur tres perſonæ, quæ quidem comparatæ ad eſſentiam tranſeunt in ſubſtantiam, ſubſtantiæque dicuntur comparatæ inter ſe differunt re: non quidem re eſſentię, vel ſubſtantiæ, ſed relationis dicunt tertio perſonas haſce nominibus diſtingui quatenus perſona prima patris nomine appellatur, eo quia ab hac cæteræ proceſſerunt. perſona ſecunda filius dicitur: à græcis etiam ſacris verbum, quatenus ſapientia eſt patris: perſona tertia ſpirituſſanctus, quia ab vtroq; proceſsit, eſtque amor vtriuſque mutuus, dictæ vero ſunt à ſacris hæ perſonæ, & quod illis tribus commune eſt, dicta eſt natura. Perſonæ quidem, per quanto vt Boetius inquit in eo lib. quē de duabus naturis conſcripſit, perſona nihil aliud eſt qua rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. at cum quælibet trium ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, recte perſonę ſunt appellatæ. id vero quod illis commune eſt. Dicta eſt natura: quoniam eſſentia diuina non eſt vniuerſale, ſed ſingulariſsimum quoddam: quod quia eſt natura, & infinita, dicta eſt communis tribus, atque pluribus communicabilis. Præterea tres fuerunt tantum, quia in eſſentia diuina duo principia & duo actus eſſe poſſunt, voluntas quidem à qua fuit amor. intellectus è quo fuit ſapientia, & quoniam duo producta poſſunt eſſe ab vno tanquam è primo fonte, hac ratione fuerunt tantum tres, vt perſona prima patris, in qua duo illa principia continentur. Secunda filius dicitur, quę à patre proceſsit tantum ratione principij, quæ eſt intellectus. Tertia ſpirituſſanctus, quæ ab vtroque proceſsit: quatenus in vtroque voluntas reperitur. Fuit autem filius ſiue verbum perſona prima, quia intellectus eſt ante voluntatem: & intellectio ante amorem. Hæc ſunt quæ prolixe ſcribunt ſacri, nos autem ſic raptim reſumpſimus, quia res hæc aliena eſt à naturali philoſophia, quam nūc ſcribimus. Hunc videamus, qui philoſophi rem hanc olfecerint: quod quidem licet non ſit multum ad ſacra vtile, eſt etiam nobis & legentibus iocundum, & primo Ariſt. authoritate Pythagoricorum in principio libri de cœlo aperte dicere videtur Deo eſſe exhibendas orationes in numero trinario, quia à natura inſtitutum eſt, quòd Deus ſit trinus & vnus, cuius verba perquire illic. Meminit huius trinitatis diuinus Plato in epiſtola, quam ad Dionyſium ſcripſit dicens, circa omniū regem omnia ſunt: & illius cauſa omnia, eaque cauſa eſt bonorum omnium. Secunda vero circa ſecunda, & tertia circa tertia. hæc de perſonis tribus Plato. Præterea ſexto de republica lib. quaſi de ſecunda trinitatis perſona loqueretur: cū mentionē primæ hoc eſt patris

Poſitio Maurorum.

Obiectiones Auer.

Poſitio catholica.

Quare perſona

Quare natura.

Quare tres.

Qui philoſophi hanc olfecerūt.

Ariſt. Pytha.

Plato.

feciſſet ita dicit. Sed ô beati quidnam ſit ſummum bonum, hoc loco miſſum faciamus, plus enim mihi eſſe videtur, quam vt hoc inſtituto aſſequi id poſsimus, at.n. qui ipſius ſummi boni filius, eique ſimillimus eſſe videtur: hunc explicare perlibenter velim, ſi vobis etiam id gratū eſt alioquin ipſum quoq; miſſum faciam, ſed dic, inquit. nam partis rationem poſtea reddes, & reliqua, quæ omitto. Inſuper in lib. quem legibus ſuis additum Epinomidem inſcripſit cum multa dixiſſet de verbo, quod eſt Dei filius: tandem verbum fecit mundi opificem, quod ſacris theologis conſonat: qui omnia producta fuiſſe in Dei verbo autumant. Meminit Dei patris etiam Plato in Epiſtola ad Hermiam, & Eraſtum, & Coriſcum, vbi eum fecit opificem omnium rerum opificisque cauſę patrem quibus Plato indicat Deum fuiſſe omnium opificem, quatenus fuit verbi omnium opificis pater. hæc ſunt quę ex Plato. colligi poſſunt. Hermes vero in eo lib. qui logos teleios inſcribitur hoc eſt ſermo perfectus, patris & filij aperte meminit aſſerens patrem omnium eſſe creatorem quatenus verbum effecit primum & vnum & ſolum, quo valde oblectatus eſt quodque amauit quaſi proprium filium, & propterea Trimegiſtus filium Dei opificem Dei dixit. Sybilla Erythea in carminis ſui prīcipio, quod à ſummo Deo exorſa eſt, filium Dei ducem & imperatorem omnium vaticinata eſt, & alia Sybilla quaſi ſequens Erytheam talem Dei filium, quem imperatorem ac ducē vaticinata eſt Erythea, appellat Deum ipſum, dicens, tuum cognoſce Deum, qui Dei filius eſt: & propterea Erythea talem Dei filium interdum appellauit cōſiliarium, quia tanta ſapientia eſt inſtructus à Deo patre, vt conſilio & manibus vteretur in fabricatione mundi. Et hæc omnia ſacris & Platoni conſonant. Præterea meminit filij & verbi Hieremias aſſerens illum bis eſſe natum primum in ſpiritu, poſtea in carne. Vnde inquit, prius quam te formarem in vtero noui te. Et item apud ipſum beatus qui erat, antequam naſceretur, quæ non niſi de Dei filio intelligi poſſunt Plotinus etiam librum de tribus perſonis principalibus ſcripſit, in quo & titulus, & verba: quæ illic ponit tres has perſonas catholicæ videtur proſequi. Porphyrius authores Cyrillo in libr. quem aduerſus Iulianum ſcripſit dum Platonis opinionem exponeret, vſque ad tres perſonas ſubſtātiam diuinitatis proceſsiſſe Commemorat. Eiuſdem rei meminit Memertius. Amelius theologiam Ioannis Euangeliſtæ ſequi prorſus videtur, aſſerens illud eſſe verbum, per quod omnia facta ſunt, & reliqua. Hæc ſunt, quæ ex gentilibus clariſsimisque viris colligi ſolent, plura alia etiam adijcerem, niſi hæc vana eſſe putarem: fortaſſe enim Ariſtotelis non ad pſonarum trinitatem retulit, ſed ad cuiuſque rei conditionem, quæ ſemper tribus conſtat principio, medio, & fine: qua etiam conditione Deus ipſæ afficitur, quatenus omnium rerum eſt principium, omnium rerum mediū, omnium rerum finis, vt Orpheus etiam canit. Plato & eius ſectatores fortaſſe trinitatem illam non perſonas diuinas intellexit, vt ſacri ſumpſerūt, ſed vt Porphyrius expoſuit ad proceſsionem rerum, quia Plato per patrem vnitatem primam intellexit, per filium ens, quod ab vnitate effluxit. per Spiritum ſanctum mundi animam ſiue intellectum, vt Auerro. etiam exponit in lib. de beatitudine. Sed quicquid velint gentiles illi, hæc ſunt quæ pro noſtra religione colligi ſolent. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

SED pro dilucidatione illud tenendum quod ſacri viri ſcripſerunt, verum non ignorandum eſt naturales philoſophos diſcordare à ſacris viris hac in re, quia per rationem naturalem de Deo cognoſci non poſſunt niſi ea, quæ pertinent ad vnitatem eſſentiæ, non autem ea, quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum. Nam homo ratione naturali in Dei cognitionem peruenire non poteſt niſi ex effectibus, at effectus non ducunt in Dei cognitionem, niſi eo modo quo effectus ducit in cognitionem cauſæ, quæ ratio docet de Deo per rationem naturalem ſi quid demonſtrari poteſt illud eſſe, quod ſit omnium rerum principium. Sed quoniam virtus effectiua rerum communis eſt omnibus perſonis ſecundum ſacros, ſequitur per rationem naturalem nihil poſſe demonſtrari niſi quod pertinet ad vnitatem eſſentiæ, & non ad diſtinctionem perſonarum. Quo fit vt hac in re phi qui rationibus naturalibus proficiſcuntur trinitatem non cognoſcunt, nec aliqua, è quibus ad trinitatē talem duci poſsint. Sacri autem viri qui authoritates recipiunt, & ſi rationibus naturalibus id non attingant rationibus naturalibus non repugnare fatentur. Qua è re qui authoritatibus philoſophorum vtuntur: quique rationibus naturalibus rem hanc probare volunt: bifariā, vt Thomas īquit, religioni derogant. Primo quo ad religionis dignitatem, fideiq; excellentiam, quæ eſt vt ſit de rebus inſenſibilibus, vltra captum humanum porrectis. Secundo quo ad vtilitatem trahendi alios ad fidem, quia cum aliquis ad fidei probationem inducit rationes, quæ nō cogunt: cedit in irriſionem infidelium. Quare ſacris viris ſufficit defendere non eſſe impoſsibile, quod prædicat fides: habet enim religio, vt dicit Nicenus, defendendi clypeum non autem offendendi arma. Quantum vero qui ad fidei veritatem authoritates philoſophorum referunt, fidei derogent. patet, vtūtur enim cecis ad tractatum de coloribus, philoſophi enim qui circa ſenſibilia verſantur: inſenſibilia minime cognoſcere poſſunt, niſi aut caſu, aut vt inſtructi verba aliorum. Et hac ratione. Lactantius Firmianus, qui ſacras res vltra captum humanum exceſſa nititur probare authoritatibus philoſophorum, vtitur ad veritatem teſtimonio falſitatis, & ſurdo ad diſcuſsionem de ſonis. Hæc de dilucidatione.

Sacri & philoſophi differūt.

Contra Lactantium.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

QVIA ſacri viri debent defendere, quod tenent, non eſſe impoſsibile: nunc ad rationes philoſophorum reſpondeamus. Et primo ad primam dico ꝙ cum vnitate non ſtare multitudinem ſumendo vnum & multa ſecundum eandem rationem: tamen cum vnitate eſſentię poteſt ſtare non multitudo eſſentiæ ſed perſonarum. Per idem ad ſecundam, cum ſumma enim ſimplicitate & finita non ſtat pluralitas eiuſdem rationis, poteſt tñ ſtare pluralitas alterius rationis. Ad tertiam dico ꝙ hæc trinitas non eſt rerum abſolutarum, ſed relatiuarum, quia perſonarum quæ ſunt relatiue, & propterea non ſequitur, vt Deus ſit res abſolute, ſed communis tribus rebus relatiuis, quia tribus perſonis, quarum quælibet eſt Deus. Ad quartam reſpondeo illud eſſe verum in abſolutis, non autem in relatiuis: quia ſi abſoluta ſunt eadem tertio ſimplici, ſunt eadem inter ſe: vbi autem relatiua ſint eadem tertio, poſſunt diſtingui inter ſe. Ad quintam dico quòd nec ſubſtantiarum nec accidentium: ſed perſonarum, quæ non ſunt tres ſubſtantiæ, ſed tres perſonæ. Ad ſextā dico quod īpoſsibili

poſiti

poſiti ſequitur quodlibet hoc eſt quęlibet pars contradictionis,& propterea ſi deeſſet ſecunda perſona, ſequitur vt deſit omnis perfectio in vniuerſo: & vt nulla deſit perfectio,quia añs eſt ĩpoſsibile ſimpliciter. Ad ſeptimam nego conſequentiã,quia neceſſe eſſe eſt abſolutũ perſonæ ſunt relatiue,modo cum pluribus relationibus ſtat vnitas rei abſolute. Ad octauam nego conſequentiam,quia illa trinitas ſtat,propterea quia ſunt duo principia quæ conſtituunt tres perſonas,& quia non poſſunt eſſe plura principia nec pauciora. ideo tres ſunt & non plures nec pauciores perſonæ. Ad nonam dico ꝙ hæc trinitas eſt producta,non tamen ſequitur omnes tres ꝑſonas eſſe productas. vnde logici dicerent productam eſſe trinitatem:& tamen trinitatem non eſſe productã, ſed hęc omitto. Hęc de duodecima diſputatione ſufficiant.

Eodem Tex.

DISPVTATIO XIII.

De diuinorum attributorum diſtinctione.

Num attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei.

Caput dubitationum primum.

Qvod attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei,arguitur primo, attributa in Deo diſtinguũtur pluſquam per intellectum,igitur ad minus ex natura rei.antecedens patet: quia eſſentia vt prædicatum,& eſſentia vt ſubiectum differunt in Deo per intellectum,igitur attributa pluſquam per intellectũ quia plus bonitas à ſapiẽtia, ꝙ̃ eſſentia ab eſſentias differunt. Secundo quæ diſtinguuntur circunſcripto omni actu intellectus, differunt ſaltem ex natura rei.Sed attributa differunt circunſcripto actu intellectus,aliter attributa eſſent nomina multiuoca, vt cultellus & gladius,igiť ſaltem ex natura rei differunt. Tertio quæ ſunt apta fundare prædicata contradictoria circunſcripto actu intellectus differunt ex natura rei. Sed attributa ſunt apta fundare extrema contradictionis circunſcripto omni actu intellectus,igitur diſtinguuntur ex natura rei.minor patet, quia ablato omni actu intellectus bonus & ſapiens in Deo ſunt apta fundare contradictionem. Quarto quæ differunt diffinitione, differunt ex natura rei, quia diffinitiones diuerſe non poſſunt eſſe de eadẽ re ſ̃m eandem realitatem.Sed attributa, vt patet differunt diffinitione:igitur differunt ex natura rei. In contrarium eſt Auer. Vbi vult omnem multiplicitatem in *Cõm.39.* Deo eſſe rationis. Hæc de dubitationibus.

Caput tituli secundum.

Cõm.39. Eſſentia notio attributum

Dispvtatio hæc mota eſt propter Auerro.qui aperte diſputat rem hanc, & propterea quædam de ipſa bonum eſt tangere, licet attinet ad ſacros viros. Pro titulo itaque debes ſcire ꝙ apud catholicos reperiuntur hæc tria.eſſentia, videlicet è qua eſſentialia,notio è qua notionalia, & attributum, è quo attributalia dicuntur. *Quid eſſentia:* Eſſentia quidem & eſſentiale, aliter apud p̃hos,& aliter apud ſacros intelligi ſolet. Apud enim p̃hos eſſentia dicitur diffinitio,ſiue id quod ſignificat diffinitio, dicitur .n.ſexto huiuſmodi diffinitio ſermo certificatiuus qui- *Cõm.49. 41.* ditatis & eſſentiæ,vt dicit. Auer.& hoc pacto eſſentiale dicitur apud eos, vt diſtinguuntur cõtra accidẽtale appellando accidentale omne quod non eſt de diffinitione alicuius;qua ratione accidentia propria, & communia dicuntur accidentalia, differentiæ vero & genera dicuntur eſſentialia:Sacri vero eſſentiam appellantur rationem ſimpliciter eſſendi, & quia in diuinis eſt eſſe, & non proprie diffinitio. ideo eſt eſſentiale vt ſumitur ab eſſentia,& non à diffinitione & ſic eſſentiale in diuinis eſt omne prædicatũ, quod prædicatur ſubſtantiue, & non adiectiue hoc eſt per modum ſubſtantiæ, & non accidentis,& hac ratione Deus eſt eſſentiale,quia ſumiturà deitate,quæ eſt eſſentia,etiam prædicatur ſingulariter ſubſtantiue de perſonis. Notio etiam aliter apud *Quid notio:* philoſophos aliter apud ſacros accipitur, apud quidem Themiſtium in primo & tertio de anima, notio eſt conceptio de re conceptibili:quod enim exteri conceptum dicunt peripatetici notionem appellant, ita vt quemadmodum conceptus apud exteros duplex eſt formalis videlicet,quæ eſt ipſa conceptio, & obiectarius,quæ eſt ipſa res conceptibilis,ſic notio apud Themiſtium & Simpliciũ ſumitur formaliter pro ipſa notitia, & obiectarie pro ipſa re nota. Apud veros ſacros notio eſt id quod eſt propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam, dicta quidem notio,quia notificat perſonam diſtincte, & hoc pacto ſacri volũt quinque eſſe notiones quinque quæ prædicata notionalia, videlicet, vt innaſcibilitas, è qua innatum deriuatur patrinitas è qua pater deſcendit, filiatio è qua filius appellatur communis ſpiratio,è qua ſpiratores dicuntur:& proceſsio è qua procedens habetur harum quinque tantum quatuor ſunt relationes. nam innaſcibilitas non eſt relatio, niſi reductione, de quo ad ſacros,quatuor vero ſunt proprietates, quia cõmunis ſpiratio non eſt proprietas, quia conuenit duabus perſonis. Tres denique ſunt notiones perſonales, quæ,videlicet conſtituunt perſonas, videlicet paternitas,filiatio, & proceſsio quia communis ſpiratio & innaſcibilitas dicuntur notiones perſonarum, non autem perſonales. Quæ ratio docet eſſentiale apud catholicos dici comparatione ad notionale, & econtra, apud autem p̃hos ſecus dicuntur vt dictum eſt. Attributum *Quid attributum.* vero apud ſacros eſt omne nomen dictum in diui per modum adiectiui:& per modum accidẽtis, vt bonum, ſapiẽs,iuſtum,& id genus. dictum quidem attributum, vel quia ex effectibus attribuunť Deo,vel quia ſunt poſt eſſentiam ſiue eſſentialia.Quid vero ſit diſtinctio ex natura rei.in quarto & quĩto perquire. Eſt igitur quæſtio ſi attributa inter ſe & ab eſſentia differũt ex natura rei, vel ratione tantum. Hæc de titulo.

Caput positionum tertium.

De diſputatione ſunt quidam etiam inter ſacros, *1.poſitio Gualterij.* qui volunt attributa diſtingui realiter & ab eſſentia diuina cui attribuuntur: & inter ſe. Dicunt ſecundo quòd quãquã attributa & inter ſe,& ab eſſentia realiter diſtinguantur,tamen Deus eſt ſummæ, ſimplex. Primum probant quia quæ ſunt in diuerſis prædicamentis, vel generibus aut ſeſe habent vt in diuerſis prædicamentis vel generibus realiter diſtinguuntur. Sed attributa & eſſentia ſunt in diuerſis prædicamentis, vel ſeſe habent vt in diuerſis prædicamentis, nam eſſentia eſt vt in prædicamento ſubſtantiæ, attributa vt in prædicamentis accidentium. igitur differunt realiter. Amplius attributa non ſunt in eodem genere vel ſpecie, igitur differunt realiter inter ſe. Secundum autem deducunt,quia non dicitur aliquid compoſitum niſi quia partes ſunt componibiles inter ſe,vel cum tertio modo nec ipſa attributa inter ſe, ſunt componibilia nec cum

tertio, quia vnum non eſt potentiale ad alterum, & alterum actuale ad alterum, nec eſt tertium potentiale ad omnia, igitur nõ eſt compoſitio in Deo, igitur, cum diſtinctione reali attributorum ſtat ſumma Dei ſimplicitas. Quare in Deo bene conceditur multiplicitas realis apud hoſce, nõ autem cõpoſitio. Multiplicitas quidem realis quia attributa & inter ſe & ab eſſentia differunt realiter, compoſitio autem non, quia nec eſſentia eſt quid potentiale reſpectu attributorum nec aliquod attributorum alijs, igitur eſt multiplicitas realis, ſine cõpoſitione. *Excerptum.*

Obiectiones aliquorum. Obijciũt huic poſitioni aliqui. Primo, quia quæcunque realiter diſtinguuntur, diſtinguuntur exiſtentia, ſed in Deo vna eſt exiſtentia, vnum etiam eſſe, igitur omnia in illo ſunt idem realiter. Secundo quæcunque diſtinguuntur realiter poſſunt per intellectum ſeparata ſecundum eſſe intelligi, ſed non poteſt eſſentia intelligi ſecundum eſſe ſeparata ab attributis, nec vnum attributorum ſine alio, igiť non differunt realr. Tertio ſi attributa drñt realiter ĩter ſe & ab eſſentia, tũc ibi eſſet multiplicitas, ex re & re, igitur ex eſſe & eſſe, igitur ſaltem compõ per accidens ceu homo albus, & ſic illa multiplicitas eſſet aggregatum per accidens. Præterea contra hanc poſitionem ex expreſſe Auerro. in lib. d. d. diſputatione. 5. in ſolutione ad vltimum, vbi negat talem multiplicitatem realem in Deo. *Côm. 3 6* *2 poſitio.* Alij dixerũt nomina quæ ſignificat in Deo attributa, eſſe ſynonyma hoc eſt multiuoca. quia penitus re & ratione idem importantia. mouebantur autem quia Deus eſt ſumme ſimplex ſecundum rem, igitur omnis multiplicitas eſt nominum, & non rerum, & per conſequens attributorum nomina ſunt ſynonyma. *Obiectio Auer.* Obijcit autem Auerro. in cõm. quia fruſtra laboraſſet Ariſto. ad probandum tot attributa de Deo, ſi hæc non ſunt niſi diuerſa nomina tantum. *Poſitio logicorum.* Logici vero dicunt ꝙ attributa non differunt re, vt prima poſitio dicit, nec ſunt ſynonyma tantum: vt ſecunda poſitio credidit, ſed ſunt nomina quæ ſignificat eandem rem, ſecundum tamẽ diuerſum modum intelligendi, hoc eſt differunt non re, ſed ratione. exponunt autem ſe, quia licet eſſentia Dei & attributa nõ ſunt apud non intelligibilia vt diſtincta: tamen apud intellectum potentem ille intelligere ſunt intelligibilia diſtincta, vt enim notum naturæ dicitur nõ illud quod à natura cognoſcitur, ſed illud quod cognoſceretur à natura ſi illa cognoſceret: ſic diſtincta per ĩtellectum ſunt attributa ab eſſentia, quia licet eſſentia non intelligitur ab intellectu noſtro, tamen ſi intelligeretur ab aliquo intellectu inueniretur diſtincta ab attributis. *Obiectiones Scoti in lib. 1. di. 8. q. 3.* Sed contra obijcitur. primo circunſcripto omni actu ĩtellectus attributa ſunt in Deo, quia ſunt perfectiones ſimpliciter, & circunſcripto omni actu intellectus, vnum non eſt aliud: in quocunque enim eſt ſapientia & iuſtitia, nũ qu ĩ ſapientia eſt iuſtitia: igitur differunt ſaltem ex natura rei. Secundo attributa ſunt principia emanationum realiter diſtinctarum vt voluntas ſpiritus ſancti: intellectus verbi, igitur differunt ſaltem ex natura rei. ab vno enim indiſtincto non niſi vnum procedit apud phos Tertio ſi veritas eſt in Deo & bonitas eſt in Deo, aut veritas dicit præciſe idem quod bonitas, aut aliquo pacto aliud, & hoc circunſcripto actu intellectus. Si aliud, habeatur propoſitum. Si idem pœnitus: tunc eſſent ſynonyma eo quia quicquid præciſe dicit bonum dicit verum, & econtra. *Poſitio Scoti in lib. 1. diſ. 8. q. 3.* Propter hæc quidam tenet primo ꝙ attributa ſint formaliter in Deo & per eſſentiam. Secũdo tenet ꝙ circunſcripto actu intellectus vnum nõ eſt formaliter aliud. Ex his infert ꝙ diſtinguũtur ex natura rei primum deducit multifariam. Primo quia Deus eſt cauſa rerum per eſſentiam, igitur oĩum perfectionũ rerum per eſſentiam: vt bonitatis & veritatis & iuſtitiæ, ſed cauſa perfectionum per eſſentiam eſt ipſa talibus perfectionibus perfecta per eſſentiam, igitur Deus eſt formaliter & per eſſentiam bonus, formaliter & per eſſentiam ſapiens. & ſic de cæteris id genus. Secundo quælibet perfectio ſimpliciter eſt formaliter in ente perfecto ſimpliciter: ſed attributa ſunt perfectiones ſimpliciter; & Deus eſt ens perfectum ſimpliciter igitur in Deo ſunt formaliter. Tertio ſi non eſſent in Deo formaliter, tunc perfectiones ſimpliciter non eſſent in aliquo perfecte, probatur, quia ſapientia eſt perfectio ſimpliciter; & non eſt in rebus niſi finite, igitur non eſt in illis perfecte, & per te nec ſunt in Deo proprie; igitur in nullo eſſent perfecte ſimpliciter. Quarto tunc perfectiones tales eſſent in cauſa participatione effectus, quia participatione rerum productarum à Deo, & ſic conſtat primũ: deducit ſcdm quia ſi tales perfectiones ſint formaliter in Deo, & ante actum intellectus idem eſt formaliter ſapientia & bonitas, tunc eſſent ſynonyma. Secundo diſtinctio præcedens rationem primi diſtinctiui nõ eſt per tale diſtinctiuum: ſed diſtinctio naturæ & intellectus præcedit volutionem & intellectionem, quæ eſt primum diſtinctiuum eorum, quæ diſtinguuntur ratione, igitur illa diſtinctio naturę & intellectus non erit per intellectum, aſſumptum patet, ſi enim nulla diſtinctio eorum præcederet, non magis iſta diſtinguerentur iſta intellectione q̃ natura vel volutione. quicquid autem diſtinguitur intellectione vt eſt omnino indiſtĩcta à natura, etiam diſtĩguitur natura. Ex his perſpicuũ eſt tertium, cum enim ſint in Deo: & circunſcripto actu intellectus vnum non eſt præciſe aliud, igitur diſtinguũtur ſaltem ante actum intellectus: & ſic ex natura rei.

Sed hæc poſitio pace tanti viri non videtur cõgrua. primo quantum ad modum dicendi, quoniam vt quinto huius & quarto declarauimus apud peripateticos omnis diſtinctio eſt aut ſecundum rationem aut ſecundũ ſubiectum, & diſtinctio ex natura rei nulla eſt. Præterea, vt diximus, diſtinctio realis eſt duplex, re exiſtentiæ & re prædicamenti vel eſſentię. modo ſi rationes iſtius viri probant aliquid probant illa diſtingui realiter re prædicamenti vel re eſſentiæ. ſi enim attributa ſunt in Deo per eſſentiam, & circunſcripto actu intellectus vnum non eſt aliud, tunc ſequitur quod diſtinguuntur realiter non realitate exiſtentiæ, ſed realitate eſſentiæ & prædicamenti, & ſic rationes eius non probant illa diſtingui ex natura rei. Secundo peccat quantum ad poſitionem, quia diſtinctio emanationum eſt credita, & nõ rõne naturali ſcita, vt proxima diſputatione patuit, igitur diſtinctio principiorum illarum erit credita; & non rõne naturali deducta. Tertio vir iſte pace ſua non animaduertit ad diffinitionem attributi, credidit. n. veritatem, bonitatem, intellectum, voluntatem, vitam, & id genus eſſe Deo attributa, & horum probauit diſtinctionem ante actum intellectus, modo non eſt ita, ea enim philoſophi volunt eſſe Deo attributa, quæ non competunt Deo niſi tranſlatiue, & non proprie, modo proprie hæc Deo competunt rebus productis tranſlatiue, attributa vero econtra Deo tranſlatiue competunt (& propterea attributa dicuntur) rebus productis proprie, & propterea attributa erunt iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia, miſericordia, pietas, & *Confutatio.*

pietas,& cæteræ virtutes, quæ ſcribuntur in lib.Ethico. Modo tales non inſunt Deo proprie, ſed trãſlatiue ex rebus productis ab eo, vt docet Ariſto.10.Ethicorum capite.10.Quare cum illa non Deo competant niſi rõne rerum,etiam non diſtinguũtur in Deo niſi ratione rerum.hæc igitur poſitio nõ eſt peripatetica nec in ſe,nec quo ad modum tradẽdum. Hæc de poſitionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Diſtĩne eorum quæ de Deo dicuntur.

Pro dilucidatione primo debes ſcire ꝙ eorũ quæ de Deo ſiue (vt catholice ſequar) de perſonis dicuntur, quædam proprie dicuntur, quædam tranſlatiue, ea dicũtur de Deo proprie ſiue de perſonis, & de Deo inſunt & ratione Dei, & alijs propter Deum, vt ens, ſubſtantia, bonum verum, & id genus. non.n.Deus eſt tranſlatiue ens, nec tranſlatiue ſubſtantia, nec trãſlatiue vnum vel bonum. Sed proprie quatenus per ſe eſt talis, & omnia alia ſunt talia propter ipſum. ea autem dicuntur Deo tranſlatiue, quę illi ex rebus ab eo productis accommodantur, non autem ratione Dei, & proprie vt iuſtitia, fortitudo, liberalitas, temperantia, & id genus. probatur enim Ariſtote.10. Ethicorum capite.10.hæc Deo non competere proprie, quia ridiculum videbitur facere Deum iuſtum, quia ſic commutabit & depoſita redibit, & cætera id genus aget, quæ ad iuſtitiam attinent, nec fortis proprie dicetur, vt dicit, quia ſic formidoloſas res atque pericula ſuſtinebit honeſti cauſa nec liberalis proprie, quia vt dicit abſurdum eſt ſi Deus nummos habeat. Quare hęc omnia tranſlatiue Deo accommodantur, eorum autem quæ de Deo dicũtur proprie, & non comparatione aliorum, quædam dicuntur per modum quid & ſubſtantiæ, dicitur enim de tribus perſonis Deus, quælibet enim perſona eſt Deus ſecundum ſacros, quęlibet ſubſtantia, quælibet ens & id genus, quędam per modum qualis & accidentis, vt vnitas, veritas, bonitas, intellectio, ſapientia, ſcientia, & cætera, quæq; per modum accidentis de illis tribus dicuntur deque etiam Deo. Quæ autem tranſlatione & accommodatione de Deo dicuntur, à peripateticis attributa appellantur, eo quia non dicuntur de Deo proprie, ſed tranſlatiue accommodate, atq; metaphorice, & horum alia per modum quanti inſunt. vt dextrum & ſiniſtrum, immenſum infinitum & id genus Alia per modum qualis, vt virtutis & id genus, alia alijs rationibus & modis, quos taceo, vt breuibus vtar, & licet diſputatio ſit de attributis tantum, tamen vt omnibus ſatisfaciam. primo declarabo diſputationem de his, quæ Deo competunt proprie. ſecundo de his quæ Deo competunt attributiue, ſiue de attributis. Quantum ad primum dicamus, ꝙ ea quæ proprie Deo inſunt poſſunt bifariam cõſiderari.

Quonammodo quæ dicuntur proprie de Deo diſtinguuntur.

Vno modo in quantum ſimpliciter ſunt, & ſic principaliter inſunt Deo & ratione Dei inſunt creaturis. Alio modo inquantum ſunt diuerſa, & ſic differẽtia ineſt primo illis ratione creaturarum, & ex parte creaturæ ĩſunt Deo. Tunc dico ꝙ ſi cõſiderentur illa ſm id quod ſunt & quo ad eorum eſſe ſimpliciter, ſic ſunt in Deo ſynonyma, vt dicit ſecunda poſitio. probatur, quia nulla eſt diſtinctio à parte Dei, non enim bonum differt à vero ratione eſſentiæ, niſi inquantum in creaturis bonum & verum differunt, nec intellectus à voluntate, niſi ratione habita ad creaturas. Sin autem conſiderentur quo ad eſſe diuerſum, quod habent in creaturis, ſic differunt in Deo ratione, in creaturis autem differunt re, & hoc pacto non ſynonyma. Hæc de primo. De ſecundo dico ꝙ attributa à quo ad eſſe & quo ad diuerſum eſſe ꝓprio de creaturis dicuntur, de Deo autem tranſlatiue. Quare dicendum ꝙ hæc non ſunt ſynonyma quo ad eſſe, quia in Deo non ſunt ſimpliciter idem: quia in illo non ſunt. igitur hæc diſtinguuntur vt ſunt in Deo rõne: re aũt vt ſunt in creaturis.

Dilucidatio communis.

Ex his ſequit̃ ꝙ ea quæ Deo competunt ſiue proprie ſiue tranſlatiue, non diſtinguũtur niſi ſola ratione collatiua, deducitur, quia ſi inſunt proprie, diſtinguuntur ratione colligendo differentiã ex parte creaturarum ſi inſunt trãſlatiue, diſtinguuntur colligendo & eſſe & differentiam ex parte creaturarũ: igitur omnia hæc diſtinguuntur ratione collatiua.

Conſilium poſitionum.

Propter hæc poſſunt concordari poſitiones, licet non ad earum ſenſum prima quæ dicit ꝙ talia diſtinguũtur realiter, & vltima quæ dicit ꝙ diſtinguũtur ex natura rei: poſſunt habere locum loquendo de diſtinctione reali, non quæ exiſtit in Deo, ſed in creaturis, quemadmodum dextrum & ſiniſtrum diſtinguuntur in columna diſtinctione exiſtente in animali: non in columna, ſic ea quæ Deo inſunt ſiue propriæ ſiue improprie diſtiguũtur realiter, ſiue ex natura rei diſtinctione exiſtente in creaturis non in Deo, poſitiones quæ dicunt ꝙ ſunt ſynonyma vel indiſtincta, ſunt vere indiſtinctione exiſtente in Deo ipſo, & ſic concordari poſſunt poſitiones hanc dilucidationem nec probo, nec aliter ampliorem facio: quia in expoſitione noſtra in lib.deſtructionum ample atque diligenter dilucidaui. Hæc pauca de dilucidatione.

Caput solutionum quintum.

His apertis. Ad primam dico ꝙ attributa, & omnia prędicata, quæ de Deo dicuntur: diſtinguuntur pluſquam ratione, ſed non diſtinctione exiſtente in Deo, ſed in rebus ab eo creatis. Ad ſecundã dico ꝙ diſtinguũtur circunſcripto omni actu intellectus, ſed diſtinctione exiſtente in rebus, non in Deo, nec eſt impoſsibile hæc eſſe ſynonyma in diſtinctione exiſtente in Deo. Ad tertiam cõcedo maiorem & minorem ſub hoc ſenſu ꝙ ſunt apta fundare contradictionem diſtinctione exiſtente in rebus non in Deo, Ad quartam concedo maiorem & minorem ſub hoc ſenſu ꝙ differunt diffinitione diſtinctione exiſtente in rebus, non autem in Deo. Ad rationes aliorum. Ad primam concedo primum eorum ſuppoſitum ꝙ prędicata proprie de Deo inſunt principaliter Deo, ſed nego illud de attributis, & conceſſo de omnibus, dico ꝙ quo ad eſſe hæc principaliter Deo inſunt, quo ad differentiam inſunt principaliter creaturis, vt enim ſunt principaliter Deo inſunt: at vt ſunt diuerſa: inſunt principaliter creaturis. Ad ſecũdam dico ꝙ aſſumptum eſt creditum. Præterea ſufficit diſtinctio realis quæ exiſtit in creaturis: & ſic concedo illa principia diſtingui realiter ſiue ex natura rei, ſed diſtinctione exiſtente in rebus, non autem in Deo: Ad tertiam dico illa omnia eſſe ſynonyma in diſtinctione exiſtente in Deo. at diſtinctione reali exiſtente in rebus: illa differunt realiter. Et per idem patet ſolutio ad omnes rationes eius factas pro poſitione: ad omnes rationes ſequatium: vbicunque fiant, omnes enim enitũtur ꝓbare illa ineſſe Deo formaliter, quod conceditur de his quę proprie dicuntur de Deo: tamen talia diſtinguuntur realiter differentia exiſtente in rebus. attributa autem non probant eſſe formaliter in Deo: & propterea diſtinguuntur realiter eſſe & differentia exiſtentibus in rebus. Hæc de decimatertia diſputatione.

Quæ vero circa intellectum habent quaſdam dubitationes, videtur quidem enim &c. Tex.cõm.51.

DISPVTATIO XIIII.

De requiſitis ad intellectionem, qua intelligentiæ alia à ſe intelligunt.

Num intelligentiæ ſecũdæ ad hoc quod cognoſcant quidditates citra ipſas requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod intelligentiæ ſecundæ ad hoc quod cognoſcant quidditates citra ipſas nõ requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi. Arguitur primo, quia maior numerus eſt ratio cognoſcendi minorem, vt ternarius eſt ratio diſtincta cognoſcendi binarium. Sed formę ſunt veluti numeri, vt dicitur. 8. huius, igitur eſſentia formæ maioris poteſt eſſe ratio cognoſcendi diſtincta forma minoris. Sed intelligẽtiæ ſecundæ ſunt formæ maiores his formis: igitur eſſentiæ illarum ſunt diſtinctæ rationes cognoſcendi formas citra illas. Secundo tetragonum, hoc eſt quadrangulus, eſt diſtincta ratio cognoſcendi trigonum, hoc eſt triangulum, vt patet. Sed formæ ordinatæ in vniuerſo ſunt vt trigonum in tetragono, igitur eſſentia ſuperioris formæ eſt diſtincta ratio cognoſcendi omnes inferiores, & ſic idem quod prius. Tertio nihil imperfectius re materiali eſſe poteſt perfectio rei immaterialis. Sed ſpecies rei materialis eſt imperfectio re materiali, quia eſt menſuratum, & res materialis illius menſura. igitur nulla talis ſpecies poteſt eſſe intelligentiis ratio cognoſcendi rem materialem. Quarto quælibet intelligentia intelligit ſe per eſſentiam propriam. igitur omnia alia. tenet argumentum, quia eodem quidditas eius eſt intelligibilis, ſicut aliæ quidditates creatæ ſunt intelligibiles. igitur ſi alicui intellectui eſſentia ipſius eſt immediata ratio cognoſcendi ſeipſam, pari ratione quidditas alterius rei erit ratio cognoſcendi ſe, & ita non erunt propriæ rationes reſpectu quidditatum propriarũ aliæ ab ipſis. Quinto ex prima propoſitione de cauſis omnis cauſa primaria plus influit in cauſatum q̃ cauſa ſecunda, igitur vt prius. Sexto ĩtellectus humanus perſpicacior plura intelligit vna ratione intelligendi vel cognoſcendi q̃ minus perſpicax: igitur ita videtur de intellectu ſubſtãtiæ ſeparatæ propter maiorem perfectionem ſuæ intellectualitatis ꝙ poſſit plura diſtincte cognoſcere ꝑ vnã rationem. Hæc pauca de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Secvndvm ſacros plures intelligentiæ ponuntur, quàm illæ, quæ orbium ſunt animæ, de quibus nõ quærit diſputatio, quærit enim ſolum de intelligentiis cœlicis, quæ orbium ſunt primæ formæ, atque perfectiones. Præterea harum intelligentiarum vna eſt prima, quæ græcæ Deus appellatur. hæc enim prima dicitur nobilitate corporis, quod mouet, vt.d. Auerro. & aliis modis. *Cõm.44.* at diſputatio quærit de ſecundis intelligẽtiis, de quibus parum habemus à peripateticis de prima vero intelligentia diſputatum eſt alibi, & dicetur hic. Vlterius debes ſcire ꝙ diſputatio ſupponit tales intelligentias cognoſcere quidditates citra ipſas, vtpote formas materiales, quæ ſpecies, & vniuerſalia dicuntur, & quærit ſi requirantur rationes propriæ & diſtinctæ cognoſcendi illas. Sunt autem rationes cognoſcendi apud nonnullos habitus obiectorum repreſentatiui apud nonnullos ſpecies ſiue ſimilitudines rerum intelligibilium, ideo quæritur ſi requirantur ſpecies propriæ & diſtinctæ repreſentatiuæ rerum quas intelligunt. Hæc de titulo.

Quid ratio cognoſcendi.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Henricus quolibet 5.q.14. 1.concluſio.

Henricvs ſolennis doctor tenet primo vnamquamque intelligentiam omnes quidditates rerum intelligere per vnum habitum ſcientificum. mouetur autem, quia habitus talis eſt in intellectu intelligentiæ ceu forma in ſubiecto, obiectum vero quod in ipſo reſplendet habitu eſt in intellectu obiectiue. Tenet ſecundo ꝙ magis habitus eſt ponendus tanquam ratio cognoſcendi, q̃ ſpecies obiecti, quia habitus eſt obiecti magis repreſentatiuus q̃ ſpecies, cum magis generetur ab obiecto: ſpecies enim generatur ab intellectu & obiecto, habitus autem non niſi ab obiecto, quæ ratio docet habitum eſſe obiecto ſimiliorem, tanquam effectum illius magis. *2.concluſio.* Tenet tertio, ꝙ vnus habitus ſufficit vni intelligentiæ tanquam ratio adęquate repreſentatiua omniũ quidditatũ materialium proprie & diſtincte, quia vnus habitus numero poteſt virtualiter continere cognitiones omnium intelligibilium, igitur vnus ſufficit tanquam ratio cognoſcendi omnia, etiam, ſi eſſent infinita. *3.concluſio.* Tenet. 4. ꝙ licet in qualibet intelligentia ſit vnus talis tanquam ratio cognoſcendi diſtincte omnia, tñ non eodem modo omnes æqualiter cognoſcunt per talem habitum, quia hæc magis, illa minus pro limpiditate & vniuerſalitate habitus, nec non pro capacitate intellectus cognoſcentis. *4.concluſio.* Tenet. 5. ꝙ per talem habitum intellectus ſeparatus inclinatur ad intelligendum omnia, licet hoc magis, illud minus pro quanto habitus eſt huic ſimilior, illi diſsimilior, reducitur vero ad actum intelligendi hoc vel illud intelligibile pro imperio voluntatis hoc ĩtelligere per talem habitum vel illud tam complexe, q̃ incomplexe. per talem enim habitum intellectus ſeparatus inclinatur ad intelligendum omnia tam complexa q̃ incomplexa, per imperium vero voluntatis reducitur ad intelligẽdum magis hoc vel illud ſiue complexum ſiue incomplexum. *5.concluſio.* Eſt autem talis habitus cuique intellectui ſeparato concreatus. cum. n. quælibet intelligentia ſit creata perfecta in ſua ſpecie, meruit perfectione ſuę ſpeciei habitum ſcientificum, quo omnia diſtincte & proprie cognoſceret tam complexa q̃ incomplexa, tam practice q̃ ſpeculatiue. Sufficit autem vnus tum nobilitate intellectus intelligentis per illum, tum nobilitate ipſius habitus, qui concreatus eſt tanta nobilitate & continentia, vt poſſit eſſe ratio cognoſcẽdi omnia ſ'm omnem modum, quo illa poſſunt intelligi, videlicet practice, ſpeculatiue, complexe & ĩcomplexe hæc pro ipſius Henrici declaratione. *Qualis habitus eſt intellectui ſeparato.* Probat autem Henricus poſitionem multifariam. primo, vt dicitur ſecundo Ethic. lib. in anima non ſunt niſi tria, potentia, habitus, & paſsio, h̃ eſt appetitus, ſed ratio intelligendi in ſubſtantiis ſeparatis non poteſt eſſe ſola potentia ſua, quia aliquid ſic naturale eſſet ſufficiens principium repreſentandi omnia intelligibilia, nec paſsio, vt patet, igitur habitus. *Rationes poſitionis.* Secundo in intellectu non habente habitum poteſt generari habitus ex frequentatis actibus elicitis, igitur ſi in intelligentia non eſſet concreatus habitus talis quo omnia intelligibilia cognoſcat. poſſet generare talem habitum, hoc autem eſſet falſum, quia tunc intelligentia eſſet in potentia eſſentiali ad actum non ſolum ſcd'm, ſed ad actum primum, ſicut

intellectus noſter: quod eſt abſurdũ. Tertio vt ſacri doctores & philoſophi ſcribunt connexio vniuerſi conſiſtit in hoc, quod ſupremum inferioris coniungitur cũ infimo ſuperioris. Sed ſupremum in cognitione humana eſt quod prompte cognoſcat per habitum ſcientificum huiuſmodi, igitur talis cognitio ponenda eſt in intelligentiis. Quarto ſpecie ſine habitu non ſufficit ad cognitionem rei, ſed bene habitus ſine ſpecie, igitur habitus eſt ponendus & non ſpecies. Vltimo in voluntate perfecta non ponuntur aliqua plura vt principia volendi diuerſa obiecta, igitur in intellectu perfecto qualis eſt ille intelligentiarum non ponuntur plures habitus tanquam rationes intelligendi, ſed ſufficit vnus ad repreſentandum quæcunque ſibi naturaliter cognoſcibilia ſunt. hæc Henricus. Doctor vero noſter Thomas in quam pluribus locis ſuæ theologiæ vult primo ꝙ intelligentiæ non per habitus cognoſcant ea quæ ſibi naturaliter ſunt cognoſcibilia, ſed per ſpecies illis concreatas. Secundo dicit ꝙ non eodem modo omnes intelligentiæ per tales rationes ſiue ſpecies intelligũt, ſed quãto intelligentia fuerit ſuperior, tanto per pauciores ſpecies vniuerſitatem intelligibilium appræhendere poterit. & quanto inferior, tanto per plures ſpecies. Qua ratione dicit ꝙ oportet vt formæ quibus ſuperiores intelligunt, ſint vniuerſaliores, quaſi ad plura ſe extendentes vnamquamque earum, huius rei exemplum eſt ĩ hominibus, nam ſunt nonnulli qui veritatem intelligibilem capere nõ poſſunt: niſi eis particulatim per ſingula explicetur, & hoc quidem ex debilitate intellectus eorũ. nonnulli vero qui intellectu ſunt fortiores, ex paucis multa capere poſſunt. Addendum autem eſt huic poſitioni non eſſe nobis notum, quot ſint ſpecies, quibus ſuperior cognoſcit, quotúe quibus mediæ quotque quibus infima intelligant: ſolum enim nobis auctoritate & ratione naturali conſtat ſuperiores vt vti paucioribus rationibus intelligendi ad intelligendum vniuerſitatẽ intelligibiliũ. inferiores vti pluribus, medias vti mediocribus. Sed quot ſint, ratio naturalis non deducit. Sed iſtæ poſitiones videntur conuenire ſaltem in hoc ꝙ vna ratione cognoſcendi poſſunt infinita cognoſci. Quod quidem hæc dicit Henricus, nõ oportet probare ꝙ hoc teneat Thomas. probatur: quia ſi intelligentia ſuperior intelligit per pauciores ſpecies: erit deueniendum ad ſupremam: quæ per vnam omnia intelligat, igitur vna ratione intelligẽdi infinita poſſunt repreſentari alicui intellectui: & ſic conueniunt quantum ad hoc ꝙ vna rõne intelligendi poſſunt alicui intellectui infinita repreſentari. Contra igitur poſitiones haſce quãtum ad illud in quo conueniunt obiicit quidam, deinde ſpeciatim contra vtranq; contra primum quidem arguit. primo, ꝙ illo dato tunc talis vna ratio erit infinita perfectione, deducit quia eſſe rationem repreſentatiuam vnius eſt aliquid perfectionis in tali ratione, & duorum eſt dupla perfectio. igitur infinitorum erit infinita perfectio in tali ratione. Secundo omnis vna ratio adæquata cognoſcendi aliqua plura, habet vnum obiectum adæquatũ, in quo obiecto includuntur omnia cognoſcibilia per rationem illam. ſi plura ſint per illam cognoſcibilia. Sed illa vna ratio quæ ponitur ſiue ſit ſpecies, ſiue habitus, non habet aliquod primum obiectum includens virtualiter omnes alias quidditates ſcḋm totam cognoſcibilitatem ſuam, vt omnes norunt: igitur falſa eſt ſuppoſitio. Tertio omnis vna ratio cognoſcendi poteſt habere aliquem actum intelligentiæ adæquatum ſibi. Sed hæc ratio cognoſcendi ſiue ſit ſpecies, ſiue habitus, nõ poteſt habere vnum talem actum ſibi adæquatum, quia non videtur qui ſit ille: igitur conuenientia falſa. Quarto intellectus intelligentiæ poteſt ſine contradictione noſce A & non noſce B. igitur nõ eadem ratione cognoſcendi cognoſcit A & B: quia tunc vna ratione ſciret & ignoraret. antecedens patet, quia nec ex parte intellectus neceſſario intelligentia nouit A & B, nec ex parte colligantiæ obiectorum quia vnum illorum intelligi poteſt ſine alio ab intellectu noſtro, igitur intellectus ſeparatus poteſt noſcere A & non noſcere B. igitur non eadem ratione cognoſcendi cognoſcit A & B: hæc cõtra illud in quo conueniunt. Cõtra vero primam poſitionem ſpeciatim obiicit idem vir. Primo quia non videtur talis ratio cognoſcendi debere eſſe habitus, magis q̃ ſpecies, probatur quia illa non dependet aliquo pacto ab intelligibilibus: cum ſit concreatus, igitur nulla eſt ratio quare magis dicatur habitus, q̃ ſpecies. Secundo data hac poſitione, tunc habitus noſter ſciẽtificus eſſet illud per quod obiectum intelligibile præſens eſſet, & ita ipſo habitu acquiſito, non requireretur conuerſio ad phantaſmata pro actuali intellectione, quod Henricus negat. Tertio hac poſitione data, tunc intelligentia in puris naturalibus creata & ſine iſto habitu (quod eſt poſsibile cum ille habitus ſit qualitas, & non eſſentia) non poſſet ſe cognoſcere, & ſic eſſet imperfectior natura noſtri intellectus, & deducitur argumentũ, quia talis habitus ponitur ratio cognoſcẽdi omnia etiam ſemetipſa. Quarto omnis habitus ſupponit cognitionem ſimplicium, vt habitus naturalis phiæ ſupponit omniũ rerum naturaliũ ſimplicem cognitionem. Sed ſimplex cognitio non habetur niſi per ſpecies, igitur oportet ponere ſpecies: quas negat Henricus. Hæc contra Henricum. Contra vero Thomam ſpeciatim arguitur. primo quia nulla videtur ratio quare certus numerus cognoſcibilium attribueretur vni ſpeciei & nõ alteri. Verbi cauſa. detur ꝙ vna intelligentia cognoſcit omnia intelligibilia ꝑ duas ſpecies, ſicut ſuprema per vnam, tũc non videtur quare A ſpecies ſit ratio ad quædam, & B ſpecies ad alia. nec apparet vnde A ſpecies ſit rõ ad illa: quorum eſt ratio. & B ſpecies ad alia. hæc enim poſitio voluntaria. Secundo ſumatur intelligentia perfectiſsima vtpote Gabriel, certum eſt ꝙ Deus poteſt adhuc ꝑfectiorẽ intelligẽtiam producere, & perfectiorẽ & ꝑfectiorẽ in infinitum. producat igitur aliam perfectiorẽ Gabriele. quæ ſit M, & arguit Gabriel oĩa cognoſcibilia ĩtelligebat per vnam rationem, ſed per Thomam quãto intelligentia eſt ſuperior, tanto minora requirit, igitur M nouiter producta per nullam rationẽ omnia intelliget. Tertio data poſitione Thomæ, tunc intelligentia quanto eſſet ſuperior, tanto imperfectius cognoſceret. deducitur quia vnaquæque res perfectius cognoſcitur in ſpeciali per rationem ſpecialem q̃ in vniuerſali per rationem vniuerſalem quare intelligentia ſuperior quæ per vniuerſaliorem rationem cuncta cognoſcit, confuſius cognoſceret. Quarto vnum & idem non poteſt eſſe propria & diſtincta ratio multorum, igitur intelligentia ſuperior per vnam rationem non poterit diſtincte multa cognoſcere. hæc contra Thomam exteri ſolent adducere. Solebamus etiam nos arguere per media naturalia, quia vbi hæ rationes vel habitus darentur, tunc vnaquæque intelligentia poſſet ſimul & ſemel cognoſcere res bifariam, abſtractiue, & intuitiue, quod eſt cõtra phos, qui volunt cognitionem omnem illorum

Poſitio Tho. in prima parte. q. lvi. arti. 3.

Obiectiones Scoti in. 2. lib. ſententiarũ di. 2. q. 10.

Obiectiones cõtra primã opinionem.

Obiectio cõtra Thomam

illorum eſſe eſſentialem tantum, ſiue intuitiuam, & deducitur argumentum, quia cum dentur ſpecies vel habitus, intelligentia cognoſcere poteſt ſpecies & illum habitum, & poteſt cognoſcere repreſentata per ſpecies & habitum, igitur dum cognoſceret ſpeciem & habitũ abſtractiue cognoſceret repreſentata, & intuitiue ſpeciem vel habitũ. Amplius ſimul cognoſceret ĩtuitiue repreſentata, igitur non omnis cognitio eſſet intuitiua.

Poſitio Platoni, Scotica.

Propter hæc quæ dicta ſunt contra Henricum & contra Thomam alij poſuerunt rõnes cognoſcendi plures pro numero rerum diſtincte cognitarum. Sed hi non omnes eodem modo ſentiunt, nam Platonici vt Origenes & Proclus voluerunt illas rationes cognoſcendi eſſe habitus ſcientificos. exterorum princeps voluit illas eſſe ſpecies proprie. Platonici.n.dicunt intelligentias fuiſſe creatas complete in ſpecie, igitur cum omnibus habitibus practicis & ſpeculatiuis: & quia tales habitus non fuerunt acquiſiti ab ipſis per cognitionem ſimplicium, negarunt ſpecies. Alius vir dixit ꝙ cum vna ratio non poſsit eſſe repreſentatiua multorum diſtincte, ideo quælibet intelligentia ad cognoſcendum diſtinctas quidditates habet diſtinctas cognoſcendi rationes, quæ per accidens poſſunt dici habitus, pro quãto ſunt fixe & permanentes intellectui illarum. Qua ratione dicet intelligentiam ſuperiorem non eſſe perfectiorem, quia per pauciores rationes eadem cognoſcit & tot, ſed quia per tot rationes eadem & tot cognoſcit limpidius & clarius vnde licet duo homines habeant duas rationes cognoſcendi: poteſt vnus limpidius cognoſcere repreſentata per illas propter excellentiam intellectus eius probat poſitionem quia intellectus diuinus plura intelligit diſtincte per plures rõnes reſpectu plurium intelligibilium, & has rationes intelligendi in mente diuina Plato appellat ideas. Auer. formas vnde circa finem dicit ꝙ omnes formæ actu continentur in primo motore, potentia vero in prima materia, & intellectus noſter præciſe plura intelligit per plures rationes, igitur habere plures rationes plurium intelligibiliũ, nec eſt ex imperfectione intellectus, quia conuenit ſupremo nec ex perfectione intellectus, quia conuenit infimo, igitur eſt abſoluta perfectio intellectus in ſe: & ſic conuenit omni intellectui, & ita omnibus intelligentiis, hanc confirmãt per auctorem de cauſis dicentem omnem intelligentiam eſſe plenam formis.i.rationibus intelligendi, & non dixit eſſe plenam vna ratione intelligedi.

Com. 18.

Confutatio.

Sed hæc poſitio nõ eſt in peripatetica primo quia peripatetici nihil ponunt in ſuperatis, quod non ſit ſubſtantia, omne enim quod in illis eſt, eſt ſubſtantia, & non accidens: hæc enim eſt communis omnium peripateticorum ſuppoſitio. Secundo data poſitione, & tunc tales cognitiones poſſunt eſſe ſimplices & complexe. hoc eſt contra eos, qui volunt tales ſubſtantias ſeparatis cognoſcere ſolum incomplexe, aliter eorum cognitio eſſet imperfecta, vt ſuperius deductum eſt: diximus enim cognitionem complexam fieri ex cognitione ſimplicicium, & diſcurſiuam ex cognitione cõplexorum: talis autem ordo prouenit ex imperfectione cognoſcentis, qui non cognoſcit res ipſas ſimplici cognitione perfecte & intuitiue, & propterea omnis talis cognitio ꝓficiſcitur ab imperfectione agnoſcentis. quare hic modus cognoſcendi non eſt peripateticus. Tertio efficacius data hac poſitione, tunc intelligere noſtrum & intelligere intelligentiarum eſſet eiuſdem ſpeciei: quod ipſi & omnes negant, & deducitur argumentum, quia vel differunt ſpecie, quia rationes intelligendi illarum differunt ſpecie à rõnibus intelligendi noſtris, vel quia obiecta quæ nos intelligimus differunt ſpecie ab obiectis quæ illæ intelligunt. non propter differentiam rõnum intelligendi, quia ſi rõnes ille differunt à noſtris, non eſſet niſi quia ille ſunt creatæ: & noſtræ ſunt gñatæ hoc eſt falſum, quia tunc homo creatus & homo gñatus differunt ſpecie deducitur per medium. quo deduceretur de differentia rõnum. non propter differentiam obiectorum, quia lapis cognitis ab illis & cognitus à nobis non differt ſpecie, igitur illa duo intelligere non differunt ſpecie. Quarto intelligẽtia ſemotis his ſpeciebus & omnibus babitibus ad huc eſt perfectior intellectu noſtro ſiue aĩa noſtra plena etiam oĩbus formis, igitur ei debet cõpetere tota perfectio hominis ſiue eius aĩæ ſic perfectæ, igitur intelliget oĩa ſicut & illa aĩa, & non ꝑ ſpecies, quia illas circunſcripſi, igitur alio modo. Quinto contra has poſitiones oẽs ſunt rõnes Ariſt. & Auer. in hoc lib. Prima ſi intellectus illarum intelligeret per ſpecies receptas, tunc talis intellectus eſſet pure paſsiuus, igitur eſſet potentia contradictionis, igitur aliqñ priuabitur illis ſpeciebus receptis niſi violentum ſit ꝑpetuum. Secunda quia tunc optima ſubſtantia quale eſt ens ſeparatum, dignificaretur per aliud quàm per eius eſſentiam, & ita eius eſſentia eſſet incompleta tenet argumentum, quia dignificaretur per ĩtelligere: quod non eſſet eius eſſentia. hæ igitur poſitiones non ſunt peripateticæ. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Sacri & philoſophi differunt.

IN hac diſputatione viri ſacri ſunt diſcordes à phis: ĩmo conceſsis eorum principiis, coguntur diſcordare. & propterea primo dicemus opinionem phorum, ſecundo quid de veritate ſentiendum. Quantum ad primum ſunt duæ poſitiones: nam alij dicunt intelligẽtias concurrere ad rerum cauſalitatem ſm rõnem diſtĩctã, alij ſm rõnem vniuerſalem. Proſequendo primam põnem ſupponamus intelligentias concurrere ad cauſandum res diſtincte & particulatim per earum eſſentias: itaque rõ cauſandi cauſabile diſtincte & proprie eſt eſſentia cuiuſque intelligentiæ. Secundo ſupponamus vnam eſſe rõnem, quæ eſt diſtincte cauſandi, & repreſentandi, immo perfectius repreſentatur & diſtinctius ipſa res per diſtinctam rõnem cauſandi ꝙ per diſtinctã rõnem repreſentandi. ħ declaratur, quia per rõnem repreſentandi, quæ dr̃ ſpecies, repreſentatur res quatenus rõ illa cauſatur à re, per diſtinctam rõnem cauſandi repreſentatur, quatenus rõ illa eſt illius rei diſtincta cauſa: mõ pfectius repreſentatur nõ res per cauſam, quàm ſine cauſa.

Dilucidatio communis.

Ex his ſequitur primo, ꝙ eſſentia cuiuſque intelligentiæ repreſentat perfecte diſtincte & eminenter quidditates oĩum rerum materialium, quarum ipſa eſt diſtincta rõ cauſandi. Secundo ſequitur ꝙ vna quęque intelligentia intelligendo ſuam eſſentiam & ſeſe tanquam per rõnem intelligendi eodem actu diſtincte & perfecte & eminenter intelligit oẽs quidditates aliarum rerum: eſſentiam quidem ſuam, tanquam propriũ & adæquatum obiectum: tales vero quidditates intellectione, quæ eſt eius obiectum, vna igitur intellectione, quæ eſt ſua eſſentia, vna etiam rõne intelligendi quę eſt etiam ſua eſſentia intelligit ſe adæquate, & vnamquãque rem in adæquate. Tertio ſequitur non eodem modo intelligi res ipſas ab oĩbus, quia quanto intelligentia eſt ſuperior, tanto perfectius intelligit res ipſas: qm̃ per perfectiorem ĩtelligendi rõnem, quia eſſentia ſuperior,

quæ

quæ eſt ratio intelligendi. eſt perfectior: & eminentiori modo continet formas ipſas. Quarto ſequitur vnamquamque intelligentiam per eius eſſentiam intelligere omnia, ſuperiores quidem ſubſtantias diminute, inferas autem perfecte. probatur, quia intelligit per eius eſſentiam, tanquam per rationem intelligendi. Sed eius eſſentia diminute repreſentat ſuperiores ſubſtantias, perfecte vero inferas; igitur omnia intelligit, licet non eodem modo. Vltimo ſequitur, ꝙ quicquid intelligit vnaquæque intelligentia cognoſcit intellectione & ratione cognoſcendi, quæ eſt eius ſubſtantia. patet, quia eius cognitio eſt eſſentia eius, & ratio cognoſcendi etiã eſt eius eſſentia, igitur recte Ariſtote. voluit tales ſubſtãtias non dignificari per aliud quàm per earum eſſentias. Per hæc ad punctum quæſtionis patet ſolutio, non enim ad hoc vt intelligentię cognoſcant rerum quidditates, oportet ponere diſtinctas rationes cognoſcendi, nec habitus. Alij vero dixerunt intelligentias non concurrere ad cauſandum res eodem modo. Sed ſecundũ gradus quia quanto intelligentia eſt ſuperior, tanto per eius eſſentiã concurrit ad rẽ cauſandam ſecundum vniuerſaliorem rationem, vnde Deus qui eſt prima & vniuerſaliſsima cauſa concurrit ad res cauſandas ſecundũ rationem entis, & propterea dicitur ipſum ens eſſe primam creaturarum à Platonicis. Et iuxta hanc opinionẽ oportet dicere intelligentias cognoſcere res per earum eſſentias non particulatim & diſtincte, quia eius eſſentia non eſt ratio cauſandi rem ſecundum gradum diſtinctum & proprium, erit igitur ratio cognoſcendi ipſas res ſecundum gradum, ſecundum quem concurrit ad cauſandum illas. Quid autem ſit ille gradus, non eſt forte notum. Sed obiicies quia tunc cognitio illa erit confuſa, nam cognoſcere rem ratione vniuerſaliori quàm ipſa ſit, eſt cognoſcere confuſe. Dici poteſt vnam & eandem cognitionem poſſe dici per ſe diſtinctam & per accidens confuſe, cognitio enim qua Deus per eius eſſentiam tanquam per rationem cognoſcendi cognoſcit ens, quo gradu concurrit ad rerum productionem ſecundum philoſophos, eſt diſtinctiua, quia ens non poteſt confuſe cognoſci. ſimpliciter enim ſimplex ſecundum exteros aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, tamen per accidens poteſt dici confuſa reſpectu hominis, quem ipſum ens cummuniter ſiue confuſe continet & hoc modo cognoſcere non dicit imperfectionem, immo perfectionem ſummam, primo tamen huius diximus confuſionem poſſe attendi ex parte cognitionis, & ex parte obiecti ex parte cognitionis cognitio entis eſt diſtinctiſsima, ex parte vero obiecti eſt confuſiſsima, quia obiectum eſt confuſiſsimum, tu vero quære diſputatione vndecima. Hæc phyſicæ. Catholice vero dicendum ſolam primam ſubſtantiam intelligere per eius eſſentiam totam vniuerſitatem rerum. Cauſa autem eſt, quia ſola eſſentia diuina continet in ſe omnia, cum ſit infinita, & propterea omnia comprehendit in ſe perfecte, at eſſentia intelligentiæ cum ſit limitata ad ſpeciem, eo quia eſt finita, non poteſt omnia continere, & per conſequens non poteſt per ſuam eſſentiam omnia intelligere. Quare ſi debet omnia cognoſcere, vltra eius eſſentiam oportet poni aliquid, quo illa cognoſcat, ſiue illud ſit habitus, vt Henrice dixit, ſiue ſpecies vt Thomas autumat, ſiue vnum, ſiue plura, vt alij crediderunt. Suppoſitis igitur principiis creditis, videlicet ꝙ intelligentiæ ſint creatæ, & ꝙ eſſentia nullius illarum cõtinet omnia, & ꝙ vnaquæque illarum cognoſcit omnia, ſequitur eſſe aliquid ponendum additum eſſentiæ, quo habeatur omnium cognitio, & hucuſque principia catholica probant. Quod vero illud quod eſſentiæ additur ſit vnum, vel plura, ex ſacris principiis non habetur, & ideo omnes illę poſitiones ſunt ſacris principiis compoſsibiles. Cõſonat autem magis authoritatibus ſanctiſsimorum virorum & perſpicaciæ atque ſoluere angelicæ, vt non per tot cognoſcendi rationes cognoſcant, quot ſunt ea, quæ diſtincte cognoſcunt, quod Thomas & Henricus diligenter explanauerunt. Quod autem alius doctor elaborauit ſuſtinere, credo eſſe ſuſtentabile, non tamen conſonum rudibus meis auribus. Hæc de dilucidatione.

Dilucidatio quæſtionis. — *Dilucidatio ſecunda.* — *Obiectio.* — *Solutio.* — *Qua catholici.* — *Dilucidatio.*

Capvt ſolvtionvm qvintvm.

His diſputatis ſoluendæ ſunt rationes pro quauis poſitione, deinde ſoluemus rationes principales. Ad rationes igitur Henrices. Ad primam concedo diuiſionẽ Ariſto. & vlterius dico ꝙ ſpecies eſt habitus, ſaltem per accidens, quatenus permanens eſt. Vel dici poteſt ſuſtinendo poſitionem peripateticorum ꝙ Ariſto. loquitur de anima, quę agit & patitur non per eius eſſentiam. modo intelligentia non eſt anima niſi per æquiuocationẽ. Ad ſecundam vno modo dici poteſt ꝙ habitus non ponitur in potentiis ſummæ inclinatis vt in graui reſpectu motus deorſum, nec in potentiis violentis, non enim ſi decies milies ꝓiiceretur lapis ſurſum. generaretur motus illius ſurſum habitus, ſed in potentiis neutris, & ſic negatur ſimpliciter conſequentia. Intellectus enim ſeparatus eſt ſummæ inclinatus ad intellectionem, & ſic ratio eſt ad oppoſitum. Vel ſecundum Ariſto. dic ꝙ vera eſſet deductio. ſi illæ ſubſtãtię intelligerẽt mõ noſtro, videlicet cognitione cauſata à rebus, at illæ ſciunt ſciẽtia, quæ eſt cauſa rerum, quia ſciunt per earum eſſentias tanquam per rationes cognoſcendi, quæ ſunt cauſę rerũ. Ad tertiã rñdeo ꝙ ſupremũ inferioris eſt infimũ ſuperioris, qñ illi ſuperiori non repugnat, hoc autem repũgnat illi quia in nobis eſt perfectio ſupplens imperfectionem intellectus noſtri, pro quanto noſter non eſt ſummæ habilitatus, at in illis non poteſt eſſe talis perfectio ſupplens imperfectionem, quia eſt ſummæ inclinatus intellectus ille. Ad quartam dici poteſt vno modo ꝙ vnamet res eſt ſpecies per ſe, & habitus per accidens & hoc pacto ſpecies in illis ſeſe habet, vel dicite ſecundum Ariſtote. ꝙ illæ intelligunt tam ſine ſpecie, quàm ſine habitu. Ad vltimum dici põt ſm Ariſt. ꝙ nihil ponitur vltra eſſentiã in talibus, quia ſola eſſentia eſſe põt rõ ſufficiens cognoſcendi oẽ cognoſcibile, vel dic ꝙ non dr̃ perfectus intellectus, quia plura per pauciora cognoſcit, ſed quia plura ꝑ plura limpidius cognoſcit. Ad rõnes vero alterius viri. Ad primã dico negãdo conſequẽtiã, & ad probationẽ dico illã regulam eſſe limitandã, vt ipſe arguẽs alibi limitat. ait. n. ꝙ vbi pluralitas arguit ꝑfectionẽ, infinitas arguit infinitatẽ ꝑfectionis; ſi à ſe eſſet pluralitas & infinitas, ſicut eſt in cognitione diuina, quę eſt à ſe. Ad ſecundam dici põt. Vno modo ꝙ illud eſt verum de rõne, quæ generatur ab obiecto & potentia, cuiuſmodi ſunt rõnes intellectus noſtri: át ratio illa nec ab obiecto, nec à potentia generatur, ſed à creante intelligentiam, & propterea eſt vna, quia ſubiectum & efficiens eſt vnum. Vel dici põt rõnem illam eſſe vnam vnitate obiecti, quod eſt ens creatum, hoc. n. eſt vnum cõe oĩbus, & illa ratio eſt vna vnitate illius. Vlterius dico, ꝙ obiectum illud includit virtualiter oĩa cognoſcibilia, nõ quidem virtualiter actualiter, ſed virtualiter potentialiter.

Scotus in quolibet. q. de omni potentia limitat propoſitionem.

ter. Et forte obiectum primum, è quo ratio illa habet vnitatem eſt ens inquantum ens, ceu intellectus humani. Per idem ad tertiam, actus.n. ille eſt vel de ente creato, vel de nobiliſsimo cōtento ſub ente creato. vel ſub ente. aut dici poteſt illud eſſe verum quando ratio eſt generata vi obiecti, & potentiæ, cuiuſmodi non eſt in propoſito, illa.n. ratio creata eſt à creante intelligentiam. Ad quartam nego aſſumptum. neceſſario.n. neceſſitate ſuppoſitionis noſcit A & B, & quatenus ratio illa repreſentat neceſſario A & B, & ſic nec ex parte intellectus nec ex parte colligantie obiectorum illud eſt neceſſarium, ſed ex parte rōnis, quæ neceſſario repreſentat æqualiter diſtincte ambo illa. Ad rationes vero contra primam poſitionem. Ad primam dico, quicquid poteſt cauſa ſecūda, poteſt & prima ſine ſecunda, cum igitur habitus ille poſsit generari ab obiectis virtute primæ cauſæ cōtinentis oīa, poterit generari ab illa prima cauſa, & tunc dico, ꝙ licet ille habitus non dependeat ab obiectis, dependet ab aliquo virtute cuius obiecta generarent illum habitum & propterea dr̄ habitus, quia eſt quaſi generatus ab obiectis. Ad ſecundam concedo ꝙ non requiritur conuerſio illa ad phantaſmata tanquā cauſa cognitionis ſed propter ſubordinationem virtutum, quæ in intelligentiis non ſunt ſubordinatæ. Ad tertiam nego conſequentiam, quia intelligentia bifariam cognoſcere poteſt ſe, & per eius eſſentiam, & per habitum illum perfectiori tñ modo per eius eſſentiam, nec inconuenit idem poſſe cognoſci multifariam. Ad quartam illud aſſumptum verum eſt de habitu generato vi obiectorum. at cum eſt creatus ab afficiente, non oportet vt generetur per cognitionē ſimplicium. Ad rōnes cōtra Thomam. Ad primam dico vnam rōnem eſſe horum, aliam vero aliorum virtute primi agētis ſic vel ſic creantis illas rōnes. Ad ſecundam dico intelligentiam illam creatam cognoſcere etiam per vnam rōnem, ſed dicetur perfectior, quia per illam vnam rōnem cognoſcet limpidius ſua cognoſcibilia. Ad tertiam dicunt cognoſcere aliquid in vniuerſali bifariam dici. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt, videlicet cognoſcatur ſolū vl'is natura rei, & ſic cognoſcere aliquid ī vl'i eſt īperfectius. īperfecte.n. cognoſcere hoīem, q̄ cognoſceret de eo ſolum quod eſt aīal. Alio modo ex parte medij cognoſcē di, & ſic perfectius eſt cognoſcere aliquid in vniuerſali: perfectior enim eſt intellectus, qui per vnum vniuerſale medium, poteſt ſingula propria cognoſcere, quàm qui non poteſt. Ad quartam dici poteſt, ꝙ vnam et rō non poteſt eſſe plurium adæquata, ſed ſi ſit excellens poteſt idem accipi vt propria & diſtincta rō atque ſimilitudo multorum ceu in homine eſt vniuerſalis prudētia quātum ad oēs actus virtutum, & poteſt accipi vt propria ratio, & ſimilitudo particularis prudentię quæ in leone ad actus magnanimitates, & eius q̄ eſt in vulpe ad actus cautele, & ſic de aliis. Similiter eſſentia diuina accipitur propter ſui excellentiam vt propria ratio ſingulorum, quæ eſt in ea. vnde ſibi ſingula ſimilantur ſm̄ proprias rōnes, & eodem modo eſt de rōne vniuerſali, quæ eſt in mente talium. quod per eam propter eius excellentiam multæ cognoſci poſſunt propria cognitione. Ad vltimam concedo ſm̄ ſacros totum, poteſt.n. intelligentia intelligere res intuitiue qn̄ intelligit illas in ſe, & abſtractiue, qn̄ intelligit ſimilitudines illarum, imo ſimul & ſemel intelligit vtroque modo, quicquid, dicant ph̄i. Hæc de rationibus contra poſitiones. Nunc ad rōnes principales. Ad primam dico ꝙ Ariſto. loquitur in ſpeciebus ſubalternis, non autem ſpecialiſsimis, quales nō ſunt intelligentiæ, & aīa noſtra. Vlterius dico ꝙ ſuperior intelligentia habet perfectiorem entitatem q̄ inferior, non tñ includit totam entitatem inferioris, ita vt inferior non differat ab eo, niſi per negationem, non .n. ſpecies abinuicem in vniuerſo diſtinguuntur per negationem ſed per proprias rationes, at diuina eſſentia, quę infinita eſt, includit eminenter oēs perfectiones, & ideo nulla ſuperior eſt ſufficiens ratio cognoſcendi inferiorem, ſed ſola eſſentia diuina. Ad ſecūdam dico Ariſt. loqui ſpeciatim de animabus rōnali ſenſibili & vegetabili, & ſic non eſt ad propoſitum auctoritas. non.n. ſimile eſt de numeris & ſpeciebus, quia numerus maior includit minorem tanquam ſui partem ſm̄ totam entitatem eius, & propterea eſt ſufficiens ratio cognoſcendi illum, non ſic ſpecies in vniuerſo ſuperiores includūt inferiores. Ad tertiam dico ꝙ ſpecies illa eſt perfectio intelligentiæ ſm̄ quid: non autem ſimpliciter modo talis non ſemper excedit ſuum perfectibile ſimpliciter, quia oē accidens eſt minus ens ſubſtantia ſeptimo huius. Ad quartam patet ſolutio, quia ſtat vt ſimul intelligat ſe per ſpeciem, & per eſſentiam, ſicut quæcunque alia à ſe, & hoc naturaliter excepta ſola eſſentia DEI ad authorem de cauſis, dic ꝙ fuit illius poſitionis. Ad vltimam dico ꝙ perſpicax intellectus dicitur non qui per pauciora intelligit, ſed qui per tot & æqualia limpidius & certius cognoſcit, & ſic in illis. Hæc pauca de diſputatione decimaquarta.

Eodem Tex.

DISPVTATIO XV.

De modo quo intelligentia prima intelligit quidditates.

Num intelligentia prima ad hoc vt ītelligat rerum omnium quidditate, ſit neceſſarium ponere rationes æternas in eius diuina mente.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Quod ad hoc vt prima intelligentia ītelligat rerum oīum quidditates ſit neceſſarium ponere rōnes æternas in eius diuina mente. Arguitur primo, quia per vnam rōnem intelligendi non poteſt intelligi niſi vnum obiectum. Sed DEUS intelligit infinitas ſpecies ſiue quidditates: igitur oportet ponere tales rōnes. Secundo ſi non darentur tales rōnes æternæ, tūc DEUS nō eſſet intell's īfinitus, qđ eſt falſum. probant.n. ſacri viri DEUM eſſe infiniti vigoris in intelligendo, quia habet infinitas rōnes æternas: quarum quælibet eſt aliquante perfectionis. Præterea poſſet intelligi excedi ab aliquo intellectu, qui oīa intelligit, & ita non eſſet infinitus. Tertio ſicut intellectus artificis ad opera ita diuinus ipſe intellectus ad ea quæ producit, appellat.n. Plato diuinum intellectum mundi opificem. Sed ītellectus artificis cognoſcit opera omnia, quæ ipſe producit per rationes diſtinctas illorum in mente reconditas, igitur & DEUS. In contrarium argui ſolet. primo, quia ſi tales rationes darentur: tunc prima intelligentia intelligeret aliud à ſe, quod eſt contra Ariſto. qui in textu dicit ꝙ ſi prima ſubſtantia intelligeret aliud, tūc optima ſubſtantia dignificaretur per aliud à ſe, & deduco argumentum, quia intelligeret ſe per eius eſſentiam tanquā per rōnem intelligendi & cæteras res quæ non ſunt ſua

eſſentia per tales rõnes æternas. Secũdo tunc eius eſſentia non eſſet obiectum adæquatum diuini intellectus, quod eſt contra oẽs, & deducitur argumentum, quia aliqua per tales rõnes intelligeret, quæ nec eſſent eſſentia Dei: nec ſub eſſentia contenta. Hæc de dubõnibus.

Capvt titvli secvndvm.

Quid per quidditates. Cõm.42.

Pro intellectu tituli primo debes ſcire, ꝙ diſputatio per quidditates intelligit vniuerſalia ſpecifica, nam quidditas, vt diximus.7. huius eſt id, quod ꝑ diffinitionem explicatur, quod Auer. expreſsit. hoc autem dictũ eſt diſputatione proxima. Secundo debes ſcire, ꝙ diſputatio quærit ſignãter de quidditatibus: ſiue ſpeciebus, & non de ſingularibus, quia de cognitione ſingularium eſt quæſtio ſeorſum. Nam ſi Deus cognoſcat omnia ſingularia, & quonam modo illa cognoſcat, non parua eſt differentia inter ſacros, & pħos. Quam quidẽ differentiam nunc non intendo proſequi, quia de illa diximus libro deſtructio deſtructionum, itemque in lib. de interpretatione. Præterea in tertio de anima, & alibi pluries, tetigimus etiam quædam circa expoſitionem textus. Diſputatio igitur quærit, ſi ad cognoſcendum rerũ quidditates ſiue ſpecies ſint neceſſariæ tales rationes æternæ, & non ſi ſint neceſſariæ ad cognoſcendum quidditatum indiuidua. Tertio debes ſcire ꝙ quæſtio ſupponit diuinum intellectum cognoſcere omnium indiuiduorum ſpecificas quidditates diſtincte & proprie, & quærit ſi illas cognoſcit per rationes æternas ꝓprias & diſtinctas, hoc enim quod ſupponit, eſt non facile apud pħos. Nam cum pħi velint Deum intelligere res quatenus ille in ipſo ſunt, vti in cauſa. Et ipſe non ſit cauſa diſtincta rei niſi in vniuerſali & per rationem entis, vt dicit Auer. videtur ꝙ non intelligat rerum diſtinctas quidditates per rationes proprias & diſtinctas, ſed potius in vniuerſali. Propterea Auer. inuenitur varius, nam interdum velle videtur Deum intelligere res omnes intelligendo rerum omnium ſpecies & quidditates, vt in hoc.12. Amplius idem ſecundo phyſicæ auſcultationis & in ſecundo de anima. interdum velle videtur Deum intelligere omnia, non quidem proprie & diſtĩcte, ſed ſcïa entis quatenus ipſe cõcurrit ad rerum cauſationẽ ſm gradum entis. Supponamus igitur pro præſenti diſputatione Deum concurrere ad rerum productionem ſm gradum diſtinctum ſpeciei, vt velle videtur Auerro. in hoc duodecimo in calce: vbi dicit omnes formas contineri actu in primo motore, & potentia in prima materia, & per conſequens ꝙ ipſe cognoſcit rerum omnium quidditates ſpecificas diſtincte & proprie, & quæramus ſi ad tales cognoſcendas ſint neceſſariæ diſtinctę rationes ęternę repoſitæ in diuina mẽte, quid vero per rationem ĩtelligamus, proxima diſputatione eſt dictum. Nam hic per rationem vt illic, non intelligimus diffinitionem, nec ſyllogiſmum nec intellectum, ſed rei ſimilitudinem, quæ in mente humana ſpecies dicitur, ĩ angelica vero & diuina dicitur rei rõ, ſiue idolum, ſiue idea. Verum animaduerſione dignum duplex eſſe idolum, ſiue rei rõnum, videlicet idolum, qđ eſt cauſa, & hæc propria eſt in mente diuina, idolum qđ eſt effectus: & hoc dicitur in phantaſia phantaſma, in intellectu autem ſpecies primum dicitur ratio, quia non tãtum repreſentat rem: ſed eſt rei cauſa modo cauſa rei, & quod quid eſt, atque ratio idem eſt ſecundo phyſi. Secundum dicitur ſpecies ſiue ſimilitudo, quia tantum repreſentat: & non eſt rei cauſa, immo rei effectus. Hæc de titulo.

De quibus diſputatio.

Difficultas ſi diuinus intellectus cognoſcit quidditates ſpecificas.

Cõm.51.

Varius eſt Auer.

Cõm.36. 37. & 52. Cõm.75. Cõm 34. Cõm.51. Quid ſupponit qõ. Cõm.18.

Quid per rationem.

Duplex idolũ.

Capvt positionvm tertivm.

Poſitio Franciſci de Mayronis.

De diſputatione dixerunt nonnulli Deum intelligere omnes quidditates rerum diſtincte. Secundo ꝙ ad hoc vt illas diſtincte cognoſcat oportet ponere rationes ęternas in mente diuina, quæ inter ſe & ab eſſentia differunt ex natura rei. Ad euidentiam primi ſecundum eos eſt animaduertendum, ꝙ cognoſcere aliqua diſtincte poteſt eſſe bifariam, aut ex parte cognitionis, aut ex parte modi cognoſcendi. cognoſcunť diſtincte res ex parte cognitionis, quoties diſtinctis & diuerſis cognitionibus, ſiue actibus cognoſcẽdi cognoſcũtur, ceu intellectus noſter lapidem & lignũ intelligit. nam alia cognitione ſiue intellectione cognoſcit lapidem, & alia lignum, & hoc pacto Deus non intelligit rerum ſpecies, quia ipſe & ſe & omnia cognoſcit vnica intellectione. Cognoſcuntur vero diſtincte ex parte modi cognoſcendi ipſæ res, quotiens non confuſe nec in vniuerſali cognoſcuntur, & hoc pacto intellectus noſter cognoſcit diſtincte hominem, ſi ipſum cognoſcit non tantum quo ad prædicata, in quibus conueniunt, ſed etiã quo ad prædicata, in quibus differunt, ceu cognoſcere hominem vt eſt animal rationale mortale eſt diſtincte cognoſcere, quia conceptus iſte homini duntaxat competit: vnde cognoſcere diſtincte hoc modo eſt cognoſcere, reſolute, & hoc modo Deus cognoſcit ipſas rerũ quidditates diſtincte, quia cognoſcere confuſe eſt cognoſcere imperfecte: quod nefas eſt perfectioni diuinæ. Hæc de prima. Secundum probant quantum ad primam partem, primo quia vna ratio non poteſt diſtĩcte & proprie eſſe plurium, igitur oportet ponere tot quot ſunt intelligibilia, non enim magis oportet ponere rationes aliquorum ſic, & aliquorum non nec poſſunt poni tales rationes creatæ, quia in Deo nihil eſt creatum: igitur erunt æternæ & hoc velle videtur Auer. in hoc duodecimo, inquit enim. Illæ enim formæ forte videntur habere duplex eſſe, videlicet in actu: quod eſt eſſe in materia & in effectu: & in potentia. ſ. eſſe quod habent in illa forma dico potentia quemadmodum dicimus ꝙ formæ artificiales habent eſſe actu in materia, & in potentia in anima artificis, vnde hæ formæ vidẽtur habere duplex eſſe abſtractum & materiale, & hoc quidem eſt ꝙ facientes formas volunt dicere, ſed non perueniunt ad ipſam. Hæc Auer. Quantum vero ad ſecũdam partem. probant, quia cum ſimplicitate diuina ſtat diſtinctio ex natura rei talium rationum, & inter ſe & ab eſſentia. diſtinctio enim ex natura rei nõ tollit ſummam ſimplicitatem ſed bene diſtinctio realis apud exteros. præterea circumſcripto oĩ actu intellectus Deus diſtincte cognoſcit oĩum rerum quidditates per diſtinctas cognoſcendi rationes, igitur ille rationes & inter ſe & ab eſſentia differunt ex natura rei. Amplius circumſcripto actu intelligendi Deus eſt intellectus infinitus & non eſt intellectus infinitus niſi quia habet infinitas rationes cognoſcendi; igitur tales rationes & inter ſe & ab eſſentia diſtinguuntur ſaltem ex natura rei. Ex his inferunt. primo eſſe duplex obiectum terminatiuum intellectionis diuinæ primarium vt eſſentia diuina, quæ quidem adæquate terminat intellectionem diuinam. Secundarium & inadæquatum, vt quidditates illæ quæ per rationes tales intelliguntur: Secundo ſequitur Deum intelligere aliud extra ſe bifariam. Primo quia quædam quæ non ſunt Deus probatur, quia intelligit lapidem, qui non eſt Deus. Secundo quia eius intellectio ſaltem vt ad obiectum inadæquatum

Quid diſtincte cognoſcere.

Cõm.36.

Excerp.1.

Secundum.

tum

tum terminatur ad quidditates rerum, quæ non ſunt eius eſſentia. *Tertium.* Tertio ſequitur Deum poſſe rerum quidditates intelligere intuitiue & abſtractiue, deducunt quia intuitiue intelliguntur in ſeipſis, abſtractiue vero intelliguntur tum cum in rationibus cognoſcendi cognoſcuntur, & quia Deus poteſt illas intelligere in ſe, & in rationibus æternis; igitur poteſt intuitiue & abſtractiue intelligere illas. *Quartum.* Quarto. ſequitur omnia præfuiſſe ab æterno ſm potentia & eſſe obiectiuum. probatur, quia rationes hæ æternæ ſunt formæ in potentia obiectiua, vt dixit Auerroes. *Confutatio.* Sed hęc poſitio non eſt peripatetica. Primo quo ad modum dicendi, non enim peripatetici volunt obiectum eſſe niſi in mouendo, vel recipiendo vel ſm intentionem vt in primo libro dictum eſt: ſed nec eſſentia mouet intellectum Dei, nec quidditates, quia inter mouens & motum oportet eſſe diſtinctionem realem, igitur non eſt modus peripateticus. Secundo nec quo ad rem, quia eſſentia diuina poteſt eſſe ratio infinitorum, cum ſit infinita, igitur poteſt eſſe ratio cognoſcendi infinita. Tertio quicquid eſt ratio diſtincta producendi aliqua, eſt ratio cognoſcēdi diſtincta illorum. patet hoc aſſumptum ex titulo, dictum eſt enim rationem intelligendi diſtinctam eſſe rationem producendi diſtinctam. Sed eſſentia eſt ratio producendi rem ſecundum gradum ſpecificum, vt ſuppoſui in diſputatione. concurrit enim diſtincte ad rerum productionē ſm gradum ſpecificum: igitur eſt diſtincta ratio cognoſcendi omnia ſm eorum rationes ſpecificas. *Argumentum Thomæ in prima parte. q. 55.* Quarto arguit Expoſitor & recte. quicquid diſtincte & perfecte comprehendit aliqua, eſt diſtincta ratio cognoſcendi illa. Sed eſſentia Dei (cum infinita ſit) ſimpliciter & in ſe comprehendit omnia perfecte & diſtincte, igitur Deus omnia comprehendit per ſuam eſſentiam. Tertio hæc poſitio errat, quia tales rationes diſtingui ex natura rei inter ſe, & ab eſſentia videtur erroneum, dictum eſt. n. diſtinctionem ex natura rei non dari. Præterea dictum eſt ꝙ tollit ſummam Dei ſimplicitatem, quia ſummæ ſimplex eſt quo Simplicius excogitari non poteſt. modo ſi rationes hæ eſſent ex natura rei diſtīcte in eſſentia ipſa eſſentia eſſet ſimplicior excogitabilis: ſimplicior enim eſſet eſſentia ſine diſtinctione rationum, ꝗ cum tali diſtinctione. Rurſus ablatis his diſtinctionibus & his rationibus intelligendi remanente ſola eſſentia cum intellectu, Deus eſſet quauis intelligētia plena rationibus intelligendi perfectior. Sed intelligentia habet quibus poteſt omnia intelligere, igitur Deus illis ablatis habet quo poteſt omnia cognoſcere, & non habet niſi ſolam eſſentiam & intellectum, igitur hæc ſufficiunt ad cognoſcēdum omnia. *Poſitio quæ videtur Auer. Cōm. 51.* Auer. autem tam varius inuenitur vt velle videatur Deum intelligere tantum ſe formaliter. Sed quia ipſæ eſt ens quoddam eminenter continēs omnes perfectiones in rebus repertas, hac de cauſa dicitur cuncta eminenter cognoſcere, quatenus cognoſcit id, quod omnia eminenter ceu qui cognoſcit ignem cognoſcit omnia calida, non quidem formaliter ſed eminenter, ſic quod cognoſcit eſſentiam: cognoſcit omnia quia eſſentia eſt omnia eminenter. *Confutatio.* Sed hæc poſitio primo errat, quia eſt contra titulum, nos enim, ſuppoſuimus in titulo Deum cognoſcere rerum quidditates & ſpecies, & quærebamus ſi illas cognoſcit per diſtinctas rationes cognoſcendi, igitur ſolutio vana. Secūdo quicquid formalr & diſtincte dirigit res in finem, cognoſcit formaliter & diſtincte res, aut dirigitur à cognoſcente formaliter & diſtincte illas res, ſed Deus non dirigitur à cognoſcente, quia tunc eſſet aliquid Deo nobilius: igitur dirigit effectus & res in finem, & per conſequens cognoſcit formaliter res atque diſtincte. Secundo, ſi Deus res ipſas non cognoſceret in ſe formaliter, ſed tantum eminenter, tunc ipſe non haberet oīum prouidentiam, quod eſt contra. Ariſt. vbique. *Ratio aliorum.* Alij etiam probant idem ſic, impoſsibile eſt intelligere relationem, quin intelligātur extrema: ſed Deus intelligit diſtinctionem, quæ eſt inter ipſum & res. ſcit. n. ſe eſſe ab omnibus aliis diſtinctum, igitur intelligit formaliter ſe & res, eſt enim diſtinctio relatio quædam, & ita non tantum eminenter res ipſas cognoſcit, ſed formaliter. *Solutio.* Reſpondent nōnulli ꝙ realis diſtinctio quæ eſt inter Deum & res eſt quædam entitas: & ita continetur eminenter in eſſentia diuina, & ſic Deus cognoſcit illam diſtinctionē eminenter, quatenus cognoſcit eius eſſentiam, quæ eſt eminenter oīs diſtinctio. *Repli.* Obijciunt cuculati. primo quia tunc Deus non proprie cognoſceret ſe eſſe diſtinctum ab aliis, quia qui non cognoſcit diſtinctionem: licet intelligat aliquid eminentius diſtinctione, non propterea cognoſcit proprie ſe eſſe diſtinctum: ceu qui lucem ſolis oēm calorem eminenter continentem cognoſcit, non proprie cognoſcit calorem. Secundo illa potentia quæ ſolum cognoſcit eſſe ſuum & non formaliter alia non proprie cognoſcit ſe eſſe diſtinctum ab illis, ſed ex ſolutione Deus tantum ſuum eſſe cognoſcit formaliter, & alia nō formaliter, igitur non proprie cognoſcit ſe eſſe diſtinctum ab aliis. *Solutio.* Qui poſitionem Auer. defenderet, diceret Deum cognoſcere ſe eſſe diſtinctum ab aliis eminenter, & quādo diceretur ꝙ tunc non proprie cognoſceret ſeſe diſtinctum. concederet non proprie hoc eſt formaliter, & non eſt hoc impoſsibile, quia non attinet ad diuinam perfectionem cognoſcere ſe diſtingui formaliter ab aliis, niſi eminenter, vnde laborauerūt probare Deum non proprie cognoſcere ſe eſſe diſtinctum ab aliis, quod ſic dicentes concederent, eo quia Deus nō proprie, id eſt formaliter & diſtincte cognoſcit diſtinctionem, ſed aliquid eminentius diſtīctione, & hoc attinet ad diuinam perfectionem, & propterea rationes primæ ſunt potiores. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

1. ſuppoſitio. PRO dilucidatione. Primo accipiamus eſſentiam diuinam eſſe rationem producendi res ſecundum gradū ſpeciei, hoc nunc ſupponamus, quia multi peripatetici quorum eſt Themiſtius & Simplicius in libro de anima voluerunt eſſentiam intellectus agentis eſſe formarum datricem, vt etiam Auicenna & Alexander conceſſerūt. Quare accipiatur vt ſuppoſitio Deum concurrere ad rerum productionem ſecundum illarum gradum ſpecificum, quia intellectus agens apud hos Deus eſt, apud autem Platonem eſt mundi anima. *2. Suppoſitio. Quid ratio intelligendi & quotuplex.* Secūdo accipiamus ex titulo huius diſputationis rationem intelligēdi, quæ vocatur à Platonicis idea, ab aliis idolum, à Peripateticis ſpecies, eſſe duplicē, videlicet idolum cauſam, & idolum effectum. Idolum effectus eſt ſimilitudo rei repreſentatiua dependens ab ipſa re & ſecundum aliquos ab intellectu agente, ſecundum alios ab intellectu poſſibili, quia intellectus & obiectum apud hos ſunt duæ cauſæ partiales tales ſpeciei ſiue idoli, tale autem idolum eſt ſimilitudo ſiue ratio intelligendi rem non intellectu niſi reflexe, quæ quidem in phantaſia eſt phantaſma, in virtute imaginaria imago, in intellectu eſt ſpecies. Idolum vero cauſa eſt ratio producēdi rem, queq; illam repreſentat formaliter, & verius ꝗ prima, quia cognoſcere

gnoſcere per cauſam perfectius eſt qua ſiue cauſa. Hæc quidem ratio eſt cognoſcendi cognita. quia eſt formalis ratio intelligendi in ſe tamen per ſe intelligibilis recte, dicitur autem talis ratio à Platone idea in mente artificis, ſiue forma. *Dilucidatio. 1. concluſio.* Tunc dicendum ꝙ Deus ad hos ad hoc vt res ipſas cognoſcat ſecundum earum eſſe quidditatem, non oportet ponere rationes reales cognoſcendi illas diſtinctas ex natura rei ĩter ſe, & ab eſſentia. probatur ex ſuppoſitionibus, quia eſſentia eſt ratio producendi res ſecundum earum gradum ſpecificum, vt ſuppoſitio prima dicit: igitur eſt ratio intelligendi illas diſtincte & formaliter, vt per ſecundam licet inferre: dictum eſt enim rationem intelligendi eſſe duplicem, quarum propria eſt ratio illa quæ eſt principium productiuum formale rei, & tale (vt dictum eſt) eſt eſſentia Dei: igitur non oportet ponere rationes producendi ex natura rei diſtinctas ab eſſentia, & inter ſe. *2. concluſio.* Secundo dicendum ſolam eſſentiam eſſe rationem propriam & diſtinctam intelligendi proprie & diſtincte, quamuis quidditatem patet ex prima concluſione, & ex ſuppoſitionibus, quia illa eſt diſtincta & propria ratio producendi, igitur ratio intelligendi propria & diſtincta. *3. concluſio.* Tertio dicendum in Deo eſſe plures rationes intelligendi & diſtinctas, non quidem diſtinctione exiſtẽte in Deo, vel in eius eſſentia, ſed diſtinctione exiſtente in ipſis rebus quæ intelliguntur. declaratur per quoddam ſimile. Nam vt dextrum & ſiniſtrum in columna diſtinguuntur diſtinctione exiſtente in membris animalis, & non diſtinctione exiſtente in ipſa columna, ſic rationes intelligendi poſſunt intelligi diſtingui diſtinctione exiſtente in rebus intellectis, & non in ipſo intelligente, igitur poſſunt in Deo eſſe plures rationes proprie & diſtincte rerum, quibus proprie & diſtincte res cognoſcat, quæ quidem. diſtinguuntur diſtinctione rerum quæ intelliguntur, non autem diſtinctione exiſtente in ipſo intelligente. *Conſilium poſitionum.* Ex his poteſt poſitionum conſilium colligi, quia ponentes rationes intelligendi tot in Deo, quot ſunt res intellecte & diſtinctas inter ſe & ab eſſentia. Si ponunt illas diſtinctas diſtinctione exiſtente in rebus, quę intelliguntur, recte dicunt, ponentes vero vnicam rationem intelligendi omnium quæ intelliguntur. ſi velint illam eſſe vnicam formalem, & indiſtinctam diſtinctione exiſtente in ipſo intelligente, etiam recte ſentiunt, & ſic ambæ põnes ſunt tollerabiles, ſi naũt primi velint rõnes illas diſtingui diſtinctione exiſtẽte in ipſis, errant, & ſi ſecundi etiam velint rõnem illam eſſe vnicã tãà parte ipſarum, q̃ rerũ, etiam errant. Hæc de conſilio. *Excerptum.* Ex his ſequitur primo Deũ oĩa diſtincte & proprie intelligere vnica. rõne intelligendi. probatur, quia oĩa diſtincte & proprie ĩtelligit per eius eſſentiam, quæ eſt vnica rõ intelligendi. *Secundum.* Scdõ ſequitur Deũ cognoſcere diſtincte & proprie res ipſas ſcĩa & cognitione, quæ eſt rerũ cã. probatur quia cognoſcit res proprie & diſtincte per ſuam eſſentiam, quæ eſt rõ formalis ꝓducendi res, & illarum cã. *Tertium.* Tertio ſequitur Deũ oĩa cognoſcere cognitione ſimplici & non cõplexa vel diſcurſoria. probatur, quia oĩa cognoſcit diſtĩcte & proprie per eius eſſentiã, non tanq̃ per medium, nec tanquã per principium cõponendi & diuidendi, igitur actu ſimplici. Præterea cognitio cõplexa vel diſcurſoria ꝓcedit ex ĩperfectione cognoſcentis at Deus eſt perfectiſsimum cognoſcens. *Quartum.* Quarto ſequitur Deum poſſe res ipſas cognoſcere intuitiue & abſtractiue vnico actu. patet, quia Deus cognoſcit res abſtractiue in eſſentia, & ĩtuitiue cognoſcendo res ipſas in ſe, vnico vero actu, quia vnica rõne cognoſcendi, quæ eſt omnium cognoſcibilium vtpote ipſa eſſentia. Hæc de dilucidationem.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His elucidatis. Ad primã dico ꝙ per vnam rõnem intelligendi, quæ eſt effectus non põt niſi vnum diſtincte & proprie intelligi, at per vnam rõnem ĩtelligendi, quæ eſt cauſa, poſſunt tot intelligi quot ipſa eſt propria & diſtincta rõ producendi. Ad ſecundã negatur conſequentia, Deus. n. eſt intellectus infinitus non quid propter infinitas producendi rõnes, ſed propter vnicam, quæ eſt infinitorum rõ, & à ſe. Ad tertiã cõceditur multas eſſe rõnes, ſed non diſtinctas diſtinctione cadente in opifice ſed in rebus ipſis producendis, rõnes etiam in contrarium nullæ ſunt, quia Ariſto. reputat impoſsibile Deũ intelligere aliud à ſe per rõnem, quæ ſit alia ab eius eſſentia, quia ſic dignificaretur illa rõne, & non tm̃ eius eſſentia. Ad ſecundam patuit ſolutio, dictum eſt. n. obiectum à peripateticis eſſe dictum, vel quia agit in aliud, vel quia ponitur ab alio, vel quia intenditur vt finis, & nullo horum modorum eſſentia dici poteſt obiectum, & propterea deductum non eſt impoſsibile, cum his tñ ſtat eſſentiam eſſe adæquatam rõnem intelligendi ſe diſtincte, & oĩa proprie & diſtincte. Hæc de lib. duodecimo, nec plura colligimus, tũ quia in expoſitione multa ſuppleuimus, tum quia in lib. deſtructio deſtructionum plura de Deo & de ſubſtantiis ſeparatis conſcripſimus, in libro etiã de beatitudine pertractauimus. Hæc pauca elaborauimus, ne tedio vos afficiam.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

LIBRI TERTIIDECIMI METAPHYSICORVM

DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Tres diſputationes diuiſi.

1 *Num res Mathematicæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus*
2 *Num Ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis.*
3 *Num numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentiis diuiſas.*

PRÆFATIO.

DISPVTATIONES in 14. & 13. libris confecimus tibi paucas Comes magnanimæ Andrea Carapha, quoniam Ariſtoteles poſtquam in prioribus libris veritatem tradidit, iudicauit non inutile opiniones cæterorum & narrare, & percenſere. Tu vero & interdũ audiſti finẽ librorũ Metaphy. eſſe duodecimũ ĩtelligas ob finẽ, qui in eo traditur. Nã in codicibus græcis & ĩnumeratione librorũ: quã græci effecerũt: ĩuenimus hos duos alios: ĩmo apud arabas enumerãtur vniuerſæ meta. ſcĩæ vigintiquatuor: quos cum nõ viderim: nec certos habuerim: non omnino approbo. Tu igiť diſputationes haſce legas quæſo: nam

ſo:nam licet videant mathematicę,ſunt & meta.& ſuc-
ci plenę: erit.n.mihi ꝑgratū ſi illas laudaueris. Vale.

Neceſſe vero ſi ſunt matematica, aut in ſenſibilibus eſſe ipſa,quemadmodum dicunt quidam.

DISPVTATIO PRIMA
De Matematicorum abſtractione.

Num res Matematicæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod matematicæ res ſint ſeparatę. Arguitur primo res matematicę ſunt diſtinctæ ſecundum eſſe ſubſtantiis & à qualitatibus, quia ſunt in alio prædicamento,igitur ſeparatæ, non.n.ſeparatum eſt aliud ꝙ diſtinctum ẽm eſſe. Secundo intellectus poteſt intelligere dimenſionem & numerum ſine materia ſenſili, igitur res matematicæ, quæ ſunt dimenſio & numerus ſunt ſeparatæ in re à materia ſenſili antecedens conceditur ab omnibus, diffiniunt enim matematici numerum & dimenſionem ſine materia ſenſili & argumentum deducitur,quia quicquid intellectus poteſt intelligere eſt in re, aliter falſo intelligeret modo abſtrahentium non eſt mendacium, vt dicitur.2.phyſicæ auſcultationis. Tertio ſcientia matematica & ſcientia naturalis differunt genere: igitur res matematicæ de quibus eſt matematica ſunt ſeparatæ à rebus naturalibus, de quibus eſt naturalis.tenet argumentum,quia ſecantur ſciæ vt res ipſe de quibus ſunt, vt dicit̃.3.de Anima. In contrarium eſt Ariſt.in textu. Hæc de dubita.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quæ de libris duobus additis. ANTEQVAM ad tituli expoſitionem veniamus debes ſcire ꝙ vltra librum duodecimum inueni in codicibus græcis duos alios lib.13.videlicet, & 14. Quos quidem cōmẽtati ſunt multi,vt de græcis,Alex. Aphro. de latinis, Albertus hos enumerant omnes græci qui diuiſionem lib.metaphyſicæ Ariſto.præpoſuerunt inter latinos etiam illorum meminit Ioã. Ganda.in ſecundo lib.phyſicæ.q.4.& ſine dubio videntur Ariſto.tum per modum loquendi, quem ſeruant. tum quia vbique & paſsim ea quæ dicunt referunt ad alios lib.ita vt videatur omnium vnus auctor ſunt quidam arabum qui aſſerunt metaphyſicæ lib.eſſe.24.& omnes fuiſſe ab Auer. expoſitos hoc etiam hebræi confirmant. verum cum hincinde perquiſierim, non inueni plures, nec quidem in codicibus græcis:nec etiam enumeratos ab expoſitoribus gręcis. Nec credo arabibus,nec hebręis:quorum patres mendaces ſunt: & blanduli laudum verum ſiue ſic, ſiue aliter nos quaſdam diſputationes & breues in eis ædemus nō inutiles Peripateticis,nec Platonicis hæc de lib. *Quæ res matematica.* De titulo vero dicamus ꝙ res matematicæ de quibus intelligit diſputatio, ſunt illę de quibus primo matematica conſiderat, vt de ſubiectis, ceu continuū, de quo pertractat geometra, & numerus quem contẽplatur arithmeticus ſub cōtinuo plura ſunt, vt linea, de qua æduntur figuræ ſuperficies & corpus de quibus oĩbus loquitur geometra ſub numero multę ſunt ſpecies, vt cubus, rectus, & cætera id genus, de quibus eſt geometria, ſunt res etiam de quibus loquuntur ſciæ mediæ, vt numerus ſonorus, de quo eſt muſica, vt continuum viſile de quo eſt proſpectiua:& cętera id genus, quæ cū ſint magis naturales quam matematicæ prætermittantur,diſputatio enim loquitur de rebus,quę pure & proprię dicuntur matematicæ, cuiuſmodi ſunt numerus vt numerus,& continuum, vt continuum. *Dubiū de quot quanti ſpeciebus loquitur matematicus.* Et ſi quæritur:cum ſint plures primæ ſpecies quanti,videlicet tempus oratio & id genus,cur de duabus tantum ſpeciebus quanti conſiderauit matematica, & non de pluribus. *Solutio.* Dici poteſt & recte, quia ſolæ hæ duæ poſſunt intelligi abſque motu:cæterę autem cum ſint aut motus,aut nō ſine motu intelligibiles,hac ratione de illis non fuit aliqua pars ſcientiæ matematicæ. *Vnde mathematicum.* Secundo debes ſcire quòd nomen matematicum venit à matheteuo verbo græco:quod latine ſonat doceo, & ideo ſcientia matematica interpretatur ſcientia doctrinalis, quod nomen licet ſit commune omnibus ſcientiis,quatenus omnis ſcientia eſt doctrina quædam per excellentiam accommodatur his: quæ conſiderant de continuo & numero,eo quia in nullis aliis poteſt ita doctrinaliter procedi, veluti in his. continuum igitur & numerus dicuntur res matematicæ, quatenus de continuo & numero,vt talia hæ artes contemplantur, quæ per excellentiam dicuntur matematicæ. Vlterius per ſeparatum in diſputatione intelligimus idem quod abſtractum. *Quid abſtractio.* Quot vero modis ſumatur abſtractio, & quæ ſit abſtractio, in.7.libro diſputatione prima diligenter eſt dictum. Amplius in dilucidatione dicemus, quantum propoſitio deſeruiet. *Quid ſenſibilia.* Senſibilia vt.2.lib.de anima dictum eſt, trifariam ſunt. alia quidem per accidens, vt ſubſtantia, videlicet Socrates Plato, cœlum emilium, & id genus. Alia per ſe, vt calidum, frigidum & quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia communia: quæ poſſunt pluribus ſenſibus ſentiri, vt magnitudo, numerus, figura motus & quies: & de omnibus poteſt diſputatio ampliari. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Prima poſitio Heraclitanorū. DE diſputatione veterum nonnulli, vt herculei, ſiue Heraclitani ſenſerunt res matematicas nullo pacto eſſe ſeparabiles à ſenſibilibus mouebantur veteres hi, quia intellectum & ſenſum crediderunt idem eſſe & cum viderunt tales res à ſenſilibus non eſſe ſenſu ſeparabiles, crediderunt nec ratione aut intellectu ſeparari poſſe propter hæc nullam naturam præter phyſica conceſſerunt. *Logici ſ.* Hanc poſitionem videntur ſequi logici, & quia crediderunt omnem quantitatem eſſe ſubſtantiam,vel qualitatem. *Optima ratio logicorum.* Quod probare enituntur, ex eo quia omnis res extenſa eſt qualitas vel ſubſtantia, & omnis quantitas eſt res extenſa, igitur omnis quantitas eſt ſubſtantia vel qualitas. maiorem probare videntur, ponendo quòd aliqua res extenſa ſit ABC, tunc arguunt ſi hæc res extenſa A: B C non ſit quantitas, tunc quantitas erit res diſtincta ab alia poſsit ſaltem intelligi abſque illa: intelligatur igitur res extenſa ABC abſque quantitate, & cum adhuc remaneat pars extra partem, vt A extra B: & B extra C, ſequitur quòd adhuc remanet extenſa. Syllogizetur igitur illud quod competit alicui circunſcripto ab eo omni quod diſtinguitur realiter ab illo, eſt idem realiter illi, ſed quantitas competit rei extenſe circumſcripto à re extenſa omni eo quod diſtinguitur realiter à re extenſa, igitur quantitas eſt res extẽſa.minor patet per exemplum datum,quia vbi remoueretur ab ABC omne diſtinctum realiter, adhuc ABC eſſet quantum, & haberet partem extra partem,igitur quantitas eſt res extẽſa, & vt dictum eſt cum omnis res extenſa ſit ſubſtãtia vel qualitas, igitur quãtitas eſt ſubſtantia

ſtantia vel qualitas. Ex his infertur ꝙ res matematicæ non poſſunt ſeparatæ eſſe, nec abſtrahi à ſenſilibus, non quidẽ à ſenſilibus communibus: quoniam res matematicæ ſunt ſenſibilia communia non à ſenſilibus proprijs, vel ſubſtãtijs quæ ſunt ſenſilia per accidens, quia quãtitas eſt ſubſtantia vel qualitas, & nihil poteſt abſtrahi à ſemetipſo, igitur logici videntur imitari Heraclitanos, non enim ſecundum eorum poſitionem poſſunt ponere quantitatem abſtrahi à ſenſilibus, quia non à communibus, cum res matematicæ ſint ſenſilia communia, nõ à proprijs, quæ ſunt qualitates nec a per accidens, quæ ſunt ſubſtantiæ, quia res matematicæ quæ ſunt quantitates ſunt ſubſtantiæ vel qualitates, modo nihil poteſt abſtrahi à ſemetipſo, igitur logici ſunt heraclitani. Obijcit autem Ariſto. huic poſitioni vbique, quia poſſunt diffiniri ſine ſenſili materia, abſtrahunt à ſenſilibus, ſed res matematicæ poſſunt diffiniri ſine materia ſenſili, vt patet in diffinitione lineæ vel ſuperficiei vel corporis, vbi nulla ponitur ſenſibilis qualitas. Secundo quia quæ poſſunt ſine motu diffiniri abſtrahũt à ſenſilibus. motus.n. non eſt abſq; ſenſilibus intelligibilis at res matematice, vt deducit̃.2.phy. poſſunt ſine motu diffiniri, igit̃ res matematicæ ſunt ſeparatæ à ſenſilibus minorem probauit illi Ariſto. ex differentia inter phyſicas, & matematicas diffinitiones. Hæc Ariſto. Sed vtrum quantitas differt realiter à ſubſtãtia & qualitate, nolo nunc diſputare, ſciant tamen noſtri ſcholaſtici eſſe quaſi commune omnium Peripateticorum principium ea diſtingui ſecundum rem, quæ ponũtur in diuerſis prædicamentis, quia diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ, & non quidem ſecundum rationem, ſed ſecundum rem apud Simplicium & Boetium. propterea poſitio horum omittatur tanquam ridicula. Hæc contra Heraclitanos. Pytagorei vero in alio extremo poſiti dixerunt res matematicas eſſe pœnitus abiunctas ſeparatas, & abſtractas omnibus è ſenſilibus, non tamen vna via proficiſcuntur omnes, vt Ariſto. in textu narrat. Nam alij dixerunt res matematicas ab omnibus ſenſilibus eſſe ſeparatas, & nec in ipſis ſenſilibus poſitas. Alij dixerunt illas eſſe ſeparatas quidem ſecundum eſſe non tamen loco & ſubiecto ammotas ab ipſis ſenſilibus. Hæc Pytagorei. Obijcit autem Ariſtoteles in textu, quia ſi res matematicæ ſint ſeparatæ ſecundum eſſe tunc vel erunt loco & ſubiecto ſeparatæ, vt prima poſitio ſentit, vel eſſe quidem abiunctæ, loco vero & ſubiecto in ſenſilibus poſitæ, vt ſecunda poſitio affirmat. ſi loco & ſubiecto abiunctæ, tunc erũt ſubſtantiæ abſtractæ. deducitur quia nullum accidens eſſe poteſt ſine ſubiecto, vt ſeptimo lib. eſt determinatum, igitur ſi res matematicæ ſint è ſenſilibus loco & ſubiecto ſeparatæ, cum non poſſint eſſe accidentia, erunt ſubſtantiæ. Sin autem erunt eſſe abiunctæ: loco vero & ſubiecto in ipſis corporeis ſenſilibus exiſtẽtes, tunc duo corpora erunt in eodem loco, & ſic duo corpora erunt vnum corpus, niſi eſſet penetratio. multas alias rationes facit, quæ omnes vim habent eandem, & propterea hæc vna ſufficiat. Ariſt. vero paucis quæſtionem hãc abſoluens, mediam viam ſecutus eſt. vult enim res matematicas eſſe, & ſubiecto, & loco eſſe in ſenſibilibus, ratione vero ſiue diffinitione eſſe ſeparata. Quod quidem ſecũdum eſſe ſint in ſenſilibus. probat: quia non exiſtunt in diuerſis locis, non enim hic ſunt ſenſiles ipſe res, illic vero res matematicæ, igitur

Obiectio. Ariſto. *Quæ contra logicos.* *Poſitio pytagoricorum.* *Obiectiones Ariſto.* *Poſitio Ariſt.*

ſecundum eſſe & ſubiectum ſunt coniunctæ ſenſibilibus. Quod autem ſecundum rationem ſint ſeparatæ probat quia cum ipſe matematicus rem ſuam deſcribit, ſine ſenſili materia diffinit, igitur ratione è ſenſilibus ipſis ſunt ſeparatæ, & ſic inter has extremas poſitiones Ariſt. videtur medius. Sed circa hãc ſolutionem ſunt difficultates. Prima quidem, quia nõ apparet, qua nam ſpecie abſtractionis res matematicæ è ſenſilibus ſint abſtractæ, multiplex enim cum ſit abſtractio, videtur Ariſt. proceſsiſſe per æquiuocum. Secundo non apparet è quibus ſenſilibus res ipſe matematicæ abſtrahãtur, multiplex enim eſt ſenſile, vt in titulo patuit. Ioannes Gandauenſis in libro ſecundo phyſicæ auſcultationis dilucidauit Ariſtot. & præmiſit diſtinctiones. Prima ꝙ bifariam eſt abſtractio. altera quidem realis. altera vero intẽtionalis. realis quidem eſt ſeparatio aliquorum duorum ſecundum locum, quæ prius fuerunt coniuncta: ceu alchimici docent abſtrahere quintam eſſentiam à vino, & aromatari ſuccum ab herbis. paſtores atque villici butyrũ è lacte. Intentionalis autem bifariam. altera quæ pertinet ad intellectum agentem: vt ſpeciei intelligibilis ab indiuiduis phantaſiatis. alia quæ pertinet ad intellectum poſsibilem & hæc eſt intellectio alicuius prioris coniuncti cum poſteriori non intellecto poſteriori, quæq; multifariam eſt: quædam ſuperioris ab inferioribus: quædam eſt ſubiecti à proprijs accidentibus, vt dum intelligitur homo non intellecto riſibili: quædam ſubiecti ab accidentibus communibus, vt dum intelligitur homo abſq; curſu. Secunda diſtinctio eſt ꝙ ſenſibilia ſunt bifariam. alia quidem propria. alia communia: communia quidem quæ ab omnibus vel pluribus ſenſibus cognoſcuntur, propria vero quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Tunc Ioannes poſitionem Ariſto. per ſex dilucidat. primo dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione reali & hoc contra Pytagoricos, quia nunquam eſt, aut fuit, aut erit linea quæ non ſit in aliquo ſubiecto calido vel frigido, vel humido, vel ſicco: cum res matematice ſint accidentia, & accidentia non poſſunt eſſe quin ſint in ſubſtantia naturali relinquitur res matematicas non poſſe reali abſtractione eſſe abſque ſenſilibus. Secundo dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione ſpeciei à phantaſmatibus, hoc facile patet, quia ſenſilia non ſunt phantaſmata nec indiuidua phantaſiata rerum matematicarum. Tertio dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ è ſenſilibus abſtractione naturæ à ſuppoſitis, ſiue ſuperioris ab inferioribus, hoc manifeſtum eſt, quia res matematicæ non ſunt naturæ rerum ſenſilium, nec vniuerſalia illorum. Quarto dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione ſubiecti ab accidentibus proprijs, hoc nullo alio probo, niſi quia conſtat res matematicas non eſſe ſubiecta rerum ſenſilium propria. Quinto dicit quòd res matematicæ ſunt abſtractæ abſtractione ſubiecti ab accidentibus communibus. probatur quia dimenſio eſt ſubiectum ſenſilium ſecundum Auerroem in libro de Subſtantia orbis, & ſi non ſeorſum, ſaltem, cum materia ipſa, eſt enim primum eorum quæ in materia recipiuntur. Vltimo dicit quòd res matematicæ ſunt abſtractæ à ſenſibus, non quidem communibus ſed proprijs, communibus quidem nõ quia ipſemet res ſunt communia

Difficultates contra Ariſt. *Dilucidatio. Ioan. in lib. 2. phyſi. q 4.*

 ſenſilia:

ſenſilia: è proprijs vero ſic, quia coniunguntur illis accidentaliter, & ſunt illis priora. Hæc Ioannes. *Reprehenſio.* Sed hęc dilucidatio multifariam eſt obſcura. Primo quia prima diſtinctio eſt manca, quia intentionalis abſtractio prima ſui diuiſione diuiditur per ſenſum, & per intellectum, eſt enim alia pertinẽs ad intellectum, alia ad ſenſum, abſtrahit enim vis imaginaria à ſenſilibus proprijs, & extimaria etiam, vt illa ouis ex ſenſilibus proprijs circa lupum, vt docet Auer. in libro de Anima, & huius nihil meminit Ioannes. Præterea ea quæ pertinet ad intellectum poſsibilem, videtur multiplex, eſt enim alia ſimplex, alia compoſita, abſtrahitur enim propoſitio vniuerſalis à multis ſingularibus propoſitionibus: & tamen nulla abſtractione tacta à Ioanne, inſuper etiam ſimplex abſtractio eſt alia priuatiua alia etiam poſitiua; vt dicetur: quarum nullius Ioannes meminit. Secundo obſcura eſt: quia ſecunda diſtinctio eſt inſufficiens: ſunt enim ſenſibilia quædam, quæ nec ſunt propria, nec communia, vt ſenſibilia per accidẽs, & horum nihil Ioannes meminit. Deficit tertio quo ad concluſiones, primo quia non apparet ſi res matematicæ abſtrahunt è ſenſilibus per accidens, vel ne? Secũdo apparet ꝙ matematicus abſtrahat à ſenſilibus abſtractione ſuperioris ab inferioribus, procedit enim à magis communibus ad minus communia, vt quilibet artifex, igitur nonnulla conſiderat abſtractæ abſtractione ſuperioris ab inferioribus poteſt enim conſiderare ſenſilia communia, vt abſtrahunt à minus communibus, igitur hæc poſitio multifariam eſt obſcura. Hęc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Senſibile trifariam. 1. ſuppoſitio. 2. ſuppoſitio.

PRO dilucidatione igitur præmittamus primo ꝙ ſenſibilia trifariam dicũtur. Vno modo ſenſibilia dicuntur per ſe & propria, & ſic ea ſunt, quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia ſunt ſenſibilia cõmunia, vt quæ ab omnibus vel pluribus ſenſibus contingit ſentiri. Alia ſunt per accidens: vt ſubſtantiæ, & relationes, vt dictum eſt in titulo, quæ ſentiuntur per accidens ratione ſenſibilium per ſe. *Quid ſit abſtractio & quotuplex.* Secũdo debes ſcire ꝙ abſtractio prima ſui diuiſione bifariam dicitur, vna realis, alia intentionalis. realis eſt duorum ſecundum locum ſeparatio, quæ fuerunt primo coniuncta. Intentionalis adhuc duplex, alia attinet ad ſenſum alia ad intellectũ: abſtrahit extimaria ouis ex ſpeciebus ſenſatis ſpeciem inimicitiæ inſenſatę, & medicus ex ſignis ſenſilibus ſpeciem morbi abſtractione attinente ad ſenſum, & hæc poteſt adhuc ſubdiuidi, ſed non eſt curandum, abſtractio quę attinet ad intellectum duplex adhuc etiam eſt. Alia enim quæ ad ipſum attinet intellectum agentem vt abſtractio ſpeciei intelligibilis à phantaſmatibus. Alia ad intellectum poſsibilem, & hæc eſt cognitio alicuius prioris prima attinet ad intellectum agentem ſecundum Ioannem, tamen ſecundum veritatem attinet etiam ad intellectum poſsibilem, verum non eſt curandum. Abſtractio quæ attinet ad poſsibilem rurſus diuidi poteſt; quia alia eſt compoſita, alia ſimplex. cõpoſita eſt illa qua intellectus poſsibilis per dianęam abſtrahit vniuerſalem propoſitionem quæ eſt principium artis & ſcientiæ à ſingularibus propoſitionibus vt dicitur primo phyſicorũ *Commen. 5.* ſimplex abſtractio eſt adhuc bifariam, quia alia eſt priuatiua, & hæc eſt cognitio alicuius prioris in aliquo ſigno, in quo non conſideratur ſuum poſterius & de hac habetur ſecundo Phyſicorum dum dicitur abſtrahentium non eſt mẽdacium. Alia eſt abſtractio poſitiua & hac abſtractione abſtrahit vniuerſale intentionale ab his ſingularibus conſiderando in illis ſimilitudinem in qua conueniunt, & de hac loquitur Auer. 12. libro huius. *Commen. 4.* Abſtractio priuatiua eſt rurſus duplex. alia naturæ à ſuppoſitis. alia ſubiecti ab accidentibus. abſtractio naturæ à ſuppoſitis eſt conſideratio ſuperioris non conſideratis inferioribus. abſtractio ſubiecti ab accidentibus adhuc duplex: quia vel ab accidentibus proprijs, vel ab accidentibus per accidens vt dictum eſt & ſiue ſic ſiue ſic eſt conſideratio ſubiecti prioris non conſideratis accidentibus poſterioribus, omnis enim abſtractio quæ pertinet ad cognoſcitiuam vim eſt cognitio alicuius prioris illa quæ eſt poſitiua eſt à notis, quæ eſt priuatiua eſſe poteſt ab ignotis. *Dilucidatio. 1. concluſio* Tunc dicendum primo quòd res matematicæ quæ ſunt magnitudo & numerus, non ſunt abſtractę à ſenſilibus quouis modo accipiendo ſenſibile abſtractione reali, vt crediderunt veteres, & hoc recte probauit Ioannes. *2. concluſio.* Secundo dicendum quòd ſi abſtractio attinet ad ſenſum res matematicæ poſſunt dici abſtractæ à ſenſilibus proprijs, non autem à ſenſilibus per accidens vel communibus: quod quidem à ſenſilibus proprijs. patet, quia extimaria matematici poteſt conſiderare magnitudinem & numerum non conſiderando ſenſilia propria, quod vero nõ à ſenſilibus per accidens & communibus. probatur quia ſenſilia per accidens ſunt priora magnitudine & numero, ſubſtantia enim quæ ſenſibilis per accidens, eſt prior magnitudine & numero modo abſtractio non eſt poſterioris à priori, ſed magis econtra, nec à ſenſilibus communibus quia nihil abſtrahitur à ſemetipſo modo magnitudo & numerus ſunt ſenſilia communia. *3. concluſio.* Tertio dico quòd ſi loquimur de abſtractione quæ attinet ad intellectum agentem, res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo accipiendo ſenſilia: quoniam ſenſilia non ſunt phantaſmata rerum matematicarum, nec res matematicæ ſunt ſpecies ſenſilium. *4. concluſio.* Quarto dico quòd ſi loquimur de abſtractione attinente ad intellectum poſsibilem, res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo illa ſumendo abſtractione compoſita. probatur, quia res matematicæ non deducuntur à ſenſilibus, vt ꝓpoſitiones vniuerſales ex ſingularibus. *5. concluſio.* Quinto dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo ſumptis abſtractione ſimplici poſitiua. probatur quia hæc non fit niſi à notis. at ſenſilia non ſunt nota matematico per rationem matematici. *6. concluſio.* Sexto dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus proprijs vel per accidens abſtractione naturæ à ſuppoſitis, ſed bene à ſenſilibus cõmunibus deducitur, quia res matematicæ non ſunt naturæ ſenſiliũ propriorum, nec ſenſilium per accidens: ſunt tñ naturæ ſenſilium cõmunium, quia ipſe matematicus quædam ſenſilia communia conſiderat, vt ſuperiora, quædam vt inferiora, igitur ſunt res abſtractæ abſtractione naturæ à ſuppoſitis à ſenſilibus cõmunibus. *7. concluſio.* Septimo dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo ſumptis abſtractione ſubiecti ab accidẽtibus per ſe, hoc eſt manifeſtum, quia res ipſe matematicæ non ſunt ſubiecta ſenſilium, nec ſenſilia quouis modo accepta ſunt accidentia per ſe rerum matematicarum. Reſtat igitur octauo vt res matematicæ ſint

abſtractæ

abſtractæ abſtractione priuatiua, ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens, ab ipſis ſenſibilibus proprijs, non autem ſenſibilius communibus, vel per accidẽs dixi primo abſtractione priuatiua, quia poſitiua abſtractio eſt à notis modo mathematicus non abſtrahit ab ipſis proprijs ſenſilibus, vt à notis.

Secundo dixi ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens: quia magnitudo & numerus videntur quaſi ſubiecta ſenſibilium propriorum, vt dixit Ioannes auctoritate Auer. Tertio dixi non à ſenſibilibus communibus, vel per accidens, quia res mathematicæ ſunt ipſa ſenſibilia communia, vt dictum eſt. Amplius ſenſibilia per accidens ſunt ſubſtantiæ, quæ ſunt priora ſenſibilibus proprijs modo nullum poſterius abſtrahitur à priori, igitur res mathematicæ abſtrahunt à ſenſibilibus proprijs tantum, abſtractione priuatiua ſimplici, ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens. Ex his ſequitur ꝙ mathematicus non abſtrahit à ſubſtantia, nec abſtrahit à ſenſilibus communibus, quod quidem non abſtrahat à ſubſtantia deducitur quia non poteſt conſiderare lineam, niſi in aliqua ſubſtantia, quia aut ligno, aut in puluere, aut in cœlo, aut aliquo id genus, abſtrahit tamen à materia ſenſibili, ſiue à ſenſibilibus proprijs, quia poteſt lineam conſiderare non in miſto, nec in elemento, quia eam conſiderat in cœlo, non tamen abſtrahit à ſubſtantia, quia omne quod conſiderat in aliquo ſubiecto conſiderat, quod eſt ſubſtantia, igitur conſiderat ſubſtantiam ſaltem confuſe ſumptam. Quod vero non abſtrahat à ſenſilibus communibus, pauit, quia res ipſe mathematicæ, videlicet numerus & magnitudo ſunt ſenſibilia communia, igitur non abſtrahit à ſenſilibus communibus hac abſtractionis ſpecie. Hæc ſunt quę pro dilucidatione poſitionis Ariſtot. erant dicenda. At pro dilucidatione poſitionis Pitagoricorum debes ſcire, ꝙ res mathema. apud veteres intelligi poſſunt dupliciter, quia aut eſſentialiter, aut denominatiue, eæ dicuntur res mathemati. eſſentialiter, quæ ſunt proprie & formaliter atque prædicamentaliter magnitudines & numeri. magnitudo quidem, cuius partes copulantur ad aliquem communem terminum: numerus autem qui cauſatur ex diuiſione magnitudinis. Dicuntur vero quædam res mathemati. denominatiuæ, quæ eſſentialiter & propriæ non ſunt magnitudines vel numeri, ſed denominantur magnitudines & numeri per quãdam rationem, & ita denominatiue dicuntur mathemati. quatenus ſubeunt denominationem eorũ, de quibus agit mathema. & hoc pacto ſubſtantiæ ſeparatæ dicuntur res mathemati. quia propter quandam rationem denominantur magnæ & numeri. magne quidem virtute, numeri vero æternitate, omne enim æternum eſt numerus apud Platonem, quia eſſe eternum eſt trinitas quia eſt principium medium & finis, quatenus quod intelligitur in æterno principium, id intelligere vt finis, & quod vt medium, id vt principium & finis: igitur ſubſtantiæ æternæ, ſunt magnitudines, & numeri, magnitudines quidem virtute, numeri vero æternitate & hac ratione, Plato ait Deum eſſe numerum ſeipſum mouentem, & animam ſimiliter, quia ſunt æterni. Sic igitur ſubſtantiæ ſeparate ęternæ dicuntur res mathema. denominatiue quatenus ſubeunt denominationem rerum: de quibus agit mathematicus. Quibus patet dilucidatio Pithagoric. & conſilium inter Ariſtot. in ipſos, cum enim Ariſtot. vult res mathematicas ſecundum rem non eſſe ſeparatas, loquitur de rebus mathematicis prædicamentaliter & eſſentialiter at cum Pithagori. dixerunt res mathematicas eſſe ſecũdum rem & eſſe ſeparatas loquuntur de ſubſtantijs abſtractis, quæ dicuntur res mathematicæ denominatiue, quatenus ſubeunt denominationem rerum mathe. hæc Simplicius vir grauiſsimus in quã pluribus locis tetigit. Hæc de dilucidatione.

Excerptum. — *Dilucidatio poſitionis Pitago.* — *Conſilium.*

Capvt solvtionvm qvintvm.

His diſputatis. Ad primam dico quòd res mathematicæ ſunt diſtinctæ à ſenſilibus proprijs non tamen ſeparatæ ſeparatione reali ſed bene intentionali: vt patuit in dilucidatione. Ad ſecundam concedo quòd magnitudo & numerus ſunt ſine materia ſenſili in ſui ratione, & ſic ſunt abſtractæ abſtractione intentionali. Ad tertiam concedo ꝙ differunt realiter: non tamen ſeparatæ ſunt realiter, vt nunc loquimur, quia non ſeparatione loci, multa alia diximus ſecundo phyſicorum de his quæ lege, quia conferunt ad hæc, amplius & in tertio huius etiam, quæ ſi placet videas. Hæc de prima diſputatione ſufficiant.

De ideis aut po. ipſam ſecundum idem opinionem conſiderandum, &c.

DISPVTATIO SECVNDA
De Ideis.

Num ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis.

Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod ideæ ſint ab ipſis ſenſilibus ſeparatæ, multifariam argui ſolet. Primo perpetuum eſt ſeparatum à corruptibili, vt dicitur ſecundo de anima, ſeparatur hoc ab hoc vt perpetuum à corruptibili. Ideæ ſunt perpetuæ, vt Plato & Ariſtot. ſentiunt, & ſenſibilia ſunt corruptibilia, igitur ideæ ſunt ſeparatæ à ſenſilibus. Secundo principia eſſendi ſunt ſeparata ab his quorum ſunt principia, ſed ideæ ſunt principia eſſendi ſenſibilium, eo quia eadem ſunt eſſendi & cognoſcendi principia, igitur ideæ ſunt à ſenſibilibus ſeparatæ. Tertio id equo ad ſenſibilia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, eſt ſeparatum à ſenſibilibus. Sed ideæ ſunt è quibus ad ſenſibilia non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia, minor patet, quia idea & vniuerſale idẽ eſt modo vniuerſale eſt id equo ad ſenſibilia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, igitur ideæ ſunt ſeparatę. Quarto omne prius eſt ſeparatum à poſteriori, ſed ideæ ſunt priores ſenſilibus apud omnes, igitur ſeparatæ. Quinto cauſa eſt ſeparata à cauſato, vt omnes aſſerunt, ſed ideæ ſunt rerum ſenſibilium cauſæ ſecundum Platonem, igitur ſunt ſeparatæ à ſenſibilibus. Sexto vniuerſalia ſunt ſeparata à ſingularibus & ſenſibilibus, vt Plato dicit. Sed ideæ ſunt vniuerſalia, igitur ſeparatæ erunt à ſenſibilibus. Septimo ſpecies eſt aliquid præter indiuiduum, quia ſi ſpecies eſſet præciſe indiuiduum, tũc de illa non eſſet ſcientia, ſed ideæ ſunt ſpecies, vt ſonat nomẽ, igitur ſunt præter indiuidua, & ita ſeparatæ à ſenſibilibus. In contrarium eſt Ariſt. in textu, qui reprehendit Socratem & Platonem præceptores de hac ſeparatione. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſeparatio ſiue abſtractio ſit: quotúe modis dicatur. Amplius quid ſenſibile, quotúe modis accipiatur, dictum eſt proxima diſputatione, illud tamen addendum eſt ſenſibilia non accipi in diſputatione, niſi per ſingularibus. *Idea quid.* Præterea Idea verbum eſt græcũ quod quidem fuit Platonis peculiare, & vt Proclus tradit ipſius inuentũ apud latinos nõ ſemper idem ſonat ſed pro ratione diuerſitatis vſus, cum enim venit in vſum cognitionis, latine ſonat diffinitionẽ, ſiue quidditatem cum in vſum cauſationis, latine ſonat formam, ſiue ſpeciem cum in vſum ordinis latine ſonat vniuerſale, & propterea triplex eſſe poteſt diſputationis ſenſus, cum enim quæritur ſi ideę ſint ſeparatæ à ſingularibus ſiue ſenſilibus, vnus ſenſus eſt ſi diffinitiones ſint ſeparatæ à ſingularibus. Alius vero ſi formæ ſiue ſpecies ſint ſeparatæ à ſingularibus. Tertius ſi vniuerſalia ſint ſeparata à ſingularibus & omnibus his modis eſt diſputatio digna diſceptatione tam & ſi de his aliqua ex parte ſit diſputatum. 7. huius. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Herculeorum. INTER antiquos itaque Herculei atque omnes qui Heraclitum & Cratillum ſectati ſunt, ſola ſenſibilia ꝑſitentes, ideas eſſe ſeparatas ab illis pœnitus abnegarunt. mouebantur autem argumento ꝙ intellectus eſt ſenſus, quare intelligibile eſt ſenſibile, igitur intelligibilia erunt mere ſenſibilia, atque ſingularia. Quo fit, vt nec in re nec in mente ideas ſeparatas aſſerebant, eo quia mens erat apud eos ſenſus ſiue vis potiſsime ſenſoria, hinc demebant ſcire atque ſcientiam, aſſerentes nihil prorſus poſſe ſciri, quia nullum eſt ſcibile, nullumque vniuerſale. *Qua logici.* Poſitionẽ hanc videntur logici fere ſectari aſſerẽtes vniuerſalia nihil eſſe in re. præter ſingularia, ſolum enim vt dicunt termini ſunt de pluribus prædicabiles, in mente quidem naturaliter, in voce vero vel ſcripto ad placitum, addentes his terminis ſumptis in voce aut ſcripto nihil in re correſpondere præter ſingularia. *Obiectiones Ariſtot.* Obijcit autem huic Ariſtot. primo, quia hac poſitione data, tolleretur ipſum ſcire, quod tam ſcientes, q̃ ignorantes profitentur. Secundo prima principia ſunt veluti locus ianuæ, quẽ nullus ignorat, vt dicitur ſecundo huius. modo vbi nõ eſſent niſi ſingularia, tolleretur veritas primorum principiorũ. *Poſitio Plato.* Plato autem concedens ipſum ſcire, ideas conceſsit, quæ vniuerſalia ſunt: non quidem in rebus ipſis collocatas, ſed à ſingularibus ſeparatas, mouebatur autẽ primo quia modo intelligendi credidit correſpondere modũ eſſendi. *Rationes Pla.* Sed nos poſſumus intelligere hominem ſiue ſingularibus eius, igitur ideæ vniuerſales ſunt in re præter ſingularia. Secundo mouebatur, quia omne tale per participationẽ reducitur ad aliquid tale per eſſentiã, ſed hic hõ eſt hõ participatione humanitatis, igitur humanitas eſt homo per eſſentiam, & ita idea ſeparata. Tertio ſcire eſt eorum, quæ nec ſunt ſingularia, nec in ſingularibus poſita, vt omnes dicũt ſed idearum vniuerſalium eſt ſcientia, igitur ideæ vniuerſales nec ſunt ſingularia, nec in ſingularibus poſitæ, & ita erunt ſeparatæ. Quarto motus eſt Plato propter generationem, videbat enim nullum ſingulare virtute propria ſufficere ad generationem ſui ſimilis, & propterea oportet eſſe ideam vniuerſalem: in cuius virtute ipſum ſingulare ſibi ſimile generaret. His rationibus Plato conceſsit ideas vniuerſales ſecundum eſſe ſeparatas à ſingularibus ipſis. *Difficultates Platonicæ.* Sed in poſitione Platonis emergunt difficultates non paruæ, quas Plato in parmenide de vno rerum omnium principio abſoluit. Prima quidem eſt quorum ſint ideæ, & an ſpecificæ tantum. *Quorum ſint ideæ pria poſitio.* Secunda quales ſint, quamúe vim habeant. Tertia quonam modo ab eis quorum ſunt, participẽtur. Reſpondẽt ad primam Platonici, vt velle videtur Themiſtius in primo de anima libro capite. 23. quòd non oĩum indiuiduorum ſint ponendæ ideæ, quia nõ eorum, quæ alio modo quàm per ſeminis emiſsionem generari poſſunt, talium enim nòn ponuntur ideæ. Tũ quia imperfecta & vilia, & non intenta à natura. Tum quia conſequuntur ea, quorum ſunt ideæ. Præterea ideæ nõ ſunt niſi ſpecies, & non genere, quia ſeparatæ rei per eſſentiam non eſt dare ſeparatius, adhuc quare cum ſpecies apud Platonem ſint per eſſentiam ſeparate, non põt poni illarum genus adhuc abſtractius, omne enim quod abſtrahitur, ab ente materiali abſtrahitur quare ideæ ſunt ſolum ſpecies rerum ſenſilium, non autem genera & quanto minus nec genera generum. Inſuper etiam numerorum non ſunt ideæ, quia nõ ponuntur ideæ niſi reſpectu eorum, quæ accidentaliter ordinantur, modo numeri ſunt eſſentialiter ordinati. *Obiectiones.* Sed pace horũ dixerim hæc non correſpondent fundamentis Platonicis, primo quia potiſsima ratio Platonis qua ipſe perſuaſit ideas, vt Themiſtius & Ariſtot. dicunt, eſt generatio animalium ex putri materia, cum enim hæc fiãt, & non ab agẽte materiali ſimili atque illis vniuoco. cõſequens eſt, vt ſint ideæ, quæ talia generent, ſola materia prædiſpoſita, igitur videtur talium eſſe potiſsimum idea. Præterea talia ſunt ſcibilia, & non per naturam ſingularium, igitur per naturã vniuerſalem ſeparatam: quæ eſt illorum idea, inſuper etiam modo intelligendi correſpondet modus eſſendi. Sed poteſt in talibus intelligi natura ſine ſingularibus, igitur in talibus eſt idea prę ter ſingularia, omnes enim rationes quæ cogunt ideas rerum perfectarum, videntur cogere talium ideas. Secundo videtur ꝙ ideæ non tantum ſint ſpecies, ſed genera, immo genera generũ, & omnia vniuerſalia, nam licet talia non abſtrahantur à ſpeciebus, quæ per eſſentiam ſunt ſeparatæ, correſpondent abſtractionibus indiuiduorum. Socrates enim poteſt conſiderari vt homo, vt animal, vt corpus, & cætera id genus, qua ratione fit vt tot ſint ideæ quot ſunt abſtractiones Socrati correſpondentes, quia argumentum Platonis eſt cuilibet modo intelligendi correſpondere modum eſſendi, igitur quot modis poteſt abſtrahi vniuerſale ab indiuiduo tot ideæ ſunt illis abſtractionibus correſpondẽtes. Præterea ſi ideæ ponuntur propter ſcientiam, & de indiuiduo ſcimus non tantum rationes ſpecificas, ſed genericas, & vniuerſales omnes, videtur ꝙ tot ſunt ideæ quot ſunt rationes quidditatiue ſcibiles de indiuiduis. Tertio videtur quòd numerorum maxime ſint ideæ, Tum quia modo intelligendi reſpondet modus eſſendi, modo poteſt abſtrahi à numeris ratio quædã communis, igitur illi reſpondet propria idea. Tum ſecundo quia idea ponitur ob ſcientiam, igitur quot ſunt rationes ſcibiles de numero, tot ideæ, igitur rõnibus numerorũ rñdent ideę. *Propria pō.* Quare ſi Platonis opinio reſpondet ſuis fundamẽtis oportet dicere oĩum ſingularium generabilium eſſe ideas. Amplius ideas eſſe ſpẽs, & genera, & oĩa vniuerſalia. Inſuper numerorũ & omnium, quę ſub ratione aliqua vniuerſali conſiderari poſſunt. Quot ſi Plato videatur dicere contrarium: non loquitur ſuis

fundamentis

fundamentis conſentaneæ, & debet reduci in bonum. Hæc de primo.

Quales ſint ideæ.

De ſecundo aût quales ſint ideæ. Plato eo in libro capite.5.declarat, & vult ideas ſubſtantias in partes, quæque nec è rebus quarum ſunt loco diſtant, nec eodem in loco, in quo illæ ſunt collocatæ, ait enim ideam hominū non eſſe diuiduam ita vt pars eius ſit in Socrate, & altera in Platone. Sed eſt impars omnibus præſens à nullis diſtant ceu ſimilitudo quædam ab omnibus ſimilibus participata, ſic igitur ideæ ſunt ſubſtantiæ in partes indiuiduæque quæ nec loco ab his diſtant, quarum ſunt, nec in eodem ſunt loco, cum nullibi ſint, eo quia indiuiduum atq; impars nullibi eſt, dicuntur tamen ab illis indiſtantes: & præſentes ceu lux illuminatis. Hæc de ſecundo.

Quonam modo participentur

Quo vero modo participentur quod erat tertium, ibidem Plato exponit, & vult ideas haſce non ita participari ab his, quorum ſunt, vt illarum vnam partem mutuetur vnum indiuiduum, alteram alterum, eſſet enim indiuiduum non tale ſimpliciter, ſed ſecundum quid per partem. Quare participatur tota ab vno, & tota ab omnibus, vt enim animus eſt totus in toto, & totus in ſingula totius parte, ſic idea eſt tota in his quorum eſt, & tota in quolibet illorum. Hæc eſt Platonis poſitio in eo libro. quā vbique Ariſt. illi impoſuit.

Burlee poſitio. Obiectio. Ariſ.

Dicunt aût hāc poſitionē eſſe Platonis Alexander Aphrodiſius & Philoponus in lib. Poſteriorum. Videntur autem hanc vel hinc ſimilem ſectari alij qui vniuerſalia realia concedunt, dicentes illa eſſe à ſingularibus ſecundum rem diſtincta, & quātum ad hoc Platonem ſectantur. Addentes hæc vniuerſalia ſuis ſingularibus eſſe cōmunicata, propter quod ipſa de ſuis ſingularibus prædicari poſſunt, & per hoc credunt differre à Platone, quia aſſerunt Platonem poſuiſſe nec ſingularibus cōmunicata, nec illis identificata, & hac ratione non poteſt dicere vniuerſalia de ſingularibus prædicari. Sed quicquid ſit, hæc poſitio eſt aut ex toto platonica, aut illi fere ex toto ſimilis, non enim credo Platonem negare vniuerſale de ſingularibus prædicari, cum hoc omnibus conſtet, ſed hoc addit vniuerſali prædicanti correſpondere naturam ſiue ideam ſeparatam. Ariſt. autem dixiſſet illi correſpondere aliquid præter ſingularia: non tamen ſecundum eſſe ſeparatum, vt dicemus. Quare poſitio horum fere platonica eſt. Hæc de platonicorum poſitione. Obijcit autem Ariſt. huic poſitioni multis rationibus, verum tres ſunt potiores quas facit hic. Prima eſt, quia datis rationibus Platonis, tūc daretur idea accidentium, ꝙ eſt impoſsibile, eo quia non poteſt dari accidens ſeparatum à ſubſtantijs, & deducit argumentum per fundamenta Platonis, nam Plato enitebatur ponere ideas principaliter propter duo primo propter ſcientiam. ſecundo propter vniuerſalē rationem modo conſtat accidentia ſciri: & non quatenus ſunt indiuidua, igitur ſciuntur propter ideas illorum. Præterea de accidentibus eſt vna vniuerſalis ratio, vt omnium colorum vnus vniuerſalis color. Sed modo intelligendi correſpondet modus eſſendi, igitur dabitur idea communis colorum quare per fundamenta Platonis oportet ponere accidens ſeparatum, quod eſt contra naturam accidentis. Secūda eſt, quia data idea, verbi gratia hominum, tunc oportet ponere ideam ideæ. Deducit argumentum, quia idea & ideata conueniunt in aliqua ratione, plus enim conuenit idea hominum cum ipſis hominibus, quàm cum ipſis equis, immo cum equis nulla ratione conuenit, cum hominibus vero ratione aliqua conuenit. Sed cuilibet rationi communi conuenit idea communis per fundamenta Platonis, igitur dabitur idea ideæ: & ita procedetur in infinitum. Tertia ratio eſt, quia Plato per poſitionem idearum non habet intentum, per poſitionem enim illarum credidit ſaluare ſcientiam contra Heraclitanos, & generationem contra naturales, qui dixerūt omnia proficiſci neceſsitate naturæ, & deducit argumentum. Primo quòd non ſaluat ſcientiam, quia vnumquodq; vere & proprie & ſimpliciter ſcitur per eius formam ſiue cauſam formalem, quæ eſt rei eſſentia, & id quod diffinitio explicat. Sed idea non eſt forma ideatorum, cum ſit ſeparata ſecundū rem ab illis, igitur ꝑ illam non ſciuntur ideata. Secundo quod non ſaluet generationem, quoniam idea non poteſt eſſe cauſa ideatorum, nec formalis, nec motrix ſiue effectrix, formalis quidem non, quia forma non eſt ſeparata ab eo, cuius eſt forma, immo intrinſeca, effectrix autem minime, quia miſtum cum materia nō proficiſcitur niſi à miſto cum materia, vt in.7.libro eſt deductum, igitur non proſunt ad generationem, nec ad ſcientiam, & propterea concludit illas fuiſſe fruſtra. hæ ſunt tres rationes contra Platonē tetigimus alias fortiores.7.lib.huius ſcientiæ diſputatione.17.quas ſub ſilentio tranſimus, ne videamur ſuperflui.

Poſitio Ariſt.

Ariſtot. igitur viam mediam ſecutus, cum Heraclitanis concedit ideas non eſſe ſeparatas reali ſeparatione, ab ipſis ſenſibus, cū platonicis vero ait illas ſeparatas eſſe ratione, & propterea contra Heraclitanos concedit ipſum ſcire, eo quia ſcire eſt rerum ſingularium vniuerſaliter conceptarum, contra naturales ſaluat generationē, aſſerens miſtum cum materia non ab Ideis proficiſci, ſed à miſto cum materia, & virtute naturæ, quæ eſt communis ſecūdum rationem genito & generāti, & virtute corporū cœleſtium, quorum hæc inferiora ſunt inſtrumenta. hæc Ariſtot.

Difficultates.

Sed hæc poſitio eſt obſcura, primo quia idea multiplex eſt, vt in titulo tetigimus, & Ariſt. non diſtinxit quo in ſenſu illam ſumit. Secundo quia multiplex eſt ſeparatio ſecundum rationem, & non videtur quo pacto Ariſto. illa vtatur, quare poſitio Ariſt. eget dilucidatione. Hæc de poſitionibus.

Caput dilvcidationis qvartvm.

Qvia vt dictum eſt in titulo idea apud Platonem interdum venit in vſum cauſationis, & ſic idem eſt quod forma, nonnunquam venit in vſum cognitionis, & ſic accipitur pro diffinitione. Aliquando venit in vſum ordinis, & ita pro vniuerſali intelligitur. Idcirco tria videamus. primo quonam modo ideæ ſint ſeparatæ ſumendo ideas pro formis. Secundo quonam modo ſint ſeparate ſumendo ideas pro diffinitionibus. Tertio quonam modo ſint ſeparate ſumēdo ideas pro vniuerſalibus, & ſic ſermonem Ariſtot. faciemus lucidum.

Quonam modo ideæ formales ſint ſeparatæ.

Quātum ad primum debes ſcire quòd ſenſibilia corpora ſunt in duplici differentia, quædam ſunt: quorum formæ conſtituunt illa ineſſe ſpecifico, & vltimato, & cum hoc ipſæ formæ ab illis dependent, & hoc pacto ſunt compoſita corpora generabilia, formæ enim horū illa quidem ineſſe ſpecifico conſtituunt. Sed à ſuis materijs dependent: eo quia educuntur de potētijs materiæ.

Quæ latini de formis.

Quædam autem ſunt, quorum formæ ſua quidē corpora conſtituunt, ſed ab illis non cōſtituuntur, hæc ſecundū latinos expoſitores ſunt humana corpora, qa ſecūdū eos formæ humanorū corporū illa quidem in

ſpecie reponunt, non tamen ab illis dependent, & iuxta hos oportet ponere tertia corpora, quorum formæ nec illa conſtituunt, nec ab illis conſtituuntur, vt ſunt cœlica, formæ enim cœlorum quæ ſunt intellectus ſeparati, nec cœlica illa corpora in ſpecie reponunt, nec ab illis dependent. *Qua Auer. de formis.* Ad ſecundum Auer. corpora quorum formæ illa in ſpecie reponunt, & ab illis non dependent, ſunt cœlica, cœlicæ enim formę tam etſi intellectus ſint, tamen cœlos reponunt in ſpecie, ipſæ tamen à cœlis non dependent vt in libr. de ſubſtantia orbis declarauit, hac igitur diſtinctione præmiſſa, patet primum. formales enim ideæ corporum primo modo ſecundum rationem quidem abſtractæ eſſe poſſunt ab earum corporibus, quatenus omnis forma, vt forma intelligi poteſt ſine eius ſubiecto, ſecundum tamen rem non ſunt abſtractæ. Præterea formæ ſunt fundamentaliter vniuerſalia eorum, quorum ſunt formæ, igitur ſecundum rationem ſunt ſeparatæ, non autem ſecundum eſſe, vt dicetur. formales autem ideæ corporum ſecundo modo: ſunt ratione & re ſeparate, ratione quidem, quia ſunt ſuorum corporum fundamentaliter vniuerſalia, re vero, quia earum corpora ab illis dependent, ipſe tamen ab illis non dependent. Hæc de primo. *Quomodo diffinitiue ideæ ſint ſeparatæ.* Et de ſecundo agamus, nam diffinitiue ideæ aut explicant formas corporum primo modo ſumptorum, aut formas corporum ſecundo modo acceptorum, omnis enim diffinitio explicat formam, & rei eſſentiam, vt dicitur. 7. huius. ſi quidem explicant formas corporum primo modo ſumptorum, ſic ſunt ratione ab illis ſeparatæ, eſſe vero & re coniunctæ: hoc non alio probo, niſi proxima ratione. ſin autem explicant formas corporum ſecundo modo acceptorum, ſic re & ratione ſunt ſeparatæ. Hoc ex dictis conſtat, eo quia formæ quas explicant re, & ratione ſeparatæ ſunt. Hæc de ſecundo. *Quomodo ideæ vniuerſales ſint ſeparatæ.* Et de tertio eodem fundamento dicamus, nam cum vniuerſalia aut ſint formæ, aut à formis ſumantur, oportet quòd ideæ vniuerſales quæ ſunt formæ corporum primo modo acceptorum, ſint ratione abiunctæ, re vero & eſſe coniunctæ. Quæ autem ſunt formæ corporum ſecundo modo ſumptorum, erunt re & ratione abiunctæ ab eis quorum ſunt. Quare recte Ariſto. dixit ideas eſſe ratione ſeparatas, non autem re, loquitur enim de vniuerſalibus materialibus: quoniam hæc vniuerſalia ſunt formæ corporum materialium, è quibus ipſa dependent, modo cum ſint tales formas eſſe ratione abſtractas, non autem re & propterea non curauit Ariſto. diſtinguere ideas, & ſolum de vniuerſalibus terminauit problema, eo quia vno fundamento patet totum. *Quid ratio... abſtractum in his tribus ſenſibus.* Sed quid Ariſtote. per ratione abſtractum ſiue ſeparatum intelligat in his tribus ſenſibus, non patet, verum proxima diſputatione colligi poteſt, vniuerſales enim ideæ non ſunt abſtractæ ab eis, quorum ſunt abſtractione attinente ad ſenſum, quia vniuerſalia non cadunt ſub ſenſu, ſed ſub intellectu, nec abſtractione attinente ad intellectum agentem, non enim vniuerſalia ipſa ſunt ſpecies intelligibiles, ſed ea quæ ſpecies ipſæ repreſentant, erunt igitur abſtractæ abſtractione attinente ad intellectum poſsibilem, ſed non abſtractione compoſita, quia vniuerſalia, vt nunc loquimur, non ſunt propoſitiones, ſed res ipſæ vniuerſales, è quibus propoſitiones conſtant, igitur erunt abſtractæ abſtractione ſimplici, ſed quoniam ideæ vniuerſales ſiue vniuerſalia ipſa accipi poſſunt pro intentionibus, & pro rebus intentionibus ſubiectis, dico quòd ſi ſumantur pro rebus intentionibus ſubiectis, ſic non ſunt abſtractæ abſtractione poſitiua, quia non ſunt intentiones collectę ex indiuiduis: ſed naturæ communes, quæ intelliguntur ſine indiuiduis, igitur abſtracte abſtractione ſimplici negatiua. Amplius etſi abſtracte abſtractione ſimplici negatiua, non abſtractione ſubiecti ab accidentibus, quoniam vniuerſales ideæ nō ſunt ſubiecta eorum, quorum ſunt vniuerſales ideę, igitur ſunt abſtracte abſtractione naturę ab indiuiduis, & ſuperiores ab inferioribus. Secundo dico quòd ſi ſumantur pro intentionibus ipſis, tūc ſunt abſtracte abſtractione ſimplici poſitiua, quia colliguntur ex tenui ſimilitudine reperta in indiuiduis, quod fieri non poſſunt, niſi ea, è quibus abſtrahitur, cognoſcantur. Recte igitur Ariſtote. dixit vniuerſales ipſas Ideas ſeparatas eſſe ratione, quoniam ſiue abſtractione negatiua, ſiue poſitiua intelligātur abſtracte, ſemper ratione hoc eſt intellectu, & non re intelliguntur abſtracte. Hæc de dilucidatione poſitionis Ariſtote. Sed quid velit Plato, obſcurum eſt, & mihi dubium, non enim Plato clare locutus eſt, quemadmodum nec Ariſtote. vnde vt in poſitione Ariſtote. de vniuerſalibus diuerſæ emerſerunt poſitiones, ſic in poſitione Platonis. Quidam igitur platonicorum magis aſtronomiam ſecuti crediderunt Platonem per ideas voluiſſe ſtellarum virtutes, ſiue rationes ſeminarias, quibus cœlum agit in nos, Deus enim cum auctor perfectus eſſet, debeat mūdum ita conficere, vt nihil boni ſibi deeſſet. *Prima Pla. dilucidatio.* Qua ratione. 45. Imagines in ſtellifero cœlo, octauo impoſuit, quibus cœlum ſibi ſimilia ageret. Scorpium quidem, vt ſcorpios. Arietem, vt arietes. Taurum, vt tauros æderet. Vnde Hermes cœleſtium rerum ſcriptor dixit nullum eſſe granum arenarum in mari, quin proprium obtineat ſidus ſuſcitans ad incrementum ſui, & Ariſtote. in lib. de mundo inquit quoſdam antiquorum tradidiſſe hæc omnia eſſe plena dijs Imagines, igitur hæ dicuntur ideæ vniuerſales, quidditates ſiue diffinitiones, & exemplaria ſiue rationes agendi, dicuntur quidem ideæ vniuerſales, quia ſunt formæ vniuerſales vniuerſaliter effectrices ſibi ſimilium. Scorpius enim vniuerſalis forma ſiue idea eſt, quia eſt omnium ſcorpionum, & eorum quæ ſunt ſcorpij generis. Dicuntur vero quidditates, quia his cognitis, deuenire poſſumus in cognitionem eorum, quorum ſunt rationes & ideæ. Dicuntur demum formæ ſiue exemplaria, quia auctor vniuerſi per has vti per exemplaria atque rationes agendi cuncta illis ſimilia agit. Quare patet tales cœleſtes ideas conferre ad ſcientiam, & ad generationem. Ad generationem quidem, quatenus ſunt formæ, ſiue exemplaria ſiue rationes agendi, quibus auctor vniuerſi illis ſimilia generat. Ad ſcientiam vero, quia cum noſtra anima ſecundum hos creata fuerit in ſignifero, vbi ideæ iſte ſunt, has quidem nouit, & conſequenter omnia ea quorum ille ſunt aut ideæ, aut exemplaria, aut vniuerſalia, & propterea animam dicunt plenam formis eſſe, quæ poſtea petens corpora, mole corporea oppreſſa, illarum notionum oblita fuit, & hac ratione ex ſenſilibus excitata, illorum reddit ad reminiſcentiam. Hanc dilucidationem poſitionis Platonis inter noſtros tradidit Albertus in primo ſuæ metaphyſicæ, & multi Arabes aſtronomiam ſecuti. Quod ſi ita eſt Ariſtotel. non à Platonis ſenſu diſcedere voluit, ſed à verbis, quæ male intelligebantur, vt dicit Simplicius, & Ammonius. Alij *1. dilucidatio.* Platonici

Platonici alio modo dixerunt, voluerunt enim Platonem per ideas intellexiſſe rationes atque rerum ſimilitudines in anima mundi formatas, vt per has omnium rerum ſenſiliũ notiones teneat, & illas producere ſciat. Eſt autem mundi anima apud nonnullos Deus, apud alios vero intellectus agens. Tam & ſi apud veriores platonicos intellectus agens, Deus & anima mundi idem ſit, vt Themiſtius autumet, vbique, rationes igitur iſtæ in mente huius animæ, ſiue Dei ſiue intellectus agentis exiſtentes, ſunt vniuerſales ideæ, rationes ſiue diffinitiones, & formæ ſiue exemplaria. vniuerſales quidem ideæ, quia ab ideatis ſeparatę, & plurium Ideatorum repreſentatiuæ, rationes autem vel diffinitiones, quia mundi anima cuncta cognoſcit ideata his rationibus, cognoſcit enim homines per rationem æternam, quæ eſt in eius mente, ipſorum hominum formæ demum atque exemplaria, quia per has cunctorum formas format, & per has vt exemplares rationes cuncta edit, igitur ſunt formæ & exemplaria quatenus ſunt rationes agendi. Quibus patet Ideas haſce facere ad noſtrum ſcire, & ad generationem rerum ad generationem quidem, quatenus ſunt formæ & exempla, ſiue rationes agendi, ad ſcire vero, vt Themiſtius inquit, quia anima mundi eſt noſter intellectus, per cuius rationes eſſentiales nos cuncta cognoſcimus, quod fit per copulationem ipſius nobiſcum, vt in lib. de intellectu dictum eſt. Hæc dilucidatio videtur Ammonij, in primo de anima: & Auer. duodecimo huius, vt
Cōm. 36. dictum eſt. Qua quidem, patet Ariſtotel. non ſenſum platonis confutaſſe, ſed verba male intellecta. Hæc de dilucidatione Platonis, & conſequenter de tota dilucidatione.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His expoſitis. Ad primam concedo argumentum ſunt enim ideæ ſeparatæ quatenus ſunt perpetuæ, ſed ſunt perpetuæ ratione, igitur ſeparatæ ratione. Ad ſecundam concedo quòd ideæ ſunt principia eſſendi, quia ſunt formæ rerum, & propterea ſunt ſeparatæ ratione, & non re. Per idem ad tertiam, cõcludit enim illas eſſe ſeparatas ratione, & nõ eſſe. Per idem ad quartam, & quintam, & ſextam, & ſeptimam, omnes enim concludunt ideas vniuerſales eſſe ratione ſeparatas, nõ autem re, vt in dilucidatione patuit. Hæc de ſecunda diſputatione ſufficiant.

Omnium autem primum bene habet determinare quæ numeri differentia & vnitas ſi eſt, &c.

DISPVTATIO TERTIA
De numerorum diſtinctione.

Num numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentijs diuiſas.

Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod numerus ſit genus plures ſub ſe continens ſpecies. Arguitur, primo quia eſt genus quanti quemadmodum eſt ipſum continuum, diuidunt enim primo quantum. Sed continuum eſt genus, igitur & numerus. Secundo ſub numero ſunt binarius trinarius, & cæteræ ſpecies, igitur numerus eſt genus, antecedens concedunt omnes. Tertio binarius & trinarius ſunt ſpecies, quia qualibet prædicatur de pluribus differentibus numero, & differunt: igitur non niſi eſſentiali differentia, nõ enim poteſt ſpecies à ſpecie differre niſi eſſentiali differentia. Quarto numeri ſunt ſicut formæ, quia formæ ſunt ſicut numeri, vt dicitur octauo huius, ſed formæ ſunt ſpecies per ſe differentes, igitur numeri. In contrarium eſt Ariſto. in litera, qui vult numerum à numero nõ differre niſi per accidens: & probat: quia differt aggregatione vnitatũ, ſed omnes vnitates ſunt eiuſdem ſpeciei, vt dicit, igitur omnes numeri. Secundo numerus non eſt per ſe vnũ, igitur non poteſt ſpecie differre ab alio. Hæc de dubtationibus.

Capvt titvli secvndvm.

Quid numerus. Quot modis numerus.

Nvmervs generatim, vt Boetius inquit, eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, multitudo autem eſt bifariam, & vnitas bifariam: nam eſt multitudo tranſcendens quæ eſt rerum ſecundum eſſentiam: differentium eſt multitudo prædicamentaria quæ cauſatur ex diuiſione continuit, ſimiliter vnitas eſt duplex, tranſcendens quidem, quæ eſt entis paſsio, & prædicamentalis, quæ cauſatur ex diuiſione continui. Nos non loquimur de numero tranſcendenti, quia ſic ratione rerum quibus applicatur, poteſt numerus à numero differre eſſentiali differentia, loquimur igitur de numero prædicamentario, qui cauſatur vt dicitur decimo huius ex diuiſione continui: differentia eſſentialis. eſt quæ ſumitur ab eſſentia, accidentalis autem, quæ ſumitur ab aliquo accidente, ſumuntur autem ab eſſentia omnia, quæ inſunt rei ſecundum eius diffinitionem: ab accidente autem ſumuntur omnia, quæ non ſunt de rei diffinitione, & propterea omnis differentia eſſentialis eſt formalis: eo quia forma eſt rei eſſentia. Quid autem ſit ſpecies, & quid genus in. 7. lib. non ſemel patuit. Hæc de titulo.

Quid differentia & quot modis dicatur.

Capvt positionvm tertivm.

Poſitio logica.

Logici dicunt numerum non eſſe aliud quam res ipſas numeratas: & propterea aſſerunt quòd iſte terminus numerus: & iſte terminus res numeratæ idem principaliter ſignificant: ſed differunt connotato, eo quia numerus ſignificat etiam res ipſas numeratas cõnotando rationem menſurati, & hac ratione non eodem modo ſemper ſupponunt. Et tunc iuxta poſitionem horum oportet dicere numerum à numero interdum differre ſpecie, interdum autem non. iſte enim numerus qui eſt tres equi differt ſpecie ab illo numero, qui eſt tres boues aut quatuor boues. at iſte numerus qui eſt tres equi non differt ſpecie ab illo numero, qui eſt quatuor equi, cum equi ab equis nunquam ſpecie differunt. Sed re vera hæc poſitio ſupponit vnum diſputatione dignũ, & propterea prætermittẽdo illud nunc, ſupponamus numerum differre à rebus numeratis ſecundum rem prædicamenti, videlicet, differentia quæ eſt inter ſubiectum, & eius accidens per accidens, & quæramus an vnus numerus differat ſpecie ab alio, verbi cauſa, trinarius à quatrinario.

Quale poſitio logicorum.

Ad hanc diſputationem reſpondent fere omnes numerum eſſe per ſe genus, & continere ſub ſe veras, & proprias ſpecies, vt ternarium, quinarium, & id genus, pro poſitione perſuadenda ſupponunt omnem numerum eſſe per ſe vnum, & probant, primo quia partes cuiuſque numeri non ſunt per ſe in actu, ſed poteſtate, vt Ariſt.

Poſitio communis.

Suppoſitio quod numerus omnis ſit per ſe vnum.

Com.49. vt Ariſto.7.huius, & Auer. igitur oportet eſſe aliquid quod ſit vt illarum acutus, & per conſequens omnis numerus eſt per ſe vnum. Secundo omne illud de quo eſt demonſtrabilis aliqua paſsio per ſe vna, eſt per ſe vnum, hoc non eget probatione, quia vnitas accidentis colligitur ex vnitate ſubiecti. Sed de quolibet numero eſt per ſe demonſtrabilis aliqua paſsio per ſe vna. verbi cauſa, de ſenario quòd ſit numerus perfectus, de ſexagenario quod ſit numerus capaciſsimus, & de cæteris id genus, igitur quilibet numerus eſt per ſe vnum. Secundo ſupponunt omne per ſe vnũ per differentiam propriam & formalem eſſe ſpecie vnum. Hoc patet, quia vnum numero eſt tale, aut propter materiam, aut propter dimenſionem, at quod eſt vnum per ſe, eſt vnum per differentiam eſſentialem. Ex his Auicenna lib. ſuæ metaphyſi.3.capite.5.prope principium concludit vnumquemque numerum eſſe per ſe ſpeciem, eſſeque vnum in ſe inquantum ipſe eſt ipſa ſpecies, & inquantum ipſa ſpecies habet proprietates. Hæc Auicenna. Et ſi quæritur vnde numerus habeat per ſe vnitatem, & differentiam ſiue formam, non vna ratione reſpondent. Aliqui enim volunt duplicem eſſe in numero vnitatem, formalem quidem per quam numerus eſt ſpecies, & hæc eſt formam totius, verbi gratia. in trinario trinitas, in quaternario quaternitas, & in cæteris id genus ſimiliter, materialem vero quæ cum alia facit numerum, imaginantur enim vnitates ipſas eſſe partes materiales, quibus aggregatis reſultat quædam vnitas formalis, ab hac numerus quilibet reponitur in ſpecie, ab hac eſt vnus formaliter, & hæc eſt vltima eius differentia eſſentialis, per quam differt ſpecie ab alijs numeris. Alij dixerunt vltimam vnitatem dare numero ſpeciem & differentiam, imaginantur enim vnitates præcedentes eſſe in potentia. Vltimam autem eſſe actum illarum, & ſic numerus eſt vere & per ſe vnum ab vltima vnitate. Sed hæc Auicennæ poſitio non eſt peripatetica, primo ſi numerus eſſet genus, & contineret ſpecies ſub ſe, tunc in ſpeciebus & eſſentialiter ordinatis eſſet proceſſus in infinitum, hoc conſequens eſt impoſsibile in omnibus, & etiam in numeris, in quibus aliqui dicunt non eſſe impoſsibile, quia vtamur ratione Ariſtotel. ſecundo metaphyſico. vbi eſt proceſſus in infinitum, omnia erunt media, & vbi eſt medium, erunt extrema, quare in eſſentialiter ordinatis non poteſt procedi in infinitum, eſſet enim infinitum, finitum. Hæc ratio non valet tantum in alijs à numeris, ſed in numerus, igitur numerus non eſt genus ad infinitas ſpecies. Secundo ſi iſtæ ſpecies eſſent infinite, aut in actu aut in potentia, non in actu, quia tunc daretur actu infinitum, & ita potentia ad diuidi in ipſo continuo eſſet exauſta, quod eſt contra diffinitionem continui, eſt enim continuum diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Sin autem in potentia, igitur ratione materiæ tales ſpecies ſunt plures. Sed quæ ſunt plura ratione materiæ, differunt accidentaliter, & non eſſentialiter, igitur numerus non eſt genus ad infinitas ſpecies. Alij concedentes dictas ſuppoſitiones dixerunt, numerum eſſe genus, & hoc cum prima poſitione, non tamen ad infinitas ſpecies, quoniam non licet procedere vltra denarium numerum, cæteræ enim fiunt replicatione denarij numeri. Sed contra hanc poſitionem arguo, quia quemadmodum vltra decem ſpecies procedunt replicatione denarij numeri, ſic vltra vnitatem ſpecies procedunt replicationẽ vnitatis, igitur quemadmodum vltra decem nullæ ſunt numeri ſpecies, ſic vltra vnum, nullæ ſunt propriæ ſpecies numeri. Præterea vt ante decem cauſantur ſpecies diuiſione continui, ſic poſt decem cauſantur ſpecies, etiam diuiſione continui, igitur ſi poſt decem numeri illi non differunt ſpecie, ſic ante decem numeri non differunt ſpecie, quare numerus non poteſt eſſe genus: quia nec ad ſpecies finitas, nec ad ſpecies infinitas. Vlterius arguo contra primam ſuppoſitionem, quia ſi quilibet numerus eſt per ſe vnum, vel vnitate partis, videlicet, vltima vel vnitate formali totius. non primo modo, quia ſic quaternarius eſſet multitudo ex tribus & vno, quinarius ex quatuor & vno, & id genus ſimiliter, quæ refellit Auicenna loco ſuperius allegato. Secundo eorum, quæ ſunt eiuſdem rationis, nullum poteſt eſſe alterius forma. Sed vnitates in numero omnes ſunt eiuſdem rationis, omneſque æquales imperfectione: igitur vna non poteſt eſſe forma cæterarum trahens illas ad certam ſpeciem, nec numerus poteſt eſſe per ſe vnum ab vnitate reſultante, quæ dicitur forma totius, quia omnis forma totius ſupponit materiam & formam partis, è quibus reſultat ſecundum omnes, & tunc quæritur de forma partis, vt de forma ſimpliciter, non enim poteſt eſſe vltima vnitas, nec aliqua illarum, eo quia ſunt eiuſdem rationis omnes, & neutra magis in actu quam altera, igitur non datur hæc forma totius. Secundo vt maius & minus in continuo, ſic multum & paucum in diſcretis. Sed maius & minus non variant ſpeciem in continuo, igitur multum & paucum non variant ſpeciem in diſcretis. Sed numeri non differunt niſi multo & pauco, igitur non differunt ſpecie: & per conſequens nullus eſt per ſe vna ſpecies. Tertio arguo contra ſecundam ſuppoſitionem, quia ſi numerus à numero differt differentia eſſentiali, tunc quælibet numeri ſpecies eſſet infinite perfecta, & deducitur ſupponendo vnam differentiam addere ſpeciei, cuius eſt differentia priuationem alterius ſpeciei, hoc omnibus patet, quia vna ſpecies non eſt alia per ſuam differentiam. Secundo ſuppono quòd quælibet ſpecies numeri dicit aliquã imperfectionem. Tunc arguo quælibet numeri ſpecies per ſuam differentiam differt ab infinitis ſpeciebus: quæ ſunt ipſius numeri ſecundum poſitionem, igitur includit priuationem infinitorum, & ſic infinitarum imperfectionum carentiam, igitur quælibet ſpecies eſt infinite perfecta. Secundo vnus numerus non poteſt differre ab alio niſi forma totius, ſed hæc forma totius nulla eſt: igitur vnus numerus non differt ſpecie ab alio. Hæc volo ſufficiant de poſitionibus.

Marginalia (left column): 2.Suppoſitio & quid ſit per ſe vnum. — Poſitio Auic. — De forma & vnitate numeri. — Poſitio prima. — 2.poſitio. — Confutatio. Poſitionum. — Poſitio aliorũ. — Confutatio. — *(right column):* Obiectiones contra primam poſitionem.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quot modis poteſt numerus accipi.

PRO dilucidatione debes ſcire quòd numerus ipſe poteſt comparari ad eius oppoſitum, & poteſt comparari ad eius conueniens, vtpote ad continuum, è quo differt & ad partes continui, è quibus cauſatur. Siquidem conſideretur ad eius oppoſitum, è quo differt, ſic eſt ens per ſe: & vnum per ſe, cuius differentia eſt habere partes non copulatas ad vnum communem terminum, hac enim differt per ſe à continuo, vt patet in prædicamentis. Sin autem conſideretur reſpectu eius, cui competit, vtpote reſpectu partium continui, ſic eſt vnum aggregatum per accidens: & non per ſe vnum, quia ex pluribus entibus in actu non fit vnum per ſe. Qua ratione fit, vt numerus reſpectu numerorum ſit ſpecies ſpecialiſsima: & non genus, deducitur, quia

Dilucidatio.

vnum

ꝟnum aggregatum per accidens non poteſt eſſentiali differentia differre ab alio, quia tunc eſſet per ſe vnum.

Excerptum primum. Ex his ſequitur primo. quòd quilibet numerus eſt vnū per accidens, & vnum per ſe, probatur. quia vnitate ſuæ ſpeciei eſt vnum per ſe, & comparatione ſui oppoſiti, at vnitate propria eſt vnum per accidens, quia aggregatione partium continui. *Secundum.* Secundo ſequitur numerum non eſſe genus ad infinitas ſpecies, deducitur. quia numerus nullo modo eſt genus. *Tertium.* Tertio ſequitur nullam eſſe formam numeri, niſi ſecundum rationem ſpeciei, deducitur. quia aggregatum per accidens non habet vnam formam, quia tunc non eſſet aggregatum per accidens. *Quartum.* Vltimo ſequitur numerum à numero non differre niſi multo & pauco, deducit Ariſtotel. quia eædem vnitates ſunt vnius, & omnium, igit̃ ſolum differunt additione & diminutione vnitatum, & ſic multo & pauco. hæc ſunt peripatetico dicta. Hæc de dilucidatione.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His recte intellectis. Ad primam negatur antecedens, ipſum enim diſcretum bene eſt genus, quanti, quia continet numerum, & orationem, at numerus eſt vltima ſpecies ſub ſe non continens niſi indiuidua. Ad ſecundam concedo ſub numero eſſe binarium, & trinarium, & id genus, nego tamen hæc eſſe ſpecies, cum ſint aggregata per accidens, quorum nullum poteſt eſſe ſpecies. Ad tertiam negatur aſſumptum, nec eſt verum quod prædicentur de pluribus numero differentibus, quemadmodum nec mas & fœmina, nullum enim illorum eſt prædicatum proprie vnum & per ſe, & ideo nullum poteſt eſſe ſpecies, bene tamen ſunt termini communes, & nomina appellatiua, tamen illis non reſpondet natura vna per ſe. Ad quartam dico, quòd id quod eſt ſicut tale, non eſt tale, & propterea dico quòd numeri ſunt ſicut formæ, & ſpecies, non tamen ſunt ſpecies. Et per hæc ad rationes poſitionis primæ. Ad primam concedo numerum eſſe per ſe vnum ratione habita ad ſuum condiuiſum, attamen ratione habita ad ea, ex quibus conſtat numerus, non vnum niſi aggregatione. Tunc dico, quòd Ariſtotel. per partes numeri quæ ſunt in potentia, intelligit partes continui ante diuiſionem, quæ fiunt in actu per diuiſionem, & tunc non ſequitur numerum eſſe vnum per ſe. Ad ſecundam dico, quòd numerus eſt per ſe vnum ratione habita ad ſuum condiuiſum, ſiue oppoſitum, quia differt ab illo per vnam differentiam, quæ eſt habere partes non copulatas ad vnum communem terminum, & hoc pacto, de numero eſt demonſtrabilis vna paſsio, per hoc tamen non ſequitur, ꝙ ratione habita ad ea, ex quibus conſtat, ſit vnum ꝑ ſe. Hęc de diſputatione tertia.

LIBER DECIMVSTERTIVS FINIS.

LIB. QVARTIDECIMI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Duas diſputationes diuiſi.

1 *Num bonum & malum ſint omnium rerum prima principia.*
2 *Num numeris virtutes inſint.*

Habet autem dubitationem & bene dubitanti increpationem qualiter habent ad bonum & malum elementa & principia.

DISPVTATIO PRIMA

De bono & malo.

Num bonum & malum ſint omnium rerum prima principia.

Capvt dvbitationvm primvm.

QVOD bonum & malum ſint rerū principia, arguitur. bonum & malum ſunt in rebus, vt dicitur. 6. metaphyſicæ. & omne quod eſt in rebus, eſt aut principium aut principiatum. Sed non ſunt principiata, quia bonum eſt è quo totum eſſe defluit, vt dicit Plato. igitur ſunt principia. Secundo bonum & malum non fiunt ex alijs, nec fiunt ex ipſis mutuo igitur omnia quæ fiunt, fiunt ex ipſis, & ita erūt principia rerum. Quod quidem non fiant ex alijs: deducitur, quia vel fierent ex bonis, vel ex non bonis. non ex bonis, quia tunc illa bona eſſent infecta, & haberetur propoſitum. Si ex non bonis, igitur ex malis, quare malum eſſet principium. Tertio malum eſt aliquid, & incauſatum, igitur eſt cauſa antecedens. patet pro prima parte: primo quia malum eſt bono contrarium, modo ſi vnum, contrariorum eſt in natura & alterum, vt dicitur ſecundo cœli. Secundo malum eſt genus, igitur eſt aliquid, antecedens eſt Ariſto. in prædicamentis, dum dicit bonum, & malum eſſe genera contrariorum pro ſecunda vero, arguitur, quia ſi eſſet cauſatum, aut à bono, aut ab aliquo alio, non à bono, quia bonum non poteſt eſſe cauſa mali, quia vt dicitur in libro de plantis. Bona arbor non poteſt malos fructus facere nec ab aliquo alio, quia vel illud eſſet malum, vel commune quoddam malo & bono non cōmune, quia ab indifferenti non prouenit actio, nec eſſe poteſt malum, quia tunc cauſa mali non eſſet in bono, quod eſt contra omnes ſacros viros. In contrarium eſt Ariſt. in textu. Hæc de dubitationibus.

Capvt titvli secvndvm.

Malvm & bonum poſſunt accipi apud medicos: & apud morales, apud medicos quidem. vt Celſus, inquit omnis morbus dicitur malum; apud morales vero flagitioſum *Malum & bonum quid & quot modis.*

flagitioſum omne malum dicitur. cõtra vero ſanitas bonum: & ſtudioſum etiam bonum appellatur. Verum quouis modo loquamur: malum poteſt accipi: veluti album ipſum, vt enim album vno modo dicitur id quod eſt albedini ſubiectum: & ſic concedunt logici album poſſe eſſe nigrum, quoniam ſubiectum albedinis poteſt eſſe nigrum. Alio modo album dicitur id quod eſt album inquantum album: hoc eſt ipſum antecedẽs: & hoc pacto negant logici album poſſe eſſe nigrum: non enim id quod eſt album, vt album poteſt eſſe nigrum. Ita quoque malum vno modo intelligi poteſt id quod eſt ipſius mali ſubiectum, & hoc pacto malum eſt aliquid & ens: & ſub hoc ſenſu concedunt logici malum eſſe bonum: vel malum poſſe eſſe bonum. Alio modo intelligi poteſt ipſum malum inquantum malum: & hac ratione malum non eſt aliquid: nec ens: ſed eſt ipſa priuatio particularis boni, & ſub hoc ſenſu negarent logici malum eſſe vel poſſe eſſe bonum.

Sed quoniam ſubiectum mali poteſt bifariam dici, aut in actu, vtpote ſi actu eſſet ſub priuatione alicuius particularis boni: vt cæcum, aut in potentia: vt ſi actu eſſet ſub bono: tamen eſſe poſſet ſub malo. vt ſtrabus. hac ratione malum trifariam dici poteſt pro ipſa priuatione particulares boni: & hoc pacto cæcitas eſt malum: & pro ſubiecto actu priuato particulari bono: vt cæcum: & tertio, pro ſubiecto: quod poteſt particulari bono priuari, vt ſtrabus. Hæc de malo. Bonum eſſe accipi poteſt trifariam: vno modo pro ipſa rei perfectione: ſicut acumen viſus dicitur bonum oculi: & virtus dicitur hominis bonum. Secundo modo dicitur bonum res quæ actu habet ſuam perfectionem: ſicut homo ſtudioſus, & oculus acute videns. Tertio modo dicitur bonum ipſum ſubiectum quatenus eſt in potentia ad perfectionem: ſicut anima ad virtutem: & ſubſtantia oculi ad acumen viſus. Ex his apparet primo quòd tam bonum quam malum vno modo eſt aliquid: quoniam malum pro ipſa priuatione particularis boni non eſt aliquid: ſed pro ſubiecto illius priuationis bene eſt aliquid: at bonum quouis modo eſt aliquid: pro ſubiecto enim eſt aliquid, pro perfectione eſt etiam aliquid: igitur omnibus modis eſt aliquid.

Excerptum primum. quomodo bonum & malum ſint aliquid.

Secundo apparet malum eſſe in bono, deducitur. quia malum ſecundum rationem mali eſt priuatio, ſed omnis priuatio eſt in ente in potentia: quia priuari dicimus quod eſt aptum habere aliquid: quod non habet: ſequitur quod malum ſit in bono quatenus ens in potentia dicitur bonum.

2. exerptum quod malum ſit in bono.

Tertio apparet bonum eſſe cauſam mali, deducitur. quia id quod eſt bonum poteſt eſſe cauſa mali inquantum eſt deficiens, & poteſt eſſe cauſa mali inquantum eſt per accidens agens, igitur bonum eſt cauſa mali.

3. exerptum eſt quomodo bonũ eſt cauſa mali.

Debes ſcire platonicos dixiſſe bonum communius ente, & ad plura ſe extendere & hac ratione poſuerunt materiam ſub bono, non autem ſub ente, vt in primo auſcultationis phyſicæ eſt tactum. Quod quidem contingere poteſt pro tanto, quia nomen ens volebant ſignificare eſſe ſimpliciter, & propterea illud dixerunt eſſe ens, quod ſimpliciter eſſe habet, & quoniam materia non habet eſſe ſimpliciter, hac ratione ſub non ente illam collocarunt, bonum autem voluerunt ſe extendere tam ad id quod actu eſt bonum, quam ad id quod eſt in potentia ad aliquam perfectionem, & quia materia eſt in potentia ad perfectionem formæ, ideo materiam ſub bono & non ſub ente collocarunt. Hæc Platonici.

Poſitio Platonis de ente & bono.

Quæ peripatetici non negarent, cum apud eos ens ſit multifariam dictum & pro ente in potentia, & pro ente ſimpliciter: ſiue ente in actu, hac enim diſtinctione ſoluit Ariſtot. cauillum antiquorum, quo negarunt generationem.

Quæ Ariſt. de ente.

Hęc de bono & malo. Principium vero multifariam dicitur, vno modo pro termino, & hoc pacto formam & priuationem Ariſtotel. appellat principia, quatenus ſunt termini, forma quidem generationis ad quem, & priuatio terminus è quo. Corruptionis vero econtra, formam terminus è quo, priuatio autem terminus ad quem. Alio modo pro cauſa, & ſic eſt quadriplex vt ipſa cauſa quadrifariam dicitur, & alijs modis dici poteſt, vt quinto huius dictum eſt.

Quot modis principium.

Per res vero in diſputatione intelligimus ea quæ cadunt ſub generatione & corruptione, non enim res accipitur pro eo quòd eſt enti æquale, ſed pro re in effectu, vt ſit ſenſus vtrum bonum & malum ſint principia rerum quæ fiunt. Hæc de titulo.

Res quæ.

Caput positionum tertium.

De diſputatione Pythagorici crediderunt bonum & malum eſſe rerum prima principia, non tamen earundem, quia bonum eſt omnium rerum ſuæ ſeriei primũ principium. Malum vero ſuæ: poſuerũt enim rerum duas ſeries, quarum vna eſt bonorũ: & formæ altera malorũ & priuationis. Primę ſeriei bonum ipſum fecerunt primum principium.

Poſitio Pytha.

Pythagoræ ſeries.	
Quæ formæ	Quæ priuationes
Impar	Par
Finitum	Infinitum
Dextrum	Siniſtrum
Maſculum	Fœmininum
Quies	Motum
Rectum	Curuum
Quadratum	Altera parte lõgius
Intellectus	Opinio
Vnum	Multa
Lumen	Tenebræ.

Secundæ autem malum, quare bonum & malum ſunt rerum prima principia, non tamen eiuſdem ſeriei. Et iuxta hanc poſitionem duos deos poſuerunt alterum bonorum, primæ ſeriei primam cauſam alterum malorum. Secundæ ſeriei primum principium. Pythagorici igitur bonum & malum voluerunt eſſe prima rerum principia effectiua, non autem alia ratione. Hæc Pythagorici. Obiicit autem Ariſtote. in textu multifariam. Sed potiores rationes ſunt tres, quarum duæ tactæ ſunt hic, & in fine duodecimi libri. Tertia vero in libro cœli prima eſt, ſi eſſent duo prima principia, quæ ſint duo dij, aut eſſent æque perfecta, aut vnum altero perfectius. Si vnum altero perfectius. Tunc vnum eſſet ſimpliciter primum. nam primum ſimpliciter tam philoſophi quam theologi illud appellat, in quo omnis perfectio continetur, & quo etiam nihil eſt perfectius, quare vnum tantum erit. Sin autem plura æque perfecta. Tunc erunt eiuſdem ſpeciei: atque plura numero. Indiuidua enim eiuſdem ſpeciei ea ipſa ſunt, quæ quidem plura ſunt, atque eiuſdem eſſentialis perfectionis, quæ vero ſunt plura numero, oportet eſſe talia aut propter materiam principaliter, aut propter materiam concomitanter & omnia talia ſunt corruptibilia, vel ſaltem continentia, vt omnes concedunt. Secundo arguit Ariſtotel. quaſi rhetorice: & inquit entia nolunt male

Obiectiones.

male diſponi,pluralitas principatuum mala, vnus ergo princeps.Quam rationem accepit ab Homero,& eius fere ad verbum hic meminit.Hæc ratio licet ſit rhetorica,tamen poteſt reduci ad demonſtrationem hoc pacto.Si eſſent plura prima principia ſimpliciter. Tunc aut vnus & idem effectus eſſet bis, vel ſimul tempore geminus deducitur argumentum,quia effectus quem vnum eorum producit, vel poteſt ab alio produci, vel non ſi non poteſt, tunc vnum eſſet primum ſimpliciter illud videlicet quod poſſet omnia producere.Sin autem poteſt videlicet cœli primus motus. Tunc vel duo eſſent primi motus ab illis duobus primis producti vel geminus,quod non eſt intelligibile,& propterea inquit entia nolle male diſponi,& ꝙ pluralitas principum mala eſt,quia videlicet eſſet rerum confuſio,& gemina rerum replicatio,vel ſucceſsiua. Tertio perſuadetur ſic, quia vbi eſſent plura prima ſimpliciter eſſent plures primæ formæ,plures primi fines,plura prima mouentia,eo quia primum principium ſimpliciter eſt prima forma, primus finis,& primum mouẽs,quare plura prima formata,plura prima mota,pluraque ordinata in finem,& ita omnium & ſingularium rerum eſſent duo eiuſdem perfectionis atq; naturæ,vt duo Niphi, duo Socrates, duo Platones,atque duo Ariſt.hęc ratio primo cœli colligitur ab Ariſt,& Auer. Quare poſitio hæc vana eſt.

Cõm.90. 92. poſitio Almeonis. Almeon vero & Euclides non ille geometra,ſed megaricorum ſectæ inuẽtor dixerunt bonum & malum eſſe omnium rerum citra Deum prima materialia principia,quia ex his omnia citra Deum confici credebant. Mouebantur ea ratione,quia omne quod eſt citra Deũ eſt partim malum,partim bonum,ſola enim prima cauſa,& primum ens apud eos erat ipſa pura & ſincera bonitas,cui nihil mali erat admiſtum,at cætera ſunt impure mala,& ita ex bono & malo compoſita. Obiectio. Sed hæc poſitio falſa eſt,quoniam ex malo nihil confici poteſt, quoniam malum eſt non ens, ex non ente autem nihil confici poteſt. Præterea non omnia citra Deum ſunt compoſita,quamquam enim eſſent impure bona, tamen non ſunt compoſita. Reperiuntur enim quædam ſubſtantiæ ſimplices,ſiue illæ ſint ideę ſecundum Platonem,ſiue intelligentiæ ſeparatæ,omni compoſitione carent,non igitur omnia componuntur ex malo & bono inſuper etiam ſi ex malo res ipſæ conficerẽtur, tunc malum eſſet aliqua perfectio,omne enim quod fit ex aliqbus,fit ex illis tanquam ex perfectioribus. Quare hæc poſitio non eſt vera. Hæc de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

His diſputatis,facile poteſt fieri dilucidatio,quoniam vel per principia intelligimus terminos ſiue per ſe requiſita ad generationem, vel cauſas generationis & corruptionis rerum. Præterea bonum & malum vel accipiuntur pro ſubiectis denominatis, vel pro rationibus denominantibus vt in titulo dictum eſt. Si igitur per principia intelligimus terminos,ſiue requiſita ad generationem,tunc dico quòd bonum & malum ſubiectiue ſumpta ſunt principia generationis & corruptionis. Nam materia eſt principium ex quo & in quo quæ quidem ſubiectiue ab Ariſt. malum dicitur, quia ſemper promouet ad maleficium atque corruptionẽ, forma eſt principium in quod, quæ dicitur quoddam diuinum & optimum,& ita bonum, ſic igitur ſumendo principia pro requiſitis ad generationẽ corruptionemque rerum,& bonum & malum ſubiectiue, conceditur hæc indefinita bonum & malum ſunt rerum generabiliũ prima principia,quia materia & forma ſunt principia eiuſmodi, & tamen materia malum: forma bonum quoddam eſt,ſit autem malum & bonum ſumatur formaliter,& principia eodem modo, ſic conceditur malum eſſe principium quia priuatio eſt quoddam formaliter malum,quæ eſt principium generationis à quo,corruptionis vero terminus ad quẽ,& ſi forma dicitur formaliter bonum, etiam de bono conceditur ipſum eſſe principium,& notãter dixi ſi forma ſit formaliter bonum,quia apud nonnullos dicitur ſubiectiue bonum,non autem formaliter, ſed non eſt vis. Si autem principia hic intelligantur præ cauſis, iterum aut bonum & malum formaliter aut ſubiectiue intelliguntur, & ſi formaliter, conceditur bonum eſſe cauſam,nam Deus eſt bonum formaliter,& ipſa bonitas, qui eſt cauſa effectrix.item finis eſt formaliter bonum, & eſt cauſa item forma eſt formaliter bonum, & eſt cauſa, & adhunc ſenſum malum nec eſt principium nec cauſa,quoniam malum formaliter eſt priuatio,quæ nullius eſt cauſa nec principium, ſin autem bonum & malum ſubiectiue intelligantur, tunc dico ꝙ bonum & malum ſunt principia,& cauſæ:nam cœlum, & agentia naturalia bona ſunt, quæ ſunt principia & cauſa rerum generabilium materia eſt malum, & eſt cauſa materialis, ſimiliter agentia naturalia ſunt mala ſubiectiue,& ſunt cauſæ. Tunc venio ad dilucidationem, & dico quòd ſi bonum ſumitur ſubiectiue pro ſubiecto perfectionis,& malum ſimiliter,ſic per excellentiam cœlum dicitur bonum, & materia malum, & quoniam cœlum eſt vniuerſalis cauſa effectrix omniũ quæ hic fiunt & corrumpuntur, materia vero vniuerſale ſubiectum etiam,patet bonum & malum eſſe omnium rerum quæ fiunt vniuerſalia principia,& vniuerſales cauſas ſub quo ſenſu Pythagorei forſitan intellexerunt. Dilucidatio. At ſi bonum & malum formaliter intelligantur,bonum tantum eſt omnium rerum cauſa vniuerſalis & communis,vt Deus ipſe. Malum autem nullius cauſa, cum priuatio,quam veteres noctẽ. Theologi nihil appellant,nullius ſit cauſa. Quo in ſenſu concedere bonum eſſe mali cauſam,quoniam bonum eſt cauſa materiæ, quæ priuationi ſubijcitur, & ita quaſi bonum illud primum ſicut materiæ cauſa eſt, ita quoque priuationis cauſa eſſe poteſt. Sic igitur ad hunc ſenſum bonum & malum non ſunt omnium rerum quæ ſiunt cauſæ ac principia, ſed bonum ipſum duntaxat cauſa eſt omnium & bonorum, & malorum, bonorum quidem per ſe,malorum per accidens: vt dictum eſt. Quibus omnibus facile patet Pythagoreos non omni ex parte à veritate aberraſſe. Hæc de dilucidatione hactenus.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His elucidatis. Ad primam patet ſolutio ex dilucidatione,& quomodo ſint in rebus,& quomodo vt ſunt in rebus ſint cauſæ & principia. Ad ſecundam ſimiliter patet ſolutio,concludit enim materiam formam & priuationem eſſe principia & conceditur totum. Ad tertiam & quartam ſolutio eſt quòd malum ſumat̃ pro vitio, item conceditur malum eſſe cauſatum à bono per accidens. Hæc de prima diſputatione.

Dubitabit autem vtique quis & quid quod bene à numeris eſſe mixturam aut in bene rationali,&c.

Dispv-

DISPVTATIO SECVNDA
De numerorum virtutibus.

Num numeris virtutes inſint.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod numeris virtutes inſint, arguitur primo teſtimonio vetularum, quæ credentes numeris virtutes ineſſe, oĩa tribuũt numeris. Secundo teſtis eſt Ariſt. primo cœli: qui concludit in trinario numero eſſe rerum naturam conſtitutam. Tertio teſtis eſt medicus: qui imparem numerum formaliorem eſſe aſſerit numero pari, propterea pillulas numero impari præbet, vt docet vſus. Quarto teſtis eſt Mathemati. vt narrat Suetonius tranquillus in vita Domiciani, cui mathematicus prædixerat ſibi infauſtum eſſe diei horam quintam, & ea hora occiditur. Quare numero illi quinario vis erat inſita magna. Quinto teſtes ſunt ſenes, qui annos ſcalares infauſtos habent, vt ſeptimum: & quartumdecimum, & id genus, quod non eſſet niſi numeris vis quædam ineſſet. Sexto teſtis eſt Maro, qui pro numero dierum lunæ præcipit cultus agrorum fieri. Sexto teſtis eſt Eccleſia, quæ modo quodam ſtatuto videtur omnes DEO orationes exhibere, vt de pſalmis ſeptem de orationibus dominicis ſimiliter. Septimo teſtes ſunt Augures, quia auguria paria damnãt, imparia laudant, vt Hippocrates teſtatur: & Ariſtot. in libro de animalibus. In cõtrarium eſt Ariſt. in textu, qui nec numeris, nec figuris, nec q̃titatibus, nec deniq; mathematicis virtutes aliquas ꝓbet. Hæc de dubõnibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PER numeros hic volumus intelligere quãtitatem, quæ contra continuum diſtinguitur, iuxta illud Ariſt. omnis quantitas aut continua aut diſcrera eſt. virtutes potentias agendi, vel patiendi, vel conſeruandi accipimus in diſputatione, iuxta quas ignis alijs elemẽtis præſtat virtutem, & cœlum agentibus ſublunaribus, itẽque & ſol cunctis planetis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Pytha. PYTHAGOREI non modo rebus naturalibus tribuerũt virtutes, ſed numeris, figuris, ſiue characteribus, nominibus, & vniuerſaliter omnibus mathematicis, ex quibus confecerunt magiam naturalem, quæ ars eſt efficiendi res naturales: ſine agente naturali ſimilis ſpeciei cum effectu: perſuaſit Picus opinionẽ hanc primo quia mathematici ſunt formaliora phyſicis, igitur pollẽtiora virtute, ſi quidem formam ſequatur virtus. Secundo quia quod in ſuo eſſe minus dependet, in ſuo operari quoque minus dependebit, & ita pollentius erit: conſtat aũt numeros in ſuo eſſe minus dependere, erũt igitur magis actiui. Tertio numero ſtabilita ſunt multa quæ actiua ſunt & pollentiſsima, igitur numeri pollentes erunt, antecedens patet. Nã elementa numero ſunt definita quaternario, planetæ ſeptennario, ſigna zodiaci duodenario, & de cæteris id genus. ſimiliter propterea hæc dicunt numeris virtutes ineſſe & pollẽtiſsimas, & de numeris imparibus, trinarium virtute cũctis prædare dicunt, quia ſit primus impar, & primam in vno quo genere eſt perfectiſsimum ĩ illo genere de paribus vero denariũ, quia eſt omnis numerus, ab eo enim vltra non niſi per replicationem numeramus. Albertus vero ſecũdo mineralium lib. figuris ac ſigillis mirificas perſuaſit ineſſe vires. Primo qui cœli conſtitutio agit in artificem, qui figuras conficit, igitur in figuras, quæ efficiuntur ab artifice pro qualitate motus cœli. Secundo quia in omni genere primum agit in ſecundum, figuræ cœleſtes ſunt primæ. figuræ artis ſecundæ, igitur figuræ artis vigorantur cœlicis figuris. Tertio ars ad naturam, & principium artificiale ad naturale reſoluitur, ſed cœlum mouet totam naturam, igitur & artem. Ex his vult figuris virtutes eſſe tributas, quemadmo 'um & numeris. Sed Ariſt. in hoc libro poſitiones haſce vno verbo refellit, dicẽs, quãtitatibus principia actiua non ineſſe, & cum numerus ſit quãtitas, figura vero qualitas in q̃titate, iure his nullas ꝑ ſe tribuit virtutes. Rationes Pici in contrarium deduci poſſunt, prima quidem, quia quę ſunt potentialiora, ſunt minus pollentiora, immo nullatenus agunt, ſed quãtitates ſunt potẽtiæ materiæ, quæ primitus illi inſunt, vt in libro de ſubſtantia orbis, ex quarũ diuiſione numerus ipſe proficiſcitur. Secũda vero, quia quod eſt ſimpliciter dependẽs, nullatenus agit. Sed mathematica omnia pœnitus ab intellectu dependent, igitur nullo modo agunt. Rationes etiam Alberti nullæ ſunt, prima quidem nulla, quia cœlum non agit in artificem vt ille agit per intellectum & voluntatem, igitur nec in eius opera, quæ ab eo proficiſcuntur per intellectum & voluntatẽ. Secunda etiam nulla, quia figuræ cœli & figuræ naturales ſunt alterius rationis, etiam figuræ cœli per ſe non ſunt actiuæ, ſed per accidẽs, vt dicetur. Tertia etiam fallit, quia ars reſoluitur ad naturam ſecũdum quid vtpote quo ad eius materiam, non autẽ ex to to, & propterea nulla eſt ratio. Hæc de poſitionibus hactenus.

Quæ Albert. | Confutatio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HIS diſputatis: ſic hos cõſiliarem, ſi inter eos poſſit conſilium reperiri, quòd videlicet figuris, numeris, & quãtitatibus, & nominibus virtutẽ ineſſe, poteſt bifariam intelligi, aut per ſe, quatenus numerus, figura, quãtitas, & nomẽ eſt, quomodo caliditatibus & id genus virtutes, præbemus, & hoc pacto his nullatenus vires tribuerem. Aut poteſt intelligi per accidens vtpote ratione rerum numeratarum rerum figuratarum, & rerum nominatarum, vtpote illarum, quas numeramus, figuramus, & nominamus, & ſic his omnibus vires tribuere non ambigerem. Decẽ enim homines pollẽtiores ſunt tribus, figura quoque ſaluatoris pollentior eſt ratione repreſentati, quã cæſaris, nomen Dei vaſtius noĩe regis, hinc patet eſſe numero multa definita, non quia numeris vis aliqua per ſe inſit, ſed quia rebus numeratis ineſt. Multa quoq; ſunt figuris elata ac honore recepta: non quia figuris vis inſit, ſed quia repreſentatis ꝑ illas ineſt. Multa quoq; noĩbus ſunt accreta, quæ nullam rõnem nominũ vim habent, niſi pro quanto noĩbus ſignificantur res præſtantiores. Quis. n. dubitat nomẽ cęſaris erga milites præſtare magis ac magis, vt ſuo tẽpore præſtitit, non. n. rõne nominis, ſed rei per nomen ſignificatæ pollẽtia habeř. Hæc de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis patet ſolutio omnium rationum,

omnes enim ſiquid probant, probant numeris vires ineſſe ratione rerum numeratarum, non autem ratione numeri per ſe. Hæc de ſecunda diſputatione: & de decimoquarto libro deque toto Dilucidario Metaphyſicarum diſputationum, quod Salerni ſcribere cœpimus, Anno.1507.ſub Illuſtri principe Roberto ſecundo Sanſeuerino, eiuſque iuſſu Complemus nunc.1510. Rogatu magnanimi comitis Seueritani Andreæ Caraphæ Neapoli. Die.27. Martij. Ad laudem Dei omnipotentis.

FINIS.

AVTORIS EXCVSATIO.

ACCIPE igitur mi Andrea ſtudioſorum patrone has meas quas his diebus in Metaphyſica meditatus ſum diſputationes, quas æquidem publicare minime auſus eſſem niſi tuo tanto clipeo tuaque authoritate fretus, hic enim complures citaui authores quos prioribus ſeculis noſtra Achademia ſummos arbitrata eſt, hos enim nemo condemnare poſſet, niſi qui aut bono clipeo, aut bonis rationibus valeret, ſi igitur tu me excitaſti has volo publicas fieri ſed non niſi te & patrono & fautore. Hoc vnum tamen nō te ignorare velim illas aliquantulum horum miſerabilium temporum iactura latituras fore, imperitant enim nunc in orbe reges: qui bellorum turbulentia armis potius quàm literarum ſtudio dediti ſunt, antiquiſsimaque illa & florentiſsima Italiæ Gymnaſia, quæ non multo ante nos florentiſsima ſpectabantur, ad fecem quādam deuenere, ac penitus euerſa iacent. Dij immortales quātum in nobis poſſunt minaces ſtellæ, maleficorumque ſiderum diſſonantia, non tamen te iubente & fauente edere recuſaui, circulo enim omnia redeunt vt ſapientes tradunt, miteſcent ſæcula, diſſonantiaque illa in ſuauiſsimam conſonantiam ac harmoniam mutabitur, pacabuntur regum animi nec armorum ſeuitijs intenti, ſed ad priſtinam illam conſuetudinem reuocati, fœliciſsimo literarum ocio incumbent, incumbentibusque feliciſsime fauebunt, exurgent ſtudioſorum patroni, & non multo poſt hæc, non enim tam ſublimi munere mundus diu vacabit, nec deerit virtuti locus nec deerunt mæcenates. Ceſſantibus enim his turbulentijs quas ociſsime ceſſandas arbitror, adſum qui Patauij (vbi mea ſedes ſemper parata eſt, aut ſicubi boni Principes florenda ſtatuent ſtudia) bonas artes profiteri polliceor. Quanti igitur tu mi Andrea fructus cauſa eris citiſsime præſenties, non enim naturæ (vt ſolitus ſum dicere) deeſt ſemen boni, te igitur in hac turbulentia vt ſemen bonarum artium prouida natura ſeruauit, cui tota ſtudioſa iuuentus gratias ingētes habebit, vt nunc noſtra Niphea Achademia habet. Illud etiam in his diſputationibus teſtandum eſſe cenſui me ea ſentire quæ Romana ſentit eccleſia, quòd ſi aliquid calami inconſideratione, aut mentis occupatione minus conſulte protulerim, quod Romanæ eccleſiæ decretis minus conſonaret, ſanctionibus eiuſdem penitus ſubmitto. Vale decus ætatis noſtræ.

M. ANTONIVS MAGNVS
DE ANDREA CARAPHA S. SEVERINE
Comite illuſtriſ. & Auguſtino Nipho
Philoſopho celeberrimo.

Fundere larga ducum iampridem ſemina tellus
Deſiit, & doctos ferre benigna viros.
Nunc autem heroes, quibus eſt equata vetuſtas
Progenuit, cupiens pendere damna, duos.
Armiferi dux alter habet ſic robora Martis,
Alter Ariſtotelis callet vt arte ſophon.
Egregij decora alta ducis, primaſque per orbem
Carapha Andrea, inclytus ille tenet.
Philoſophi nomen debetur maxima terræ
Campane, imo orbis gloria Niphe tibi.
Nouerat hæc olim, & merito ſic Iuppiter ambos
Iunxit amicitia, quæ foret vna, pari.
Ille nihil terris vidit præſtantius, vnde
Notus amor gemini ſemper honoris erit.
Nunc datur Andreæ, monumentum, & pignus amoris,
Senſa qui Ariſtotelis fecit aperta liber.
Hoc opus ingenij dextro dat numine Niphus,
Vt ſimul ad laudes poſteritatis eat.
Scilicet inſignes ſic vos decoraſti amici,
Alterius nam plus emicat alter ope.
Ergo per æternos cui venientis honores
Pergite, nil poterit ledere tempus edax.

FINIS.

DISPVTATIONES

DISPVTATIONES DILVCIDARII

PRIMI LIBRI.

1 VTRVM ens ſit Metaphyſicæ primum ſubiectum. folio. 5
2 Vtrum entis ſit aliqua diuiſio. 22
3 Vtrum immediatius alicui rei cõpetat quantitas perfectionis, ſiue finitas, an unitas. 25
4 Vtrum omnes homines natura ſcire deſiderant. 26
5 Vtrum inter omnes ſenſus uiſum magis amemus. 32
6 Vtrum prudentia ſit in brutis. 34
7 Vtrum ars ex experimentis generetur. 36
8 Vtrum actus & generationes ſint circa ſingularia. 43
9 Vtrum obiectum primum ſenſus ſit ſub ratione qua uniuerſale uel qua ſingulare. 50
10 Vtrum Metaphyſicæ ſit conſiderare quidditates omnium rerum in particulari. 54
11 Vtrum magis uniuerſalia ſint cognitu difficiliora minus uniuerſalibus. 60
12 Vtrum prima philoſophia ſit practica. 69
13 Vtrum omnis ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior atque honorabilior. 72

SECVNDI LIBRI.

1 VTrum prima principia complexa ſint nobis naturaliter cognita. 73
2 Vtrum difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus an ex parte rerum. 76
3 Vtrum intellectus humanus corpori copulatus poſſit ſubſtantias ſeparatas intelligere. 78
4 Vtrum ſit ſtatus in omni genere cauſarum. 84
5 Vtrum infinitum poſſit à nobis cognoſci. 87

TERTII LIBRI.

1 VTrum mathematicus abſtrahat ab efficiente & fine. 92
2 Vtrum genus prædicetur per ſe de differentia. 93
3 Vtrum idem numero nunc ſit in uniuerſo tempore. 97

QVARTI LIBRI.

1 VTrum ens de omnibus entibus uniuoce prædicetur. 99
2 Vtrum negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione. 105
3 Vtrum unum & ens eandem ſubeant naturam. 109
4 Vtrum propria paſſio differat à ſubiecto, & quomodo differat. 115
5 Vtrum eſſe differat ab eſſentia. 118

QVINTI LIBRI.

1 VTrum eiuſdẽ effectus poſſint eſſe plures cauſæ. 122
2 Vtrum finis ſit cauſa & principium. 123
3 Vtrum cauſa particularis in actu ſimul ſit cum effectu. 126
4 Vtrum neceſſariorum poſſit eſſe aliqua cã effectrix. 128
5 Vtrum materia ſit principium unitatis numeralis cuiuſq; indiuidui. 131
6 Vtrum diuiſiones unius recte aſſignentur. 136
7 Vtrum ens in decem prædicamenta diuidatur ſecundum diuerſos modos prædicandi. 138
8 Vtrum plura accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto. 140
9 Vtrum formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas. 142
10 Vtrum dentur inſtantia naturæ. 145
11 Vtrum tempus & motus ſint quãta per accidens. 146
12 Vtrum relatio ſecundum rem differat à fundamento. 148
13 Vtrum idem relatiuum poſſit ad plura referri. 151
14 Vtrum ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui ſit relatio. 152
15 Vtrum relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis. 154
16 Vtrũ terminus ſit de quidditatiuo conceptu relationis. 155
17 Vtrum ſex principia ſint reſpectus. 156

SEXTI LIBRI.

1 VTrum ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicum ex ordine ad finem. 158
2 Vtrum practicum & ſpeculatiuum ſint eſſentiales differentiæ ſcientiæ. 159
3 Vtrum diuiſio ſcientiarum poſita in text. ſit recte aſsignata. 160
4 Vtrum ſcientia unius generis ſit una p aggregationẽ. 162
5 Vtrum de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia. 164
6 Vtrum de uero conſideret metaphyſicus. 166
7 Vtrum ens rationis ſit in prædicamento. 167

SEPTIMI LIBRI.

1 VTrum inhærentia ſit de eſſentia accidentis. 170
2 Vtrum ſubſtantia ſit prior tempore accidente. 176
3 Vtrum ſubſtantia omnibus accidentibus diffinitione prior ſit. 179
4 Vtrum ſubſtantia cognitione præcedat accidentia. 180
5 Vtrum forma ſit prior materia ipſoq; compoſito, & magis ens utroque. 182
6 Vtrum materia ſit ens. 184
7 Vtrum quodquid erat eſſe ſit idem ei cuius eſt quodquid erat eſſe. 186
8 Vtrum eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeant. 188
9 Vtrum compoſitum per ſe primo generetur. 191
10 Vtrum à forma ſeparata poſſit proficiſci hoc aliquid. 193
11 Vtrum in materia rerum generabilium præſint rationes ſeminarie. 195
12 Vtrum in cauſis agentibus præſint rationes ſeminarie rerum generandarum. 200
13 Vtrum materia ſit pars eſſentiæ ſiue quidditatis. 202
14 Vtrum ſingulare ſit per ſe à nobis intelligibile. 207
15 Vtrũ conceptus generis ſit alius à cõceptibus ſpecierũ. 211
16 Vtrum differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum. 213
17 Vtrum uniuerſale ſit aliquid in rebus. 215
18 Vtrum formalis differẽtia partium diſſimilarium eiuſdem animalis ſint propter formas ſubſtantiales. 219
19 Vtrum totum dicat formaliter aliquam entitatem realiter diſtinctam à partibus. 221

OCTAVI LIBRI.

1 VTrum in motu alterationis permanere oporteat idem ſubiectũ ſimpliciter ſub utroq; termino. 226
2 Vtrũ menſtrua femellæ ad generationes concurrat actiue. 226
3 Vtrum in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omniũ formarum ſubſtantialium uſque ad materiam primã. 229
4 Vtrum in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum. 232
5 Vtrum aliquæ formæ poſſit intendi & remitti. 234
6 Vtrum gradus ſint partes intrinſece ac eſſentiales formæ intenſibilis. 238
7 Vtrum intenſio formæ ſit motus continuus. 242
8 Vtrum intẽſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario. 247

Vtrum

9 Vtrum intenſio fiat pœnes diſtantiam à non gradu, remiſſio econtra pœnes appropinquationẽ ad nõ gradũ. 250
10 Vtrum intenſio formæ fiat per maiorem radicationẽ cum ſubiecto. 253
11 Vtrum intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem utraque remanente. 255
12 Vtrum latitudo uniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio. 260

NONI LIBRI.

1 Vtrum aliquid poſsit à ſeipſo moueri. 263
2 Vtrum rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem uuius tantum oppoſiti. 266
3 Vtrum ratione ſit actus potentia prior. 269
4 Vtrum actus ſit tempore prior potentia. 270
5 Vtrum actus præcedat potentiam ſubſtantia 271
6 Vtrum actio ſit in paſſo ueluti in ſubiecto. 272

DECIMI LIBRI.

1 Vtrum Deus ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ. 275
2 Vtrum unum & multa contrariæ opponãtur. 277
3 Vtrum multitudo ſit ratione unitate prior. 278
4 Vtrum de priuatione in habitum regreſsio fieri poſsit. 279
5 Vtrum ea quæ inter extrema contraria ſunt media, uera compoſitione ex extremis ipſis componantur. 281
6 Vtrum formalis repugnantia quæ eſt inter ſubſtantiarias formas ſit repugnantia contrarietatis. 286
7 Vtrum maſculus & fœmina differant ſpecie. 288
8 Vtrum idem terminus ſpecie poſsit per ſe acquiri per motus ſpecie differentes. 296
9 Vtrum corruptibile & incorruptibile genere differãt. 297

VNDECIMI LIBRI.

1 Vtrum caſus ſit res humana. 299
2 Vtrum fortuna ſit res diuina. 301
3 Vtrum euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe & determinata. 302
4 Vtrum generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſſiua. 304

DVODECIMI LIBRI.

1 Vtrum metaphyſicus de ſubſtantia contẽpletur. 312
2 Vtrum diuiſio ſubſtantiæ in tres ſit bene aſsignata in textu. 314
3 Vtrum productio cuiuslibet formæ ſit uniuoca. 316
4 Vtrum agente exiſtente uno & materia exiſtente una effectus ex his producti poſsint eſſe plures. 317
5 Vtrum prima ſubſtantia ſit in potentia. 319
6 Vtrum ſubſtantiæ quæ mouent orbes ſint penitus immateriales. 321
7 Vtrum ſubſtantiæ quæ mouent orbes ſint mobiles. 322
8 Vtrum motores ſecundi intelligant ſeſe per eorum eſſentiam. 325
9 Vtrum uuus talium motorum intelligat alium. 327
10 Vtrum una intelligentia cognoſcendo Deum & oẽs alias intuitiue cognoſcat. 329
11 Vtrum intelligentiæ in mouendo moueant ut aſsimilentur primo motori. 333
12 Vtrum cum unitate diuinæ eſſentiæ ſtare poſsit trinitas aliqua. 336
13 Vtrum attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei. 339
14 Vtrum intelligentiæ ſecundæ ad hoc quod cognoſcãt quidditates circa ipſas requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas. 342
15 Vtrum intelligentia prima ad hoc ut intelligat rerum omnium quidditates, ſit neceſſariũ ponere rationes æternas in eius diuina mente. 346

TREDECIMI LIBRI.

1 Vtrũ res matematicæ ſint ſeparatæ à ſenſilib⁹. 350
2 Vtrum ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis. 353
3 Vtrum numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentijs diuiſas. 357

QVARTIDECIMI LIBRI.

1 Vtrum bonum & malum ſint omnium rerum principia. 359
2 Vtrum numeris uirtutes inſint. 362

FINIS TABVLAE.

SERIES CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt quaterniones.



Venetijs apud Hieronymum Scotum.
M D L I X.

PA 3893 M6N5 1559a

Nifo, Agostino
Expositiones in Aristotelis libros metaphysices

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY